ACTA
SANCTORUM
SEPTEMBRIS
TOMUS QUARTUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1970


Dedit illi Scientiam Sanctorum Sap.
In plenitudine Sanctorum detentio mea Eccl.
SEPTEMBER
JANUARIUS
FEBRUARIUS
ACTA
SANCTORUM.
MENSIS
SEPTEMBER
ERVDITIO.
VERITAS.
ANTIQVA REDVCO.
OBSCVRA REVELO.
P. B. Boutats. Inv.

ACTA SANCTORUM SEPTEMBRIS

Ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, ſervatâ primigeniâ veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus

ILLUSTRATA


A

JOANNE STILTINGO,
CONSTANTINO SUYSKENO,
JOANNE PERIERO,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS IV

Quo dies duodecimus, decimus tertius & decimus quartus continentur.




ANTVERPIÆ,
Apud BERNARDUM ALBERTUM VANDER PLASSCHE.
M D C C L I I I.



J. Houbraken fecit. Amst. 1753.

MARIA ELISABETH IOSEPHA,

ARCHIDUX AUSTRIÆ. etc. etc.



MARIÆ ELISABETHÆ

REGIÆ PRINCIPI HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, HIEROSOLYMÆ &c.,

ARCHIDUCI,

DUCI BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, LUXEMBURGI, GELDRIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLIÆ, MEDIOLANI &c., COMITI FLANDRIÆ, HANNONIÆ, NAMURCI, TYROLIS &c. &c.



Um attenta mente conſideramus, SERENISSIMA ARCHIDUX, tempus illud, quo unà cum adminiſtratione regnorum ſuorum patrocinium Operis noſtri de Actis Sanctorum Regiâ clementiâ ſuſcepit Auguſtiſſima Mater Tua, ingenti cum gaudio perſpicimus, ab eo tempore annis ferè

ſin-

ſingulis novos Operis noſtri Patronos ab ea feliciter procreatos. Inter hos loco non ultimo numeraris, REGIA PRINCEPS: nam Auguſtiſſima Imperatrix, Regina noſtra Clementiſſima, Mater tui amantiſſima, tomum hunc quartum Septembris Nomini Tuo dedicatum deſiderat. Eâ igitur benevolentiâ & Patronam Te Operis noſtri conſtituit & ſimul non obſcurè inſinuat, quantùm cupiat, ut & Sanctorum patrocinio gaudeas, & mores Sanctorum imitari diſcas. Tam utilis enimvero eſt hæc ſcientia, tam honeſta, tam neceſſaria, tam familiaris Progenitoribus Tuis, tam feliciter eâ utuntur Archiduces Auſtriacæ, quæ ea arte ad excelſum virtutum culmen aſcenderunt, ut dubitare nequeam, quin ipſa quoque libenter auditura ſis, quo maximè modo Sanctorum exempla æmulari valeas. Etenim ea jam dediſti in tenera ætate virtutum ſpecimina, ea pietatis indicia, ut pleniorem Sanctorum ſcientiam omnino deſiderare videaris. Quapropter, dum hunc tomum devotiſſimo animo Tibi offerimus, SERENISSIMA ARCHIDUX, pauca diſputabimus de modo, quo Sancti, quorum in eo geſta enarrantur, inter proſpera & adverſa illæſi ſteterint, ac viam ſibi ſecuram ad cæleſtem patriam tam agendo quàm patiendo aperuerint. Magna quidem in moribus & geſtis Sanctorum erat varietas, cùm illam ſinguli ſequerentur vivendi normam, quam ſtatui ſuo magis congruam noverant. At longè major erat Sanctorum conſenſus in ſententiis, in deſideriis, in amoribus. Omnes non modò unam habebant

ſi-

fidem, non modò unum colebant Deum, non modò ad eumdem tendebant finem; ſed omnes etiam, certè quamdiu per ſemitas Sanctorum inceſſerunt, ea erant mente, ut hanc veram, ſolidam, ſufficientem, abundantem felicitatem crederent, ſi Creatori ſuo conſtanter totis viribus ſervirent, ſi Deum certa ſpe & fiducia in omnibus præ oculis haberent, ſi ardentem Dei amorem in cogitationibus, in verbis, in operibus, in proſperis, in adverſis, in lætis ac triſtibus indeſinenter circumferrent; ſi nihil magnopere timerent, nihil vehementer horrerent, nihil gravi odio execrarentur & fugerent præter peccatum, malum ſanè omnium malorum longè graviſſimum, quo homo de vera felicitate in calamitatem deturbatur acerbiſſimam. Hæc erant ſenſa Sanctorum, hæc vota, hæc deſideria, digniſſima profectò, PIA ARCHIDUX, quæ animo Tuo altè imprimas, & firmiter in mente inſculpas. Fecerunt id Auguſtiſſimi Majores Tui, qui, iis imbuti documentis, inter proſpera & adverſa ſteterunt ſecuri. Præclara illa Sanctorum ſenſa quantum profuerint Religioſiſſimæ Matri Tuæ, noverunt illi, qui ipſius pietatem propiùs habuerunt perſpectam. Potuit Magna Regina, graviſſimo impetita bello, innumera inter pericula animo eſſe quieto & imperturbato, quia credebat, ad felicitatem ſibi ſufficere Dei timorem & amorem, quem nullus poterat eripere. Potuit illa, tot principum armis, tot artibus undique quæſitis, tot tamque diverſis modis impugnata, ita animum

mum continere, ut nihil faceret indecorum, nihil Chriſtiana Principe indignum, quia magis horrebat peccatum, quàm amabat imperium, quia maluiſſet regnis ſuis, quàm Dei amicitiâ carere. Potuit illa animo verè magno, verè regio, regna ſua divinæ voluntati ſæpiùs offerre, ut Dominus de iis pro arbitrio ſuo diſponeret, quia beatius eſſe noverat Deo ſervire, quàm hominibus imperare. Hæc ſenſa Auguſtiſſimam Matrem Tuam inter proſpera non minùs, quàm in bellicis illis tumultibus, ſervârunt illæſam : hæc Sanctos ita confirmârunt, ut nullis adverſis lædi potuerint. Hac de cauſa S. Joannes Chryſoſtomus, cujus geſta magnam hujus voluminis partem impleverunt, præclarè docuit, neminem lædi poſſe, ſi ſe ipſe non lædat. Si quis enim eâ imbutus eſt Sanctorum ſapientiâ, quam ſtatim expoſuimus, quantò majora patitur, tantò plura lucratur, eaque longè eminentiora & perpetua. Exempla afferamus, SERENISSIMA ARCHIDUX, quibus dicta elucidentur. Martyres intuere complures, de quibus egimus. Ex his alii aliis graviora paſſi ſunt tormenta, ne fidem ejurarent : mortem violentam, quæ reliquis mundi malis terribilior paſſim habetur, ſuſtinuerunt omnes. Hoſne Chriſti Athletas læſit tyrannorum injuria, tortorum crudelitas, carnificum immanitas ? Adeo enimvero non læſit, ut ingentia potiùs ipſis creaverit bona, coronaſque nexuerit immortales. Non tantum lucri Martyribus contuliſſent impii principes, ſi ampliſſimas ipſis provincias do-

donâſſent aut dignitates primarias, quantum boni Sanctis attulerunt, dum capita illorum carnificis gladio ſubjecerunt. Inter prædictos Martyres, quos potentiſſimi tyranni lædere non potuerunt, rebus præclarè geſtis mirè eluxerunt *Cornelius* Papa & *Cyprianus* Carthaginenſis epiſcopus, amicitiâ invicem conjunctiſſimi. Hi ambo innumeris laboribus & doloribus fuerunt exercitati, ambo multis ſchiſmaticorum calumniis vexati, ambo exſiliis relegati à gentilibus. Illiſne igitur nocuerunt calumniantium mendacia, vexantium multitudo, laborum pondus, dolorum acerbitas, exſilii tædia? Minimè verò. Etenim probè noverant, præſentis vitæ incommoda & mala eam vim habere non poſſe, ut vera eripiant bona, ſi quis divinâ fretus ope, omnia fortiter ferre decreverit; ſed potiùs fieri ſeminaria bonorum longè excellentiorum. Quare duplicem ambo conſecuti ſunt palmam, alteram ſtudioſè pro honore Dei laborando, alteram fortiter pro Chriſti amore patiendo. Hactenus Martyres memoravi fortitudinis ac patientiæ coronâ inſignitos. Noli tamen exiſtimare, REGIA PRINCEPS, laudem tolorantiæ ita propriam eſſe Martyrum, ut eâ non exornentur Sancti confeſſores. Habebant & illi cordibus ſuis infixa præclara illa documenta, quæ diximus, verum id hominis bonum eſſe in hac vita, ſi Domino ſuo fideliter ſerviat, ſi nec proſperis nec adverſis à perpetuo Dei cultu & amore diſcedat, reliqua verò omnia, quæ mundus dare poteſt aut promittere, umbram potiùs bono-

rum

rum eſſe, quàm vera bona, niſi quis iis rectè uti ſtatuerit, ad Deo meliùs ſerviendum. Hâc eruditi ſcientiâ, nec adverſa tam vehementer horrebant, ut eorum timore à via recta virtutis deflecterent; nec proſpera tam inſano amore proſequebantur, ut illorum occaſione in barathra vitiorum ſe darent præcipites. *Amatus* Senonenſis epiſcopus, cujus Vitam damus, è cathedra ſua in exſilium deportatus eſt, ibique defunctus. An hunc virum dicemus miſerum, an omnino læſum, quia in exſilio vitam finivit? At felicem ac beatum fuiſſe, declarârunt miracula, tam in vita, quàm poſt mortem ipſius patrata. Miſer ſanè, imò miſerrimus fuiſſet, ſi eò mitti potuiſſet, ubi Deum non habuiſſet præſentem, ubi Creatorem ſuum non potuiſſet diligere. Verùm tanta non eſt improborum potentia, ut Deum Deique amorem invito homini poſſit eripere. Itaque exſilio illo non lædebatur *Amatus*; ſed ad excelſum gloriæ faſtigium elevabatur, beatuſque erat, teſte æterna Veritate, quia patiebatur propter Juſtitiam. Mitto plures Sanctos, *Eulogium* Alexandrinum, *Maternum* Trevirenſem, *Maurilium* Andegavenſem, *Amatum* Habendenſem, *Venerium* preſbyterum, alioſque non paucos, quamvis & hi per varia mortalis vitæ certamina illæſi pertranſierint, conſtantique virtutum exercitio multos theſauros ſibi in cælum præmiſerint. Viſne mulierem Tibi producam, SERENISSIMA ARCHIDUX, ſimilibus armis feliciter munitam, iiſdemque & vincentem & triumphantem? Habe-

bemus nobiliſſimam, non natalium ſplendore, ſed virtutum claritate; non divitiarum abundantiâ, ſed magnâ in pauperes miſericordiâ; non præfecturis urbium aut provinciarum, ſed ſervitio fideliter Deo hominibuſque præſtito; *Notburgam* dico; conditione quidem ancillam, ſed honore & gloriâ principibus ſuperiorem, miraculis in provinciis Matris Tuæ coruſcantem, votivis peregrinationibus illuſtriſſimam. *Notburgæ* impedimento non fuit, quo minùs perfectam felicitatem conſequeretur, vel natalium humilitas, vel parentum paupertas, vel ſerviendi neceſſitas, vel iracundia dominæ, quâ factum eſt, ut aliquando expelleretur, quia in ſervitio Dei ferventem ſe exhibebat & conſtantem. Miraberis fortaſſe, ſi dixero, Ancillulam, nihil de gloria apud homines obtinenda ſolicitam, ſed unicè occupatam, ut juſſa heri ſui impleret, ac Domino dominantium ſedulò ſerviret, longè majores etiam apud homines conſecutam eſſe honores, quàm conſequi potuerint viri complures, generis nobilitate illuſtres, rebus geſtis celebres, qui nec labores aſſiduos, nec ſexcenta pericula adire recuſârunt, quò famam & gloriam conſequerentur. Sic tamen omnino ſe res habet. Longè illuſtrior eſt *Notburga*, ad cujus ſepulcrum longè latéque ex variis provinciis accurritur, quàm ſint præſtantiſſimi duces, qui rebus bellicis gloriam quæſiverunt. Adeo divina providentia ſervos ſuos extollit: adeo quælibet eorum opera incredibili liberalitate ſolet remunerare. At vereor SERENISSIMA ARCHI-

CHIDUX, ne ſuavitas materiæ nobis propoſitæ me juſto prolixiorem faciat. Attamen omittere nequeo magnum *Chryſoſtomum*, cujus maximè ſenſa ſunt, quæ Tibi explicanda ſuſcepi. Vel ſola hujus Sancti Vita, ſi diligenter conſideretur, abundè docebit, homini divina ope ſubnixo, & in id unicè intento, ut Deo conſtanter ſerviat, nec proſpera obeſſe nec adverſa. Videamus igitur, quot quantæque mundi illecebræ, quibus à Dei ſervitio avelli potuiſſent alii, ſe juveni *Chryſoſtomo* obtulerint. Natus erat loco nobili, opibus florebat, ingenio erat acerrimo & ad magna quævis capaci, eloquentiam in adoleſcentia conſecutus erat tantam, ut ab illa *aurei oris* cognomen traxerit. Quantam hæc omnia ſpem juveni ingerere poterant, ſi mundo ſervire voluiſſet, ſi famæ ſuæ vela dare, ſi honores & dignitates ambire? Verùm talibus minimè capiebatur illecebris: amor Dei aliò avertit *Chryſoſtomi* curas. Cœpit forum & hominum congreſſus fugere, ut vitam duceret ſolitariam, primùm in domo materna, deinde etiam in montibus & ſpeluncis. Quid hîc aget nobilis juvenis? Bellum meditatur, arma corripit, ſed læſura neminem. Munit ſe piis precibus, aſſiduis jejuniis, aliiſque vexationibus corporis. His armis roboratus confligere cœpit cum hoſtibus animæ ſuæ, videlicet ut iracundiam domaret, avaritiam longè à ſe relegaret, ſuperbiam exſcinderet, gulam ſibi ſubjiceret, luxuriam & invidiam penitus exſtingueret; imò cum omnibus animi affectionibus, quæ virtutum exer-

xercitio ſe ſolent opponere, bellum exorſus eſt internecinum. Quando ſalutare hoc bellum ſtrenuè proſequebatur juvenis Pugil, multorum ſimul antiſtitum conſenſu ad cathedram epiſcopalem fuit deſtinatus. Poterat ſanè epiſcoporum judicium ambitionem titillare, præſertim cùm epiſcopalem dignitatem in magno honore haberet Sanctus, eâque inſtructus eſſet doctrinâ & eloquentiâ, ut officium oblatum non modò egregiè obire potuiſſet, ſed mirè etiam ſuis dotibus exornare. Verùm ille ambitionem omnem ita abjecerat, ut dignitatem iſtam conſideraverit tamquam laqueum ſibi injiciendum, ac fugâ ſe periculo ſubduxerit. Malebat in ſolitudinem ſecedere, ac ſeveri ſenis imperio ſe ſubmittere, ut ſolida virtutum omnium fundamenta jaceret, quàm in juventute populo præeſſe, ne forſan pravæ affectiones, quas penitus volebat exciſas, reviviſcere poſſent, vireſque reſumere majores. Ita planè cogitabat Sanctus ille, ſic agebat, neglectâ mundi curâ, ut divinum amorem in pectore ſuo magis accenderet. Tanto ardore obibat difficillima vitæ ſolitariæ exercitia, ut duris corporis macerationibus cum anachoretis magni nominis certare videretur. Verùm hîc mecum conſidera, PIA ARCHIDUX, quàm ſapienter divina providentia *Chryſoſtomum* ad ſtatum eccleſiaſticum reduxerit. Morbo gravi correptus, Antiochiam redire cogitur. Itaque primùm diaconus, deinde presbyter ac demum Conſtantinopolitanus creatur epiſcopus Hiſce dignitatibus, minimè quæſitis, ſed ultro ſibi oblatis, ornatus

* * *

Chry-

Chryſoſtomus, campum accepit ampliſſimum, in quo eloquentiâ ſuâ ad Dei gloriam uti poſſet ac deberet. Mutavit igitur, quantùm neceſſe erat, vivendi modum, non mutavit intentionem ſerviendi totis viribus Domino, cui ſemper ſervierat. Tantùm laboravit in concionibus, ut vix credibile ſit, ab homine fieri potuiſſe, quæ ille præſtitit. Cùm autem pro Dei gloria unicè laboraret, omni eloquentiæ vi ſtudebat homines à peccatis deterrere, ad bona opera excitare, vitia exſcindere, virtutes animis inſerere, hæreſes radicitus exſtirpare, veræ fidei dogmata confirmare, pravas conſuetudines tollere, pia exercitia introducere, perverſos emendare, probos ad meliora provehere, ignorantes docere, doctos ſacræ Scripturæ intelligentia majori erudire, atque in omnium demum cordibus flammam divini amoris accendere. Nihil in concionibus quærebat, niſi honorem Dei, & utilitatem proximi. Nulla de re tantùm lætabatur, quantùm de profectu populi ſui. Commoda propria, plauſum auditorum, laudem, gloriam, nihili prorſus faciebat, aut etiam oderat. Finem non inveniam, ſi verbis exponere voluero, quanta charitate miſeros quoſlibet complexus ſit *Chryſoſtomus*, quàm indeſinenter diu noctuque omnium utilitati proſpexerit, quantùm omni induſtria, ſtudio, contentione pro ovibus ſibi commiſſis vigilaverit, laboraverit, ſudaverit Paſtor optimus. Quare vela contrahamus, ut eximium illum Dei Servum in exſilio etiam contemplemur. Miraberis fortaſſe, SERENISSIMA DOMINA NOSTRA, dum au-

audies, Virum tam ſanctum, tam præclarum Eccleſiæ Doctorem, tam amantem gregis ſui Antiſtitem, imò & Patrem ſuis dilectiſſimum, in exſilium fuiſſe miſſum. Magis etiam obſtupeſces, tantam integerrimo Sacerdoti injuriam non à gentilibus aut hæreticis, ſed à Catholicis fuiſſe illatam. Monſtrum tam deforme peperit invidia, malum adeo pernicioſum, ut ipſum quoque Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Crucem egerit. Attamen noli *Chryſoſtomum* plangere; ſed ejus potiùs plange inimicos, illius injuriæ auctores: neque enim læditur ille, qui injuriam fortiter accipit; ſed illi graviſſimè læduntur, qui innocenti injuriam inferunt. Non læditur, inquam, fortiſſimus *Joannes* exſilii malis; coronas verò ſibi nectit ſempiternas. Poteſt malitia virtutem premere; opprimere non poteſt: poteſt labores creare & dolores; non poteſt patientiam, tolerantiam, fortitudinem frangere, nedum fidem, ſpem & charitatem evellere. Hiſce armis protectus *Chryſoſtomus*, divinâque roboratus gratiâ, innumeras inter calumnias ſtetit invictus, in graviſſimis exſilii malis manſit illæſus. Corpus laboribus revera ſuccubuit; at anima, pretioſiſſimis ditata meritorum theſauris, ad cæleſtem patriam evolavit. Vides, PRINCEPS REGIA, nec proſperis læſum eſſe *Chryſoſtomum* nec adverſis; ſed ex utriſque ipſum immenſa collegiſſe lucra, ingentia præmia, quia id unum ſibi ſemper propoſitum habebat, ut perpetuum divinæ Majeſtati præſtaret & fidele ſervitium. Talis eſt vita Sanctorum, de quibus agimus in volumine tibi reverenter oblato; hac mente fuerunt, hac

via

via inceſſerunt, hac religione ad Cæleſtem patriam pervenerunt. Sanctorum mores & virtutes glorioſo conatu imitati ſunt Auguſtiſſimi Progenitores Tui longo ordine, horum veſtigiis feliciſſimè inſiſtunt Religioſiſſimi non minùs quàm Auguſtiſſimi Parentes Tui. Quapropter facilè videbis, SERENISSIMA ARCHIDUX, quà Tibi ſit eundum, quò dirigenda ſint deſideria Tua, ſi non ſolùm umbram quamdam felicitatis, ſed veram, ſolidam ac perfectam beatitatem conſequi deſideres. Hanc ut feliciùs obtinere valeas, precamur Omnipotentem Dominum, ut patrocinantibus Sanctis omnibus, Te, SERENISSIMA ARCHIDUX, cum Auguſtiſſimis Genitoribus, cum Sereniſſimis Fratribus & Sororibus, diu incolumem ſervare, ac divinis favoribus cumulare dignetur.

SERENISSIMA ARCHIDUX

SERENITATIS TUÆ ARCHIDUCALIS

Devotiſſimi Clientes
JOANNES STILTINGUS
CONSTANTINUS SUYSKENUS
JOANNES PERIERUS
SOCIETATIS JESU.

SYNOPSIS

TOMI QUARTI

DE ACTIS SANCTORUM

SEPTEMBRIS,

QUadrageſimus ſecundus Operis progredientis tomus tres dies Septembris elucidat, duodecimum, & duos ſequentes. Præter anonymos, in catalogis, ad ſingulos dies datis, Cælites exhibet ſexaginta & ſeptem. Hoſce ſecundum diverſos vitæ ſtatus in varias claſſes de more diviſos breviter recenſebo. Antè tamen moneo, tomo præfigendam eſſe Epiſtolam S. D. N. Benedicti XIV, anno 1751 ad auctores datam, unà cum eorumdem reſponſo, prout utraque Epiſtola dicto anno primùm impreſſa eſt.

EX STATU ECCLESIASTICO.

In hoc ſtatu, qui abundantem dedit ſcribendi materiam primum recenſeo *Cornelium* Papam & martyrem. Hujus laudabilia geſta, præclara certamina contra Novatianum ſchiſmaticum, ejuſque ſequaces, glorioſa fidei confeſſio in perſecutione Galli, exſilium, martyrium, ac gloria poſthuma prolixo Commentario ſunt expoſita: Epiſtolæ etiam genuinæ à ſuppoſititiis diſcretæ. Acta tamen, ut minùs accurata & ſincera, edenda non cenſuimus. Cùm in Actis *Cornelio* adjungantur ſocii *Cerealis*, *Saluſtia* & alii viginti & unus; de hiſce quoque breviter actum, licèt non videantur ſimul cum *Cornelio* paſſi. Duos Italiæ epiſcopos confeſſores, quorum geſta minùs innotuerunt, exhibet tomus, *Maurum* Placentinum, & *Silvinum* Veronenſem. Plures antiſtites obtulit Gallia, omnes confeſſores. Inter hos aliis celebrior eſt *Maurilius* Andegavenſis, cujus Acta edita ſunt, ac ſubjuncta Miracula. De *Lidorio* aut *Litorio* Turonenſi, & de *Sacerdote* Lugdunenſi pauciora ſunt nota, uti & de *Nectario* Auguſtodunenſi. *Evantius* item Auguſtodunenſis ex ſolis ferè Martyrologiis innotuit. *Amatus* Senonenſis notior eſt, non geſtis in epiſcopatu ſuo; ſed exſilio fortiter ac ſanctè tolerato, quo primùm Peronam eſt relegatus: deinde in Flandriam miſſus, ubi & præfecturam geſſit abbatiæ Broylenſis, ac beato fine quievit. Martyrologiis omnibus, etiam Gallicis, ignotus eſt *Antonius* vel *Antoninus*, qui Beduini in comitatu Vindaſcino colitur, creditурque epiſcopus Carpentoractenſis. Accedit *Reverentius*, Bajocis in Normannia inferiore, & aliis locis cultus, quem credunt fuiſſe presbyterum. *Maternus*, primis fidei præconibus in Belgica annumerandus, quem Trevirenſes, Colonienſes & Tungrenſes habent epiſcopum, pluribus ac longioribus diſquiſitionibus occaſionem præbuit. Miſſus fuit Româ cum SS. Eucharío & Valerio ad fidem in Belgica prædicandam; quod & feliciter cum illis præſtitit. Miſſos illos fuiſſe à S. Petro apoſtolo, multi à pluribus ſeculis voluerunt. Verùm oſtenditur, miſſionem Eucharii, Valerii & *Materni* figendam eſſe ſeculo III. Apud Belgas ferè ſolos notus eſt *Fledericus* presbyter, qui paræciam in Vliderzele, agri Aloſtani in Flandria vico, tam piè rexit, ut cultum apud ſuos obtinuerit. Celebrior apud Hibernos eſt *Alueus* vel *Ailbeus*, epiſcopus Imelacenſis in Momonia, licèt Acta parùm accuratè ſint ſcripta, ideoque apud nos prætermiſſa. In Africam tranſeo, ubi mirè eluxit *Cyprianus*, antiſtes Carthaginenſis & martyr, præclaris virtutibus, doctrinâque & ſcriptis Operibus illuſtris. *Cypriani* Vita conſcripta eſt à S. Pontio diacono, hæcque edita, uti & proconſularia Acta de Sancti martyrio. Cùm autem Vita ſit brevior, nec omnia Sancti geſta exponat, præmiſſus eſt prolixus Commentarius ad omnia *Cypriani* tam geſta quàm ſcripta uberiùs elucidanda. Locum in eo habet celebris illa controverſia de baptiſmo hæreticorum, in qua Eccleſiæ Romanæ auctoritas, & vera doctrina prævaluit contra eruditionem & facundiam tam *Cypriani* quàm aliorum. Laudandus certò S. Stephanus Pontifex, quia veram ſententiam contra viros magnos conſtanter defendit. Laudandus *Cyprianus*, quia ab Eccleſia ſe ſeparare noluit; ſedimpetum

petum reprimere didicit, ac tandem se submittere. Exemplum imitentur, qui *Cyprianum* summis laudibus extollunt; nec majorem credant, quia certavit contra Romanum Pontificem; sed sanctiorem, quia maluit vinci, quàm ab Ecclesia separari. Inter antistites Orientalis Ecclesiæ locum principem habet *Joannes* Constantinopolitanus, ob insignem eloquentiam *Chrysostomus*, sive *Os aureum* dictus, doctor Ecclesiæ præclarissimus. Hic rerum gestarum tot habuit præcones, ut dubitem, an ullius Sancti Vita toties fuerit scripta. Attamen nulla ex Vitis nobis digna est visa, quæ integra ederetur, quia plerique biographi ab ætate Sancti nimiùm abfuerunt; indeque factum est, ut falsa veris immiscuerint. Dialogus Palladii hoc defectu caret, utpote scriptus à contemporaneo & sincero auctore. At ne hunc quidem integrum edendum censuimus, cùm quòd multa habeat ad *Chrysostomum* non spectantia, tum quòd nec omnia Sancti gesta exponat, nec eo ordine, quo contigerunt. Quare maluimus in commodum lectoris longissimum concinnare Commentarium, quo Acta Sancti & scripta ordine chronologico exponerentur. In hoc Commentario studiosus lector inveniet, quidquid Palladius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, aliique scriptores coævi de *Chrysostomo* narrârunt. Vel sic tamen major pars Commentarii ex ipsis *Chrysostomi* Operibus, hunc in finem sedulò perlectis, coaluit: neque enim aliunde meliùs intelligi potest, qualis quantusque fuerit vir planè maximus, quàm ex verbis ipsius diligenter expensis. Chronotaxis non modò gestorum data, sed omnia ferè scripta ad ordinem chronologicum revocata sunt: nec prætermissæ plures controversiæ incidentes. Vita hæc *Chrysostomi* ob viri celebritatem seorsum etiam impressa est. Alexandria Ægypti habet *Eulogium* episcopum, certaminibus contra hæreticos sui temporis, & amicitiâ cùm S. Gregorio Magno illustrem, cujus gesta ex variis collecta damus. Alexandriæ martyrio coronatus legitur *Theodolus*, qui *episcopus* vocatur: at non fuit Alexandrinus. Utrùm ab hoc distinguendus sit *Theodorus*, qui similiter Alexandriæ passus legitur, non definimus. Addendi sunt aliqui, quorum ecclesiastica dignitas habetur ex monumentis non omnino certis. Talis est *Autonomus* martyr, in Bithynia passus, qui episcopus fuisse, & fidem prædicâsse dicitur in Actis Græcis, quæ edidimus. Talis *Cornutus* vel *Curnutus* martyr, qui ut Iconiensis in Lycaonia antistes celebratur. Talis *Serapion*, cum aliis fortè Catanæ in Sicilia passus, cui Catanensem episcopatum probabiliter adscribimus. Talis *Julianus*, martyr Ancyræ in Galatia, in Fastis *presbyter* dictus. Ita *diaconi* dignitas asseritur *Cronidi* vel *Hieronidi*, qui cum *Leontio* & *Serapione* Alexandriæ martyr occubuit. *Ammon* demum, Nicomediensis martyr, huc refertur, quia fortè *lector* fuit.

EX STATU MONASTICO.

Duos dumtaxat offert hic status, videlicet *Amatum*, Habendensem sive Romaricensem in Lotharingia abbatem, cujus Vita data & diligenter illustrata, adjectis quoque iis, quæ omissa erant in Actis, & aliunde innotescebant. Alter est *Venerius*, presbyter eremita in Tyro Majore, insula maris Ligustici, qui distinguendus fuit ab altero Venerio, item eremita, sed juniore. Vita *Venerii* data, & de gestis & gloria posthuma Sancti in Commentario tractatum.

EX STATU SECULARI.

Plures in hoc statu damus Sanctos, sed plerosque martyres parùm notos. Roma exhibet *Crescentium* M., cujus Acta sunt edita. Vicina Tuscia habet *Felicem*, *Demetrium*, *Honorium*, *Zetum*, & forsan alios, in aliis Fastis additos. Venetiis colitur *Nicetas*, martyr Nicomediensis, ut fertur; uti & *Ligorius* martyr. Civitas S. Marci in Calabria celebrat *Senatorem*, *Viatorem*, *Cassiodorum*, eorumque matrem *Dominatam*. Apuliæ *Felicissimum & Secundinum* attribuunt aliquot Martyrologia. Alexandriæ Ægypti tribuitur *Philippus M.*, qui subinde Alexandrinus episcopus perperam asseritur. *Macrobius*, *Gordianus*, *Zoticus*, *Lucianus*, *Heli*, *Valerianus*, *Seleucus*, & forsan alii, qui simul memorantur, partim Tomis in Ponto, partim Ancyræ in Galatia passi videntur. Merus, civitas in Phrygia Salutari, habet *Macedonium*, *Theodulum* & *Tatianum*; Asia *Diosolum*, *Matronam*, *Teclam*, & *Heraclium*; Pamphylia probabiliùs *Syrum*: ac demum Africa *Crescentianum*, *Victorem*, *Rosulam* & *Generalem*, quos aliqui perperam in martyrio S. Cypriani socios crediderunt. Prædictis martyribus longè notior est *Guido* confessor, defunctus Anderlaci prope Bruxellas in Brabantia. Hujus Vita ex Mss. edita est, & debitis observationibus illustrata.

EX FEMINEO SEXU.

Præter eas, quas martyrum manipulis adjunctas recensuimus, duas afferimus virgines. Altera est *Margarita* Fontana, tertium Ordinem S. Dominici Mutinæ professa, cujus qualemcumque cultum ostendimus, & Vitam ex Ms. eru-

tam

tam dedimus. Longè celebrior est *Notburga* ancilla, quæ in arce Rottenburgica comitatûs Tyrolensis vitam finivit, ibique plurimis miraculis adeo inclaruit, ut frequentes ad Sanctæ sepulcrum fiant peregrinationes votivæ. Clarissimæ hujus Virginis Vitam separato etiam volumine in quarto edemus. Accedet demum ad hunc tomum appendix de *S. Pulcheria*, in præcedenti ad x Septembris data, Bulla nimirum S. D. N. Benedicti XIV, quâ Officium & Missa de *Pulcheria* post editam à nobis Vitam fuerunt concessa.

NOTA. Nonnullis Commentariis hujus tomi affixæ sunt superiùs litteræ J. T.; initiales eæ sunt nominis P. Jacobi Trentecamp, qui, postquam concinnâsset Commentarios istos, & subnexa his Acta illustrâsset annotatis, propter malè affectam valetudinem studiis nostris valedixit.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS

SOCIETATIS JESU FLANDRO-BELGICÆ,

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CUm Edictis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti & Isabellæ, Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissimè Caroli II Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, & 19 Julii 1694, Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi typographos & bibliopolas, qui, ad aliorum quorumcumque exclusionem, soli imprimere ac reimprimere, & vendere possint libros & Opera quælibet, ritè approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porrò edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quàm in scriptis obtentâ & præexhibitâ licentiâ prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latiùs in ipsis patentibus litteris apparet: cùm etiam sua Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis;

Ego infrascriptus Societatis Jesu per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Ignatio Vicecomite, concedo Bernardo Alberto vander Plasschе *facultatem sic imprimendi, & per se aliosque vendendi infrascriptum Opus, ex more nostræ Societatis (quod hisce attestor) recognitum & approbatum; videlicet, Tomum Quartum de Actis Sanctorum Septembris, collectis & illustratis per Joannem Stiltingum, Constantinum Suyskenum, & Joannem Perierum, Societatis nostræ presbyteros Theologos. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi Antverpiæ* XIII *Januarii* MDCCLIII.

JOANNES FRAEYS.

SUMMA PRIVILEGII REGII.

CÆsareæ & Regiæ Catholicæ Majestatis diplomate sancitum est, ne quis, præter voluntatem Joannis Stiltingi è Societate Jesu, ejusve ad illustranda Sanctorum Acta Adjutorum & Successorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo vel jam editos vel porrò edendos; aut alibi excusos excudendosve invehat, venalesve habeat: qui secus faxit, confiscatione exemplarium, & aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latiùs patet ex litteris, Bruxellæ datis die v Octobris anno MDCCXXXV.

Signat P. VAN CUTSHEM.

Et ego Joannes Perier Societatis Jesu, nomine & loco P. Joannis Stilting absentis, permitto Bernardo Alberto vander Plasschе, ut Tomum Quartum de Actis Sanctorum Septembris, nostro permissu apud ipsum impressum publicet. Datum Antverpiæ III *Martii* MDCCLIII.

APPRO-

APPROBATIO ORDINARII.

PRæclarum *Opus de* Actis Sanctorum *per R. P. Joannem Bollandum jam plus quàm à ſeculo inchoatum; ejuſdem ac ſociorum curâ & induſtriâ, accedente Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ, de Eccleſia optimè meritæ, regiâ munificentiâ, continuatum, ad Septembrem feliciter productum eſt;* cujus menſis Tomum quartum continentem dies tres, nempe duodecimum, decimum tertium & decimum quartum, per RR. PP. Joannem Stiltingum, Conſtantinum Suyskenum, & Joannem Perierum Societatis Jeſu Presbyteros Theologos incredibili aſſiduitate & infatigabili zelo elaboratum, *legi & examinavi tanta animi voluptate, ut illud ipſum tempus, quod ad mentis à ſtudiis & negotiis relaxandæ levamen conceditur, lubens impenderim. Magnam omnium paſſim eruditorum exiſtimationem de tanto Opere fundatiſſimam reperi, tum ob Auctorum, alienos labores ſibi minimè attribuentium, candorem, tum ob ingenuam diſcernendi inter vera & falſa dexteritatem, quâ, critico examine prævio, fabuloſas traditiones, quantumcumque radicatas, è mentibus hominum evellere & rejicere non verentur, proteſtantes interim (quod notandum maximè contra obtrectationes heterodoxorum, qui ſuis perſuadendo calumniantur, ejuſmodi hiſtorias à Catholicis tamquam de fide credendas proponi) non velle ſe*, ſuis aliorumve huc relatis Commentariis aliud pondus tribui, quàm ſit hiſtoriæ ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ. *Digniſſimum itaque cenſeo hunc Tomum quartum, ut typis publicetur, meritiſſimoſque ejus Auctores, qui* Apoſtolicæ etiam prædicationis encomiis laudentur: *verba ſunt Sanctiſſimi Domini Benedicti XIV in approbatione officii Eccleſiaſtici de ſanctâ Pulcheriâ, in fine hujus Tomi relata: utinam hoc officium continens evidentem Orthodoxæ antiquitatis notionem extenderetur ad univerſum clerum! Similia encomia pluribus paterno affectu teſtatur in Epiſtola ad modernos Hagiographos data* 3 *Aprilis* 1751; *quam huic Tomo præfigere expediit, utpote omni approbatione longè ſuperiorem, non tantùm apud Catholicos, qui hunc communem ſuum Patrem & Chriſti Vicarium in Domino gloriantur, ſed & in æſtimatione eorum, qui foris ſunt; quotquot enim inter acatholicos verè literati habentur, modernum Romanum Pontificem hominem undequaque doctiſſimum deprædicant. Datum Antverpiæ* 27 *Februarii* 1753.

J. F. DE BRUYN Præſes Seminarii Epiſcopalis, S. Theol. Licentiatus, cathed. Eccleſiæ Antverpienſis Canonicus Graduatus, Examinator Synodalis, librorum Cenſor.

PROTESTATIO AUCTORUM.

QUod identidem proteſtati ſunt deceſſores noſtri in hoc de Actis Sanctorum Opere ſe ſervatas velle Urbani Papæ VIII conſtitutiones; neque ſuis, aliorumve huc relatis Commentariis aliud pondus tribui, quàm ſit hiſtoriæ, ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ: idem ante hunc Quartum Tomum Septembris denuo proteſtamur.

EPI-

EPISTOLA
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
DOMINI
BENEDICTI
PAPÆ XIV
AD PRESBYTEROS SOCIETATIS JESU, QUI ACTA SANCTORUM EDUNT ANTVERPIÆ,

UNA

CUM RESPONSO EORUMDEM,

AD EUMDEM

SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM.

PRÆFATIO EDITORUM
AD
LECTOREM

EAdem de cauſa, ſtudioſe lector, quâ Sanctiſſimus Dominus Noſter mentem ſuam de Actis Sanctorum à Bollando inchoatis, ac deinde Antverpiæ continuatis, benigniſſimè declarare dignatus eſt, nos Epiſtolam hanc publici juris faciendam credimus. Etenim per varios amicos moniti ſumus, non deeſſe aliquos, cum hîc tum alibi, qui credebant, aut certè credi volebant, BENEDICTUM XIV *Operi noſtro minùs faventem eſſe: imò nos ipſi ſatis certò ex quorumdam verbis intelleximus, eam opinionem necdum omnium animis evulſam eſſe. Habebunt illi ex hac Epiſtola idoneas ad mutandam ſententiam rationes. Subjungimus etiam Epiſtolam, quâ Sanctiſſimo Domino, non pares beneficiis nobis præſtitis, ſed quantas poſſumus, gratias agimus, ut omnes eruditi, qui Actis Sanctorum addicti ſunt, magis intelligant & nobiſcum admirentur inſignem Pontificis verè Maximi in Acta Sanctorum benevolentiam.*

★★★★★

DI-

DILECTIS FILIIS
JOANNI STILTING

SOCIETATIS JESU, ET COLLEGIS PRO OPERE DE ACTIS SANCTORUM

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecti Filii ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

CUm nuper dilectus filius Hieronymus Lombardus, Societatis veſtræ ſacerdos, tomum tertium de Actis Sanctorum menſis Septembris Nobis nomine veſtro obtulerit, munus hoc eâ, quâ decet, animi jucunditate accepimus, vobiſque ob eam cauſam ſingulares gratias habentes teſtamur, ſupradicti tomi lectionem minimè prætermiſſuros. In omni vitæ noſtræ ſtatu, ſanctorum Confeſſorum, ac Martyrum, Virginum, Viduarumque evolvendis Vitis, Proceſſibus, Actis, atque Hiſtoriis multum operæ & laboris impendimus: & quanti fecerimus libros veſtros atque Opera, facilè poterit quiſque colligere ex iis, quæ à vobis didicimus, & non ſine laude ſæpiùs in noſtro Opere de Canonizatione Sanctorum, atque alibi, nominatim produximus. Idem fecimus, poſteaquam ad hoc Catholicæ Eccleſiæ culmen nullo noſtro merito evecti conſcendimus: quod quiſque poteſt apertè cognoſcere tum ex Præfatione, quam Martyrologio Romano præmiſimus, tum ex aliis noſtrorum Operum locis, quorum in præſens non ſubit animum recordatio. His poſitis, magna Nos perculit admiratio, ſtatim ac rumor inde à veſtris regionibus diſſeminatus huc ad noſtras aures pervenit, in Nobis ſcilicet, mutatâ opinione, amorem illum deferbuiſſe, quo vos antea complectebamur, laboreſque veſtros non ampliùs gratos Nobis eſſe, ut olim habebantur: cujus fabulæ totum fundamentum conſiſtit in Epiſtola, quam ad Prælatum quemdam conſcripſimus jam uſque ab anno 1748 die 31 Julii. Sed ſufficit Epiſtolam illam percurrere, ut ſtatim intelligatur, Epiſtolam familiarem fuiſſe eam, quæ intrà privati commercii fines latêre oportebat, nec umquam in vulgus produci, ut factum eſt imprudentiâ atque infidelitate unius, cujus nomen charitas vult ut taceatur, eò magis quòd commiſſum errorem illi ex ſincero animi affectu condona-

navimus. Modò memorata Epiſtola ad hunc finem conſcripta erat, ut perſuaderetur Prælato, parum fuiſſe rationi conſentaneum devenire ad proſcriptionem Operum viri cujuſdam omni laude cumulatiſſimi, & de Romana Eccleſia alioquin bene meriti : tum quia eadem Opera ſæpiùs ad examen in ſuperiori tribunali revocata, tamquam errori minimè obnoxia, ab omni cenſura evaſerant immunia : tum quia, cùm de Auctoribus res eſt, qui magnum nomen adepti ſunt, quique ſuis Operibus utiles ſe præbuerunt Eccleſiæ; ſi futurum eſſet, ut eorumdem Operum proſcriptio majori cum detrimento, quàm fructu, turbas ſuſcitaret atque incommoda, prudens Eccleſiaſtici gubernii adminiſtratio requirit, ut nullâ damnentur poſitivâ cenſurâ, licèt cateroqui notâ aliquâ inuri poſſe videantur : quod multò magis locum habere debet, quando ea, quæ in contrarium afferuntur, ex quadam animi perturbatione, ſeu potiùs audacia, manant & fluunt; etiamſi delatores contendant, accuſationes ſuas ineptas non eſſe neque frivolas, ſuaſque cenſuras eſſe verè theologicas, & ſtabili ratione fundatas. In hoc enim, non ipſorum, ſed ſanctæ Sedis judicio ſtandum eſt. Hic noſtræ mentis ſcopus fuit in ea Epiſtola conſcribenda : cujus explanatio atque interpretatio Nobis unicè competit, præterea nemini. Vobis exploratum eſt, aliqua ex veſtris Operibus, nonnulla præſertim à celeberrimo auctore Papebrochio conſcripta, incidiſſe in eam calamitatem, ut multi invenirentur accuſatores, qui eadem crudelibus cenſuris inclementer tractarent. Nos cenſuras hujuſmodi curſim attingere, & ſolo veluti nutu indicare, opportunum in illa Epiſtola judicavimus; quia id convenire argumento videbatur, quod tunc Nobis erat præ manibus : minimè tamen ratas eas habuimus, aut approbavimus; quia ſemper illud Nobis laudi atque honori duximus, & quamdiu vitâ fruemur & communi ſpiritu, in ea voluntate conſtantes futuri ſumus, reprobandi id, quod priùs ab hac ſancta Sede reprobatum fuit aut reprobatur; numquam verò reprobandi id, quod adhuc eadem ſancta Sedes non reprobavit aut reprobat, etiamſi aliqui temerè illud reprobare audeant. Nuda hujus facti narratio, & ſincera noſtræ mentis expoſitio, vobis, atque etiam aliis quibuſlibet, dummodò ſui compotes ſint, animoque minimè malo, ſatis abunde eſſe debent.

Sperare non poſſumus futurum, ut veſtrum illud de Actis Sanctorum Opus noſtrâ ætate ad exitum perducatur. Poſſumus quidem, prout cogitatione aſſequi licet, conjecturam facere, quòd, completo ingenti Opere, nonnulla ſupplementa aut additamenta apponere neceſſe erit. Dum volumina jam edita frequenter evolventes aſſiduâ lectione percurreremus, animadvertimus, inſertas fuiſſe pluribus in locis Relationes à ſacræ Rotæ Auditoribus digeſtas circa Sanctorum cauſas, quorum Vitæ iis in locis deſcribebantur. Cùm verò ibidem nonnullæ Sanctorum Vi-

tæ

tæ habeantur, in quibus præfatæ Relationes deſunt, quamvis aliàs minimè deſiderentur; editas fuiſſe à vobis conjicimus eas, quarum vobis copia ſuppetebat, omiſſis cæteris, quæ ad veſtras manus non adhuc pervenerant. Credi vix poteſt, quantâ Nos in minoribus diligentiâ uſi ſimus, ut Relationes hujuſmodi, quotquot inveniri potuerunt, undique colligeremus; quippe qui neceſſario hoc apparatu minimè carere poſſe videbamur ad ea Opera lucubranda, quæ poſtea typis edita in lucem emiſimus. Atque adeò operæ pretium fore arbitramur, ſi vos elenchum texere faciatis Relationum illarum, quas in cauſis Sanctorum à Rotæ Romanæ Auditoribus exaratas voluminibus jam editis inſeruiſtis; elenchum item cæterarum, quas habetis, & voluminibus poſthac edendis inſerere cogitatis: ut duplex iſte elenchus ad Nos tranſmiſſus, & cum noſtrarum Relationum catalogo collatus, Nos moneat, quæ Relationes apud Nos ſint, quas vos non habeatis: eaſque libentiſſimè vobis mittere parati ſumus, quotieſcumque opportunum id veſtro Operi atque utile judicetis; quod ipſum noſtræ erga vos benevolentiæ argumentum, manifeſtiſſimum erit indicium, unde conſtet, quanti vos faciamus, & quanta in æſtimatione ſtudia ſudoreſque veſtros habeamus. Interea, dum Litteras veſtras cum ſignificato elencho exſpectamus, Apoſtolicam Benedictionem vobis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, tertio Nonas Aprilis MDCCLI., Pontificatus noſtri anno undecimo.

BEATISSIME PATER

Litteras SANCTITATIS TUÆ, quibus eximiâ planè benevolentiâ perpetuum in *Acta Sanctorum* ſtudium ac Paternum in nos animum declarare voluit, nuper accepimus non ſine ſuavi admiratione. Etenim, etſi nec novum nec inſolitum nobis fuerit, BEATISSIME PATER, repetita benignitatis in nos Tuæ teſtimonia accipere, ideoque minimè dubitaverimus, quin tomum noſtrum tertium Septembris vultu non minùs placido exciperes, quàm aſpexeras præcedentes; tam ſingularem tamen hiſce Litteris gratiam nobis præſtitiſti, tantam de Opere noſtro ſollicitudinem oſtendiſti, tam prudenter ac fortiter inanes aliquot æmulorum noſtrorum conatus retudiſti, ut hujuſce favoris Tui amplitudinem mirari magis poſſimus, quàm verbis explicare; præſertim cùm probè perſpectum habeamus, quanta inter Majeſtatem Tuam & tenuitatem conditionis noſtræ ſit diſtantia, quantumque ex dignitate Tua præſtito nobis beneficio accedat pretium. Iſtud enimvero non noſtræ induſtriæ, ſed totum beneficentiæ Tuæ, propenſoque in *Acta Sanctorum* animo acceptum referimus. Noveramus quidem, gratum Sanctitati Tuæ eſſe Opus de Actis Sanctorum, litteriſque variorum nobis relatum erat, quàm benevolè de illo frequenter loquereris, ita ut lætaremur labores noſtros probari à SUMMO PONTIFICE, tam eruditione quàm dignitate Maximo. At rebus noſtris unicè intenti, minimè cogitabamus de ullis umquam ad Te dandis litteris; quando mira affabilitas Tua, SANCTISSIME PATER, nos ultro attraxit, atque ita attraxit benevola affectus in nos Tui declaratione, ut crederemus de verecundia noſtra aliquid remittendum eſſe, ſcribendaſque ad Te litteras, quibus & debitas gratias ageremus de tanto favore, ac nos Opuſque noſtrum reverenter Tibi commendaremus. Hanc verò fiduciam noſtram Tibi gratam fuiſſe, oſtendunt Litteræ Tuæ non diu pòſt datæ, quibus teſtaris, noſtras *magna cum voluptate* à Te lectas, quibus & *planè perſuaſum* nobis *eſſe* vis *de amore ac benevolentia* in nos Tua, quibus iterum declaras, *magnam ſemper fuiſſe opinionem* Tuam *de ingenti Opere*, ACTA SANCTORUM *nuncupato*, *quod*, inquis, *à deceſſoribus Collegis veſtris optimo conſilio ſuſceptum, atque incredibili labore continuatum, nunc demum veſtro ſtudio ac diligentiâ in hanc amplitudinem, in qua conſpicitur, perductum fuit.* In iiſdem demum Litteris ad proſequendum laborem nos ſuaviter ac benevolè ſic hortaris: *Vos pergite in Sanctorum monumentis colligendis illuſtrandiſque de Eccleſia Dei bene mereri, ac filiali amore Nos proſequi: dum Nos & præclaros labores veſtros, & piam veſtram erga Nos affectionem confirmaturi, Apoſtolicam benedictionem vobis amanter impertimur.* Hæc verba, BEATISSIME PATER, quæ Tibi ſuggeſſit cura ac ſollicitudo de utilitate totius Eccleſiæ, quæ benevolentia atque affabilitas Tua dictavit, recitanda cenſuimus, cùm ut orbis univerſus videat, quantam dudum de Opere noſtro curam geſſeris, tum ut æmuli noſtri magis intelligant, quàm imprudenter verba aliquot Tua arripuerint ad nos oppugnandos, ſalubrique docti rubore non tam leviter impoſterum ad pugnam proſiliant. Litteris porrò addere voluiſti donum nobis longè gratiſſimum ac jucundiſſimum, videlicet Patavinam editionem Operis Tui præſtantiſſimi *de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum Canonizatione*, quam eodem anno accepimus. Acceſſerunt deinde Tui in nos animi repetitæ declarationes complures. Nunc verò novis rurſum beneficiis priorem beneficentiam Tuam auges & ſuperas: nam & publica benevoli judicii Tui de *Actis Sanctorum* declaratione invidentium nobis animos confundis, & candida verborum Tuorum expoſitione manibus eorum excutis tela leviter arrepta. Quin & benignè polliceris Relationes ab Auditoribus Rotæ digeſtas, quas necdum habemus, utiliſſimum Operi noſtro ſubſidium. Enimvero tam rara & inuſita-

ſitata hæc eſt gratia, BEATISSIME PATER, ut ab ea acceptanda ſplendor dignitatis Pontificiæ nos deterreret, niſi eximia modeſtia & affabilitas Tua nobis perſuaderet, Te vera animi magnitudine etiam ſuprema illa dignitate longè ſuperiorem eſſe, neque timere te, ne quid Majeſtati Tuæ detrimenti inferas, dum illam tantiſper ad humilitatem noſtram benignè inclinas. Cùm autem clarè perſpiciamus, eo Te eſſe animo, ut Majeſtate Tua nolis frui ad pompam inanem, ſed uti Dignitate ac poteſtate Tua ad utilitatem totius Eccleſiæ, reverenter & lætiſſimo animo accipiemus munus tam amanter oblatum, atque hunc in finem hiſce adjungimus elenchos à Te petitos.

Novimus quidem nos eo non eſſe loco, ut Tuis beneficiis vicem reddere poſſimus: neque enim id permittit aut etiam requirit ſuprema Dignitas Tua. Attamen poſſumus beneficia Tua utcumque agnoſcere & magni facere. Hæc eum in finem breviter recenſuimus, ſed non omnia: nam & alia habemus optimæ ac beneficæ Tuæ in nos voluntatis indicia, indubiis magnorum virorum teſtimoniis ad nos perlata; certóque novimus, Te ab annis pluribus alia quoque ſubſidia nobis procurare voluiſſe, ſi judicarentur neceſſaria. Hanc tantam in nos longè diſſitos charitatem Tuam, tantam de commodis noſtris curam, tantam pro honore Operis noſtri ſollicitudinem dum attenta mente perpendimus, non incertas de bonitate ac puritate animi Tui facimus conjecturas. Perſpicimus, quàm benevolè affectus ſis in pios doctorum labores, qui Majorum noſtrorum Lucubrationibus noſtriſque conatibus tam propensè faves. Conſideramus, quantam de utilitate totius Eccleſiæ curam geras, qui ignotis aliàs ſcriptoribus omni modo opem ferre deſideras, quia ipſorum Opera Eccleſiæ utilia exiſtimas. Intelligimus, quantùm averſeris inanem faſtum, qui nexu eleganti amorem cum Majeſtate componere noviſti, ac nos privatos nulliſque inſignitos titulis familiariter per litteras alloqui non gravaris. Itaque cùm Te talem Pontificem & communi aliorum relatione & propriâ experientiâ cognoſcamus; nequaquam mirari poſſumus, BENEDICTUM XIV univerſali ac pervulgata voce Magnum Sanctumque haberi Pontificem, nomenque Tuum tantis populorum omnium ſtudiis, tanta veneratione, tanto amore celebrari. Nam vera virtus mirabiles ſemper ſui amores excitat apud prudentes omnes, qui eam nôrunt æſtimare. Vera ſapientia, quandocumque innotuerit, incredibili vi animos omnium ad ſe trahit. Si quis igitur in ſuprema dignitate lenitatem, affabilitatem, candorem, modeſtiam, amoremque ſubditorum cum juſtitia, prudentia, diligentia ac vigilantia conjunxerit; ſi non indignum ſua Majeſtate ducat cum humilibus agere, quò magis prodeſſe valeat omnibus; ſi clementer, manſuetè, juſtè, moderatè, ſapienter, diligenter utatur poteſtate à Deo ſibi data, ut omnes protegat, omnibus proſpiciat, omnium utilitati, incolumitati ac ſaluti conſulat; quis tandem, niſi planè amens ſit, talem Principem laudibus non efferat? in oculis non ferat? ſummis ſtudiis non proſequatur? incenſo amore non complectatur? Jure enim meritiſſimo ab omnibus diligitur, qui non ſolis verbis, ſed factis, ſed curis de omnium vero bono, ſed ſollicitudine de omnium ſalute, ſinceram omnium dilectionem oſtendit. Ingentem hunc omnium populorum in te amorem luculenter teſtatur tranſactus nuper annus Sanctus, quo Jubilæum intelleximus celebratum tanto peregrinorum concurſu, quantum aliàs non audivimus, tanta Romanorum caritate ac pietate, quantam iis inſpirare nata erant exempla Tua, ſtudiaque ardentiſſima ad divinam gloriam promovendam. Curaverat diligens induſtria Tua, ut per totam ditionem Eccleſiaſticam in commodum peregrinantium viæ complanarentur, ut ad eorumdem ſolatium magna ubique cibariorum aliorumque ad victum pertinentium eſſet copia, ut eccleſiæ Urbis inſtaurarentur ſplendidéque exornarentur ad conciliandam divino cultui majorem reverentiam, ut frequentioribus ferventium prædicatorum adhortationibus populorum animi ad pœnitentiam atque ad pietatem inflammarentur, ut demum variis Tuis Conſtitutionibus dubia in iis occurrentia tollerentur, omniaque in ordinem elegantem dirigerentur. Hiſce autem curis ac indefeſſis laboribus Tuis egregiè reſponderunt populi Romani ſtudia, principum virorum ac mulierum pietas & miſericordia, & præ ceteris S. R. E. Cardinalium eminentiſſima religio, modeſtiſſima charitas, inſigniſque liberalitas ac munificentia. Concurſum verò undique adventantium tantum fuiſſe accepimus, ut non modò longè ſuperaverit numerum eorum, qui ad poſteriora Jubilæa accurrerunt; ſed nulla quoque ſuperſit memoria Jubilæi ullius, ad quod tanta confluxit multitudo. Hoc certè nobis relatum eſt teſtimonio fide dignîſſimo. Neque Italos modò, aut alios Europæ populos Roma vidit ad ſe confluentes; ſed Armenia, Syria, Ægyptus, aliæque remotiſſimæ Turcici imperii provinciæ non paucos quoque tranſmiſerunt. Nimiùm ſanè recedemus à propoſito noſtro, BEATISSIME PATER, ſi enumerare velimus varios animarum fructus, quibus Divina liberalitas anno illo celeberrimo pietatem Tuam, accenſaque in veram

ram hominum felicitatem ſtudia, remunerare ac recreare dignata eſt. Hunc igitur annum meritò felicem fortunatumque ſemper credes, & pro multis annis numerare poteris, cùm illum tot ornaveris virtutibus Pontificiis, tot factis præclaris illuſtrem feceris, tot felicibus ſucceſſibus abundantem videris, ut prolixum honeſtarent Pontificatum, ſi illa omnia in multos diviſa fuiſſent annos. Auget felicitatem ejuſdem anni glorioſa planè ac feliciſſima compoſitio diuturnæ controverſiæ de Patriarchatu Aquileienſi, anno Sancto feliciter cœpta, & non diu pòſt feliciſſimè perfecta. Hanc deceſſores Tui intactam reliquerant, magiſque optandus videbatur, quàm facilè ſperandus finis tam antiquæ litis. Verumtamen ſolo ſalutis animarum ſtudio Pietatem Tuam impellente, mira animi magnitudine hunc ſcopulum amovere voluiſti, tantâque conſtantiâ, fortitudine ac prudentiâ rectè cœptis inſtitiſti, ut ea glorioſo exitu coronâris, conſentientibus utrimque Principibus, lætantibus bonis omnibus, applaudente orbe Chriſtiano. Præclaræ ejuſmodi aliæque id genus res geſtæ, quibus ſanctitatem nominis Tui egregiè exprimis & tueris, locum Tibi non minùs apud poſteros dabunt inter Magnos Sanctoſque Pontifices, quàm modò dederunt apud viventes. Ad augendam porrò nominis Tui celebritatem accedunt Scripta eruditiſſima & plurima typis edita : in hiſce enim viri docti non poterunt non perpetuò admirari accuratam diligentiam, prudentem criſim, locupletem ac variam doctrinam, imò & moderationem ac modeſtiam ſingularem. Certè ea eſt noſtra, & deceſſorum noſtrorum, qui præſtantiſſimum Opus Tuum *de Canonizatione Sanctorum* videre & legere potuerunt, de illo conſtans opinio, non rarò in libris noſtris breviter inſinuata, frequenter in privatis congreſſibus repetita, ſæpè viſentibus bibliothecam noſtram declarata. Quare non dubitamus coram orbe erudito palàm edicere, quod crebrò mirati ſumus, nullum manibus noſtris teri ſcriptorem poſteriorum ſeculorum, cujus ſententias ita conſtanter ſequi potuimus, quàm ſequendas credidimus Tuas, ubicumque aliquid ex Opere Tuo ad propoſitum noſtrum conducebat. Opera igitur illa, BEATISSIME PATER, eruditione atque accuratione tam inſignia, Te famamque Tuam poſteritati commendabunt, magnoſque inter ac primæ notæ ſcriptores Eccleſiaſticos nomen Tuum meritò celebrabitur. Attamen magnas haſce inter dotes, quibus Divina liberalitas SANCTITATEM TUAM munifica manu exornare voluit, & quibus toto vitæ decurſu diligentiſſimè uſus es tam agendo magna, quàm ſcribendo utilia, ſuo non carebunt ſplendore mira illa charitas, lenitas, affabilitas, modeſtia, quibus tam benignè plurimum de Majeſtate Tua remittis, ut labores aliorum & ſtudia tuearis, ſuſtentes, & promoveas. Nam qui oculo perſpicaciori ſingula ſolent intueri, ex modeſta illa Tua charitate facilè perſpicient, Divini honoris amore ad magna Te impelli, ad Dei gloriam innumeros labores Tuos dirigi, ad utilitatem totius Eccleſiæ exercitatum tot doctis Operibus calamum à Te numquam deponi. Si quis enim ſtudiis ſuis aut inanem ſectetur magni nominis umbram, aut certè ſua magis quærat, quàm quæ ſunt Jeſu Chriſti : ille aliena non amat Opera, aliena ſincerè non laudat, alienis non delectatur; nedum opem iis præſtare deſiderat.

At veremur, SANCTISSIME PATER, ne epiſtolarem brevitatem longiſſimè excedamus, ſi omnem candidæ ſinceræque charitatis Tuæ pulchritudinem curioſiùs inveſtigemus. Imò etiam timemus, ne fortè graves ſimus modeſtiæ Tuæ, quam & in priore Epiſtola Tua, & in aliis occaſionibus vehementer admirati ſumus. Itaque ad humillimas & maximas de ſingulari prorſus favore nobis præſtito gratias agendas accedimus, numeroſumque amicorum agmen nobis adjungere cupimus, ut, non pares quidem favoribus Tuis, pares tamen viribus noſtris perſolvamus grates. Haſce primùm nobiſcum aget tota Societas Jeſu, Operi noſtro mirè addicta, multiſque aliis beneficiis ad grates TUÆ SANCTITATI agendas obſtricta. Novimus, quanta cum laude de Scriptoribus Societatis loqui conſueveris, illoſque in libris Tuis memorare, ut illa favorabili judicio Tuo magis lætari poſſit ac debeat, quàm poſſit anxiè ſollicitari, ſi quis fortè privatus ſcriptor magnum ſe nomen adepturum ſperet, modò præcipuos Societatis auctores acerbo calamo exagitaverit. Novimus, quàm ſtudioſè proprium etiam laborem conferas, ut cauſæ Servorum Dei, qui eminentibus virtutibus in Societate floruerunt, non minùs quàm aliorum, rectè dirigantur, ut tandem judicio falli neſcio illos ad ſupremos Beatorum ac Sanctorum in terris honores provehere tutò valeas. Legimus demum Litteras Pontificias totius Ordinis noſtri laudibus plenas, audivimuſque varios favores ac privilegia, quibus Societati benigniſſimè voluiſti & frequenter gratificari. Nulla igitur eſt dubitatio, quin Societas tota, tot tantiſque dudum devincta beneficiis, ad agendas SANCTITATI TUÆ de novo hoc favore gratias comitem ſe nobis præbeat. Adjungent ſe etiam ex omnibus provinciis viri pii atque eruditi plurimi, quos Operi noſtro multùm faventes ac benevolos novimus, quique de benigna judicii Tui declarat

ratione vehementer gaudebunt. Tot omnium ordinum ſocios ad grates referendas colligimus, quia Te ſublimiori loco poſitum agnoſcimus & lætamur, quàm ut beneficentiſſimæ Tuæ in nos voluntati ſimilia poſſimus rependere. Hoc ſolum poſſumus, quod animo propenſiſſimo facimus : precibus nimirum Sacrificiiſque Omnipotentem Deum, qui Te talem Eccleſiæ univerſali Rectorem & Patrem benignè dedit, ſupplices flagitabimus, ut ſenectam Tibi vegetam diu conſervare, & perpetuos labores Tuos uberrimo fructu remunerare dignetur, ut omnium Pontificum maximè longævus orbi præeſſe Chriſtiano ad Tuum omniumque viventium ac futurorum bonum merearis. Demum, BEATISSIME PATER, quia & hanc fiduciam benignitas Tua nobis præbere videtur, non dubitamus, cùm Opus noſtrum de *Actis Sanctorum*, quod diligenter proſequi cupimus, tum univerſam Societatem, in omnibus ferè orbis regionibus pro ſalute animarum laborantem, cui nos adſcriptos gaudemus, continuæ benevolentiæ Tuæ atque affectui verè paterno humillimis precibus commendare : proſtratique ad SANCTITATIS TUÆ pedes, quantâ poſſumus reverentiâ atque animorum ſubmiſſione, benedictionem Apoſtolicam humiliter flagitamus.

SANCTITATIS TUÆ

Humillimi, devinctiſſimi & obedientiſſimi ſervi ac filii

JOANNES STILTING
CONSTANTINUS SUYSKENS
JOANNES PERIER
JACOBUS TRENTECAMP.

INDEX SANCTORUM
AD TOMUM IV SEPTEMBRIS.

A

Albeus. Vide *Albeus.*

12 Albeus *seu* Ailbeus episcopus Imelacensis, in Momonia, Hiberniæ provincia. SYLLOGE HIST. CRITICA. § 1. Sancti sedis episcopalis notitia : memoria in nonnullis Martyrologiis : Missa propria : Acta fabulosa, nec edenda 26. § 11. Tempus adventûs ejus in Hiberniam, quò à S. Hilaro Papa mitti potuit : gesta in episcopatu, obitus, sepultura 28

13 Amatus episcopus Senonensis conf., Broyli in Flandria Occidentali. COMM. PRÆV. § 1. Locorum notitia : Fasti sacri, quibus insertus legitur : tempus natale Sancti & patria incerta : cultus : Acta edenda 120. § 11. Sancti pueritia : episcopatus Sedunensis an Senonensis ? quo ordine Senonensium archiepiscoporum Catalogo inserendus sit : quid de Amato eadem die à Sedunensibus culto statui possit 122. § 111. Sanctus jussu Theodorici III Peronæ sub custodia S. Ultani abbatis exsulat : ejus in prædicta abbatia conversatio : S. Ultano mortuo, Peronâ Broilum adducitur : miraculum, quod in itinere contigisse scribitur : accessus ad Hamaticum monasterium : ibidem à Sancto gesta illustrantur 125. VITA, *auctore anonymo, ex Ms. Atrebatensi S. Mariæ* 128. APPENDIX. De variis sacri S. Amati corporis translationibus, & locis, quibus colitur, & reliquiæ ejusdem corporis concessæ sunt, *ex codice Ms. ecclesiæ collegiatæ S. Amati Duacensis* 131

13 Amatus Abbas Habendensis sive Romaricensis, in Lotharingia. COMM. PRÆV. § 1. Acta Sancti hîc danda ; vitæ chronotaxis usque ad exstructum Habendense asceterium 95. § 11. Gesta quædam, à biographo Sancti omissa, supplentur ex Vita S. Eustasii, & examinantur 97. § 111. S. Amati, à synonymis distinguendi, tempus emortuale ; memoria in Martyrologiis, cultus antiquus 98. § IV. Loca sacra in honorem Sancti exstructa ; insignis cultus & festivitates annuæ 100. VITA, *auctore anonymo coævo, ex Mss. Romaricensi, S. Maximini Trevirensi, Ultrajectino & alio, collatis cum editione Mabillonii.* PRÆFATIUNCULA. CAP. I. Sancti natales, vita monastica & solitaria 103. CAP. II. Perducitur Luxovium à S. Eustasio ; & ipse eò allicit S. Romaricum, quocum Habendense asceterium construit 104. CAP. III. Postrema Sancti gesta & pius obitus 106

12 Ammon mart. & forsan lector, Nicomediæ. *Ex Hieronymianis apographis* 12

Antoninus. Vide *Antonius.*

13 Antonius *vel* Antoninus episcopus, ut creditur, Carpentoractensis, Beduini in comitatu Vindascino. SYLLOGE. De cultu & reliquiis : de ætate & persona conjecturæ 81

12 Autonomus episc. mart., in Bithynia. COMM. PRÆV. Memoria Sancti apud Græcos & Latinos : cultus apud Græcos die præcedente : Acta Græca Metaphraste multò antiquiora esse ostenditur 14. Acta, *auctore anonymo, ex codice Ms. Græco, cum Latina interpretatione, quæ edita est apud Lipomanum tom. 6 fol.* CCXXXXV. 16

C

Cassiodorus cum Senatore &c. Vide *Senator.*

Cerealis cum Cornelio &c. Vide *Cornelius.*

14 Cornelius Papa mart., Centumcellis in Etruria, item Cerealis, Salustia & Socii XXI mart., Romæ. COMM. HIST. § 1. Memoria Sancti variè in Martyrologiis relata : antiquissimus ejusdem & hodiernus cultus 143. § 11. Actorum examen & errores 145. § 111. Sancti martyrii palæstra non Roma, sed Centumcellæ in Hetruria : conjectura de adjunctis ipsi in martyrio Sociis, ac reliquiis Antverpiam delatis 147. § IV. S. Cornelii patria Romana : acta ante Pontificatum : ejusdem ad illum assumptio post diuturnam sanctæ Sedis vacationem 150. § V. Occasio eligendi Pontificis : Cornelii virtutes & præclara electio : Novati ac Novatiani notitia : schismatis ab his suscitati causa, modus ac tempus 154. § VI. Novatiani molitiones adversùs S. Cornelium : acta Carthagine de hac controversia : Novatiani sacrilega ordinatio & pseudo-pontificatus : ejus legati Carthagine rejecti, & Cornelii Pontificatus ibidem agnitus 158. § VII. Tempus initi per Novatianum pseudo-episcopatus 162. § VIII. S. Cornelii Pontificatus per Africam publicatus : Novatianorum molitiones & nova legatio : quorumdam confessorum saluberrimus è schismate ad Ecclesiam reditus 164. § IX. Concilia Romæ & alibi celebrata, in quibus lapsi ad pœnitentiam & pacem admissi, & Novatianus damnatus : Trophimus cum maxima plebis parte pœnitens, in Ecclesiam receptus 167. § X. Novatianorum nova legatio, & molitiones in Africa : eorum hæresis in Antiochena synodo damnata, & in Oriente rejecta : Felicissimus, alter schismaticus, à Cornelio repulsus 172. § XI. Persecutio à Gallo resuscitata : contra quam lapsis prospectum : Cornelii & Romanorum illustris confessio : Novatiani à persecutione immunes 174. § XII. Sancti exsilium : tempus sedis : martyrium verisimiliùs per supremum supplicium ipsi illatum ; ejusdem epistolæ genuinæ, ac supposititicæ : Ordinationes ab eo factæ 177. § XIII. Sancti corpus Romam translatum, & à S. Leone I, deinde à S. Hadriano I in alia ecclesia de-

depoſitum : ejuſdem tranſlatio in Franciam 181. § XIV. Sancti reliquiæ & cultus celebris in Indenſi abbatia prope Aquiſgranum 185. § XV. Sancti reliquiæ & cultus Rotnaci in Flandria : earum per hæreticos profanatio & per Catholicos recuperatio 187. § XVI. Ejuſdem Sancti cultus & reliquiæ in nonnullis aliis locis 189

12 Cornutus *vel* Curnutus martyr, Iconii in Lycaonia. *Ex Martyrologiis* 9

14 Creſcentianus, Victor, Roſula, Generalis mart., in Africa. *Ex Martyrologiis* 348

14 Creſcentius mart., Romæ. COMM. PRÆV. De Sancti Actis, cultu, & reliquiis 351. ACTA, *ex tom. N. P. Gallonii apud PP. Oratores Romæ* 352

12 Cromides *vel* Hieronides diaconus, Leontius, & Serapion &c. martyres, Alexandriæ in Ægypto. *Ex Faſtis Græcorum & Martyrologio Romano* 13

Curnutus. Vide *Cornutus.*

14 Cyprianus, epiſc. mart., prope Carthaginem in Africa. COMM. PRÆV. § I. Cur de eo hodie agamus. Vita à S. Pontio diacono ſcripta, & Acta proconſularia, prætermiſſis aliis, unde edenda : Acta gemini Cypriani confuſa : Sanctus à variis varia de cauſa laudatus 191. § II. Sancti patria Africa, fortè Carthago : profeſſio rhetorices, eloquentia, vita ante baptiſmum acta, & ad fidem converſio 194. § III. Tempus ſuſcepti baptiſmi incertum : mirabilis morum mutatio, & virtutes heroïcæ ipſius, probabiliùs adhuc catechumeni 197. § IV. Neophytus in virtutum & ſacrarum Litterarum ſtudium incumbit; profanam facundiam ſuam coërcet; ſcribit epiſtolam ad Donatum, & librum de Idolorum vanitate 200. § V. Sanctus Neophytus, presbyter, nec multò pòſt Carthaginenſis epiſcopus, miro plebis conſenſu creatur; obtrectatores ſuos benignè habet 203. § VI. Epiſcopales Sancti virtutes : liber de diſciplina & habitu virginum, ac epiſtola LXI, LXII, LXV & LXVI pro diſciplina eccleſiaſtica probabiliter ante perſecutionem ſcriptæ 207. § VIII. Perſecutione à Decio excitatâ, Sanctus ad leonem poſtulatur, ſecedit, & proſcribitur : ſeceſſus hic ab omni ſiniſtra ſuſpicione vindicatur 211. § VIII. Perſecutionis progreſſus & atrocitas : varia lapſorum in ea genera : in quo poſitum fuerit libellaticorum crimen 214. § IX. Sanctus è ſeceſſu ſuo epiſcopatum ſtrenuè adminiſtrat : per litteras purgat ſe apud clerum Romanum : tempus, quo epiſtolæ II, III & XIV ſcriptæ ſint 218. § X. Quot & quæ ſuperſint epiſtolæ ex tredecim à S. Cypriano è ſeceſſu ad ſuos ſcriptis, & in epiſtola XIV ab eodem memoratis 221. § XI. E ſeceſſu ſcribit ad clerum ſuum de cura gregis, pauperum ſuſtentatione, & captivis cautè inviſendis : martyres ac confeſſores hortatur 225. § XII. Aliquot confeſſorum clericorumque in lapſis ad pacem admittendis temeritatem tribus epiſtolis acriter objurgat 226. § XIII. Scribit epiſtolam XII & XIII, in quibus aliquam gratiam lapſis concedit, & nimiùm properantes ad veniam reprehendit 230. § XIV. An ſolis lapſis, libellum martyrum habentibus, in periculo mortis pacem dari Sanctus permiſerit 232. § XV. Confeſſorum lapſorumque arrogantiæ viriliter ſe opponit : Romanorum litteris recreatus, ad eos ſcribit : lectorem ac ſubdiaconum ordinat 235. § XVI. Alia à Sancto contra pervicaces confeſſores, clericoſque ac lapſos geſta : litteræ ad Romanam clerum, & ab hoc & Romanis confeſſoribus ad illum datæ 237. § XVII. Romanorum litteras vulgari curat; alias ab iiſdem accipit : pax propinqua ipſi revelatur, ad quam accelerandam ſuos de orando Deo monet 240. § XVIII. Clero ſuo curam confeſſorum ac pauperum commendat : Aurelium ac Celerinum lectores creat : ad confeſſores Romanos ſcribit : S. Numidicum presbyterum eidem clero adjungit 243. § XIX. Illuceſcente Eccleſiæ pace, diſcolos confeſſores per litteras corripit : reditum ſuum prudenter differt : pauperum ſuſtentationem clero denuò commendat 245. § XX. Initium ſchiſmatis Feliciſſimi, qui unà cum nonnullis ipſius aſſeclis à S. Cypriano ejuſque vicariis excommunicatur 247. § XXI. Novatus cum quatuor presbyteris Feliciſſimo palàm adhæret : Sanctus gregem ſuum contra hos inſtruit, ſed reditum ſuum differre cogitur 251. § XXII. Sanctus è ſeceſſu redit Carthaginem : ſynodum de lapſis celebrat : quid de ſacrificatis in ea decretum 253. § XXIII. Libellaticis pœnitentibus pax à ſynodo mox conceſſa : Feliciſſimus, Novatus, aliique damnati; alia ad hanc ſynodum ſpectantia 257. § XXIV. Geſta contra Novatiani antipapæ ſchiſma : S. Cornelii Pontificatus in Africa agnitus & promulgatus 260. § XXV. Romanos confeſſores, litteris & libro de Unitate Eccleſiæ miſſis, à ſchiſmate reducere nititur; reductis gratulatur 262. § XXVI. Altera Novatianorum legatio & moliones in Africa : apologia à Sancto pro ſe omnibuſque Catholicis ad Antonianum ſcripta 264. § XXVII. Liber de Lapſis à Sancto conſcriptus : nonnullæ pœnæ coram ipſo divinitus inflictæ : liber de Oratione Dominica ab eodem compoſitus 267. § XXVIII. Reſpondet ad quæſita de cauſa lapſorum : ſynodum celebrat, in qua rejectus Privatus hæreticus, actumque de cauſa Therapii ac Victoris, & de parvulis baptizandis 270. § XXIX. Fortunatianum in perſecutione lapſum ab epiſcopatu ſuo Aſſuritano arcendum monet : ſcribit contra abuſum, quo aqua ſine vino in Sacrificio offerebatur 272. § XXX. Fortunatus pſeudo-epiſcopus factus : Sanctus in ſchiſmaticis reconciliandis laborat : Maximus pſeudo-epiſcopus ordinatus : legati à Fortunato miſſi, Romæ rejecti 275. § XXXI. Sanctus ad utramque Cornelii epiſtolam reſpondet, & pro Eccleſiæ diſciplina & dignitate contra hæreticos tuenda perorat 277. § XXXII. De inſtanti perſecutione divinitus admonitus, Thibaritanos per epiſtolam hortatur ad martyrium : lapſis pacem dandam in concilio decernit : ſcribit ad S. Cornelium, ejuſque ſucceſſorem S. Lucium 280. § XXXIII. Utrùm perſecutio, à S. Cypriano ſuprà prædicta, in Africa ſub Gallo exarſerit 282. § XXXIV. Sanctus plebem ſuam ad ſuccurrendum peſte infectis inſigni oratione accendit : magnam pecuniæ ſummam pro redimendis è barbarorum captivitate fidelibus mittit 286. § XXXV. Chriſtianam religionem ſcripto libro adversùs Demetriani criminationes defendit 288. § XXXVI. Scribit librum de Mortalitate, item alterum de Opere & Eleëmoſyna 290. § XXXVII. S. Stephanum Papam rogat, ut Marcianum Arelatenſem epiſcopum deponi jubeat : ſcribit adversùs Baſilidem & Martialem epiſcopos lapſos in Hiſpania : Flo-

rentium Pupianum criminatorem redarguit 292. § XXXVIII. Controverſiâ de hæreticorum baptiſmo exortâ, Sanctus geminam ſynodum de ea celebrat, ſuamque ac collegarum ſententiam ad S. Stephanum Romanum Pontificem tranſmittit 295. § XXXIX. Jubajanum ad partes ſuas adducit, vel in iis confirmat, eique inter cetera librum de Bono patientiæ mittit: S. Stephani reſponſo accepto, tertiam ſynodum indicit, & adversùs illum ſcribit: edit librum de Zelo & livore 298. § XL. Tertia ſynodus Carthaginenſis, in qua prior ſententia denuò confirmata: Sancti in hac cauſa baptiſmi geſta à nonnullis olim in dubium vocata 301. § XLI. Afrorum legati à S. Stephano rejecti: Firmiliani de hac cauſa narratio æquo vehementior: hæc legatio poſt tertiam ſynodum Carthaginenſem primùm adornata 303. § XLII. Sanctus ſcribit de eadem cauſa ad Firmilianum, & ab eo epiſtolam recipit: quid S. Auguſtinus in Sancto circa hanc controverſiam laudaverit 306. § XLIII. Stephanus numquam excommunicavit S. Cyprianum, ſed hic in ipſius & ſucceſſoris ejus communione ſemper vixit, & martyrio coronatus eſt 309. § XLIV. Utrùm, & quando S. Cyprianus, ceteriique ejus ſententiæ epiſcopi, prædictum errorem revocaverint 312. § XLV. Sancti Petri ejuſque in Romana Cathedra ſucceſſorum primatus à S. Cypriano agnitus & aſſertus 314. § XLVI. Perſecutione ſub Valeriano exorta, ſcribit ad Fortunatum de Exhortatione martyrii: Chriſtum confitetur, & Curubim relegatur 317. § XLVII. Res eccleſiaſticas ordinat: pauperibus proſpicit: confeſſores litteris & eleëmoſynis ſolatur: Curubi in hortos ſuos migrat: de novo edicto Valeriani fideles monet, & fugere renuens, ad martyrium ſe parat 320. § XLVIII. Veritus, ut Carthagine occideretur, pauliſper latet: in hortos ſuos reverſus, capitur, Chriſtumque confeſſus, capite truncatur 322. VITA, *auctore S. Pontio, illius diacono, ex editione Ruinartii in Actis ſinceris Martyrum.* CAP. I. Auctoris præfatio: Sancti ad fidem converſio: ad ſacros Ordines promotio: virtutis ſtudium: epiſcopatus, & virtutes 325. CAP. II. Sancti proſcriptio & receſſus: miſericordia peſte infectis exhibita: exſilium: viſio de martyrio 328. CAP. III. Sancti geſta in exſilio: comprehenſio: condemnatio & martyrium 330. ACTA PROCONSULARIA, *ex editione Ruinartii in Actis ſinceris Martyrum* 332. APPENDIX. De Sancti gloria poſthuma, & Operibus ipſi adſcriptis. CAP. I. Sancti apparitiones, ſeu viſiones de illo nonnullis martyribus oblatæ: duæ eccleſiæ prope Carthaginem ipſi erectæ: eædem profanatæ, præſertim à Vandalis, & reſtitutæ Catholicis 334. CAP. II. Sancti per univerſam Eccleſiam cultus 337. CAP. III. Sancti corporis tranſlationes, & reliquiæ variis in locis honoratæ 340. CAP. IV. Sancti Opuſcula, exceptis, quæ de hæreticorum baptiſmate tractant, magni ſemper habita: quædam alia ipſi fortè adſcribenda, alia perperam attributa 343

D

DEmetrius cum Felice &c. Vide *Felix.*
12 Diofolus, Matrona, Thecla, Heraclia martyres, in Aſia. *Ex Hieronymianis apographis* 12
Dominata cum Senatore &c. Vide *Senator.*

E

12 EVantius epiſc., Auguſtoduni in Gallia. *Ex Martyrologiis vetuſtis* 21
13 Eulogius epiſc. conf., Alexandriæ in Ægypto. COMM. HIST. § I. Memoria Sancti in Faſtis ſacris: elogium ex Menologio Baſiliano: obſervationes de viſionibus S. Eulogio attributis 83. § II. Eulogius Antiochiæ presbyter conſecratus, deinde epiſcopus Alexandrinus: de initio epiſcopatûs, & de anno mortis differitur 84. § III. Geſta aliqua & ſcripta Sancti ex Photio 85. § IV. Concilium ab Eulogio habitum in cauſa Samaritanorum: utrùm etiamnum exſtent aliqua Sancti ſcripta 88. § V. Amicitia S. Eulogii cum S. Gregorio Papa, ex cujus litteris multa recitantur 90. § VI. Proſecutio geſtorum Eulogii ex epiſtolis S. Gregorii 92

F

13 FElicisſimus & Secundinus mart., in Apulia. *Ex apographis Hieronymianis* 57
14 Felix, Demetrius, Honorius, Zetus & forſan alii mart., in Tuſcia. *Ex apographis Hieronymianis* 350
13 Fredericus presb. conf., in Vliderzele, vico agri Aloſtani in Flandria. SYLLOGE. Locus, ubi colitur Sanctus: geſta in vita: beneficia aliaque poſt mortem 135

G

GEneralis cum Creſcentiano. Vide *Creſcentianus.*
Gordianus cum Macrobio &c. Vide *Macrobius.*
12 Guido conf., Anderlaci in Brabantia prope Bruxellas. COMM. PRÆV. § I. Sancti memoria in Martyrologiis: cultus: Acta 36. § II. Sancti tempus emortuale: tranſlatio corporis è cœmeterio ad templum: ejuſdem ſolemnis elevatio 38. VITA, *ex manuſcripto Anderlechtenſi, auctore anonymo.* Prologus. CAP. I. Sancti pueritia: eccleſiæ Lacenſis cura ſuſcepta: ad Terram ſanctam & limina Apoſtolorum peregrinatio: pius obitus 41. CAP. II. Irreverentia in Sanctum divinitus punita: cultus miraculorum occaſione inchoatus 44. CAP. III. Corporis è cœmeterio ad templum tranſlatio: miracula in tranſlatione facta: ſolemnis elevatio 46

H

HEli cum Macrobio &c. Vide *Macrobius.*
Heraclia cum Diofolo &c. Vide *Diofolus.*
Hieronides. Vide *Cronides.*
Honorius cum Felice &c. Vide *Felix.*

I

14 JOannes Chryſoſtomus epiſcopus Conſtantinopolitanus & doctor Eccleſiæ, prope Comanos in Ponto. COMM. HISTORICUS. § I. Opera Chryſoſtomi in Commentario adhibenda; ut & Dialogus, cujus auctor Pal-

Palladius episcopus, alter à Palladio Helenopolitano : an uterque fuerit Catholicus 401. § II. Alii scriptores Vitæ & gestorum S. Chrysostomi, de quorum fide & auctoritate disseritur 405. § III. Sancti patria, parentes, annus natalis figendus circa CCCXLIV 408. § IV. Moritur Sancti tum infantis pater : uterque parens probabiliùs erat Christianus : Sancti præceptores, studia, eloquentia 410. § V. Sancti amicitia cum Basilio, familiaritas cum S. Meletio, à quo instruitur & baptizatur : lector forsan ab eodem, forsan ab alio ordinatus : Sancti periculum 412. § VI. Sancti Juvenis mores post baptismum : studia sacra sub Diodoro & Carterio : ad vitam monasticam trahit Theodorum & Maximum 414. § VII. Theodoro, post inchoatam vitam monasticam ad mundanam regresso, Sanctus duas scribit epistolas bene longas, & eumdem in viam reducit 416. § VIII. Sanctus, hortante Basilio ad vitam monasticam, matris precibus detinetur, & piè interim ac solitariè vivit in domo materna 420. § IX. Chrysostomus & Basilius quæruntur ad episcopatum : prior se occultat, alter, dissimulante Chrysostomo, capitur & consecratur : Sanctus factum suum excusat 421. § X. Sanctus quadriennio in monasterio vivit sub disciplina severi senis, biennio solus in spelunca : qualis esset monachorum illorum vita 426. § XI. Opuscula scripta, nimirum libri de Sacerdotio, adversus Oppugnatores vitæ monasticæ, Comparatio regis & monachi 428. § XII. Alia Opuscula, videlicet liber de Compunctione ad Demetrium, alter ad Stelechium : tres libri ad Stagirium à dæmone vexatum 431. § XIII. Sanctus morbo coactus redit Antiochiam, ubi ordinatur diaconus : gesta tempore diaconatûs, & scripta varia 435. § XIV. Tractatus ad Viduam juniorem geminus : liber de Virginitate 436. § XV. Liber in S. Babylam contra Julianum & gentiles : nequit ostendi, Sanctum in eo tractatu contra historiam S. Babylæ errâsse, ut aliqui credunt 438. § XVI. Synopsis S. Scripturæ, quam edidit Montfauconus, partim potest esse Chrysostomi ; sed non est tota ejusdem auctoris 442. § XVII. Sanctus presbyter consecratur ; & prædicare incipit : mira ipsius humilitas in prima Homilia elucet 447. § XVIII. De aliquot Homiliis anno CCCLXXXVI, quo contra Anomœos & contra Judæos concionari cœpit Chrysostomus 449. § XIX. Reliqua Chrysostomi contra Anomœos certamina aliis concionibus anni CCCLXXXVI subinde interrupta 451. § XX. Fervens Homilia contra Quartodecimanos, tertia Contra Judæos vocata, ad quam varia observantur : reliquæ Sancti contra Judæos Orationes 453. § XXI. Homiliæ de Anathemate, de Natali Christi, & aliæ quædam sub finem anni CCCLXXXVI & initium CCCLXXXVII habitæ 457. § XXII. Aliæ quædam assignantur Homiliæ, quæ videntur anno CCCLXXXVI illigandæ 462. § XXIII. Seditio Antiochena ante Quadragesimam anni CCCLXXXVII : Pascha illo anno celebratum XXV Aprilis. Quadragesima sex tantùm constabat hebdomadis 465. § XXIV. Ordo Homiliarum Chrysostomi ab illa, quæ seditionem præcessit, usque ad secundam hebdomadam Quadragesimæ 469. § XXV. Prosecutio earumdem Homiliarum usque ad Pascha 472. § XXVI. Homiliæ S. Chrysostomi post Pascha usque ad finem anni CCCLXXXVII & Quadragesimam anni CCCLXXXVIII 478. § XXVII. Homiliæ LXVII in Genesim totam, cœptæ Dominicâ ante Quadragesimam, anno verisimiliter CCCLXXXVIII ; aliæ complures Homiliæ iis interpositæ 482. § XXVIII. Interpretatio Euangelii Joannis secuta videtur expositionem Geneseos circa annum CCCLXXXIX ; illam verò interpretatio Euangelii Matthæi circa annum CCCLXXXX 487. § XXIX. Homiliæ Chrysostomi in Epistolas S. Pauli, nimirum ad Romanos, & geminam ad Corinthios 491. § XXX. Sanctus item Antiochiæ scribit in Epistolam ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses ; utramque ad Timotheum, ad Titum, & probabiliter etiam ad Philemonem 494. § XXXI. Interpretatio Psalmorum, non tota ad nos perducta, item Antiochiæ conscripta & ad populum dicta, annis verisimiliter posterioribus 497. § XXXII. Ultimum Opus Antiochenum verisimiliter est Expositio Isaiæ usque ad medium caput VIII, quæ ad populum dicta videtur 500. § XXXIII. Homiliæ aliæ incerto tempore Antiochiæ habitæ, aliquæ etiam loci incerti 502. § XXXIV. Virtutes aliquæ Chrysostomi, quæ innotescunt ex concionibus Antiochenis 506. § XXXV. Chrysostomus jussu Arcadii imperatoris dolo evocatus Antiochiâ, Constantinopolim perducitur, ibique consecratur episcopus 510. § XXXVI. Homiliæ aliquot Chrysostomi habitæ Constantinopoli anno CCCLXXXXVIII, quo verisimiliter satis diu ægrotavit 511. § XXXVII. Sancti in episcopatu vita sobria, austera & solitaria : semper solus cibum sumit, nec reditus episcopales pro se usurpat : hospitalitatem tamen exercet 514. § XXXVIII. Varii conatus Chrysostomi ad clerum & populum emendandum : Scripta hunc in finem aliaque præclarè præstita 516. § XXXIX. Insignis Chrysostomi modestia & humilitas in episcopatu : charitas proximi, aliæque virtutes, ex quibus orta est mira ipsius in loquendo libertas 519. § XL. Chrysostomus Novatianos infectatur : horum causâ acerbior in Sanctum videtur Socrates, cujus asserta examinantur, uti & aliqua Sozomeni 522. § XLI. Quàm latè se ad omnes homines & ad plures provincias extenderit charitas & cura Sancti, qui pro conversione hæreticorum & idololatrarum varia præstat 526. § XLII. Sanctus operam suam confert, ad conciliandas Flaviano Antiocheno ecclesias omnes : accipit reliquias aliquot Sanctorum, maximaque cum solemnitate aliquas transfert 528. § XLIII. Quomodo Sanctus egerit cum Eutropio cubiculario, qui anno CCCLXXXIX consul factus, ac deinde relegatus est & occisus 530. § XLIV. Exsilium Eutropii figendum mense Januario anni CCCLXXXIX : bellum Tribigildi cœptum anno CCCLXXXVIII : Chronotaxis molitionum Gainæ & belli cum eo gesti 533. § XLV. Quid Sanctus apud Gainam egerit pro Saturnino & Aureliano : compescit Gainam, qui pro Gothis Arianis petebat ecclesiam : ad eumdem legatur ab Arcadio 536. § XLVI. Homiliæ Chrysostomi in Epistolam ad Colossenses & aliæ quædam ad annum CCCLXXXIX spectantes 539. § XLVII. Antoninus Ephesinus episcopus apud Chrysostomum accusatur : causa illa in annum secundum usque ad mortem Antonini protracta : Sanctus in Asiam profectus : horum omnium chronotaxis 543. § XLVIII. Gesta Sancti in Asia : numerus episcoporum tempore illius itineris depositorum : Gerontius Nicomediensis item depositus 546. § XLIX. Æmulatio Severiani episcopi contra Chrysostomum :

mum : hic ad ſuos reverſus magno amore excipitur : Severianus occaſione Serapionis à populo expulſus, eidem conciliatur à Sancto 548. § L. Exponit utramque Epiſtolam ad Theſſalonicenſes : S. Porphyrium benignè excipit & juvat ad idololatriam excidendam : Eudoxia Sancto irata 551. § LI. Acta Apoſtolorum expoſita Homiliis LV : hæ Chryſoſtomo aſſeruntur, cœptæque ſunt in Paſchate anni CCCCI 554. § LII. Homiliæ XXXIV in Epiſtolam ad Hebræos : Aliæ quædam Homiliæ Conſtantinopoli ante primum Sancti exſilium dictæ, aut temporis & loci incerti 558. § LIII. De Homiliis aliquot dubiis, de Commentario in Danielem prophetam, de Liturgia Chryſoſtomi 562. § LIV. Origo diſſenſionis inter Theophilum Alexandrinum & monachos Ægyptios. Theophilus perſequitur S. Iſidorum Hoſpitalarium : deinde monachos multos, qui Conſtantinopolim delati à Chryſoſtomo excipiuntur 566. § LV. Quid pro monachis expulſis apud Theophilum egerit Sanctus : dicta quædam S. Hieronymi non de Chryſoſtomo, ſed de Rufino & aliis prolata 569. § LVI. S. Epiphanius venit Conſtantinopolim : quid illi cum Chryſoſtomo & monachis negotii fuerit 572. § LVII. Theophilus Conſtantinopolim advenit, multoſque epiſcopos, clericos, monachos, ipſamque imperatricem in partes ſuas trahit contra Chryſoſtomum 574. § LVIII. Concilium ad Quercum prope Chalcedonem inchoatum : capita accuſationum contra Chryſoſtomum cum aliquot in illa obſervationibus 578. § LIX. Citantur ad concilium clerici Conſtantinopolitani, & quædam accuſationum capita examinantur : quo interim modo ſe haberet Chryſoſtomus cum ſuis : Sancti iteratæ citationes & reſponſiones 581. § LX. Sanctus depoſitus, & ab imperatore relegatus, interque hæc imperterritus, populo tumultum minitante, tertio die ſe ultro tradit, & in exſilium ducitur 583. § LXI. Theophilus, Severianus, aliique veniunt Conſtantinopolim, & contra Sanctum loquuntur : hinc major populi tumultus : orto etiam terræ motu, revocatur Chryſoſtomus, reduxque concionatur, fugiente Theophilo 586. § LXII. Chronotaxis perſecutionis Chryſoſtomi : an omnes ejus inimici fugerint ad ſedes ſuas : an in alia ſynodo ſit abſolutus : geſta Sancti poſt reditum : Eudoxia iterum irata 590. § LXIII. Novæ molitiones contra Sanctum, qui à congregatis rurſus epiſcopis pro condemnato habetur, & eccleſiâ juſſu imperatoris ejicitur 593. § LXIV. Clerus & populus Sancto adhærens, violenter eccleſiis expellitur : aliæ violentiæ extra urbem patratæ iiſdem diebus 596. § LXV. Theophilus ad S. Innocentium Papam ſcribit de damnatione Chryſoſtomi : Epiſtola Sancti ad Innocentium : hic acceptis variis ea de re nuntiis, ſtat pro Chryſoſtomo 598. § LXVI. Sanctus urbe ab Arcadio ejicitur : eccleſia eodem die comburitur : hinc calumniæ in Chryſoſtomum, eique adhærentes 601. § LXVII. Arſacius pro Sancto ordinatur epiſcopus, Porphyrius Antiochenus : primum agnoſcere recuſant plurimi, qui gravem patiuntur perſecutionem 603. § LXVIII. Multi Romam ſe recipiunt, ibique omnia referunt S. Innocentio Papæ : hujus litteræ ad clerum Conſtantinopolitanum : Honorii verò & S. Nili ad Arcadium : exſilium Sancti divinitus, ut creditur, punitum 606. § LXIX. Iter Chryſoſtomi, geſtaque & ſcripta in itinere, præſertim Nicææ : epiſtola CXXV ad Cyriacum non eſt Chryſoſtomi 609. § LXX. Aliquot Epiſtolæ ſcriptæ : Sanctus graviter ægrotans venit Cæſaream, ibique alias ſcribit Epiſtolas 613. § LXXI. Sanctus dolo Pharetrii Cæſareâ diſcedere cogitur, magnaque pericula & incommoda patitur : tandem venit Cucuſum, ubi optimè excipitur, & mox ſcribit ad varios 616. § LXXII. Aliæ Epiſtolæ Cucuſi non diu poſt adventum ſcriptæ : quæ ſcripta eſt Theodoro epiſcopo, non eſt data ad Mopſueſtenum, ſed ad Tyanenſem 620. § LXXIII. Aliæ Epiſtolæ ad varios datæ ; ac præſertim ad plurimos amicos Antiochenos 623. § LXXIV. Venit ad Chryſoſtomum Libanius Antiochenus, per quem ad varios Epiſtolas mittit Sanctus, qui & ad alios ſcribit, & dona aliquorum remittit 625. § LXXV. Epiſtolæ ad Olympiadem anno CCCCIV datæ, quarum tres conſolatoriæ librorum inſtar prolixæ : aliæ ad Pentadiam, ad Ampruclam, & ad alios 629. § LXXVI. Epiſtolæ aliæ Conſtantinopolim miſſæ de rebus variis : aliæ quædam ad perſonas locorum ignotorum 634. § LXXVII. Gravis morbus, quo Sanctus laboravit primis menſibus anni CCCCV : Epiſtolæ eodem anno ad Olympiadem & ad alios quoſdam datæ 638. § LXXVIII. Aliæ Epiſtolæ anno CCCCV ſcriptæ, ex quibus ferè omnibus intelligitur inſignis Sancti zelus ad promovendam fidei prædicationem in Phœnicia 642. § LXXIX. Mortuo Arſacio, Atticus conſecratur epiſcopus : conatus Innocentii Papæ & Honorii imperatoris ad Synodum Theſſalonicæ congregandam irritus, & eorum legati ad Arcadium peſſimè excepti 645. § LXXX. Sanctus ob Iſaurorum incurſiones multa patitur, & Arabiſſum transfertur : gravis ipſius morbus : Epiſtolæ variæ anni CCCCVI, & liber geminus exaratus 648. § LXXXI. Litteræ Chryſoſtomi ad legatos Conſtantinopolim miſſos, alioſque aliquot epiſcopos : aliæ deinde ad Innocentium Papam, varioſque epiſcopos &c. 652. § LXXXII. Epiſtola ad Cæſarium monachum, poſt Chryſoſtomi Epiſtolas modò edita, de qua diu diſputatum, nec Calvinianis favet nec Lutheranis, ſed ſolis Catholicis : attamen illa Epiſtola non eſt Chryſoſtomi 656. § LXXXIII. Vita S. Gregorii Illuminatoris non habet Chryſoſtomum auctorem : neque hic umquam Cucuſi concionatus videtur : locum exſilii mutat, in itinere multa patitur, ac tandem de obitu monitus à S. Baſiliſco martyre, piè moritur 663. § LXXXIV. Quis fuerit eccleſiarum, & præcipuorum illius temporis virorum, ſenſus de Chryſoſtomo : elogia quædam necdum data 666. § LXXXV. Chryſoſtomus ab Auguſtino mirè laudatus, & ab eodem contra Julianum vindicatus : minimè fuit obnoxius errori ſemipelagianorum 669. § LXXXVI. Inquiritur, an S. Hieronymus de Chryſoſtomo malè ſenſerit ; an Theophilus famoſum librum ſcripſerit contra Sanctum ; illumque Latinum reddiderit Hieronymus 674. § LXXXVII. Memoria Chryſoſtomi ubique reſtituta & nomen ipſius Antiochiæ, Conſtantinopoli, Alexandriæ, & in toto Oriente diptychis inſcriptum : hac occaſione Epiſtolæ aliquot oſtenduntur ſuppoſititiæ 678. § LXXXVIII. Feſtivitas Sancti celebrari cœpta : corpus anno CCCCXXXVIII ex Ponto magna cum ſolemnitate Conſtantinopolim tranſlatum 685. § LXXXIX. Examinantur duæ viſio-

ſiones in laudem Sancti relatæ: inquiritur à quo tempore eidem fuerit datum cognomen Chryſoſtomus 687. § xc. Cultus Sancti, ſive feſtivitates variæ: forma corporis iconibus expreſſa: eccleſiæ eidem dicatæ: corpus Romæ: reliquiæ nonnullæ aliis locis 691. § xci. Compendium chronologicum geſtorum & ſcriptorum ſecundum diſputata in Commentario 695. PRÆMONITIO in Orationem ſequentem. ORATIO PANEGYRICA, *auctore S. Joanne Damaſceno, ex editione Lequieni, cum ejuſdem interpretatione ſubinde emendata.* CAP. I. Ratio ſcribendi: generalia elogia virtutum & ſcriptorum Chryſoſtomi: ejus adoleſcentia, & vita monaſtica 700. CAP. II. Sanctus in patriam reverſus, fit presbyter ac deinde epiſcopus: præclarè docet: exſilio relegatur, revocatuſque iterum pellitur: mors, ſepultura, corpus Conſtantinopolim relatum 705

13 Julianus presb. mart., Ancyræ in Galatia. *Ex Faſtis ſacris Græcis & Latinis* 54

L

LEontius cum Cronide. Vide *Cronides.*

15 Lidorius aut Litorius epiſc. conf., Turonibus in Gallia. SYLLOGE. De cultu & geſtis Sancti 61

13 Ligorius mart., qui colitur Venetiis. SYLLOGE. De cultu, miraculis, & reliquiis 57

Litorius. Vide *Lidorius.*

Lucianus cum Macrobio &c. Vide *Macrobius.*

M

12 MAcedonius, Theodulus & Tatianus mart., Meri in Phrygia Salutari. SYLLOGE HISTORICA 20

13 Macrobius, Gordianus, Zoticus, Lucianus, Heli, Valerianus, Seleucus, & forſan alii mart., Tomis in Ponto, & Ancyræ in Galatia. *Ex Faſtis Græcis & Latinis* 55

13 Margarita Fontana virgo tertii Ord. S. Dominici, Mutinæ in Italia. COMM. PRÆV. Memoria Margaritæ apud varios ſcriptores cum Beatæ titulo, qui legitimus videtur: cultus publicus reliquiarum: Vita ſcripta Italicè, ac Latinè edenda 134. VITA, *auctore Deſiderio Paloni Ord. Prædicatorum, Latinè reddita ex Ms. Italico, Interprete J. S.* CAP. I. Scriptoris præfatio: Beatæ patria, parentes: puritiæ, juventutis, & reliquæ ætatis virtutes 135. CAP. II. Geſta ipſius mirabilia & miracula: mors & ſepultura 137. CAP. III. Qualiſcumque veneratio & miracula poſt mortem 138

14 Maternus epiſc. conf., Coloniæ Agrippinæ. COMM. § I. Gravis controverſia de tempore miſſionis S. Materni in Germaniam & Gallias, cujus examini nonnulla præmittuntur 354. § II. Argumenta pro ſeculo primo deducta ex congrua veriſimilitudine ac Patrum generalibus aſſertionibus; atque ad illa reſponſiones 355. § III. Argumenta quæſita à traditione, juxta primæ opinionis patronos antiquiſſima, & nixa Actis SS. Eucharii, Valerii & Materni ac Geſtis ſeu Hiſtoriâ Trevirorum; in horum ætatem inquiritur, & nec ſeculo IX anteriora reperiuntur, nec apta ad confirmandam traditionem 357. § IV. Examinantur argumenta deſumpta à teſtimoniis ſcriptorum aliorum & Martyrologiis antiquis 360. § V. Proponuntur argumenta petita ex Adone, Martyrologio Romano, & Bullis, ac diplomatis, & ſingulis ſubduntur reſponſa 362. § VI. Proferuntur ac diſcutiuntur Catalogi epiſcoporum Trevirenſium, allati in ſubſidium traditionis diſputatæ 364. § VII. Exhibetur antiquus catalogus, editis hactenus & ipſi traditioni contrarius 366. § VIII. Catalogi epiſcoporum Tungrenſium & Agrippinenſium nihil roboris afferunt traditioni de miſſione S. Materni à S. Petro 368. § IX. Maternus, qui ſeculo IV celeberrimus fuit, veriſimiliùs à noſtro diverſus non eſt 371. § X. Reſpondetur ad quaſdam objectiones contra jam electam ſententiam 373. § XI. Joannis Launoyi negantis, S. Maternum umquam Treviris epiſcopum fuiſſe, ſententia proponitur, & rejicitur 374. § XII. Miſſio Sancti cum ſociis Româ in Gallias probabiliſſima eſt; incertum tamen, an ſub medium ſeculi III, an ſeriùs facta ſit; quis fuerit ſub hæc tempora Treviris ſtatus fidei Chriſtianæ 376. § XIII. Ejuſdem materiæ proſecutio 377. § XIV. Reliqua Sancti geſta, in Vitis & Hiſtoriis enarrata, fabuloſa eſſe oſtenduntur, vel fabuloſis adjunctis exornata 379. § XV. De baculo S. Petri, cujus attactu S. Maternus ad vitam revocatus creditur, cujuſque partes hodiedum aſſervantur 383. § XVI. Templa, quæ locis pluribus, ut traditio eſt, & præſertim in Alſatia ac Belgio condidit S. Maternus 385. § XVII. Variæ Belgii eccleſiæ, quæ S. Maternum fundatorem ſuum agnoſcunt 388. § XVIII. Templa Coloniæ & Bonnæ à Sancto ædificata; miracula pluribus locis patrata 389. § XIX. Sancti virtutes, obitus, & corporis Coloniâ Treviros tranſlatio 391. § XX. Locus primæ ſepulturæ; tranſlatio corporis ad metropolitanam Trevirenſem; publica ejus expoſitio; reliquiæ in aliis eccleſiis 394. § XXI. Reliquiæ & cultus Coloniæ Agrippinæ, Tungris, Leodii, & Trajecti ad Moſam 396. § XXII. Reliquiæ Sancti in Bohemia ac Hiſpania, miracula poſt obitum patrata, ac generatim dumtaxat enarrata 399. APPENDIX. NOMINA EPISCOPORUM TREVIRENSIUM 400

Matrona cum Diofolo &c. Vide *Diofolus.*

Maurilio. Vide *Maurilius.*

13 Maurilius *vel* Maurilio epiſc. conf., Andegavi in Gallia. COMM. PRÆV. § I. Sancti memoria: cultus: ſacri corporis tranſlationes 62. § II. Scriptores, qui Sancti Vitam ſcripſiſſe perhibentur: inquiritur an Fortunatus Pictavienſis S. Maurilii Vitam ſcripſerit, quæ deinde à Gregorio Turonenſi correcta fuerit 64. § III. Confertur Vita Gregorio Turonenſi attributa cum alia à S. Magnobodo conſcripta: Acta edenda 66. § IV. Inquiritur, an S. Maurilius à S. Martino ſacerdos & deinde epiſcopus conſecrari potuerit? Tempus emortuale incertum 68. VITA, *auctore S. Magnobodo, ex impreſſis.* PRÆFATIO. VITA 72. MIRACULA, *auctore Harmero, ex Ms. codice Remenſi* 76

13 Maurus epiſc. conf., Placentiæ in Italia. SYLLOGE HISTORICA. De Sancti cultu, de tempore, quo floruiſſe & obiiſſe creditur, ac de geſtis 79

N

13 NEctarius epiſc. conf., Auguſtoduni in Gallia. SYLLOGE. De cultu & geſtis 59

12 Nicetas mart. Nicomedienſis, ut fertur, cultus Ve-

Venetiis. COMM. PRÆV. De cultu Sancti, Actis planè fabulosis, & de miraculis infrà recitandis 6. MIRACULA, *auctore anonymo, ex duobus apographis codicis Ms.* 7

14 Notburga ancilla virg., in arce Rottenburgica comitatûs Tyrolensis. COMM. PRÆV. § 1. Sanctæ, apud vulgatos ante seculum XVII scriptores parùm notæ, gestorum Synopsis & hujus antiquitas 709. § 11. Enumerantur auctores, qui seu in Mss., seu impressis libris gesta Sanctæ litteris consignârunt; Acta hîc danda 711. § III. De loco natali & emortuali S. Notburgæ 715. VITA, *auctore Hippolyto Guarinonio Germanicè impressa anno* MDCXLVI, *& Latinè reddita, interprete clariss. viro Antonio Roschmanno, in alma universitate Oenipontana J. U. licentiato &c.* PRÆFATIO 717. CAP. 1. Sanctæ famulitium apud dynastas Rottenburgicos; liberalitas ejus in pauperes prodigio & morte heræ durioris comprobata 718. CAP. 11. Sanctæ famulatus apud rusticum; falcis in aëre suspensio; reditus ad Rottenburgicum, & hujus inde prosperitas 720. CAP. III. Sanctæ obitus; mirabilis sepultura; cultus mox inchoatus; templum & sacella ipsi erecta 723. FRAGMENTA VITÆ fusioris, *auctore Hippolyto Guarinonio, ex Mss. autographis bibliothecæ publicæ Augustæ Theresinæ Oeniponti descripta, & ex Germanico sermone in Latinum translata, interprete clarissimo domino Antonio Roschmanno.* PARS 1. Mirabilis boum sacrum Demortuæ corpus devehentium per Oenum transitus; reliquus itineris ordo ac sepultura 725. PARS 11. Prodigiorum in Vita, morte ac sepultura patratorum repetitio. MONITUM 727. DIPLOMA Henrici dynastæ Rottenburgici anno MCCCXXXV conscriptum, ex tabulario San-Georgiano 728. GLORIA POSTHUMA. PARS 1. Cultus antiquus & hodiernus in Eben & hujus vicinia. § 1. Monumenta cultûs ab ipso Sanctæ obitu inchoati 730. § 11. Sacello S. Ruperti in Eben succedit seculo XV templum S. Notburgæ nomine insignitum; continuati cultus argumenta alia 732. § III. Virorum principum, maximè ex Augustissima Domo Austriaca, in Sanctam pietas ac munificentia, seculo XV & XVI; cultus usque ad nostra tempora continuatus & auctus 733. RELATIO Inventi hoc seculo XVIII, examinati, solemniter translati, ac publicè expositi sacri corporis, & nonnullorum prodigiorum, *auctore clarissimo viro Antonio Roschmanno, in eadem causa notario Apostolico.* CAP. 1. Ossa S. Notburgæ è terra elevantur anno MDCCXVIII. 736. CAP. 11. Post iterata examina super cultûs antiquitate, corporis identitate, & obtentis beneficiis, publica reliquiarum expositio decernitur 737. CAP. III. Decreta, quibus Brixinensis antistes reliquias publicè exponi, atque prævièque Schwazium, in ædibus illustrissimi comitis Tannenbergici exornandas, transferri permittit 739. CAP. IV. Sacra ossa ex Ebenensi ecclesia Schwazium deportata illustrissimæ familiæ Tannenbergicæ fidei committuntur 740. CAP. V. Templum Ebenense de novo exstruitur & munificè decoratur; episcopus ac princeps Brixinensis Schwazii examen instituit super custodia & ornatu reliquiarum 742. CAP. VI. Sanctæ ossa, Schwazii summo splendore honorata, ad Ebenense templum reducuntur 743. CAP. VII. Eximia principum personarum aliorumque liberalitas in novum templum S. Notburgæ, hujus quoque in clientes munificentia beneficiis probata 745. GLORIÆ POSTHUMÆ PARS ALTERA. Cultus in alias regiones diffusus. § 1. Altaria Sanctæ exstructa in Tyroli, Istria & Carniolia, in quibus aliisque regionibus peculiariter colitur 748. § 11. Beneficia S. Notburgæ Pisini in Istria honoratæ adscripta 749. DILUCIDA HISTORIA de origine & progressu cultûs S. Notburgæ Tyrolensis ancillæ in ecclesia filiali SS. Hermagoræ & Fortunati in Ebensfeld prope pontem fluvii Feistriz, sub parœcia Mansburgensi, cum annexa relatione de quibusdam præclaris ac declaratis beneficiis, *ex Ms. Germanico Latinè reddita.* CAP. 1. Innotescit Sancta in Ebensfeld; altare ei erigitur; reliquiæ exponuntur; confluunt undique peregrini; cultus latè diffunditur per totam Carnioliam & finitimas regiones 751. CAP. 11. Febris, capitis & laterum dolor, epilepsia sublata; puerpera periculoso partu levata, pecora interitûs discrimini subducta 753. CAP. III. Jumenta præsenti periculo erepta, amens rationi redditus; varii variis doloribus, morbis & defectibus liberati 754. CAP. IV. Junioribus & infantibus varia beneficia collata; morbi à pecoribus abacti 756. CAP. V. Armentorum lues depulsa; oculis, auribus aliisque hominum membris pessimè affectis integritas impetrata 758. CAP. VI. Hominibus & jumentis ad extrema deductis sanitas concessa; pedum dolores ac vulnera curata 759. CAP. VII. Dolores oculorum, capitis ac dentium; ulcera, oris corruptio, & febres sanata; ægra pecora servata 761. Cap. VIII. Cæcæ oculorum & surdo aurium usus restitutus; jumenta, vel amissa vel ablata furto, inventa; infanti mortuo vita, aliis alia beneficia concessa 763. CAP. IX. Pecudum morbi abacti; læsiones, phrenesis, calculus, febres, apostemata sanata; infans opinione mortuus vitæ, & vir morti proximus sanitati redditus 765. CAP. X. Pedum defectus sublatus; hydropisis curata; morbus comitialis exstinctus; moribundis sanitas obtenta; morbi à pecoribus depulsi 767

P

13 PHilippus mart., Alexandriæ in Ægypto. SYLLOGE 52

R

12 REverentius presb. conf., Bajocis in Normannia inferiore. SYLLOGE HIST. De cultu, Actis & translationibus 22
Rosula cum Crescentiano. Vide *Crescentianus.*

S

12 SAcerdos episc. Lugdunensis, Parisiis in Gallia. COMM. HIST. § 1. Memoria in vetustis & recentioribus Martyrologiis: dies & locus emortualis: gesta unde eruenda: natalis, episcopatus susceptus, & ecclesiæ ab eo conditæ 31. § 11. Interest concilio Aurelianensi V: an etiam Parisiensi 2? fabulosa legatio Hispanica & episcopatus Seguntinus: mors Parisiis obita: corpus Lugdunum translatum: ejus sepulcrum & inscriptio: caput Seguntiæ asservatum quale 33

Sa-

Saluſtia cum Cereali & Cornelio. Vide *Cornelius.*
Secundinus cum Feliciſſimo. Vide *Feliciſſimus.*
Seleucus cum Macrobio &c. Vide *Macrobius.*
14 Senator, Viator, Caſſiodorus, Dominata mart., in civitate S. Marci Citerioris Calabriæ. SYLLOGE HISTORICO-CRITICA. Cultus & martyrium Sanctorum : Acta fabuloſa 349
12 Serapion epiſc. mart. & ſocii fortè addendi, Catanæ in Sicilia. SYLLOGE, *ex Faſtis Hieronymianis & aliis* 5
Serapion cum Cronide &c. Vide *Cronides.*
12 Silvinus vel Sylvinus epiſc. conf., Veronæ in Italia. SYLLOGE 25
12 Syrus mart., probabiliùs in Pamphylia 13

T

TAtianus cum Macedonio &c. Vide *Macedonius.*
Thecla cum Diofolo &c. Vide *Diofolus.*
13 Theodolus epiſc. mart., Alexandriæ in Ægypto. *Ex Faſtis Hieronymianis* 56
12 Theodorus mart., Alexandriæ in Ægypto. SYLLOGE, *ex Græcorum Faſtis* 10
Theodulus cum Macedonio &c. Vide *Macedonius.*

V

VAlerianus cum Macrobio &c. Vide *Macrobius.*
13 Venerius presb. eremita, in Tyro Majore, maris Liguſtici inſula. COMM. PRÆV. § 1. Memoria in Martyrologiis : cultus antiquus & recentior : Vita qualis 108. § 11. Sanctus à cognomine eremita diſtinctus : ejuſdem patria, probabilis monachatus, prælatura, ſacerdotium, tempus emortuale 110. § III. Sancti corporis elevatio, ſtructâ ſuper eo eccleſiâ, additoque monaſterio : tranſlatio in continentem probabiliter facta ſeculo ſeptimo vel octavò 112. § IV. Poſtrema corporis Regium Lepidi tranſlatio : cetera ad reliquias ſpectantia 114. VITA, *auctore anonymo, ex Petri Calo parte* 1, f. 256, *collata cum Ms. Camaldulenſi & Genuenſi.* CAP. I. Sancti patria & pueritiæ inſtitutio, vita eremitica, miracula, fuga in Corſicam 115. CAP. II. Reditus in Tyrum, mors, ſepultura, corporis elevatio, miracula, tranſlatio Regium Lepidi facta 117
Viator cum Senatore &c. Vide *Senator.*
Victor cum Creſcentiano &c. Vide *Creſcentianus.*

Z

ZEtus cum Felice &c. Vide *Felix.*
Zoticus cum Macrobio &c. Vide *Macrobius.*

INDEX
IN APPENDICES.

APPENDIX AD DIEM XIV SEPTEMBRIS. DE SS. CORNELII ET CYPRIANI MM. RELIQUIIS AC MIRACULIS IN ABBATIA NINOVIENSI IN FLANDRIA. § 1. Monumenta quædam Ninoviâ accepta, partim edenda : SS. Cornelii & Cypriani cultus & reliquiæ ibidem ſeculo XII, præſertim prioris lipſanotheca 769. § II. Ninovienſis eccleſia Præmonſtratenſibus tradita, à quibus nova cum monaſterio ædificata, in qua SS. Cornelii & Cypriani reliquiæ repoſitæ : aliquot miracula ſeculo XVII & XVI ibidem impetrata : ſodalitium erectum, nova eccleſia condita 771. MIRACULA, *auctore anonymo Ninovienſis eccleſiæ canonico Præmonſtratenſi, ſub finem ſeculi* XII, *ex Ms. codice membranaceo Ninovienſi.* CAP. I. Eccleſia Ninovienſis ab igne ſervata : varii morbi depulſi : lipſanotheca S. Cornelii facta, quâ incendium exſtinguitur : brachium aridum vigori reſtitutum : Ninovia immunis igne judiciali : multi eo laborantes, ibidem ſanati 773. CAP. II. Varii alii morbi per ejuſdem Sancti patrocinium prodigiosè ſublati 776
De S. Pulcheria imperat. virg. Appendix ad Tomum III Septembris. Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. Domini Benedicti Divina Providentia PP. XIV. Literæ Apoſtolicæ in forma Brevis 778

INDEX CHRONOLOGICUS.

SECULO III.

Ircà annum 246 figendus baptiſmus S. Cypriani 197 c
Annò 248 *aut* 249 S. Cyprianus, paulò antè presbyter creatus, fit epiſcopus Carthaginenſis 205
Anno 249 Decius fit imperator, & fæviſſimam contra Chriſtianos perſecutionem movet 211 d
Anno 250 S. Cyprianus proſcribitur & latet 212 d & ſeqq.
Anno 251 Feliciſſimus in Africa ſchiſma excitat 247 & ſeqq.
Anno 251 S. Cornelius poſt diuturnam Romanæ Sedis vacationem creatur Pontifex : contra hunc ſchiſma ſuſcitat Novatianus 152 & ſeqq.
Anno 251 S. Cyprianus Carthaginem, ſopita perſecutione, revertitur, & ſynodum de lapſis celebrat 253 d & ſeqq.
Anno 252 S. Cornelius Papa, orta Galli perſecutione, primùm relegatur, deinde martyrio coronatur 143 & ſeqq.
Circa annum 252 martyrio coronati SS. Cerealis, Saluſtia & ſocii viginti & unus 143 b, 148 e f, 149 a b
Anno 252 S. Cyprianus ſynodum habet, in qua rejectus Privatus hæreticus, & de parvulis baptizandis 270 c & ſeqq.
Circa annum 255 orta eſt in Africa gravis controverſia de baptiſmo per hæreticos collato, variaque concilia eam ob cauſam à S. Cypriano habita 296 & ſeqq.
Anno 256 habitum de baptiſmo hæreticorum tertium concilium Carthagine 301 c
Anno 257 oritur perſecutio Valeriani contra Chriſtianos, & S. Cyprianus exſilio relegatur 317 f & ſeqq.
Anno 258 S. Cyprianus martyrii palmam adipiſcitur 191, 324 & ſeqq.
In eadem Valeriani perſecutione, in Africa paſſi videntur SS. Creſcentianus, Victor, Roſula & Generalis 348
Hoc ſeculo circitèr medio aut ad finem vergente, figenda miſſio SS. Eucharii, Valerii & Materni, primorum Trevirenſium epiſcoporum, qui Româ deſtinati ſunt in Galliam 254 & ſeqq. ac 376 & ſeqq.
Hoc ſeculo Alexandriæ coronatus eſt Philippus martyr 52 b & ſeqq.

SECULO IV.

Anno 304 S. Serapion epiſcopus, ut videtur, Catanenſis martyrio coronatur 5 a
Circa idem tempus S. Creſcentius Romæ martyr 351
Sub Maximiano paſſus creditur S. Nicetas martyr, qui colitur Venetiis 6
Anno 313 S. Maternus adeſt concilio Romano, in cauſa Cæciliani habito 371 b & ſeqq.
Anno 314 concilium Arelatenſe in eadem cauſa, cui S. Maternus ſimiliter interfuit 372
Hoc ſeculo, ante annum 323 paſſus eſt in Bithynia S. Autonomus 14
Sub Licinio Ancyræ in Galatia paſſus eſt S. Julianus presbyter martyr 54
Item ſub Licinio Tomis in Ponto, & Ancyræ in Galatia, paſſi SS. MM. Macrobius, Gordianus, Zoticus, Lucianus, Heli, Valerianus, Seleucus & forſan alii 55
Circa annum 344 natus eſt S. Joannes Chryſoſtomus 408 b
Anno 361 *vel* 362 Meri in Phrygia Salutari martyres fiunt Macedonius, Theodulus & Tatianus 20
Circa annum 370 obiit S. Lidorius aut Litorius epiſcopus Turonenſis 61
Circa annum 372 S. Chryſoſtomus lector ordinatur 413 a b
Circa annum 373 Chryſoſtomus ſcribit prima ſua Opuſcula, videlicet duas Epiſtolas ad Theodorum lapſum 419 b c d e
Circa annum 374 Chryſoſtomus quæritur ad epiſcopatum, & ſe ſubducit 421 & ſeqq.
Anno 374 *aut* 375 Chryſoſtomus fit monachus 426 c d
Anno 375 Valens imperator perſequitur monachos, eaque occaſione Chryſoſtomus pro monaſtica vita ſcribit 429 b c
Anno 380 *aut* 381 Chryſoſtomus ordinatur diaconus 435 c
Circa initium anni 386 Chryſoſtomus creatur presbyter, & prædicare incipit 447 & ſeqq.
Anno 387 ante Quadrageſimam, gravis oritur ſeditio Antiochiæ contra Theodoſium imperatorem, cujus ſtatuæ dejiciuntur 465 & ſeqq.
Anno 398, *die* XXVI *Februarii*, Chryſoſtomus ordinatur epiſcopus Conſtantinopolitanus 510 b & ſeqq.
Eodem anno templa idolorum Arcadii juſſu clauduntur Gazæ 527 f
Eodem anno & tempore æſtivo inchoata rebellio Tribigildi ducis contra Arcadium 534 b & ſeqq.
Anno 399, *menſe Januario*, Eutropius eunuchus, illius anni conſul in Cyprum relegatur: ac deinde eodem anno occiditur 530 & ſeqq.
Eodem anno Gaïnas apertè rebellare incipit 535 c & ſeqq.
Anno 400 Chryſoſtomus proficiſcitur Epheſum, ibique epiſcopum ordinat, & in concilio aliquot epiſcopos deponit 545 & ſeqq.
Hoc aut ſequente ſeculo defunctus videtur S. Reverentius presbyter, Bajocis in Normannia cultus 22

SECULO V.

Anno 401, agente S. Porphyrio Gazenſi, & ipſum juvante Chryſoſtomo, cui tum irata erat

rat imperatrix Eudoxia, templa idolorum everruntur Gazæ 551 & ſeqq.
Anno 403 S. Epiphanius ex Cypro Conſtantinopolim navigat, ac poſt moram aliquot dierum inde redit, & in navi moritur 573 & 574
Eodem anno concilium ad Quercum habetur contra Chryſoſtomum, qui in eo damnatur, deinde relegatur, ſed poſtridie revocatur 578 & ſeqq.
Anno 404 in alio concilio æquè iniquo confirmatur ſententia damnationis Chryſoſtomi, qui relegatur Cucuſum 594 & ſeqq.
Anno 407 S. Joannes Chryſoſtomus prope Comanos in Ponto moritur 666 c d
Anno 408 mortuus eſt Arcadius imperator 679 c
Circa annum 408 Dialogus Palladii de geſtis S. Chryſoſtomi habitus & ſcriptus 402 f
Anno 412 defunctus eſt Theophilus Alexandrinus epiſcopus 679 e
Circa annum 415 nomen S. Joannis Chryſoſtomi diptychis reſtitutum 683 e f
Circa annum 417 obiiſſe videtur S. Maurilius epiſcopus Andegavenſis 62 & 71 e
Circa annum 428 cœpta celebrari feſtivitas S. Joannis Chryſoſtomi 485 c
Circa annum 430 figenda mors S. Mauri, epiſcopi Placentini 79
Anno 438 tranſlatum Conſtantinopolim corpus S. Joannis Chryſoſtomi 685 & ſeqq.
Circa medium hujus ſeculi S. Leo Papa baſilicam exſtruit, in eamque transfert corpus S. Cornelii Papæ 181 i
Sub finem hujus ſeculi defunctus videtur S. Antonius vel Antoninus, epiſcopus, ut creditur, Carpentoractenſis 81
Hoc ſeculo floruit & defunctus eſt, quantùm apparet, S. Evantius epiſcopus Auguſtodunenſis 21

SECULO VI.

Anno 549 celebratum concilium Aurelianenſe v, cui interfuit S. Sacerdos Lugdunenſis 33 d & ſeq.
Anno 551 *vel* 552 defunctus eſt S. Sacerdos, Lugdunenſis epiſcopus 31
Circa annum 579 S. Eulogius creatur patriarcha Alexandrinus 85 b & ſeq.
Anno 588 *vel* 589 celebratur à S. Eulogio concilium in cauſa Samaritanorum 88 c & ſeqq., 89 a b
Hoc ſeculo obiit S. Albeus ſeu Ailbeus, epiſcopus Imelacenſis in Hibernia 26

SECULO VII.

Anno 605 *aut* 606 obiit S. Eulogius, patriarcha Alexandrinus 83 & 85
Anno 616 Alexandria à Perſis occupata, & defunctus S. Joannes Eleëmoſynarius, patriarcha Alexandrinus 85 b
Eodem anno epiſcopus fit Georgius Alexandrinus, ſcriptor Vitæ S. Joannis Chryſoſtomi 406 c
Circa annum 620 conditum monaſterium Habendenſe in Lotharingia 95 b & ſeq.
Circa annum 625 mortuus S. Amatus, abbas Habendenſis ſive Romaricenſis in Lotharingia 95 & 112 b c
Circa medium hujus ſeculi figendus obitus S. Venerii presbyteri & eremitæ 108 & 111
Inter annum 673 & 679 S. Amatus epiſcopus Senonenſis exſilio relegatur 126 a
Anno 690 defunctus S. Amatus epiſcopus Senonenſis 120, 122 a, 128 c
Anno 693 idem Sanctus publico cultu honoratus, erecto ejus nomini templo 121 f

SECULO VIII.

Vergente ad finem hoc ſeculo, Adrianus Papa I corpus S. Cornelii Papæ M. transfert ad baſilicam, eidem exſtructam 181, 182 a

SECULO IX.

Circa annum 806 *aut* 807 oſſa S. Cypriani ex Africa in Galliam tranſlata per legatos Caroli Magni, depoſitaque primùm Arelate, deinde Lugduni 340
Ante annum 840 primâ tranſlatio SS. Amati, Romarici & Adelphii 101 d
Inter annum 840 & 899 ſecunda tranſlatio SS. Amati, Romarici & Adelphii 101 c
Anno 877 Carolus Calvus corpus S. Cornelii Papæ in Galliam transfert, illudque deponit in monaſterio, Compendii exſtructo 182 b & ſeqq.
Circa idem tempus oſſa S. Cypriani Compendium tranſlata 340 b
Hoc ſeculo corpus S. Venerii presbyteri eremitæ Regium Lepidi tranſlatum 114 b c

SECULO X.

Inter annum 910 & 920 tertia tranſlatio SS. Amati, Romarici & Adelphii 101 c
Inter annum 966 & 973 Andegavum transfertur corpus S. Maurilii 63 c
Hoc ſeculo facta eſt ſecunda tranſlatio corporis S. Reverentii presbyteri 24 a b

SECULO XI.

Sub initium hujus ſeculi Anderlaci in Brabantia obiit S. Guido confeſſor 36 b & ſeq.
Anno 1037 corpus S. Materni Treviris tranſlatum ad eccleſiam metropolitanam 394 e
Anno 1049 S. Leo Papa IX Remis habet concilium, ad quod defertur corpus S. Cornelii Papæ 184 f
Anno 1051 quarta tranſlatio SS. Amati, Romarici & Adelphii 101 e
Anno 1078 tranſlatio corporis S. Amati Senonenſis 131 e
Inter annum 1078 & 1092 tranſlatum corpus S. Guidonis conf. 40 d e

SECULO XII.

Sub initium hujus ſeculi reliquiæ SS. Cornelii & Cypriani Ninoviæ in eccleſia parœciali aſſervatæ 771 a
Anno 1112 elevatio reliquiarum S. Guidonis conf. 48 e
Anno 1137 exordia abbatiæ ordinis Præmonſtratenſis, Ninoviæ in Flandria inſtitutæ 770 b c, 771 c f
Anno 1190 corpus S. Materni Treviris novo altari impoſitum 395 a

SECULO XIII.

Anno 1206 fit altera tranſlatio corporis S. Amati Senonenſis 131 f
Anno 1239 aperitur theca reliquiarum S. Maurilii, eædemque recognoſcuntur 63 e

SECULO XIV.

Anno 1308 inventum eſt Lugduni in eccleſia S. Nicetii ſepulcrum S. Sacerdotis, epiſcopi Lugdunenſis 35 b c
Anno 1313 moritûr in Tyroli S. Notburga ancilla virgo 723 d
Anno 1346 Angeriacenſe monaſterium ab Anglis evertitur 24 d

SECULO XV.

Anno 1434 templum exſtruitur & conſecratur S. Notburgæ ancillæ virgini 732 a & ſeqq.
Circa annum 1477 reliquiæ S. Maurilii in pretioſiorem thecam transferuntur 63 f

SECULO XVI.

Anno 1512 corpus S. Materni Treviris ſolemniter extractum & publicæ venerationi expoſitum 395 b
Anno 1513 moritur Mutinæ B. Margarita Fontana 134 c
Anno 1562 eccleſia Angeriacenſis monaſterii à Calviniſtis devaſtata fuit 24 d
Eodem anno iidem hæretici oſſa S. Lidorii combuſſerunt aut diſſipârunt 62 a
Anno 1568 Imelacenſis in Hibernia epiſcopatus, à S. Albeo fundatus, Caſſelienſi cathedræ adjectus eſt 26 b
Anno 1572 reliquiæ S. Cornelii ab hæreticis, qui Aldenardam interceperant, disjectæ ſunt; ſed iterum collectæ 188 f, 189
Circa annum 1585 transfertur ad novum ſepulcrum corpus B. Margaritæ Fontanæ, & Vita ipſius ſcribitur 135

SECULO XVII.

Circa annum 1606 Româ Dertuſam tranſlatum corpus S. Creſcentii martyris 351 f
Circa annum 1622 Româ Antverpiam ad eccleſiam Societatis Jeſu tranſlata corpora SS. Fortunati, Innocentii, Cyrini & Cerealis martyrum 147 c & ſeqq.
Anno 1627 elevatum corpus S. Venerii presbyteri eremitæ 115 a
Circa annum 1628 ſodalitium Ninoviæ inſtitutum in honorem SS. Cornelii & Cypriani atque ab Urbano VIII indulgentiis donatum 773 a b
Anno 1636 erectum ſacellum cum imagine S. Guidonis 37 e
Anno 1651 ſacellum erectum & conſecratum S. Notburgæ ancillæ virgini 748 a & ſeqq.
Anno 1655 ſolemniter elevantur duodecim corpora ſanctorum Martyrum in templo Societatis Jeſu Antverpiæ 150 b

SECULO XVIII.

Anno 1716 Ninoviæ templum ſplendidiſſimum SS. Cornelio & Cypriano ædificari cœptum 773 a b
Anno 1718 erutum è terra corpus S. Notburgæ ancillæ virginis 736 & ſeqq.
Anno 1738 corpus S. Notburgæ ancillæ virginis in novo templo ſolemniter deponitur 743 & ſeq.
Anno 1747 reliquiæ SS. Cornelii & Cypriani Ninoviæ fuerunt recognitæ 773 d
Anno 1752 Benedictus XIV PP. pro ſingulari ſuo erga Sanctorum cultum augendum ſtudio permiſit Canonicis regularibus in Luſitania & ſacerdotibus Societatis Jeſu memoriam S. Pulcheriæ imperatricis virginis Officio eccleſiaſtico quotannis die VII Julii venerari 778 & ſeqq.

NOTI-

NOTITIA

FIGURARUM.

PRæter Operis Frontiſpicium, effigiem dedicationi præfigendam & pauculas minoris formæ figuras locis ſuis affixas, figuræ in folio aut majores hoc ordine ponuntur.

Effigies S. Notburgæ, ejuſque geſta diſtinctis icunculis repræſentata Pag. 717

Vicinia Yenbachenſis, ſeu conſpectus ſacelli parvi & viæ regiæ in Bavariam 724

Sacellum parvum in Yenbach cum arca oblationum 730

Vicinia Rotholzenſis 731

Templum Ebenenſe & adjacentia loca plurima in duplici folio delineata 742

Vicinia Ebenenſis 743

Altare S. Notburgæ in templo Ebenenſi 744

Arca & cornu reliquiarum SS. martyrum Cornelii & Cypriani Ninoviæ 773

ACTA

ERRATA SIC CORRIGENDA.

Aginâ 2, *col.* 2, *lin.* 35 ab-*lege*-ob.
Pag. 3, *col.* 2, *lin.* 8 tamem-*l*-tamen.
Pag. 4, *col.* 2, *lin.* 37 diſcipulis-*l*-diſcipulus.
Pag. 22, *num.* 3, *lin.* 9 Angerienſe-*l*-Angeriacenſe.
Ibid., *num.* 4, *lin.* 17 num. 1-*l*-num. 2.
Pag. 26, *num.* 3, *lin.* 15 Sancto noſtro-*l*-ex Sancto noſtro.
Pag. 27, *num.* 9, *lin.* 4 odiri-*l*-ordiri.
Pag. 34, *num.* 23, *lin.* 9 ſignabutur-*l*-ſignabatur.
Pag. 40, *num.* 18, *lin.* 15 duodecima-*l*-duodecimum.
Ibid., *num.* 20, *lin.* 14 num. 1-*l*-num. XI.
Pag. 75, *num.* 28, *lin.* 2 Antiſtites-*l*-Antiſtes.
Pag. 95, *num.* 3, *lin.* 19 omititque-*l*-omittitque.
Pag. 102, *num.* 37, *lin.* 14 hinc indeſtylo-*l*-hinc inde ſtylo.
Pag. 103, *num.* 6, *lin.* XI *in margine adde:* * *al.* Hanc ego.
Pag. 110, *num.* 12, *lin.* 6 *&* 7 inderminatè-*l*-indeterminatè.
Pag. 120, *num.* 1, *lin.* 3 Bryolenſe-*l*-Broylenſe.
Ibid. lin. 6 ad Samonam-*l*-ad Somonam.
Pag. 128, *num.* 4, *lin.* 1 Theodoricus Ludovici [c]-*l*-Theodoricus [c] Ludovici.
Pag. 133, *num.* 6, *lin.* 14 eccleſia-*l*-eccleſia.
Pag. 134, *num.* 1 *in margine* An. MCXIII-*l*-An. MDXIII.
Pag. 148, *num.* 35, *lin.* 18 quos-*l*-quas.
Pag. 153, *num* 75, *lin.* 5 poſteriorem-*l*-poſterius.
Pag. 159, *num.* 111, *lin.* 14 Novatus-*l*-Novatianus.
Pag. 166, *num.* 158, *lin.* 9 fronte-*l*-fronte.
Pag. 172, *num.* 194, *lin.* 13 faude-*l*-fraude.
Pag. 180, *num.* 249, *lin.* 12 martyrologis-*l*-à martyrologis.
Pag. 181, *num.* 259, *lin.* 3 unum-*l*-unam.
Ibid. lin. 21 tammodò-*l*-tantummodò.
Pag. 185, *num.* 287, *lin.* 14 venerandas-*l*-venerandum.
Pag. 197, *num.* 38, *lin.* 7 voto-*l*-votum, propoſito-*l*-propoſitum.
Pag. 203, *num.* 72, *lin.* 21 methodous-*l*-methodus.
Pag. 213, *num.* 137, *lin.* 18 repetiiſſet-*l*-non repetiiſſet.
Pag. 222, *num.* 194, *in margine* probibliùs-*l*-probabiliùs.
Pag. 226, *num.* 219, *lin.* 3 *&* 4 afflixerant-*l*-afflixerat.
Pag. 230, *num.* 240, *lin.* 18 quò-*l*-quòd.
Ibid. lin. 19 didiciſſent-*l*-didiciſſet.
Pag. 236, *num.* 280, *lin.* 3 duas epiſtolas *adde* accipere.
Pag. 242, *num.* 318, *lin.* 21 poſtravit-*l*-proſtravit.
Pag. 244, *num.* 331, *lin.* 9 quoiam-*l*-quoniam.
Pag. 250, *num.* 369, *lin.* 10 epiola-*l*-epiſtola.
Pag. 256, *num.* 404, *lin.* 7 ſufflcere-*l*-ſufficere.
Pag. 265, *num.* 459, *lin.* XI auctorum-*l*-auctorem.
Pag. 272, *num.* 505, *lin.* 23 ſolo-*l*-ſoli.
Pag. 274, *num.* 519, *lin.* 1 Cypriauns-*l*-Cyprianus.
Pag. 277, *num.* 538, *lin.* 19 conſanguinibus-*l*- conſanguineis.
Pag. 282, *num.* 572, *lin.* 6 ipiſtola-*l*-epiſtola.
Pag. 298, *num.* 671, *lin.* 7 Jubajanum-*l*-Jubajanus.
Pag. 301, *num.* 689, *lin.* 18 cuſtodia-*l*-cuſtodita.
Pag. 308, *num.* 734, *lin.* 18 cuſtudovit-*l*-cuſtodivit.
Pag. 310, *num.* 743, *lin. ultimâ* te nerent-*l*-tenerent.
Pag. 316, *num.* 780, *lin.* 24 ullo-*l*-nullo.
Pag. 323, *num.* 818, *lin.* 1 Valerio-*l*-Galerio.
Pag. 325, *num.* 830, *lin.* 24 paſſum-*l*-paſſus.
Pag. 369, *num.* 75, *lin.* 10 res geſtas-*l*-res geſtæ.
Pag. 430, *num.* 140, *lin.* 10 repelluut-*l*-repellunt.
Pag. 433, *num.* 154, *lin.* 1 igltur-*l*-igitur.
Pag. 440, *num.* 191, *lin.* 7 VII Kalendas Aprilis-*l*-VII Kalendas Majas.
Pag. 452, *num.* 252, *lin.* 4 adſcripta-*l*-adſcripti.
Pag. 454, *num.* 259, *lin.* 33 præparabaut-*l*-præparabant.
Pag. 457, *num.* 274, *lin.* 8 ullam-*l*-ullum.
Pag. 486, *num.* 414, *lin.* 14 librorum-*l*-liberorum.
Pag. 493, *num.* 453, *lin.* 22 Epheſi-*l*-Epheſii.
Pag. 550, *num.* 749, *lin.* 21 inſanian-*l*-inſaniam.
Pag. 569, *num.* 846, *lin.* 13 *&* 14 exſtrinſecòs-*l*-exſtrinſecùs.
Pag. 632, *num.* 1177, *lin.* 5 irabimur-*l*-mirabimur.
Pag. 651, *num.* 1281, *lin.* 29 ornatiſſimo-*l*-ornatiſſima.
Pag. 666, *num.* 1355, *lin.* 3 quos-*l*-quas.
Pag. 675, *num.* 1401, *lin.* 20 A-*l*-At.
Pag. 707, *num.* 14, *lin.* 5 ſiquide meum-*l*-ſiquidem eum.
Pag. 714, *num.* 34, *lin. penult.* prout-*l*-penè ut: *nam immutandæ ac contrahendæ fuerunt variæ inſcriptiones propter loci anguſtias.*
Pag. 718, *num.* 7 *in margine* 1383-*l*-1283.
Pag. 723, *num.* 24, *lin.* 4 adnati-*l*-adnatæ.
Pag. 724, *num.* 27, *lin.* 6 complexam-*l*-complexum.
Pag. 747 *in annotatis lit. g*, *lin.* 8 Anna Aloyſia-*l*-Maria Aloyſia.
Pag. 754, *num.* 19 *in margine* apparet-*l*-apparere viſa eſt.
Pag. 756, *num.* 29, *lin.* 11 *&* 12 amputanda eſſet manus-*l*-amputandum eſſet brachium.
Ibid., *lin.* 17 manus-*l*-illud.
Pag. 767 *in titulo*, *lit.* c curata-*l*-curatus.
Initio indicis Moralis lin. 1 pericula ſublata-A periculum ſublatum.

FINIS.

ACTA SANCTORUM
SEPTEMBRIS.

TOMUS QUARTUS,

DIES DUODECIMA.

SANCTI, QUI PRIDIE IDUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

S. Serapion martyr, & Socii fortè addendi, Catanæ in Sicilia.

S. Nicetas martyr Nicomedienſis, ut fertur, cultus Venetiis.

S. Cornutus vel Curnutus mart. Iconii in Lycaonia.

S. Theodorus mart. Alexandriæ in Ægypto.

S. Ammon M., & forſan lector Nicomediæ.

S. Diofolus, S. Matrona, S. Thecla, S. Heraclia } Martyres in Aſia.

S. Syrus mart., probabiliùs in Pamphylia.

S. Cronides vel Hieronides diaconus, S. Leontius } Martyres Alexandriæ in

S. Serapion } Ægypto.

S. Autonomus epiſc. martyr in Bithynia.

S. Macedonius M., S. Theodulus M., S. Tatianus M. } Meri in Phrygia Salutari.

S. Evantius epiſc., Auguſtoduni in Gallia.

S. Reverentius presbyter conf., Bajocis in Normannia Inferiore.

S. Silvinus vel Sylvinus epiſc. conf., Veronæ in Italia.

S. Albeus vel Ailbeus epiſcopus Imelacenſis, in Momonia Hiberniæ provincia.

S. Sacerdos epiſcopus Lugdunenſis, Pariſiis in Gallia.

S. Guido conf., Anderlaci prope Bruxellas in Brabantia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

Sanctus Bernardus *epiſcopus* in Gallia *hodie legitur in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Inſinuatur* S. Bernardus *Viennenſis, ut colligo ex addita* civitate Romanenſe. *Nam* S. Bernardus *Romanenſe cœnobium conſtruxit, ubi nunc eſt oppidum, vulgò* Romans *dictum, ſitumque in Delphinatu ad Iſaram flumen : ibique mortuus eſt & ſepultus, ut videri poteſt in Vita ad* XXIII Januarii.

S. Juventii *Ticinenſis hodie recurrit memoria in Septembris Tomus IV. Martyrologio Romano. Idem hodie annuntiatur cum S. Syro primo Ticinenſi epiſcopo in veteri ſeu parvo Romano, & apud Adonem, Uſuardum, Notkerum, alioſque recentiores. Nos de* S. Juventio *cum Martyrologio Romano egimus ad* VIII Februarii.

S. Euphroſynæ virginis *hodie mentio eſt in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. At de* S. Euphroſyna *actum eſt* XI Februarii.

S. Vincentius *abbas & martyr* Oveti in Hiſpania *hodie annuntiatur apud Ferrarium in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Ro-*

A *mano non ſunt. At* Vincentius *ille die præcedenti memoratur in Romano* Legione in Hiſpania, *ubi paſſus eſt. Acta data ſunt apud nos ad* XI Martii.

Molaſſius, *abbas Dambiniſenſis & epiſcopus, hac die obiiſſe dicitur. Aliàs idem vocatur* Lafreanus. *Egimus ad* 18 *Aprilis de* S. Molaſſio *abbate Lethglinenſi & epiſcopo. Non videmus ſatis clarè hos eſſe diverſos, quia utrique datur idem nomen duplex* Molaſſius & Lafreanus, *uterque abbas fuiſſe dicitur & epiſcopus. Recentiores quidem afferunt aliqua, ex quibus colligeretur fuiſſe diſtinctos, ſi certa eſſent. At ea certa non ſunt, & conſequenter nos certos nequeunt reddere de diſtinctione. Præterea, ſi fortè alius ſit ille, qui hodie obiiſſe dicitur ab aliquibus, refragantibus tamen aliis, de ejus cultu nobis non conſtat. Vide igitur dicta de* Lafreano *ſive* Molaſſio *ad* XVIII Aprilis.

S. Anaſtaſius *confeſſor hodie colitur Troiæ in Apulia propter reliquias eò olim Tibure tranſlatas. At ignoratur Troiæ, cujus* Anaſtaſii *ſint reliquiæ. Vide itaque conjecturam Henſchenii noſtri in* Anaſtaſio *Papâ ad* XXVII Aprilis.

B S. Ethelberti *regis tranſlatio memoratur in Mſs. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Egimus de* S. Ethelberto *rege Cantiorum ad* XXIV Februarii. *Et de* S. Ethelberto *rege Orientalium Anglorum, cujus corpus ſaltem ſemel tranſlatum eſt, die* XX Maii.

S. Maximinus *epiſcopus Trevirenſis ad hunc diem memoratur in variis Uſuardi auctariis, aliiſque Faſtis recentioribus, prout jam obſervatum eſt in Commentario Vitæ prævio, quando cum vetuſtioribus & Martyrologio Romano, de* Maximino *actum eſt ad* XXIX Maii.

S. Hermagoræ *epiſcopi Aquileienſis tranſlatio memoratur apud Grevenum, & in Martyrologio Germanico, Acta data ſunt* XII Julii.

B. Theſaurus *abbas generalis Ordinis Vallis-Umbroſæ, S. R. E. Cardinalis & martyr, memoratur in Kalendario Benedictino Benedicti Dorgain, & rectè, quia hac die fuit occiſus. Alii tamen eumdem annuntiant ad* 4 *Septembris, ut ibi dictum eſt. Latiùs de B.* Theſauro *hîc agerem, niſi omnia ad eum ſpectantia ſufficienter jam producta eſſent, ubi de* Decem Beatis Vallumbroſanis *actum eſt, ad* I Auguſti.

C S. Euplus *cum* S. Serapione *epiſcopo hodie eſt in Faſtis pleriſque Hieronymianis. Apud Rabanum verò ſolus annuntiatur* Euplus. *In apographo Corbeienſi adduntur* Magnus & Secundinus. *De* S. Serapione & *Sociis agemus hodie, ibique pro* Euplo *lectorem remittemus ad Acta* S. Eupli *diaconi M., data* XII Auguſti.

S. Euſebius *epiſcopus, ut confeſſor annuntiatur in Hieronymianis Faſtis apud Florentinium, in Epternacenſi quoque & in Corbeienſi codice, ſed ubique ſine loco.* Euſebii *etiam nudum nomen exhibent tria alia apographa, Auguſtanum, Labbeanum, & Gellonenſe. Hæc Martyrologia ſufficiunt, ut omnem deponamus dubitationem de ſanctitate illius* Euſebii *: at omiſſio loci facit, ut neſciamus, quis ſit ille ex multis ejuſdem nominis. At exiſtimo eum ad hunc diem non pertinere. Quia & ſuſpicor poſſe hunc eſſe* S. Euſebium *Mediolanenſem epiſcopum, qui die* XII *Auguſti colitur. Certè cultu ille gaudet vetuſtiſſimo, nec tamen eſt in vetuſtis Faſtis eo die, quo colitur. Potuit igitur eodem die menſis Septembris iis fuiſſe inſertus. Verùm hæc mera eſt ſuſpicio, atque hanc ſtatim deponam, ſi quis ſolidiori nixus fundamento hodiernum aſſignaverit* Euſebium. *De Mediolanenſi actum eſt* XII Auguſti. D

S. Eanſwida *virgo abbatiſſa hodie memoratur in Martyrologio Anglicano, quod ſecuti Ferrarius in Catalogo generali, & Caſtellanus in Martyrologio univerſali. Nos cum aliis eam dedimus ad* XXXI Auguſti.

S. Timotheus *martyr Antiochiæ hodie eſt in Martyrologio Rhinovienſi, item apud Rabanum, Grevenum, & alios. At nequeo dubitare, quin de illo jam actum ſit apud nos ex aliis Faſtis. Nam de* Timotheo *ſolo, qui certò idem videtur, egimus ex Hieronymianis ad* 2 Septembris.

De Timotheo *ſimul &* Fauſto, *quorum primus fortè etiam non eſt alius ad* VIII Septembris.

S. Oceanus *martyr hodie recurrit in Menais impreſſis. At de eo unà cum SS. Theodoro, Ammiano & Juliano actum eſt* IV Septembris.

S. Regina *virgo hodie eſt in codice Uſuardino Bruxellenſi apud Sollerium laudato. Colitur* S. Regina *die* VII Septembris.

SS. Martyrum DCCC *mentio hodie fit in Calendario Verdinenſi apud Martenium tom. 6 Collect. ampliſ. col. 682, additurque* in Alexandria. E *De ingenti hoc Alexandrinorum martyrum manipulo, in quo primus nominatur* Ammonius, *egimus ad* VIII Septembris.

S. Otgerus *diaconus hac die eſt apud Camerarium. Colitur & datus eſt* X Septembris.

S. Patiens *præſul Lugdunenſis hodie eſt in tribus codicibus Uſuardinis à Sollerio laudatis. Spectat ad diem præcedentem* XI Septembris.

Commemoratio SS. Nominis B. Virginis Mariæ, *quam ab inſignem victoriam de Turcis relatam Innocentius XI inſtituit, celebrandam quotannis Dominicâ infra Octavam Nativitatis B. Mariæ, hodie annuntiatur in Martyrologio Romano. Verùm de illa feſtivitate agetur in Opere ſeparato, quod de beatiſſima Dei Genitrice dudum promiſerunt Majores noſtri.*

Protus & Santinus *cum* Ypolyto *ſunt in Hieronymianis apud Florentinium,* & Romæ *annuntiantur. In Epternacenſi ſcribitur :* Romæ, Perti, Sanctini, Ippoliti. *In Corbeienſi :* Romæ natalis SS. Proti, Sanctini, Hippolyti. *In Richenovienſi :* Probi, Sanctini. *Auguſtanum, Labbeanum & Gellonenſe ſolum ex hiſce memorant* Protum. *Dubito, an non ſint ex nominum corruptione reproducti martyres diei præcedentis* Protus *vel* Prothus & Hyacinthus, *qui Romæ paſſi ſunt. Datus etiam eodem die* Hippolytus, *cum Ingenuo in Portu Romano annuntiatus. Quidquid ſit, plura de hiſce Martyribus neſcimus, ſi fortè ſint diſtincti.* F

Ebontius *aliquis,* ut epiſcopus Balbaſtrenſis *à Ferrario* Convenis in Aquitania *annuntiatur. Ferrarium ſecutus eſt Sauſſayus. Hos ſequitur Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico. At, quod mireris, in Annotatis ita habet :* Apud noſtros nulla inter Balbaſtrenſes epiſcopos talis Ebontii invenitur memoria. Hinc crederem mendum in nomine irrepſiſſe *&c. Non debebat igitur* Ebontium *Martyrologio ſuo inſerere : nam nec Ferrarii nec Sauſſayi error efficere poteſt, ut epiſcopus fuerit* Ebontius, *qui omnibus eſt ignotus.*

Daniël in Taſio *ſine ullis aliis adjunctis in Menais commemoratur. At in aliis Faſtis memoratum non invenio.*

SS. Saturnini & Severinæ *V. martyrum tranſlatio* Nicoſiæ *in Sicilia annuntiatur ab Octavio Caietano,*

A *tano. At non ſatis novimus, quinam deſignentur martyres.*

Wonedulphus *decanus eccleſiæ collegiatæ Anderlacenſis prope Bruxellas in Brabantia cum titulo* Sancti *memoratur à Rayſſio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii. Vide Vitam S. Guidonis hodie dandam, in qua referuntur varia* Wonedulphi *miracula: at non novimus ullibi fuiſſe cultum.*

Juvencus *presbyter hodie* Sanctus *vocatur in Martyrologio Germanico, & à Ferrario, qui in Annotatis pro ſua opinione producit Mauroly-cum, Felicium, & Petrum de Natalibus in Catalogo lib.* 8 *cap.* 69. *Priores ab ætate auctoritatem non habent. Petrus de Natalibus, qui* Hiventium *vocat, ſatis antiquus eſſet ad vetuſtum cultum ſtabiliendum, ſi in Catalogo ſuo eos ſolùm recenſuiſſet Sanctos, qui publicam in Eccleſia habent venerationem. At conſtat, non paucos ab eo recenſitos, qui cultu eccleſiaſtico numquam fuerunt honorati; nec dubito, quin his quoque annumerandus ſit* Juvencus *presbyter. S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum de* Juvenco *hæc tantum affert:*

B Juvencus, nobiliſſimi generis Hiſpanus presbyter, quatuor Euangelia hexametris verſibus penè ad verbum transferens, quatuor libros compoſuit: & nonnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit ſub Conſtantino principe. *Hæc idoneum non præbent fundamentum, quo niti poſſit titulus* Beati *aut* Sancti *ab aliquot neotericis* Juvenco *attributus. Attamen Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico ad hunc diem oſtendere nititur, in veneratione publica apud Hiſpanos olim fuiſſe* Juvencum. *Chronica & carmina ſuppoſititia, quæ hunc in finem affert, miſſa facio, cùm illa reſponſum non mereantur, nec reſponſo ampliùs indigeant. At laudat ille etiam verba Petri de Natalibus lib.* XI *cap.* 121, *ubi iterum de* Juvenco *agit, &* Sanctum *vocat, hæcque de eo dicit:* Et apud Hiſpanias confeſſoris nomine celebris habetur. *Reſpondeo, ſcriptorem illum tam accuratum non eſſe, ut neceſſe ſit in ejus jurare verba. Quare, ſi verbis illis inſinuare voluerit,* Juvencum *cultum fuiſſe ſuo tempore in Hiſpania ut* confeſſorem; *non auſim eidem fidem habere, cùm ne urbem quidem,*

C *in qua cultus fuiſſet, nominaverit. Sanè non perſpicio, quo demum fato accidiſſet, ut cultus* Juvenci, *ſi tempore Petri de Natalibus viguiſſet in Hiſpania, non perſeverâſſet ad noſtra uſque tempora; & jam ex nullis oſtendi poſſet monumentis. Nicolaus Antonius in Bibliotheca veteris Hiſpaniæ lib.* 2 *cap.* 4 *agit de* Juvenco *presbytero; ſed ne verbo quidem ſanctitatem aut cultum ipſius attingit, licèt aliàs virum laudibus debitis exornet.*

S. Marcellini epiſcopi *memoria ſine ullis aliis adjunctis eſt apud Grevenum & in Florario Ms. Sanctorum. Divinare nequeo, quem deſignatum voluerint* Marcellinum. *At ſuſpicor aut nomen corruptum, aut* Sanctum *alio die coli.*

Guido *paſtor Begginarum Nivellenſium in Brabantia ut* beatus *celebratur à Rayſſio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii. Verùm de cultu* Guidonis *hujus nihil novimus, & ſilent martyrologi.*

Reverentianus *monachus apud Sauſſayum in Supplemento Martyrologii Gallicani annuntiatur ante* Reverentium *presbyterum, quocum idem eſt, & de quo hodie agemus.*

Perpetua *abbatiſſa Montis S. Romarici in Lotharingia memoratur ut* Sancta *apud Menardum & apud Sauſſayum in Supplemento. Attamen teſtatur Mabillonius tom.* 1 *Annalium pag.* 426, *eam cultu caruiſſe & carere. Præterea Chifflетius noſter jam olim ad Bollandum ſcripſit, eam abeſſe ab omnibus libris ritualibus & Kalendariis monaſterii Romaricenſis. Si quis tamem cultum docere potuerit, dabitur alius de ea agendi locus.* D

Waleranus *abbas Urſi-campi memoratur in Menologiis Ciſtercienſibus apud Chryſoſtomum Henriquez & Claudium Chalemot, uti etiam in Kalendario ejuſdem Ordinis impreſſo Divione cum titulo* beati. *Verùm ſufficientia cultus eccleſiaſtici indicia non invenio. Agit de* Walerano *variis locis Angelus Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus, & obitum ipſius narrat ad annum* 1142 *cap.* 10; *at nec cultum ejus probat, nec* beatum *nominat. Quare inſignes* Walerani *virtutes geſtaque præclara legi poterunt apud laudatos ſcriptores, quemadmodum & aliorum, quos ad hunc diem adjungit Henriquez, cùm nec horum cultum reperiamus.*

Sifredus *abbas S. Victoris Maſſilienſis ponitur ut* Sanctus *in Martyrologio Benedictino Menardi, eumque ſequitur Sauſſayus in Supplemento. Menardum fefellit ambigua locutio Yepeſii, qui in Chronico Ordinis Benedictini centuriâ* 6 *fol.* 299 *dat catalogum abbatum S. Victoris, iiſque ante Iſarnum accenſet* Sifredum *aut* Difredum, *ut ipſe nominat illum, qui* Wifredus *ab aliis vocatur. At ſolùm aliquid dicit de corpore ſepulto* in eccleſia inferiore illius monaſterii, & in veneratione habito. *At nec* Beati *nec* Sancti *titulum attribuit* Sifredo, *aut potiùs* Wifredo *abbati. Si autem omnino aſſereret Yepeſius, corpus* Wifredi *ut Sancti ibidem fuiſſe honoratum, cur hac in re errare non potuit, ſicut in ipſo erravit nomine?* Wifredum *certè apud martyrologos Gallos ſeculi noſtri non reperio. Memoratur ille inter abbates S. Victoris tom.* 1 *Galliæ Chriſtianæ recuſæ pag.* 681, *& apud Mabillonium tom.* 4 *Annalium pag.* 281 *dicitur obiiſſe anno* 1021 *Idibus Decembris: ſed nihil ibi de cultu aut veneratione corporis.* E

Joannes Michaël *epiſcopus Andegavenſis ut* venerabilis *hodie memoratur à Caſtellano. Sauſſayus in Appendice Martyrologii Gallicani de eo ſic habet:* B. Joannes Michaël, epiſcopus Andegavenſis, vir incorruptæ probitatis, ſummæ humilitatis, perfectæ religionis, & magnæ apud Deum & homines gloriæ. *Addit in margine:* Obiiſſe (edito jam Martyrologio noſtro) accepimus ex Mss. ejus Actis, III Idus Septembris. *Verùm in elogio prolixiori, quod videri poteſt in catalogo epiſcoporum Andegavenſium apud Sammarthanos tom* 2 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 139, *dicitur obiiſſe anno* 1447, *die* XII *Septembris, & cum eo conſentit relatio Ms., quæ nobis ex Gallia anno* 1738 *tranſmiſſa eſt de venerabili* Joanne Michaële. *Miraculis multis claruiſſe narratur, & canonizatio ipſius iteratis vicibus flagitata fuit apud ſummos Pontifices; ſed nihil hactenus pro ea obtentum novimus.* F

Anna ab Aſſumptione *virgo clariſſa vocatur de more* beata *apud Arturum in Gynæceo, annuntiaturque* Belviſii in territorio Placentino Hiſpanico. *De cultu nihil novimus; ſicut etiam nobis non conſtat de cultu* Mariæ viduæ, *quæ ibi ſubjungitur.*

A Bona *virgo*, quæ & Mundicorda dicta, *annuntiatur* in Ægypto *apud Grevenum in Uſuardo auctо, uti etiam apud Caniſium, Maurolycum, Ferrarium in Catalogo generali. Hiſce omnibus præivit Petrus de Natalibus in Catalogo lib.* 8 *cap.* 71, *ubi dat elogium, ſeu vitæ compendium Sanctæ, quam apud Latinos* Bonam, *apud Ægyptios* Mundicordam *dicit nominatam fuiſſe, quamque obiiſſe aſſerit hoc die ſeu* pridie Idus Septembris. *Hoc Vitæ compendium adoptavit & Gallicum reddidit Gazetus in Vitis Sanctorum ad hunc diem. Habeo ante me apographum ex codice Ms. neſcio quo. At video in illo verbis paulò pluribus referri illa omnia, quæ de* Bona *compendioſiùs dedit Petrus de Natalibus, ita ut vix dubitare poſſim, quin ille codicem iſtum Ms. fuerit ſecutus. Unica autem differentia alicujus momenti eſt in nomine Ægyptiaco* Bonæ. *Nam tale eſt Ms. initium:* Bona apud Latinos, apud ſuos vero Ægyptios vocabatur Carmundica. *At apud Petrum de Natalibus pro* Carmundica *legitur* Mundicorda. *Hæc autem nomina, & inuſitata illa nominum mutatio, non modicam mihi ſuſpicionem ingeB runt de ſuppoſitione, non tantum Actorum, quæ certè fabuloſa ſunt, ſed etiam nominis, præſertim cùm nec* Bonam, *nec* Mundicordam, *nec* Carmundicam *in ullis Græcorum aut Orientalium Faſtis reperiam; cúmque nullibi in Actis dicatur, in qua Ægypti urbe ſit nata, aut in quo monaſterio vitam monaſticam ſit profeſſa, aut quâ demum ætate vixerit. Ferrarius tamen aliquid dubitationis injicit, quia in Annotatis de* Bona *laudat tabulas* Tarviſinæ eccleſiæ, ubi, *inquit*, hæc colitur. *Ferrario credidit Caſtellanus, qui hoc die ſic habet:* Tarviſii Bonæ virginis. *Idem Caſtellanus* Carmundicam *annuntiavit* in Ægypto *die* x *Septembris, ut ibi in Prætermiſſis monui. Verùm ſecundum Acta Mss.* Bona *&* Carmundica *eſt eadem. Dixi ibidem* Carmundicam *mihi ignotam eſſe: hîc repeto nec* Bonam *mihi tam eſſe notam, ut eam tamquam Sanctam Operi noſtro auſim inſerere.*

Franciſcus Titelmannus *presbyter Ordinis Capucinorum* beatus *nominatur in Martyrologio Franciſcano apud Arturum à Monaſterio hoc die, & in folio quodam Gallicè impreſſo Leodii, cui titulus:* Vita, mors & miracula beati patris
C Fr. Franciſci Titelmanni, Religioſi Capucini Leodienſis. *Multa de virtutibus, geſtiſque præclaris* Franciſci Titelmanni *ſcribit Boverius in Annalibus Capucinorum ad annum* 1537, *ſed à titulo* beati *religioſè abſtinet, prout etiam facit Joannes Mantelius Auguſtinianus in Haſſeleto, ubi cap.* 16 *egregium dat elogium Titelmanni, quem Haſſeleti natum, & Anticoli in agro Romano anno* 1553 *defunctum docet. De* Franciſco Titelmanno *etiam agunt Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis, Rayſſius in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii, & Sauſſayus in Martyrologio Gallicano; ſed hi omnes ad diem* IV *Octobris. Nos egregias viri virtutes, & mirabilia mortem ſecuta nequaquam ignoramus aut inficiamur; ſed de cultu eccleſiaſtico nihil quidquam novimus. Plures viri inſignes ex ordine S. Franciſci, quibus etiam* beatorum *titulum more ſuo attribuit Arturus, videri a-* D *pud ipſum poſſunt in Martyrologio Franciſcano, & apud Fortunatum Hueberum in Menologio ejuſdem Ordinis: ſed hic æquè ac Waddingus in Annalibus titulum* beatorum *recenſitis hodie apud Arturum non attribuit.*

Secundinus *hodie eſt in contracto Martyrologio Corbeienſi. Feliciſſimo in pluribus Hieronymianis* Secundinus *jungitur die ſequenti* XIII Septembris.

S. Julianus *ſub Licinio martyr hodie eſt in Menæis & in Menologio Sirletiano: at ſequenti die in Martyrologio Romano* XIII Septembris.

S. Edippa *virgo eſt in codice Uſuardino Bruxellenſi, & in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Non dubito quin deſignetur S. Editha, quæ etiam* Eadipa *vocatur in codice alio Uſuardino, & de qua agendum eſt ad* XVI Septembris.

Quimburga *aut* Coënburga *virgo, ſoror Inæ regis, & S. Cuthburgæ abbatiſſæ, memoratur in Martyrologio Anglicano anni* 1608 *hac die, uti etiam in Catalogo generali Sanctorum Ferrarii, & in Gynæceo Arturi. Quin &* Sancta *vocatur apud Weſtmonaſterienſem ad annum* 727 E *& apud Wigornienſem ad annum* 718. *Hunc* Sanctæ *titulum eidem attribuunt recentiores multi, prout etiam apud nos ſubinde factum eſt. Attamen dum paulò diligentiùs in legitimum* Quimburgæ *cultum inquirimus, certa legitimæ venerationis indicia non reperimus. Quare eam interim differimus, de ea pluribus acturi, ſi quis cultum legitimum docuerit, eo die, quo inſerta eſt Martyrologio Anglicano anni* 1640, *videlicet* XXII Septembris.

S. Kunialdum *hodie annuntiant Dempſterus & Ferrarius ut apoſtolum Avarum. Fuit diſcipulis S. Ruperti Salisburgenſis epiſcopi, corpuſque* S. Kunialdi *&* S. Giſelarii *tranſlatum eſt unà cum corpore S. Ruperti, ejuſque tranſlationis feſtivitas inſtituta eſt, ut probatur in S. Ruperto ad* XXIII *Martii, die, quo de* SS. Kunialdo *&* Giſelario *agetur,* XXIV Septembris.

Ademarus, *aliàs* Aymardus *dictus, abbas Cluniacenſis, hodie eſt in Ms. Kalendario Antverpienſi abbatiæ S. Salvatoris. Mabillonius in Actis Sanctorum Benedictinorum ſec.* 5 *Benedictino pag.* 316 *ſcripſit* Aymardi *abbatis elogium, ex quo liquet non ſatis conſtare de cultu. Hic exa-* F *minari poterit die, quo celebratur à pluribus,* V Octobris.

S. Auctæ *virginis & martyris tranſlatio* Serwalli in territorio Uliſipponenſi *memoratur ab Arturo in Gynæceo. At cùm dicat fuiſſe unam è Sociabus S. Urſulæ; erit locus de ea diſputandi ad* XXI Octobris.

S. Syrus *primus epiſcopus Ticinenſis cum S. Juventio item Ticinenſi memoratur apud Adonem, Uſuardum, Notkerum & alios. Recolitur etiam memoria S. Syri in Hieronymianis: at illum credimus alium, & de illo agemus hodie. De* Syro *Ticinenſi cum Martyrologio Romano* IX Decembris.

S. Stephani *protomartyris tranſlatio notatur in Menologio Coptico. De* S. Stephano *agendum erit ad* XXVI Decembris.

DE

A D

DE S. SERAPIONE EPISC. MART. ET SOCIIS FORTE ADDENDIS,

CATANÆ IN SICILIA.

Sylloge ex Faſtis Hieronymianis & aliis. J. S.

VERISIMILITER AN. CCCIV. *Euplus in pluribus Faſtis cum Serapione annuntiatus*

B

NOn modicam mihi dubitationem injecerunt, quæ in Faſtis antiquis æquè ac recentioribus ad hunc & præcedentem diem leguntur de Sanctis aliquot Siculis Catanæ annuntiatis modo maximè vario. *Nam in aliis* Euplus & Serapion *conjunguntur, in aliis ſolus ponitur* Euplus, *in aliis* Serapion *ſine* Euplo, *aut ſolus aut cum Sociis anonymis, ac in aliis demum* Euplo & Serapioni *Martyres quoque alii adduntur. Primum produco Martyrologia illa, in quibus duo præ ceteris nominati conjunguntur. Hieronymiana apud Florentinium habent:* In Sicilia civitate Catina natalis ſanctorum Eupli, & Serapioni * epiſcopi. *Epternacenſe, ibi in Annotatis* vetuſtiſſimum *dictum:* In Sicilia Eupli & Serapionis epiſcopi. *Corbeienſe ibi quoque laudatum:* In Sicilia civitate Cathenas natal. SS. Eupli, & Serapionis epiſcopi, *ſed additur* Magni. *Eodem planè modo Corbeienſe brevius apud nos tom.* VII *Junii; ſed ibi additur:* Magni & Secundini. *Richenovienſe apud nos:* Et in Sicilia, Eupli, & Serapionis. *Rhinovienſe ibidem:* In Sicilia, Eupoli * & Serapionis. *Iidem quoque conjunguntur in primo ex Martyrologiis, quæ edidit Martenius tom. 6 Collectionis ampliſſimæ pag. 646, ſed ſine loco:* Et SS. Eupli & Serapionis. *Et ibidem in Antiſſiodorenſi hoc modo:* Et in Sicilia civitate Catena S. Eupli & B. Serapionis epiſcopi.

* Serapionis

* Eupli

2 *Ex hiſce mirari nequeo* Euplum & Serapionem *apud martyrologos poſteriorum ſeculorum ſimiliter fuiſſe conjunctos. Miror tamen, cur illos conjunxerint potiùs die præcedenti, ut ibi in prætermiſſis annotavi, quàm hoc ipſo die* XII *Septembris, quo memorantur apud veteres. Quæret modò aliquis, qua de cauſa* Euplum *à* Serapione *ſegregandum cenſuerim, cum toties duo illi ſimul jungantur apud veteres? Reſpondeo, vix me dubitare poſſe, quin* S. Euplus *ſit idem cum S.* Euplo *vel* Euplio *diacono, cujus Acta ſincera jam data ſunt ad* XII *Auguſti, quo Sanctus ille colitur. Florentinius in Annotatis talem dat conjecturam:* Certaminis in eadem urbe Catana ſocium Eupli diaconi fuiſſe Serapionem epiſcopum, improbabile non eſt: quos, licèt diverſa die martyrium conſummaverint, disjungere tamen noluerint, qui Martyrologium ſcripſerint. Unde in die natali S. Serapionis Euplum ejuſdem diaconum iterata veneratione addiderint. *Non inepta eſt hæc conjectura: cùm enim* Euplus *in generali perſecutione Diocletiani & Maximiani ſit paſſus; facilè potuit occaſione* Eupli *inveſtigatio perſecutorum iterari, epiſcopuſque ipſe Catanenſis apprehendi, atque uno poſt diaconum ſuum menſe coronari.*

licèt veriſimiliter Euplus ſit idem cum S. Euplo diacono,

C

3 *Certè admodùm probabile eſt,* S. Serapionem *fuiſſe epiſcopum Catanenſem, cùm in pleriſque codicibus Hieronymianis* epiſcopus *vocetur, & paſſim* Catanæ *aut ſaltem* in Sicilia *dicatur paſſus. Præterea locus ipſi vacuus eſt in Catalogo epiſcoporum Catanenſium apud Rochum Pirrum tom. 2 Siciliæ ſacræ pag. 4: neque enim ullus recenſetur epiſcopus inter Everium, quem circa 260 ſediſſe credit Pirrus, & Severinum, quem figit circa 312. At dubitari meritò nequit, quin imperante Diocletiano, ſub quo, antequam generalis perſecutio erupit, ſatis quieta fuit Eccleſia, aliquis eccleſiæ Catanenſi præfuerit epiſcopus. Itaque veriſimile eſt, hunc fuiſſe* S. Serapionem, *de quo agimus. Hunc verò non eodem die cum* S. Euplo *diacono paſſum eſſe, videtur evinci ex Actis* S. Eupli, *in quibus de* S. Serapione *nulla fit mentio, & ex quibus clarum apparet,* S. Euplum *fuiſſe captum & paſſum ſine ſociis. Deinde* Serapionem *ſeriùs eſſe paſſum, veriſimile eſt, quia in omnibus Faſtis, quando ſimul memorantur,* Euplo *poſtponitur: neque ulla alia occurrit ratio, ob quam Epiſcopus poſt Diaconum poſitus eſſet, niſi quòd ſeriùs videatur paſſus, quódque* Euplus *primus fortaſſe in illa perſecutione coronatus ſit Catanæ.*

Serapion verò epiſcopus Catanenſis; nec ſimul videantur paſſi.

E

4 *Videamus nunc, quo in aliis Faſtis ſeorſum annuntientur modo, aut ſolus* Euplus, *aut ſolus* Serapion. *Rabanus ſolum* Euplum *ſic habet:* Et in Sicilia civitate Cathena natale Eupli. *Apud Martenium tom* 3 *Anecdotorum col.* 1613 *in antiquo Calendario Lyrenſis monaſterii ſolus* Serapion *ponitur hoc modo:* Sancti Serapionis mart. *Codex Uſuardinus Bruxellenſis, cui conſonat Hagenoyenſis apud Sollerium:* In Sicilia, paſſio ſancti Serapionis epiſcopi & aliorum tredecim. *Hæc ipſa verba ſunt in Florario Sanctorum Ms.. Grevenus:* Item Serapionis epiſcopi. *Codex Florentinus:* Item ſancti Serapionis. *Ex hiſce ſuſpicio eſſe poteſt,* Serapionem *paſſum eſſe cum aliquot Sociis, quorum ferè ignoramus nomina: nam geminus codex Corbeienſis, num.* 1 *laudatus, in quorum altero* Magnus, *in altero* Magnus & Secundinus *adjunguntur, non ſufficit, ut certò credamus, eos* Serapionis *fuiſſe ſocios.*

Fortè S. Serapion habuit martyrii ſocios:

F

5 Euplum *à pluribus adjungi ſocium* Serapioni *vidimus; ideoque ſuſpicari quis poſſet, hunc* Euplum *revera ſocium fuiſſe* Serapionis, *diſtinctumque ab* Euplo *diacono, qui* XII *Auguſti colitur: ſed id rurſum valdè incertum & minùs probabile eſt, quia* Euplus *ubique præponitur* Serapioni *epiſcopo, ut antè obſervavi. Quare de ſolo* Serapione *ſatis probatum exiſtimo, paſſum eſſe hac die, quia* epiſcopus *vocatur & Catanæ annuntiatur, ubi veriſimiliter erat epiſcopus. Hunc autem probabiliter exiſtimo coronatum eſſe eodem anno* 304, *quo paſſus eſt* S. Euplus *diaconus, ob rationes antè datas.*

certè martyr fuiſſe videtur, non confeſſor.

AUCTORE J. S.

Ceterùm opinionem Octavii Caietani, Ferrarii & aliorum neotericorum, qui Euplum & Serapionem *confessores fuisse putant, non satis credo probabilem, cùm nullum illius sententiæ inveniam, aut certè nullum satis solidum fundamentum.* D

DE S. NICETA MARTYRE

NICOMEDIENSI, UT CREDITUR, QUI COLITUR VENETIIS.

J. S

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De cultu Sancti, Actis planè fabulosis, & de miraculis infrà recitandis.

B

SUB MAXIMIANO, UT FERTUR.

S. Nicetas in Fastis recentioribus memoratus,

PEtrus de Natalibus, *episcopus Equilinus, in Catalogo Sanctorum lib.* 8 *cap.* 70 *dat compendium Actorum mox examinandorum* S. Nicetæ *martyris, Nicomediæ, si qua Actorum est fides, nati & passi. Dictum compendium concluditur his verbis:* Demum ad Christum feliciter migravit die Sabbati, pridie Idus Septembris, horâ VI, sepultus à Christianis in Nicomedia civitate juxta corpora aliorum martyrum, ibidem pro Christo passorum. *Elogium istud* S. Nicetæ *haud dubiè viderat Grevenus, qui Usuardo suo* Nicetam, *aut* Nicetum, *ut ab aliis vocatur, ad hunc diem inseruit, sic de eo scribens:* Apud Nichomediam, sancti Niceti martyris, qui & Victor dictus est. Hic pro fide Christi, superatis gladiis acutis, igne, fumo, manuum ac pedum obtruncatione, cùm divinitus illi membra restituta fuissent, iterum fustibus cæsus est, ac postea feliciter migravit. *Quod ait,* Nicetam *etiam* Victorem *dictum, non invenio: sed solùm aliqui habent, nomen* Nicetam *interpretari* Victorem. *De* S. Niceta *breviùs, & rectiùs, ut opinor, Maurolycus:* Nicomediæ sancti Nicetæ martyris. *Accedunt Canisius in Martyrologio Germanico, & Ferrarius in Catalogo Generali, ubi sic habet:* Nicomediæ S. Nicetæ martyris sub Maximiano. *Porrò Ferrarius in Annotatis dubitat, an hic* Nicetas *Nicomediensis fortassè idem non sit cum* S. Niceta *Gotho, quem Græci & Martyrologium Romanum celebrant die* XV *Septembris. At non video ulli, qui Acta utriusque legit, probabilem oriri posse suspicionem de confundendis istis Martyribus*

C

Venetiis, ubi corpus est in ecclesia S. Raphaëlis,

2 *Cultus* S. Nicetæ *Venetiis jam nobis utcumque innotescit ex Ordine recitandi divinum Officium juxta ritum ecclesiæ patriarchalis & diœcesis Venetiarum, quem habemus impressum anno* 1657: *nam ibi ad* XII *Septembris præscribitur Officium* S. Niceti martyris, *ritu semi-duplici recitandum de communi* I *loco, notaturque* corpus *esse* in ecclesia parochiali S. Raphaëlis. *De corpore* S. Nicetæ *in ecclesia S. Raphaëlis servato consentit Nicolaus Doglioni in Opusculo Italico de Rebus notabilibus & mirabilibus urbis Venetæ pag.* 345. *Verba ejus Italica huc Latinè reddita transfero:* In ecclesia S. Raphaëlis requiescit corpus S. Nicetæ in altari proprio. Illud Nicomediâ translatum est Venetias. *Templum S. Raphaëlis archangeli; situm in Regione Dorsi duri, est parochiale, describiturque in Thesauro antiquitatum Italiæ tom.* 5 *part.* 2 *pag.* 195 *&* 196, *ubi etiam dicitur:* Hic S. Aniceti (*lege* Niceti) corpus aliæque reliquiæ habentur. *Excellentissimus dominus Flaminius Cornelius, qui pro eximia sua humanitate manum nobis auxiliatricem præbere voluit ad illustranda Acta Sanctorum, qui coluntur Venetiis, & jam iteratis vicibus in hoc Opere laudatus est, etiam de cultu* S. Nicetæ *hoc die, & de corpore Venetiis servato, diligenter ab aliquot annis nos monuit. Deinde verò cum aliis de Sancto repertis transmisit Officium proprium, prout olim recitatum fuit Venetiis.* E

Officio ecclesiastico colitur.

3 *Ibidem verò de cultu addidit observationes sequentes:* Die XII Septembris in ecclesia S. Raphaëlis archangeli Officium fit S. Niceti martyris, uti patroni contitularis. De quo etiam Sancto fit Officium semiduplex ab universo clero seculari Venetiarum de communi martyrum: quamvis olim Laurentio Cardinali Priolo patriarchæ Venetiarum lectiones propriæ fuerint concessæ ex vocali approbatione Clementis VIII. Nunc autem in desuetudinem abierunt. *Totum istud Officium ex Actis mox memorandis compositum esse video, eaque de causa nequit plus fidei habere quàm Acta ipsa. Ex Officio tamen colligitur, celebrem ab aliquot saltem seculis fuisse cultum* S. Nicetæ *Venetiis. At nullibi dicitur, quo tempore istuc translatum sit Sancti corpus. Circa finem Actorum, quæ habemus ex codice Ms. S. Raphaëlis, hæc addita invenio:* Deinde processu temporis devotissimum corpus per religiosos Venetos deportatum, & reconditum fuit honorificè in ecclesia S. Raphaëlis miraculis clarum innumerabilibus. *Mox quoque scriptor, qui hæc Actis aliàs vetustioribus addidit, ætatem suam declarat, dicens se anno* 1426 *vidisse puellam energumenam* S. Nicetæ *meritis liberatam. Et de tempore, quo scripsit, sic loquitur:* Scripta fuerunt hæc in anno Domini MCDLXVI, die XXVIII Augusti. *Itaque jam facta erat translatio, dum ille scribebat seculo* XV: *& ex primo miraculo liquet, corpus Venetiis fuisse ab anno saltem* 1344. *Quare translatio verisimiliter facta est multò citiùs, sed tempore nobis incomperto. Hactenus de cultu Sancti, Venetiis etiamnum vigente.* F

4 *Actorum* S. Nicetæ *Nicomediensis, quæ paulo-*

Acta, quorum compendium habet Equilinus, fabulosa sunt:

A *lò contractiora leguntur apud Petrum de Natalibus, duo ex codicibus Mss. habemus apographa. Alterum manu propria exscripsit Papebrochius noster* ex codice Ms. S. Eremi Camaldulensis fol. 139, *ubi Actis hic præfixus est titulus :* Passio S. Nicetæ mart. XII Septembris. *Addit Papebrochius hanc notulam :* Tota fabulosa. Est Græcè in Ambrosiana. *At Græca Acta exscribenda non credidit : certè ea in scriniis nostris non invenio. Alterum apographum nostrum notatur acceptum,* ex codice Ms. ecclesiæ S. Angeli Raphaëlis Venetiis, ubi ejus corpus. *Apographa satis consentiunt, saltem pro factis aut potius fabulis, quæ enarrantur. Rosweydus noster horum Actorum, prout contracta sunt apud Petrum de Natalibus, meminit in Vitis Patrum col 23, in Annotatis ad Vitam S. Pauli num. 23, aitque in iis occurrere* quædam mira, nec facilè omnibu probanda. *Judicium illud eruditissimi Rosweydi verum est, & minimè rigidum : imò adeo mihi improbabilia & fabulosa apparent Acta illa* S. Nicetæ, *ut omittenda potius censeam quàm edenda, cùm quia nequeo vera (si qua forte vera fabulis sunt admixta) secernere à falsis, tum quia videri*

B *possunt apud Petrum de Natalibus loco assignato. Illud igitur studiosum lectorem dumtaxat moneo, Acta Mss. nihilo meliora esse quàm sit memoratum compendium, sed singula ibidem pluribus verbis latiùs explicari modo planè improbabili.*

ex iis breviter aliqua perstringuntur.

5 *Brevi tamen compendio totam ferè Actorum seriem explico.* S. Nicetas *natus dicitur Nicomediæ, ac patrem habuisse Maximianum imperatorem. Juvenis verò conversus dicitur apparitione Christi crucem ostendentis, explicante visionem illam Juliana quadam. Deinde Maximianum frustra hortatus asseritur, & mox visione Michaëlis archangeli roboratus. Hinc scriptor pergit ad fidei confessionem coram Maximiano, dicitque accusatum, captum, objurgatum à Maximiano, cui Sanctum acerbissimè respondentem inducit. Mox verò dicitur petiisse idola aurea & argentea, eaque obtinuisse, confregisse, ac pauperibus omnia distribuisse; his autem factis, iterum accessisse ad Maximianum. Deinde ligatus, suspensus, verberibus cæsus, à S. Michaële confortatus, castitatem suam dicitur defendisse contra impudicam puellam, cui tentandus erat traditus, & cui linguam morsu præcisam in faciem exspuisse asseritur, quemadmodum S. Hieronymus de aliquo juvene narrat in Vita S. Pauli Eremitæ. Sequitur in Actis supplicium rotarum gladiis instructarum, diciturque illæsus in illo fuisse Sanctus, & sic convertisse & baptizâsse quinque ferè millia militum, qui missi erant, ut membra corporis in mille partes, ut credebatur, dissecti colligerent, & viventem invenerant. Inde reversum ad se Maximianus interficere voluit pluribus aliis tormentis, nec potuit, ne*

C *per magos quidem ad id evocatos; sed ipse tandem occisus est Maximianus, & Martyr in pace obiit, si credimus fabulatori nulla fide digno. Nam hæc aliaque æquè mirabilia & improbabilia modo retulit planè inepto miniméque verisimili. Hoc clarius est, quàm ut necesse sit fabulas illas pluribus exagitare.*

Miracula, quædam edenda scriptoris ferè contemporanei,

6 *Post fabulosa Acta, quæ omittimus, in codice Veneto alia sequúntur de miraculis Sancti, scripta seculo* XV, *&, ut ibidem dicit ipse auctor anonymus,* anno Domini MCDLXVI. *Hæc autem, licèt exarata sint stylo minùs expolito & sæpè hiulco, omittenda non credidi : nam auctor narrat miracula suo tempore facta, aut eodem saltem seculo aut præcedente, ita ut alia reperire potuerit scriptis commendata, alia discere ex testibus oculatis. Geminum quoque habemus horum Miraculorum apographum, alterum anno 1686 cum Actis ipsis ex codice Veneto acceptum, alterum nuper transmissum ab excellentissimo domino Cornelio superiùs laudato una cum antiquo Officio. Cùm autem menda quædam minoris momenti apographis irrepserint, ex utroque editionem formabo, & diversas lectiones annotabo, ubi videbitur operæ pretium.*

AUCTORE J. S.

qui unum ceteris præmisit

7 *Unum ex istis miraculis, quod scriptor à reliquis separavit, hìc similiter paulò brevius præmitto.* Et ad gloriam, *inquit,* & magnificentiam dicti Sancti scribens hæc fidelis recitator testificatur, se in anno Domini MCDLXVI & sequenti vidisse puellam quamdam Tarvisinæ diœcesis vexatam à spiritu immundo, ita quòd à quatuor hominibus vix illa poterat retineri, cum clamoribus & ululatu maximo tandem ante altare ejusdem devotissimi Sancti violenter apportatam, & in ore ejus ex quodam liquore aquæ, subtus arcam continuè emanante, perfusam. *Inde, ubi multa, quæ captum puellæ superabant, per os ipsius effuderat dæmon, ait, per* Valerium Valerio *ductam fuisse* E in sacristiam ejusdem ecclesiæ, *ibique liberatam* per invocationem dicti Sancti & aliorum. *Suis quoque amicis & consanguineis beneficia fuisse collata per* S. Nicetam, *generatim insinuat scriptor his verbis :* Continuò autem infirmantibus caris & conjunctis præsentium relatoris ex invocatione, & continua devotissimi Sancti memoria, reddita est ipsis integra sanitas. *Post pauca verò sequuntur miracula, quæ modò subjungo.*

MIRACULA

Auctore anonymo

Ex duobus apographis codicis Ms.

Puer beneficio Sancti sub aquis incolumis,

F INsuper recitabo aliqua miracula veridicè secuta fideliter scribendo, annotabo pro consolatione legentium & audientium. Fuit igitur circa annos Domini MCCCXLIV quidam vir, nomine Victor Cathanio, qui habebat uxorem nomine Christinam, prudentem & discretam, & devotam hujus glorioſissimi sancti Nicetæ, cujus reliquias devotè sæpè & sæpiùs visitabat, cui dictus Sanctus apparuit, & dixit : Scito Christina, quòd pro filio tuo multas tribulationes patieris. Ad hæc tota plena tristitiis respondit : Et quando hæc erunt? At ille : In die mercati *a*. Puer autem erat annorum duodecim vel circà, & habitabat in contrata *b* sanctæ Sophiæ in civitate Venetiarum. Qui adolescens cùm ad studium ire intenderet, aquam usque Rivoaltum *c* transfretando submersus fuit cum libris in sacculo ad collum adnexo sub chlamyde, & subtus aquam per spatium quatuor horarum stetit, & erat dies Mercurii. Qui quæsitus à multis per dictum spatium, non fuit repertus; tandem, ut Deo placuit, apparuit parva particula chlamydis, ex qua elevatus fuit sanus, & incolumis, cum libris : & ipse solus sine sustentaculo aliquo redivit ad propriam matrem, quæ cùm cerneret miraculum, quamprimum ad ecclesiam sancti

a

b

c

A. ANONYMO.

cti Raphaëlis properavit, & cum inundatione lachrymarum infinitas gratias proſtrata coram altari devotiſſimè ſancti Nicetæ retulit de reſtitutione unici filii ſui. Puer autem in bonis moribus creſcendo, effectus eſt devotiſſimus ſervus Dei, & deceſſit in epiſcopali dignitate cum exemplo optimo omnibus ipſum cognoſcentibus.

mulieri membrorum vigor redditus, *d*

2 Circa annos Domini MCCCCXV mulier quædam, nomine Flos, uxor providi viri Marci Laurentii, habitans in parochia ſancti Raphaëlis, in totum retracta & debilitata, crura [habens] *d* verſus caput, videbatur quoddam monſtrum. Ipſa quidem de per ſe neceſſaria corpori exercere non poterat; ſed continuo adjutorio adſtantium indigebat cum exceſſivis doloribus. Infirma autem fiduciam habens in Domino, & in iſto glorioſiſſimo Sancto, ei continuè ſe recommittebat *. Apparuit autem unâ dierum ſanctus Niceta habitu clericali, & prope lectum ſtans impoſuit manum, tangendo ſingula membra debilitata, trahendo ad loca ſua ſine læſione aliqua, [& ſic] reſtituta fuit priſtinæ ſanitati; quæ de per ſe deſcendens de lecto cum clamore jucundo cucurrit: & omnes videntes & audientes glorificaverunt Deum, referendo gratias infinitas huic devotiſſimo Sancto, quia jam in medio cameræ * repererunt eam ſe indutentem de per ſe, quæ velociter, quaſi demens, properavit ad eccleſiam ad viſitandum reliquias hujus devotiſſimi Sancti. Quo viſo & audito miraculo, tota convicinia per civitatem non ceſſabat rem mirabilem prædicare.

**i. e.* committebat

B

**i. e.* cubiculi

oculus alterius mulieris ſanatus,

3 In domo ejuſdem proximæ infirmæ morabatur quædam mulier, nomine Maria, habens oculum dextrum quaſi evulſum de loco ſuo: nihil cum eo videbat. Viſo proximo miraculo cum ſingulari devotione ſe ſuppliciter, quantùm valuit, eidem glorioſiſſimo Sancto commendavit. Facta igitur oratione, quamprimum priſtinæ reſtituta fuit ſanitati. Et non huic infirmanti ſolùm, ſed etiam multis ſuæ parentelæ, ut ipſa publicè retulit, munificentia [Sancti] beneficia multa præſtitit, bibentibus de aqua ſubtus altare ſcaturiente.

presbyter ex peſte ſanatus,

** id eſt,* vitæ religioſæ

4 Opera Dei enarrare honorificum eſt, ut dixit archangelus Raphaël. Qua de re continuando referam rem grandem & dignam, oculis etiam hominum ad præſens viventium comprobatam. Fuit quidam presbyter conſcientiatus *, nomine Guaſpar, vir religioſus & timoratus, qui quaſi ſingulis diebus ſe diſciplinabat, & cum effuſione ſanguinis, ut presbytero Danieli confeſſori ſuo hæc retulenti * notum fuit, ex patre Rodulfo de Maurovechis aromatario in Rivo-alto. Idem presbyter graviſſimè ex peſte infirmatus, ita & taliter quòd omni deſtitutus remedio, ſe cum omni demonſtratione poſſibili projecit in manus devotiſſimi ſancti Nicetæ, quem & antea ſumma veneratione colebat. In nocte ſui tranſitus, ut credebatur, apparuit eidem glorioſiſſimus Sanctus, tamquam medicus cum ferro & medicamine ſolito, infirmo cum omnibus adſtantibus * dormiente. Qui bonus medicus cum non modica vehementia ferrum impulit in glandem *e* volendo de loco evellere. Infirmus cum clamore, & dolore maximo vociferavit, dicendo, *Oime, oime!* ita & taliter quòd mater ejus, Fantina nomine, expergefacta à ſomno, ſe ſuper filium proſtravit, dicendo, ô fili mi, lumen oculorum meorum, quid pateris? Cui filius expergefactus dixit: O mater mea, parcat tibi Deus, cur me à ſummo medico extraxiſti? nam ſanctus Nicetas medelam mihi præſtabat; & ſi aliquantulùm tacuiſſetis, ego totaliter fuiſſem liberatus: ſed gratiâ Dei me bene habeo. Et ſubitò votum emiſit de jejunando in vigilia ejuſdem Sancti, ſolennizando feſtum ſuum. Et adimplevit votum ſuum, dum vixit; & cum magna devotione venit ad celebrandum in eadem eccleſia per multos annos ad altare devotiſſimi ſancti Nicetæ. De hoc hoc etiam tempore ſuperſunt teſtes ad plebem: in quorum numero plebanus, dictus presbyter Andreas Venturela, & frater viri religioſi, quibus maxima fides eſt adhibenda, ut eorum fama redolet. Et hoc fuit circa annos Domini MCCCCXXVI ad laudem Dei.

**referenti*

C

**i. e.* præſentibus

c

D

tibia mulieris ſanata, *f*

5 Circa annos Domini MCDXXXIV fuit mulier quædam, nomine Helena, uxor Dominici Zigoto *f*, habens tibiam ſiniſtram ulceribus tumefactam cum maxima ſanie: ex quo à medicis deſperata, concluſum fuit quòd pes * ejuſdem tibiæ ſecaretur. Infirma juvencula intelligens hæc, tota afflicta continuè triſtabatur. Tandem omni ſpe deſtituta, reverſa eſt ad verum & devotiſſimum medicum, ſanctum ſcilicet Nicetam. Et habebat in domo de aqua ejuſdem, recollecta ex devotione ſubtus arcam. Ex qua ulcera ſua devotè tetigit, & quamprimum ſalva facta eſt ab infirmitate illa incurabili. Venientes autem medici juxtà ſolitum, audientes hoc, increduli voluerunt viſitare eam: qui videntes, quaſi dementes effecti, voluerunt ſcire modum liberationis ſuæ. Qui audientes ſeriem rei, gratias Deo agentes, læti receſſerunt. Et ad plebem nunc ſuperſunt adhuc teſtes, qui cognoverunt dictam juvenculam: & divulgata eſt fama per parochiam & civitatem.

** al.* pars

E

item caput puellæ.

6 Quo viſo miraculo, quædam convicina ſua accepit de dicta aqua & ſuper caput filiæ tumefactum poſuit: & quamprimum fuit libera & mundata ab infirmitate ſua, ut accidit in Naaman Syro, mundato per aquam Jordanis.

Filius Sancti patrocinio impetratus.

7 Continuando ea, quæ Dominus per merita tanti glorioſi Sancti operatus eſt; addam, quod accidit circa annos Domini MCDXLV in civitate Venetiarum. Fuit quidam Græculus, qui cùm videret ſolemnizari feſtum hujus Sancti; ſciſcitari voluit. Cui dictum fuit quòd feſtum glorioſi Nicetæ (cùm in hac eccleſia ſancti Raphaëlis requieſcat ejuſdem devotiſſimum corpus) [ageretur.] Qui gaudio repletus dixit presbyteris: Sciatis domini, quòd in territorio extra Coronum *g* ibi eſſe eccleſiam ædificatam ad honorem ejus in uno caſali *h*. Ob devotionem ejus quidam dives & præpotens in die occurrenti clericos ſolennizantes ad domum in menſa invitabat, & erat abſque liberis. Viſitabat devotè eamdem eccleſiam, rogando quòd ſibi præſtaret filium; & in hoc ſacerdotes rogabat, ut & ipſi orarent. Ut Domino placuit, uxor ſua peperit pulcherrimum filium, ex quo omnes ſibi congratulabantur. Puer autem creſcebat moribus & prudentiâ: qui cùm eſſet annorum duodecim vel circà, venerunt Teucri *i* & invaſerunt territorium, capientes multos, inter quos fuit puer iſte tranſportando ad multum diſtans ab illo territorio. Pater verò ejus dolentiſſimè ferens, continuò lamentabatur, dicendo, ô ſancte Niceta, rogavi pro filio, & conceſſiſti, & nunc abſtuliſti: pro certo nolo eſſe ampliùs tibi devotus, nec plus volo clericos invitare in menſa. Sacerdos autem principalis ipſum confortabat, & compatiebatur ei, & nihil proficiebat, ſed magis ac magis lamentabatur de Sancto. Fiebant autem continuè orationes ad Sanctum pro recuperatione filii. Prorumpebat autem, quòd coram Deo peteret vindicari de hac injuria *k*, à Sancto commiſſa, ut aſſolet fieri ab afflictis, quibus nulla ſubeſt ſpes.

g

h

F

i

k

A

Idemque captivitate liberatus, ut fertur.
* *i. e.* principi

8 Tandem orationes tantæ fuerunt exauditæ. Quare cùm exercitus inimicorum esset in quiete cum tentoriis suis, & puer serviret uni barono * ex principalibus in cratera mensali, cùm esset decorus & expertus; sanctus autem Niceta equitando per exercitum accepit per capillos dictum puerum, & posuit eques à parte posteriori, & portavit quodammodo in ictu oculi ad domum presbyteri, & ibi puerum *l* dimitit, & evanuit ab eo. Presbyter autem hoc sentiens, ostium aperuit & amplexatus est eum, dicendo: O fili mi, bene veneris. Quem quàm primum ad patrem conduxit: & cùm vidisset pater, subitò exanimis effectus est super collum filii sui: & narravit seriem rei, & si antè fuit devotus dicti Sancti, postea effectus est devotissimus, & statuam fieri fecit, & ipsam obtulit ipsi Sancto. Hæc autem omnia dictus Græculus narravit cuidam sacerdoti fide digno, & voluit certificari, si in ecclesia dicta sancti Raphaëlis erat corpus dicti Sancti, & cum magna veneratione sæpissimè visitabat, & publicè prædicabat suprà proximè annotata ad laudem Dei. Amen.

B

l

A. ANONYMO.

ANNOTATA.

a *Per* mercatum *scriptor significat nundinas publicas.*

b Contrata, *ab Italico* contrada, *est hîc vicus aut platea urbis.*

c *Pars est urbis Venetæ, Latinè* Rivus-altus *dicta.*

d *Voces uncis inclusas ad explendam phrasim additas, lector facilè videbit.*

e *Intellige tumorem sive carbunculum pestilentem.*

f *In altero apographo legitur* Mignoto.

g Corone *est civitas Peloponnesi, quæ hîc potest designari; licèt etiam aliæ sint civitates ejusdem ferè nominis.*

h Casale *haud dubiè hîc vicum significat.*

i *Suspicor legendum* Turci, *licèt aliter habeatur in apographo.*

k *Græculus ille, qui hæc narravit, verisimiliter multa nugatus est. Certè, quæ referuntur, inepta sunt, nataque vindictam potiùs Sancti provocare quàm patrocinium.*

l *Factum tam mirabile est, ut id pro certo habendum non censeam, quia totum nititur relatione unius Græculi.*

E

DE S. CORNUTO VEL CURNUTO SACERDOTE MART.

ICONII IN LYCAONIA.

J. S.

Ex Martyrologiis.

Hic Sanctus Martyr, à variis episcopus dictus,

C

DE S. Cornuto, *vel* Curnuto, *martyre nihil ullibi reperio, præterquam in sacris Græcorum Fastis, ex quibus Galesinius & Baronius eum suis inseruerunt Martyrologiis. Menologium, quod Latinum fecit Eminentissimus Sirletus,* Cornutum *hodie tali celebrat elogio:* Eodem die natalis sacrosancti martyris Curnuti, qui fuit episcopus Iconii Christianus, homo religiosus & timens Deum, canus capite & mente. Commota verò adversus Christianos persecutione, detentus & Perennio præsidi oblatus, capitis abscissione martyrium consecutus est. *In Menæis impressis similiter dicitur fuisse Episcopus Iconiensis; ibique duo adduntur, nimirum* Cornutum *Iconii natum fuisse & educatum; captum verò esse in loco* Sursali *dicto. Duo versiculi, qui ibidem brevi elogio præmittuntur, martyrium explicant hoc modo:*

Κλέους καταγνὺς ϑ παρόντος Κερνῦτος,
Ξίφει τὸ μέλλον ἐμπορεύεται κλέος.
Contempta præsenti gloria, Curnutus
Gladio futuram mercatur gloriam.

De episcopatu S. Cornuti *consentit etiam Synaxarium Ms., ex Sirmondi Mss. à Majoribus nostris acceptum, ita ut mirari nequeam titulum episcopi apud Galesinium quoque & Baronium* Cornuto *fuisse attributum, eumdemque Iconiensium episcorum catalogo insertum esse apud Michaëlem le Quien tom. 1 Orientis Christiani col. 1067.*

2 *Attamen non omnino certus videtur episcopatus* S. Cornuti, *qui in Menologio Basiliano* presbyter *tantùm vocatur. Annuntiatur enim ibidem his verbis:* Eodem die certamen sacrosancti martyris Cornuti. *Hoc deinde exornatur elogio:* Sacrosanctus martyr Cornutus ex urbe Iconio fuit, presbyter pius ac timens Deum. Mota autem in Christianos persecutione, cùm Iconii præses crudelis atque omnis humanitatis expers missus fuisset, ut Christianos ibi versantes torqueret, ceteris omnibus metu dilapsis, Cornutus ab omnibus destitutus, obviàm præsidi processit: interrogatusque, cùm audacter Christum confiteretur, & seipsum perfectum Christianum prædicaret, idolorum autem impostoram redargueret, ipsumque præsidem irrideret; comprehensus est: pedibusque tenui funi adstrictus, per urbis Iconii plateas & vicos usque adeo raptatur, donec ejus sanguis fluvii instar in terram effluret, cùm interim semivivus gratias ageret, Deoque preces offerret. Atque ita diu tortus, Christumque ad extremum usque spiritum invocans, postremò præsidis jussu capite plexus, animam Deo commendavit. *Hactenus Menologium, cui consonat laudatum mox Synaxarium de Sancti per urbem raptatione.*

aliàs solùm presbyter, glo... coronam consecutus est.

F

3 *Nunc quædam veniunt observanda de iis, in*

AUCTORE J. S.

observationes de nomine, aliisque ad Sanctum spectantibus.

quæ non consentiunt omnes Græci. Primò nomen ab aliis scriptum est Curnutus, *ab aliis* Cornutus: *nec satis apparet, utro modo sit rectiùs scriptum. At certum est, apud Baronium & Galesinium non rectè vocari* Curonotum, *& longè etiam magis recedi à vero nomine apud laudatum le Quien, dum scribitur* Caronatus. *Secundò, non modò episcopatum* S. Cornuti *pro incerto habeo, ut jam monui, sed etiam pro minùs probabili, quia Basilianum Menologium, in quo* presbyter *vocatur, ceteris Græcorum Fastis videtur prævalere, & vel maximè quia Græci frequentiùs in attribuendis ejusmodi titulis excedunt quàm deficiunt: neque etiam ullibi in elogiis sit mentio episcopatûs, sed in sola annuntiatione elogio prævia. Tertiò duobus locis dicitur captus* in loco Surfali, *pro quo apud Marguium legitur* εἰς τὸ χωρίον Σουρσάικου in loco Surfaci. *Alii verò de urbe Iconio tantùm meminerunt. Fuit fortasse locus in urbe aut urbi vicinus, quem designârunt Menæorum & Synaxarii collectores. Quartò raptatus per urbem dicitur Sanctus in Menologio Basiliano & Synaxario Ms., reliquis tacentibus de illo supplicio: hoc tamen satis est probabile, quia Menæa & Sirletianum Menologium, in quibus prætermittitur, saltem illud non negant, & breviter tantùm memorant, quâ pœnâ vitam finiverit Sanctus. Quintò* sub Perennio *præside passus dicitur in Menologio Sirletiano & in Synaxario; idque in Martyrologio Romano adoptavit Baronius: at, nomen præsidis tacentibus aliis, res est incerta. De tempore martyrii nihil dico, quia tempus nullo loco signatum reperio.*

DE S. THEODORO MARTYRE

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

B

J. S.

Sylloge ex Græcorum Fastis.

S. Theodorus hodie apud Græcos, & idem fortè in Hieronymianis 2 Septembris:

Martyres hujus nominis complures jam dedimus, interque eos reperio duos Alexandriæ passos, alterum ad XXVIII *Junii cum pluribus aliis, alterum ad* X *Julii cum alio item martyrum manipulo. At nullum reperio ex hisce, qui aliquid habeat commune cum* S. Theodoro, *quem Græci hac die celebrant. Verùm existimo, hunc esse* Theodorum, *quem Hieronymiana Martyrologia celebrant die 2 Septembris, ut ibidem quoque in Annotatis observavit Florentinius. Certè illo die apud Florentinium* S. Theodorus *sic annuntiatur:* In Alexandria natalis sancti Theodori. *Codex Corbeiensis:* In Alexandria natalis S. Theodori martyris. *Brevius Epternacensis:* In Alexandria Theodori. *In aliquot etiam Martyrologiis magis contractis nudum* Theodori *nomen legitur. Ratio præcipua, cur hunc cum hodierno eumdem existimem, non quidem tam certa est, ut fallere nequeat; mihi tamen verisimilis apparet & probabilis, nimirum quia* Theodorus *annuntiatur sine ullis sociis tam in Fastis Hieronymianis quàm in Græcis, & utrobique constanter Alexandriæ, ita ut facilè credere possimus eumdem esse, ne Martyres sine necessitate multiplicemus. Nec multùm movere debet, quòd alio die memoretur à Græcis, alio in Hieronymianis: nam Græci frequenter sanctis Martyribus diem aliquem pro arbitrio suo attribuunt; & in Hieronymianis quoque subinde avulsi sunt à die emortuali.*

C

Græci episcopum faciunt Alexandrinum;

2 *Jam verò, sive idem sit utroque loco* Theodorus, *sive alius hodie apud Græcos; hi suum variè annuntiant, nec sine aliquo errore. Menologium Sirletianum facit episcopum Alexandrinum, atque ita habet:* Natalis sacrosancti martyris Theodori episcopi Alexandriæ, quem Alexandrini homines comprehendentes, propterea quòd Christum ipsum libera voce prædicaret, furore accensi spinis coronatum, in maxilla percussum, & per urbem circumductum, in profundum mare demerserunt, ex quo divinâ providentiâ servatus est: & præsidis jussu obtruncatus, & à fidelibus & religiosis viris in eadem Alexandrinorum civitate sepultus. *Menæa impressa hisce consentiunt, nec quidquam additur præter duos versiculos, quibus sectione capitis dicitur particeps factus Dei donorum: nam poëta alludere voluit ad nomen* Theodorus, *quod explicatur* donum Dei. *In hoc autem elogio omnino corrigendum est, quòd vocatur* episcopus Alexandrinus: *inter episcopos enim Alexandrinos nullus reperitur* Theodorus *ante seculum* VIII: *at clarum est, prædicta contigisse, quando gentilium superstitio dominabatur Alexandriæ: quod locum non habuit post seculum* IV.

D

hic titulus ei hodie non datur in Basiliano Menologio,

3 *In Menologio Basiliano ad hunc diem* Theodorus *non dicitur fuisse episcopus, sed reliqua eodem ferè modo exponuntur. Istud, prout in novissima editione Latinum est factum, huc transfero:* Eodem die certamen sancti martyris Theodori Alexandrini. Hunc sanctum martyrem Theodorum, Christianum pium, ac virtute præditum, cùm liberè Christum prædicaret, eumque Deum ac rerum omnium conditorem assereret, Alexandrinus populus, idolorum superstitioni addictus, in unum coactus, captum acriter excruciavit. Deinde spineam coronam plectens, capiti ejus imposuit; & virgis cæsum, per urbem vinctum circumduxit, ludibrio & sannis expositum. Post hæc in mare demersum, levissimus ventus in terram ejecit incolumem. Rursusque comprehensus præfecto vinctus sistitur: qui cùm illum à Christi fide avertere non posset, iterum tormentis subjicit, gloriam Dei in ipsis cruciatibus dantem, ejusque nomini gratias agentem. Postremò præfecti sententiâ capite damnatus, & à militibus ad supplicii locum abductus, decollatus fuit. Atque ita martyrio defunctus, spiritum tradidit. *Hactenus Menologium.*

F

sed idem attribuitur ad 3 Decembris.

4 *At nolim hinc statim aliquis colligat, episcopum omnino non fuisse* Theodorum. *Etenim in hoc ipso Menologio Basiliano æquè ac in Menæis datum* S. Theodori *elogium recurrit, ibique clarè vocatur* episcopus & archiepiscopus Alexandrinus.

An-

A *Annuntiationem ex Menologio subjungo :* Certamen sancti magni martyris Theodori episcopi Alexandrini. *Accipe & versiculos in Menæis ibi additos :*

Ἐν πατριάρχαις καὶ Θεόδωρος μέγας,
Καὶ τοῖς ἀθληταῖς τοῖς δι' ξίφους μέγας.
Et inter patriarchas Theodorus est magnus,
Et inter athletas gladio coronatos magnus.

Ex hisce manifesta est sententia Græcorum medii ævi, qui Theodorum *hunc clarè faciunt episcopum Alexandrinum. At ea in re certò falluntur, nisi episcopus aliquis primis seculis Alexandriæ fuerit nobis planè ignotus : quod tam facilè non credemus. Quare nobis probabile non est, episcopum fuisse Alexandrinum. At non æquè improbabile est, episcopum fuisse cujusdam civitatis in Ægypto nobis ignotæ.*

Incertum est, an hodiernus sit idem cum S. Theodolo episcopo, aut cum Theodoro episcopo apud Eusebium.

5 *Fasti Hieronymiani die sequenti, seu* XIII *Septembris, Alexandriæ annuntiant* Theodolum *episcopum, quem ab hodierno* Theodoro *alium non esse suspicatur Florentinius. Sanè nomina* Theodorus & Theodolus *aliquando confusa reperimus, licèt diversum alias sit nomen, & diversam habeat significationem Græcam. Attamen, cùm ille tam constanter* Theodolus *in Fastis dicatur, &* B *nullibi* Theodorus; *non ausim dicere eumdem satis probabiliter videri. Studiosus lector considerare poterit, quæ de Theodolo ex Fastis ad diem sequentem colligemus, & suum hac de re sequi judicium. Eusebius lib.* 8 *cap.* 13 *inter episcopos, qui in Ægypto passi sunt tempore persecutionis Diocletiani, numerat aliquem* Theodorum, *de quo Baronius in Martyrologio Romano meminit ad* XXVI *Novembris. Quo* Theodorus *ille passus sit die, non exprimit Eusebius ; sed illum tamquam unum ex præcipuis cum paucis nominat, prætermissis sexcentis aliis. Græci quoque nullum* Theodorum *Alexandriæ passum magis celebrant quàm hodiernum, quem nominant* μεγαλομάρτυρα magnum Martyrem. *Hinc suspicari quis poterit, hodiernum esse eumdem cum commemorato ab Eusebio, idque examinari poterit ad* XXVI *Novembris.*

Tumultui populari, qualis fuit ante Decii imperium, C

6 *Interim si consideremus ea, quæ de martyrio Sancti referunt Græci, magis populari tumultu, qualis Alexandriæ fuisse narratur ab Eusebio lib.* 6 *cap.* 41, *quàm auctoritate legitima captus videtur* Theodorus. *Audi laudatum Eusebium ex ore S. Dionysii episcopi tunc Alexandrini loquentem :* Nequaquam ex imperatoris (*Decii*) edicto persecutio (*Alexandriæ*) cœpta est, quippe quæ integro anno anteverterat. Etenim infaustus quidam vates ac poëta, quisquis ille fuit, commoverat jam antea atque incitaverat adversus nos gentilium turbas, ad innatam genti superstitionem animos eorum incendens. Ab hoc igitur homine stimulati, omnemque ad patranda scelera licentiam nacti, hanc solam pietatem cultumque dæmonum suorum existimabant, si cædibus adversus nostros sævirent. *Tum impii illius furoris, quo & S. Apollonia occubuit, aliquot refert exemplo.*

AUCTORE J S.

7 *Nunc &* S. Theodori *elogium, quod ad* III *Decembris, in pauculis ab antè dato diversum, Menologio Basiliano insertum est, lector, accipe, ut consideres, an martyrium Sancti non magis videatur congruere tumultui plebis Alexandrinæ ante imperium Decii excitato, quàm persecutioni Diocletiani, in qua occubuit* S. Theodorus *ab Eusebio laudatus.* Alexandriæ populus, & præcipuè Græci ac infideles, adversus Sanctos sævi ac crudeles fuere. Quare plurimos in ea urbe martyres effecerunt : ex quorum numero sanctus ille Theodorus, quòd Christum confiteretur, & in ipsum crederet, quódque Græcos doceret eumdem pro Deo habere, facto in eum impetu, comprehensus crudelissimè dilaniatur : deinde contextâ spinis coronâ capiti ejus impositâ, oculisque graviter contusis, scommatis per jocum & contemptum irridetur. Tum vinctus in mare projicitur : sed inde incolumis evadens, jussu præfecti decollatur. Cujus sacer beatusque spiritus cælos ascendit. At pretiosæ reliquiæ in eadem urbe Alexandriæ depositæ, accedentibus ad ipsas usque in præsentem diem curationes emittunt. *Hactenus elogium. Hinc tamen nihil certi concludere velim de tempore, quo passus est Sanctus. Nam tumultui quidem populari historia rectè congruit; at ejusmodi tumultus satis frequentes fuerunt Alexandriæ.* E

elogium ipsius magis congruit quam persecutioni generali ;

corpus ipsius verisimiliter translatum : incertum est, an fuerit episcopus.

8 *Porrò in Fastis sacris Ecclesiæ Alexandrinæ, quos edidit Jobus Ludolfus, mensis tertii Æthiopum dic* XX, *qui respondet diei* XVI *Novembris, memoratur* Theodorus martyr, *idem fortasse cum hodierno. Die* V *ejusdem mensis, sive* I *Novembris, legitur :* Translatio corporis martyris Theodori; *quæ verisimillimè est* Theodori *martyris, de quo hodie agimus ; quandoquidem de corpore ipsius in veneratione magna habito apud Alexandrinos consentiat elogium ex Menologio datum. In laudatis quoque Fastis Alexandrinis* Theodorus patriarcha Alexandrinus *memoratur ad* I *Februarii nostri, quo dicitur obiisse* Theodorus *ille, qui cathedram Alexandrinam cum laude rexit seculo* VIII, *ut videri potest in Historia chronologica patriarcharum Alexandrinorum tom.* V *Junii pag.* 78. *Hunc autem Theodorum patriarcham cùm Græci non memorent, suspicor ab illis titulum Theodori patriarchæ confusum fuisse cum gestis & martyrio* S. Theodori *martyris hodierni. Quidquid sit, probabile non est, hunc fuisse patriarcham; valdéque incertum, an fuerit episcopus : imò episcopum non fuisse magis crediderim. Quare mihi non displicet elogium, quod* S. Theodoro *contexuit Galesinius hoc modo :* Alexandriæ in Ægypto, sancti Theodori martyris, quem fidei Christianæ cultorem eximium populus Alexandrinus, idolorum superstitioni deditus, variè excruciavit : pòst ad præfectum perduxit : qui fortissimum Dei Athletam securi demum feriri jussit.

A D

DE S. AMMONE MART. ET FORSAN LECTORE NICOMEDIÆ.

J. S.

Ex Hieronymianis apographis.

B IN Ammonem, *aut fortaſſe* Ammonium, *martyrem Nicomedienſem tam multa ſentiunt apographa Martyrologii Hieronymiani, addito etiam in pleriſque certaminis loco, ut omittendum non cenſeam, licèt in aliquot exemplaribus ſit prætermiſſus, & aliàs ferè ignotus. Addidi etiam dubitanter titulum* lectoris, *quo à reliquis ejuſdem nominis diſtinguitur, quia hic clarè eidem attribuitur in codice Corbeienſi. Nam Corbeienſe Martyrologium ſic habet :* Nicomediæ natalis Ammonis lectoris. *Breviùs Epternacenſe :* Nicomediæ Ammoni. *Locum etiam exprimit Richenovienſe :* Nicomedia, Ammonii. *Demum* Ammoni, *aut* Ammonii *meminerunt Auguſtanum, Labbeanum, & Gellonenſe ; ſed nudum exhibent nomen, ut in iis frequenter contingit. In textu apud Florentinium* Ammonis *nomen cum loco martyrum ibi ſequentium exciderunt. Nam ibi legitur :* In Nicomedia natalis, *ſed, prætermiſſo* Ammone, *ſequuntur martyres alii, qui in aliis item Faſtis occurrunt poſt* Ammonem, *&* in Aſia *annuntiantur, ut mox videbimus. Blumianum, quod in fine Operis ſui exhibet Florentinius, habet* ſancti Ammonæ Matronæ : *ſed vox* Matronæ *ſignificat aliam martyrem, quæ ſpectat ad claſſem ſequentem. Apud Roſweydum in Appendice Adonis item legitur :* Nicomediæ S. Ammonæ. *Plura non addo : at non exiſtimo, nomen aliud fuiſſe huic Martyri, quàm* Ammonis *aut* Ammonii : *an verò officium Lectoris habuerit, certò edicere nequeo.* E

DE SS. MM. DIOFOLO, MATRONA, TECLA, ET HERACLIA.

J. S. IN ASIA.

C

Ex Hieronymianis apographis.

F

HIc *quoque Martyrum manipulus ex ſolis innoteſcit apographis Hieronymianis, in quibus textus ſubinde eſt luxatus. Nomina propoſui ſecundum Martyrologium Corbeienſe, quod ceteris hîc videtur correctius ; & in quo ita legitur :* In Aſia, natalis ſancti Diofoli, Matronæ, Teclæ virginis, Heracliæ. *Epternacenſe habet :* In Aſia Dioſili, Matronæ, Teclæ virginis, Heracli. *In codice Florentinii, ut ſuprà in Ammone dixi, & ipſe in Annotatis obſervat, exciderunt voces* in Aſia *cum nomine martyris præcedentis, indeque hi Martyres ibi videntur Nicomediæ annuntiari ; ſed id ex aliis codicibus corrigendum rectè monet. Itaque, omiſſo loco, verba aliàs etiam corrupta ſubjungo :* Natalis ſanctorum Diofoli, Matronæ, Teclæ, virgo virg. Heracliæ. *In codicibus magis contractis hi quatuor Martyres ferè ſunt prætermiſſi : ſola* Tecla *nominatur in Labbeano & Gellonenſi. Appendix Adonis tres priores exhibet hoc modo :* Item in Aſia, SS. Diophili, Matronæ & Teclæ virginis.

DE

A D

DE S. SYRO MARTYRE,

PROBABILIUS IN PAMPHILIA.

J. S.

S. Syrus ut martyr annuntiatus in vetustis Martyrologiis.

Anctus aliquis Syrus *martyr hodie satis innotescit ex Martyrologiis plerisque vetustis, at non sine mendis & erroribus. Hieronymiana apud Florentinium primo loco habent:* In Pamphilia natalis sancti Syri. *Epternacense ibi in Annotatis:* In Pampilonia, Siri. *Quemadmodum hîc verisimiliter corruptum est loci nomen; ita in Martyrologiis etiam valde vetustis, Rhinovienſi & Richenovienſi, apud nos editis tom.* VII *Junii, luxatum est Sancti nomen. Nam in primo habetur:* In Pamphilia, Siriæ; *in altero:* In Pamphilia, Syriæ. *Quatuor aliis Martyrologiis* Siri *nomen adscriptum est sine loco, ut in iis frequenter contingit, nimirum in Augustano & Labbeano apud nos, in Gellonensi apud Acherium, & in primo apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum. Rabanus ita habet:* Et in Pampalia, natale Syri. *Wandelbertus, prætermisso loco, Martyrem sic memorat:* Martyr mox pridie celsum petit æthera Syrus. *Hæc videntur sufficere, ut credamus* Syrum *martyrio hodie coronatum fuisse; sed locum minùs certò possumus assignare.*

B

2 *Auctor Martyrologii veteris Romani, quod Rosweydus edidit, illumque sequi solitus Ado, Usuardus & Notkerus, prætermisso* Syro *martyre, annuntiârunt S. Syrum episcopum Ticinensem. Hinc alicui suspicio oriri poterit, in Hieronymianis locum fuisse expressum per voces* In Papia, *& consequenter* Syrum *hodiernum non esse alium à S. Syro Ticinensi episcopo, qui post laudatos martyrologos à multis deinde aliis hac die celebratus est cum Juventio item Ticinensi, ut dictum est in Prætermissis. Verùm huic suspicioni obstat primò, quòd* Syrus *hodiernus celebretur ut* martyr, *cùm tamen Syrus Ticinensis ab omnibus passim ut* confessor *annuntietur. Secundò allegata verbà ex Hieronymianis verisimiliter scripta fuerunt, antequam urbs Ticinum vocaretur* Papia, *seu* Flavia Papia: *nam ubique* Syrus *recensetur primo loco. Tertiò in* C *nullo prorsus codice inveni scriptum:* In Papia, *nominaque locorum* Pamphilia, Pampilonia, *&* Pampalia, *quibus* Syri *palæstra indicatur, magis differunt à voce* Papia, *quàm ut credere possimus, hanc vocem in omnibus codicibus adeo fuisse corruptam. Quapropter improbabilis est dicta conjectura: dicendumque est,* S. Syrum *hodiernum probabiliùs in* Pamphylia, *Minoris Asiæ provincia, martyrio fuisse coronatum.*

diversusque à S. Syro Ticinensi, & verisimiliter passus in Pamphylia.

DE SS. CRONIDE, AUT HIERONIDE DIACONO, LEONTIO, ET SERAPIONE ETC.

MARTYRIBUS,

C F

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

J. S.

Ex Fastis Græcorum & Martyrologio Romano.

Plures Martyres in aliquot Fastis uno loco conjuncti,

Diversæ Martyrum classes uno elogio in Menæis celebrantur die XIII *Septembris. Hinc factum videtur, ut confusio aliqua sit orta in Menologio Sirletiano, ubi ad hunc diem annuntiantur, qui spectant ad primam classem, & adjunguntur alii, qui ad alterum Martyrum manipulum spectare potiùs videntur. Confusio illa ad Martyrologium quoque Romanum translata est à Baronio hoc die, sequenti verò unum ex classe secunda cum alio etiam martyre miscuit, ut ibi videbimus. Verba Menologii, in quo nomen primi Martyris mutatum est, primùm hùc transfero:* Eodem die certamen sanctorum martyrum, Hieronidis, Leontii, Serapionis, Seleuci, Valeriani, & Stratonis, qui imperatore Maximiano, apud Alexandriam detenti, cùm idolis nollent immolare, in mare projecti, præsentis vitæ finem acceperunt. *Hæc adoptavit Baronius, ut ipse in Annotatis insinuat, sed* Seleucum, *ut apud Græcos semper vocatur,* Selesium *nominavit errore verisimiliter transcribentium aut typothetarum; pro* Maximiano *etiam substituit* Maximinum, *quod studio fieri potuit, quia Maximinus II Christianos acerbissimè persequebatur in Ægypto, quando idem in variis Orientis provinciis faciebat Galerius Maximianus. Baronii verba accipe:* Alexandriæ natalis sanctorum martyrum Hieronidis, Leontii, Serapionis, Selesii, Valeriani, & Stratonis, qui sub Maximino imperatore ob Christi nominis confessionem in mare sunt demersi.

AUCTORE J. S.

2 *Verùm ex reliquis Græcorum Faſtis clarum videtur, tres priores tantùm in Ægypto paſſos, & mari demerſos eſſe; reliquos verò aliis locis aliiſque ſuppliciis ad coronam martyrii perveniſſe. Præterea primus, qui hic* Hieronides *vocatur, in Menæis conſtanter* Cronides *appellatur, &* diaconus *fuiſſe dicitur. Etenim Menæa impreſſa ad* XIII *Septembris una quidem annuntiatione memorant* Cronidem, Leontium, Serapionem, Stratonem & Seleucum. *At tale ſequitur elogium*: Ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων μητροπόλει ἁγίων μακαρίας Κρονίδους διακόνου ἀναλάμψαντος, ὃς πίσασα δι' αὐτῶν * Λεόντιος καὶ Σεραπίων. In Alexandrinorum metropoli cùm virtutibus coruſcaret Cronides diaconus, per ipſum crediderunt Leontius & Serapion. *Tum ſubduntur alii, qui in Galatia & Nicomediæ converſi ſunt. Martyrium verò trium præcedentium deindè ſequitur, & his verbis exponitur:* Καὶ ὁ μὲν μακρόβιος Κρονίδης, Λεόντιος καὶ Σεραπίων ἐν Αἰγύπτῳ, μὴ πλείους ἑξακόσους, δεθέντες χεῖρας καὶ πόδας, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπερρίφησαν· καὶ τὰ τούτων λείψανα τῇ ξηρᾷ διασωθέντα, δι' ὁπασίας ἀγγέλοις πιστοῖς ἀνδράσι τῇ γῇ καλύψαι προσέταξαν. *Hactenus Menæa de Martyribus in Ægypto paſſis, quibus alios non addunt; at reliquis alium aſſignant martyrii locum.*

* *lege* ὧτος

B

3 *Nunc, antequam verba Græca Latinè exprimo, lectorem monendum cenſeo, vocem* μακρόβιος *non eſſe hîc nomen alterius martyris: hanc enim interpretationem non admittunt antecedentia & ſequentia; ſed eſſe nomen adjectivum* longævus, *ita ut dicendum ſit,* Cronidem *diaconum provectæ fuiſſe ætatis, niſi fortaſſe vox* μακρόβιος longævus *irrepſerit pro voce* μακάριος beatus: *nam Menæa impreſſa frequentibus fœdata ſunt mendis. Hac obſervatione præmiſſa, quia vidi vocem* μακρόβιος *pro nomine proprio impreſſam fuiſſe apud Maximum Margunium, interpretationem Latinam ſubjungo:* Et longævus quidem Cronides, Leontius & Serapion in Ægypto, poſt plura tormenta, ligatis manibus pedibuſque in mare projecti ſunt. Horum porrò corpora, illæſa in ſiccum perlata, ut terrâ contegerent, fidelibus viris per viſionem mandârunt angeli. *Eodem repetiit Maximus Margunius Cytherorum epiſcopus, nec alibi plura de hiſce Martyribus reperio. Ceterùm qui in Martyrologio Romano ex Menologio additus eſt* Straton, *is ipſe eſt* Straton, *de quo cum laudatis Faſtis egi ad* IX *Septembris: nam quæ ibi de ejus martyrio relata ſunt, die* XIII *repetuntur in Menæis, ſolúmque additur Nicomediæ paſſum eſſe. De* Seleuco *autem &* Valeriano *agam die ſequente unà cum* Macrobio & Gordiano, *ad quos ſpectant.*

& poſt alios cruciatus in mare projecti.

D

4 *Porrò laudati Martyres ad diem* XV *Septembris leguntur etiam apud Latinos, ſed prioris nomen maximè variatum eſt. Audi Hieronymiana apud Florentinium:* In Alexandria natalis ſanctorum Cyrini. Leonti. Serapionis. Croci. *In Epternacenſi locus omittitur, & ſic primo loco habetur:* Natalis Serapionis, Leonti. *Et inter Martyres alios fit mentio* Cyrini, Croci. *Codex Corbeienſis ita habet:* In Alexandria natalis ſanctorum trium fratrum, Cyrini, Leontii, Serapionis, Croci. *Tres dicuntur fratres, & quatuor enumerantur. In Corbeienſi breviori apud nos tantùm legitur:* In Alexandria natalis ſanctorum trium Fratrum. *Rhinovienſe Martyrologium & Richenovienſe apud nos iiſdem planè verbis habent:* In Alexandria, Serapionis, Leontii. *His conſonat Rabanus, qui ſic habet:* In Alexandria natale S. Serapionis, Leontii. *Hos duos etiam memoravit Galeſinius. Grevenus tres dedit his verbis:* Alexandriæ, Sanctorum trium fratrum, Cirini, Leoncii & Serapionis. *Putem nomen* Cronidis, *ſi id verum eſt, in* Cyrini *nomen eſſe mutatum, aut certè eumdem Martyrem utroque nomine deſignari: & ſic admittendos tres Martyres, quos ex Græcis dedimus,* Crocum *verò aliunde additum, aut fortè ex ſolo errore perperam memoratum.*

iidem Martyres ad diem 15 *à Latinis memorati.*

E

DE S. AUTONOMO MART.

C

IN BITHYNIA,

F

J. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Memoria Sancti apud Græcos & Latinos: cultus apud Græcos die præcedente: Acta Græca Metaphraſte multò antiquiora eſſe oſtenditur.

SEC. IV ANTE CCC-XXIII. *Sanctus in Faſtis Græcis & Latinis memoratus,*

Sanctum Autonomum *martyrem certatim hodie annuntiant, Menæa, Menologia & Synaxaria Græcorum, ex quibus memoria ejuſdem ad Latinos derivata eſt. Ex hiſce enim* Autonomum *memorant Molanus, Galeſinius, & tandem Baronius in Martyrologio Romano his verbis:* In Bithynia ſancti Autonomi epiſcopi & martyris, qui ex Italia, Diocletiani perſecutionem declinans, illuc profectus, cùm plurimos convertiſſet ad fidem, à furentibus gentilibus, dum ſacra Myſteria perageret, ad altare mactatus, hoſtia Chriſti effectus eſt. *Hoc elogium ex Actis deſumptum eſt, iiſque conforme. Prolixiora Sancti elogia habemus in Menologio Baſiliano & in Synaxario Ms.: ſed ea, quia Actis omnino ſunt conſona, huc non transfero. Menologium Sirletianum in uno tantùm articulo ab Actis recedit, quia* epiſcopi *titulus ibidem* Autonomo *non tribuitur. Hic titulus ſimiliter omiſſus eſt in verſiculis, & in brevi elogio, quæ in Menæis impreſſis ad hunc diem leguntur. Attamen in hymnis Græci Officii vocatur* ἱερέαρχης ſacerdos & ἀρχιερεὺς pontifex: *quin & cum S. Pau-*

A *Paulo comparatur ob prædicatam variis gentibus fidem, ita ut nequeamus dubitare, quin Græci* S. Autonomum *ut episcopum colant.*

à Græcis colitur die præcedente.

2 *Colitur autem non die* XII *Septembris, quâ memoratur in Fastis, sed die præcedente unà cum S. Theodora Alexandrina, ut die* XII *peragatur Officium de beatissima Virgine Maria, quemadmodum in Menæis dicitur. Porrò* S. Autonomus *miris laudibus extollitur non modò ob martyrium, sed etiam ob Euangelium ferventer & multis gentibus annuntiatum. Pauca è multis huc transfero.* Παύλου ὡς μιμητὴς, γενόμενος Ἀρχιερεὺς, πᾶσαν περιώδευσας τὴν οἰκουμένην, κηρύξας τὸ σωτηριῶδες κήρυγμα, καὶ καθελὼν τῶν εἰδώλων βωμούς. Ut Pauli imitator, factus Pontifex, omnem circumivisti terram, prædicans salutarem prædicationem, & idolorum auferens altaria. *Plura non affero, quia laudes sunt generalibus verbis conceptæ, nihilque Actis video additum, quod ad historiam pertinet.*

Acta S. Autonomi à variis Metaphrasti adjudicata,

B 3 *Acta* S. Autonomi *Græcè scripta sunt, sed deinde Latinè reddita, & sic edita apud Lipomanum & Surium. Hi editores crediderunt, auctorem Actorum esse Metaphrastem, cui & Baronius ea attribuit. Leo Allatius in Opere de Simeonum scriptis pag.* 129, *contexens catalogum Vitarum, quas Metaphrasti scriptori adjudicat, in illo etiam recenset* Martyrium S. Autonomi *: nec dubitandum est, quin agat de Martyrio, quod Latinè editum jam dixi, cùm initium ab ipso recitatum congruat cum initio editionis Latinæ, & planè consonet cum ipsis Actis Græcis, quorum ante me habeo apographum, ex Ms. Medicæo bibliothecæ regis Franciæ olim acceptum. Tillemontius tom.* 5 *Monum. Eccl. in Persecutione Diocletiani art.* 62 *laudata* S. Autonomi *Acta Metaphrasti similiter attribuit, & pro sua opinione assignat memoratum Allatii locum. Attamen nullum mihi est dubium, quin Acta* S. Autonomi *tribus seculis Metaphraste sint vetustiora: atque hæc ipsa est sententia Allatii duobus locis indicata & probata, licèt inter Vitas à Metaphraste scriptas hanc quoque lapsu memoriæ recensuerit. Utrùm veram Allatii sententiam ignoraverit, an dissimulaverit Tillemontius, ad propositum nostrum nihil interest.*

licèt scripta sint tribus seculis ante Metaphrastem;

C 4 *Certè Allatius pag.* 111 *ita de his Actis scribit :* Martyrium S. Autonomi scriptum est à multò antiquiore, quàm ipse Metaphrastes fuit, ut suprà ex iis, quæ de illius cadavere refert auctor, fusè probavimus. *Neque de diversis* Autonomi *Actis agit Allatius : nam utroque loco idem recitat Actorum initium,* τῆς ἴσης ἀποπίας *&c. Porrò Allatius probationem, quam memorat, adduxit pag.* 42, *ibique hunc in finem recitavit omnia, quæ in fine Actorum leguntur de incorrupto post ducentos à morte annos* S. Autonomi *corpore. Ex ea autem relatione hoc fluit argumentum. Passus est* S. Autonomus *seculo* IV *non multùm provecto, cùm vixerit sub Diocletiani imperio, obieritque ante pacem toti Ecclesiæ à Constantino restitutam. Biographus verò ducentis post mortem annis vidit corpus incorruptum. Floruit igitur scriptor ille seculo* VI *non multùm provecto. Præterea num.* 6 *innuit, se scripsisse hanc Vitam imperante Justino I. Imperavit autem Justinus ab anno* 518 *usque ad* 527. *Scripsit ergo biographus circa annum* 520 *aut* 525. *Nam ducenti illi anni, qui præterierant à morte Sancti, non adeo stricte sumendi sunt, ut decem & plures anni nequeant superaddi.*

5 *Tillemontius hoc argumentum vidit, & enervare conatus est; Biographus num.* 1 *narrat, unde hauserit gesta Sancti, ita scribens :* Etenim ad nos pervenerunt res Martyris, partim quidem à quodam, qui eas scripsit ante nos, ... partim autem à viris, qui in sacrum ordinem erant allecti in sacro templo Martyris, & qui rerum ipsarum veritatem diligentiùs inquisierant & collegerant. *Hæc verba Metaphrasti attribuit Tillemontius, indeque concludit, scriptorem illum, qui antea scripserat, id fecisse sub Justino, & ab hoc visum esse Sancti corpus incorruptum. Verùm ea explicatio planè improbabilis & commentitia est, ut facilè ostendi potest. Verba allegata non sunt Metaphrastis, sed scriptoris illius, qui sub Justino vixit; atque hic affirmat Vitam jam antea fuisse scriptam. Paucis id ostendo. Relatis gestis Sancti, omnibusque ad cultum spectantibus, num.* 8 *auctor sic concludit :* Atque hæc quidem sunt, quæ de magno narrantur Autonomo; *videlicet partim in Vita priore, partim à clericis, qui serviebant in ipsius ecclesia. Tum auctor subdit testimonium oculatum de incorrupto corpore, illudque orditur his verbis :* Ego verò videns Athletam etiam post mortem vincentem naturam, exurgo ad Deum glorificandum. *Clarum est, ultimum esse Actorum scriptorem, qui vidit corpus incorruptum. At hic, fatente Tillemontio, illud vidit imperante Justino. Itaque hæc Acta scripta sunt sub Justino, sive ducentis annis post mortem Sancti; sed ex Vita antiquiore. Locum hîc habere possunt laudati Allatii verba pag.* 43 *:* Risum, *inquit,* mihi sæpè movêre ii, qui quidquid habuerint de Vita Sanctorum sine auctoris nomine, id totum sine alio examine stultè nimis atque impudenter Metaphrastæ dedunt. *Hinc studiosus lector colligere poterit, quanti facienda sit Tillemontiana horum Actorum censura, quæ nititur errore tam manifesto.*

AUCTORE J. S. *ut clarè probatur contra Tillemontium.*

Acta tanto probabilia magis sunt quam fides indubia,

E

F

6 *Attamen nolim contendere, Acta* S. Autonomi *fidei esse indubitata. Utrumque extremum vitare potiùs cupio. Novimus ea esse scripta ducentis circiter annis post Sancti obitum : ignoramus verò, quo tempore scripserit ille, qui horum auctori præluxit. Fortè toto seculo, fortè etiam diutiùs, defunctus erat* Autonomus, *dum ille res gestas ipsius suscepit enarrandas. Hinc factum suspicor, ut auctor valde jejunus appareat pro rerum ab* Autonomo *gestarum magnitudine : varia enim Sancti itinera & expeditiones Apostolicæ perstringuntur magis quàm enarrantur. Itaque relata de gestis Sancti non tam certa videntur, acsi scripta essent ab auctore contemporaneo; attamen non carent probabilitate, quia falsitatis nequeunt convinci. Mirum quidem videri potest, quòd sanctus Episcopus dicatur ex Italia in Bithyniam venisse, ibique variis locis, uti & in aliis Minoris Asiæ provinciis prædicâsse, numquam verò legatur ad propriam reverti voluisse ecclesiam. Locum quoque* Soreos, *quem auctor assignat in Bithynia ad latus meridionale sinus Astaceni seu Nicomediensis, apud alios scriptores non reperimus : mirumque apparet, quòd ibi Cornelium hospitem suum ad episcopalem dicatur promovisse dignitatem.*

exhibentque Autonomum ut episcopum apostolicum, nulli sedi affixum :

7 *Verùm hæc forsan nullam haberent difficultatem, si singulorum adjuncta nobis essent perspecta. Nam si* Autonomus *à Romano Pontifice ordinatus fuerit ad fidem apud infideles prædicandam, sicut & alii hunc in finem ad varias provincias missi sunt, omnia facilè intelliguntur. Quòd locum* Soreos *ignoremus, magni momenti non est, cùm Acta ipsa insinuent, locum fuisse ignobilem. Nec refert, quòd Cornelius ibi ordinatus sit episcopus : nam eo tempore in vicis quoque subinde ordinabantur episcopi. Hinc Michaël le*

Quien;

AUCTORE J. S.

Quem in Oriente Christiano tom. 1 *col.* 619 *inter ecclesias Bithyniæ recenset ecclesiam* Sorei, *aut potiùs* Soreorum, & Cornelium *illi ab* Autonomo *episcopum datum affirmat. Ipsum quoque* Autonomum *facit episcopum Claudiopolitanum in Honoriade provincia (sic pars Bithyniæ postmodùm vocata est à Theodosio Juniore) primumque recenset inter Claudiopolitanos col.* 567. *Si revera Claudiopolitanus episcopus fuisset* Autonomus, *prout Claudiopoli fuisse ibique prædicâsse dicitur num.* 3, *ordinatio Cornelii tantò minùs esset miranda. At ne Acta quidem huic opinioni favent; cùm* Autonomum *exhibeant ut virum apostolicum, asserantque ipsum prædicâsse in Bithynia, in Lycaonia, in Isauria, Mantinii, Claudiopoli, in Asia propriè dicta, ac tandem martyrio coronatum Soreis, quò frequenter redibat.*

tempus obitûs: & brevis reliquorum chronotaxis.

8 *Si tot expeditiones apostolicas susceperit* S. Autonomus, *quot in Actis enarrantur, & Italiâ egressus sit orta Diocletiani persecutione, id est, anno* 303 *aut* 304, *necesse non est, ut martyrium ipsius figamus sub imperio Diocletiani & Maximiani Herculei. Quin imò incertum quoque puto, an sub Maximiano Galerio aut sub Maximino passus sit* Autonomus, *cùm facilè potuerit vivere usque ad mortem Maximini II, anno* 313 *defuncti, ac deinde populari gentilium tumultu occidi, quando pax Ecclesiæ erat restituta per Constantinum & Licinium, aut etiam supereſſe usque ad instauratam à Licinio persecutionem. Hinc Sancti martyrium latè fixi sæculo* IV *ante annum* 323, *quo Constantinus cœpit solus imperare. Porrò quæ num.* 5 *narrantur de exstructo per Severianum oratorio supra corpus* S. Autonomi, *circa posteriores Constantini annos figi possunt, nimirum circa annum* 330 *aut* 336. *Quis sit Severianus ille, non novimus: at anno* 349 *erat quidam Severianus Asiæ aut Achaiæ proconsul, ut colligit ex lege ad eum data Tillemontius tom.* 4 *Imperatorum in Constantio art.* 13. *Hic autem Severianus ultimis Constantini annis poterat præesse Alexandriæ Troadis, & oratorium Sancti ædificare: sed res incerta est, quia & alii haud dubiè fuerunt Severiani. Destructio illius oratorii, relata in Actis num.* 6, *figi potest circa annum* 431: *nam Zeno imperator obiit anno* 491, *resque dicitur contigisse annis* 60 *ante ipsius mortem. Demum ultimi oratorii ædificatio contigit imperante Anastasio, ideoque locanda est circa annum* 500 *aut* 510, *ac dedicatio aut innovatio, nam utrumque significat vox Græca* ἐγκαινίζειν *figenda sub Justino, qui imperare cœpit anno* 518, *& sub cujus imperio scripta sunt Acta, quæ subjungo.*

ACTA

Auctore anonymo

Ex codice Ms. Græco, cum Latina interpretatione, quæ edita est apud Lipomanum tom. 6 fol. 245.

Ratio scribendi: unde hausta sint, quæ narrantur.

ÆQuè esse absurdum existimo, & loqui ea quæ non oportet, & quæ sunt pulchra & honesta, mandare silentio. Quantum enim auditorum lædit animos is, qui narrat ea, quæ non sunt honesta: tantùm is, qui silentio præterit bonas actiones, privat pios utilitate, quam erant ex eis percepturi. Ea de causa religiosissimam Autonomi vitam, quæ ad nos usque pervenit, statuimus non tegere silentio: sed studuimus eam tradere piis auribus. Etenim ad nos pervenerunt res Martyris, partim quidem à quodam, qui eas scripsit ante nos: cujus fuit quidem bona mens, non adfuit autem ei lingua, quæ posset consequenter suam explicare sententiam: immò propter insciticiam multa confundebat & contegebat: partim autem à viris, qui in sacrum ordinem erant allecti in sacro templo Martyris, & qui rerum ipsarum veritatem diligentiùs inquisierant & collegerant.

Sanctus in variis provinciis præcat,

2 Hic ergò divinus Autonomus, strenuus athleta veritatis, ac episcopali dignitate ornatus in Italia, postquam tempore Diocletiani cognovit acre & vehemens bellum erupisse adversùs Christi Ecclesiam, recordatus divinorum ejus mandatorum, per quæ jubet, ut qui expelluntur ex una civitate, fugiant in aliam, (Nam *a* qui manet quidem, præter id, quod non potest docere verbum, ipse quoque peribit. Quod si fuerit remotus ab iis, qui persequuntur, poterit literis, aut etiam linguâ convenire quandoque gregem Christi, eumque exhortari & confirmare ad pietatem: quinetiam eos, qui errant in tenebris impieta-

Τῆς ἴσης ἀτοπίας εἶναι νομίζω, τό τε φθέγγεσθαι τὰ μὴ δέοντα, καὶ τὸ τὰ καλὰ διδόναι σιγῇ· καὶ γὰρ ὅσον ὁ τὰ μὴ καλὰ διηγούμενος τὰς τῶν ἀκροατῶν ἔβλαψε ψυχὰς, τοσοῦτον ὁ τὰς ἀγαθὰς τῶν πράξεων σιγῇ ὠφελείας σοὺ φιλοσεβεῖς ἀπεστέρησε. Ταύτῃ τοι ἡμεῖς τὰ μέχρις ἡμῶν ἐλθόντα φιλοπονώτατον Αὐτονόμου βίον οὐκ ἐγνωμεν σιγῇ κατακρύψαι, ἀλλὰ φιλοκάλοις αὐτὸν ἀνθρώποις ὠφελῆσαι προεθυμήθημεν, ἔφθασε γὰρ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τοῦ μάρτυρος, τὰ μὲν, καὶ ὑπό τινος τῶν πρὸ ἡμῶν τὰ ἐκείνου συντάξαντος, καὶ διανοίᾳ μὲν ἀγαθῇ χρησαμένου, γλώτταν δὲ ἥδαμῶς δυσπρήσαντος τῇ γνώμῃ συνεπομένην, ἀλλ' ἀμαθίᾳ τὰ πολλὰ συγχέοντός τε καὶ συγκαλύπτοντος· τὰ δὲ καὶ δι' ἀνδρῶν τῶν ἱερῶθεν λαχόντων κατ' αὐτὸν τὸν τοῦ μάρτυρος διαγῶνα, καὶ μᾶλλον αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν διεμμελεστέρας ζητήσεως ἐρευνησαμένων.

2 Οὗτος τοίνυν ὁ θεῖος Αὐτόνομος, ὁ γυναικὸς τῆς δυσεβείας ἀγωνισὴς, τῷ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιώματι κεκοσμημένος τὴν Ἰταλίαν ἐμπεσόντων, ὡς πολὺν καὶ ἀφόρητον ἔγνω τὸν ὅτι Διοκλητιανὸς καὶ τῆς δεινῆς ἐκκλησίας ῥαγδὸν τὸν πόλεμον, εἰς μνήμην ἐλθὼν τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν, δι' ὧν ἐπιτάττει σοὺ ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπελαυνομένους φεύγειν εἰς τὴν ἑτέραν, καὶ εἰδὼς ὅτι μένων μὲν πρὸς τῷ μὴ δυνάσθαι τὸν λόγον διδάσκειν, καὶ αὐτὸς ἀπολεῖται, περᾶν δὲ τῶν διωκόντων ῥωμένος, δυνατὸς ἔσται χαράγμασιν ἢ καὶ τῇ γλώσσῃ ποτὲ τῷ πιμνίῳ τε καὶ χριστοῦ διαλεχθῆναι, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἐπαλείφειν· ἀλλὰ καὶ σοὺ ἐν σαφ-

A σκέτει πλανωμένους τ ἀσεβείας πρὸς τὸ τ ἀληθείας φέγγος χειραγωγεῖν, τὴν Ἰταλίαν καταλιπὼν, ἀφικνεῖται πρὸς Βιθυνίαν, καὶ θείοις ἐπακολουθῶν νεύμασι, προσίσχει χωρίῳ τινὶ, ᾧ τὄνομα μὲν Σωρεοί, κεῖται δ ἐν δεξιᾷ τῷ εἰσπλέοντι τ τ Νικομηδείας κόλπον· καὶ ξενίζεται παρ' ἀνδρὶ, Κορνηλίῳ τὴν κλῆσιν. Συχνόν τε χρόνον προσδιατρίψας αὐτῷ, καταρτίζει μὲν αὐτὸν ταῖς διδασκαλίαις· οἶκον δ Θεῷ οἰκοδομήσας δίκτηλον, Μιχαὴλ τῷ τ ἀγγέλων ἀρχηγῷ καθωσιωμένον, χειροτονεῖ τ Κορνήλιον ἐν αὐτῷ τ διακονίας τῷ ἀξιώματι, καὶ αὐτῷ παραδοὺς τὴν τ πιστῶν ἐπιμέλειαν, δὴ τὴν Λυκαόνων καὶ Ἰσαύρων ἐκεῖνος ἀπαίρει, κἄρυξ κἀκεῖ γενόμενος τ εὐσεβείας προθυμούμενος.

ANONYMO.

b

c

d e

3 Deinde reversus ad Cornelium, cùm à se dejectum semen inveniſſet produxiſſe multiplicem fructum Dei cognitionis, eum provehit ad gradum presbyteratûs. Poſtquàm autem cognovit Diocletianum venire Nicomediam, qui Chriſtianorum quidem omne genus & ætatem omnem ſtudebat exſcindere, præcipuè autem & admodùm ſolicitè quærebat Autonomum, is enavigavit Mantinium, & Claudiopolim f; (Sunt autem hæ urbes poſitæ in g Ponto Euxino) hîc quoque ſeminare ſtudens verbum pietatis. Poſtquàm verò, Deo adjuvante, ei proceſſerunt omnia ex ſententia, revertitur ad Soreos, viſitaturus Cornelium & ejus eccleſiam. Quam cùm rurſus inveniſſet multiplicatam, Cornelium quidem ad dignitatem provehit epiſcopalem, ipſe autem regionem obit Aſianorum h, erroris quidem ſpinas evellens radicitus, pia autem ſemina diligenter dejiciens. Divina autem gratia imbribus Autonomi oſtendente magnam ſegetem pietatis; redit rurſus ad Cornelium & ejus gregem. Illinc venit Limnas. Eſt autem hic locus prope Soreos. Cujus habitatores cùm videret teneri profundis tenebris ignorantiæ, eos quoque ducit ad lucem agnitionis. Non multum tempus ab eo conſumptum fuit ad eos in viam deducendos, qui convertebantur: ſed & brevi operata eſt gratia in animos permultorum, & ſalutare baptiſma requirentes, ſacro gregi Chriſti acceſſerunt.

multosque convertit infideles.

f

g

h

B

C 4 Τούτων τοίνυν δίμηνείᾳ Θεοῦ κατ' εὐχὰς τῷ Μάρτυρι τελεσθέντων, συμβαίνει τοὺς δὴ τὴν πλάνην τ ἀσεβείας κατεχομένους ἐν τῷ δηλωθέντι χωρίῳ, κατά τινα παρ' αὐτοῖς πανημέριον δαίμονος ἑορτὴν, σπένδας τοῖς εἰδώλοις προσφέρειν καὶ ἕνα ποιεῖν, ὅσα ὑπὸ πονηρῶν δαιμόνων ἐκβακχευθεῖσαι ψυχαὶ πεπόνθασι. Ταῦτα πολλάκις οἱ τ ἁγ Κλήρου ποίμνης ὁρῶντες γινόμενα, καὶ θείᾳ πυρπολούμενοι ζήλῳ, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν σὺν πλείονι τελούμενα λύσσῃ, πρὸς ὀργὴν δικαίαν ἀνίσαντες· καὶ ἁθρόοι προσκροτήσαντες, δήσασι μὲν τ εἰδώλων, καὶ πάντα δὴ σωτρίψαντες καὶ εἰς χοῦν θέμενοι καὶ κόνιν, ἐπεδείκνυον τοῖς λατρευταῖς ἐκείνοις τὴν τ λατρευομένων ἀσθένειαν. Τοῦτο σὺν ἑλληνίζοντας τότε μὲν εἰς ἔκπληξιν καὶ δέος ἐνῆγε, καὶ θρῆνος μᾶλλον, ἢ ἐκδικήσεως τ καιρὸν ἠγοῦντο. Φυλάξαντες δ ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ ἁγ Κλήρου θεράπων Αὐτόνομος ἐλειτούργει τὰ μυστικὰ, καὶ ξύλοις τε καὶ σιδήροις ἕκας τὴν δεξιὰν καθοπλίσαντες, ἀθρόον κατατρέχουσι ἐν Σωρεοῖς δίκτηλα, καὶ τρέπονται σὺν πολλοὺς· οἷς δ εἶχον ἐν χερσὶν ὅπλοις, τ Ὅσιον ἀναιροῦσι, παρ' αὐτὴν τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἁ αἵματος ἐκχυθέντος, ὥσπερ Ζαχαρίας ἁ θεῖος πρότερον, ὃ δὴ καὶ βόα πρὸς Θεὸν μᾶλλον, ἢ τὸ ἁ Ἄβελ ἀδίκως χυθέν· καὶ ἀφ' ταῦτα τ μὲν ἀνελόντων δι' αἰῶνος μαρτυρεῖ τὴν ἀσέβειαν πυρὶ τέτρωσι ἀντὶ τ σφαγῆς ἀμυνόμενον, ὥστε ἐν βραχεῖ τὴν ὀδυνῶν, ἀλλ' αἰωνίαν τὴν κό-

4 Cùm hæc ergo Dei benignitate, ut Martyri erat in votis, effecta eſſent, accidit, ut qui tenebantur errore impietatis in dicto loco, in quodam dæmonis feſto, quod ab eis celebrabatur, ſimulacris offerrent libamina, & ea facerent, quæ faciunt animæ furore percitæ à dæmonibus. Hæc ſæpè videntes fieri ii, qui erant gregis Chriſti, & divino zelo repleti, (illo autem die peragebantur cum majori rabie) ad juſtam iram i incitantur, & ſe invicem adhortati, invadunt ſimulacra: & cùm omnia protinus contriviſſent, & in pulverem & cinerem redegiſſent, oftenderunt illis cultoribus imbecillitatem eorum, qui colebantur. Hoc gentiles tunc quidem ſtupore affecit & metu, & qui * lamentationis potiùs eſſe tempus putabant, quàm vindictæ. Cùm autem obſervâſſent diem, quo Dei ſervus Autonomus myſticum celebrabat miniſterium, lignoque & ferro armâſſet unuſquiſque dexteram, repentè ſimul irruunt in oratorium, quod erat Soreis: & eos quidem vertunt & fundunt, qui inciderant *: armis autem, quæ habebant in manibus, Sanctum interficiunt, ad ipſam ſacram menſam fuſo ſanguine, quomodo priùs divini Zachariæ, qui ad Deum magis clamabat, quàm Abelis ſanguis injuſtè fuſus. Et ideò eorum quidem, qui interemerunt, in æternum teſtatur impietatem, eos igne pro cæde ulciſcens, & non brevi tempore dolorem præbens, ſed æternum cruciatum: Martyri autem

Occaſione martyrii, & martyrium Sancti:

i

* hi

* qui præſentes erant

A. ANONYMO. *Sancti ſepultura : oratoriſm eidem exſtructum :*

tem, quæ non deſinit, lætitiam, vitam perpetuam, & regnum Dei conciliat.

5 Sed Pontificis quidem, & Præconis veritatis hunc glorioſum exitum habuit martyrium : ſanctiſſimæ autem ejus reliquiæ à quadam Maria, quæ diaconatûs dignata fuerat chariſmate, cùm ſimul cum iis, qui ex propinquis emporiis non ſolùm ſibi vendicabant pietatem, ſed etiam virtutem, illis præclarè & ſanctè juſta feciſſet, mandatæ ſunt ſepulturæ, honorificè in capſa * depoſitæ. Procedente autem tempore, quando Conſtantinus imprimis pius imperator, ſceptra Romana divina potiùs manu, quàm exercitu & armis, fretus tenebat : Severianus quidam, Alexandriæ *k* accepta rectione, cùm metu maris per viam, quæ eſt circa ſinum, iter faceret, venit quidem prope ſacram capſam * Autonomi, retinetur autem virtute, quæ non cadebat ſub adſpectum : cùm muli quidem ſcuticis cæderentur, tantillùm autem non moverentur, ſed tanquam lapides ſtarent immobiles. Severiano autem mirante id, quod factum fuerat, quidam vir pius & religioſus, & qui gratiam ſolvendi ænigmata à Deo acceperat, ſuam profert ſententiam, mulorum ſtatum hoc ſignificare, oportere eum, qui vehitur, hîc ſiſtere, & excitare templum divino Martyri. Quòd autem recta eſſet admonitio, oſtendemus eveſtigio. Si enim, inquit ille, ſolùm operi annueris, videbis ſalientes protinùs, qui ſunt immobiles. Et ille quidem annuit prompto & alacri animo, ingrediebantur autem muli maximo impetu. Protinùs verò Severianus juſſit ædificari oratorium, & viam eſt ingreſſus. Cùm autem reverteretur, templum dedicat, & efficit, ut poſteris ſit Martyris perpetua memoria.

ſepulcro

k

* ſepulcrum

B

6 Cùm non parùm autem temporis interim præterfluxiſſet, invitaret autem memoria Martyris, ut in divino templo fieret incruentum Sacrificium, accedit quidem ad ſacrum is, qui tunc fungebatur munere ſacerdotali, ſacra myſtica peracturus. Aquâ autem ex tabulatis, quæ juxta aſcenſum poſita erant, effusâ, arbitratus hoc fuiſſe factum ad contumeliam, ſacrum quidem miniſterium peragit illo die : deinde cùm illud diruiſſet oratorium, ædificat alterum in locis, quæ ſunt prope mare, neſciens quòd ſupra religioſam thecam * Martyris Severianus olim exſtruxit oratorium, quod ipſe diruerat. Cùm ſexaginta autem anni præteriiſſent uſque ad tempus mortis Zenonis, qui fuit imperator Romanorum, Johannes quidam miles, qui erat in numero eorum, qui vocantur Excubitores *l*, ut imperatori aliqua in re deſerviret, verſabatur in his locis circa Soreos & Limnas. Et cùm corpus aliquando exerceret, egreſſus eſt ad venationem : & cùm fuiſſet in eo loco, in quo martyricæ ſepultæ fuerant reliquiæ, leporem arcu feriens, prædam ſua manu occîdit. Deinde cùm etiam alia venatus eſſet animalia, revertitur, & in ſomnis videt Martyrem ei præcipientem, ut in loco, in quo erat venatus leporem, tabernaculum figeret ad habitandum, & permaneret illic ei vicinus. Cùm is autem citò perfeciſſet id, quod juſſus fuerat, poſt aliquot annos * ei Martyr apparet evidentiùs, & docet, quiſnam ſit, & quòd ſub illius tabernaculo conditæ ſunt ſacræ ſuæ reliquiæ. Miles verò non eſſe à periculo remotum arbitratus eorum, quæ ſibi divinitùs ſignificata fuerant, ſilentium, hæc aperit imperatori. Is autem erat Anaſtaſius, qui nolebat quidem purè ac ſyncerè eſſe pius : pietatem autem ſæpè ſimulans, captabat hominum benevolentiam. Quam ob rem ab illo quidem conſtruitur, quæ nunc eſt, ædes oratoria : dedicatur autem ab eo, qui poſt ipſum obtinet imperium, pio, inquam, Juſtino. Quæ *m* nunc quoque permanet, & in ea liberantur homines

l

* Græcè poſt aliquod tempus

eo everſo, aliud deinde ſtructum :

m

λασιν παρεχόμενον · τῷ μάρτυρι ἡ χαρὰν ἄλυπτον, διηνεκῆ ζωὴν, καὶ βασιλείαν Θεοῦ μνησευόμενον.

5 Ἀλλὰ δὴ μὲν ἀρχιερέως καὶ κήρυκος τῆς εὐσεβείας τὸ μαρτυρικὸν ἔτως ἔσχε καὶ καλλίνικον τέλος. Τὰ δὲ πανάσμιον αὐτοῦ λείψανον, Μαρία τις, διακονικῷ χαρίσματι κατηξιωμένη, ἅμα τοῖς τῶν πλησίον ἐμπορείων, οὐκ εὐσεβείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις, λαμπρῶς τε καὶ σὺν θεῷ κηδεύσασα, ταφῇ παραδίδωσιν, ἐν ᾗ κεῖται τοῦτο φιλοτίμως κατασκευασθέν· Χρόνοι δὲ παρελθόντος, ἡνίκα Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ Ρωμαϊκὰ σκῆπτρα θείᾳ χειρὶ μᾶλλον ἢ ῥαπίσι καὶ ὁπλοις βαρβάροις ἐκράτυνε, Σαβεριανός τις τῶν ἀρχόντων τῶν Ἀλεξανδρέων παραλαβὼν, καὶ δέει τῆς θαλάσσης διὰ τὸν ἐν κύκλῳ ἐκπλοῦν πορείας τὴν ὁδὸν ποιούμενος, γίνεται μὲν τοῦ ἱεροῦ Αὐτονόμου ᾗκεν πλησίον· ἀσφαλίσασθαι δὲ δυνάμει κατέχεται, τῶν ἡμιόνων ἰσχυρῶς μὲν παιομένων ταῖς μάστιξιν, ὑδὲ βραχύ δὲ κινουμένων, ἀλλ' ἴσως δὴ καὶ λίθοις ἀκινήτων μενόντων. Τὸ Σαβεριανὸν δὲ τὸ γεγονὸς καταπλησσόμενός τις εὐσεβῶν πως, καὶ μᾶλλα δίλαβῶν, καὶ λύειν ἐκ αἰνίγματα χάριν ἐκ Θεοῦ δεδεγμένος, γνώμην εἰσάγει, τὴν τῶν ἡμιόνων στάσιν τοῦτο δηλῶν, ὡς ἄρα δέη τὸ ἐποχούμενον ἐνταῦθά τε σῆναι, καὶ τέμενος ἐγεῖραι τῷ ἱερῷ Μάρτυρι· Καὶ ὅπ ἀσφαλὴς ἡ ὑποθήκη, καταπόδας ἡμῖν ἀπόδειξις· εἰ γὰρ ἀπανεύσοις, φησὶ, μόνῳ * τῷ ἔργῳ, ἀλλομένας εὐθὺ θεάσῃ τὰς ἀκινήτους. Καὶ ὁ νεανίσκος μὲν ἐπένευσε προθύμως. Αἱ δὲ ὁρμητικώτεροι ἔβαινον· καὶ αὐτίκα τὸ δίκτυον ὁ Σαβεριανὸς προσέταξεν ἀνοικοδομεῖσθαι, καὶ εἶχετο τῆς ὁδοῦ. Ἐπανελθὼν δὲ ἐκεῖθεν, ἐγκαινίζει τὸ τέμενος, καὶ ταῖς ἑπειτα χρεαῖς ἄλυσον τοῦ Μάρτυρος εἶναι τὴν μνήμην προσεπευάζει.

D

E

* *fortè μόνῳ*

6 Οὐκ ὀλίγῳ δὲ διαῤῥύσαντος μεταξὺ χρόνου, εἴτε τῆς μνήμης τοῦ μάρτυρος τὸ ἀναίμακτον ἱερουργίαν καὶ τὸ θεῖον τέμενος τελεσθῆναι καλούσης, ἐφίσατο μὲν τῷ ἱερῷ ὁ τηνικαῦτα τὴν ἱερατικὴν ἔχων ἀρχὴν, ἐπιτελέσων τὰ μυσικὰ· ὕδατος δὲ αὐτοῦ ἐκ τῶν προκειμένων τῇ ἀνόδῳ δρυφάκτων ἐπιχυθέντων *, ἐφ' ὕβρει τοῦτο γεγωνῆσθαι νομίσας, τὴν μὲν ἱερὰν λειτουργίαν καθ' ἑκείνην ἐπιτελεῖ τὴν ἡμέραν· εἶτα τὸ δίκτυον καθελὼν, ἐν τοῖς πρὸς τὴν θάλασσαν τόποις οἰκοδομεῖ ἕτερον, οὐκ εἰδὼς ἄρα ὅτι καὶ τῆς διαγοῦς δὴ μάρτυρος ἦκεν ὁ Σαβεριανὸς τὸ δίκτυον, ὃν αὐτὸς ἄρτι καθεῖλεν, πάλαι ἀνήγειρεν. Ἐξήκοντα δὲ παροιχηκότων ἐνιαυτῶν ἀχρὶ τῆς Ζήνωνος, ὃς Ῥωμαίων ἐβασίλευσε, τελωνῆς, Ἰωάννης τις ῥαπτώτης, ἐν τοῖς καλουμένοις ἐκσκυβίτωρσιν ἀριθμούμενος, κατά τινα βασιλικὴν ὑπηρεσίαν, ἐν τοῖς χωρίοις διέτριβε, τοῖς περὶ Σωρεὰς καὶ Λίμνας· καὶ ποτε γυμνασίας τὸ σῶμα διδοὺς, ὅπῃ ἦκεν ἐξήει· καὶ δὴ τὸν τόπον ἱκνούμενος, ἐν ᾧ τὸ μαρτυρικὸν ἐτέθαπτο λείψανον, λαγωὸν τόξῳ αὐτὸς βεβλημένον, αὐτόχειρ γίνεται θηράματος. Εἶτα καὶ ἄλλα τῶν ζώων θηράσας, ἐπάνειστ· καὶ ὁρᾷ δι' ὀνείρου τὸν μάρτυρα προτρεπόμενον ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ πρὸ ἑτύγχε τὸν λαγωὸν θηράσας, σκηνὴν πρὸς οἴκησιν πήξασθαι, καὶ κεῖσε διαμένειν ἐνγενῶν αὐτοῦ. Τὸ δὲ θαῦμα τὸ διαπεταγμένον ἀνύσαντος, μετά τινας χρόνους ἐμφανέστερον ὁ ἱερομάρτυς ἐφίσατο, καὶ ὅσις εἴη διδάσκει, καὶ ὅτι τὸ σκηνῆς αὐτοῦ κάτωθεν τὸ ἱερὸν αὐτοῦ τεθησαύρισται λείψανον. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐκ ἀκινδύνου ἡγησάμενος τὸ θεόθεν αὐτῷ μηνυθέντων τὴν σιωπὴν, δῆλα ποιεῖ τῷ βασιλεύοντι καθ' ἃ. Ἀναστάσιος δὲ ἦν τότε ὁ, ὃς εὐσεβῆν μὲν οὐκ ἐβούλετο, τὰ δὲ τῶν εὐσεβῶν πολλάκις ὑποκεκινήκει, τὴν ἐξ ἀνθρώπων δόξαν ἐθηρᾶτο· διὸ καταισχύνει μὲν παρ' ἑκείνου τὸν νεῶν ἐσηκὼς δίκτυον οἶκον· ἐγκαινίζεται δὲ δὴ μετ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν ἰδόντος Ἰουστίνου· Ἔστιν δὲ φιλευσεβὴς, ὃς καὶ εἰς ἃ διακωλύει, πολλῶν ἀν-

θρώ-

A θρώπεις κακῶν ἐλευθερία γινόμενον. Ἐν τύτοις μὲν
οὖν τὰ κῆ τ μέγαν Αὐτόνομον διηγήματα.

7 Ἐγὼ ὁ νικῶντα τ Ἀθλητὴν ὁρῶν τῷ φύσιν
ἢ μὴ θνατον, ἐπὶ δοξολογίαν Θεῦ διανίσαμαι·
ἐμβαλὼν γάρ ποτε τὰς ὄψεις τῷ τάφῳ ᾧ Μάρτυρος,
τὸ ἱερὸν αὐτ σκῆνος ἐθεασάμην, ἢ ἵν' ἀήττητον
ὑπὸ γε τ ἰσχύος ᾧ θανάτ μεμψιμοιρῆς. Ὁ γὰρ πᾶσαν
ᾧ ζωὴ τῷ σύμπηξιν τριημέρῳ διασήματι λύειν αὐ-
χῶν, ἔτεσιν ἤδη διακοσίοις τρίχα ᾧ Γενναίε διαφ-
θεῖραι οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλ' ἥ τε κόμη τ κεφαλῆς θαυσι-
λῆς ἢ ἀλύμαντος, ὅ τε τ μορφῆς χαρακτὴρ συνε-
σηκὼς καὶ ἀλώβητος, τῇ τ δορᾶς εὐτονίᾳ μήδε
τὰς τ ὑπηνης τρίχας ἐκβαλών. Ἀνέωγε γὰρ αὐτῷ
ἢ ὁ τ ὀμμάτων κύκλος, δι' ὧν ἐμοὶ δοκεῖ ἢ θεώ-
μενος, αἰδοῖ ᾧ νόμε τ τελευτῆς, τῷ σιωπῷ σεβ-
πμᾶν. Εἶηκε γὰρ ὁ πᾶς ᾧ σώματος τύπος, τῷ ἰ-
δίαν συντηρῶν ἁρμονίαν· ἢ ἔτε τ κεφαλῆς ὅλ' ὅ-
λως ἐκπράγεις, ἔτε τ λοιπῶν μορίων τῷ διάσασιν
ὑπομείνας. Οὕτω γὰρ ὁ μεγαλόδωρος Κύριος ἀντι-
δοξάζειν οἶδε σὺν οἰκείοις αὐτὸν μέλεσι δοξάσῃ
σεβομένυς, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ
σεβασκύνησις, νῦν ἢ ἀεὶ, ἢ εἰς σὺν ἀπελευτήτες
αἰῶνας τ αἰώνων, ἀμήν.

B

à multis malis. Atque hæc quidem sunt, quæ de magno narrantur Autonomo. A. ANONYMO.

7 Ego autem videns Athletam etiam post mortem vincentem naturam, exurgo ad Deum glorificandum. Injiciens enim aliquando oculos in sepulcrum Martyris, adspexi sacras ejus reliquias, quæ invictæ manserant à mortis viribus. Quæ enim universam animalis compositionem se trium dierum spatio gloriatur dissolutúram; jam ducentis annis non valuit præclari illius Viri vel pilum corrumpere: sed & coma capitis est densa & formæ character consistit integer, pelle firma & intensa, ne amissis quidem pilis labri superioris *n*. Est autem ei orbis quoque apertus oculorum: per quos intuenti mihi videbatur, quòd legem tantùm mortis ipse reveritus; silentium simularet *o*. Stat autem universa quoque figura ejus corporis suam conservans compagem, & nec ejus capitis ruptum est aliquid, nec reliquarum corporis partium facta est ulla à se invicèm disjunctio. Sic enim munificus Dominus scit vicissim glorificare eos, qui suis membris voluerunt eum glorificare: quoniam eum decet gloria, honor & adoratio, nunc & semper & in secula seculorum, Amen. *corpus Sancti ducentis post mortem annis integrum.*

n

o

E

ANNOTATA.

a *Hìc in Græco*: Et sciens eum, qui manet *&c.*

b *Græcè* Σωρεοί, *itaque Latinè* Soreï; *& sic paulò post rectè* Soreos *in accusativò vocavit interpres. Locus aliunde notus non est.*

c Sinus Astacenus *alias vocatur, cui adjacet Nicomedia Bithyniæ metropolis.*

d *Lycaonia & Isauriæ provinciæ sunt Minoris Asiæ, ut etiam est Bithynia; sed ab hac satis sunt dissitæ, & invicem vicinæ.*

e *Græcè* ibi quoque.

f Mantinium *civitas erat Paphlagoniæ, ut liquet ex Socrate lib. 2 cap. 38. Est autem Paphlagonia ad Orientem Bithyniæ, & ad Pontum Euxinum sita. Hinc igitur utcumque colligitur, Mantinium, cujus situm non assignant geographi, fuisse ad pontum Euxinum.* Claudiopolim *verò illam hìc designari existimo, quæ alias* Bithyniam *dicta fuit; & civitas est illius partis Bithyniæ, quæ postmodum* Honorias *fuit dicta.*

g *Rectiùs voces Græcæ exprimentur & veriùs*, Circa pontum Euxinum.

h *Per* Asianorum regionem *intellige Asiam propriè dictam, quæ varias complectebatur Minoris Asiæ provincias, aliis quoque nominibus notas, extensasque ad mare Ægæum, & oppositas Græciæ. Erat Asia propriè dicta ad Meridiem ferè respectu Bithyniæ. Itaque* Autonomus, *qui antea versus Orientales partes profectus esse dicitur è Bithynia, nunc partes Meridionales dicitur adivisse: & sic peragrasque Minoris Asiæ provincias lustravit, si biographi relatio sit vera & accurata.*

i *Quamvis horum zelus vocetur* divinus, *& ira* justa, *tamen eversio templorum & fractio idolorum non est ex factis iis, quæ imitanda dicimus. Verùm cùm* S. Autonomus *nullas in eo facto partes habuisse videatur, necesse non est de eo plura disputare.* C F

k *De Severianno illo Alexandriæ rectore nihil certi reperio. At, si factum pro vero admittamus, Alexandria intelligenda videtur, non celeberrima illa Ægypti eo tempore metropolis, sed Alexandria alia etiam celebris in Troade provincia. Quippe hæc Alexandria non tantùm distabat Constantinopoli, ut terrestre gubernatoris iter non sit omnino verisimile; &, si quis tabulas geographicas Minoris Asiæ consideret, facilè videbit, in illo itinere transeundam fuisse Nicomediam, indeque Soreos venisse Severianum, ut ulteriùs in Troadem pergeret.*

l Excubitores *vocabantur apud Romanos illi milites, qui imperatorem ex officio per vices custodiebant. Vox Latina jam seculo 6 usitata erat apud Græcos, scriptaque ab iis fuit* ἐσυεβίτωρ *aut* ἐξκυβίτωρ.

m *Hìc interpres videtur scriptoris mentem non rectè percepisse, & de oratorio explicâsse; quæ de Justino imperatore potiùs videntur dicta. Malim ego verba Græca sic Latinè interpretari de Justino,* Qui & huc usque perseverat, multorum hominibus malorum factus liberatio. *Hæc, inquam, interpretatio mihi probabilior apparet, cùm quia articulus ὁ, sic refertur ad vocem proximè præcedentem, tum quia de oratorio jam antè dicitur;* Quæ nunc est, *& sic bis idem diceretur, si recta esset alia interpretatio; tum demùm quia multis malis subditos suos liberavit Justinus, qui pius, Catholicus, & bonus imperator successerat improbo & hæretico Anastasio; si verò Sancti miracula auctor voluisset insinuare, pluribus & clarioribus verbis usus esset.*

n *Ultimæ voces sic Latinè reddi possunt* Pellis firmitate nec amissis quidem barbæ pilis.

o *Si mendum non sit in apographo meo, verba Græca sic rectius exponemus*: Per quos (*oculos*) mihi videbatur videns, verecundiâ tantùm legis mortis silentium observare.

A D

DE SS. MACEDONIO, THEODULO ET TATIANO MARTYRIBUS.

MERI IN PHRYGIA SALUTARI.

J. S.

Sylloge Hiſtorica.

AN. CCCLXI VEL CCCLXII. *Sancti in ſacris Faſtis memorati: paſſi ſunt Meri,*

B

HOrum *Martyrum memoriam in Menais breviſſimè, in Menologio Sirletiano cum elogio celebratam, Romano etiam Martyrologio inſeruit Baronius ad hunc diem.* Meri in Phrygia, *inquit*, paſſio ſanctorum martyrum Macedonii, Theoduli & Tatiani, qui ſub Juliano apoſtata ab Almachio præſide, poſt alia tormenta, ſuper crates ferreas ignitas poſiti, exultantes martyrium compleverunt. *Laudatum Menologium paulò plura adducit, mox ex Socrate uberiùs recitanda, & præſidem cum antiquis ſcriptoribus rectiùs vocat* Amachium, *ſed locum certaminis omittit. Eum rectè expoſuit Baronius, dum dixit* Meri in Phrygia. *Civitas quidem illa celebris non eſt apud antiquos geographos, at ſatis innoteſcit Merus*, Græcè Μῆρος, *ex notitiis eccleſiaſticis, quia civitas erat epiſcopalis in Phrygia Salutari ſub metropoli Synnadenſi, prout videri poteſt apud Le Quien in Oriente Chriſtiano tom. 1 col. 839, ubi aliquot dantur illius civitatis epiſcopi.*

2 *Valeſius in Annotatis ad Sozomenum lib. 5 cap. XI dicit*, Merum *alio nomine dictam eſſe* Comopolim, *laudatque pro ea opinione Conſtantinum Porphyrogennetum* in libro 1 de Thematibus, capite 1 & 4. *Valeſium ſecuti ſunt Tillemontius tom. 6 in Perſecutione Juliani art. 1, agens de hiſce Martyribus; Ruinartius in Actis Martyrum ſinceris pag. 580, ubi horum Martyrum dat Acta ex Socrate, aliique plures. Verùm, ſi vel paululùm attendamus ad locum Porphyrogenneti à Valeſio indicatum, ſtatim videre poterimus* Comopolim *non eſſe nomen proprium* Meri *oppidi, ſed vocem Græcam* κωμόπολιν *apud Conſtantinum ſignificare* oppidum pago ſimile, *Gallis* un bourg, *ideoque verba Conſtantini cap. 4* ἡ ἕως τῆ κωμοπόλεως Μηρῶ, *non fuiſſe Latinè reddenda*, & uſque ad Comopolim Meri, *prout leguntur Latinè apud Bandurum; ſed hoc modo exprimenda fuiſſe:* Et uſque ad oppidulum Merum. *Similiter cap. 1 Græca verba Conſtantini*, ἀπὸ τῆ κωμοπόλεως τῆ ὀνομαζομένης Μηρῶ *male exprimuntur his vocibus Latinis*, à Comopoli, quæ dicitur Merus: *ſed exprimenda ſunt hoc modo:* ab oppidulo, quod dicitur Merus. *Miror viros eruditos hac in re falli tam facilè potuiſſe, cùm vox* κωμόπολις *uſitata fuerit non ſolùm apud Græcos medii ævi, ſed etiam apud antiquiores pro oppidulo, aut vico oppido non abſimili. Nam vox illa componitur ex* κώμη vicus & πόλις civitas. *Quapropter* Merus *oppidum erat modicum, ut etiam affirmat Suidas, ſitumque erat teſte Conſtantino cap. 1, in Phrygia Salutari, quæ provincia eſt Phrygiæ Magnæ. At nomen* Comopolis *ei proprium numquam fuit.*

quem aliàs Comopolim nominatam ex errore aliqui voluere,

C

3 *Occaſionem martyrii, martyriumque ipſum ſanctorum* Macedonii, Theoduli & Tatiani *breviter enarrârunt Socrates lib. 3 cap. 15, Sozomenus lib. 5 cap. XI, & Suidas ad vocem* Amachius. *Horum relatio in omnibus ferè conſonat. In uno tamen capite Suidas ab aliis diſſentit: nam* Amachium, *ſub quo paſſi ſunt Sancti, dicit fuiſſe præfectum* parvæ urbis Phrygiæ, *per quam haud dubiè Merum deſignat. At Socrates & Sozomenus affirmant, Amachium fuiſſe* provinciæ *præſidem: atque hoc verisimilius eſt. De anno martyrii poteſt meritò dubitari: nam cùm occaſio martyrii fuerit, quòd templum idolorum aperiretur, idque acciderit poſt mortem Conſtantii imperatoris, Juliano jam ſolo imperante; dubitare poſſumus, utrùm Sancti fuerint coronati anno 361, quo Conſtantius obiit die III Novembris, an ſequenti anno 362. Sanè Julianus Conſtantinopolim ingreſſus eſt, teſte Socrate,* die tertio Nonas Novembris *anni 361. Potuit igitur præfectus Phrygiæ, cui mors Conſtantii in Cilicia defuncti jam tum nota fuiſſe videtur, circa idem tempus curare, ut templa idolorum expurgarentur, ideoque martyrium Sanctorum noſtrorum ante finem anni 361 accidere potuit. At incertum eſt, an Amachius præfectus tantopere feſtinaverit ad reſtituendam idololatriam: atque hac de cauſa martyrium fixi anno 361 vel 362.*

ſub Amachio Phrygiæ præfecto anno 361 vel 362:

D

4 *Hiſce prænotatis, accipe martyrium ex Socrate, cui plura addere non eſt neceſſe.* Eodem tempore, *inquit*, apud Merum urbem Phrygiæ præſes provinciæ Amachius templum aperiri juſſit, & ſordes, quæ longinquitate temporis in eo coacervatæ erant, exportari: ſtatuas denique illic poſitas expoliri præcepit. Hoc illius factum, Chriſtianorum animis gravem incuſſit dolorem. Itaque Macedonius quidam & Theodulus ac Tatianus, zelo Chriſtianæ religionis incenſi, eam indignitatem ferre minimè potuerunt. Sed incredibili quodam virtutis amore flagrantes, noctu in templum irruunt, & ſtatuas omnes confringunt. Quo facto præſes graviter commotus, cùm multos in ea urbe, qui prorſus inſontes erant, ſupplicio afficere vellet; auctores facinoris ultro ſeſe obtulere: & pro veritatis defenſione ipſi occumbere maluerunt, quàm ſinere, ut alii ipſorum vice occiderentur. Eos igitur comprehendens judex, jubet ut facinus ab ipſis perpetratum eluant ſacrificando: ni ita fecerint, ſupplicium interminatur. At illi utpote generoſo animo præditi, ſpretis ejus minis, paratos ſe oſtenderunt ad tormenta quælibet ſuſtinenda, & mori multo quàm ſacrificiis pollui maluerunt. Judex igitur cùm omni tormentorum genere eos excruciâſſet, tandem craticulæ impoſitos ſubdito igne cremari juſſit

occaſio martyrii, martyriumque exponitur.

E F

A jussit. Tunc verò illi extremum specimen fortitudinis ediderunt, his verbis præsidem allocuti. Si cupis, Amachi, carnes assas degustare, verte nos in alterum latus, ne fortè gustui tuo crudi assati videamur. Hoc illi modo vitam finierunt. AUCTORE J. S.

DE S. EVANTIO EPISCOPO

AUGUSTODUNI IN GALLIA.

J. S.

Ex Martyrologiis vetustis.

FORTE SEC. V. *S. Evantius in vetustis Martyrologiis Augustoduni*

DE S. Evantio, Evanto *aut* Eventio, *ut aliàs vocatur, episcopo nihil habemus præterquam ex Martyrologiis, in quibus videtur annuntiari ut confessor, & constanter* Augustoduni, *ita ut facilè credere possimus Augustodunensem fuisse episcopum, quod verisimillimum est ex loco mortis. In Hieronymianis apud Florentinium sic legitur memoratus :* In Gallia civitate Augustoduno depositio beati Evanti episcopi. *Epternacense habet :* Augustoduno Evantii episcopi. *Laudatur quoque apud Florentinium Hagiologium Franco-Gallicum à Labbeo editum, in quo sic annuntiatur :* Augustoduni Eventii episcopi. *Et antiquum Ms. S. Sabini de Levitania :* Augustoduno S. Evanci episcopi. *Mentio* Evanti *etiam fit in Martyrologiis magis contractis, in Augustano nimirum, Labbeano & Gellonensi, addita civitate Augustoduno, omisso tamen* episcopi *titulo, ut in illis plerumque fit. Idem fit in primo apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1560. *In Calendario Verdinensi apud eumdem tom.* 6 *Collect. amp. col.* 682 *legitur,* Evantii episcopi *sine loco, qui illic passim omittitur.*

annuntiatur ut episcopus confessor : seculo V

2 *Rabanus* Evantium *quoque memorat his verbis :* In Galliis civitate Augustoduno depositio beati Evantii episcopi. *In Autissiodorensi apud Martenium :* Augustoduno civitate S. Evanti episcopi & confessoris. *Eadem ferè verba leguntur in tribus editionibus Usuardi, nimirum in editione Lubeco-Colonienſi, Greveni & Molani, in quibus* Augustoduni *celebratur ut episcopus & confessor. Hisce accedunt neoterici plerique, qui breviter* S. Evantium *hac die annuntiant Augustoduni tamquam episcopum & confessorem. In Breviario Augustodunensi nihil de* S. Evantio *reperio, ita ut festivitas ipsius non videatur fuisse celebrata, saltem posterioribus seculis. Attamen allata Martyrologia sufficiunt, ut credamus ecclesiæ Augustodunensi præfuisse* S. Evantium, *eique titulum* Sancti *adscribamus. In Gallia Christiana novissimæ editionis tom.* 4 *col.* 337 S. Evantius *catalogo antistitum Augustodunensium insertus est post S. Simplicium seculo* V, *& ante S. Leontium : quo loco in antiquioribus* catalogis Eminthius *aut* Evultius *nuncupatur, si vera est sententia recentiorum. Castellanus in Supplemento ad hunc diem* S. Evantii *obitum notat circa annum* 405.

B

3 *Saussayus ad hunc diem* S. Evantium *celebrat elogio satis verboso : sed laudati editores Galliæ Christianæ observant, relata à Saussayo* nullo fundamento nixa, sibi minimè cohærentia, & indicibus apertè esse contraria. *Tale est factum unicum, quod præter generalia elogia asserit Saussayus, videlicet* S. Evantium, *dum presbyter erat, pro S. Gregorio Lingonensi episcopo, interfuisse concilio Aurelianensi* III, *eique subscripsisse. Nam cùm illud concilium figatur anno* 538, *Simplicius verò Augustodunensis, cui* Evantius *dicitur successisse, episcopatum tenuerit seculo* V, *non potest* S. Evantius *dici interfuisse Aurelianensi* III : *neque illius assertionis ulla est ratio præter solam nominis similitudinem. Hinc rectè subjungunt laudati scriptores :* Satius est fateri, quod res est, nihil præter nomen, ordinem, ac sanctitatem, de illo nobis suppetere. Addam tamen, illius sacellum vetustate penè collapsum etiamnum videri in Eduorum Polyandro. Illum vulgus ignarum malè nuncupat St. Oüan. *Hisce plura addenda non habeo : nec obitum* S. Evantii *aliàs figo quàm* seculo V, *& quidem dubitanter, quia non omnino certum esse censeo,* S. Evantium *successisse S. Simplicio.*

E

sedisse creditur, sed gesta sunt ignota.

C

F

A D

DE S. REVERENTIO PRESB. CONF.

BAJOCIS IN NORMANNIA INFERIORE,

C. S.

SYLLOGE HISTORICA.

De cultu, Actis & tranſlationibus.

FORTE SEC. IV VEL V. *Sanctum aliqui*

Anctus hic vetuſtioribus martyrologis ignotus, à nonnullis recentioribus Bajocis, quæ Galliæ in Normannia inferiori ad amnem Aure duobus circiter milliaribus ab ora maris Britannici ſita, epiſcopalis eſt civitas ſub metropoli Rothomagenſi, incolis Bajeux *dicta, ad præſentem diem annuntiatur. Inter hos Grevenus in Auctariis Uſuardinis apud Sollerium ſic ait:* In Normannia civitate Bajocenſi, beati Reverentii presbyteri & confeſſoris. *Molanus ibidem*: Eodem die Bajocas beati Reverentii presbyteri & confeſſoris. *Eumdem pariter locum aſſignant Ferrarius in Catalogo Generali, Molanum ſecutus, & Caniſius in Martyrologio Germanico; ſed uterque* Sancti *titulo eum compellat.*

E B

Bajocis.

2 *Idem facit Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani, ubi tamen ex uno geminum faciens, ut mox videbimus,* S. Reverentium *ſequenti elogio exornat:* Bajocis natalis S. Reverentii presbyteri & confeſſoris, qui S. Exuperii, urbis illius apoſtoli, diſcipulus, ab eo fidei lumine illuſtratus, & lavacro ſalutari ablutus, ſpiritum ejus (ſicut Pauli dudum Timotheus) manuum ſacra impoſitione accepit. Quo eidem ſuffragatus in miniſterio ſalutis, Bajocis prædicans Chriſti fidem & gloriam, innumeras animas cœleſti ſemine beatæ æternitati progenuit. Cumque tranſmiſſo baculo paralyticum ſanaſſet, miraque alia pleraque divinæ virtutis, quâ plenus erat, ſigna edidiſſet; candidatus glorioſæ immortalitatis,

C

ad ſuperna migravit tabernacula. *Unde hæc didicerit Sauſſayus, infrà dicemus.*

alii Nucaſtri annuntiant:

3 *At Martyrologium Pariſienſe eumdem Nucaſtri, Gallicè* Noâtre, *ſic annuntiat:* Nucaſtri in agro Turonenſi, S. Reverentii presbyteri. *Conſonat Caſtellanus in Martyrologio univerſali ad hanc pariter diem, ubi & de ſacris ejuſdem reliquiis ſic ſcribit:* Nucaſtri in Turonia, S. Reverentii presbyteri, Bajocis oriundi. Reliquiæ ejus in Pictavienſi S. Radegundis (*monaſterio*) deinde in Angerienſi S. Joannis (*cœnobio*) pluribus ſeculis honoratæ fuerunt. Aliqua etiam earumdem portio in Giffenſi (*virginum Ordinis S. Benedicti*) abbatia, in diœceſi Pariſienſi, aſſervatur. *Bajocas primi haud dubiè aſſignant, eò quòd in Actis infrà examinandis Sanctus ibidem vixiſſe ac ſepultus dicatur, ibidemque coli conſtet. Nucaſtri verò alii annuntiare videntur, quia ejuſdem corpus eo loco olim quievit, ut ex dicendis apparebit, ac fortè etiam hodiedum cultum pariter habet. Ego* Bajocas *retinendum cenſui; quia de illius in ea civitate cultu mihi conſtat, ac ibidem vixiſſe obiiſſeque perhibetur.*

4 *Sauſſayus ſupra laudatus ſanctum aliquem* Reverentianum *monachum in monaſterio Angeliaco hoc etiam die celebrat.* Angeliaci, *inquit*, ſeu Angeriaci monaſterio S. Joannis Baptiſtæ, ſub Sanctonenſi præſulatu, feſtivitas S. Reverentiani monachi, divinarum virtutum viri, gratiæque ſeptiformis dotibus perornati; cujus corpus miraculis coruſcum in eodem cœnobio, ubi conditum quieſcebat cum honore, Calviniſtæ hagiomachi impiè ac ferociter diripuerunt. At hoc flagitio memoriam ſancti Confeſſoris, quam abolere putabant, magis claram & venerabilem effecerunt; quæ die iſto, quo beatus Vir ad Dominum placidæ mortis ſomno migravit, ibidem conſpicua, cultu anniverſario ſub Officii ritu duplicis perſeverat. *Ita ipſe, ſubjungens deinde de* S. Reverentio, *quæ num.* 1 *retulimus: at mihi dubium non eſt, quin ex* S. Reverentio Reverentianum, *atque ita ex unico geminum*, presbyterum *alterum*, *alterum* monachum, *fabricaverit. Ratio eſt, quòd conſtet*, S. Reverentii *presbyteri corpus ad prædictum monaſterium ſeculo* x *tranſlatum fuiſſe; quod cùm ignoraret Sauſſayus, Sanctum, qui ibidem colebatur, à* Reverentio *presbytero diſtinctum credidit, & ex ſuis conjecturis ignotum monachum* Reverentianum *appellavit.* *hunc Sauſſayus malè geminavit.*

cultus ejus Bajocis

5 *Hermantius in Hiſtoria diœceſis Bajocenſis, parte* 1, *cap.* 4 *ſcribit, Sanctum noſtrum ad hanc diem* XII *Septembris annuo feſto Bajocis honorari; verùm id intelligendum non eſſe de feſto, quod cum ceſſatione ab opere ſervili per populum celebretur, colligo ex quodam illius loci Proprio, in quo ad dictum diem Officium* S. Reverentii presbyteri & confeſſoris *ſub ritu quidem ſemiduplici, ſed trium tantummodo lectionum recitandum præſcribitur; majori utique ritu præſcribendum, ſi eo die etiam populo feriandum eſſet. An poſtmodum tamen major feſtivitas ibidem inducta fuerit, ignoro: aquè ac annum, quo memoratum Breviarium, quod mutilum eſt, impreſſum ſit. Ex lectionibus ſola tertia eſt propria, ceteris omnibus ex communi confeſſoris non pontificis depromptis. Lectio autem eſt hujuſmodi:* Reverentius, à B. Exuperio ſuſcepto Baptiſmo, divina charitate ardens, Chriſtum Bajocis prædicavit, multos ad fidem convertit. Magna ſanctitate præditus, claruſque miraculis, ad ſacerdotalem Ordinem evectus eſt ab eodem Exuperio. Paraliticus, cùm ſibi tranſmiſſum Reverentii baculum accepiſſet, ſanus effectus eſt. Obiit pridie Idus Septembris.

F

& alibi.

6 *In Angeriacenſi quoque Sanctonenſis diœceſis oppido ac monaſterio Benedictino cultus ejuſdem olim celebris fuit ob delatum eò atque ſervatum corpus, ut infrà videbimus. Quin & eccleſiam ſuo nomini dicatam ibidem habuiſſe colligimus ex Gallia Chriſtiana ſcriptoribus tomo* 2, *col.* 1103, *u-*

bi

A *bi Bulla Clementis V PP. memoratur, quâ* Angeriacensi monasterio univit ecclesias S. Mariæ, S. Petri & S. Reverentii, sitas in villa Angeriac. *In Turonensi insuper Breviario anni* 1635 *ad eumdem diem annua commemoratione de communi confessoris non Pontificis honoratur. Dum verò suprà citatus Hermantius ait,* S. Reverentium *in monasterio S. Radegundis, ubi sacrum ejus corpus aliquo tempore quievisse dicemus, tamquam* Martyrem *Officio proprio celebrari, aut is alius est Reverentius, aut malè ut* Martyr *colitur; neque enim eum martyrii laureâ donatum usquam reperi. Ceterùm monasterium sive basilicam S. Radegundis jam à nono seculo ad canonicos transiisse notant laudati Galliæ Christianæ scriptores col.* 1222.

7 *Actorum ejus triplex Ms. exemplar habemus, quorum unum* ex perantiquo codice Ms. D. de la Mare, *alterum* ex Ms. Vendocinensi, *tertium* ex Ms. Rubeæ Vallis in charta, in 4to, *transumpta notantur. Duo priora in omnibus consonant, sed tam manifestè fabulam sapiunt, ut indigna prelo judicem; eadem de causa nec tertium dabo, quia etsi fabulas non prodat, priorum tamen non nisi breve compendium est, ipsissimis non semel phrasibus concinnatum. Ne verò hæc gratis asseruisse videar, juverit ostendisse, cur ita sentiam. Auctor, qui anonymus est, ita exorditur:* Post passionem & gloriosam ascensionem Domini ad cœlos, & post transitum sanctorum Apostolorum ad felicitatis patriam, fuit vir vitæ venerabilis, nomine Exuperius, quem Dominus ad urbem Bajocensem ad prædicandum gentibus destinavit, & primum episcopum in ipso loco constituit.

Acta nullius fidei.

B 8 *Ab hoc episcopo* S. Reverentium *adolescentem eruditum ac baptizatum ait.* Conspiciens autem in illo (Reverentio) S. Exuperius sensum prudentem, in omnibus operibus bonis consistentem, antequam quindecim esset annorum, baptizavit eum in nomine sanctæ Trinitatis, ipse autem eum de sacro fonte suscepit, & fuit ei pater spiritualis. *Tempus, quo hæc acta velit, infrà insinuat, dum Sanctum salutari lavacro jam ablutum, cum quodam cœca hisce inter cetera verbis de Christo loquentem inducit:* Surgens à mortuis tertiâ die, ascendit ad cœlos; sed antequam ascenderet, corda fidelium illuminavit, leprosos mundavit, & me peccatorem nasci jussit. *Secundum hæc igitur Sanctus ante Christi Domini in cœlos ascensum natus, vel saltem conceptus fuisset: quod si ita est, quî potuit igitur* antequam quindecim esset annorum, *à S. Exuperio, quem idem scriptor* post transitum sanctorum Apostolorum ad felicitatis patriam *Bajocas primùm advenisse scripserat, baptizari? Hæc scilicet omnia biographum minimè synchronum, patriique episcopatûs plus æquo amantem olent.*

preloque indigna

9 *Ab eodèm S. Exuperio* Reverentium *primò Ostiarium atque Exorcistam, deinde verò sacerdotem ordinatum ait, multaque miracula patrantem exhibet, & inter hæc nonnulla, quæ aut ex hâc Vita in fabulosa & à Papebrochio nostro tom.* 3 *Maji, die* XVI *pag.* 618 *& sequenti rejecta Acta S. Ragnoberti Bajocensis episcopi, aut ex illis in hanc transsumpta fuêre. Ibi enim Papebrochius de S. Ragnoberto inter cetera ait:* Quod adhuc Ostiarius dicatur septem energumenos liberâsse ab immundis spiritibus, invocato ejus nomine, QUI IPSOS DE MARIA MAGDALENA EXIRE PRÆCEPIT; & à Brivensi vico rediens consecratus episcopus, missso baculo sanâsse paralyticum; ac primo in urbem Bajocensem ingressu sanguinis fluxu laborantem mulierem, multosque infirmos & energumenos; id non magni censeo faciendum. *Hisce autem simillima in hac Vita de* S. Reverentio *narrantur. Nam primò adhuc Ostiarius & Exorcista septem pariter energumenos in Christi nomine,* qui de Maria Magdalene *immundos spiritus* exire præcepit, *liberâsse narratur. Deinde sacerdos consecratus missso pariter baculo paralyticum, ac laborantem fluxu sanguinis mulierem, bene precando, uti & multos alios ægros & energumenos sanâsse refertur.*

AUCTORE C. S.

esse,

C 10 *Ex iisdem Actis præmiserat ibidem Papebrochius num.* 5, *S. Ragnobertum in monte* Phas, *uno milliari ab urbe, ubi populus Euangelium suscipere detrectabat, construxisse oratorium S. Joannis: idem denùo de* S. Reverentio *in Actis nostris narratur. Denique biographus noster longam texens orationem, quâ Sanctum morti proximum coram discipulis usum ait, inter cetera hæc ipsi verba attribuit:* Rogo te, altissime Deus, ut si homo in aliqua angustia aut periculo positus, per me famulum tuum misericordiam exoraverit, liberare eum digneris de quacumque necessitate ad te clamaverit; sive sit in mari, sive in terra, sive in itinere, sive in infirmitate corporis, aut in quacumque angustia; exaudi & adjuva & libera, ut cognoscant omnes, quia tu es Deus seculorum, & ego Reverentius, servus tuus, possim illis impetrare apud misericordiam tuam, quod justè petierint. Exaudi, Domine, omnes Christianos, quicumque ad diem transitûs mei de hoc seculo venerint, & ab omni opere servili cessaverint, & oblationes & vota tibi Domine reddiderint, non veniat gladius super eos, nec ulla persecutio, nec fames nec sterilitas terræ, nec ulla perturbatio &c. *Quis hîc nugatorem non agnoscat? Ego sanè* S. Reverentium *humilitatis amantiorem fuisse censeo, quàm ut de suo cultu sollicitus, similia precaretur.*

ostenditur.

E

11 *Ætatem, quâ Sanctus vixerit, aliunde, quàm ex memoratis Actis non habemus, ideoque de ea nihil certi possumus statuere. Si tamen, ut illa perhibent, S. Exuperii, primi Bajocensis episcopi, discipulus fuerit, non ad seculum primum, sed ad finem quarti vel initium quinti referendus erit, quemadmodum in S. Ragnoberto, loco suprà citato, ostendit Papebrochius, & post hunc Sollerius ad diem* 1 *Augusti in S. Exuperio observavit. Presbyteri dignitatem omnes, qui de eo meminêre, martyrologi ipsi attribuunt: at in instrumentis ecclesiæ Sanctonensis, tom.* 2 *Galliæ Christianæ editis, tantummodo* sancti confessoris *titulo nuncupatur. Joannes Bouchet in Annalibus Aquitaniæ, parte* 3, *cap* 1, *ad annum* 940 *illum abbatem credidit, dum inter sacra corpora, quæ in Pictavienſi S. Cypriani abbatia esse putabat,* S. Reverentii (Reverend) abbatis & confessoris *recensuit; quem quidem titulum à nullo alio ipsi datum legi: Presbyteri tamen dignitatem abjudicare non ausim.*

Ætas incerta; videtur fuisse presbyter;

F

12 *De die ejus emortuali ac sepultura in iisdem Actis sic legitur:* Plenus dierum feliciter obiit sub die pridie Iduum Septembrium. Episcopus ipsius civitatis optimè condivit * corpus illius in basilica, quam S. Exuperius magister illorum & pater spiritualis construxerat ante longum tempus. Postea, dicente angelo per visionem, visum est episcopo ipsius civitatis, ut corpus B. Reverentii transferret in sublimiorem locum. Convocato itaque omni clero & populo, cum hymnis & laudidibus transtulerunt corpus B. Reverentii, & portaverunt illud in locum, qui vocatur CERIFICATUS, ipso die XIIII Calendas Maii, ubi Dominus

dies emortualis & sepultura.

* condidit

AUCTORE C. S.

nus postea multas virtutes per illum operatus est, quas dinumerare longum est. *Hæc unde didicerit biographus, ignoro: at apud me nullius sunt ponderis, tum ob supradicta, tum ob modum scribendi, qui eum à Sancti ætate valdè remotum fuisse ostendit.*

Gemina corporis translatio

13 *De sacri corporis gemina translatione certiora habemus ex Chronico S. Maxentii, aliàs Malleacensi dicto, apud Labbeum tom. 2 Bibliothecæ Ms., ubi ad annum Christi 944 ad propositum nostrum hæc lego:* Eodem tempore venerandus abbas Aimo S. Joannis Baptistæ monasterii, sanctique Cypriani, quod est situm in prospectu civitatis (*Pictavii*), cum Rainaldo monacho, familiari suo, transtulit corpus S. Reverentii à Noiastro castro Pictavis * in monasterio S. Radegundis. Cui Aimoni successit ipse Rainaldus in abbatia, & postea eumdem Sanctum transtulit cum consilio Wilhelmi ducis Aquitanorum in supradicto monasterio S. Joannis Baptistæ Angeriaco, quod cœnobium ipse dux multùm diligebat, & magnis honoribus ditaverat.

* Pictavos

Seculo decimo facta.

B

14 *Castrum, quod hîc* Noiatrum *vocatur, num.* 3 Nucastrum *Gallicè* Noâtre *dictum & in agro Turonensi situm vidimus: at quâ occasione, quove seculo Sancti corpus eò translatum fuerit, à nemine traditum legi. Willelmus, de quo in laudato Chronico fit mentio, erat Aquitanorum dux ac Pictavorum comes, cognomento* Caput-stupæ, *qui Angeriacense seu Engeriacense, vel ut aliàs etiam dictum est, Angeliacense S. Joannis Baptistæ Benedictinum ad Vultumnam fluvium in Sanctonensi diœcesi monasterium, olim à Normannis eversum, restauravit, accito è Pictavensi S. Cypriani cœnobio unà cum monachis Martino, qui illud incolerent, ut apud Mabillonium tom. 3 Annalium ad annum Christi 940, num. 10 & tom. 2 Galliæ Christianæ recusæ col. 1096 videre est. Martino successit Aimo, à quo prima è memoratis translationibus Noiastro ad S. Radegundis apud Pictavos olim monasterium curata est. Quo anno secunda translatio è S. Radegundis ad S. Joannis Baptistæ monasterium per Raynaldum Aimonis successorem facta fuerit, incertum est.*

Hermantii error corrigitur.

C

15 *Ex hisce collige, errâsse Hermantium, dum in suprà laudata Bajocensi Historia scripsit,* S. Reverentii *reliquias à Willelmo cognomento* Longospata, *Normanniæ duce, in S. Cypriani apud Pictavium monasterio circa annum 934 depositas fuisse, earumque potissimam partem anno 944 per Aimonem ad S. Radegundis cœnobium inde translatam, ubi suo tempore etiam honoraretur. Habet quidem ille pro prima translatione auctorem Joannem Bouchet parte 3 Annalium Aquitaniæ, cap. 1, ad annum 940, ubi, ut suprà vidimus, inter sacras ejus loci reliquias recenset* corpus S. Reverentii (saint Reverend) abbatis & confessoris, Bajocis in Normannia oriundi; *verùm hoc non à Willelmo Longa-spata, sed* à dictis comitibus Pictavensibus, *inter quos Guilielmum Caput-stupæ numeraverat, eò translatum fuisse affirmat; quod tamen ex dictis etiam falsum apparet, uti &* abbatis *titulus, quem ei minimè convenire putamus. Ceterùm tom. 2 Galliæ Christianæ inter instrumenta ecclesiæ Sanctonensis recensentur aliqua ad Angeriacum spectantia, in quibus* S. Reverentii *ibidem honorati fit mentio, & in uno quidem, quod Joanni XIX PP., & altero, quod Willelmo Aquitanorum duci adscribitur, ejus corpus eo loco asservari affirmatur.*

D

Corpus à Calvinistis dissipatum dicitur;

16 *Quid porrò sacro illo corpore factum sit, aliòne deinde translatum, an casu aliquo perierit, ignoramus. Certè Bucelinus illud inter Sanctorum corpora variis in monasteriis sui Ordinis accluſa non recenset, & laudatæ Galliæ Christianæ scriptores col.* 1104 *notant, Angeriacense monasterium anno* 1346 *ab Anglis eversum, & col.* 1107 *ejusdem ecclesiam anno* 1562 *mense Junio à furentibus Calvinistis devastatam fuisse sub Joanne Chabot abbate, eadem hæresi infecto; unde gravis suspicio fit, sacrum istud cimelium, si ad id usque tempus Angeriaci superfuerit, ea clade periisse. Imò id re vera factum esse, scribit Saussayus, num.* 3 *relatus, licèt pro* S. Reverentio Reverentianum *monachum dixerit.*

E

aliquæ tamen ejus reliquiæ alibi asservatæ.

17 *Non tam integrum tamen corpus Angeriaci fuisse dicendum est, quin aliquot ejus portiones etiam alibi fuerint honoratæ: nam, ut num.* 3 *dixi, aliqua in Giffensi virginum diœcesis Parisiensis abbatia, teste Castellano, colitur. Quasdam etiam in S. Radegundis ecclesia asservari, verisimile est ex Hermantio, de quo num.* 11; *quamvis enim admittere nequeamus Sancti corpus ab Aimone illuc translatum, usque ad Hermantii tempora ibi mansisse, negare tamen non possumus, aliquam ejusdem portionem publicæ venerationi ibidem exponi, præsertim cùm diserte addat, ipsius brachium in solemni supplicatione circumferri solere. Verumtamen cùm addat sanctum illum* Reverentium tamquam Jesu Christi martyrem *illic honorari, gravis mihi suspicio est, ne ignoti cujusdam Martyris, eo nomine deinde insigniti, corpus eo in loco asservetur. Denique Bajocas aliquot Sancti reliquiis gavisas fuisse, antequam Calvinistarum sacrilega rabies sacra ipsana in ea urbe dissiparet, uti & ejusdem præterea baculo, quo Sanctus, dum viveret, paralyticum sanâsse traditur, pretiosis ornato gemmis, auctor est idem Hermantius; sed an baculus ille* S. Reverentio, *an S. Ragnoberto episcopo attribuendus sit, quis edicat? Vide dicta num.* 8.

F

A D

DE S. SILVINO VEL SYLVINO EPISCOPO CONFESSORE

VERONÆ IN ITALIA. C. S.

SYLLOGE

Memoria in Martyrologiis:

LEX *ſanctis epiſcopis Veronenſibus, quos Aloyſius Iipomanus, Veronenſis epiſcopus, in proœmio, tom.* 4 *Vitarum Sanctorum præfixo, triginta tres anniverſariis feſtis Miſſiſque ſolemnibus honorari aſſerit, Auguſtinus verò Valerius, ejuſdem pariter ſedis antiſtes, in Antiquis illius urbis ſanctorum epiſcoporum monumentis ex eccleſiæ cathedralis vetuſto Martyrologio, aliiſque idoneis inſtrumentis, ſex ſupra triginta enumerat, multos in Opere noſtro jam dedimus, & hodie in Romano Martyrologio occurrit* S. Silvinus, *his verbis:* Veronæ S. Silvini epiſcopi, *laudato in Annotatis præcitato illuſtriſſimo Valerio. Baronio jam præiverat Galeſinius, in ſuo Martyrologio ex eodem Valerio dicens:* Veronæ S. Silvini epiſcopi & confeſſoris. *Hos ſecuti Ferrarius & Caſtellanus, eumdem Sanctum, hic Martyrologio ſuo univerſali, ille Catalogo Sanctorum Italiæ inſeruerunt.*

Sancti breve elogium:

2 *Nullam ipſius Vitam, ſaltem quæ prelo digna ſit, exſtare colligimus ex ſuprà laudato Lipomano, qui ab illius aliorumque ſanctorum Veronenſium antiſtitum geſtis enarrandis propterea abſtinuit, ut in eodem proœmio teſtatur. Illuſtriſſimus tamen Valerius, & qui cum eo memorata Monumenta collegerunt, breve* S. Silvini *elogium tradunt his verbis:* Silvinus Veronæ epiſcopus in tradenda Chriſtiana doctrina magnopere ſemper laboravit. Induſtriâ ſuâ eſt conſecutus, ut magnam civitatis partem, à Chriſtiana pietate alienam, ad fidem Chriſti converteret. Vir Dei numquam lætior videbatur, quàm cùm eleëmoſynas pauperibus largiebatur: jejuniis & precationibus ita deditus erat, ut iis tamquam quibuſdam deliciis delectari videretur. Obiit pridie Idus Septembris, morte repentina vocatus à Domino, & ſepultus eſt in baſilica S. Stephani. *Simile elogium apud Ughellum tom.* 5 *Italiæ ſacræ, col.* 695, *& Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex Valerio legere eſt, qui illud ex inſtrumentis num.* 1 *laudatis concinnâſſe videtur.*

B C

ætas incerta.

3 *De ætate, quâ Sanctus floruit, nihil certi ſtatui poteſt: adeò enim incerti ſunt in ea parte catalogi epiſcoporum Veronenſium, ut Onuphrius Panvinius in illius urbis Antiquitatibus lib.* 4, *cap.* 7 *nuda multorum antiſtitum nomina, inter quæ &* S. Silvini *occurrit, ex Calendario incerti temporis & loci, ordine Alphabetico texere, quàm ſeriem ætatemque divinare maluerit.* Nam, quis invicem ſucceſſor fuerit, incompertum (*inquit, eſt*); tempora etiam, quibus ſinguli vixerint, præter ſex, quos ſuis locis & ſeculis exponam, & ſingulorum geſta, obſcuriſſima ſunt & incerta. Quæ res nimia jam vetuſtate, majorumque noſtrorum fatali ignaviâ, tenebris vetuſtatis opreſſæ ſunt. *Ita ipſe: at Ughellus mox laudatus omnium ſeriem texuit, juxta quam* S. Silvinus *ad ſeculum* V *referendus eſſet; ſed quo ea fundamento nitatur, mihi exploratum non eſt, ideoque de ætate, quâ Sanctus vixerit, malo nihil ſtatuere.*

E

Colitur Officio duplici.

4 *Pro* S. Silvini, *aliorumque ejuſdem ſedis ſanctorum antiſtitum cultu varia monumenta & auctores producit idem illuſtriſſimus Valerius, ex quibus unum & alterum, ex quo de cultu ſat conſtet, produco. Recitat conſtitutionem ſynodalem anno* 1503 *die* XV *Februarii factam; in qua dicitur:* Prælibatos ſanctiſſimos triginta ſex (*inter quos* S. Silvinus *numeratur*) epiſcopos, infrà nuncupatim deſcriptos, & eorum quemlibet ſuis infrà ſcriptis diebus, ſub duplici venerabili Officio eccleſiaſtico per univerſas hujus civitatis & diœceſis Veronenſis eccleſias & eccleſiaſticas utriuſque ſexûs perſonas, cujuſcumque gradus, ſtatûs, ordinis, dignitatis & conditionis exiſtant, perpetuis futuris temporibus, annis ſingulis devotè, ſolenniter & inviolabiliter celebrari volumus, ſtatuimus, ordinamus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus. *Recitat & aliud Joannis Matthæi Giberti Veronenſis epiſcopi, qui eodem ſeculo floruit, decretum, quo omnibus utriuſque ſexûs ejuſdem urbis ac diœceſis Religioſis, ad Horas canonicas adſtrictis, præcipitur, ut eaſdem feſtivitates, iiſdem, quibus eccleſia cathedralis diebus, Officio pariter duplici impoſterum quotannis celebrent.*

F

corpus ejus in eccleſia S. Petri.

5 *De die cultûs & loco, ubi Sancti corpus ſuo tempore ſervabatur, folio* XI *verſo hæc ait:* S. Sylvini epiſcopi Veronenſis corpus requieſcit in eccleſia S. Petri in arce, ut ex conſtitutione ſynodali die XII Septembris, & ex Martyrologio Fratrum ordinis Prædicatorum eodem die. *Itaque cùm ſuprà num.* 2 *idem illuſtriſſimus dixerit, memoratum corpus in baſilica S. Stephani ſepultum fuiſſe, oportet hinc ad S. Petri tranſlatum eſſe; ſed quo tempore, quave occaſione, à nemine traditum reperi. Servatur quidem in prædicta S. Stephani eccleſia S. Salvini, Veronenſis pariter epiſcopi corpus, qui Martyrologio Romano ad diem* XII *Octobris inſertus eſt, quo & Veronæ colitur, verùm hunc à* S. Silvino *diſtinctum tradunt.*

A D

DE S. ALBEO SEU AILBEO EPISCOPO IMELACENSI

IN MOMONIA, HIBERNIÆ PROVINCIA,

C. S. SYLLOGE HISTORICO-CRITICA.

§ I. Sancti sedis episcopalis notitia : memoria in nonnullis Martyrologiis : Missa propria : Acta fabulosa, nec edenda.

B

Sec. VI. *Imelacæ*

Melaca, vulgò Emely, *hodiedum vicus Tipperarienſis comitatûs in Momonia, Hiberniæ ad Auſtrum extenſa provincia, olim urbs celebris fuiſſe perhibetur, unoque è primævis ejus inſulæ epiſcopatibus nobilitata, qui tandem anno* 1568 *juſſu ſupremi Angliæ concilii, quod* Parlamentum *vocant, Caſſelienſi cathedræ adjectus eſt, teſte Jacobo Waræo in Commentario de Præſulibus Hiberniæ. Hanc Imelacenſem ſedem fundavit* S. Albeus, *aliàs etiam* Ailbeus, Alveus *&* Elvius *dictus, qui uni Ardmachano primati ſubjectus, toti Momoniæ præfuiſſe legitur. De eo loco breviter meminit Camdenus in Hibernia, ubi Tipperarienſem Momoniæ comitatum deſcribens, ſic ait:* Occiduam partem longo curſu Glaſon flumen perfundit, à cujus ripa parùm abeſt Emely, ſive Awn ſedes epiſcopalis, quam olim frequentiſſimam fuiſſe urbem perhibent.

notitia.

2 *Latiùs de eodem agit laudatus Waræus, cujus verba ſubjungo.* Poſt Caſſeliam memorabitur Imelaca, aliàs Imeca-Ibar; ſedes epiſcopalis antiquiſſima, in regione amœna & fertili ſita, ac ampliſſimis olim ditata prædiis; ubi & urbs erat olim celeberrima, quæ tamen paulatim in exiguum viculum decrevit. Huic loco maximum fuit decus S. Albeus, dictus alter Patricius, & Momonienſium poſt Patricium ſecundus patronus; qui dum Euangelicam doctrinam in Hibernia diſſeminaret, conatibus ejus ita Deus benedixit, ut quamplurimos ex nobilitate & plebe, tam docendo, quàm vitæ exemplo, ad fidem Chriſti converterit. Totâ demum inſulâ his pietatis officiis peragratâ, eccleſiam ſuam cathedralem fixit tandem Imelacæ juxta lacum, jam ferè exſiccatum.

C

Sancti memoria

3 *Non parùm miratus ſum, Sanctum hunc, qui apud Hibernos ſcriptores paſſim* alter Patricius *audit, martyrologis obviis penè ignotum fuiſſe. Sanè inter eos, quos mihi conſulere licuit, unus eſt Caſtellanus, apud quem ipſius memoriam ad* XII *Septembris hiſce verbis repoſitam reperio:* In Momonia Hiberniæ regione, S. Albæus epiſcopus Emelicenſis, in comitatu Tiperarienſi. *Nec ſatis notus fuit ipſi Joanni Wilſonio, dum in ſecunda Martyrologii ſui Anglicani editione, ad diem* XXVII *Februarii quemdam* S. Elvium *confeſſorem & epiſcopum Menevenſem in Penbrochien-ſi Angliæ in Wallia comitatu annuntiavit, ut ad eum diem in Prætermiſſis Majores mei obſervârunt; neque dubitamus, quin Wilſonius ibidem tam in epiſcopatu quàm in cultûs die aſſignandis erraverit, & Sancto noſtro* Elvium *Menevenſium antiſtitem perperam fecerit, quemadmodum etiam monuit Michaël Alfordus in Annalibus Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Britanniæ ad annum Chriſti* 462, *num.* 7. *Corrigendi pariter ſunt Henrici Fitzſimon Catalogi Sanctorum Hiberniæ, in quibus S.* Albius *rectè quidem ad diem* XII *Septembris refertur, ſed* epiſcopus Stanihurſtus *perperam appellatur.*

E

in quibuſdam Martyrologiis

4 *Sancti* Albei *noſtri præterea meminêre Hibernica quædam Martyrologia, mihi ignota, de quibus Hugo Vardæus, Minorita Hibernus, in epiſtola anno* 1634 *Lovanii ad Bollandum data, hæc ſcribit:* Alveum *(ſic ſanctum Antiſtitem noſtrum appellat)* nuſquam locorum aut librorum video extra duodecimam Septembris; uti ex Martyrologio metrico S. Æneæ Unifabri conſtat, & altero metrico B. Mariani Gormani abbatis Collis apoſtolorum; quorum primus ante octingentos annos floruit, alter ante quadringentos. Item ex Martyrologio metrico ô Breſleani, & alio antiquiſſimo in proſa, & libro, quem Pſalterium carminum vocant, à S. Ænea eodem conſcripto, & Pſalterio Caſſelenſi ac libro per Poſſidium, archipoëtam & hiſtoricum, inde & ex aliis collecto. *Et rurſum poſt pauca* : Feſtum hodieque S. Alvei celebratur in diœceſi Imlechenſi ad diem XII Septembris. *Hæc ipſe; ſed an Martyrologia ab eo memorata ejus ætatis, ab iiſque auctoribus, quibus ipſe attribuit, conſcripta ſint, non inquiro.*

F

& ſcriptis Hibernicis

5 *Inter Mſs. ad res Hiberniæ ſpectantia exſtat in Muſeo noſtro quoddam Carmen, de præcipuis aliquot ejus inſulæ Sanctis, ſeu virtutibus, quibus excelluerunt; quod D. Philippus Oſullevanus à S. Commino Concrethenſi epiſcopo Hibernicè conſcriptum ait, quodque ipſe Latinitate à ſe donatum anno* 1635 *Matrito ad Majores meos tranſmiſit. In hoc carmine* S. Albeus *à munifica in egenos pietate in hunc modum laudatur:*

Albius æternâ fuerit mihi laude canendus;
Haud ſcio, num vivat largior ulla manus.
Unicus ille quidem ſemper patronus egentum,
Veſtibus hos, illos adjuvat ære, cibo.

Denique in variis Sanctorum Hibernienſium Vitis de Albeo *noſtro cum* Sancti *titulo frequens mentio*

A *tio fit, ut de antiquo ipſius cultu dubitare non poſſimus.*

cultus ex Miſſa propria.

6 *Hodiernam verò ejuſdem ſacram venerationem certam facit exſtans in Muſæo noſtro Miſſale, Miſſas proprias ſanctorum patronorum ac tutelarium Franciæ & Hiberniæ complectens, juſſu Clementis XII PP. editum, annoque 1734 Pariſienſibus typis excuſum. Inter ceteras enim Miſſa propria* in feſto ſancti Albei, epiſcopi & confeſſoris, eccleſiæ & diœceſis Immolacenſis patroni generalis, Ordinis Canonici Regularium, *ad diem* XII *Septembris dicenda proponitur. Orationes ſequentes habet:* Deus, qui beatum Albeum pontificem ad regna cæleſtia tranſtuliſti, ejus interceſſione tuorum excita corda fidelium, ut ad ejus ſacra virtutum exempla fideliter apprehenſa, æterna gaudia conſequi mereantur. Per Dominum. *Secreta:* Ipſe noſtrum offerat tibi, Deus, Sacrificium, qui beatum Albeum pontificem ſuæ charitatis miniſtrum, & ſuæ gloriæ in cælo participem eſſe voluit, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui tecum vivit *&c. Poſtcommunio:* Populum tuum, Domine, bonis tuis adimpleant divina Sacramenta, quæ animam beati Albei pontificis

B inebriârunt pinguedine cæleſti. Per Dominum *&c. Nunc ad Acta progrediamur.*

Vitæ apographa

7 *Actorum ejus tria exemplaria Mss. à laudato Patre Hugone Vardæo olim nobis conceſſa habemus. Unde hic ea acceperit, non adſcripſit; verùm eadem haud dubiè ſunt, de quibus in epiſtola ſuprà memorata hæc ait:* Item ex ejus Vita, quam habeo ex duobus diverſis codicibus Hibernicis, & aliis duobus Latinis; quorum unius auctor eſt S. Evinus abbas monaſterii S. Albani in Laginia, coævus diſcipulis Alvei. *Et paucis interjectis:* Ipſa Vita, quam fecit Latinam D. Oſullevanus ex codice D. comitis de Birhaven, etiam eſt penes me, inde extracta ante annos octo. *Utut eſt, ex iis, quæ Joannes Colganus, Minorita pariter Hibernus ejuſdem conventus Lovanienſis, in Appendice 2 ad Vitam S. Brigidæ pag.* 604, *num.* 9 *&* 10 *recenſet, liquet eorum apographorum unum ex codice Kilkennenſi, alterum ex Iniſenſi, aut his ſimili deſumptum eſſe. Prioris initium eſt:* Albeus virorum Mumenenſium pater beatiſſimus, ac totius Hyberniæ inſulæ poſt S. Patricium ſecundus patronus, ortus eſt ex Orientali parte regionis Cliach, quæ

C eſt in Mummonia.

recenſentur,

8 *Alterum ſic exorditur:* Helveus epiſcopus beatiſſimus, Hyberniæ inſulæ alter Patricius, ex Orientali parte regionis, quæ Anycliach dicitur, oriundus fuit. *Tertium denique exſtat etiam in codice noſtro Ms. Salmanticenſi membranaceo, notato P. MS. II., habetque hujuſmodi exordium:* Albeus ſanctus epiſcopus, ſanctorum virorum Mumenentium præſes beatiſſimus, Hyberniæ inſulæ alter Patricius, ex Orientali parte regionis Cliach oriundus fuit. *Porrò Acta illa in omnibus memoratis exemplaribus ſatis ampla ſunt; ſed, quod in aliis etiam Sanctorum Hiberniæ Vitis crebrò contingit, quò ampliora ſunt, eò plures fabulas continent, eóque pluribus fabellis & enormibus anachroniſmis vera ſancti Antiſtitis geſta obſcurant. Verbo, non ſunt, niſi quædam figmentorum farrago, quæ riſum pariter ac ſtomachum lectori moveant; ideoque nullam ex memoratis vitis S. Evino, quiſcumque demum is Sanctus fuerit, ſine injuria poſſum adſcribere. At ne hæc gratis dixiſſe videar, aliquot fabellarum ſpecimina hîc exhibere neceſſe eſt.*

& ob inſul-ſus

9 *Legerat haud dubiè fabulator noſter Romuli ac Remi ex furtivo Iliæ complexu ortum, eorumque à commentitia lupa educationem, & à ſimili fabella ſancti Epiſcopi noſtri Vitam placuit odiri. Verba ex Iniſenſi apographo accipe.* Pater quoque ejus Olcueus nomine (*in aliis* Olenais *ſcribitur*) cùm eſſet in comitatu cujuſdam Reguli, Cronani nomine, adamavit ejus ancillam (*hæc in Killkennenſi Ms.* Handith, *in Salmanticenſi* Sant *vocatur*) ex qua genuit hunc vitæ Filium. Intelligens verò Olcueus puellam à ſe eſſe impræ̃gnatam, timens indignationem domini ſui, à facie ejus ſe ſubtrahendo, aufugit. Decurſis autem conſuetis ad pariendum menſibus, peperit ancilla ſuum benedictum Filium: quod cùm crudelis regulus audiret, ait: Hic puer contra voluntatem meam conceptus, ac modò natus, non erit nutritus in domo mea; imò jubeo eum canibus ac feris tradi devorandum.

fabulas,

10 Cumque ſervi juſſa crudelis regis complêſſent, ac infantem ſub quadam grandi petra demiſiſſent, ecce lupa adveniens, Puerum ſecum aſportavit, & inter catulos ſuos collocavit; ſub eadem enim petra lupa illa catulos edidit ac nutrivit. Et quod ſequitur, eſt mirabile in oculis noſtris: lupa enim feritatis ſuæ oblita, Puerum tenerum diligebat, & quaſi mater ubera ſua ei præbebat; qui enim Danielem à dentibus leonum illibatè ſervavit, ipſe hunc Infantem inter catulos lupinos nutriri fecit. Quâdam verò die cùm fera illa ad quærendum victum pro catulis ſuis veniret * nemora luſtranda, ecce vir quidam, * *adde* ad nomine Lochanus, advenit; qui licèt adhuc gentilis, tamen bonitate naturali plenus, prope petram illam acceſſit, & videns inter catulos Puerum formâ elegantem, à ſpelunca abſtraxit, & domum ſuam ſecum portavit.

ex quibus conſuta ſunt,

11 Tunc lupa poſt eum ad catulos revertens, & Puerum inter ſuos non inveniens, è veſtigio ſequuta velociter virum eſt. Cumque homo domui ſuæ appropinquaret, fera irruit in eum, ac pallium ejus tenuit, & non permiſit eum domum intrare, donec in ſinu ejus proſpexit Puerum. Tunc Lochanus ad lupam ait: Vade in pace; quia Puer de cetero erit apud me, & non relinquam eum tecum. Tunc lupa rugiendo ac ululando reverſa eſt ad ſpeluncam ſuam: Lochanus verò Puerum nutriens, ejus curam quibuſdam Brittonibus Chriſtianis commiſerat, à quibus hoc nomen Helveus ei imponebatur, eo quòd vivus ſub rupe eſt inventus. *De hoc nominis etymo in margine apographi adſcriptum eſt:* ALVEUS, quaſi ALBEO; AIL Hibernicè ſonat rupem aut ſaxum; .... BEO verò vivum; *quod an verum ſit, Hibernis judicandum relinquo.*

& quarum aliquot ſpecimina

12 *Habes hîc, lector,* S. Albei *natales non minùs ineptè quàm injuriosè à fabulatore confictos, qui dummodò mirabilia effutiret, famam parentum ejus parùm curavit. Audi nunc quas vices, ſi biographo credas, lupæ nutrici ſuæ Sanctus jam epiſcopus reponderit, Haud ita longè à fine hæc ait:* Quodam alio tempore cùm populus Aradenſium, hoc eſt, illius terræ, quæ Ara dicitur, lupos ſibi nocentes vellent à finibus ſuis extirpare, & lupi huc illucque à facie perſequentium multitudinis fugerent, contigit, ut lupa una ad locum, ubi Sanctus permanſit, confugeret; quæ caput ſuum ſub ancilla (*in Ms. Salmanticenſi eſt ſub* cuculo, *id eſt* cucullo *ſive veſte, in Killkennenſi* in ſinu) Viri Dei, tamquam ſub firma tutela poſuit. Cui S. Helveus ait: Noli timere ampliùs, quia nullus tibi nocere audebit; ego enim meritò protector tuus eſſe debeo,

AUCTORE C. S.

E

AUCTORE C. S.

quia in diebus infantiæ meæ, cùm me homines ſpreviſſent, & feris me devorandum expoſuiſſent, à vobis cum magna lenitate nutritus ſum. Vade ergo ſecura ad locum, unde veniſti & tu cum femine tuo de cetero nulli noceas; horâ verò refectionis quotidie ad me venias cum tuis fratribus, ut panem mecum comedatis. Quod complebat fera, quotidie veniendo cum ſuis catulis numero quatuor, & ſumebat refectionem cum Viro Dei & fratribus.

lectori

13 *Hæc de lupa Sancti nutrice; nunc aliud accipe ejuſdem biographi portentoſum commentum.* Duo, *inquit*, leones ex eremo venientes, duos equos illius regis (*quis hic fuerit, lectori divinandum reliquit*) occiderunt. Tunc rex ad Sanctum: O Sancte Dei, ſcio, quòd nihil tibi impoſſibile eſt; rogo ergo te, ut equos meos, quos valdè dilexi, reſuſcitare velitis. Tunc . . . equos regis, ſigno Crucis ſuper eos edito, ad vitam reſuſcitavit. Duo quoque leones, qui equos occiderunt, ad Virum Dei accedentes, pedes ejus lambebant, & ſuis jubis quaſi quodam linteo tergebant. Videns autem Rex hæc inſolita miracula, ad Sanctum Dei (*ait:*) Ejice à te hos
B leones, ne iterum nobis noceant. Cui Vir ſanctus ait: Nolite dimittere eos vacuos à conſpectu tuo; ſed da eis hoſpitium; equi enim tui de ore ipſorum erepti ſunt. Tribue illis ergo centum equos, ut à tuis finibus ſine nocumento aliquo recedant.

exhibentur

14 Cui rex ait: Ego numerum tot equorum non habeo. Et reſpondit Sanctus: Iſtos equos pro te reddam in nomine Dei mei. Helveus aſſumens ſecum præfectum regis, perrexit in montem vicinum, & cùm ibi Dominum devotè oraret, ecce nubes magna, de cælo deſcendens in terram, apparuit, de cujus ventre centum equi eruperunt. Et ait ſanctus Vir leonibus: Equos iſtos ante vos in eremum minate, & eos ibi, ut vobis placuerit, devorate. Et ita fecerunt leones, ſicut dictum eſt illis. *Eadem in Salmanticenſi Ms. legere eſt: at Killkennenſis ſcriptori haud dubiè nimis iniqua apparuit propoſita regi à Sancto conditio, quâ ſcilicet is pro duobus equis centum reddere jubebatur, ideoque pro* centum equos *ſimpliciter* prandium *ſubſtituit, quòd cùm rex in promptu non haberet, eo, quo diximus, modo per nubem delatum & à leonibus in eremum aſportatum fuiſſe fabulatur.*
C

ut prelo indigna

15 *Poſſem hîc & alia non minùs inſulſa nugatoris commenta recenſere, cujuſmodi eſt prodigioſa illa pomorum miræ magnitudinis melleique ſaporis pluvia, quæ ad Sancti preces totam urbem Romanam, ut habent Mss. Iniſenſe ac Salmanticenſe, aut ſaltem tota, neſcio cujus, in eadem urbe monaſterii ſepta repleverit; item quinque aliæ pluviæ, videlicet mellis, piſcium, olei, frumenti ſeu panis optimi ac vini præſtantiſſimi, quas in eamdem urbem Romanam, ut habent duo priora Mss., aut in Sancti penum, ut Killkennenſi præplacet, ipſo, quo epiſcopus creatus eſt, die tam copioſè dilapſas nugatur, ut Romanus Pontifex omniſque populus Romanus prodigioſis illis dapibus tres dies totidemque noctes abundè ſatiati fuerint. Hæsce, inquam, ſimileſque nugas recenſere hîc poſſem; at fabularum ſatis eſt.*

rejiciuntur.

16 *Neceſſe tamen fuit, aliquot exhibere, ut quivis clarè perſpiciat, quàm nullam fidem hæc Acta mereantur, & quàm meritò Papebrochius noſter ea tum in appendice Patriciana § 1, ubi prodigioſum iſtud epulum lector reperiet, tum alibi exploſerit contra Colganum alioſque, qui iisdem tamquam vetuſtis omnique fide dignis monumentis niti non dubitaverant. Itaque non lubet mihi hanc Vitam, quæ nonniſi ineptarum fabularum farrago eſt, typis committere; verùm eâ miſſâ factâ, pauca tantùm, quæ etiam aliunde aliquam veritatis ſpeciem accipiunt, ſequenti paragrapho examinabo.* D

§ II. Tempus adventûs ejus in Hiberniam, quò à S. Hilaro Papa mitti potuit: geſta in epiſcopatu, obitus, ſepultura.

Non prædicavit fidem Chriſtianam E

DE *tempore, quo ſanctus Antiſtes noſter epiſcopatûs ſui labores in Hibernia auſpicatus fuerit, non convenit inter ſcriptores, aliis id ante magni Patricii in eamdem inſulam adventum, aliis poſt ejuſdem obitum ſtatuentibus. E priorum numero Joannes Colganus, apud Papebrochium tom. 2 Martii in appendice ad Acta S. Patricii, § 1, num. 2 relatus, hæc ait:* Ex antiquiſſimis & ante mille circiter annos conſcriptis Sanctorum noſtrorum Actis habemus, non ſolùm plurimos in Chriſtum in diverſis Hiberniæ partibus credidiſſe; ſed multos ſanctitate illuſtres, ut Kieranum, Albeum, Declanum & Ibarum epiſcopos . . . & alios plures ante S. Patricium & S. Palladium in Hibernia floruiſſe. *Non inficior, id in prædictorum Sanctorum Actis ita aſſeri; ſed quæ iis fides habenda ſit, videri poteſt tum univerſim apud laudatum Papebrochium, tum ſigillatim ad diem* v *Martii, quo S. Kierani Sagirienſis, ad* xxiii *Aprilis, quo S. Ibari, &* xxiv *Julii, quo S. Declani geſta diſcuſſa ſunt.*

in Hibernia jam epiſcopus F

18 *Porrò inter Mss. exemplaria ſuprà enumerata ſolum Killkennenſe præproperum illum* S. Albei *in Hiberniam adventum aſſerit verbis, quæ ſubdo.* Sanctus verò Albeus poſt hæc circuibat totam Hyberniam, prædicans Baptiſmum, & multos ibi convertit ad fidem, ſed non omnes; quia voluit Deus omnipotens, ut S. Patricius epiſcopus, qui poſt S. Albeum in Hyberniam venit, converteret omnes Hybernos ad fidem. *Ita quidem ibi; ſed ex eodem apographo cum duobus aliis collato contrarium evincitur. Quippe Killkennenſe Ms. Sancti Baptiſmum his verbis enarrat:* Poſt hæc venit quidam ſacerdos, miſſus à Sede Apoſtolica ad Hyberniam inſulam multis annis ante S. Patricium, ut fidem Chriſti ibi ſeminaret. Hybernenſes autem tunc fuerunt gentiles, & non crediderunt illi, niſi pauci. Cùm autem veniſſet ille ad Mumnonenſes, invenit ſanctum puerum Albeum foris orantem, aſpicientem in cælum, orantemque aſſiduè, ut oſtenderetur ſibi vera credulitas, dicens: Ora, ut ſciam Creatorem omnium, & credam ei, qui fecit cælum & terram & creaturas omnes . . .

ante S. Patricium

19 Cùm ergo hanc orationem ſanctus puer Albeus orâſſet, ſacerdos ille de propinquo audiens, ſalutavit eum, & ſecundum ſui cordis deſiderium docuit eum de his omnibus, & baptizavit eum. *Sacerdotem hunc fuiſſe S. Palladium affirmant Salman-*

A *manticense ac Inicense apographa, quorum posterius habet:* Post hoc venit S. Palladius à Papa Cælestino ante Patricium missus ad Hiberniam, ut fidem Christi ibi Prædicaret; cúmque terram prædicando transiisset, tandem ad terram Momonensium deveniens, hunc Puerum orantem in quodam loco invenit. *Pergit dein cetera, quæ ex Killkennensi retulimus, enarrare,*

ut quidam ex nonnullis fabulosis Actis

20 *Jam verò ex S. Palladii episcopi gestis ad diem* VII *Julii illustratis habemus, hunc à S. Cælestino Papa ad tentandam Hiberniæ conversionem reipsâ missum fuisse, ita ut dubitare vix possimus, quin per sacerdotem illum ab Apostolica Sede missum Killkennense Ms. S. Palladium etiam significet, nisi alium ignotum ab eadem sacra Sede in eam insulam pariter delegatum sine solido fundamento fingere velimus. Porrò eam Palladii expeditionem ad annum* 431 *pertinere ex Prosperi Chronico ibidem ostensum est: quî potuit igitur* S. Albeus, *si, ut memoratæ Vitæ volunt, tum tantùm* puer *fuerit, ante S. Patricii in Hiberniam adventum, id est ante annum* 432, *quo Papebrochius hunc à S. Cælestino Papa missum docet, Christianam fidem in eâ insula jam episcopus prædicare? Paradoxa hæc sunt, quæ nemo conciliet.*

B

credidêrunt:

21 *Restat igitur, ut in hisce tenebris indagemus tempus, ad quod* S. Albei *episcopatus & ad Hibernos missio probabiliter referri possit. Præcipuæ personæ, quibus eum convixisse Vita tradit, præter Palladium sunt Hilarius episcopus, apud quem sacris Litteris Romæ eruditus, Clemens Papa, sub quo episcopus ibidem consecratus; & S. Patricius, quocum in Hibernia egisse dicitur. Collatum à S. Palladio baptismum cum biographi dictis minimè cohærere, mox ostensum est. Episcopalis consecratio sub Clemente facta evidenter commentitia est, nisi eam ad seculi* I *finem, quo S. Clemens I Pontificatum gessit, vel ad seculi* XI *ferè medium, quo Clemens II ad eumdem evectus est, referre velis; nullus enim hujus nominis Pontifex toto illo tot seculorum intermedio spatio in S. Petri Cathedra sedit.*

sed probabilius est,

22 *Sub Hilario Albeum Romæ eruditum fuisse, etiam tradit Vita S. Declani, ad diem* XXIV *Julii illustrata, cap.* 4, *ubi de Romano hujus Sancti itinere hæc lego:* Tunc in mentem S. Declani Romam ire venit, ut ibi mores ecclesiasticos disceret, & gradus acciperet, & licentiam prædicandi à Sede Apostolica haberet . . . Eodem tempore S. Albeus erat Romæ multis annis in discipulatu S. Hilarii episcopi, ex cujus jussione atque rogatu à beato Papa Albeus ordinatus est episcopus. *Papebrochius ad diem* XVII *Martii in Appendice ad Acta S. Patricii,* § 1 *censet, Hilarium hunc ipsummet esse Romanum Pontificem, sanctum scilicet Hilarium seu Hilarum, quem ab anno* 461 *usque ad* 467 *Pontificatu sanctissimè functum fuisse, ad diem* X *hujus mensis, quo colitur, probatum est. Nec immeritò ita censuit: etenim licèt memoratæ* Albei *Declaniique Vitæ Hilarium suum à Romano Pontifice distinguant, cùm tamen eumdem & episcopum fuisse & Romæ habitâsse velint, ac præterea Romani Pontificis ab Hilario* S. Albei *institutore diversi nomen aut non memorent, aut S. Clementem per immanem parachronismum imperitè obtrudant, multasque futiles fabellas immisceant, non est, cur ipsis hac etiam in parte assentiamur; præsertim cùm in oppositа opinione præcipua, quæ de* S. Albeo *traduntur, conciliari possint, alioquin minimè cohærentia.*

C

23 *Accipe nunc Papebrochii hæc super re conjecturam. Hic in laudata Appendice Patriciana conjicit, inter varios, qui prædicatâ jam à S. Patricio per universam Hiberniæ insulam Christi fide, litterarum peregrè discendarum causâ, inde Romam profecti sunt,* SS. Albeum & Declanum *fuisse, eosdemque, postquam virtutem suam doctrinamque satis probâssent, à S. Hilaro Papa ordinatos episcopos, & ad suæ gentis subsidium in Hiberniam remissos esse. Id verò* § 5 *Commentarii prævii in Chronotaxi anno* 464, *quo S. Patricius apostolus jam obierat, quoque alter S. Patricius, qui &* Sen-Patricius *dictus est, in Ardmachanam sedem jam successerat, factum putat. Consequenter ad hæc statuit, quidquid de* S. Albei *cum S. Patricio gestis in illius aliorumque Vitis legitur, id omne non ad magnum illum Hiberniæ apostolum, sed ejusdem synonymum in illius insulæ primatu successorem, referri oportere.*

AUCTORE C. S.

eum Romæ virtutibus & doctrinâ instructum,

24 *Hæc opinio mihi admodùm probabilis apparet: negari enim non potest, quin scriptoribus à Patricii ætate non nihil remotis pronum fuerit unum cum altero confundere; in quem quidem errorem eos facilè inducere potuit magni Patricii celebritas, quæ alterum synonymum, ejusdem immediatum successorem, ita obscurâsse videtur, ut scriptores posteri, si quid à S. Patricio præclarè gestum intellexissent, id magno apostolo suo adscribendum non dubitarent, quemadmodum Papebrochius in Appendice* § 1, *num.* 7 *rectè observavit. Hâc autem confusione commissâ, non poterat non multiplex personarum ac temporum perturbatio in varia Sanctorum Hiberniæ, ut ibidem conqueritur Papebrochius, Acta irrepere, quæ, distincto gemino Patricio, utroque Sancto, utroque Ardmachano primate, magnam partem evanescit, ut ex dicendis, quantum ad Sancti nostri Vitam attinet, apparebit.*

indéque à S. Hilaro Papa

D

25 *In primis* S. Albeum *à Palladio in Hibernia, ut Acta perhibent, puerum de Christianis mysteriis instrui baptizarique potuisse, in hac opinione inficiari non possumus, quamvis id multis ante magni Patricii in eamdem insulam adventum annis factum negemus. Verumtamen cùm Annales infrà citandi ejusdem Sancti nostri mortem anno* 527 *illigent, atque adeo is centenario major obiisse dicendus esset, non possumus etiam memoratam institutionem ac baptismum ex tam fabulosis Actis ut solidè probabilem admittere, vehementerque suspicamur, eum non aliunde, quàm ex præmaturata Sancti missione, geminoque confuso Patricio natum esse. Secundo nihil obstat, quominus eumdem cum aliquot sociis Romam adiisse, ibidemque S. Hilaro Apostolicam Sedem obtinente, divinis Litteris eruditum fuisse, ac deinde episcopatu initiatum, in Hiberniam reversum dicamus. Quod autem Sanctus noster nondum episcopus Romæ degens, à S. Hilario sive Hilaro jussus fuerit tribus annis illius porcos pascere, messemque colligere, inter nugatoris fabulas reputamus. Nec credimus, socios ejus quadraginta vel quinquaginta numero, & inter hos* duodecim Colmannos, & duodecim Coëmgenos & duodecim Fintanos, *ut Acta volunt, fuisse.*

in Hiberniam remissum,

E

26 *Adventum ejus in Hiberniam post magni Patricii obitum, ad annum scilicet* 464, *à Papebrochio collocari suprà vidimus, idque cum dictis apprimè cohæret. Quippe si anno* 431 *puer, sed tamen parvulus admodum, re vera fuerit baptizatus, paucos supra triginta annos numerare potuit, dum in patriam reversus, episcopa-*

defuncto S. Patricio,

F

AUCTORE C. S. *scopali munere fungi cœpit. Vide tamen, quæ de anno emortuali mox meminimus, & infrà dicemus. Porrò in demortui magni Patricii sedem Ardmachanam, quæ totius Hiberniæ primatum obtinebat, suffectus est S. Sen-Patricius, ab aliis* Patricius *simpliciter dictus, de quo in Opere nostro actum est tom.* VI *Augusti in Appendice ad diem* XXIV *ejusdem mensis. Sub hoc Hiberniæ primate* S. Albeum *jam episcopum in eam insulam appulisse ex dictis statuendum est, ideoque sub hoc accidisse putamus, quæ de* SS. Albei *Patriciique circa eumdem primatum controversia in nonnullis Vitis leguntur.*

S. Patricius, quem inter & Albeum

27 *Res in S. Declani Vita, ad diem* XXIV *Julii, cap.* 5 *in hunc modum narratur:* Supradicti quatuor episcopi, qui erant in Hibernia ante S. Patricium missi à Roma, sicut & ipse, scilicet Albeus, Declanus, Kiaranus & Ibarus, non unam voluntatem habebant cum S. Patricio, sed diversam; tamen in postremo concordiam cum illo fecerunt. Kiaranus enim omnem subjectionem & concordiam ac magisterium dedit S. Patricio, ipso præsente & absente: Albeus autem videns,

B majores Hiberniæ concurrere post Patricium, venit ad S. Patricium in civitate Cassel, & accepit eum ibi cum omni humilitate suum magistrum coram rege Ænguso; quod priùs non habuit in mente. Ipsum jam Albeum illi episcopi magistrum suum antea constituerunt, & ideo ipse ante eos venit ad S. Patricium, ne ipsi pro se contradicerent illi. Ibarus verò nulla ratione consentire S. Patricio, neque ei subjectus esse voluit... Sed postea, suadente angelo, pacem & concordiam & fraternitatem inter sese fecerunt.

controversia de primatu fuit,

28 Declanus autem nolebat contradicere S. Patricio; quia antè cum ipso fraternitatem fecit in Italia: neque quidem subditus ejus esse cogitavit, quia ipse dignitatem Apostolicam habuit; sed ita tandem ab angelo monitus est, ut veniret ad eum, ut voluntatem ejus faceret. *Deinde cap. 6 hæc legere est:* Commanentes in civitate Cassel S. Patritius, S. Albeus, sanctusque Declanus cum multis sanctis discipulis apud regem Ænguſum, multa circa ecclesiastici regiminis & vigoris Christiani leges & in Christianæ fidei ulteriorem propagationem constituerunt. Et S. Patricius & rex Æneas cum omni populo suo, ordinaverunt archiepiscopatum Momoniæ in civitate

C S. Albei (*id est Imelacæ*) qui tunc ab illis ordinatus est archiepiscopus per seculum; & S. Declano constituerunt terminos, quos de gentilitate ad fidem convertit, id est Desios, ut ipsi in parochia episcopatûs ejus essent. *Subduntur deinde duo versiculi à S. Patricio prolati Hibernicè, qui apud Usserium in Britannicæ ecclesiæ antiquitatibus pag.* 867 *Latinè sic redditi exstant:*

Albeus est humilis, dixit Calphurnia proles *;
Patriciusque esto hinc, Albee, Momoniæ.
Declanus pariter patronus Desius esto,
Inter Defenses Patriciusque suos.

* *i. e.* Patricius

verisimiliter fuit S. Sen-patricius,

29 *Scriptor Vitæ* S. Albei, *controversiam illam tacitè præteriens, tantùm ait, hunc sese Patricio subjecisse, ab eoque Momonienſium archiepiscopum constitutum esse. Verba ex Killkennensi apographo accipe.* Cùm B. Albeus audisset, quòd S. Patricius regem Mumenienſium Ængus, id est Æneam filium Nefrich converteret ad Christum, & esset cum eo in civitate regia Cassel, venit, ut eos salutaret; rex autem & B. Patricius gavisi sunt in adventu Albei, & ille vicissim gavisus est videns eos. Ibi verò S. Albeus accepit B. Patricium magistrum suum; quia erat Albeus valdè humilis. Tunc rex Ængus, id est Æneas, & D Patricius ordinaverunt, ut in civitate & cathedra S. Albei semper esset archiepiscopatus omnium Mumenienſium. *Si hîc per S. Patricium, magni Patricii successorem, quem etiam* Sen-Patricium *dictum fuisse monuimus, intelligamus, memorata controversia verisimilitudine non caret.*

magni Patricii successor

30 *Nam, ut rectè observat Papebrochius* § 1 *in Appendice Patriciana,* SS. Albeus *ac Declanus Româ, ubi episcopi consecrati fuerant,* in Hiberniam cum suis reversi, æquum non putabant, ei se subjici, à quo ordinationem non accepissent; maximè postquam S. Patricius (cui fortè libenter cessuri erant propter apostolatûs prærogativam) vivere desiit. Quare primatum Ardmachani episcopi, quamvis ille se Patricii Comorbhanum (*id est* successorem) diceret, recusabant agnoscere. Itaque citra ullam ab illo dependentiam Mummonienses ecclesias Albeus, Declanus Desias ordinabat: donec Sen-Patricius non tam auctoritate & imperio, quàm humanitatis officiis & miraculorum pondere, atque demissionis exemplo, illos permovit, ut futuri aliquando schismatis semina auferentes, boni pu- E blici & pacis communis causâ Ardmachanam sedem ex ordinatione Patriciana, Pontificiis probatâ litteris primam dici & esse paterentur, eâ lege, ut singulis sua, inter Desios Declano, inter Mumonios episcopos Albeo maneret præcellentia, velut metropolitis, uni dumtaxat primati subjectis, & suos per se suffraganeos regentibus. *Ita ipse valde probabiliter: nam quòd suprà memoratæ Vitæ velint, eos ante S. Patricium Hibernis prædicâsse, atque inde repetendam esse dissidii causam, satis refutatum arbitramur.*

Primus Imelacensis abbas fuisse dicitur;

31 *In Missali num. 6 laudato, dicitur Sanctus noster* Ordinis canonici Regularium fuisse; *at quo fundamento, fateor mihi planè ignotum esse. Colganus tamen die* XIII *Februarii in Annotatis ad Vitam S. Dominici, num.* 7 & 8 *insinuat, eum aliquam Regulam scripsisse, dum ait:* Quod autem in Hibernia ante Sanctum hunc Dominicum natum apes & mella fuerint, constat ex irrefragabili testimonio Regulæ S. Ailbei, in qua num. 37 ita legitur: "Cùm sedent ad „ mensam, adferantur herbæ sive radices, aquâ „ lotæ, in mundis scutellis; item poma, cer- „ visia, & ex alveario mellis ad latitudinem pol- „ licis, id est, aliquot favi." *Idem scriptor monasterii Imelacensis, quod ipse* Imleach Jobhuir & Jobhair *appellat, alibi non semel meminit, ejusque primum abbatem simul & episcopum Sanctum nostrum fuisse, ex hujus Vita constare asserit in Annotatis ad Vitam S. Molaggæ, num.* 27. *Sed an prælaudata Regula canonicis Regularibus scripta ac monasterium Imelacense ab iisdem fuerit incultum, divinare non possumus.*

annoque 527 obiisse

32 *Mirabilia Sancti gesta, quæ in ipsius Vita narrantur plurima, ex fabulatoris fide hîc recensere non lubet, ut suprà jam monui. Sed & pauca alia, quæ in aliorum Sanctorum Vitis, fabulis pariter conspersis, reperiuntur, prætereo. Restat itaque, ut de sancti Episcopi obitu ac sepultura aliquid dicamus. Usserius in Indice Chronologico ad annum Christi* 527 *de hoc argumento sic scribit:* Ad eumdem annum S. Ailbei Imelacensis episcopi obitum Annales Ultonienses & Iniſfallenses referunt: & Colmannum, ante annos XI in lucem editum, sacras ab eo litteras didicisse, in ejusdem Colmanni Actis legimus: quorum neutrum cum illorum rationibus potest consiste-

A sistere, qui Ailbeum ante adventum Patricii Christianam fidem Hibernis annunciavisse statuunt. *Ita ipse, rectè observans, assignatum emortualem annum cum maturo illo in Hiberniam adventu, quem idem Usserius ad annum circitèr* 412 *retulerat, minimè cohærere; sic enim ultra centum & quadraginta annos numerâsse dicendus esset, dum obiit. Verùm id nos morari non debet, qui ejusdem Sancti adventum post magni Patricii mortem verisimiliùs collocandum esse cum Papebrochio censuimus. Quod de erudito S. Colmanno additur, nullius quoque momenti est, cùm hujus Acta pariter fabulosa sint, quemadmodum ad diem* VII *Junii, ubi edita sunt, dictum est.*

33 *Jacobus Waræus in Episcopis Imelacensibus, ubi Sancti adventum Patricio posteriorem nobiscum statuit, geminam de ejusdem obitu sententiam profert his verbis:* Hic talis tantusque Vir decessit tandem grandævus, integris tamen animi & corporis sensibus, XII Septembris, anno Domini DXXVII, vel, ut alii volunt, DXLI, & in ecclesia sua Imelacensi sepultus est. *Quibus autem monumentis posterior opinio nitatur, non indicat; quare Annalibus ab Usserio laudatis potiùs standum videtur, præsertim cùm alioquin Sanctus centenario major fuisset, aut etiam serius quàm anno* 464 *in Hiberniam appulisset.* AUCTORE C. S.

& Imelaci sepultus,

34 *Ceterùm laudatus Waræus Sancti in sede Imelacensi successores recensens, post* O-ligbai *anno* 1122 *defunctum, subdit:* Mælmorda filius Inclodnai successit, quo sedente, MCXXIII Imelaca direpta est, & mitra S. Albei, ibi magnâ curâ per multa secula asservata, à latronibus combusta est. *ubi ejus mitra diu serta.*

DE S. SACERDOTE EPISCOPO LUGDUNENSI,

B E

PARISIIS IN GALLIA,

COMMENTARIUS HISTORICUS. C. S.

§ I. Memoria in vetustis & recentioribus Martyrologiis : dies & locus emortualis : gesta unde eruenda : natalis, episcopatus susceptus, & ecclesiæ ab eo conditæ.

ANNO DLI VEL DLII *In vetustis Martyrologiis Lugduni*

EX *sanctis episcopis, qui Lugdunensem Segusianorum metropoliticam sedem meritis & sanctitate illustrârunt, hac die* S. Sacerdos, *aliàs etiam* Sacerdus, *Gallicè* Serdot *dictus, Romano Martyrologio his verbis inscriptus est:* Lugduni depositio sancti Sacerdotis episcopi. *Adoni &*

C *Usuardo is ignotus fuisse videtur: at in prioris Appendice apud Rosweydum ad eumdem diem legitur:* Lugduni depositio S. Sacerdotis, episcopi & confessoris. *In Usuardi quoque Auctariis apud Sollerium eodem die frequens ejus est mentio. Similiter Hieronymiano apographo Florentinii, ac Barberiano Bedæ ante tomum* 2 *Martii edito,* S. Sacerdotis *episcopi depositio ad præsentem diem ab interpolatoribus addita legitur, &* Lugduni *pariter annuntiatur. His accedunt Martyrologium Rabani, Gellonense apud Acherium tom.* 2 *Spicilegii, Florarium nostrum Ms., Hagiologium Franco-Gallicum Labbei, aliaque recentiora, in quibus Sancti nostri memoria* Lugduni *ad eumdem diem celebratur.*

in aliis Parisiis annuntiatur

2 *At verò aliud vetustum sub nomine Bedæ Martyrologium apud Martenium tom.* 6 *Veterum scriptorum col* 646, *omisso seu cultûs seu obitûs loco, tantùm habet:* II Idus natale S. Sacerdotis episcopi. *Contrà Saussayus in Martyrologio Gallicano illum non* Lugduni, *sed* Parisiis *annuntiat;* Lutetiæ Parisiorum, *inquiens,* depositio S. Sacerdotis, Lugdunensis episcopi & confessoris. *Huic consonat Martyrologii Parisiensis auctor, qui ad memoratum diem sic ait:* Parisiis sancti Sacerdotis, Lugdunensis episcopi, qui interfuit conciliis Aurelianensi quinto, & Parisiensi secundo. *Castellanus quoque, licèt torrentem secutus Sanctum* Lugduni *commemoret,* Parisiis *tamen annuntiandum monet in margine; quia videlicet eum in hac urbe vitâ functum ex S. Gregorio Turonensi didicerat, ut infrà videbimus. Hinc etiam Theophilus Raynaudus in Hagiologio Lugdunensi observat sequentia:* Quod in Romano Martyrologio & Bedæ (*auctariis scilicet*) ac in Adonis appendice, XII Septembris, quæ dies felici S. Sacerdotis obitu est consignata, legitur in hæc verba: Lugduni depositio S. Sacerdotis episcopi; non est de obitu sancti Præsulis in urbe Lugdunensi accipiendum, sed de festiva memoria depositionis eo die factæ Parisiis. F

3 *Itaque memorata Martyrologia* Lugdunum *non pro emortuali, sed pro sedis, cultusque ac asservati sacri corporis loco assignâsse, dicendum est. Præterea utrùm hac die* XII *Septembris sanctus Præsul obierit, dubitare facit ejusdem epitaphium, infrà recensendum; in eo enim legitur:* Obiit tertio Idus Sept.; *atque adeo die* XI *Septembris felix ipsius ad cœlos transitus contigisset. Verumtamen die* XII *jam antiquitus cultum fuisse ex allatis Martyrologiis constat, quibus consonat & aliud vetustum Hagiologium Ms., olim monasterii S. Martini de Canali, à scriptoribus Gallicæ Christianæ recusæ, tom.* 4, *col.* 33 *laudatum, in quo sic legi ibidem dicitur:* II Idus Sept. natalis & * S. Sacerdotis, & dedicatio ecclesiæ S. Pauli, quam ipse mirabili opere construxit. *Consonat pariter Bre-* *ad hæc diem, quæ fortè emortualis non est.*

* *fortè est*

AUCTORE C. S.

Breviarii Lugdunenſis Ms. auctor, de quo infrà ſermo recurret, qui licet mortis tertio Idus obitæ ex laudato epitaphio meminerit, Officium tamen ejus ad diem XII *repoſuit. Forſitan ob impeditum S. Patientis feſto diem* XI, *ſancti Præſulis noſtri memoria ad* XII *relata eſt.*

Martyrologio Hiſpanico

4 *Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico* S. Sacerdotem *noſtrum à Lugdunenſi ad Seguntinum in Hiſpania epiſcopatum tranſiiſſe, ibidemque honorari contendens, ad diem* V *Maji illum in hunc modum annuntiat :* Seguntiæ in Celtiberia Hiſpaniæ Citerioris, S. Sacerdotis, ipſius urbis epiſcopi; qui cùm apud Lugdunum Galliæ præſulis munere fungeretur, à Childeberto ſeniore, Galliarum rege, ad Athanagildum, Gothorum principem, in Hiſpaniam oratoris titulo mitteretur, noſtras per tempora demoratûs, & Seguntinæ ſedis pontifex electus, ibidem maximum de ſe poſteris reliquit ſpecimen. Poſt Lugdunum reverſus, Aurelianenſi interfuit concilio; demùmque apud Pariſios ſiſtens, virtutibus clarus, animam Deo reddidit coronandam. Ejus ſacrum caput Seguntiam delatum in eccleſiæ matricis ſacrario cultu debito honorificè veneratur.

B

à Tamayo perperam inſertus eſt.

5 *Pro hoc argumento laudat Juliani Chronicon & Auli Hali poemata; ſuppoſititia ſcilicet & fabuloſa inſtrumenta. Quin & Didacum Sanctium Portocarrero, equitem Jacobeum redarguit, quòd de* S. Sacerdotis Lugdunenſis *Seguntino epiſcopatu, non obſtantibus memoratis inſtrumentis, in Catalogo epiſcoporum iſtius ſedis* mordicus dubitaverit. *At quàm meritò id fecerit Portocarrero, nôrunt eruditi, qui fabuloſas illas ſchedulas dudum perſpectas habent. Conſule etiam, ſi lubet, tomum* 2 *Maji ad diem* V *in Prætermiſſis, inter quos præſul ille Seguntinus relatus eſt. Ad eumdem tamen diem in Romano Martyrologio* Sacerdotis epiſcopi Saguntini *memoria adſcripta eſt, laudatis inter Annotata ejuſdem eccleſiæ Tabulis ac Flore Sanctorum Hiſpaniæ : verùm quiſcumque is Sanctus fuerit (quem tamen laudatus Didacus Portocarrero in antiquo eccleſiæ Seguntinæ Breviario, teſte Tamayo, non reperit) eum à* S. Sacerdote *Lugdunenſi diſtinctum indubitanter credemus, donec alia, quàm quæ Tamayus profert, monumenta producantur.*

Acta non exſtant.

C

6 *Acta Sancti nulla exſtant, aut ſaltem nulla ad manus noſtras pervenerunt, quamvis Henſchenius tom.* VI *Maji, pag.* 10, *num.* 17 *ſuum de his obtinendis deſiderium ac ſpem eruditis hagiophilis expoſuerit. Exſtat tamen ipſius apud Gregorium Turonenſem & in concilii Aurelianenſis* V *Actis memoria, ex quibus Stephanus de Vernay presbyter Lugdunenſis in Breviario, cujus ſuprà meminimus, quodque ipſe in ejuſdem eccleſiæ uſum ſeculo* XVII *conſcripſit, lectiones Sancti proprias concinnavit, additis præterea nonnullis, aliunde petitis, & infrà examinandis. Utrùm tamen Breviarium illud poſtea approbatum & excuſum fuerit, ignoramus, cum præter illud in Muſeo noſtro nullum exſtet.*

E nobilibus parentibus natus,

7 *E nobili familia prognatum fuiſſe* S. Sacerdotem, *diſcimus ex S. Gregorio Turonenſi, qui in Vitis Patrum cap.* 8, *num.* 1, *editionis Ruinartii, S. Nicetium, quem ibidem num.* 3 *illius* nepotem *appellat, patre* Florentio, *alibi* Florentino, *uno è ſenatoribus, genitum ſcribit. Familiam autem ejus apprimè perſpectam habere potuit Turonenſis; cùm ipſe ejuſdem pariter eſſet, quippe cujus mater laudatum S. Nicetium avunculum habebat, ut lib.* 5 *Hiſtoriæ Francorum, cap.* 5 *teſtatur. Eadem ſanguinis conjunctio in S. Nicetii epitaphio, tom.* 1 *Aprilis, pag.* 95 *dato, his verbis aſſeritur :* D

Quique Sacerdotis ſanctus hîc proximus hæres,
Sanguine conjunctus, culmine, ſede ſimul.

Denique ipſius Sancti ſepulcralis inſcriptio eum patricii generis fuiſſe memorat :

Patriciumque decus erexit culmine morum :
Sic partos faſces fortia corda levant.

Licontio ſuccedit in epiſcopatu.

8 *De geſtis ante epiſcopatum nihil uſquam reperi : at de eo ſuſcepto præclaréque adminiſtrato Breviarium Ms. Lugdunenſe, quod ſuprà laudavimus, ſic habet :* Sacerdos, ut nomine, ſic mente, fide, meritis, pietate, officio, cultu, pretio, corde, gradu talis, ex Matricula Ms. eccleſiæ S. Nicetii, cujus ille erat patronus, ſucceſſit Leontio in epiſcopatu Lugdunenſi, anno circitèr DXLVI, concurrente cleri populique ſuffragiis communibus imperio Childeberti Francorum regis. Quod onus invitè quidem ſuſceptum, in Dei timore, ſumma cum epiſcopalium virtutum teſtificatione adminiſtravit, eccleſiaſticam diſciplinam, ſive bellorum præcedentium, ſive hæreticorum machinis ferè collapſam, ſapienti pariter ac ſtrenua vindicatione reſtituit. *Ad hæc pauca obſervemus.* E *Cùm de laudatæ matriculæ ætate nihil dicatur, incertum manet, cujus ea ſit fidei, atque adeo etiam, quæ de communibus populi ac cleri ſuffragiis ac Childeberti imperio, item quæ de ſuſcepto* invitè *epiſcopatu narrantur; quamquam & ejus temporis conſuetudo & ſancti Viri virtus ea verifimilia faciant.*

Templum S. Pauli,

9 *Qui hîc* Leontius *dicitur, in tribus Lugdunenſium epiſcoporum Catalogis, à P. Petro Franciſco Chiffletio in Paulino illuſtrato editis,* Liconcius, Lycontius & Licontius *vocatur; Sanctique in Lugdunenſi ſede deceſſor pariter collocatur. Idem faciunt Galliæ Chriſtianæ ſcriptores, qui* Licontium *ſcribunt, aiuntque nihil de eo præter nomen ſuppetere. Severtius illum ab anno* 542 *uſque ad ſequens biennium ſediſſe opinatur; quod quidem non negamus, etſi id certò ſtatuere non poſſimus. Ad Breviarium redeamus.* Sacrorum murorum, *proſequitur,* dirutas reparavit moles; imò & collegiatam divi Pauli conſtruxit eccleſiam opere mirabili; & alteram parœcialem S. Eulaliæ ſacram, quæ nunc eſt S. Georgii. *Sancti Pauli eccleſiam à* S. Sacerdote mirabili opere *reipſa conditam fuiſſe, ex vetuſto Hagiologio, olim monaſterii S. Martini de Canali, ad num.* 3 *relato vidimus; quod Hagiologium fortè idem eſt cum eo, quod Severtius* § 8 *in* Sacerdote *pro eadem ſententia laudat ſub nomine veteris Ms. Martyrologii eccleſiæ collegiatæ Belli-Jocenſis, cùm in eo quoque Sanctus noſter memoratam S. Pauli eccleſiam* mirabili opere, *teſte Severtio, conſtruxiſſe, pridie Idus legatur.* F

ac fortè etiam puellare monaſterium.

10 *De S. Eulaliæ ſive S. Georgii eccleſia ſcriptores Galliæ Chriſtianæ auctæ tom.* 4, *col.* 33 *hæc notant.* Quin & vulgo rerum Lugdunenſium ſcriptores eum (S. Sacerdotem) exhibent, ut authorem ſacræ ædis SS. Georgii & Eulaliæ, quæ fuit primùm monialium, & à Leydrado reſtaurata oſt, ac tandem ſeculo XI data eſt Militibus Templi, & nunc eſt præceptoria Ordinis S. Johannis Hieroſolymitani. *Pro* ſeculo XI *aliud legendum eſſe liquet, cùm Militum Templi Ordo ſeculo* XII *primùm inchoatus ſit. Mabillonius tom.* 1 *Annalium Benedictinorum, ad annum Chriſti* 547, *num.* 30 *utramque eccleſiam* S. Sacerdoti, *opitulante Childeberto rege, conditam, pariter adſcribit, & alteram quidem ſacris Virginibus mox deſtinatam arbitratur, alteram verò monachis pri-*

A *mitus traditam à multis existimari affirmat.* Monachis, *inquit*, non minùs favebat Childebertus, quàm alii reges, immò alios hac in parte longè superavit. Nam ut ne superiora repetam, Sacerdoti Lugdunensi antistiti in construendis S. Pauli & S. Eulaliæ basilicis... opem tulit. S. Pauli basilicam apud Lugdunum, quæ modò collegiata est, monachorum quondam fuisse, multi opinantur, auctore Sacerdote, ejus loci metropolita, qui S. Eulaliæ cœnobium virginum in eadem urbe exstruxit, suppetias ferente Childeberto cum Ultrogotha regina.

S. Georgii & Eulaliæ exstruit;

11 Utrumque locum (*prosequitur Mabillonius*) instauravit Leidradus archiepiscopus, ut idem ipse testatur in epistola ad Carolum Magnum. "In eadem civitate Lugdunensi alias re„ stauravi ecclesias; unam in honorem S. Eula„ liæ, ubi fuit monasterium puellarum in hono„ re S. Georgii, quam de novo operui ex parte, „ & macerias ejus à fundamentis erexi. Alia quo„ que domus in honore S. Pauli de novo operta „ est." *Hanc Leydradi epistolam tom.* 4 *Galliæ Christianæ auctæ inter instrumenta num.* 2 *reperies, & ex dictis concludes primò; memoratam SS. Eulaliæ ac Georgii ecclesiam probabiliùs non paroeciæ, ut vult Breviarii Ms. auctor, sed puellarum cœtui primitus destinatam fuisse: secundò errâsse Paradinum, dum lib.* 2, *cap.* 7 *Historiæ Lugdunensis, ex gemino istius ædis patrono geminam ecclesiam, & utramque à* S. Sacerdote *exstructam opinatus est. Tantùm unam etiam agnoscit Severtius; sed eam à sancto Antistite parœcialem primitus institutam fuisse affirmat ex quodam Homiliario, nescio, cujus antiquitatis aut fidei.*

B

an etiam monasterium S. Petri?

12 *Idem Breviarii auctor aliud præterea monasterium puellare,* S. Petri *dictum, ab eodem Sancto Lugduni conditum memorat, laudans* librum *quemdam* antiquissimum, *à capitulo Nicetiano contra prædicti monasterii moniales anno* 1309 *exhibitum. Nescio pariter, cujus is liber auctoritatis sit: verùm Mabillonius tom.* 1 *Annalium Benedictinorum, ad annum Christi* 590, *num.* 222, *& post hunc laudati Galliæ Christianæ scriptores col.* 283 *& sequenti, ostendunt quidem, obscuram esse istius loci fundationem, at nullus eorum illam* S. Sacerdoti *à quopiam adscribi meminit.*

Xenodochium ejus fortè consilio erectum.

13 *Ipsius tamen forsan consilio xenodochii Lugdunensis, quod Severtius à* B. Maria Virgine *suo tempore dictum ait, erectio debetur, quam concilium Aurelianense* V, *infrà memorandum, approbavit, & stabilivit. Agit de eo canon* 15, *ubi aiunt patres:* De xenodochio verò, quod piissimus rex Childebertus, vel jugalis sua Ultrogotho regina, in Lugdunensi urbe, inspirante Domino, condiderunt, cujus institutionis ordinem, vel expensæ rationem, petentibus ipsis, manuum nostrarum subscriptione firmavimus, visum est pro Dei contemplatione junctis nobis in unum permansurâ auctoritate decernere *&c. Hujus, inquam, xenodochii erectionem forsitan impetravit promovitque* S. Sacerdos, *qui gratiâ apud Childebertum regem multùm valebat, ut ex dicendis apparebit.*

C

§ II. Interest concilio Aurelianensi V: an etiam Parisiensi 2? fabulosa legatio Hispanica & episcopatus Seguntinus: mors Parisiis obita: corpus Lugdunum translatum: ejus sepulcrum & inscriptio: caput Seguntiæ asservatum quale.

AUCTORE C. S.

Labbeus tomo 5 *Conciliorum à col.* 390 *exhibet concilium Aurelianense V, cui episcopi quinquaginta, & inter hos* S. Sacerdos *Lugdunensis, multique sanctimoniâ illustres & in Sanctos relati, aliique inferioris ordinis, à suis episcopis delegati, subscripsisse leguntur. In eo canones quatuor supra viginti conditi; quorum cùm primus Eutychetis ac Nestorii nefarias sectas à sancta Sede damnatas execretur & anathematizet, Binius ibidem in Annotatis opinatur, illud occasione Trium Capitulorum, quæ id temporis tantos in Oriente motus ciebant, coactum fuisse, quod etiam Baronius in Annalibus ad annum Christi* 552 *arbitratur. Præter hanc aliam etiam causam allegat Jacobus Longuevallius in Historia ecclesiæ Gallicanæ tom.* 2, *ad annum* 549; *videlicet causam Marci, episcopi Aurelianensis, de quo S. Gregorius Turonensis in Vitis Patrum cap.* 6, *num.* 5, *editore Ruinartio, hæc habet:* Apud Aurelianensem autem urbem, incriminato ab iniquis episcopo Marco, & in exsilium trusо, magnus episcoporum conventus est aggregatus, Childeberto rege jubente, in qua synodo cognoscentes beati episcopi hoc esse vacuum, quod contra eum fuerat mussitatum, eum civitati & cathedræ suæ restituunt. *Concilio Aurelianensi V*

præsedit, aut certè interfuit

15 *Idem censent Ruinartius in Annotatis, & Galliæ Christianæ scriptores tom.* 8, *col.* 1414; *ratio autem est, quod nullum aliud concilium Aurelianense, in quo id factum fuerit, possit assignari; quam quartæ synodo, secundum Labbeum anno* 541 *habitæ, ipse Marcus subscripsit, quintæ verò minimè, quia scilicet ipse tum etiam in exsilio degebat, aut certè causam propriam agere coactus, locum inter patres non obtinebat. Miror tamen in editis hujus synodi canonibus nihil de hac Marci causa memorari. Porrò præsedisse huic quinto Aurelianensi concilio* S. Sacerdotem, *scriptores passim colligunt ex eo, quòd hic primo loco subscriptus legatur: non desunt tamen Mss. codices, in quibus non nisi secundo loco occurrat. Nam, teste Sirmondo in Annotatis,* in Lugdunensi atque Pithœano breviore, contrà quàm in aliis, primum locum obtinet Aurelianus episcopus, tum Sacerdos. *Is fuit S. Aurelianus Arelatensis antistes, cujus gesta elucidata sunt ad diem* XVI *Junii, ubi paginâ* 109 *de hoc etiam argumento tractatur.* D

anno Christi 549;

16 *Utut hæc omnia se habeant,* S. Sacerdotis *subscriptio, ex qua annum habitæ synodi habemus, ita legitur:* In Christi nomine Sacerdos, episcopus ecclesiæ Lugdunensis, constitutionem nostram relegi & subscripsi. Notavi sub die V Kalendas Novembris, anno XXXVIII regni domini nostri Childeberti regis, Indictione XIII. *Ex hisce chronologicis notis Sirmondus, Pagius, aliique*

AUCTORE C. S.

annum Christi 549 rectè eruunt ; nam & in hunc Childeberti regni, quod exeunte Novembri anni 511 post defunctum patrem Clodoveum inierat, annus trigesimus octavus, & Indictio XIII inciderunt. At Eminentissimus Baronius in Annalibus, Binius in Annotatis apud Labbeum, ac Severtius, annum Christi 552 ex iisdem notis collegerunt, eorum scilicet secuti sententiam, qui Clodovei mortem & Childeberti regni exordia anno Christi 514 illiganda censebant, quibus Breviarii Lugdunensis Ms. auctor etiam adhæsit. Sed ex dicendis patebit, sanctum Antistitem nostrum mense Octobri anni 552 vivere jam desisse.

ac fortè etiam Parisiensi 2,

17 *Non diu post alterum concilium Parisiis celebratum est, dictum* secundum, *in quo Saffaracus Parisiensis episcopus, de gravi convictus crimine, damnatus & è sede sua expulsus est. Sirmondus & Binius apud Labbeum illud ex mera conjectura ad annum Christi circitèr 555 retulerunt. Verùm scriptores Galliæ Christianæ tom. 7, col. 17 monent, illud paulò citiùs statuendum esse, eo quòd velint S. Firminum, Ucetiensem episcopum, qui ipsi interfuit, anno 553 obiisse, quod ad diem* XI *Octobris, quo colitur, examinandum erit. Hinc illi istud anno 551 vel potius paulo tardiùs habitum fuisse opinantur ; quod nobis etiam verisimilius ob dicenda apparet, dummodò ultra annum 552 non differatur.*

B

anno 551 vel 552 convocato.

18 *Utrùm huic synodo interfuerit Sanctus noster, dubium facit editio Operum S. Gregorii Turonensis per Theodoricum Ruinartium curata : quippe in ea lib. 4 Historiæ Francorum cap. 36, quod unum ex sex est, quæ, cùm in aliis editionibus non reperirentur, ipse ex Ms. codice Casinensi inseruit, hæc leguntur :* Decedente verò apud Parisius post synodum illam, quæ Saffaracum expulit, Sacerdote Lugdunensi episcopo, S. Nicetius ab ipso, sicut in libro Vitæ ejus scripsimus, electus susceptit episcopatum. *Hinc verisimile fit, Sanctum memoratæ synodo adfuisse, aut saltem ejus causâ Parisios accessisse, sed supremo morbo correptum, quominus interesset, suisse prohibitum ; nam inter subscriptiones, à Labbeo exhibitas, ejus nomen non occurrit.*

Fabulosa legatio Hispanica

C

19 *Plura de Sancti gestis non habemus præter mortem, de qua mox agemus postquam Tamayi fabulas breviter refellerimus. Hic in suprà memorato Martyrologio suo ad diem* V *Maji ex supposititio Juliani Chronico ad annum Christi 557 hæc recitat :* Venit sanctus pontifex Sacerdos Lugdunensis ad regem Athanagildum, missus à regibus Gallis, & factus est Seguntinus ab eodem rege. Vir sanctus obiit tertia die Septembris anno Domini DLXX. *Pro anno* DLXX *Tamayus reponendum monet* DLXI ; *legationem verò à* S. Sacerdote *susceptam ait, ut Brunichildem ac Geleswintham, Athanagildi Hispaniæ regis filias, Sigeberto & Chilperico Galliarum regibus matrimonio jungendas impetraret. Porrò Sancti adventum in Hispaniam circa annum Christi 556 statuit, dumque ibi moraretur, eumdem Seguntinæ sedi episcopum ab Athanagildo præfectum fabulatur.*

& susceptio episcopatûs Seguntini rejicitur.

20 *Horum omnium falsitas, ut alia præteream, patet ex anno Sancti emortuali, quem ultra Christi 552 differri non posse mox videbimus, adeoque non potuit is ad Athanagildum Visigothorum in Hispania regem, qui, fatente Tamayo, primùm Æra* DXCII, *sive anno Christi 554 regnum adeptus est, memorata legatione anno 556, omnibus scriptoribus ignota, fungi. Deinde quis credat* S. Sacerdotem, *eodem tempore, quo metropoliticæ Lugdunensi sedi præerat, Seguntinum episcopatum in Hispania suscepisse ? Duosne tum simul episcopatus habuit, an alterum post alterum primò scilicet Lugdunensem, dein Seguntinum, ac denuò Lugdunensem in Galliam redux administravit ? Nugæ hæ sunt, nec responso dignæ.*

D

Parisiis fatali morbo decumbens,

21 *De supremo Sancti morbo felicique obitu sequentia scribit Turonensis in Vitis patrum cap.* 8, *num.* 3, *editionis Ruinartii :* Ægrotante Sacerdote, Lugdunensi antistite, in urbe Parisiaca, cùm à Childeberto seniore magno amore diligeretur, voluit rex usque ad ejus lectulum proficisci ac visitare infirmum. Quo veniente, ait Episcopus : Optimè nôsti, ô rex piissime, quòd tibi in omnibus necessitatibus tuis fideliter servierim, ac quæcumque injunxisti, devotè impleverim ; nunc precor, quia tempus resolutionis meæ adest, ne dimittas me ab hoc mundo cum dolore discedere ; sed unam petitionem, quam supplico, libenter indulge. Et ille, Pete, inquit, quod volueris, & obtinebis.

S. Nicetium sibi successorem impetrat:

22 Rogo, ait, ut Nicetius presbyter, nepos meus, ecclesiæ Lugdunensis substituatur episcopus. Est enim, ut mei testimonii verba proferunt, amator castimoniæ, dilectorque ecclesiarum, & in eleëmosynis valdè devotus, & quæcumque servos Dei decent, & operibus gerit & moribus. Respondit rex : Fiat voluntas Dei. Et sic pleno regis & populi suffragio episcopus Lugdunensis ordinatus fuit. *Vide etiam dicta num.* 18. *Post hæc S. Gregorius in S. Nicetii laudes excurrit, atque ita tacitè ostendit,* S. Sacerdotem *non sanguinis conjunctione, sed meritis ac virtutibus Nicetii, suoque erga gregem suum zelo motum, nepoti suo episcopatum postulâsse ; quo quidem quàm dignus is fuerit, ejusdem sanctitas comprobavit : quippe qui inter Sanctos relatus, colitur die 2 Aprilis, ad quam ejus Acta illustravimus.*

E

ibidem moritur

23 *Annum, quo Sanctus ad cælestem patriam emigravit, ejusdem epitaphium hisce notis exponit :* Qui vixit in amore Dei annis LXV, obiit III Idus Sept. post consolatum * Justini viri clarissimi consolis *, Indictione prima. *Inscriptioni huic lucem affert, quod habet Antonius Pagius in Dissertatione Hypatica, pag.* 324, *videlicet eumdem Christi annum* 540, *qui in aliquot provinciis Occidentalibus signabatur,* VI P. C. Paulini, *sive* anno VI post consulatum Paulini, *in potiori parte imperii,* Justino juniore solo *consignatum fuisse. Itaque ex adducto epitaphio apparet, Lugdunensibus non insolitum fuisse post annum* 540 *annos suos per Postconsulatus Justini numerare, quemadmodum etiam in S. Aureliani Arelatensis episcopi inscriptione sepulcrali, ad diem* XVI *Junii pag.* LXI *relata, factum videmus. Ibi enim obiisse dicitur* XVI Kalendarum Juliarum, undecies post Justini, Indictione XIIII ; *ex quibus Papebrochius noster statuit, annum ejusdem Sancti emortualem in Christi* 551 *incidisse. Idem denique in S. Nicetii epitaphio accidisse videbimus.*

* *i.e.* consulatum

* *i. e.* consulis

E

anno 551

24 *Quotus is fuerit post Justini consulatum annus in Ms. nostro* S. Sacerdotis *epitaphio non exprimitur, nec in suo reperit Severtius ; sive is re vera additus non fuerit, sive è marmore detritus. Utrobique tamen Indictio* I *adscripta est ; ex eaque Cointius ad annum* 551 *num.* 4 *epitaphium illud erroris arguit.* Nam Justinus, *inquit,* consulatum gessit anno Christi DXL, & sequens annus non Indictioni primæ, sed quartæ illigatur, *cui, ut subdit, constat* Sacerdotem *superfuisse. Verùm ego contrarium inde colligo : nam cùm* Indictio prima *die* XI *Septembris currens, à Justini consulatu, sive ab anno* 540 *primùm occurrerit anno* 552,

A 552, *hunc pro Sancti vitæ postremo in memorato epitaphio designari existimo; ita ut sensus sit, eum obiisse* tertio Idus Septembris (*duodecies*) post consulatum Justini, Indictione prima, *id est anno assignato.*

vel 552. 25 *Contrà hosce tamen calculos aliqua difficultas oritur ex S. Gregorio Turonensi, collato cum sepulcrali S. Nicetii, quem* Sacerdoti *successisse diximus, inscriptione. Prior enim in Vitis patrum cap.* 8, *num.* 5 *de Nicetio ait:* Vigesimo secundo episcopatûs sui anno, ætate sexagenaria migravit ad Christum. *Item lib.* 4 *Historiæ Francorum cap.* 36 *apud Ruinartium:* Hic viginti duobus annis sacerdotio ministrato, migravit ad Dominum. *Porrò S. Nicetius obiit anno* 573, *ut ad diem* 2 *Aprilis, quo colitur, dictum est, & liquet ex ejusdem epitaphio apud Severtium, ubi legitur:* Obiit IV Nonis * Aprilis, seu XXXIII post Justinum, & Indictione VI, *quæ omnia præcitatum annum declarant. Neque seriùs mors Nicetii statui potest, cùm hujus successor S. Priscus concilio Parisiensi* IV, *eodem anno, tertio Idus Septembris habito interfuerit, ut ibidem in Annotatis ad caput* 2 *observatum est. Jam verò si à mense Septembri anni* 552 *usque ad diem* 2 *Aprilis anni* 573 *numeres, non nisi annum* 21 *episcopatûs Nicetii aliquot mensibus inchoatum reperies; ideoque Henschenius noster num.* 1 *Commentarii ad Nicetii Vitam,* S. Sacerdotis *obitum anno* 551 *affixit. Oportet igitur, aut in Turonensis calculis, aut in epitaphio* S. Sacerdotis *errorem cubare; ideoque Sancti mortem* 551 *vel* 552 *sub dubio affixi.*

* Nonas

B 26 *Defuncti corpus sive mox ab obitu, procurante forsitan S. Nicetio, ipsius nepote ac successore, sive postea, Parisiis Lugdunum delatum est, ubi ejus sepulcrum in S. Nicetii ecclesia anno* 1308 *unà cum aliorum Sanctorum tumbis repertum & legitimè recognitum fuit. Hujus inventionis instrumentum, quatenus spectat ad omnes Sanctos, quorum reliquiæ tum repertæ fuerunt, editum jam est tom.* VI *Junii in Appendice ad diem* XIII, *ideoque hîc tantùm ea referam, quæ ad* S. Sacerdotem *pertinent. Itaque ad id opus delegati, postquam de S. Nicetii sepulcro egerant, ita prosequuntur:* Item juxta quoddam aliud altare, vocatum ALTARE SANCTI SACERDOTIS, erat tumba sancti Sacerdotis, prout apparebat per litteras in quodam marmoreo lapide superpositio comprehensas, quæ sunt tales.

Corpus Lugdunum delatum, ubi ejus sepulcrum

C 27 Nomine, mente, fide, meritis, pietate,
Sacerdus,
Officio, cultu, pretio, corde, gradu:
Dogmate, consilio, sensu, probitate, vigore,
Stemmate, censurâ, religione cluens *:
Gaudia cunctorum rapiens, lamenta relinquens,
Artubus * hîc clausus, laudibus ampla tenens:
Patriciumque * decus erexit culmine morum;
Sic partos * fasces fortia corda levant.
Magnum namque bonum cœlesti numine præstat,
Corpora cùm desint, inclita gesta manent.
Pignoris annixus laceri huc sorte suprema,
Sanguine quos vita * sumere jussit amor.
Cujus quanta Viri mundo sapientia fulsit,
Venturi sæcli gloria testis erit.
Qui vixit in amore & timore Dei annis LXV. Obiit III Idus Sept. post consolatum Justini viri clarissimi consolis, Indictione prima. *Idem epitaphium recitat Severtius, sed paulò aliter, quemadmodum in margine* ** *annotavimus.*

cum inscriptione repertum anno 1308,

* *al.* cliens

* *al.* arcubus

* *al.* paternumque

* *al.* partas

* *al.* vitam

28 *Præterea sextum hexametrum ex eodem recensuimus, quia in Ms. nostro etiam corruptiùs legitur pro* laceri, lasteri. *Forsitan ex scripturæ vetustate hæc aliaque menda irrepserunt, atque hìc legendum est:*

Pignoris annixus lateri sic forte suprema,
Sanguine quos vita, funere junxit amor;

Ita ut sensus sit, Sancto sepulcrum obtigisse prope S. Nicetium, cui, utpote patruus vel avunculus, sanguine junctus erat. Quid porrò sacro illo corpore factum fuerit, ignoramus. Severtius suspicionem movet, illud ab impiis Calvini sectatoribus seculo XVI *dissipatum fuisse; postquam enim memoratum epitaphium recitâsset, subdit:* Ego autem dictator anno MDCXVI, mense Julio relegi ex professo hos saltem versus ultimos in antiquissimo præfato marmore candido, adhuc recognito & conspicuo facto ex effossa humo sepulcri ante magnum altare ejusdem ecclesiæ S. Nicetii, quod olim concavum Calvinistæ repleverant madidâ terrâ & lapidibus anno MDLXII.

AUCTORE C. S. *postea a Calvinistis profanatum est.*

D

29 *Antequam finiam, pauca mihi cum Tamayo supersunt. Hic non modò* S. Sacerdotem *nostrum Seguntinis episcopis, ut suprà vidimus, inserit; verùm etiam ejusdem caput Seguntiæ servari contendit. Ut id probet, Juliani Chronicon producit, in quo post verba num.* 18 *data legitur:* Cujus caput asservatur in eadem sede, corpus verò Lugduni: *adducit etiam fabulosa Auli Hali poëmata, in quibus eadem leguntur; ac denique vetustum Breviarium Hispanicum, quod tamen ne ipsi contrarium sit, liberaliter immutat. Verba Breviarii accipe:* Sepultus est (S. Sacerdos) in ecclesia Lemovicensi (corrige, *inquit Tamayus,* Lugdunensi;) sed tractu temporis postea in Hispaniam in hanc ecclesiam Seguntinam (ubi hoc die veneratur) caput ejus translatum est. *Quid de his omnibus sentiendum sit, ex supradictis satis manifestum puto; juverit tamen clarissimi viri Nicolai Antonii hac super re judicium, quod reverendus admodum ac amplissimus dominus Adrianus Connink, ipsius consanguineus, Pinio nostro piæ memoriæ ex ejusdem Mss. anno* 1721 *Matriti communicavit, hîc subjunxisse, ut quid eruditus ille Hispanus senserit, lector intelligat.*

Quid de capite,

E

30 *Hic explosis, quæ de* S. Sacerdotis *legatione Hispanica & Seguntina sede ex Pseudo-Juliano Tamayus retulerat, ita prosequitur:* Tot mendaciis Pseudo-Juliano constitit Vitam & hominem dare capiti, quod in ecclesia Seguntina sub nomine S. Sacerdotis, ejus urbis episcopi, religiosè asservatur. Cujus quidem sancti Præsulis mentio immissa fuit per Baronium, tabulas hujus ecclesiæ & Florem Sanctorum sequutum, Romano Martyrologio die V Maji. Nec alicui venire in mentem poterit, ut amplissimæ ecclesiæ de suo episcopo traditioni detrahere velit: speramus tamen non sic obesæ naris Seguntinos existere, ut solius Juliani testimonia (cui nugas suas, toties expostulatas falsi & convictas, Tamayus addidit) Sacerdotem episcopum suum cum Sacerdote Lugdunensi episcopo, cùm plures fuerint hujus nominis clari famâ viri, maximo prudentiæ suæ doctrinæque dispendio confundere, & vanissimas pseudo-historicorum Toletanorum insanias aliquo habere pretio velint.

sub S. Sacerdotis nomine

F

31 Neque animus est refellendis Joannis Tamayi computationibus, erroribus & correctionibus immorari; cùm ea cuncta facilè ex jam dictis cadant, eidemque Tamayo exciderit, unde appareat quasi è machina verum, in Lectionibus vetu-

Seguntiæ in Hispania servato

AUCTORE C. S.

vetusti Breviarii sui habere Seguntinos, quòd sepultus sit S. Sacerdos in ecclesia Lemovicensi, sed tractu temporis in ecclesiam istam Seguntinam caput ejus translatum : ubi Tamayus legi voluit pro LEMOVICENSI, quod rectum forsan est, LUGDUNENSI; Breviarii fidem integram pseudo-Juliani nulli fidei postponens : cùm verisimilius sit, à via non aberrare Breviarii Lectiones, quàm ab ea non exorbitare Julianum. S. Sacerdos Lemovicensis episcopus Clodovei Francorum regis tempore mirifica sanctitate claruit, cujus memoria exstat in Romano Martyrologio die IV Maji, pluraque de eo atque ejus obitu & translationibus descriptores Vitæ sanctorum collegêre, ex quibus ad rem nostram & Seguntinorum traditionem maximè facit, nullum vestigium capitis aut partis ejus fuisse in ecclesia (quò tandem pervenerat) Sarlatensi Galliarum anno MDCXXIX, quo tempore facta fuit capituli decreto exhumatio & recognitio omnium sancti præsulis reliquiarum, ut legere est apud laudatos auctores. *Huc usque Nicolaus Antonius.*

D

32 *Sancti Sacerdotis Lemovicensis gesta habes* ce- *apud nos tom.* 2 *Maji, ad diem* V, *ibidemque pag.* 23 *sacra ejusdem ossa, quæ Calvinistarum sacrilegiis superfuerant, enumerantur, nec ulla tamen capitis fit mentio; verùm hoc, uti & alia multa ab impiis illis hæreticis forsan dissipata fuerunt. Fateor tamen Seguntinum Breviarium, quod, ut vidimus, caput Seguntiæ asservatum, S. Sacerdotis* Lemovicensis, *non* Lugdunensis, *esse indicat, tanto plus apud me auctoritatis habere quàm Juliani Chronicon, quantò certiùs de hujus nugacitate constat, de illius non item. Verumtamen alii idem illud caput Martino Hortano abbati ac deinde Seguntino episcopo adscribunt, quemadmodum in Prætermissis ad diem* V *Maji observatum est; quod quàm verum sit, non est hujus loci inquirere : id unum dixisse sufficiat, Juliani Chronicon prorsus ineptum esse ad fidem de servato Seguntiæ* S. Sacerdotis *Lugdunensis episcopi capite adstruendam.*

E

DE S. GUIDONE CONFESSORE,

E

ANDERLACI IN BRABANTIA PROPE BRUXELLAS,

J. T.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti memoria in Martyrologiis : cultus : Acta.

SUB INITIUM SECULI XI *Memoria Sancti in Fastis sacris.*

C

Belgium nostrum inter plurimos Sanctos, quos suo sinu religiosè complectitur & cælo peperit, gaudet etiam sacro S. Guidonis *corpore, qui in pago, qui Anderlacum & à recentioribus Anderlechtum dicitur, Bruxellis vicino natus, ibidem obiit, quiescit & colitur. Martyrologium Romanum eum* XII *Septembris his verbis annuntiat:* Anderlaci S. Guidonis confessoris. *Codex Bruxellensis in auctariis Usuardi apud Sollerium nostrum Sancti nostri bis meminit, ac semel quidem* XXIV *Junii inquiens:* Apud Anderlacum, elevatio S. Guidonis confessoris. *Deinde* XII *Septembris:* Apud Anderlacum, vicum Brabantiæ nobis vicinum, depositio S. Guidonis confessoris, ubi reliquiæ sui corporis venerantur; Vita quoque ejus atque miracula plura leguntur. *Molanus in eisdem auctariis ad eumdem diem eum ita commemorat:* Apud nos (*Anderlaci propè Bruxellas*) depositio S. Guidonis confessoris; qui post septennem ac laboriosam peregrinationem, hunc locùm suæ quietis elegit, ubi sui sacri corporis reliquiæ sub frequentia miraculorum frequentantur. *Accedit Florarium nostrum, quod & miracula quædam in Sancti obitu facta, haud dubiè ex Vita ejus Ms. deprompta, recenset sequentibus verbis :* Apud Anderlacum villam Brabantiæ juxta Brussellam natale S. Guidonis Confessoris, qui, laboriosâ peregrinatione peractâ, tandem ad optatum locum pervenit; ubi non diu superstes prima nocte dominica ante sui corporis dissolutionem, omnibus, qui aderant, cernentibus, lumine cælico circumdatus est, voxque audita est, dicens : Veniat dilectus meus ad percipiendam æternæ jocunditatis coronam. Moxque domestici accurrentes Famulum Dei à seculo migrâsse cognoverunt. Corpusque illi terræ commiserunt; ubi usque hodie plura miracula fiunt tam hominibus quàm jumentis. *Similiter* XII *Septembris* S. Guidonem *referunt Galesinius, Martyrologium Germanicum Canisio adscriptum, Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, Miræus in Fastis Belgicis, variisque ornant elogiis, præcipuè tamen ab insigni in pauperes & egenos misericordia Sanctum commendant, atque omnes pro cultûs loco Anderlacum designant.*

F

2 *Quæ huc usque ex laudatis scriptoribus attulimus, nullum nobis de pervetusto Sancti nostri cultu dubium relinquunt. At quo tempore inchoatus sit non æquè constat. Si biographis credimus, non statim ab ipsius morte cultus ejus publicus viguit, sed jacuit diu Sancti corpus in cœmeterio sepultum, nullâque, quâ par erat, reverentiâ colebatur; & ita quidem, ut animalia, quæ ad pascua deducebantur, pedibus sepulcrum conculcarent, in ejusque tumulo accumberent; donec, hanc in Sanctum suum irreverentiam, Deo variis pœnis ulciscente, tandem pagi incolæ sepulcrum venerari, Sanctumque invocare cœperint. Scribitur quidem in Vita ex Ms. Collegii RR. adm. DD. canonicorum Anderlacensium nobis communicata, id anno* 42 *post ejus obitum contigisse; at, quo auctore id habeat, aut unde didicerit biographus, non indicat; nec legitur in altero ejusdem Vitæ exem-*

Incertum, quo tempore cultus inchoatus; sed antiquus certè est,

pla-

A *plari itidem ab ampliſſimo ac R. adm. domino decano loci nobis tranſmiſſo. Si id tamen fundamento aliquo niteretur, & Sanctus noſter ærumnoſam hanc vitam ſub initium ſeculi* XI *deſeruiſſet, ut eum obiiſſe probabilius, § ſeq. oſtendemus; cultum ejus ſub medium ejuſdem ſeculi inchoatum fuiſſe ſtatui deberet.*

& colitur bis in anno.

3 *Quidquid de hac re ſit, quæ valdè incerta eſt; dubitari non poteſt, quin Anderlechtenſes jam ab immemorabili tempore* Guidonis *ſui ſanctitatem agnoverint, impenſiſſiméque fuerint venerati & quotannis adhuc venerentur non* XII *Septembris tantùm, quem pro emortuali Sancti die habent, ſed etiam* XXV *Junii, quo ſacri corporis elevationem recolunt. Patet id tum ex antiquo Anderlacenſi Martyrologio, in quo ad prædictum diem legitur:* Eodem die S. Guidonis confeſſoris, qui apud nos hoſpitari dignatus eſt, *cùm ex reſponſis ad quædam interrogata, quæ venerabile capitulum ad nos* 2 *Auguſti, anni* 1750 *humaniſſimè tranſmiſit; ex quibus ulteriùs habemus Officium proprium de Sancto recitatum fuiſſe uſque ad annum* 1569, *quo in Anderlacenſi eccleſia Officii Romani inducto uſu, omnia utroque die de communi Confeſſoris non Pontificis primo loco legi cœpta fuerunt; hoc ſolo diſcrimine, quòd die* XXV *Junii orationis verba mutentur hoc modo:* Deus qui nos beati Guidonis . . . . . Concede propitius ut, cujus reli-

B quiarum tranſlationem colimus, etiam &c.

Miraculum triplex, quod Rayſſius reconſet.

4 *Recenſet Rayſſius in ſuo Hierogazophylacio Belgico pag.* 52 *triplex inſigne miraculum, quo divina bonitas ſanctitatem Servi ſui contra calumniatorem quemdam dignata eſt declarare; quæ, cùm de his altùm biographus fileat, huc ex laudato Hierogazophylacio transfero.* A tempore eo, *inquit auctor*, quo rudimenta jeci Bruſſellis, quia tum ejus (Guidonis) ad tumbam ſæpiùs me venerandi ergo conferebam, particulari devotionis affectu, animum erga eum contuli. Subnectam ergo ad ejus gloriam, & honorem majorem ea, quæ nec Surius aut Molanus vel Gazæus de eo meminerunt; immò verò nec ullus eorum, quod ſciam, qui Vitas Sanctorum ediderunt: ut autem planè mihi fides adhibeatur, vario colore depicta, quæ refero, muris cernuntur, in ſacello, ubi ejus corpus adſervatur. Hæc enim enarrare deſidero, tum ad Sancti, ut antè dixi, honorem, tum ne temporis vetuſtate oblitterata intereant. Cùm

C vicano cuidam inopiâ coactus ad ducendum aratrum adhæſiſſet Guido noſter, ac clanculum mira pietatis exercitia perageret, diabolus invidiâ æſtuans quempiam ſuſcitavit, qui modis omnibus ſanctitati ejus tenebras obfundere adniteretur; quippe cottidie, pane herili, qui ſibi ad veſcendum dabatur, relictis equis, cautè parentes fovebat. Contigit fortè eò loci, dominum unà cum delatore, ut rem videret, convenire: panem illi profert, & Guido noſter pro more ſuo manticæ imponens, feſtinat abditè, ut poterat, parentibus ſuppeditare. Ecce mirum dictu! abſente Guidone, angeli ejus aratoris funguntur officio. Totus obſtupefactus herus miram Dei in Guidone proſpicit diſpenſationem: cúmque feſtinaret, ac herum eminus proſpicientem intuerctur, telluris fruſtum in peram reponit, & arrepto ab angelis flagello, ceu antè, ſolum operatur. Hoc totum attentè hero animadvertente, panem repetit, quem ei edendum dârat *. Guido

* dederat

terræ maſſam in purum mutatam panem è pera profert. Herus exclamare & mirari: Abſit, inquiens, ut mihi indigno talis Dei ſervus inſerviat, cui non ſum dignus ut inſerviam. Hæc cùm dice-

AUCTORE J. T.

ret, baculum, quo artus fortè ſuſtentabat, in terram injicit demirantis more, qui continuò foliis in omnium oculis inſtructus & ornatus apparuit, modóque omnium conſpicientium oculis viſitur.

de quo in Vita Sancti nihil legitur.

5 *Hactenus Rayſſius, de quo, ut dictum eſt, nihil habent Vitæ ejus ſcriptores, quod me impulit, ut, quid Anderlechtenſes de eo hoc tempore ſentirent, inquirerem. Accipe igitur, lector, quæ in jam laudatis reſponſionibus de miraculoſa iſta arbore ſcribunt.* Conſtans, *aiunt*, traditio eſt, & legitur in Vita S. Guidonis, quòd (dum Sanctus hic die quadam in agro exiſtens baculum ſuum aridum, ut orationi liberiùs vacaret, terræ infixit) baculus ſtatim vireſcere cœperit, qui tractu temporis in altiſſimam quercum excrevit, viruitque per ſexcentos annos. Cùm verò tot circumvolutis ſeculis areſcere inciperet, ramique decidentes ſubjectis domibus damnum inferrent, (nota, his temporibus nullum exſtat domorum in illo loco veſtigium) accideritque, ut pauperes ramos hos temerè comburentes, ſubitò diſſenteriâ correpti, miſerè interirent, ut patet ex diplomate regio anni MDCXXXVI, tandem obtentâ prævia

E regis & Mechlinienſis archiepiſcopi veniâ, exciſa fuit anno MDCXXXVI, ejuſque loco ſacellum cum Sancti imagine poſitum ſecus viam, quæ Anderlaco Itterbecam ducit, ubi ſita arbor fuerat, & juxta ſacellum alia plantata eſt quercus ex glandine prioris orta, quæ nunc altiſſima eſt, eodemque, quo prior, S. Guidonis quercûs nomine inſignitur.

ideoque incertum appareret,

6 *Mirum ſanè tantæ rei, quæ ad Sancti noſtri ſanctitatem commendandam maximè valet, ſcriptorum omnium ſilentium. Dicit quidem biographus, plurima miracula per Sanctum patrata brevitatis ſtudio à ſe præteriri; at difficulter inducor, ut credam, eum, ſi miracula prædicta ad ejus notitiam perveniſſent, hæc fuiſſe prætermiſſarum. Quare ut planè certam Rayſſius ſibi fidem conciliet, alia requiri non immeritò teſtimonia poſſent, quàm, quas allegat, picturarum ſupra dicta miracula exhibentium, præſertim cùm de illarum antiquitate minimè conſtet. Inſuper quis non miretur utriuſque jam exhibitæ narrationis ejuſdem prodigii diverſitatem? Si Rayſſio credendum, contigit res, baculo terræ præ admiratione priorum prodigiorum infixo. Si verò num. præced. Anderlacenſis capituli reſponſioni adhærere placuerit, viruit baculus, cùm à Sancto, ut liberiùs orationi vacaret, terræ infixus fuit. Rurſus; ſi Rayſſium ſequimur, non* S. Guidonis, *ſed heri ejus baculus terræ infixus cœpit vireſcere, & paulatim in altiſſimam quercum excrevit.* Hæc enim, *habet*, cùm diceret (*herus, ut ex iis, quæ præcedunt, colligitur:*) baculum in terram injicit demirantis more, qui continuò foliis in omnium oculis inſtructus apparuit. *Si autem Anderlacenſium traditionem recipimus; fuit* S. Guidonis *baculus, qui divina virtute frondere viſus eſt. Hoc tamen ultimum mihi longè veriſimilius apparet.*

F

non tamen omninò rejiciendum oſtenditur.

7 *Iſta hoc loco lectori exhibenda cenſui, quia, etſi non omninò certa propter biographorumque, qui de Sancti noſtri geſtis ſcripſerunt, ſilentium exiſtimem, tamen ut planè falſa rejici non debent: non omni enim rem probabilitate deſtitutam eſſe vel ex eo judicari poſſe liquet, quòd certè arbor quædam ab Anderlacenſibus jam à multo tempore in veneratione habita fuerit, ſanctique* Guidonis *nomine nuncupata; quam excidere auſi non fuerunt, niſi prævia obtentâ regis & archiepiſcopi facultate. Accedit ramos ejus te-*

AUCTORE J. T.

mercè comburentibus divinitus, ut creditur, inflicta pœna, ex prioris glandine nova arbore priscæ conservata memoria, sacellumque in eodem loco exstructum; quæ omnia haud dubiè suadent saltem aliquid veri narratæ rei subesse.

ex iis, quæ de arbore ista Anderlechtenses tradunt.

8 *Porrò ex arbore antiqua excisa varias* S. Guidonis *imagines fuisse sculptas discimus ex sæpe laudatis Anderlacensis capituli responsionibus. Ex omnibus tamen maximè conspicuam esse aiunt illam, quæ supra Sancti tumulum in navi ecclesiæ jacet: cui addita est hæc inscriptio.*

Guidonis manibus plantatus scipio siccus
sexcentos annos viruit; nunc factus imago.

Inscriptioni additus est annus 1633, *ex quo manifestum est, prædictam imaginem factam esse eodem, quo arbor excisa est anno. Sexcentos verò annos arbor viruisse dicitur; quod si certum foret, ex eo facili negotio certò determinari posset annus, quo miraculum hoc contigit, simul & tempus, quo Sanctus noster in pago Anderlacensi floruit. Sed pronum est judicare, carmen hoc, quod tanto tempore post Sancti mortem compositum est, non nisi ex traditione, ex qua arbor id temporis*
B *sexcentos annos viruisse credebatur, aut fortè etiam ex tempore, quo* S. Guidonem *vixisse arbitrabantur, imagini additum esse; unde, variantibus circa* Guidonis *ætatem scriptoribus, ex eo nihil certi concludi posse apparet.*

Scriptores Vitæ,

9 *Restat, ut pauca de Vitæ Sancti nostri scriptoribus dicamus, ut, quam fidem Vita à nobis edenda mereatur, lector eruditus statuere possit. Vitas tres Mss. nobis communicatas habeo. Duplicem ex Ms. collegii canonicorum Anderlacensium, alteram ex Ms. Rubeæ Vallis desumptam, omnes auctore anonymo conscriptas. Duplex Anderlacensis canonicorum collegii, in omnibus convenit, nisi quod hæc prologum habeat, qui cuilibet Sancti Vitæ præfigi posset; altera careat. Quæ verò ex Rubeæ Vallis Ms. deprompta est, si gestorum enarratorum substantiam spectes, ab aliis non discrepat, enarrandi verò modus talis est, ut non facilè dixeris, uter alterius conscriptam Vitam præ oculis habuerit; certum tamen esse fatearis, alterutrum alterius elucubrationem secutum esse.*

eorum ætas incerta sed à Sancto remota.

10 *Quod ad ætatem verò auctorum attinet, nullus Sancto coævus esse potuit, aut ad ætatem ejus propè accedere: quanto verò tempore Sancto fuerint posteriores, ex nullo capite colligere potui. Id unum affirmari tutò potest, eos centum, fortè etiam plures annos à* S. Guidonis *temporibus abesse; nam solennem sacrorum ossium elevationem recensent, quam § seq. toto seculo post Sancti obitum factam fuisse videbimus; ex quo liquet, eam edendæ Vitæ fidem vindicari non posse, quæ ei deberetur, si ab auctore synchrono, aut ad Sancti tempora propius accedente litteris foret exarata. Dubitare tamen non possum, quin ea, quæ ab aliis relicta acceperant, fideliter secuti fuerint, & quæ de eo audiverant, bona fide posteris tradiderint; nihil enim in Vita legere est, quod fabulam jure existimes, aut scriptorem malæ fidei arguat. Typis edam illam, quam cum prologo ex Anderlacensi Ms. accepi, non alia de causa, quàm, quia ceteris brevius gesta Sancti complectitur.*
C

D

§ II. Sancti tempus emortuale: translatio corporis è cœmeterio ad templum: ejusdem solennis elevatio.

Sancti tempus emortuale ex Actis eruendum. Bailleti opinio,

Quæ de tempore emortuali Sancti nostri, corporis ejus è cœmeterio in templum translatione, & solenni elevatione dicturi hîc sumus, certiorem fidem parere non possunt, quàm Acta ipsa mereantur: ex iis enim omnia depromenda sunt, cùm desint certiora aliundè indicia, ex quibus id assequi possimus. Nam quæ de S. Guidone *tradiderunt scriptores plurimi, ea se ex iisdem Actis hausisse profitentur; quo tamen non obstante, seculo integro circa tempus ejus emortuale inter se discrepant. Bailletus ad* XII *Septembris in Sancti Vita scribit, eum ex hac Vita migrâsse anno Christi* 1112, *& quia Chronicon Cameracense & Atrebatense Gerardum II, qui Lietberto successit,* E *anno* 1092, *Gallia verò Christiana Dionysii Sammarthani Odonem sive Odoardum, Cameracensis ecclesiæ episcopos anno* 1113 *obiisse testatur, à neutro illorum episcoporum Sancti nostri ossa transferri aut elevari potuisse asserit, quod tamen utrumque Vitæ auctor affirmat. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, & Sanctum seculi erumnas consummâsse anno* 1112, *& Deo sanctitatem ejus crebris prodigiis manifestante, á Lietberti successore Gerardo in Nativitate S. Joannis Baptistæ elevatum scribit: sed mirum tam evidentem antilogiam à Molano non fuisse animadversam.*

cui ex Actis consentiunt Baronius & Surius;

12 *Quoad annum Sancti emortualem Bailleto consentiunt Baronius in Annalibus ecclesiasticis ad annum Christi* 1112, *ita loquens:* Quo pariter anno (1112) XII Septembris illustris meritis S. Guido confessor post Hierosolymitanam peregrinationem iterùm repetitam ex hac vita migravit: ut ejus vitæ Acta scriptis data testantur. *Et Surius dicens:* Obiit autem Vir sanctus anno Christi millesimo centesimo duodecimo, quarto Idus Maji, ut habet historia Vitæ ejus: cùm Martyrologium testetur, eum decessisse duodecimo Septembris die. *Quam præ se habuerit Sancti Vitam Eminentissimus Cardinalis, fateor me ignorare; at certè Vita, quam Surius, mutato stylo, edidit, eadem omnia habet, quæ leguntur in Vitis ex Mss. Collegii Anderlechtensis & Rubeæ Vallis desumptis; sanctum tamen Confessorem anno* 1112 *ad superos evolâsse, nec in hac, nec in ista legitur, nec ex illis, ex quibus tamen id se hausisse Surius, ceterique ei consentientes profitentur, argumentis ullis deduci potest, sed manifestè contrarium. Etenim utrumque Vitæ exemplar ex Anderlacensi Ms. ad Majores nostros transmissum testatur, sanctissima glorioси Confessoris ossa è cœmeterio jussu Gerardi II ad templum translata fuisse; idemque ex Molano notat in margine Surius. Ex quo evidentissimè consequitur* S. Guidonem *nostrum ante annum* 1092, *quo Gerardus II defunctus est, obiisse. Quod etsi per errorem à biographo traditum supponeretur, nondum tamen annus* 1112 *Sancto emortualis cum Actis conciliari posset: quippe hoc eodem anno* 1112 *Sanctum solenniter elevatum auctor Vitæ tradit ab Odardo Cameracensi* F *episcopo, unde consequens foret, eodem, quo vivere desisset, anno factam elevationem fuisse, quod,*

quan-

A *quantum laudatis Actis adversetur, etsi ex iis, quæ de inchoato ejus cultu § 1 diximus, satis colligi possit, tamen paucis ulteriùs ostendo.*

sed iis, Acta repugnare ostenditur,

13 *Primò non tantùm elevationis tempore, sed etiam quando translatio è cœmeterio ad templum, quæ certè elevationem præcessit, facta est, sola sanctissimi corporis ossa superfuisse significat Vitæ auctor: deinde quæ elevationem præcessisse narrat, luculentissimè ostendunt, eam multo post Sancti obitum tempore contigisse: nam nullâ, quâ par erat, inquit, reverentiâ sacrum corpus colebatur, quod in cœmeterio sepultum jacebat; imò vix non Sancti memoria apud Anderlacenses in oblivionem diuturnitate adducta erat, cùm miraculis inclarescere cœpit; quibus permoti clerus populusque sacellum, quod muris ecclesiæ inhærebat, supra Sancti sepulcrum in honorem Deiparæ Virginis construxerunt, quò propter miraculorum famam longè latéque dispersam undequaque populus Christianus confluebat. Tandem veteri ecclesiâ ruinam minitante, ex piis peregrinorum donis in grati animi tesseram, beneficiique memoriam oblatis, templum priori augustius condere decretum est, jussuque Gerardi II* S. Guidonis *ossa in ejus medio terræ*

B *mandata sunt, atque demum longo post perfectam novam ecclesiam tempore ab Odardo elevata. Hæc, quæ ex Actis ejus deprompsimus, ostendunt haud dubiè primò laudatos scriptores, cùm ex eadem Vitæ historia* S. Guidonem *anno* 1112 *obiisse volunt, mortem pro elevatione per errorem legisse, aut describentium incuriâ in accepto Vitæ exemplari mortis pro elevationis notatum fuisse annum; deinde discessum Sancti ex hac vita, si biographo credendum judicamus, multo ante annum* 1112 *tempore contigisse.*

ex quibus toto ferè seculo citius obiisse eum, eruit Miræus & alii.

14 *Perspectum illud habuit Aubertus Miræus; in suo enim rerum Belgicarum Chronico ad annum* 1012 *de* S. Guidone *ita loquitur:* S. Guido (qui ut alter Nepotianus, à S. Hieronymo laudatus, multis annis servivit Deiparæ in basilica Lacensi haud procul à Bruxella floribus & ramis illam exornans) hoc item anno ad meliorem vitam transiit, ut ex illius loci monumentis collegi. *Miræum sequitur Sanderus in Laca parthenia illustrata pag.* 6; *qui & Rayssium in Molani auctario* S. Guidonem *memorato anno obiisse sibi certò*

C *constare asserentem laudat; ex quo monumento nescio; non aliunde quàm ex Actis opinor. Accedit Grammayus in Antiquitatibus Belgicis pag.* 10 *col.* 1 *dicens:* Licèt Molanus, imò & Baronius B. Guidonis mortem rejiciant in annum MCXII, tamen Ms. codex & diplomata arguunt errorem facilè unius seculi esse. Codex quidem in annum MXII (*typographiæ errorem esse opinor, legendumque* 1112; *ita enim laudatus codex habet, & Grammayi contextus exigit*) & festum Natalis Joannis Baptistæ rejiciens ejus elevationem; diplomata verò donationum consentientia. *Quæ hîc donationum diplomata laudat Grammayus, credebam Anderlacensis ecclesiæ esse; quare hæc consului aliquid inde certi pro Sancti nostri emortuali anno colligendum existimans; sed in his nec mentionem de eo reperi, nec aliquid, quod mortem ipsius anno* 1012 *affigendam suadet.*

quibus adstipulantur Brabantiæ Chronica.

15 *Laudatis tamen scriptoribus adstipulantur Chronica Brabantiæ nostræ linguâ vernaculâ ex antiquioribus conscripta, quæ Sanctum nostrum circa tempora Gerbergæ Bruxellarum Comitissæ floruisse cap.* 22 *disertis verbis attestantur. Verba Latinè reddita subjungo:* Circa Gerbergæ Bruxellarum comitissæ tempora, ducis Caroli filiæ in Brabantia vivebat sanctus confessor Guido. *Hæc, inquam Chronica favent scriptorum laudatorum sententiæ; nam si circa hæc tempora Sanctus floruerit, dubium non est, quin diu ante annum* 1112 *è vivis excesserit. Belgii enim nostri Chronica, & ecclesiæ Cameracensis, Gerbergam ducis Caroli filiam ante annum* 1002, *quo à fraterna hæreditate exclusa est, Bruxellensibus & Lovaniensibus præfuisse, nec diu post annum* 1014 *aut* 1015, *quo maritus ejus Lambertus in prælio contra Godefridum ducem cecidit, superstitem fuisse tradunt.*

AUCTORE J. T.

Idem ex Sancti peregrinatione ad terram Sanctam confirmatur,

16 *Dissertatiunculum quamdam amplissimi domini Petri vande Velden capituli Anderlacensis quondam decani, viri, teste R. adm. D. de Vaddere ejusdem ecclesiæ canonico, eruditissimi, Majoribus nostris anno* 1631 *communicatam habeo, in qua laudatus jam decanus de tempore vitæ & mortis* S. Guidonis *disserit. Præter rationes non paucas, quibus eum vitam hanc mortalem cum æterna anno* 1012 *commutâsse, lectori persuadere nititur, id ipsum ex suscepta circa vitæ finem Sancti ad limina Apostolorum & terram Sanctam peregrinatione probari posse contendit, & multis probare conatur. Ratiocinium ejus in compendium contractum subjicio. Ex historia vitæ Sancti colligi* E *inquit tam celebratam peregrinationem raram quidem & difficilem ob itinerum fatigationes, pelagique timores fuisse, sed nullum à grassantibus hostibus imminuisse periculum; unde concludi posse putat, eam pacato tempore à Sancto fuisse susceptam, quo aptius assignari nequeat, quàm annus* 1004, *si cum latitudine quadam accipiatur. Contrà verò, si dicamus peregrinationem prædictam institutam fuisse circa annum* 1104, *quod in adversariorum sententia dici debet; nec rara, inquit, fuerit; quandoquidem circa hoc tempus Occidens universus in Orientem demigrare visus est, & fortè etiam ob hostes hocce tempore grassantes, periculosa. Addit:* Cur venerabilis Wonedulphus decanus Anderlacensis eamdem peregrinationem cum sociis obiens, & S. Guidoni obviam Romæ factus tam sollicitè & constanter eumdem rogâsset, ut secum reverteretur ad loca incognita. *Hæc ille.*

ex qua certum reddi nequit;

17 *Nolo inficiari argumentum jam propositum tale esse, ut aliquam pro Sancti obitu circa annum* 1012 *verisimilitudinem præ se ferre possit; sed meo judicio certitudinem non affert. Etenim peregrinationem à Sancto susceptam apud biographos à raritate celebratam nullibi reperio; difficultatesque, quas diuturno itinere perpessum fuisse testantur, non multò leviores fuisse futuras, etsi circa annum* 1104 *iter suum inchoâsset, historiam vitæ consideranti patebit. Quod verò attinet ad venerabilem virum Wonedulphum, potuit is moveri, ut* S. Guidonem *itineris sui comitem tam impensè rogaret, perspectâ Viri sanctitate, suavissima illius conversatione, aliisque eximiis ejus dotibus. His adde rationem, quam auctor anonymus affert in Vita à nobis edenda.* Quoniam, *inquit*, viæ & linguæ gentium, ad quos nos esse venturos speramus, magis tibi quàm nobis sint notiores.

F

licèt à vero eorum opinio, si Actis insistendum sit, non multùm aberrare possit.

18 *Laudatorum tamen scriptorum sententiam non multùm à vero aberrare propter jam dicta, si Actis inhærendum sit, existimo: quò minùs tamen eam quoad determinatum annum* 1012 *admittam, facit primò versus sculptæ Sancti nostri imagini additus & § 1 exhibitus, cui si credimus, in vivis erat* S. Guido *anno Christi* 1033; *ex annis enim* 1633, *si sexcentos demas, restabit annus* 1033, *quo Sancti baculum terræ infixum viruisse dicendum erit. Deinde allegatæ rationes etsi Sanctum diu ante annum* 1112 *obiisse evidentissimè ostendant, nihil tamen pro illo determinato anno pro-*

AUCTORE J. T.

probant. Denique prohibet hoc ipſe Vitæ ſcriptor anonymus, qui eum primâ nocte Dominica è vivis ereptum ſcribit: duodecima namque Septembris, qui communiter Sancti dies emortualis ſtatuitur, non in Dominicum anno 1012, *ſed in feriam ſextam incidiſſe certum eſt.*

tamen quoad hunc determinatum annum admittenda non eſt.

19 *Scio Grevenum in Uſuardi auctariis apud Sollerium noſtrum annuntiare Sanctum ad* XII *Maji, & Bailletum in ejus Vita Gallicè ſcribere:* Sanctè obiit XII Septembris anno MCXII. Opinio eſt illorum, qui vitæ ejus hiſtoriam corrigere voluerunt, in qua mors ejus XII Maji poſita fuerat; & ſi verum eſt, eum Dominico die mortuum eſſe anno MCXII, ſuſtineri nequit, duodecimam Septembris fuiſſe, qui in diem Jovis illo anno incidit, quo tamen anno, XII Maji Dominica fuit. *Sed verum non eſſe Sanctum anno* 1112 *obiiſſe, jam oſtendimus; nec magis in Hiſtoria vitæ duodecimam Maji emortualem ejus diem reperio, quàm annum* 1112. *Unde nihil eſt, quod contra Martyrologium Romanum, & pleroſque ſcriptores mortem Sancti* XII *Maji affigendam ſuadet. Hæc de emortuali ejus tempore; nunc ad ſacri corporis*

B

è cœmeterio ad templum tranſlationem, ſolennemque ejuſdem elevationem procedimus.

Confunditur ſacri corporis tranſlatio cum elevatione,

20 *Veteris eccleſiæ muris, quibus ſacellum ſeu oratorium ſupra* S. Guidonis *tumulum erectum inhærebat, ruinam minitantibus, clerum populumque Anderlacenſem de ſacris* S. Guidonis *exuviis ſollicitum, ad epiſcopum Cameracenſem ſuos miſiſſe nuntios, præſulem, quid de iis fieri vellet, conſulturos, jam ex Actis prælibavimus. Hic, ut Vitæ auctor teſtatur, ſacrum corpus è terra effodi & in medio templi rurſus humo tradi juſſit, quod à clero populoque non minùs reverenter, quàm fideliter exſecutioni mandatum eſt. De tempore, quo tranſlatio hæc contigit, ſcriptores varii varia tradunt. Molani opinionem prætereo; quàm enim malè cohæreant, quæ ſcribit, oſtenſum eſt num.* 1. *Miræus tranſlationem hanc cum ſolenni deinde facta elevatione confundit. Ita ſcribit in Chronico ſuo Belgico ad annum* 1012: Deo Viri ſanctitatem per crebra miracula teſtante, circa annum MLXXXV Gerardus II epiſcopus Cameracenſis ejus oſſa è terra levavit, & in capſa honorificè collocavit. *Certum quippe ex hiſtoria vitæ eſt,* S. Guidonis *oſſa juſſu Gerardi II non in capſa honorificè collocata, ſed è cœmeterio ad templum delata, ibidemque rurſum humo tradita fuiſſe.*

C

quam rectè diſtinguit auctor Vitæ Flandricæ, ſed errat in tempore, quo contigiſſe ſcribit;

21 *Joannes Gooris eccleſiæ collegiatæ Anderlacenſis canonicus in Vita, quam de Sancto noſtro Flandricè conſcripſit, tranſlationem juſſu Gerardi II factam à ſolenni per Odardum anno* 1112 *in in feſto S. Joannis Baptiſtæ Natalibus ſacro, rectè quidem ex Mss. ejus Vitis diſtinguit, ſed erat, hanc contigiſſe ſcribens anno* 1046 *ſub Gerardo, qui obiit* XI *Auguſti* 1092, *eodem tempore, quo corpus S. Gudulæ ex S. Gaugerici ad templum S. Michaëlis delatum eſt: Gerardus enim, qui anno* 1092 *vitâ defunctus legitur, hujus nominis ſecundus eſt, nec Cameracenſi eccleſiæ epiſcopum præfuiſſe anno* 1046, *ſed ab anno* 1078 *uſque ad* 1092 *ex ejuſdem eccleſiæ Chronicis indubitatum habemus. Errori anſam & Vitas Sancti Mss. & Chronica Brabantiæ vernacula, quæ laudat, præbuiſſe exiſtimo: etenim, quando tranſlationem ſæpe memoratam à Gerardo, qui anno* 1092 *obiit, factam tradit, ad Gerardum Lietberti ſucceſſorem, cujus juſſu peractam eſſe Vitæ omnes Sancti noſtri teſtantur, videtur reſpexiſſe; dum verò id anno* 1046 *contigiſſe aſſerit, Chronica jam laudata ſecutus eſt, quæ ab eodem epiſcopo, eodemque tempore, quo prædicta S. Gudulæ tranſlatio contigit,* S. Guidonem *elevatum fuiſſe cap.* 27 *ſcribunt; ſacrum enim S. Gudulæ corpus circa hoc tempus à Gerardo I, præſente Lamberto comite, ſummo cum honore in eccleſia S. Michaëlis Bruxellis repoſitum fuiſſe patet ex ejus Vita apud nos ad* VIII *Januarii illuſtratâ.*

D

quod oſtenditur.

22 *Quia igitur ex Sancti Vitis tam ex Rubeæ Vallis, quàm ex Ms. codice Anderlechtenſi deſumptis perſpicuum eſt, ſacras exuvias juſſu Gerardi II, Lietberti in epiſcopatu Atrebatenſi & Cameracenſi ſucceſſoris, ad templum tranſlatas fuiſſe, iis, ſi inſiſtendum ſit, patet tranſlationem illam anno alicui inter* 1078 *&* 1092 *medio affigendam eſſe, quo tempore Gerardus ille eccleſias prædictas epiſcopus gubernavit; ſed quo ex illis determinato anno contigerit, ex nullo colligi poteſt monumento; ſolùm enim ſub laudato præſule multo poſt Sancti obitum, oratoriumque ſupra tumulum ejus conſtructum, tempore factum fuiſſe, biographus ſcribit; quæ voces, quantum temporis ſpatium complectantur, divinare nequimus: Sancti tamen oſſa, eo indies novis fulgente miraculis, ab Odardo ſolenni feſtivitate è terra effoſſa, honorificéque capſæ incluſa, in qua & hodiedum aſſervantur, populi venerationi expoſita fuiſſe feſto S. Joannis Baptiſtæ nativitati conſecrato anno* 1112, *quo eum ſcriptores plurimi jam laudati diem ſuum obiiſſe ex iiſdem Actis per errorem collegerunt, Vitæ omnes Sancti noſtri, quæ ad manus noſtras pervenerunt, teſtantur.*

E

Refutatur quorumdam opinio Sanctum cum alio Sancto Guidone eumdem eſſe ſuſpicantium.

23 *Nunc locus eſſet Vitæ, prout ea nobis communicata eſt, lectori exhibendæ; niſi ex iis, quæ in Prætermiſſis ad* IX *Februarii in Opere noſtro leguntur, Majoribus noſtris ſuſpicionem quamdam hoc loco examinandam, ſuggeſtam fuiſſe colligerem,* S Guidonem *noſtrum eumdem eſſe cum quodam S. Wynando, qui in codice aliquo recenti, ut ibidem dicitur, manu exarato, annuntiatur his verbis:* in Canuſina civitate SS. epiſcoporum Sabini & Wynandi. *ſubjungitur:* Nullus in Canuſinorum epiſcoporum Catalogo apud Beatillum Winandus; neque omninò, quis hic ſit, aſſequimur. *Nec ego aſſequor: nam neque apud Ughellum in Italia Sacra inter Canuſinos epiſcopos* Winandum *reperio, & Martyrologium Romanum, omiſſo Winando, ad* IX *Februarii Canuſii in Apulia ſolum S. Sabinum epiſcopum & confeſſorem annuntiat. Quidquid tamen eâ de re ſit; ſi* Winandus *aliquis Canuſinorum epiſcoporum catalogo inſerendus ſit, quod inveſtigare hujus loci non eſt, eum à Sancto noſtro, quem epiſcopum non fuiſſe ex Vita liquet, diſtinctum eſſe dubitari non poteſt. Frequens in iiſdem Prætermiſſis ad eumdem diem in Moſa ac Rheni tractu eſſe nomen* Winandi, *quem alii* Victorem *volunt, alii* Venantium *propter Latinum* V, *quod Teutones in* W *transferunt, refertur; & vir quidam eruditus in litteris ad Majores noſtros Coloniâ datis novum ſe vidiſſe Martyrologium teſtatur Urbano VIII dedicatum, in quo ad* IX *Februarii leguntur hæc verba:* In Germania feſtum S. Winandi, *putatque eſſe* Widonem, *qui in Anderlechtenſi pago juxta Bruxellam colitur. Opinionis fundamentum allegat, quòd Sanctus noſter qui linguâ Latinâ* Guido, *vernaculâ* Wyen *nuncupetur, quomodo etiam à Germanis linguâ ſuâ* Winandi *vocantur. Sed fundamentum hoc planè inſufficiens eſſe ad aſſerendum* S. Winandum *illum, qui hoc die in Germania memoratur, eumdem eſſe cum noſtro, manifeſtum apparet; niſi quis voluerit omnes eodem appellatos nomine eaſdem eſſe perſonas. Eminentiſſimus Baronius ad annum* 1046 *teſtatur corpus*

A *pus S. Guidonis abbatis Pompoſiani hoc anno ab Henrico imperatore Spiram delatum eſſe; & Papebrochius noſter in Itinerario ſuo ad Urbem, ſe collegiatam* S. Guidonis *ædem Spiræ vidiſſe ſcribit, in cujus ſacello aliquo Sancti illius Vita aqueis cernitur coloribus depicta. Fortè is eſt, cujus nomen in Moſæ ac Rheni tractu tam celebre eſſe perhibetur. Effigiem Sancti non Anderlechtenſium ſolùm, ſed etiam variis in locis contra pecorum armentorumque morbos patroni, proùt in vetuſtioribus picturis repræſentatur, & Vitam ejus ex antiquo Anderlechtenſi codice ſuis illuſtratam annotationibus ſubjicio.*



B

SANCTE GUIDO
ora pro nobis.

VITA

C *Ex Manuſcripto Anderlechtenſi,*

Auctore anonymo.

PROLOGUS.

Uberrimos, quos Chriſti Eccleſia quotidie fructus refert, recenſet.

POſtquam Dominus & Redemptor noſter vineam, quam de Ægypto tranſtulit, ſecus decurſus Sanguinis & aquæ lateris ſui tranſplantavit, verax vitis propagines humanitatis de ſepulchro uſque in cœlum extendit; Apoſtolis in miniſterium Euangelii toto orbe terrarum diffuſis, non deſtitit nec adhuc deſiſtit Eccleſia Chriſtiana florere, & quotidie novos fructus ſuæ plantationis referre, non tantùm in Iſraël, ubi paſſionis ſuæ torcular Chriſtus calcavit ſolus, & de gentibus non eſt vir ſecum; ſed etiam in Idumea, ubi extenſum eſt calciamentum ejus Incarnationis, & alienigenæ amici ejus facti ſunt. Hujus igitur vineæ ſuæ, cujus umbra jam montes cœli operuit, & arbuſta ejus cedros altos, quæ extendit palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen propagines ejus, unum uſque ad nos omnipotens Deus electum palmitem extendit, qui ſcilicet tanto flore adhuc fructificando non marceſcit, ut non dubitetur ſumptus de illa veræ repromiſſionis terra, cujus botrum legimus in veteri Teſtamento à duobus viris vecte portatum, qui apud plantatorem ſuum, cui vel ſe vel omnes fructus ſuos fideliter deputavit, tanti habetur meriti, ut in loco præſentationis ejus ad gloriam & honorem omnipotentis Dei, qui in membris ſuis quotidie nova operatur, dæmones rugiant, & effugentur, cæcitas illuminetur, debilitas, & omnis morbus ſecundum petentis fidem relevetur, ut meritò debeat laude humani oris celebrari, cujus laus ſemper Chriſtus fuit, & ideo ad angelorum laudes tranſiit. A. ANONYMO.

2 Laudis autem noſtræ ſumma eſt, ut imitemur, quem laudamus, & ad ædificationem legentium aliqua geſtorum ejus ſcribendo vel breviter attingamus; ſcilicet, ut per eum provocemur ad bene agendum, cujus vita bene vivendi eſt exemplum. Inde eſt, quòd beatus Job inter filiorum funera, & rei familiaris damna, inter carnis ſuæ vermes & vulnera, ait: Quis mihi det, ut ſcribantur ſermones mei? ut non inter tot dolores officioſum alicujus mendacium ſanctum martyrem delectaret, qui hoc ipſum ſemper cautè *, ne oleum peccatoris impinguaret caput ejus, ſed ut exemplo ſuo nos inſtrueret, quibus alis pigritia noſtræ infirmitatis ad Auctorem ſuum evolare deberet. Et ut de ſpecie ad genus, de parte ad totum tranſeamus, inde eſt, quòd ab initio rudis mundi, uſque ad præſentis temporis neceſſitatem, tot ſanctorum Patrum adhuc apud nos retinetur viva memoria, quos ad illuminandam lippitudinem noſtram, omnipotens Deus quaſi quoſdam, ut ita dixerim, ſoles & ſydera in hujus Eccleſiæ ſuæ cœlo ordinavit, ut etſi cæci eſſemus, de viva tamen eorum lampade lumen animæ noſtræ mutuare poſſemus. Ad horum igitur ſimilitudinem proponimus vobis Guidonem cordibus rectorum laudabilem, minùs perfectis virum imitabilem, qui, ſicut ex fine ejus colligitur, in quo omnis laus ſecurè canitur, tam probabiliter vixit in mundo, ut nulli dubium ſit, quòd ejus ſpiritus poſſit * in cœlo, cujus meritis quotidie videmus periclitantibus ſeculis ſubveniri à Deo. *Sanctum imitandum proponit.* * *ſubintellige* curavit E. * *al.* vivat

CAPUT I.

Sancti pueritia: eccleſiæ Lacenſis cura ſuſcepta: ad Terram ſanctam & limina Apoſtolorum peregrinatio: pius obitus. F

VEnerabilis Guido ante ſecularia tempora prædeſtinatus & electus, & his noviſſimis diebus huic mundo à Deo condonatus, in pago Brabantenſi *a*, tugurio ruſticano, & paupere domo natus & alitus eſt; qui ſtatim in primæva ætatula ſua, ac ſi jam viva voce audiſſet ex Euangelio: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum; tam honeſtis moribus illas, quas hujus conditionis putant, neceſſitates ornavit *b*, ut penuriam divitias putaret, & quantùm illa patiebatur ætas, de puſillo *c* Chriſti grege eſſe totis viribus contenderet. *Sanctus pauperibus parentibus ortus,* *a* *b* *c*

2 Furabatur jam tunc parentum oculis certas horas, quibus vel eccleſiam oraturus adiret, vel ut infirmis, quidquid de facultatula ſua corradere poſſet, miniſtraret, nec hilarem eum ulla dies videretur *, niſi priùs aut orâſſet, aut elemoſinam de ſinu ſuo protuliſſet. Stupebat genitor, vicini admirabantur, & divinum aliquid jam in eo *à pueritia orationis & miſericordiæ in pauperes ſtudium fovet.* * vidit

A. ANONYMO. ominis * venerabantur. Qui, ut in robur evasit virile, cœpit statim maternæ domus tœdere, & testes operum suorum oculos hominum velle fugere, & nisi sibi ipsi quoque abrenuntiâsset, de perfectione omninò desperare.

Desiderium perfectionis & solitariæ vitæ amor.

3 Interim cœtui & conventibus sanctorum virorum, quando posset, frequens interesse, & quidquid de vita æterna posset percipere, magnum sui detrimentum putare, nisi ad hoc ipsum faciendum studuisset aspirare. Antoniorum & Arseniorum vitam, hoc est solitudinis quietem, cùm toto corde concupisceret, dolebat, quòd nec de vicino eremum, nec, cui se traderet erudiendum, invenire posset solitarium. Sed quia sancta desideria, quamvis interdum differantur, nequaquam tamen in fine spe sua frustrantur: cùm quotidie progrederetur, & locum saltem inter ignotos habitandi sedulus speculator scrutaretur, ad villulam nomine Laken *d* pervenit, ubi ecclesiam sanctæ Dei Genitricis nomine consecratam cùm audiret, divertit, ut oraret. Ad pernoctandum à presbytero retentus, in crastinum, ut in ecclesiæ suæ servitio remaneret, est rogatus; notabat enim in eo quandam venusti vultûs gravitatem, breviloquium, lenitatem, & sine intermissione ad Dominum cordis intentionem.

d

B

Lacensis ecclesiæ custodiam suscipit, e

4 Cujus petitionem Vir sanctus, acsi præceptum Domini libenti animo suscipiens *e*, gaudebat velut si tunc demùm viam mandatorum Dei initiaret, & quòd seipsum quodammodo jam desereret, & alienæ voluntâti deservire deberet. Gaudebat ante omnia, quòd in amicum conscientiæ suæ locum devenisset, ubi vigilias & orationem, jejuniaque sua extendere liceret secundùm propriam voluntatem. Ex eo jam tempore beatus Guido veluti alter Samuel sub suo Heli in domo Domini fideliter deservire, & nullum omninò mandatorum ejus præterire, maximè eorum, quæ ad servitium Dei videret pertinere *f*. Parva quidem sunt, quæ ad majorum comparationem dicturi sumus; sed in quibus eumdem animum ad bene agendum semper paratum intelligas. Sicut enim eundem artificem Dominum, non tantùm in cœlo & stellis, oceano & terris, leonibus & elephantibus admiramur, sed etiam in minoribus creaturis, formicis, locustis, apibus & muscis, & cæteris, quorum magis nota sunt corpora, quàm nomina, & eandem in cunctis stupemus suam solertiam, sic mens sanctorum virorum æquè sollicita est circa majora & minora. Et cùm inter cætera nihil studeat, egregiè omnes pariter in se virtutes congregat.

f

C

de cujus nitore mirè sollicitus est. Ejus virtutes, vitæque austeritas.

5 Erat enim sollicitus, si niteret altare, si laquearia absque fuligine, si pavimenta tersa, si sacrarium mundum, si vasa lucentia, & in omnes cæremonias pia sollicitudo disposita. Ubicumque eum quæreres, in ecclesia invenires, floribus quoque diversis & arborum ramis cancellos & consiliabula *g* Sanctorum vestiebat; ut quidquid placeret in ecclesia, vel dispositione vel visu, labor & studium testaretur *h*. Invidiam humilitate superare, nulli umquam obscœno rumori locum dare, nec contra Euangelicum præceptum duas tunicas habere *i*, magisque ab extraneo domino ostiatim stipem poscere, quàm poscentem se sine eleemosina dimittere. Jejuniis quoque totum corpus depascere, frequens in ecclesia pernoctare, & quod difficillimum, sine detrimento animæ suæ omnium oculis placere. Nunquam in ore ejus risus aut pueriliter effusus, aut muliebriter fractus. Peccata quotidiana, & sine quibus vita nostra nullo modo ducitur, tanto lacrymarum fonte abluere, ut gravissimorum scelerum eum putares reum. Tales tamque inexterminabiles hujus Christi palmitis flores cùm videret aper *k* de silva, & singularis ferus, adjunctis sibi suis vulpeculis, conabatur eum depascere & demoliri; sed triplicem ejus munitionis sepem *l* nullo modo aut scindere, aut transcendere poterat; frequenter conatus, frequenter repulsus; cùm per se jam nihil proficeret, tamen non invidere non poterat & indesinenter insidiabatur, quem ferire nequibat.

g

h

i

D

k

l

Suasu mercatoris cujusdam Bruxellensis, mercaturæ animum, relictâ ecclesiæ custodiâ, addicit;

6 Igitur quia Dei permissio semper justa est, sed voluntas diaboli injusta, nec quisquam à justa permissione frustra affligitur, si injustæ voluntati rectè renititur; sicut quondam per ostiariam Apostolum, sic hunc suum Famulum Deus tentari permisit per unum diaboli ministrorum *m*. Nam quidam mercator de Bruxella *n* vicino castello veniens, officiosè, ut semper, ab eo susceptus est. Qui, cum liberalitatem erga pauperes & benignitatem ejus ad omnes miraretur, primò de vilitate vestimentorum ejus causari, postea quasi piâ compassione, ne deesset sumptus ad faciendam eleemosinam timere, tum aliquid se promittebat velle consulere, ut nec unquam deficeret pia eleemosina, & semper abundaret liberalis ejus dextera. Multis ambagibus tandem ad id perventum, ut venalitatem, & mercaturam suaderet. Quid ageret Christi Miles? regebat * velle, quod nesciebat, & tamen præterire nolebat, quem * ille rectè facienda suadebat. Consensit tandem & mirantibus omnibus, novum se exponit mercatorem. Interim carina paratur, census undecunque corraditur, & data die remorum ductu per Sennam *o* pleno flumine navigatur. Sed quia scriptum est, Comprehendam sapientes in astutia sua, hanc sui Servi astutam sapientiam statim Dominus comprehendit, & quantum in oculis ejus talis mercatura displicuerit, evidenti signo ostendit. Nam in medio flumine, pleno utroque littore carina in sicco deponitur, & suum periculum omnibus minatur. Fit clamor & strepitus, omnibusque vel fune trahentibus, vel remis impelle * conantibus frustra consumitur opus. Ipse sanctus Guido velut confidens robore & fortiori brachio, cùm se in auxilium accingeret, & contum *p* subrigendæ navi aptaret, ita firmiter lignum illud ejus adhæsit manibus, ut nullo modo extorqueri posset.

E

* cogebatur

* quæ

m

n

o

* impellerò

p

F

sed divina castigatione revocatus, ad relictam ecclesiam redit.

7 Videns sanctus Vir novæ rei miraculum, stabat & hærebat, eò magis, quòd lignum manui suæ adhærens nullo modo projicere poterat. Ad se autem reversus, reum jam se intelligens, & ignobilis mercaturæ tandem pœnitens, redit ad pridie relictam ecclesiam, commissorum suorum culpam deploraturus apud beatam Dei Genitricem Mariam, oculosque à lacrymis, & os à verbis precum non continuit, donec lignum, quod suis adhæserat manibus, humi cecidisse vidit, magisque præ gaudio lacrymans sanctæ Trinitati immensas agebat gratias. Nec idcirco ei hoc contigisse credendum est, quasi mercatura, si fideliter agatur, apud Deum damnetur; sed quædam sunt officia *q*, quæ vix aut nullatenus sine crimine exerceri possunt; sicut legimus beatum Petrum apostolum piscatorem ante suam à Domino vocationem, Matheum verò thelonearium fuisse; & utrique à Domino electi post resurrectionem ejus, Petrus, qui navim & retia reliquerat, ad piscationem rediit; Matheus vero ad theloneum non resedit: quia ut beatus ait Gregorius, aliud est per piscationem victum quærere, aliud est per thelonei lucrum pecunias augere: & officium, quod

agere

A ante converſionem ſine crimine eſſe potuit, hoc poſt converſionem repeti culpa non fuit. Quia verò mercatura rarò aut nunquam ab aliquo diu ſine crimine exerceri potuit, & antiqui inſtinctu hoſtis à quodam ſuorum miniſtrorum beatus Guido perſuaſus ad hanc erat devolutus; cum Dominus tali officio coinquinari non fuit paſſus; ſed, ut ab hoc ceſſaret, & prioris quietem vitæ repeteret, piæ correctionis eſt flagello admonitus. Qui quaſi graviſſimum perpetrâſſet ſcelus, & per hoc omnes prioris vitæ labores amiſiſſet, amplioribus jejuniis & vigiliis * corpus macerare, & orationibus & lacrymis ardentiùs inſiſtere.

* cœpit

ad limina Apoſtolorum & terram ſanctam proficiſcitur. Rediens Wonedulpho ſuiſque ſociis Romæ occurrit

8 Poſt aliquantum verò temporis, pro poſſe ſuo paratis viæ ſuæ ſumptibus, Romam ſanctorum Apoſtolorum limina viſitare, ac deinde Hieroſolymam ſancta videre loca eſt profectus, ac per ſeptennium aliorum Sanctorum eccleſias per orbem penè totum poſitas luſtrare non ceſſavit. Jamque ejus barba prolixa, vultus & reliquum corpus illius fame & labore itinerum attenuatum, & capilli capitis ejus adeò increverant, ut à nullo ſibi quondam noto omninò recognoſci poſſet. Tum divinâ adductus gratiâ Romam iterum venit, ubi venerabilem virum nomine Wonedulfum in pago Brabantenſi *r* decanum, cum aliis ſui itineris comitibus *ſ* Hieroſolymam ire volentibus repperit, quos utpote olim notos benignè agnoſcens, ab illis minimè eſt recognitus; coſque nominatim appellans, primò dominum Wonedulphum, & deinde cæteros benignè ſalutavit. Unde omnes illi in ſtuporem & in admirationem ſunt verſi, quòd huic Viro, quem nunquam antea ſe vidiſſe reminiſcebantur, ſuæ facies, & ſua tam nota eſſent nomina, eumque quiſnam, aut unde eſſet, & quò vellet, humiliter ſunt ſciſcitati. Tum ille: Fratres, inquit, dilectiſſimi, ego Guido ſum ille peccator, qui in pago Brabantenſi in eccleſia ſanctæ Dei Genitricis Mariæ nomine conſecrata, in villa, quæ dicitur Laken, aliquando ſum commoratus & ob amorem cœleſtis patriæ, hanc ipſam Romam ac deinde Hieroſolymam peregrè profectus viſitavi, & ab ipſa die uſque nunc Sanctorum eccleſias in extremis mundi partibus ſitas eorum patrocinia implorans perluſtravi.

B

r

ſ

quibuſcum rurſus Hieroſolymam proficiſcitur.

z

C

9 Quod audientes illi, & Virum utpote quondam viſu, facie, & nomine ſatis notum modò recognoſcentes & quomodo piis actibus Deo ſemper geſtierit placere, reminiſcentes, cum proni in terram adoraverunt *t*, humili voce talia ſubjungentes verba: Quoniam, inquiunt, Pater ſanctiſſime, non fortuna, ſed ſola Dei, qui hominum ſemper, quorum miſertus fuerit, conſulit ſaluti, huc te, ut credimus, adduxit gratia, tuam precamur benignitatem, ut quia adhuc peregrinari & multa pro Deo pati es paratus, nobiſcum ire Hieroſolymam digneris, quoniam viæ & linguæ gentium, ad quos nos eſſe venturos ſperamus, magis tibi, quàm nobis ſunt notiores. Quod Vir Dei audiens, pio, ut erat, animo, Fratres, inquit, amantiſſimi, non ſolùm vobiſcum ire Hieroſolymam, ſed & ipſam meam, ſi neceſſe ſit, pro vobis ponere animam juxta Salvatoris mandatum ſum paratus. Quorum dulcedine verborum illi uti mellis favo recreati, & alacres admodum effecti, in amplexus ſancti Viri ruunt, caput & manus ejus deoſculantur, Deo, qui tam fidum viæ ducem eis proviſerat, laudes indefeſſa voce referentes. Quid plura? hujus Viri conſortium adepti poſt multas itinerum fatigationes, & innumeros per pelagus timores, tandem Hieroſolymam & ad alia ſancta perveniunt loca, quibus ad libitum ſuum circumquaque perluſtratis, ſani & incolumes repatriabant, cùm, Deo vocante, qui eos, in ſuo famulatu devotiſſimos, carnalis commorationis ſordibus coinquinari ulteriùs nolebat, primò dominus Wonedulphus, & deinde ſui conviatores terræ corpora, & ſanctas cœlo animas reddiderunt: quibus beatus Guido in hac vita reſervatus ſepulturam exhibuit devotus.

A. ANONYMO.

Inreditu moritur Wonedulphus. Miracula quædam in ejus vita, & poſt mortem ad ejus tumulum patrata.

10 At verò dominus Wonedulphus de hoc mundo receſſurus, cùm modica eſſet tactus febri, beatum Guidonem ad ſe accerſivit, ac Spiritûs ſancti gratiâ repletus, ſe à carne ſolvendum eſſe pronuntiavit, dicens: Jam, inquit, Pater amantiſſime, Deo omnipotenti, qui ſperantium in ſe ſemper adimplet vota, ore & toto corde gratias ago, qui etiam, ſupra quod ſperavimus, noſtrum adimplevit votum, ipſeque pietatis ac miſericordiæ operibus, quæ erga nos oſtendiſti, in æterna tibi retribuat vita. Ipſe etiam licèt indigno & infimo ſervo ſuo mihi eſt dignatus revelare, quòd jam tempus & hora imminеat, quâ mortis debitum exſolvere, &, quem mihi Creator meus indidit, ei ſpiritum debeam reddere. Te autem in pagum Brabantenſem ad locum, ubi tua Dominus requieſcere oſſa diſpoſuit, reverſurum ſcias eſſe. Unde illam, quam à Deo habes, oro fidem, & benignitatem, ut amicis meis, & cæteris reditum meum præſtolantibus, obitum meum, quem paulò poſt viſurus es, annunties, & hunc meum annulum aureum tecum deferens, eis pro ſigno veritatis oſtendas; & licèt corporali mea priventur viſione, numquam tamen de pia Domini deſperent miſericordia. Verùm ubi hæc fideli Socio nuntia, & alia ſanctæ exhortationis locutus eſt verba, oculos & manus ad cœlos dirigens, ſeque Domino totum commendans, in circumſtantium manibus angelorum beatam tradidit animam, quam quanto in cœlis pius Dominus ſublimaverit honore, hominibus eſt declarare dignatus *u*. Nam ad tumulum ejus, beato Guidone & pluribus aliis cernentibus, tres claudi greſſum, & duo cæci amiſſum receperunt viſum; nimirum ut qui vivens, & magnæ compaſſionis affluens viſceribus, innumera egenis contulerat beneficia, modò ad mortua ejus oſſa divina fierent miracula. Nec ſolummodò nunc demùm cum Dominus cœperat glorificare, ſed etiam adhuc in hoc fragilitatis corpore poſitus multa pro Domino pauperibus contulit beneficia, quæ ſibi in vita ſua ex parte ſunt reſtaurata, ut per hoc & magis diligeretur ab hominibus, & ampliùs in Dei ſervitio ejus accenderetur animus. Vaſa enim, quæ in erogatione eleemoſynarum evacuârat, dum rurſus illa penitus inquiri, & ſi quid in eis fortè remanſiſſet, pro Dei amore dari præciperet, ſtipendiis referta inveniebantur. Nec illud reticendum æſtimo, quòd famuli ſuæ domûs ſub autumnali tempore, dum quadam die ad ſeminandum agrum ſecum deferrent ſemina, contigit ex Dei providentia, ut agrum ipſum uberrimis redundantem ſegetibus invenirent. Quanta igitur dilectione ſerviendum eſt illi, qui fideles ſuos in hoc ſeculo tali ditat honore, & in futuro perenni ſublimat jocunditate.

u

E

F

S. Guido patriam repetit, ubi paulo poſt cœleſti lumine circumdatus Sanctè moritur.

11 Venerabilis Guido conſiderans præcepta viri Domini non poſtpoſuit, ſed, ſicut ei promiſerat, repatriare cœpit. Priuſquam autem ad locum divinitus ſibi prævium perveniret, multas ſuſtinuit tribulationes, videlicet famem, ſitim, algoris inediam: firmiter namque in corde ſuo locaverat, quòd non eſſent condignæ paſſiones hu-

A. ANONYMO, * RUB

hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelatur in fidelibus Domini, & quòd, nisi qui legitimè certaret, * coronaretur in cœlestibus. Tandem cum summo labore & fluxu sanguinis pænè defectus, ad villam Anderlecht pervenit, ubi hospitio cujusdam pauperis receptus, multa de itineris sui eventu aperuit, dicens, quòd dominus Wonedulphus beatam cœlo reddiderit animam, & quanta in die sepulturæ ejus contigerint miracula, indicavit. Cumque sermo ad decaniæ ipsius vice-fungentem perveniret, sine mora cum quibusdam clericis domum adiit, & postquam omnia diligenter inquisivit & annulum aureum beati Wonedulphi recognovit, gratias Deo agens cum lacrymis, ipsum Dei hominem beatum Guidonem secum ad hospitium abduxit, & cum omni diligentia usque obitûs sui diem custodivit. Sed Dominus nolens eum diutius hujus seculi ærumnis fatigari, in prima nocte Dominica ante sui corporis dissolutionem, omnibus, qui aderant, cernentibus, lumen cœlitus missum super Dei Servum in specie columbæ descendit, cujus splendore tota domus illuminabatur. Quod cùm aliquantulùm circa eum moraretur, audita est vox,
B quæ dicebat: Dilectus noster ad percipiendam jocunditatis æternæ coronam veniat, quia fidem servavit. Mox qui in domo erant accurrentes, Dei Famulum, quasi angelicis manibus præparatum,
x à seculo migrâsse invenerunt *x*. Cujus sacrum corpus canonici illius loci ad ecclesiam deferentes, terræ commiserunt, ubi usque in hodiernum diem per eum plurima fiunt miracula, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor in secula seculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Anderlechtum dicto. Vide Comm.* § 1.

b *In Vita Sancti ex Ms. Rubeæ Vallis desumpta ita legitur:* Sic se honestis moribus studuit ornare, ut penuriam divitias reputans &c.

c De electo Christi grege, *quem, teste venerabili Beda, Christus ob comparationem majoris numeri reproborum, aut potiùs ob humilitatis devotionem* pusillum *vocat.*

d Laca *Bruxellensis territorii pagus medio ferme Mechliniam versus Bruxellis milliari dissitus. Deiparæ cultu miraculisque celeberrimus est. De ejus antiquitate vide Sanderum in Laca illustrata.*

C e *Hinc in Lacensi ecclesia Sanctus noster cum ecclesiæ clavibus in manu depictus cernitur. Sanderus in Laca parthenia illustrata scribit, Sanctum ecclesiæ illius custodiam suscepisse circa annum* 950; *sed ex quo id instrumento hauserit, aut unde didicerit, non indicat; nec mihi admodùm verisimile apparet propter susceptam à Sancto circa finem seculi* X *aut initio* XI *ad terram sanctam liminaque Apostolorum peregrinationem: etenim cùm memoratæ ecclesiæ custodem non egerit juxta biographum, nisi postquam ad ætatem virilem pervenerat; si Sandero credimus, diuturnum hoc laboriosumque iter à Sancto institutum fuisse anno ætatis suæ ad minimum* 70 *dicendum erit.*

f *Hæc omnia usque ad num.* 5 *in Ms. Rubeæ Vallis non leguntur.*

g *Thecas, in quibus Sanctorum reliquiæ asservantur, significari existimo.*

h *Lege:* Sancti laborem & studium testaretur.

i *Lucæ* 9.

k *Metaphoricè loquitur, & diabolum Sancti nostri virtutibus insidiantem intelligit.*

l *Fortè per* triplicis munitionis sepem *ejus humilitatem, orationis studium, vitæque austeritatem, quibus se Sanctus contra dæmonis insidias armaverat, significare intendit biographus.*

m *Similitudo hæc ex scripturis deprompta in Ms. Rubeæ Vallis non habetur.*

n *Brabantiæ perampla nobilissimaque civitas quondam Brabantiæ Ducum, nunc Gubernatorum sedes.*

o *Belgii nostri flumen, quod in Hannonia prope Sonegias originem trahens Brabantiam ingreditur & Bruxellas pertransit.*

p Contus *est pertica oblonga, quæ in capite ferrum habet, & quâ nautæ utuntur ad promovendas naves.*

q *Sequentia, quæ scriptor anonymus ex Gregorio rursus deprompsit, in Ms. Rubeæ Vallis omissa sunt.*

r Anderlechtum *nomine.*

f *Quos aut quot itineris sui comites venerabilis Wonedulphus habuerit, nullibi potui reperire.*

t Venerati sunt. *Hæc, nisi ab auctore ipso excogitata sint, ex eximia certè venerabilis Wonedulphi humilitate profecta sunt.*

u *Venerabilis hujus decani elogium ex Sancti nostri Vita depromptum ferè prout hic legitur, dat Rayssius in Molani Auctario ad Natales Sanctorum Belgii* 12 *Septembris, eumque* Sancti *titulo condecorat. Wonedulphum hunc insigni fuisse virtute ornatum, & miraculis conspicuum ex iis, quæ hîc de ipso narrantur, abunde liquet; sed de cultu nihil reperio. Ignoro etiam, quo nixus fundamento, natales ejus duodecimo Septembris affigat, cùm & natales, & diem mortis, locumque sepulturæ Historia haud exprimat.*

x *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, & Rayssius in hiero-gazophylacio aliique auctores Sanctum nostrum peste ingvinaria correptum, diem suum obiîsse scribunt. In Historia vitæ ex sanguinis fluxu defecisse legitur. Hoc certum videtur, Sanctum non diu post reditum in patriam superfuisse & morbo aliquo ex diuturni itineris laboribus contracto è vivis discessisse.*

CAPUT II.

Irreverentia in Sanctum divinitus punita: cultus miraculorum occasione inchoatus.

Irreverentia in Sanctum divinitus punitur.

POst multum igitur temporis *a* dum beati Viri corpus in tali jaceret humatum loco, à nullo ei debita exhibebatur reverentia, quia non solùm aliunde advenientes, verùm & habitatores loci frequenter ibant per medium sepulchri. Sed & animalia ad pastum euntia, sive inde redeuntia supra Sancti accumbebant tumulum, quorum nonnulla tamdiu, quoadusque spiritum exhalarent, à dæmone sunt vexata. Equus quidam cujusdam domini villæ valde delicatè nutritus, dum quadam die adaquare duceretur, pede posteriori tumulum sancti Viri, dum reduceretur, calcavit, qui statim circumventus insaniâ, capite super parietem conquassato, vitam finivit diriter. Qua de re ipse dominus villæ nomine Onulfus duobus suis rusticis sepem circa sepulchrum beati Viri claudere jussit: unde à quibusdam transeuntibus locus defensaretur reverentissimus. Sed, invidiâ dæmo-

a

A nis agente, qui ab hominum nunquam desistit infestatione, & quantum prævalet, non cessat nocere; lusores illi instinctu dæmonis in risum excitati, & ludentes ad alterutrum; Eia, inquiunt, Senem istum tam diu defunctum, & in cineres redactum, ne fortè à nobis etiam fugiat, includamus; quasi ex eo commodum habituri postmodum. Quæ derisionis verba, postquam nefando ore protulerunt, eodem momento, viribus corporis paulatim deficientibus, & quasi jam diem totam operi inani consumpsissent, conquerentes, domum sunt reversi. Quorum itaque unus medio noctis cum magnis cruciatibus animam reddidit, alter verò quasi amens se multùm discerpens, & quæ convitia in sanctum Guidonem dixerat, advenientibus confitens, sequenti die vivendi finem fecit. Horum ergo duorum interitus parvo pòst tempore caussa salutis multis non solùm propè, verùm etiam procul positis extitit, qui diversis diu erant fatigati laboribus. Famâ enim volante audientes, quid duobus viris pro sua evenerat infidelitate, devota mente ac supplici voce patrocinium sancti Guidonis sibi postulant adesse, ut sicut illi de eo cachinnantes amaritudinem mortis
B incurrerant, sic isti de ipso præsumentes, ipsius meritis subvenientibus, ab ea, quâ tenebantur, liberarentur infirmitate. Alii itaque per somnium admoniti, alii amicorum manibus, alii vehiculis adducti luminaria ad sancti sepulchrum Guidonis detulêre, ibique humilibus non diu incumbentes precibus, optatam obtinuerunt sospitatem, sicque ad sua læti redierunt.

Sacellum supra Sancti tumulum in honorem Deiparæ erigitur. Claudus gressum, b

13 Tunc pro tempore & loco religiosi ejus loci viri supra Sancti tumulum in honorem sanctæ Dei Genitricis Mariæ basilicam construxerunt, donec, divinâ juvante gratiâ, domum dignam aut ipsi in honorem ipsius aut sui ædificarent posteri. Interea filius cujusdam viri de proxima villa, quæ vocatur Aper *b*, quinquennium utroque pede erat claudus, quem pater vehiculo impositum ad beati Guidonis detulit sepulchrum. Confestim, illo ibi relicto, ipse ad orationem in medio prosternitur ecclesiæ, & humum, ubi cubabat, lacrymis & intimo cordis affectu fusis irrigans, divinam orabat clementiam, ut ad glorificandum nomen suum & laudandum Sancti sui meritum, etiam & huic suo dignaretur subvenire infirmo. Lacrymans itaque talibus irrumpebat
C precibus, cùm repente, eo ignorante, & cor oculosque ad cœlum levante, mirabili Dei virtute, & intercessione sancti Guidonis interveniente, pedes pueri ad pristinum usum sunt restaurati. Qui oratorium clam genitore egressus, cum coævis suis cœpit per atrium ludere, & quasi nihil debilitatis umquam perpessus fuisset, ubique recto & firmo gressu ambulare. Tandem pater lacrymis perfusus ab oratione surgens, ad locum, quo filium posuerat, respecturus, quidnam ageret, rediit, & quid misericordiæ à Deo jam acceperat, ignorans, quonam devenisset valde mirabatur. Continuò foras egressus eum incolumem cum aliis circumstantibus reperit ludentem, eumque assumens multis advenientibus, quid sibi evenerat, narrans, in oratorium, quo sanitatem receperat, reduxit, multas Deo gratiarum actiones referendo. Deinde cum magna exultatione reversus, amicos convocat & vicinos, & quantum gaudium à Deo, intercedente B. Guidone, in curatione filii sui percepit, omnibus indicat. Congratulantes igitur illi singuli parant munera pro suis viribus, & sequenti die Dominica onusti ad ipsius sepulchrum veniunt, pro impensis à Deo per sua merita beneficiis, laudes voce magna decantantes.

A. ANONYMO. *cæcus & contractus lumen oculorum & sanitatem impetrat.*

14 Præterea in ipsa villa Anderlecht sacerdos * quidam morabatur, cujus filius caligine oculorum perculsus, & totus diuturno contractus langore quasi semivivus per triennium jacebat in lectulo. Cujus parentes miracula, quæ per beatum Guidonem fiebant, cernentes, illum cum luminaribus ad sepulchrum beati Viri posuerunt, supplicitèr misericordiam Dei implorando. Ecce, inquiunt, amantissime Dei Sancte, cùm longè latéque positi munere tuorum gratulentur beneficiorum, & nos, qui tui incolæ sumus & famuli, simili modo tuum patrocinium in nostro experiamur filio, ut quantò tibi habitatione sumus viciniores, tantò tibi præ aliis de collato munere simus devotiores. Tum Dei misericordiâ, qui, dum vult, desiderata concedit petentibus, per interventum Servi sui, puer ille lumen oculorum & gressum recepit, & ab omni reliqua, quâ tenebatur, citiùs convaluit ægritudine. Parentes ergo læti accurrunt, & suum filium, qui jam per triennium nusquam, nisi bajulatus aliorum manibus venire poterat, modò recto & firmo gressu ambulare, & lumen oculorum lætantur recepisse, eumque E absque morâ sacrarum studio tradunt litterarum, divino addicentes servitio.

Surdi auditus Sancti patrocinio redditus.

15 Miles etiam quidam auditum amiserat, adeò, ut si quis experientiæ caussâ prope stans, cum alta voce nomine suo vocaret aut convitia ei inferret, non magis quàm lapis audire valeret. Huic verò per somnium quâdam nocte est visum, quasi quendam sibi assistere senem in aure ei dicentem, ut luminare ad sepulchrum sancti deferret Guidonis, ibique tam diu moraretur, quousque soporaretur. Qui à somno expergefactus, visionem illam sedula mente pertractans, tenaci commendavit memoriæ, & Dominum, ut, quod viderat, ad effectum deduceret, humiliter exorabat. Vix autem adhuc albescente polo, stratum suum relinquens, luminare, uti admonitus fuerat, sequenti nocte ad sepulchrum præfati Sancti detulit, ibique humilibus incumbens precibus divinam præstolabatur misericordiam. Circa medium verò noctis in oratione positus dulci opprimitur sopore, multusque sanguis de ipsius cœpit effluere auribus. Evigilans igitur, & quod sibi evenerat, intelligens, ne fortè pavimentum, oratorii sanguine cruentaretur, foras est egressus, fraxinumque quandam *c* inibi stantem ventilare, & F gallos propinquæ lucis nuntios clarè audivit canere, sibique diu optatæ gaudia sospitatis reddita non ignorans, omnipotenti Deo immensas retulit grates. Manè autem facto, omnibus in ecclesia ad divina congregatis officia, post celebrationem Missæ homo præfatus coram omnibus prosilivit, &, facto silentio, qualiter auditum, quem per triennium amiserat, ipsa nocte à Deo per veneranda Sancti sui merita receperat, eis indicavit. Tanti igitur Sancti omnes lætantur patrocinio, ad sydera tollunt voces, Dominum, qui Sanctos suos apud homines mirificat in terris, collaudantes. Dum hæc itaque agerent, quidam adolescens, qui simili modo auditum longo tempore ex toto amiserat, advenit, cunctisque intuentibus ante Sancti sepulchrum terræ prosternitur. Vix autem unius horæ spacium transierat, & idem adolescens oratorium egressus cunctis, qui aderant, se auditum recepisse retulit, & illi audientes aliis nuntiaverunt. Iterùm habitatores loci in ecclesia congregantur, omnibus aucta lætitia, quoniam idem adolescens

A. ANONYMO. non aliundè veniens aut ignotus, ſed apud eos natus & alitus, fatiſque notum omnibus, quòd tempore longo auditum ex toto amiſerat, & modò per merita Patroni illius ſoſpitatem fuiſſet adeptus, & idcirco ampliùs nomen Domini ab eis magnificabatur.

cæcis viſus. d 16 Interea mercator quidam de villa nomine Lenneka *d* ſatis decorum habebat filium, ſed tenebris cæcitatis perculſum. Hic ergo audiens de virtutibus, quas per ſuum Sanctum pius operabatur Dominus, ad ejus tumulum, turbâ amicorum comitante, eumdem detulit puerum, ibique ipsâ, quâ advenerat, nocte remorari decrevit. Tùm nigredo noctis abierat, & die redeunte, albeſcebant omnia, cùm puer ad patrem: Jam pater, inquit, dilectiſſime, cum amicis tuis lætare, quòd noſtri itineris labores non incaſſum aſſumpſiſtis, quoniam lumen dici, quo tam longo tempore carui, per beatiſſima hujus Sancti merita, ad cujus tumulum conſiſtimus & te, amantiſſime genitor, clarè conſpicio. Hoc audiens pater illius convocat amicos & ſui itineris ſocios, puerumque, cæcitate repulſa, eis oſtendit illuminatum. Tunc illi, quod eis melius viſum eſt, & devotius, ora in laudem Dei illiuſque Sancti aperuit*. Habitatores etiam loci illius, ubi, quod puero advenerat, agnoverunt, laudando mirifici nomen Domini, voces ad cœlum efferebant. Hæc dum agerentur, homo quidam ſenex, cujus oculi quadam infirmitate capitis caligaverant, adeò ut homines tenuiſſimo oculorum lumine intuens ambulantes, non aliud quàm arbores eſſe putaret: hic inquam ſenex divinâ adductus providentiâ in oratorium ſancti Guidonis (aſtantibus ſibi cedentibus) eâdem horâ intravit. Poſtquam verò, quibuſdam ſibi narrantibus, quid præfato advenerat puero, agnovit, ad orationem humi proſternitur, eandem ſibi jam quaſi decrepito ſeni & omnibus deſtituto ſolatiis implorans gratiam concedi. Poſt unam fermè horam ab oratione ſurgens, à Domino clarum viſum recepit, quòd aliquis ſeptennis ſeu cujuſlibet ætatis puer clariùs eo non videret. Qui ne accepti ingratus exiſteret beneficii, quoad uſque vixit & corpore valuit, æſtatis tempore & hiemis in Sanctorum ſolemnitatibus & Dominicis nocte ac die oratorium, quo ſanitatem receperat, frequentabat, Miſſam & alia divina ibi auditurus officia. Præfati autem ruſtici de villa Lenneka, qui in hoc ſene, & in puero, quem adduxerant, manifeſta Domini viderant ſigna, læti ad ſua remeârunt, veneranda ſanctiſſima merita Guidonis longè latéque divulgantes.

B

*aperuerunt

C

ANNOTATA.

a *In altero Vitæ exemplari ab Anderlacenſibus tranſmiſſo, legitur id contigiſſe anno 42 poſt Sancti obitum. Conſule, ſi lubet, Commentarium. n. 2.*

b *Locum hunc nullibi reperire potui.*

c Fraxinus, *arbor quædam eſt procera ac teres, folio pinnata, & Homeri præconio celebris.*

d Lenneka *fortè idem, quod lingua vernacula* Lennick. *Ligniaca duo, aliud S. Martini, aliud S. Quintini, utrumque in tractu Gaesbecano haud procul ab Anderlaco ſitum reperio. Sciri nequit, an, & quod hic è duobus auctor indigetet.*

D

CAPUT III.

Corporis è cœmeterio ad templum tranſlatio: miracula in tranſlatione facta: ſolennis elevatio.

Veteri eccleſia ruinam minitante,

POſt non multum verò temporis, muris eccleſiæ, cui oratorium ſancti Guidonis inhærebat, præ longa vetuſtate partim ruentibus, partim ruinam minantibus, loci incolæ & clerici in unum convenêre, & ut eccleſiam alteram longiorem & latiorem priore ædificarent decrevêre; quoniam non ſolùm vicini, ſed & longè latéque poſiti diverſis obſeſſi languoribus, & ad hujus Sancti tumulum ſoſpitatem adepti, ſinguli pro ſua poſſibilitate locum ipſum ſuis frequentabant beneficiis; unde omnibus nil viſum melius, quàm quod devotus ad ſacrum altare deferebat populus, non aliàs, quàm ad reædificationem eccleſiæ ponendum, ubi tam jucunda à Domino frequenter fiebant ſigna. Hoc itaque cunctis, ut fieret, placuit; ſed quoniam oratorium ſancti Guidonis eccleſiæ inhærens diruendum erat, cunctis incertum manebat, quidnam de ſacratiſſimis ipſius ageretur oſſibus; utrùm ad præſens inde transferenda, an in eo forent loco relinquenda. Cúmque hoc dubii nutarent, ad dominum Gerardum Cameraci epiſcopum, qui domino Lietberto beatæ memoriæ epiſcopo ſucceſſerat, legationem mittunt, petentes, ut quid facto opus ſit, eis conſulat, ut, quod agere aut ſapere per ſe non poterant, ejus licentiâ & prudenti conſilio perficeretur.

E

juſſu Gerardi II *Sancti oſſa è cœmeterio ad templum deferuntur.*

18 Epiſcopus igitur, intellectâ populi ad Dominum benivolentiâ, initoque cum prudentibus conſilio, hoc illis remandavit, quatenus oſſa beatiſſimi Guidonis humo, ubi quieſcebant, effoſſa, in medio eccleſiæ cum magna tumularent reverentia, quoadusque, extructo monaſterio, ad locum, ubi divinitus foret diſpoſitum, eadem ſacratiſſima transferrentur oſſa. Clerici ergo & populus, accepto ſui epiſcopi mandato, triduanum celebrârunt jejunium, ficque ad prædicti Sancti tumulum accedentes humo illius effoderunt oſſa, cum magno tremore fonte abluentes, quem reſervari fecerunt, & in medio eccleſiæ in loculo decenter parato tumulaverunt. De vicinis nimirum villulis ad hanc tranſlationem multa confluxerat turba, inter quam alii febribus, alii diverſis vexati aderant languoribus, qui ipſa die de aqua, quâ ſacratiſſima oſſa fuerant abluta, guſtantes, ſtatim, omni fugatâ infirmitate, ſoſpitatis gaudium receperunt. Qua propter, qui aderant, Deo laudes canendo pœnè totam diem peregerunt, & inde recedentes, quocumque veniebant, Domini beneficia, quæ accipere ſeu videre meruerant, omnibus annuntiabant.

Beneficia à variis impetrata.

C

Mulier cæca Sancti patrocinio viſum obtinet.

19 Unde factum eſt, ut ad aures cujuſdam mulieris de villa Brachina *a*, quæ lumine oculorum erat privata, famâ circumquaque divulgatâ, eadem deferrentur geſta; quæ beatum Guidonem, ut ſibi etiam dignaretur ſubvenire, tota cordis invocabat contentione. Interea ad ſuum converſa maritum, aures ejus ſedulis pulſabat precibus, quatenus eam

A ad hujus Sancti perduceret tumulum; quoniam, ejus beatiſſimis intervenientibus meritis, à ſuo vultu tam continuæ noctis tenebras ſperabat effugandas. Profectò vir illius non minùs eâ ſitiens ſoſpitatem, paratis ſuo itineri neceſſariis, ad villam Anderlecht pergere cœperunt. Cúmque in medium vicinæ ſilvæ perveniſſent, vir ad inſcidendum virgam, quam in manu ſua geſtaret, ſeceſſit, uxore cum quodam puero ſui itineris comite relictâ ſub arbore. Mulier autem, abſente viro, caput in gremio ſuo ponens, lacrymis faciem perfundebat, patrocinium ſancti Guidonis ſibi adeſſe flebili ac ſupplici implorans voce. Inde, cùm caput ad cœlum elevâſſet, ſtatim omnem cæcitatem à ſuis effugatam oculis intellexit, redeuntique ad ſe marito, & ejus manum apprehendere volenti, ut ipſam deduceret; illa ait: Jam tuo ducatu, conjux dilectiſſime, non egeo; quoniam per veneranda ſancti Guidonis merita, te & has circumſtantes arbores, cœlique ſerenitatem modò clarè conſpicio. Illo verò non minùs eâ de ipſius lætus illuminatione; Vis ne, inquit, nunc domum redire, & quoniam hanc Deus nobis donavit gratiam, aliquantulùm honeſtiùs cum munuſculis ad
B ipſius Sancti oratorium venire? Cui illa: Modò, inquit, iter noſtrum, ſicuti diſpoſuimus, impleamus; quoniam Deus, in cujus ditione cœli & omnia ſunt poſita, devota ſibi corda magis, quàm munera probat; & cùm ipſe conceſſerit, quantùm honeſtiùs & primùm potuerimus, ad ipſius Sancti oratorium redibimus. His itaque dictis, ad villam Anderlecht pervenerunt, & poſt preces ante Sancti tumulum devotè fuſas, mulier quomodo viſum in via receperat, loci incolis indicavit. Ipſi verò hæc audientes, Deo, qui tam mirificè Sanctos ſuos apud homines in terris glorificat, laudes inde retulerunt.

Cæcus alius illuminatur; ſed accepti beneficii immemor, rurſus cæcitate percutitur:
b
* *al.* Tancardus, Tancredus

20 Jam illa prior præ longa vetuſtate nutans eccleſia diu erat diruta, &, collectâ multitudine artificum, aliud ædificabatur monaſterium, & ſicuti plerumque ſolet in initio rerum fieri, omnibus præ gaudio certatim laborantibus, ſatis fervebat opus. Ecce autem homo, qui trans fluvium, qui Tenera *b* vocatur, habitabat, lumine oculorum orbatus, nomine Tancradus *, cum puero, qui ejus regebat greſſus, ad ſepulchrum Sancti advenit, ibique vix uno commoratus die, priſtinum recepit viſum. Cui verò more nonnullorum militantium accidit, qui ante acta beneficia officioſiſſimi magis ex ſperato munere, quàm ex corde apparent in preſentia dominorum ſuorum; poſtquam verò beneficiis & honoribus magnificati, deſiderata conſequuntur, minùs fervidi & quaſi languentes in ipſorum famulatu exiſtunt; unde ad rationem vocati, judicio parium ſuorum beneficiis, quæ acceperant, privantur. Is namque adhuc cæcatus beatum Guidonem, ut ſuis precibus apud Dominum ſibi patrocinaretur, importunis orabat vocibus; modò verò viſu oculorum muneratus, non ſicut alii ante eum gratias Deo reddidit: immemor enim beneficii ſibi divinitus collati abſque benedictione clericorum, & non petitâ à præfato Sancto licentiâ, domum rediit, parvoque tempore exempto, rurſus cæcitatis invaditur tenebris.

pœnitens viſum ſecundò recuperat.

21 Tunc pro ſua ſoſpitate baſilicas multorum Sanctorum viſitat, quibus nil miſericordiæ ſibi præſtantibus, tandem in ſe rediit, & quoniam ſecundò ſibi pœna cæcitatis evenerat, ſe indignum vivere aſſerebat. Parat denique itineri, & futuræ moræ neceſſaria; cum uxore ſua ad ſancti Guidonis ſepulchrum remeat, totoque corde lacrymas fundendo, donum, quod pro ſua amiſerat negligentia, ſibi reddi poſtulat. Iterum Sancti interventu à Domino exauditur, & cæcitate ab oculis ejus effugatâ, viſum recepit, & in eadem villa multo commoratus tempore, quoadùſque corpore valuit, cum aliis artificibus ad ſtructuram monaſterii eſt operatus. A. ANONYMO.

Aqua, quâ Sancti oſſa fuerant abluta, militi febres auget,

22 Paulus beatiſſimus Apoſtolus, ad tertium uſque cœlum raptus, ſummi Dei ſecretorum auditor, verborum divinorum virtutem, judiciorum & profunditatem ſupra humanum eſſe modum inveſtigare commemorabat, dicens: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Et Pſalmiſta: Venite & videte opera Dei terribilis in conſiliis ſupra filios hominum. Quoſdam namque à Domino nullis præcedentibus meritis miſericorditer vocari, & in neceſſitatibus ſuis divinum eis citiſſimè adeſſe ſuffragium; quoſdam verò ſuis exigentibus culpis occulto Dei judicio à ſua repelli miſericordia intelligens, cum terribilem in conſiliis ſuper filios hominum appellavit. Ipſe etiam benigniſſimus Jeſus, ut ſacrum teſtatur Euangelium, homini, quem à legione dæmonum purgaverat, volenti eum ſequi, non conceſſit, ſed ut domum rediret, præcepit; alii verò in via invento, & primùm redire volenti, ut patri jam defuncto ſepulturam exhiberet, ut ſe citiſſimè ſequeretur, imperavit. Cur autem iſta propoſuerimus, paucis aperiamus. In villa, quæ vocatur Wambeka *c*, quidam miles vi febrium laborat, adeo ut jam extremum ſibi adeſſe diem ſperaret. Cui ſiquidem multi medici plurima ad potandum ſeu ad comedendum, ut ſanaretur, dederant, ſed à nullo eorum aliquid remedii impendi ſibi potuit. Cujus amici de aqua, unde ſacratiſſima beati Guidonis oſſa abluta fuerant, ut ſaltem per hoc ſoſpitatem adipiſceretur, illi detulerunt; & quantò amplius inde bibebat tantò acrioribus vexabatur febribus, adeò ut quibuſdam ſibi ad os, ut biberet, apponentibus, manu à ſe repelleret, & ut hunc peſtiferum hauſtum longè à ſe auferrent, magnis clamaret vocibus *d*. Ceterùm cur hoc, quod ſoſpitatem aliis præbuerat multis, iſti non profuerit, Dei ſolius judicio relinquimus, qui, ut fideliſſimo ſuo Moyſi ore ſuo eſt locutus, miſeretur, cui miſertus fuerit, ut & in ſequentibus patebit.

c

d

F

mulierem hydropicam ſanat;

23 In ipſa autem eadem villa quædam mulier, cujus venter hydropico intumuerat morbo, manebat, quæ de ſalutifera aqua militi allata ſibi dari poſtulavit. Quam ergo ſibi tranſmiſſam ut bibit, continuò uti aliquis pannus manibus ſcinderetur, ſic ejus venter interiùs ſonuit, & aquâ multâ de ea per ſeceſſum effluente, intra paucos dies convaluit. Quod amici & cohabitatores ejus cernentes, prout poterant, ſinguli parant munera & hanc ſecum habentes mulierem ad ſancti Guidonis ſepulchrum voces hymnidicas ad cœlum dantes veniunt, & de infirmitate militis, qui divino non meruit curari judicio, & quomodo mulier à ſupradicta ægritudine hauſtu aquæ fuerit liberata, hominibus loci indicaverunt.

aliam calculi doloribus liberat.

24 Præterea mulier quædam in villa ipſa Anderlecht degens ſaxum patiebatur, quæ pœnè omnem ſuam in medicos erogaverat ſubſtantiam, ut eorum arte & peritiâ à tali liberaretur infirmitate. Cúmque omnia ſua ferè expendiſſet, & nulla ſibi medela profeciſſet, in tantum ejus jam increverat morbus, ut nuſquam niſi aliorum manibus ducta ire valeret. Tandem, conſulentibus amicis, de aqua ſupradicta bibit, & vix ſpatio unius

A. ANONYMO.

unius horæ transacto, saxum ab ea exivit. Quod in manu tollens, & ad monasterium libero gressu accurrens, cunctis, qui aderant, ostendit, ut hoc intra se antea habens, quid doloris continuè fuisset perpessa, agnoscerent, nunc verò à tanto liberata malo, quanto meritò exultaret gaudio; nec solùm de sua, verùm etiam de filii gaudebat sospitate, qui longo tempore febribus inremedicabiliter vexatus, de ipsa aqua, quam mater biberat, eâ ignorante, bibit, statimque omnis febris cum suo frigore & calore ab eo aufugit.

Filius moribundus sanitati restituitur.

25 Præterea nobilis quædam matrona de castello nomine Erpe *e*, cui nomen Ermentrudis, eo tempore in Anderlecht morabatur, cujus filius adhuc septennis, morbo invalescente, per triduum semivivus jacens eò usque pervenerat, ut jam in eo nil aliud, quàm tenuissimus videretur inesse flatus. Cumque omnes ad ea, quæ funeri erant necessaria, intenderent, mater illius, quæ beati Guidonis virtutes & merita semper in ore habebat, seque & sua omnia ei attentiùs commendabat, spem non modicam recuperandi filium habens, eum ad hujus Sancti, de quo loquimur, fecit ferre sepulchrum, cujus adeò omnia membra laxis pendebant nervis, ut omninò mortuus putaretur. Post unam fermè horam domum reportatus oculos aperuit, cunctisque præ gaudio flentibus, cibum sumpsit, & infra dies duos ab infirmitate, quâ tenebatur, ex toto convaluit. Cujus ergo genitrix tam de hac virtute sancti Guidonis, quàm de restituta filio sanitate immenso repleta gaudio, convocatis ad se suis servis, ait: Ecce filium meum nudius-tertius morientem, si ullus medicorum aut aliquis hominum, uti nunc cernitur, nobis reddidisset sanum, nonne illius me amodò ancillam promitterem & dimidium bonorum meorum offerrem? Quia verò nunc illum sanum aspicimus, & si homini mortali promittere aut dare multa habebamus, dignum est, ut huic amantissimo Sancto, & Patrono nostro ad Dei honorem, & animarum nostrarum salutem aliquid de nostro impendamus, & ipse filius meus, quamdiu vixerit, ei capitalem censum singulis annis, ut servus domino fideliter persolvat. Hæc dicens, sibulam auream in testimonium virtutis & ob æternam sui memoriam ad sepulchrum ejus tradidit, ac deinceps in omni necessitate sua eum sibi defensorem & protectorem invocabat.

B

C

Paralysis, nuncupato voto, curatur.

26 Duarum adolescentularum in prædicta villa Erpe morantium manus ad omne officium inutiles paralysis reddiderat, quæ multorum Sanctorum visitaverant basilicas, ut sanitatem assequerentur. Cumque nihil proficerent, non quia Sanctorum meritis eis reddi non posset sanitas, sed ad glorificanda sancti Guidonis merita, earum adhuc differebatur curatio, à vicinis consultum est illis, ut ipsi Sancto voverent, quòd, si sua intercessione eis restituerentur manus, quidquid primo labore manuum adipiscerentur, ad ejus tumulum fideliter deferrent. Tum sanitas illarum prosecuta est votum, paucisque transactis diebus, omnis dolor & infirmitas ab earum discessit manibus, & sicuti voverant, quidquid opere quotidiano acquirere potuerunt, ad tumulum beati Guidonis detulerunt.

D

Duo captivi vinculis liberantur.

27 Quodam itaque tempore dum duo captivi in ipso ecclesiæ atrio, ubi corpus quiescebat venerabile, jacerent in quadam arca inclusi, quæ erat funibus firmis circumligata, sub cujusdam noctis silentio narrantes invicem de virtutibus sancti Guidonis, nomen ejus invocare cœperunt, & statim per Dei potentiam, funibus ruptis, & compedibus fractis, arcam egressi, quantocius ecclesiam ingrediuntur, Deo & sancto Guidoni immensas referentes gratias.

Solemnis sacrorum ossium elevatio: captus pedibus gressu donatur.

28 Transacto autem multo tempore, dum beati Viri corpus elevationis honore esset glorificandum, ex vicinis regionibus multa confluxit turba fidelium, inter quos quidam infirmus vehiculo adductus, qui nec gressus habere, nec etiam multo tempore super pedes stare valebat, ante sepulchrum venerabile ab amicis reponitur, qui sequenti die, dum sacri corporis reliquiæ elevatæ extra ecclesiam pro devotione populi efferrentur, ex toto convaluit, ita ut feretrum gaudens cum aliis referret ad ecclesiam.

Sancti patrocinium commendat auctor.

E

29 Hæc ad declaranda ejus merita audientibus, ne fortè fastidium generent, sufficiant, quò quisque hæc legens vel audiens agnoscat, quantâ in cœlo eum Dominus cumulaverit gloriâ, quem apud homines in terris tam crebris & laudandis glorificavit signis; cujus patrocinio & intercessione quicumque in fide nihil hæsitans se commendaverit, ab omni liberabitur periculo. Ipse autem beatissimus Guido pro stabilitate sanctæ Ecclesiæ, & pro statu imperii Romani, & pro omni populo Christiano Dominum supplicare non desinat, ut divinâ adjuti gratiâ post hujus vitæ decursum, ad cœlestem patriam pervenire valeamus; præstante Domino Jesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Facta est elevatio sancti Guidonis in Nativitate sancti Joannis Baptistæ ab Odardo episcopo *f* anno millesimo centesimo duodecimo Incarnationis Dominicæ *g*, epacta nona, concurrenti primo bissextili anno.

f

g

ANNOTATA.

a *Locum non invenio.*

b *Flumen Belgii, quod in Hannonia oritur, & propè Teneramundam in Scaldim se exonerat.*

c *Wambeka, pagus duobus circiter milliaribus ab Anderlaco dissitus.*

d *De illo milite nihil in Sancti Vita ex Ms. Rubeæ Vallis desumpta legitur, in qua tamen cetera omnia beneficia Sancti meritis obtenta memorantur. Fortè illud prætermisit auctor, quia ad Sancti gloriam non conducere existimabat.*

F

e *Pagus haud procul Lovanio dissitus.*

f *De hoc Odardo, qui & Odo, & Odoardus dicitur, Beatique titulo decoratur, vide Galliam Christianam Dionysii Sammarthani tom. 3 pag. 25. Cameracensis ecclesiæ episcopus consecratus est anno 1105. Obiit 13 Junii 1113.*

g *Ex hoc solennis sacrorum ossium elevationis à biographo designato anno, Sanctum diu ante annum 1112 è vivis discessisse conficitur. Vide Comm. prævium § 2.*

DIES DECIMA TERTIA

SANCTI, QUI IDIBUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

S. Philippus Mart. Alexandriæ in Ægypto.

S. Julianus presbyter Mart. Ancyræ in Galatia.

S. Macrobius
S. Gordianus
S. Zoticus
S. Lucianus
S. Heli
S. Valerianus
S. Seleucus
} Martyres Tomis in Ponto, & Ancyræ in Galatia.

S. Theodolus epiſc. mart. Alexandriæ in Ægypto.

S. Feliciſſimus
S. Secundinus
} Martyres in Apulia.

S. Ligorius martyr, qui colitur Venetiis.

S. Nectarius epiſc. conf. Auguſtoduni in Gallia.

S. Lidorius aut Litorius epiſc. conf. Turonibus in Gallia.

S. Maurilius vel Maurilio epiſc. conf. Andegavi in Gallia.

S. Maurus epiſc. conf. Placentiæ in Italia.

S. Antonius vel Antoninus, epiſcopus, ut creditur, Carpentoractenſis, Beduini in comitatu Vindaſcino.

S. Eulogius epiſc. conf. Alexandriæ in Ægypto.

S. Amatus abbas Habendenſis ſive Romaricenſis in Lotharingia.

S. Venerius presbyter eremita in Tyro Majore, maris Liguſtici inſula.

S. Amatus epiſcopus Senonenſis conf. Broyli in Flandria Occidentali.

S. Fledericus presb. conf. in Vliderzele, vico agri Aloſtani in Flandria.

B. Margarita Fontana virgo tertii Ord. S. Dominici Mutinæ in Italia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

Sancti Cornelii Centurionis *memoria hodie eſt in Menæis Græcis, uti & in Menologio Sirletiano, & Synaxario Ms. At de* S. Cornelio *cum Martyrologio Romano diſputatum eſt ad* II Februarii

S. Barſanophius *abbas hodie memoratur à Greveno, Caniſio, & in Florario Ms. Sanctorum cum titulo* abbatis, *& apud Ægyptum. Vixiſſe dicitur* tempore Juſtiniani imperatoris. *Hec omnia ſatis clarè deſignant* S. Barſanuphium ſolitarium, *prope Gazam in Paleſtina, de quo Caſtellanus agit ad diem* VI *Februarii, ac in addendis pag.* 1005. *De* S. Barſanuphio *apud nos actum eſt ad* XI Aprilis

S. Barſanorii abbatis *meminit Menardus in Martyrologio Benedictino, eumque ponit ibi* in pago Ebroicenſi. *In Obſervationibus verò pag.* 689 *ait:* Fuit ſanctus Barſanorius cœnobii Crucis ſancti Leutfredi in diœceſi Eboracenſi (*lege* Ebroicenſi *in Normannia.*) Illius fit commemoratio in Breviario Fiſcanenſi XIII Septembris. *Hec omnia fideliter adoptavit Bucelinus in Menologio Benedictino ad hunc diem, ne correcto quidem impreſſionis mendo, quo diœceſi* Eboracenſi *in Anglia attribuitur. Breviùs* S. Barſanorium *abbatem memorat Sauſſayus. Caſtellanus etiam in Martyrologio univerſali hodie annuntiat* Barſanorium *abbatem, ſed ſine loci aut temporis nota, nec Sanctis Gallia eum annumerat, obſervans ſolùm aliquas illius reliquias haberi* in cœnobio Crucis S. Leutfredi in Normannia, *cujus abbatem dixit Menardus. Ego dubitare vix poſſim, quin* S. Barſanorius *idem ſit cum* S. Barſanophio *aut* Barſanuphio *mox memorato, cujus reliquiæ ſeculo* IX *tranſlatæ ſunt Uriam regni Neapolitani urbem, unde earum pars facilè in Normanniam deferri potuit. Ratio eſt, quia* Barſanuphium *hodie quoque annuntiatum videmus, quod veriſimiliter fit ob aliquam reliquiarum tranſlationem. Leviuſcula nominis Orientalis mutatio minùs ſuadet diverſum eſſe, quàm ſimilitudo eumdem eſſe perſua-*

A *ſuadeat. Vide igitur diſputata de* S. Barſanuphio *ad* XI Aprilis

S. Maurili, filii Theobaldi regis Ediſſæ, canonici, epiſcopi & Martyris *hoc die meminit Ghinius. De eo apud nos actum eſt, examinataque Acta hujus* S. Maurili *fabuloſa, ad diem* VII Maii

S. Urbani *Papæ & martyris tranſlatio, quam hîc non examinamus,* Variſii *in diœceſi Mediolanenſi memoratur in Martyrologio Mediolanenſi. Acta* S. Urbani *data ſunt ad* XXV Maii

S. Maximinus *Trevirenſis epiſcopus, heri à pluribus memoratus, recurrit hodie in codice Hagenoyenſi. At ibi jam monui, de eo actum eſſe ad* XXIX Maii

S. Batheneus confeſſor *annuntiatur apud Camerarium, qui dicit de eo agi in Vita S. Columbæ abbatis, cujus fuit ſucceſſor. Vitæ amborum datæ ſunt ad* IX Junii

S. Maximinus *epiſcopus Tungrenſis hodie annuntiatur in Florario Ms. Sanctorum. Breviter de eo actum eſt ad* XX Junii

S. Criſpus presbyter Romanus & martyr *hac die Pragam tranſlatus eſt anno* 1637. *Creditur is*
B *eſſe, de quo egimus unà cum S. Joanne. Vide itaque dicta de SS. Joanne &* Criſpo *ad* XVIII Auguſti

Helena *quædam in Faſtis Coptitarum apud Jobum Ludolfum memoratur hodie. Si illa ſit mater Conſtantini Magni, de ea actum eſt ad* XVIII Auguſti

S. Philiberti epiſcopi confeſſoris *mentionem faciunt Mss. Additiones Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Fortè deſignatur* S. Philibertus *aut* Filibertus *abbas, cujus Vita data eſt ad* XX Auguſti

S. Juliani *martyris* exceptio reliquiarum *notatur in codice Daveronenſi inter Auctaria Uſuardi Solleriani. Non additur, cujus* Juliani martyris *ſint reliquiæ, nec ubi fuerint exceptæ. Suſpicor tamen deſignari* S. Julianum *Brivatenſem, de quo actum eſt ad* XXVIII Auguſti

S. Timotheus *martyr* Antiochiæ *hodie recurrit in præcipuis Apographis Hieronymianis. In codice Florentinii additur.* Lidori, *in Corbeienſi* Theodori, *in Epternacenſi ſolus ponitur. At, quod heri in Prætermiſſis jam monui, eumdem videri* Timotheum, *de quo actum eſt ad 2 hujus menſis, & fortè etiam ad* VIII *cum Fauſto, de hodierno item exiſtimo. Vide itaque dicta die* 2 & VIII Septembris

S. Wilfrida *abbatiſſa* in Anglia *ad hunc diem relata eſt à Menardo. De hac Sancta actum eſt ad* IX Septembris

S. Adulphi abbatis & confeſſoris *meminit hodie Grevenus ſine loco. At non dubito, quin deſignetur* S. Adelphius *abbas Romaricenſis, cujus Vita data eſt ad* XI Septembris

Agatho *abbas legitur in Faſtis ſacris Coptitarum, quos edidit Jobus Ludolfus. Suſpicor deſignari celebrem illum* Agathonem *ſolitarium, de quo multa præclara leguntur in Vitis Patrum. Hæc collecta videri poſſunt apud Tillemontium tom.* 10 *in* Agathone. *Nam laudati Faſti nobis non ſufficiunt ad Agathonem Operi noſtro inſerendum tamquam Sanctum, cùm illum nec Latinorum nec Græcorum Martyrologiis inſertum reperiam.*

Daganus *memoratur à Caſtellano, qui tale illius contexuit elogium :* In Hibernia, S. Dagani, qui titulo epiſcopi colitur in parœcia Dalmaſcorb in Lagenia, ubi fuerat abbas monaſterii Inbher-Daoile, poſtquam ab infantia inſtructus D
erat per S. Mochoëmocum. *Elogium hoc concinnatum eſt pro majori parte ex Vita S. Mochoëmoci abbatis, data apud nos ad* 13 *Martii, in qua de* Dagano *ſimilia narrantur num.* 35 *&* 36. *Siletur tamen ibidem de epiſcopatu* Dagani; *ſed illius epiſcopatus aſſeritur apud Colganum in Actis Sanctorum Hiberniæ ad* 12 *Martii pag.* 584 *& ſequentibus. Varia ibi de* Dagano *colligit Colganus, variaque adducit Martyrologia Hibernica, ac demum coli* Daganum *aſſerit, tam die* 12 *Martii, quem tranſlationis credit, quàm* 13 *Septembris, quem exiſtimat mortualem. Majores noſtri in Prætermiſſis* Daganum *memoratum ad* 12 *Martii, ut hoc die cultus ipſius, de quo utcumque dubitabant, magis examinaretur. Verùm non video, me iſtud dubium hactenus prudenter deponere poſſe. Nam primò Martyrologia apud Colganum laudata non tanti videntur facienda, ut ſola nos de cultu ſatis reddant certos. Secundò in variis Mss. Catalogis Sanctorum Hiberniæ* Daganum *hunc non invenimus. Tertiò laudata Vita S. Mochoëmoci, quam præ oculis habuit*
E *Caſtellanus, tam certæ fidei non apparet, ut illi tutò poſſim inſiſtere : & ſecundum illam Vitam epiſcopatus abjudicandus eſſet* Dagano, *cùm tamen dicat Colganus in Martyrologiis* epiſcopum *vocari. Quartò demum fuit acerrimus propugnator erroris illius, quem in paſchate celebrando diu defenderunt Scoti & Hiberni, eaque de cauſa in Martyrologiis commendatur, ſi credimus Colgano. Verùm, etſi non ignorem aliquot Sanctos, qui in eodem fuerunt errore, rectè excuſari, nequeo intelligere laudanda eſſe, quæ hac occaſione feciſſe dicitur* Daganus. *Vide in Prætermiſſis* 12 *Martii ad vocem* Daganus, *ubi ſufficientia de his dicta ſunt.*

Maurilius *archiepiſcopus Rotomagenſis, de quo apud nos actum eſt in Prætermiſſis ad diem* 9 *Auguſti, ubi ab aliquibus ut* Sanctus *aut* beatus *memoratur, hodie quoque eſt cum titulo* Sancti *apud Ferrarium, Sauſſayum & alios neotericos. Verùm ſufficientia publici cultus argumenta non magis nunc invenire poſſum, quàm ad* 9 *Auguſti invenit Sollerius noſter : nec video titulum* Sancti *aut* beati *tanto tempore datum fuiſſe* Maurilio *Rotomagenſi, ut hunc ei*
F *vindicare præſumam.*

S. Amati abbatis & martyris *memoria eſt apud Dorgainium, Ferrarium & Sauſſayum. Hi duo* Amatum *annuntiant* in monaſterio Luxovienſi, *tamquam diſtinctum à* S. Amato *Montis Romarici abbate. Ratio diſtinctionis hæc adfertur à Ferrario, quòd abbas Montis Romarici ſit confeſſor,* Amatus *verò ille, quem malè collocat Luxovii,* martyr *vocetur apud Trithemium lib.* 3 *cap.* 309. *Verùm unicus hodie eſt abbas illius nominis, iſque* Amatus *abbas* Montis Romarici, *ut habet etiam Trithemius, qui* Martyrem *perperam vocat. Vita illius dabitur.*

Amatos *quatuor hodie annuntiat Sauſſayus, duos abbates, quos ex unico formatos jam dixi; duos item epiſcopos, Senonenſem alterum, alterum. Sedunenſem. At unicum quoque eſſe* Amatum *hodiernum epiſcopum, eumque ab aliis Senonenſi, ab aliis Sedunenſi eccleſiæ attributum legi, oſtendemus ad hunc diem in* S. Amato *Senonenſi.*

Martinus *præpoſitus generalis Ordinis Camaldulenſis, ut* Sanctus *memoratur à Menardo, Dorgainio, & Ferrario in Catalogo generali. At*

his

A *hic cum omiſit in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi etiam locum habere debuerat, ſi cultu ornaretur eccleſiaſtico. Auguſtinus Florentinus Hiſtoriæ Camaldulenſis lib.* 2 *cap.* 39 *& ſeq. enarrat præclara* Martini *geſta, ac* beati *titulum ejus nomini adſcribit. De obitu ipſius cap.* 43 *ita ſcribit :* Obiit Idibus Septembris MCCLIX, & ſacrum corpus in clauſtro Camalduli compoſitum. *De qualicumque cultu, ſed qui non videtur excedere limites privatæ venerationis, hæc præmittit :* Ad cujus *(corporis)* contactum cùm multi languidi ſoſpitati meritis viri beati donarentur, factum eſt, ut, uſque quò cœnobium ſtetit, Florentina civitas ejus mauſoleum ſumma religione frequenter adire conſueverit, ſicuti & Camaldulenſes juſtum Domini in æterna memoria eſſe prædicare numquam ſunt obliti. *Verùm hæc potiùs indicant privatæ pietatis officia, quàm cultum publicum & eccleſiaſticum. Neque plura de hiſce invenio in notitiis noſtris Mss., neque in Vitis Sanctorum & Beatorum Ordinis Camaldulenſis, quas Italicè ſcripſit Silvanus Razzi, licèt fol.* 70 *& ſeq.*

B *de* Martino *nominatim agat, eique titulum* beati *attribuat. Bucelinus* beati *titulum adſcribens* Martino, *allegata verba ex Florentino non rectè produxit, dum ſcripſit :* Et uſque hodie mauſolæum ejuſdem magna colitur religione.

Leudeberta *monialis Eboriacenſis* beata *nominatur ab Arturo in Gynæceo, ſed ſine ullo cultus eccleſiaſtici indicio. Videri poteſt Vita S. Burgundoforæ apud Mabillonium ſec.* 2 *Benedict. pag.* 445, *ubi pia* Leudebertæ *mors narratur.*

Landeberta *monialis item Eboriacenſis apud Arturum mox ſequitur, ſicut in laudata S. Burgundofaræ Vita de hujus quoque morte agitur pag.* 447, *ſed* Landeberga *nominatur.*

Angela de Arena, *virgo Carmelitana, cum titulo* beatæ *memoratur in Gynæceo Arturi à Monaſterio, diciturque obiiſſe anno* 1556.

Simonam *viduam pietate præſtantem mox idem auctor ſubjungit, docetque defunctam* Peruſiæ, monaſterio Annuntiatæ, Ordinis Servitarum.

Veronicam *virginem Clariſſam laudatus Arturus* beatam *vocat tam in Gynæceo quam in Martyrologio Franciſcano, ubi & alios plures recenſet. Lectorem eò remitto : nam* beati *titulus ibi ſolùm docet, viros aut mulieres fuiſſe pietate inſignes. Plures Ordinis Franciſcani pios viros recenſet Hueberus in Menologio Franciſcano.*

C

Venerium *monachum Tiburtinum commemorat hodie Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. At fatetur ipſius memoriam non coli in eccleſia Tiburtina, nec oſtendit alibi fuiſſe cultum. De alio Venerio agitur ad hunc diem.*

Theophilus *presbyter Ordinis Prædicatorum cum titulo* beati *commemoratur apud Carolum à S. Vincentio in Anno Dominicano ad hunc diem ; ſed nihil adjungitur de cultu. Plures ejuſdem Ordinis viri ac mulieres ibidem videri poterunt.*

Teutonius *vel* Teuto *abbas Foſſatenſis, ſive S. Mauri Foſſatenſis in agro Pariſiorum,* Cluniaci, *ubi defunctus eſt, annumiatur apud Menardum & Bucelinum cum titulo* Sancti. *At* Teutonium *inter Prætermiſſos memoravit Mabillonius in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini ſec.* 6 *part.* 1. *Idem de* Teutone *meminit ſec.* 5 *pag.* 776 *&* 784, *virique virtutes & miracula breviter attingit ; ſed à titulo* Sancti *aut* beati *abſtinet. Caſtellanus hodie* Teutonium *ut*

venerabilem *prædicat.*

D

Adamus *Cathenenſis in Scotia epiſcopus, qui à ſubditis ſuis occiſus eſt, ut* martyr *hodie memoratur apud Dempſterum in Menologio cum* Serlone *monacho Mailroſienſi. Verùm nullibi in antiquioribus Faſtis hoſce commemoratos, aut cultu eccleſiaſtico honoratos novi. Quare licèt etiam hodie annuntientur à Ferrario, &* Adamus *ad* 15 *Septembris à Camerario, horum auctoritas non ſufficit, ut* Adamum & Serlonem *Operi noſtro inſeramus, id facturi, ſi quis cultum legitimum docuerit.*

Dedicatio *eccleſiæ cathedralis* Veronæ *annuntiatur apud Ferrarium in Catalogo generali.*

Dedicatio *eccleſiæ Reſurrectionis Domini hodie eſt in Menæis, & apud Molanum. Spectat hæc feſtivitas ad Opus aliquod particulare de Chriſto Domino.*

Aſſumptionis *B. M. V. dies trigeſima notatur in Martyrologio Germanico.*

S. Felicianus *epiſc. conf. occurrit in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis. At nolim divinare, quis ex variis hujus nominis Sanctis deſignetur, cùm nulla habeatur diſtinctionis nota.*

F

Heraclium, *neſcio quem, aut cujus temporis, ex Faſtis Coptitarum annuntiavit Caſtellanus.*

Nectarius *epiſcopus* Andegavis *annuntiatur apud Grevenum, ſed ex ſolo errore, opinor, cùm nullum inter Andegavenſes epiſcopos inveniam* Nectarium. *De* S. Nectario *Auguſtodunenſi agetur hodie.*

B. Petri confeſſoris *fit mentio in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. At non memoratur cum iis notis, ex quibus à me dignoſci queat, ut ſæpè fit in illis additionibus.*

Enarrandus monachus in Clara-valle *eſt in Kalendario Ciſtercienſi, quod excuſum eſt Divione, ſed nihil de cultu.*

Franco *ſecundus abbas Affligemienſis in Belgio ut* venerabilis *ponitur apud Bucelinum in Menologio Benedictino, & apud Rayſſium in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii.*

Guntelinus *monachus* in Anglia *ut* beatus *annuntiatur apud Bucelinum, Henriquezium & Chalemotum, ſed ſine apparentia cultus eccleſiaſtici.*

Petrum *monachum* Morcolæ *in* Hiſpania *eodem modo habent laudati ſcriptores.*

Nicetii *mentio eſt ſine loco in Martyrologio Morbucenſi apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1569. *At cùm nullus ad hunc diem ſpectet* Nicetius, *quantùm novimus, aut nomen corruptum eſt ex nomine* Nectarei, *de quo hodie agitur, aut certè* Nicetii *præcipua feſtivitas non agitur hoc die.*

S. Maternus *epiſcopus hodie memoratur in aliquot auctariis Martyrologii Uſuardini, ſed die ſequenti eſt in Romano* XIV Septembris

Mamiliani *natalis memoratur in unico codice Hieronymiano & in duobus Kalendariis per Florentinium laudatis, ſed ſine loco. Quapropter Sanctum aliunde perperam ad hunc diem relatum ſuſpicor. Videri poſſunt Annotata Florentinii, ex quibus non ſatis liquet, de quo agatur. De* S. Mamiliano *Panormi annuntiato agetur ad* XV Septemb.

Martyres LXXV *apud Octavium Cajetanum & Ferrarium annuntiantur* Mendis in Sicilia. *At cùm hi innoteſcant ex Actis parùm accuratis SS. Luciæ & Geminiani, ſimul de omnibus agendum eſt die, quo Lucia & Geminianus ſunt in Martyrologio Romano,* XVI Septemb.

SS. Caſſii & Florentii *Martyrum* inventio *annun-*

A tiatur in Florario Ms. Agemus de his Martyribus cum Martyrologio Romano ad x Octobris.

S. Lucas *monachus Ordinis S. Basilii* Amenti in Basilicata *annunciatur hodie apud Castellanum. Vita hujus Sancti edita est apud Octavium Cajetanum in Vitis Sanctorum Siculorum tom.* 2 *pag.* 96, *ibique in margine notatur* XIII Sept. *Verùm mendosa est notula hæc marginalis, ac verisimiliter in errorem induxit Castellanum. Nam in fine Vitæ* Lucas *obiisse dicitur* III Idus Octobris, *atque eodem die ab ipso Cajetano & ab aliis memoratur in Fastis Siculis. Itaque de* S. Luca *agendum est ad* XIII Octobris.

Tabitham *piam matronam, quam Petrus ad vitam revocavit Act.* 9 ℣ 36 *& seqq., hodie pro arbitrio memorat Arturus in Gynæceo. At in Menæis breviter annuntiatur ad* XXV Octobris.

S. Amandus *episcopus Rhedonensis hodie memoratur apud Saussayum. Verùm apud Castellanum & in Martyrologio Parisiensi ad* XIII Novembris.

S. Aniani, *nescio cujus, festivitas olim hac die celebrata fuit Astæ in Italia, sed deinde remissa ad* 17 *Novembris, quo colitur S. Anianus episcopus Aurelianensis, ut disco ex Dissertatione*
B *quadam Ms., in scriniis nostris servata, quâ auctor probare voluit,* Anianum *illum, qui Astæ colitur, non esse Aurelianensem, sed potiùs Sanctum ecclesiæ Astensis. Argumenta, quæ mihi non omnino clara apparent, accuratiùs examinari poterunt ad* XVII Novembris

Columbini *abbatis* Sutrensis in Britannia (*imò Lutrensis in Burgundia*) *memiñerunt hodie Ferrarius in Catalogo generali & Saussayus in Supplemento. Eumdem rectius* in Burgundia *annuntiat Menardus. Galesinius verò & Dorgainius* Columbinum *breviter memorant. Redibit memoria* Columbini *seu* Columbani Junioris, *ut aliàs vocatur, quemadmodum observatum est in Prætermissis* 13 *Februarii, ad diem, quo cultus ipsius accuratiùs examinari poterit,* XXI & XXII Novembris

S. Maximus *episcopus* apud Viennam, (apud Vimmam, *Artesiæ vicum, verisimiliter legendum*) *memoratur in Florario Ms. Habemus Vitam Ms. huic annuntiationi correspondentem. At ea commodiùs examinabitur ad* XXVII Novembris

S. Maximi *episcopi, qui* Regiensis *perperam vocatur, inventio celebratur in variis Auctariis Martyrologii Usuardini. In Centulensi* S. Maximus *ita etiam memoratur, acsi natalis esset. Agemus de* S. Maximo Regiensi *cum Martyrologio Romano, ibique ostendi poterit corpus esse alterius S. Maximi, cujus hodie memoratur inventio, ad* XXVII Novembris

SS. martyrum Mauri, Jasonis & aliorum *memoria est hodie in Mss. additionibus Cartusiæ Bruxellensis ad Grevenum. At eos non novi, nisi sint* Maurus *&* Jason, *qui cum aliis Martyribus in Martyrologio Romano annuntiantur ad* III Decembris
E

S. Dionysius *Papa memoratur in auctariis Martyrologii Bedæ. At in Martyrologio Romano est ad* XXVI Decembris.

D

DE S. PHILIPPO MARTYRE

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

J. P.

SYLLOGE

SECULO III *Insignia Sancti elogia in Fastis*

C PHilippi *martyris illustris hodie memoria est in nonnullis primæ notæ Fastis Latinis, quorum agmen ducit Martyrologium Romanum vetus à Rosweydo excusum, ubi ita legitur:* In Alexandria Philippi episcopi & martyris, qui primùm præfectus fuit. *Eadem quoad substantiam in Martyrologium suum transtulit Ado Viennensis; sed & historiæ compendium subnexuit, aliunde depromptum. Textum ejus describo integrum:* Apud Ægyptum, civitate Alexandria, natale beati Philippi episcopi & martyris, qui præfectus primùm fuit; deinde Baptismi gratiâ sanctificatus, episcopii dignitatem, suffragium ferentibus Christianis populis, assequitur. Et sub Volusiano & Gallieno imperatoribus, dirigitur Perennius præfectus Alexandriam: cui imperatum est, ut Philippum occideret. Sed cùm hoc implere non posset, quia omnis populus civitatis Philippo, veluti quibusdam vinculis amoris, videbatur adstrictus, immisit quosdam in ecclesiam, qui se fingerent Christianos, qui ingredientes percusserunt eum in oratione constitutum. Sepultus modò est in Nitria, basilicâ condignâ Martyri supra corpus ejus fabricatâ. Sedit autem in episcopatu, anno uno, mensibus tribus. Passus est Idibus Septembris.

2 *Breviora sunt elogia ad eumdem diem* XIII *Septembris apud Usuardum & Notkerum; verùm si Martyris personam ac dignitatem spectes, si notas temporis, martyriique palæstram, Adonis textui prorsus consona. Brevius item est Romanum hodiernum, ab illis tamen in punctis quibusdam diversum. Hæc ejus annuntiatio est primo loco:* Alexandriæ, natalis beati Philippi, patris sanctæ Eugeniæ virginis. Hic præfecturam Ægypti deferens, Baptismi gratiam assecutus est: quem in oratione constitutum jussit Terentius præfectus ejus successor gladio jugulari. *In aliis Fastis classicis, puta in Bedæ & Flori, Rabani & Wandelberti Martyrologiis, aut in apographis S. Hieronymo attributis nihil de eo occurrit, saltem ad hunc diem; quod addo, quia Rabanus ad diem* XXV *Decembris elogium contexens S. Eugeniæ V. & M., hujus patrem* Philippum, *Alexandriæ præfectum, conversum fuisse ait ad fidem Christi & baptizatum; silet tamen de episcopatu ejus & martyrio.* *Latinis ad hunc diem;*

F

3 *Nihil similiter hodie memorant de* S. Philippo *Ecclesiæ Græcæ monumenta; attamen, si is, qui hodie in Latinis proponitur, pater fuit S. Eugeniæ, prout in Romano asseritur, dubium non est, quin & Græci eum coluerint ut martyrem, quamvis ad diem alterum. In Menologio Basiliano exhibe-* *& in Græcis*

A *hibetur cum Eugenia ceteriſque hujus ſociis martyribus die* XXIV *Decembris. Verba ejus, ut Latinè reddita ſunt & edita curis Eminentiſſimi Annibalis Albani S. R. E. Cardinalis, ita ſonant:* Die vigeſima quarta. Certamen ſanctæ martyris Eugeniæ & Sociorum. Sancta Eugenia, Commodo imperatore, Philippi præfecti Romæ filia, cùm ejus pater Alexandriam à Commodo, ut illius urbis præfectus eſſet, mitteretur, ſecumque uxorem & filios duceret, abiit & ipſa, ibique Græcorum Chriſtianorumque literas omnes didicit. Cúmque Scripturas evolviſſet, incidit in Epiſtolas S. Apoſtoli Pauli; quarum lectione Chriſtianam fidem amplectens, virtutum omnium exercitationi ſe tradidit. Tum patrio ſplendore relicto, ſumptoque virili habitu in monaſterium receſſit, ibique baptizata, monaſticum inſtitutum ſuſcepit, cùm ſe eunuchum dixiſſet. Poſtea ad Philippum patrem delata, & ab illo agnita, eumdem cum matre ac propinquis ad Chriſti fidem traduxit. Paulò poſt Pater epiſcopus fit: ac omnes tandem martyrio coronantur.

ad diem 24 Decembris, B 4 *Eadem penè, ſed & plura alia ad ſolam Eugeniam pertinentia, habet Menologium, uti vocant, Sirletianum; eadem quoque in Menæis leguntur; ſed in his poſt longum de S. Eugenia elogium, carmine Iambico concinnatum, ſequitur ſeparata* S. Philippi *annuntiatio, & verſiculi duo; hos & illàm cum ſua interpretatione hìc ſubjicio:*

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος μάρτυς Φίλιππος ὁ πατὴρ τῆς ἁγίας Εὐγενίας ξίφει τελειοῦται

Eodem die ſanctus martyr Philippus, pater ſanctæ Eugeniæ, gladio conſummatur.

Μάχαιρᾳ ὄντως δίσομον χῇ πλάνης
Κτείνει Φίλιππον τῆς μαχαίρας τὸ σόμα.

Philippum, qui verè erat gladius biceps contra errorem, os gladii occidit.

ſed deprompta C 5 *Pulchra ſunt hæc elogia, & nata ingerere inſignem æſtimationem ſancti Martyris, ſponte pro ſervanda fide Chriſtiana deferentis honores ac dignitates, ad quorum culmen evectus fuiſſe ſcribitur; pulchra inquam, ſi elogia iſta ſeorſum legantur, ſi nec temporum nec perſonarum adjuncta conſiderentur, ſi neque, unde profluxerint, diſquiratur: alioqui tam implexa ſunt, tot difficultatibus obnoxia, ut neſcias, quid iis contineatur, quod tutò admitti queat. Ad poſtremi hujus probationem nominâſſe ſatis eſt Vitam S. Eugeniæ V. M., ex qua pro majori parte dimanârunt recitata elogia; quandoquidem ea Vita pluribus juſtiſque de cauſis hodiedum communi eruditorum judicio fabulis annumeretur, uti expoſitum fuit ac probatum aliquoties in Opere noſtro, & nuperrimè tom.* III *menſis Septembris pag.* 761 *& ſeq., occaſione SS. Prothi & Hyacinthi, quorum geſta ſimiliter complectitur.*

ex Actis fabuloſis 6 *Porrò producta* S. Philippi *elogia dimanâſſe ex Vita S. Eugeniæ mihi manifeſtum apparet, idemque apparebit ſtudioſo lectori, ſi operæ pretium duxerit id attentiùs examinare. Ducat initium à Græcis; conferat Menologia Baſilianum & Sirletianum cum dictis Actis apud Lipomanum & Surium antè per Metaphraſtem Græcè exaratis, & agnoſcet, illa non eſſe niſi horum compendium, hauſtum vel ex eodem fonte, ex quo habuit Metaphraſtes, vel potiùs ex ipſiuſmet Metaphraſtis Græca lucubratione; & hoc præterea ſibi perſuadebit libentiùs, ſi perpendat Menologium Baſilianum, quod Sirletiano & Menæis antiquius eſt, digeſtum fuiſſe, uti cenſent nunc paſſim ſcriptores, temporibus & juſſu Baſilii Porphyrogeniti, aliquot ſcilicet annis, poſtquam Metaphraſtes, qui ſub imperio Leonis Sapientis & aliquot hujus ſucceſſorum floruit, ſæpe nominatam Vitam conſcripſerat; quâ proinde uti potuit Menologii auctor.* AUCTORE J. P.

S. Eugeniæ, ac proinde 7 *Adonem ſimiliter Uſuardum & Notkerum uſos fuiſſe Actis Latinis, quæ valdè antiqua ſunt, patet ex integra diſpoſitione elogiorum ad dies* XI *&* XIII *menſis Septembris, atque ad diem* XXV *Decembris; verumtamen in eo ab iiſdem Actis diſcrepant, quòd in his* Philippus *dicatur martyrio affectus Severo & Antonino Caracalla imperatoribus, id eſt, ſub initium ſeculi* III, *illi verò id contigiſſe ſcribant,* ſub Voluſiano (*Valeriano veriſimiliter*) & Gallieno imperatoribus: *igitur poſt medium ejuſdem ſeculi tertii; fortaſſe id ex errore ſeu inadvertentia factum; quia in Actis legitur Eugenia cum ſociis martyribus paſſa ſub ultimò nominatis imperatoribus.* In Romanò Martyrologio editionis anni MDLXXXIII, *inquit Dominicus Georgius in Adnotatione ad diem* XIII *Septembris Adoniani Martyrologii,* in Philippi elogio legebatur, eum paſſum fuiſſe tempore Galli & Voluſiani imperatorum, quæ verba delenda eſſe monet Baronius in Notationibus Mss. ad oram illius editionis, quæ in bibliotheca Caſanatenſi aſſervatur. Ibi enim ita adnotavit: "Niſi hæc verba de- E
„ mantur, tota planè de eo hiſtoria corruit, mul-
„ taque alia repugnant, ut hæc dici non poſſint."

valdè incerta. Non fuit epiſcopus Alexandriæ, 8 *Idem Baronius in hodierno Romano, uti vidimus, nullos imperatores exprimit: attamen in adnotatis monet errâſſe eos, qui* Philippi *martyrium protraxerunt uſque ad tempora Valeriani & Gallieni, quòd illud planè repugnet Actis S. Eugeniæ, ubi à Commodo imperatore Ægypti præfecturam obtinuiſſe legitur, & decennio poſt martyrii lauream juſſu Severi & Antonini. Verum cùm Acta ipſa talia ſint, ut ex eorum fide ſtatui nil poſſit, pleraque hìc mihi manent ſuſpecta. Nolim quidem ire inficias, fuiſſe* Philippum *aliquem in Ægypto martyrem & fortè epiſcopum, cujus hodie recurrit memoria; ſed an is S. Eugeniæ parens fuerit, an Ægypti præfectus, an coronatus Alexandriæ ſub nominatis imperatoribus & eo modo, quo in Actis & recitatis eccleſiaſticis Faſtis perhibetur, non ſatis liquet. Epiſcopum autem fuiſſe Alexandrinum nequaquam veriſimile eſt. Ipſemet Baronius, licèt eodem modo id referant Ado & ceteri martyrologi, falſum eſſe aſſerere non dubitat tum in Annalibus tum in adnotatis ad Martyrologium Romanum: in his ad diem* XXV *Decembris ita pronuntiat:* Habent tamen (*Acta*) aliqua, quæ cenſura indigeant, veluti, quod ibi legitur de Philippo Eugeniæ patre, facto (ut ait auctor) epiſcopo Alexandrino, quod planè commentum eſſe, tabulæ epiſcoporum Alexandrinorum, quæ ab Euſebio in Chronico & in Hiſtoria, & à Nicephoro epiſcopo Conſtantinopolitano & aliis deſcribuntur, manifeſtè declarant. *Baronio conſentiunt hac in re Papebrochius, Tillemontius, & quicumque alii Acta S. Eugeniæ revocârunt ad criſim.* F

ſed alterius loci fortè, & Alexandriæ 9 *Quapropter ſi abſolutè tenendum ſit,* Philippum, *qui memoratur hodie in Romano parvo & aliis, epiſcopum fuiſſe, ſic iſtud intelligendum erit, ut is, ſeu pater fuerit S. Eugeniæ, ſeu ab hoc diverſus, alibi ſedem occupârit, ſed vel Alexandriæ pro fide Chriſtiana occubuerit, vel poſtquam alibi occubuiſſet, Alexandriæ cultum habuerit. Utinam quidquam invenire datum fuiſſet vel in Martyrologiis vel aliis Eccleſiæ monumentis, quod certò dici poſſet non profluxiſſe ex Actis fabuloſis! Spes aliqua affulgebat mihi, cùm primùm perlegerem verba, quibus elogium ſuum concludit Ado,* ſe-

AUCTORE J. P.

pultus modò est, *inquiens*, in Nitria (*quæ solitudo est Ægypti*) basilicâ condignâ Martyri supra corpus ejus fabricatâ: *maximè quia voces* sepultus modò est, *designare videbantur, exstitisse basilicam etiam tum, quando scribebat Ado. Sed spes ista evanuit, postquam consuluissem præcipua Actorum exemplaria.*

vel passus, vel sepultus & ut Sanctus honoratus.

10 *Nam quæ apud Surium & Lippomanum de* Philippo *Eugeniæ patre leguntur in hunc modum:* Intra civitatem verò sepelitur in loco, qui dicitur Isium, ubi ipse, cùm adhuc viveret, ædem sacram ædificavit; *apud Rosweydum in Vitis Patrum pag.* 346 *sic exprimuntur:* Juxta atria itaque, ibi S. Eugenia, filia ejus, monasterium Christi virginibus collocaverat, illic suum jussit (Philippus) collocari corpusculum; *sic apud Vincentium Bellovacensem in Speculo lib.* XI *cap.* 3: Juxta Nitriam, ubi sancta Eugenia, filia ejus, monasterium virginum collocaverat, corpusculum suum collocari præcepit; *sic denique in apographo Ms. Rubræ Vallis, quod penes me est:* Fecit autem sepulturam ejus juxta Nitriam beata Eugenia, ubi dignissimam fratres ejus basilicam fabricaverunt, in qua benedicitur Deus usque in hodiernum diem, quam cùm dedicâssent, omnes pariter revertebantur ad Romam. *Unde colligas, vocem* atria, *vel fortè* Isium *paulatim in apographis immutatam fuisse, ac transiisse demum in* Nitriam, *quam lectionem retinuit Ado, habens verisimiliter Vitæ exemplar, consonum nostro Ms. Rubræ Vallis. Plura de Sancto, qui novisse cupit, adeat tom.* 3 *Septembris pag.* 761 *& seq., illic enim occasione, quâ dixi suprà, protulimus judicia eruditorum super Actis S. Eugeniæ, in quibus* S. Philippus *personam agit non infimam, eorumdemque exhibita synopsi, auctores assignavimus, apud quos exstant integra.*

D

DE S. JULIANO PRESB. MART.

B

J. S.

ANCYRÆ IN GALATIA.

E

Ex Fastis sacris Græcis & Latinis.

SUB LICINIO. *Elogium Sancti ceteris probabilius ex Menologio Basiliano;*

JUlianum *martyrem Græcorum Fasti celebrant, partim hoc, partim præcedente die. Menologium Basilianum hodie* Julianum *hoc exornat elogio:* Certamen sacrosancti martyris Juliani. Licinio imperatore magna persecutio adversus Christianos mota est. Erat autem prope Ancyram Galatiæ presbyter pius, nomine Julianus, qui vitandæ persecutionis causâ in densum montem sese recepit, & in specu unà cum aliis quadraginta duobus Sanctis se abdidit. Cùm autem juxta montem esset delubrum deæ cujusdam Græcorum, quam Hecaten vocant, & Ancyræ præses illuc sacrificandi causâ adventare soleret, requirebantur Sancti, ut caperentur. Sed cùm quotidie quis eorum exiret, ut aquam ex proximo fonte hauriret, quam ceteris bibendam præberet, obtigit S. Juliano, ut aquaretur: qui conspectus à Græcorum quibusdam, comprehensusque & vinctus, ad præsidem adducitur. Cùm autem præses illum de reliquis percontaretur, ipse verò neminem proderet, sed Christum liberè profiteretur; ejus capiti candens cassis imponitur: deinde scalptus & gravissimè tortus, decollatur. *Hæc satis apparent probabilia, & compendio relata sunt à Tillemontio tom.* 5 *in Persecutione Licinii pag.* 510 *editionis secundæ.*

C

2 *Attamen non omnino cum hisce consentiunt Menæa, & Menologium Sirletianum. Synaxarium verò Ms., quod olim Sirmundi fuit & frequenter apud nos laudatur, in plerisque consonat: sed paucula adjungit, videlicet sanctum Presbyterum fuisse ex loco Ancyræ vicino, qui dicebatur* Crinteo, *provectumque ætate fuisse, pietateque ac timore Dei valde conspicuum. Omittit verò conatum gentilium ad* Julianum *capiendum, consentiens alias de occasione & de modo, quo captus & ad præsidem fuit adductus. Cassidem candentem* Juliani *impositum capiti, similiter habet, caputque deinde amputatum: reliqua tormenta omittit. Hæc igitur elogia videntur præferenda iis, quæ breviter in Menologio Sirletiano, prolixè verò in Menæis ac modo improbabili referuntur.*

cui ferè consonat Synaxarium Ms.:

3 *Audiamus tamen laudatum Menologium, in quo ad* XII *Septembris hæc leguntur:* Eodem die natalis beati martyris Juliani ex Galatia. Hic fuit sub Diocletiano in urbe Galatarum natus & educatus: qui cùm apud præsidem delatus esset, quòd in spelunca quadam lateret cum aliis quadraginta Christum colens, detentus atque interrogatus Christianam fidem professus est. Itaque in ferreum lectum igne accensum injectus ab Antonio præside, idolis immolare omnino recusans, Christi martyrio coronatus est. *Antonius præses, cujus nomen omittitur in datis mox elogiis, etiam legitur in Menæis. Ibidem quoque candenti lecto ferreo impositus dicitur, illæsusque divinitus mansisse asseritur. Quæ in Menæis præterea adduntur, non satis apparent probabilia. Dicitur interrogatus de parentibus* Julianus, *respondisse, patrem defunctum, matrem verò viventem. Hæc mox ad præsidem adducta asseritur; at deinde remissa domum. Adduntur aliquot sermocinationes inter judicem & Sanctum, & hujus ante mortem oratio planè improbabilis, quàm vox cælestis dicitur subsecuta. Tandem quadraginta socii, qui latebant in monte, cælesti illa voce excitati dicuntur accurrisse, ac ultro se tyranno stitisse; sed dilatum in aliud tempus fuisse supplicium illorum.*

alterum ex Sirletiano minùs probabile, cui fabulosa adduntur in Menæis;

F

4 *Hisce igitur præteritis, quia non apparent verisimilia, solùm pauca adjungo de Latinis martyrologis, qui* Juliani *meminerunt. Baronius in Romano* Julianum *conjunxit cum Macrobio, nescio quæ de causa, cùm* Julianus *solus sit passus, Macrobius verò cum aliis sociis, de quibus mox agetur. Ferrarius in Catalogo generali* Julianum *annuntiat ad* XII in Galatia, *&* sub Diocletiano. *Hac verò die* XIII Juliani presbyteri & martyris sub

ex Ju... Julian... rectè memorat Galesinius.

A sub Licinio *meminit, eumque ponit* Angyræ (*lege* Ancyræ) in Galatia; *acsi distinctus esset ab hesterno, cùm meritò dubitari nequeat, quin sit idem. Rectiùs Galesinius ad hunc diem ita scribit.* Ancyræ in Galatia, sancti Juliani presbyteri & martyris. Hic summa pietate sacerdos, Licinio rege *, cùm vulgò sæviretur in Christianos, à præfecto comprehensus, summâ animi constantiâ fidem profitetur. Quare primò cassis candens ejus capiti inducitur, tum unguibus ferreis gravissimè dilaniatus, pòst variè tortus, demum capitis damnatus, memorabili & divina Christianæ pietatis virtute martyrii præmium cœleste assecutus est. AUCTORE J. S.

* imperatore

DE SS. MARTYRIBUS MACROBIO, GORDIANO, ZOTICO, LUCIANO, HELI, VALERIANO, SELEUCO, ET FORSAN ALIIS.

TOMIS IN PONTO, ET ANCYRÆ IN GALATIA.

B F

Ex Fastis Græcis & Latinis. J. S.

SUB LICINIO. *Inter hos Martyres Seleucus uno tantùm loco reperitur apud Græcos:*

HOs *Martyres Fasti Græcorum variè & confusè referunt, nec confusione caret Martyrologium Romanum. In hoc enim solus memoratur* Macrobius *ex tota hac classe, isque sine loco conjungitur cum Juliano martyre Galatiæ, qui non est passus cum* Macrobio, *sed solus. Menologium Sirletianum ex hisce nullum hodie habet, sed* Seleucum & Valerianum *præcedenti die perperam conjunxit cum martyribus Alexandrinis, ut ibi ostensum est in* Cronide & *Sociis.* Seleuco *caret omnino Menologium Basilianum, & Synaxarium Ms. infrà laudandum, imò etiam istud elogium Menæorum, quod hosce solos enumerat Martyres. Attamen* Seleucum *memorant Menæa in primo elogio, quo diversarum regionum Martyres simul recensentur, ibique fuisse dicitur in Galatia cum* Valeriano, Macrobio & Gordiano. *In illo etiam*

C *elogio quatuor laudati Martyres dicuntur passi in Galatia, martyriumque eorum narratur iis verbis, quæ, quia minùs accurata apparet relatio, Latinè tantùm huc transfero:* Qui in Galatia erant, Seleucus & Valerianus, Macrobius & Gordianus, per illius loci præfectum igne & gladio, diversisque tormentis cruciati, tandem feris in pabulum propositi sunt, atque animas Deo tradiderunt. *Hæc componi nequeunt cum aliis Fastis, in quibus eorum martyrium videtur accuratiùs exponi, ideoque prædicta falsitatis magis sunt suspecta, quàm danda mox elogia. Quod tamen attinet ad* Seleucum, *qui cum aliis deinde non recensetur, potuit ille in Galatia martyrium consummare.*

reliquorum recitatur elogium ex Menologio Basiliano:

2 *In altero Menæorum elogio, ubi* Seleucus *prætermittitur,* Gordianus *dicitur fuisse ex Cappadocia, Macrobius ex Paphlagonia, ita ut diceres alios designari, nisi mox adderetur, eos abiisse, quemadmodum antè erat relatum.* De Zotico *autem,* Heli, Luciano, & Valeriano, *istud elogium rectè consentit cum aliis jam dandis. Menologium Basilianum Martyres ita annuntiat:* Certamen sanctorum martyrum Macrobii, Gordiani, & Sociorum. *Deinde martyrium refertur hoc modo:* Hi sancti Martyres Licinio imperatore claruerunt: & Macrobius quidem ex Cappadocia ortum duxit; Gordianus verò ex Paphlagonia. Cùm autem florenti essent ætate, & fortitudine sapientiâque præditi, id muneris obibant, ut ad imperatoris mensam ministrarent: & ab illo ob virtutem suam, & egregiam corporis formam maximè diligebantur. Sed fidei Christianæ accusati, cùm nec adhortationibus nec minis ad Christum abnegandum induci possent, relegantur in Scythiam. Quò deportati, invenerunt sanctos Zoticum, Lucianum & Heli, fortissimè pro Christi confessione pugnantes. Post multos autem cruciatus, Zoticus quidem & Lucianus capite plexi sunt: ipsi verò unà cum Heli in carcerem detrusi. Atque ille quidem decollatus est; Macrobius autem & Gordianus in ignem conjecti occubuêre; Valerianus verò ad sepulcrum Sanctorum plorans, spiritum emisit. *Hactenus Menologium, in quo non invenio, an* Valerianus *aliquid præterea pro Christo sit passus: quod nec in aliis Fastis dicitur.* E

passi sunt Tomis in Ponto sub Maximo præside:

3 *In Synaxario Græco Ms., quod ex antiquo Ms. Sirmondi Majoribus nostris communicatum est, omnia exponuntur eodem planè modo; at duo adduntur ad majorem elucidationem spectantia. Præmittitur etiam annuntiatio hoc modo:* Sanctorum martyrum Macrobii, Gordiani, Heli, Zotici, Luciani & Valeriani. *De patria* Macrobii & Gordiani, *& de eorum ministerio apud Licinium eadem narrantur. Hi similiter* in Scythiam *dicuntur relegati: at nominatur urbs, in qua substiterunt, & in qua tam hi quàm reliqui Martyres ad coronam pervenerunt: nomen quoque præfecti, sub quo passi sunt, adjungitur. Illa igitur verba huc transfero:* Οὗτοι ἡ ῥωμαῖοι ἐν τῇ Τομέων πόλει, ἀναβλέψαντες ἄρον τὰς ὄψεις Ζωτικὸν, καὶ Λουκιανὸν, καὶ Ἥλιον μὲν τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν σὺν Μαξίμῳ τῷ ἡγεμόνι. Hi verò (Macrobius & Gordianus) cùm perveniissent ad Tomitarum urbem *, invenerunt sanctos Zoticum, Lucianum & Heli pro Christi confessione decertan-

* Tomos

tes

AUCTORE J. S.

tes apud Maximum præfectum. *Menæa quoque* Τομέων πόλιν urbem Tomitarum *nominant, in qua passi sunt posteriores. Hinc* Tomis in Ponto *palæstram fixi horum Martyrum.* Tomi *autem, aliàs etiam* Tomis *dicta, erat metropolis Ponti provinciæ, quæ medio ævo* Scythia *fuit dicta à Scythis & Getis eam inhabitantibus; nunc verò pars est Bulgariæ, quemadmodum olim erat pars Moësiæ inferioris prope Pontum Euxinum. Huic adjacet urbs Tomi, in qua olim Ovidius poëta exsulavit. Maximus præfectus, sub quo passi dicuntur hi Sancti, gubernator erat Moësiæ, aliisque Sanctorum cædibus innotuit. Certè ut prateream alios, sub ipso passus est S. Julius, cujus Acta data sunt ad* XXVII *Maii.*

aliqui tamen Ancyræ occubuerunt, ut colligitur ex Latinis,

4 *Apographa Hieronymiana & Rabanus de hisce Martyribus meminerunt ad* XV *Septembris, & ex iis confirmatur, non omnes uno loco passos esse, sed alios Tomis in Ponto, alios Ancyræ in Galatia consummâsse martyrium. De hisce apud Florentinium sic legitur:* Et Anciræ Galliæ natalis sanctorum Seleuci. Valeri. *In Epternacensi*: Et in Ancira Gallitiæ, Seleuci, Faleri, Cyrionis. *In Corbeiensi*: In Ancyra Galatiæ natalis sanctorum Seleuci, & Valerii. *Rabanus habet:* Et Ancyra Galatiæ natale S. Seleuci, Valerii & Cyrionis. *Ex hisce colligitur*, Seleucum *& probabiliùs etiam* Valerianum, *qui orans exspirâsse dicitur, Ancyræ passos esse: nam, etsi* Valerianus *in Menologio memoretur cum Tomitanis, non tamen dicitur cum iisdem fuisse relegatus. De* Cyrione *Græci non meminerunt.*

qui & Tomitanos non sine mendis memorant.

5 *De aliis sic Hieronymianus Florentinii codex:* Et in Thomis civitate natalis sanctorum Stratori. Valeri. Merubi * & Gordiani episcopi. *Epternacensis:* Et in Tomis Stratonis, Macrobi. *Corbeiensis:* In Tomis civitate natalis sanctorum Stratorii, Valerii, Merobi & Gordiani. *Vides, studiose lector, quantis hæc scateant mendis. Rabanus duos profert hoc modo:* Et in Tomis Stratonis & Macrobii. *Vix agnoscas hîc eosdem insinuari, quos produximus è Græcis, præsertim cùm* Straton *ubique addatur, de quo Græci inter Martyres Tomitanos non meminerunt. Præterea* Gordianus, *quem Græci memorant, non videtur fuisse episcopus. Fateor difficulter aliquid posse erui ex tot variationibus & consequenter mendis. At vel ea de causa non ausim dicere hos Martyres diversos esse ab iis, quos dedi è Græcis; sed aliquos ex iis omissos,* Cyrionem *verò ac* Stratonem *additos puto. Fieri etiam potest, ut tam Ancyræ quàm Tomis fuerit aliquis* Valerius *aut* Valerianus *cum ceteris Martyribus.*

**sic correxit pro* Mercibi

DE S. THEODOLO EPISC. MART. ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO

J. S.

Ex Fastis Hieronymianis.

THeodolum *episcopum miro consensu hodie celebrant Martyrologia Hieronymiana. Quod Florentinius edidit, ita habet:* In Alexandria natalis sancti Theodoli episcopi. *Epternacense ibidem in Annotatis.* In Alexandria Theodoli episcopi. *Corbeiense apud Acherium:* Alexandria natalis S. Theodoli episcopi. *Sic in utraque Spicilegii editione legitur* Theodoli, *licèt Florentinius, laudans istud Martyrologium, habeat* Theodori, *errore verisimiliter exscribentis, aut typotheta menda prætereuntis. Consonant apud nos Martyrologia Rhinoviense & Richenoviense, quæ ambo habent:* In Alexandria, Theodoli episcopi. *Gellonense quoque, Augustanum, & Labbeanum hodie nomen exhibent* Theodoli, *sed sine loci & officii adjunctis, ac ultimum pro* Theodoli *habet* Teudoti. *Ex recentioribus Grevenus hoc die* Theodolum *sic memorat:* Alexandriæ, sancti Theodoli episcopi. *Hæc sufficiunt, ut credamus* S. Theodolum *episcopum fuisse, & martyrio coronatum Alexandriæ; non verò, ut existimemus episcopum fuisse Alexandrinum, cùm primis Ecclesiæ seculis nullus hujus aut vicini nominis inter episcopos reperiatur Alexandrinos. Utrùm hic* S. Theodolus *idem sit cum S.* Theodoro *martyre, quem heri dedi, aut cum Theodoro episcopo Ægyptio, de quo in Martyrologio Romano agitur ad* XXVI *Novembris, aut denique cum alio quopiam, certò nequeo edicere, neque hactenus id satis mihi apparet probabile. Longè plures Alexandriæ passi sunt Martyres, quorum Acta ignota sunt, quàm sit numerus eorum, qui Actis innotuerunt, ita ut hic facilè à reliquis possit esse distinctus.*

A D

DE SS. FELICISSIMO ET SECUNDINO MM.

IN APULIA.

J. S.

Ex apographis Hieronymianis.

Apographa Hieronymiana magno consensu hos Martyres hodie attribuunt Apuliæ, non expressa urbe, in qua sunt passi. Florentinius in textu ita habet: In Apulia natalis sanctorum Felicissimi, & Secundini. *Consonat planè codex Corbeiensis; sed addit* Justini. *At Epternacensis nomina utcumque mutat hoc modo:* In Apulia Felicis, B Secundi. *Martyrologia apud nos edita hos item Martyres annuntiant. Et Rhinoviense quidem ac Richenoviense iisdem planè verbis in hunc modum:* In Apulia, Felicissimi & Secundi. *Augustanum verò & Labbeanum sine loco, & mixtos cum aliis Martyribus more suo* Felicissimum *exhibent &* Secundinum; *uti & Gellonense apud Acherium* Felicissimum *exhibet, prætermisso* Secundino. *Sic solus memoratur* Felicissimus *in aliquot Martyrologiis apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum & tom.* 6 *Collectionis amplissimæ, sicut etiam in Corbeiensi breviori apud nos. Hujus verba, lector, accipe, ut videas* Secundinum *merè esse prætermissum:* In Apulia, natalis Sanctorum Felicissimi. *Omissio clara est ex voce* Sanctorum. *Sancti* Felicissimus *&* Secundinus *reperiuntur etiam in Auctariis Usuardi & Bedæ,* in Apulia *annuntiati. At codex Vaticanus* 5949 *habet aliquid singulare, aliumque videtur designare* Felicissimum *his verbis:* Beneventi, natalis sancti Felicissimi episcopi in sancta Sophia. *Nec* Felicissimum *inter episcopos Beneventanos invenio, nec possum divinare, quis ille sit* Felicissimus, *reliquis Martyrologiis ignotus, nisi sit idem cum illo, quem passim cum* Secundino *conjunctum reperimus, licèt hic aliàs nullibi vocetur* episcopus, *nec Beneventi annuntietur.* E

DE S. LIGORIO MARTYRE,

QUI COLITUR VENETIIS.

J. S.

SYLLOGE.

De cultu, miraculis, & reliquiis.

C

Ligorius Martyrologio Romano insertus ex Mss. & Catalogo Sanctorum,

Baronius in Martyrologio Romano ad hunc diem S. Ligorium *martyrem commemorat his verbis:* Eodem die S. Ligorii martyris, qui in eremo degens, à gentilibus ob Christi fidem necatus est. *Castellanus in Martyrologio universali hæc verba de more dedit Gallicè, sed ad marginem notavit,* meram *esse* confusionem cum S. Lidorio Turonensi; *de quo mox agemus. Verùm S. Lidorius non vixit in solitudine, neque occisus est à gentilibus, ita ut nequeam perspicere, quo censura illa nitatur fundamento, quámve habeat verisimilitudinem, nisi fortè indicare voluerit Castellanus, ex sola confusione* Ligorium *relatum esse ad hunc diem. Laudat Baronius in Annotatis* vetera manuscripta, *& Petrum de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib.* 8 *cap.* 73. *Hic autem scriptor* de sancto Ligorio martyre *ibidem tale dat elogium:* Ligorius martyr in partibus Græciæ passus est. Hic natione Græcus, relicto seculo, dum vastæ solitudinis eremum coleret, hominibusque incognitus esset, & * gentilibus venatoribus inter vepres inventus est. Et dum latro putaretur, interrogatus, quis esset, respondit se esse peccatorem Christianum. Quem illi, audito Christi nomine eis exoso, mox gladiis interfecerunt. F * a

in quo vita & martyrium narratur.

2 Cujus corpus à Venetis de partibus Græciarum transvectum, in monasterio S. Laurentii positum est. Cùmque dies ejus passionis ignotus esset, cuidam puero languenti quasi in extremis posito quidam Sanctus apparuit, seque Ligorium esse dixit, puerumque admonuit, ut abbati * S. Laurentii diem suæ passionis XIII Septembris celebrandum esse indicaret: quo videlicet die ipse pro Christo passus fuisset; & eo nuntiato suam ejus meritis sanitatem perciperet. Puer autem ad se rediens, hæc, quæ viderat, abbati * nunciavit, & continuò incolumis de lecto surrexit. Sicque diem passionis Ligorii Idibus Septembris esse, exinde omnibus notum fuit. *Eadem brevius expressit Grevenus hoc modo:* Ipso die, sancti Ligorii martyris, qui in Græciæ partibus ob Christi nomen occi-

* *Mss.* abbatissæ

* abbatissæ

AUCTORE J. S.

occisus, postmodum Venetias translatus est. Cùm verò dies passionis ejus ignoraretur, ipse per visum, hunc diem designavit. *Consentiunt de plerisque Maurolycus, Canisius & Galesinius: at hic perperam asserit corpus Venetiis servari* in ecclesia sancti Zachariæ, *quod infrà corrigetur. Hæc videntur sufficere ad tollendum omne dubium de confusione* S. Ligorii *cum* S. Lidorio *Turonensi, de quo nihil prædictorum umquam fuit assertum.*

prout etiam leguntur in variis Mss. Venetis, & in Officio,

3 *Nolim tamen ut hinc quis colligat, me pro certis & indubitatis habere omnia, quæ de* S. Ligorio *narrat Petrus de Natalibus. Video quidem è monumentis Mss. hauriri ea potuisse, & verisimiliter ex Mss. Venetis hausta esse, quæ refert laudatus scriptor. At hac de causa non magis sunt certa aut verisimilia. Habeo præ manibus duas relationes Mss. prædictæ consonas, certè in præcipuis capitibus, sed paulò prolixiores. Prima harum dudum Majoribus nostris communicata fuit* ex codice Ms., *haud dubiè Veneto; sed cujus ecclesiæ, non adjungitur. Alteram anno* 1748 *accepimus* ex codice pergameno seu Passionario vetustissimo S. Marci Venetiarum, *ut superiùs adscriptum legitur, per excellentissimum dominum Flaminium Cornelium senatorem Venetum, qui similiter transmisit lectiones antiqui & novi Breviarii monialium S. Laurentii, quæ olim legebantur die* VIII *Julii pro festivitate inferiùs memorandæ. Relationes illæ invicem rectè consentiunt, non quidem in verbis, sed in factis enarratis: atque ex hisce haud dubiè sua hausit Petrus de Natalibus, qui Catalogum Sanctorum Venetiis conscripsit.*

B

ut ea relatio videtur fabulosa:

4 *Verumtamen parùm aut nihil fidei Actis istis deberi, quatenus de vita & morte* S. Ligorii *scripta sunt, mihi planè persuadeo. Si attendamus ad relata, perspicimus, nec tempus indicari, quo vixit, nec locum, nisi vago quodam modo* in partibus Græciæ. *Deinde quomodo Venetiis innotuit vita Sancti solitaria, & mors per venatores gentiles illata? In codice S. Marci dicuntur ea fuisse relata ab illis, qui corpus portârunt Venetias, nec additur, qui aut quales isti fuerint, aut quo tempore sacras reliquias ad Venetos portaverint. Quam igitur illis omnibus fidem habere possumus? Accedit & alia ratio, quæ facit omnia quàm maximè suspecta. Etenim laudatus modò dominus Cornelius, ne quid nos lateret, quod de* S. Ligorio *Venetiis fuit scriptum, aliud quoque ex antiquo Breviario S. Laurentii transmisit Officium, sive lectiones secundi nocturni, in quibus planè diversa de* S. Ligorio *referuntur, sed nihilo magis verisimilia. In illis enim lectionibus Sancti mores laudantur verbis generalibus, sed de vita ejus solitaria altum est silentium. Dicitur ductus ad tribunal Africani præfecti, cui constanter respondet, & sic finiuntur lectiones, ne morte quidem Sancti relata. Hisce de causis fabulosa mihi apparent, quæ de vita & morte Sancti sunt relata, suspicorque nihil certi de illis umquam innotuisse apud Venetos.*

C

minùs incredibilis est revelatio Sancti de die martyrii,

5 *Quod spectat ad revelationem de die, quo Sanctus martyrio coronatus est, ea innotescere potuit Venetiis, nec est adeo incredibilis. Sic S. Germano Autissiodorensi revelatus est dies martyrii S. Juliani Brivatensis, ut legitur in Vita S. Germani per Constantium presbyterum scripta apud nos tom.* VII *Julii pag.* 215. *Asseritur ea revelatio in tribus Mss. suprà memoratis. In primo sic exponitur:* Cumque de ejus passione inter clericos altercatio fuisset exorta, quia ejus venerabilis victoria, quâ ab impiis fuerat martyrizatus, incerta erat, qua die quove tempore accidisset, & ideo nesciebant, quo mense vel die ejus festivitatem celebrare in hac patria, ad quam delatus est, deberent, illis, qui eum Græciâ Venetias transtulerunt, dicentibus, quòd in mense Maio, aliis verò, quòd in Septembri; abbatissâ S. Laurentii cum suis sororibus similiter dubitantibus, quibus credendum foret; infantulus magno languore oppressus, cujus domus non longè à dicto monasterio sita erat, vidit B. Ligorium ad se accedere, & ejus lateri assistere. Cui territus puer ait: Tu quis es, qui me modicum, & in tam grandi languore positum ita terruisti? Cui ille: Ego sum Ligorius martyr. Cui quasi exanimato iterum Sanctus ait: Surge celeriter, festina quantocius: Vade, dic abbatissæ S. Laurentii, quia tertia dies est hodie, quam mea festivitas antecedit: nàm decima tertia die mensis Septembris mihi festa annua celebrabitis: & postquam hæc narraveris, recipies tui corporis sanitatem. Et hoc dicto, disparuit.

D

nec tamen caret difficultatibus.

6 Tunc infantulus vocavit ad se matrem suam, fecit se ad monasterium duci, & exposuit per ordinem abbatissæ, sicut fuerat ei jussum. Quæ bene conscia studuit hanc revelationem episcopo indicare. Qui arripiens Martyrologium, sic reperit, sicut fuerat dictum infantulo. *Eodem modo res narratur in codice S. Marci; sed breviter solùm attingitur in antiquo monialium Officio. Porrò quod in Mss. dicitur de re episcopo indicata, consultoque per ipsum Martyrologio, omissum est apud Petrum de Natalibus, similiterque omittitur in Officio monialium recentiore, quod anno* 1705 *impressum habemus. Nam hujus Officii lectiones cum Petro de Natalibus consentiunt; unico tantùm excepto revelationis adjuncto: hic enim* abbatem *S. Laurentii ubique vocat, Officium verò cum Mss.* abbatissam. *Hoc certum est, in monasterio S. Laurentii à sæculo* IX *moniales habitâsse, licèt antea virorum fuisse dicatur. Itaque legendum potiùs* abbatissæ *quàm* abbati *existimo. At mirum est, nec abbatissæ nec episcopi nomen ullibi fuisse expressum. Dubito etiam, an satis firmum sit, quod de Martyrologio dicitur. Hinc enim aliquis existimare posset, nomen S. Lidorii Turonensis inventum in Martyrologio ab episcopo, indéque factum, ut crederet* S. Ligorium *eo die in Martyrologio commemorari. Huic tamen suspicioni obstat Petrus de Natalibus, qui lib.* XI *cap.* 129 *num.* 246 *S. Lidorium Turonensem* Idibus Septembris *memorat, vocans* Lycorium, *rectéque à* S. Ligorio *distinguit. Cùm enim hic Venetiis scripserit; non videtur ibidem dies emortualis S. Lidorii pro die martyrii* S. Ligorii *fuisse sumptus.*

E

Dubium est, an S. Ligorius memoratus sit in Fastis Hieronymianis;

7 *Præterea non est improbabile,* S. Ligorium *revera inventum fuisse in Martyrologiis Hieronymianis: nam in iis, quæ modo edita sunt, non obscura habemus illius nominis vestigia. Apud Florentinium, præter annuntiationem claram S. Litorii aut Lidorii Turonensis, hæc leguntur:* In Antiochia natalis sanctorum Timothei & Lidori. *Timotheum jam variis diebus præcedentibus memoratum, observavi in Prætermissis. At* Lidorus, *qui adjungitur, facilè potest ex mutatione unius litteræ pro* Ligorio *fuisse positus. Magis mendosè idem in Corbeiensi nominatur* Theodorus. *Martyrologium Labbeanum apud nos* Lidori *etiam meminit, & Gellonense apud Acherium* Lidorii, *utrumque sine loco, & præter Lidorium Turonensem, addito loco annuntiatum. Fortassè igitur nomen* S. Ligorii *memoratum fuit in Fastis aliquot Hieronymianis. Fateor tamen id mihi minimè certum videri ob silentium aliorum codicum: nam ex eo silentio oritur suspicio, nomen S. Lidorii Tu-*

F

A *Turonenſis, ut ſit ſatis frequenter, fuiſſe eodem die repetitum. Contraria quoque ſuſpicio oriri poteſt, nimirum excidiſſe nomen* Ligorii, *ut non ſatis cogniti, occaſione S. Lidorii eodem die memorati, quòd idem cum ipſo crederetur.*

ac colitur geminâ feſtivitate in eccleſia S. Laurentii, ubi ſervantur ipſius reliquiæ.

8 *Quidquid de hiſce ſit verius, corpus* S. Ligorii *martyris ſibi aliquot ſaltem ſeculis attribuunt moniales S. Laurentii Venetiis, & geminam de illo Sancto feſtivitatem celebrant; alteram ritu duplicis die* XIII *Septembris, quòd Sanctum eo die coronatum credant; alteram die* VIII *Julii ritu item duplicis, ſed hæc ſimul peragitur de S. Barbaro martyre, de quo egimus ad* XIV *Maii. Titulus hujus feſtivitatis eſt:* Inventio SS. Ligorii & Barbari martyrum. *In Officiis utroque die præſcriptis, tam in orationibus quàm in lectionibus, dicitur corpus* S. Ligorii *quieſcere in eccleſia S. Laurentii. Accipe, lector, orationem ex Officio hujus diei:* Propitiare nobis, quæſumus Domine, famulis tuis per hujus ſancti martyris Ligorii, cujus corpus in præſenti requieſcit eccleſia, merita glorioſa; ut ejus pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. Per Dominum *&c. Bucelinus in Sacrario Benedictino ad hunc diem de ſervato ibidem* S. Ligorii *corpore conſentit. Janningus noſter, dum præterito ſeculo Româ redibat in Belgium, adiit monaſterium S. Laurentii Venetiis, & de corpore* S. Ligorii *hæc annotavit:* Caput S. Ligorii in monaſterio, reliqua oſſa cum aliis aliorum Sanctorum reliquiis confuſa ſunt ſub altari, ut aiunt. *In Officio Inventionis* VIII *Julii narratur miraculum,* SS. Ligorio *& Barbaro attributum, de viſu reſtituto cuidam presbytero Genuſienſi (in uno Ms. legitur* Genuenſi,) *qui erat cæcus. At illud jam relatum eſt in Addendis ad Acta S. Barbari tom.* VII *Maii pag.* 770, *ubi videri poteſt.*

AUCTORE J. S.

DE S. NECTARIO EPISCOPO CONF.

B E

AUGUSTODUNI IN GALLIA.

J. S. SYLLOGE

De cultu & geſtis.

SEC. III AUT IV, VEL VI.

S. Nectarius in antiquis Martyrologiis memoratus,

Hieronymiana & alia pleraque Martyrologia vetuſta conſpirant ferè omnia ad annuntiandam S. Nectarii *Auguſtodunenſis memoriam. Florentinius ex codice ſuo edidit:* Auguſtoduno depoſitio beati Nectari epiſcopi. *Conſonat Corbeienſis. Epternacenſis habet:* Auguſtoduno Nectari epiſcopi, *ut etiam habet Richenovienſis apud nos. Auguſtanus verò, Labbeanus & Gellonenſis* Nectarium *ſine epiſcopi titulo Auguſtoduno attribuunt, ſicut etiam ſit in primo Martyrologio ex editis apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum. At in Autiſſiodorenſi apud eumdem tom.* 6 *Collect. amp. Sanctus ita memoratur:* Auguſtoduno B. Nectari epiſcopi. *Præcipua Martyrologia ſeculis* VIII *&* IX *conſcripta de* Nectario *Auguſtodunenſi non meminerunt. In Auctariis tamen Bedæ & Uſuardi mentio fit* S. Nectarii *iteratis vicibus, ſed nomine utcumque luxato in quibuſdam, ut videre eſt apud Sollerium noſtrum, ubi aliàs* Nectarius *rectè ſcribitur, aliàs etiam* Necarius *&* Neocarius. *In Martyrologio S. Sabini de Levitania, apud Sauſſayum edito, ſic habetur:* Auguſtoduno depoſitio ſancti Nectari epiſcopi.

C

& elogio celebratus oratorio apud Sauſſayum,

2 *Recentiores martyrologi, maximè Galli,* S. Nectarium *etiam annuntiant. Sauſſayus mirâ eloquentiâ Sancti geſta celebrat in hunc modum:* Auguſtoduni Æduorum S. Nectarii epiſcopi & confeſſoris, qui virtutum titulis glorioſus, eam cathedram ubi conſcendit, pauperibus ſolatia, infirmis remedia, ignaris documenta, exempla denique omnibus omnis virtutis, & ſalutis multiplicia ſubſidia impertivit: ſanctumque Germanum Pariſienſem poſtea epiſcopum, ob clara religionis inſignia ſibi charum, abbatem ſancti Symphoriani conſtituit. Denique interfuit quintæ ſynodo Aurelianenſi, in qua Eutychetis & Neſtorii hæreſes damnatæ, legeſque ſanctiſſimæ de cleri ac populi diſciplina, theoriiſque ſacris editæ ſunt. Demum religionis propagator inſignis, gregis ſibi commiſſi ſedulus cuſtos, poſt exactæ villicationis lucra, ad præmium æternæ patriæ evolavit. *Hactenus Sauſſayus, qui videtur credidiſſe non eſſe opus vetuſtis monumentis ad virtutes alicujus Sancti exaggerandas. Potuit ſanè* S. Nectarius *iis, quas extollit, ſplendere virtutibus: ſed mallem eas ſimplici ſtylo ab antiquo ſcriptore relatas legere, quàm calamo oratorio exornatas.*

F

Ejus quoque nequaquam neglectis annuntiatur.

3 *Sobrium magis eſt elogium, quod Sancto texitur à Caſtellano & in Martyrologio Pariſienſi his verbis:* Auguſtoduni, ſancti Nectarii epiſcopi, qui beatum Germanum, Pariſienſem poſtea epiſcopum, monaſterio ſancti Symphoriani Auguſtodunenſis abbatem præfecit. *Obitus Sancti fingitur ab illis* circa annum DLV. *Ex his patet error Ferrarii, qui Sanctum quoque memorat in Catalogo generali, ibique obſervat contemporaneum fuiſſe* S. Germani epiſcopi Antiſiodorenſis, *cum hic integro ſeculo præceſſerit.* S. Nectarium *etiam breviter memorant auctor Florarii Ms. Sanctorum, & Maurolycus; non tamen Baronius in Martyrologio Romano. In Breviario Auguſtodunenſi, quod habemus impreſſum anno* 1534, *non invenio* S. Nectarium, *uti nec in Kalendario, quod Breviario præfigitur. Verumtamen auctores Galliæ Chriſtianæ recuſæ tom.* 4 *col.* 343 *de* S. Nectario *agentes, hodiernum ipſius cultum aſſerunt his verbis:* Feſtum ejus celebrant Æduenſes die XIII Septembris. *Nec dubium eſſe poteſt de ſanctitate cujuſdam* Nectarii *Auguſtodunenſis epiſcopi: ſed fortaſſe minùs certum eſt, illum ipſum Nectarium, qui S. Germano Pariſienſi convixit, in antiquis celebrari Martyrologiis. Priuſquam dubitandi ratio-*

AUCTORE J. S. Nectarius, circa 540 factus episcopus, S. Germanum promovit, sed eumdem

nes allego, gesta illius Nectarii *paucis exponam.*

4 Ex *Vita S. Germani Parisiensis, quæ apud nos edita est ad* XXVIII *Maii, verosimillimè colligitur,* Nectarium *ecclesiæ Augustodunensi præfectum esse post Agrippinum. Nam, ut ait auctor Vitæ Venantius Fortunatus num.* 2, *S. Germanus* à B. Agrippino diaconus instituitur, & sequente triennio presbyter ordinatur: dehinc à pontifice Nectario abba ad S. Symphorianum meritò dignus adsciscitur. *Primum hoc est* Nectarii *factum, quod innotuit, idque Henschenius noster in Annotatis, & cum eo auctores Galliæ Christianæ fignunt circa annum* 540, *sed solùm ex conjectura probabili: nam tempus illius promotionis nullibi legitur expressum. Porrò celebratur* Nectarius *ob promotionem viri tam Sancti, quàm erat S. Germanus. At magis improbatur factum, quod paulò pòst in Vita S. Germani sequitur, his verbis expressum:* Cujus (*S. Germani*) bonis operibus inflammatus Episcopus, sanctum Virum, neque adhuc ista recusantem, quem etiam prædicabant dæmonia, in custodiam trusit. Cui fateor nutu divino aperiebatur ergastulum, sed non hinc egrediebatur, nisi supplex & episcopalis daretur præceptio.

B *fortasse postea in carcerem trusit:*

5 *Mabillonius quidem in Actis Sanctorum Benedictini Ordinis tom.* I *pag.* 234 *in Annotatis dicit, allegata verba non legi* in antiquioribus sincerioribusque membranis, *ideoque ea in textu Vitæ ibidem editæ omisit. At Henschenius illa verba, in omnibus codicibus nostris & apud Surium inventa, non censuit prætermittenda; quia nescimus, an codices, quos vidit Mabillonius, vetustiores sint quàm nostri. Si verò factum ipsum consideremus, magis suspicabimur verba illa in aliquot codicibus omissa fuisse, quàm vel uni postmodùm intrusa. Hinc nequeo dubitare, quin ea injuria S. Germano fuerit illata. At cùm nomen episcopi non exprimatur, nec tempus rei peractæ assignetur, non æquè certum mihi apparet, id factum esse à* Nectario: *nam inter* Nectarium *& S. Syagrium, circa annum* 560 *cathedræ Augustodunensi præfectum, duo alii in Gallia Christiana memorantur episcopi. Horum alteruter verisimiliter episcopus erat ante episcopatum S. Germani circa annum* 555 *inchoatum, & consequenter eum tali injuria afficere potuit. Itaque, etiamsi factum credamus verum, necesse non est, ut* Nectarium *illius injuriæ certò credamus auctorem. Attamen fatendum est, ex modo relationis, quam servavit Venantius, nulli factum istud probabilius attribui posse quàm* Nectario: *neque illud incredibile est in* Nectario, *cùm mox aliud simile factum de eo sit referendum. Præterea Venantius non tanti fecisse videtur* Nectarium, *quanti decessorem ipsius Agrippinum: nam eodem loco de utroque scribens,* Beati *titulo Agrippinum honorat,* Nectarium *verò sine alio titulo* pontificem *nominat, licèt satis diu scripserit post mortem utriusque.*

C

dicitur peregrinatus Mediolanum, ibique vidisse S. Emanum,

6 *Alia quædam de* Nectario *Augustodunensi leguntur in Vita S. Emani martyris, data apud nos ad* XVI *Maii, & jam antè sæpiùs laudata apud Cointium in Annalibus Francorum. Primò dicitur* Nectarius *peregrinatus fuisse Mediolanum ad S. Nazarium, dum ibidem quoque erat S. Emanus, & Augustodunum rediisse, eo comite. Hoc dicitur contigisse regnante Theodeberto, indeque Cointius ad annum* 542, *num.* 29 *illo ferè tempore iter istud figendum credidit. Vitam laudatam audiamus:* Eodem itaque tempore, (*quo Mediolani commorabatur S. Emanus*) venerandus Nectarius, ejusdem civitatis (*de Augustoduno agebat*) episcopus, S. Nazarium eodem voto causâ orationis adiens, invenit ibi virum Dei Emanum. *Deinde cùm Emanum alloquendo & interrogando didicisset, ipsum velle Augustodunum ire;* subjunxit ei B. Nectarius, dicens: Ego, quamvis indignus, episcopus sum loci illius: sed, si tuæ voluntatis spes est, gradiamur simul, eroque socius tui itineris. Factus itaque vir Dei Emanus comes itineris Episcopi, pervenit ad limina S. Symphoriani, uti imperatum erat illi. *Hæc Episcopi humanitas erga virum Sanctum laude certò est digna.* D

quem deinde carceri mandat, ac paulo post honorat:

7 *At nullus laudabit, quod postea narratur num.* 10: *ibi enim* Nectarius *dicitur Emanum, qui Carnotum erat profectus, ac deinde ob festivitatem S. Symphoriani Augustodunum reversus, cùm* per energumenos proprio nomine manifestari *inciperet, carceri tradidisse. Vita sic habet:* Cognito autem hoc, Nectarius episcopus, iracundiâ simul & livore inimici succensus, jussit eum in loco, ubi nulla lux erat, includi. *Citò tamen Episcopus ad mentem rediisse dicitur, quòd fores carceris ita concludi non possent, quin statim divinitus paterent. Nam, ut sequitur,* tunc venerabilis Episcopus, cùm ei nuntiatum fuisset, gratias agens Deo, virum sanctum deinceps in magna laude habere cœpit: & prostratus pedibus ejus veniam precabatur. Deinde egresso eo, cœpit illi suggerere, ut honorem clericatûs acciperet: moxque acquiescens consilio ejus, percepta benedictione ejus, caput sibi tonderi in clericali honore fecit. *Hactenus relata* Nectarii *gesta prodesse nequeunt ad sanctitatem ipsius magnopere commendandam; neque etiam sufficiunt ad eam negandam: nam labi subinde hominum est, multique Sancti non fuerunt à lapsibus immunes, sed eos pœnitentiâ eluerunt.* E

adest concilio Aurelianensi V: *moritur inter* 550 *&* 560.

8 *Plura non reperio de* Nectario, *nisi quòd adfuerit concilio Aurelianensi* V, *illique ita subscripserit:* In Christi nomine Nectarius episcopus ecclesiæ Augustodunensis subscripsi. *Cùm hoc concilium habitum sit anno* 549, *mense Novembri; obitus* Nectarii *contigit inter annum* 550 *&* 560 *quo ecclesiæ Augustodunensi creditur præfectus S. Syagrius, inter quem &* Nectarium *duo alii minùs noti ponuntur medii in Gallia Christiana.*

S. Nectarius forsan alius ab eo, cujus gesta dedimus. F

9 *Nunc demum rationes subjungo, quibus inducor ad credendum, alium fortè esse* Nectarium, *quem in Fastis Hieronymianis annuntiari vidimus. Primò, non posse ex gestis constare de sanctitate illius, cujus gesta recensui, jam observavi. Secundò, in omnibus ferè codicibus Hieronymianis* S. Nectarius *annuntiatur ante S. Lidorium Turonensem, qui seculo* IV *floruit, & ante* S. Maurilium *Andegavensem, qui defunctus est seculo* V. *Atqui non apparet verisimile,* Nectarium *fuisse commemoratum ante duos Sanctos longè vetustiores longéque celebriores, cùm id sit contra consuetudinem Martyrologii Hieronymiani. Itaque ex hoc ordine* S. Nectarius *videtur potiùs spectare ad seculum* III *aut* IV *quàm ad seculum* VI, *quo vixit* Nectarius *ille, qui notus est in catalogo antistitum Augustodunensium. Sanè alteri* Nectario *locus non deest in catalogo præsulum Augustodunensium seculo* III *aut* IV, *quibus haud dubiè plures sederunt quàm nobis sint noti. Nulla quoque est ratio, ob quam recoterici scriptores respexerunt ad* Nectarium *seculi* VI, *quàm quòd alium illius nominis non reperirent in catalogo. At si nullus omnino istius nominis esset in catalogo, vel sic crederent* Nectarium *aliquem Augustoduno præfuisse episcopum ob auctoritatem vetusti Martyrologii. Itaque simili ratione, si ordo Martyrologii innuat, non esse*

Ne-

A Nectarium *ſeculi* VI, *qui annuntiatur, credendum eſt alium eſſe longè antiquiorem. Verùm, ſi cui minùs placeat hoc ratiocinium, ſuum ille ſequatur judicium: meamque dubitationem, quæ ex conſiderato frequenter Martyrologii vetuſti ordine naſcitur, patienter ſaltem ferat.* AUCTORE J. S.

DE S. LIDORIO AUT LITORIO EPISCOPO CONF.

TURONIBUS IN GALLIA.

SYLLOGE.

J. S.

De cultu & geſtis Sancti.

B CIRCA AN. CCCLXX. *Nomen Sancti celebre in Faſtis Hieronymianis,* MEmoria S. Lidorii *vel* Litorii *tam celebris eſt in vetuſtis Martyrologiis Hieronymianis, ut vehementer mirer, dicere potuiſſe Bailletum in* S. Lidorii *Vita, Sanctum hunc non commemorari in Martyrologiis antiquis, ſicut non memoratur in Romano hodierno. Nomen enim Sancti in omnibus ferè Hieronymianis notum eſt, ſed modo diverſo ſcriptum. At, ſive* Lidorius, *ſive* Litorius *aut* Litorus, *ſive aliis quoque litteris vicinis nomen exprimatur, ubique idem deſignatur Sanctus. Apud Florentinium in textu ſic annuntiatur:* In Gallia civitate Turonis depoſitio ſancti Litori epiſcopi. *Codex Corbeienſis habet:* In Turonis civitate depoſitio S. Lidorii epiſcopi. *Epternacenſis:* Galliis civitate Turonica depoſitio Litori epiſcopi. *Martyrologium Auguſtanum apud nos:* Turonis, Lidorii epiſcopi. *Labbeanum:* Turonis Ledori. *Gellonenſe apud Acherium:* Turonis Lidori. *Apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum eadem verba ſunt in primo col.* 1560; *ac ibidem in Turonenſi:* Turonis Lidorii epiſcopi, *& in Kalendario Lyrenſis monaſterii:* Sancti Lectoris conf. *Apud eumdem tom.* 6 *Collect. amp. col.* 675 *Calendarium Stabulenſe:* Depoſitio S. Lidorii epiſcopi. *Verdinenſe:* Lidorii epiſcopi. *Accedit Rabanus, Sanctum hodie ſolum annuntians his verbis:* In Gallia civitate Turonis, depoſitio Lidorii epiſcopi *Hæc ſufficiunt, ut ne quis exiſtimet,* S. Lidorium *antiquis Martyrologiis fuiſſe incognitum; licèt prætermiſſus ſit ab Uſuardo, Adone, Beda & aliis pleriſque medii ævi.*

C *& apud martyrologos recentiores:* 2 *In Auctariis Bedæ & Uſuardi frequentiſſima eſt* S. Lidorii *memoria, ſed nomine ſubinde utcumque luxato, ut fit in datis modò Martyrologiis. Reperitur etiam in Appendice Adonis, & apud pleroſque recentiores. Sauſſayus Sanctum congruo exornavit elogio. Auctor Florarii Ms. his eum commendat verbis:* Turonis S. Lidorii epiſcopi & confeſſoris. Hic vir ſanctus omnibus errantibus viam ſalutis oſtendit, hæreſes confundens, trinum in Perſonis & unum in eſſentia Deum publicè prædicavit. Et ſic omnibus carus exſtitit, & vitam, quam petiit, impetrare meruit anno Salutis CCCCLXX. *At hic calculus toto ferè ſeculo aberrat, niſi id acciderit vitio tranſcribentis. Ghinius longè etiam abeſt à vera chronotaxi, dum ait Sanctum obiiſſe* anno Domini fortè CCCXLII. *Propiùs certè ad annum emortualem accedunt Caſtellanus & auctor Martyrologii Pariſienſis, qui notant annum* 371. *Ultimus* S. Lidorium *ita annuntiat:* Turonis, S. Lidorii epiſcopi, qui beato Gatiano poſt annos triginta ſeptem ſucceſſor datus, prædeceſſor verò ſancti Martini, primus intra mœnia civitatis eccleſiam ædificavit, cùm jam ibidem eſſent Chriſtiani. D

3 *Cultus* S. Lidorii *vetuſtiſſimus eſt, & jam ſeculo* V *erat celeberrimus in eccleſia Turonenſi. Nam S. Perpetuus, qui poſt medium ſeculi* V *eccleſiæ Turonenſi præſidere cœpit, in ordinatione de jejuniis & vigiliis apud S. Gregorium Turonenſem lib.* 10 *cap.* 31 *vigilias quoque præcepit* Natali ſancti Litorii, ad ejus baſilicam. *Itaque feſtivitas* S. Lidorii *eo tempore erat inter præcipuas eccleſiæ Turonenſis, Sanctuſque habebat baſilicam nominis ſui, ſicuti etiam habebat S. Martinus. Quin imò jam tempore S. Martini videtur eccleſia illa* S. Lidorii *nomen habuiſſe: nam S. Gregorius ibidem num.* 3 *de tranſlato per S. Martinum corpore S. Gatiani, primi antiſtitis Turonenſis ſic loquitur:* Hic tranſtulit corpus beati Gatiani, ſepelivitque ipſum juxta ſepulcrum ſancti Litorii, in illa nominis ſui (*id eſt,* Litorii) præfata baſilica. *Fateor, eccleſiam vocari ſic potuiſſe, quia à* S. Lidorio *erat exſtructa. At minimè quoque mirandum eſt, ſi nomen ipſius ut Sancti jam tum habuit. Certè Briccius S. Martino, cui ſucceſſerat, eccleſiam ſtruxit: & ipſe quoque S. Briccius celebri feſtivitate colebatur tempore S. Perpetui, qui poſt intermedium Euſtochium erat Briccii ſucceſſor. Quod ſpectat ad cultum poſteriorum ſeculorum, in Breviario Turonenſi, quod anno* 1612 *impreſſum eſt, feſtivitas* S. Lidorii *ad* XIII *Septembris celebranda præſcribitur ritu duplici, & in Oratione ac lectione de Vita Sancti, corpus ipſius dicitur ſervari in illa eccleſia, id eſt, in eccleſia metropolitica. Hæc majori amplitudine ædificata eſt, ubi erat eccleſia* S. Lidorii, *quam choro incluſam eſſe ſcribit Bailletus. Metropolitica autem olim S. Mauritio ſacra fuit, deinde verò S. Gatiano Turonenſium epiſcopo primo dicata eſt. Manſit ibidem corpus* S. Lidorii, *ut teſtantur ſcriptores Turonenſes, (licèt in bulla quadam Adriani II apud Baronium ad annum* 871 *dicatur tunc fuiſſe in monaſterio S. Medardi) uſque ad captam* *cultus ipſius vetuſtiſſimus.*

AUCTORE J. S.

anno 1562 *à Gallis Calvinianis urbem, qui ſacrilega impietate rapuerant thecam, in qua erant oſſa* S. Lidorii *epiſcopi, eaque aut combuſſerunt aut certè diſſipârunt, ut pluribus narrat Joannes Maan in Opere de Metropolitana eccleſia Turonenſi pag.* 199. *Hactenus de cultu & reliquiis Sancti, cujus geſta nunc elucidare paucis conabor.*

Geſta Sancti, qui annis 33 *fuit epiſcopus,*

5 *S. Gregorius Turonenſis lib.* 10 *Hiſtoriæ cap.* 31 *num.* 2 *brevi, ſed præclaro elogio* S. Lidorium *ſic commendat:* Secundus *(eccleſiæ Turonenſis)* anno imperii Conſtantis primo Litorius ordinatur epiſcopus: fuit autem de civibus Turonicis & hic valde religioſus. Hic ædificavit eccleſiam primam infra urbem Turonicam, cùm jam multi Chriſtiani eſſent: primaque ab eo ex domo cujuſdam ſenatoris baſilica facta eſt. Hujus tempore S. Martinus in Galliis prædicare exorſus eſt. Sedit autem annos triginta tres, & obiit in pace, ſepultuſque eſt in ſupraſcripta baſilica, quæ hodieque ejus nomine vocitatur. *Si vera eſt chronotaxis S. Gregorii*, S. Lidorius *factus eſt epiſcopus anno* 337 *aut* 338 *: nam Conſtans cum fratribus Conſtantino & Conſtantio imperium adminiſtrare cœpit poſt mortem Conſtantini Magni, anno* 337, B *menſe Maio defuncti. Illo ipſo igitur anno epiſcopatum ordiri potuit* S. Lidorius, *aut initio ſequentis, quamdiu currebat primus Conſtantis annus.* D

6 *Obitus Sancti à pleriſque figitur anno* 371. *At hic annus tam certus non eſt, ut nequeat eſſe mortuus anno* 370, *imò etiam anno* 369, *ſi incompleti fuerint* 33 *epiſcopatûs anni, ut obſervatur in Vita Gallica S. Martini per Gervaiſium ſcripta pag.* 61. *Verùm, cùm chronotaxis potiùs ordinari debeat ad* XI *Novembris, quando agetur de S. Martino, plura de hiſce non diſſero, & obitum Sancti ſolùm figo circa annum* 370. *Ceterùm, utrùm* S. Lidorius *ſecundus fuerit epiſcopus Turonenſis, electuſque poſtquam ſedes vacaverat annos* 37, *ut affirmat S. Gregorius Turonenſis; an verò plures ante ipſum præfuerint eccleſiæ Turonenſi, ſicut credidit Ruinartius in Annotatis ad Gregorii Hiſtoriam col.* 36, *allegans rationem ex Vita S. Martini per Sulpicium Severum ſcripta, hîc non inquiro. Id ſolùm obſervo, paucos fuiſſe Chriſtianos, quando ſedebat S. Gatianus; multos verò, dum* Lidorius *primam exſtruxit eccleſiam, ut habet Gregorius, & haud dubiè multò plures, dum obiit.* *& obiit circa annum* 370. E

DE S. MAURILIO EP. ET CONF.

ANDEGAVI IN GALLIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. T.

§ I. Sancti memoria : cultus : ſacri corporis tranſlationes.

SECULO V. *Memoria Sancti in Faſtis ſacris.*

C *ANdegavum celeberrima Galliarum civitas fertiliſſimaque Andenſis provinciæ metropolis, quam Turonibus finitimam ac ducatui Bituricenſi, Oceanoque proximam Ligeris nobile Celtarum flumen alluit, inter plurimos ſanctos urbis ſuæ epiſcopos* S. Maurilium *Mediolani ſplendidiſſimis ortum parentibus, ut Hiſtoria vitæ ejus teſtatur, recenſet, &* XIII *Septembris die ſub ritu duplici cum octava quotannis veneratur.* S. Maurilium *dixi, quia hodiedum communiùs ſic appellatur; licèt olim* Maurilionem *fuiſſe nominatum ex antiquioribus ſcriptoribus pateat. Ad memoratum diem Sancti, cujus illuſtrare geſta aggredimur, meminerunt Martyrologia ſatis antiqua: Hieronymiana, Rabanus, Gellonenſe, Richenovienſe, Labbeanum, Fuldenſe & Ottobonianum, breviſſiméque Sanctum Andegavi ut epiſcopum & confeſſorem annuntiant. Codices bibliothecæ Vaticanæ, teſte Dominico Georgio in ſuis annotationibus, Adonis Martyrologio* S. Maurilionem *ut Adonianum à Moſandro agnitum & in Appendicem à Roſweydo rejectum adjiciunt; quibus Georgius nixus Sanctum purè Adonianum exiſtimat: ſed ſola Moſandri Georgiive auctoritas non efficiet, ut ea omnia genuina Adonis eſſe cenſeam, quæ ipſe ex ſuis codicibus poſt textum editionis Roſweydi in variis lectionibus adjecit. Quidquid ſit, certè purus Uſuardus Sanctum noſtrum prædicto die ità habet:* Andegavis S. Maurilionis epiſcopi & confeſſoris. *Antverpienſe Maximum, Ultrajectin. Leyd. & Danic. addunt* · Qui & vitæ ſanctitate perſpicuus exſtitit & multis virtutibus floruit. *Idem habet Florarium. Centulenſe adjungit:* Magnarum virtutum viri. *Romanum cum innumeris claruiſſe miraculis teſtatur. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, Ghinius, pluresque alii tum martyrologi, tum ſcriptores longum Sancto concinnârunt elogium, quod, quia totam fermè Sancti vitam complectitur, huc transferendum non judicavi.* F

Cultus ejus antiquus.

2 *Ab immemorabili tempore Præſulem noſtrum in eccleſia Andegavenſi ſacris fuiſſe cultum honoribus ex dictis conſtare poteſt, & ex dicendis conſtabit amplius; ſed quo præcisè tempore agnoſci colique cæpta fuerit ſanctitas ejus, non æquè conſtat. Si beneficia in Sancti ſepultura à variis obtenta, mirabilem ſcilicet duorum geminorum fratrum cæcorum illuminationem, ſubitaneam hominis ex graviſſima infirmitate per* 28 *annos lecto affixi curationem, alioſque ſtatim ab obitu Sancti meritis impetratos favores conſideres, mox etiam à morte cives Andegavenſes ſanctum Præſulem ſuum venerari & invocare cœpiſſe dices. Cultum tamen tam citò communi ſaltem populi conſenſu Sancto non fuiſſe*

A *fuiſſe decretum, ex lectionibus ſecundi Nocturni Officii in tranſlatione ſacri* Maurilii *corporis, die* XIX *Octobris in eccleſia Andegavenſi recitari ſoliti, liquet. Lectio prima ita habet:* B. Maurilii corpus in ea crypta duplici, quam paulò ante mortem ædificari ſibi extra urbem juſſerat, tamdiu conditum jacuit, donec divinâ pietate per eccleſiam à populo venerandum decernente, id è ſepulcro ſublatum eſt, ac digniore loco in baſilica ſui nominis ad publici cultûs reverentiam poſitum. *Licèt enim ex iis verbis determinari nequeat, quamdiu ſacrum corpus in ea crypta duplici jacuerit, & per conſequens quamdiu cultu, communi populi conſenſu decreto, Sanctus caruerit, tamen aliquo ſaltem tempore caruiſſe illo, inde certò deduci poſſe liquet.*

Transfertur ſacrum corpus ad baſilicam ſui nominis,

3 *Si ejuſdem Nocturni lectionibus inſiſtendum ſit, quievit, cultumque in prædicta baſilica ſui nominis fuit ſacrum corpus uſque ad Caroli Calvi Francorum regis tempora; quo auctore ex illo loco in eccleſiam Andegavenſem tranſlatum eſt. Porro quæ & ubi fuerit baſilica* Maurilii *nuncupata nomine, in laudatis lectionibus non reperio; extra civitatem Andegavenſem fuiſſe, certum ex eo eſt, quòd ex prædicta baſilica deinde Caroli Calvi juſſu Andegavum ſacræ exuviæ tranſlatæ fuerint. Si tamen conjecturis locus eſt, mihi non improbabile videtur,* B *baſilicam hanc exſtitiſſe in colle* Priſciacus *dicto non procul à vico Calonna milliaribus quatuor circiter Andegavis diſſito. Conjecturæ fundamentum eſt, quòd in Vita Sancti noſtri à S. Magnobodo conſcripta legatur in prædicto colle à* S. Maurilio, *poſtquam ex eo dæmones fugârat, monaſterium fuiſſe conditum, quod ejus nomine nuncupatum fuit; confirmaturque ex eo, quòd ex laudatæ lectionis verbis ſatis pateat, memoratam baſilicam, antequam in eam ſancti Antiſtitis corpus tranſlatum eſſet, jam* Maurilii *nomine vocitatam fuiſſe.*

deinde Andegavum. Corpus fuiſſe incorruptum repertum

4 *Quâ ex* S. Maurilii *baſilica ſolennitate ad Andegavenſem S. Mauritii M. eccleſiam ſupradicta pretioſiſſimi theſauri hujus tranſlatio peracta fuerit, laudati Officii lectiones non exprimunt, nec aliunde reperire potui; hoc unicum in iis legitur, ſacras exuvias ibidem uſque ad Chryſogonelli tempora intactas manſiſſe;* quo (*verba ſunt lectionis primæ*) comitatum Andegavorum tenente, Nefingus Andegavenſis epiſcopus id ex theca vetere & inculta in aliam elegantiori opere fabricatam, ſolemni ritu tranſmiſit: qua in tranſlatione Deus novis miraculis Confeſſoris ſui ſanctitatem illuſtravit. *Tranſlationem hanc ex veteri ad elegantiorem thecam a Nefingo factam narrat etiam Harmerus in apographo Ms. codicis Remenſis à Chiffletio noſtro ad nos tranſmiſſi, in quo miracula quædam modernis, ut inquit, temporibus à Sancto facta, recenſet, quæ poſt Sancti Vitam edemus. Sed quo epiſcopatûs Nefingi anno res contigerit, litteris traditum non invenio. Ex Gallia Chriſtiana veteri Nefingum, Andegavenſem anno 966 eccleſiam rexiſſe, & anno 973 obiiſſe, habemus. Aliquo igitur ex iis anno prædicta tranſlatio certò facta eſt. Sed hoc loco minimè præterendum eſt, quod, etſi in laudato ſacrarum reliquiarum tranſlationis Officio non legatur, tamen Harmerus tradit; præſertim cùm ad Sancti gloriam manifeſtandam non parùm conducat. Rem laudati ſcriptoris verbis exhibeo.* His itaque taliter peractis, geſtantes feretri interiora & conſpicientes pannulorum veterrima, ex quibus beatiſſima Maurilii obvoluta fuerant ſommata, ita membra inventa ſunt incorrupta, acſi ipſa die huic miniſterio deputata fuiſſent. *Ex quibus Sancti corpus per quatuor ſecula incorruptum divinâ omnipotentiâ fuiſſe ſervatum manifeſtum fit. Prodigium ſane ingens; ſed de quo nos dubitare non ſinit auctor, dum, miraculoſâ paralytica puellæ ſanatione in ipſa tranſlatione facta, enarratâ; de puella iſta ſubdit ſequentia:* Quæ poſtea ad comprobandam ejus (*Sancti*) admirabilem virtutem, & ad augmentum declarandæ pietatis ipſius arcana, ſecundùm natales ſuos, & juxta morem priſci temporis maritali connubio conjuncta & nuptiali thoro connexa uſque in hunc diem domum propriam jure hæreditario ſibi conceſſam gubernare agnoſcitur, ornata filiorum genealogia ſobolumque propagine, narrans & teſtificans virtutum incrementa ſibi cælitus conceſſa. Hæc ita eſſe, ut jam prælibati ſumus, mulier ipſa, de qua ratio agitur, adhuc incolumis & vitæ ſuperſtes, & multorum teſtimoniorum affirmat conſtipulatio.

AUCTORE J. T.

tradit Harmerus ex teſtimoniis mulieris contemporaneæ.

5 *Scribente itaque Harmero, nondum è vivis exceſſerat mulier illa, quæ in tranſlatione à Nefingo facta Sancti meritis membrorum omnium vigorem miraculosè recuperaverat. Tunc verò* ſancti Maurilii *corpus adeò incorruptum fuiſſe repertum, ac ſi eodem ſolùm die terræ mandatum fuiſſet, tradit idem auctor. Potuit igitur Harmerus prodigium hoc ex ipſa muliere intelligere, potuit ex aliis, qui eodem vixerant tempore, idem habere, idque ſe ex iis intellexiſſe non obſcurè verbis jam exhibitis ſignificat. Quod ſi ita eſt, prudenter de ejus fide dubitari non poteſt.* E

Rurſus aperitur theca & viſitur corpus.

6 *Circa annum Chriſti tamen* 1239 *quoſdam fuiſſe, qui dubitabant, an in præfata theca* S. Maurilii *corpus quieſceret, teſtatur laudatum tranſlationum Officium. Nam ad horum incredulitatem arguendam Guilielmum Andegavenſem epiſcopum memorato anno rurſus thecam aperuiſſe, ſacraſque reliquias in apertum protuliſſe, in eo traditur, quâ occaſione additum fuit ad rei memoriam elogium, quod ad manus meas non pervenit, & caput, ſupra quod, cùm Sanctus conſecraretur epiſcopus, Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie reſediſſe in ejus Vita ſcribitur, à reliquo corpore ſecretum in argentea theca ſeparata poſitum fuit. Hæc ſi, ut in laudatis lectionibus leguntur, peracta fuerint, mihi probare videntur anno* 1239, *quo contigiſſent, Sancti corpus incorruptum non fuiſſe inventum: difficulter enim inducor ut credam, Guilielmum epiſcopum, à quo id factum fuiſſe ſcribitur, & quem hoc anno Andegavi fuiſſe epiſcopum laudata Gallia Chriſtiana vetus teſtatur, Sancti caput à reliquo corpore ſeparaturum fuiſſe, ſi corpus integrum incorruptumque reperiſſet: quod vel ex eo ſtabiliri poteſt, quòd ibidem Guilielmus epiſcopus reliquias omnes attentè & diligenter ordine perluſtrâſſe dicatur; quâ certè attentione diligentiâque opus non fuiſſet, ſi corpus integrum & incorruptum in theca jacuiſſet.* F

Poſt pretioſiori thecæ inclusitur.

7 *Circa annum denique Chriſti* 1477 *rurſum ſacras Præſulis exuvias ex veteri theca in aliam longè pretioſiorem tranſlatas fuiſſe in eodem ſcribitur Officio, id procurante Joanne Andegavenſis capituli decano, quem cognomine de la Vignole exiſtimo; hunc enim prædicto anno decanatûs dignitatem obtinuiſſe reperio. Quâ occaſione, & quâ fuerit ſolemnitate peractum ipſius lectionis verbis accipe.* Denique cùm altera iſta capſa præ vetuſtate collabente, alia egregio opere ex argento, auro & gemmis inſignis, ad majorem ſancti Confeſſoris venerationem fabricata eſſet, id agente inprimis Joanne decano anno ab Incarnatione Domini MCDLXXVII, decimo octavo Calendas Octobris, qui dies Dominicus fuit, ſancta pignora à Joanne Andegavenſi epiſcopo evoluta, cum omnia integra & illæſa reper-

AUCTORE J. T.

reperta fuiſſent, veſpertino Officio ritè decantato, in novam illam capſam tranſlata ſunt. *Prædictarum tranſlationum variis per annum diebus memoriam ſervatam fuiſſe, & nunc propter feſtorum numerum una ſolennitate recoli ſubditur.*

§ II. Scriptores, qui Sancti Vitam ſcripſiſſe perhibentur: inquiritur an Fortunatus Pictavienſis S. Maurilii Vitam ſcripſerit, quæ deinde à Gregorio Turonenſi correcta fuerit.

Scriptores de Sancto noſtro,

B

Abſolutis iis, quæ ad Faſtos ſacros, quibus Sanctum noſtrum inſertum vidimus, cultumque ejus pervetuſtum ſpectare credidimus, ad geſtorum Sancti ſcriptores procedimus. Vitas S. Maurilii *Mss. quatuor habemus. Unam ex Bodecenſis cœnobii Ordinis Regularium S. Auguſtini, diœceſis Paderbornenſis, Paſſionali pergameno Ms. inſigni, à R. P. Gamans Societatis noſtræ anno* 1641 *nobis communicatam, quæ incipit:* Temporibus imperatoris Theodoſii ſenioris S. Maurilius *&c. Altera ex Ms. Accinctini monaſterii per Chiffletium noſtrum ad Majores meos tranſmiſſa, incipit:* Igitur Maurilius Mediolanenſis oppidi indigena exſtitit *&c. Tertia metricè conſcripta eſt, auctoremque præ ſe fert Marbodum Rhedonenſem epiſcopum, exorditurque hoc modo:* Quod de Maurilio tentat mea dicere Clio *&c. Quarta denique S. Magnobodum auctorem habet, ſcriptaque eſt, ipſo teſte auctore in præfatione, anno epiſcopatûs ſui Andegavenſis decimo, & Clotharii regis, filii Chilperici, anno* 36, *qui in margine notatur Chriſti fuiſſe* 620. *Secutum ſe fuiſſe inquit auctor, quæ à Juſto quodam presbytero poſteritati relicta reperit. Incipit:* Beatus igitur Maurilius *&c. Ejuſdem Vitæ exemplar typis editum habemus.*

C

de quorum fide controvertitur,

9 *De fide laudatarum Vitarum inter eruditos jam controverſum eſſe, præeunte Launoyo doctore Pariſienſi, inquit Sollerius noſter in obſervationibus ſuis ad Uſuardi Martyrologium die* XIII *Septembris. Et certè laudatus auctor omnia, quæ de* S. Maurilio *traduntur, in dubium revocat adeò, ut eum umquam Andegavenſem rexiſſe eccleſiam, & Sanctis Andegavenſibus annumerandum eſſe negaturus videatur, niſi Martyrologia antiquiſſima, quibus inſertus reperitur, cultuſque ejus vetuſtiſſimus, quo ab Eccleſia honoratum fuiſſe conſtat, id prohiberent. Verba ex Diſſertatione ejus de S. Renato Andegavenſium epiſcopo pag.* 81 *deprompta accipe.* Hæc autem omnia, *inquit,* cùm ita ſint, non hæc Maurilii Vita Maurilium in ordine pontificum & Sanctorum Andegavenſium, ſed Eccleſiæ Romanæ, Uſuardi, Adonis aliorumque Martyrologia, & veteres baſilicæ, quibus ante annos octingentos fidem præſtat Theodulfus, retinent, retinebuntque ſemper.

10 *De Sancti Vita, quæ incipit:* Igitur Maurilius Mediolanenſis oppidi indigena exſtitit, *potiſſimùm agit Launoyus. Ab hac vix diſcrepant Marbodi metrica, & quæ ex Bodecenſis cœnobii Ms. deſumpta eſt; unde corruente fide illius, eamdem participant ſortem aliæ duæ. Attributa tamen hæc fuit à nonnullis Gregorio Turonenſi, & fortè adhuc à quibuſdam ipſi adſcribitur, propter prologum credo, qui eſt epiſtola Gregorio Turonenſi ad S. Germanum, ut contendit Launoyus, ſuppoſita. Ex hac ipſa epiſtola multis probat Vitam laudatam Gregorio Turonenſi perperàm adſcribi, quæ lectori exhibebo, ubi prologum hunc, utpote toti huic controverſiæ fundamentum præbentem, huc tranſtulero, prout illum habemus ex antiquiſſimo Ms. S. Germani à Pratis.* Sanctiſſimo ſanctæ Pariſiorum matris eccleſiæ præſulum domino Germano, Gregorius Turonicæ metropolis humilis epiſcopus ſalutem. Petiſtis ſanè, ut Vitas & miracula, quæ Dominus per B. Maurilium atque Albinum Andegavorum antiſtites operari dignatus eſt, quas Fortunatus presbyter luculento ſermone deſcripſerat, ſcriptorum vitiis jam pænè depravatas, noſtræ auctoritatis peritiâ corrigeremus, veſtræque devotioni mitteremus, qui priorum exemplis proficere cupitis: ſed nos recolentes, ſi id egerimus, perfidorum nos latratibus atque morſibus, qui doctrinam quærere neſciunt, ſed invidere, dilaniari; duplicis tædii mœrore concutimur, dum & veſtris parêre juſſionibus cupimus, ipſiſque diſplicere metuimus. Fiſi tamen Omnipotentis promiſſionibus, qui per prophetam ſuum loquens, innotuit, quia qui ſeminant in lacrymis, metent in gaudiis, veſtræ ſatiſfaciam voluntati: ſcimus namque, quia ſi quæ digna ſunt imitari & alteri poſſunt ſeculo prodeſſe, ſanctiſſimorum Chriſti Confeſſorum Vitas atque virtutes ſtylo, qui digeſſerit, correxeritque vel ruſtico, & ſibi mercedem & imitari volentibus conferet ſalutem. Permaximas igitur pretioſiſſimorum Chriſti confeſſorum Maurilii atque Albini virtutes non loqui ſive corrigere, quia memoriâ dignæ ſunt, crimen ducentes, plebejo, ut poſtulâſtis, calamo, quò potiùs vulgaribus proſint, de plurimis pauca, ſed tamen, Deo teſte, veriſſima corrigemus, omittentes plurima à Fortunato edita, quæ fortaſſis incredibilia viderentur. Quæ verò à nobis correcta ſunt, veſtræ Sanctitudinis petitioni digniùs oferenda putavimus, ut, qui illos imitari gaudetis, illorum proficiatis virtutibus informati. Explicit prologus.

D

potiſſimùm tamen de Vita Gregorio Turonenſi attributa movetur quæſtio, ex prologo orta,

E

F

à quo tota dependet controverſia.

11 *Ex hoc prologo primò liquet, Gregorium Turonenſem, ſi de* S. Maurilii *geſtis umquam ſcripſerit, non tam de novo Sancti Vitam compoſuiſſe, quàm à Fortunato compoſitam ſcriptorum vitiis expurgâſſe: ex quo conſequitur, ſi laudatus prologus vere Gregorii ſit, Vitam ipſi ab aliquibus attributam Fortunati eſſe. Trithemius indubitanter affirmat* S. Maurilii *Andegavenſis Vitam à Fortunato Pictavienſi conſcriptam fuiſſe; hinc Surius ad* XIII *Septembris ante ejus Vitam à ſe editam inquit, Vitæ* S. Maurilii *epiſcopi Andegavenſis auctorem duos Mss. codices non habere quidem, ſed cùm Trithemio conſtet, Fortunatum ejus beati Viri Vitam ſcripſiſſe, ſtyluſque conſentiat, Fortunatum eſſe auctorem, non facilè negari poſſe. Vellem ut, unde id Trithemio conſtiterit, vel Surius vel Trithemius ipſe edixiſſet. Sanè cùm de eo laudati ſcriptores ſileant, vehementer ſuſpicor, id non aliunde, quàm ex memorato prologo conſtitiſſe Trithemio. Sed gratis etiam dato, quod Trithemius affirmat, nondum video, quo fundamento Surius tam indubitanter exiſtimet, Vitam à ſe editam hanc eſſe, quam Fortunatus conſcripſit. Certè Tillemontius in Notis ſuis ad Sancti Vitam, & Bailletus in ſua Tabula critica*

A tica, *Vitam, de qua agimus, nec Fortunati nec Gregorii esse pro certo habent; etsi non adeò certò negandum censeant, à Fortunato* S. Maurilii, *ut plurium aliorum Sanctorum, gesta litteris fuisse mandata; de quo minimè dubitandum foret, si prætensam Gregorii epistolam ad S. Germanum ab eo scriptam esse constaret. Quare rationes, quibus nec epistolam nec Vitam laudatam ejus opus esse, contendit Launoyus, quàm potui brevissimè contractas subjungo.*

Launoyi rationes, quibus prologum & Vitam

12 *Primò inscriptionem hanc:* Sanctissimo sanctæ Parisiorum matris ecclesiæ præsulum domino Germano Gregorius humilis Turonicæ metropolis episcopus salutem, *à tempore Gregorii Turonensis alienam esse contendit.* Nondum enim, *inquit*, mos inoleverat, ut quælibet ecclesia, sancta mater ecclesia vocaretur. *Secundum argumentum ex eo repetit, quòd Germanus Gregorium roget, ut scriptam à Fortunato* S. Maurilii *Vitam, quæ jam scriptorum vitiis pænè depravata erat, corrigat; quod veri specie destitutum asserit, quia Gregorio Fortunatus æqualis exstitit, imò Germanus ante Fortunatum è vivis excessit, cujus ille*

B *Acta conscripsit. Mirum igitur fuisset, si tantillo tempore* S. Maurilii *Vita labentium temporum vices ac detrimenta sensisset; quod, inquit, etsi verum supponeretur, Gregorii tamen correctione opus non fuisset: quid enim facilius, quàm, Fortunato vivente, correctiora obtinere exemplaria? Præterea, cùm* S. Maurilii *Vitam à se fuisse scriptam nusquam testetur Gregorius, etsi testandi occasio offeratur, neque in libro, quem de Vitis Patrum edidit, reperiatur; etiam ex eo suspicatur Sancti gesta numquam ab eo fuisse scripta. Deinde argumentum depromit ex ipsa Gregorii ad Germanum epistola, in qua asserit se plurima à Fortunato edita, quæ fortassis incredibilia viderentur, omittere; & tamen, ait, in Vita ipsi attributa legitur mirabilis S. Renati post septennium resuscitatio, à Fortunato, teste Gregorio, omissa, quæ omnium maximè incredibilis apparère debet. Ita habet Vitæ scriptor:* Quantum verò miraculum super eumdem puerum (*S. Renatum*) post septimum depositionis annum per pretiosissimum antistitem suum Maurilium Dominus operari dignatus est, quamquam, uti jam diximus, illud Fortunatus omiserit, nos tamen minimè reticebimus, quòd verum esse scimus, quia ad gloriam

C Christi laudemque antistitis sui res est condigna describi. *Denique Vitam, de qua agimus, falsò inter Gregorii Turonensis Opera recenseri, ex eo contendit, quòd in Vita illa laudetur Gregorius PP. dicens:* Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. *Etenim, cùm* S. Maurilii *Vitam Gregorius Germano dedicet, qui anno Christi* 579 *obiit, quî fieri, inquit, potest, ut in ea laudetur Gregorius PP., qui solùm anno Christi* 590 *Romanæ Ecclesiæ regimen susceptisse traditur.*

Gregorio Turonensi abjudicat.

13 *Hæc sunt præcipua capita, ex quibus Launoyus* S. Maurilii *Vitam Gregorio Turonensi abjudicat, & ad seculum* x, *Rainonis scilicet Andegavensis episcopi tempora ablegat. His Sancti Vitam inventam auctamque fuisse eruitur ex Chronico Vindocinensi & vetustissimis membranis Mss., ubi leguntur sequentia:* Raino quondam S. Martini cotidianus discipulus & semper canonicus ac postmodum sanctæ Andegavensis ecclesiæ ex initio Christianitatis trigesimus tertius humilis episcopus, ob honorem omnipotentis Dei, nec non & ejusdem S. Maurilii, ac remissionem peccaminum animæ suæ, anno Incarnationis Dominicæ adhuc in

DCCCCV & ordinationis episcopatûs sui in XXV hanc Vitam scribere ac requirere jussit. Archanaldus S. Martini discipulus & diaconus jussù præfati domini Rainonis scripsit & requisivit. *Launoyo non dissentit Tillemontius, sed difficile esse asserit, cùm certum sit,* S. Maurilii *Vitam Gregorii Turonensis opus non esse, conjecturam quamdam reperire, quæ Launoyi opinione probabilior sit, Rainonem & Archanaldum hujus Vitæ auctores statuentis.* AUCTORE J. T.

Aliæ rationes id etiam suadent;

14 *Ut ut est, etsi Launoyi ratiocinia in omnibus admittenda non censeam, tot tamen gravissimi etiam ponderis argumenta ostendunt, sæpè laudatam Vitam Gregorium Turonensem auctorem non habere, ut plerosque, quos legi, scriptores in assensum rapuerint. Præter jam recensitas enim rationes, si Gregorium ejus auctorem existimamus, necesse erit dicere, illam exstitisse ante annum* 579, *quo S. Germanus, ad cujus preces scripta esset, obiit, & per consequens, antequam S. Magnobodus Sancti Vitam scripserit. Quo posito, quid causæ subfuisse putabimus, nullam ab eo Vitæ à Gregorio scriptæ fieri mentionem? cur eâ non fuit usus? cur non potiùs, si Vita hæc suo tempore existebat, se adjutum fuisse fatetur S. Magnobodus Gregorii Turonensis scriptis, quàm monumentis,* E *quæ à Justo presbytero relicta repererat. Dicere autem, S. Magnobodum Vitam à Gregorio scriptam ignorâsse, aut jam tum fuisse deperditam, meo quidem judicio vel ex hoc solo capite ab omni verisimilitudine alienum est, quòd S. Magnobodus* S. Maurilii *Vitam se scripsisse testetur anno Christi* 620, *post Gregorii obitum* 25 *circiter solùm annis, quem per ætatem videre potuit.*

nec Apologia capituli Andegavensis contrarium evincit;

15 *Prodiit quidem ecclesiæ Andegavensis capituli Apologia quædam pro S. Renato episcopo suo adversus Joannem de Launoy typis Andegavi anno* 1650 *edita, in qua auctor etiam diluere conatur argumenta scriptoris memorati, quibus prædictam Vitam Gregorii Turonensis opus non esse probari contenderat; sed sicuti insiciari non possumus, ex multis aliquas in laudata Apologia Launoyi objectiones reperiri dissolutas, sic non omnibus esse satisfactum, diffiteri non debemus. Ad argumentum, quod depromptum est ex eo, quòd Fortunatus illo tempore, quo Germanus Gregorium rogâsset, ut* S. Maurilii *Vitam à Fortunato scriptam corrigeret, etiamnum in vivis esset, respondet quidem apologista, variisque adductis exemplis demonstrat, non rarò contingere, ut, auctoribus vivis, eorum opera negligentiâ, temeritate aut etiam describentium incuriâ vitiis depraventur & corrumpantur; sed quid causæ fuisse dicet, cur Germanus non potiùs à Fortunato puriora exemplaria petierit, aut cur Gregorius ipse in Opere, quod ad Germani preces aggrediebatur, Fortunatum non consuluerit? præsertim cùm inter Fortunatum, Gregorium & Germanum, Ruinartio teste, non mediocris intercederet familiaritas. Præterea difficultatem, quam Launoyus movit propter Homiliam* XXVI *Gregorii PP. in ea Vita laudatam, aut Apologiæ auctor non intellexit, aut certè dissimulavit: neque enim ex Homiliæ hujus laudato textu nudè & sine respectu ad alia spectato, Launoyus infert, prædictam Vitam à Gregorio non fuisse scriptam, sed potiùs ex tempore, quo Gregorius PP. ad summum Ecclesiæ pontificatum pervenit, quod contigisse scribitur circa annum Christi* 590, *simul & ex eo, quòd Vita, de qua movetur quæstio, Germano dedicetur, qui anno ejusdem seculi* LXXIX *vitâ functus esse legitur.*

16 *Omitto, ne longior sim, reliqua: vel ipsum enim Magnobodi de laudata Vita silentium sufficiet.*

AUCTORE J. T. *unde Gregorii Turonensis non esse probabilius statuitur.*

cionem satis fundatam parit, hanc à Fortunato aut Gregorio numquam fuisse scriptam. Accipe tamen, lector, Ruinartii verba, quæ habet in præfatione sua ad Gregorii Opera à se edita, ex quibus, quid ipse de illa censeat, intelliges, & Tillemontii opinionem confirmari videbis. Etsi, *inquit*, constaret B. Maurilii Vitam à Gregorio Turonensi aliquando emendatam fuisse, hanc tamen non ipsam esse contendimus, quæ vulgò circumfertur in libris editis, & nonnullis Mss., licèt ei præmissa legatur Gregorii epistola. *Hoc suum assertum, postquam rationibus ex Launoyo petitis probavit, subjungit :* Idem evincimus ex duobus codicibus Mss., uno scilicet Vindocinensis monasterii ab annis circitèr sexcentis exarato, & altero nostræ S. Germani à Pratis bibliothecæ annorum quingentorum; ubi post præmissam Gregorii epistolam, & descriptum Vitæ ipsius capitulorum indicem, hanc jussu Rainonis, qui in Catalogo episcoporum Andegavensium, tempore Eusebii episcopi scripto, XXXV recensetur, scriptam fuisse legimus his verbis. *Verba habes num.* 13. *Pergit deinde :* Quæ verò fuerit illa Vita, indicat dominus Harmerus in libro Vitæ ipsi subjuncto de miraculis,
B quæ modernis, inquit, temporibus contigerant, in translatione scilicet sub Nefingo episcopo facta, ubi Vitam hanc, quam sub libri primi nomine dederat, faceta satis urbanitate à successoribus S. Maurilii expolitam fuisse disertè profitetur. Adde, non pauca in hac Vita occurrere, quæ Gregorii aut Fortunati ætati & genio, ut fusè probat Launoyus, competere non possunt. *Launoyi argumenta dedimus; ut tamen, quid de hac Vita censeri debeat, certius statui possit, operæ pretium duxi eam conferre in præcipuis suis capitibus cum illa, quam à S. Magnobodo scriptam me habere dixi.*

§ III. Confertur Vita Gregorio Turonensi attributa cum alia à S. Magnobodo conscripta : Acta edenda.

C

Errores in Vita Gregorio Turonensi adscripta,

Quisquis Vitæ S. Maurilii *Fortunato adscriptæ & à Gregorio Turonensi, ut aiunt, correctæ fuerit auctor, is Sanctum splendidissimis parentibus ortum Mediolani, imò patrem ejus universam ferè Hesperiam gubernâsse tradit; at S. Magnobodus scribit quidem eum genere nobilem fuisse, de tanta verò potestate ditioneque nullam mentionem facit. Biographorum nullus Sancti parentum nomen expressit, hinc certi nihil de eo statui posse liquet. In hac à teneris* S. Maurilius *B. Martini disciplinæ traditur, ab eoque sacris litteris & liberalibus studiis tamdiu instituitur, donec S. Martinus Arianorum perfidiâ è civitate Mediolanensi expulsus fuerit. In illa Sanctum sub S. Martini disciplina ante episcopatum ejus Turonensem fuisse non legitur. In ista* S. Maurilius *ab Ambrosio Mediolanensis civitatis episcopo lector ordinatus dicitur, deindéque, defuncto patre, matrem reliquisse, & Martinum Turonensem id temporis episcopum adivisse sub Juliano cæsare asseritur; quæ, quantùm à veritate aliena sint, quivis facilè videbit eruditus : certum quippe est, S. Martinum, qui ante annum* 371 *aut* 372 *Tu-*
ronicæ civitatis episcopus non fuit, sub Juliano D
cæsare, qui passim anno 364 *non fuisse superstes traditur, ecclesiam Turonensem non rexisse. Deinde Ambrosius circa annum dumtaxat* 374 *Mediolanensem obtinuisse cathedram scribitur; quomodo igitur, antequam in Galliam proficisceretur ad S. Martinum sub Juliano cæsare, ab Ambrosio civitatis illius episcopo lector ordinari potuit* S. Maurilius ?

18 *Totum hoc quidem, sed emendatiùs in S. Magnobodo legitur. In hac enim, licèt antè suum sub Juliano cæsare in Gallias adventum* S. Maurilium *lectorem ordinatum fuisse dicatur, tamen id S. Ambrosium præstitisse nusquam reperitur; nec statim à suo in in Galliam adventu ad S. Martinum tunc episcopum profectum fuisse* S. Maurilium *scribit. Unde, licèt aliqui etiam à S. Magnobodo in hac parte errorem commissum esse fateantur, & pro Juliano,* Valentiniano *legendum existiment, hoc tamen non necessariò admittendum censeo; non video enim, cur dici nequeat,* S. Maurilium *sub Juliano in Gallias profectum, tamdiu in solitudine Deo servîsse, donec de S. Martini episcopatu Turonensi rumor ad eum pervenerit; quo percepto, solitudinem re-* E
liquerit, & præsulem sanctitatis famâ celeberrimum adiverit. Confirmari id potest ex Sancti nostri erga solitudinem amore, quo flagravit adeò, ut S. Martinum, majoribus susceptis ordinibus, illius causâ reliquerit. Nec repugnat omninò S. Magnobodus ipse, qui Sanctum sub Juliano cæsare patriam pro Christi amore despexisse, exsulemque in Gallias viam sanctæ paupertatis secutum advenisse commemorat.

non leguntur in S. Magnobodo.

19 *Quod hoc loco in S. Magnobodo legitur, & prædicto modo conciliari posse ostendimus, falsum esse, inquit Launoyus in Dissertatione de S. Renati Historia, Observatione* 17, *pag.* 79, *uti quod & de eadem re apud Rainonem legitur : (Launoyo Vitæ Gregorio Turonensi attributæ Rainonem esse auctorem § præc. diximus.) Rationem dat pag.* 80. *Quia* non potuit Maurilius sub Juliano imperatore, multo minùs Cæsare lectoris Officium accipere ab Ambrosio, qui nondum erat episcopus. *Apud Rainonem, si is hujus Vitæ auctor dicendus sit, hoc loco falsa, imò sibi repugnantia dici, jam ostendimus; sed hac ratione, quod apud S. Magnobodum loco laudato legitur, falsum esse, non intelligo : etenim Sanctum nostrum in Magnobodo ab Ambrosio lectorem ordinatum fuisse non reperitur; solùm sub Juliano Cæsare jam lector Ordine in Gallias profectus asseritur. Quid igitur vetat Sanctum nostrum à Dionysio, qui circa annum Christi* 354 *certè Mediolanensem rexit ecclesiam, lectorem ordinatum dicere, & sub Juliano in Gallias discedere? Certè videre poterat Launoyus nullam esse hanc conclusionem :* sub Juliano lector erat S. Maurilius; ergò sub Juliano lector ordinatus est à S. Ambrosio. *Sed reliqua absolvamus.*

Refutatur Launoyus.

Utriusque Vitæ discrimen ostenditur

20 *Procedit sive Raino, sive quisquis laudatæ sæpius Vitæ auctor est, ad prodigia quædam à Sancto nostro in loco, qui Calonna dicitur, ubi habitâsse à suo à S. Martino discessu ad episcopatum usque creditur, perpetrata; de quibus omnibus mentionem quidem aliquam facit S. Magnobodus; sed brevius, modoque longè verisimiliori narrat. Non ingratum fore lectori confido, si id exemplo aliquo ex utroque biographo desumpto clariùs ostendam. In utraque laudata Vita narratur mancipii vendendi libertas à Sancto impetrata. In S. Magnobodo res hoc modo contigisse dicitur :* Prætereuntibus quadam die per ipsum Calonnæ prædium negotiatoribus,

A ribus, qui ſolent inter alia commercia etiam homines captivos venumdare, unus ex eiſdem captivis, qui tamquam merces quælibet ducebantur venales, confugium in eccleſiam fecit. B. Maurilius ſupplex ad dominos precator accedit, ut miſerum redimere poſſet. Tunc illi humilem ſuperbè ſpernentes precem, auſu temerario fugitivum de eccleſia rapere cœperunt. At ille multò magis tunc trepidus & vociferans ait: Serve Dei ſuccurre captivo. Illico tanta febris dominum unum, qui erat ceteris pertinacior, accinxit, ut ſpiritum prope redderet. Sed, ut erat B. Maurilius miſericors, Dominum precatur pro impio, reddita eſt ei ſanitas, & captivus continuò relaxatur à ſervitio, liber factus ex mancipio.

ex eadem, quæ in utraque Vita legitur, hiſtoria.

21 *Obſerva nunc, lector, quî res eadem à biographo altero ampliſicetur, & vix ſibi ſimilis proponatur.* Proximis ſanè exindè diebus, *inquit*, dum negociatores.... utriuſque ſexûs juvenes venales haberent, & cum eiſdem ad Hiſpaniam tenderent; aut neceſſitudine commeandi, aut deſiderio Sacerdotis viſendi per Calunnæ prædium iter agebant. Prætereuntibus autem ſecùs ædem

* vendendi B beati Confeſſoris, unus eorum, qui venditurî * ducebantur, magno proſiliens impetu, eccleſiam ingreſſus eſt, & provolutus cum lacrymis pedibus Confeſſoris, attentiùs deprecatus eſt, ut ſuis precibus aut pretiis ſeſe pro Dei amore redimeret, ſecumque retineret, qui furtim de propria captivatus patria vendendus ducebatur in alienam. Cujus verbis & fletibus ſuum patrioticum recognoſcens, commotus pia mente ſacerdos, ſine mora pro captivo ipſius dominum ſupplicaturus egreditur, humiliterque ſupplicabat, ut ſibi venderetur, quatenùs à ſe ſervitio abſolutus liber in patriam reverteretur. Sed cùm dominus ipſius ſumma obſti-

* affirmaret natione nequaquàm id fieri poſſe negaret *, annuit ſuis, ut ipſum de eccleſia velociter extraherent. Cedentibus autem miniſtris, vimque facientibus, ac domini ſui præceptum exequentibus, immenſis captivus clamare vocibus cœpit: Miſerere & ſuccurre, Serve Dei, quem devotè liberandus expetii. Sacerdos verò, flexis ſolo poplitibus paululùm, rurſuſque elevatis ad cælum manibus, inquit: Domine Deus omnipotens, qui in anguſtia conſtitutis, & de tua miſericordia verè confidentibus, celeri pietate ſuccurris, ſubveni

C huic captivo, pro quo te ſupplex exoro. Ad hanc nempe Sacerdotis vocem, vis tanta febrium dominum ipſius arripuit, ut antequam pœnitentia ſuccurreret, ſpiritum exhalaret. Tum tanta fortitudine ceteri percelluntur metuentes, ne ſeſe vivos terra abſorberet, ut unanimes expeterent Sacerdotem flebiliter poſtulantes, quatenùs & ſibi indulgentiam, & defuncto ſuis meritis adquireret vitam. Vir verò beatus nimiùm metuens, ne ipſa occaſio eis cauſa perditionis eſſet; proſtratus terræ immenſis planctibus & crebris ſingultibus invocat Chriſtum, ut defuncto redderet animam. Nec antea ſurrexit à ſolo, donec & defuncto vitam, & captivo adquireret libertatem. Negotiatores denique, ut ſibi retrò acta præſumptio indulgeretur, multis donariis ipſum honoraverunt, & locum, quæ prope omnia Vir beatus in uſus pauperum deputavit.

Idem apertiùs oſtenditur.

22 *Diſcrimen inter utramque narratæ hiſtoriæ ſeriem, etiam me tacente, perſpicuum eſt. Nihil in S. Magnobodo de itinere in Hiſpaniam, nihil de mancipii patria; non popularis cum Sancto dicitur, nihil de oblato pro libertate ejus pretio. Dominus mancipii vendendi, qui in Vita à S. Magnobodo conſcripta præ febrium vehementia ſpiritum propè reddit, in Vita altera morte punitus* AUCTORE J. T. *legitur, quique in illa menti ſanitatique reſtituitur, in iſta inſigni prodigio reſuſcitatur. Munera denique nulla, quorum meminit biographus alter, oblata, quæ pauperum inopiæ ſublevandæ deſtinaverit Sanctus, recenſet S. Magnobodus. Ex hoc de ceteris judicare facilè poteris, lector, nam omnia Sancti geſta eodem ferè modo amplificata aut potiùs corrupta ibidem leguntur: quapropter pluribus aliis ſimilibuſque recenſendis exemplis, quæ ex eadem Vita depromere poſſem, ſuperſedebo, ubi mirabilem S. Renati, in epiſcopatu Andegavenſi Sancti noſtri ſucceſſoris, prout ea in Vita Gregorio Turonenſi adſcripta refertur, hiſtoriam dedero, ſimulque, quid de ea S. Magnobodus ſcripſerit, exhibuero.*

ex miraculis S. Renati Andegavenſis epiſcopi hiſtoria.

23 *Narrat auctor, matronam quamdam nobilem, conjugali ligatam vinculo, Sancti noſtri in ſterilitate ſua opem implorâſſe, cui Sanctus precibus ſuis à Deo filium impetrârit; ſed cùm is etiamtum puer de vita periclitaretur, adductus fuit à matre moribundus ad* S. Maurilium, ut manuum ſuarum impoſitione Spiritum ſanctum daret, antequam obiret: *quod, dum Vir ſanctus incruentæ Hoſtiæ* E *oblatione detentus differebat, puer è vivis exceſſit. Spirituale verò pueri hujus detrimentum negligentiæ ſuæ attribuens Præſul, illius eluendæ cauſâ epiſcopalem ſuam ſedem deſeruit per ſeptem annos profugus, portatis ſecum reliquiarum clavibus, quæ dum, notato antè in lapide tranſitûs ſui die, mare trajiceret, in aquas è manibus deciderunt; quo caſu tanto mœrore Præſul ſanctus confectus fuiſſe traditur, ut, niſi prædictas claves reciperet, relictam epiſcopatûs ſui ſedem nunquàm ſeſe repetiturum decreverit. Interea Andegavenſes ſuo orbati Paſtore viſionibus crebris admonentur de civitatis ſuæ interitu, niſi* S. Maurilium *inventum ſedi ſuæ reſtituerent. Mittunt igitur undequaque, qui eum quærant. Hi poſt graviſſimos diuturni itineris labores fruſtra exantlatos, tandem in lapidem, in quo* S. Maurilium *tranſitûs ſui diem notâſſe diximus, incidunt, reliquiarum claves novo prodigio in piſce reperiunt, monitique in ſomnis divinitus ad locum, ubi Sanctus ſub hortulani habitu latebat, perveniunt, à quo poſt oſtenſas reliquiarum claves impetrant, ut cum eis Andegavum revertatur.* S. Maurilio *verò ſequentem noctem in oratione tranſigenti, ſomnoque præ laſſitudine correpto apparet angelus, puerumque jam ſeptennio defunctum ſuis precibus reſuſcitandum prædicit. Angeli monitis animatus* S. Maurilius *itineri ſe accingit, ad pueri tumulum proficiſcitur, eumque, ſpectantibus turbis, ad vitam revocat, Renati nomen propter eventum hunc imponit, ſitque Renatus* S. Maurilii *defuncti in Andegavenſi epiſcopatu ſucceſſor.* F

cujus vix mentionem facit S. Magnobodus.

24 *De hac verè mirabili S. Renati Andegavenſis eccleſiæ deinde epiſcopi, cultuque, quo apud eos gaudet, celeberrimi, hiſtoria in Vita Sancti noſtri à S. Magnobodo conſcripta nihil legitur aliud, quàm, quòd Sanctus mulieri ſterili filium ſuis precibus à Deo impetraverit, qui poſtea ejus in epiſcopatu Andegavenſi ſucceſſor fuit. Fateor, ut hoc* S. Maurilii *prodigioſum adeò factum admittatur, non immeritò requiri teſtimonia alia, & monumenta antiquiora, quàm Vitam laudatam, quam Gregorii Turonenſis probabiliùs non eſſe jam oſtendimus, & cujus tum auctor, quàm antiquitas incerta eſt. Aſſentiri tamen nolo Launoyo, qui memoratam Vitam totam, fabulam non ſolùm exiſtimat, ſed etiam S. Renatum unquam exſtitiſſe negare non veretur. Certè ſolidiora ſint ejus argu-*

AUCTORE J. T.

menta oportet, ut episcopum à tot seculis in ecclesia aliqua publico honoratum cultu numquam extitisse credam.

Refutatur breviter Launoyus S. Renatum unquam extitisse negans.

25 *Etenim, etsi Launoyo daretur, mirabilem S. Renati resuscitati historiam, prout in sæpè memorata Vita legitur, fabulosam esse, quo fundamento inde inferet, prædictum Sanctum Andegavensis ecclesiæ non fuisse episcopum, & vixisse numquam? Sanè si Sanctos omnes, quorum gesta conscripta, erroribus fabulisque conspurcata sunt, exstitisse negandum foret, quot è cœlo exturbandi essent, quos sancta Ecclesia ut Sanctos veneratur, & de quorum gloria nos beneficia per eorum patrocinia impetrata dubitare non sinunt. Scio quidem Launoyum hujus esse opinionis, ut S. Renati mentionem nullam ante Rainonis tempora, quibus memoratam Vitam scriptam fuisse contendit, admittat; quo potissimùm nixus opinionem suam propugnat. Sed, præterquam quòd S. Magnobodum cujusdam pueri* S. Maurilii *precibus impetrati, qui in Andegavensi episcopatu ei successit, & Renatus appellari potuit, meminisse vidimus, contrarium evincere conatur Apologiæ capituli Andegavensis contra Launoyum auctor. Qua ratione id evincat, investigari poterit* XII *Novembris, quo die in ecclesia Andegavensi colitur, & de eo in Opere nostro agendum erit, uti & supra-memorata mirabilis historia examinari. Si curiosus interim lector de eo plura cupiat, consulat laudatam Andegavensis capituli Apologiam pro S. Renato. Me vocat Vita à S. Magnobodo conscripta.*

B

Vitæ à S. Magnobodo scriptæ statuitur edendæ

26 *Vitas omnes* S. Maurilii, *quas nobis communicatas habemus, præter unam à S. Magnobodo conscriptam, saltem quoad substantiam in gestis ejus enarrandis consentire num.* 10 *diximus; proinde omnium eadem est fides, quam merentur, incertitudo, iidem ferè in omnibus errores. Solus S. Magnobodus iis caret. Vitam hanc testatur Cointius ad annum Christi* 616, *se legisse in Ms. codice bibliothecæ San-Victorinæ eò majori animi voluptate, quò purior simpliciorque ipsi visa fuit. Addit in ista non legi fabulas & errores, quibus aliæ Sancti Vitæ conspersæ sunt. Præplacet & ceteris mihi, nec solùm ob errores, quos in reliquis legi vidimus, verùm etiam, quia S. Magnobodus Andegavensis etiam episcopus facilè videre potuit, quidquid ab aliis scriptoribus litteris de Sancto exaratum fuerat; licèt enim ducentis & pluribus fortè annis post Sancti obitum scripserit, tamen se fidelissimè fuisse secutum ea, quæ Justus quidam presbyter reliquerat, in præfatione testatur. Potuit verò is Justus presbyter, cujus ætatem nescimus, Sancto coævus esse, aut ætati ejus propè accedere. Utut est, etsi eam Vitæ huic auctoritatem tribuendam esse non contendam, quæ ei deberetur, si à coævo conscriptam esse constaret, tamen nihil in illa esse, quod à veritate alienum meritò dici, aut jure falsitatis argui possit, persuasum habeo. Ut talem igitur, relictis aliis, edam, suisque illustrabo annotationibus, cùm contra Launoyum priùs ostendero,* S. Maurilium *à S. Martino Turonensi episcopo potuisse sacerdotem primò & deinde consecrari episcopum: quod utrumque ita factum esse tradit præter alios scriptores etiam S. Magnobodus. Post Vitam editam subjiciam miracula quædam per Sanctum post ejus mortem perpetrata, quæ posteritati tradidit domnus Harmerus seu Hermericus monachus, & quæ ad nos ex Ms. Remensi codice transmissa sunt, & si quæ circa ea notatu digna occurrent, annotabimus.*

C

D

§ IV. Inquiritur, an S. Maurilius à S. Martino sacerdos & deinde episcopus consecrari potuerit? Tempus emortuale incertum.

S. Maurilium à S. Martino sacerdotem & episcopum consecratum esse, legitur in omnibus.

S*anctum* Maurilium, *terrena pro Christi amore patriâ ditissimâque hæreditate derelictâ, defuncto patre in Gallias adventâsse, S. Martinum adiisse, qui tum temporis Turonensis episcopus erat, ab eoque majoribus ordinibus initiatum, deindeque Andegavensium episcopum consecratum fuisse, quotquot gesta ejus litteris mandârunt, disertis verbis attestantur. Vita à S. Magnobodo conscripta, quam* § III, *quia purior emendatiorque est, edendam diximus, num.* 1 *ita habet:* Itaque B. Martinum virtutibus clarissimum, jam tunc Turonicæ civitatis episcopum expetiit; qui eum gratanter suscipiens, subdiaconum & diaconum ordinavit, & ei postmodum onus presbyterii tradidit. *Et num.* 13 *dissidenti clero populoque Andegavensi in novi episcopi electione adest,* S. Maurilium *divinitus electum indicat, & clero populoque consentiente, episcopum consecrat.*

E

Patitur difficultatem.

28 *Tillemontius in notis ad Vitam Sancti nostri notâ* XX *pag.* 786 *de eo difficultatem moveri posse asserit, & simul difficultatis caput attingit; sed rem indecisam relinquit. Verba ejus ex Gallico Latina facio.* Moveri potest, *inquit*, difficultas particularis de eo, quod dictum est, (*in Sancti Vita*) fuisse S. Martinum, qui S. Maurilium consecravit Andegavensem episcopum. Diximus enim in textu post Defensorem, qui anno CCCLXXI aut CCCLXXII, consecrationi S. Martini adstitit, duos adhuc ad minimum episcopos ante S. Maurilium exstitisse. Necesse igitur est, tres illos episcopos viginti sex annorum spatio, quo S. Martini episcopatus duravit, defunctos esse. Et è contrario non nisi unus statuitur episcopus inter S. Maurilium & Talassium, qui anno CCCCLIII ordinatus fuit. *Crescit difficultas ex incertitudine anni Sancti nostri emortualis; nihil enim ex ejus Vita aliud habemus, quàm Sanctum nonagenarium è vivis decessisse;* 40 *in sacerdotali,* 30 *in episcopali dignitate transegisse. Hinc varii varium, & meo quidem judicio pro suo beneplacito, annum determinant. Sed rem aggrediamur.*

F

Launoyi argumentum, quo contrarium probare nititur

29 *Launoyus sacræ Theologiæ doctor Parisiensis, quem, quidquid de Sancto nostro alicubi legitur, vel in dubium revocare, vel fabellam reputare vidimus, in editione secunda duplicis Dissertationis, quarum una continet judicium de auctore Vitæ* S. Maurilii, *altera Renati Andegavensis episcopi Historiam attingit,* Maurilium *à S. Martini successoribus potiùs, quàm ab eo creatum esse Andegavensem episcopum observatione* 16 *pag.* 74 *asserit. Argumenta duo præcipua, quibus assertum suum tum laudata observatione, tum sequenti pag.* 80 *stabilire nititur, in compendium contracta lectori, ut de iis judicium ferre possit, exhibeo. Primò auctores sex, qui Andegavensium episcoporum seriem ediderunt, recenset: Joannem Burdigneum in Annalibus Andegavensibus, Joannem Salmonium apud Democharem lib.* 2. *de Sacrificio Missæ, Joannem Chenutium in Chronologica archiepiscoporum & episcoporum Galliæ Historia, Jaco-*

A *Jacobum Severtium in Chronologia episcoporum Lugdunensium & aliorum, Joannem Hiretum in libro Andegavensium Antiquitatum, Claudium Robertum in Gallia Christiana; quorum duo primi ita prædictorum episcoporum seriem texunt, ut Defensorem inter & S.* Maurilium *duos numerent Apothemium scilicet & Prosperum episcopos: reliqui verò quatuor ita, ut inter utrumque recensitum quatuor episcopi, Auxilius, Apothemius, Funerius & Prosper intercedant. Ex hac episcoporum Andegavensium serie proposita concludit* S. Maurilium *à S. Martino consecrari non potuisse episcopum, nisi* secundùm unos Defensor, Apothemius & Prosper, secundùm alios Defensor, Auxilius, Apothemius, Funerius & Prosper ante S. Martinum excesserint.

30 *Illud autem vix credi posse affirmat, asserti-*
proponitur, que sui simul & conclusionis veritatem primò demonstrare aggreditur ex episcopis, qui S. Martini consecrationi affuerunt, quos inter Defensorem fuisse, Severus tradit libro de Vita S. Martini cap. 7 & reliqui passim de Sancto scriptores; deinde ex numero annorum, quos Martinum in episcopatu transegisse scribit Gregorius Turonensis tribus in locis.
B *Verba accipe. Lib. 1 de miraculis S. Martini cap. 3 habet:* In quo (*episcopatu*) glorioſam & pœne inimitabilem agens Vitam, per quinquennia quinque bis insuper geminis mensibus cum decem diebus, octogesimo primo ætatis suæ anno, Cæsario & Attico consulibus, nocte media quievit in pace. *Rursus lib. 1 Hist. Franc. cap. 43:* Arcadii verò & Honorii secundo imperii anno S. Martinus Turonorum episcopus plenus virtutibus & sanctitate præbens infirmis multa beneficia, octogesimo & primo ætatis suæ anno, episcopatûs autem vigesimo sexto, apud Condatensem diœcesis suæ vicum excedens à seculo feliciter migravit ad Christum: *& lib. 10 Hist. cap. 31 de Martino Turonensi:* sedit annos viginti sex, menses IV dies XXVII. *Ecce tibi primum Launoyi argumentum, quo lectori Sanctum nostrum à S. Martino creari non potuisse episcopum persuasum cupit; cujus totam vim in eo situm esse liquet, quòd verisimilitudine probabilitateque destitutum esse videatur, secundùm quosdam tres episcopos, secundùm alios quinque, viginti sex annorum spatio, quo S. Martini episcopatum à S. Gregorio Turonensi definitum esse ostendimus, è vivis excessisse.*

C 31 *Hoc tamen fortè ab aliquo negatum iri suquod ulteriùs stabilire nititur. spicatur: quare eadem observatione pag. 76 rei incredibilitatem nititur confirmare argumentis negativis, quæ multum habere roboris in quæstionibus ex facto, usu & traditione pendentibus in peculiari Dissertatione contendit. Audi subtilem scriptorem loco jamjam laudato differentem:* Hæc autem duo, cùm certissima sint, (*Defensorem consecrationi S. Martini affuisse, Sanctumque, 26 annis in episcopatu transactis, obiisse*) restat, ut quibus in locis nulla principum grassabatur in Christianos persecutio, num tres episcopi secundùm quosdam, quinque secundùm alios, vivente adhuc Martino, scilicet intra viginti sex annorum spatium decesserint, vel non decesserint, judicetur. Si non decesserint omnes, quod summa cum ratione credi potest, Maurilius non potuit Andegavensis episcopus à Martino consecrari: si verò omnes decesserint, consecrari quidem potuit, sed mirum profectò esset, dictuque incredibile, duos juxta quosdam, quatuor juxta alios Defensoris successores fuisse à Martino pro jure Metropolitani consecratos episcopos, nec mentionem tantæ rei ullam fieri à Severo, qui cognita S. Martini gesta tam accuratè scripsit. Quid puer Ticini, quid miles in exercitu Constantii imperatoris, & Juliani Cæsaris, quid catechumenus Ambiani, quid baptizatus Augustoriti Pictonum, quid ex Gallia reversus in Italiam Mediolani, quid in insula Gallinaria, quid constitutus episcopus Turonis in urbe & in pago, quid Treviris cum Maximo, quid alibi passim fecerit dixeritque, Severus diligenter exequitur: sed ne unius quidem Andegavensis episcopi consecrationem à Martino factam commemorat: tantum abest, ut duorum vel quatuor succedentium sibi præsulum inaugurationes vir non indiligens & magistri sui amantissimus oblivisceretur. AUCTORE J. T.

32 *Argumentum jam propositum Launoyo tale esse apparet, ut statim in observationis 17 initio pag. 77 à se demonstratum esse existimet, Sanctum nostrum non à Martino, sed à successoribus ejus creatum esse episcopum. Mihi tamen tanti ponderis non videtur, ut propterea in Sancti nostri Vita à S. Magnobodo conscripta in hoc puncto errorem commissum esse credam, & à ceteris, qui gesta ejus litteris tradiderunt, dissentiam. Etenim nescio, quas sibi difficultates fingat, dum Andegavensium episcoporum seriem recenset.* E *Catalogi correctiores & eruditi passim Defensorem inter & S. Maurilium non nisi Apothemium & Prosperum constituunt, de Auxilio verò Funereoque silent. Gallia Sammarthanorum Christiana vetus in episcoporum Andegavensium serie pag. 112 ita scribit:* In aliquibus verò Elenchis mendosè inseritur Auxilius successor Defensoris, de quo in Tabulis Mauricianis, sanctorum Albini & Sergii nulla exstat mentio, neque in melioribus notæ indicibus. Rectiùs enim in nonnullis exemplaribus pro Auxilio, quod imperitè scriptum, legendum est Maurilio. *Igitur 26 annorum spatio, quo S. Martini episcopatum durâsse communis eruditorum tradit sententia, ex hac vita discessus Defensoris, Apothemii & Prosperi contigisse solùm debuit, ut Sanctus noster à S. Martino episcopus inaugurari potuerit. In eo autem tantam difficultatem aut incredibilitatem reperire non est, quantam sibi Launoyus imaginatur. Potuit enim Defensor, quando S. Martini consecrationi affuit, jam longævus fuisse, & paulò post è vivis discedere; episcopatus verò Apothemii & Prosperi non fuisse diuturnos, probabilissimum redditur ex pauciſſimis, quæ de prædictis episcopis memoriæ tradita reperimus. Prosperi solum nomen tabulis ecclesiasticis insertum legitur; Apothemius autem solâ sanctitatis famâ claruisse traditur. Non video igitur, quid vetet prædictorum episcoporum annos, quibus Andegavensem rexerunt ecclesiam, non dico intra 26, sed etiam pauciorum annorum spatium concludere.* F *Respondetur ad primum ejus argumentum,*

33 *At, Sulpicius Severus, qui S. Martini gesta etiam minutissima, magistri sui discipulus amantissimus, accuratissimè conscripsit, ne unius quidem Andegavensis episcopi consecrationem à Martino factam commemorat. Argumentum negativum est, ex quo, si quid Launoyus habeat, ut* S. Maurilium *à Martino ordinatum esse episcopum neget, eadem ratione consequitur, nullum à Sancto fuisse episcopum inauguratum. Hujus tamen oppositum probabilissimum credo ex iis, quæ scripsit Stiltingus noster in Vita S. Victoris seu Victuri Cenomanensis episcopi die* XXV *Augusti data, in qua Sanctum hunc à S. Martino episcopum fuisse ordinatum non levibus testimoniis ostendit. Verba ejus, in quantum ad propositum nostrum spectant, huic loco juvabit inserere. Num. 9 in Commentario ad laudatam Vitam prævio ita habet:* Primùm itaque *tti & ad ejus confirmationem.*

AUCTORE J. T.

S. Victorem à S. Martino episcopum fuisse ordinatum, tot testibus probatur, ut ea de re dubitare non possimus, nisi rationes obstarent gravissimæ. Quatuor S. Liborii Vitas, tom. v Julii à pag. 407 editas, lector inveniet; in omnibus his dicitur à S. Martino sepultus Liborius, atque in quarta ita res narratur à num. 16. *Hîc laudatæ Vitæ verba subjicit, quibus transcribendis, quia longiora sunt, & laudato loco legi possunt, supersedeo. In his disertissimis verbis consecratio episcopalis S. Victoris à S. Martino facta asseritur. Post quæ de Vita hac S. Liborii quarta, inquit :* Hanc Vitam, quæ tribus aliis prolixior est, graviter & bona fide sub finem sæculi IX scriptam esse, colliges facilè ex Bollandi ad eam Commentario. § II *num.* XI *in assertæ rei veritatem adducit Acta ipsius S. Victoris in episcoporum Cenomanensium gestis tom.* 3 *Analectorum à pag.* 68, *in quibus idem legitur. Num.* 13 *laudat Vitam S. Victoris à se edendam, in qua ordinatio ejus per S. Martinum eodem modo, at paulò fusiùs enarratur; addit denique Rabanum, & testimonium Martyrologii sub Bedæ nomine diu circumlati ad* 1 *Septembris, ex quibus in fine citati numeri concludit his verbis :* Habemus itaque tot testibus probatam S. Victoris ordinationem à S. Martino factam, ut iis meritò acquiescere possimus, cùm nulla cujusquam ponderis ratio in contrarium fuerit allata. *Licèt igitur Sulpicius Severus in S. Martini Vita nullum ab ipso episcopum consecratum commemoret, ex hoc tamen laudati scriptoris silentio nulla ratione consequens esse liquet, id à Sancto numquam fuisse præstitum; de S. Victore probabilissimum esse ostendimus : quo posito,* de S. Maurilio *ex hoc saltem capite negari non potest. Sed ad alterum Launoyi argumentum procedamus.*

B

Alterum Launoyi argumentum ex Sancti ad episcopatum adventu annoque emortuali depromptum

34 *Observatione* 17, *cui hunc præfigit titulum :* Quædam de Martino, deque Maurilio in Maurilii Vita notantur adscititia. *Argumentum depromit ex tempore, quo S. Martinus Turonensem cathedram adeptus est, annoque ejus emortuali, collato cum* S. Maurilii *ad Andegavenses insulas promoti tempore, annoque discessûs ejus ex hac vita. Totum ipsiusmet verbis huc refero. Pag.* 80 *scribit :* A beato Martino cæteros gradus ecclesiasticos, sacerdotiique gratiam accipere non potuit Maurilius, qui anno Christi trecentesimo sexagesimo sexto factus est presbyter, & anno quadringentesimo sexto episcopus. Nam Martinus anno Christi trecentesimo sexagesimo sexto nondum erat episcopus, & anno quadringentesimo sexto desierat esse episcopus. Quod jam alibi demonstratum est. *Vides, opinor, lector, ejus argumentum legitimum esse, rectéque inde deduci, Sanctum nostrum nec sacerdotem nec episcopum a Martino inaugurari potuisse; si modo, quàm confidenter dicitur, tam facilè admittatur,* S. Maurilium *anno Christi* 366 *factum esse presbyterum, annoque* 406 *episcopum. At in eo totum difficultatis caput situm esse, quis est qui non videat ? Probat igitur assertam à se* S. Maurilii *episcopatûs & sacerdotii epocham.* Restat, *inquit laudato loco,* ut certa Maurilii asseratur ætas. *Hanc autem asserere aggreditur, ita prosequens :* Joannes Hiretus, Andegavensis in Theologia doctor, Andegavensium Antiquitatum libro scribit, in Andegavensi Martyrologio legi Maurilium per annos XL presbyteratum, & per annos XXX episcopatum gessisse, & annum agentem nonagesimum migrâsse. Idem quo ad annos episcopatûs & vitæ habetur in edita per Rainonem Maurilii Vita sub finem. Deinde in festo translationis Maurilii tradit, mortem illius anno quadringentesimo trigesimo sexto accidisse. *Hoc unius Andegavensis Martyrologii ab Hireto laudati testimonio nixus, integram Sancti nostri chronotaxim verbis sequentibus exhibet :* Quo ita constituto, Maurilius nascitur anno Christi trecentesimo quadragesimo sexto, fit presbyter anno trecentesimo sexagesimo sexto, creatur episcopus anno quadringentesimo sexto, & anno quadringentesimo trigesimo sexto moritur nonagenarius. *Subjungit :* Aut error est in Maurilii Vita, aut in Andegavensi Martyrologio, quæ hac in parte conciliari nequeunt. In Martyrologio quoad episcopatûs epocham maximè nullum subesse errorem crederem, cùm ex aliis, tum ex hoc quoque, quod Severus Maurilium à Martino consecratum episcopum non meminerit in Martini Vita, cùm ut meminisset, res ipsa exigere videatur.

C

D

refutatur.

35 *Reponi Launoyo potest : Aut error est in Andegavensi Martyrologio ab Hireto laudati, aut in* Maurilii *Vita per S. Magnobodum fidelissimè conscripta, quæ in hac parte conciliari nequeunt. In Andegavensi Martyrologio maximè subesse errorem crederem, cùm propter summam incertitudinem anni, quo Sanctus è vivis ereptus est, ex qua sine sufficienti fundamento in laudato Martyrologio annus quadringentesimus trigesimus sextus emortualis ejus determinatus videri potest, cùm, quia ex aliis à Launoyo laudatis Severique silentio nihil contra consecrationem episcopalem Sancti nostri à S. Martino factam concludi posse jam ostendimus. Nec video, qua ratione Launoyo videatur res ipsa exigere, ut Sulpicius S. Martini gesta commemorans, prædictæ consecrationis mentionem faciat : certè liquet rem non magis exigere, ut illius potiùs, quam cujuslibet alterius ordinationis à Sancto præstitæ meminerit. Verum quidem est, si Andegavensi ab Hireto laudato Martyrologio standum sit, annum Sancti nostri emortualem quadringentesimo trigesimo sexto illiganti, absolutè dicendum esse, Sanctum non à S. Martino, sed à successore ejus Andegavensium episcopum ordinatum esse; sed quis Martyrologium illud tantæ auctoritatis existimet, ut inde, variantibus omnibus de Sancto scriptoribus, certum obitûs ejus diem colligendum putet.*

E

Ex tempore Sancti emortuali incerto

36 *Gallia Christiana vetus Sanctum ad superos evolâsse scribit anno* 431, *aliosque laudat Sancti discessum anno* 427 *affigentes. Claudius Robertus in Andegavensium episcoporum serie Sanctum ex hac vita migrâsse testatur anno* 410. *Idem legitur in Breviario Rotomagensi à Claudio citato. Eminentissimus Cardinalis Baronius ad annum* 394 *Sanctis, qui hoc tempore in Gallia claruêre,* S. Mauritium (Maurilium) *Andegavensem episcopum addendum esse scribit. Bailletus in Sancti Vita obitum ejus anno* 437 *figit, Antonius Summonteus in Historia Neapolitana anno* 420. *Quæ scriptorum variatio circa annum Sancti nostri emortualem, si attentius consideretur, nos quidem certos facit* S. Maurilium *initio sæculi* V *floruisse; at quo sæculi hujus anno vitam mortalem cum feliciore æterna commutârit, tam incertum relinquit, ut qui ex iis certum annum determinare voluerit, divinare potiùs quam determinare dicendus sit.*

F

nihil pro sua opinione conficit Launoyus.

37 *Quo posito, quis ex tam incerto* S. Maurilii *obitûs anno eum à S. Martino sacerdotem & episcopum inaugurari non potuisse concludi posse existimet ? Præsertim cùm, si Baronium, si Claudium Robertum, si Breviarium Rotomagense, si laudatos scriptores in Gallia Christiana veteri pro anno 427, si Summontæum in Historia Neapolitana cum*

A *cum quadam latitudine ſequi voluerimus, perſpicuum ſit, Sanctum noſtrum tempore epiſcopatûs S. Martini cùm ſacerdotali dignitate, tum Andegavenſibus infulis potuiſſe donari. Nihil quidem morantur Launoyum Summontæus, Rhomæus aliique recentiores, quos pag.* 81 *nullum rerum vel ſcriptorum delectum habere, quando res antiquas narrant, ſed quodcumque, ubicumque, quomodocumque & quacumque ratione traditum inveniunt, id ſuis continuò monumentis conſignare aſſerit; ſed nec me Launoyus moratur certa ex incertis concludens, avidiſſimèque, quidquid ad* S. Maurilii *Hiſtoriam deprimendam conducere arbitratur, arripiens.*

Alia à Launoyo objecta difficultas circa idem proponitur.

38 *Dixi, ſi laudatos num. præced. ſcriptores ſequamur,* S. Maurilii *ſacerdotium & epiſcopatum in tempus epiſcopatûs S. Martini incidiſſe. Hîc ſeſe haud dubiè opponet Launoyus, & arguet: quî fieri poteſt, ut, qui per quadraginta annos presbyteratum geſſit, & per annos triginta epiſcopatum, quod in Andegavenſi Martyrologio de* Maurilio *legitur & à biographis aſſeritur, à S. Martino, qui juxta communem eruditorum ſententiam ex Gregorio Turonenſi hauſtam viginti dumtaxat & ſex annos Turonenſem eccleſiam epiſcopus adminiſtravit, ſacerdos & epiſcopus fuerit ordinatus? Fateor, ſi ſcriptoris hujus ſententia annos presbyteratûs omnes ab epiſcopalibus dividentis, inſiſtendum ſit, id fieri non potuiſſe. Sed vellem, ut, quod tam indubitanter ſupponit, probâſſet, aut ſaltem ex Andegavenſis Martyrologii verbis conſequi demonſtrâſſet: nullam enim ego hanc eſſe ſequelam exiſtimo: Geſſit* Maurilius *per annos* 40 *presbyteratum, per* 30 *epiſcopatum; ergo jam annos* 40 *in presbyteratu tranſegerat, quando factus eſt epiſcopus; niſi quis aſſerere voluerit, epiſcopum non eſſe presbyterum. Annos Sancti noſtri, quibus presbyteratum geſſiſſe legitur, ab epiſcopatûs annis non eſſe dividendos pro certo habendum eſt, ſi aliquid ex tota Sancti Vitæ hiſtoria admittendum cenſemus; imò videre hoc potuit & debuit Launoyus vel ex hoc ipſo, quòd ſacerdos & epiſcopus à ſancto Martino conſecratus ab omnibus ejus biographis dicatur.*

B

Creſcit difficultas ex iis, quæ de eadem re habet S. Magnobodus in Sancti Vitâ;

39 *Neſcio tamen, quis me legentem ea, quæ de re, de qua agimus, ſcribit in Sancti Vita Magnobodus, invaſerit ſtupor. Nam ibidem laudati ſcriptoris opinionem, annos Sancti noſtri in ſacerdotali dignitate peractos ab epiſcopalibus dividentis, non parùm confirmari animadvertebam ſequentibus circa Vitæ finem verbis:* In ſecundo ergo ordine ſacerdotii XL annis eccleſiam regens, (S. Maurilius) in pontificalis autem apicis dignitate XXX annis præſidens cathedræ pius paſtor animam .... Chriſto reddidit. *Quis enim ex laudatis verbis non ſtatim inferat,* S. Maurilium *poſt* XL *annorum eccleſiæ Dei in ſacerdotio regimen & in epiſcopatu* XXX *ex hac vita ad ſuperos evolâſſe. Fateor igitur laudata verba, ſi nudè, & prout jacent, accipienda ſint, id præ ſe ferre; at ita accipienda non eſſe, multa ſunt, quæ ſuadent. Inprimis Sanctum noſtrum à ſancto Martino utraque dignitate fuiſſe inauguratum diſertè in eadem Vitæ hiſtoria aſſeritur, quod, quantùm cum prædicta Launoyi ſententia pugnet, cuilibet evidentiſſimum eſt: tantam verò tamque turpem contradictionem, & temporis, quo S. Martini epiſcopatus definitur, ignorantiam, in Magnobodum, qui certiſſimè, quæ à Juſto presbytero litteris mandata reperit, fideliſſimè ſecutus eſt, cecidiſſe non facilè credidero.*

ſed diluitur

40 *Præterea, ſuppoſitâ hujus ſententiæ veritate,* S. Maurilius *anno ætatis ſuæ* 20 *conſecratus eſt ſacerdos: at Magnobodus, omneſque ejus biographi Sanctum majoribus ordinibus initiatum eſſe ſcribunt, poſtquam defuncto patre, relictâque hæreditate, quam in patria poſſederat, exſul in Gallias adventavit. Si itaque Launoyo creditur,* 15 *aut* 16 *ætatis ſuæ anno vel forte citiùs patriam hæreditatemque poſſeſſam reliquit* S. Maurilius, *& ante S. Martinum ipſum Gallias incoluit, quod non omni ſolùm probabilitate, ſed etiam veriſimilitudine deſtitutum eſſe exiſtimo. Deinde quotquot ad manus noſtras Vitæ Sancti noſtri exemplaria pervenerunt,* S. Maurilium *majores ordines conſecutum ſtatim S. Martinum deſeruiſſe, & ad locum* Calonna *dictum, cujus paſtoralem curam ſuſcepit, diſceſſiſſe, ibidemque uſque ad epiſcopatum permanſiſſe teſtantur. Quadraginta annorum ſpatium, quæ hoc in loco Sanctus geſſiſſe ſcribitur, certè non exigunt. Apographum Vitæ ex Bodecenſis cœnobii Ordinis Regularium S. Auguſtini Paſſionali pergameno Ms. inſigni à R. P. Gamans Societatis noſtræ Majoribus meis tranſmiſſum, tradit* S. Maurilium *biſſenos dumtaxat annos in ſupradicto vico tranſegiſſe. Idem habet apographum, quod à Chiffletio noſtro ex Ms. Accinctini monaſterii accepimus.*

AUCTORE J. T

E

argumentis ex biographis deprompti. Sancti tempus emortuale.

41 *Quapropter biographis conformius & veritati conſentaneum magis apparet, annos* 40, *quos in ſacerdotio expleviſſe* S. Maurilius *traditur, ita accipere, ut anni* 30, *quibus in epiſcopali dignitate eccleſiam Andegavenſem gubernavit, iis inclusi cenſeantur. Certè hanc ego ſententiam ut longè probabiliorem amplectar, donec certiora proferantur monumenta, ex quibus in Sancti Vita ordinationem ejus S. Martino perperam attributam eſſe pateat, præſertim cùm, ſtante Launoyi ſententia, tam evidens ſit,* S. Maurilium *à S. Martino ſacerdotem & epiſcopum conſecrari non potuiſſe, ut mirum ſit, ceteros de Sancto ſcriptores, ſi in ejus opinione fuerint, illud non animadverteſſe. Accedit, Launoyi argumenta tanti non eſſe roboris, ut Vitam à S. Magnobodo conſcriptam evertere dicenda ſint. Donec igitur quid certius antiquiuſque proferatur, non improbabiliter ſtatui poſſe exiſtimo Sancti natales circa annum Chriſti* 327, *ſacerdotium circa annum* 377, *epiſcopatum circa annum* 387, *mortemque, quæ anno ætatis ſuæ* 90 *contigit, circa annum Chriſti* 417. *Quo ita conſtituto, evidentiſſimum eſt, ejus ſacerdotium & epiſcopatum in tempus epiſcopatui S. Martini definitum incidere. Hæc tamen omnia ita accipi volo, ut annum, quo prædicta contigerunt, cum quadam dumtaxat latitudine determinent; quare ſi quis contenderit, ea omnia aliquot annis citiùs aut ſeriùs accidiſſe, non refragabor, modò mihi in eo conſentiat, circa hæc tempora ita eſſe peracta, ut ſub S. Martini epiſcopatu contingere potuerint.*

F

A. S. Magnobodo.

VITA

Auctore S. Magnobodo

EX IMPRESSIS.

PRÆFATIO.

Tempus, quo Vitam scripsit & monumenta quibus usus est.

IN Christi nomine, ego Magnobodus episcopus, ac si peccator, ecclesiæ Andecavæ, secundùm titulos Justi presbyteri *a* Vitam sancti Maurilii episcopi & confessoris, ut rusticitas mea compos fuit, simpliciter planéque, quantùm potui, explicavi, in anno decimo ordinationis meæ, & in anno trigesimo sexto principis nostri domni Clotharii regis *b*, filii Chilperici regis, cum fidelitate paterna & amore fraterno *c*.

a

B

b

c

Necessitas & scribendi utilitas.

2 Quidquid in religiosis Sanctis suis Domini gratia operatur, omninò sileri non potest: nam quia pauperes spiritu facti pro Christo fugitiva contemnunt in mundo, mercantur in cælis lucra æterna, & in terris excitant in laudem Dei fidelium populorum præconia: ferunt ergo in lacrymis, metunt in gaudiis.

ANNOTATA.

a *Ex his liquet, quibus in S. Maurilii Vita conscribenda monumentis fuerit usus S. Magnobodus.*

b *Hujus nominis II intellige, qui in Chilperici patris interfecti regnum successit. Annum Clotarii hujus 36 in annum Christi 620 incidisse, quisquis Vitam hanc typis edendam curavit, in margine annotavit. Conforme est Chronologiæ Philippi Labbei, qui eadem Chilperici, regnique Clotarii II initium anno Christi 584 affigit: si enim ad annos 584 addideris 36, pervenies ad annum 620.*

C *Nec dissentit Henschenius noster in tribus Dagobertis Francorum regibus, licèt Pagius Chilperici eadem & initium regni Clotarii II anno 587 illiget, in cujus sententia S. Magnobodus Vitam S. Maurilii scripsisset anno Christi 623.*

c *Præfatio hæc in apographo impresso ab iis, quæ sequuntur distincta est. Sequentia verò ibi leguntur sub titulo prologi.*

VITA.

S. Maurilius, relictâ patriâ, S. Martinum adit, à quo sacerdos consecratus recedit.

BEatus igitur Maurilius sub Juliano Cæsare *a* terrenam patriam pro Christi amore despiciens, humilis exul in Gallias adventavit, jam lector ordine, viam sanctæ paupertatis secutus. Nam de genere nobili *b* veniens, patre defuncto, matrem superstitem reliquit, cum facultatibus universis, quas in Mediolanensium urbe possederat, unde natalibus claris fuerat oriundus. Itaque beatum Martinum virtutibus clarissimum, jam tunc Turonicæ civitatis episcopum expetiit; qui eum gratanter suscipiens, subdiaconum, & diaconum ordinavit, & ei postmodùm onus presbyterii tradidit; secum quoque jugiter ad negotia ecclesiæ pariter procuranda retinere voluit; sed tunc obtinere non potuit. Itaque se invicem osculantes & mœsti multùm ab sese digressi sunt; & ille solitudinis habitationem maximè desiderans, abiit viam suam. D

a

b

Fano idolorum, igne precibus suis cælitus impetrato, in cineres redacto, templum in eodem loco ædificat.

2 Audiens vir Dei Maurilius, quòd fanum esset antiquissimum in territorio civitatis Andecavæ, loco, qui nominatur Calonna *c* super littus Ligeris *d*, ipsum fortiter expugnaturus incredulitatis fomitem, illuc constanter advenit. Ibi post multam prædicationis & abstinentiarum instantiam, tantum ejus magnanimis oratio obtinuit à Domino, ut ignis de cælo manifestè lapsus templum illud cum delubris suis repentè voraret, ad similitudinem videlicet antiquæ virtutis beati Eliæ prophetæ, cujus oratio sancta ad zelum Dei in impios exercendum, ignem divinum demitti cælitus impetravit. Igitur mundato divinitus loco, ecclesiam Christi ibidem fidelis Famulus construxit, vicumque instituit, ubi & conversatus est, usquequò onus episcopatûs accepit *e*. Quantas autem ex tunc inibi virtutes Dominus per eum operatus est, non est nostræ facultatis præ paupertate sermonis exolvere. Sed tamen vel pauca recensere de plurimis, secundùm quod parvitatis nostræ vires suppetunt, ad laudem Domini ac beatissimi Confessoris venerationem conemur.

c

d

e

E

Varia miracula. Manus aridas, energumenam & cæcam,

3 Erat in villa Pociacense homo *f*, nomine Saturnus, per longum temporis tractum manus ambas habens aridas: qui ad beatum virum Dei Maurilium pro sanitate postulanda profectus, cùm noctem unam ad vigilias ejus pernoctâsset, facto diluculo, ad pedes ejus se prosternit, deprecans, immò obnixa credulitatis suæ ostentatione compellens, ut signum Crucis super manus ejus faceret; quo facto, statim restitutæ sunt sanitati, atque aptatæ diu negatis usibus operandi. Nec longo pòst tempore, ecce & mulier, quæ à dæmonio vexabatur jam multis annis, ex qua infestatione tyrannica etiam cæca facta fuerat, ad Sanctum Domini à fidelibus viris adducitur. Quam ubi beatus Vir præsentem sibi factam vidit, mox eam diabolus reliquit. Pariter & mens sana rediit, & oculi ejus, quod vis inimica abstulerat, lumen receperunt, præbentes fœminæ ducatum proprium, quæ paulò antè venerat alieno.

f

F

morsum venenosum curat.

4 Cùm quidam pastores pecora sua vigiliis noctis pascentes solicitè custodirent, unus ex eis latenter mordetur à vipera *g*: & cùm jam vi veneni in se grassante, semivivus factus esset, ad sanctum Maurilium jam in illis locis famosæ potentiæ medicum desperatus adducitur: qui, ut eum vidit, de saliva sua in os pueri per universa membra tumescentis immisit, & continuò peste, fugata, reddita est sanitas. Sicut enim beatum Paulum apostolum quondam vipera mordens ad interitum non læsit, ita nec puerum hunc, apostolici viri Maurilii medicante virtute mirabili.

g

Sterili mulieri filium precibus impetrat.

5 Erat mulier in ipsis finibus sterilis diutiùs permanens; quæ multùm priùs præ pudore matronali cunctata, necessitate tandem compulsa, à S. Maurilio petiit, ut oraret Dominum pro ipsa, quatenùs ei filium daret, qui & ad ipsam ecclesiam devotus Domino deserviret. Exaudivit Dominus preces servi sui Maurilii: mulier concepit, & peperit filium; qui secundùm vota parentum divinis traditus officiis, eidem ecclesiæ Calonnensi longo tempore deservivit. Verè consequens est sententia sicut ab Anna per gratiam

Do-

A Domini genitus est Samuël, qui sacerdos Dei & propheta servivit in templo, ita & puer iste. Idem enim etiam post beatum Maurilium pontifex factus, præsedit ecclesiæ Andecavensi *h*.

h

Idola destruit, monasterium construit,

6 Remanserat diutiùs juxta oppidum ipsius vici Calonnæ collis, qui vocatur Prisciacus, diversis adhuc idolorum titulis repletus; ubi sancto Spiritu revelante, Vir beatus cognovit, tempus sibi à Domino præstitum illam quoque animarum fraudem destruendi; ad ipsum locum iter direxit. Cúmque illuc perveniſſet, statim in aëre dæmonia cœperunt clamare: Quid nos & hîc persequeris, Maurili? nullus est locus quò te evadere possimus. Ille autem festinans, neque quidquam motus ad plenam venenosæ malignitatis querimoniam, quidquid ibi fuerat congregatum ex diversis idolis, igne cremavit, & monasterium ibi proximè constituit, quod permanet usque in præsentem diem ad gloriam Domini nostri Jesu Christi, & memoriam inclyti Maurilii confessoris.

febricitantem sanat.

7 Monachus nomine Clemens febribus quartanis jugiter annis tribus vexabatur. Cúmque tandem eulogias *i* sanctissimum Virum postulâsset, & ille ei libenti animo præstitisset, illicò ut fumus, languor iste diutinus evanuit, & sospitas optata successit.

i

B

Mancipium servitute,

8 Prætereuntibus quadam die per ipsum Calonnæ prædium negotiatoribus, qui solent inter alia commercia etiam homines captivos venundare, unus ex eisdem captivis, qui tanquam merces quælibet ducebantur venales, confugium in ecclesiam fecit. Beatus Maurilius supplex ad dominos precator accedit, ut miserum redimere posset. Tunc illi humilem superbè spernentes precem, ausu temerario fugitivum de ecclesia rapere cœperunt. At ille multò magis tunc trepidus & vociferans, ait: Serve Dei succurre captivo. Illicò tanta febris dominum unum, qui erat cæteris pertinacior, accinxit, ut spiritum propè redderet *k*. Sed ut erat beatus Maurilius misericors, Dominum precatur pro impio, reddita est ei sanitas, & captivus continuò relaxatur à servitio, liber factus ex mancipio.

k

alios naufragio eripit.

9 Quomodo, Christo propitio, naves necessariæ humanis usibus negotia deportantes, die noctúque per Ligerim discurrentiam habent; aliquando quædam earum grandi mercium onere refertæ, subita perturbatione, flante Austro, cœperunt mergi, sub ipso, ubi Sanctus habitabat, cœnobio. Clamaverunt itaque unanimiter nautæ, mortis metu & tristitiâ confecti. Tunc beatus Maurilius ad eorum voces commotus primò, sed mox intrepidus per fidei constantiam factus, contra tempestatem salvaturus naufragos egreditur. Moxque ut oravit Deum, periclitantibus tranquillitas subitò divina virtute facta est, & illæsi nautæ iter, quod cœperant, perrexerunt.

C

Furtum punitur divinitus.

10 Cùm pro subsidio humanæ infirmitatis Vir Dei asellum haberet, quem sedere ipse humilis sessor consueverat, vespere quodam, ubi diem nox clausit, furtim ei ab impio prædone ablatus est. Sed quid infelici contigit, qui hoc ausus fuit sacrilegium perpetrare? Dæmonio arreptus per totam noctem fugam celerans, & nihil tamen promovens, frustrato labore, vagabundus eluditur. Luce verò primâ sancto Viro asinum suum divina coactus virtute repræsentat; quem ut Sanctus Dei conspexit, velociter eum dæmon reliquit. Effugato latrone, clementissimus Judex reum suum reputans non furem, sed custodem, tres ei aureos dedit, sicque & animal recepit & hominem absque culpæ noxa ad propria abire permisit.

A. S. MAGNOBODO.

Ægrotantem sanitati restituit.

11 Matrona nomine Amelia ex nobili senatûs genere veniens, longam ægritudinem incurrerat, & per annos duodecim tenebatur quotidiè ingravescente morbo. Tunc parentes ejus ad beatum Maurilium precantes accedunt, ut eam visitaturus pro mercedis supernæ causa adesse deberet. Timens Sacerdos futurum Domini judicantis in immisericordes dictum: Infirmus fui, & non visitâstis me, cum ipsis ad eam perrexit. Et domum ingressus, ubi manu sua cum oratione unctionis oleum in ægrotam fudit, illicò mulier super pedes suos stetit, & incolumis gratias Deo egit, quòd per sanctum Maurilium citissimam recepisset sanitatem, quæ priùs magna ex parte in medicos facultates suas perdiderat: unde remedia nulla receperat, sed & deterius ei semper contigerat in contagione morbi.

Ecclesiâ Andegavensi Pastore suo viduata,

l

E

12 Cùm talibus vir Domini Maurilius in Calonnensi vico claresceret conversationis atque miraculorum insignibus, evenit ut Andecavæ civitatis episcopalis sedes nudaretur à pastore *l*. Ergo, ut est consuetudo, collecti in unum sacerdotes, & cunctus populus conglobatus ad substituendum præsulem, quasi vir unus cœperunt intra se mussitare, quis de eis pontificatum accipere potuisset. Sed, variante consilio, & per favoris noxialis scissuras in diversa partito, stare non potuit, quod à Deo non fuit, ut Propheta ait: Cogitationes hominum vanæ sunt. Eligebantur enim non veri pastores, sed qui in ipso officio sua, non Jesu Christi lucra quærerent, quique, quod periisset, in Dominico grege solidare non possent.

Populoque in novi episcopi electione dissidente,

m

13 Cùm ergo dissidentia inter se taciti consilia volverent, ecce pro hac ipsa electionis causa solicitè festinans beatus Martinus pontifex ecclesiæ Turonicæ sanctissimus in Christo Sacerdos affuit *m*, cui scilicet & per sanctitatis meritum, & per metropolitanæ sedis privilegium potestas erat eligendi pontificem. Ait ergo ad eos: Viri fratres audite me; quod à Deo electum est, hoc erit; non vobis durum esse videatur. Maurilius presbyter ecclesiæ Calonnensis, jubente Deo, ipse erit vobis pontifex. Tanti authoritate censoris illicò, compressis partium studiis, omni morâ postpositâ, ad Virum diriguntur nuntii, mandatum accipientes, velit nolit, ad urbem cogatur venire. Ille autem, ut erat mitissimus, atque ut reliquarum virtutum, ita quoque sanctæ obedientiæ munere plenus, non contempsit imperium, sed adimplevit præceptum. Quo ingresso in ecclesia coram universa inspectantis plebis frequentia, ad manifestandam gratiam Domini, columba super caput ejus descendit. Quo viso, omnis multitudo ad beati Martini genua se prostraverunt, non alium conclamantes, quàm Maurilium dignum esse episcopatu, non ab hominibus electum, sed à Deo sibi præsulem manifestatum. Ubi verò super caput ejus vir Dei Martinus manum posuit ad sacram benedictionem tradendam, tunc columba rursus circumvolans, ipsius consecrationis aditum dedit. Frequentiùs postea beatus Martinus cum gaudio in memoriam revocabat, quòd certissimè Spiritus sanctus, & angelorum chorus ad ipsam benedictionem affuisset.

Maurilius, consulente S. Martino, eligitur. Claret virtutibus.

14 Hic itaque pastor ovium factus & unus ex apostolicis Domini sacerdotibus electus, tantâ virtutum præditus erat gratiâ; ut signa per eum non minùs, quàm dudum per apostolos Domini fierent. Nam dæmones verbo tantùm fugabat, ægros

A. S. MAGNOBODO.

gros ſola oratione curabat, ſed & cæcis viſum reddebat, paralyticos ad ſtabilitatem corporis revocabat; & multa alia ſunt ejus miracula, quæ, cùm ſcripta non ſint, etiam nunc ore hominum celebrantur. Talis igitur in eccleſiam Domini refulgebat, apoſtolicæ ſimplicitate vitæ, & cordis puritate; totuſque in Chriſti famulatu die noctuque ſine intermiſſione pro grege Chriſti, qui ſibi fuerat aſſignatus, in vigiliis & eleëmoſynis conſtitutus ad arma cæleſtia ſe converterat, ut hoſtis antiquus nullam ex ovibus ſibi commiſſis, quantum in ipſo erat, morſu lethifero lædere poſſet.

Cæci ab utero matris oculos aperit,

15 Cùm ad baſilicam beati Petri apoſtoli more ſuo pervigilem quamdam noctem duceret, cæcus ab utero matris ſuæ lumen incognitum à Servo Dei ſibi tribui cum fletu obſecrans poſtulavit. Ubi beatus Maurilius ſignaculum vivificæ crucis ſuper oculos ejus fecit, erumpente ſanguine, repentina lux intravit. Homo ipſe ad eamdem baſilicam ſe tradens omnibus diebus vitæ ſuæ fideliter deſervivit, & virtutum ſervi Dei Maurilii teſtimonium admirabile fuit.

B

diei Dominicæ violatorem punitum divinitus pœnâ liberat.

16 Nec prætereundum eſt, quod contigit in publico. Ut ſe in multis humana habet cupiditas: quidam vir agricola die Dominico, aſſumpta ſecuri, præſumptuoſo ordine cœpit manibus ſuis ruralem operam reddere. Statim eum ultio divina manibus ad ipſum ferramentum aſtrictis damnavit. Poſt menſes quinque ad ſanctum Maurilium properans, & pœnam demonſtravit ſuam, & ordinem culpæ confeſſus eſt. Mox ut manubrium ſecuris ſanctus Vir, miſeratus anxium, in manum ſuam accepit, manus damnati reſolvuntur, & ut antè fuerant, in uſus incolumitatis revertuntur. Redit homo correptus à Deo, & à Sacerdote ſuo mundatus.

Alteri cæcitate percuſſo lumen oculorum reſtituit.

17 Nec iſtud quoque in oblivione per taciturnitatis noſtræ negligentiam ponere poſſumus aut debemus, quòd aliàs rurſus in conſimili re factum eſt miraculum. Belgicus quidam nomin .... mancipia ſua primo die Paſchæ crudelitate & avaritia ſeductus, ſegetes ſuas mundare præcepit. Ubi coacti importuno imperio famuli cœperunt noxia graminia evellere, confeſtim dominus eorum prius jam in mente cupiditate cæcus, oculorum quoque cæcitate percuſſus eſt. Tandem ſerò impietatis & irreverentiæ ſuæ pœnitens, rogat, ut egrederentur, nec magis intempeſtivo labore in fatis mundarent. Quid ageret infelix neſciens, quò ſe verteret ignarus, tandem palpitando ducatum quærere cœpit, qualiter reverteretur domum. Poſt hæc annos tres in eadem cæcitate perduravit, dum demum ſanctus Maurilius diœceſim circumiret pro populi benedictione, rogat Belgicus longa ſatisfactione emendatus, & jam aliquando fidei igne accenſus, ut veſtimentum Sacerdotis tangere mereretur: quo facto, lumen oculorum, quod per negligentiam ſuam amiſerat, per Sacerdotem Dei recepit.

C

Frugum ſumma abundantia toto S. Maurilii epiſcopatûs tempore.

18 Nec obliviſcendum eſt in populis, quòd ex corporali præſentia ſanctiſſimi Præſulis totius populi Andecavenſis generalis fuit profectus. A die ordinationis ſancti Maurilii uſque ad tranſitum, tantæ urbem Andecavanam ubertatis abundantia replevit, ut forum publicum in pretio alimoniarum nec minueretur, nec adderetur. Cuncti populi repleta erant horrea ex ubertate tritici & vini: ceſſaverant enim bella, pax bona terræ multiplicaverat: cunctam quoque plebem repleverat charitas cum reliquarum virtutum, & bonorum morum conſequentia, ut eos Paſtor bonus apoſtolicis docuerat monitis pariter & exemplis.

D

Rupem à dæmonibus inhabitatam mundat, templumque ibidem ædificat.

19 Erat in pago Commonico rupes excelſa, arborum diverſarum genera multa habens, in quem lucum ex pagano adhuc ritu retenta conſuetudine, tanta ſtultorum hominum ſingulis annis turba conveniebat, ut diebus ſeptem ſolemnia ibi ſacrilega exolverent bacchando, & choros gentiles ducendo; ſed & frequenter poſt vina & epulas inſurgentes in ſe multorum cæde mutua ſanguinem effundebant. Quod dolens Maurilius pontifex quadam die unà cum fratribus ſuis ad eum locum perveniens, tota nocte in oratione perdurat. Ad gallorum cantum tantus fœtor de loco egreſſus eſt, ut vix tandem Vir Dei cum ſuis ibi inhabitare poſſet: quo videlicet ſigno eliminatæ gentilis & dæmoniacæ ſpurcitiæ palam omnibus dato, & per hoc ruſticanorum quoque turbis ad deſtructionem ſuæ ſuperſtitionis animatis, luce prima ſanctus Præſul arbores incidi & igne cremari præcepit; & ædificatâ ibidem eccleſiâ gloriosæ Mariæ Matris Domini, locus ipſe, abolito etiam vocabulo, quod antea ex ſuperſtitionum obſervantia uſurpaverat, à naturali poſitione ſitûs nomen accepit, Caſtrum Petræ.

E

Cenomano rediens contractum ſanat.

n

20 Cùm evocatus fuiſſet beatus Maurilius ob fratrum viſitationem Cenomanicam civitatem *n*, revertente eo poſt negotium confectum in pace, ad Pontem-Leugæ jacebat puer, quem parentes ejus obviam venienti ſancto Antiſtiti poſuerant; qui omnem compagem membrorum obvolutus, ita ut glomus involvi ſolet, tenebatur aſtrictus. Ad beatum Pontificem ululare miſeri parentes pro filio infelici cœperunt, ut utriuſque miſereretur. Nec aliud Sacerdos facere potuit, non abſque importunitatis violentia, petitione plebis inſtante, quàm conſueta clementia cogebat, & Domini ſuggerebat voluntas. Proſternit ſe in orationem diutiùs; nec longa interfuit mora, illo orante cœperunt contracti membra paulatim extendi, & venæ ſuos agnoſcere diſcurſus. Apprehenſa tandem à Præſule ejus manu, protinus erigitur. Læti parentes cum filio incolumi reddito vadunt domum, laudantes Deum & glorioſi Pontificis merita prædicantes.

Navi ſine remige ad eum deducta, flumen tranſicit.

o

F

21 Cùm ad Ledi *o* fluvium perveniſſet nullam ibi paratam reperit navim, ſed totæ ulteriori ripæ fluminis tenebantur. Nullum fuit intervallum, ſine humano ductu omnes ſimul ad eum per tranſverſum amnem diriguntur. Vir Dei gratias egit Deo, qui ſibi per mirabilem rerum famulatum tam citò navalem præbuit evectionem. Sed & nautis, qui poſt tempus advenerant, & factum cernentes aſtabant ſtupefacti, mercedem reddidit ſui officii non laboris.

dæmonem è furibunda vitula ejicit,

p

22 Villam Gerciacum *p* ipſe Sanctus, datâ pecuniâ, comparaverat in poſſeſſionem matris Eccleſiæ, ut alimenta præberet captivis, viduis & pupillis, ſimulque & clericis fratribus ſuis. Eam cùm die quadam circumiret, ecce vitula amens, obvios omnes furibundè cornu petens, in eum cum mugitu torvo fremens, rotatimque ruens veniebat. Extendit è contra dexteram ſuam interritus Sanctus Dei, & diabolus de capite vitulæ in ſpecie corvi egreſſus, velut nebula evanuit, multis eorum, qui præſentes aderant, oculis eum videntibus. Mox bucula manſuefacta tanquam ovis, furore depoſito, relicti armenti conſortium repetivit.

undas ſedat.

q

23 Quadam vice dum beatus Maurilius per fluvium Meduanæ *q* navali evectione cum ipſo aquæ decurſu deſcenderet, navicula cœpit mergi, fluctu intumeſcente: ſanctum verò Dei Sacerdotem ex nocturnis fatigatum vigiliis ſopor oppreſſe-

A ferat. Accedentes socii suscitaverunt eum dicentes : Quid est, quod agis ? jam perimus. Ille clementer respondens, ait eis : Vosmetipsi hoc facere potueratis, fratres. Et acceptâ ampullâ, ubi sanctus liquor erat, fudit in fluctus oleum cum oratione, & mox unda cessavit, sub momento tranquillitate reducta.

Moribundum incolumitati reddit,

24 Absente fortè sancto Maurilio pontifice quadam die, unus de numero famulorum ecclesiæ vehementem febrem incurrit. Defertur in ecclesiæ sacrarium, ubi suspiria & singultus mixtasque lacrymas super eum deducebant oculi sociorum. Jam quidem cathecumenus erat. Subitò Dei voluntate adveniens beatus Maurilius in ipso jamjam futuri exitus articulo, præcepit, ut egrederentur cuncti foràs; ipse singularis cum puero remansit, qui vix tandem supremo spiritu palpitabat. Unius horæ spatium moratus Servus Dei, ecce egreditur cum puero integræ sospitatis lætante munere repentino.

Leprosos mundat.

B

25 Miseris fœdatos vulneribus duos leprosos sanctus Dei confessor Maurilius, verbo tantummodò medicante, curavit. Nam alimoniæ stipem poscentes pius Pastor multò majore, quàm peterent, commiseratus clementia, subitò cutis reparato decore, insperatæ sanitati restauravit.

Vitæ ejus austeritas.

26 Quod ad animæ salutem, & ad sanctæ parsimoniæ exemplum actum est, quis libenter non audiat ? Cùm sancti dies Quadragesimæ adveniebant, erat ei aridus cibus, panis hordeaceus, quem ipse manu molebat, quia & hoc voluntas boni operis exigebat ; addensque salem & aquam, hoc pro summis ducebat deliciis. Sed tamen non ideò macilento colore torpebat, non pallens erat vultu, sed semper, mirum dictu ! robustus in attrito corpore, ut rosa resplendebat in facie, ut quodammodò integritas animæ appareret in vegeto corpore. Navigii ergo sui indefessus vela tendebat, pedem his diebus in publicum. Ciliciis carnem terebat assiduè ; & tamen, ut dictum est, corpore alacri mens robustior erat in Christo.

Mortuum ad vitam revocat.

r

C

27 Quod factum est ad ecclesiæ Dei ædificationem, miraculum manifestatum est universo vicinarum terrarum spatio. Cùm electus Dei S. Maurilius hyemis tempore ad vicum Saponariam *r*, pro necessariis gregis sui iter illud suum incessabile faceret, ita mors subita contigerat, ut ibi peregrinus quidam à longè exul repentè interiisset, & feretro compositus, parato jam sepulcrò, condendus jaceret. Cùm super eum pauperum turbæ lacrymarum deducerent fletus, adest Pontifex : nec aliud possumus, quàm quod divina virtus per Servum suum mirabili complevit effectu. Prope enim defuncti corpus, aliis mœrentibus, affuit misericors Pastor, & dum astantes de re sepulcri loquerentur, Sacerdos Domini misericordiâ profundiùs tactus in orationem prosternitur, & invocat diutiùs Deum authorem vitæ. Cumque persisteret in perseverantia precis, cadaver de morte vivificatum surrexit, ad instar videlicet virtutis Elisæi sancti prophetæ de parvulo defuncto & misericorditer suscitato.

Pauperrimè vivit. Eximiæ animi & corporis dotes.

28 Ab episcopatus sui primordio usque in finem sanctus hic Antistites suppellectilem vilem habuit, & victum pauperem, ut per omnia canonicam adimpleret sententiam. Quod impossibile forsitan homini videatur, sed credentibus, Deo præstante, possibile est ; jam nonagenariam pervenerat ad ætatem, ut non doleret stomachum, non viscerum cruciaretur injuriâ, non sicca humus crebriùs superjacentia sibi membra confregerat ; sed sanus corpore, animo sanior, parsimoniam & solitudinem putabat esse delicias. Nam & in urbis frequentia Vir prudentissimus inveniebat sibi eremum monachorum. Genua ejus quadam duritie ad instar genuum camelorum, flectendo ea pro populo suo, per orandi frequentiam occaluisse perspectum est. Nos de innumerabilibus ejus bonis, & maximè per ipsum, quantùm potuit, occultatis, paululùm quid, quod scire possumus, explicamus. Cæterùm ille intus apud se, quod elegit, arripuit, tenuit, cœpit, implevit. Sanè in communi foris conversationis habitudine nihil illius severitate jocundius, nihil jocunditate severius, nihil risu tristius, nihil tristitiâ suavius. Cùm continentiam indicaret, non redolebat ostentationem, sermone silens, & silentio loquens : nec citus nec tardus incessus ; idem semper habitus, neglecta mundities, & inculta vestis : cultus ipse sine cultu. Sola vitæ suæ æqualitate promeruit, ut in urbe pompæ, lasciviæ & deliciarum, in qua humilem esse miseriæ est, & boni eum prædicent & mali detrahere non audeant, sacerdotes omni veneratione suspiciant. Revertamur illuc, unde initium narrationis sumpsimus. A. S. MAGNOBODO.

Pia ejus mors.

E

29 Jam beatus Maurilius senectute bona confectus, & adesse sibi desideratum sui obitus sentiens diem, ædificavit cryptam duplicem sepulturæ suæ, ad exemplum patriarchæ nostri sanctissimi Abrahæ. In secundo ergo ordine sacerdotii XL annis ecclesiam regens, in pontificalis autem apicis dignitate XXX *ſ* annis præsidens cathedræ, pius Pastor animam, qualem de lavacro sacri baptismatis sumpserat, Idus * Septembris Christo reddidit, lætantibus sanctis angelis, & in gaudia superna suscipientibus eam. Alumnis verò, quos in convalle terreni incolatus relinquebat, pro destitutione sua mœrentibus, quos tamen Pater piissimus, nec cùm defunctus est, deseruisse se per affectum dilectionis manifestæ aperuit, cùm eos etiam in funere suo consuetarum sibi virtutum ostensione relevavit.

ſ

* Idibus

Miracula ejus in sepultura. Cæci illuminati. Infirmus curatus.

30 Cùm igitur corpusculum sanctum deduceretur sepulturæ suæ tradendum, occurrentes ei duo gemini fratres, ambo oculorum luce orbati, pariter sunt illuminati, & confestim sanctas exequias sine alieno ducatu cum laudibus prosecuti. Quidam quoque homo XXVIII annis tenebatur in lectulo languore vehementi ; qui ipsâ horâ funeris venerandi, mox, ut voces psallentium audivit, totius immemor debilitatis exiluit agilis ut cervus, & usque ad feretrum, ubi Sanctus deferebatur, perveniens, antiquam mirabatur se subitò recepisse sanitatem. Jam verò, eo sepulto, venerabilem quoque pausationis illius tumulum virtus divina magnis miraculorum insignibus clarificat, cùm ibi quoque fiant virtutes assiduæ, & tribuantur divinitus per merita sacri Confessoris Christi & animarum & corporum sanitates multimodæ, ut benedicatur cum gloria & laudibus nomen Domini Dei vivi, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui est gloria cum eodem æterno Patre & Spiritu sancto in omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Vide Commentarium num.* 18.

b *In Vita, quæ Gregorii Turonensis putata fuit, universam ferè Hesperiam sub ditione sua* S. Maurilii *patrem tenuisse legi, in Commentario dictum est. Auctor Apologiæ adversus Launoyum pro S. Renato editæ hoc loco non universam Italiam, sed solam eam Italiæ partem significari existimat, quæ*

A. S. MAGNOBODO.

Ciſalpina Gallia nuncupatur. Nos tantam Sancti nobilitatem à S. Magnobodo non expreſſam incertam reliquimus in Commentario num. 17.

c *Galliæ vicus in Andenſi comitatu. Quatuor circiter Andegavo milliaribus diſtat.*

d *Galliæ flumen, quod linguâ ſuâ* la Loire *nuncupant, notiſſimum eſt.*

e *Si Launoyo credas,* 40 *ibidem annos habitavit* S. Maurilius, *cùm ad epiſcopatum uſque in hoc vico permanſiſſe dicatur. Nobis probabilius eſt, Sancti habitationem* 10 *ſolùm annis ibi duràſſe. Vide Comm. prævium circa finem.*

f *In altera ſæpè laudata Sancti Vita legitur:* In villa Potiacinſe. *Neutro modo invenire potui. Suſpicor tamen Podium Andegavenſe ſignificari, Galliæ in Andegavenſi provincia oppidulum, tribus à Salmurio in Meridiem milliaribus, & octo Andegavo diſſitum.*

g *Illud non procul à Calonnæ vico contigiſſe veriſimile fit ex eo, quòd vicus iſte viperis abundare paſſim tradatur.*

h *S. Renatum intellige, qui* S. Maurilio *in vulgatis epiſcoporum Andegavenſium Catalogis in epiſcopatu ſucceſſiſſe traditur, & de quo in Vita altera prodigioſa poſt ſeptennium narratur reſuſcitatio. Vide Commentarium prævium num.* 23.

B

i *Munera quædam: Panem v. g. benedictum, quo à Sancto impetrato, febribus liberatus eſt.*

k *De illo egimus in Comm. prævio num.* 21 *& ſeqq. ubi & videri poteſt, quomodo res eadem in Vita altera narretur.*

l *Proſpero ſcilicet, quem* S. Maurilii *deceſſorem fuiſſe, ex Andegavenſium epiſcoporum Catalogis liquet.*

m *Vide Comm. prævium* § IV *per totum.*

n *Urbs Galliæ perampla & provinciæ cognominis caput. Sita eſt ad Sartam fluvium, ubi recipit Huiſnam.*

o *Ledus eſt Galliæ Narbonenſis amnis, quem linguâ ſuâ* le Lez *nuncupant: ſed dubium non eſt, quin hîc ſignificetur Lædus Gallicè* le Loir. *Fluvius hic in Perticenſi provincia ortus, Carnutenſem Belſiæ tractum defluit; dein varia alluit loca, & tandem paulò ſupra Andegavum in Sartam amnem ſe exonerat.*

p *Non reperio. Credo tamen prædium aliquod in Andegavenſi diœceſi ſitum ab auctore ſignificari, quod Sanctus eccleſiæ ſuæ emit.*

C

q *Fluvius Galliæ linguâ ſuâ* la Mayne *dictus. In Normanniæ limite ortus per Cenomanos fluens Meduanam urbem & Lavallium rigat. Supra Andegavum auctus Sarta & Lædo fluminibus in Ligerim ſe exonerat.*

r *Reperio ſuburbium Tulli urbis Lotharingiæ Saponariam fuiſſe appellatum: ſed hoc loco illud ſignificari, non puto.*

ſ *Vide Comm. prævium circa finem.*

MIRACULA

Auctore Harmero.

Ex Ms. Codice Remenſi.

Sanctorum enarrare virtutes arduum eſt:

SAcramentum Regis cæleſtis amplificare proficuum eſt, opera magnitudinis ejus per Servos ejus perpetrata divulgare perſpicuum eſt. Nam quoties fidelium, Sanctorumque ejus laudamus ac recitamus admiranda præconia, toties ineffabilia ipſius prædicamus virtutum inſignia; quia, quam palmites ubertim in populo vinitoribus expediunt copiam puri liquoris, meritò ad radicem vitis refertur munus profluæ fertilitatis, dicente ipſa Veritate: Ego ſum vitis vera, vos palmites. Et iterum: Qui manet in me & ego in eo. Ergo advertere poſſumus & clariùs intueri, quia ſicut uvarum opulentia abſque vitis incremento proferre non valet conſuetam vini abundantiam, ita nec Sanctorum prodigia ſine Chriſti recoluntur adminiculo. Unde in ſequentibus idem ait: Sine me nihil poteſtis facere. Et Pſalmographus admirabili inſtinctu conſiderans ineffabilia Sanctorum merita veridica approbatione ab omnibus eſſe recitanda, pſallendo exclamavit: Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Et iterum ſapientiæ imitator: Laudemus viros glorioſos parentes noſtros in generatione ſua. Hæc talia proferentes, operæ pretium eſt, ut ad liquidum, quæ hactenus protelando diu diſtulimus, edicere ſatagamus, & Operis noſtri ſeriem intimare procuremus. D E

hinc miracula à S. Maurilio perpetrata recenſere aggreditur.

2 Vitam ſiquidem ſancti ac beatiſſimi Maurilii Andegavenſis epiſcopi facetа ſatis urbanitate à ſucceſſoribus ejus expolitam eſſe profitemur, & quæ corporis nexibus aſſuetus egit, & quæ poſtmodùm hominem exuens, Chriſti favente clementiâ, facere dignatus eſt. Sed reſtant plurima, quæ tempore moderno acta ſunt, ex quibus multa oblivioni tradita ſunt: quædam verò, ut modicitas noſtri parvi fomitis prævalet, & quæ à veridicis comperta ſunt, cernua vernulitate ad profectum multorum, Domino annuente, edicere aggredimur.

Sacrum inſpecturi corpus precibus vacant, a

3 Tempore igitur quo Neſingus *a* venerabilis inſulam epiſcopalem hujus ſedis nactus, Chriſto auſpice, plebem ſibi creditam monitis, exemplis moribuſque benevolis regere videbatur, decretum eſt ab eo, & ab edititiis ejuſdem ſanctæ jam prædictæ martyris eccleſiæ Andegavenſis, ut pignora jam prælibati S. Maurilii epiſcopi, quæ longo jam dierum ſpatio ſub theca inculta, veternoſa cuſtodiebantur, viſere decernerent, & quæ à priſcis acta fuerant, inſpicerent, & qualiter ſanctiſſima regeretur gleba, loculumque ejus meliorando ditarent, artuſque perluſtrando elucidarent. Cúmque die prædicta, ut ſancitum erat, ad opus ventum eſſet, & more ſolito, januis baſilicæ jam prædictæ obſtruſis, intrò prædictus antiſtes cum paucis ſanctitatis ſpeculo deditis ingreſſus eſſet, orationibus precumque votis vacare cœperunt. F

poſt quas corpus, apertâ thecâ, ſuaviſſimo fragrat odore, b

4 Hiſce debitè peractis, ad Sanctiſſimi locum accedentes, baiulando ſuſtulerunt, quod ex loco, ubi diutiùs jacêre videbatur, in aram, ubi ſolenne celebrabatur officium *b*, deferentes, tantis continuò ſarcina oneribus caruit, ut omnes, qui inibi aderant, & ſibi adeſſe gratulabantur, in ſtuporem mentis converterentur, nimiúmque invicem hæſitantes ſuſpicati ſunt pro certo Sanctiſſimi non adeſſe membra, atque ad perniciem ſui ab antiquis ablata fuiſſe tutoribus. Itaque mœrore concuſſi, animiſque fauciatis, aperientes beatiſſimi Præſulis arcam miro & inedicibili ſtatim repleti ſunt gaudio. Nam repentè, ut, mauſoleo patefacto, conſpectæ fuerunt eximii Confeſſoris reliquiæ, odore perfuſi ſunt gratiſſimo. Vincebat enim omnia odoramentorum genera amœnus odor, & ultrà quàm credi poteſt, reſponſio ſuavitatis fragrabat. Aderat cum præſule ſupradicto Criſonphilax theſaurarius cum aliis officialibus clientibus, & arrectis auribus & viſibus nectareo fruebantur o-

A dore & ignoto, ut etiam in amænitate paradiſi & in aromatum ſurculis putarent ſe fuiſſe poſitos.

& reperitur incorruptum. Puella membrorum uſu deſtituta,

5 His itaque taliter peractis, geſtantes feretri interiora & conſpicientes pannulorum veterrima, ex quibus beatiſſima Maurilii obvoluta fuerant ſommata, ita membra inventa ſunt incorrupta, ac ſi ipſa die huic miniſterio deputata fuiſſent. Cúmque & huic ſimili modo attoniti detinerentur miraculo, & cordium imo grates & laudes referrent Domino, theſaurum, ex quo fruſtrati eſſe metuebant, cariſſimum, incontaminatum & abſque damni diſcrimine lætantes invenerunt, omniaque luſtrantes nec modica nec maxima defuêre, quæ ii invenirent amantiſſimi Paſtoris membra. Ergo, omnibus ex more completis, venerandum B. Maurilii corpus infra thecam digno opere conſtructam diligenti reverentia repoſitum eſt. Dum ergo in locum priſtinum, ubi ab antiquioribus collocatum fuerat, reportari à miniſtris decerneretur, ſuccolantes invicem tanto oneris pondere repentè ſanctiſſima corporis gleba aggravata eſt, ut quæ ante modicum poſſibile fuit ab uno deferri bajulo, poſtmodùm vix à quaternis deportaretur gerulis. Cúmque & in hoc facto Omnipotentis clementiam epiſcopus cum clero inibi adſtante collaudarent, ac metu gaudioque replerentur, de ſubitò puella quædam à parentibus delata eſt, quæ intra ambitum Andegavenſis territorii nata & enutrita, clenica *permanebat, & diu compagine membrorum diſſoluta, penitus ab omni officiorum genere extorris agnoſcebatur. Nam pedum baſes attritæ, tibiarumque ſtigmata contuſa, ac lacerti brachiorum humeris adnexi, vix ſoliditas manuum pectori adhærebat. Allata autem ab affinibus & in limine eccleſiæ projecta *, diutiſſimè in oratione perſiſtens, Dominum ſanctique Maurilii auxilium tota mentis intentione deprecabatur, quatenus membris ejus redderet ſanitatem & corporis incolumitatem.

B

* lecto affixa

* collocata

Sancto invocato, incolumitati reſtituitur.

6 Cúmque hoc vigili mente ageret, nutu divino erecta eſt, & ad locum beatiſſimi Viri velociter accedens, dicitur exclamâſſe: S. Maurili paſtor egregie, cujus merita & reliquiæ in hoc loco venerantur & requieſcunt, propitius eſto mihi peccatrici, ut per tuam almifluam interceſſionem merear ab his infirmitatis vinculis abſolvi, & ſana & incolumis à præſentia tui ſancti nominis abſcedere. Hæc dicens, continuò virtutem ſenſit adeſſe divinam, auxiliumque B. Maurilii congruum. Membra enim ejus & artus, quæ per longa dierum curricula debilitate tabuerant, & infirmitate diutina diriguerant, cœperunt repentè vires reſumere, virtutemque priſtini roboris abſque dilatione exercere. Pedum greſſus recuperabatur, crurum tibiarumque vigor expediebatur, manuumque ac articulorum officia dirigebantur. Quid plura? Omnium membrorum virtuti ſanitatique reſtituta, & ab altari S. Maurilii & ab eccleſia ipſius incolumis regreſſa ad redeundum domum (parentum auxilio enim eguit alieno) nec baculi ſuſtentaculo, ſed ſolamine corporis ſui corroborata, greſſibus pedum aſſcripta ad lares proprios regreſſa eſt, Chriſti virtutem collaudans ſuper ſe declaratam, ſanctique Maurilii clementiam, cujus auxilio priſtinæ fuerat ſanitati reddita. Quæ poſteà ad comprobandam ejus admirabilem virtutem & ad augmentum declarandæ pietatis ipſius arcana, ſecundùm natales ſuos & juxta morem priſci temporis maritali connubio conjuncta & nuptiali thoro connexa uſque in hunc diem domum propriam jure hæreditario ſibi conceſſam gubernare agnoſcitur, ornata filiorum genealogiâ ſobolumque propagine, narrans & teſtificans virtutum incrementa ſibi cœlitus conceſſa. Hæc ita eſſe, ut jam prælibati ſumus, mulier ipſa, de qua ratio agitur, adhuc incolumis & vitæ ſuperſtes, & multorum teſtimoniorum affirmat conſtipulatio *c*.

A. HARMERO.

c

S. Maurilium prodigiis in tranſlatione corporis factis, S. Martino aliiſque

7 Ergo ſi diligentiùs inſpicere volumus hujus S. P. N. Maurilii ineffabilia divinitatis dona à Deo ſibi collata, procul dubio invenire poſſumus, eum die ipſo, quo ſanctiſſimum corpus ejus à præſule jam prædicto & ab alumnis ejus conſpectum eſt, plurima perpetrâſſe miracula. Jam ut retrovertamus articulum. In tranſlatione reliquiarum ejus, duo ſenſêre miniſtri *d* admiranda jam demonſtrata cælitus prodigia, quæ ſub obitu * B. Martini, ſeu quando pignora illius tranſlata ſunt, & aliorum quorumdam Sanctorum ſæpiſſimè evenerunt divino inſtinctu: ut enim in geſtis jam dicti S. Martini, ceterorumque Deo amabilium recitamus Actis, dum exanimes & corporeis nexibus exuti, de loco ad locum deportari decernerentur, aliquoties pondere aggravata eorum ſandapila omninò immobilis permanſit, ita ut nec copiâ hominum nec capacitate virium ullatenus moveri poſſet. Sed cùm occulto illorum judicio, cauſa hominum arbitrio illorum famularetur, è contrario ſarcina corporis carere videbatur ſine difficultate onere ponderis, & quod dudum à multis impoſſibile fuerat transferri, hoc ab uno vel à duobus bajulabatur gerulis. Quod evidenti approbatione in S. Maurilii factum aſſerimus tranſlatione.

d

* obitum

E

ſimilem prædicat.

8 Ex odore verò gratiſſimo, quo officiales corpus illud infundunt mira conſperſione, particeps fuit multorum apoſtolorum aut martyrum ſeu confeſſorum collegium, quorum corpora Chriſti juvamine illorumque opitulante voluntate, dum à ſarcophagis ſubmoverentur, ſeu in alium commutarentur locum, ſeu divina revelatione diu ignota inveniri mererentur, mira odoris amœnitate præſentes impleri ſolebant, ut in multis eorum memoriam recitantibus, ſedula inquiſitione geſtis legimus. Si qui autem infirmi vel debiles huic agnitioni reſpectu divini Numinis aderant, à propriis continuò liberabantur injuriis *. Quod aptè in hujus Viri tranſlatione compertum eſſe ſcimus, dum præſentes odor perfundit amœnus, & paralyticam diu nodis infirmitatis obductam, mira celeritate curavit. Unde abſque ambiguitate magnis ſanctis Patribus conſors exſtitit, quorum tanta ſunt exempla, ut nec inveniantur ſcripta.

* infirmitatibus

F

Ad alia procedit miracula.

9 Et quid hæc narrando diutiùs immoramur? ſuperexcellunt enim actus ejus & mirabilia operum ejus, multorum virtutibus in hac ærumnoſa vita à Sanctis olim perpetratis; quæ, ſi quis veridica indagine perſcrutari cupit, ſumat codicem, qui de Vita ejus & miraculis pleniſſimè inſertus eſt *, ibique invenire poteſt tanta ſancti Viri magnalia, quæ nuſquam in aliis Sanctorum geſtis recitavit ſolertia. Sed reſtat, ut ad incœptam Operis noſtri ſeriem convertamus ſtylum, beatique Viri per ſingula explanando, quantùm divina donaverit facultas, enarremus miracula, ut à veracium comperta ſunt auctoritate, quæ res tantopere credibiliùs videtur, quantò à prudentioribus viris edocetur.

* ſcriptus

Cæco Sancti implorans auxilium

10 Erat præterea in ſuburbio civitatis jam prædictæ Andegavenſis colonus quidam, qui, infirmitate cogente diutina, lumen oculorum amiſerat. Hic fraudatus ab omni oculorum auxilio conductu fovebatur alieno; ſed tanta orbatus * cæcitate minimè ceſſabat quotidiè ingredi baſilicam,

* laborans

A. HARMERO.

ubi sancti ac beatissimi viri requiescebant pignora Maurilii, supplicans & obsecrans, ut virtus magnitudinis ejus super se dignaretur ostendi, & ab offuscantibus cæcitatis suæ tenebris, quæ eum undique possessum detinebant, eripere. Dum autem hæc indesinenter ageret, & minimè huic operi sedulus finem imponeret, supervenerunt dies sanctæ Quadragesimæ observationis, orationibus, jejuniis ceterisque competentis parsimoniæ virtutibus dediti, quos plebs catholica recolit ad minuendum peccati cumulum, & ad augendum meritorum igniculos. Siquidem juxta morem ecclesiasticæ sanctionis & antiquorum documenta Patrum, dies advenit, quâ clerus omnis, monachorumque contubernale collegium cum populo abstinentiæ se acriori obligans, in cinere & cilicio positus, pedumque indumentis ablatis, ac precum votis vacans, civitatem circuire solitus est, Sanctorumque patrocinia sedulè invocans, basilicas eorum summa cum devotione ingrediens, orationum munia inibi, quantùm Christi concesserit gratia, persolvere gestit.

* *lege* revertente &c. *lumen oculorum redditur*, *e* *f*

11 Revertens * autem supradictus clerus cum caterva populi ex basilica S. Licinii *e* & ingrediens oratorii januas Christi martyris Mauritii, interat jam prædictus cæcus altiùs inductione conductus *f* propriisque destitutus luminibus, deprecans Domini potentiam, ut, qui oculos cæci nati aperire dignatus est, ipsi quoque medelam illuminationis inferret; qui, cum ex aditu basilicæ alienis utens suffragiis *, psallente clericali concione, ad altare S. Maurilii sæpiùs prædicti appropinquare inciperet, dixit ad quemdam clericum penes se astantem: Domine, ut mihi esse arbitror, video manus vestras. At ille hæc audiens attonitis auribus admirari cœpit, si vera esse possent, quæ ab homine quondam cæco dicebantur. Ille verò deinde adjecit: Jam omne corpus vestrum intueor, & omnia, quæcumque facitis, patula videndo agnosco. Hoc sermone quàm plurimi advenientes, & in stuporem mentis *g* ..... continuò infit: Jam altare S. Maurilii thecamque ipsius in eo positam liberè video. Et protinus oculis patentibus & quodammodò more exultantis subjecit: Non solùm Sancti altare, sed omnem basilicam istam cum caterva clericorum aut * laicorum, & omnia, quæ in hac ecclesia aguntur, agnosco, & clarè video & lumen oculorum meorum, quod per annorum curricula amiseram, Christo propitio, sanctique Maurilii interveniente suffragio, non solùm recuperavi, sed etiam clariùs, quàm videatis, accepi. Hoc dicto, clamor illicò clericalis ac laicalis attollitur laudans & benedicens Dominum, qui facit mirabilia, & qui mirabilis est in Sanctis suis, sanctique Maurilii merita mirâ glorificat gloriâ.

B auxiliis

C &

qui, postatas Deo & Sancto gratias domum sive alieno reddit auxilio.

12 Jam prædictus olim cæcus, pristina recuperata claritate, apertisque oculorum suorum luminibus liberè & absque ullius conductu coram omni plebe per ecclesiam deambulabat mente alacri, S. Maurilii beneficiis gratias agens & confitens. Expletis autem laudum præconiis peractisque melodiarum votis, cæcus, qui fuerat, veraci illuminatus approbatione ad domum propriam regressus est absque ullius solamine, multis postea viveus annis. Sed hæc cœpta relinquamus & ad alia enarranda, ut inchoavimus, properemus.

Paralytico Sanctus apparens

13 Alius præterea quidam homo pernicitate paralysis undique dissolutus, vocabulo Amalricus, pluribus jam annis transactis in porticu ecclesiæ S Maurilii absque membrorum officio jacebat. Hic jam totius senio infirmitatis confectus, ut dictum est, ad januam basilicæ recubans, eleemosynarum stipendiis tam episcopi, quàm clericorum aut laicorum sustentari cognoscebatur. Membrorum autem & omnis corporis robore destitutus, quotidie intra ecclesiam repens manibus ac pedibus more reptilium semet ipsum trahebat; qui, cum per multam annorum orbitam ita æger & debilis, spe omni amissa reparandæ sanitatis, deficiendo tabesceret, supervenit dies cultu recolendus, qui in exordio quadragesimalis jejunii positus, Dominicus vocatur. Itaque clerus ad matutinorum solemnia in basilica jam sæpè dicti martyris venerandi Mauritii ex more, dato signo, consurgens, coacervatâ populi caterva, psalmorum hymnorumque melos concinendo depromere studebat. Inter quos aderat ipse, de quo loquimur, ægrotus, qui, ut jam diximus, omnium artuum defraudatus viribus, linguæ solummodò officio spem loquendi retinebat. Cúmque, ut jam prædictum est, psalmorum melodia à clericali collegio instanti reverentia celebraretur, finitis jam magna ex parte matutinalibus Officiis, repentè immensis cœpit paralyticus, qui intererat, clamare vocibus, atque in auribus omnium perstrepere clamoribus. Nam quidam vir, ut ore proprio fatebatur, habitu pulcherrimus, specie jucundus, canitie floridus, aspectu venustus, vultu conspicuus, illum apprehendens contrectansque omnium membrorum ejus compagines, ab imis soli eum satagebat erigere. Ad cujus conatum gressu præcipiti & repentina festinatione motibus, quibus poterat, exurgens, à limine ad altare S. Maurilii prorumpens, ultroneus festinabat, quacumque poterat animi valetudine, contingere altare ipsius.

D

E

membrorum usum reddit

14 At, ubi ventum est ad præsentiam jam dicti Sancti altaris, virtute, quâ potuit, apprehendit speciem ejus, & diutius ambarum manuum conatu crepidinem utriusque partis tenere aggressus est, ibique quasi unius horæ spatio basibus pedum se stando annectens, prece, quâ poterat & voce reciproca, sedulus supplicabat Omnipotentis, sanctique Maurilii antistitis auxilium. Quid multa? tamdiu mente vigili cornua altaris tenuit, donec, divina favente clementia, sanctique Maurilii interveniente solamine, fugatâ omnium membrorum suorum debilitate, ac recuperata cuncta virium suarum fortitudine, nullius egens solamine super pedes proprios stare cognitus est sua virtute. Hic taliter meritis Sancti curatus ab altari ejus regressus est motu corporis ac articulorum collisione deambulans, agilitate habilis, ac roboris valetudine stabilis. Quo miraculo concio clericorum experrecta, continuò clamor laudis intonat, templumque præconiorum melodiis repletur, vocisque vulgi utriusque sexûs strepitus procul audiuntur. Amen.

F

ANNOTATA.

a *Gallia Christiana vetus trigesimum octavum ei locum in Andegavensium episcoporum serie concedit. De tempore, quo hæc translatio contigit, vide Comm. prævium num.* 1.

b *Sensum vitiosum ita lege:* Ad Sanctissimi locum accedentes, corpus ejus ex eo sustulerunt, ubi eis justo diutiùs quievisse videbatur; quod, cùm ad altare princeps deferrent, tantis &c.

c *Ex his liquet, mulierem* S. Maurilii *meritis miraculosè sanatam adhuc incolumem superfuisse, quando Harmerus hæc scripsit, quæ proinde cer-*

A *certum potuit de incorrupto ſacro corpore teſtimonium dare. Vide Comm. num.* 5.

d *Loquitur de his, qui ſacram thecam ex loco, ubi quieverat, ad aram detulêre, nullamque incluſi corporis ſenſêre gravitatem.*

e *In Gallia Chriſtiana* XV *Andegavenſium epiſcopus conſtituitur. Colitur in Andegavenſi eccleſia* 13 *Februarii, ad quem diem de eo in Opere noſtro actum eſt.* A. HARMERO.

f *intellige:* Propiùs ad S. Maurilii aram deductus.

g *Lege:* Hoc ſermone quàm plurimis advenientibus & admirantibus continuò infit.

DE S. MAURO EPISC. CONF.

PLACENTIÆ IN ITALIA.

SYLLOGE HISTORICA. J. S.

De Sancti cultu, de tempore, quo floruiſſe & obiiſſe creditur, ac de geſtis.

B

CIRCA CDXXX. *S. Maurus qui hodie colitur,*

Inter antiſtites Placentinos in Italia tertius numeratur S. Maurus, *ſucceſſor S. Sabini, de quo actum eſt apud nos ad diem* XVII *Januarii. Hunc Sanctum Placentini die* XIII *Septembris colunt Officio ritus duplicis, ut liquet ex eorum Officiis propriis anno* 1635 *impreſſis, ubi ad* XIII *Septembris Officium duplex præſcribitur, & de* S. Mauro *additur:* Cujus corpus in baſilica ſancti Savini Placentiæ poſitum eſt. *Memoria* S. Mauri *ad hunc diem celebratur apud Ferrarium in utroque Catalogo, & noviſſimè apud Caſtellanum. Prior in Catalogo generali ſic habet:* Placentiæ in Gallia Togata S. Mauri epiſcopi. *Plura dat in Catalogo Sanctorum Italiæ, ſed ea mox recitabimus ex Officio, ex quo ille ſua deprompſit. Caſtellanus obſervat, corpus honorari in eccleſia S. Sabini. Plumbus verbis* S. Mauri *geſta refert Petrus Maria Campi in Hiſtoria Placentina Italicè ſcripta. Pauciora de* S. Mauro *narravit Umbertus Locatus in Opere de Origine Placentiæ. Elogium quoque Sancti contexuit Ughellus in Catalogo epiſcoporum Placentinorum tom.* 2 *Italiæ Sacræ col.* 197 *editionis noviſſimæ.*

C

fuit tertius epiſcopus Placentinus, ſeculo V;

2 *Laudati ſcriptores conſentiunt,* Maurum *floruiſſe ſeculo* V, *& tertium fuiſſe epiſcopum Placentinum, ſanctique Sabini ſucceſſorem. Satis quoque concordant de anno, quo ad meliorem vitam tranſlatus eſt* Maurus. *Ughellus initium epiſcopatûs figit anno* 420, *mortem Sancti anno* 449, *eidem viginti & novem epiſcopatûs annos attribuens cum Umberto Locato. Eamdem quoque annum emortualem notat Ferrarius in Annotatis ad Catalogum generalem, licèt diverſa ſcripſiſſet in Catalogo Sanctorum Italiæ. Campius lib.* 5 *Hiſtoriæ pag.* 125 S. Mauri *epiſcopatum ſimiliter orditur ab anno* 420, *& pag.* 140 *obitum figit anno* 449 *poſt annos ferè viginti & novem epiſcopatûs. Verùm hujuſce chronotaxis nullas invenio rationes allegatas, nullam ullius vetuſti monumenti auctoritatem. Hinc in danda Officii lectione rectiùs, opinor, anni illi fuerunt prætermiſſi. Caſtellanus mortuum notat* Maurum *anno* 445, *fortè quia illo anno aſſeritur obiiſſe apud Ferrarium in Annotatis ad Catalogum Sanctorum Italiæ.*

3 *Mihi verò, dum in deceſſoribus & ſucceſſoribus* Mauri *nonnulla chronologiæ fundamenta veſtigo, annis non paucis citiùs ad epiſcopatum veniſſe videtur* Maurus, *ac ſimiliter citiùs obiiſſe. Idem quoque viſum eſt Majoribus meis ad* XVII *Januarii in S. Sabino, cujus mortem fixerunt ſub finem ſeculi* IV. *Certum eſt & ab omnibus admiſſum, S. Sabinum fuiſſe in concilio Aquileienſi anno* 381, *illique ſexto loco ſubſcriptus legitur ante alios multò plures, ut videri poteſt apud Labbeum tom.* 2 *Conciliorum col.* 978. *Itaque videtur inter ſeniores fuiſſe epiſcopos illius concilii, ita ut difficulter credi poſſit, Sabinum deinde annis triginta & novem ſuperfuiſſe, & vixiſſe uſque ad annum* 420. *Æquè improbabile mihi apparet,* Maurum *vixiſſe uſque ad annum* 449. *Certè Majoranus erat epiſcopus Placentinus anno* 451, *quo interfuit concilio Mediolanenſi, & tertio loco ſubſcripſit epiſtolæ S. Euſebii Mediolanenſis ad S. Leonem Papam. Vide Labbeum tom.* 3 *col.* 1334. *Porrò ex loco, quo Majoranus ſubſcripſit, veriſimile fit, eum aliquot ſaltem annis fuiſſe epiſcopum ante annum* 451. *Præterea inter* Maurum *& Majoranum ab omnibus medius ponitur Florianus, cui aliàs* novem, *aliàs* undecim, *aliàs* tredecim *anni epiſcopatûs attribuuntur, ut fatetur Campius pag.* 140, *licèt ipſe tantùm aliquot menſes Floriano cogatur attribuere, quia S. Sabini obitum nimis ſerò fixit.*

D

4 *Quapropter cùm S. Sabinus nullo facto innotuerit poſt obitum S. Ambroſii, ante ſeculi* IV *finem defuncti, probabilius eſt, Sabinum obiiſſe ante finem ejuſdem ſeculi, aut certò ſub initium ſequentis, ac eidem tunc ſuffectum eſſe* S. Maurum, *ex cujus geſtis nullam habemus notam chronologicam. Si verò* Maurus *ſedit annis* 29, *ut aſſerunt ſcriptores Placentini, obitus ipſius latè figi poteſt inter annos* 420 *&* 430, *aut circa* 430, *ut Floriani mors latè item collocetur circa* 440, *& ſic Majoranus ſatis diu fuerit epiſcopus, quando adfuit concilio Mediolanenſi. Nihil invenio, quod huic aut ſimili chronotaxi repugnet. Quare hanc ſequendam cenſeo, donec certiora reperiantur monumenta. Attamen res ulteriùs examinari poterit in S. Victore, qui primus fuit epiſcopus Placentinus, & colitur die* VII *Decembris.*

ſed potiùs inter 420 *&* 430 *aut circa* 430.

5 *Quod modò ſpectat ad geſta* S. Mauri, *quæ probabiliora ceteris apparent, recitantur in Officio, cujus lectio quarta ſic concinnata eſt:* Maurus

Elogium Sancti ex Officio:

E

obiiſſeque videtur, non anno 449.

F

AUCTORE J. S.

rus Placentiæ episcopus, vir mirabilis continentiæ & humilitatis. Hic quantò vixit ab omni caducarum rerum amore remotior, tantò factus est famâ sanctitatis illustrior, & miraculorum gloriâ excellentior. In oratione frequens fuit, jejunio & vigiliis deditus, in divinarum laudum Officiis assiduus. Corpus sancti Savini episcopi, qui ante ipsum eidem ecclesiæ præfuerat; itemque corpora sanctorum Gelasii, Victoris & aliorum complurium honorificentiùs sepelienda curavit. Ecclesiam maxima semper solicitudine diligentiâque rexit feliciſſimè. Laboribus demum multis pro Dei gloria, pro populo, atque ecclesia sibi commissa perfunctus, sanctis virtutibus clarus, in cælestem patriam migravit Idibus Septembris, & in ecclesia ejusdem sancti Savini prædecessoris conditus est: cujus porrò sanctitatem Deus etiam post obitum multis miraculis illustravit, & præsertim in novissima ejus sacri corporis translatione, quæ in ipsius basilicæ digniorem locum à Fabritio præsule Placentino facta fuit anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. *Hæc in Officio, ad quæ observo sequentia. De Gelasio hic memorato apud nos actum est ad diem* IV *Februarii; de Victore ad* VI *Martii, nam hic Victor alius est à Victore primo Placentinorum episcopo.*

B

monumentum scriptum in quo aliqua de S. Mauro asserumntur;

6 *Apud Ughellum tom.* 2 *col.* 197 *in* S. Mauro *recitatur scriptum, quod ille* vetustum *credit, sed pro cujus auctoritate contendere nolim. Ibidem de gestis* S. Mauri *hæc leguntur:* Ego Maurus ultimus episcopus de Lotherio regno, & propter angelicam visionem veni ad propriam civitatem, & sepelivi corpus S. Sabini episcopi XVI Kal. Februarii. Istud altare ego consecravi in suum honorem & S. Antonini martyris. Pridie Nonas Februarii S. Gelasium sepelivi: pridie Nonas Martii sepelivi corpus S. Victoris diaconi: Idus Madii recondivi corpus S. Domnini: X Kal. Januarii migravit de hoc seculo beatissima Victoria. Post obitum eorum vixit Maurus episcopus annis VI: Id. Septembris migravit. Ego abbas Effrem sepelivi corpus ejus juxta corpus S. Sabini in sinistram partem, & scripsi manu mea, & condivi hîc. *Observat Ughellus, istud scriptum fuisse productum à Rufino monacho* cœnobii S. Sabini anno MCCLIII in libello, qui nondum lucem vidit.

sed quod suspectum est de suppositione:

C

7 *Campius pag.* 127 *istud scriptum laudat, ex eoque pag.* 126 *refert,* S. Maurum *angelica visione fuisse monitum, ut veniret Placentiam, corpusque S. Sabini sepeliret, ac episcopatum Placentinum pro eo administraret. Fatetur tamen se nescire, quid sit illud* regnum Lotherium, *atque eo tempore nomen istud Lotharingiæ necdum fuisse impositum, sed hanc tunc* Austrasiam *fuisse dictam. Hinc provinciam aliquam nobis incognitam eo nomine designatam credit. At respondeo, totum istud scriptum iis verbis reddi suspectum de suppositione, quia verisimile non est, vocibus istis* de regno Lotherio *aliam designari provinciam quàm* regnum Lotharii, *ut vocabatur seculo* IX *post medium, & sequentibus seculis hodierna Lotharingia multò tamen latiùs extensa. At nec* Lotherium regnum *nec etiam* Austrasia *erat nomen alicujus regni aut provinciæ seculo* V *ineunte, sive vivente* S. Mauro. *Hinc verisimiliter scriptum istud diu post seculum* IX *compositum est per hominem imperitum, qui modò suo nomine, modò nomine* S. Mauri, *ac demum nomine abbatis Effrem loquitur, & exiguam meretur fidem. Existimo istud potiùs Rufino monacho attribuendum, quàm alicui scriptori vetustiori. Invenit ille fortasse inscriptionem aliquam antiquam, quam suis interpolationibus auctam dare potuit. Quidquid sit, de S. Domnino, de quo in illo scripto fit mentio, actum est ad* XV *Maii.*

D

varia in Historia Campii de S. Mauro sine fundamento dicta.

8 *Ughellus & Campius sepulturam Sanctorum memoratorum innectunt anno* 443, *nimirum quia mortem* S. Mauri *figunt anno* 449, *illosque sex annis ante ipsum obiisse credunt. At tota illa chronotaxis non modò incerta est, sed parùm quoque probabilis. Æquè incerta sunt reliqua omnia, quæ de* S. Mauro *refert Campius: hic enim magis solicitus fuisse videtur, ne quid prætermitteret, quàm ut ad crisim accuratam singula revocaret. Compendio aliqua huc congeram.* Maurum *fuisse patriâ Placentinum asserit pag.* 125. *De sepultura corporis S. Sabini contentionem fuisse inter monachos & sacerdotes, eosque ad concordiam à* Mauro *revocatos, parùm verisimiliter scribit pag.* 126. *Sabinum episcopum à* Mauro *Sanctorum canoni adscriptum, eidemque altare consecratum, & festivitatem institutam, sine idoneo fundamento affirmat pag.* 127: *neque magis certum est, quod habet pag.* 128 *de Sermone in laudem S. Sabini composito, & de fenestra in altari constructa, ut posset utcumque perveniri ad pretiosum sanguinem S. Antonini martyris. Nihilo magis fundata sunt, quæ Campius tradit pag.* 130 *de S. Victoria sorore S. Sabini in numerum Sanctorum relata, ac deinde de aliis, quorum corpora sepeliisse legitur. Mitto reliqua Campii asserta, quæ in ipsa ejus Historia videri possunt: nihil enim de* S. Mauro *reperio, quod necesse est huc transferre.*

E

A

AUCTORE J. S.

DE S. ANTONIO VEL ANTONINO EPISCOPO,

UT CREDITUR, CARPENTORACTENSI,

BEDUINI IN COMITATU VINDASCINO.

J. S.

SYLLOGE.

De cultu & reliquiis : de ætate & perſona conjecturæ.

SUB FINEM SECULI V. *Sanctus hic cultus in duobus vicis comitatus Vindaſcini*, B

QUem *hodie produco* Antonium *vel* Antoninum, *martyrologis omnibus etiam Gallis incognitum, nos quoque prorſus ignoraremus, niſi ſuppetias tuliſſet vir humaniſſimus, & jam alias in Opere noſtro laudatus, ampliſſimus dominus de Brantes, eccleſiæ Avenionenſis theſaurarius & pœnitentiarius, cui debemus omnem, quam de cultu* S. Antonii *habemus notitiam. Secundùm litteras, quas anno* 1746 *ad nos tranſmiſit, Sanctus ille colitur* XIII *Septembris in duobus vicis diœceſis Carpentoractenſis. quæ includitur comitatui Vindaſcino Hujus autem comitatûs caput eſt Carpentoracte, ſpectatque cum adjacente urbe Avenionenſi ad dominium ſummi Pontificis. Primum ex vicis, in quo* S. Antonius *à multis ſeculis fuit cultus, & ubi modò colitur ut patronus Officio communi de confeſſore pontifice,* Beduinum *Latinè nominatum reperimus, Gallicè* Bedoin, *diſtatque tribus circiter milliaribus Gallicis à civitate Carpentoractenſi verſus Delphinatum. Alter vicus, in quo* S. Antonius *colitur, civitati Carpentoractenſi propinquior eſt, & Gallicè dicitur* Malemort.

2 *Ignorant Beduini incolæ, à quo tempore patronus eccleſiæ ſuæ electus ſit* S. Antonius. *Verùm allegant bullam quamdam Alexandri Papæ IV ad abbatiam Montis-Majoris in diœceſi Arelatenſi, datam anno* 1256, *ex eaque producunt hæc verba :* In diœceſi Carpentoractenſi conſervamus vobis monaſterium S. Antonii de Beduino cum medietate caſtri. *Ex hiſce verò verbis rectè inferunt, ſaltem à ſeculo* XIII *patronum Beduini fuiſſe* S. Antonium *epiſcopum. Attamen aiunt eccleſiam ſemper dicatam fuiſſe S. Petro. De cultu in vico* Malemort *hæc habent ſubmiſſa notitiæ. Miraculum, quod abhinc annis* 50 *aut* 60 *in vico* Malemort *contigit, cultui ibidem propagando cauſam præbuit. In territorio enim Malemortenſi oratorium fuiſſe aſſeritur, cui nomen erat à* S. Antonio *vel* Antonino. *Ruſticus autem quidam hujus oratorii lapides abſtulit, ut iis uteretur ad erigendum parietem, quem exſtruebat. At in pœnam commiſſi facinoris ſubitò percuſſus eſt cæcitate, ita ut non ipſe modò, ſed reliqui etiam, qui cæcum videbant, multo percellerentur timore. Hinc monitus eſt, cæcitatem videri immiſſam in pœnam deſtructi modici illius oratorii, rogaturque ut lapides referat, & votum aliquod Sancto nuncupet.*

in priore dudum fuit patronus, in altero miraculi occaſione coli cœptus : C

Parvit rectè monenti, & viſum recepit. Hinc dominus du Pont, qui tunc Prior erat & parochus eccleſiæ Malemortenſis, curavit juridicas de facto illo fieri informationes ; induxitque vici incolas, ut eodem loco, ubi ædicula illa ſteterat, ſacellum conſtruerent in honorem S. Antonii, *effecitque ut inſtitueretur feſtivitas* S. Antonii, *quotannis celebranda cum ceſſatione operum ſervilium uſque ad meridiem : idque etiamnum peragitur. Hactenus laudatæ notitiæ.* E

3 *Quod additur de* S. Antonii *reliquiis, fideliter ex Gallico Latinè huc transferam :* Neſcitur, ubi Sanctus fuerit defunctus & ſepultus. Reliquiæ ipſius creduntur variis locis ſervatæ. Eccleſia cathedralis Carpentoractenſis caput ipſius conſervare dicitur in eadem theca cum reliquiis S. Siffredi, quem civitas illa ut patronum colit XXVII Novembris. Verùm meritò dubitari ea de re poſſe videtur, cùm cathedralis Carpentoractenſis nullum de Sancto celebret Officium : quod non prætermitteret, ſi caput, inſignes utpote reliquias, poſſideret. Parœcia Beduinenſis contendit, ſe longiſſimo tempore præcipuam reliquiarum ipſius poſſediſſe partem : idque probat ex libro, ſpectante ad confraternitatem S. Antonii, in hac parœcia erectam, ubi etiamnum ſubſiſtit. Hic liber inchoatur anno MDI, habetque hunc titulum : "Liber confratriæ S. Antonii de Bedoyno „ epiſcopi Carpentoractenſis, cujus corpus re„ quieſcit in eccleſia S. Petri dicti loci de Bedoy„ no, factus ... anno MDI.„ Traditio & vetera regionis indicia inſinuant, furore Calviniſtarum contigiſſe, ut iſta parœcia ſacro hoc depoſito privaretur. In hodiernum uſque diem aſſignatur locus, ubi ſacræ hæ reliquiæ fuerunt combuſtæ. Exiguus eſt collis, dictus collis S. Antonini, ubi modicum erectum eſt altare cum cruce, quæ hodieque ſubſiſtunt. Olim Miſſa in illo loco canebatur uno die quotannis. Jactura harum reliquiarum facta certò non eſt ante annum MDCX, quando dominus de Montbrun cum Calviniano ſuo manipulo in haſce partes primùm excurrere cœpit. *Hactenus de reliquiis laudata littera, quibus nihil addendum judico.*

reliquiæ olim in vico Beduino ſervatæ. F

4 *Pauciora & minùs certa de Sancti geſtis hæ ſubminiſtrant. Fatentur, nullam exſtare de vita ipſius Hiſtoriam. Attamen aſſerunt, ex traditione credi,* S. Antonium *in celebri monaſterio Lerinenſi fuiſſe educatum, indeque promotum eſſe ad epi-*

Creditur fuiſſe epiſcopus Carpentoractenſis, & ſediſſe circa 480 *?*

AUCTORE J. S.

episcopatum Carpentoractensem. De tempore episcopatûs hæc solùm addentur. Chronotaxis episcoporum Carpentoractensium scripta habetur in pariete aulæ cujusdam palatii episcopalis, ubi secundus ponitur inter episcopos illius diœceseos, & hæc de eo leguntur verba: Beatus Antoninus vixit sub anno CDLXXX. *Hæc chronotaxis, licèt magnam ab ætate auctoritatem habere nequeat, cùm verisimiliter vetusta non sit, saltem nos docere poterit, persuasionem seu traditionem fuisse Carpentoractensium, inter primos ecclesiæ suæ episcopos* Antonium *quemdam aut* Antoninum *fuisse, eumque* beati *titulo condecoratum. Eadem est persuasio Beduinensium, qui* S. Antonium *suum tamquam episcopum dudum coluerunt, & Carpentoractensem crediderunt. In Gallia Christiana Sammarthanorum tom.* 2 *aliquis catalogo episcoporum Carpentoractensium insertus est* Antonius, *sed collocatur ad annum* 791 *: idemque fit apud Cointium in Annalibus ad illum annum, & apud Dionysium Sammarthanum in Gallia Christiana recusâ tom.* 1 *col.* 899. *At nullus ostendit, tam serò figendam esse* Antonii *ætatem. Si tamen quis fortè eo tempore sedit Antonius, potuit alius ejusdem nominis seculo* V *eamdem administrare ecclesiam.*

B

non videtur confundendus cum Antiolio episcopo, nec cum S. Antonio monacho :

5 *Porrò varias fieri conjecturas de* S. Antonio, *qui Beduini colitur, docuit me laudatus antè dominus de Brantes. Vir quidam eruditus, qui datas de cultu notitias collegit, in eam propendet conjecturam, ut suspicetur posse eumdem esse cum Antiolio episcopo, de quo S. Sidonius Apollinaris cum laude meminit in epistola ad Principium episcopum Suessionensem Epistolarum lib.* 8 *epist.* 14. *Fuit sanè Antiolius ille monachus olim Lerinensis, floruitque illo tempore, quo* S. Antonium *floruisse credunt Beduinenses, ut colligitur ex laudata Sidonii epistola. At notabilis videtur differentia nominis. Præterea, licèt nesciatur, quo loco Antiolius ille fuerit episcopus, tamen episcopatus ipsius magis videtur quærendus in parte aliqua Galliæ Belgicæ circa Suessiones & Remos, quàm in Gallia Narbonensi, aut in hodierno comitatu Vindascino, qui pars illius erat : nam Sidonius per Antiolium instructus est de egregiis virtutibus SS. Remigii & Principii, episcoporum Remensis & Suessionensis. Alius quidam suspicatus est,* S. Antonium *episcopum fortasse eumdem esse cum S. Antonio Lerinensi monacho, cujus Vitam scripsit S. Ennodius Ticinensis. Hujus Antonii nomen celebratur in Martyrologio Romano ad* XXVIII *Decembris. Verùm hæc conjectura minùs etiam, quàm præcedens, mihi apparet probabilis; quia Antonius ille numquam fuit episcopus, nec gesta illius ignota sunt.*

C

potiùs credendus est episcopus Carpentoractensis,

6 *Malim igitur existimare,* S. Antonium *revera fuisse episcopum diœceseos Carpentoractensis aut Vindascensis. (Nam fuit olim, ut habet Dionysius Sammarthanus in Gallia Christiana tom.* 1 *col.* 893, *Vindascensium & Carpentoractensium episcopatus, episcopique aliquando ab una, aliquando ab altera civitate nomen habuerunt, nisi fortè duo olim episcopatus fuerint distincti, quod hic non examino.) Certè ea est traditio illorum, qui* S. Antonium *diu coluerunt ; nec invenio ullum argumentum huic traditioni contrarium. Laudatus Sammarthanus orditur catalogum episcoporum Carpentoractensium à seculo* III, *sed illi nullum inseruit, qui locum nequeat relinquere vacuum huic* Antonio *ab anno saltem* 460 *usque ad finem ejusdem seculi. Quare, cùm Chronotaxis num.* 4 *memorata* Antonium *memoret anno* 480 ; *clarum est, nihil obstare, quo minùs possit Carpentoractensium tunc fuisse episcopus. Imò assignabo Antonium illius temporis episcopum, quem verisimili conjectura suum existimare possunt Carpentoractenses.*

D

& fortasse Antonius episcopus, qui anno 463 missus est ad S. Hilarum.

7 *Quando anno* 463 *querelæ de S. Mamerto Viennensi episcopo ob consecratum Diensibus episcopum delatæ erant ad S. Hilarum Papam, uti exposuimus* X *Septembris in S. Hilaro; Pontifex scripsit ad Leontium Arelatensem, ut causa Mamerti examinaretur* in conventu synodali. *Habita illa synodo, causâque ibidem examinatâ, episcopi unum ex episcopis, qui adfuerant, Romam legârunt ad Pontificem, ut hunc de judicio synodi faceret certiorem. Nomen huic episcopo erat* Antonius, *qui etiam Hilari responsum ad episcopos in Galliam pertulit. Hæc omnia habemus ex epistolis tribus Hilari, nimirum* 9, 10 *&* 11, *editis apud Labbeum tom.* 4 *col.* 1043 *& seqq. Porrò probitatis & prudentiæ hujus Antonii indicium probabile est, quod ex viginti episcopis ipse potissimùm ad hanc legationem fuerit electus. Antonium quoque probavit Hilarus, qui in epistola* 10, *ad viginti alios synodi episcopos data, de eo sic loquitur :* Litteræ dilectionis vestræ, fratre & coëpiscopo nostro Antonio, quem dignum tanta legatione probamus interpretem, deferente, sunt traditæ. *Plura de facto non addo, quia illud ulteriùs non conducit ad propositum nostrum.*

E

idem est cum S. Antonio hodierno.

8 *At solùm observo, hunc* Antonium, *cujus sedes aliunde non innotuit, credi probabiliter posse episcopum Carpentoractensem. Quippe episcopus Carpentoractensis erat sub metropoli Arelatensi, mediusque erat inter varios episcopos, qui dicto interfuerunt concilio. Nam ex iis innotuerunt Leontius Arelatensis, Ingenuus Ebredunensis, Eustasius Massiliensis, Fonteius Vasionensis, Veranus Vencientensis, Faustus Regiensis, Memorialis Dinientensis, Ursus Senecensis, Eutropius Arausicanus. Mitto alios, qui probabiliter addi possunt, quia non omnes noti sunt, & aliquorum sedes minùs sunt certæ, quàm hactenus enumeratæ. At ex dictis colligo,* Antonium *illum posse eumdem esse cum* S. Antonio : *nam qui anno* 463 *legatus ad Pontificem fuit missus, tam provectæ verisimiliter non erat ætatis, ut facilè supervivere non potuerit usque ad annum* 480, *& multò etiam diutiùs. Tempus igitur & locus favent conjecturæ nostræ, & traditioni Carpentoractensium. Verumtamen fateor tantùm esse conjecturam, quam facilè deseram, si quis docuerit certiora.*

A D

DE S. EULOGIO EPISC. CONF.

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

COMMENTARIUS HISTORICUS. J. S.

§ I. Memoria Sancti in Faſtis ſacris : elogium ex Menologio Baſiliano : obſervationes de viſionibus S. Eulogio attributis.

CIRCA DCV AUT DCVI. *S. Eulogius non ſolùm in Martyrologio Romano, ſed in Græcis*

B *Baronius ad hunc diem Martyrologio Romano ſequentia inſeruit verba :* Alexandriæ S. Eulogii epiſcopi, doctrinâ & ſanctitate celebris. *Caſtellanus in Martyrologio univerſali ea repetens, notat in margine,* Eulogii *nullam in Menologiis haberi mentionem, huncque à Baronio veriſimiliter electum eſſe diem occaſione Philippi martyris Alexandrini. Vera eſt obſervatio, ſi ſolùm velit, hoc die non memoratum eſſe à Græcis* S. Eulogium. *Verùm jam hæc notata ſunt apud nos in Prætermiſſis ad* XIII *Februarii :* S. Eulogius epiſcopus Alexandriæ colitur hoc die à Græcis, de quo horum Menæa & Cytheræus. *Eodem die in Menologio Baſiliano habetur* commemoratio ſancti Eulogii epiſcopi Alexandriæ, *ibique hoc commendatur elogio* : Sanctiſſimus & magnus pater noſter Eulogius Alexandriæ epiſcopus fuit, Heraclio imperatore, ante ſanctum Joannem Eleemoſynarium : ob ſuas autem virtutes, & eam, quam apud Deum inierat, gratiam, multa miracula edidit, in quibus hoc commemorandum videtur.

quoque dudum memoratus eſt

2 Nam cùm ſanctiſſimus archiepiſcopus Leo epiſtolam conſcripſiſſet, quâ ſtatuta ſynodi Chalcedonenſis commendabat, eamque ſanctus Eulogius legiſſet, non modò illam laudavit & ſuſcepit ; ſed columnam etiam orthodoxiæ appellavit, omnibuſque prædicavit. Volens autem Deus utrique Pontifici honorem facere, miſit angelum ſuum, qui in figura & ſpecie archidiaconi ſancti Leonis gratias ageret ſancto Eulogio, quòd memoratam epiſtolam excepiſſet. Sanctus verò, poſtquam cum illo tamquam homine colloquium miſcuiſſet, angelo ex ipſius aſpectu ſeſe ſubducente, cognovit eum Dei angelum eſſe, Deumque glorificavit. Tandem, in multis Deo ſerviens, deceſſit. *Non quidem accuratè hæc enarrata ſunt, ſed ſufficiunt ad oſtendendum in magna apud Græcos veneratione fuiſſe* S. Eulogium, *& hæc ſolùm de cauſa afferuntur. Eadem ferè leguntur in Menæis impreſſis, ubi adduntur duo verſiculi nullius momenti.*

C

Faſtis ; non verò in Copticis : Sancti titulo honoratur ab antiquis.

3 *Rurſum in Prætermiſſis apud nos ad* XIII *Junii de memoria* S. Eulogii *apud Græcos hæc fuerunt obſervata :* S. Eulogius, archiepiſcopus Alexandrinus, memoratur in Ms. Synaxario, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & cum verſibus in Ms. Chiffletiano & aliis. *Hæc omnia in Collectione noſtra Ms. invenio ; ſed nullibi additum elogium de geſtis Sancti aliquid continens. In Faſtis Septembris Tomus IV.* *Habeſſinorum omiſſus omnino eſt* Eulogius, *neque id mirandum, cùm ibidem &* ceteri fidei Chalcedonenſis profeſſores *fuerint prætermiſſi, ut jam obſervavit Sollerius noſter in Hiſtoria chronologica* E *patriarcharum Alexandrinorum pag.* 68, *ubi agit de* S. Eulogio. *Neſcio, qua de cauſa* S. Eulogius *apud Latinos pleroſque ſit prætermiſſus : nam ſanctitate & geſtis inſignem videbimus. Quare Conſtantinus Ghinius meritò ad hunc diem inſigni elogio Sanctum noſtrum exornare ſtuduit. Honorifica admodùm* Eulogii *fit mentio in Miraculis SS. Joannis & Cyri apud nos tom.* 2 *Januarii pag.* 1088. Sanctus *quoque vocatur iteratis vicibus in Prato Spirituali Joannis Moſchi, quod Opus non diu poſt* S. Eulogium *fuit ſcriptum. Photius quoque paſſim* Sanctum *vocat aut* Beatum. *Hæc ſatis oſtendunt, ſanctitatem* Eulogii *ab antiquis fuiſſe agnitam.*

Mirabilis viſio, qua S. Eulogio

4 *Quod verò ſpectat ad viſionem ſuprà ex Menologio datam, clarè apparet, duas in Prato Spirituali relatas in unam fuiſſe confuſas. Utramque huc transfero ex editione Græco-Latina Cotelerii, qui tom.* 2 *Monumentorum Eccleſiæ Græcæ pag.* 414 *textum Latinum ita exhibet :* Cùm eſſemus in Nono, in cœnobio Tugara, narravit nobis abbas Menas cœnobiarcha, de ſancto Papa Eulogio per hæc verba : Nocte quadam, dum canonem ſuum ſeu Officium precum perageret ſeorſum in F epiſcopii oratorio, vidit prope ſe aſſiſtere Julianum archidiaconum. Ut verò conſpexit illum, turbatus eſt, quòd auſus fuiſſet ingredi abſque prævia ſignificatione. Tacuit tamen. Et completo pſalmo, proſtravit ſe pœnitentium in morem. Qui autem ipſi apparuerat in ſpecie archidiaconi, etiam proſtravit ſe. Dein cùm Papa ſurrexiſſet atque adorâſſet, ille manſit in pavimento. Converſus itaque Papa dicit illi : Quamdiu non ſurgis ? Ille verò ait ipſi : Niſi mihi ipſe porrigas manum, & erigas me, ſurgere non poſſum. Tunc Abbas, extenſa manu ſua, apprehenſum illum erexit. Inchoavit autem iterum pſalmum : & converſus, non amplius vidit quempiam.

oluigiſſe narratur

5 Poſtquam igitur implêſſet matutinas preces, vocavit cubicularium ſuum, dixitque ei : Cur non annunciâſti archidiaconi ingreſſum, ſed ita nullo indicio facto intravit ad me, idque per noctem ? Ille verò neque aliquem à ſe viſum, nec illum ingreſſum fuiſſe aſſeveravit. Quod cùm nollet credere Papa, ait : Voca mihi huc oſtiarium. Cui venienti dicit : Nonne huc acceſſit archidiaconus Julianus ? Ille verò cum juramento affir-

AUCTORE J. S.

mavit, quòd nec vidiſſet nec rediiſſet. Ac tunc quidem quietem tenuit Papa. Mane autem facto, aſcendit archidiaconus Julianus, ut adoraret ſeu ſalutaret. Ait ad illum Papa: Quare non ſervâſti ordinem, archidiacone Juliane, ſed abſque nuntio ingreſſus es ad me nocte iſta? Reſpondit ille: Per orationes Domini mei, neque huc intravi, neque egreſſus ſum è domo mea, niſi horâ iſtâ tantùm. Tunc intellexit magnus Eulogius, quòd vidiſſet Julianum martyrem, hortantem ſe ad erectionem templi ſui: erat enim ex tempore vitiatum & antiquatum, ruinamque minabatur. At martyrum amans, divinuſque vir Eulogius magna cum alacritate manum porrexit, erexitque ipſius templum, à fundamentis illud ædificans, & omnigeno ornatu illuſtrans, ut ſacro conveniebat martyri. *Hactenus de priore viſione.*

alterius de Eulogio & S. Leone viſio in ſomno:

6 *Altera ibidem pag.* 417 *ſic habet:* Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Darnæ civitatis, quæ in Libya eſt, narravit nobis hoc: Cùm eſſem ſyncellus ſancti papæ Eulogii, vidi in ſomnis virum venerabilem & magnum, dicentem mihi: Nuncia meum papæ Eulogio adventum. Ad quem ego: Quis es domine? Quo modo jubes, ut nuncient? Reſpondit mihi ille in hæc verba: Ego ſum Leo Papa Romæ. Ingreſſus igitur ego nunciavi, dicens: Sanctiſſimus & beatiſſimus Papa Leo, eccleſiæ Romanorum antiſtes, ſalutare vos cupit. Ut ergo audiit papa Eulogius, exſurgens concitus cucurrit in occurſum ejus, & ſalutantes ſe invicem, factaque oratione, ſederunt. Tunc divinus verè ac deifer Leo dixit papæ Eulogio: Scis quare ad vos venerim? Reſpondit ille: Non. Ait ipſi: Veni, ut vobis gratias agerem, quia præclarè & magnificè pro Epiſtola mea ſtetiſtis, ac reſpondiſtis, quam ſcripſi ad fratrem noſtrum Flavianum Conſtantinopolitanum patriarcham; ſenſum quidem meum declarantes, hæreticorum autem ora obſtruentes. Scito autem, Frater, quòd non mihi dumtaxat veſtrum inde laborem contuleritis, ſed etiam Principi Apoſtolorum Petro, ipſique præ omnibus, quæ à nobis prædicatur, veritati, quæ eſt Chriſtus Deus noſter. Hæc non ſolùm ſemel, ſed ter intuitus, & apparitionis ternario ad credendum adductus, enarravi ſancto papæ Eulogio: qui, re audita, lacrymatus eſt: ac extenſis manibus in cœlum, Deo gratias egit, dixitque: Gratias tibi ago, Domine Chriſte Deus noſter, quòd me, licèt indignum, tuæ veritatis præconem conſtitueris, atque per orationes famulorum tuorum, Petri & Leonis, exiguum ſtudium noſtrum, tamquam viduæ illius duo minuta, bonitas tua ſuſceperit. *Hæc in Prato Spirituali Joannes Moſchus.*

quædam de utraque viſione obſervata.

7 *Nunc paucis explicanda eſt utraque relatio. Julianus martyr, cujus eccleſiam inſtaurâſſe dicitur* S. Eulogius, *veriſimiliter eſt S. Julianus martyr Alexandrinus, qui podagricus erat, & cujus geſta elucidata ſunt ad* XXVII *Februarii. Epiſtola S. Leonis Papæ, de qua in altera viſione fit mentio, eſt celebris illa epiſtola ad Flavianum, contra errores Neſtorii & Eutychis ſcripta, & in concilio Chalcedonenſi ab omnibus Catholicis recepta & approbata. Hanc contra Eutychianos alioſque hæreticos revera defendit* S. Eulogius, *ut inferiùs videbimus. Porrò quantam fidem mereantur duæ hæ viſiones, malim eruditorum judicio relinquere, quàm leviter definire. Prior ſic refertur, ut Sancto vigilanti videatur oblata, ſi fidelis eſt relatio. Altera verò ſomnium potiùs eſt, at ter repetitum, ſi vera narrantur. Ceterùm utraque hac relatione longè ineptior eſt, quæ num.* 2 *data eſt ex Menologio, & vix poſſum dubitare, quin viſio illic relata ex duabus malè ſit conſuta. Nam S. Leo ejuſque Epiſtola ex poſteriori videtur profluere, licèt pro epiſtola ad Flavianum ponatur epiſtola alia, quâ S. Leo concilium Chalcedonenſe confirmavit. Angelus verò apparens ſpecie archidiaconi S. Leonis ex priori viſione Prati Spiritualis videtur malè adoptatus, cùm ibi* Eulogius *dicatur archidiaconum ſuum, ut putabat, vidiſſe. Itaque illa ſaltem Menologii relatio fidem non meretur; licèt aliæ, quia ſunt ſcriptoris ferè contemporanei, non omni fide videantur indignæ. Hiſce obſervatis, ad certiora Sancti geſta progredior.*

D

§ II. Eulogius Antiochiæ presbyter conſecratus, deinde epiſcopus Alexandrinus: de initio epiſcopatûs, & de anno mortis diſſeritur.

E

S. Eulogius primùm monachus, deinde presbyter Antiochiæ,

DE S. Eulogio *nihil ferè habemus ex Græcis hiſtoricis, ita ut omnia præter epiſcopatum ipſius colligenda ſint ex epiſtolis S. Gregorii Magni ad* Eulogium, *& ex Bibliotheca Photii, qui de ſcriptis hujus Sancti variis locis agit. Hac penuria ſcriptorum de geſtis* S. Eulogii *facit, ut de parentibus, patria, & de primordiis ipſius nihil habeamus. Primum, quod de Sancto aſſerere poſſumus, habet Photius cod.* 230 *pag.* 878, *ſed tantùm in textu Græco, videlicet monachum fuiſſe. Presbyterum quoque Antiochiæ fuiſſe Photius cod.* 126 *pag.* 770 *aſſerit his verbis:* Ceterùm hic Eulogius olim ſacerdotii dignitatem Antiochiæ obtinuit. *Quæ ſequuntur, vitiosè expreſſa ſunt Latinè. Quare verba Græca ſubjungo:* Καὶ μονῆς ἠγήσατο τῆς παναγίας Θεοτόκε, τῆς λεγομένης Ἰουσινιακῆς. Et præfuit monaſterio * Sanctiſſimæ Deiparæ, quod dictum eſt Juſtinianorum. *De condita Antiochiæ eccleſia Deiparæ per Juſtinianum ita loquitur Procopius de Ædificiis lib.* 2 *pag.* 49: Ibidem (*Antiochiæ nimirum Juſtinianus*) templum Deiparæ condidit, ſanè amplum: cujus decus abſolutamque magnificentiam verbis aſſequi nequeo: ipſi etiam luculentum pecuniæ cenſum attribuit. *Admodùm veriſimile eſt, hanc illam ipſam eſſe eccleſiam, cui præfuit* Eulogius.

* aut eccleſiæ

F

præfuit monaſterio aut eccleſiæ ſanctiſſimæ Virginis,

9 *Hinc ambiguum eſt, an vox* μονὴ *in allegato textu ſit explicanda de monaſterio, licèt medio ævo monaſterium plerumque ſignificet: nam cùm* μονὴ *æquè ac* monaſterium *apud Latinos medii ævi, aliquando pro* eccleſia *ſumatur, poteſt hîc eccleſiam paræcialem deſignare. Ludovicus Bulteau in Hiſtoria monaſtica Orientis lib.* 4 *cap.* 29 *ſuſpicatur, in dicta Deiparæ eccleſia miniſtrâſſe monachos, eique præfuiſſe* S. Eulogium: *quod ſatis apparet probabile. At neque ex hiſce, neque ex titulo* Abbatis, *qui eidem ſemel datur in Prato ſpirituali, certò inferre poſſum, monachis ibi præfuiſſe* Eulogium. *Aliunde tamen habemus, monachum fuiſſe. Nam loco ſuprà aſſignato Græcè ſic habet Photius:* Καὶ τί ποτ' ἐστιν ὁ μοναχὸς, ὑπογράφει· καὶ αὐτὸν ἢ τῆς αὐτῆς πολιτείας ἀπαγγέλλει. Et quid ſit monachus deſcribit: & ſe ejuſdem eſſe inſtituti annuntiat. *Itaque monachum fuiſſe exiſtimo ante ſacerdotium, & ex monacho presbyterum*

A *rum consecratum. Nolim tamen cum Bailleto asserere, à juventute in monasterio fuisse educatum: nam id sine teste asserit, quemadmodum sine ullo vetusto testimonio addit,* Eulogium *primò præfectum fuisse clero Antiocheno sub Patriarcha; deinde verò ecclesiæ Sanctissimæ Virginis. Photius solùm dicit, sacerdotem esse ordinatum, & monasterio aut ecclesiæ sanctissimæ Dei Genitricis præpositum.*

indeque creatus est patriarcha Alexandrinus.

10 *Quamdiu presbyter fuerit ante episcopatum, nullibi expressum invenio. Verùm jam illo tempore* aggressus est & alia non ignobilia opera, *inquit laudatus Photius,* tandem etiam Alexandriæ præsul renuntiatus est. *Hæreticos magno zelo refutavit* S. Eulogius, *idque jam cœpit aggredi ante episcopatum. Nam Photius cod.* 127 *pag.* 774 *agens de Opere Sancti contra Theodosianos & Caianitas scripto, ita habet:* Complectitur autem Opus epistolam quoque, scriptam Eutychio archiepiscopo Constantinopolitano, quam etiamnum presbyter scripsit, certitudinem continentem pietatis & fidei orthodoxæ ac Catholicæ. *Verisimile admodùm est, & alia plura ab* Eulogio *scripta esse ante episcopatum: at cùm de eo non omnino constet; ad episcopatum progredior. Haud dubiè ob merita præclara & insignem doctrinam in cathedra collocatus fuit* S. Eulogius, *quandoquidem Antiochiâ translatus est ad Alexandrinum patriarchatum, in quo necessarius erat præsul doctrinâ & virtute insignis, ut resistere valeret ob multitudinem hæreticorum, qui concilio Chalcedonensi adversabantur. Porrò antequam gesta & scripta Sancti recenseam, breviter aliqua de chronotaxi memorare placet, quia scriptores multùm dissident in ordinanda chronologia patriarcharum Alexandrinorum, qui circa illa tempora floruerunt.*

B

Ex anno emortuali S. Joannis Eleemosynarii,

11 Alexandrinam sedem post Apollinarem rexit Joannes, & post Joannem Eulogius, *inquit Evagrius lib.* 5 *cap.* 16. *Post* Eulogium *verò eidem ecclesiæ præfuit Theodorus Scribo, & post hunc S. Joannes Eleemosynarius, de quo apud nos actum est ad* XXIII *Januarii. Baronius, re minùs exactè considerata, mortem S. Joannis Eleemosynarii retulit ad annum* 620. *Verùm Henschenius, qui S. Joannis Vitam illustravit, ad* XXIII *Januarii ostendit, mortem illius Sancti potiùs figendam esse anno* 616, *nimirum quia obiit paulò post fugam ex urbe Alexandrina, à Persis occupanda. Nam occupata est Alexandria anno* 616, *& consequenter eodem anno obiit S. Joannes Eleemosynarius, ut post Henschenium, aliosque admittit & probat Pagius ad annum* 620 *num.* 3. *Itaque fixam habemus epocham mortis S. Joannis Eleemosynarii, qui secundus fuit patriarcha post* S. Eulogium. *De die etiam constat: nam mortuus est die* XI *Novembris, ut clarè ex Vita eruitur. De hisce consentiunt Henschenius, Pagius, & Sollerius noster in Historia Chronologica pag.* 67. *At miror Michaëlem Lequien vix leviter hæc attigisse; & Baronii sententiam errori obnoxiam sequi maluisse.*

C

& initio Apollinaris patriarchæ, & annis apud scriptores assertis

12 *Alteram epocham certam habemus in Apollinare, secundo ante* Eulogium *patriarcha: nam de hujus initio constat ex Victore Tununensi, qui illo florebat tempore. Hic enim ad annum* 551, *qui apud ipsum notatur* Post consulatum Basilii V. C. an. XI (*apud alios* an. XII) *sic habet:* Apollinarius Zoilo tria memorata capitula damnare nolenti episcopus Alexandrinæ ecclesiæ subrogatur. *Pagius ad annum* 551 *num.* 9 *substitutum Zoilo Apollinarem mense Julio existimat. Sollerius verò non advertit ad singularem loquendi modum Victoris Tununensis, quando scripsit, designatum ab eo* annum DLII: *nam annus* 551 *certò designatur. Fixis hisce notis chronologicis, quæ pro historicè certis habenda videntur, quinque patriarcharum, id est, duorum* Eulogii *decessorum, ipsius* Eulogii, *& duorum ejus successorum anni secundum hasce ordinandi sunt. Verùm difficultas hìc talis occurrit, ut quis facilè ad annum unum alterumque aberrare possit, si certos singulis annos emortuales velit assignare. Nam inter annum* 551, *quo ordinatus est Apollinaris, & annum* 616, *quo defunctus est Joannes Eleemosynarius, tantùm reperiuntur anni sexaginta quinque, quibus aliquot accedunt menses. Interim apud Theophanem & Nicephorum anni omnino sexaginta & novem attribuuntur prædictis quinque patriarchis. Itaque si omnes pro completis habeantur, redundant anni ferè quatuor, sive anni tres & menses circitèr octo. Neque id mirandum: nam tabulæ Theophanis & Nicephori tam accuratæ non sunt, ut subinde non deficiant aut redundent ad annos aliquot.*

colligitur, Eulogius circa 579 *patriarcham creatum, obiisse circa* 605 *aut* 606.

13 *Pagius singulis ferè patriarchis assignat annos apud Nicephorum & Theophanem expressos, sed S. Joanni Eleemosynario pro decem* tantùm annos octo, eosque utrimque incompletos, *attribuit, & sic annos alios recensendo, initium episcopatûs* S. Eulogii *figit anno* 580, *mortem ejusdem anno* 607. *Sollerius noster maluit annos superfluos detrahere decessoribus* S. Eulogii, *hujusque consequenter episcopatum ordiri anno* 577, *mortem verò referre ad annum* 604. *Uterque auctoritatis aliquid allegat pro sua opinione; sed tanta non est auctoritas Chronici vulgò Alexandrini à Pagio allegati, nec tanta Anastasii, quem opponit Sollerius, præsertim quando invicem adversantur, ut aliquid certi tutò statuere possim. Quapropter epocham cum aliqua latitudine utrique intermediam figo, & initium episcopatûs circa annum* 579, *mortem circa* 605 *aut* 606 *colloco. Annos in episcopatu viginti & septem, sed fortè non completos, ipsum probabiliùs exegisse cum utroque credo. Nam licèt apud Nicephorum annis tantum septemdecim sedisse legatur* Eulogius, *omnes passim existimant, id transcribentium vitio contigisse, & legendum esse* viginti septem, *sicut apud Theophanem & Nicephorum Callistum asseritur. Certiora statuere nequeo, nisi exemplo aliorum, mihi nunquam probato, ex incertis certa tentem elicere.*

E

F

§ III. Gesta aliqua & scripta Sancti ex Photio.

Eulogius cum S. Gregorio locutus Constantinopoli, testis laudatur de S. Leone.

AUctor *Prati spiritualis apud Cotelerium cap.* 147 *laudat* S. Eulogium, *ut testem facti admirabilis, quod intellexerat ex S. Gregorio Magno, quocum fuerat Constantinopoli. Factum præcipuè spectat ad S. Leonem Magnum, itaque refertur:* Retulit nobis hoc quoque abbas Menas ejusdem cœnobii præpositus, quòd audiisset eumdem abbatem Eulogium Alexandriæ papam, dicentem: Cùm profectus essem Constantinopolim, fruitus sum contubernio archidiaconi Romani domini Gregorii, summi & singularis viri, omnique virtute prædicti; narravitque mihi de sanctissimo & beatissimo Leone Romano Papa haberi scriptum in ecclesia Romana, quòd cùm scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum patriarcham Constantinopoleos contra infausti nominis homi-

AUCTORE J. S.

nes Futyches & Neſtorium, poſuerit eam ad tumulum Principis Apoſtolorum Petri *&c. Factum, quod huc propriè non ſpectat, vide loco allegato, aut in S. Leone ad* XI *Aprilis. Id ſolùm obſervo, ſcriptores paſſim omnes, qui de Sancto agunt, ex hoc loco agnoſcere, amicitiam cum S. Gregorio Conſtantinopoli contraxiſſe* Eulogium, *idque veriſimiliter contigiſſe, dum* Eulogius *jam erat epiſcopus. Non tamen omnino certum eſt, utrùm epiſcopus eſſet* Eulogius, *an ſolùm presbyter: neque enim ſatis conſtat de anno, quo Gregorius à Pelagio II Papa Conſtantinopolim miſſus eſt.*

Scripſit contra Novatianos hæreticos

15 *Inter priora* S. Eulogii *ſcripta ſuſpicor ea eſſe numeranda, quæ diſſeruit contra ſchiſmaticos & hæreticos Novatianos. De Opere illo in ſex libros diviſo tribus locis agit Photius in Bibliotheca Græco-Latina, ſed interpretatio frequenter mendoſa eſt, atque hac de cauſa cogar ipſa adducere verba Græca, quoties hiſce non congruunt Latina. Cod.* 182 *pag.* 411 *ſic habet:* Lecti ſunt B. Eulogii Alexandrini archiepiſcopi contra Navatum (*Latinis* Novatum) & de adminiſtratione [eccleſiaſtica] libri quinque. *Quod exprimitur Latinè* de adminiſtratione, *Græcè utcumque ambiguum eſt,* B περὶ οἰκονομίας. *Id ego exponerem* de diſpenſatione, *nimirum in lapſis per pœnitentiam reconciliandis Eccleſiæ. Etenim conſtat ex patribus, eam fuiſſe hæreſim Novatianorum, ut nollent lapſos ad pœnitentiam admittere vel abſolvere. Porrò neceſſe non eſt latè hìc exponere hæreſim Novati & ſchiſma Novatiani, nam de eo pluribus agendum eſt in S. Cornelio Papa: id ſolum obſervo diſtinguendum eſſe Novatum à Novatiano, licèt ambo ad eamdem hæreſim concurrerint. Nominis ſimilitudo fecit, ut duo illi à quibuſdam confunderentur, atque id ipſi quoque contigit* Eulogio, *ſi excerpta Photii ſint fidelia.*

Opus utile,

16 *De ſtylo Opuſculi ſic loquitur Photius:* Hominis dictio, ad verba quod attinet, ferè mediocriter eſt accurata: verùm conſtructione non procul ſæpe à ſolœciſmo abſcedit. Divinarum adhæc Scripturarum non eſt imperitus, quarum teſtimonia feliciter atque appoſitè cùm adverſus Navatianos, tum in aliis quibuſdam rebus adhibet. Perſuadet item, ut ejus dicendi genius eſt, docetque ac placet. *Paulò pòſt de argumento in libris iſtis tractato hæc ſubdit:* In his igitur libris quatuor cum Navati ſecta in genere ſcriptor hic C pugnans, S. Scripturæ locis ipſum miſerè flagellat: dum quinto ſingulatim libro martyrum eſſe reliquias venerandas contendit: quod detrectare per Alexandriam diſperſos Navatianos ait; ſive hi ſoli eo morbo laborârint, ſive communiter illud hæreſis tota profiteretur. At in ſexto evertit, qui de Navatiana ſecta feruntur, Commentarios, & falsò inſcriptum Navati epiſcopi certàmen. *Tum breviter perſtringit, quid illi Novatianorum Commentarii continerent, & articulum illum concludit his verbis:* Librorum igitur quinque B. Eulogii hic ſcopus eſt. Qui in confutanda illa ſecta per ſacræ Scripturæ loca progreſſus, explanationes quaſdam perutiles attexit, quamquam neque cætera ipſius cum aliorum pia ſententia pugnent, ſed accommodatè ad ſectæ illius refutationem aſſumpta ſint.

ſex libris diſtinctum:

17 *De iiſdem libris rurſum Photius cod.* 208 *hæc ſcribit:* Legi B. Eulogii archiepiſcopi Alexandrini adverſus Navatianos libros quinque. Qui etſi ſcriptor dicendi elegantiâ nomen ſibi quærere nullo modo curavit: nihil tamen, quo minùs Navati ſophiſmatum plenè aſſertiones, captionéſque refellantur, atque ignominiâ notentur, ſermonis neglecti incuria impedimento fuerit. Sacræ D enim Scripturæ commentationibus ac contemplationibus abundè inſtructus, quæ hinc ad ſuam hæreſim aſſerendam atque propugnandam ille diſcerpſerat, eadem hic interpretando, & unà hæreſis in iis fraudes detegendo, Navato eripit ac tollit. Quanquam & aliis Scripturarum locis ipſius veniâ indignam amentiam, ac peregrinam hæreſim, velut cippo eam inſcribendo, divulgat. Extremo denique libro falſum illud & improbè confictum, quod Navato ejus ſtudioſi attribuunt martyrium, exagitat. Eſt igitur hæc Navati confutatio legentibus utilis: præterquam quòd hic non paucorum Scripturæ locorum paſſim ſeſe offerat explicatio, ipſis etiam interpretum principibus profutura. Sed & illius perſuadendi vim ac jucunditatem, ut in hoc charactere, nemo qui eum vençretur, contemnendam ducat. *Tertiò demum de Opere illo contra Novatianos ſcribit Photius cod.* 280, *ibique ex ſingulis libris non pauca recitat. Liquet porrò ibidem, totum Opus in ſex libros fuiſſe diviſum, licèt antè ſubinde* quinque, *alias* ſex *librorum meminerit.*

item contra Eutychianos varios pro Epiſtola S. Leonis

E

18 *Multa quoque ſcripſit* S. Eulogius *contra hæreticos Eutychianos, in ſectas varias tum diviſos, indeque aliis nominibus appellatos. Eutychiani erant Timotheus Ælurus, in patriarchatum Alexandrinum intruſus; & Severus, qui patriarchatum Antiochenum occupavit. At Severus, quaſi inſtaurator hæreſeos, etiam hæreſiarcha habetur, à quo dicti ſunt* Severiani *hæretici. Timotheus ab integro ſeculo obierat, Severus verò annis fortè quadraginta, quando amborum ſcripta refutanda ſuſcepit* Eulogius, *defenditque celebrem S. Leonis ad Flavianum epiſtolam, quæ* Tomus *vocatur. De hoc Opere Photius cod.* 225 *ſic habet:* Legi B. Eulogii epiſcopi Alexandrini Opus libris duobus comprehenſum, eſtque defenſio S. Leonis Pontificis Romani: accuſatio verò Timothei & Severi, qui Tomum reprehendebant. Etenim hæreſis utrumque ſuperbè ſynodum *ac Tomum * Chalcedonenſem* oppugnare compulit, Severum quidem planiorem (*Græcè* πλατύτερον latiùs) accuratiorem (*imò* accuratiùs) verò Timotheum. Dometiano autem Melitenæ Opus dedicat. Primus quidem liber quatuor capitibus abſolvitur, alter verò ſedecim. Initio autem Operis cauſſam reddit ſuſcepti laboris, F quo & pii homines ſcribentem invitârunt. *Plura ex Opere ipſo adducta videri poſſunt apud Photium.*

& concilio Chalcedonenſi:

19 *Hic verò ſtatim cod.* 216 *de alio* Eulogii *Opere tractare incipit, ita ſcribens:* Lectus liber Eulogii (*Græcè additur* ἁγιωτάτου ſanctiſſimi) Alexandrini epiſcopi, quo piæ doctrinæ cauſam ſuſcepiſſe videtur, pudorem propugnatoribus impietatis incutiens. *Sequentia adduco Græcè, quia mendoſè expreſſa ſunt Latinè* ᾧ ἐπιγέγραπται ἡ ἀπὸ ἓξ ἐν ἁγίοις πάπα Λέοντος ὁ Τόμος, *id eſt:* Proponitur verò illi (*libro*) ſancti Papæ Leonis Tomus *, accuſatus & reprehenſus à Theodoſio, * *i. e.* Epiſtola alicubi verò à Severo Acephalis. Perſtringit verò illorum dementiam improbabilitatemque *&c.* Acephali *vocabantur Eutychiani illi, qui nolebant communicare cum Petro Mongo Alexandrino epiſcopo, ubi ille acceptaverat* Ἑνωτικὸν, *ſive edictum ad hæreticos & Catholicos uniendum, quod malo conſilio concoperat Zeno imperator, quia illud edictum non rejiciebat omnes hæreſis Eutychianæ errores. Severus Acephalorum quaſi anteſignanus erat ante epiſcopatum. Theodoſius erat epiſcopus Alexandrinus hæreticus, de quo mox plura dicam. Modum ſcribendi in hoc Opuſculo ſic laudat:*

Eſt

A Est autem hic scriptor purus ac suavis, & breviter ac leviter accusationes instituens, & sine causa nihil in medium proferens. *Addit in quatuordecim capita divisam fuisse defensionem Epistolæ S. Leonis; subjunctamque concilii Chalcedonensis defensionem.*

& contra Theodosianos & Gaianitas invicem dissidentes.

20 *Ante medium seculi* VI *duo simul hæretici, Gaianus & Theodosius, Alexandrinum patriarchatum sibi vindicabant; & ambo habebant partem sibi adhærentem. Qui autem Gaianum sequebantur*, Gaianitæ, *qui Theodosium*, Theodosiani *fuere nominati. Pars utraque post mortem priorum alios suæ sectæ elegit episcopos; sed semel in eumdem conspirârunt, teste Theophane ad annum ultimum Justiniani imperatoris, & mox iterum disjuncti sunt. Gaianitas pariter & Theodosianos aggressus est* Eulogius *oratione invectiva, de qua Photius cod.* 217 *sic habet:* Lecta est invectiva ejusdem [sancti Viri] contra unitatem subitò exortam inter Theodosianos & Cainitas Acephalos. Hi enim primùm inter se cùm dissidissent, postmodùm ea, pro quibus obibant, dogmata invicem tradentes, in unam, sed brevem, quamdam conspirârunt impietatem. Inde iterum revertentes ad priorem impietatem, pars utraque dissecti sunt in eas, quas priùs miscuerant, opiniones. Hoc igitur in libello impietatem eorum reprehendit, ostenditque *&c. Quæ sequuntur, iterum non rectè expressa sunt Latinè, nec ad propositum nostrum sunt necessaria. Vult* Eulogius *utramque partem recessisse à propria opinione non prudenti quadam œconomia seu dispensatione, sed prodendo propriam opinionem, ut latiùs videri potest ibidem. At cavendum, ne vox* οἰκονομία *ibi pro Incarnatione sumatur, ut sumpsit imperitus interpres.*

B

Alia Eulogii Opuscula, nimirum ad Romanum Pontificem de fide sua,

21 *Quæ hactenus ex Photio dedi scripta* S. Eulogii, *verisimiliter fuerunt exarata ante pontificatum S. Gregorii Magni, & haud dubiè etiam aliqua ex iis, quæ recensebo. At non invenio ulla indicia, quibus ordo & tempus, quo singula sunt composita, accuratè assignetur. Photius cod.* 230 *fusè tractat de volumine undecim* S. Eulogii *Orationum, quarum prima ad summum Pontificem, haud dubiè Pelagium II, non diu post acceptum episcopatum ab* Eulogio *data est.* Legi, *inquit Photius*, S. Eulogii archiepiscopi Alexandrini Orationum undecim volumen. *Ratio primæ Orationis, ad Romanum Pontificem scriptæ, oriebatur ex defectu epistolæ illius, quam factus Patriarcha scripserat ad communionem summi Pontificis petendam. Nam conquestus erat Papa, in illa epistola non omnia fuisse expressa, quæ requirebantur, ut certus fieret de fide ipsius Catholica. Hæc autem illa erant. Non nominaverat quatuor prima concilia, videlicet Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense. Non fecerat mentionem de epistola S. Leonis ad Flavianum. Non pronuntiaverat anathema contra Eutychetem, Dioscorum, & Severum hæresiarchas. Non satis clarè expresserat tesseram illam Catholicorum contra Eutychianos* in duabus naturis. *Hæc latiùs & obscuriùs explicat Photius, additque de omnibus rationem reddidisse* Eulogium *in hac prima Oratione.*

C

contra Eutychianos,

22 Secunda, *inquit Photius*, DOGMATICA inscribitur, quæ fidei expositionem continet. Ἐν ᾗ πλεῖόν τε τελεάδα διαβοᾷ θεολογεῖ. *Hæc omissa erant Latinè. Quare ista cum sequentibus Latina subjungo.* In hac & de Trinitate secundum piam intelligentiam theologicè tractat, & hæc de Incarnato Christo eodem modo prosequitur, compendiosiùs [quidem] hæc quàm suprà exequens, nihil tamen accusationis omittens: & hæc percurrens, in admonitionem desinit, & eos, qui ab Ecclesia se segregârunt, ad communem consensionem revocare conatur. *Hæc nobis de secunda Oratione sufficiunt.* Tertia Oratio, *inquit Photius*, adversus calumniantes sanctos Patres & concilium Chalcedonense decertat. *Multa ex hac Oratione contra Eutychianos disputata adducit Photius, & concludit his verbis:* Hæc persequens episcopus Eulogius, & admonitionem prædictis addens, ad unionem Ecclesiæ desertores revocantem, sermoni finem imponit. *Mox ad quartam Orationem idem sic pergit:* Proxima quoque Oratio contra calumniatores Chalcedonensis synodi seriò agit. *Deinde recensitis non paucis* Eulogii *ratiociniis, subdit:* Hæc & his genuina (*imò* similia) cùm auctor explicâsset, adjecta ad concordiam ineundam adhortatione, libro huic præsenti finem imponit. *Hæ tres Orationes directè impugnant Eutychianos.*

AUCTORE J. S.

alia Opuscula theologica,

23 *Sequitur apud Photium Orationis quintæ argumentum: sed adducendus est textus Græcus, quia huic non respondet Latinus.* Ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῷ λόγος περὶ τῶν οἰομένων ἀνθρωπίναις ἀπονοίαις δύνασθαι τὴν ἀληθῆ τῶν Χριστιανῶν ὑποβάλλειν θεολογίαν ἀφελέγκτως. Quæ verò hanc sequitur Oratio, disserit contra eos, qui existimant, se veram Christianorum theologiam humanis subjicere posse opinionibus. *In hac Oratione multa subtiliter disputantur de essentia Dei, de unitate & Trinitate, de hypostasi, ac de aliis theologiæ capitibus, ut videre est loco assignato. Deinde Photius non tam clarè singula distinguit Opuscula, ut undecim Orationes, de quibus antè meminit, facilè reperiantur. At res est exigui momenti. Sexta Oratio fortasse inchoatur pag.* 866, *ubi Photius sic loquitur:* Hæc & hoc genus alia prosecutus, contra eos disputat, qui hypostasin nihil aliud esse contendunt, quàm nudam proprietatem, pluribusque veræ pietatis rationibus impium illorum sententiam retundit. *In hac item Oratione duas quæstiones incidentes æquè subtiles pertractat, quæ videri possunt apud Photium. Septimum illius codicis Opusculum videtur esse Epistola, de qua Photius pag.* 871 *ita orditur:* Scribit verò idem Vir sanctus ad Domitianum Militensem (*imò ex Græco* Melitenensem) episcopum. *In hac autem Epistola explicat & defendit modum quemdam loquendi de Incarnatione, qui displicuerat Domitiano*, quòd existimaret, (*ait pag.* 874) vocem talem non sincerè ex animo ab eo usurpari & proponi, sed dispensatione quadam, ut per eam auditores nullo negotio ad unitatem revocaret, causasque dissensionum ab Ecclesia Catholica præcideret.

E

F

& de vita monastica: sed in his etiam agit contra hæreticos,

24 *Octavum fortè illius libri Opusculum est altera Epistola, de qua Photius pag.* 874 *in hunc modum scribit:* Scribit idem venerandus Vir ad Christophorum quemdam, quem ipse Sanctissimum in inscriptione litterarum appellat, rogatus ab eo, ut ad quasdam ex sacris Scripturis dubitationes responderet. *Duæ nimirum proponebantur quæstiones, sed illæ ibidem videri possunt. Porrò* octavum *hoc dixi Opusculum, quia* nonum *vocatur, de quo mox subdit Photius pag.* 878: Idem adhuc Eulogius in libro seu argumento nono declaravit ea, quibus vitæ solitariæ (*Græcè* Monasticæ) laus continetur, & quid sit monachus, describit. [*Addo ex Græco.* Et se ejusdem instituti declarat.] Hortatur vitæ monasticæ cultores, ut ad professionis præscriptum vitam instituant, καὶ τῇ μονότητι καὶ ἐνότητι τῆς ὁσ-

κλ-

AUCTORE J. S.

κλεισίας συναρμόζεσθαι, & unitati Eccleſiæ coagmententur. *Vox* unitati *diverſo modo repetitur, ſed voce* μονότητι *non ſignificatur vita ſolitaria, ut habet textus Latinus.* Erant autem, quos illius admonitio reſpicit, ex factione & ſecta Severiana. *Deinde, relatis aliquot illius Orationis capitibus, ita relationem concludit:* His oratione decurſis, cùm Severum anathemate proſcriptum dixiſſet, diſputationem fine concludit. *Si hoc revera nonum ſit illius codicis Opuſculum, ut vocatur, videntur duodecim Opuſcula à Photio recenſeri. At hic alibi etiam numerum variat.*

eos ad unitatem invitans: ſcribit item contra Agnoïtas, & aliud Opuſculum.

25 *Pergo cum Photio:* Sequens Oratio eamdem præfert inſcriptionem, & adhortationem ad eos continet, qui ab Eccleſia diſſidebant. *Monebat Sanctus, ut ex pugnis & diſſenſionibus hæreticorum intelligerent veram & piam eſſe Eccleſiæ Catholicæ ſententiam. At hæc non rectè in textu Latino ſunt expreſſa.* Oſtendit præterea, unde factum ſit, ut opinatio hæretica in infinitas quaſi ſectas & ſententias diſtracta & divulſa ſit. *Ex hac Oratione ſat multa affert Photius, & demum ait:* His breviter diſputatis, longa exhortatione hunc quoque librum finit. *Decima hæc fuit Oratio, ſi præcedens rectè vocata eſt* nona: *& conſequenter undecima fuerit, de qua Photius hæc ſubjungit:* Aliam Orationem componit contra Agnoïtas: monachos autem quoſdam ait ex Palæſtina ſolitudine excitâſſe dogma, qui Domino noſtro Jeſu Chriſto ignorantiam ex iis, quæ ipſe dixit, aſſignare conati ſunt. *Hoc Opus contra Agnoïtas, de quo plura apud Photium videri poſſunt, memorat etiam S. Gregorius lib.* 10 *noviſſimæ editionis epiſt.* 35 *ad* Eulogium, *& rurſum epiſt.* 39, *utroque loco mirè laudans ſententiam Sancti, eamque ſuæ omnino conformem dicens. Verba Gregorii dabo inferiùs. Ultimum Opuſculum, quod ex codice illo recenſet Photius, conſcriptum fuit de concilio contra Samaritanos hæreticos celebrato, & de ſententia in illos lata. Titulus lucubrationis illius erat:* Decretum in Samaritanos editum. *Agit quoque ibidem Sanctus de reſurrectione mortuorum, & aliam addidit quæſtionem de animalibus mundis, quæ ſacrificabantur in Lege veteri. Videri poteſt Photius col.* 884 *& ſeq. De concilio ipſo infrà agemus uberiùs.*

B

C

§ IV. Concilium ab Eulogio habitum in cauſa Samaritanorum: utrum etiamnum exſtent aliqua Sancti ſcripta.

Cùm gravis eſſet diſſenſio inter Samaritanos hæreticos,

DE geſtis S. Eulogii *vix aliquid habemus, præterquam ex litteris S. Gregorii Papæ. At quæ narrat Gregorius, contigerunt, Gregorio Pontificatum gerente. Hinc iis omnibus præmittendum eſt concilium, quod habuit* Eulogius *anno* VII *Mauritii imperatoris, id eſt, anno* 588 *aut* 589: *nam cum parte utriuſque concurrit annus Mauritii ſeptimus. Photius col.* 883 *occaſionem hujus ſynodi exponit his verbis:* Plebs Samaritana in contrarias diviſa factiones inter ſe diſſidebat, & peregrinis ſe opinionibus propugnabat. Alii enim Jeſum Nave eum eſſe cenſuerunt, de quo dixit, Prophetam vobis excitabit Dominus Deus ex fratribus veſtris ut me. Alii, rejectâ hac ſententiâ, Doſthen quemdam nomine, ſive Doſitheum, prædicârunt, Samaritanum etiam gente, æqualem Simoni Mago: & hunc illum eſſe à Moyſe prædictum portentosè commenti, ab ipſius nomine Doſthêni cognominati ſunt. *Meminerunt de Doſitheanis varii Patres.* D

ex quibus aliqui erant Doſitheani.

27 *Origenes lib.* 6 *contra Celſum num.* XI *jungit Simonem Magum & Doſitheum, ut impoſtores, qui factis mirabilibus nomen & famam ſibi fruſtra conati ſunt acquirere.* Cujuſmodi, *inquit*, fuerunt Simon Samaritanus Magus, & Doſitheus ejuſdem ac ille regionis. Ille ſe dicebat DEI VIRTUTEM, quam vocabat MAGNAM; hic verò ſe ipſum DEI FILIUM. Tamen nuſquam gentium videntur nunc Simoniani... Doſitheani verò nec primùm admodùm valuerunt, & nunc omnino exſtincti ſunt, ita ut vix triginta reliqui memorentur. *Idem lib.* 1 *contra Celſum num.* 57 *de hoc Doſitheo ſic loquitur:* Poſt Jeſu tempora voluit & Doſitheus quidam Samarita ſuis perſuadere, ſe eſſe Chriſtum illum, quem Moyſes prædixerat, viſuſque eſt nonnullos ſibi ſuâ doctrinâ conciliare. *Loquitur & aliis locis Origenes de Doſitheo & Doſitheanis hæreticis, & Hom.* 27 *in Lucam Doſitheus ab eo vocatur* Samaritarum hæreſiarcha. E

diſtincti à Doſitheanis apud Epiphanium memoratis.

28 *S. Epiphanius in Panario cap.* 13. *pag.* 30 *etiam agit de hæreticis Doſitheis. Verùm, ſicut rectè obſervat Petavius in Animadverſionibus pag.* 26, *Doſitheus ille, de quo agit S. Epiphanius, antiquior eſt illo hæreſiarcha, de quo loquitur Origenes & Photius; & conſequenter* Doſithei *illi, Samaritanorum in veteri Lege hæretici, non ſunt confundendi cum* Doſitheanis *tempore Apoſtolorum natis. De hiſce verò Doſitheanis breviſſimè loquitur Theodoretus lib.* 1 *Hæreticarum fabularum in Simone Mago. Porrò, cùm ferè exſtincti eſſent tempore Origenis, neceſſe eſt, ut numerus illorum deinde rurſum accreverit. Certè non pauci videntur fuiſſe tempore* S. Eulogii, *ut colligetur ex dicendis. Poſt data ſuperiùs verba, de Doſitheo hæc ſubjungit Photius:* Hic in divinos Dei prophetas maledicus, potiſſimùm tamen in Judam unum de duodecim patriarchis contumelioſus, nihil reveritus immenſas de illo in voluminibus Moſaïcis perſcriptas laudes. His ergo prophetis omnibus exploſis exſibilatiſque, ipſe ſibi omnia & vaticinia & reliquam divinitatem arrogavit. Octateuchum ſpuriis ſcriptis & omni genere mixtis corruptelis adulteravit, alioſque libros ſtultitiâ & portentis plenos conſarcinavit, ſuiſque aſſeclis reliquit. Reſurrectionem quoque negavit. *Hactenus de Doſitheanis, quibus contrarii erant Samaritani illi, qui Moyſis prædictionem de propheta venturo explicabant de Joſue, ut mox dictum eſt.* F

Eulogius in concilio utramque partem damnat,

29 Hæ ergo factiones ita in diſſidentes, contrarias & impias ſectas & opiniones diſſectæ fuerant. Utraque porrò factio libellos pro ſua ſententia, & contra adverſariam partem, ſuum quæque prophetam alteri præferendo, porrexit. S. Eulogius cum ſynodo frequentiſſima, pontificibus plena inſignibus, atque illuſtribus dignitate viris, judex his præſedit. Marcianus * ſuſceptum imperium Romanum ſeptimum jam annum adminiſtrabat. B. Eulogius, diſcuſſis, quæ ab utraque parte adferebantur, & utrâque erroris, à veritate procul remoti convictâ, illum à prophetis prædictum Meſſiam, ex Scripturis ſacris docuit eſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, verum Deum; illos verò graviſſimo errore laborâſſe; hos quidem quod Jeſum Nave illum prophetam præ-

** lege* Maritius

A prænuntiatum fingerent; illos verò quòd Dosthen seu Dositheum impium portentosè comminiscerentur: atque ita concilium solvit. Sed argumentum & decretum cum Eulogio periit: tertius liber superstes in nostras manus pervenit. *Hactenus Photius, dicens excidisse Acta, quibus continebantur rationes & decreta concilii, sed librum ea de re ab* Eulogio *scriptum ad manus suas pervenisse.*

malè hoc concilium ad anteriora tempora refert Tillemontius.

30 *Tillemontius tom.* 15 *Monum. Eccl. in S. Leone Papa art.* 155 *de hoc concilio agit, illudque refert ad annum* VII *Marciani imperatoris, Christi* 456, *aitque se nescire, quis sit ille Eulogius, qui concilio præsedit, nisi fortè sit Eulogius Philadelphiæ in Arabia Petræa episcopus. Verùm Ludovicus Bulteau in Historia Gallica Ordinis monastici lib.* 4 *cap.* 29, *eumque secuti Bailletus & Lequien rectè* Eulogio *nostro factum istud attribuunt; creduntque solo transcribentium vitio* Marcianum *irrepsisse pro* Mauritio *imperatore. Certè nullum est dubium, quin Photius factum attribuat* Eulogio *Alexandrino, de quo agit, & cujus Opera ibi recenset. Neque tam imperitus erat Photius, ut credere posset* Eulogium
B *Alexandrinum floruisse Marciani temporibus. Itaque dubitandum non videtur, quin Mauritii &* Eulogii *Alexandrini temporibus habitum sit concilium, illique præfuerit* S. Eulogius, *cujus eruditioni & zelo omnia optimè congruunt.*

Opuscula Sancti ferè deperdita, nec nota ejus epistola synodica:

31 *Joannes Albertus Fabricius in Bibliotheca Græca variis locis recenset Opera omnia* S. Eulogii, *de quibus modò ex Photio egimus, notatque de singulis, ea dudum excidisse, exceptis tamen fragmentis iis, quæ Photius Bibliothecæ suæ inseruit. Ille autem tom.* 9 *pag.* 481 *&* 482 *undecim Orationes, in uno volumine à Photio inventas, ordine utcumque diverso recenset, quàm à me fuerunt enumeratæ. Credit nimirum nonam Orationem, in qua agitur de vita monastica, non habendam pro oratione distincta, sed pro nono capite Orationis octavæ sive Epistolæ ad Christophorum. At id difficulter mihi persuadere possum, quia dicta sua de illa Epistola pag.* 878 *Photius concludit, priusquam de Opusculo, quod nobis aliud videtur, loqui incipit. Cæterùm res exigui est momenti, ita ut necesse non sit plura de his addere, præsertim cùm Photius singulas Orationes non satis clarè ubique distinxerit. Verùm quod*
C *laudatus Fabricius habet tom.* 9 *pag.* 460 Eulogii patriarchæ Alexandrini epistola Synodica ad Gregorium Papam, circa hoc tempus scripta (*annus indicatur* 602) exstat apud Photium in Bibliotheca cod. 230, *quodque etiam legitur apud Harduinum in Indice ante tomum* 3 *Conciliorum, nequaquam est accuratum. Nam apud Photium non est ipsa epistola synodica; sed fragmenta quædam dat Photius Apologiæ* Eulogii, *post epistolam synodicam scriptæ. Secundò epistola synodica* Eulogii *non fuit data ad Gregorium Papam, neque circa annum* 602, *sed haud dubiè ad Pelagium II, cujus tempore* Eulogius *factus est patriarcha, & circa annum* 580.

Homilia edita nomine Eulogii, qui inter defensores concilii Chalcedonensis est,

32 *Combefisius in Auctario Patrum tom.* 1 *pag.* 671 *edidit Sermonem Græco-Latinum* in diem festum Palmarum & in pullum asini, *eumque attribuit* S. Eulogio. *In Catalogo Bibliothecæ regiæ Parisiensis tom.* 2 *cod.* 897 *ponitur* Eulogii Alexandrini Homilia in Ramos Palmarum. *De codice, qui partim membranaceus, partim chartaceus est, hæc ibi notantur:* Hujus codicis pars membranacea duodecimo seculo, pars chartacea decimo quinto exarata videtur. *Fuit eadem Homilia antè edita nomine S. Cyrilli Alexandrini ex codice Oxoniensi. Hinc Combefisius pag.* 677 *observat sequentia:* Oxoniensis codex adscriptam habuit Cyrillo pariter Alexandrino, sed stylo ipso repugnante, uti deprehenderat ejus apud Cyrillum interpres. Sic passim celebrior quis scriptis editis etiam aliorum ad se scripta trahit, ubi maximè aliquid eis cum ipso convenit, uti hîc in Eulogio & Cyrillo sedis ejusdem episcopis. Esse autem Eulogii suadet tota materia, magnaque illa ejus affinitas cum aliis ejusdem Eulogii defloratis à Photio. Ubique acris in Eutychianos depugnat, dignus planè, quem Papa Agatho sua ad VI synodum suggestione inter primos ac præcipuos synodi Chalcedonensis ac Tomi Leonis defensores percenseat. Est Oratio partim festiva, partim polemica *&c. Hactenus Combefisius. Quod autem ait de laudato* Eulogio *inter præcipuos defensores synodi Chalcedonensis ab Agathone Papa, videri potest in Epistola Agathonis apud Harduinum tom.* 3 *Conciliorum col.* 1101. *Similiter à S. Sophronio Hierosolymitano episcopo apud Photium cod.* 231 *pag.* 890 *laudatur inter egregios fidei defensores* B. Eulogius episcopus Alexandriæ, qui multis verbis Acephalorum sententiam refellit.

AUCTORE J. S.

non videtur certò illi posse attribui:

E

33 *At non video tantam affinitatem inter Homiliam à Combefisio editam & fragmenta* Eulogii *à Photio data, ut inde Homilia* Eulogio *indubitanter adscribi possit. Nihilo magis video ex materia ibidem tractata id satis fieri certum, præsertim cùm auctor nominatim impetat Judæos, Manichæos, Arianos, Marcionistas, Paulum Samosatenum, qui omnes erant longè vetustiores; at nec Nestorium, nec Eutychetem, nec ullum illorum temporum hæreticum; nec S. Leonem aut Chalcedonense concilium nominet. Quapropter, cùm in diversis codicibus adscribatur hæc Homilia diversis auctoribus, neque aliunde cognosci possit, an sit* Eulogii, *neque cognita fuerit à Photio; non ausim ego illam Sancto nostro certò attribuere. Quæ contra Eutychianos disputata credit Combefisius, non evincunt Homiliam illam non esse* Eulogio *longè vetustiorem.*

aliæ ejusdem fragmenta certiora.

34 *Laudatus Combefisius in Operibus S. Maximi tom.* 2 *pag.* 145 *dedit* Beatissimi Eulogii Papæ Alexandrini capita septem de duabus naturis Domini Deique ac Salvatoris nostri Jesu Christi. *Græcus titulus huic congruit; nec inveni ullam rationem dubitandi, quin illud fragmentum sit* S. Eulogii, *cùm similia disputaverit in variis Opusculis apud Photium memoratis. Sequitur ibidem aliud fragmentum* de substantia seu essentia & natura & hypostasi; *illudque præcedenti ita sine nomine subjungitur, acsi ejusdem esset auctoris. Hoc certum est, de similibus disputâsse* Eulogium, *ideoque ei istud meritò abjudicari non posse, si ipsius nomine sit inventum. In Catalogo Bibliothecæ regiæ Parisiensis tom.* 2 *pag.* 35 *in codice* 228 *memorantur* Excerpta ex Eulogii patriarchæ Alexandrini libris de sancta Trinitate & Incarnatione. *Hæc si eadem non sint cum datis à Combefisio fragmentis, tamen facilè credi possunt* Eulogii *esse, cùm constet ipsum de Sanctissima Trinitate & Incarnatione disputâsse. Gregorius protosyncellus & deinde patriarcha Constantinopolitanus in Apologia contra epistolam Marci Ephesini, apud Harduinum tom.* 9 *Conciliorum col.* 663 *laudat Opus aliquod* S. Eulogii *nomine* Ἀνθολογίας, *ex eoque textum satis longum adducit ad defensionem concilii Chalcedonensis. Titulus huic Opusculo ibi datus non evincit, illud fuisse distinctum ab iis, quæ pro concilio Chalcedonensi ab* Eulogio *scripta recensuit*

F

AUCTORE J. S.

Photius. At inde saltem cognoscimus, superfuisse aliqua ex Opusculis Eulogii *seculo* XV *post concilium Florentinum : nam illo tempore Apologiam istam scripsit Gregorius. Hactenus de Sancti scriptis. Nunc videbimus, quanti* Eulogium *fecerit S. Gregorius.*

§ V. Amicitia S. Eulogii cum S. Gregorio Papa, ex cujus litteris multa recitantur.

Friores Gregorii ad Eulogium litteræ aliis communes :

UBi *S. Gregorius anno* 590 *ad pontificatum erat evectus, ad patriarchas Orientalis imperii, interque eos ad* S. Eulogium *de promotione sua scripsit epistolam bene prolixam, quæ in editione novissima est* 25 *libri primi. Quid ad hanc responderit* Eulogius, *ex nullo monumento discimus; at non videtur dubitandum, quin responderit. Rursum S. Gregorius ad* Eulogium *Alexandrinum & Anastasium Antiochenum communes misit litteras de Joanne patriarcha Constantinopolitano, in quo vehementer improbat, quòd usurparet titulum patriarchæ seu episcopi* universalis. *Figitur hæc epistola Indictione* 13, *id est, anno* 595, *habeturque lib.* 5 *epistola* 43. *Non statim ad hanc Gregorii querelam respondit* Eulogius, *licèt eidem de aliis rebus scripserit, ut liquet ex Epistola* 60, *lib.* 6, *quæ data est* mense Augusto, Indictione XIV, *id est, anno* 596. *Quippe Gregorius ibi sic habet :* Præterea ante aliquantum temporis communi filio Sabiniano diacono, responsa Ecclesiæ in urbe regia facienti, scripta nostra transmisimus, quæ vestræ fraternitati dirigere debuisset. Quæ si suscepistis, miramur cur ad ea nobis minimè respondistis. Et ideo quia cavendum est, ne cujuslibet superbia scandalum ecclesiis introducat, necesse est ut eadem scripta subtiliter relegentes, omni studio & tota intentione, quæ ad honorem vestrum & pacem Ecclesiæ pertinent, conservetis.

C

dona ab Eulogio ad Gregorium missa, ab hoc alia eidem remissa.

36 *Quamvis ad istud non respondisset* Eulogius, *fortè quòd epistolam Gregorii necdum accepisset, aut alia de causa nobis ignota, satis tamen declaraverat reverentiam suam erga S. Gregorium. Nam ubi hic varia de caritate inter Romanam & Alexandrinam ecclesiam scripserat, ita pergit :* Ad hanc autem unitatem cordium etiam vestræ sanctitatis meritis ligamur, quos auctoris sui salubriter sequi instituta cognoscimus, & semper ad Magistri * sui gremium, unde illic prædicatio salutis exorta est, tota se conferre devotione sentimus. *Addit se ideo de litteris ipsius gavisum esse, sed doluisse de afflictionibus, in quibus erat. Demum munusculum aliquod ad Gregorium miserat* Eulogius : *huic verò ille aliud remittebat, de quibus Gregorius hæc scribit :* Latorem autem præsentium Isidorum diaconum communem filium cum ea, quâ oportuit, charitate suscepimus, benedictionem * nobis S. Marci Euangelistæ deferentem. Et vos quidem bonæ vitæ merito resplendentes ea, quæ paradiso vicina sunt, beneolentia nobis ligna transmisistis. Nos verò, quia videlicet peccatores sumus, ab Occidente vobis ligna transmisimus, quæ construendis apta navibus, nostræ mentis tumultum signantia, in marinis fem-

* *i. e.* Romani Pontificis

* *i. e.* donum episcopi Alexandrini

per fluctibus agitantur : & quidem transmittere majora voluimus, sed hæc navis angusta non recepit. *Plura legi possunt in laudata epistola.* D

Gregorius Eulogium interrogat de Eudoxio hæretico,

37 *Deinde S. Gregorius iterum communem* Eulogio *Alexandrino & Anastasio Antiocheno scripsit epistolam, quæ* 34 *est (olim* 31*) libri septimi, figiturque Indictione* 15, *sive anno* 597, *aut certè non ante mensem Septembrem anni* 596. *Agit in hac epistola de Cyriaco patriarcha Constantinopolitano, qui successerat defuncto Joanni Jejunatori, quique epistolam synodicam de sua promotione cum fidei professione direxerat ad S. Gregorium. Agnoscit sanctus Papa fidem Cyriaci esse Catholicam, sed ignorare se asserit, qua de causa inter alios hæreticos damnaverit Eudoxium, sollicitéque monet, omittendum esse à Cyriaco titulum* universalis, *quem decessor ipsius Joannes usque ad obitum usurpaverat. De aliis quoque Ecclesiæ negotiis scribit, aitque se postea responsurum ad epistolam acceptam, quando lator istius paratus erat ad discedendum. Porrò per epistolam* 40 *(olim* 37*) ejusdem libri, quæ soli* Eulogio *inscribitur, verisimiliter respondit Gregorius ad epistolam modò memoratam. Illam ita orditur.* Suavissima mihi Sanctitas vestra multa in epistolis suis de S. Petri Apostolorum Principis cathedra locuta est, dicens, quòd ipse in ea nunc usque in suis successoribus sedeat, *&c.* F

ejus contra hæreticos zelum laudat.

38 *Ad hæc ubi humiliter responderat Gregorius, sic prosequitur :* Debitum autem salutationis alloquium persolvens, indico quia magno gaudio exulto, quòd vos contra hæreticorum latratus assiduè laborare cognovi; atque omnipotentem Dominum deprecor, ut Beatitudinem vestram sua protectione adjuvet : quatenus per linguam vestram de sinu sanctæ Ecclesiæ omnem radicem amaritudinis evellat, ne rursum germinans impediat multos, & per illam coinquinentur multi. Accepto etenim talento, cogitatis quod præceptum est : Negotiamini dum venio. Ego itaque, etsi negotiari nihil valeo, lucris tamen negotii vestri congaudeo, hoc videlicet sciens, quia etsi me participem operatio non facit, laboris vestri me participem caritas facit. Quia, sicut æstimo, bonum proximi etiam otioso commune fit, qui de alterius actibus gaudere communiter scit. Præterea ligna transmittere volui : sed Beatitudo vestra, si essent necessaria, non indicavit, & majora multò mittere possumus, sed nequaquam talis navis huc mittitur, quæ hæc capere valeat. Minora autem mittere verecundum puto. Quid tamen facere debeam, Beatitudo vestra suis mihi Epistolis innotescat. E

de munusculis ab eo acceptis scribit, & alia ei mittit.

39 Parvulam verò benedictionem de amatoris vestri sancti Petri Ecclesia sex minora Aquitanica pallia, & duo oraria transmisi : quia enim multùm diligo, etiam de parvis præsumo. Habet enim ipsa dilectio auctoritatem suam; & omnino certa est, quia injuria non erit in omne, quod amando præsumpserit. Suscepi autem benedictionem sancti Euangelistæ Marci juxta brevem * vestris Epistolis insertum. Sed quia colatum ac viritheum non libenter bibo, præsumens cognidium requiro, quod in hac urbe post multa tempora vestra innotescere transacto anno Sanctitas fecit. Nam nos hîc à negotiatoribus nomen cognidii, & non substantiam comparamus. Peto autem ut contra omnes amaritudines, quas in hac vita patior, vestræ me Sanctitatis oratio fulciat, atque ab his apud omnipotentem Dominum suis intercessionibus defendat, *Hactenus Gregorius. Ce-*

* *al.* breve

A *terùm ad voces* colatum *aut* collatum, *ut aliàs legitur*, viritheum, *in alia lectione* juritheum, & cognidium, *varia annotantur in noviſſima editione Operum Gregorii. Haud dubiè diverſa ſunt potionum genera, at fateor me ignorare, utrùm vinâ varia, an aliæ potiones deſignentur. Fruſtra etiam divinavero, ſi voluero explicare, quodnam veſtimenti genus per* Aquitanica, *aut* equitanica, *ut eſt in alio Ms.*, pallia *deſignaverit Gregorius. Attamen non dubito, quin pretioſa fuerint: nam aliàs plura fuiſſent miſſa.*

Aliæ Gregorii litteræ de munuſculis,

40 *Duas alias S. Gregorii ad* Eulogium *epiſtolas ad eumdem annum* 597, *ſive ad Indictionem* 15 *pertinere exiſtimo, etiamſi ab editoribus ſeriùs fuerint collocatæ. Harum una eſt, quæ lib.* 8 *ponitur* 29, *quamque ita orditur Gregorius:* Utilis ſemper eſt docti viri allocutio. *Agitur autem de Actis martyrum ab Euſebio Cæſarienſi collectis, quæ petierat* Eulogius, *quæque ſibi ignota affirmat Gregorius, agens deinde de Martyrologio Romano illius temporis. Poſt illa verò ſequentia ſubnectit:* De lignis autem quod ſcribitis, quia brevia fuerint, navis, per quam tranſmiſſa ſunt, qualitas fecit: quia ſi major navis veniſſet, potuimus ligna etiam ma-

B jora tranſmittere. Quòd autem dicitis, quia ſi majora tranſmittimus, pretium dabitis, largitati quidem gratias agimus, ſed accipere pretium, Euangelio interdicente, prohibemur. Nos enim ea, quæ tranſmittimus, ligna non emimus, & quomodo poſſumus pretium accipere, cùm ſcriptum ſit: Gratìs accepiſtis, gratìs date? Nunc ergo juxta modum navis per nauclerum parva ligna tranſmiſimus, quorum notitia ſubter annexa eſt. Sequenti verò anno, ſi omnipotenti Deo placuerit, majora præparamus. Benedictionem autem S. Marci Euangeliſtæ, immò quod eſt verius, ſancti Petri Apoſtoli, in ea dulcedine, quâ eſt tranſmiſſa, ſuſcepimus, & ſalutationis alloquium perſolventes, petimus ut Beatitudo veſtra pro nobis orare dignetur: quatenus & à malis præſentibus mereamur citiùs eripi, & à futuris gaudiis non excludi. *Ita Gregorius. De Actis martyrum, quæ ab Euſebio conſcripta credebat* Eulogius, *hîc non ago; neque de Martyrologio hîc memorato. Ratio verò, quâ hanc epiſtolam anno* 597 *figendam exiſtimo, hæc eſt.* Eulogius *hîc primùm legitur petiiſſe ligna longiora, & pretium obtuliſſe. At dubitari vix poteſt, quin id fecerit, poſtquam acceperat ligna anno* 596 *à Gregorio miſſa. Præterea necdum hîc mentionem facit de morbo, quo laboravit anno* 598, *ut infrà videbimus.*

C

Aliæ de reſponſo necdum accepto de titulo epiſcopi Conſtantinopolitani.

41 *Epiſtola* 78 (*aliàs* 79) *libri noni, quæ ſigitur Indictione* 2, *etiam citiùs ſcripta videtur. Nam queritur ibi Gregorius, quòd necdum* Elogius *reſpondiſſet de cauſa patriarchæ Conſtantinopolitani, titulum* univerſalis *uſurpantis. Quare hæc epiſtola certò exarata eſt ante aliam mox memorandam, & Indictione* 1 *datam.* Scripta, *inquit Gregorius*, dulciſſimæ veſtræ Sanctitatis latore præſentium deferente ſuſcepi, quæ mihi de ejus cauſa citiùs terminanda locuta ſunt. *Poſt pauca:* De cauſa verò, de qua mihi omnino ſcribendum fuerat, nihil veſtra Sanctitas ſcripſit, in qua me & tardum eſſe judicavit: quæ ne fortaſſe in ſcandalo diviſionis erumperet, ejuſdem diviſionis nolui auctor exiſtere. Elegi enim, ut ea, quæ ſecutura ſunt, per alios exirent. Sed ſubſequenti tempore Deo auctore probabitis, quia in cauſa, in qua Deo placere cupio, homines non formido. De qua vobis jam etiam in Conſtantinopolitanam urbem venientibus ſcribere curavi. *Poſt quædam de lignis majoribus*, Eulogii *precibus ſe ita commen-*

dat: Peto autem, ut pro me exiziùs veſtra San- AUCTORE
ctitas orare debeat: quia & podagræ doloribus, J. S.
& barbarorum gladiis, & curarum afflictionibus inceſſanter premor. Sed ſi mihi orationis veſtræ opem impenditis, credo quòd me contra adverſa omnia fortiter juvetis.

Gregorius in alia epiſtola

42 *In epiſtola* 30 *libri* 8, *quæ certò data eſt Indictione* 1, *& anno* 598, *mentio fit de gemino reſponſo* Eulogii, *videlicet de Eudoxio hæretico Ariano ſeculi* IV, *quem ſibi non ſatis notum anno præcedente ſcripſerat Gregorius, & de rebus Conſtantinopolitanis, ſive de titulo* univerſalis *epiſcopi, de quo jam in duabus epiſtolis ad* Eulogium *ſcripſerat Gregorius. Hunc verò titulum ſibi ab* Eulogio *tributum modeſtiſſimus Papa conqueritur. Initio autem epiſtolæ Gregorius gaudet ac hæreticis ab* Eulogio *converſis, eique mox nuntiat Anglorum converſionem per S. Auguſtinum. Totam epiſtolam huc transfero:* Gregorius Eulogio epiſcopo Alexandrino. Communis filius, præſentium lator, Sanctitatis veſtræ ſcripta deferens, ægrum me reperit, ægrum reliquit; qua ex re contigit ut ad largum veſtræ Beatitudinis fontem, brevis epiſtolæ meæ vix parva potuiſſet aqua reſudare.

E

gaudet, multos hæreticos ab Eulogio converſos,

43 Superni autem muneris fuit, ut in dolore corporis poſitus ſuaviſſimæ veſtræ Sanctitatis ſcripta ſuſciperem, quæ me de doctrina Alexandrinæ urbis hæreticorum, & de concordia fidelium ſublimiter lætificaret: quatenus ipſa mentis lætitia immanitatem mihi moleſtiæ temperaret. Et quidem de bonis veſtris nova ſemper exultatione gaudemus, ſed tamen ita vos perfectè agere, novum eſſe nullo modo deputamus. Quòd enim creſcit ſanctæ Eccleſiæ populus, quòd ad cæleſte horreum ſpiritales ſegetes multiplicantur: hoc de omnipotentis Dei gratia, quæ in beatiſſimis vobis largè influit, numquam habuimus incertum. Gratias itaque omnipotenti Deo ſolvimus, quia impletum videmus in vobis eſſe, quod ſcriptum eſt: Ubi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo boum. Si enim bos fortis aratrum linguæ in terra cordis audientium non traxiſſet, tanta fidelium ſeges minimè ſurrexiſſet.

narrat converſionem Anglorum per S. Auguſtinum,

44 Quoniam verò in bonis, quæ agitis, ſcio quòd & aliis congaudetis, veſtræ vobis gratiæ vicem reddo, & non diſſimilia nuntio: quia dum gens Anglorum in mundi angulo poſita, in cultu lignorum ac lapidum perfida nuncuſque remaneret, ex veſtræ mihi orationis adjutorio placuit, ut ad eam monaſterii mei monachum in prædicationem tranſmittere Deo auctore debuiſſem. Qui datâ à me licentiâ, à Germaniarum epiſcopis epiſcopus factus, cum eorum quoque ſolatiis, ad prædictam gentem in finem mundi perductus eſt, & jam nunc de ejus ſalute & opere ad nos ſcripta pervenerunt: quia tantis miraculis vel ipſe, vel hi, qui cum eo tranſmiſſi ſunt, in gente eadem coruſcant, ut Apoſtolorum virtutes inſignes, quæ exhibent, imitari videantur. In ſolemnitate autem Dominicæ Nativitatis, quæ hac prima Indictione tranſacta eſt, plus quàm decem millia Angli ab eodem nuntiati ſunt fratre & coëpiſcopo noſtro baptizati. Quod idcirco narravi, ut cognoſcatis, quid in Alexandrino populo loquendo, & quid in mundi finibus agitis orando. Veſtræ enim orationes ſunt in eo loco, ubi noſtis, quarum operationes ſanctæ monſtrantur in eo loco, in quo eſtis.

F

ait ſe ab Eulogio inſtructum de Eudoxio hæretico, & de erroribus exortis,

45 Præterea de Eudoxii hæretici perſona, de cujus errore in Latina lingua nihil reperi, mihi à veſtra Beatitudine largiſſimè gaudeo ſatisfactum. Virorum quippe fortiſſimorum Baſilii, Gregorii,

AUCTORE J. S.

atque Epiphanii teſtimonia protuliſtis, & manifeſtè peremptum cognoſcimus eum, in quem heroes noſtri tot jacula dederunt. De his verò erroribus, qui nunc in Conſtantinopolitana eccleſia probantur exorti, doctiſſimè omnia, & ut judicium tantæ ſedis proferre decuit, reſpondiſtis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, quia adhuc arcæ Dei inſunt tabulæ teſtamenti. Quid eſt enim ſacerdotale cor, niſi arca teſtamenti? in qua quia ſpiritalis doctrina viget, procul dubio tabulæ legis jacent.

queritur titulum univerſalis Papæ ſibi ab Eulogio tributum,

46 Indicare quoque veſtra Beatitudo ſtuduit, jam ſe quibuſdam non ſcribere ſuperba vocabula, quæ ex vanitatis radice prodierunt, & mihi loquitur, dicens: SICUT JUSSISTIS. Quod verbum juſſionis peto à meo auditu removete, quia ſcio, qui ſum, qui eſtis. Loco enim mihi fratres eſtis, moribus patres. Non ergo juſſi, ſed quæ utilia viſa ſunt, indicare curavi. Non tamen invenio veſtram Beatitudinem hoc ipſum, quod memoriæ veſtræ intuli, perfectè retinere voluiſſe. Nam dixi, nec mihi vos, nec cuiquam alteri tale aliquid ſcribere debere: & ecce in præfatione epiſtolæ, quam ad me ipſum, qui prohibui, direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, univerſalem me Papam dicentes, imprimere curâſtis. Quod peto dulciſſima mihi Sanctitas veſtra ultrà non faciat: quia vobis ſubtrahitur, quod alteri plus, quàm ratio exigit, præbetur. Ego enim non verbis quæro proſperari, ſed moribus. Nec honorem eſſe deputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. Meus honor eſt fratrum meorum ſolidus vigor. Tunc ego verè honoratus ſum, cùm ſingulis quibuſque honor debitus non negatur. Si enim univerſalem me Papam veſtra Sanctitas dicit, negat ſe hoc eſſe, quod me fatetur univerſum. Sed abſit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & caritatem vulnerant.

ejuſque preces poſtulat.

47 Et quidem in ſancta Chalcedonenſi ſynodo, atque poſt à ſubſequentibus patribus hoc deceſſoribus meis oblatum veſtra Sanctitas novit. Sed tamen nullus eorum uti hoc umquam vocabulo voluit; ut dum in hoc mundo honorem ſacerdotum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum cuſtodirent ſuum. Proinde debitum ſalutationis alloquium ſolvens peto, ut in ſanctis orationibus veſtris mei memores eſſe dignemini: quatenus à peccatorum meorum nexibus, quia meis meritis non valeo, veſtris interceſſionibus me Dominus abſolvat. *Ita modeſtiſſimus Gregorius, nolens uti titulo, Romanis Pontificibus aliàs oblato, illiſque ſolis congruo, ut exemplo non minùs quàm verbis modeſtiam doceret præſules Conſtantinopolitanos.*

§ VI. Proſecutio geſtorum Eulogii ex epiſtolis S. Gregorii.

Gregorius ſcribit de morbo ſuo diuturno,

RElíquas S. Gregorii ad Eulogium *epiſtolas eo ordine, quo editas invenio, recenſere pergam. Lib.* 10 *epiſtola* 35 *præcipuè agit de ſcriptis contra Agnoïtas hæreticos, contra quos* Eulogium *diſſeruiſſe jam vidimus num.* 25. *S. Gregorius quoque contra eoſdem hæreticos ſe eodem modo ſcripſiſſe teſtatur. Epiſtolam verò ſic orditur:* Tranſacto anno ſuaviſſima Sanctitatis veſtræ ſcripta ſuſcepi, quibus pro ægritudinis meæ nimietate reſpondere nunc uſque non valui. Ecce enim jam biennium penè * expletur, quòd lectulo teneor, tantiſque podagræ doloribus affligor *&c*... Scripſit autem mihi dulciſſima & ſemper honoranda Beatitudo veſtra, quòd ei communis filius Anatolius diaconus de Conſtantinopolitana urbe ſcripſerat, ad me quoſdam monachos de Jeroſolymorum partibus veniſſe, qui à me aliquid de Agnoïtarum errore requirerent: & dicitis, quia petiit, ut veſtra mihi Sanctitas ſcriberet, quid de eadem debuiſſet exquiſitione ſentire. Sed neque ad me de Jeroſolymorum partibus requirentes aliquid monachi venerunt, neque eundem communem filium vobis potuiſſe aliud quàm erat ſcribere, ſed interpretem ſuſpicor in ejus epiſtolis erraviſſe. Nam idem diaconus mihi jam ante biennium ſcripſit, quia à prædictis partibus ad Conſtantinopolitanam urbem talia requirentes monachi venerunt, méque ſtuduit requirere, quid ſentirem.

* *al.* plenè

laudatque ſcripta Eulogii contra Agnoïtas,

49 Cui ego ante longum tempus quàm veſtra ſcripta ſuſciperem, contra eamdem hæreſim ipſa reſpondi, quæ poſtmodùm in epiſtola veſtræ Sanctitatis inveni; atque omnipotenti Deo magnas gratias retuli, quia de cunctis inquiſitionibus Romanorum atque Græcorum patres, quorum nos ſequaces ſumus, uno ſpiritu ſunt locuti. In multis enim eamdem veſtram epiſtolam ita reperi, acſi contra prædictam hæreſim ſcripta Latinorum Patrum legerem. Et quantum potui de ſanctiſſimo Fratre meo amare & laudare bonum perpendite, in cujus ore venerandos Patres, quos multùm diligo, recognovi. Sit ergo illi laus, ſit in excelſis gloria, cujus dono adhuc in Sede Petri clamat vox Marci, de cujus effuſione ſpiritûs cùm ſacerdos ad perſcrutanda myſteria, ſcilicet ad Sancta Sanctorum intrat, in ſancta Eccleſia velut in tabernaculo ex verbis prædicationis ſpiritalia tintinnabula reſonant. Recta itaque & valde laudabilis eſt veſtra prædicatio. Sed omnipotentem Dominum deprecamur, ut diu vos etiam in hac vita cuſtodiat; ut de Dei organo, quod eſtis, in hoc mundo latiùs vox veritatis ſonet. Pro me autem, peto, intercedite, ut hujus peregrinationis via, quæ mihi aſperior facta eſt, cum celeritate finiatur: quatenus qui ex meis non valeo, ex veſtris meritis poſſim ad æternæ patriæ promiſſa pertingere, & cum cæli civibus gaudere.

aitque ſe eodem modo contra illos ſcripſiſſe;

50 *In ejuſdem libri epiſtola* 39 *(aliàs* 42*) non multò pòſt ſcripta, de iiſdem iterum hæc habet:* Ante hos autem dies, Abramio Alexandrino veniente, Sanctitati veſtræ reſcripſeram, vel quid de ſcriptis veſtris, quæ contra hæreticos Agnoïtas edidiſtis, ſenſerim, vel cur tardè reſponderim. Sed idem Abramius, navigii neceſſitate compulſus, diu perhibetur in Neapolitana civitate demoratus, atque in eo ſenſu, quod dudum ſcripſeram, ita reſcribo: quia de doctrina veſtra contra hæreticos, qui dicuntur Agnoïtæ, fuit valde quod admiraremur; quod autem diſpliceret, non fuit. In eodem autem ſenſu jam dudum communi filio noſtro Anatolio diacono plurima ſcripſeram. Ita autem doctrina veſtra per omnia Latinis Patribus concordavit, ut mirum mihi non eſſet, quòd in diverſis linguis Spiritus non fuerit diverſus. *Deinde varia ſacræ Scripturæ loca contra Agnoïtas exponit, & de munuſculo accepto ſubdit iſta:* Benedictionem verò S. Marci Euangeliſtæ, & veſtræ Beatitudinis accepi. *Tum ait, ligna ſe mittere voluiſſe, ſed nævim non fuiſſe ſatis magnam: longos quoque* Eulogio *precatur annos, e-*

ja-

A *jusque preces flagitat.*

Idem mirè laudans Eulogium,

51 *Principium hujus epistolæ tale est, ut clarè non appareat, utrùm Gregorius epistolam ab* Eulogio *accepisset, an solum nuntium, dum hanc scribebat. At satis declarat, quanti Virum faceret, dum sic orditur:* Sicut aqua frigida animæ sitienti, sic nuntius bonus de terra longinqua. Quis verò mihi esse nuntius bonus, quantùm ad sanctæ Ecclesiæ adjutorium, potest, nisi vita atque incolumitas suavissimæ mihi vestræ Sanctitatis, quæ ex percepta luce veritatis, & eamdem Ecclesiam prædicationis verbo illuminat, & ad meliorem viam morum suorum exemplis informat? Quoties autem in corde meo unanimitatem vestram relego, atque in corde vestro fixum me permanere cognosco, ago omnipotenti Deo gratias; quia dividi locis charitas non potest. Nam etsi corpore longè disjungimur, mente tamen semper indivisibiles sumus. *Quæ hisce subduntur, satis clarè insinuant, Constantinopoli habitum fuisse aliquod episcoporum concilium, ibique etiam adfuisse* S. Eulogium. *At verba admodùm obscura sunt, & verisimiliter mendosa, ita ut ex illis nequeat colligi, quibus de rebus fuerit tractatum*

B *Insinuat ipsum Constantinopoli interfuisse concilio cuidam:*

52 Communis autem filius Anatolius diaconus, (*qui Constantinopoli erat nuntius Apostolicus, sive Apocrisiarius, ut passim ibi vocabatur*) suis mihi scriptis innotuit, in urbe regiâ nulla ecclesiastica quondam de causis terrenis mota. *Ita novissimus editor, dicens sic legi in Mss., fatensque sensum esse obscurum. Hunc verò talem esse suspicatur:* Innotuit... nulla ecclesiastica, sed quædam de terrenis causis mota. *Subjungit autem Gregorius:* Sed credo quòd priùs hoc mihi nuntiaverat, quàm de causa Ecclesiæ Beatitudo vestra loqueretur. Et gaudeo, quia ubi vos adesse contigit, me non arbitror defuisse. Nam veritatis Minister, Petri sequax, & sanctæ Ecclesiæ prædicator, scio quia illa loqui potuisti, quæ de Sede Petri Apostoli per os doctoris sonare debuerunt. *Hac Gregorius, insinuans de rebus ecclesiasticis tractatum fuisse, præsente* Eulogio. *Suspicari autem verisimili ratione possumus, actum fuisse de titulo* universalis, *quem Cyriacus patriarcha Constantinopolitanus necdum deposuerat. Id tamen certum non est, cùm & alia nobis ignota tractari potuerint.*

C *observatio de Anatolio nuntio Apostolico.*

53 *Porrò hac occasione observare placet, Anatolium illum, de quo loquitur Gregorius, non fuisse diaconum Constantinopolitanum, ut per errorem vocatur in variis epistolarum titulis & inscriptionibus novissimæ editionis Operum S. Gregorii. De eo enim Gregorius ipse lib. 7 epist. 30:* Dilectissimum autem filium meum Anatolium diaconum, quem ad facienda responsa Ecclesiæ in urbem regiam transmisi, peto ut frequenter dulcissima vestra charitas visitet. *Rursum in epistola 31 ait, missum à se Anatolium Constantinopolim. Itaque corrigendæ sunt omnes inscriptiones epistolarum Gregorii ad Anatolium in novissimæ editione Parisiensi monachorum Congregationis S. Mauri.*

Gregorius Eulogio commendat hæreticos conversos,

54 *Sequitur in hac editione lib. 12 epistola 50 Gregorii ad* Eulogium, *cui monachos quosdam ab errore* Monophysitarum *seu Eutychianorum conversos commendat his verbis:* Latores præsentium Siciliam venientes à Monophysitarum errore conversi sunt, atque sanctæ universali Ecclesiæ semetipsos adunaverunt. Qui ad beati Petri Apostolorum Principis Ecclesiam pertendentes, popposcerunt à me, ut eos meis epistolis vestræ Beatitudini commendare debuissem; quatenus ab hæreticis, qui juxta ipsos sunt, nullam jam violentiam perpeti permittantur. Et quia unus eorum dicit monasterium, in quo fuit, à parentibus suis fuisse constructum, auctoritatem desiderat à Sanctitate vestra percipere, ut hi, qui in eo sunt hæretici, aut ad sinum sanctæ Ecclesiæ redeant, aut de eodem monasterio repellantur. Hæc à nobis indicata vobis esse sufficiant: nam de vestra Beatitudine novimus, quia quidquid ad zelum Dei omnipotentis pertinet, cum omni facere fervore festinet. Pro me verò ut oretis peto: quia inter gladios Langobardorum, quos sustineo, podagræ doloribus vehementer affligor. *Idcirco Gregorius, cujus epistola, si revera data est Indictione 5, ut collocatur, spectat ad annum 602.* AUCTORE J. S.

eum hortatur,

55 *Restant aliæ duæ Gregorii ad* Eulogium *epistolæ, quæ ambæ figuntur Indictione 6, sive anno 603. Prior est lib. 13 Epistola 41, in qua* Eulogius *mirè quidem commendatur, sed simul aliquamdiu reprehenditur, quia Simoniacâ hæresis arcebatur Alexandriæ locum habere. Nolim quidem hanc Epistolam prætermittere; lectorem tamen præmonendum putem,* Eulogium *hac de causa accusandum non videri, cùm quia totum factum contingere potuit, ipso inscio, & sine ulla ipsius culpa, tum quia nescimus, an res S. Gregorio relata fuerit satis accuratè, & sine exaggeratione. Nam, quantumvis Gregorius videatur credidisse vera sibi relata esse, ea tamen examinare non potuit. Quapropter sibi relata scripsit ad* Eulogium, *ut ille, si vera esse deprehenderet, vitium istud conaretur exstirpare. Hac observatione præmissa, epistolam totam subnecto:* Quadam die, dum inter me & familiares meos de consuetudinibus ecclesiarum sermo fuisset exortus: quidam, qui in magna civitate Alexandrina medicinalis * arte erat imbutus, collectorem se apud sophistam suum habuisse perhibuit, summæ pravitatis puerum, quem repentè dixit esse diaconum ordinatum. Atque addidit, quòd per præmia & dationes ordinatus fuisset, quia eamdem consuetudinem in sancta Alexandrina ecclesia convaluisse fatebatur. E * *al.* medicinali

ut exstirpet simoniam.

56 Quod ego audiens obstupui, & valde inratus sum: quia sanctissimi ac beatissimi viri decreta omni Eulogii lingua, quæ tam multos hæreticos ad fidem Catholicam revocat, Simoniacam hæresim de sancta Alexandrina ecclesia non eradit. Et quis erit, cujus exhortatio vel correctio hos poterit emendare, si magna & admirabilis doctrina ejus hoc sine emendatione reliquerit? Unde pro absolutione animæ vestræ, pro augmento mercedis vestræ, ut ante tremendi oculos Judicis vestra in omnibus perfecta sint opera, festinare debetis Simoniacam hæresim, quæ prima in Ecclesia exorta est, à sanctissima Sede vestra, quæ nostra est, funditus evellere atque eradicare. Propter hoc etenim contigit, ut ecclesiasticorum ordinum à plurimis sanctitas caderet: quia personæ non pro vita & actibus, sed pro præmiis ad eos ordines adducuntur. Si autem morum merita, & non præmia quæruntur, ad ordinationem personæ indignæ non venient. Et tanto plus incipiet vobis merces accrescere, quanto boni quique, qui adducti ad sacros ordines fuerint, de animarum lucris studuerint cogitare. F

In posterum epistola, quæ figenda est sub finem anni 603 aut initium 604,

57 *Quæ lib. 13 est epistola 42 (aliàs 49) plena est laudibus* S. Eulogii, *miraque mutui inter Gregorium &* Eulogium *amoris significatione. Figitur quidem hæc epistola Indictione 6, sive anno 603; sed potiùs locanda est Indict. 7 circa finem anni 603 aut initium sequentis. Ratio hæc est. S. Gregorius anno 603, mense Junio, scripsit ad Phocam imperatorem, ut eidem gratularetur adeptum imperium, Epistolam 31 (aliàs 38) libri 13. Deinde*

AUCTORE J. S.

Bonifacium consecravit diaconum, eumque misit Constantinopolim, tamquam nuntium Apostolicum sive apocrisiarium suum, cum Epistola 38 (*aliàs* 45) *ad Phocam. Profectus igitur est Bonifacius Constantinopolim mense forsan Julio, certè non ante Junium. Gregorius verò jam litteras Bonifacii acceperat Constantinopoli, antequam accepit Epistolam* Eulogii, *ad quam respondet. Hæc omnia certa sunt ex laudatis Gregorii litteris, & ex dandis ad* Eulogium. *Si modò consideremus longitudinem itineris Româ Constantinopolim, aliaque jam dicta; facilè videbimus, hanc Epistolam non fuisse scriptam currente Indictione* 6, *sive ante Septembrem anni* 603; *sed potiùs sub finem illius anni, & fortasse sub initium sequentis.*

58 *Totam huc transfero, ut postremum Gregorii de* Eulogio *testimonium, mutuique eorum amoris clarissimum indicium.* Magnas omnipotenti Deo gratias reddimus, quia in ore cordis experimento dulcis fit sapor caritatis, cùm impletur, quod scriptum est: Sicut aqua frigida sitienti, sic nuntius bonus de terra longinqua. Ante hoc enim temporis Bonifacii chartularii, responsalis mei, qui in urbe regia demoratur, vehementer me scripta turbaverant, quæ dicebant dulcissimam mihi atque suavissimam Sanctitatem vestram defectum corporei luminis pertulisse. Ex quibus scriptis gravi mœrore percussus sum. Sed subitò Creatoris ac Redemptoris nostri gratia prosperante, Beatitudinis vestræ suscepi epistolam, & sanam de ea, quam audivi, corporis molestia agnoscens, exultavi vehementer: quia tanta lætitia cordis secuta est, quanta priùs tristitiæ amaritudo præcesserat. Scimus enim quia in omnipotentis Dei adjutorio multorum salus est vita vestra. Nam tunc inter fluctus nautæ securi navigant, quando gubernator doctus atque artifex ad clavi regimen sedet.

Gregorius magnis laudibus

B

59 In salutis autem vestræ gaudio, hæc quoque mihi est exultatio addita, quia & imminutos ore vestro Ecclesiæ hostes, & multiplicatos Dominicos greges agnovi. Crescunt enim quotidie per linguæ vestræ vomerem grana cælestia, atque in supernis horreis multiplicantur; ita ut in vobis impletum esse gaudeamus, quod scriptum est: Ubi plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo boum. Unde apertè colligimus, quia quanto plus ad servitium Dei omnipotentis fugitivos ejus reducitis, tanto apud eum majus meritum habetis. Et quanto meritum majus accipitis, tanto potestis ampliùs impetrare, quæ petitis. Rogo ergo, ut pro me peccatore enixiùs oretis, quia & dolor corporis, & amaritudo cordis, & immensa vastitas mortalitatis inter tot barbarorum gladios me vehementer affligit. Inter quæ omnia non temporalem, sed æternam consolationem requiro, quam per me impetrare non valeo, sed intercessione vestræ Beatitudinis hanc me obtinere confido.

celebrat Eulogium,

C

D

60 Secundo verò anno nulla Sanctitatis vestræ scripta suscepi, atque omnino contristatus sum. Et quidem vestra benedictio, quam sine epistola transmisistis, data atque suscepta est. Sed quia plus me lingua vestra quàm data lætificat, minoris gratiæ esse credidi, quæ dabantur. Communem autem filium Epiphanium diaconum Alexandro atque Isidoro sanctissimæ ecclesiæ vestræ diaconis feci scribere, ut constaret, quia ea, quæ transmissa sunt, suscepissem. Scripsi verò quia grandia ad arbores ac temones faciendos ligna paraveram, sed navis parva, quæ venerat, hæc portare non potuit, & nihil mihi exinde rescripsistis. Unde si sunt necessaria, communi filio Bonifacio diacono nostro, quem nunc ad urbem regiam pro faciendis responsis transmittimus, scribite, ut mihi ipse rescribat, quatenus præparentur, ut cùm Beatitudo vestra transmiserit, parata valeant inveniri. Præterea transmisimus crucem parvulam, in qua de catenis amatorum vestrorum sanctorum Petri & Pauli Apostolorum inserta est benedictio, quæ oculis vestris assiduè superponatur: quia multa per eamdem benedictionem miracula fieri consueverunt.

crucem eidem cum insertis reliquiis mittit.

E

61 Omnipotens Deus cordi Beatudinis vestræ aspiret, ut pro me orare assiduè curetis: & vos vestrosque omnes sua dexterâ protegat, atque post longa annorum curricula ad cælestia regna perducat. Eulogias verò sancti Marci à beatissima Fraternitate vestra transmissas, cum ea caritate, quâ sunt directæ, secundùm notitiam earum suscepimus, & gratias affectui vestro referimus: quia ex his exterioribus, quales erga nos interiùs sitis agnoscimus. *Hactenus Gregorius, qui non multis mensibus post hanc epistolam vixit. Ceterùm mentionem non censui faciendam de subscripto* S. Eulogii *nomine sub privilegio illo, quod legitur apud Labbeum tom.* 5 *Conciliorum col.* 1582, *quia haud dubiè fictitia est subscriptio, idque facilè fatebuntur, opinor, si qui privilegium ipsum etiamnum voluerint defendere.*

ac de accepto munusculo docet cum significatione amoris mutui.

F

DE

A D

DE S. AMATO ABBATE HABENDENSI SIVE ROMARICENSI, IN LOTHARINGIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§ I. Acta Sancti hîc danda; vitæ chronotaxis usque ad exstructum Habendense asceterium.

B

FORTE AN. DCXXV. *Epocha fundationis Habendensis cœnobii eruenda*

NOtitiam *Romaricensis seu Habendensis monasterii, quo nomine quondam veniebat duplex communitas virorum scilicet ac virginum, fundata & instituta à S. Romarico, simul cum* S. Amato, *primo ejus abbate, dedimus, quantum ex antiquis monumentis assequi nobis licuit, tom.* III *mensis Septembris ad diem* XI *in Commentario prævio ad Acta S. Adelphii, abbatis ejusdem tertii: in Appendice autem de Gloria posthuma, Actis subnexâ, multa protulimus, atque ad eum modum discussimus, unde cognoscat lector, quid sentiamus de tempore & occasione factæ translationis memorati veteris monasterii ex sacro Monte, ubi situm erat, ad subjectam vallem ultra Mosellam amnem; ubi modò exsistit Romaricensis civitas & illustrissimum virginum canonicarum collegium. Adhæc diximus in eodem Commentario, fundationem ejusdem veteris monasterii passim figi circa annum Christi* DCXX; *verùm quia hoc postremum tum temporis probare parum è re nostra videbatur, significavimus id fusiùs ostendendum, cùm agendum veniret de* S. Amato, *ex cujus gestis chronologicè deductis id faciliùs perspiceretur.*

C

ex chronotaxi vitæ S. Amati.

2 *Res ista paucis definita esset ac sufficienter probata; si fidem mereretur instrumentum fundationis, quod sub nomine S. Romarici vulgavit Rosierus in libro, cui titulus:* Stemmatum Lotharingiæ ac Barri ducum, *quodque adoptârunt Ruyrus in Antiquitatibus sacris Vosagi, & Meurissius in Historia episcoporum Metensium; ubi idem Romaricus postquam dixisset, se parâsse locum viris religiosis in monte Rombech, & ibidem construxisse monasterium monialium, bona sua transferre in monasterium se testatur his verbis:* Do & concedo liberè & purè, quia Deo servire cupio, totum patrimonium meum: videlicet comitatum Avenduni, eodem modo, formâ, auctoritate, proprietate tenendum, quâ pater meus & ego tenuimus. Factum est autem hoc donum quarto Nonas Martii anno ab Incarnatione Domini DCXX. Clotario glorioso Francorum rege regnante. Testes sunt Arnoaldus episcopus Metensis &c. *Verùm hoc instrumentum, ut multis locis corruptum, vel potiùs ut ex integro confictum rejiciunt passim eruditi, qui nihilo tamen minùs characterem chronologicum retinent, fundationem innectentes anno circiter* DCXX: *& rectè quidem, uti patebit ex Actis* S. Amati, *ad quæ progredior.*

E

Vita ex variis exemplaribus inter se collatis hic danda

3 *Edidit ea Surius tom.* 3 *ad diem* XIII *Septembris & post illum Mabillonius Seculo* 2 *Benedictino, sed aucta & restituta ex Ms. codice Andreæ Chesnii. Habemus & nos triplex eorum apographum Ms., quorum primum descriptum notatur ex codice S. Maximini Trevirensi, conferme edito Mabillonii, si minutias nonnullas excipias: alterum, collatum cum codicibus Mss. Romaricensi ac Trevirensi, ut indicat in margine P. Petrus Franciscus Chiffletius, qui illud ad nos destinavit, non signato tamen codice unde depromptum fuerit. Plusculùm hoc differt à Mabillonii edito & à jam nominatis nec editis apographis, quantumvis ferè in sola phrasi; at tertium, quod acceptum est ex codice S. Salvatoris Ultrajectini, à ceteris omnibus, excepto Suriano, plurimùm discrepat. Caret enim auctoris præfatiunculâ, reliquis præfixâ: præterea subinde narrata in aliis fusiùs, valdè perstringit, omititque rerum adjuncta non pauca. Eumdem tamen gestorum ordinem servat, imò ita iisdem passim vocibus inhæret, ut dubitârim primùm, utrùm hoc ex illis compendiosè extractum esset, an verò illa juxta hoc per interpolatorem extensa.*

F

inter se collatis hic danda

4 *Sed facta diligenti collatione probabilius judicavi, esse meras omissiones in Ultrajectino; nam primò stylus mihi ubique visus est idem: secundò adverti, ex dictis prætermissionibus oriri hinc inde sensuum confusionem, & narratarum rerum obscuritatem; tertiò denique alium à primo auctore eò manum apposuisse unicumque suspicatus sum ex num.* 6, *ubi relato miraculo aquæ per Sanctum impetratæ ex percusso silice, auctor ita pergit:* Hanc ego (*cisternam plumbeam ad dictum silicem constructam*) repletam aquâ foras eructantem jugiter vidi. *Quæ Ultrajectinum, uno hoc loco ceteris uberius, sic exprimit:* Hanc ergo, repletam aquâ foris eructante jugiter vidit, qui prius Sancti Vitam conscripsit & Legendam. *Scio eqnidem non esse infrequens apud auctores, ut seipsos designent in persona tertia; at cùm nullus antè auctorem, de quo mox agam, videatur gesta S. Amati collegisse, vox ista* priùs *& sequentes à posteriore scriptore, ut mihi quidem apparet, adjectæ fuerunt. Itaque Vitam dabo ex Ms. Trevirensi & editione Mabillonii collatis cum aliis Mss. & ubi tum inter se differunt, tum maximè cum Ultrajectino, monebo lectorem. Ceterùm Ultrajectino Ms. planè consonat Suriana editio, sed de more stylus immutatus est: & ideo haud dubiè Mabil-*

lo-

AUCTORE J. P. *ſcripta eſt à coævo.*

lonius ſuam auctam *nuncupavit* & reſtitutam.

5 *Auctor anonymus eſt, & ut communis ſcriptorum ſuper hac materia opinio eſt, monachus idem, qui geſta SS. Romarici & Adelphii litteris conſignavit, & hoc poſtremum mihi etiam perſuaſit non tantùm ſtyli ſimilitudo, ſed maximè ſilentium ejus de diſſidio* SS. Amati *& Romarici cum S. Euſtaſio Luxovienſi ac de aliis huc pertinentibus, quæ ſtudiosè prætermiſſa ſunt in Actis utriuſque. Dabimus ea inferiùs ex Vita memorati* S. *Euſtaſii. Inde ſequitur auctorem eodem ſeculo vixiſſe, quo* S. Amatum, *utpote qui in Actis SS. Romarici & Adelphii ſe his ſupparem manifeſtè ſignificat: at convixiſſe eum* S. Amato *non ſatis liquet. Habet quidem nonnulla in hujus Actis, unde & hoc conjicias, præſertim num.* 5, *ubi, poſtquam narravit, quòd, dum Sancto cella exſtrueretur in ſolitudine, trabs brevior divinitus aucta fuerit, teſtatur ſe eamdem auctam vidiſſe; ſed vidiſſe potuit diu poſt Sancti obitum propter miraculum diligenter conſervatam. Præterea cùm S. Adelphii Acta conſcripſerit triennio poſt ejus mortem, quam contigiſſe ſcribunt alii circa annum* DCLXX, *nos certò poſt* DCLXV, *jam anni effluxerant plus quadraginta à morte* S. Amati, *ferè ſexaginta ab aucta trabis miraculo, quod factum oſtendemus ſub annum* DCX, *plures veriſimiliter ſi Clido, cujus imperio ſe vitam* S. Amati *conſcripſiſſe ait in præfatione, Habendenſi cœnobio abbas fuerit, prout ex conjectura exiſtimat cum aliis Mabillonius in Obſervationibus præviis: nam S. Adelphio ſuffectus eſt Garichramnus abbas, cui dumtaxat ſucceſſiſſe potuit memoratus Clido. Quidquid de re ſit, ex jam obſervatis ſatis colligitur, auctorem Sancto non fuiſſe longo tempore poſteriorem, nec ignarum fuiſſe geſtorum ejus patet ex narratorum ſerie.*

Natus circa annum 570, *à juventute in Agaunenſi monaſterio*

6 *Stirpem* S. Amati, *patriam ac parentes exhibet brevi hac periodo:* Nobilibus natus parentibus, ex Romana ſtirpe oriundus, in ſuburbano Gratianopolitanæ civitatis (*quæ caput eſt Delphinatûs in Gallia*) præclaræ indolis Puer exortus eſt, patre videlicet Heliodoro ſummæ Chriſtianitatis religione innixo. *Annum natalem non ſignat: eum tamen nec multò ante annum* 570, *neque etiam multò pòſt eumdem ſtatui poſſe probabili conjectura aſſequimur ex reliquo Vitæ contextu, chronologicè conſiderato. Verbis recitatis mox ſubjungit biographus ſequentia:* Cùm ergo eſſet vir devotiſſimus (*Heliodorus*) filium Amatum, ut monaſticis traderet excubiis, devovit, atque beati Mauritii liminibus (*Agaunenſi cœnobio in Valleſia*) mancipandus adoleſcens, tamquam munus Deo acceptabile, offertur. Haud mora poſt temporis ſpatium, à primævo inter ſcholares imbutus, primus in bonis habetur. *Tum ſubdit, Sanctum,* cùm monaſticis normis... ferè per annos triginta ſe totum dediſſet, *majoris ſolitudinis deſiderio clàm ſeceſſiſſe in eremum, haud procul diſſitam à cœnobio, ibidemque, aſſentiente abbate ac juvantibus fratribus, conſtruxiſſe ſibi cellam, in qua moratus fuerat* ferè per triennium, *quando S. Euſtaſius, in Italiam proficiſcens & illac pertranſiens, eum viſit.*

& ſolitudine degit uſque ad 614;

7 *Sed Euſtaſius in Italiam perrexit anno circitèr* 613, *illuc miſſus à Chlotario II, tum Francici regni monarchiam adepto, ut exſulantem in Italia S. Columbanum invitaret ad reditum in Galliam; igitur ſi tres annos ſubtrahas,* S. Amatus *eremum cœpit incolere anno circitèr* 610; *ſi hinc triginta alios; monaſticæ diſciplinæ datus eſt anno circitèr* 580; *ſi denique, ut mihi veriſimillimum apparet, dictis triginta annis vitæ monaſticæ adnumeres tempus, quo inter ſcholares Agaunenſes verſatus eſt, natus ſupponi poteſt intra annos circitèr* 568 & 572; *nam cùm dicatur* à primævo inter ſcholares imbutus, *attigerat, meo quidem judicio, annum ætatis octavum, non ſuperaverat duodecimum; quando Agaunenſibus aggregatus eſt. Sed reliquum vitæ ejus filum proſequamur, ut deveniamus ad annum exſtructi Habendenſis cœnobii. S. Euſtaſius, quem S. Columbanus, teſte Jona utriuſque biographo,* tantiſper penes ſe *retinuerat in Bobienſi monaſterio, remigravit in Galliam, magiſtri ſui reſponſa ad Chlotarium regem delaturus, & ad Agaunenſe cœnobium, teſte noſtro biographo, denuò divertens, inviſenſque* S. Amatum, *id effecit, ut, relicta eremo, Luxovium ſecum properaret, ibidemque inter monachos vitam tranſigeret; quæ non ineptè affiguntur anno Chriſti* 614.

hinc Luxovium tranſit & cum S. Romarico

8 *Sanctus noſter aliquantum temporis Luxovii commoratus,* directus *eſt* à fratribus, *inquit auctor noſter,* ut quaſdam Auſtraſiorum urbes luſtraret: multâ enim gratiâ prædicationis in illo vigebat. *Occaſione illius excurſionis incidit in S. Romaricum, eique perſuaſit, ut præconceptam mundo valedicendi ſententiam exſecutioni mandaret, qui* non multis pòſt actis diebus, *verba ſunt rurſus biographi noſtri,* ſpretis divitiis & rebus ſecularibus, detonſum ſervitio Domini ſui caput ſeſe monaſticis imbuendum tradidit normis. *Pleniùs & clariùs hunc ſeceſſum, & modum vivendi apud Luxovienſes deſcribit in Vita S. Romarici apud Mabillonium ſeculo* 2 *Benedictino pag.* 417. Inveniens, *inquit,* hominem (*Romaricum*) hortatur, ut detonſo capite rebuſque in pauperes diſperſis, tamquam ſibi theſauro in cælis poſito, jam ad perfectiora pergeret. Quibus ille auditis, ut erat totus ſancto deſiderio repletus, cum multarum rerum ſubſtantia monaſterium Luxovium petiit, multis videlicet priùs ex ſervitio libertatem adeptis, ibique ſanctam humilitatem & obedientiam propter Chriſtum ſectandam accepit. Illos denique ſervulos, quos dudum miniſtros habuerat, ſocios ſibi detondens pleroſque adjunxit; & effectus eſt illorum ſubditus, quorum priùs dominus præpotens fuerat. Nam in tantæ humilitatis & pœnitentiæ jugo ſeſe ſubmiſit, ut, quidquid deſpicabile in monaſterio ad agendum eſſet, ipſe adſumeret. Hortorum tamen frequentiùs præ ceteris fratribus operator exſiſtens, Pſalmos jugiter tradebat memoriæ.

Habendenſe aſceterium

9 *Hinc pergit idem auctor ad primordia Habendenſis ſeu Romaricenſis aſceterii; ſic in Vita S. Romarici:* Nam cùm ad bonum opus profuturum unam tantummodò reſervâſſet villam (*S. Romaricus,*) conſilio deinceps inito, B. Amatus cum eodem ad monaſterium puellarum ædificandum pergit. Multis namque adunatis puellis in eremo properantes ſanctum inſtituunt opus. *Sic autem in Vita Sancti noſtri:* His (*monaſticis normis, ut ſuperiùs dixerat*) ritè edoctus per idem tempus, conſilio procul dubio omnipotentis Dei agente, ſanctus magiſter Amatus & diſcipulus ejus Romaricus ſub magna ſanctitate, atque ſummæ perfectionis religioſiſſima intentione monaſterium puellarum condunt. *Eadem breviter, ſed non minùs clarè ad propoſitum noſtrum, refert Jonas ſcriptor ſynchronus in Vita S. Euſtaſii apud nos tom.* III *Martii pag.* 789 *ſic ſcribens:* Ad Luxovium veniens (*Romaricus*) monachicæ inſtitutioni ſe ſubdidit, quo diu ſub regulari tenore vitam agente, poſtea, Euſtaſio annuente, puellarum monaſte-

A sterium in suo proprio inseruit, & regulam Columbani custodiendam indidit.

instituit sub annum 620.

10 *Latiùs ista hìc recitare visum est, ut perspiciat lector, non minus quinquennio aut sexennio intercessisse inter* S. Amati *ex Agaunensi solitudine transitum ad Luxovience monasterium sub annum 614, & cœnobii Habendensis initia, quæ rectè à neotericis collocata monuimus circa annum 620. Neque dicas, initia quidem illa collocari non posse diu ante præfatum annum; at posse & debere fortasse diu post; quandoquidem, teste Jona, monasterium condere agressi sint dumtaxat, cùm Romaricus inter Luxovienses* diu sub regulari tenore vitam *egisset. Nam, ne voces illæ niminùm dilatentur, prohibet Jonas ipse, primò asserens, conditum fuisse, annuente Eustasio, qui anno 625 è vivis abiit; secundò enarrans gesta Agrestini seu Agrestii monachi improbissimi, qui, postquam aliquamdiu in Habendensi monasterio cum SS. Romarico &* Amato *moratus fuisset, eosque, fucata virtutis specie & occultis machinationibus deceptos, in suas partes pertraxisset, infeliciter periit, superstite Eustasio: tertiò memorans aliquod*

B *Eustasium inter &* Amatum *ac Romaricum, occasione regiminis Habendensis monasterii dissidium, jam tum inchoatum, quando huc se contulit Agrestinus. Hujus historiam, quia notabilem in ea partem habuerunt* SS. Amatus *& Romaricus, primùm in compendium redactam, ac dein, in quantum ad illos pertinet, ipsiusmet Jonæ verbis exhibebo paragrapho sequente*

§ II. Gesta quædam, à biographo Sancti omissa, supplentur ex Vita S. Eustasii, & examinantur.

Agrestinus improbus monachus

C Quæ *Jonas in Vita S. Eustasii tomo superiùs citato à pag. 788 susiùs narrat de Agrestino, in compendium contracta ita habent: Agrestinus, ex notario Theodorici regis monachus Luxoviensis, licentiam postulavit prædicandi gentibus Dei Euangelium, eamque à S. Eustasio abbate, renitente priùs & increpante, quòd rudis adhuc in religione tyro se tali muneri parem crederet, tandem extorsit. Bojoarios adiit tum hæreticos, ac nullum fructum retulit; hinc ad Aquileienses schismaticos transivit & ipse eorum schismate infectus, Luxovium rediit: ubi errores suos in alios transfundere conatus est, atque in ipsummet Eustasium, à quo monitus frustra, ut resipisceret, è monasterio pulsus est. Cœpit dein convellere & impugnare S. Columbani Regulam, quam contra ipsum fortiter propugnavit Eustasius in synodo tertia Matisconensi (celebrata, sub annum 623, ut censent nunc plerique ob annum Eustasio emortualem) ubi demum sic hominem allocutus est idem Sanctus:* In horum præsentia te ego ejus discipulus & successor, cujus tu disciplinam & instituta damnas, ad divinum judicium cum eo (*S. Columbano*) intra præsentis anni circulum causaturum invito, ut justi Judicis examine sentias, cujus famulum tuis detractionibus maculare procuras.

seducit SS. Amatum & Romaricum;

12 *Agrestinus asseclas suos Eustasii ratiociniis convictos, & provocatione ista perculsos adeo per-*

spiciens, ut omni conatu ipsi cum Eustasio pacem suaderent, fictè eam postulavit, & obtinuit, seque paulò post ad Habendense monasterium contulit: quid autem hìc machinatus sit, accipe ipsiusmet Jonæ verbis, qui post recitata superiùs num. 9, sic prosequitur: Cùmque jam multa religione polleret (*Romaricus*) ad eum Agrestinus pergit, seseque subditum atque obedientem simulat, simulque Amatum, quem ibi Eustasius ob imbuendam Regulam præfecerat, mollibus fugillationibus tentat. Nam eo tempore, quibusdam neglectis, tam Amatus quàm Romaricus ab Eustasio objurgati fuerant. Læsos ergo ut sensit, ut facliùs exasperatas mentes suis assertionibus jungeret, stimulavit venenata verba sanas mentes recipere, & in contemptum Regulæ Columbani propriam vesaniam propagare. Prô dolor! Extiabile vas ac lethifera imbutione munitum, sanas mentes insaniâ diabolicâ maculavit. Qui, abjectis institutis pristinis, rudibus conati sunt instruere plebem doctrinis: &, educto juxta Job angue, manu obstetricante divina, rursum zelo invidiæ reducere non metuunt.

E *repellitur à S. Burgundofara;*

13 Deinde ad Burgundofaram iter dirigit, ut eam suis stimulationibus, si valuisset, maculare. Quem Christi virgo non femineo more, sed viriliter confudit responsione: Num tu consutator veritatis, inquit, & novorum introductor argumentorum ad hoc huc accessisti, ut veneno tuo dulcia mella perfunderes, & vitalia alimenta lethali amaritudine commutares? Hos tu detrahis, quorum ego virtutes semper agnovi, quorum doctrinam salubrem recepi, ex quorum eruditione multos cælestia regna penetrâsse comperi? Meminisse te velim Isaiæ dictum: Væ qui dicit malum bonum & bonum malum, & prorsus ab hac vesania festinus non recedit. Confutatur ergo his Christi famulæ responsis & ad Romaricum vel Amatum repedat, ut cœptam receptionis rugam contrahat.

** Mabil. viriliter*

pluribus ejus assectis divinitus punitis,

14 Nec defuit eis ultio divina, cùm ad hoc jam omnes aspirarent, ut contemptui pristinorum documentorum assentatores forent. Primùm enim lupi, rabiei morbo detenti, duos ex his, qui fautores erant hujus assertionis, per intempestam noctem intra septa irrumpentes, morsibus laniârunt, atque in prædicta peste derelictos miserabiliter morti tradiderunt. Alium verò Plareuum nomine, qui ad hunc discordiæ fomitem vehementer aspirabat, dæmonum rabies pervasit, atque ignobiliter morti tradidit; nam propria manu ipse laqueo se suspendit, Sed cùm hæc ultio nequaquam fuit correctio delinquentium, protinus major secuta est: nam subitò fulgur è cælo elapsum tanto fragore percutit locum, ecclesiam pervagatur, subvertit tegumenta, plebem urit, exanimatam scilicet; ut præsens correptio, quæ simplicitate nimia, præveniente calliditate jam permixtâ ignaviæ, persuasioni assensum præbuerat, monstraret futuram debere fugere iram; mortuique sunt ad præsens plusquam viginti, ac deinde metu perculsos paullatim monstravit *, ut tunc ex ea ultione, sicut aiunt, plusquam quinquaginta morerentur; nempe auctore criminis ad pœnitentiam reservato, ut, si cognosceret & rediret, procul dubio sanitatem reciperet. Nullum etenim Dominus perire desiderat; sed semper, quamvis gravibus delictis obrutum, per pœnitentiæ fomenta redire expectat.

F

** Mabil. mors rapit*

à sævo occidatur Ecclesiam

15 Cùmque sibi sæpiùs pœnitentiæ locum datum non cognovisset, ut Eustasii sententia, ad judicium illum evocantis, prævaleret, ante triginta dierum circulum, quàm vertentis anni meta com-

AUCTORE J. P.

pleretur, à servo suo, quem ipse redemerat, securi percussus interiit, & occasio criminis dicebatur uxoris permixtio. Quod, quamvis multi dicerent, & verum asserere velint, tamen nostrum firmare non est. Cuncta etenim juxta Salomonem adducit Deus judicio pro omni reatu, sive bonum sive malum. Et Apostolus dicit: Uniuscujusque opus, quale sit, ignis probavit. A nobis tandem dicendum est, quòd juxta eum hæc sententia divini judicii ferire non distulit, ut assentatoribus suis fugere à lacerationibus famulorum Dei monstraret, & ille contumaciæ suæ commissa per meritam ultionem lueret. Amatus verò ac Romaricus venerabilis Eustasii continentiam * postulantes recipiunt, atque, desidiâ submotâ, fruuntur. *Hæc Jonas in Vita S. Eustasii apud nos, & apud Mabillonium sæculo 2 Benedictino; hic tamen voces nonnullæ aliter expressæ sunt, ut notavi ad marginem.*

* *Mabil.* convenientiam

SS. Amatus & Romaricus;

16 *Historiam istam ne verbo quidem attigit biographus noster in Actis* S. Amati *aut S. Romarici, prout insinuavi num.* 5 *hujus Commentarii, ac paulò latiùs exposui tom.* III *Septembris in Commentario prævio ad Acta S. Adelphii num.* XI, *causamque talis silentii assignavi mihi verisimillimam, metum videlicet intempestivum ac imprudentem, ne similia memorando sanctorum Abbatum & fratrum suorum apud posteros memoriam læderet. Cardinalis Baronius in Annalibus ad annum* 617 *post relatam fusè eamdem historiam,* Mirati sumus, *inquit,* eos, qui ipsorum (SS. Amati *& Romarici*) res gestas sunt prosecuti, de lapsu nihil dicere: adeo ut omnino hoc remansisset incognitum, nisi Jonas in Eustasio, rerum sui temporis scriptor, id amplis notis testatum reliquisset, majori utique gloriâ Dei & proficuo exemplo in ejus Ecclesia, in qua rarò contingit, redeuntem ab hæresi sive schismate dignè pœnitere. *Posterior hujus periodi pars scrupulum mihi injicit. An igitur Sancti illi aliquando hæretici fuerunt aut schismatici, uti videtur supponere Eminentissimus? Vel an eo sensu hæreticos aut schismaticos fuisse supponit, ut formalem in fide Catholica errorem professi fuerint, aut ab unione Ecclesiæ Romanæ desciverint? Equidem simile quid nequeo certò vel etiam probabiliùs elicere ex integro Jonæ contextu, unde sua deprompsit cum ceteris omnibus laudatus Baronius.*

B

C

non fuerant tamen

17 *Verum est; narrat Jonas, Agrestinum schismati Aquileiensi de tribus Capitulis adhæsisse, ac tentâsse, ut in illud etiam alios pertraheret: verùm addit, eumdem, postquam à S. Eustasio repulsam passus esset, nec quidquam profecisset apud alios, in id curas convertisse, ut institutum S. Columbani criminaretur. Super hoc uno, uti apud eumdem auctorem videre est, habita est disceptatio in Matisconensi synodo, nullâ schismatis Aquileiensis facta mentione. Cùm Agrestinus ad* Amatum *& Romaricum accessisset,* læsos ut sensit (*Eustasii reprehensione*) ut faciliùs exasperatas mentes suis assertionibus (*eas intelligo, quas contra Columbani Regulam objecerat Eustasio in synodo*) jungeret, stimulavit venenata verba sanas mentes recipere, & in contemptum Regulæ Columbani propriam vesaniam propagare. *Nihil hîc rursum reperio, quod de schismate Aquileiensi exponi debeat. Unde dum idem auctor dicit, quòd,* abjectis institutis pristinis, rudibus conati sint instruere plebem doctrinis, *naturalis ejus sensus mihi videtur, quòd malis artibus Agrestini magis in Eustasium incensi ab institutis, quæ sub eo Luxovii didicerant, declinârint; Agrestino in iis, quæ S. Columbani Regulis objecerat in synodo, assensi fuerint; nova & ab his Regulis aliena subditos docuerint; laxiorem fortassè vivendi normam aut permiserint aut introduxerint. Pœnas autem divinitus illatas aliis crediderim, quia vehementiore ardore atque majore contemptu Regulæ, cui obstricti erant, executioni mandabant, quæ suggesserat Agrestinus, nec impediverant Sancti.*

D

in hæresim aut schisma

18 *Præterea sententiam nostram abundè confirmat ipse Jonas, post enarratas pœnas sic concludens:* Amatus verò ac Romaricus venerabilis Eustasii continentiam postulantes recipiunt, atque, DESIDIA SUBMOTA, fruuntur. Abilinus verò (*episcopus, Agrestini consanguineus & antea patronus*) vel ceteri Galliarum episcopi pòst ad roboranda Columbani instituta aspirant. *Viden' ut solam causetur desidiam, & unicè actum fuisse innuat de Regula S. Columbani? Neque obstat, quòd Sanctus noster, ut fusè narrat anonymus biographus, post actam peccatorum suorum rigidam pœnitentiam, jam morti proximus prælegi sibi voluerit Epistolam S. Leonis PP. I ad Flavianum episcopum Constantinopolitanum,* quoniam in ipsa plenissima ratio fidei catholicæ continetur, *&* per universas sententias suam semper aptaret confessionem, scilicet ut Vir sanctus se in omnibus orthodoxum comprobaret. *Ad quæ Mabillonius ita observat:* Hanc confessionem & pœnitentiam egisse videtur Amatus, eo quòd Agrestio seu Agrestino schismatico parumper cum Romarico adhæserat. *Nam, nisi aliunde probetur, inde deducere fas non est, Sanctum aliquando non fuisse orthodoxum; cùm contingat frequentissimè, ut homines, quorum fides semper integerrima fuit, & nemini mortalium unquam suspecta, jam morituri vel ipsi recitent vel ab aliis sibi recitari postulent Symbolum Apostolorum aut similia præcipuorum fidei articulorum summaria.*

E

prolapsi.

19 *Nolim tamen negare, aliquo modo influxisse in istud Sancti factum præhabitam cum schismatico necessitudinem; sed eo dumtaxat sensu, quo & Mabillonii verba intelligi queunt, quòd voluerit tale fidei suæ testimonium exhibere, ut omnem omnino suspicionem eriperet iis, qui cùm scirent eum ab Agrestino seductum fuisse in uno, suspicarentur etiam fuisse perversum in altero. Ut ut res contigerit, numquam equidem ex adductis hactenus mihi persuasero,* SS. Amatum *& Romaricum schismati adhæsisse: imò multò probabilius mihi apparet, eos vel ignorâsse, quòd Agrestinus schismate infectus esset, vel saltem cogitâsse, quòd idem deposuisset, Adhæc vix dubito, quin idem Agrestinus, quamvis schisma etiam tum animo foveret, diligenter caverit, ne id Sanctis innotesceret, & sic (sciebat enim quàm malè sibi successisset apud alios) eorum animos à sese abalienaret.*

F

§ III. S. Amati, à synonymis distinguendi, tempus emortuale; memoria in Martyrologiis, cultus antiquus.

Obitus Sancti, super quo variant scriptores

ANnum Sancto emortualem non indicat anonymus noster, neque ullo charactere cum nobis per conjecturas eruendum reliquit. E vivis abiisse, priusquam S. Arnulphus episcopus Metensis, abdicato episcopatu, sese in Habendensem eremum rece-

A *recepiſſet, communis ſcriptorum opinio eſt, in eo fundata, quòd memorati epiſcopi æqualis biographus ſeceſſum ipſius enarrans dicat, Romaricum ei Metas uſque occurriſſe, & in eremo aptum locum præparâſſe; nullibi de* S. Amato *abbate ſermonem habeat, acſi, hoc defuncto, cura monaſteriorum uni Romarico incumberet. Conjectura hæc eſt, naturâ ſuâ non magni ponderis, ſed in rebus adeo abſconditis non prorſus contemnenda. Verumtamen, etiam ſtante hac conjectura, non convenit inter ſcriptores de anno ultimo* S. Amati; *quandoquidem neque conveniat de ſeceſſu S. Arnulphi. Hunc Pagius affigendum putat anno* 625, *&* obitum S. Amati *anno* 624: *Cointius ſeceſſum Arnulphi anno* 626, *obitum* Amati *anno* 625: *Mabillonius, quem ſequuntur Calmetus, Caſtellanus & alii,* obitum Amati *differt in annum* 627, *quia Arnulphum epiſcopatum tenuiſſe uſque ad annum* 629 *exiſtimavit in annotatis ad utriuſque Vitam; ſed aliter ſenſiſſe videtur in Annalibus referens epiſcopatûs abdicationem ad annum* 627.

innectendus

B 21 *Dedimus nos Acta S. Arnulphi tom.* IV *menſis Julii ad diem* XVIII *& in Commentario prævio,* § III *diſcuſſis ordine chronologico annis, quibus epiſcopatum adiit, tenuit, ac dimiſit, oſtendimus, initia vitæ ejus ſolitariæ conſignanda eſſe anno* 625, *menſe circiter Septembri. Quapropter inhærendo communi conjecturæ de* S. Amati *è vivis diſceſſu ante acceſſum S. Arnulphi ad ſolitudinem, utrumque eidem anno illigandum cenſeo, adeo ut S. Romaricus abbas S. Arnulphum in eremo ſuſceperit diebus non multis ab obitu* S. Amati, *qui contigiſſe creditur Idibus ejuſdem menſis Septembris. Ne autem anno citiùs ſtatuam* Amati *obitum, prohibet ſynodus Matiſconenſis, habita juxta Cointium anno* 623, *juxta Mabillonium anno* 624, *juxta alios anno* 627, *quod poſterius admitti nequit, quia S. Euſtaſius, qui illi certò interfuit, vivere deſiit anno* 625. *Dicta ſynodo ſuperſtes mihi videtur fuiſſe* S. Amatus *ad biennium: nam Agreſtinus, teſte Jona, interiit anno uno, minùs triginta diebus poſt celebratam ſynodum: eo mortuo, inierunt cum Euſtaſio pacem* Amatus *& Romaricus;* Amatus, *uti teſtatur noſter biographus, pœnitentiæ impendit annum alterum, qui procul dubio ſubſecutus eſt pacem initam cum Euſtaſio. Igitur etiamſi cum Cointio ſynodum innectas anno* 623, *obitus* Amati *differri debebit in annum* 625.

C 22 *Dixi autem* S. Amati *obitum illigandum eſſe anno* 625 inhærendo communi conjecturæ, *juxta quam illum ſuperiùs in margine notavi, additâ particulâ* fortè. *Nam, ut candidè eloquar, eidem conjecturæ non multum defero: quia non video, quid ſolidè opponi poſſet dicenti, ex ſilentio in Vita S. Arnulphi nullatenus deduci poſſe* S. Amatum *tum fuiſſe mortuum.* Amatus, *inquis, abbas erat, & ubi de Arnulpho agitur ſolus comparet Romaricus, hic ſolus occurrit deducturus eum in eremum: ſit ita; Romaricus fuerat antè in aula regis Arnulpho familiaris & amicus, imò jam tum in aula verſantes ſimul meditati fuerant ſeculo nuntium remittere, atque ad Lerinenſem inſulam ſecedere; quid mirum, ſi Romaricus, quantumvis nondum abbas, certè tamen fundator monaſterii Habendenſis, audito amici propoſito,* à partibus Voſagi egreſſus, ad beatum pergit Arnulphum, atque ex providentia utriuſque, vaſti cremi aptum ei præparat locum? *Quid mirum, inquam, ſi hæc amico præſtet Romaricus,* Amato *remanente in antro, quod, ſicut habet noſter, in* obliqua montis parte ... ſibi ſoli habitaculum

fortè anno 625.

præparârat ... è quo Dominicis diebus egrediens fratribus vel ſororibus jugiter ſacras Scripturas relegebat?

AUCTORE J. P.

De modo & tempore obitûs hallucinationes Trithemii,

23 *Sanctum noſtrum naturali morte defunctum eſſe, liquet manifeſtè in Vita num.* 27; *unde non aſſequor, quo ex capite illum martyribus acceſſuerit Joannes Trithemius de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti lib.* 3, *cap.* 309 *ſequens elogium contexens:* Amatus abbas monaſterii S. Romarici, vir ſanctus & monaſticæ diſciplinæ cultor zeloſus, poſt multa bonorum operum ſtudia, martyrii coronâ laureatus eſt Idibus Septemb.: *quod de noſtro* Amato *intelligendum eſſe reor, ſicut etiam aliud, quod magis confuſum & implexum proponit libro eodem cap.* 88 *in hæc verba:* Amatus abbas Luxovienſis poſt beatum Walbertum vir devotus & ſanctus, ſua doctrinâ & exemplo multos egregios diſcipulos inſtituit. Erat enim charitate plenus, mitis, humilis, & diſcretus atque ſanctarum Scripturarum ubertate refertus, qua cunctis prodeſſe potuit. Claruit anno Domini DCLX. *Idem de tempore ferè repetit ibidem cap.* 90. Romaricus abbas Luxovienſis poſt ſanctum Amatum, cujus etiam diſcipulus fuerat.... Claruit anno Domini DCLX. *Neuter aſſignato anno ſuperſtes fuit; neuter Luxovienſibus abbas præfuit, aut potuit præfuiſſe: cùm S. Waldebertus hos monachos gubernârit abbas ab anno Chriſti* 625 *uſque ad* 665, *atque illi ſubrogatus fuerit Ingofridus, prout oſtenſum fuit in Opere noſtro locis variis & nuper tom.* III *Septembris in Commentario prævio ad Acta S. Adelphii* § II. *Trithemium ſecuti ſunt recentiores non pauci, omnes ſicut ipſe, hîc corrigendi.*

E

& aliorum Sanctum

24 *Tempora & loca perturbavit Trithemius, perſonas confuderunt alii. Inter Auctaria Uſuardi codex Aquicinctinus annuntians hodie S. Amatum Senonenſem epiſcopum, ita habet:* Duaci, tranſlatio S. Amati archiepiſcopi Senonenſis. Qui à Theoderico rege Francorum ab epiſcopatu dejectus conſilio Ebroini Majoris Domûs in hanc provinciam relegatus eſt, juſſu præfati regis. Qui abbas monaſterii Romarici factus, miræ abſtinentiæ *&c. Ad quæ rectè monet Sollerius noſter, poſt* regis *omiſſum eſſe:* Item alterius ſancti Amati, *aut quid ſimile, ne duo diverſi in unum confundantur. Henricus Murer in Helvetia ſacra in elogio S. Amati epiſcopi, quem Sedunenſem facit, & mortuum ſignat in margine anno* 666 *die* XIII *Septembris, pleraque ipſi attribuit, quæ biographus noſter geſta narrat à Sancto noſtro in Agaunenſi monaſterio & eremo huic proxima; reliqua verò, quæ refert idem Murer, adeo conſona ſunt geſtis S. Amati Senonenſis epiſcopi, ut ſuſpicari queas, auctoris hujus lucubrationem vel ſaltem, quæ ſecuta eſt illo loco documenta, conflata fuiſſe partim ex Sancti noſtri partim ex S. Amati Senonenſis Actis. Plura ſuper eadem materia obſervari poterunt hoc ipſo die, quo ſimiliter illuſtranda veniunt Acta S. Amati Senonenſis, &, quid de Sedunenſi ſtatui debeat, indicari.*

cum ſynonimis epiſcopis

25 *Aliam confuſionem adverto apud Sammarthanos fratres in ſerie epiſcoporum Sedunenſium in hunc modum ſcribentes:* XII S. Amatus monaſterii Agaunenſis abbas epiſcopatum tenuit, Dagoberto II rege Francorum anno DCCXVI; & jacet in eccleſia Romari-montis in Lotharingia. *Sammarthanis aſſentitur R. D. Sebaſtianus Briguet, Sedunenſis eccleſiæ canonicus in lucubratione ſua, de Valleſia Chriſtiana, typis vulgata anno præſentis ſeculi* XLIV, *additque ita tradi ab illis paſſim, qui de rebus iiſdem ſcripſerunt: citat Pantaleonem*

AUCTORE J. P.

in Prosopographia virorum illustrium Germaniæ, quem consului part. 1 pag. 232, ubi agit de Amato Sedunensi, sicut & Joannem Stumpffen in Chronico Helvetiæ linguâ Germanicâ exarato, ad cujus librum XI remittit laudatus Pantaleon; utrobique inveni penè eadem, quæ legeram apud Henricum Murer, citatum numero præcedente, at de corpore præfati episcopi, sepulto in Monte Romarici, mentionem nullam.

confundentium.

26 *Oportet igitur, ut id apud alios legerit laudatus Briguetus; quos cùm non nominet, adire nequeo, quantumvis parùm interfit: etenim qualescumque demum sint illi scriptores, vix dubito, quin nescientes, quò devenisset corpus Amati, secundum ipsos Sedunensis antistitis, ad Romaricum-Montem recurrerint, quòd illic cujusdam* S. Amati *corpus conservari, magnaque in veneratione haberi didicissent. Sed in eo manifestè hallucinati sunt, constat enim ex Jona & anonymo nostro, primò,* Amatum *Romaricensem seculo penè integro anteriorem esse Amato, secundùm Sammarthanos & Briguetum sub annum 716 Sedunensi episcopo; secundò,* Amatum *Romaricensem ex Agaunensi eremo ab Eustasio deductum fuisse Luxovium, non*
B *vocatum ad Sedunenses insulas; tertiò, eumdem erecto circa annum 620 Habendensi monasterio præfuisse abbatem, ibidemque post aliquot annos occubuisse, sepultum esse, atque haud ita dudum pòst coli cœpisse ut Sanctum, colique in hunc usque diem; sicut mox ostendam postquam præmisero sacros Fastos, quibus nomen ejus inscriptum reperi.*

Memoria Sancti

27 *Inter antiquiores martyrologos primus Sancti nostri memoriam sic recolit Ado ad hunc diem:* Item sancti Amati presbyteri & abbatis monasterii S. Romarici, qui miræ abstinentiæ & anachoreticæ vitæ sectator, virtutum & miraculorum gratiâ illustrem conversationem duxit. *Adonem, uti observat Sollerius, fermè ad apicem transcripsit Usuardus; neque audiendus hîc Mabillonius in Observationibus præviis ad Acta Sancti, monens, priorem annuntiationis partem Adonis esse, reliquam ab illis vocibus:* Qui miræ abstinentiæ, *superadditam fuisse ab Usuardo; quandoquidem tota legatur in Adonis codicibus editis & Mss., à*
C *quibus longè discrepat codex, quo usus est Mabillonius, prout ostendit idem Sollerius tum alibi, tum præsertim in Præfatione ad editionem Usuardi num. 152. Non magis hoc loco dissonat Adoni Notkerus quàm Usuardus, unum excipe, quòd apud Notkerum pro* Amati *legatur* Anniani, *qui amanuensium lapsus est.*

in Fastis sacris;

28 *Neque ab illis in substantia differt Romani hodierni sequens commemoratio:* In monasterio Romarico in Gallia sancti Amati presbyteri & abbatis, abstinentiâ & miraculorum gratiâ illustris. *Wandelbertus verò Sanctum hodie isto versiculo exornat:*

Idibus abba nitet merito & cognomine Amatus.

Mitto describere aut etiam enumerare martyrologos recentiores; pauciissimi enim sunt, qui Amatum *nostrum præterierint. Meminerit tantùm studiosus lector, dum illos consulit, emendandos esse, qui cum Trithemio martyrem vel abbatem Luxoviensem scribunt, aut cum aliis abbatem Agaunensis monasterii & deìn episcopum; ista enim vel ad alios Sanctos pertinent, vel ex conjecturis absque fundamento inserta sunt. Æquum tamen esse existimo, ut, quæ inter Auctaria Usuardi dedit hodie Sollerius ex codice Montis sancti, hîc locum obtineant:* Solennis jam diei fulminat orbita, quâ præclarus Christi confessor, cælestem vitam du-
D cens Amatus, supremam curiæ cælestis sortitur lætabundus aulam, cujus miracula relegere, qui vult, actus & Vitam scilicet ipsius (*consulat.*) Qui miræ abstinentiæ *&c.*

cultus antiquus.

29 *Sancti Abbatis sui memoriam mox ab obitu Habendenses incolæ solemniter prosecuti sunt cultu annuo. Audi biographum numero Vitæ ultimo:* Cùm jam anni circulus peractus fuisset & sub illo tumulo, ut suprà diximus, beati Viri tegerentur membra & ob illius sollempnitatem nocte vigiliæ celebratæ fuissent, rursus post Matutinos cuidam fratri revelatum est, ut quantociùs beata membra illa infra basilicam sanctæ Mariæ ponerentur: quod confestim, opitulante Domino, sub magna reverentia est celebratum; ubi annua revolutione populorum caterva ad ipsius sollempnia festinantes, per ejus interventum salvandos se fore non dubitant. *Confirmatur idem in Actis S. Adelphii, eodem seculo defuncti:* Sic namque, *inquit auctor coætaneus num. 6*, disponente Deo factum est, ut in die illo, quo festivitas sancti Amati agebatur, filiolus ipsius (*Adelphium è sacro fonte susceperat, idque vocabulo* filiolus, *Gallis* Filleul, *hîc designatur*) sanctus Adelphius in ea-
E dem basilica cum magno ornatu sepeliretur. *Et ibidem num. 7:* Quoniam gemina sancti Amati (sicut jam præfati sumus) atque Adelphii festiva aderat dies, peractis Matutinis, hymnum beati Amati canere cœperunt, quem Adelphius à primo versu usque ad finem alta voce jugiter cantavit cum illis.

§ IV. Loca sacra in honorem Sancti exstructa; insignis cultus & festivitates annuæ.

Oratorium in Monte sancto

CUltum *sancti, quem ab ipso ferè obitu inchoatum demonstravimus, absque interruptione semper perseverâsse, suadent multa, atque in primis templa seu oratoria ipsius nomine insignita. Augustinus Calmet tom. 1 Historiæ Lotharingiæ col. 388 differens de gestis* S. Amati, *postquam enumeravit ecclesias seu oratoria septem, quæ ab eodem erecta creduntur in monte Habendensi, ut in iis sacræ virgines laudes Deo jugiter decantarent; pergit in hunc ferè modum Gallico idiomate:* Postea instaurata illic sunt (on y retablit) septem alia sacella sub aliorum Sanctorum invocatione. Primum sanctæ Crucis, secundum sancti Sepulcri, tertium S. Michaëlis, quartum Deiparæ Virginis, quintum S. Claræ, sextum S. Margaritæ, septimum S. Romarici & S. Amati. Sunt qui novem enumerant, sumentes pro duobus SS. Romarici & Amati sacella, quæ contigua erant, atque his jungentes basilicam monasterii, vel, si lubet, ecclesiam parœcialem S. Amati, quæ sita est ad montis radicem, nec longè dissita à rupe, quam Vir iste Dei inhabitaverat.

F

& ecclesia parœcialis juxta rupem

31 *Hisce congruunt, quæ refert Serarius noster cap. 7 Vitæ S. Romarici, collectæ ex Mss. Romaricensibus, ubi primùm de variis oratoriolis loquitur, suppresso tamen nomine Sanctorum, quibus dedicata fuerant; dein ita concludit:* Si duæ, quarum vertex unam, alteram S. Amati rupes tenebat, ecclesiæ hisce septem subditis conjungantur,

A tur, novem veluti angelorum chori erant, qui sine fine Deum concelebrant, ac dicunt : Sanctus, Sanctus, Sanctus. *At verò, quia pleraque hîc verbis efferuntur tempus præteritum denotantibus, ut dubitare queas, an ecclesia ista paræcialis & oratoria hodiedum existant, vel saltem, an iniquitate temporum & bellorum dirutis substituta fuerint alia etiam nunc existentia, audire juvat Theodoricum Ruinartium, qui locum ipsum invisit anno 1696 & notatu dignissima accuratè descripsit in Itinere litterario Lotharingiæ, unà cum ejusdem ac Joannis Mabillonii Operibus posthumis edito per Vincentium Thuillier Benedictinum Congregationis S. Mauri typis Parisiensibus anno 1724. Itaque laudatus Ruinartius part. 3, pag. 471, præmissis nonnullis de Romaricensis oppidi situ & origine, de insigni nobilium Canonissarum ecclesia ac domicilio, deque aliis huc non spectantibus, subjungit, quæ sequuntur.*

quam olim incoluit,

32 Die primo Octobris ad montem conscendimus, ubi olim Habundense monasterium : paulò antequam ad verticem pertingeremus, vidimus initium pontis ad duos editissimos montes con-

B jungendos destinati, quo sanctus Arnulphus Mettensis secesserat, vulgus Fezzeum dicit. In ipso montis supercilio duplex erat olim monasterium, quod in suo castro Habundensi sanctus Romaricus circa annum DCXX ædificaverat, ab ipso deinceps Romarici-mons dictum. Nunc translato, uti diximus, sanctimonialium monasterio, supereſt unum virorum, quod à RR. PP. Benedictinis Congregationis S. Vitoni Sacer-mons vocatur. Ibi præter majorem ecclesiam, ubi officia divina quotidie persolvuntur, quinque supersunt oratoria, hinc inde in montis declivio sita. Ad Septentrionem unum in honorem sanctæ Crucis, alterum S. Michaëli dicatum; ad Austrum verò, primum est sanctæ Claræ seu Cæciliæ, ubi sepulta fuit, visiturque etiam nunc ejus sepulcrum vacuum, secundum sanctæ Margaritæ, tertium verò, quod ceteris antiquius videtur, duas in alas divisum est, in quarum sinistra duo sepulcra antiqua, quatuor columnis innixa, habentur, sanctorum scilicet Amati & Romarici, quorum corpora cum aliis Sanctorum reliquiis inde translata sunt, & nunc in canonicarum basilica asservantur, exceptis aliquot particulis, quæ cum corpore san-

C ctæ Claræ in majori sacri montis oratorio habentur.

S. Amato consecrata.

33 *Laudatus auctor, interjectis quibusdam ad propositum nostrum non pertinentibus, prosequitur his verbis* : Per Meridionalem montis partem, quæ abruptissima est, inter rupes & saxa descendimus, visuri antrum, quod in declivio positum est, ubi sanctus Amatus pœnitentiam egisse dicitur. Locus est ita angustus, ut vix hominem capere possit; paulò inferiùs ecclesia est vicinorum vicorum parochialis, cujus porta Meridionalis atriolum est cum sepulcro antiquo absque inscriptione. *Huc usque Ruinartius, satis clarè, ut evanescat dubium, quod suboriri natum erat ex Serario; sed ex hoc tamen, utpote antiquis Mss. uso, colligimus basilicam* S. Amati *juxta antrum exstructam fuisse à multis seculis & verisimiliter ante seculum* IX, *quo contigit prima translatio corporum* SS. Amati, *Romarici & Adelphii, atque sacrarum Virginum transmigratio in locum, ubi nunc cernitur Romaricensis civitas.*

Translationes quatuor corporis

34 *Ordo nunc exigeret, ut ad demonstrandam insignis cultûs non interruptam perseverantiam, exponerem, quo pacto, tempore & occasione peractæ fuerint mox allegata translatio & tres aliæ eam subsecutæ, multisque prodigiis illustratæ : verùm cùm ea æqualiter pertinerent ad* SS. Amatum, *Romaricum & Adelphium, rem illam fuse pertractavimus ad diem* XI *Septembris, S. Adelphio sacrum : ibidem enim in Appendice de Gloria posthuma quatuor paragraphis variorum scriptorum de tempore & occasione factarum translationum protuli opiniones, &, examinatis Romaricensibus documentis, quid mihi in ea materia probabilius appareret exposui. Quinto paragrapho ostendi, qua solemnitate peragantur quotannis singularum translationum festivæ commemorationes, quibus demum subnexui prolixiores miraculorum atque translationum historias, desumptas ex Mss. Romaricensibus, &, ubi opus erat, annotatis elucidatas. Quapropter, ne actum agam, præcipua hîc sine ulteriore examine in compendium contracta exhibeo, atque pro majore horum omnium notitia ad citatum diem* XI *lectores remitto.* AUCTORE J. B

diversis temporibus olim factæ

35 *Itaque, juxta ibidem dicta, prima sanctorum corporum translatio, quæ & translati monasterii epocha est, contigit tempore Ludovici Pii regis & imperatoris, id est, ante annum* 840; *secunda inter hunc annum & 899, cùm scilicet sacra corpora delata sunt ex vetustis sacellis in novam basilicam; tertiam fiximus intra annos circiter* 910 *&* 920; *huic occasionem præbuerunt Hungari in Lotharingiam irrumpentes & devastantes omnia; illorum enim metu virgines cum sacris exuviis ad Habendensem montem, antiquam monasterii sedem, confugerunt, ac post illorum discessum hinc reversæ sunt, corporaque in memorata basilica reposuerunt, præsente Drogone Tullensium episcopo, qui ab anno* 905 *usque ad* 921 *vel* 922 *illam cathedram occupavit. Quarta translatio, quam non immeritò Sanctorum canonizationem, saltem prout tum temporis hæc fieri solebat, à quibusdam appellatam monuimus, peracta est Idibus Novembris anno* 1051 : *quando rogante Odæ abbatissæ S. Leo IX PP. Hugonem Bisonticensem antistitem, & Udonem tum Tullensis ecclesiæ primicerium, postea episcopum, legatos suos Romarici-montem direxit,* qui, *verba sunt relationis, quam dedimus,* de sanctorum Romarici, Amati, Adelphii & Gebetrudis virtutibus ac miraculis judiciaria inquisitione instituta, primùm eorum sacra corpora ex humili loco, in quo hactenus quieverant, in sublimiorem solemni pompa extulerunt. Deinde eorum, ut verè Dei Sanctorum, historias ac miracula, Romani, à quo missi erant, Pontificis auctoritate, & conscribenda & divinis Officiis inserenda sanxerunt.

E

F

totidem diebus per annum festivè recoluntur.

36 *Officium ac Missa propria, quorum, uti hodie recitantur à Romaricensibus, Orationes, Hymnos, lectiones secundi Nocturni aliasque partes præcipuas ibidem exhibui, fiunt ritu duplici secundæ classis ad diem* XVII *mensis Maii, quo primæ translationis memoria recurrit; ritu duplici majore ad dies* XV *Februarii,* XX *Augusti, &* XIII *Novembris, quibus secundæ, tertiæ & quartæ translationi annua festivitas celebratur. In assignata aliquotiès appendice de Gloria posthuma S. Adelphii, alterius & recentioris translationis corporum mox nominati Sancti &* S. Amati *notitiam dedimus acceptam à Chiffletio, quam, quia brevior est, docetque quo loco Sancti corpus existat modò, hîc repetendam judicavi :* MDCXXXIV, VIII Octobris, Dominicâ Philippus de Ligneville de Tantonville præpositus S. Deodati (*Saint-Dey, oppidum est Lotharingiæ*) corpora S. Amati & S. Adelphii de antiquis thecis in novas argento convestitas transtulit : quæ super altare S. Romarici in forulis

AUCTORE J. P.

hinc inde præparatis collocatæ sunt; sancti quidem Amati capsa à parte Epistolæ, sancti porrò Adelphii à parte Euangelii. *Haud incongruum fuerit his etiam subnectere, quæ tradidit laudatus num.* 31 *Ruinartius de jam dicto altari, uti & de ipsa basilica à se visis:* Ecclesia, *inquit*, amplissima est, quam terræ motu ab aliquot annis concussam reparavit princeps abbatissa atque firmissimis columnis munivit. Summum altare Leo IX Pont. Max. consecravit, in quo soli canonici septem, qui virginibus ministrandis instituti sunt, Sacrum celebrant: retro illud in ecclesiæ extremitate, aliud est excelsius, in quo quinque thecæ sanctarum reliquiarum, potissimùm sancti Romarici &c. *Inter Sanctos, quos supprimit, recensendos esse* SS. Amatum & *Adelphium liquet ex mox datis Chiffletii verbis.*

peculiaris est hodiernæ festivitatis solemnitas apud Romaricenses;

37 *Superest, ut exponamus quàm solemnis sit hodierna festivitas, celebrata olim, ut suprà observavimus, ipso anno Sancti obitum proximè subsequenti. In Proprio Sanctorum insignis ecclesiæ S. Petri Romarici Montis ad diem* XIII *Septembris Officium de* S. Amato *recitandum præscribitur ritu duplici primæ classis cum Octava. Lectiones secundi Nocturni gesta ipsius referunt usque ad fundatum Habendense cœnobium, reliquam gestorum partem perhibent Lectiones item secundi Nocturni designatæ pro die octava. Nullas transcribo, quia, quæ complectuntur, fusiùs enarrata inveniet lector in Actis, unde dictæ Lectiones, mutato hinc indestylo, depromptæ sunt. Hymni similiter proprii sunt, & præcipua Sancti gesta, sat eleganti metro comprehendunt. Ad Vesperas & Matutinum iste canitur:*

B

Hymnus ad Vesperas & Matutinum

38 Amate, patrium solum
Dum Cularonam deseris,
Ad agmen Agaunensium
Civis polorum scriberis.
Recluses excelso specu,
Mundi procellas despicis,
Totoque mentis impetu
Cælis amore jungeris.
De rupe cellæ proxima,
Quam fuste tantùm percutis,
Virtute Mosis insita,
Aquas perennes elicis.
Lucerna talis abdito
Ne deliteſcat angulo,
Eustasius pertransiens
Producit hanc Luxovio.
Hinc Romaricum pincipem
De vanitate seculi
Ad sanctitatis tramitem
Traducis arte nobili.
Deo Patri sit gloria
Ejusque soli Filio
Cum Spiritu Paraclito
In sempiterna secula. Amen.

C

39 *Hic autem ad Laudes, & in secundis Vesperis.*

ad Laudes & secundas Vesperas,

Per te, magne Pater, vertice Habendico
Surgit sacra domus; grex ubi Virginum,
Terreni thalami posthabita face,
Christo se pius immolat.
Vicenæ quater hìc, quatuor additis,
Alterna revocant se vice Virgines:
Septenisque Deo perpetuum melos
Bis senæ agminibus canunt.
Has tu nempe piis legibus imbuis,
Exemplisque doces & precibus juvas:
Ornatasque sacris corda monilibus,
Christo pronubus exhibes.
Tot dives meritis, cilicio tamen
Prostratus moreris, & cinere horridus
Calcarique tuum corpus ad ostium
Templi virginei jubes.
Parce hospes, precor ô, qui sacra limina
Oraturus adis; & penetralibus
Condendas adytis reliquias, cave,
Ne cæco pede proteras.
Te summa ô Deitas, unaque poscimus,
Ut Sancti precibus, nos quoque supplices
Cælesti facias psallere patriâ
Æternis tibi canticis. Amen.

D

reliqua Officii proprii ac Missæ dispositio.

40 *Sunt nonnulla in istis versiculis, quæ explanatione indigerent; sed ea mox clarescent, ubi perlecta fuerint Acta & his subjecta Annotata. Missa legitur de communi Abbatum; excipe tamen Orationem mox recitandam, & Euangelium, desumptum ex cap.* XI *Matthæi:* Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater Domine cæli, *super quo item Euangelio in tertio Nocturno Officii legitur Homilia ex libro Moralium S. Gregorii Papæ. Oratio utrobique hæc est:* Spiritum nobis, Domine, pœnitentiæ salutaris obtineat beati patris nostri Amati abbatis oratio, qui Crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit. Per Dominum.

E

Colitur verisimiliter etiam alibi, ubi servantur reliquiæ.

41 *Ceterùm prorsus verisimile est, Sanctum hodie peculiari etiam cultu affici in monte Habendensi, & præsertim in basilica ipsi juxta antrum erecta, sed defectu documentorum nihil certi hac de re lectorem edocere possumus, sicut nec de reliquiis, quæ ibidem fortasse servantur, ut suspicari nos sinit laudatus num.* 32 *Ruinartius; cùm dicat corpora* SS. Amati *& Romarici cum aliorum Sanctorum reliquiis asservari in Canonicarum basilica*, exceptis aliquot particulis, quæ cum corpore S. Claræ (*aliàs* Cæcilia & Gegoberga *appellatur, fuit filia S. Romarici & secunda parthenonis abbatissa*) in majori sacri montis oratorio habentur. *Denique cùm de reliquiis sermo inciderit, huc spectant, quæ Calmetus citato tomo* I *Historiæ Lotharingicæ col.* 391 *Gallicè refert, quæque reddita Latinè ita sonant:* In sacrario sacri Montis diu conservati fuerunt duo catilli, seu minoris formæ scutellæ ex fuso ære Cyprio, non cuso. Accedit unus magnitudine sua ad scutellam, quâ utuntur chyrurgi (*excipiendo scilicet incisæ venæ sanguini*,) alter duplo penè major est. In his catillis cibus ipsi (S. Amato) proponebatur, dum cum monachis comedebat. *Post hæc monet idem auctor inferiùs in observationibus suis, catillos istos hodiedum servari in abbatia Senonensi Gallicè* Senones, *sita est in Vosagi montibus, & sic nuncupata, quòd fundatorem habuerit archiepiscopum Senonensem S. Gumbertum, seu Gondebertum, cujus gesta apud nos Commentario historico illustrata sunt, tom.* III *mensis Februarii ad diem* XXI.

F



VI.

A

VITA

Auctore anonymo coævo.

Ex Mss. Romarisensi, S. Maximini Trevirensi, Ultrajectino & alio, collatis cum editione Mabillonii,

PRÆFATIUNCULA.

B

Cujus jussu scripserit auctor.

IMperiis tuis beatissime papa Clido *a* eloquio quidem exiguo, sed voto uberrimo parêre dispositi. Præcipis itaque, ut sancta illa opera, quæ in hac luce beatus egit Amatus, litterarum paginis in processu temporis mandare debeam; nec silentio magis fore prætereundum, quod dignum est summis laudibus celebrandum. Nunc igitur, annuente Domino & te jubente, pauca de multis expediam, tamquam scilicet literatis viam hujus itineris ostendens *b*.

ANNOTATA.

a *Clidonem, qui alibi* Dido *scribitur, abbatem fuisse Habendensis cœnobii nonnulli existimant, prout monui in Commentario prævio num. 4. Vox* Papa *omissa apud Mabillonium, legitur in nostris Mss. præterquam in Ultrajectino, in quo tota Præfatiuncula desideratur. De origine autem hujus vocis, notione, & quibus olim tribuebatur, nunc ad solum Romanum Pontificem restricta, consule Historiam chronologicam patriarcharum Alexandrinorum, præfixam tom. V Junii à pag. 25.*

b *In exemplari Trevirensi*; ostendemus.

C

CAPUT I.

Sancti natales, vita monastica & solitaria.

Ab illustri patre juvenis cœnobio commissus

ILle denique temporibus Dagoberti *a* regis, sicut moribus egregius, ita in cunctis sanctitate, nomine & actu Amatus fuit. Nam nobilibus natus parentibus ex Romana stirpe oriundus *, in suburbano Gratianopolitanæ *b* civitatis præclaræ indolis Puer exortus est; patre videlicet Heliodoro *c* summæ Christianitatis religione innixo *d*. Cùm ergo esset vir devotissimus, filium Amatum, ut monasticis traderet excubiis, devovit; atque beati Mauricii *e* liminibus mancipandus Adolescens tamquam munus Deo acceptabile offertur. Haud mora post temporis spatium à primævo inter scholares *f* imbutus, primus in bonis habetur.

a

* *al.* oriens

b

c

d

e

f

3 Nam cùm monasticis normis jugiter incumbens ferè per annos triginta sese totum dedisset, majoris eremi secretum expetens, clàm à septis monasterii egressus, paulùlùm procul in devexa excelsissimi montis rupe semet Athleta Christi contra diabolum præliandum * dedit. Nam cùm ab abbate sui monasterii vel à fratribus anxio & sollerti quæreretur studio, triduano ille die cum jejunio peracto, vix tandem per obliqua montis inter saxorum periculosos *g* scopulos sancta reperiuntur vestigia, & sic perventum est, ubi Sanctus latitabat *h* quidem hominibus, sed præsto erat Deo. Cúmque repertus fuisset, ut ad monasterium remeare deberet, deposcunt: quia abbas fratresque anxii mœrentesque essent pro illo, vel quid sibi vellet ista absscessio scisciterentur *. Illico ait; Sinite me, ô Fratres, obsecro, in hoc arcto locello mea deflere admissa, atque Redemptori meo sedulo deservire obsequio.

A. ANONYMO COÆVO.

post annos triginta in eremum

* *Mab.* pugnaturus

g

h

* *al.* scisciscitantur

4 Et cùm ex his eum evellere non potuissent, tunc aiunt: Quid vis, ut tuæ sit sustentationis alimentum? Saltem indica nobis. Tum ille; Panis, inquit, & aqua post triduanum, quousque Dominus voluerit suppletum jejunium, ut tribuantur mihi, potiora non flagito, nec egeo, & hic hordei * sit. Hæc dicta illumque inventum narrant abbati. Tunc unus deinceps ab abbate eligitur minister è fratribus, cui nomen erat Ferinus, qui continuis ei famularetur obsequiis; acceptoque pane, urceoque repleto aquâ, pergit ad Virum Dei, & his datis recedit. Cúmque Vir sanctus * orationi incumberet, mox tentator in corvo affuit, furatoque pane aquam effudit. Sed surgens Amatus, his contemplatis, ait: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia meum augeri jubes jejunium, & hoc per tuum aderit suffragium, quoniam nihil est in hoc mundo, quod absque tuo geratur arbitrio.

secedit & austerius vivens vexatur à dæmone.

E

* *al.* de ordeo

* *al.* Dei

5 Post aliquod igitur tempus parvum eidem construitur antrum; sed artifex mensuram culiculi non tenens, accedit ad Virum Dei dicens: Sine me *i* Vir Dei, ad locum, quo cæditur lignum, quoniam trabs duorum manubriorum mensurâ brevior esse videtur. Tunc ille: Noli, inquit, fili, sed revertere & metire, habeto * iidem. Revertens igitur metiens lignum, reperit tot largius, quot dudum fuerat brevius. Illico remeans ad Virum Dei, narrat, quod actum est. Tunc ille: Sile, inquit, & noli illud recidere, quoniam donum Dei est: hujus operis *k* ego enim testis sum, quia forinsecùs tegimen ceteris eminentem suprascriptam mensuram vidi *l*.

Trabem cellæ construendæ breviorem oratione auget;

i

* *Mabil.* habeo

k

F

l

6 Aliud denique miraculum per eumdem Virum Dominus fecit. Cúmque jam per anni spatium eidem aqua de vallium amnibus à ministro deferretur, condolens injuriæ fratribus * ait: Accedamus fratres & eamus ad saxum hoc, & oremus, quoniam potens est Deus aquam de petra producere. Oratione igitur completa, surgunt utrique, atque baculo, quem Vir Dei manu gestabat, silicem percussit; egressaque mox lympha perennis manat; ibique parare jussit cisternam plumbeam. Hanc ergo repletam aquâ foras eructantem jugiter vidi.

fontem elicit è saxo;

* *al.* fratrum

7 Post hæc namque in eadem rupe parvulum spatium terræ reperiens, abscisso nemore, campellum fecit, utpote capientem quartam partem modii, in quo hordeum serere solebat, justus: quippe est dicens, ut proprio unusquisque vivat labore. Habuit autem & infra cellulam molam, quam tunc manu agebat, cùm canenti ei sensimque membris somnus obreperet. Calceamentis nullo ibidem tempore utebatur; locellus autem, in quo ad molendum pedes extendere * consueve-

labore manuum victitat & otium evitat.

* *Trevir.* tenebre

A. ANONYMO COÆVO.

rat, minutis & acutiſſimis lapillis repletus erat. Itáque mos illius exſtitit, ut tentationem carnis vel ſomnium corporis per laborem molæ abigeret.

grande ſaxum in cellam ruens prodigiosè ſiſtit,

8 Quodam autem tempore, cùm in campello, quem excolere Vir Dei ſolitus erat, foderet, de excelſa montis rupe ſaxo immani ruente, cellulæ ſuæ intuitus mox imminere ruinam, quod reor diabolica compuliſſet aſtutia; ſicque ſignum Crucis depingens ait: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti præcipio tibi, ne ampliùs deſcendas: cúmque jam in propinquo tegmine manſiunculæ eſſet, ſtatim ſiſtens monti inhæſit. Pendet autem ex latere & monti inhæret, nec omnino ſpeluncam lædit. Crebrò autem diabolus cum ſuis ſatellitibus accedens, concutiendam & evertendam cellulam à monte funditus minabatur; ille verò in Domino fortiſſimus præliator inconcuſſum & intrepidum geſtabat pectus dicens: Dominus mihi adjutor eſt, non timebo, quid faciat mihi homo.

oblatas pecunias & invito relictas rejicit

9 Denique illius loci epiſcopus *m*, familiariſſima ei erat devinctus caritate; qui cùm crebra viſitatione delectaretur adeſſe Virum Dei, propter Chriſti amorem paupertatem ſectantem, decrevit auri quantitate ſolari, utrùm ſibi an pauperibus voluiſſet decernere: ipſe verò ait: O bone præſul, hæc, quæ à te offeruntur, illis tribuenda ſunt, quibus major neceſſitas incumbit. Ego autem ſpretis retinaculis mundi, nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, nudus revertar in terram *n*. Is namque cùm hæc importuno inferre precatu vellet, nec potuiſſet, clàm, cùm egrederetur, altariolo, in quo Miſſas celebrare aſſuetus erat, aurum ſuperpoſuit; cúmque ex more, nocte ſubacta, ad ſacra Myſteria horâ legitimâ Famulus Chriſti veniſſet, repertos ſolidos tamquam inimici execrans *o* inſidias, in vallium ima præcipiti demerſit jactatu dicens: Dominus pars hæreditatis meæ; ego his non indigeo.

m B

n

ANNOTATA.

a *Nempe primi ejus nominis, qui cùm in Auſtria regnaret, floruit Sanctus noſter in Habendenſi monaſterio: quod ſic intelligendum eſſe, patet ex hujus anno natali, quem nec diu ante, nec diu poſt Chriſti* 570 *figendum arbitramur. Adi Commentarium num.* 6.

b *Gratianopolis (Grenoble) urbs Delphinatûs primaria ad Iſaram fluvium: dicta fuit olim* Cularo *&* Cularona, *& hoc vocabulo uſus eſt auctor hymni, recitati à nobis in Commentario prævio num.* 38.

C

c *Ita in omnibus exemplaribus noſtris; Surius* Theodorum *legit:*

d *Apud Mabillonium, & in Ms. Ultrajectino:* Summæ Chriſtianitati innixo.

e *Agaunenſe monaſterium deſignatur, ſitum in Valleſia inferiori ad Rhodanum fluvium.*

f Scholares *ſcribitur apud Mabillonium & in Ultrajectino, unde & Surius* ſcholaſticos *fecit. Sed in Reliquis Mss.* primates *habetur.*

g *Mabillonius legit*, per obliqua montis ſaxoſi inter periculoſos &c. *Similes vocum immutationes & tranſpoſitiones in exemplaribus noſtris hinc inde occurrentes, ortaſque ex codicum diverſitate, atque deſcribentium inadvertentia, deinceps inobſervatas præteribo, niſi facilè ad marginem indicari poſſent, vel ſenſum notabiliter immutarent.*

h *Differt hìc ab aliis Ultrajectina lectio, quæ hæc eſt:* Majoris heremi ſecretum expetens, clàm egreſſus eſt, paululum procul in rupe excelſi montis, & cùm ab abbate & fratribus ſui monaſterii magno ſtudio quæreretur, triduano jejunio peracto, vix tandem reperitur, latitabat quidem &c. D

i *Trevirenſe Ms. habet,* ſinite me, *Ultrajectinum,* ſequere me.

k *Voces illas* hujus operis, *non lego apud Mabillonium, neque in Ms. Ultrajectino.*

l *Hinc paſſim colligitur ætas auctoris. Vide Commentarium num.* 4

m *Agaunum in Sedunenſi diœceſi ſitum eſt; Igitur huic epiſcopo, uti obſervat Mabillonius, nomen fuerit Leudemundus, cujus circa hæc tempora meminit Fredegarius Scholaſticus in Chronico cap.* 44.

n *Mabillonius & Ms. Ultrajectinum:* Nudus egreſſus ſum de terra, & nudus revertar in pulverem.

o *Vox* execrans *abeſt à Ms. Trevirenſi.*

CAPUT II.

Perducitur Luxovium à S. Euſtaſio; & ipſe eò allicit S. Romaricum, quocum Habendenſe aſceterium conſtruit. E

Totus auſteritati addictus

VErvecum quippe pellibus membra tegebat. Temporibus quoque quadrageſimæ quinque nucleis nucum cum parvo poculo aquæ in quotidiana refectione illius, pòſt Veſpertinis laudibus peractis, vilis quidem, ſed Deo placita, menſa parabatur. Interdum quippe triduana crebróque prolixiora protrahens jejunia, feſſus membris, ſed Spiritu ſancto repletus, Chriſto jugi famulabatur obſequio. Balnearum fomentis bis tantùm ibidem utebatur in anno, ante ſanctam videlicet Domini Natalis diem, ejuſque ſacræ Reſurrectionis Paſchæ. Hæc erat illius corporis cura, de cetero verò pleraque latent occulta, quæ tunc geſta ſunt miracula. F

inviſitur à S. Euſtaſio & Luxovium adducitur. a b c

11 Temporibus autem illis in partibus Voſagi *a* vir egregius & religione celeberrimus abbas Euſtachius *b* conſtabat. Tunc fortè accidit, ut egreſſus metas penetraret Italiæ, introienſque cœnobium Agaunenſe *c* ſciſcitari cœpit, quis inter primos ſanctitate primus ibidem haberetur. Tunc aiunt: An fortaſſis ignoras ſanctum virum Amatum, qui in hac excelſiſſima rupe jam ferè per triennium duram gerit vitam? Illeque his auditis confeſtim montis perartam & penè greſſu labentem conſcendit ſemitam: inventoque Viro tanta caritate amplexus eſt, ut nullatenus pateretur eum ſibi deeſſe. Quid plura? Revertens ab Italia *d* ablatum ſanctum Hominem Luxovium *e* uſque perduxit, affirmans lucernam non eſſe ſub modio occultandam, quin potiùs illis, qui in domo Domini ſunt, lumen præbendum, & illum perfectiorem viam poſſe tenere, qui proprias ſedes reliquerit. e

ob ejus ſtatem caras omnibus prædicationi adhibetur.

12 Denique converſatus aliquod temporis ſpatium in monaſterio illo ſanctus Amatus, ab omnibus amatus effectus eſt. Erat utique ſerenus vultu, hilaris aſpectu, præclarus & celer eloquio, cautus & firmus conſilio, compunctioni deditus, profuſus in lacrymis, temperatus in proſperis, mitis

A mitis & lætus in adversis, moribus egregius, sanctitate fulgentissimus, caritate in omnibus præditus, abstinentiæ discretioni innixus. Sic utique omnibus bonis ditatus tamquam lumen magnum in mundo renitebat. Factum est autem in illis temporibus, directus à fratribus ut quasdam urbes Austrasiorum lustraret: multa enim gratia prædicationis in illo vigebat.

eleganti oratione S. Romaricum

13 Vir autem nobilis erat in palatio & honorabilis in populo, cui nomen Romaricus *f* sub laico habitu, sed jam tum mentem gerebat religiosam. Nutu ergo divino, ut credo, annuente, ad hujus domum hospitalitatis gratiâ sanctus affuit Amatus. Intuitus autem Virum Dei cum multa reverentia & honore susceptit eum. Cumque jam mensa posita esset, cœpit inter epulas flagitare, ut sibimet desideranti verbum salutis nuntiaret. Mox ille, cùm velox & cautus esset in verbo, exorsus ait: Cernis hunc discum argenteum? Quantos iste dudum servos habuit, quantosque deinceps habiturus est! Et tu velis nolis nunc suus servus es, quoniam ad servandum eum possides. Sed nunc æquum super se edentibus reddit
B suffragium, de quo à te, qui nunc eum servas, ratio in futuro requirenda exigetur: scriptum namque est: Aurum & argentum vestrum æruginavit,
g & ærugo eorum in testimonium vobis erit *g*. Unde Dominus ait: Væ vobis divitibus, qui habetis consolationem vestram *h*.

ad seculi fugam permovet

14 His denique auditis, Romaricus ait: Obsecro sanctitatem vestram aliquantulam dierum moram *i* mecum facite, & narrate, quid faciam *k*; quoniam id solum, quod olim angens gestiebam, modernis nunc annuente Domino congratulor adfore temporibus. Tunc Amatus exorsus ait: Ausculta paululùm, vir bone, cùm sis nobilitate parentum excelsus & divitiis inclytus ingenioque sagax, miror, si non nôsti responsum Domini. Cùm quidam eum interrogâsset, quomodo vitam æternam capere posset, dicens: Magister bone, quid
l faciam *l*, ut habeam vitam æternam? Et paucis interpositis eidem dicitur: Si vis ad vitam ingredi serva mandata. [Dicit illi, Quæ? Jesus autem dixit: Non homicidium facies: Non adulterabis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam, & diliges proximum tuum sicut teipsum *m*.] Dicit illi adolescens:
m Omnia hæc custodivi à juventute mea, quid mihi adhuc deest? Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo; & veni, sequere me. Audiens hæc vir Domini Romaricus, desiderio & amore Dei refertus, non multis postactis diebus, spretis divitiis & rebus sæcularibus, detonsum servitio Domini sui caput sese monasti-
n cis imbuendum tradidit normis *n*.

& cum illo cœnobium constituit. Pedibus contractum sanat,

15 His ritè edoctus per idem tempus, consilio procul dubio omnipotentis Dei agente, sanctus magister Amatus, & discipulus ejus Romaricus sub magna sanctitate, atque summæ perfectionis religiosissima intentione monasterium puellarum condunt *o*. Hoc autem dum ædificaretur, quidam contractus pedibus, ablato gressu, quatiebatur infelix. Adfuit ergo sancto Amato, obsecrans sibimet pristinæ virtutis incolumitatem præbendam. Tunc almificus Vir ait: Domini mei Jesu Christi est tibi dare, quæ poscis, fili mi. Sed misericordiâ motus rursus dixit: Et quia video, his te indigere, esto nobiscum saltem paucis diebus, oremusque pariter Dominum. Habeto ergo fidem & dabitur tibi à Domino, quod postulas *p*, quomodo affatim benigna est misericordia ejus. Quid
p plura? In proximo temporis tribuitur debili gressus, atque *q* rursus arva plantas dudum peregrinas terendà exultantes recipiunt, & graditur deinceps homo pedibus propriis, qui pridem pedibus gestabatur alienis.

A. ANONYMO COÆVO.

q

energumenam liberat.

16 Puella sanctimonialis in eodem cœnobio absque licentia Senioris pomum edendum præsumpsit; sed mox diabolus ingressus eamdem discerpere cœpit. Tunc nuntio præpeti Amatus adest, & mox adstantibus ait: Numquid non prædixi vobis, quia * inimicus noster diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens, quem devoret? Denique puellis ait: Oportet, ô filiæ, ut iste immundus spiritus vigiliis & jejuniis atque oratione pellatur & his denique impositis deceptor aufugit *r*. Cumque incolumis fuisset reddita sororibus, Vir almificus dixit: Intuemini, quid nobis Dominus præstitit ô bonæ sorores *f*: sicut scriptum est: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Consuetudo utique illius erat, ut id, quod suis orationibus Dominus tribuebat, aliorum meritis actum fuisse adscriberet.

* Mabil. quòd

r

f

Prima cœnobii abbatissa moritur.

17 In hoc eodemque cœnobio hic Vir elegit unam, quæ sororibus præesset, & hæc erat desiderio Domini plena & religione præcipua, cujus nomen erat Mactefledis *t*. Hanc ad exemplum summæ sanctitatis ceteris imitandam proposuit:
E sed omnipotens Deus, qui suorum semper est fidelium suffragator, volens ejus laboribus & sancto desiderio quantociùs æterna præmia reddere, priusquam in hac sollicitudine duorum, ut conjicio, annorum curricula peregisset, ad finem hujus vitæ pervenit *u*. Sed una ex sororibus præcedenti nocte per visum miræ magnitudinis stellam egredientem de monasterio vidit, cæloque introëuntem conspexit. Præfata autem Mactefledis, cùm in ipso articulo suæ vitæ jam ingressi anima esset, quædam soror ait: Canite psalmos, quia jam mater nostra nos relinquit. Illa inter hæc ait: Silete paululum quoniam sanctus Paulus nondum adest. Et post pusillum denique annuit, ut canerent: sicque sancta anima illa de hac luce læta properavit ad Dominum *x*.

t

u

ANNOTATA.

a Vosagi (*montis, saltûs, silvæ, eremi*) per confinia Alsatiæ, Burgundiæ & præsertim Lotharingiæ extensi, notionem dedimus sæpè alibi & nuper ad diem XI Septembris occasione S. Adelphii abbatis.

b Eustasius *scribitur ab aliis &* Eustatius; *de hoc sancto abbate actum est apud nos tom. 3 Martii ad diem 29; quædam etiam super eo pertractavimus hîc in Commentario prævio à num. 7*

c *Vide Annotata ad caput primum lit. e.*

d *Itineris in Italiam à S. Eustasio instituti tempus & causam assignavimus in Commentario num. 7.*

e *Celebris abbatia in Burgundiæ ducatu ad radices Vosagi montis.*

f *De S. Romarico Habendensis cœnobii fundatore & secundo abbate, cujus festivitas recurrit die 8 mensis Decembris, multa diximus hîc in Commentario; plura tomo præcedente in Commentario prævio ad Acta S. Adelphii, & in appendice de Gloria posthuma.*

g *Jacobi 5, vers. 3.*

h *Lucæ 6 vers 24.*

i *Trevirense*: aliquantulum spatium. *Mabillonius*: aliquantulum *sine addito.*

k *Trevirense*: quid me oporteat facere.

l *Matthæi 16, unde hæc & sequentia desumpsit*

A. ANONYMO COÆVO,

pta ſunt, legitur, quid boni faciam.

m *Verba ſacræ Scripturæ uncis incluſa non habent Mabillonius & Mſs. Ultrajectinum.*

n *Congreſſus S. Amati cum S. Romarico, refertur etiam in hujus Vita apud Mabillonium; ſed breviùs: verba dedi in Commentario prævio num.* 8.

o Sub magna ſanctitate *& reliqua uſque ad* monaſterium puellarum, *deſiderantur in Ultrajectino.*

p *Ultrajectinum*: obſecrans ſibi priſtinam præberi virtutem. Cui Vir ſanctus ait: Habeto fidem, & dabitur tibi à Domino, quod poſtulas: *omiſſis, quæ in aliis exemplaribus interjiciuntur, & ſequuntur uſque ad* In proximo.

q *Deſunt iterum in eodem Ultrajectino voces iſtæ uſque ad* & graditur.

r *In Mabillonio*: & his finitis dæmon aufugit: *at in Ultrajectino ab his verbis*: decerpere cœpit, *uſque ad iſta*: cúmque incolumis, *ſenſus ita contrahitur*: Quem Vir Dei effugavit.

ſ *Mabillonius legit*: Intuemini dulciſſimæ ſoroes, quid vobis præſtiterit Dominus: *omiſit Ultrajectinum.*

B t *Ultrajectinum, ſuppreſſis denuò ceteris, vocibus* elegit unam *mox ſubdit*: cujus nomen erat &c.

u *Ultrajectinum etiam hîc ceteris exemplaribus brevius rem ſic refert*: Sed omnipotens Deus poſt duorum annorum curricula ad finem hujus vitæ perduxit.

x *An aliquando cultum habuerit, ignoramus. non videtur eum habere hodiedum apud Romaricenſes; nullam certè ejus commemorationem invenio in Proprio Sanctorum. Meminerunt ejus Majores noſtri in Prætermiſſis ad diem* 13 *Martii in hunc modum*: Madefledis abbatiſſæ, à S. Amato inſtitutæ felix tranſitus memoratur in dicti S. Amati Vita, danda ad XIII Septembris. De ipſa nihil in Faſtis publicis. Menardus, Bucelinus, Sauſſayus & poſt hos Arturus in Gynæceo Sanctis illam adſcripſêre. *Ceterùm in Ultrajectino poſt verba* cæloſque introëuntem conſpexit, *mox ſubnectitur*: Sicque ſancta anima *&c., nihilque memoratur de dicto illius ſororis, aut reſponſo Madefledis.*

CAPUT III.

C

Poſtrema Sancti geſta & pius obitus.

Jugem pſalmodiam inſtituit; in antrum ſe recipit,

a

POrrò ſanctus Amatus ſemper eremi ſecretum diligens infra profunda vaſtaque Voſagi caſtrum reperiens, ſicut in præſentiarum cernitur monaſterium, tranſmigravit; ibique, opitulante Domino, multis virginibus, pſallentium per ſeptem turmas, in unaquaque turma duodenis pſallentibus die noctuque jugiter inſtituit *a*. Sed ipſe in obliqua montis parte concavum reperiens ſaxum, anguſtum ſibi ſoli habitaculum præparavit, habuitque lectulum in alveolo ad ſtatûs ſui menſuram factum *b*. Siquidem & ſpecus ampliùs longiúſque non eminebat, & deſuper immanis rupes dependebat, atque per hanc miniſter funem tintinnabulo ligato parvam particulam panis cum modico aquæ poculo homini Dei Amato præbebat.

b

19 Dominicis verò diebus egrediens, fratribus vel ſororibus jugiter ſanctas Scripturas relegebat, admonens illos ad æterna gaudia & ad cæleſtem patriam quantociùs properare. Totus enim erat dulcis conſilio, totus amatus * eloquio: plenus quippe erat Spiritu ſancto, cæleſte ſemper meditans opus. Moris ſui fuit, ut, dum jugiter hilarem vultum gerebat, ad inſtar racemi guttas lacrymarum ab illius oculis defluere videres. Sæpe enim præſago ſpiritu etiam quorumdam cogitationes prodebat. D

unde Dominicis diebus egrediens, ſuos inſtruit.

* *Mabil.* amabilis

20 Quadam itaque die, dum quidam frater in præſentia ſui graderetur; Siſte, inquit, frater mi, quò loquar tecum. Vereor dulciſſime meus, ait, ne fortè inimici veſania ac ſubtilitas aliquid tibi cupiditatis malum contra Regulæ decretum proprium habere injiciat. Tunc ille: Abſit à me ſecùs quippiam agere, niſi id, quod tua ſanctitas prædicat, & noſtra continet Regula. Inter has igitur confabulationes * ſanctus Vir oram cucullæ illius tenens, utroque digito hinc inde complexus conſutum infrà trientem reperit, moxque dixit: Hic ergo quid habes frater mi? Confeſtim ille pavore perculſus, pedibus ſancti Viri ſeſe proſtravit dicens: Heu mihi miſero tremiſſem furatus ſum. Tum ille: Surge, inquit, & age pœnitentiam: qui furabatur, jam non furetur *c*. E

Fratrem proprietatis reum ad pœnitentiam provocat,

* *Trevir.* fabulas

c

21 Quadam denique die puellæ ſanctimoniales dum apum examen recipere geſtiunt, ſanctus Vir adfuit. Erant autem ibi duo vaſa, apibus parata: quibus ait: Vultis hoc examen recipere? Dicunt ei: Iſtud vas lacte & bonâ herbâ linivimus; in hoc recipiendæ ſunt apes. Nolite, ait, ſed in aliud vas recipiantur. Et his dictis abiit. Illæ ergo poſtponentes ſancti Viri mandatum, in vas, quod paraverant, apes aptaverunt; ſed contra juſſum Viri Dei capturam intromiſſæ feræ per quinque dies nec volatum capiunt, nec ſuarum neceſſitudini florigeras decerpunt ſilvas. Crebrò autem advenientes puellæ pulſant vas; illæ quidem vivæ intùs murmurant, nec tamen foràs egrediuntur. Tandem puellæ juſſa Hominis Dei ad memoriam revocantes, ad eumdem pergunt, & narrant ei omnia. Tum ille: Ite, inquit, atque migrate *d* eas in vas, de quo dixeram. Quod dum factum fuiſſet, tamquam de cuſtodia carceris exeuntes, mox lætæ & volatum capiunt & eſum, atque omnibus ibi laborantibus ampliora illæ lucra fecerunt. Multa quidem miracula in hac vita peregit, quæ nunc ut ſtilo pandantur affatim F ſatiſque prolixum facient. Nunc igitur ad illa narranda properemus, quæ propinquante die obitus ſui laudabiliter fecit.

ſanctimoniales obedientiam docet.

d

22 Amatus igitur ante anni peractum circulum imminere obitus ſui diem quibuſdam fratribus prænunciavit. Erat itaque frater quidam, quem familiari retinebat affectu: quo accito, ait: Si nôſti ab ineunte ætate ſub quanto ſtudio & charitate nutrierim te, volo, ut ea, quæ tibi præcipio, ſecreta facias, & cautè peragas, quoniam appropinquare jam meæ mortis exitum procul dubio credas. Habeto igitur ſocium ad hoc opus Caſtorium noſtrum presbyterum, pergeſque in ſilvam hanc, atque, cinere evecto, facite de cilicio culcitam meam, quam repletam cinere in lectulo ſtratus mei ponite, quoniam de quibuſdam factis meis me oportet pœnitere & libet.

Mortis ſuæ præſcius

23 Tunc frater ille, ô Domine, inquit, quomodo hoc poteſt fieri, ut ſuſtineas talia, quoniam pro longa abſtinentia & tribulationibus multis jam feſſus es membris. At ille *e*: His, frater, te ignorante olim uſus ſum, ſed robuſtum me fecit Dominus ſemper in illis eſſe. Confeſſionem, in-

publicè confitetur delicta,

e

A inquit, meam coram omnibus facere dispositi, & pœnitentiam legitimam accipiens, ita opto de seculo quandoque exire. Tu verò age, quæ dixi. Factum est igitur, quod præcepit. Jam non pòst exactis multis diebus, accitis fratribus, sicuta se meminit deliquisse, prostratus cilicio & cinere in eorum præsentia publica voce confessus est. Hanc igitur dum gereret pœnitentiam, inæqualitatem corporis perpessus jugi quatiebatur dolore. Sed Vir sanctus cognoscens peccatorum suorum purgationem * tempus advenisse, in his infirmitatibus multiplici exultabat lætitia.

* *Ultraj.* purgationis

& post elapsum annum pœnitentiæ

24 Aderant denique, qui coram eo sanctas Scripturas legerent. Veniebant namque catervatim & fratres, qui verbum salutis ab eo audirent; cúmque jam isti imbuti recederent, alii imbuendi accedebant. Similiter ancillæ Dei, horis competentibus turmatim commeantes, plenam ab eo de ventura vita capiebant doctrinam *f*. Cúmque jam propè anno peracto in hoc cilicio & cinere, membris infirmitate plenis, diebus ac noctibus jugiter orationibus incumberet, cute & carnibus sublatis ossa pura patebant; sed vox illius perseverans cum fletibus semper erat ad Christum.

f

B *Prælegi sibi jubet epistolam S. Leonis.*

25 Venit ergo ultimus dies lætus quidem animæ suæ, sed fratribus & sororibus amarus. Passim tunc per omnes cellulas fletus & mœror regnabat. Lugebant igitur semetipsos à tanto Viro desertos esse, sed congratulabantur illi jam angelorum contubernia adeptum fuisse *g*. Mox itaque cùm ad finem venisset, cuidam fratri præcepit dicens: Affer, inquit, epistolam Leonis Papæ *h* missam ad S. Flavianum *i*, quoniam in ipsa plenissima ratio fidei Catholicæ continetur. Allataque epistola coram eo legebatur. Cúmque in præsenti recenseretur, sanctus Vir dicebat: Sic credo, Trinitas ineffabilis, ita confiteor Deus omnipotens, ita de Te sentio, Dei Filius Jesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es in hunc mundum venire; sic de te intelligo Deus æterne Spiritus sancte: unum Deum in Trinitate, Trinumque in Unitate confiteor. Ita edoctus de tua sentio Incarnatione, piissime Christe *k*. Quid plura? Per universas sententias suam semper aptabat confessionem; scilicet ut Vir sanctus se in omnibus orthodoxum comprobaret.

g

h

i

u.

C *Ipse dictat epitaphium sepulturæ suæ inscribendum,*

26 Denique cùm esset in sancta humilitate præcipuus, indignum se reputans, infra valvas basilicæ sepeliendum, in introitu ostii basilicæ sanctæ Mariæ suum parari jussit sepulchrum, scribens desuper titulum, quem ipse edidit hoc modo dicens: Omnis homo Dei, qui in hunc locum sanctum ad orandum introieris, si merueris obtinere, quæ postulas, pro anima Amati pœnitentis, hic sepulti, Domini misericordiam deprecari digneris, ut si quid mea parvitas de meis peccatis obtinere non potuit, tepidè pœnitendo, obtineat vestra tantorum caritas, sedulè Domini misericordiam deprecando.

& suis valedicens moritur.

27 Congregati ergo fratres atque sorores universusque sexus lugentes præstolabantur exitum sancti Viri. Euangelia scilicet legentes, atque psalmos hymnosque coram lectulo decantantes. Inter has igitur voces veniam ab universis petens, atque eis valedicens, ita emisit spiritum. Tunc *l* exultare magis ibi libet, sed fiere potiùs compellitur. Flent ergo monachi, plangunt devotæ puellæ, lugent universi populi, sexus uterque adolescentes atque infantes, sanctum Virum defunctum fuisse, seque orphanos atque angentes relictos esse.

l

28 Sepultus est ergo loco, quo ipse præce-

perat: sed in die tertio cuidam fratri Matutinis dictis per visum apparuit dicens: Quid agitis ô fratres? Tum ille: Lugentes atque tristes sumus de tua absentia, Pater piissime, quia orphanos dereliquisti. Ad hæc ille: Ne contristemini: scitote me absolutum de meis peccatis, benéque receptum in conspectum Domini mei. Vos autem nunc in hoc loco paupertatis caminus excoquit, sed non post multum temporis spatium Dominus Deus omnipotens omnibus bonis istic vos abundare faciet. Dic interim fratri Romarico, ut æquo animo sit, & de monasterio magnam sollicitudinem gerat, & memor sit mei semper. Et his dictis abscessit. Confestim surgens frater ille hæc universa cum lacrymis narravit homini Dei Romarico.

A. ANONYMO COÆVO *Apparet semel atque iterum,*

29 Post hæc regis munificentia repentè circiter ducentos aureos ibidem destinavit. Nam *m* & deinceps largiente Domino, sicut in præsenti cernitur, plurima adjutoria Habensis monasterii mancipata sunt usibus. Hæc procul dubio obtinuit sancti Amati oratio. Denique cùm jam anni circulus peractus fuisset, & sub illo tumulo, ut suprà diximus, beati Viri tegerentur membra, & ob illius solemnitatem hoctè vigiliæ celebratæ fuissent, rursus post Matutinos cuidam fratri revelatum est, ut quantociùs beata membra illa infra basilicam sanctæ Mariæ ponerentur. Quod confestim, opitulante Domino, sub magna reverentia est celebratum: ubi annua revolutione populorum catervæ ad ipsius sollemnia festinantes, per ejus interventum salvandos se esse non dubitant; præstante Jesu Christo, qui vivit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

& corpus suum transferendum indicat.

m

E

F

ANNOTATA.

a *Hujusmodi Deo laudes decantandi norma* laus perpetua *nuncupatur; quia semper tum die, tum nocte sine ulla interruptione, nisi quæ requiritur, ut alii aliis succedant, continuatur. Præuxerat in eo instituto S. Alexander Acœmetorum in Oriente fundator, cujus in Actis apud nos tomo 1 Januarii pag. 1027 sic scribit auctor eius discipulus:* Erant verò è tribus nationibus, Romani, Græci, Syri, numero trecenti (*monachi*,) & hos in sex choros distribuit, ut assiduam obirent hymnodiam. *Sed hoc ipsum didicerat S. Amatus in Agaunensi cœnobio. Audi S. Gregorium Turonensem in compendio Vitæ S. Sigismundi Burgundionum regis apud nos tom. 1 Maii pag. 85:* Ille (*Sigismundus*) ad sanctos Agaunenses abiens, per multos dies in fletu & jejunio durans, venia m (*occisi insidiis novercæ Sigerici filii*) precabatur, psallentium ibi assiduum instituens. *Imò mos iste dein ab Agaunensibus & Habendensibus ad alios transiit. In vita S. Salabergæ, apud Mabillonium Seculo 2 Benedictino, auctor fere coævus hæc habet:* Coacervatæ in eodem loco sunt, vel monasterio (*Laudensi*) adunatæ plùs minúsve trecentæ famulæ Christi: illisque dispositis per turmas, ad instar Agaunensium monachorum Habendique normam disposuit, die ac nocte præcepit canonem omnipotenti Deo personare, & juxta egregium prædicatorem Paulum sine intermissione orare. *Porrò id institutum haud grave erat in tanto personarum numero, maximè si in una dumtaxat ecclesia cantus continuaretur. Quantus fuerit præcisè virginum Habendensium numerus, non indicat biographus noster; at magnum fuisse innuit tum hìc, tum in Vita S. Romarici apud Mabillonium tomo citato pag. 419 ubi dicit, quod Romaricus,*

A. ANONYMO ŒVO. *cujus mortem nunc innectunt multi anno* 653, animas virginum circitèr centum seu ampliùs ex monasterio suo sibi prævias ad cælestia regna transmiserit. *Magna sanè sit communitas, in qua, spatio circitèr annorum triginta, moriantur centum.*

b *Consonant istis recitata in Commentario prævio num.* 33 *verba Ruinartii.*

c *Ultrajectinum Ms. totum hunc numerum & partem præcedentis ita perstrinxit:* Totus erat dulcis consilio: sæpe etiam quorumdam cogitationes prodebat. Quemdam etiam fratrem à furto arguebat dicens: Surge, & age pœnitentiam: qui furabatur, jam non furetur.

d *Trevirense:* migrentur in vas. *Melius Ultrajectinum, cujus textum integrum, quia phrasis ejus ab aliorum discrepat, transcribo:* Die quadam dum sanctimoniales apum examen susci pere vellent, Vir sanctus affuit: & erant ibi duo vasa, apibus parata: in vase ad hoc aptato eas apes recipere parantibus ait: Nolite, sed in aliud vas recipiantur. Moniales verò dictis Viri non obedientes, in vas, quod aptaverant, apes receperunt, qui * per quinque dies, nec suarum necessitati florigeras decerpunt sylvas; tandem jussa Hominis Dei ad memoriam revocantes, & ad eumdem pergunt & narrant ei omnia. Tunc ille: Ite, & mittatis in vas, de quo dixeram; quod cùm factum fuisset, mox volatum capiunt, & ampliora lucra fecerunt.

quæ B

e *Desunt ista in Ultrajectino usque ad* Factum est igitur.

f *Nihil eorum, quæ ab initio hujus numeri huc usque leguntur, habet Ultrajectinum.*

g *Totum hoc ab initio numeri rursus desideratur in Ultrajectino.* D

h *Sancti hujus Pontificis Vita illustrata est apud nos tom.* 2 *Aprilis ad diem mensis* XI. *Epistolam, cujus hìc mentio est, à Patribus concilii Chalcedonensis summoperè commendatam, atque omnium ecclesiarum consensu & applausu ab orthodoxis acceptam, habes apud Eminentissimum Baronium in Annalibus ad annum* 449.

i *Hujus etiam episcopi Constantinopolitani ac martyris gesta Commentario historico elucidata sunt in Opere nostro, tom.* 3 *Februarii à pag.* 71.

k *Articulus is de sanctissima Incarnatione omissus est in Ms. Ultrajectino: omissus, inquam, nam eum ab auctore expressum fuisse, verisimillimum mihi est ex eo, quòd laudata epistola ab initio ad finem usque Verbi Incarnationem pertractet contra Eutychianam hæresim. Porrò quod dictum articulum subsequitur usque ad initium sequentis numeri, ibidem similiter non legitur.*

l *Quæ hìc leguntur usque ad proximum numerum ita contrahuntur in eodem Ultrajectino:* Lugent universi populi sanctum Virum defunctum E fuisse. *Imò & is numerus ita contrahitur:* Sepultus est ergo loco, quo ipse præceperat, & in die tertio fratribus per visum apparuit dicens: Ne contristemini, scitote me absolutum de meis peccatis, benéque receptum in conspectum Dei. Sed non post multum temporis spatium Dominus Deus omnipotens omnibus bonis istic abundare faciet vos, & his dictis abscessit.

m *Ab hac voce usque ad* Denique cùm jam anni *nihil habet Ultrajectinum.*

DE S. VENERIO PRESB. EREMITA

IN TYRO MAJORE, MARIS LIGUSTICI INSULA,

C. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

C

§ I. Memoria in Martyrologiis: cultus antiquus & recentior: Vita qualis.

SECULO VII. *Sancti memoria in nonnullis Martyrologiis*

IN mari Mediterraneo, quà extrema Liguriæ Etruriam versus alluit, ante celebratum ab antiquis portum, à vetusta, sed dudum excisa civitate Luna, Lunensem ac Portum Veneris, nunc etiam Sinum Spediæ dictum, tres exiguæ insulæ jacent, Palmaria, Tyrus major & Tyrus minor *vel* Tyrolus, *in Tabulis geographicis* Palmacia, Tino & Tineto *appellatæ, quarum mediam* S. Venerius *vitâ eremiticâ, beata morte ac gloriâ posthumâ illustravit, primam autem natalem verisimiliùs habuit. Nullam de hoc sancto Eremicolâ apud vetustiores martyrologos mentionem reperi; sed apud recentiores notissimus est, quamquam de die locoque, quibus annuntiandus sit, non omninò conveniant. Petrus Galesinius ad diem* XIII *Septembris de eo sic habet:* Hoc ipso die sancti Venerii confessoris, admirabili sanctitate clari. *Galesinium secutus est Baronius in suo Martyrologio Romano, licèt Petri de Natalibus Catalogum laudet, in quo die* XI *Septembris obiisse refertur. Verba Baronii accipe:* Ipso die sancti Venerii confessoris, admirandæ sanctitatis viri, qui in insula Palmaria vitam eremiticam duxit.

2 *Eumdem pariter diem* XIII *servant nonnulla Usuardi auctaria apud Sollerium nostrum, inter quæ Florentinus codex sic ait:* Apud Lamum (*lege* Lunam) civitatem transitus S. Venerii, cujus corpus Regium translatum est. *Editio Lubeco-Colonienses paulò prolixiùs:* Eodem die S. Venerii sacerdotis, notabiliter (*fortè* nobiliter) orti. Qui in insula Tyri solitariam vitam duxit, & ibidem puerum submersum orando vitæ restituit, & multos à languoribus diversis curavit; & postea feliciter in Domino obdormivit. *Breviùs Be-*

ad diem 13 *&* XI *Septembris;*

li-

A *linus :* Ipso die S. Venerii confessoris, admirandæ sanctitatis viri. *Præterea Bucelinum in Menologio Benedictino, aliosque recentiores, qui eodem illum die celebrant. At Grevenus, licèt ibidem de eo etiam meminerit, ad diem tamen* XI *ejusdem mensis illum potiùs referendum censuit : etenim hic cum sequenti elogio ex Vita inferiùs laudanda, sed non sine mendo, concinnato celebrat, dicens :* Apud insulam Palmariam depositio S. Venerii abbatis, qui tempore Focæ imperatoris apud eamdem insulam eremiticam vitam ducens, miraculis multis clarus quievit in pace, ibique sepultus manibus angelicis. Quo in loco etiam oleum effluere visum est, valens in salutem multorum. *Hæc ibi ; sed ad diem* XIII *rursum ait :* Item secundùm aliquos hîc, Venerii confessoris, qui suprà III Idus habetur.

sed rectiùs ad diem 13.

3 *Contrà Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ* Venerium *die* XI *sic memorat, ut ad* XIII *remittat, ubi ipsius elogium ex Officio Regiensis ecclesiæ & Petro de Natalibus recenset. Utroque item loco Castellanus eum in suo universali Martyrologio annuntiat. Priorem diem memorati martyrologi, aut eorum aliqui, haud dubiè di-*

B *dicerunt ex laudati Petri Catalogo similive apographo, in quo, ut monui,* III Idus Septembris *angelicis manibus sepultus dicitur : certè hunc laudat Ferrarius. Verùm omnia apographa nostra Sancti obitum diei* XIII *constanter affigunt, eodemque die festum depositionis ejus in diœcesi Regiensi, ad quam sacrum Viri corpus denique translatum videbimus, annuo Officio celebratur, & in Portu-Venerio etiam quotannis recoli asserit Julianus Lamoratus, ejus loci presbyter, per decursum sæpiùs laudandus. Corrigenda etiam sunt Martyrologia, quæ Sanctum in Palmaria insula defunctum humatumque aiunt ; ex dicendis enim constabit, utrumque in Tyro majore, proximâ Palmariæ insulâ, contigisse.*

Ecclesia ipsi antiquitus erecta : Officia ejus

4 *Cultum* Venerii *eodem, quo floruit, septimo scilicet seculo inchoatum fuisse, habemus ex Vita, in qua Lucius episcopus Lunensis, divinitus admonitus super Sancti corpus, olei ex tumulo emanantis indicio in Tyro repertum, miràque integritate ac fragrantiâ donatum, ecclesiam condidisse narratur, additis ministris, qui sacro loco inservirent, de quibus sermo recurret. Inde ob barbarorum incursantium metum primò in Lunensem agrum, si Ms. nostro edendo fides habenda est, atque hinc seculo nono Regium Lepidi, quæ ducatûs Mutinensis episcopalis civitas*

C *est, translatum fuit, ibique hodiedum quiescit, & ipse inter Sanctos illius diœcesis Tutelares adscitus, gemino Officio ecclesiastico quotannis honoratur. De translationibus infrà agemus ; de cultu hæc accipe. Præ manibus habeo bina Regiensis ecclesiæ Breviaria, sive Propria, ut vocant ; quorum alterum anno Domini* 1567 *Regii recusum, alterum anno* 1673 *impressum est. In utroque Officium Depositionis ejus (die* XIII *Septembris, ut in posteriori additur) recitandum præcipitur. Et vetustius quidem lectiones novem, hymnosque ac cetera penè omnia ex Sancti Actis propria habet ; recentius anno* 1625 *à Sacra Rituum Congregatione Romæ approbatum, servatis secundi Nocturni tribus lectionibus, cetera ad Romani Breviarii normam de Confessore non Pontifice reduxit, & Officium sub ritu duplici secunda classis assignat.*

in diœcesi Regiensi.

5 *Deinde ad diem* III *Novembris Translatio corporis, Regium, ut suprà monuimus infràque latiùs dicemus, seculo* IX *facta, in utroque Breviario celebranda præscribitur ; eodem ferè, quo festum natale Officio, si lectiones secundi Nocturni excipias, quæ translationi utrobique sunt proprias, & ritum, qui in recentiori tantùm duplex notatur. De hoc festo meminit Codex Florentinus, suprà laudatus, ad* 1 *Novembris, sic annuntians :* Civitate Regii, Translatio corporis beati Venerii confessoris, de partibus Lucensium ad Regium prædictum. *Verùm duplex in hac annuntiatione error occurrit ; primò, quòd ad* 1 *Novembris translationis memoriam referat, cùm ad diem* III *ejusdem mensis, quâ in utroque Proprio Regiensi etiam facta diserte dicitur, referenda fuerit ; secundò, quòd de partibus Lucensium corpus Regium advectum velit ; è Lunensium enim agro id translatum fuisse, ex dicendis constabit. Plura de Sancti cultu per decursum sese offerent.*

AUCTORE C. S.

Vitæ exemplaria.

6 *De ejusdem gestis tam certa non habemus, quamvis Vita non desit, cujus tria exemplaria Mss. in Museo nostro exstant. Horum unum Papebrochii nostri manu* ex Ms. codice S. Eremi Camaldulensis fol. 141 *transumptum est ; alterum à Joanne Stephano Flizio, Societatis Jesu, quantùm apparet, presbytero, ad Majores meos anno* 1665 *Genuâ missum est, descriptum ex antiquo codice, sed quem ipsi, ut notat, consulere*

E *non licuit, ideoque nec dispicere, utrùm menda, quibus apographum istud scatet, describentis incuriæ, an ipsi codici attribuenda sint. Hæc duo eumdem prologum habent ; in ceteris passim phrasibus discrepant, atque aliud alio paululùm est auctius præsertim in fine : in Genuensi enim translatio corporis facta Regium desideratur. Tertium manu item Papebrochii in fronte notatur desumptum* Ex Petri Calo p. 2. f. 256, *in margine verò alia manu :* Ex cod. 929, *sed cujus bibliothecæ non edicitur. Porrò Petrus Calo aliàs Calotius dictus, Ordinis S. Dominici seculo* XIV *floruit, & præter alia scripsit Vitas Sanctorum ex antiquis monumentis collectas, & duobus voluminibus ingentis molis comprehensas, teste Jacobo Echardo in Scriptoribus Ordinis Prædicatorum ; qui addit duos hujusmodi codices Bononiæ apud S. Dominicum, duosque alios in bibliotheca Barberiana Romæ servari. Ex qua verò bibliotheca apographum nostrum acceptum sit, ut dixi, incompertum mihi est.*

ex quibus unum edendum.

7 *Postremum hoc prologo caret, at quamdam sacri corporis translationem à Lintecario Lunensi episcopo curatam refert, quæ à duobus aliis apographis abest ; nonnulla etiam de gloria posthuma sive miraculis habet, quæ Camaldulense Ms. perstrinxit aut omisit : cetera satis consonant, si minoris momenti adjuncta exceperis. Præter enumerata Italicum Vitæ compendium pariter Ms. habemus, ad cujus calcem legitur :* Ex antiquo familiæ suæ Ms. transcribenda verbis curavit D. Favoritus, Emo. Card. Chisio à secretis. *Compendii compilatori exemplar Calotii aut huic simile præluxisse colligimus ex eo, quòd de translato per Lintecarium Sancti corpore pariter meminerit. Quamquam verò Calotii ætas multis seculis à Sancto remota sit, malui tamen ipsius apographum recudere ; tum quia alia incertæ ætatis ac forsitan etiam recentiora sunt, tum quia ceteris plenius est ac correctius, nec tamen in rebus à Sancto gestis dissonat, ita ut manifestum sit, omnibus simile Ms. præluxisse, licèt Calotius translationem aliunde dicerit, quam in hoc Commentario examinabimus, observaturi etiam, ubi quid notatu dignum in aliis occurrerit.*

F

Vita seculo nono antiquior non est ;

8 *Auctor Vitæ sese aut ætatem suam nusquam prodit, nisi quod in prologo Camaldulensis ac Genuensis apographi fateatur se à S. Venerii ætate re-*

AUCTORE C. S.

motum vixisse. Ita enim ait: Beatissimi patris Venerii, sacerdotis ac monachi, quantum his nostris temporibus ex ejus gestis comprehendere potuimus, posteris cognoscenda perscripsimus. *Unde verò sua hauserit, deinde sic indicat:* Quæ vel ipse didici, vel viris religiosis narrantibus cognovi, posteris comperi fore narranda. *Videtur itaque aliqua ex nonnullis monumentis alia ex traditione didicisse. Et monumenta quidem aliqua fortè consulere potuit scripta à monachis, qui post Sancti obitum ipsius corporis custodes Tyrum insulam incoluisse perhibentur, ut infrà videbimus: at religiosi illi viri, à quibus reliqua se audivisse profitetur, sancto Eremitæ seculo* VII *defuncto convixisse non potuerunt, cùm biographus sacri corporis translationem, Ludovico Pio imperante factam memoret, adeoque seculo* IX *nequeat esse antiquior. Abest quidem ea ab apographo Genuensi; sed cùm in hoc æquè ac in aliis Normannorum irruptio in Italiæ maritima memoretur, non potuit auctor ante prædictum seculum scripsisse, ut ex dicendis constabit.*

B *nec undecimo posterior:*

9 *Ne tamen Vitam seriùs quàm seculo* XI *scriptam credamus, suadet instrumentum quoddam anno* 1085 *consignatum, & num.* 25 *recitandum, in quo ex* ejus admirabili Vita *de Sancti corpore per angelos humato, structaque super eo per Lucium episcopum ecclesia, quod utrumque in Vitis nostris legere est, expressa fit mentio. Ex hisce omnibus statue, scriptorem illum, quisquis is demùm fuerit, certam de rebus à Sancto gestis fidem facere non posse, quippe qui tribus aut fortè etiam quatuor seculis illo est posterior. Hinc factum puto, ut nonnullas traditiones populares, sæpe fabulosas, rebus verè gestis, & ex meliori fonte haustis immiscuerit, nec satis sibi constans, quædam invicem non cohærentia adoptârit. Hujusmodi mihi apparet illa de terribili dracone apud Lunam, non hominibus solùm, sed & integris navibus exitiali, historia, quem apud nos num.* 6 *& sequentibus à* S. Venerio *signo Crucis in profundum maris abactum scribit. Præterea Sanctum ab omni humana consortio remotum solumque in eremo viventem facit, & tamen ejusdem ibidem gesta dictaque ita enarrat, quasi aut ipse, aut alius, à quo hæc potuisset discere, præsens adfuisset.*

C *quidam neoterici, qui de Sancto scripserunt.*

10 *E neotericis varii de sancto Eremita nostro meminerunt. Illustrissimus Petrus de Natalibus, ut suprà insinuavimus, ipsius Vitæ compendium lib* 8 *Catalogi Sanctorum, cap.* 65 *inseruit. De eodem etiam agit Antonius de Yepes in Chronico generali Ordinis Benedictini Latinè verso, ad annum Christi* 603; *Ludovicus Zacconius in Vitis Sanctorum Italicè editis, aliique; sed deteris auctiùs Julianus Lamorati, Portûs Veneris presbyter, qui Vitam ejus sermone Italico conscripsit, & Genuensibus typis anno* 1665 *vulgavit, quam præ manibus habeo. Priores, cùm Vitæ Ms. præsè inhæreant, nec quidquam præterea producant in medium, nulli mihi usui erunt: at Lamoratus hinc inde discrepat, ac nonnulla etiam illustrat, quæ sequenti paragrapho examinabimus.*

D

§ II. Sanctus à cognomine eremita distinctus: ejusdem patria, probabilis monachatus, prælatura, sacerdotium, tempus emortuale.

Distinguitur à cognomine: natus videtur in Palmaria,

Sanctum Venerium *nostrum sub S. Gregorii cognomento Magni Pontificatu, Phocæque imperio floruisse, docent omnia Vitæ exemplaria, omniumque, qui de ejus gestis scripsere, neotericorum consensus: unde conficitur Sanctum hunc à cognomine eremita, quem sub Ottone III imperatore apud Tiburtinos claruisse, B. Petrus Damianus in Vita S. Romualdi tomo* 2 *Februarii pag.* LXI *& sequenti tradit, quique ad* XI *&* XIII *Septembris diem nonnullis Martyrologiis inscriptus legitur, distinctum esse; quod utriusque gesta etiam satis declarant. Eadem Vitæ exemplaria, uti & Officia Regiensis ecclesiæ, nobiles parentes, Palmariam insulam, eam scilicet, quam num.* 1 *ante portum Veneris seu Spediæ sitam diximus, Sancto natalem adscribunt. Apographum Camaldulense sic habet:* Fuit igitur B. Venerius ex insula, quæ vocatur Palmaria, quæ vicina mari habetur non longè ab episcopatu Lunensi, nobilibus parentibus exortus. *Genuense verò sic:* Fuit ergo hic Vir ex insula, quæ nuncupatur Palmatia, quæ vicina maris habetur, provincia Lunensi, nobilibus parentibus exortus. *Consonat & Ms. edendum, quod num.* 1 *Vitæ consuli potest.*

E

aut fortè in Portu Veneris,

12 *Oportet igitur, nullum ex hisce visum fuisse Lamorato, dum pag.* 9 *scripsit, illum quidem in diœcesi Lunensi à scriptoribus Vitæ ejus natum dici, sed locum non nominari. Scilicet ipse usus est Catalogo Petri de Natalibus, quique illum secuti sunt, in quo re vera locus natalis in diœcesi Lunensi indeterminatè collocatur. Magis miror, quod subdit in hunc modum:* Nihilominus, *inquit*, auctor Vitæ Sancti, circa finem hujus historiæ citandus, gravissimus utique ac paulò minùs quàm testis oculatus, in iis, quæ de hoc argumento conscripsit, determinans, quod alii in dubio reliquerant, nobilissimâ hâc gloriâ eum locum honorat, qui in maris littore Palmariæ insulæ vicinior jacet, quique primùm Portus Lunensis dictus, deinde ex reverentia, quâ hunc sanctum Filium suum prosequebatur, Portus Venerii, jam verò corrupto vocabulo, Veneris appellatur.

F

erravit Lamoratus,

13 *Quid porrò sit de auctore illo penè oculato teste, planè ignoro: verùm ipse Lamoratus sub finem Opusculi pag.* 31 *recensens auctores, ex quibus omnia, quæ eò usque scripserat, se hausisse profitetur, præter Martyrologium Romanum, Petrum de Natalibus apud Benedictinum Gononum in Vitis Patrum Occidentalium, Ludovicum Zaccononium ac Vivionium, laudat quidem instrumentum quoddam velut in archivio monasterii, à Sancti successoribus inculti, repertum, & à quodam è monachis, qui non multùm ab illius seculo remoti vixerant, conscriptum: sed istud tantùm laudat pro quibusdam miraculis post Sancti obitum factis, quæ deinde subjungit, quæque in nostris apographis etiam leguntur, sed in quibus nulla fit de ejusdem patria mentio. Quare ego vehementer ve-*

reor,

A *reor, ne Lamoratus ſuo in patriam ſuam ſtudio plus æquo hic indulſerit. Verumtamen ſi in laudato Ms. tam antiquo, ut aſſerit, in portu Veneris natus revera dicatur, libens ipſi aſſentiar; cùm monumenta noſtra ex dictis multò ſint recentiora.*

de cujus loci etymo

14 *Quod ſpectat ad memoratum oppidum, Caſſarus in Annalibus Genuenſibus apud Muratorium tomo 6 Rerum Italicarum, col. 253, Ubertus Folieta in ejuſdem gentis Hiſtoria lib. 1, apud Graevium tom. 1 Theſauri antiquitatum Italiæ, col. 248, Auguſtinus Juſtiniani item in Hiſtoria Genuenſium, aliique, ſcribunt iſtud anno primùm Chriſti 1113, adeoque aliquot poſt Sanctum ſeculis, à Genuenſibus conditum, ductâque coloniâ inhabitatum fuiſſe; verùm hi de inſtaurato amplificatoque oppido intelligendi videntur; ex dicendis enim manifeſtum erit, dudum antè exſtitiſſe oppidum Portum Veneris appellatum. De loci etymo non convenit inter ſcriptores, aliis illud à* S. Venerio, *ut vult Lamoratus, aliis à* Venere *repetentibus. Flavius Blondus in Etruria illuſtrata à Veneris templo, quod in Palmaria, objecta portui*

B *inſula, conditum, ſanctoque* Venerio *poſtea conſecratum, dictum putat.* Supremo in ejus inſula faſtigio, *ait,* Veneris olim templum, Chriſtianis poſtea temporibus S. Venerio conſecratum, Portui Veneris nomen dedit. Quà verò promontorium, ſive inſula, Occidentem ſpectat ſedem, oppidum eſt, Portus Veneris pariter appellatum, Genuenſis populi Colonia, & finium quondam terminus.

aliqua obſervantur.

15 *Idem cenſet Leander Albertus in Liguria, ubi oppoſitam ſententiam pro fabula reputat. Et meritò: nam ut cetera præteream, conſtat S. Gregorii I tempore, cui* Venerium *convixiſſe diximus, locum,* Portum Veneris *dictum, in Lunenſi diœceſi fuiſſe. De eo enim ſanctus ille Pontifex lib. 5 Regiſtri, epiſt. 3 noviſſimæ editionis Pariſinæ, ſic ſcribit ad Venantium, Lunenſem epiſcopum:* Præterea ad fraternitatis tuæ conſulta reſpondentes, ſtatuimus diaconum & abbatem de Portu Veneris, quem indicas cecidiſſe, ad ſacrum ordinem non debere vel poſſe ullo modo revocari... In Portu autem Veneris, loco lapſi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. *De eodem loco rurſum agit epiſtolâ 4 ejuſdem libri ad*

C *Conſtantium epiſcopum Mediolanenſem, ubi prædictum diaconum ac abbatem* Jobinum *appellat. Negare tamen nolim, vetuſtum* Veneris *vocabulum pro ſua erga Sanctum reverentia aliquando à poſteris in* Venerii *mutatum fuiſſe; cùm etiam Jacobus Braccelleus, Genuenſis ſeculi* XV *ſcriptor dicat, portum Lunenſem, vetuſto nomine abolito, à ſuprà dicto templo* Portum Venerii, vel, ut plures loquuntur, Veneris, *& à portu denique oppidum, vocitatum fuiſſe. At certè erravit Lamoratus, dum primigenium loci Vocabulum* Venerii *in* Veneris *tranſiſſe arbitratus eſt.*

Monachum ac abbatem

16 *De genere quoque vitæ, à* Venerio *primùm ſuſceptæ, cum apographis noſtris non convenit Lamorato; nam cùm illa eum poſt operam litterarum ſtudiis feliciter navatam, mox in inſulam Tyrum ad vitam eremiticam abducant, ipſe eumdem cujuſdam monaſterii monachum ac deinde abbatem priùs fuiſſe ſcribit, eoque clam omnibus deſerto, eremi incolendæ gratiâ in Tyrum fugiſſe. Conſentit ipſi auctor Officii Regienſis, à Sacra rituum Congregatione approbati, annoque* 1673, *ut diximus, excuſi. In eo enim hæc lego:* Maturiore ætate monachi vita profeſſus, mox ab ipſis monachis, quòd conſpicuus eſſet virtutibus, in abbatem elegitur. Exinde in inſulam, non procul à Lunenſi territorio poſitam, quam Tyrum D Majorem appellant, profectus, ſolitariam vitam degit. *De monachatu etiam meminit Officium vetuſtius, anno ſcilicet* 1567 *recuſum; at de prælatura ſilet.* Hic dum eſſet, *inquit,* litterarum ſcientiâ illuſtratus, in eo taliter reſulſit gratia ſanctitatis, ut in ordine monachorum reciperet ſacerdotii dignitatem. Poſtpoſitis * igitur mundo, in inſula, quæ marinis fluctibus circumdata eſtat à Lunenſi territorio milliaribus octo, nomine Tyrus Major, vitam duxit heremiticam.

* al. poſtpoſito

fuiſſe non nulli ſcribunt;

17 *Dum hæc legerem, nonnihil timui, ne alterius Venerii geſta, Tiburtini ſcilicet, de quo num.* XI *paucis egimus, ſancti Eremitæ noſtri actis, cum aliis tamen adjunctis, hìc immixta eſſent: quippe ille in Vita S. Romualdi ibidem laudata dicitur etiam priùs in quodam monaſterio habitâſſe, duxque in eo à ceteris monachis peſſimè haberetur, inde in eremum clam abbate fugiſſe degiſſeque, donec à S. Romualdo monitus abbatem ſuum accerſit, à quo & veniam ſolitariè vivendi impetravit. Verùm cùm apud monachos ſatis uſitatum olim fuerit, ut è monaſteriis in eremos ſecederent,* E *non eſt, cur id à Sancto noſtro pariter factum non credamus. Neque obſtat, quòd ſeceſſus ille in apographis noſtris non legatur; manifeſtum enim eſt, in his aliquid deſiderari. Etenim cùm hæc* S. Venerium *non modò* monachum, *ſed &* ſacerdotem *fuiſſe conſtanter aſſerant, nec tamen de illius ordinis ſuſceptione meminerint, ſed mox ab exacta in litterarum ſtudiis pueritia eremicolam faciant, liquet, hìc aliquam illius vitæ periodum prætermiſſam fuiſſe; nam veriſimile non eſt, illum, dum ab omni hominum commercio remotus degeret, ſacerdotio initiatum fuiſſe.*

quod non improbabile eſt.

18 *Itaque ea opinio mihi ſatis probabilis apparet: at quo in loco aut cujus Ordinis monaſterium ingreſſus fuerit, incertum eſt. Tepeſius in Chronico generali Benedictino ad annum* 603, *cap.* 1 *cum inter ſui Ordinis Sanctos recenſet & in Palmaria inſula, quam Tertullus, inquit, S. Benedicto olim donaverat, monachum induiſſe ſtatuit. Alia hæc eſt ab ea inſula, in qua Sanctum veriſimiliùs natum diximus, ſita ſcilicet in mari Tyrrheno contra Tarracinam, in qua S. Gregorii ætate, ut ibidem obſervat Tepeſius, monachos vixiſſe certum eſt ex ejuſdem Pontificis epiſtola* 10 *lib.* 1 *Regiſtri, editionis ſuprà laudatæ. Non alia fortè de cauſa, quàm quòd hæc apud S. Gregorium, & in Vita* S. Venerii *Palmariam inſulam* F *legiſſet, cenſuit hunc quoque monaſticam in ea vitam duxiſſe. Verùm inanis eſt hæc ratio: nam præterquam quòd ſic duplicem Palmariam confundat, conſtetque ex ejuſdem ſancti Pontificis litteris etiam alias Mediterranei maris inſulas à monachis habitatas fuiſſe, in ipſo Portu Veneris eodem tempore monaſterium exſtabat; cui præfuit Jobinus, ut num.* 15 *oſtendimus.*

ſed quo in monaſterio, incertum;

19 *Ne verò dubites, an Jobinus ille monachis præfuerit, addo quæ laudatus Pontifex in epiſtola priori loco citata de eodem ſubjungit:* Quem quidem (*Jobinum*) ſacro ordine privatum in pœnitentiam deputare te convenit: cujus ſi poſtea actus converſatioque meruerit, priorem inter alios monachos, ubi tu tamen decreveris, ſtandi locum obtineat. *Potuit igitur Sanctus in hoc, potuit in alio quàm in Palmariæ prope Tarracinam monaſterio monachum induiſſe. Æquè incertum mihi eſt, an, ut laudatus Tepeſius & Gabriel Bucelinus in Menologio indubiè aſſerunt, Ordinis fuerit Benedictini; attamen id ex admiſſo ejus monachatu non ſequitur. Sed & Mabillonius,*

quam.

A *quamvis occasione Vencrii Tiburtini in Annotatis ad Vitam S. Romualdi, parte* 1 *seculi* VI *Benedictini, pag.* 291 *de* Venerio *nostro meminerit, nullum tamen ipsi locum inter sui Ordinis Sanctos, ne inter Prætermissos quidem, concedit.*

Presbyteratu initiatus fuit:

20 *Abbatem fuisse, ut recentius Officium Regiense cum Lamorato asserit, nec negare possum, nec asserere: observo tantùm apographa nostra cum antiquiori Officio pariter Regiensi de ea dignitate silere, & abbatis titulum sanctis eremicolis honoris gratiâ nonnumquam adscribi, licèt nullâ umquam prælaturâ sint functi. Quid de ea habeat Lunense, seu Sarzanense Breviarium, à Lamorato laudatum, ignoro, cùm in Museo nostro non exstet. Sacerdotii ordo ipsi ab omnibus apographis ac neotericis conceditur; ideoque adjudicandum censui: at certè hallucinati sunt Leander Albertus & Augustinus Oldoinus, quorum prior in descriptione Liguriæ eum* Lucensem *episcopum, alter in Athenæo Ligustico* Lunensem, *crediderunt.*

Annus ipsius emortualis

21 *Annus Sancti emortualis planè ignotus est: sed cùm sub Gregorio Magno ac Phoca imperatore floruisse dicatur, ad seculum* VII *referendus est. In tribus Vitæ apographis nostris, uti & in*

B *vetustiori Officio Regiensi ac Italico compendio convixisse dicitur Lunensi episcopo Lazaro, ejusque jussu immanem draconem abegisse: at pro* Lazaro *Lamoratus* Lucium *habet, Petrus de Natalibus ac Officium recentius nomen omiserunt. Ughellus tomo* 1 *Italiæ sacræ recusæ col.* 834 *inter Lunenses episcopos, qui ad Sancti ætatem possunt referri, sequentes hoc ordine recenset. S. Venantium, S. Basilium, S. Salarium vel Solorium, Lucium & Lazarum.*

ad seculum 7 referendus est.

22 *Ex hisce Venantium sub S. Gregorii Pontificatu vixisse, docent litteræ ab eo Pontifice ad illum datæ, quas in Registro Epistolarum legere est. Lucium Ughellus ex sæpe laudato Officio tantùm noverat; Lazarum anno* 640 *vixisse scribit, nescio, quâ ductus ratione. Sed si ita est, pro* Lazaro *in Mss. nostris substituendus est alius, aut Lazarus Lucio præponendus; cùm omnia tam edita quàm inedita consentiant,* S. Venerii *corpus ab episcopo Lucio repertum, structâque desuper ecclesiâ honoratum fuisse. Si Lazarus retinendus sit, isque re vera usque ad annum* 640 *superfuerit,*

C S. Venerii *obitus circa medium seculi* VII *cum aliqua tamen latitudine statui posset, nisi illa draconis historia, saltem in adjunctis fabulam redoleret.*

§ III. Sancti corporis elevatio, structâ super eo ecclesiâ, additoque monasterio: translatio in continentem probabiliter facta seculo septimo vel octavo.

Sancti corpus elevatur,

Sacri corporis translationes in Ms. edendo tres omnino recensentur, cùm Camaldulense tantùm duas, Genuense non nisi unam memorent. De prima, quæ quædam elevatio potiùs fuit, omnia exemplaria consentiunt, eamque à Lucio, episcopo Lunensi, factam tradunt. Aiunt enim, laudatum Lucium, divinitus monitum, unà cum clero ac populo Tyrum insulam adiisse, reperioque per D *emanantis olei indicium ejus tumulo, sacrum corpus, ibidem ab angelis, ut volunt, depositum, mirabili integritate cælestique odore venerandum, effodisse, & conditâ super eo ecclesiâ, ministros instituisse, qui pretiosum thesaurum custodirent, piisque obsequiis honorarent. De loco tamen, in quo hæc facta sint, nonnulli dissentiunt. In primis auctor Officii recentioris sæpe memorati, ad diem* III *Novembris, quo postrema translatio, seculo* IX *facta, recolitur, supponit Sancti corpus in Palmaria insula ad id usque tempus permansisse, adeóque & ibidem sepultum, temploque per Lucium condito illustratum fuisse; nam de translato ex Tyro in Palmariam corpore, nec ipse, nec quisquam alius meminit.*

structâ super eo ecclesiâ in Tyro insula,

24 *Idem censet Franciscus Orlendius parte* 2 *Orbis sacri & profani, lib* 3, *cap.* 30, *num* 9, *præcitatum Officium haud dubiè secutus. In hanc opinionem induci potuerunt tum ob templum, quod in Palmaria ipsi dicatum num.* 14 *diximus, tum ex Vita Ms., in qua Sanctus ex insula Corsica, ad quam honoris vitandi ergò confugerat,* ad Patriam & locum, unde exierat, & in insulam suam *non diu ante obitum rediisse narratur: quæ cùm de Tyro, quam Eremita incoluerat, &* unde exierat, *intelligenda essent, ipsi de Palmaria, in qua natus fuerat, interpretati fuisse videntur. Neque obstat, quòd Palmaria non Tyrus verisimiliùs ipsi patria obtigerit: quippe cùm hæ insulæ sibi adjaceant, non incongruè dici potest in patriam rediisse, dum è Corsica in Tyrum reversus est. Ughellus ecclesiam in Cirno sive Corsica ab eodem Lucio dedicatam scribit: sed & instrumentum mox recitandum nonnihil difficultatis habet. Verumtamen nec Sancti tumulum nec structam à Lucio ecclesiam, alibi quàm in Tyro quærendam esse, persuadet Vita, aliaque, quæ per decursum proferemus.*

cui etiam additum fuit monasterium,

25 *Lamoratus non immeritò censet, custodes* F *prædictæ ecclesiæ, cujus rudera seculo* XVII, *quo scribebat, etiam exstitisse ait, monachos fuisse, qui deinde ob barbarorum incursiones in continentem commigrârunt. Non sic tamen desertum fuisse eorum monasterium, quin postea fuerit restauratum, discimus ex Secundi Lancellotti Historia Olivetana lib.* 2, *cap.* 24, *ubi de eo varia habet, ac inter cetera ait, istud annis Christi* 1017, 1127 *&* 1237, *in quibusdam instrumentis, opinor,* Monasterium S. Mariæ & S. Venerii, quod est constructum in insula, quæ nuncupatur Tyrus, *dictum reperiri. Addit etiam & aliud instrumentum seculi* XI *jam decrepiti, quo restaurandum Sancti templum ejus loci abbati ac monachis donatur: quod quia vetustum Sancti cultum manifestat, totum hic subjungo.* ✠ In nomine Dei summi omniumque Sanctorum. Statuerunt seniores Vizanienses, videlicet Einricus, Arnulfredus, filii Bellagarii, consentiente matre eorum Guaza, & Gerardus cum fratribus suis, scilicet Opizo de Ardesione cum reliquis parentibus & consiliariis, ut reædificaretur ecclesia S. Venerii Christi confessoris, in loco, qui vocitatur Antonia, dudum mirificè posita, sed nequiter à quibusdam perversitatibus destructa; ubi idem Confessor priscis temporibus, ut in ejus admirabili Vita legitur, per manus Lucii Lunensis episcopi, eidem, in Tyro majore, angelicis manibus humatum, divinitus revelato, delatus exstitit; cuique idem antistes, sicut modernus præsul Lazarus, plurimarum terrarum dona concesserat.

ut ostenditur

26 Tali videlicet ordine, ut perpetualiter maneat,

A neat, ſerviatur & teneatur ab abbatibus & monachis in Tyro fideliter degentibus, & Deo ſanctoque Venerio militantibus: neque concedatur, ut terra ejuſdem baſilicæ à nobis in præſens vel in futurum data, aut ſuprà ſcripto monaſterio à fidelibus delegata, ut venundetur, aut tranſlatetur, vel infeoggetur; ſed in ſumptum & uſum fratrum ſemper ſervetur. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo octogeſimo quinto. Ind. VI, IV Non. Nov. &c. Actum in Caſtro Vezzano feliciter. *Hæc ibi, ad quæ pauca obſervanda. In primis in annum aut Indictionem error irrepſiſſe videtur, cùm anno aſſignato non ſexta ſed octava Indictio cucurrerit. Vezzano in tabulis geographicis notatum reperio in limite Liguriæ, ditionis Genuenſium, quà Etruriæ adjacet, quinque circitèr milliaria Italica à civitate Sarzanenſi, ſed ad alteram Macræ fluminis ripam.*

ex inſtrumento ſeculi XI.

27 *Incertum porrò eſt, utrùm Vezzanii, ut exiſtimat, Lancellottus, an in Tyro inſula, templum, de quo agitur, reſtaurandum dicatur. Si primum, falſum eſt, quod de Sancti corpore illuc per Lucium delato ex Vita aſſeritur: contrarium quippe omnia, ut diximus, Vitæ apographa aſſeverant. Forſitan inſtrumenti ſcriptor Lucium, primamque corporis elevationem confuderit cum Lintecario vel Leothecario epiſcopo, factaque per ipſum ejuſdem corporis è Tyro ad Macram fluvium tranſlatione, quam mox examinabimus. Dum verò in eodem inſtrumento dicitur:* Ubi idem Confeſſor ... delatus exiſtit, *per verbum* exiſtit *intellige* fuit: *ſeculo enim* XI *nec in Tyro nec Vezzanii, ſed Regii Lepidi quieſcebat, ut ex dicendis patebit. Ceterùm Tyranum monaſterium, teſte Lancellotto, Olivetanis poſtea à Pontifice traditum eſt, ab iiſque ad annum* 1470, *quo in Portum-venereum commigrârunt, habitatum fuit. Plura de eodem monaſterio apud laudatum Lancellottum reperies.*

Idem corpus

28 *Altera ſacri corporis tranſlatio in Ms. edendo facta dicitur à Lintecario Lunenſi pariter epiſcopo. Conſentit compendium Ms. Italicum, ubi* Linthuarius, *& hymnus ad Laudes vetuſtioris Officii, in quo* Leothecarius *appellatur, atque ita canitur:*

Sarzanam oſſa tranſtulit præſul Leothecarius:
Ibique curat languidos Deus per hunc aſſiduus.

Tranſlationi cauſam dediſſe barbarorum incurſiones narratur; quorum manus cùm divinitus evaſiſſent ſacri corporis cuſtodes, veriti, ne in eas aliquando incîderent, dicuntur à laudato epiſcopo poſtulâſſe, ut unà cum Patroni ſui reliquiis in continentem tranſire liceret; eâque factâ poteſtate, eccleſiam juxta ripam Macræ fluminis in Sarzano, diſtante à civitate Lunenſi per octo milliaria condidiſſe, in quo ſacræ Viri exuviæ à prædicto antiſtite repoſitæ fuerunt. Eſt autem Macra notiſſimus amnis, qui Liguriam ab Etruria dividens prope Lunam, olim exciſam civitatem, in mare illabitur. Ad hujus ſiniſtram ripam Sarzana, quam alii Serezanam, Sergianum, & Novam Lunam appellant, Etruriæ quidem civitas, ſed ditionis Genuenſium, condita eſt, ad quam veteris Lunæ epiſcopatus à Nicolao V Pontifice, teſte Ughello, tranſlatus fuit.

ob incurſiones Saracenorum

29 *De hac tranſlatione nihil habent duo alia apographa, ut ſuprà jam monui, ſiletque etiam Officium recentius Regienſe. Verumtamen illorum ſilentium non ſatis efficax argumentum eſt, ut tranſlationem, quæ ex adjunctis ſatis probabilis eſt, pro ficti-*

feſtâſſe, ex vetuſtis Annalibus obviis indubitatum eſt; ut minimè mirum ſit, ſi Tyrum quoque inſulam fuerint aggreſſi, eaque de cauſa S. Venerii *corpus Sarzanum tranſlatum. Certè monachos, relictâ ob barbarorum incurſiones Tyro, in continentem commigrâſſe, ſcribit etiam Lamoratus, quamvis de tranſlato corpore non meminerit, ac præterea velit, eos non prope Sarzanam, ſed prope Portum Venerium; id eſt, non modò ad alteram Macræ ripam, quàm ubi Sarzana ſita eſt, ſed etiam ad alterum ſinûs Spediæ litus, fixiſſe domicilium: quod ille quidem cenſuiſſe videtur, quia eo loci revera fuit olim quoddam monaſterium, ſive eremus, quæ deinde Olivetanis donata eſt, teſte Lancellotto ſuprà laudato.* AUCTORE C. S.

30 *Sed ad utrumvis locum prædicti monachi conceſſerint, veriſimile non eſt, eos ſine Patroni ſui ſacro corpore è Tyro ſeceſſiſſe, aut mutatâ jam ſede, illud in Tyro reliquiſſe. Adde, quòd idem Lamoratus pag.* 33 *ex vetuſto quodam, ut ait, inſtrumento referens miraculum ad Sancti monaſterium factum, & num.* 18 *Vitæ à nobis recenſendum, diſertè dicat, monaſterium iſtud* in continente *poſitum fuiſſe. Forſitan etiam eccleſia, quam ſuprà num.* 25 *& 26 à Vezanienſibus reſtauratam diximus, ea ipſa fuit, ad quam prædicta tranſlatio olim fuerat facta, confuſis, ut dubitanter jam obſervavimus, Lucio cum Lintecario, curataque ab utroque epiſcopo tranſlatione: quod quidem minùs mirabimur, ſi advertamus, eccleſiam illam inter Sarzanam Vezaniumque, quæ utraque ad Macræ ripam ſita diximus, fortè conditam fuiſſe; ita enim ob utriuſque loci propinquitatem &* jux a ripam Macræ fluminis in Sarzano, *prout Vita loquitur, puta in agro ædificata dici potuit, & à Vezanienſibus reſtaurari.* *ex inſula in continentem*

31 *Quod ſpectat ad epiſcopum, qui tranſlationem peregit;* Lintecarius *vel* Leothecarius *is ipſe haud dubiè eſt, qui in Ughelli Italia ſacra, tomo* 1, *col.* 834 Lenthecorius *dicitur, ponturque poſt Severum, qui concilio Romano anni* 680 *ſub S. Agathone ſubſcripſit, & ante Apollonium, Petroaldi deceſſorem, qui Petroaldus ſynodo item Romanæ ſub Eugenio II celebratæ anno* 826 *interfuit. De Lenthecorio Apollonioque præter nomina nihil noverat Ughellus; unde incèrtum manet, an Lenthecorius ad ſeculi* VII *finem, an ad octavum referendus ſit; præſertim cùm* 146 *annorum ſpatio, quod inter utramque memoratam ſynodum interceſſit, plures quàm duo epiſcopi Severum inter & Petroaldum Lunæ ſedere potuerint. Sed ad utrumlibet ſeculum retuleris, tranſferendi corporis occaſionem dare potuerunt Saraceni, qui, ut ſuprà diximus, utroque illo ſeculo Mediterraneum mare infeſtârunt. Ex hiſce omnibus perquàm probabilis mihi fit prædicta tranſlatio, quam vetuſtiores Regienſes etiam crediderunt, ut liquet tum ex verbis Officii num.* 28 *datis, tum ex hymno ad Veſperas, in quo agnoſcunt, ſacrum* Venerii *corpus Sarzanâ ad ſe delatum fuiſſe. Verba accipe:* *tranſlatum dicitur.*

Regii cujus venerantur oſſa,
Vecta Sarzanâ, tumulata quondam,
Illa ne tactu maculare poſſet
Barbara turba.

AUCTORE C. S.

§ IV. Postrema corporis Regium Lepidi translatio: cetera ad reliquias spectantia.

Ob Saracenorum metum

DE S. Venerii *corpore Regium Lepidi in ducatum Mutinensem, Ludovico Pio imperante, translato convenient omnia apographa nostra (præter Genuense Latinum, in quo desideratur ea translatio) Officia ac neoterici, quamvis in adjunctis varient. Causa translationis in Ms. nostro edendo his verbis exponitur:* Tempore autem Ludovici Pii imperatoris Saracenorum gens crudelissima erumpens, Lunensium fines facto impetu devastabat, & Christi ecclesias subvertebat, & quos capiebant, alios trucidabant, alios in mari negabant *, alios captivos ducebant. Quod audiens imperator, jussit, ut fines illius provinciæ à Longobardorum præsulibus vicissim custodirentur, donec barbarorum sævitia sedaretur. *Deinde subdit, inter prædictos episcopos fuisse quemdam Apollinarem, qui cùm ad Sancti sepulcrum pernoctaret, oppressus somno, ab ipso Sancto jussus est sacrum corpus tutiori loco deponere, eo quòd Saracenorum irruptiones tum nondum essent cessaturæ; quod & ipse mox exsecutus est, corpore Regium translato. Ita Ms. nostrum, cui Camaldulense, uti & Officia Regiensia quoad substantiam consentiunt.*

* *i. e.* mergebant

B

corpus Regium Lepidi

33 *Lunensem agrum tempore imperatoris Ludovici Pii à Saracenis depopulatum fuisse nusquam reperi, verùm id anno 849 factum tradunt Annales Bertiniani apud Chesnium tom. 3 Hist. Francorum pag.* 204, *ubi legitur:* Mauri & Sarraceni Lunam Italiæ civitatem adprædantes, nullo obsistente, maritima omnia usque ad Provinciam devastant. *Occidentale imperium tum temporis regebat Lotharius, ejus nominis I imperator, isque filium suum Ludovicum, postea etiam imperatorem, Italiæ regem dixerat, quem & Sergius II PP. coronavit. Hinc nonnulla oritur mihi suspicio, ne biographus duos Ludovicos confuderit, quodque Ludovico II, Lotharii filio attribuendum erat, Ludovico Pio adscripserit.*

C

transfertur seculo 9,

34 *Verùm cùm omnia apographa cum Officiis Regiensibus in Ludovico Pio conveniant, nolim negare, translationem, de qua agimus, sub ipso contigisse: nam & illius tempore Saracenos Italicum mare infestâsse ex Eginhardi Annalibus certum est. Credidero tamen depopulationem Lunensis agri, si quæ sub Ludovico Pio facta est, tantam non fuisse, quanta à biographo hîc describitur, sed cum posteriori, de qua mox meminimus, confusam, ex eaque malè auctam fuisse. Ceterùm erravit Lamoratus dum pag.* 30 *translationem hanc collocat circa annum Christi* 860, *imperante Ludovico Pio, qui scilicet anno ejusdem seculi quadragesimo obierat. Erravit & Papebrochius, dum ad diem* XXV *Junii in Animadversionibus ad Translationem S. Prosperi Regiensis, pag.* 61, *num.* 18 *credidit,* S. Venerii *corpus unà cum SS. Prosperi & Jucundæ virginis reliquiis seculo* VIII *à Thoma episcopo in ecclesia suburbana Regiensi compositum fuisse: nam quod ad Sanctum nostrum spectat, id non nisi seculo* IX *& ab alio episcopo factum fuisse, non dubitamus.*

sed incertum,

35 *Quis tamen is fuerit, non ita convenit inter scriptores. Apollinarem eum vocant Mss. nostra; & Regiensem fuisse addit Camaldulense apographum, cui utrumque Regiensis ecclesiæ Officium consentit. Apollinaris etiam appellatur à Petro de Natalibus in Catalogo, & Lamorato in Vita; sed Lunensi, non Regiensi, episcopatui præfuisse affirmatur. Contrà Ughellus tomo* 2 *Italiæ sacræ col.* 247, *Vitalem nuncupat, & Regiensibus episcopis pariter accenset. Qui Lunensi episcopo translationem adscribunt, iis favet, quod Sancti corpus, sive in Palmaria insula, sive in Tyro, sive in Sarzanensi agro, quod probabilius putamus, tum quiesceret, in hujus, non Regiensis, episcopi diœcesi jacêret, adeoque ejusdem translatio ad illum pertineret. Verùm obest, quòd nullus Apollinaris in Lunensium antistitum catalogo apud Ughellum occurrat, mirumque videri possit, thesaurum illum à Lunensi episcopo in alienam diœcesim, Regiensem scilicet delatum fuisse. Ut verò hæc memoratæ opinionis assertoribus, ita & oppositæ propugnatoribus, partim favent, partim adversantur.* D

à quo episcopo

36 *Sed ad hæc responderi potest, translationem illam, consentiente episcopo aut clero Lunensi, à Regiensi antistite verisimillimè peractam fuisse. Potuit enim Regiensis antistes, cujus diœcesis Lunensi adjacet, Lunam accessisse, ut cum hujus episcopo de communi salute tam periculoso tempore consilia conferret; eaque occasione ad* S. Venerii *tumulum pervigilans, ab ipso Sancto de corpore in suam diœcesim transferendo admoneri: quod mirum non est à Lunensi antistite permissum fuisse; tum quia sic jussa Sancti ferebant, tum quia Regium Lepidi longiùs à mari dissitum, barbarorum piraticis incursionibus multò minùs patebat. Potuit etiam Lunensis cathedra tum temporis vacâsse, atque illius curam interim gessisse vicinus Regiensis episcopus, & cum cleri assensu prædictum corpus ob memoratam causam vel ad tempus Regium deferre; ibique, cùm delatum fuisset, postea permansisse. Officium Regiense recentius aliam occasionem profert, quâ hæc translatio per Regiensem facta fuerit. Ait scilicet, episcopos Longobardiæ à Ludovico Pio jussos fuisse ecclesias Saracenorum furori maximè obnoxias per vices* statis mensibus *tueri; atque hac ratione factum, ut Regiensis episcopus* in ordine vicis suæ *invigilans, Sancti corpus transferret.* E

id factum fuerit.

37 *Supereſt, ut de sententia Ughelli, qui translationem, ut suprà monuimus, non Apollinari, sed Vitali adscribit, aliquid dicamus. Hic Apollinarem seculo* VIII *sub Carolo Magno ecclesiæ Regiensi præsedisse probat ex tribus privilegiis, quæ ibidem exhibet, ipsi à laudato Carolo concessis; sed eumdem anno* 786, *adeoque ante Ludovici Pii imperium, obiisse statuit. Apollinari Adelmum ad annum Christi* 814, *& huic anno* 822 *decedenti Noderbertum, qui anno* 824 *Mantuano concilio interfuerit, successorem substituit; actum denique Vitalem, à quo* S. Venerium *translatum fuisse affirmat. Et rectè quidem translationem alteri quàm Apollinari adjudicat, si hujus obitum & Adelmi episcopatum annis, quos memorat, illigandos esse, ex idoneo instrumento didicerit: sed cur eam Vitali potiùs quàm Adelmo aut Noderberto adscriptam velit, non satis dispicio; nisi fortè id etiam aliunde compererit.* C

Reliqua ad Sancti reliquias spectantia:

38 *Supererant hîc multa relatu dignissima de variis sancti Eremitæ nostri aliis translationibus ac elevationibus, uti & de lite super possessione sacri ipsius corporis à canonicis ecclesiæ collegiatæ S. Prosperi Regiensis mota Benedictinis Cassinensibus, qui monasterium ac ecclesiam suburbanam dudum incoluerunt, eâdemque à Clemente VIII PP. anno* 1594 *tandem decisâ; multa, inquam,*

de

A *de hiſce hoc loco recenſenda erant, niſi ea ipſa jam data, illuſtrataque eſſent ad diem* XXV *Junii in S. Proſpero Regienſi, de cujus ſacro corpore pariter contendebatur. Ne itaque actum agam, curioſum lectorem ad Hiſtorias tranſlationum ibidem excuſas remittens, hic tantùm obſervo, prædictos monachos in poſſeſſione corporis* S. Venerii *permanſiſſe, decreto laudati Clementis VIII anno* 1601 *exſecutioni tandem mandato, ut ibidem pluribus reperies.*

elevatio ſeculo XVII *facta.*

39 *Anno denique* 1627, *die* XXIII *Novembris ejuſdem Sancti noſtri corpus in novam urnam marmoream, caput verò in argenteum ſimulacrum tranſlata fuiſſe, docet me compendioſa narratio anno* 1692 *ab ejuſdem monaſterii monachis hac ſuper re Italicè edita. Corpori antiquas inſcriptiones, unamque novam appoſuerunt. Antiquæ in Hiſtoriis tranſlationum ſuprà laudatis legi poſſunt; nova nobis tranſmiſſa eſt hujuſmodi:* Corpus S. Venerii abbatis pietate monacorum Caſinenſium honorificentiùs hîc collocârunt anno Domini MDCXXVII, Urbano octavo Pontifice Max., Cæſare Eſtenſi duce Regii & Mutinæ. RR. PP. abbatis & monacorum (*nomina*,) quorum præſentiâ & ſolatio hæc ſacra oſſa recondita fuerunt, Nicolaus à Salodio abbas, Baſilius Mantuanus Prior, Geminianus Mutinenſis, Jacobus Brixienſis, Anaſtaſius Finalenſis, Maurus Placentinus, Petrus Paulus Januenſis, Celſus à Salodio, Martinus Mantuanus, Petrus Ma. Mutinenſis, Claudius Patavinus, Ilarius Papienſis, Proſper Regienſis. Ego Stephanus Ghiſonus, civis & Not. Regienſis, de ſupraſcriptis rogatus, hîc me ſubſcripſi & ſignavi requiſitus.

B

VITA

Auctore anonymo.

Ex Petri Calo parte I, *f.* 256, *collata cum Ms. Camaldulenſi & Genuenſi.*

C

CAPUT I.

Sancti patria & pueritiæ inſtitutio, vita eremitica, miracula, fuga in Corſicam.

In Palmaria natus, in Tyrum inſulam contendit,

VEnerius *a* monachus & ſacerdos oriundus fuit ex inſula Palmaria Lunenſis *b* provinciæ vicina mari, nobilibus parentibus, à quibus litterarum ſtudiis traditus in tantum profecit, ut infra paucos annos liberalibus artibus imbutus, tam coævos quàm etiam ſuperiores ſuperare videretur; & ad plenum inſtructus cœpit cogitare, ne pro temporalibus careret æternis. Unde dedit operam, ut aut monachorum necteretur ſocietati *c*, aut ſolus vitam eremiticam duceret, ut vitam adipiſceretur æternam. Poſtpoſito igitur natali ſolo prædictam inſulam *d* petiit, mari circumdatam, diſtantem à Lunenſi civitate circa octo millia, quæ dicitur Tyrus major, ut ibi orationi vacaret, ſolitariam vitam duceret, herbis agreſtibus ac pomis, quæ locus ille ferebat, contentus.

a A. ANONYMO. *d*

ab Agreſtio inſtituitur;

2 Cumque multis annis ſic vixiſſet, monuit Dominus virum Agreſtium, dicens, ut ſuum Famulum latitantem in ſpecu inviſeret, & quæ ibi imperaret, plenariè adimpleret. Exterritus ille de tantæ magnitudine viſionis, priuſquam ſol oriretur, navem aſcendens, illuc navigat, Virum quærit, & Deo faciente iter proſperum, illic adducitur, cœpitque Sancto revelationem exponere, & petere, quid placeret imperare. Quem Vir ſanctus cœpit de dilectione Dei & proximi, & virtutibus aliis admonere, & quia per multas tribulationes oportet Sanctos introire in regnum Dei. Tunc Agreſtius procidens ad ejus pedes, oravit eum, ut pro ſe Dominum precaretur, quia ſuâ virtute nihil horum, quæ audierat, perficere poterat. Tunc Sanctus eum elevans & exhortans & valedicens, remiſit ad propria, rogans, ut ſibi farculum & ſextarium hordei mitteret, quo ſibi ſereret, quatenus ſecundum Apoſtolum, unde viveret, propriis manibus laboraret.

E

labore manuum victum comparat;

3 Regreſſus vir ille domum, quæ viderat & audierat, retulit, &, quæ juſſus fuerat, quantocius adimplere ſatagit. Tranſmiſſo itaque ſarculo cum hordeo, ſerit illico Vir Dei tempore, quo primitivæ ſegetes metuntur. Crevit hordeum, & ad maturitatem perductum meſſuit & trivit, & decem modios protulit *e*. Cœpit inde frequentia populi ad eum percurrere, pœnitentiæ medicamenta perquirere: ille autem ut ſapiens medicus cunctos hortatur, ut poſtpoſitis faleramentis mundi, diſcant mortificare membra ſua ſuper terram, ne pro his delectationibus, cæleſtibus donis priventur. Tanta in eo gratia redundabat, ut, quicumque ad illum potuiſſet accedere, aſi cælitus refocillatus, ita dulcedine illius admonitionis repletus abſcederet.

puerum ſubmerſum ad vitam revocat;

4 Pauper, Domealis nomine, ad eum viſitandum advenit, & puerum ſuum, qui navem, quouſque reverteretur, in ora maris ad prævidendum reliquit; & cùm illi penitus fabulantur, puer obdormit. Cane autem, quem Vir Dei penes ſe habebat domi, ob adventum venientium latrante, exterritus puer, cupiens exilire in mare, demerſus eſt. Regreſſus itaque puerum mortuum invenit; navis verò jactabatur vi venti. Domealis itaque de morte pueri ſtimulatus, de reverſione ſua anxiatus, quia qualiter domum reverteretur, non habebat, ad Virum Dei reverſus, cœpit compellare, ne pateretur, ſe ideo ad ejus viſendam beatitudinem veniſſe, ut & puerum perderet, & navim, quâ domum reverteretur, minimè inveniret. Audiens hæc ille Vir ſanctus, in terram cadens oravit, diuque in oratione proſtratus, navim ad littus, de quo ſublata fuerat, reducit, & puerum ſuſcitavit, dominoque ſuo ventem reddidit. Cauſam rei omnibus patefecit.

F

ſurens ingreſſus inno-teſcit.

5 Cœperunt undique plebes ad eum concurrere ob integram ſanitatem corporum, & multi obſeſſi à dæmone veniebant ad eum; & ille Dei fultus auxilio curam * omnibus ſubveniebat. Ita autem erat fame attenuatus, ut vix vivere crederetur, ut, qui de aliorum curationibus erat ſollicitus, ſemper in ſuo corpore monſtraret aliis, qualiter ſua corpora mortificent, qui Deo digne cupiunt deſervire. Cùm Viri ſancti fama non ſolùm per Tuſciam, ſed etiam per Romanas & Auſonias partes mirabiliter crebreſceret, pervenit e-

* *abundat* curam

A. ANONYMO. ejus opinio ad Focam imperatorem *f*, qui eo tempore Italicum & Constantinopolitanum imperium luculentissimè gubernabat. Sed & B. Papa Gregorius *g*, audiens celebre nomen, misit ad eum epistolam, petens illius societatem ad familiare colloquium.

f

g

6 Erat autem prope Lunensem civitatem draco ingens, qui diversa detrimenta hominum faciens, carinas advenientium subvertebat *h*. Cúmque crebrò innumerabilium hominum multitudinem occideret, & nulla arte tam sæviſſimam pestem valerent effugere, necessitate compulsi unanimiter ad Lazarum *i* episcopum, qui tunc Lunensem cathedram *k* regebat, accedunt; precantur humiliter, ut illis in tali necessitate constitutis misereatur, ut suo sacro fulti auxilio crudelissimam bestiam effugerent. Anxius autem archiepiscopus accersito diacono *l* suo mittit ad B. Venerium, rogans, ut suis precibus draconem expellat. Veniens itaque prædictus archidiaconus, jussa, quæ mandabat episcopus, depromit. Quo audito, Vir Dei exterritus, ait: Quare dominus meus episcopus talia mihi mandat, cùm nullius sim meriti, ut hoc miraculum facere queam? B Cúmque is, qui advenerat, archidiaconus instaret, ut precibus & jussionibus episcopi obediret, respondit: Nequaquam ego hoc facere conabor; quia nullius meriti me esse comperio, ut talia facere queam. Archidiaconus autem navim ascendens, venit ad episcopum, & quæ in responsis accepit, reportat.

Horrendum draconem

h

i

k

l

7 Episcopus autem eundem archidiaconum cum aliis pluribus sacerdotibus & viris religiosis ad eundem Virum mittit, obsecrans, ut tam suis quàm etiam populi precibus faveat, & hanc impiam mortem ab eis depellat: quibus ille, ut priùs, indignum ita seriò attestari cœpit, non se illius meriti, quòd per ipsum peccatorem talia operari Dominus dignaretur. Regressi autem sunt illi, & de frustrato labore causam narrant. Tunc episcopus tertiò ad illum mittit, multis precibus & lacrymis obsecrans, ut illis in tam magna necessitate laborantibus subveniat, & reminiscatur, Dominum ita misericordem esse, ut ad eum tota devotione clamantibus, & in necessitate constitutis propitiatus impendat. Tunc vir Dei Venerius dedit se in orationibus & jejuniis per continuos tres dies; & die quarta primo diluculo, celebrato divino Mysterio, & communicans se Corpore & Sanguine Domini, sic per gradus durissimi silicis cœpit ad draconem descendere *m*: & ubi Vir Dei pedem posuit, ita vestigium fecit, acsi super nivem ambularet.

ab episcopo Lunensi rogatus

C

m

8 Venienſque ad locum, ubi jacebat draco, muniens se signo Crucis, ei clara voce dixit: Episcopus meus Lazarus præcepit tibi, ô draco, ut nulli nocens vadas in profundum abyssi: sed nec tunc quidem aliquem motum fecit draco *n*. Tunc Vir Dei, extensa manu faciens signum Crucis, dixit ei: In nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti præcipio tibi draco, ut neminem lædens exeas de isto loco, & in profundum demergaris, ita ut ulteriùs non appareas. Tunc draco statim exiliens cum magno fragore & sonitu & intolerabili furore * ingens saxum, sub quo latebat, frustatim comminuit, & demersus in profundum maris, nusquam comparuit. Videns autem episcopus, unà cum clero, & populo, navem ascendentes cœperunt navigare, ut ad eum venirent, & pro tali tropheo victoriæ ejus congratularentur: quod prospiciens Vir Dei, nocte navim ascendens, & per pelagus fugiens, venit ad insulam, quæ dicitur Cyrnus *o*, ibique per dies aliquot latuit, donec clamor sedaretur; ne favor adulantium pollueret mentem plenam virtutibus.

signo Crucis abigit, fugitque in Corsicam,

n

** al. fœtore*

D

9 Cúmque in dicta insula moraretur, rumores hominum fugiens, solus cum bestiis heremiticam vitam ducebat, inter mirteta commorans, & eorum pomulis alebatur. Et cùm jam per dies quadraginta inibi demorans, non alias dapes ab iis, quæ diximus, perciperet, affuit ibi Deus, qui famulis suis non desistit umquam parare mensam in deserto, qui & ideo permittit probare servos suos, ut probati manifesti fiant, & ut illorum præclara devotio ad notitiam hominum perveniat. Dum quadam die solus in oratione persisteret, vidit corvum ad se venire, & dimidium panis ac carnis bubulæ frustum sibi deferre: quæ Vir sanctus accipiens, gratias retulit Deo largitori, & percipiens cibum, partem suo reservavit ministro *p*.

ubi à corvo pascitur,

p

10 Interea dum Vir Dei secus littus maris ambularet, corpus cujusdam hominis, quod mortuum mare projecerat, invenit, & stans super eo flebilibus vocibus cœpit dicere: Heu miser! quæ te dementia decepit, ut pro temporalibus commodis mare crederes navigandum? Nonne commodius tibi foret tua paupertate esse contentum, quàm pro terreno lucro corporis detrimenta pati, animæque periculo subjacêre? Forsan enim filii & uxor cum magnis divitiis te adventantem expectant; & proh dolor! in hoc sabulo recubas. Et hæc dicens, oculos & palmas ad cælum elevans, oravit Christum, ut juberet animam hujus reduci ad corpus, ut peccata præterita deflere valeret, & mundus ante suum conspectum assistere mereretur; & totus perfusus lacrymis jactavit se super corpus defuncti, & iterum Dei clementiam devotissimè exorare cœpit, ut redderet animam, quam assumpserat *q*. Necdum ille orationem compleverat, & ecce duo viri astiterunt sibi dicentes: Veneri surge, quid jaces? Audivit Deus voces tuas, vidit lacrymas tuas, & reddidit tibi animam, pro qua rogâsti. Et hoc dicentibus, surrexit homo & stetit supra pedes suos: angeli autem volatu rapido repetierunt cælum, & Venerius gratias egit Deo.

& mortuum suscitat.

E

q

ANNOTATA.

a *In Camaldulensi ac Gennensi Mss. brevis hic Prologus præmittitur:* Cùm enim Sanctorum dicta vel facta hominibus dilucidanda comperimus (*Gennense* proponimus) ad augmentum ecclesiæ proficere pleniter credimus, ut de ipsorum exemplis aut imitando proficiant, aut si imitari non prævalent, illorum rectè facta laudando, à suis sceleribus subleventur. Hâc itaque fiduciâ provocatus beatissimi P. Venerii sacerdotis ac monachi, quantum his nostris temporibus ex ejus gestis comprehendere potuimus, posteris cognoscenda perscripsimus, ut cujus sanctitatis iste Vir fuerit, omnibus patefactis *, ad emolumentum augmentumque proficiat. Non igitur cenodoxiæ actus vitio, aut aliqua improba temeritate, tanti Viri facta narrare conatus sum; sed ob amorem ipsius, quæ vel ipse didici, vel viris religiosis narrantibus cognovi, posteris comperi fore narranda; credens me suis sacris orationibus inter hujus mundi procellas manere illæsum, si quæ ipse gesserit, fidelium auribus intimanda curaverim.

F

* patefactis

b *De hac insula consule Commentarium prævium num.* 1, *consule & § 2, ubi contra Lamorsium ostendimus, eam longè probabilius Sanctio patriam*

A *triam obtigisse. De Lunæ dudum excisa urbis situ pauca etiam diximus num.* 1.

c *Eum reipsa monachum imò abbatem fuisse, priusquam in eremum secederet, censent aliqui: qua de re num.* 16 *& sequentibus Commentarii prævii satis prolixè egimus.*

d *De nulla alia insula, quàm* Palmaria *suprà egit;* Tyrum *tamen designare voluisse ex sequentibus manifestum est. Situm ejus dedimus in Commentario num.* 1: *de templo quoque ac monasterio in ea conditis consuli potest* § 3.

e *Camaldulense Ms. de hac hordei satione sic habet:* Seminat Vir Dei, & quod est mirabile dictu, cùm tempus esset, quo segetes metuntur de agris, crevit velociter hordeum, & ad maturitatem perveniens messuit & trivit, & decem modios protulit. *Miraculum etiam agnoscunt Officia Regiensia vetus ac novum; & in prioris hymno ad Vesperas de eo sic canitur:*

Agrestius cum ordeo Sancto ligonem dirigit;
Mox septies sextarius decem satus reporrigit.

In utroque etiam Officio dicitur hordeum illud tam prodigiosè natum pauperibus distribuisse.

B f *Phocas imperium, anno* 602 *per tyrannidem occupatum, anno* 610 *cum vita amisit.*

g *S. Gregorius I, cognomento Magnus, hic designatur, cujus Acta illustrata habes tom.* 2 *Martii ad diem* 12, *ubi anno* 604 *obiisse ostenditur.*

h *Tota hæc draconis historia ejusmodi est, ut, quia in multis fabulosa apparet, in omnibus non possit non esse suspecta. Nolo ariolari; vereor tamen, ne huic draconi fingendo occasionem præbuerit draco* in modum trabis validæ, *de quo in Vita S. Gregorii Papæ I tomo* 2 *Martii pag.* 132 *in Opere nostro memoratur. Consuli etiam potest tomus* 5 *Junii, pag.* 481 *&* 482, *ubi simile quid de serpente à S. Syro episcopo Genuensi abacto narratur.*

i *Alii* Lucium *scribunt. Consule Commentarium prævium num.* 21.

k *Antiqua civitas hæc, dudum, ut monuimus excisa, episcopatu claruit, qui, teste Ughello tom.* 1 *Italiæ sacræ recusa, col.* 833, *à Nicolao V PP. Sarazanam, ubi hic primam lucem aspexerat, translatus fuit, ejusque episcopus* Lunensis *&* Sarzanensis *deinde appellatus.*

l *Duplex hîc mendum irrepsit describentis, ut opinor, oscitantiâ: legendum hîc est* archidiacono, *& suprà* episcopus *pro* archiepiscopus.

C m *Lamoratus in Vita Italica pag.* 17 *scribit, speluncam draconis fuisse uno milliari à vetere Luna, ad radices montis* Marcello, *nautis vulgò* Corvo *dicti.*

n *In Ms. Camaldulensi dicitur Sanctus ter, in Genuensi bis episcopi nomine draconi abitum nequicquam imperâsse.*

o Cyrnus *Græcis, Latinis* Corsica *est, notissima Mediterranei maris insula, regni titulo insignita, sub dominio reipublicæ Genuensis. Lamoratus pag.* 19 *& seqq. ait,* S. Venerium *primùm in insulam suam Tyrum reversum esse, ibidemque ob interfectum memoratum draconem ita inclaruisse, ut ex accurrentibus ad se magnum discipulorum numerum in ea insula congregârit, & S. Gregorius magnus ac Phocas imperator per litteras legatosque eum convenerint; sed honoris vitandi ergô in Corsicam fugisse: quæ omnia scriptoris fidei relinquo.*

p *Non igitur solus ibi degebat, ut eum tamen exhibet biographus. Camaldulense Ms. habet* misterio; *sed verisimiliter mendosè.*

q *In Camaldulensi ac Genuensi apographis tota oratio, quâ Sanctus usus sit, recensetur: sed unde hæc omnia tam enucleatè novit biographus, si Sanctus Eremita planè solus ibidem moratus fuerit? An & cui hæc omnia ipse Sanctus enarravit?* A. ANONYMO.

CAPUT II.

Reditus in Tyrum, mors, sepultura, corporis elevatio, miracula, translatio Regium Lepidi facta.

POst hæc Vir Dei cœpit cogitare, an ad desideratum locum, quem elegerat & reliquerat, reverteretur, an inibi, ubi morabatur, vitam exulem duceret. Hæc autem eo cogitante, in visu ostensum est illi, ut velociùs ad patriam & locum, de quo exierat, rediret *a*; quia instaret dies dormitionis ejus. Cúmque evigilâsset, cœpit huc & illuc juxta littus ambulare, si quo modo navem invéniret, quâ ad patriam veheretur. Dumque navim anxius expectaret, Dei providentiâ factum est, ut duæ naves in loco, ubi stabat, veloci cursu advenirent, quarum gubernatores referebant, se velle ad insulam Sardiniam ob mercandi gratiam proficisci. Quibus visis gavisus, rogavit, se ut ad insulam suam deducant, & sic deinceps prospero zephyro flante, jam tanti desideratum arripiant iter. Illis autem affirmantibus, se nullatenus hoc posse facere, eo quòd brumale tempus eis instaret, ait Vir Dei: Melius est ob amorem Dei compati necessitatibus proximorum, quàm pro terreni quæstûs gratia inobediendo Dei jussionibus contraire, qui ait: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. *Repulsus primùm à navali,*

12 Et cùm nullatenus ejus precibus acquiescerent, Vir Dei caput suum sursum attollens, precatus est, dicens: Æterne rerum Conditor, tu servo tuo Venerio locum præpara opportunum, quo tibi, ut cupio, devotissimè valeam famulari *b*. Nautes autem moventes carinas in pelagus impegerunt; sed statim ventus affuit, qui naves ad locum, unde exierant, reduxit, & per quatuor dies mare nullatenus quiescens ingredi potuerunt, sed magis ac magis pelagus intumescebat. Intelligens autem unus magister navis, o sancti Viri injuriam mare contra se intumescere, veniens jactavit se ad pedes ejus rogans, ut illi misereretur, & commissa indulgeret; se quoque quantocius, quò vellet, ducturum dixit. Et ille: Si facitis, quæ promittitis, ego pro vobis Domini misericordiam implorabo, & recedet furor ejus à vobis, & commodo vento flante ad destinatum locum pervenietis. Et polliciti sunt omnimodis ejus obtemperare præceptis, tantùm ut fluctus maris quiescerent. *ortâ tempestate, & per ipsam sedatâ,*

13 Orante autem Viro Dei, quievit mare à furore suo, & facta est tranquillitas magna, & qui in navi erant, magno gaudio sunt repleti, & in littore jocari cœperunt, & quasi ad signum petras jacere decertabant. Et cùm sic luderent, unus illorum petram indirectùm jaciens, quemdam è sociis suis ita percussit in tempora, ut statim spiritum exhalaret; & sic versus est ludus in mœ- *mortuoque fustigato, ab ipsis in Tyrum revehitur,*

A. ANONYMO.

rorem & ingentem triſtitiam. Cùm autem, qui aderant, corpus terræ tradere laborarent, Vir Dei rogavit illos aliquantulùm longiùs ſecedere, & genu flexo, oravit, & ſtans ſupra corpus, dixit: Jube, Deus meus, redire animam hanc in corpus, ut cognoſcant hi, quia tu es * noſter, qui mortificas & vivificas, deducis ad inferos & reducis. Et ſtatim, qui mortuus fuerat, revixit, & ſtetit ſupra pedes ſuos & ambulabat *c*. Videntes autem, qui in navi erant, quod factum fuerat, glorificabant Deum, qui per Famulum ſuum talia operatur. Et continuò aſcenſa navi, proſpero vento flante euro, recto curſu ſanctum Virum ad ſuam reducunt inſulam, & ab eo benedictione acceptâ, viam, quam diſpoſuerant, ſunt aggreſſi.

* *al. addit.* Deus

c

ubi moritur, & ab angelis ſepelitur: d

14 Viro autem Dei in inſula Tyro aliquamdiu commorante, appropinquaverunt dies mortis ejus, & deſtitutus humano auxilio, angelico ſolamine eſt adjutus *d*; & per revelationem cognoſcens, diem mortis ſuæ inſtare, ita cœpit in oratione, jejuniis & vigiliis laborare, acſi aliquid boni aliquando minimè peregiſſet. Arreptus autem infirmitate, ad diem pervenit extremum, & vitâ functus è diebus ſempiternis *e*, Idibus Septembris cælo animam reddidit: cujus corpus angelicis ſepultum manibus longo tempore manſit incognitum. Cœpit autem in loco ubi ſanctum corpus jacebat, oleum fundere, quod uſque hodie fit; & quicumque ex eo ungitur, ſtatim laboris & doloris ſe invenit percepiſſe ſolamen, dummodo cum fide percipiat *f*.

B

e

f

ſuper corpus divinitus repertum eccleſia conditur:

15 Apparuit etiam in viſione Dominus Lucio epiſcopo Lunenſi, mandans, ut in loco, ubi Sanctus jacebat, eccleſiam fabricaret, & cuſtodes poneret, qui eidem ſancto Viro obſequium exhiberent. Qui clero & populo hoc referens, & cum eis navim aſcendens, ad locum revelatum pervenit, & quærens locum ſibi demum reperit, ubi oleum fundebatur. Volens cognoſcere veritatem, venit ad ſepulchrum, & primus ipſe epiſcopus terræ foſſor acceſſit: & cùm cœpiſſet fodere, pervenit ad corpus Kalendis Maji, & ita intactum & integrum invenerunt, acſi eâdem horâ fuiſſet ſepultum, tantaque odoris fragrantia ex illo loco emanavit, ut paradiſi odoribus videretur æquari. Et jubens operiri ſepulchrum, perpulchram eccleſiam ibi fabricavit, & cuſtodes inſtituit, qui diligenti curâ ſuum corpus cuſtodierunt *g*: qui cùm aquam dulcem non haberent ad bibendum, meritis Sancti hujus infra ipſam eccleſiam juxta altare erupit fons aquæ perennis, qui uſque hodie manat, qui febricitantes, ex eo cum fide potantes, ſanat meritis Sancti Dei *h*.

C

g

h

corpus divinitus ſervatum

16 Cùm autem frigeſcente caritate, & abundante iniquitate, bella inter gentes ſurrexiſſent, Sarracenorum gens tumultuoſa & inſtabilis Italiam gladio inſequi decertans, & locum illum, ubi Sanctus hic jacebat, polluere ſunt aggreſſi, & circumvallantes eccleſiam & domum, ubi cuſtodes habitabant, ignem ſupponere nitebantur. Dei autem nutu Sarraceni illi, cùm nec poſtes eccleſiæ infringere, nec ignem ſupponere valuiſſent, recognoſcentes, ibidem Dei eſſe virtutem, aſcenſis navibus, protinus diſceſſerunt; & cuſtodes Deo & Sancto ſuo gratias retulerunt *i*.

i

Sarracenis transfertur.

17 Et verentes, ne aliquando inciderent in manus diripientium, & ſepulchrum Sancti ab impiis fœdaretur, elegerunt ſecum auferre reliquias tanti Patris, & in tutiori loco collocare. Et accedentes ad Lintecarium epiſcopum Lunenſem, & ei cauſam ſuæ triſtitiæ recitantes, eo annuente & jubente, eccleſiam fabricârunt juxta ripam Macræ *k* fluminis in Sarzano *l*, diſtante à civitate Lunenſi per octo milliaria, & ſic demum cum clero & populo navim aſcendentes, pervenit ad ſepulchrum Sancti, & elevans ejus reliquias ad prædictum locum detulit, & cum honore debito condidit, deputatis ibi cuſtodibus, qui cum magna veneratione ejus exequias & officia celebrarent *m*.

D

k

l

m

Irreligioſus divinitus punitus & ſanatus:

18 Cùm miles quidam Peruerius Bercarii comitis juxta baſilicam hujus Sancti tranſiret, pullos, quos ibi viderat, concupivit, dixitque præſentibus, ut de pullis illis ei tribuerent: illis autem renuentibus & dicentibus, ſe hoc facere non audere ob illorum magnum terrorem, exiliens de equo, pullos perſequi cœpit, ex quibus duobus apprehenſis, abſceſſit. Sed ultio divina mox affuit, illumque in amentiam vertit. Cúmque hi, qui circà illum gradiebantur, illum privatum ſenſu ſuo cernerent, reverſi ad eccleſiam, rogant cuſtodes, ut ſuos pullos accipiant: illis autem recipientibus, apertè, ut erat, remanſit. Anxiantibus autem ſociis de recuperatione ſenſûs viri, obtulerunt equum ipſius & arma cum balteo ſuo S. Venerio; & ita eſt ſanitati priſtinæ reſtitutus, & cum ſodalibus incolumis remeavit ad propria, narrans omnibus, quæ ſibi contigerant: unde ampliùs miniſtris illius ſiniſtrum aliquod facere tamquam mortiferum formidabant *n*.

E

n

cuſtos ſacri corporis, incenſâ à Normannis

19 Longo pòſt tempore ferociſſima gens Normannorum per mare navigans, venit ad civitatem Arelatenſem, indéque ad Lunenſem civitatem navigare cœperunt, & ibi domos & eccleſias diſſipare conantes, ad eccleſiam S. Venerii pervenerunt. Cuſtodibus autem & omnibus illorum terrore fugatis, præter unum ſenem ibi neminem invenerunt; quem comprehenſum interrogant, cujus conditionis eſſet; aut aliis in fugam verſis, cur ibi perſiſtere præſumpſiſſet? Qui reſpondit, & ſe Chriſtianum eſſe, & B. Venerii cuſtodem, & ob amorem dicti Patris in eodem loco manſiſſe, credens ejus interventu eorum manus poſſe effugere. His auditis, barbari aiunt illi: Credis tu, aut Dei tui, aut S. Venerii adjutorio poſſe effugere manus noſtras? Reſpondit ille, quòd ſic.

eccleſiâ, illæſus ſervatus.

20 At illi, ut erant ſeveriſſimi, ſtatim eum comprehenſum manibus à tergo ligatis, & ad altare ſancti Viri eum ligatum volentes incendere, ignem ſuppoſuerunt, dicentes illi: Modò apparebit, quid tuus Venerius tibi facere poterit. Senex autem videns ſe igne circumdatum, reſpiciens in cælum, ait: Sancte Veneri, Chriſti confeſſor, propter tuum amorem in loco hoc perſtiti; tuis nunc fave precibus, ut ignis ipſe non dominetur mihi, nec in aliquo me lædat. Mirum dictu! tota eccleſia cum domibus in circuitu ita exuſta eſt, ut nil ex totis ædificiis remaneret; & vincula, quibus idem ſenex ligatus fuerat, ſunt exuſta, ſuper ipſum autem nec aliqua favilla cineris cecidit, nec ullus dolor ignis in eum deſcendit, in tantum, ut barbari mirati, eum intactum relinquerent & abirent *o*.

F

o

Impurus presbyter omne corpus & liberatus.

21 Cùm quidam presbyter, Turingus nomine, cum commatre ſua *p* pariter habitaret, & cuſtodiam ſui corporis, prout ei neceſſarium inerat, non haberet, antiquus hoſtis ſolita venena propinans, cœpit cor ejus tentare, ut eandem commatrem ſuam opprimeret; & neminem eſſe, qui hoc ſuſpicaretur, quòd illi tam nefando ſtupro ſe commaculârent; & ideo hoc minùs malum eſſe, quia hoc nemo ſuſpicaretur, & quia lateret, quam ſi alteri mulieri miſceretur, & latère non poſſet, cre-

p

A credens, aut Deum latêre, aut, si intelligeret, misericorditer relaxare. Qui consentiens, tali voluptati operam dedit, miseram commatrem opprimendo. Sed justus Judex statim affuit, ultionem adhibens: mox enim tam atrocissimo dæmoni est traditus, ut vix vinculis durissimis posset astringi, se vehementer discerpens, & quoscumque attingere poterat, morsu dilaniare certabat. Adductus autem ad ecclesiam Sancti hujus, ibique per sex dies multùm garrulans & debacchans, tandem die septima interventu Sancti hujus liberatus est, & in eodem loco Sancti ministeriis excubabat usque ad mortem, peccata sua deflens; ibique sepultus est.

Item energumena curata.

22 Puella à dæmonio arrepta clamare cœpit, se B. Venerii precibus torqueri; & ad ejus sepulchrum se velle ire. Mirantibus autem illis, nomen S. Venerii audiendo, quibus incognitum fuerat, duxerunt eam ad ecclesiam S. Mariæ; quam ingrediens ecclesiam, clamare cœpit: Tuis precibus, beate Veneri, torqueor, & tuis orationibus expellor: & multùm discerpens se & exiliens, cecidit ante altare velut mortua, & ita ferè per
B duas horas jacuit. Præterea surgens incolumis, ad
9 propria cum parentibus remeavit, laudans Deum & S. Venerium *q*.

Sancti corpus Regium Lepidi translatum, miraculis fulget.

23 Tempore autem Ludovici Pii imperatoris Sarracenorum gens crudelissima erumpens, Lunensium fines facto impetu devastabat, & Christi ecclesias subvertebat; & quos capiebant, alios trucidabant, alios in mari negabant *r*, alios captivos ducebant. Quod audiens imperator jussit, ut fines illius provinciæ à Longobardorum præsulibus vicissim custodirentur, donec barbarorum
f sævitia sedaretur. Inter quos erat Apollinaris *f* episcopus in lege Dei assiduus & clarus virtutibus, qui auditâ famâ sanctitatis hujus, loca à Sarracenis destructa, ubi corpus Sancti hujus requieverat, ut Christi servus, frequenter visitabat. Nocte autem, dum more solito ad ejus reliquias pernoctaret, arrepto somno, apparuit B. Venerius, dicens ei: Tolle hinc ossa mea, & in tutiori loco reconde; quia adhuc furor & indignatio Sarracenorum perseverabilis est. Nec mora, gaudens de visione, convocatis suis, illico surrexit, & sepulchrum cum diligentia aperuit, & e-
C jus fragrantia ac nimis redolentia ossa collegit, & Regium cum ingenti honore detulit, & intra basilicam B. Prosperi juxta tanti Sancti decentiam, altari superimposito, tertio Nonas Novembris recondidit. Cujus meritis quanti paralytici, & aliis passionibus gravati, liberati sunt, quis sufficiens est narrare? Quidam febribus æstuans acriter, ante sepulchrum ejus ductus, ita pristinæ sanitati est restitutus, ut nullam ampliùs sustineret accessionem *t*.

ANNOTATA.

a *Ex eo, quòd Sanctus jubeatur hìc ad patriam & locum, de quo exierat, reverti, factum videtur, ut aliqui eum in* Palmaria *insula, quam ei natalem fuisse biographus suprà asseruit, defunctum sepultumque crediderint, ut in Commentario num.* 24 *observavimus.*

b *In Camaldulensi Ms. legitur:* Æterne Conditor rerum, tu dispone de servo tuo secundum beneplacitum pietatis tuæ.

c *Hic tertius est à Sancto vita donatus: totidem etiam numerat hymnus ad vesperas in Officio Regiensi vetustiori, ubi sic canitur:*

Draco fugit, celat petram, corvusque Luco nutrit, A. ANONYMUS.

Tribus vitam mortuis Deus per illum præbuit.

d *Ita etiam habent cetera apographa & Officium vetustius Regiense: at, si omni humano consortio destitutus ibidem vixerit, unde, quæso, didicit biographus, quæ de virtutum exercitatione, mortis revelatione, die obitûs ac angelorum ministerio curata sepultura mox subjungit? An hæc omnia Lunensi episcopo, dum jussus est Sancti corpus elevare, revelata fuêre? Id ego quidem sine idoneo teste difficulter credidero.*

e E diebus sempiternis *non legitur in aliis apographis.*

f *De prodigioso hoc oleo eadem habet utrumque Officium Regiense, & in vetustioris hymno ad Laudes etiam hæc legere est:*

Cujus latet corpusculum, fluitque Dei munere
Liquor notatis, quòd noverat cum caritate vivere.

g *De condito in Tyro insula templo, additoque monasterio, quod Olivetanis postmodum cessit, egimus in Commentario prævio num.* 25 *&* seqq.

h *Lamoratus pag.* 28 *asserit, fontem hunc suo tempore etiam superfuisse; sed è scopulo juxta mare scaturire ait.* E

i *De tempore, quo hæc contigerint, non constat; verumtamen ad seculum* VII *vel* VIII *referenda sunt, quibus Saraceni, invasis Africa & Hispania, alias etiam regiones infestârunt. Porrò hæc Saracenorum irruptio narratur etiam in apographo Genuensi, sed à Camaldulensi abest. Consule Commentarium à num.* 28.

k *In Ms. nostro tantùm legebatur* Mac...., *sed* Macram *designari didici ex compendio Vitæ Italico Ms. Genuâ accepto. Est autem Macra, Italis* la Magra, *fluvius, qui in ducatûs Parmensis confiniis ortus, Liguriam ab Hetruria dividit, & per Genuensium ditionem fluens paulò infrà Sarzanam Ligustico seu Tyrrheno mari illabitur.*

l *Adi, si lubet, Commentarium num.* 28.

m *De translatione hac nihil habet Camaldulense apographum, nihil Genuense Latinum & Petrus de Natalibus; ejusdem tamen meminit Ms. aliud Genuense Italicum, & Officium vetus Regiense. Consule Commentarium num.* 28 *&* seqq.

n *Hoc Miraculum in Ms. Genuensi etiam refertur, sed post aliud, quod apud nos num.* 21 F *recensebitur. Contra Camaldulense istud ante elevatum à Lucio episcopo Sancti corpus, structamque super eo ecclesiam perperam collocat, sic breviter inquiens:* Multa etiam post ejus mortem miracula ostendit Deus per Sanctum suum, ita ut quendam hominem custodibus ecclesiæ suæ pullos auferentem in amentiam converterit, donec restituit ei, & insuper obtulit arma; Et alia miracula per sanctum suum Confessorem Dominus ostendere dignatus est. *Ceterùm hæc in continente, adeoque post translatam è Tyro Sancti corpus contigisse scribit Lamoratus, num.* 30 *Commentarii relatus.*

o *Hæc Normannorum navalis expeditio contigisse debuit ante mortem Ludovici Pii, cùm illo regnante,* S. Venerii *corpus Regium Lepidi translatum fuerit. Porrò dum suprà dicuntur Normanni ab Arclatensi civitate Lunam advenisse, id non de capta Arclate intelligendum est; neque enim Normanni eam urbem occupârant; verùm cùm monachus Sangallensis lib.* 2 *de rebus bellicis, cap.* 22, *apud Chesnium tomo* 2 *Hist. Franc., pag.* 130 *scribat, Normannos piratas Narbonnensis Galliæ littora, imperante Carolo Magno conatos infestare, non incredibile fit,*

A. ANONYMO.

fit, eosdem per Rhodanum Arelate tentâsse, indéque reversos Lunam appulisse, & Macræ fluvii ripam, ad quam Sancti corpus translatum fuisse, suprà dictum est, depopulatos fuisse. Forsitan etiam biographus Normannos confudit cum Saracenis, qui seculo VIII *Arelatensem urbem devastârunt.*

p *Id est, cujus prolem ipse è sacro fonte levaverat. Tota hæc de Turingo narratio abest à Ms. Camaldulensi.*

q *Hæc energumenæ sanatio refertur etiam in Ms. Camaldulensi, sed in Genuensi desideratur, in quo ultimo etiam nihil dicitur de translatione Ludovico Pio imperante facta; sed post miraculum num.* 19 *&* 20 *à nobis relatum recitatur sequens de* S. Venerio *oratio:* Deus, qui per B. Venerii confessoris tui merita mortuorum tria corpora suscitâsti, concede propitius, ut qui commemorationem ejus colimus, precibus per afflatum tui Spiritûs à morte animæ resurgamus. Per Dominum *&c.*

r Negare *vox barbara, Latinè* submergere *est:* fortè necabant *legendum. Quod ad hanc Saracenorum depopulationem spectat, consule Commentarium num.* 33 *&* 34. D

s *De nomine episcopi, & sede illius, non convenire inter scriptores diximus in Commentario, quem consule num.* 35 *& seqq.*

t *Qui hîc febribus liberatus dicitur, is ipse fuit, qui hanc translationem, aut certè Officium Regiense vetustum concinnavit: etenim ibidem sic loquitur:* Cujus deinde meritis quanti paralitici curati sunt, quanti variis passionibus irretiti, quanti etiam diversis infirmitatibus detenti, sanitatem receperint, quis narrare sufficiat? De quorum numero plures curatos vidi, & unus etiam ex ipsis fui, cujus membra acriter febribus vexabantur. Qui ante ejus tumulum deductus, ita pristinæ sanitati sum restitutus, ut nullam illius calamitatis deinceps sustinuerim passionem.

B

DE S. AMATO EPISCOPO SENONENSI CONFESSORE, E

BROYLI IN FLANDRIA OCCIDENTALI.

J. T.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Locorum notitia: Fasti sacri, quibus insertus legitur: tempus natale Sancti & patria incerta: cultus: Acta edenda.

AN. DCXC. *Peronæ & Broyli notitia, quibus in locis Sanctus exsulavit.*

C

IEria loca sanctitate sua illustravit S. Amatus, *cujus hîc gesta edimus; Peronam Bryolense monasterium, & Duacum.* Perona, *Galliæ oppidum in Picardia ad Samonam fluvium, octo milliaribus distans Ambiano in Ortum, Cameraco in Meridiem septem, fuit olim, teste auctore Vitæ S. Fursei abbatis, Mons cygnopum appellatum. Ibidem* S. Amatus *jussu Theodorici III Burgundiæ & Neustriæ imperantis, episcopali sua sede ejectus, sub S. Ultani custodia non parvo temporis spatio exsulavit. Alter locus est* Broylus *prædium, vulgo* Bruel *in oppido* Merghem *seu* Merville *dicto, quod viri aliqui eruditi censent* Minariacum *in Itinerario Antonini appellari, quos inter Marchantius inquit ex communi opinione pro eo accipi. Sed Sanderus in Mauronti villa, non rectè cum Minariaco illo confundi ostendit, ponitque in ditione Casletana:* Testibus enim, *ait,* Duacensium veteribus scedis, cum locus hic à situ paludoso Broylus vocaretur, abbas Morandus sive Maurontus ad annum DCCI, non minùs sanctitate quàm nobilitate celebris, eam à suo nomine appellavit, & cum priùs Moranduille Gallicè, vel Morandghem Teutonicè diceretur, ad facilitatem denique Meerville & Moereghem, & mox Merville & Merreghem cœpit appellari. *Deinde in Stegra seu Minariaco ita scribit:* Minariacum non esse vicum, qui hodierno die Mervilla dicitur, sed in eo loco fuisse, ubi nunc ex una parte Lisæ est Comitatus Stegrensis, ex altera finis Atrebatesii ad pontem Lisæ, qui nunc dicitur pons Stegrensis, notavit Adrianus Scriecquius senator Iprensis, qui diu præturam gessit Casletanam & Stegrensem: Mervilla, inquiens, quæ à plerisque Minor Villa dicitur, primùm Morandi Villa dicta est à D. Morando, qui eo in loco quondam sylvæ Niepensis angulo, omni sanctimonia vixit. Sed nulla ibi umquam, quod memoriæ traditum sit, antiquitatis vestigia, aut munimenta extiterunt, nec locus ita situs est, ut Minariacum antiquum esse potuerit. Ad locum verò pontemque Stegrensem omnia sic concurrunt, ut non superfit dubitandi argumentum. *In hoc S. Mauronti prædio post S. Ultani mortem* sanctus Amatus *exsilium suum sanctissima morte finivit, & sepultus est; deinde in novam ecclesiam à S. Mauronto ibidem constructam, translatus est.* F

2 *Tertius locus, quem illustravit* sanctus Amatus, *Duacum, notissima urbs Gallo-Flandriæ, quæ S.* Amati *corpus in ejus nominis ecclesia adservat. Ut enim legitur in Duacensi codice, imminente circa annum Christi* 870 *Danorum persecutione, Fratres Deo &* S. Amato *apud Mervillam servientes, corpus* S. Amati *patroni sui Duacum detulerunt, ut ferocissimæ gentis, sacraque omnia profanantis furori subduceretur, ubi usque in hunc diem quiescit* *Duacum pus ad jam tur.*

A *ſcit & colitur; nam, teſte eodem codice, ceſſante anno* 874 *Danorum perſecutione, conſuluerunt prædicti fratres Carolum Francorum regem, Arnulphum Flandriæ comitem, Joannem Cameracenſem epiſcopum agnomine* Bellum *& quàm plures alios epiſcopos, quid de* S. Amati *corpore agendum foret; decretumque eſt communi conſenſu, ut privilegiis poſſeſſionibuſque ſuis retentis, cum Sancti corpore Duaci remanerent.*

Senonis fuit epiſcopus. Tempus natale & patria incerta.

3 *Locis habitatione, aut reliquiarum* S. Amati *aſſervatione illuſtribus jam recenſitis addi non immeritò poſſunt Senones civitas Galliæ perampla, archiepiſcopalis, ſita in planitie pulcherrima ad Icaunam fluvium, qui ibidem ponte lapideo jungitur: prout enim infrà oſtendemus contra quoſdam, qui de eo dubitant, urbis illius* S. Amatus *epiſcopus fuit. Hiſtoria Vitæ Sancti noſtri tempus natale, & patriam non exprimit; unde tam hæc, quàm illud nobis relinquuntur incerta. Scribit Malbrancus in Hiſtoria ſua de Morinorum rebus lib.* 4 *cap.* XI, *eum Gallica domo eſſe oriundum; ex quo id tamen hauſerit, nuſquam indicat: fortè ex eo, quod Vitæ ejus ſcriptores anonymi non obſcurè innuant,* S. Amatum, *cùm unanimi cleri populique Senonenſis conſenſu ad epiſcopatum evectus eſt, in hac civitate habitâſſe, conjecit eum patriâ Senonenſem eſſe, quod non omninò improbabile videri poteſt, præſertim cùm nuſquam ex alio loco ejus ad hanc civitatem adventus legatur.*

B

Memoria ejus ſolùm apud recentiores martyrologos.

4 *Memoriam itidem* S. Amati *noſtri apud antiquos martyrologos non reperio; quod eò magis mirum videri poteſt, quò citiùs publico cultu Sanctum fuiſſe honoratum mox oſtendemus. Defectum tamen hunc ſupplent recentiores. Martyrologium Romanum ad hunc diem ita habet:* Apud Senonas S. Amati epiſcopi & confeſſoris. *Menardus in Martyrologio ſuo Sanctorum Ordinis S. Benedicti eum Duaci verbis ſequentibus annuntiat:* Duaci, in Broilo monaſterio, depoſitio S. Amati Senonenſis epiſcopi & confeſſoris. *Iiſdem verbis utitur Molanus in auctario ad Uſuardi Martyrologium. Sauſſayus in Martyrologio Gallicano longiſſimo Sancti noſtri geſta complectitur elogio, quod, quia, ubi de Sancti exſilio agemus, diſcutiendum erit, hìc prætermittimus, uti & ea, quæ ad* XIII *Septembris diem ſcribit Galeſinius; nihil enim habet, quod in Sancti Vita edenda non legitur.*

C

Dies emortualis.

5 *Laudati hactenus martyrologi* XIII *Septembris diem Sancto emortualem conſtituunt. Conſonat his Hiſtoria Vitæ, quam ex vetuſtiſſimis eccleſiæ collegiatæ ejuſdem* S. Amati *excerptam libris Duaco communicatam habemus, in qua ita legitur:* Inter has igitur cum lacrymis pſallentium voces, valedicens univerſis, Idibus Septembris de hac luce tranſivit ad Dominum. *Codex tamen Aquicinctinus apud Solleriam noſtrum in Uſuardi Auctario præfato die* S. Amati *noſtri tranſlati meminit:* Duaci, *inquit,* tranſlatio S. Amati archiepiſcopi Senonenſis, qui à Theodorico rege Francorum ab epiſcopatu dejectus, conſilio Ebroini Majoris domus, in hanc provinciam relegatus eſt juſſu præfati regis. *Et Bailletus in Sancti Vita ad* XIII *Septembris, licèt fateatur diem illum communiter* S. Amati *emortualem exiſtimari, tamen quoſdam eſſe ait, qui diem Aprilis vigeſimum nonum ipſi vitæ hujus extremum fuiſſe opinantur. Sed codex Marchianenſis, qui* S. Amati *Vitam exhibet, opinionem hanc à quodam Stephano originem traxiſſe habet. Verba accipe, quæ in ejus fine teſte Mathondo leguntur:* B. Amati tranſitum Idibus Septembris ab anteceſſoribus determinatum, à Stephano quodam III Kal. Majas affixum fuiſſe temerè, patet ex vetuſtis libris, qui apud S. Medardum & in Archivo Marcianenſi, atque multorum ſcrinis cœnobiorum inveniuntur. *Hinc malo cum communiori ſententia decimo tertio Septembris, quàm cuilibet alii, ſaltem donec quid certius proferatur, Sancti noſtri obitum affigere.* AUCTORE J. T.

Cultum citiſſimè inchoatum fuiſſe oſtenditur ex miraculis

6 *Dixi num.* 4, *eò mirum magis videri memoriam Sancti noſtri apud antiquiores martyrologos non reperiri, quò citiùs ſanctitas ejus agnoſci cœpta fuerit. Nam qui prodigia, quibus divinæ omnipotentiæ Servi ſui ſanctitatem placuit declarare, attentè conſideraverit, paralyticum ſcilicet omni pænè motu deſtitutum, ſolo tumuli attactu membrorum vigori reſtitutum, cæcos viſu donatos, egroſque alios incolumitati redditos, cubiculum Sancti ſtatim à morte adeò ſuavcolens, ut aromatibus conditum putaretur; ex iis facilè, quantam de* Amati *ſanctitate opinionem Broilenſes ſtatim à morte ejus habuerint, ſtatuet. Tantam equidem ſanctitatis miraculorumque famam ejus fuiſſe, docet nos Hiſtoria Vitæ, ut Theodoricum, cujus juſſu ex epiſcopali ſede dejectus & in exilium pulſus antè fuerat, permoverit, ut ad tumulum ejus advolaret, admiſſiſque facinoris cum lacrymis veniam rogaret, & non paucis monaſterium muneribus cumularet.* E

& ecclesia ipſi dedicata

7 *Citiſſimè poſt felicìſſimum ſuum obitum* S. Amatum *noſtrum publico cultu fuiſſe honoratum, evidentiùs adhuc ex S. Mauronti geſtis eruitur. Etenim,* Amato *defuncto & in eccleſia S. Petri apud Menrivillam ſepulto, aliam exſtruxit eccleſiam Maurontus, quam dedicari* ſancto epiſcopo Amato *fecit, ut refert liber argenteus Ms. Duacenſis eccleſiæ, vel ut Georgius Colvenerius in Notis ad Chronicon Cameracenſe ex Lectionario Ms. prædictæ Duacenſis eccleſiæ habet:* Quam in honore Dei Genitricis Mariæ & ipſius ſancti Epiſcopi, idem Maurontus fabricari fecit & dedicari. *In hanc jam perfectam transferri curavit Maurontus* S. Amati *corpus. Qua occaſione & qua ſolemnitate id præſtiterit, tradit Joannes Buzelinus in Annalibus Gallo-Flandriæ ſub libri ſecundi finem:* Mauronto vitam inter Broylenſis monaſterii ſepta ducenti de cælo ſignificatur, S. Amati corpus in eam, quam recens ædem ſtruxerat, deportandum eſſe, ibique collocandum honorificè. Quòd ergo dignitate ac virtute conſpicuo viro ad eam rem opus eſſet, Bainum Tarvannæ Morinorum pontificem orat, ut operam præſtet eam, ad cujus epiſcopatum pertinebat Menrivilla, ſive, ut alii volunt, Minariacum, intra cujus fines ſitum erat aſceterium Broylenſe. Non cunctatur ille Menrivillam ire capeſſere; ibi quantâ poteſt pompâ delatum è veteri loco D. Amati corpus nova ſede collocat. At tunc quanti Amatum faceret, Chriſtus Jeſus eo maximè tempore patefecit, cùm ſe videndum pleriſque feſtivitatem celebrantium præbuit, palam multis angelorum circumfluentibus. Simulque vis ingens ſanandi permultis auxilio fuit; redditæ enim lux cæcitate damnatis, ſoluta contractorum membra, patefactæ ſurdorum aures. *Tranſlationem hanc eodem fuiſſe peractam modo, quo ex Buzelino dedimus, teſtatur etiam Jacobus Malbrancus Societatis noſtræ tom.* 1 *de Morinis & Morinorum rebus lib.* 4 *cap.* 44.

tribus poſt obitum annis, Actis.

8 *In Lectionario Ms. eccleſiæ* S. Amati *additur tranſlationem contigiſſe* 4 *Kal. Maji. Colntius ad annum Chriſti* 693 *num.* 15, *illo anno, qui habuit litteram Dominicalem* E, *ex diei charactere factam fuiſſe colligit: ex quo conſequitur tribus poſt obitum ejus annis non publico tantùm* S. Amatum *cultu fuiſſe honoratum, ſed & eccleſiam ſuo nomini dedi-*

AUCTORE J. T.

dedicatam habuisse : ut enim infrà ostendemus, communis est sententia, Sanctum è vivis anno Christi 690 excessisse. Hæc de pervetusto cultu dubium non relinquant; ast incertiora sunt, quæ de gestis ejus scripta reperimus. Historiam Vitæ triplicem habeo. Unam ex Ms. membranaceo Marchianensi, aliam ex vetustissimis ecclesiæ collegiatæ S. Amati *libris excerptam, tertiam, quam Henschenius noster in Commentario prævio ad Vitam S. Eusebiæ num.* 4 *ex codice Ms. ecclesiæ cathedralis Atrebati se descripsisse testatur; sed quo sæculo, quove auctore scriptæ fuerint, omninò ignoramus; nec erroribus carent, uti ostendemus in hujus Commentarii* § III. *Quædam etiam de Sancto nostro in Vita S. Rictrudis habet Hucbaldus S. Amandi monachus, quæ in Tabulis suis criticis Bailletus Vitæ Historiæ adjicienda existimat, cùm scriptoribus anonymis Hucbaldus auctoritate præstet; sed ea pauciſſima sunt, nec ab anonymis omissa. Solam igitur eam, quam ex Ms. ecclesiæ Atrebatensis descripsit Henschenius, edam, quæ licèt à reliquis in rerum enarratarum substantia vix discrepet, minoribus tamen erroribus conspurcata est & stylo præplacet; moniturus lectorem tamen, ubi notabile aliquod discrimen animadverti poterit, aut erratum erit.*

B

§ II. Sancti puericia : episcopatus Sedunensis an Senonensis ? quo ordine Senonensium archiepiscoporum Catalogo inserendus sit : quid de Amato eadem die à Sedunensibus culto statui possit.

Sancti puericia.

JUventutem S. Amati *celebrant biographi ejus omnes. In id eum præcipuè incubuisse tradunt, ut ad liberalium artium & sacrarum Litterarum peritiam, non inferiorem adjiceret in Deum pietatem. Ex hoc fonte profluxisse existimo variorum scriptorum elogia, quibus Sancti adolescentiam oratoriæ magis, quàm biographis conformiter extollunt. Huc transfero, quod habet Jacobus Malbrancq in Historia sua, quam de Morinorum rebus conscripsit, lib.* 4 *cap.* XI *pag.* 457. Gallicâ, *inquit*, oriundus est domo, è qua non tam ingenuæ nobilitatis, quàm ingentæ virtutis defluxit rorem. Alterum pæne Nicolaum dedit puericia. In bonis artibus arripiendis, in sacris etiam disciplinis nulli coætaneorum secundus, ut etiam clericorum ordini ante maturiores annos fuerit adscriptus. Tum ingenii dotes, virtutum animorumque zelus, sacri eloquii fluida vis eò extulêre, ut, Senecio apud Senones exstincto, in unum Amatum conjicerentur oculi, coalescerent voces & prope manus in contrà nitentem injicerentur. Nolens volensque archipræsulem induat, necesse est. *His similia habent Saussayus in Martyrologio Gallicano ad* XIII *Septembris, aliique passim de Sancto scriptores, quæ placerent magis, si ab antiquiore scriptore simplici licèt stylo relata essent.*

C

10 *Consentiunt tamen scriptoribus jam laudatis codex Atrebatensis S. Mariæ, Marchianensis, & Nivicensis ecclesiæ collegiatæ ejusdem* S. Amati *in eo, quod adeò feliciter Sanctum in doctrina & virtute profeciſſe tradant, ut, Senonensi archiepiscopo demortuo, unanimi voce ad episcopatum hunc non mediocriter invitus fuerit evectus. Quo non obstante duplicem circa* S. Amati *Senonensem episcopatum moveri difficultatem reperio. Non desunt enim, qui dubitant, an Senonensium an Sedunensium fuerit episcopus; deinde in ordine, quo Senonensium episcoporum Catalogo inseri debeat, variant auctores plurimùm. De utraque hoc loco nobis agendum est.*

D

Eligitur episcopus Senonensis, de quo tamen dubitatur.

11 *Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad annum Christi* 674 *num.* 41 *utramque attingit :* Hunc (*S. Amatum*) *inquit*, non Senonensium sed Sedunensium episcopum fuisse, ait Hucbaldus monachus in libro de Vita S. Rictrudis. Sanè tunc temporis Amatum ex abbate S. Mauricii factum esse episcopum Sedunensem vulgati Indices produnt. Hugo monachus S. Mariani in Chronico Autisiodorensi hunc S. Amatum fuisse quidem Senonensem episcopum dicit, sed proximè post Lupum, quod temporum rectæ rationi repugnat. Siquidem Amatus, si Senonensi ecclesiæ præfuit, collocari non potest nisi post Emmonem, ut cum Theodorici principatu convenire possit.

Proponuntur, quæ Mabillonius habet pro Sedunensi episcopatu,

E

12 *Singula perpendamus. Pro* S. Amati *Sedunensi episcopatu militat Hucbaldi testimonium, cui vulgati favent Indices, Seduni Amatum quemdam sedisse circa hoc tempus referentes. Quod ad Hucbaldum attinet; consului S. Rictrudis Vitam ab ipso scriptam, quam Mabillonius ad codicem Marchianensem restitutam edidit & notis illustravit. In ea reperi* S. Amatum ad episcopatum urbis Sidunensium sublimatum fuisse. *Sed vellem ut edixisset Mabillonius, qui vulgati Indices* Amatum *quemdam ex abbate S. Mauricii Sedunensem episcopum creatum fuisse circa id tempus tradant. Certè in pluribus contrarium legi : tempus quippe, de quo Mabillonius & quo* S. Amatus *sive in Senonensi sive in Sedunensi cathedra sedit, aliud esse non potest, quàm quo Theodoricus III principatum Burgundiæ & Neustriæ nactus est, cùm ab illo ex episcopali sede dejectum fuisse etiam Hucbaldus testetur. Unum verò invenio Franciscum Augustinum, qui in episcoporum Sedunensium serie cujusdam* S. Amati *episcopatum Sedunensem circa hoc tempus figit, annum scilicet* 670. *Huic proxime accedunt Pantaleon in Prosopographia & Henricus Murer in Helvetia sancta, qui tempus, quo ad episcopatum pervenit, non determinant quidem, sed primus eum floruisse anno* 650, *posterior anno* 666, *& uterque ad episcopales promotum fuisse insulas Sedunensis ecclesiæ scribit.*

& discutiuntur.

F

13 *At Gallia Christiana Sammarthanorum habet* S. Amatum *ex abbate Agaunensis cœnobii episcopum consecratum esse anno* 716. *Quoad annum hunc consentit Ricciolius noster in Hist. Chronol. reformata, ubi Sedunensem ejus episcopatum anno* 716 *illigat. Opinionem Ricciolii nititur stabilire Sebastianus Briguet Sedunensis ecclesiæ canonicus in Hist. Sedunensis diœcesis. Pag.* 87 *ita scribit :* Amatus autem noster, attento uniformi Syllabo & ordine episcoporum, tam Castri episcopalis Majoriæ, quàm canonicorum Sedunensium Castri Valeriæ, creatus fuit circa annum DCCXVI sub finem vitæ Dagoberti III. *Ex vulgatis igitur Indicibus nihil confici potest, ut* S. Amatus *Sedunensem potiùs, quàm Senonensem rexisse cathedram dicatur : præsertim si jam dictis addas in omnibus omninò Senonensium episcoporum Catalogis* S. Amatum *insertum reperiri.*

Nihil ex vulgatis Indicibus

14 *Neque ex Hucbaldo plus confici existimo. Etsi*

& Hucbaldo conficitur pro S. Amato nostri Sedunensi episcopatu.

A *Etsi enim, ut dictum est, plus auctoritatis ipsi, quàm Sancti nostri biographis tribuendum sit, quia ejus ætati videtur fuisse propior, & S. Rictrudis Vitam conscripsit ex seniorum relatione, & variis acceptis fragmentis, quæ sola illo tempore supererant; tamen inde aliud elici nequit, quàm præ ceteris Hucbaldo assentiendum fore, si constaret ipsum hoc loco non esse corruptum. Sed hoc non constat; imò contrarium probabilissimum est. Nam primò Mabillonius ipse ad vocem* Sidunensium, *quam in codice Marchianensi reperit, notat legendum esse* Senonensium, *quod, verba ejus sunt,* ex ipsius S. Amati Vita aliisque auctoribus constat. *Deinde in ejusdem S. Rictrudis Vita, quam Papebrochius noster ex Marchianensi codice aliisque ad* XII *Maji dedit, legitur* S. Amatus *ad Senonensem fuisse episcopatum sublimatus. Præterea licèt biographorum ætatem nesciamus, tamen post Hucbaldum eos scripsisse verosimillimum est; sanè tam indubitatè* S. Amatum *Senonensem episcopum fuisse non scripsissent, si in Hucbaldo contrarium legissent, aut suo tempore de hac re dubitatum fuisset. Accedit auctor Vitæ S. Eusebiæ, quem Rosweydus Hucbaldum esse, Henschenius in Comm. ad Vitam prævio, Hucbaldo antiquiorem opinatur. Hic disertis verbis scribit Sanctum ad Senonenses insulas fuisse promotum. Addi potest consensus scriptorum fere omnium,* S. Amatum *illum, qui Peronæ primùm exsul sub Ultano abbate, postea jussu Theodorici III Mauronti custodiæ traditus, in Broylensi cœnobio obiit; Normannorumque sæviente persecutione, Duacum translatus est, Senonensium archiepiscopum fuisse attestantium, adeò ut Brigueti, qui quidquid ad Sedunensem Amatum spectare arbitratus est, diligentissimè recenset, hunc ab illo distinguendum esse fateatur. Accipe, lector, quæ de hac re scribit in Vallesia sacra, pag.* 88. Consequitur, *inquit,* etiam ex his (*quæ de Sedunensi Amato dixerat*) Amatum nostrum longè esse diversum ab Amato Senonum archiepiscopo, tametsi vitæ genere & sanctitate non dissimilem. *Arbitror igitur Hucbaldo* S. Amatum *Senonensium episcopum fuisse; sed in aliquibus Mss. loco Senonensium, positum fuisse Sedunensium, aut à quodam, qui Sanctum Sedunensibus præfuisse existimabat, Sedunensium pro Senonensium substitutum esse.*

Latiùs discutiuntur gesta, quæ Sedunensi Amato attribuuntur,

C 15 *Operæ pretium judico, quæ de Sedunensi Amato traduntur, latiùs discutere. Hinc, quæ hactenus diximus, fient clariora, & quid de Sedunensi Amato censendum sit, lector eruditus statuere poterit. Vitæ ejus synopsim dat sæpe laudatus Brigueti pag.* 86. *Illam hùc transfero.* Tempore Dagoberti regis Francorum enituit maximè sanctitas Amati Sedunensis episcopi: hic enim ab ineunte ætate sanctimoniæ specimen dedit, & in Agaunensi cœnobio monasticum habitum indutus, piis atque religiosis virtutibus ita excelluit, ut omnibus perfectionis normam præberet. Dein cùm magis solitariæ vitæ desiderio impulsus, elegisset degere solus in vicini montis rupe, constructis ibidem cellulâ & oratorio, illic loci Dei Famulus tantæ sanctitatis spirabat odorem, ut plurimi ex omni conditione hominum ad eum invisendum undique convolarent; quare is ad majora divina virtute servatus, communi comprovincialium episcoporum suffragio ad Sedunensem episcopatum, applaudente tam clero quàm populo Vallensi, vocatus est. Id verò ministerium cùm gereret magna fide, nec impari diligentia & prudentia, per impactas à maleyolis calumnias, factus est regi Theodorico ita invisus, ut idem sanctum episcopum ejecerit in exilium. Ille exilium & contumelias & malignantium odia invictâ patientiâ pertulit assiduæ præsertim orationis subsidio, atque multis demum miraculis clarus obiit, sepultus in ecclesia Romari-Montis in Lotharingia, ut habet Gallia Christiana Sammarth. verbo: Sedunen. episcopus, & passim, qui de rebus nostris scripserunt, Pantaleon in Prosopograph. & alii. *Synopsi Brigueti in substantia non dissentit laudatus mox Pantaleon, nisi quòd Amatum ex episcopali sua sede pulsum cujusdam monasterii abbatem constitutum fuisse asserat. Conveniunt etiam cum hactenus dictis, quæ habet in Helvetia sancta Henricus Murer. Addit tamen hic Sanctum in exsilium missum à Theodorico III Ebroini Majoris-Domûs consilio, quod Brigueto loco laudato displicet, cùm Ebroinus, ut ait, vivere desierit anno* 681, *Amatumque suum non nisi anno* 716 *episcopum fuisse creatum ex Sedunensis ecclesiæ documentis pro certo habeat.*

AUCTORE J. T.

& conferuntur cum iis, quæ de Habendensi Amato

16 *Si gesta hæc attentiùs perpendantur, partim ex Vita S. Amati Habendensis, partim ex Sen-* E *nensis* Amati *Vita excerpta esse videbimus. Ex illa scilicet, quæ ante episcopatum egisse dicitur, ex illa verò, quæ post episcopatum acciderunt. Pauca eis id ostendo. Ex iis, quæ mox ex laudatis auctoribus retulimus, habemus Sedunensem Amatum primò S. Mauricii monachum fuisse; sed deinde majoris perfectionis desiderio, monasticâ vitâ relictâ, in eremum secessisse. Ibi sibi cellulam & oratorium construxit, & vitam maximè austeram duxit. Sedunensi episcopo propter eximiam vitæ sanctitatem percarus erat, ab eoque sæpiùs visebatur. Confer ea cum iis, quæ in S. Amati Habendensis Vita de eo scribit auctor coævus apud Mabillonium pag.* 130 *num.* 3. Cùm monasticis normis jugiter incumbens, ut ferè per annos xxx sese totum dedisset, majoris eremi secretum expetens clàm à septis monasterii egressus, paululum procul in devexa excelsissimi montis rupe, semet athleta contra diabolum pugnaturus dedit. *Et num.* 10: Denique illius loci episcopus (*Sedunensis; nam in Sedunensi diœcesi cœnobium Agaunense situm erat*) familiarissima ei erat devinctus caritate. Qui cùm crebra visitatione delectaretur adesse, virum Dei propter Christi amorem paupertatem sectantem, decrevit auri quantitate F solari &c. *Manifestum est, hæc convenire cum iis, quæ ex Brigueto de Sedunensi Amato dedimus.*

auctores scribunt, & convenire ostenduntur.

17 *Omninò etiam conveniunt, quæ idem Brigueti pag.* 88 *à quibusdam de Amato suo narrari asserit. Si tamen adoptare velit, nescio, quomodo cum opinione sua de tempore, quo ad episcopatum pervenerit, conciliari possint. Hæc habet:* Sunt, qui dicunt Amatum nostrum contulisse se Luxovium precibus Eustachii abbatis loci impulsum, cupientis ejus sancti viri exemplo monachis suis observantioris vitæ normam inspirari. *Nam in laudata S. Amati Habendensis Vita num.* 12 *legitur:* Temporibus autem illis in partibus Vosagi vir egregius & religione celeberrimus abbas Eustachius constabat. Tunc fortè accidit, ut egressus metas penetraret Italiæ, introiensque cœnobium Agaunense scisciari cœpit, quis inter primos sanctitate primus ibidem haberetur. Tunc aiunt: An fortassis ignoras sanctum virum Amatum, qui in hac excelsissima rupe jam ferè per triennium duram gerit vitam? Illeque, his auditis, confestim montis perartam & pæne gressu labentem conscendit semitam; inventoque viro tanta caritate amplexus est, ut nullatenus pateretur eum sibi deesse. Quid plura? Revertens i-

AUCTORE J. T.

gitur ab Italia ablatum sanctum hominem Luxovium usque perduxit, affirmans lucernam non esse sub modio occultandam, quin potiùs illis, qui in domo Domini sunt, lumen præbendum, & illum perfectiorem viam posse tenere, qui proprias sedes reliquerit. *Dixi, hæc si adoptet Brigvetus, nescire me, quomodo conciliari possint cum opinione sua de tempore, quo Amatum suum ad episcopatum perveniſſe statuit: nam annum assignat 716; Eustasius verò abbas circa annum 625 è vivis excessisse traditur.*

Conveniunt etiam, quæ de episcopatu ipsius scribunt, cum iis, quæ in Senonensis Amati episcopatu acciderant.

18 *Hæc sunt, quæ de vita ejus monastica & eremitica reperire potui. Non minùs conveniunt, quæ in Sedunensis Amati episcopatu accidisse scribunt cum iis, quæ de Senonensi commemorantur. Scribunt biographi Senonensem* Amatum *jussu Theodorici III in exsilium fuisse pulsum. Idem de Sedunensi tradunt Henricus Murer, & Pantaleon. Pro causa allegant biographi malignorum odia & calumnias. Eamdem allegant causam cum Brigueto laudati scriptores Sedunensis Amati exsilii. Scriptores quidam suspicantur Senonensem* Amatum *sede sua, Ebroino Theodorici Majore domûs instigante, ejectum fuisse; idem de Sedunensi habent Pantaleon & Henricus Murer. Addit prior Sedunensem Amatum jam pulsum monasterii cujusdam abbatem factum esse; quod etiam satis consonum est Senonensi; nam & hunc ab Ultano, consulente matre ejus S. Rictrude, Broylensis cœnobii abbatem constitutum fuisse scribunt. Denique testatur Brigvetus Amatum suum, exsilium, calumnias & malignorum odia invicto animo pertulisse assiduæ, præsertim orationis subsidio. Idem legere est in* S. Amati *nostri Vita.*

B

19 *Nec obstat, Brigvetum opinari exsilium Sedunensis Amati, non sub Theodorico III, sed sub Theodorico IV contigisse. Nam Primò in hac parte ipsi dissentire Henricum Murer & Pantaleonem vidimus. Deinde non alia de causa hanc tuetur opinionem, quàm quia Sedunensium episcoporum seriem hunc Amato suo locum exigere existimat. Sed meo judicio priùs probandum est, S. Amatum quemdam Sedunensium episcoporum Catalogo inserendum esse, antequam de loco ipsi assignando agatur. Id autem nec Brigvetus nec alius quisquam probat. Non ex gestis, quæ ipsi attribuunt, quæ vix non eadem sunt cum iis, quæ de SS. Amatis Senonensi & Habendensi tradi ostendimus; neque ex eo, quòd exsilium ejus sub Theodorico IV contigisse dicatur; nam hoc merè gratis à Brigveto asseri vel ex eo manifestum est, quòd hujusce rei nemo mentionem faciat, ubi tamen Senonensis* Amati *exsilium sub Theodorico III nullus Gallicarum rerum scriptor prætermittit. Non denique ex laudata à Brigveto Sedunensium episcoporum serie, in qua præter nomen ejus cum ingenti confusione insertum nihil reperio; quod tamen mirum videri potest, si concessa ipsi episcopatûs diuturnitas consideretur: nam Amati, qui episcopatum anno 716 tenuisse scribitur, successor statuitur Wilcarius, qui ecclesiæ Sedunensi præfuit anno 764. Accipe, lector, ea, quæ de ipso habet Gallia Christiana vetus:* S. Amatus monasterii Agaunensis abbas, episcopatum tenuit Dagoberto II rege Francorum anno DCCXVI, & jacet in ecclesia Romari-Montis in Lotharingia. *Certum est, S. Amatum, qui primùm in cœnobio Agaunensi monachus fuit, deinde Luxovienſe monasterium incoluit, ac tandem Montis Romarici abbas factus est, in Monte Romarici quiescere, ibidemque annua festivitate recoli, ut ex ejus Vita ad hunc etiam diem in Opere nostro illustrata liquet. Sed hic episcopus non fuit, & cujus alterius S. Amati exuviæ ibi quiescant, ignoro, ibidemque similiter ignorari existimo.*

Refellitur Brigveti opinio de Sedunensis Amati exsilio.

C

D

20 *Vidimus gesta omnia Amati hujus, quem Sedunensem fuisse episcopum laudati auctores scribunt, aut ex Habendensis aut ex Senonensis* Amati *Vita excerpta esse: nunc ei eumdem sepulturæ locum cum Habendensi tribui videmus. Ex his omnibus, quæ huc usque diximus, conjicere pronum mihi apparet, S. Amatum, quem Sedunenses episcoporum suorum Catalogo inserunt, verè hunc esse, qui in Monte Romarici quieſcit, sed episcopatum & exsilium ei perperam attributum esse; fortè ex eo, quòd à quibusdam* S. Amatus *Senonensium episcopus putatus fuerit Sedunensem ecclesiam rexisse. Exsilium quippe asserunt, sed quo locorum fuerit relegatus, non edicunt. Credo timuisse eos, ne si locum eumdem, in quo Senonensem* Amatum *exsulâsse constabat, assignâssent, nimis apertè confusionem indicâssent. Solùm igitur Habendensis & Senonensis Vitas edimus, Sedunensis tamen pariter gesta illustraturi, si quis, confusione sublata, sanctum quemdam Amatum Sedunenses tenuisse insulas ex antiquis documentis probaverit.*

Concluditur Sedunensem Amatum ab Habendensi indistinctum esse & episcopatum ei perperam attribui.

E

21 *Ad secundam difficultatem, de qua hoc in paragrapho agendum diximus, procedimus. Ostensum est,* S. Amatum *nostrum aliquando Senonensem gubernâsse ecclesiam. Sed quo ordine, quove tempore prædictæ ecclesiæ præfuerit variant scriptores. Hoc ex Hucbaldo, biographis ceteriſque scriptoribus certum habemus, Sanctum sub Theodorico III episcopali sua sede expulsum fuisse, consilio, ut quidam aiunt, Ebroini Majoris-domus. Auctor anonymus in Sancti Vita scribit,* S. Amatum *nostrum Senonensi ecclesiæ præfuisse, cùm Theodoricus III ob gravissimam tyrannidem, quam in Francorum principes exercebat, in monasterium detrusus est, & tandem in exsilium Peronam sub Ultano abbate, ab eodem, postquam, Childerico interfecto, regnum recuperârat, missum fuisse. Hisce si insistimus, dicendum est Sanctum nostrum tempore utriusque regni Theodorici III Senonis sedisse.*

Difficultas de ordine, quo S. Amatus Senonensium episcoporum Catalogo inserendus est.

22 *Cointius ad annum Christi 669 scribit Theodoricum, mortuo Clothario, aliquot mensibus illo anno Neustriam & Burgundiam gubernâsse; sed Pagius ad eumdem annum probat, Clotharium initio anni 670 adhuc in vivis fuisse, eodemque è vita discessisse. Pagii sententiam antè tradiderat Papebrochius noster in Vita S. Rictrudis, pag. 87 lit. b. Quo posito, si biographo credendum existimamus,* S. Amatus *Senonensis episcopus erat anno 670. Ex quo manifestum est, errare Hugonem cœnobii Mariani monachum, qui in Chronico Altissiodorensi pag. 66, eum beati Lupi successorem fuisse scribit, imò & Jacobum Malbrancq, qui in Historia sua de Morinorum rebus pag. 475 refert, Senecio apud Senones exstincto, Sanctum nostrum ad episcopatum fuisse promotum. Nam neque beatum Lupum, neque Senecium circa id tempus Senonensi ecclesiæ præfuisse, luculenter ostendit Mathoudus in archiepiscoporum Senonensium Catalogo pag. 29 & 30; ubi ex Beda lib. 4 Hist. Anglorum, cap. 1, Adrianum comitem Theodori, Cantuariensis episcopi nominati, Româ in Angliam missum, à S. Emmone Senonensi episcopo anno 668 exceptum fuisse tradit. Probat ulteriùs S. Emmonem circa hoc tempus Senonenſes habuisse insulas ex privilegio libertatis & exemptionis, quod de consensu triginta episcoporum Senonensi cœnobio S. Petri Vivi in concilio Mansolaci habito anno 665 temporibus Clotharii III regis concessit. Item*

Post S. Emmonem S. Amati probabilius statuitur episcopatus.

F

ex

A *ex pari privilegio monachis S. Petri Corbeienſis circa idem tempus datо, cui S. Emmonem ſubſcripſiſſe patet ex tom.* VI *editionis Conciliorum generalium, in quo ad annum* 668 *integrum habetur. Concludo igitur cum Mabillonio ſuperiùs laudato,* S. Amatum *noſtrum poſt S. Emmonem archiepiſcoporum Senonenſium Catalogo inſerendum eſſe. legitur autem S. Emmo, quod & loco laudato oſtendit Mathoudus, vitæ ſanctitate & miraculorum famâ perſpicuus vixiſſe longævus ad annum uſque* 670, *quo ad finem vergente, & Theodorico III in Neuſtria & Burgundia regnante, Sanctus noſter ad epiſcopatum evectus eſt.*

§ III. Sanctus juſſu Theodorici III Peronæ ſub cuſtodia S. Ultani abbatis exſulat : ejus in prædicta abbatia converſatio : S. Ultano mortuo, Peronâ Broilum adducitur : miraculum, quod in itinere contigiſſe ſcribitur : acceſſus ad Hamaticum monaſterium : ibidem à Sancto geſta illuſtrantur.

Sancti exſilium ejuſque cauſa.

Regebat Senonenſem eccleſiam indefeſſo labore ſollicitus gregis ſui paſtor S. Amatus *noſter, cùm Theodorici regis juſſu epiſcopalem ſedem ſuam relinquere, & in exſilium ſecedere coactus eſt. Exſilium hoc biographus hiſce verbis deſcribit:* De monarchia igitur regni diverſis varia ſentientibus, & partibus hinc inde vacillantibus, qui mali proſperitati bonorum invidêre conſueverunt, beatus Amatus pontifex apud regem falſa accuſatione accuſatur, qui nec ad prætorium regis accerſitus, nec à rege ſuper hoc negotio evocatus aut interrogatus, malignantium perſuaſioni rege Theodorico voluntariè aſſentiente, ſine audientia aliqua exulare juſſus eſt, qui oves ſibi creditas S. Trinitati commendans, de perſecutione gaudebat, non ignorans, quia non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Relicto itaque gregi condolens, juſſu tyranni honore privatus, ſed innocentiæ ſimplicitate veſtitus, Peronam, quæ eſt regium Caſtrum in finibus Vermandorum, uſque perductus, ſub honorifico abbate Ultano cuſtodiæ mancipatur. *Breviùs, exſiliique adjectâ cauſâ, rem enarrat Hucbaldus in Vita S. Rictrudis Marcianenſis abbatiſſæ:* Beatus vir Amatus, *inquit,* electus & ſublimatus ad epiſcopatum urbis Sidunenſium (*Senonenſium*) eo tempore, quo Theodoricus rex iniquam exercebat tyrannidem, inſimulatus falſò quaſi de infidelitate apud ipſum, in Perona monaſterio ſito in oppido Virmanduorum, cui ſanctus præerat abbas Ultanus, ſubire juſſus eſt exilium.

Refellitur Sauſſayus.

24 *Hucbaldum quoad exſilii cauſam, ſequuntur neoterici ferè omnes; niſi quòd plerique, Sanctum, perfidarum in regiam majeſtatem machinationum ab Ebroino Theodorici Majorè-domus in-* AUCTORE J. T. *ſimulatum fuiſſe adjiciant. Sauſſayus tamen ad* XII *Septembris diem in Martyrol. Gall. Theodorici non meminit; ſed totum Ebroino ſævienti attribuit. Cùm enim Sanctus noſter proceres, præſuleſque occiſos ei intrepidè exprobraſſet, atque iræ divinæ, niſi efferatæ menti modum poneret, fulmina interminare non ceſsâſſet, ſic in ejus odium incurriſſe ſcribit, ut parùm abfuerit, quin nece cruenta à furente mactaretur. Tandem ab Ebroini ſatellitibus interceptum ait, & in municipio Viromanduenſi, cui Perona nomen, ſub cuſtodia militari detentum fuiſſe, donec abbati Ultano commiſſus in cœnobii conſtrictus angulo aliquandiu perſtitit. Quo auctore hæc habeat Sauſſayus, neſcio. Certè hæc omnia Hucbaldo fuerunt ignota, neſcivit iſta anonymus Vitæ S. Euſebiæ ſcriptor, ignoraverunt Sancti noſtri biographi, quibus poſteriora verba apertè adverſantur: non enim à S. Ultano in cœnobii angulo conſtrictum fuiſſe ſcribunt, ſed (verba ſunt ex Ms. Atrebatenſi S. Mariæ deſumpta)* in ſubſidio alimoniæ, & in verbis gratiæ à beato abbate Ultano multiplici reficiebatur conſolatione. *Neque admodùm veriſimile appareat, Ultanum virum ſanctitate celebrem, cui Theodorici & Ebroini ſævitia non minùs nota eſſe poterat, quàm* S. Amati *eximiæ virtutes, tam durè cum ſancto Viro egiſſe, ut eum in quodam cœnobii ſui angulo concluſum voluerit; præſertim cùm nullibi legamus id ipſi à Theodorico fuiſſe mandatum. Unde hæc à Sauſſayo pro more & beneplacito ſuo explicandæ rei cauſa ſcripta fuiſſe arbitror.*

Tempus, quo Sanctus in exſilium miſſus eſt, incertum;

25 *Præcedenti numero dictum eſt, juxta plerosque neotericos* S. Amati *exſilium, inſtigante Ebroino, juſſu Theodorici regis contigiſſe. Ita habent, Hugo monachus in Chronico Altiſſiodorenſi, Jacobus Malbrancq in Hiſtoria de Morinis, Marchantius lib.* I. *Flandriæ deſcriptæ in Mergemo, Sanderus tom.* 2. *Flandriæ illuſtratæ in Mauronti Villa, aliique plurimi. Nulla tamen ſit Ebroini mentio apud Hucbaldum, nulla apud anonymos Vitæ Sancti ſcriptores; de Ebroino ſilet etiam Baldericus in Chronico Cameracenſi. Illud Cointium impulit, ut* S. Amati *exſilium ſub initium anni poſt Chriſtum natum* 674 *collocaret, quo tempore Ebroinus in Theodorici Regis amicitia nondum erat. Putat opinionem ſuam non parùm confirmari ex ejuſdem exſilii diuturnitate:* Nam, *inquit, ad annum* 690 *num.* 15, ſi Theodoricus, ut Ebroino acquieſceret, illud imperavit anno Chriſti 679, cur Amatus, ſublato è vivis Ebroino, exulare non ceſſavit? *Sed in nullo legi, exſilium à Theodorico rege fuiſſe* S. Amato *imperatum, ut Ebroino acquieſceret. Scribunt quidem auctores laudati, id factum fuiſſe, Ebroino* inſtigante, conſilio *ejus; aut etiam falſa quadam ejus in regem perfidia accuſatione. at meo judicio aliud eſt facere aliquid, ut alteri acquieſcatur, aliud verò ejus inſtigatione conſiliove facere: quod enim poſteriori modo fit, ita fieri poteſt, ut etiam ab illo non invito fiat, ſed quod, ut alteri acquieſcatur, ſolùm peragitur, id ordinariè ita fieri dicitur, ut non fieret, ſi alter ſine facto hoc acquieſcere vellet. Neque etiam video, quomodo eâ re Cointius impelli potuerit, ut* S. Amatum *exſulem faceret, antequam Ebroinus Theodorico amicus deveniſſet. Quid ni enim potuiſſet, Ebroino jam Theodorico reconciliato, pelli Sanctus à rege, non conſulente aut inſtigante Ebroino? Sanè non facilè perſuadebit Cointius, nihil unquam abſque Ebroini conſilio à Theodorico fuiſſe actum; poſtquam hic in ejus arbi-*

AUCTORE J. T.

amicitia erat. Fateor tamen mihi planè incertum videri, an Sanctus noster à Theodorico relegatus fuerit Ebroini consilio aut ab eo perfidiæ cujusdam insimulatus apud regem, tam propter laudatorum auctorum ea de re silentium, quàm propter incertitudinem temporis, quo episcopali sua sede ejectus est.

probabilius tamen inter annum 673 & 679 figendum est. Incertum etiam est,

26 *Cointius levi tamen, ut vidimus, fundamento nixus initium anni 674 determinat. Aliis placet annus 679. Papebrochius in Vita S. Rictrudis loco superiùs laudato asserit tradi,* S. Amatum *à Theodorico anno 678 in exsilium fuisse missum. Si certum foret, quo anno Theodoricus regnum recuperavit; saltem cum quadam latitudine* S. Amati *annus exsilii intelligi posset; cùm ex biographo ejus habeamus eum, post recuperatum à Theodorico regnum, exsulem esse factum, & ex Landeberto Senonensium episcopo (al. Landeberchto & Lamberto) eum anno regni ejus* V *Senonis non amplius sedisse: hic enim anno* V *regni Theodorici apud Mathoudum laudatum pag.* 31 *legitur Marlacum convenisse jussu ipsius cum aliis episcopis & proceribus pro ecclesiæ statu vel confirmatione pacis sancitæ post prælium inter Theodoricum & Dagobertum pro finibus regni discernendis, eidemque subscripsisse. Quod tamen cum certò ante annum 680, quo Dagobertus suorum manibus exstinctus esse traditur, contigerit; perspicuum est ante prædictum annum* S. Amatum *exsulem fuisse; sed quo determinato anno non liquet. Si cum Cointio & Pagio Theodoricum regno restitutum fuisse anno salutis 673 volueris, dicendum erit Sanctum nostrum ante annum 678 exsulâsse; sed Mathoudo adversaberis, qui in vetustioribus suis Membranis observat, eum per quinque dumtaxat annos Senonis pacificè sedisse: ostendimus enim ex anonymo Vitæ scriptore,* S. Amatum *Senonensem ecclesiam gubernâsse tempore primi regni Theodorici, quod probabiliùs anno 670 affigi jam dictum est. Unde rectiùs exsilii annum incertum relinquendum judico, ita tamen ut à vero aberrare non possit, qui illud annum inter 673, & 679 contigisse asseruerit.*

B

quamdiu Sanctus Peronæ exsulaverit.

27 *Non minùs incertum reliquerunt nobis biographi, quamdiu Sanctus noster Peronæ sub S. Ultani custodia exsul permanserit. Scribunt quidem quòd ibidem* non parvo temporis spatio *fuerit, imò usque ad B. Ultani mortem permanserit. At quot annos non parvum hoc temporis spatium complectatur, sicut conjici nequit, ita non indicant. De anno, quo ad immortalem vitam transiit S. Ultanus, & quo proinde exsilii locum* S. Amatus *noster mutare coactus est, non consentiunt etiam scriptores. Henschenius noster in Vita ejus* XII *Maii illustrata, annum emortualem* 680 *designat. Joannes Buzelinus, teste Cointio, S. Ultanum* anno circitèr 679 *defunctum opinatur. Citiùs adhuc mortuum oportet in opinione Jacobi Malbrancq; nam in Chronologia sua tom.* 1 *de Morinis* S. Amatum *anno Christi* 678 *Broilensis conobii abbatem factum fuisse tradit. Cointius ad annum Christi* 686 *amplectitur sententiam Lucæ Dacherii, qui, ut ibidem habet in Notis ad Opera Guiberti abbatis beatæ Mariæ de Novigento, chronologicum abbatum monasterii sancti Quintini de Monte Summarium à domino Stephano le Gris è vetustis ejusdem cœnobii chartis ac ruderibus erutum publicavit, in quo felix S. Ultani transitus consignatur anno Christi* 686.

C

28 *Quænam istorum auctorum opinio ad veritatem propiùs accedat, dici nequit. Illud esse cavendum ex dictis apparet, ne annus S. Ultani emortualis anticipetur adeò ut non aliquot saltem anni relinquantur, quibus* S. Amatus *cum eo Peronæ degere potuerit, aut vita ipsius ita prolongetur, ut tempus desit, quo* S. Amatus *gesserit ea, quæ ab eo gesta, cùm in Hammatico, tùm in Broilensi cœnobio, biographi tradunt. Propter hanc ultimam rationem minùs mihi placet Cointii sententia, S. Ultani mortem anno* 686 *affigentis; constat enim ex argenteo libro ecclesiæ collegiatæ* S. Amati *Duaci, ubi corpus ejus asservatur,* S. Amatum *è vivis excessisse anno* 690: *unde consequitur in Cointii sententia Sanctum nostrum non nisi annos* 4 *S. Ultano supervixisse, quod tempus brevius videri potest, ut cetera ejus gesta explicentur. Malo igitur S. Ultani mortem aliquot annis citiùs figere, ita tamen ut post annum* 680 *accidisse existimem. Porrò paucis complectitur biographus, quæ Peronæ sub S. Ultani custodia gessit* S. Amatus; *nec mirum, cùm vitam privatam ducens, totum sese haud dubiè Deo dederit. Præcipuè verò Sanctum occupatum asserit fuisse in sacrarum Scripturarum lectionibus, ex quibus non modicum consolutionis fructum referebat.*

D

Dependet res a tempore emortuali S. Ultani.

E

Traditur S. Amatus custodiæ S. Mauronti.

29 *S. Ultano mortuo, nondum Theodorici regis in* S. Amatum *offensus animus quiescebat; nam sancti abbatis morte intellectâ, verba biographi sunt,* S. Mauruntus à rege evocatur, & ei B. Amatus, qui Peronæ exul habebatur, custodiæ mancipandus traditur, qui coactus imperatoris edicti mandato, Peronam veniens, assumpto episcopo, ad propria repedare festinabat. *Biographo consentit Hucbaldus in laudata sæpius S. Rictrudis Vita:* Mortuo Ultano, *inquit,* traditus est Amatus Mauronto abbati, ut is eum in custodia asservaret in Broylo monasterio, quod ipse nuper admodum construxerat in Lætiæ territorio. *Hic lector obiter nota, S. Maurontum, dum* S. Amatum *custodiendum suscepit, non secularem, ut aliquibus placet, fuisse, sed jam tum Broilensis monasterii sui abbatem exstitisse, quod ulteriùs confirmatur ex eo, quòd à S. Amando, cujus mors passim creditur incidisse in annum* 679, *ecclesiastico more, decisâ capitis sui comâ, clericus ordinatus fuerit. Sed ad* S. Amatum *redeamus.*

Ingenti prodigio sanctitatem Amati patefacit Deus

F

30 *S. Maurontus Theodorici mandato obsecutus, Sanctum ad monasterium suum deducit, sed in via Deum Servi sui sanctitatem insigni prodigio declarâsse narrat biographus; nam cùm Cameracum devenissent, Sanctusque ecclesiam B. Mariæ orandi causâ ingressus fuisset, solis radio pro servo usus fuisse, in eo cappam suam deponens, legitur. Miraculum hoc Baldericus in Chronico Cameracensi lib.* 1, *cap.* 22 *hisce verbis recenset:* Radio solis, qui per foramen parietis infulgebat, pro servo usus est. Quoniam fatigatus itinere, materiale onus, ut spirituale leviùs assumeret, deponens cappam suam atque manicas suas, radio solis tamquam ibi protensæ ferulæ ignoranter injecit. Quæ sol ipse suscipiens, dum orationi prostratus incumberet, famulando sustinuit. *Hoc miraculo attonitum Maurontum Exsulis sui sanctitatem agnoscere, eumque, quo par erat, loco habêre cœpisse subjungit biographus & Baldericus laudatus nam cùm vestigia ejus subsequens ecclesiam intro isset, Sanctique exuvias de sole pendêre deprehendisset, in genua prostratus, si quid in eum peccâsset, dimitti postulavit.*

31 *Resumptis viribus, iter etiam resumunt SS. Maurontus &* Amatus, *& tandem Hamaticum per-*

Hamaticum perveniunt SS. Amatus & Mauron-tus, ubi aliquamdiu commoran-tur.

A *perveniunt, quo in loco; si Vitæ ex Ms. Atrebatensi S. Mariæ excerptæ insistendum*, diutissimè *commorati sunt. Si verò anonymo in Ms. membranaceo Marchianensi*: Aliquantulum Hamatico manserunt in cœnobio. *Hoc ultimum tamen rectiùs scriptum arbitror: verisimile enim mihi non videtur, S. Maurontum longo temporis spatio ibidem cum* S. Amato *commorari fuisse ausum, cùm, teste Hucbaldo, ei à rege imperatum esset, ut sanctum* Amatum *in Broylensi suo monasterio custodiendum abduceret.*

Errores commissi in Vita Sancti ex Ms. Atrebatensi,

32 *Nævis etiam non carent, quæ in eodem Ms. Atrebatensi subjuncta leguntur; cùm rectæ chronologiæ adversentur.* Beatus, *inquit*, Maurontus, hujus sancti consortis Amati episcopi & actuum exemplo & sacræ eruditionis constantiâ roboratus, matri suæ Rictrudi, ad majorem salutis suæ cumulum, ut se suaque Domino consecrarent, instantissime persuadebat, quæ, licèt filii devotionem, castigato sermone, videretur impedire, tamen de tanto interiùs gaudebat filii sui profectu, utpote quæ hujusmodi desiderio jam dudum accensa inardescebat. In pago igitur Menapensi, in fundo suo, qui Broilus dicitur, ec-

B clesiam, plurima ibidem possessionis suæ prædia conferentes, construxerunt. *Si enim verum est, quod auctor anonymus hic tradit, S. Maurontò cum* S. Amato *ad Hammaticum accedente monasterium, nondum seculo valedixerat, seque Deo consecrârat S. Rictrudis, nondum construxerat S. Maurontus monasterium suum Broilense; quod utrumque Hucbaldo in S. Rictrudis Vita repugnat, in qua scribit, S. Rictrudem prudenti S. Amandi, qui anno post Christum natum 679 obiit, consilio, nuptias secundas à Theodorico rege propositas respuisse, & coram eo sacro velo capiti impositio, curisque secularibus depositis, Marchianensi se cœnobio inclusisse; Maurontò verò à rege fuisse imperatum, ut* S. Amatum *Peronâ abduceret, Broilensi suo monasterio jam recens constructo includendum. Debuit igitur, cùm* S. Amatus *ad S. Rictrudem accessit, jam tum illa se suaque Domino consecrâsse, & Broilense cœnobium constructum fuisse, ad quod faciendum verbis allegatis matrem suam S. Maurontus adhortatur.*

Plures alii in Vita S. Rictrudis & S. Amati ex Duacensi & Marchianensi codice ostenduntur,

C 33 *Chronologiæ justæ amplius refragantur ea, quæ de Sancto nostro Hucbaldus aut ejus interpolator in Vita S. Rictrudis; auctores anonymi in Ms. Duacensis ecclesiæ collegiatæ ipsius* S. Amati, *& Marchianensi habent. In Marchianensi leguntur sequentia*: Hæc duo vicina sibi (*cœnobia Marchianense & Hamaticum*) & commoda, sub una lege & societate degebant amica, ita ut quamvis loco sejuncta, omnium tamen parerent vota commixta cum simplici sacræ vitæ concordia. In uno sancta S. Adalbaldi Gertrudis avia, cum sua pronepte & virgine Eusebia; in altero simili florebant studio Jonatus inclyti pontificis Amandi discipulus, Rictrudis cum natabus duabus, in utroque etiam grex plurimus celsis illustris virtutibus. Tantis confessor Amatus copulatus catervis, placebat nimiùm illis, velut aureis gemma fabricis. *Hisce alia addit Ms. Duacense*: Interea Christi famula Gertrudis sanctæ senectutis suæ plenitudinem dierum cumulans operibus, migravit à seculo & à beato pontifice Amato cum magna veneratione ibidem sepulta est. Proneptis autem ejus Eusebia, soror B. Maurontî, ab ipsa Gertrude in eodem monasterio sacris moribus educata, bonæ indolis puella erat: quæ cùm teneræ esset ætatis, utpote duodennis, mediante B. Amati prædicatione, virginitatem suam Christo consecravit, & ii locum præfectionis proaviæ suæ successit. Hæc quotidie ad prædicationem sancti Præsulis pergens, & verba salutis ab eo retinens, sic vixit in terris, ut æternum sibi habitaculum præpararet in cælis. Priusquam verò in hujus præpositurâ officio duo, ut fertur, annorum circuitus peregisset, septimo decimo Kalendas Aprilis, sacris plena virtutibus assumpta est à Christo. Sacrum verò corpus sacer præsul Amatus in supra-dicto B. Petri apostoli sepelivit monasterio; in quo venerabilis proavia ejus Gertrudis sepulta fuerat ab ipso. *Vix non eadem cum magna rerum temporumque confusione leguntur in S. Rictrudis Vitâ, si rerum enarratarum ordinem & seriem spectes; in hac tamen præterea scribitur, S. Eusebiam* cum sanctissimo episcopo nomine & religiosa conversatione Amato illic (*in monasterio Marchianensi*) sub cura Mauronti sancti abbatis ad tempus exulante, *dum capere quietem putabatur*, relictis ante stratum sandaliis, silentio intempestæ noctis *ad Hammaticum perrexisse monasterium, ut ibidem divino officio interesset.*

AUCTORE J. T.

ex tempore quo exsilii locum mutavit S. Amatus: Forte ad S. Amandum pertinent.

34 *Hæc omnia justæ adversari Chronologiæ docet abunde tempus, quo* S. Amatus *noster Peronâ cum S. Mauronto in Broilensi monasterio exsulaturus discessit. Id enim ex hactenus dictis non nisi circa annum* 680 *cum aliqua latitudine sumptum fieri potuisse certum est; quo SS. Gertrudis & Eusebia jam ad Christum migrârant; quemadmodum liquet ex earum gestis illustratis. Rectè Henschenius noster in Vita S. Eusebiæ observat, horum pleraque, quæ ex laudatis anonymis aepromptsimus, à S. Amando, qui tum Elnone, ab eo jam Amandopoli dicto, potissimùm residebat, peperam ad* S. Amatum *translata fuisse. Videri potest num.* 4 *in Commentario prævio ad laudatam S. Eusebiæ Vitam* XVI *Martii datam, in quo hanc suam opinionem confirmat. Papebrochius in Vita S. Rictrudis ad* XII *Maji pag.* 89 *lit. B notat à se à textu secluſa illa, quæ mox ab Hucbaldo in ejusdem Sanctæ Vitâ scripta retulimus*: Nam, *inquit*, cùm fortè legeretur cum fidis amatisque sociis, hìc (*S. Amatus*) assumptus est, qui diu post Eusebiæ obitum factus episcopus & tandem sub Theodorico relegatus est, primò ad S. Ultanum, dein ad S. Maurontum. *Non displicet mihi Papebrochii conjectura; facilè enim potuit scriolus quidam, aut interpolator S. Rictrudis Vitam describens pro* cum fidis amatisque sociis *S.* Amatum *assumere & cetera de suo adjicere sanctitatem* Amati *declarandi causâ. Confirmor in ea opinione ex eo, quod parum verisimile videatur Hucbaldum tam turpiter in hoc puncto errâsse. Quidquid sit, certè rectiùs legitur in codice Ms. ecclesiæ cathedralis Atrebatensis, in quo S. Mauronti cum matre suâ S. Rictrude colloquium quidem indicatur, sed nulla mentio fit SS. Gertrudis proaviæ aut Eusebiæ.*

Broilensis cœnobii præfectura S. Amato tradita

35 *Peracto igitur aliquo temporis spatio, quod diuturnum probabiliùs non fuisse dictum est cum S. Rictrude*, SS. Amatus *& Maurontus de itinere suo in Broilum prosequendo cogitare cœperunt. Recens constructo cœnobio præerat fundator & abbas Maurontus; sed perspectis* S. Amati *virtutibus, ratum erat Mauronto cœnobii sui præfecturam humeris ejus imponere, quam illè, teste biographo, ad S. Rictrudis preces vix non invitus susceptit. Mulbrancus lib.* 4 *de Morinis cap.* 17 *exhibet contractum donationis, quem* SS. Amatus *& Maurontus inierunt verbis sibi à quodam Mervillano curione ex antiquis pitturis, id temporis etiamnum in oppido residuis, transmissis. Sic le-*

quitur

AUCTORE J. T

quitur *S. Maurontus*: In quo confido, Præsul, mea neque tibi do. *Reponit* S. Amatus: Accipio gratè, quæ mihi das tua te. *Picturarum illarum antiquitatem ignoro; sed verba illa non Sanctorum fuisse, sed ab ipso pictore, aut alio quodam, ut S. Maurontum præfecturam Broilensis cœnobii abdicantem à se, sanctumque* Amatum *illam acceptantem exprimerent, indubitatum mihi est.*

Cointii super hac re conjectura

36 *Mirum videri potest exsulem jussu regis, qualis erat Sanctus noster, in ipso exsilii loco abbatem fieri spontanea cessione illius, cujus custodiæ traditus erat. Quis enim, inquit Cointius ad annum Christi 686 num. 49, sibi persuadeat adeò regis imperium fuisse contemptum? Quare rem non inscio rege, sed eo consentiente peractam fuisse existimat. Loco laudato ita loquitur:* Totum negotium hoc ordine peractum arbitramur: Maurontus de virtutibus, quæ splendescebant in Amato, deque miraculis, quæ Deus per eum operabatur, Theodoricum regem per nuntios certiorem fecit, & ut episcopus tam insignis, cujus innocentiam tot prodigia declarârant, amicitiæ regiæ pristinæque libertati restitueretur, abbasque præficeretur congregationi Broilensi, flagrantissimè

B postulavit. Petitionibus rex annuit, auditâ rerum adeò mirabilium enarratione. *Et infra:* Ejus autem innocentiâ tot signis comprobatâ, rex odium facilè deposuit, & ut abbas apud Broilum is esset, quem maledicorum hominum fraude calumniâque deceptus è cathedra Senonensi dejecerat, annuit lubentissimè.

refellitur. Ejus obitus.

37 *Legitur quidem apud biographos, Theodoricum regem post Sancti obitum miraculorum multitudine permotum, pœnitentiâque ductum ad sepulcrum ejus venisse, delictique veniam suppliciter rogâsse; at odium à rege ante Sancti mortem aliquando fuisse depositum, eique viventi reconciliatum, nusquam reperio. Imò hæc ipsa pœnitentia à Theodorico post Sancti mortem facta, Cointii opinionem meo judicio parùm verisimilem reddit. Ut quid enim festinus adeò miraculorum famâ impulsus ad sepulcrum Sancti venisset pœnitendi causâ, si jam antè ex miraculorum multitudine ipsi de ejus innocentia & sanctitate constitisset, & cum eo reconciliatus abbatem esse lubentissimè annuisset. Malo itaque credere Theodoricum* S. Amati *Broilen-*

C *sis cœnobii præfecturam, si hanc umquam gesserit, ignorâsse, aut si rescierit, parùm curâsse, in id solum intentum, ne qua contra se ab eo fraus cuderetur. Dico, si hanc umquam gesserit; nam de ea silet Hucbaldus in S. Rictrudis Vita, qui tamen Sanctum à S. Mauronto in Broilum perductum fuisse tradit, conjunctionemque inter utrumque Sanctum mirè extollit. Certius est, quod & Hucbaldus, & biographi omnes tradunt, Sanctum nostrum in Broilensi monasterio reliquis omnibus sanctitatis veræ exemplum præluxisse, donec anno salutis 690 hanc miseram cum feliciore & æterna vita commutârit, ut eruimus ex codice argenteo Ms. ecclesiæ Duacensis ejusdem* S. Amati. *Vitam subjicio ex Ms. ecclesiæ Atrebatensis S. Mariæ, quam suis illustro annotationibus.*

D

VITA

Auctore anonymo

Ex Ms. Atrebatensi S. Mariæ.

A puerilia S. Amatus una cum scientia virtutem colit. Clericorum ordines suscipit.

SAcer præsul Amatus Christianis & justis parentibus exortus, litterarum studiis traditus, in ipsis pueritiæ initiis suos coætaneos scientiâ præcellebat, quam, quia præ cunctis desiderabilibus adoptavit, datus est ei sensus, invocavit & venit in eum spiritus sapientiæ; sed quoniam initium sapientiæ timor Domini, mandatis Domini insistendo, factus est in Dei legis observatione meditator assiduus. Mandatorum itaque Domini non surdus auditor, in hæreditate Dominicæ sortis partem habere satagens, præaccepta benedictione, comâ & carnalium desideriorum superfluitate depositâ, affectavit clericus institui & esse. Sui compos desiderii ita strenuus in Dei officio assumpto inveniebatur, ut vix inveniretur similis illi, qui conservaret legem Excelsi: nam scientiâ ornatus, morum honestate perspicuus, velut fulgurantis solis radius præ multitudine opum justitiæ in ecclesia Dei radiabat, seque exemplum vitæ laudabilis omnibus devotus Amatus exhibebat.

E

Dein, sufficeptis majoribus ordinibus, Senonensis episcopus eligitur, & gregi suo assiduè invigilat.

2 O Virum Deo dignum, & in sorte clericali beatum Domini Servum! qui cùm custodiret vias Domini, ad sacros ordines promotus, ascendebat in singulis ordinibus de virtute in virtutem, ut videret Deum deorum in Sion. Unde Domino nostro non sustinente tantam lucernam sub modio latêre, sed ut posita supra candelabrum in domo Domini luceret, de medio sublato Senonensium archiepiscopo *a*, evocatis ad pastorem ibidem eligendum vicinarum urbium episcopis, B. Amatus eligitur, & licèt invitus, acclamante clero & populo, in episcopum sublimatur *b*, qui, acceptâ ligandi atque solvendi cum B. Petro apostolo potestate, divinâ Spiritus sancti illustrante gratiâ, populum sibi creditum assidua prædicatione instruens, benedictione confirmans, oves Domini diabolica incursione lacerari non permittebat, sed piis reficiens doctrinæ pabulis curâ pervigilii debitas in ovili Dominico agebat vigilias.

a

b

F

Munificus in egenos, sibi parcus, dæmones abigit.

3 Pontificis quoque nomen & ministerium non ignorans, in omnibus morum & bonorum operum seipsum cunctis laudabile præbuit exemplum; nam in lege & justitia Dei edoctus, parcus sibi, egenis largus, in verbo serenus, corpore castus, vigiliis & orationibus deditus, fidelis servus & prudens, de familia sibi credita optatam reportans spem, divinam sibi sentiebat adesse virtutem: nam dæmonibus infestus, immundos spiritus ab obsessis corporibus Dei virtute armatus, facto signo crucis, arcebat; sed & angelorum frequenti usus colloquio, eorum multiplici instruebatur ministerio.

jussu Theodorici III falsò accusatus, & inauditus pellitur in exsilium,

c d e f

4 Eo tempore Theodoricus Ludovici *c*, qui à Dagoberto *d* originem traxerat, gravem in primos Francorum exercebat tyrannidem *e*, qui graviter ab eis persecutus, & tandem captus, conferatus in monasterium *f* mittitur, cui frater ipsius

A sius in regnum succedit Childericus *g*; sed eodem à Francis ob detestabilem actuum ipsius insolentiam interfecto *h*, dudum fratre suo Clothario in juventute sua mortuo *i*, regalem, quam nuper amiserat, Theodoricus *k* recuperavit dignitatem. De monarchia igitur regni diversis varia sentientibus & partibus hinc inde vacillantibus, qui mali prosperitati bonorum invidere consueverunt, B. Amatus pontifex apud regem falsa accusatione *l* accusatur, qui nec ad prætorium regium accersitus, nec à rege super hoc negotio evocatus aut interrogatus, malignantium persuasioni, rege Theodorico voluntariè assentiente, sine audientia aliqua exulare jussus est, qui oves sibi creditas S. Trinitati commendans de persecutione gaudebat, non ignorans, quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

g
h
i
k

5 Relicto itaque gregi condolens jussu tyranni honore privatus, sed innocentiæ simplicitate vestitus, Peronam, quæ est regium Vermandorum Castrum *m*, usque perductus, sub honorifico abbate Ultano *n* custodiæ mancipatur, ubi sacer præsul Amatus verâ philosophiâ armatus à sacrarum Scripturarum lectionibus reportabat consolationis fomentum, legens & advertens illud Apostoli dicentis: Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis; noverat enim per multas tribulationes intrandum esse in regnum cœlorum; & quoniam non derelinquit Dominus sperantes in se, beatus vir Amatus & in subsidio alimoniæ & in verbis gratiæ à B. abbate Ultano multiplici reficiebatur consolatione. Exulavit itaque Peronæ non parvo tempore *o* sub dicto abbate & Dei servo B. Amatus; donec, depositio carnis onere dignè laudandus abbas, quam per virtutum opera meruerat, diu desideratam à Domino in cœlis recepit coronam.

& Peronam abductus custodiæ S. Ultani committitur, ubi SS. Scripturarum lectionibus tempus impendit;

m
n

B

6 Diebus illis beatus Maurontus *p* nobilissimi viri & Francigenæ Adalbaldi *q* & Rictrudis *r* filius, qui gloriosus & præclarus in curia regis habebatur *s*, matre sua post obitum sui viri commorante cum tribus filiabus suis *t* & aliquanto grege monialium in cœnobio Marcianas *u*, quod à S. Amando *x* ei concessum fuerat, ab eodem episcopo clericus & abbas ordinatus, & ad gradum diaconii sublimatus, in fundo suo, qui Broilus *y* dicitur, in honorem B. Petri principis Apostolorum, delegatâ hæreditate, ibidem deservientibus monasterium construxit. Ultano igitur abbate viam universæ carnis ingresso, S. Maurontus à rege Theodorico evocatur, & ei B. Amatus, qui Peronæ exul habebatur, custodiæ mancipandus traditur, qui coactus imperatoris edicti mandato, Peronam veniens, assumpto Episcopo, ad propria repedare festinabat.

Sed, mortuo S. Ultano, traditur S. Mauronto in Broilensi suo monasterio custodiendus.

p
q
r
s
t
u
x
y

C

7 Aliquanto extenso itinere, gratiâ pernoctandi ad Cameracensem *z* diverterunt urbem, ubi, sarcinis depositis, ille beatus exul Amatus ad B. Dei Genitricis Mariæ solus subintravit ecclesiam, pro se suisque futurus orationem. Quam ingressus, à collo suo, quâ premebatur, cappam & utramque manicam sacris manibus deponens, in infusum solis radium appendit velut nescius. Volens igitur Dominus magnificare Sanctum suum, ad ejusdem ædis oratorium educit Maurontum, visoque illo cœlestis dispensationis admirabili signo, de tanto admodum stupidus miraculo, illicò ad pedes sancti viri Amati ad terram procidit, & ejulans & votis omnibus veniam poscens, aiebat: Vir beatissime & Deo diligende, ne me muneris* quòd te ad custodiendum suscepi, & si quid peccavi nescius, misericorditer indulge: ex

Ad solis radium, oraturus in ecclesia SS. Virginis Cameraci cappam & manicas appendit,

z

* *al.* ne imputes in peccatum

hoc enim tempore, non tibi dux vel custos, sed tuæ paternitatis servus paratus sum modis omnibus obedire. Ductoris itaque sui B. Amatus, humili intellectâ devotione, quàm citiùs ipsum à terra erigens, sicut erat omni benignitate plenus, mellifluâ persequitur responsione, inquiens: Frater mi, ne videatur tibi molestum aut triste, quod tecum mihi contigit devenire, quia paratus sum, quocumque Dominus jusserit, & in carcerem & in mortem ire, & in loco, ubi præordinatum est ab ipso, ibi grâtanter permanere. Indultâ itaque veniâ, in signum veri amoris & fraternæ charitatis in osculo pacis sese receperunt. A. ANONYMO.

8 Prædicto igitur miraculo ad notitiam aliorum accedente, mira de tanto comite viatoribus accrevit gaudii exultatio, & jam devota cordis exhilaratio, ut singuli conclamarent: Gloriabuntur, ut inquit Psalmista, omnes in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Omnes itaque pari & pia devotione ad eum accedentes, se ipsius precibus commendant, credentes ejus interventu multipliciter posse adjuvari: nec non in Sancto Dei minimè defuit in ipso itinere gratia spiritualis, quia in ejus verbis & actibus, ita divinæ copia dulcedinis abundavit, ut ductorem suum & itineris comitem B. Maurontum ad contemptum rerum secularium magis & magis animaret, & alios ad amorem cœlestis patriæ ampliùs accenderet. Itaque mutui colloquii suavitate laborem itineris minuentes, tandem Hamaticum *aa* deveniunt, quo in loco diutissimè commorantes *bb* non minimum Deo fructum reddederunt.

quo miraculo permoti Maurontus ejusque comites Sanctum venerari incipiunt.

E

aa
bb

9 Beatus itaque Maurontus hujus sancti consortis Amati episcopi & actuum exemplo & sacræ eruditionis constantiâ roboratus, matri suæ Rictrudi ad majorem salutis suæ cumulum, ut se suaque Domino consecrarent, instantissimè persuadebat, quæ, licèt filii sui devotionem castigato sermone videretur impedire, tamen de tanto interiùs gaudebat filii sui profectu, utpote quæ hujusmodi desiderio jam dudum accensa inardescebat. In pago igitur Menapensi *cc* in fundo suo, qui Broilus dicitur, ecclesiam, pluriima ibidem suæ possessionis prædia conferentes, construxerunt, quam ad possessionem ipsorum B. Amatus in honorem beatissimi Petri principis Apostolorum devotissimè consecravit. Cunctis itaque dispositis & ordinatis, quæ necessaria fuerant, visum est B. levitæ Mauronto & sacræ matri suæ Rictrudi, quatenus B. Amatum præsulem eidem ecclesiæ, quam Domino dedicaverat *dd*, rectorem & præcursorem præficerent *ee*, qui instantiæ petitionum amborum faciliùs acquievit, quia locum ipsum vitæ, quam desideraverat, aptissimum esse audierat; optaverat enim antea seorsùm à turba fieri, seseque à tumultuantis mundi negotiis absolutum servitio Dei arctiùs mancipari.

Hammaticum perveniunt, ubi S. Amatus ad SS. Rictrudis & Mauronti preces Broilensis cœnobii præfecturam suscipit:

F

dd
ee

10 Relicto itaque Hamatico monasterio, sacræ multitudini ibidem Deo deservientium benedictione datâ, Broilum usque perducitur & rei gubernandæ, quam ad multam instantiam S. Rictrudis & filii sui susceperat, licèt invitus præficitur, cui B. Maurontus tanto humilitatis studio subjicitur, ut minimè se fundatorem loci, sed serviendi dejectione servum Sancto Dei se exhiberet, non surdus auditor, quia, qui se humiliat, exaltabitur. Manens itaque ibidem cum digno Dei levita venerabilis sacerdos Amatus hortum Dei diligentis prædicationis culturâ excolebat, multitudinem gentium undique ibi confluentium mellifluis sermonibus ad virtutum incrementa provocans, & vitio-

quo perductus suos ad virtutem excitat, & ad sterilem vitam ducens.

A. ANONYMO.

rum lolium caſtæ reprehenſionis raſtro multipliciter eradicans. Qui cùm tamen ex propoſito ibidem habitandi haberet ſolitariè vivere, ſolique Deo ſolitò ſecretiùs vacare, non eſt auſus talentum ſibi commiſſum abſcondere, ne de commiſſo ſibi talento à Domino mereretur reprehendi. Unde populis ibidem convenientibus divini ſermonis pabula denegare metuebat; non enim poterat urbs ſupra montem poſita abſcondi, nec lucerna ſupra candelabrum aptata non lucere; ſed tamen ne aliquando vigiliis, orationibus, jejuniis frequentiùs fatigaretur, & maximâ ferri maſsâ pectori appenſâ arctiùs coarctaretur, cellulam fabricari juxta eccleſiam conſtituit. Ibi diebus & noctibus contemplationi inſiſtens & pœnis temporalibus ſe macerans, Dominicis diebus egrediens gregi ſibi commiſſo & multitudini advenientium, verbum prædicationis miniſtrabat.

inter pſallentium voces piè moritur. *ff*

11 Peracto ita tyrocinii *ff* ſui termino, Rex regum ditiſſimus de triumpho diſponens, egregium Militem ſuum ad præmia regni vocare dignatur, quem cùm beatiſſimus Maurontus, ingraveſcente ægritudine, ad exitum properare cognoſceret, ſuæque deſolationis & populi, quem in fide B. Amatus ſolidaverat, & morte tanti Præſulis ſpem omnem abjectam conſpiciens, totus in lacrymis profluens, totus dolore cordis & ſuſpiriis attritus, aiebat: Quis plebem tuam in fide ſolidabit, quis ſeminarium æterni pabuli & ſanctæ prædicationis vobis ampliùs miniſtrabit? Timeo gregi tuo, quem, ſanctiſſime Pater, deſeris. Ad hæc pater Amatus lacrimoſis ſuſpiriis & vocibus filii cariſſimi condolens, ut erat piiſſimus, reſpondebat: Noli, inquam, fili cariſſime, noli de meo lugere exceſſu, cujus præſentia parùm profuit, cujus converſatio parùm utilitatis attulit: tu ipſe, quos defero, ſuſcipies, tu in fide ſolidabis, tu vitæ pabulum miniſtrabis; etenim manus Domini tibi auxiliabitur, & brachium ejus confirmabit te. Hæc & his ſimilia in ſolatium ſuæ ſeparationis mutuò proponentibus, illi, qui ad exitum tam ſanctæ animæ convenerant, inter ſingultus & lacrymas hymnos & pſalmos coram lectulo decantabant; quibus beatus Domini ſervus Amatus manu annuente ſilentium indicens, oculis ac manibus in cœlum erectis, ſubmiſſa voce, ſed interiùs corde clamante, tacitas effudit preces. Poſtmodum autem, ſigno dato, ut iterum ad pſalmodiam reverterentur, inter pſallentium voces ſanctam reddit animam *gg*.

gg

Cellula ſuavi fragrat odore, paralyticus curatur,

12 In cujus tranſitu cellula tanti odoris fragrantiâ reſperſa eſt, ut ipſum locum multiplici odoramentorum compoſitione repletum contenderes; & licèt piiſſimus levita Maurontus, tanti Viri ſolatio deſtitutus meritò triſtaretur, diligentiſſimè accurabat, quatenus terræ corpus digniſſimè redderetur. More igitur ſepeliendi corpore attrectato *hh*, maximum ferri pondus de collo ſupra pectus appenſum invenerunt *ii* ut certiſſimo occultæ afflictionis ſigno cum effectu aliarum virtutum omnes unanimiter crederent, Sanctum Dei ad gaudium tranſiſſe angelorum. Cumque diei craſtinæ hora tertia eſſet, quidam paralyticus membrorum ſuorum poteſtate deſtitutus, ad tactum loculi, in quo ſanctum jacebat corpus, ſanitatem recepit.

hh
ii

dæmoniaci liberantur, maſſa ferrea, quam Sanctus geſſerat, ægris ſalutifera eſt.

13 Præterea multi dæmoniaci, cæci, ad exequias Sancti convenientes, incolumes ad propria redierunt. Beatus autem Maurontus accipiens maſſam ferri, quam Vir ſanctus collo appenſam gerebat, infirmorum corpora contingens per invocationem Chriſti ſanitati reſtituebat. Sepultum eſt autem cum omni diligentia & apparatu beatiſſimum corpus in ipſa eccleſia juxta principis Apoſtolorum Petri altare, titulo ſanctitatis ipſius & nominis deſuper aptiſſimè compoſito. Ipſe verò Maurontus vir ſtrenuiſſimus multa ſui patrimonii prædia ad honorem ipſius & laudem per chartarum inſtrumenta tradidit, & ex eo ferro, quod ſuo collo appenſum fuerat, catenam cum omni curioſitate fieri mandavit, quam in ſepulcro Sancti affixam probabilis patientiæ ſignum evidens poſteris voluit relinquere. Ad declarandam ergo in terris Sancti hujus gloriæ quantitatem, quâ beatiſſimus Confeſſor Dei fruebatur in cœlis, multi variis infirmitatibus detenti deſideratam ad tactum catenæ recuperabant ſanitatem.

Quibus auditis, Theodoricus, ad ſepulcrum pœnitentiâ ductus venit, & muneribus cumulat,

14 Audiens autem Theodoricus rex multa & innumerabilia miracula meritis beatiſſimi pontificis Amati fieri, veniens ad ſepulcrum ejus in terram procidit cum omni humilitate & devotione interiùs exteriùſque exhibitâ, depoſcens ut veniam indignationis omnipotentis Dei ob tyrannidem, quam in SS. ejus Amatum & Leodegarium immeritò exercuerat, interceſſionibus ipſius Amati aſſequi mereretur *kk*. Qui etiam in expiationem tanti facinoris plurima beneficia auri, argenti, poſſeſſionum & ſervorum in loco ſepulturæ ejus deſervientibus contulit.

kk

S. verò Maurontus ſacrum corpus in eccleſia B. Mariæ Virginis recens à ſe conſtructâ, transferri curat.

ll
mm
nn

15 Non longè autem à prædicto monaſterio, S. Maurontus omnem hæreditatem Deo conſecrare deſiderans, aliam eccleſiam ædificare conſtituit, quam in honore Dei Genitricis ac Virginis Mariæ conſecravit *ll*, in qua ſanctum corpus Amati, divinâ revelante gratiâ *mm*, tranſlatum, advocato Morinenſi epiſcopo nomine Baino *nn* & cleri ac plebis multitudine, quarto Kal. Maji juxta altare in parte Orientali honorificè condidit, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Probabiliùs S. Emmone, qui ab aliquibus Enno, ab aliis Emino appellatur. Illius ad annum 668 meminit Beda. Vide Comm. prævium § 2 in fine.*

b *Circa finem anni 670. Vide eumdem Commentarium § eodem.*

c *Hujus nominis tertius.*

d *Intellige primum, Clodovæi II patrem, cujus filius fuit Theodoricus III.*

e *Tyrannidem hanc anonymus, qui Vitam S. Leodegarii ſcripſit, in eo fuiſſe ſitam tradit, quòd nobilium multitudini ad regis novi occurſum properanti, Ebroino mandante, aditus ad regem negatus fuerit.*

f *Sancti martyris Dionyſii, teſte eodem anonymo in eadem Vita.*

g *Auſtraſiæ rex, quem, Theodorico in monaſterium S. Dionyſii intruſo, ad regnum Neuſtriæ & Burgundiæ evocaverunt.*

h *A quodam ex Palatinis optimatibus, inquit in Vita S. Leodegarii anonymus, dum ſui ſecurus venationem exercebat. Teſte Pagio occiſus fuit anno 673.*

i *Nominis illius III, cui ſucceſſit Theodoricus III, cùm primùm anno 670 Neuſtriam & Burgundiam gubernavit aliquot menſibus.*

k *Ante 15 menſis Septembris anni 673, ut probat Pagius ad illum annum num. 12.*

l *Perfidarum ſcilicet machinationum in regiam majeſtatem, & ut quidam volunt, ab Ebroi-*

A no *Theodorici Majore-Domus. Vide Comm. prævium § III.*

m *Galliæ oppidum. Vide Comm. prævium § 1 num. 1.*

n *Acta S. Ultani dedimus 1 Maji.*

o *Vide Comm. prævium num. 31.*

p *Colitur S. Maurontus 5 Maii, quo die Vitam ejus dedimus.*

q *S. Adalbaldo festus est dies 2 Februarii.*

r *Colitur S. Rictrudis 12 Maii.*

f *Rectiùs legeretur:* habitus fuit. *Nam in Commentarii prævii § III notatum est, S. Maurontum, quando ejus custodiæ traditus est S. Amatus, jam tum, relictâ aulâ, abbatem Broilensis sui monasterii exstitisse. Quas verò in aula functiones exercuerit, vide in ejus Vita 5 Maji.*

t *Filiæ S. Rictrudis nominantur B. Clotsendis 30 Junii, S. Eusebia 16 Martii, B. Adalsendis 24 Decembris.*

u *Cœnobium hoc ad Scarpum fluvium in fundo S. Adalbaldi ducis mariti S. Rictrudis exstruxit S. Amandus, uti dictum est ad diem 6 Februarii ante ejus Vitam. Situm est inter Duacum &*

B *Amandopolim.*

x *Acta ejus data sunt 6 Februarii, quæ consuli possunt.*

y *Prædium in oppido Mervillæ. Vide Comm. prævium § 1 num. 1.*

z *Urbs Galliæ Belgicæ in ipso confinio Artesiæ & Picardiæ sita; nunc archiepiscopalis est.*

aa *Non procul à Marchianensi cœnobio situm est, à quo quatuor stadiis distare dicitur.*

bb *Non diu in hoc cœnobio SS. Amatum & Maurontum commoratos fuisse dictum est in Comm. prævio § III. Rectiùs legitur in Ms. Marchianensi eos ibidem aliquantulum mansisse.*

cc *Id est in agro Castetani oppidi, quod in Flandria Occidentali situm est. Nam § 1 ostendimus ex Sandero Mervillam, in qua Broilense prædium erat, ad ditionem Castetanam pertinere.*

dd *Sanctus Maurontus, post S. Amandi mortem, cujus suasu seculo valedixerat.*

ee *De hac S. Amati præfectura consule Commentarium prævium. § III circa finem.*

ff *Intellige:* Vitæ suæ cursu.

gg *Anno salutis 690.*

hh *Id est:* cum Sancti corpus sepulturæ debitè disponerent.

C ii *In Ms. membranaceo Marchianensi legitur, sanctum Præsulem ex massa ferrea catenam immanem sibi secretò fabricâsse, quam corpori suo circumda tam gessit. Sed repugnat Vitæ à nobis editæ, in qua traditur, S. Maurontum ex massa ferrea, quam gesserat, post ejus mortem catenam jussisse confici. Quis veritatem assecutus sit, dici nequit; sed anonymo nostro consentiunt Ms. ecclesiæ Duacensis ejusdem S. Amati, & scriptores passim.*

kk *Ex hoc Theodorici regis facto parùm verisimile esse in Comm. prævio § III diximus, Sanctum nostrum ei, dum viveret, reconciliatum fuisse, quod arbitratur Cointius. Consuli potest laudatus Comm.*

ll *In libro argenteo Ms. Duacensi dicitur:* quam dedicari S. Episcopo Amato fecit, *Colvenerius in notis ad Chronicon Cameracense addit:* & ipsius S. Episcopi. *Vide Comm prævium § 1.*

mm *Vide Comment. prævium num. 7.*

nn *Hic, teste Malbranco, ex Fontanellensi monacho episcopus Teruanensis creatus est.*

AUCTORE J. T.

APPENDIX

De variis sacri S. Amati corporis translationibus, & locis, quibus colitur, & reliquiæ ejusdem corporis concessæ sunt.

Ex codice Ms. ecclesiæ collegiatæ S. Amati Duacensis.

E *Transfonitur S. Amati corpus.*

Sæviente Danorum persecutione, sacrum Sancti nostri corpus Duacum in ecclesiam B. Mariæ Virginis, nunc S. Amati, *translatum fuisse, ibidemque permansisse, in Commentario prævio dictum est. Duacenses pretiosissimum thesaurum, quem occasione jam dictæ persecutionis consecuti fuerant, eo, quo decebat, loco habuerunt, eâque, quâ par erat, veneratione coluerunt. Patet id ex eorum Ms. Codice, è quo sequentia deprompta lectori exhibeo.* Anno MLXXVIII (*id est quatuor à finita persecutione annis*) secundus Gerardus Cameracensis episcopus, triduo primùm devotè jejunato, prædictum sanctissimum corpus à feretro, in quo pridem conditum fuerat, in quodam scrinio interiùs ligneo, & alio exteriùs plumbeo, & tertio desuper marmoreo optimè præparato, diligentiâ & expensis Walteri Castellani in cripta subtus altare majus involutum, panno serico & optimo aurifrisio cum sigillo beati Joannis episcopi agnomine Belli & suo transposuit XIIII Kal. Novembris. Extra verò scrinium plumbeum & intra marmoreum, videlicet ad pedes S. Amati repositum est aliud scrinium plumbeum plenum ossibus & cineribus multorum Sanctorum, quæ cum suis nominibus combusta fuerunt à barbaris gentibus in ecclesia S. Amati apud Menrivillam.

F

2 *Suprà dicto loco quievit sacrum corpus seculo integro & 28 annis, quando rursus transpositum fuisse docet laudatus codex, uti, quâ occasione, solemnitate, & à quibus. Ita enim in eo legitur:* Postmodum cùm hæc ecclesia major & pulchrior construeretur, majus altare fractum fuit, & alibi collocatum. Unde contigit, ut in loco, in quo corpus B. confessoris Amati priùs honorificè servabatur, fossa patens, quæ tantis reliquiis minimè congruebat, remaneret, ministros altaris impediens & chorum enormiter dehonestans. Consequenter idem sanctum corpus propter utilitatem & honorem ecclesiæ ab illo loco translatum & in eminentiori & pulchriori loco, cum quanta veneratione decuit, collocatur. Anno MCCVI, triduo primùm devotè jejunato, discalciatis pedibus celebratâ priùs triduanâ processione cum feretro S. Mauronti, & aliis feretris, & reliquiis aliis, cum universo clero totius villæ, Radulphus Atrebatensis, Gerardus Cathalanensis, & Gosvinus Tornacensis episcopi glorioſum corpus B. Amati, à scrinio plum-

Iterum post 128 annos.

Ex cod. Ms.

beo, in quo pridem à secundo Gerardo Cameracensi episcopo conditum fuerat, de pulpito extra villam, versus Atrebatum facto propter innumeram multitudinem populi, quæ nec intra ecclesiam, nec etiam intra atrium capi poterat, circumstanti populo evidenter ostenderunt: & postea idem corpus involutum panno serico & alio scrinio plumbeo & magno desuper mausoleo marmoreo in loco eminentiori, retento exteriùs capite, præsentibus multorum Sanctorum corporibus & reliquiis, & multis viris religiosis, levaverunt, reponentes interiùs plumbeum sigillum prædicti Joannis, & aliud osseum secundi Gerardi Cameracensis episcoporum cum vetusta lamina plumbea inscripta; qualiter à secundo Gerardo Cameracensi episcopo idem corpus fuerat transpositum, addentes etiam intra tegmen & fundum scrinii plumbei novam laminam plumbeam, in qua scriptum est: Joannes Cameracensis episcopus jam antiquitus hoc S. Amati corpus in scrinio ornato argento cum sigillo suo deposuit; sed revoluto multorum annorum spatio ab illo scrinio in quodam plumbeo & marmoreo secundus Gerardus Cameracensis episcopus operâ & diligentiâ Walteri Castellani idem corpus cum sigillo prædicti Joannis & suo iterum reposuit XIV Kal. Novembris VI feria anno ab Incarnatione Domini MLXXVIII, tempore VII Gregorii Papæ, Philippi Francorum regis, Manasse Remorum archiepiscopi, Roberti Flandrorum comitis & Remari præpositi. Radulphus verò Atrebatensis episcopus idem corpus posuit in hoc loco, præsentibus Gerardo Cathalanensi & Goswino Tornacensi episcopis anno gratiæ MCCVI, XIV Kal. Novembris, tempore Innocentii Papæ, Philippi Francorum Regis, Balduini Constantinopolitani imperatoris, Flandriæ & Hannoniæ comitis, sede Remensi vacante, præsentibus Sanctorum corporibus, S. Rictrudis, S. Eusebiæ de Marcenis & S. Ulganii confessoris de Lens, & multis aliorum Sanctorum reliquiis, tempore Godefridi præpositi. Exteriùs verò in illo scrinio plumbeo inscriptum est: Hic sunt ossa S. Amati confessoris Senonensis episcopi, posita à Radulpho Atrebatensi episcopo, præsentibus Gerardo Cathalanensi & Goswino Tornacensi episcopo anno gratiæ MCCVI XIV Kal. Novembris feriâ VI, præsentibus Sanctorum corporibus S. Rictrudis & S. Eusebiæ de Marcenis & S. Ulganii confessoris de Lens, & feretro S. Salvatoris de Aquicincto, & multis aliorum Sanctorum reliquiis cum multis viris religiosis. Intra verò Mausoleum marmoreum repositum est ab eisdem episcopis aliud parvum feretrum, quod Arnulphus comes Flandriæ attulit de S. Amando, in quo continetur de capillis Beatæ Mariæ Virginis, de ligno Domini, de S. Jacobo fratre Domini, de barba S. Martini, de ossibus S. Vedasti, & S. Cæciliæ virginis, & de ossibus multorum Sanctorum, quorum nomina vetustate inventa fuerunt deleta in translatione S. Amati. Post illud feretrum versùs Orientem repositum est ab eisdem episcopis aliud scrinium plumbeum, quod inventum fuit ad pedes S. Amati plenum ossibus & cineribus multorum Sanctorum, quæ combusta fuerunt cum suis nominibus à barbaris gentibus in ecclesia S. Amati apud Menrivillam.

Indulgentiæ concessæ.

3 *Hisce ita dispositis, ad augendam fidelium erga* S. Amatum *pietatem ex Ecclesiæ thesauro indulgentias concesserunt prædicti episcopi omnibus, qui die prædictarum reliquiarum elevationi sacro,* S. Amati *ecclesiam viserent, festumque novem lectionum officio & in populo celebrari præceperunt. Liquet ex litteris publicis illa de re datis, quas huc transfero:* G. Cathalanensis, R. Atrebatensis, & G. Tornacensis Dei gratiâ episcopi, omnibus Christi fidelibus, ad quos litteræ præsentes pervenerint, in Domino salutem. Inter cetera divinæ beneficia largitatis, hoc præcipuum nobis largita est clementia Largitoris, quod ad nostrorum relevationem defectuum, glorioſos nobis patronos & defensores secum in gloria collocavit, felices videlicet animas Beatorum, qui jam cum ipso Domino, quem imitati sunt in carne, glorificati in spiritu corporum etiam glorificationem exspectant securi, & nostris compatientes miseriis Dei mediatorem & hominum, cujus fruuntur præsentia, pro nostris excessibus ac miseriis interpellant. Unde, Rmi., summa cum devotione & humili famulatu tantos nos decet venerari Dominos & amicos, quo & eorum fruamur gloria & consortio gloriemur. Inter hos cœtus & agmina Beatorum glorioſus refulget beatus pontifex & confessor Amatus, cujus elevationi cum multo populi ac cleri comitatu præsentes adfuimus, & quamvis indigni ejus sacris reliquiis nostrum exhibuimus famulatum. Et quia ejus vitam in terris coram Deo claruisse scimus & hominibus, ejusque merita non dubitamus apud Dominum permultùm suis veneratoribus profutura, pro utilitate vestra ac salute vos hortamur, Rmi., ut tanto vos commendetis Patrono, & ejus insistentes honori, reliquias ejus, quas præsentes habetis, in terris, & corporali præsentiâ & vobis à Deo collatis beneficiis visitetis. Hos verò de Dei misericordia, qui pro minimis maxima, & pro temporalibus largitur æterna, ut B. Virginis Mariæ, & ejusdem beatissimi Confessoris, & omnium Sanctorum meritis confidentes, omnibus, qui singulis annis ejusdem basilicam à vigilia elevationis suæ usque ad octavum prædictæ festivitatis diem devotè visitaverint, decem dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer relaxamus. Prædictos omnes & eos, qui quocumque tempore ad fabricam ejusdem basilicæ beneficia contulerint, vel miserint, omnium beneficiorum, quæ in omnibus conventualibus ecclesiis nostrarum diœcesium per Dei gratiam fieri confiderit, constituimus participes, & præsentis chartæ testimonio cum sigillorum nostrorum appensione firmamus. Datum anno gratiæ millesimo ducentesimo sexto, mense Octobri.

Festum in populo celebrari præcipitur.

4 Quoniam autem festum B. Amati extra Duacum his diebus minùs sollenne habebatur, Dominus R. Atrebatensis episcopus præcepit in plena synodo, ut in singulis ecclesiis suæ diœcesis in translatione ipsius S. Amati de ipso fierent novem lectiones, & festum solempniter singulis annis celebraretur in populo, & in sua ecclesia cathedrali festum ejusdem Sancti duplex fieri annuatim voluntate & assensu Atrebatensis capituli instituit, acquirens de proprio redditum quadraginta solidorum parisiensium, qui in eodem festo canonicis præsentibus distribuerentur.

Nomina eorum, qui translationi interfuerunt.

5 *Deinde subjungit Ms. Codex laudatus nomina omnium, qui translationi prædictæ interfuerunt. Sic habet:* Isti interfuerunt translationi S. Amati. Gerardus Cathalanensis, maxima pars conventûs de Marcenis cum duobus feretris S. Rictrudis & S. Eusebiæ, & aliis reliquiis. Abbas & magna pars conventûs Aquicincti cum feretro & aliis reliquiis. Petrus præpositus & Capitulum S. Petri Duacense cum duobus feretris & aliis reliquiis.

A quiis. Allericus Decanus & capitulum de Lens cum feretro S. Ulganii & aliis reliquiis. Abbas de S. Amando. Abbas de Hasnon. Hugo abbas S. Petri de Chant. Abbas S. Martini de Tornaco. Abbas de Cysong. Abbas de Henning. Walterus abbas S. Foillani. Wermus abbas de Castro de Moretagne. Abbas S. Matirni de Monte. Pontius archidiaconus, Joannes decanus cum magna parte capituli Atrebatensis. Godefridus Sygerus & Nicolaus archidiaconi, & Guido cantor cum magna parte capituli Cameracensis; Theodoricus archidiaconus & decanus cum magna parte capituli Tornacensis. Magna pars capituli Insulensis, Giselinus decanus de Sognies cum aliis clericis & alia innumera multitudo clericorum & laicorum.

6 *Testatur & prædictus codex plurimas ecclesias, quarum administratores præcipui translationi adfuerunt, sacri corporis reliquiis fuisse donatas.* Isti, *inquit*, habuerunt *de* S. Amato. Ecclesia Atrebatensis unum brachium. Ecclesia Cathalanensis, ecclesia Tornacensis, ecclesia Cameracensis, ecclesia S. Gaugerici, de qua decanus cum magna parte capituli præsentes elevationi fuerunt, ecclesia S. Petri Duacena, ecclesia Leusensis, ecclesia Listerensis, ecclesia Insulensis, ecclesia Herlebekensis, ecclesia de Sognies, ecclesia de Marcenis, ecclesia Aquicincti, ecclesia de S. Amando, ecclesia de Cysong, ecclesia S. Martini de Tornaco, ecclesia de Henning, & Gerardus præpositus de Duaco. Ecclesiæ autem seculares, quæ habuerunt de reliquiis S. Amati firmiter promiserunt, quod de festo ipsius annuatim facerent novem lectiones, monachi verò duodecim. *Ex hoc statui etiam potest, quot locis illo tempore viguerit* S. Amati *cultus.* Ex cod. ms. *Ecclesiæ, quibus reliquiæ S. Amati concessæ sunt.*

DE S. FLEDERICO PRESB. CONF.

B *IN VLIDERZELE VICO AGRI ALOSTANI IN FLANDRIA.* E

SYLLOGE.

J. S.

Locus, ubi colitur Sanctus: gesta in vita: beneficia aliaque post mortem.

Sanctus in agro Alostano cultus,

VLiderzele *vicus est comitatus Alostani in Flandria imperiali, paucis milliaribus Alosto distans in Occidentem, ac in vetustis diplomatis* Fliterfela *legitur dictus. Dominium vici olim erat ecclesiæ S. Bavonis Gandensis, nunc verò est episcopatûs ejusdem urbis, licèt aliàs vicus sit diœcesis Mechlinienſis, ut post Sanderum observat Cornelius van Gestel in Historia archiepiscopatûs Mechlinienſis tom. 2 pag. 305, ubi de Sancto addit sequentia:* Celebris est hîc memoria & cultus S. Flederici pro surdastris: qui natione Francus, & à parentibus Christianis natus, quod professus est in baptismo, ab ineunte ætate observavit. Litterarum & virtutum studio adolescentiam insumpsit: in sacerdotum ordinem adscitus, pastorale munus subiit in hoc pago: & sicut Aaron vocatus, pietatem & sacram doctrinam suis subditis instillavit. Fertur autem primitias sacerdotii celebrans obtinuisse ranarum cum turbantium silentium. *Similia habet Sanderus in Flandria illustrata tom. 2 in Alosto pag.* 508.

C

annuntiatur in recentioribus aliquot Fastis.

2 *Memoriam* S. Flederici *annuntiârunt martyrologi aliqui posteriorum seculorum, nimirum Molanus, Ferrarius, & Kalendaria quædam Mss. At Ferrarius in Catalogo generali nomen utcumque immutavit, sic habens:* Apud Alostum in Belgio S. Friderici presbyteri. *Locus venerationis non est etiam accuratè hîc assignatus. Nescio verò, ubi apud Molanum legere potuerit Ferrarius, quod addit in Annotatis,* Fledericum non modò Alosti, sed & Gandavi, & finitimis locis esse venerationi *Verum id est eo sensu, quòd ex illis locis etiam ad festivitatem Sancti confluant homines, non quòd ibidem festivitas celebretur. Miræus* S. Fledericum *ponit* XIV *Septembris cum hoc elogio:* S. Fledericus presbyter, natione Francus, pastoris seu parochi munus obiit Vliderselæ apud Flandros in agro Alostano, ubi colitur ut patronus. *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, ubi* de S. Flederico presbytero *scribit* ex informatione, quam, *inquit*, mecum in Vliderzele accepit Martinus Baccius pastor Alostanus anno septuagesimo sexto (*supra millesimum quingentesimum*) *ad* XIII *Septembris ipsius festivitatem annuntiat his verbis:* In territorio Alostano, loco Vliderzele, festivitas S. Flederici presbyteri & confessoris. *In fine elogii sic habet:* Fit autem Missa de communi, & lectiones Matutinæ ex Maximo notantur, AD LAUDEM SANCTI.

F

Elogium de gestis,

3 *Elogium, quod* S. Flederico *contexuit Molanus, pauca solùm complectitur gesta, eaque ex traditione, ut videtur, hausta: neque enim laudat ulla scripta vetusta. Totum huc transfero:* In territorio Alostano, loco Vliderzele, festivitas sancti Flederici presbyteri & confessoris. Qui natione Francus, à parentibus Christianis natus, quod professus est in baptismo, ab ineunte ætate observavit. Literarum & virtutum studio adolescentiam insumpsit. In sacerdotum ordinem ascitus, pastorale munus subiit in Vliderzele, sicut Aaron vocatus: ubi pietatem & sanam doctrinam subditis instillavit. Fertur autem primitias sacerdotii celebrans, obtinuisse ranarum cum turbantium silentium. Festos dies incipiebat pridie ab hora duodecima. Quod etiam à Scotis observari à Sabbathi meridie, testis est Hector Deidonanus. Inter

AUCTORE J. S. alias virtutes multùm ſtuduit pacificandis diſcordibus. Cùm autem ad ſenectam bonam perveniſſet, virtutibus & miraculis clarus, ſpiritum ſuum, quem pro grege & pro eccleſia laboribus exhauſerat, Deo lætus reddidit.

beneficiis, tentata reliquiarum tranſlatione,

4 Cùm autem peregrinantes varia ejus ſentirent beneficia, inter quos multi fuerunt ſurdaſtri, curia Bruxelleníis commiſſarios miſit, qui rem totam examinarent, quique ſacras reliquias ſecum aſportare meditabantur, ſed clauſtrum feretri propter irruentem tremorem aperire non poterant, quod mox paſtor loci commodè aperuit. Unde reliquias ulteriùs attingere formidârunt. Accidit autem quotundam adhuc viventium memoriâ, cùm ex antiquo feretro in novum reliquiæ reponerentur, paſtorem lintea vetera ſecum tuliſſe, quæ ad ſiſtendum ſanguinem Joanni de Clerck, in ſomitem convertere non potuit, ſed ab igne illæſa, ejus ſanguinem vulneri admota ſiſtebant. Hæc ferè ſunt, quæ ad ejus memoriam apud paſtorem loci aſſervantur. Vulgo fertur natus apud Pariſios, ſed ignoratur, an fuerit vicarius paſtor monaſterii Gandavenſis, an verò paſtor, priuſquam locus divo Bavoni eſſet collatus. Quod ante annos multos factum eſſe conſtat. Otho enim ſecundus, villam Vliterzele nominat inter poſſeſſiones Gandenſis cœnobii. Poſterior ſententia mihi eſt veriſimilior, quòd tam pauca de Patrono ſuo ſciant. Nam cœnobitæ Gandenſes initio dicuntur per ſe divina officia in Vliderzele, Hauthem, & Baveghem, juſto numero & velut prioratum conſtituentes, perfeciſſe: ſeriùs autem vicarios accepiſſe. Quare notior foret beati Flederici vita, ſi Bavonenſium fuiſſet vicarius.

& cultu Sancti, dat Molanus.

5 Pingitur ut ſacerdos, cum calice & hoſtia, in altari, feretro, vexillis, & peregrinantium imagunculis. Et ſolet in altari ejus nondum conſecrato celebrari de eo ſacrum, ad requiſitionem peregrinantium, ſuper lapide portatili. Ceterùm anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, ſolicitatus fuit Martinus Cuperus coëpiſcopus Roberti Croy, Cameracenſis epiſcopi, ut altare ſancti Flederici conſecraret, diem feſtum, & proceſſionem ei conſtitueret. Qui omnibus expenſis, ſua ſuffraganea ſuique epiſcopi auctoritate, feretrum annuè circumferri ordinavit, die Dominico poſt natalem ſanctorum Petri & Pauli: altare in ſancti Confeſſoris honorem conſecravit pridie Exaltatæ ſanctæ Crucis: eundemque diem annuè in memoriam Patroni per parochiam feſtivum inſtituit, dato deſuper Flandrico diplomate. Quod tamen intra triennium in peſtifera ædilis domo deperditum putatur, cùm diligenter quæſitum, nuſquam ſit inventum. *Hactenus Molanus, qui ætatem Sancti valde incertam relinquit: neque ego idoneum invenio fundamentum, quo mortem ipſius alicui ſeculo illigare valeam.*

DE B. MARGARITA FONTANA VIRGINE TERTII ORD. S. DOM.

MUTINÆ IN ITALIA.

J. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Memoria Margaritæ apud varios ſcriptores cum Beatæ titulo, qui legitimus videtur: cultus publicus reliquiarum:

C **Vita ſcripta Italicè, ac Latinè edenda.** F

AN. MCXIII *Margarita à variis titulo Beatæ honorata,*

Quamvis utcumque dubitaverim, an de Margarita *Fontana nobis agendum eſſet tamquam de Beata; perluſtratis tamen variis ſcriptoribus, ac verbis eorum diligenter conſideratis, Beatæ titulum* Margaritæ *tribuendum cenſui. Dictum titulum eidem dudum adſcripſit Arturus à Monaſterio in Gynæceo ſacro ad* XIII *Septembris, ita ſcribens:* Mutinæ in Æmylia, beatæ Margaritæ Fontanæ, tertiariæ Dominicanæ, vitæ innocentiâ & pœnitentiæ operibus renitentis; cujus ſepulcrum etiamnum dæmones perhorreſcunt. *Attamen ea auctoritas nobis non ſufficit.* Margaritam *diu antè* Beatam *vocavit Seraphinus Razzi Ordinis Prædicatorum in Opere de Sanctis & Beatis ejuſdem Ordinis, quod anno* 1577 *primùm edidit, teſte Echardo in Bibliotheca Prædicatorum in elogio Seraphini Razzii. Eumdem titulum* Margaritæ *tribuit Vitæ edendæ ſcriptor, Razzio coævus, ut videbimus. Hiſce accedunt Dominicani ſcriptores varii, qui de* B. Margarita *tractârunt. At ne tantus quidem ſcriptorum in hunc titulum conſenſus ſufficeret, niſi & certiora qualiſcumque publici cultus indicia adeſſent, & Beata tam diu fuiſſet defuncta, ut cultus ille facilè centum annis continuari potuerit ante decretum Urbani VIII, quo prohibetur, ne quis privata auctoritate alicui titulum Sancti aut Beati tribuat, niſi is centum annis illi fuerit continuatus.*

iſque titulus videtur ſat antiquus: cultus pu cus

2 *Ludovicus Vedriani in Opere Italico de Sanctis & Beatis Mutinenſibus pag.* 17 *profitetur, ſe nullis daturum* Beati *titulum, quibus hunc dare non licet ſecundum Urbani decretum. Non inquiro, an ab eo propoſito numquam aberraverit. At ſaltem eam legem ſibi propoſuit: nec invenire poſſum, eum ab illa deflexiſſe, quando* Margaritam Fontanam *cum Beatæ titulo inſeruit Operi ſuo pag.* 133. *Etenim ex Vita num.* 14 *habemus, tantam fuiſſe famam ſanctitatis ipſius, quando anno* 1513 *erat defuncta, ut dubitare vix poſſimus, quin titulus Beatæ eidem ſtatim aut non diu poſt fuerit da-*

A *datus, præsertim cùm imago ejus appensa fuerit in ecclesia, ut dicitur num.* 15. *Præterea Vedrianus pag.* 139 *meminit* de solemni translatione, quando collocata fuit (*Beata*) in loco magis decente. *Idem paulò post hæc subdit:* Hoc tempore requiescit in sacello sanctissimi Rosarii in urna marmorea cum effigie posita versus latus, ubi legitur Euangelium, & cum hac inscriptione: "Ossa B. Margaritæ Fontanæ Ord. Prædic. hîc sita „sunt„. Et ibi colitur. *De eo cultu consentiunt Marchesius in Diario Dominicano, & Carolus de S. Vincentio in Anno Dominicano, ambo ad* XIII *Septembris.*

olim major fuit, quam sit hoc tempore;

3 *Fateri tamen cogor, cultum illum admodùm esse tenuem, atque hoc tempore non superesse omnia ea publici cultus indicia, quæ fuerunt ante decretum Urbani VIII jam memoratum. Etenim olim imago Beatæ super sepulcrum erat posita; at ea ibidem hodie non cernitur. Olim* aliqua in veteri templo appensa erant anathemata; *tabellæque votivæ apud sepulcrum Beatæ, ut habet Vita num.* 19. At nulla in novo templo appensa fuerunt, nec nunc subinde appenduntur. *Attamen* sepulcrum B. Margaritæ elevatum est super terram al-

B titudine triginta circiter pedum. *Præterea etiamnum* adest titulus BEATÆ in lapidibus super & subtus sepulcrum, his verbis exaratus. *In lapide super sepulcrum:* Ossa B. Margaritæ Fontanæ Ord. Prædicatorum hîc sita jacent. *In lapide subtus sepulcrum:* Beatæ Margaritæ Fontanæ virgini, Dominicani Ordinis alumnæ, ob rosas & vinum aliaque miracula claræ, hoc suæ in consanguineam devotionis monumentum Hercules Fontana, SS. Mauritii & Lazari eques, offert, dedicat, atque consecrat. Anno Domini MDCXX.

attamen videtur Beatæ titulo honoranda:

4 *Quæ de omissis aliquot cultûs indiciis, & de hodierno sepulcri statu hic memoro, me rogante, communicata sunt à R. P. Priore Prædicatorum conventûs Mutinensis R. P. Stanislao Bardatto Societatis Jesu, Serenissimi ducis Mutinensis confessario, & nuperrimè huc missa. Additur in illo ad meas interrogationes responsa, Beatam non coli Officio ecclesiastico, nec ulla festivitate, aut reliquiarum expositione. Hæc sanè evincunt, Vedrianum, Marchesium & Carolum de S. Vincentio nimis liberaliter locutos esse de cultu* B. Margaritæ. *Hæc ipsa me etiam dubium reddiderunt, an Operi nostro inserenda esset cum titulo* Beatæ. *Attamen, diligenter omnibus perpensis, censui titulum Beatæ, quâ* Margaritâ *centum annis ante decretum Urbani VIII honorata videtur, eidem non abjudicandum, præsertim cùm hic titulus eidem semper fuerit relictus. Agere itaque statui de* B. Margarita, *ut de reliquis Beatis.*

C

corpus circa annum 1585 ad novum sepulcrum translatum:

5 *Jam dixi num.* 2, *Vedrianum meminisse de solemni translatione corporis. At non exprimit, quo tempore ea sit facta. Seraphinus Razzi, qui post primam editionem Operis de Vitis Sanctorum Ordinis Prædicatorum, cui* B. Margaritæ *elogium inseruerat, in altera editione secundum ejusdem concinnavit elogium, ibidem meminit de sepulcro renovato circa annum* 1585, *refertque sepulcrum antiquum tunc fuisse apertum per R. P. Desiderium Paloni Ordinis Prædicatorum, ossaque Beatæ tunc thecæ imposita & ad sacrarium delata, donec sepulcrum novum & sacellum esset perfectum. Addit illo tempore, quædam ossa donata fuisse P. Innocentio Fontana Societatis Jesu, beatæ* Margaritæ *consanguineo. Verùm non attingit relationem sacrorum ossium ad novum sepulcrum, quòd illud perfectum non esset, dum scribebat. Secuta tamen haud dubiè illa sacrorum ossium relatio ad novum sepulcrum: atque ea verisimiliter est translatio à Vedriano asserta.*

AUCTORE J. S.

Vita scripta Italicè à Desiderio Paloni

6 *Acta* B. Margaritæ *conscripta fuerunt Italicè à Desiderio Paloni, sacerdote Ordinis Prædicatorum mox laudato, ut ex Actis ipsis, cum relatione Razzii collatis, satis clarè potest colligi. Quippe auctor num.* 1 Desiderium *se vocat, idemque sibi nomen attribuit num.* XI, *ubi se conjungit cum Thoma Cencio, ejusdem conventûs S. Dominici Mutinensis lectore, quem iterum laudat num.* 12. *Razzius verò, ubi in editione posteriore de* B. Margarita *iteratò agit, pag.* 693 *editionis Panormitanæ anni* 1605, *affirmat, notitias suas posteriores à Patribus Desiderio Paloni & Thoma Cencio, Prædicatoribus conventûs Mutinensis, communicatas esse P. Innocentio Fontana Societatis Jesu, & ab hoc se eas accepisse. Hinc igitur colligimus, Desiderium illum, qui Vitam scripsit, esse Desiderium Paloni. At, sicut Vita numquam vulgata fuit; quantum novi; ita nomen Desiderii Paloni non potui reperire in Bibliotheca Scriptorum Dominicanorum apud Echardum.*

circa annum 1585.

7 *Tempus scriptæ Vitæ non patitur difficultatem. Nam satis patet, scriptam esse post annum* 1581, *& circa annum* 1585, *quo de sepulcro mutando, & de translatione facienda tractari cœpit. Itaque annos ferè septuaginta post mortem Beatæ exarata est Vita; cumque biographus videatur bona fide processisse, non est, cur de relatis ab eo dubitemus: neque enim hæc fidem excedunt. Laudatam Vitam olim ad Majores nostros Româ misit P. Matthæus Girardelli: & in ejus calce observatur, extractam esse, ac sic haberi in exemplari authentico apud RR. PP. Dominicanos. Interpretationem dabo Latinam quàm possum fidelissimam, ac potiùs styli elegantiam, quàm simplicitatem interpretandi negligam. Demum in Annotatis adjungam, quæ in Actis præterita alibunde didicero.*

F

VITA.

Auctore Desiderio Paloni Ord. Prædicatorum.

E

Latinè reddita ex Ms. Italico, Interprete J. S.

CAPUT I.

Scriptoris præfatio: Beatæ patria, parentes: pueritiæ, juventutis, & reliquæ ætatis virtutes.

Auctor humiliter injiciat rationes.

HOc Opus non aggredior, quòd in me sit aliquid tantæ virtutis, ut illustrare valeam ac celebres reddere animos heroicos, excelsos & subli-

A. DESIDERIO PALONI.

sublimes; non quòd ex mente mea humili & sine spiritu, aut ex lingua mea balba & loqui nescia, scaturire possit cogitatio aut sermo dignus, quo laudetur virtus cælitus infusa, & sanctitas divina humanæ creaturæ donata: caliginosæ enim tenebræ, quales sunt meæ, lumen dare nequeunt luci essentiali: nec cæca ignorantia umquam apta erit docere Minervam, nec os aperire coram sapientia divina: verùm ne aurum relinquam absconditum & thesaurum coopertum, ne perdam gemmas inventas, nec margaritam tam pretiosam perire sinam; quandoquidem mihi Desiderio *a* omnium minimo sors obtigerit officiumque colligendi præcipua monumenta Animæ tanta virtute & sanctimoniâ ornatæ, coacervandique res præ ceteris notabiles & dignas, quæ conducere possunt ad cultum & venerationem hujus Virginis apud nos mortales augendum, efficiendumque ut majori cum honore in Ecclesia à piis celebretur, censui mei esse muneris, ut non modò non sinam interire lapides pretiosos cum labore repertos, sed ut eos unà cum ipsius vita in charta collocem, ut speculo esse possint & scopus, quò B dirigamus mentem nostram, ad sanctas ipsius virtutes in terra imitandum, ut cum ea deinde possimus esse gloriæ participes in cœlo.

a

conscribendæ hujus Vitæ.

2 Hujus cœlestis Margaritæ & pretiosæ gemmæ tanta elogia & laudes dari possunt ad gloriam Sanctificatoris, dum sic innotescit, quàm sit Deus mirabilis in Sanctis suis, quàm etiam propter utilitatem nostram obligati simus ad immortali Creatori referendas grates, quòd domui nostræ donaverit Mulierem tam celebrem, ut nobis sit columna ignis & lumen à divina gratia accensum sanctique exempli huic nostræ infirmæ & peccatis obnoxiæ naturæ in deserto mundi hujus vitiosi ad vitam æternam; ut sit urbs refugii, quæ nos possit recipere & complecti in adversis calamitosæ hujus vitæ.

Patria, & nobiles Beatæ parentes:

3 Ut autem exordiar loqui de ipsius origine, de infantia ipsius, de patria, domo & familia, de nomine & cognomine, jam incipit in ipsa resplendescere gratia divina. Voluit enim Deus, ut nascereturnon in loco, terra aut domo rustica, indigna & vili; sed in civitate inclyta, qualis est Mutina, ex stirpe nobili & virtuti dedita Fontana per patrem dominum Alexandrum Fontana, & ex stirpe Morani per matrem dominam Franciscam, C cujus domus & familia fortasse minoris conditionis non est quàm prima: nomen addidit Margaritæ in manifestum indicium & signum rei divinæ *b*, acsi diceretur, in mundo natam esse civilem & nobilem, ut in cœlo esset civis nobilis à Deo, quemadmodum civis est nobilis in terra à domo sua Fontana, quæ Christianis & religiosis floret virtutibus, quemadmodum illa familia semper profitetur ob pretiosam margaritam paradiso æquivalentem.

b

annus & dies natalis: pia pueritia:

4 Nata est B. Margarita Fontana anno MCDXL; die III Maii *c*, quando terra & plantæ incipiunt germinare, quando ver novum amœna pulchritudine gaudet, quando horti candidis liliis, odoriferis rosis, & quodlibet genus floribus vestiuntur ac cooperiuntur. Omnia hæc conducunt ad magnitudinem rei nobis propositæ. Quippe ab ætate sua tenera vixit ut nova planta & terra fertilis Domini in vere spirituali, ut germinaret cœlo, ut cor suum faceret hortum deliciarum Spiritui sancto in terra, & totam vitam suam sacrificium & holocaustum perpetuum æterno Patri, spreto jam mundo in ætate puellari.

c

5 Cùm mundum prorsus odisset, quò ostenderet se electam ad vitam æternam, statuit virginitatem suam Deo consecrare & Altissimo servire, nolens alium habere sponsum quàm Jesum Christum, æternam salutem suam: idque re ipsa ostendit. Ubi enim pervenerat ad annos juventutis, quando maligna mundi nequitia decipere solet instabilem & præcipitem juventutem falsis vestibus vanorum lascivorumque dilectorum suorum, contemnens omnem mundanum conventum, totam se dedit vitæ castæ, religiosæ & sanctæ, relinquensque omnino vestes mundanas, pomposas & lascivas, assumsit habitum tertii Ordinis S. Dominici: rem enim indignam existimabat, si ex parte tantùm serviret Domino, atque ultimo vitæ instituto esset contenta, singularemque credebat favorem, quòd haberetur & cognosceretur ex postremis Sororibus sancti Ordinis de Pœnitentia, acsi integritatem innocentiæ suæ perdidisset in vulgari instituto vanarum mulierum.

D

virginitatem suam Deo consecrat, assumpto habitu tertii Ordinis S. Dominici:

insignes Beatæ virtutes, crebra oratio,

6 Quanto honestatis decoro vitæque sanctitate habitum gestaverit S. Dominici, ac in statu suo religioso servaverit vitæ suæ decorum, & perpetuò famæ suæ bonum odorem, manifestum facit ecclesia fidelium. Vixit semper sine justa aliqua querela: semper vitam duxit inculpatam, omnibus grata, ab omnibus laudata, ab omnibus agnita & honorata tamquam Sancta; humilis & mansueta ut agna, plena charitate & pietate, recta in intentione, simplex & pura ut columba, parca verborum in loquendo, sapiens & honesta in respondendo, amabilis in conversatione, & in omni actione venerabilis. Tanto spiritûs fervore serviebat Deo, & professionem suam observabat, ut non solùm noctu surgeret horâ præscriptâ ad recitandum Officium consuetum, & alias preces ex particulari pietate persolvendas; sed frequenter tota nocte non cubaret nisi in nudo pavimento, aut in stramine, aut super duas tabulas; majoremque noctis partem precibus, planctibus, ac piis suspiriis insumeret.

E

vitæ austeritas, maximè in cubando;

7 Si quando, ne contristaret piam matrem, apud quam cubabat & dormiebat, vesperi se in lecto collocabat, eâ deinde horâ, quâ somnus matrem occupaverat, quâque tota domus erat in silentio, pia Virgunecula tacitè ex delicatis plumis se levabat, ponebatque se aliquando supra terram, aliquando super stramen nudum, aliquando super duos asseres, non sine corporis incommodo, at mente quieta, cognoscens spiritu divino, non oportere servum Dei esse delicatum, sed pro Jesu Christo crucifixum & mortificatum. "Non *d* "oportet Servum Dei esse delicatum, sed pro "Christo cum vitiis & concupiscentiis crucifixum "& mortificatum". Hujus autem vitæ austeræ & sacrarum ipsius vigiliarum testimonium dat fidelissimum reverendus pater Fr. Thomas Cencius *e* *, conventus mei Mutinensis S. Dominici lector bene meritus, ex relatione dominæ Sigismundæ, quæ conjux erat domini Jacobi Fontana, & coætanea B. Margaritæ, quæque nata annos nonaginta, mortis tempore optimè sapiebat.

F

d

e

* *al.* Lencius

tentatione dæmonis per vias.

8 Si hæc Virgo, dum vivebat, Sancta dicebatur, & ab omnibus pro Sancta habebatur, id sanè mirandum non est, quia etiam per multas personas privatas, quæ de secretis cum ipsa tractabant ipsamque familiariter noverant, innotescit, idemque magis deinde innotuit, ipsam multas dæmonum vexationes & persecutiones fuisse passam: nam ipsi aliquando apparebat formâ horridâ ad terrorem ei incutiendum, aliquando vestes ipsius undique lacerabat, aliquando de scalis ipsam dejiciebat, ut eam ad impatientiam & desperatio-

A nem perduceret. Verùm Ancilla Domini ſigno ſanctæ Crucis inimicum confundebat tentatorem; quemadmodum eodem ſigno, fideque & ſpiritu multas à Deo impetrabat gratias, multaque miracula domi & foris è manibus ſuis egredi faciebat, tamquam divina teſtimonia non ſolùm vivæ fidei ſuæ, ſed veræ quoque ſanctitatis, cùm facta ſint ex charitate & cum humilitate; quia peccatores Deus non exaudit, niſi in favorem fidei, & in gratiam ſanctæ Eccleſiæ. Nam patratio miraculorum ſecundum communem curſum gratia eſt gratis data, etiam per manus fidelium indignorum ad ſalutem aliorum exercita. Sic quando damnati illi in die judicii gloriabuntur patrâſſe ſe multa ſigna ſtupendaque miracula in Eccleſia, omnia in ruinam ipſorum vertentur, neque ipſis proderit dicere: Nonne in nomine tuo, Domine, multa ſigna fecimus, & virtutes multas? Sed ipſis reſpondebitur: Amen dico vobis, neſcio vos. Verùm ſponſæ ſuæ Margaritæ ſanctæ dicet Dominus: Veni, electa mea, in thronum meum &c.

ANNOTATA.

B

a *Hìc auctor nomen ſuum indicat, quod eſt* Deſiderius Paloni, *ut oſtendi in Commentario num. 6*

b *Cùm nomen Margaritæ ſit ſatis commune, non video, quale ex eo erui poſſit indicium. At auctor amat ratiocinia, ſicut & mox alia ſequuntur inepta.*

c *Hiſce cum aliis conſentit Vedrianus; addens ablutam eſſe ſacro fonte die 8 Maii in eccleſia S. Agathæ tunc paræciali, & deinde ſacro Chriſmate confirmatam eſſe Ferrariæ die 1 Junii anni* 1444.

d *Hæc verba, quæ ab aliis diſtinxi, erant Latina; & ſic auctor variis locis verba quædam Latina lucubrationi ſuæ Italicæ inſeruit.*

e *Qui in apographo noſtro ſcribitur* Lencius, *apud Razzium* Cencius *nominatur. Hoc autem exiſtimo contigiſſe deſcribentium errore, verumque nomen eſſe* Cencio, *Latinè* Cencius, *cùm Razzius, utpote ſynchronus, in eo non facilè potuerit errare, facilius potuerint alii in deſcribendo, prout video nomen cujuſdam matronæ, bis repetitum in apographo meo, ſcriptum eſſe diverſo modo. Hinc in textu poſui* Cencius, *lectore tamen de correctione monito.*

C

CAPUT II.

Geſta ipſius mirabilia & miracula: mors & ſepultura.

Panis pauperibus deſtinatus in roſas converſus:

MIraculum panis fragmentorum, quæ clanculùm ferebat ad pauperes, converſorum in totidem roſas recentes & odoriferas in media hieme, jam nunc, ut conſtat, publicè innotuit, quia magnum iſtud prodigium R. P. Fr. Seraphinus Razzi *a* Florentinus, Ordinis S. Dominici, fusè inſeruit Vitæ beatæ hujus Animæ hoc modo: Anno quodam, quo magna erat penuria, cùm multa in ſtipem largiretur, reprehenſa fuit à quodam fratre ſuo, cui nimis larga manu donare videbatur. Hinc cùm vice quadam circa feſtum Natalis Domini, quando maximum erat anni frigus, per ſcalas deſcenderet, caſtulamque haberet plenam pane, pauperibus diſtribuendo; occurrit eidem prædictus frater. Huic autem roganti, quid portaret in caſtula, Roſæ erunt, Beata reſpondit. Tales ſunt roſæ, repoſuit frater, ô ſoror Margarita, ut omnia, quæ ad manus tuas perveniunt, eroges, neque reſpicias exiguam noſtram facultatem, neque gravem domûs familiam: turbatuſque caſtulam aperire ipſam juſſit, viditque plenam recentibus & ſuaviſſimis roſis. Tunc obſtupeſcens miraculo frater, ad pedes Sororis accidit, perſpiciens in vultu ipſius aliquid quaſi divinum, ſibi ut ignoſceret rogavit, facultatemque ei conceſſit, ut deinde, quantum vellet, in ſtipem daret, diſpenſaret, elargiretur, confidens, ipſam, cùm poſſet eo momento panem in roſas precibus ſuis convertere, in neceſſitate domûs in gloriam Domini etiam panem poſſe producere gratiâ & favore Sponſi ſui cæleſtis.

A. DESIDERIO PALONI.

dolium vacuum divinitus vino repletum:

10 De vino in domo ipſius, quod nunquam exhauriri poſſe videbatur ob abundantem ipſius pietatem, res eſt palàm nota per viciniam: & quantùm hodie referunt etiam domeſtici, ac nominatim nobilis & veneranda domina Alchimena Calori, ſic contigit. Cùm dolium boni vini ſervatum eſſet pro partu conjugis fratris ipſius, B. Margarita iſtud jam diſpenſaverat, omneque iſtud vinum pauperibus, infirmis & egentibus diſtribuerat *b*. Ubi verò tempus partûs advenerat, doliumque iſtud relinendi; manum admovent dolio vacuo, inveniuntque vinum eſſe conſumptum, cum multis clamoribus contra ſororem Margaritam, tamquam omnia diſſipantem, & interitum domui inferentem. Omnes currunt, ſcireque cupiunt, an revera vinum non ſit in dolio. Semel iterumque eò vadunt redeuntque: ſemper dolium manifeſtè cernitur vacuum. Cùm autem patiens & humilis Domini Famula nollet revelare ſecretum eleemoſynæ factæ, ſed confideret, Deum huic caſui & neceſſitati fratriæ ſuæ proviſurum, verbis fratrem ſuum placare, eique animos addere ſtudebat, monebatque, ut ſtudioſè perſpiceret, an non errâſſet in dolio, vacuumque non ſumpſiſſet pro pleno, dæmonem in errorem inducere, ut diſcordias & rixas in domo excitet. Demum tantum dixit fecitque, ut regrederentur viſuri. Regreſſi autem invenerunt dolium, quod vacuum revera fuerat, optimo plenum vino, divinitus producto; ſicut meliora & perfectiora ſunt, quæ ipſius Dei manu, quàm quæ ordinario naturæ curſu producuntur. Hinc manifeſtè colligitur, Deum meritis & patrocinio veræ ſuæ Servæ favere domui Fontanæ, non ſolùm ad dandum illi panem, ſicut dedit turbæ, & vinum, ſicut in nuptiis Canæ Galilææ, ſed etiam ad augendam domum; quemadmodum ob unicum charitatis donum fideliter promiſit: "Centuplum acci„pietis & vitam æternam poſſidebitis„.

E

b

F

Leſus oculus ſibità ſanatus:

11 Necdum præterierunt anni duo, quando in civitate noſtra vivebat nobilis & annoſa matrona, annos octoginta & quatuor nata, domina Eliſabetha Mariſcotti vocata, quæ, præſentibus R. P. Rectore Societatis Jeſu ejuſque ſocio, ſuprà dicto Patre meo Lectore conventûs Mutinenſis S. Dominici, P. Fr. Thoma Cencio, & me P. Fr. Deſiderio, lecto decumbens ex malo cruris læſi, menſe Novembri anni MDLXXXI, publicè narravit hoc factum, quod ſibi ipſa accidiſſe teſtabatur. Quando puella eram octo aut decem annorum, familiariter agens cum filiabus domus Fontanæ, quia domus noſtræ erant vicinæ & in eo-

A. Desiderio Paloni.

eodem tractu, frequenter simul eramus ad manducandum & unà nos recreandum. Cùm autem ibidem transigerem diem aliquem, multæque puellæ & pueri in platea ante domum Fontanam occuparentur lusu, qui in partibus nostris vocatur Giare c; (hic ludus peragitur segmine ligni, sive frusto fraxini in cuspidem exacuto, quod baculi ictibus in aëra vibratur, & è longinquo, quantùm potest, jactatur) cúmque essem in medio multarum puellarum, quæ se occupabant ejaculando acutum illúd ligni segmentum; ecce, mihi rectà in faciem defertur, oculumque percutit dexterum ictu tam vehementi, tantoque cum dolore, ut me quasi cæcam faceret atque oculo privatam. Plangebam lamentabarque alta voce opem implorans, perditâ quasi pupillâ: ad hanc verò vocem huncque rumorem excitatur platea, commoventur domus, accurrunt homines ad videndum & opem præstandam: at nullum mali inveniebatur remedium. Monita de hoc infortunio soror Margarita, & forsan etiam rogata ab aliis mulieribus, accedit ad me multùm lacrymantem & dolentem, & verbis consolari me incipit, dicens: Confide, filiolà mea, ac bono esto animo, nihil inde ulterius mali oriturum: facitque signum sanctæ Crucis super oculum læsum. Subitò libera fui à malo: aperui oculum sine ulla læsione, & solatio plena. Hoc dicere possum, quia in me experta sum ipsa.

c

B

parturienti subvenisse suâ præsentiâ creditur.

12 Ex veneranda, pia, & provectæ ætatis cive, domina Francisca Cervanla, persona famæ optimæ, frequenter intellexi, quod narrare aggredior, & præsertim, quando die quadam mensis Octobris anni MDLXXXI cum Patre lectore suprà nominato eram in domo honoratæ hujus matronæ, ubi agebatur de rebus, quæ in dies singulos dicebantur & detegebantur de illa Christi Sponsa, prædicta domina Francisca ut verum narravit hoc factum, quod à socru sua, mariti sui matre, frequenter audiverat. Cùm aliquando fratria religiosæ sororis Margaritæ in parturitione vehementibus angeretur doloribus, & non posset parere; simulac vocata fuit beata Margarita & in cubiculum afflictæ parturientis ingressa, alacriter & faciliter peperit, & sine ullo periculo matris aut prolis. Ita S. Petrus umbrâ corporis sui sanabat infirmos.

C

Beata post mortem dæmonibus terribilis:

13 Nostris temporibus dæmones multùm incendiuntur & fugiunt interveniente sancto nomine B. Margaritæ Fontanæ. Hoc perspectum fuit in variis occasionibus, in quibus maligni spiritus, humanà corpora obsidentes, nequeunt perferre sepulcrum sive loculum, in quo sanctum illud jacet corpus: qui enim in vitâ suâ victoriam de diabolo reportavit, apud Deum meretur, ut ejusdem sit victor, eum in fugam agendo in morte, & monstrando se cum eo pugnare in patria post mortem. Si autem sola fides fidelium illum terret & confundit: "In nomine meo dæmonia ejicient,": multò magis, quod sint uniti cum Christo, quemadmodum S. Antonius, S. Catharina Senensis, B. Margarita Mutinensis, id victoriosos facit de tenebrosis spiritibus inferni. Hanc veritatem optimè testari possunt reverendi admodùm Patres conventûs S. Dominici, visis multis exemplis, quæ contigerunt ab anno MDLXXXI usque ad MDLXXXII: idem testari possunt multi, qui obsessis sunt præsentes, ipsique obsessi istud publicè possunt narrare.

tempus beati obitûs: existimatio omnium de ejus sanctitate.

14 Vixit beata illa Anima annis septuaginta & tribus ac mensibus quatuor in carne humana sine carnis macula. Transacto hoc spatio temporis, annorum & mensium, reliquit vitam mortalem, & vitæ æternæ adiit possessionem anno MDXIII, die XIII Septembris. De felici ipsius transitu, glorioſa morte & sepultura habemus testimonia R. P. Jacobi Fontanæ, Religiosi magnæ auctoritatis & capacitatis, qui accedens ad ætatem octoginta annorum, etiamnum vivit; prædictæ dominæ Elisabethæ Marescoti, dictæ dominæ Alchimenæ Colori, dictæ dominæ Franciscæ Cervanla & aliorum multorum, qui locuti sunt cum illis, qui exsequiis hujus beatæ Margaritæ adfuerant. Hi ut rem certam affirmant, fuisse inventam tempore mortis cilicio indutam & catenâ ferreâ cinctam. Beatos se credebant cùm viri tum mulieres, qui vel minimam habere poterant vestimentorum ipsius particulam: &, nisi defensum fuisset à Fratribus corpus, vix satis coopertum mansisset in feretro: tanta erat turba personarum piarum, vestimenta ei detrahentium.

D

ANNOTATA.

E

a *Hoc miraculum narravit Seraphinus Razzi in prima editione Operis sui, legiturque etiam in editione anni* 1605 *: non tamen iisdem planè verbis expositum est apud Razzium, sed summa miraculi est omnino eadem. Idem habet Vedrianus pag.* 136.

b *Cùm in hoc tum in præcedente facto laudanda est Beatæ in pauperes misericordia miraculis comprobata. At nolim, quis sibi ex his factis persuadeat, licitum cuipiam esse, aliena dare pauperibus: neque enim clarum est, aliena dedisse Beatam, cùm fortasse communia cum fratre suo haberet bona. At, si constaret ex alieno dedisse Beatam, dicerem exempla illa miranda magis esse quàm imitanda.*

c *Razzius pag.* 692 *hoc factum narrans, ait ludum illum in suis partibus (scribebat autem Florentiæ) vocari* la lippa. *Verùm quidquid sit de nomine Italico illius ludi, satis intelligitur, qualis esset ludus, quantumque fuerit oculi periculum ex injecto ligni frusto.*

CAPUT III.

F

Qualiscumque veneratio & miracula post mortem.

Imago Beatæ: sepulcrum aperire volentis terror:

a

DEinde post mortem imago ipsius fuit reposita, ubi remansit in hodiernum usque diem, ad columnam inter altare S. Antonii & S. Amonesii a. Crucifixum in manu tenet & rosas floridas habet in castula in memoriam miraculi panis in recentes & suavissimas rosas conversi. De sepulcro ipsius per relationem excellentis medici, domini Nicolai Fontanæ, & aliorum, innotescit & scitur hoc factum. Cùm aliqui ipsius consanguinei ex domo Fontana vellent ibidem deponere corpusculum filioli cujusdam defuncti, operarius, dum tentabat aperire sepulturæ ipsius locum, ad primum ictum, quem dedit ad sublevandum primum lapidem, eo exterritus est modo tantoque correptus timore, ut animus eum deficeret ad procedendum ulteriùs, fracturamque b diu in eo statu relinqueret. Hanc nos vidimus, reparandamque curavimus. Manifestum id est signum, rectu-

b

sam

A fam in eo esse loco rem divinam, quæ non patitur societatem rei alterius merè humanæ.

suavis è sepulcro odor:

16 Similiter constat voce publica, ex eodem sepulcro alia vice erupisse tantam suavis gratique odoris fragrantiam, acsi apotheca ibidem tuisset cooperta aromatibus plena. Hoc autem neminem admirari oportet, quandoquidem S. Paulus de se & de aliis Sanctis & justis dicat, se esse vitâ & sanctitate bonum Christi odorem in vita charitatis: "Nos Christi bonus odor sumus &c.„ Necdum duo præterierunt anni, quando aliquis è nostris Patribus, sacerdos Religiosus Deo valde gratus, mihi narravit ut rem verissimam, se multis vicibus, dum beatæ hujus Animæ sepulcrum invisebat, inter orandum percepisse odorem rosarum suavissimum, quo plenum erat totum sacellum, ubi jacet sanctum corpus. Nimirum qui servit Jesu in vita cum bono odore virginitatis in carne humana, meretur à Jesu accipere bonum odorem admirationis, miraculorum & sanctitatis in morte: quique à libidinosa corruptione se continuerunt, carnemque refrenârunt, ne anima macularetur, & ne displicerent Domino suo, non solùm meruerunt, ut in morte anima à Spiritu sancto glorificaretur, sed etiam ut corpus à corruptione præservaretur, fœtore sepulcri in cælestes favores rosarum, violarum, liliorum, & suavissimorum paradisi odorum converso, secundum fidelissima testimonia. Sic, quemadmodum anima est in gloria cum angelis in cælo, ita corpus, vel ut vas Spiritu sancto plenum, meretur honorari à mortalibus in terra, ut perspicitur in B. Margarita. Sic Dominus noster patrocinio gloriosæ istius & sanctæ Animæ nobis etiam gratiam concedat, ut in fine vitæ nostræ mereamur consequi gratiam & misericordiam ad obtinendum gloriam sempiternam. Amen.

B

oratio ad Beatam,

17 Oratio ad B. Margaritam, advocatam nostram. O flos puritatis! ô vas cælestis pietatis & profundæ humilitatis! ô ignis divini amoris, & fraternæ charitatis! ô lux religionis, & spiritus sine carne, beata Margarita, quæ excelsum inhabitas cælum, & in speculo divinæ essentiæ intueris abyssum ingentium periculorum & miseriarum, quibus expositi sumus in terra, ora pro militante Ecclesia, ut perseveret Catholica, expurgata scandalis, à vitiis pura, moribus reformata, totaque virtutibus ornata & sancta, ut cælestis evadere valeat & triumphans: ora pro urbe tua, ut Dominus eam custodiat & defendat ab adversis & damnosis incursionibus aquarum, sanguinis, pestis, tempestatum; ut semper studeat se regere & administrare sapienti consilio, non hujus mundi, sed Angeli consilii, ad gloriam Domini, pacem suorum civium, & salutem communem omnium populorum suorum.

C

pro consanguineis concinnata:

18 O sancta Margarita! ô Sponsa Jesu, quæ stas coram Sponso tuo æterno, precare pro domo Fontana, ut perseveret in gratia, ut Creator non sinat illam cadere in indignationem suam, ut semper vivat in sancto ipsius timore & amore, ut semper eat de virtute in virtutem, de bonitate in bonitatem, & post temporalem prosperitatem tandem eam vocare dignetur ad felicitatem æternam. Noli umquam cessare, ô caro, ô sanguis noster, ô nimiùm felix & gloriosa paradisi Domina; noli, inquam, cessare precibus opportunis importunis instare pro devotis amicis tuis, consanguineis, auctoribus & inventoribus hujus sanctæ translationis *c* tuæ religiosæque pietatis, hujus gloriæ tuæ & honoris in terra, ut intercedente favore tuo pervenire possimus ad contemplandum, fruendum, æternúmque laudandum & benedicendum ineffabilem divinæ essentiæ Majestatem, & gloriosam Jesu Christi Redemptoris nostri præsentiam in secula seculorum. A. DESIDERIO PALONT.

donaria ipsâ oblata.

19 Prætereundum non est, apud sepulcrum hujus beatæ Margaritæ à longo temporis intervallo conspectas esse tabellas depictas, imagines cereas, aliaque votiva donaria, uti etiamnum ostendit cooperculum ligneum: id signum est, multos fuisse exauditos *d* gratiasque obtinuisse favore & intercessione hujus beatæ Animæ apud æternum Sponsum.

ANNOTATA.

a *Dubito, an id nomen rectè sit scriptum in apographo meo, cùm nullum noverim S. Amonesium. Clarè tamen sic habetur. Razzius in primo Beatæ elogio observat, imaginem Beatæ depictam fuisse in prægrandi tabula, repræsentatamque ut mulierem provectæ ætatis cum cæstula rosis plena.*

b *Fracturam ex primo ictu factam suo tempore mansisse, testatur Razzius, idem narrans factum. At inde Marchesius non rectè collegit, illam suo etiam tempore apparuisse, cùm biographus noster, toto ferè seculo antiquior, reparandam curaverit.*

c *Hic mentio fit translationis, quæ quidem facta est, sed verisimillimè absoluta est post Vitam scriptam, quia de iis, quæ in translatione contigerunt, biographus non loquitur. Suspicor itaque Vitam esse scriptam, ubi decreta erat translatio, & fortasse etiam post sepulcrum apertum, quod contigit circa annum 1586, ut vidimus.*

d *Razzius in secundo Beatæ elogio adjungit nonnulla beneficia, quæ* B. Margaritæ *patrocinio impetrata creduntur post tempus scriptæ hujus Vitæ. Testem pro iis laudat Innocentium Fontanam Societatis Jesu, qui anno 1585 Mutinam se contulerat, ut cum patre suo Daniele Fontana novum Beatæ sepulcrum curaret exstruendum, sacellumque ipsum magis ornandum. Necdum absoluta erant omnia, quando scribebat Razzius, & sequens narrabat beneficium. Operarius quidam, laborans ad fornicem satis altam, imprudenter decidit in alium occupatum in pavimento. Ambo tamen illæsi fuerunt, Beatæ, pro qua laborabant, patrocinio, ut creditur. Aliud mox addit, sed illud ipse in dubium vocat, ideoque à me prætermittitur.*

E

F

DIES DECIMA QUARTA

SANCTI, QUI XVIII CALENDAS OCTOBR. COLUNTUR.

S. Cornelius Papa mart. Centumcellis in Etruria.

Item

S. Cerealis, S. Saluſtia & ſocii 21 } Martyres Romæ.

S. Cyprianus epiſcop. Carthaginen. martyr, prope Carthaginem in Africa.

S. Creſcentianus, S. Victor, S. Roſula, S. Generalis } Martyres in Africa.

S. Senator, S. Viator, S. Caſſiodorus, S. Dominata } Martyres in civitate S. Marci Citerioris Calabriæ.

S. Felix, S. Demetrius, S. Honorius, S. Zetus & forſan alii } Martyres in Tuſcia.

S. Creſcentius mart. Romæ.

S. Maternus epiſcopus conf. Coloniæ Agrippinæ.

S. Joannes Chryſoſtomus epiſcopus Conſtantinopolitanus & doctor Eccleſiæ, prope Comanos in Ponto.

S. Notburga ancilla V. in arce Rotenburgica comitatus Tyrolenſis.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

Sancti Defendentis *martyris* inventio *annuntiatur apud Galeſinium & Ferrarium. De* S. Defendente *breviter actum eſt ad* 2 Januarii

S. Bertiliæ *virginis* elevatio *apud Molanum alioſque hodie annuntiatur. Vita data eſt ad* III Januarii

Dedicatio *eccleſiæ Bruxellenſis, & tranſlatio* S. Gudilæ *ad illam memoratur apud Molanum & alios recentiores. Vita* S. Gudilæ *data eſt ad* VIII Januarii

Dedicatio oratorii S. Meginradi *memoratur à Menardo. Actum eſt de* S. Meginrado *ad* XXI Januarii

S. Anaſtaſius *martyr*, de quo eſt Petri Damiani ſermo, *memoratur à Molano, & in Martyrologio Germanico Caniſii. At, cùm Petrus Damianus tom.* 2 *Serm.* 3 Anaſtaſium *dicat magi fuiſſe filium, clarum eſt, eum agere de* S. Anaſtaſio *Perſa, cujus Acta illuſtrata ſunt ad* XXII Januarii

S. Ansberti *epiſcopi Rotomagenſis* tranſlatio *habetur apud Molanum. Vita Sancti, variæque tranſlationes illuſtratæ ſunt ad* IX Februarii

S. Papas *martyr* Larandæ in Lycaonia *annuntiatur in Menæis; at in Menologio Baſiliano* in Lycia *perperam locari videtur. De eo jam actum eſt cum Græcis & Martyrologio Romano ad* XVI Martii

B. Alberti *patriarchæ Hieroſolymitani meminit Ferrarius cum* Sancti *titulo, Caſtellanus verò* venerabilem *dumtaxat vocat. Vita* B. Alberti *data eſt ad* VIII Aprilis

S. Petrus *archiepiſcopus Tarantaſienſis hoc die annuntiatur apud Chalemotum in Serie Sanctorum & Beatorum Ciſtercienſium. At de* S. Petro *jam actum eſt* VIII Maii

S. Barnabæ *apoſtoli capitis & cinerum* tranſlatio *annuntiatur* Mediolani *in Martyrologio Mediolanenſi. Acta* S. Barnabæ *illuſtrata ſunt ad* XI Junii

S. Eparci epiſcopi *meminerunt hodie codices plerique Hieronymiani, ſed ubique ſine loco emortuali, indeque fit, ut certò edicere nequeamus, quis deſignetur* Eparcus *aut* Eparchius. *Apud Florentinium ſic memoratur:* Et alibi depoſitio Eparci epiſcopi. *Conſonat codex Corbeienſis, & ferè etiam Gellonenſis & Labbeanus. In Epternacenſi nomen luxatum eſt: pro* Eparci *enim legitur* Epanti, *& in Auguſtano* Epartici. *Wandelbertus* Eparcum *celebrat hoc verſiculo:* Præſulis hîc etiam meritum celebratur Eparci. *Florentinius in Annotatis dubitat, an fortè deſignetur* Eparchius *Arvernenſis ſeu Claromontenſis ſeculo* V *epiſcopus, cui ſuffectus eſt S. Sidonius Apollinaris. De eo S. Gregorius Turonenſis lib.* 2 *Hiſtoriæ cap.* 21 *ita ſcribit:* Defuncto autem apud Arvernos Namatio epiſcopo, Eparchius ſucceſſit vir ſanctiſſimus atque religioſus. *Deinde pauca refert de geſtis ipſius, & de morte ac ſucceſſore ita loquitur:* Quo migrante, Sidonius ex præfecto ſubſtituitur. *Sanſſayus in Catalogo Sanctorum, quem Mar-*

A tyrologio Gallicano subjecit, pag. 1236 hunc Eparchium titulo Sancti honorat, assignatque diem XXIII Augusti, quia eo die colitur S. Sidonius ipsius successor. Sancti titulum Eparchio subinde etiam attribuit Dionysius Sammarthanus tom. 2 Galliæ Christianæ col. 231, & Tillemontius tom 15 Monum. Eccl. in articulo de SS. Namatio & Eparchio episcopis, ubi gesta Eparchii refert ex Gregorio Turonensi. Attamen nullus probat cultum Eparchii, fateturque Tillemontius non videri cultum ipsius vigere nostris temporibus. Verùm ex allatis S. Gregorii verbis suspicatur, tempore Gregorii cultum fuisse. Id ego ex illis colligere nequeo: nam, licèt virum sanctissimum dicat, à titulo tamen Beati aut Sancti constanter abstinet. Itaque, cùm etiam novissima Martyrologia Castellani & ecclesiæ Parisiensis de Eparchio Claromontensi taceant, nec constet eum obiisse hoc die, magis existimo alium esse Eparchium, qui in vetustis Martyrologiis annuntiatur. Præterea, cùm locus obitûs ubique præter morem omittatur, suspicor aliquem esse Eparchium jam alio loco in iisdem Fastis memoratum. Talis est Eparchius Engolismensis die 1 Julii annuntiatus. Hic quidem non fuit episcopus: at ibi etiam in aliquot codicibus ex errore episcopus vocatur. Vita data est 1 Julii

B

S. Wilfrida abbatissa in Anglia ad hunc diem refertur apud Arturum à Monasterio in Gynæceo. Data est hujus Sanctæ Vita ad IX Septemb.

Fledericus presbyter in agro Alostano hodie est apud Miræum in Fastis Belgicis & Burgundicis. De eo actum est die præcedente XIII Septemb.

Valerianus puer in Menæis Græcis commemoratur hodie, sed breviter admodum. Dicitur in annuntiatione ξίφει τελειῶτω, ense consummatur. At in duobus versiculis, qui fine alio elogio addantur, de supplicio nulla fit mentio, sed solùm de corona hoc modo:

Βαλεριανῷ τῷ μικρῷ Θεὸς μέγας
Ἐν σφαιρῷ δέδωκε πάμμεγα στέφος.
Valeriano parvo magnus Deus
In cœlo ingentem dedit coronam.

Hinc, cùm Valerianus ille in aliis Fastis hodie non reperiatur, multùm dubito, an non sit ille ipsè, qui aliis Martyribus apud nos datis annumeratur, ac in eorum sepulcro orans obiisse dicitur. Vide igitur Macrobium & socios martyres ad XIII Septembris

C

Exaltatio sanctæ Crucis in omnibus passim Fastis, exceptis paucissimis, annuntiatur, ut jam observavit in suo Usuardo Sollerius noster ad hunc diem. Verùm de hac festivitate agendum est in Opere singulari de festivitatibus Christi Domini.

Clavi Dominici festivitas Catanæ annuntiatur apud Octavium Caietanum.

Theocles martyr in Menæis brevissimè annuntiatur; at sine loco, & sine ullis aliis adjunctis, præterquam quòd gladio dicatur occisus, & sic ad cœlum perveniisse asseratur in adjunctis duobus versiculis. Nullum aliud invenio elogium. Itaque, etsi de sanctitate Theoclis non videatur multùm dubitari posse, cùm plura de eo non reperiam, nec mentio de eo fit in Menologiis, dicta hæc de Theocle sufficiant.

Ambatii, ut episcopi Metensis & Sancti meminit Ferrarius. Nullus istius nominis reperitur inter antistites Metenses. Inter hos tamen est Sambatius, sed nullibi Sanctum vocatum invenio. Sambatius dicitur obiisse hac die XIV Septembris. An fortè primâ litterâ S, quæ in nomine omittitur à Ferrario, additam credidit ad sanctitatem insinuandam? Quidquid sit, de Ambatio aut Sambatio plura non addo.

D

Lucas Manzolus, ex Ordine Humiliatorum deinde exstincto episcopus Fesulanus, & S. R. E. Cardinalis creatus à Gregorio XII, hoc die, quo obiit anno 1411, beatus vocatur apud Wionem, Menardum, & Dorgainium; at cultum legitimum nullus probat. Ciaconius in Vitis Pontificum col. 770 dat Lucæ elogium & epitaphium planè magnificum. Deinde subdit hæc verba: Hunc S. Antoninus magni consilii virum, sacræ theologiæ professorem peritum, ac magnæ famæ ac probitatis appellat. In tabulis olim Ordinis Humiliatorum pro beato habebatur. Hæc ultima verba aliquid insinuarent de cultu, si per tabulas intelligerentur libri rituales. At mentem scriptoris ignoro, & aliorum silentium facit, ut non existimem cultum unquam fuisse. Hæc autem suspicio multùm crescit ex fragmentis, quæ habemus, Historiæ Ms. Humiliatorum Puricelli, ubi tractatur de Sanctis & Beatis illius Ordinis. Nam video Lucam quidem insertum fuisse catalogo eorum, qui Sancti & Beati appellantur, ita ut facilè credere possim Beati titulum eidem fuisse datum. At alia legitimi cultus indicia ibidem non reperio.

E

Odilardus episcopus Namnetensis Sanctus vocatur apud Claudium Robertum, qui hunc ei assignat diem, apud Saussayum in Supplemento, apud Castellanum, & demum apud Simonem de Peyronet in Catalogo Sanctorum ad vocem Odilardus. Verùm Albertus le Grand in Opere de Sanctis Britanniæ Armoricæ non modò silet de sanctitate aut cultu Odilardi; sed etiam in Catalogo episcoporum Namnetensium pag. 68 Odilardum recensens, insinuat se nihil scire de cultu Odilardi. In Breviario Namnetensi, impresso circa annum 1622, Odilardum non reperio, nec in Kalendario, quod præfixum est eidem Breviario nomen ipsius recensetur. Hæc mihi persuadebant, cultu carêre Odilardum; quando scripsi ad Superiorem Societatis nostræ Namnetensem, ut certius quid affirmare possem. Litteræ autem inde ad me redditæ suspicionem meam de non culto in ecclesia sua Odilardo planè confirmârunt.

Eudoxius presbyter annuntiatur in Æthiopia apud Castellanum ex Fastis nimirum Æthiopicis à Jobo Ludolfo editis. At nos Fastis illis, in quibus hæretici & schismatici Catholicis additi sunt, tantùm non fidimus, ut Eudoxium omni temporis nota destitutum Actis Sanctorum inserendum credamus.

F

Dionysius & Felix hoc die conjunguntur apud Grevenum. Id ex solo errore factum videtur, quia in aliquot codicibus Hieronymianis Felix post Dionysium statim sequitur. At disjungendi sunt. De Dionysio in Prætermissis mox agam, Felicem verò cum Sociis aliis dabo: nam pertinet ad Martyres in Tuscia memoratos.

Nerius monachus ut Sanctus memoratur à Ferrario & Dempstero. At neutri satis fidimus ad cultum asserendum, neque hunc Nerium in certioribus Fastis reperimus.

Maria à S. Paulo virgo clarissa, & Beatrix Perez in Lusitania annuntiantur apud Arturum in Gynæceo; sed titulum beatarum, quo illas honorat, legitimo niti fundamento non videmus.

Ferdinandi Bassacii ex Ordine S. Francisci, aliorumque plurium ejusdem Ordinis, meminit Arturus in Martyrologio Franciscano, iis beato-

A rum *titulum de more attribuens, ſed ſine indiciis publici cultus. Videri poſſunt apud laudatum ſcriptorem, & apud Hueberum in Menologio Franciſcano etiam plures alii.*

Antonius de Roa, *presbyter Ordinis Auguſtiniani, & vir apoſtolicus, cum titulo* beati *ponitur apud Herreram in Alphabeto Auguſtiniano pag.* 21, *ibique dicitur obiiſſe* in monaſterio Mexicano, die XIV Septembris, an. MDLXIII. *Qua de cauſa* Beatum *appellaverit Herrera, inſinuat his verbis:* Eum epiſcopus Signinus inter Beatos Auguſtiniani Ordinis computavit. *At nobis non ſufficit auctoritas alicujus epiſcopi, ut* Antonium *Beatis annumeremus, præſertim cùm non fuerit defunctus centum annis ante decretum Urbani VIII, quo vetamur* Beatos *vocare eos, qui eo titulo non fuerant centum annis honorati, niſi Beatis ſint annumerati à Sede Apoſtolica.*

Petrus *converſus Ordinis Ciſtercienſis pietate inſignis, ut* beatus *memoratur apud Henriquezium & Chalemotum; at ſine indiciis cultus publici, quemadmodum & alii adduntur ibidem videndi.*

B Dominicus de Cubo, *Ordinis Prædicatorum, cum titulo* beati *memoratur apud Carolum de Saint Vincent in Anno Dominicano ad hunc diem. At nec* Dominici *hujus, nec aliorum plurium pietate inſignium, qui ibidem videri poſſunt, cultus nobis hactenus innotuit.*

Everardus, *primus abbas cœnobii* beatæ Mariæ de Berna *cum titulo* Beati *memoratur in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis; ſed ſine ullo publici cultus indicio.*

S. Catharinæ Fliſcæ Adurnæ, *quæ paſſim vocata eſt* B. Catharina Genuenſis, *in variis Faſtis hoc die fit mentio. Verùm Clemens Papa XII in bulla canonizationis* S. Catharinæ *feſtivitatem celebrari juſſit die* XV Septembris

S. Ninianus *epiſcopus* in Scotia *hoc die commemoratur in Martyrologio Germanico: at in Romano* XVI Septembris

B. Petrus de Arbues, *inquiſitor hæreticæ pravitatis, eaque occaſione martyr Cæſarauguſtæ, apud Marietam refertur ad hunc diem. At Officium docet,* B. Petri *feſtivitatem celebrari* XVII Septembris

S. Ferreoli *martyris meminit Grevenus. Colitur* XVIII Septembris

C Juſtinæ virginis *mentio in margine ponitur in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis. Variæ ſunt illius nominis Sanctæ. Forſan illa deſignatur, quæ cum Cypriano martyrium obivit die* XXVI Septemb.

S. Convallus *monachus annuntiatur hodie apud Camerarium. Non videtur diſtinctus à* Convallo *archidiacono, de quo actum eſt* XVII Maii *Quia tamen iterum memoratur in Breviario Aberdonenſi ad 29 Septembris, res ulteriùs examinari poterit ad illum diem* XXIX Septemb.

Placillæ *aut* Flaccillæ *imperatricis, Theodoſii Magni uxoris, mentio eſt in Menæis impreſſis, ſed potiùs tamquam* venerabilis, *quàm ut Sanctæ. Verba accipe.* Καὶ μνήμη τῆς εὐσεβεστάτης βασιλίσσης Πλακίλης, συζύγου φιλομήνης δ μεγάλου βασιλέως Θεοδοσίου. Et memoria piiſſimæ imperatricis Placillæ, quæ conjux fuit magni imperatoris Theodoſii. *Adduntur duo verſiculi & breviſſimum elogium, quo pietas* Placillæ *commendatur. Hæc ſuffecerunt. Tillemontio tom 5 Imperatorum in Theodoſio I art.* 26, *ut diceret:* Eccleſia Græca eam inter Sanctas venera-

tur. *At ego id ex verbis Menæorum inferre nequeo, niſi velimus dicere, omnes Patres ſive epiſcopos concilii* VI *œcumenici à Græcis ut Sanctos honorari, quia omnium ſimul memoria hodie in Menæis celebratur, & ſtatim poſt elogium* Flaccillæ *ſubjicitur eorum commemoratio. Prudentiùs de* Flaccilla *imperatrice locutus eſt Baronius in Annalibus ad annum* 385, *ubi piiſſimam Auguſtam meritis laudibus extollit, ſed à titulo* Beatæ *aut* Sanctæ *abſtinet. Silent de* Placilla *aut* Flaccilla *Græcorum Menologia, tam Baſilianum quàm Sirletianum, ſilent Synaxaria, Typica, omneſque libri rituales, ex quibus cultus colligi deberet. Quapropter Menæa nobis non ſufficiunt ad cultum* Placillæ *aſſerendum, præſertim cùm ne* Sanctæ *quidem aut* Beatæ *nudum titulum eidem attribuant, nedum cultum aſſerant. Apud Molanum, Caniſium & Ferrarium memoria eſt* Placillæ, *tamquam imperatricis* beatæ memoriæ, *ſed ad diem* XIV Octobris

S. Bernardus *confeſſor in Italia hodie memoratur in Martyrologio Anglicano: at apud Ferrarium & alios* XIV Octobris D

S. Evergiſili *epiſcopi Colonienſis & martyris memoria reperitur in variis codicibus Uſuardini Martyrologii, uti & in Florario Ms. Sanctorum, & in aliis aliquot Faſtis recentioribus. Colitur & Martyrologio Romano inſcriptus eſt ad* XXIV Octobris

S. Lætus, *tamquam* paſtor *ovium, annuntiatur apud Caſtellanum, in vico* Meou; *nunc paſſim* Mehon *dicto,* prope Macerias *civitatem ad Moſam in Campania Gallica, dicitque vulgò nominari* Saint Ly. *Verùm rogatus à me loci parochus, R. dominus Franciſcus Wahart humaniſſimis litteris ad nos hoc anno datis diligenter nos de* S. Læto *inſtruxit, docuitque feſtivitatem ipſius ibidem non celebrari hoc die* 14 *Septembris, ſed 6 Novembris, nec vulgò dici* Saint Ly, *ſed* Saint Lié. *Clarum etiam eſt ex litteris laudati parochi,* Lætum, *qui celebratur in vico Mehon, non eſſe alium à* S. Læto, *qui in Martyrologio Romano, & apud ipſum quoque Caſtellanum annuntiatur die* V Novemb.

S. Aurelii *epiſcopi hodie meminit vetuſtum Martyrologium Richenovienſe ſine loco. Et* Aurelius *epiſcopus* in Swevia *annuntiatur in Hagenoyenſi codice Martyrologii Uſuardini. Eſt epiſcopus Armenus, qui defunctus eſt Mediolani, & cujus aliquæ reliquiæ ſunt in Suevia, ut latiùs dicetur, ubi Acta dabuntur, ad* IX Novembris E

S. Amandi *Rhedonenſis epiſcopi hoc die meminit Ferrarius. Jam heri monui eum à noviſſimis martyrologis memorari ad* XIII Novembris

S. Dionyſii epiſcopi & confeſſoris *in Faſtis Hieronymianis* depoſitio *hodie memoratur. Aliqui credunt deſignari S. Dionyſium Papam, qui in hiſce ipſis Faſtis, & in aliis pleriſque, uti & in hodierno Romano memoratur die 26 Decembris. Ratio eſt, quia poſt S. Cornelium Papam Romæ annuntiatum, ita ſtatim ſine commemoratione alterius loci ſubjungitur* Dionyſius, *ut etiam Romæ videatur attribui. Horum opinionem ſatis crederem certam, niſi alia ratio, eaque gravior, ut videtur, alium inſinuaret Dionyſium epiſcopum. Nam* S. Dionyſius *Alexandrinus epiſcopus clarè hodie annuntiatur in Faſtis Coptitarum apud Jobum Ludolfum. Hunc autem cùm nullo alio die in Hieronymianis Faſtis inveniam; hodie in illis memoratum omnino*

A *no mihi perſuadeo, atque id etiam credidiſſe videtur Caſtellanus, qui eumdem hodie annuntiat. Nos de* S. Dionyſio *Alexandrino cum aliis plurib. Faſtis, & cum Martyrologio Romano agemus ad diem* XVII Novembris. D

DE S. CORNELIO PAPA MARTYRE

CENTUMCELLIS IN ETRURIA,

ITEM

DE SS. CEREALE ET SALUSTIA

CUM VIGINTI ET UNO SOCIIS MM.

ROMÆ,

B E

COMMENTARIUS HISTORICUS. C. S.

§ I. Memoria Sancti variè in Martyrologiis relata · antiquiſſimus ejuſdem & hodiernus cultus.

AN. CCLII. *In nonnullis Martyrologiis.*

C

Sanctum Cornelium, *Fabiani Papæ ac martyris in Romanam S. Petri Cathedram ſucceſſorem & pariter martyrem, vetuſta æquè ac recentiora Martyrologia ad* XIV *Septembris diem unanimi conſenſu celebrant; ſed alia cum ſolum, alia cum Sociis tribus & viginti, quorum duo tantùm nomina exprimuntur, annuntiant. Hieronymianum vetuſtius à Franciſco Florentinio editum & illuſtratum ad hanc diem ſic habet:* Romæ in Cimiterio, Viâ Appiâ, natalis Cornelii epiſcopi, & Saturi. *Ad hæc laudatus Florentinius duo obſervat: primum eſt, in illo Martyrologio cœmeterium Calliſti generico & antonomaſtico* cœmeterii *nomine deſignari: alterum, nonnihil ſuſpicari ſe, an* Saturi *nomen, quod alibi quàm in codicibus ſuis non repererat, librarii vitio ſcriptum non fuerit pro* martyris; *ut legendum ſit* Cornelii epiſcopi & martyris: *quia tamen in Corbeienſi ſuo codice pro* Saturi, Saturnini *legerat, credere maluit,* Saturninum *retinendum eſſe, & hunc unum fuiſſe è viginti, imò viginti & uno anonymis, qui cum* S. Cornelio *paſſi dicuntur. Quod ad primum ſpectat, id ego Florentinio libenter aſſentior; nam cœmeterium Calliſti, alia Martyrologia exprimunt; & rectè, ut ex dicendis patebit. At Saturum vel Saturninum* S. Cornelii *in martyrio ſocium fuiſſe, planè incertum eſt; imò cùm non appareat, cur è tot Sociis ſolus* Saturus *vel* Saturninus *recenſeatur, is ad horum Martyrum claſſem potiùs non pertinere videtur. Ad Martyrologia redeamus.*

2 *Hieronymianum Corbeienſe, quod Acherius tomo 2 Spicilegii recuſi* vetuſtiſſimum *appellat, ad eumdem diem ſic illum annuntiat:* Romæ Viâ Appiâ in cœmeterio Caleſti *, natalis ſanctorum Cornelii epiſcopi, Saturnini. *Gellonenſe in laudato Spicilegio:* Româ Cornelii; *vetus item Calendarium ibidem:* Nat. S. Cornelii & Cypriani, *Similiter Rhinovienſe tomo* VII *Junii à Sollerio editum* Cornelii *ſine ſociis breviter ſic meminit:* Romæ Cornelii. *Succinunt & Richenovienſe ac Labbeanum in eodem tomo excuſa, in quorum primo legitur:* Romæ Cornelii, & depoſitio Dionyſii epiſcopi; *in altero:* Romæ Cornelii & Cypriani martyrum. *Liquet autem, nec Dionyſium, nec Cyprianum ad* S. Cornelii *conſortium pertinere. Idem de Auguſtano cenſendum, dum ibidem ait:* Romæ Cornelii, Cypriani, Dionyſii, Saturi, Felicis, Honorii, Epartici epiſcopi; *nam ſicut S. Cyprianus aliquot annos poſt ſanctum Pontificem noſtrum, alioque in loco paſſus, illius ſociis annumerari non poteſt, licèt eadem annuntiatione recenſeatur, ita nec aliorum cum* S. Cornelio *in martyrio aut palæſtra ſocietas hinc poteſt inferri. Hæc de Hieronymianis apographis ſufficiant.* F

S. Cornelius ſolus, in aliis * *l.* Calliſti

3 *Nullos etiam Sancti Socios Beda ac Wandelbertus, in ſuo quiſque Martyrologio metrico agnoverunt. Horum prior ſic cecinit:* *cum multis*

Octavas decimas Cornelius inde Kalendas
Conſecrat.

Alter verò ſic:

Corneliuſque ſuam virtute & ſanguine Romam
Antiſtes fulcit.

Verùm alii Faſti non paucos ſancto Pontifici ſocios, ut monui, adjungunt. In primis Martyrologium Bedæ, in Opere noſtro tomo 2 Martii præfixum ad XVIII *Kalendas Octobris ita habet:* Romæ natale S. Cornelii epiſcopi: cui primò os cum plumbatis cæſum, & ſic decollatus cum aliis viginti & uno *, promiſcui ſexus: & Cerealis miles cum uxore ſua Saluſtia, quam Cornelius ab infirmitate ſanaverat, paſſi ſub Decio. *Hæc ibi, quæ tamen non Bedæ, ſed Floro ex Sollerii noſtri, viri in hujuſmodi quæſtionibus verſatiſſimi, judicio adſcribenda ſunt. Is enim in Præfatione ad Uſuardum cap.* 1, *art.* 2, *num.* 56 *in ea fuit ſententia, ut, collato inter ſe utroque Bedæ Martyrologio, proſa-*

* *al.* XXII

co

AUCTORE C. S.

co nempe mox laudato, & metrico, quod suprà citavimus; illos omnes Sanctos & Sanctorum elogia, quorum Beda in metrico meminisset, Bedæ attribuerat, cetera Floro: in metrico autem, ut ostendimus, solum Cornelium *annuntiavit.*

Sociis annuntiatur: quorum

4 *Eosdem Sancti Socios recenset auctor Romani veteris, seu Parvi, à Rosweydo editi,* Romæ, *inquiens,* Cornelii episcopi & martyris, & aliorum XXI & Cerealis & Salustiæ. *Utrumque secutus S. Ado Viennensis antistes, prolixum elogium, quod ex Actis, quæ circumferuntur, contexuit; quodque, quia Acta danda non censui, hîc subjungo.* Romæ Viâ Appiâ in Cœmeterio Callisti, natale sancti Cornelii episcopi, qui sub persecutione Decii cum presbyteris & diaconibus Centumcellis exilio deputatur. Ad quem confortandum multi Christianorum veniebant. Quo tempore beatus Cyprianus scripsit ei de Celerino lectore, quanta pro fide & confessione Christi sustinuerit. Decius Cæsar audito, quòd multi ei scriberent, & de beatò Cypriano, rogavit eum sibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur à Cypriano contra rempublicam litteras accepisset, respondit: Ego de corona Domini litteras accepi, non contra rempublicam. Iratus Decius jussit, ut os ejus cum plumbatis cæderetur, deinde ad templum Martis, ut sacrificaret, duceretur: quod si contempsisset, illic capite puniretur.

B

martyrium

5 Cúmque duceretur, unus ex militibus, nomine Cerealis, rogare cœpit beatum Papam, ut visitaret uxorem ejus, quæ annis quinque paralytica jacebat. Ingressus autem domum ejus, tenuit manum Salustiæ, & erexit eam, dicens: In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & sta super pedes tuos: quæ protinus erexit se, clamans & dicens: Verè Christus est Dei filius. Et dixit beato Cornelio: Baptiza me, per Christum te conjuro; & currens implevit vas aquâ, & attulit ei. Tunc miserunt se omnes milites ad pedes ejus, orantes se baptizari: quos ut baptizavit, obtulit pro eis sacrificium laudis, & participati sunt omnes Corpore & Sanguine Domini nostri Jesu Christi. Audiens hæc Decius, mittens tenuit omnes eos, & jussit, ut cum beato Cornelio ducerentur ad sacrificandum, &, si nollent parêre, capite plecterentur.

C

ex Adone

6 Ducti autem foràs muros portæ Appiæ, expuentes in templum, decollati sunt unà cum beatissimo Papa numero viginti unus: sed & Cerealis cum uxore sua Salustia sub die XVIII Kalend. Octobris. Eâdem verò nocte venit beata Lucina cum clericis & familia sua, & rapuit Martyrum corpora, & sepelivit ea in agro suo in crypta in cœmeterio Callisti. Hujus beatæ Lucinæ rogatu idem beatus Cornelius corpora Apostolorum de Catacumbis levavit noctu, & posuit, Pauli quidem Viâ Ostiensi, ubi decollatus est, Petri autem juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum, in templo Apollinis, in monte Aureo, in Vaticano palatii Neroniani, III Kalendas Julias.

& Usuardo exhibetur.

7 *Hucusque Ado, cujus prolixiorem textum Usuardus more suo in hæc verba contraxit:* Romæ Viâ Appiâ, beati Cornelii Papæ, cui os, post exilii relegationem, jussit Decius plumbatis cædi, & sic cum aliis viginti uno promiscui sexûs decollari. Sed & Cerealis miles cum uxore Salustia, quos idem Cornelius fide instruxerat, sub eodem die capite plexus est. *Denique ne longior sim, similia Martyrologiis suis sæculo* IX *inseruerunt Rabbanus ac Notkerus, & deinde Baronius in Romano Martyrologio adoptavit. Porrò necesse habui tantam martyrologorum seriem hîc recensere, ut, quid de* S. Cornelii *mortis genere, palæstra, tempore, ac Sociis probabiliùs statui possit, dispiciamus: hæc enim omnia non leves difficultates patiuntur, quas infrà exponemus.*

D

Vetustissimus S. Cornelii

8 *Miror in vetustissimo Bucherii Kalendario nullam de hoc sancto Pontifice mentionem fieri, cùm tamen de S. Cypriani, qui unà cum illo Romæ jam antiquitus cultus fuit, in Callisti cœmeterio veneratione in eodem legatur:* Decimo octavo Kalendas Octobris, Cypriani Africæ. Romæ celebratur in Callisti. *At quæcumque sit hujus silentii causa, sacrum* Cornelii *cultum sæculo* V *Romæ viguisse liquet ex ecclesia, quam ad ejusdem sacra ossa honorificè asservanda à S. Leone I exstructam fuisse,* § 13 *ostendemus. Huc etiam faciunt vetusta Sacramentaria, sub ejusdem Leonis I, Gelasii I, ac Gregorii item I, nomine edita, in quibus ad* XVIII *Kalendas Octobris sanctus Pontifex simul cum S. Cypriano, Missâ utrique communi, celebratur.*

cultus Romæ

9 *Orationibus in ea Missa præscriptis, recensendis supersedeo, at Præfationem propriam, prout ea tomo* 4 *Anastasii editionis Vaticanæ in S. Leonis, & apud Hugonem Menardum in Gregorii Sacramentario exstat, juverit recitâsse. Sic itaque habet:* Verè dignum &c.; Tuamque in sanctis martyribus Cornelio, simul etiam Cypriano, prædicare virtutem, quos discretis terrarum partibus greges sacros divino pane pascentes, una fide, eademque die, diversis licèt temporibus, consonante, parique nominis tui confessione coronâsti. Per Christum &c. *Hæc de antiquo* S. Cornelii *apud Romanos cultu prælibâsse sufficiat, de quo, & de cujus per Europam propagatione,* § 13 *& sequentibus plura dicenda erunt.*

E

ad hunc diem, quæ

10 *Porrò quamvis omnia, quæ huc usque adduximus, Martyrologia ac Sacramentaria* S. Cornelium *ad* XIV *Septembris memorent,* Papebrochius *tamen pag.* 34 * *& seq. Propylæi Maji censet, hunc diem non obitûs, sed sepulturæ esse. Ita ipse scilicet opinatus est, quia cum vetustissimo Romanorum Pontificum Catalogo, infrà sæpius laudando, statuit, sanctum Pontificem nostrum non Romæ, nec gladii supplicio, sed Centumcellis, ubi exsulabat, naturali morte, ex ærumnis tamen maturatâ, obiisse, diemque, quo sacrum ejusdem corpus Centumcellis in Urbem translatum, & in Callisti cœmeterio collocatum fuit, præ cæteris Romanis celebrem fuisse; ideoque diem* XIV *Septembris, quo in memorato Callisti cœmeterio annuntiatur, non pro cæteris, sed pro translati, sive depositi ibidem corporis tempore accipiendum esse.*

F

verisimiliùs fuit illius cæmortualis.

11 *De loco ac genere mortis Papebrochio consentit uterque Pagius, alter in Critica Baronii ad annum Christi* 252, *num.* 12 *& seqq., alter in Breviario Pontificum; verumtamen diem* XIV *Septembris pro mortuali habent. Contrà Eminentissimus Baronius tomo* 2 *Annal. ad annum* 255, *& eruditus vir Emmanuel à Schelstrate Antiquitatis illustratæ dissertatione* 2, *cap.* 6, *tria illa cum Actis retinenda censent, videlicet* S. Cornelium *supplicio gladii in urbe Roma, hoc ipso die martyrium consummâsse. Quæstionis solutio quoad duo prima dubia pendet ab Actorum ac Catalogi mox laudati auctoritate; ideoque de iis aptiùs arbitrabimur, postquam hunc & illa discusserimus: verùm licèt Acta rejiciamus, nihil est, cur diem in Martyrologiis omnibus annotatum, quemque etiam alia venerandæ antiquitatis testimonia cæmortualem fuisse asserunt, pro sepultura tempore cum Papebrochio accipiamus.*

12 *Cæterùm observo* SS. Cornelii *ac Cypriani memo-*

A *memoriam hac quidem die in Romano Martyrologio æquè ac in antiquis haberi, at in ejuſdem Eccleſiæ Breviario non niſi* XVI *recoli, quia dies* XIV *feſto exaltatæ Crucis,* XV *verò Octavæ Nativitatis ſanctiſſimæ Dei Genitricis conſecratæ ſunt. In Lateranenſi baſilica Romæ ad* XXII *ejuſdem menſis ritu duplici coluntur.*

§ II. Actorum examen & errores.

Acta S. Cornelii,

ACtorum S. Cornelii *varia exemplaria habemus tum in codicibus Mss. Muſei noſtri, tum in apographis aliunde acceptis, quorum licèt alia aliis ſint auctiora vitioſioraque, in rerum tamen ſubſtantia ferè conveniunt. Hujuſmodi exemplar jam edidit Mombritius tom.* I, *pag.* 210, *eoque correctiùs Emmanuël à Schelſtrate Antiquitatis illuſtratæ tom.* I, *diſſert.* 2, *cap.* 6, *ex bibliothecæ Vaticanæ codice* 1190, *ante annos facilè* 600, *ut ait, conſcripto. Exſtat etiam eorum compendium in Vitis Pontificum Anaſtaſio attributis; ſic tamen, ut in hoc quædam deſiderentur, quæ in aliis legere eſt, & contrà aliqua in illo referantur, quæ abſunt ab iſtis. Actorum auctor nuſquam ſe vel ætatem ſuam prodit; verumtamen eum à Sancti ætate remotum ſcripſiſſe, error, quo illius martyrium ſub Decio refert, ſatis manifeſtat, ut ex dicendis patebit.*

B

quæ circumferuntur,

14 *Sunt, qui velint, Hilduinum, S. Dionyſii apud Pariſios abbatem, Areopagiticis notiſſimum,* S. Cornelii *Acta, jubente Lothario, Ludovici Pii filio, concinnâſſe, ut habent eruditi Benedictini, Hiſtoriæ litterariæ Franciæ ſcriptores; quam tamen ſententiam ipſi non audent affirmare, dixiſſe contenti, ſibi de hoc Opere non conſtare, ceterùm Hilduinum à* S. Cornelii *ſeculo longiùs abfuiſſe, quàm ut de eo argumento accuratè feliciterque tractâſſe cenſendus ſit. Acta illius nomine inſignita in codice annorum circitèr* 500 *bibliothecæ S. Petri Resbacenſis, diœceſis Meldenſis, exſtare aſſerit Theodoricus Ruinartius in Actis ſinceris Martyrum, admonitione ad Vitam S. Cypriani, ubi, illo teſte, ſic inſcripta ſunt:* Incipit Hiſtoria

C [S. Cornelii] Papæ cum paſſione, quam, jubente ſereniſſimo Auguſto Hlothario, Hilduinus archicancellarius de diverſis Opuſculis S. Cypriani epiſcopi & martyris, aliiſque auctoribus geſtorum collegit & ordinavit. Deinde (*ſubjicit Ruinartius*) ſic incipit: In diebus illis cùm univerſus orbis terrarum Romanorum ditione &c.

vetuſtiora ſunt Hilduino, ſive ſeculo 9:

15 *Eodem exordio, at ſine Hilduini nomine, exemplar ad manum habeo ex Ms. monaſterii S. Mariæ Bonifontis, in quo etiam multa ex S. Cypriani epiſtolis decerpta referuntur; ſed ceteris apographis, ſi non pejus, certè melius non eſt, cùm iiſdem etiam, quæ in aliis diſplicent, vitiis laboret. Deinde, ſi Hilduinum, ſeculi* IX *ſcriptorem, auctorem habeat, exiguam ſanè ex hoc capite auctoritatem ſibi poteſt vendicare. Utut hæc ſe habeant, ſancti Pontificis Acta, quæ hodiedum circumferuntur, aut his ſimilia, multò vetuſtiora ſunt Hilduino: etenim dubitari nequit, quin hæc aut hujuſmodi præ manibus habuerit auctor Catalogi Romanorum Pontificum, quem ex ſereniſſimæ reginæ Sueciæ bibliotheca acceptum Henſchenius ante tom.* I *Aprilis, ac deinde Papebrochius in Propylæo Maji, ſecundo loco edidêre, quique ſi ad ſeculum ſextum referendus non ſit, antiquitate tamen Hilduino plurimùm præſtat. Similia etiam à Martyrologii Romani parvi, per Roſweydum vulgati, auctore, itemque à Beda ſeu Floro, ac deinde ab Adone, ipſoque Hilduino viſa fuiſſe arbitramur; ſi laudata per Ruinartium Acta re vera ab eo ſcripta fuerint.*

AUCTORE C. S.

Schelſtratii de eorumdem vetuſtate judicium.

16 *Schelſtratius ſua, quæ ex ſuprà laudato codice Vaticano edidit, antiqua quidem eſſe cenſet; attamen non niſi poſt S. Leonis Magni tempora, qui poſt medium ſeculi* V *felici morte obiit, conſcripta. Rationem, quâ ductus id credat, accipe. Sub calcem in iis hæc leguntur:* Eâdem verò nocte venerunt clerici & beata Lucina cum familia ſua, & rapuerunt corpora ſanctorum Martyrum, quæ & ſepelivit in agrum ſuum in crypta in cymeterio Callixti, ubi hodie orationes eorum florent, ad laudem, gloriam & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti *&c. Hinc ipſe colligit, baſilicam, quam à S. Leone conditam fuiſſe præcedenti § diximus, dum Acta ſcriberentur, jam exſtitiſſe, id enim hæc inſinuare, dum de fuſis ad eorum corpora precibus meminerunt;* Acſi teſtarentur, *inquit,* laudes & orationes à clero & populo in baſilica Cornelii habitas fuiſſe in gloriam & honorem nominis Chriſti. *At non video, quomodò id ex allatis verbis poſſit deduci; cùm etiam in cryptis fideles primis Chriſtianis temporibus orare ſacroſque conventus agere conſueverint. Libens tamen ipſi conceſſerim, Acta illa S. Leone poſteriora eſſe.*

E

Contra ea Acta probatur,

17 *Attamen cujuſcumque ea ſcriptoris aut ætatis ſint, ob manifeſtos, quibus inquinata ſunt, errores eruditis non parùm diſplicent, & à Papebrochio, utroque Pagio, & Tillemontio velut nullius fidei inſtrumenta rejiciuntur. In primis vel maximè diſplicet, quòd* Cornelius *à Decio primùm Centumcellas, quæ maritima Hetruriæ civitas eſt, relegatus, indèque ab eodem imperatore Romam accerſitus, unà cum Sociis tribus vel quatuor ſupra viginti, capite plexus fuiſſe in iis dicatur, quemadmodum § præcedenti ex Adone vidimus. Conſtat enim,* Cornelium *ſub Gallo & Voluſiano, qui Deciis, patre ac filio, in bello Gothico anno Chriſti* 251 *cæſis, in imperium ſucceſſerant, Centumcellas pulſum, & ſub iiſdem Auguſtis martyrio coronatum fuiſſe. Sub Decio verò nihil hujuſmodi paſſum eſſe, diſertè teſtatur S. Cyprianus epiſtolâ* 52 *noviſſimæ editionis Venetæ Operum ejuſdem Sancti, per Stephanum Baluzium adornatæ, anni* 1728, *quam editionem per Commentarii decurſum ſequemur.*

F

S. Cornelium ſub Deciis

18 *Etenim S. Cyprianus epiſt.* 52 *poſt utriuſque Decii cædem ad Antonianum ſcribens de* S. Cornelio *inter cetera ait,* Sediſſe (*illum*) intrepidum Romæ in Sacerdotali Cathedra eo tempore, quo tyrannus (*Decius*) infeſtus ſacerdotibus Dei, fanda atque infanda comminaretur; cùm multò patientiùs & tolerabiliùs audiret, levari adverſus ſe æmulum principem, quàm conſtitui Romæ Dei Sacerdotem. Nonne hic, frater cariſſime, ſummo virtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt, nonne inter glorioſos confeſſores & martyres deputandus, qui tantum temporis ſedit, exſpectans corporis ſui carnifices & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adverſus edicta feralia reſiſtentem, & minas & cruciatus & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viſcera ejus & membra laniarent?

nec exſilio, nec morte mulctatum eſſe.

19 Etiamſi majeſtas Domini protegentis & bonitas Sacerdotem, quem fieri voluit, factum quo-

AUCTORE C. S.

que protexit, tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet & timorem, passus est, quidquid pati potuit, & tyrannum, armis & bello postmodum victum, prior Sacerdotio suo vicit. *Huc usque S. Cyprianus, quem de Decio in bello Gothico victo casoque hîc loqui manifestum, & apud omnes in confesso est. Nec minùs clarum est, sanctum Pontificem à divina Majestate ac bonitate protectum, sub eodem imperatore nihil præter minas & terrores passum, illi supervixisse, adeoque ab eodem in exsilium minimè pulsum, multò minùs capite plexum fuisse.*

Respondetur ad nonnullas conjecturas,

20 *Non desunt tamen, qui Actorum de Decio dicta cum veritate conciliare conantur. Eruditus Schelstratius suprà laudatus, & Franciscus Bencinus in annotatis ad Anastasium Bibliothecarium tom. 2, pag. 195, fatentur quidem,* S. Cornelium *sub Gallo & Volusiano martyrium consummâsse: at simul censent, eumdem à Decio Centumcellas relegatum fuisse. Hinc, quæ ex Cypriano mox retulimus, Schelstratius de* Cornelio *Centumcellis jam exsulante dicta arbitratur: ibi enim eum corporis sui carnifices exspectâsse, ibi tyrannum Sacerdotio suo, sive sacerdotali mentis constantiâ &*

B *vigore superâsse; denique tum temporis epistolam 57 à Cypriano ad* Cornelium, *de gloriosa hujus confessione gratulatoriam, datam fuisse.*

quæ pro exsilio

21 *Verùm, præterquam quòd vel sic error in Actis admittendus sit, ne id quidem, quod laudati scriptores volunt, verisimile est ob præcitatam S. Cypriani epistolam, in qua nulla exsilii fit mentio, cujus tamen faciendæ aderat opportunitas, quamque res ipsa fieri exigebat. Scribebat scilicet S. Cyprianus ad Antonianum, ut hunc, quem* S. Cornelium *inter ac Novatianum schismaticorum caput nutare adverterat, in* Cornelii *communione confirmaret. In hunc finem* Cornelium *modis omnibus commendare studens, ostendit, eum non modò legitimè ad Pontificatum electum, sed & illo ob virtutes doteque animi verè sacerdotales dignissimum esse. Huc certè, ipso Cypriano teste, non parùm faciebat toleratum pro Christo exsilium: nam epistolâ 57 ad* S. Cornelium *jam exsulem scriptâ, hoc argumento utitur ad illius legitimum Pontificatum, Novatianique, quem cum suis asseclis tyrannus non persequebatur, dirum schisma probandum.*

C

per Decium ipsi irrogato

22 Quid ad hæc Novatianus, *inquiebat*, frater carissime? Utrúmne jam deponit errorem?... Agnoscitne jam, quis sit Sacerdos Dei, quæ sit Ecclesia & domus Christi, qui sint Dei servi, quos diabolus infestet, qui sint Christiani, quos antichristus impugnet? *Si igitur argumentum hoc ad vindicandum* Cornelii *legitimum Pontificatum tam efficax visum sit Cypriano, ut vel ipsum Novatianum illo convinci debuisse crederet, cur eodem usus non est, ut Antonianum in ejusdem* Cornelii *communione retineret, si hîc jam tum Centumcellis exsul versaretur? Cur idem Cyprianus, ut* Cornelium inter glorioſos confessores & martyres *computandum esse ostenderet, ejusdem fidem, animique vigorem ac constantiam, quibus tyranni minas, incussosque terrores intrepidè tulerat, non autem exsilium commemoravit, cujus unius titulo potiori jure inter confessores ac martyres poterat deputari? Nor alia utique de causâ, quàm quòd sanctus Pontifex divina illum protegente Majestate, ad id usque tempus nondum exsulâsset.*

asseruitur.

23 *At enim, inquies, quo igitur pacto* adversus edicta feralia, *ut loquitur Cyprianus,* Cornelius *restitit, aut* minas & cruciatus & tormenta calcavit, *vel Decium, antequam armis & bello vinceretur,* Sacerdotio suo vicit? *Respondeo, id* D *ipsum feciſſe, dum spretis Decii edictis, Romanam Cathedram, quam invito tyranno ascenderat, eodem nequicquam frendente, & fanda atque infanda sacerdotibus comminante, intrepidè tenuit, omnesque optimi Pontificis partes in ipsa tyranni Urbe regia, quamquam occultè, explevit, atque ita divinâ protectus providentiâ, omnem Decii industriam & operam elusit & sacerdotali constantiâ fideque superavit.*

Alia opinio

24 *Franciscus Blanchinus in Notis historicis ad Bibliothecarium, non modò exsilium, sed & supremum capitis supplicium sub Deciis Sancto inflictum fuisse contendit; sic tamen, ut exsulare jussum velit post Valeriani adventum, quem à senatu censorem creatum, à Decio Augusto cum severioribus edictis è castris in Urbem remissum ait; per Decium verò, qui Sanctum Centumcellis Romam revocatum capite damnavit, Decii Augusti filium Hostilianum intelligat, quem pater contra Gothos profecturus, Romæ relictum, Cæsarem dixerat, quique post utriusque Decii cædem à Gallo adoptatus brevi tempore cum eo imperavit. Hanc* E *sententiam suam ibidem pluribus stabilire conatur, ac inter cetera observat, Decium illum in Actis non* Augustum *sed* Cæsarem *appellari.*

pariter non admittenda.

25 *Ad primam illius conjecturæ partem, quæ sancti Pontificis exsilium vivo Decio patre statuit, præcedentibus numeris satis responsum reor: neque enim ad argumentum, de quo agimus, quidquam interest, utrùm Sanctus à præsente, an ab absente Decio in exsilium pulsus sit. Minùs probabilis est etiam pars altera, secundùm quam* Cornelius *ab anno 251 exeunte Centumcellis exsulâsset, donec à Decio sive Hostiliano Romam ad tribunal revocatus, ejusdemque jussu capite truncatus est: quod minimè cohæret cum S. Cypriani epistolis, ex quibus certum est,* S. Cornelium *anno 251 & 252 multa Romæ egisse, antequam in exsilium migraret, ut ex dicendis apparebit; quare pluribus hîc supersedeo. At rectiùs fassus est Eminentissimus Baronius in Annalibus ad annum 255, num. 55 errorem in Decii nomine cubare; hunc que ortum ex eo putat, quòd persecutio ab illo imperatore cœpta, & à Gallo paulò pòst resuscitata, pro una eademque haberetur: verùm hæc ratio auctoritatem Actorum scriptori conciliare nequit, qui si à* S. Cornelii *ætate longè non abfuisset, non substituisset Decium pro* Gallo. F

Alter Actorum error de S. Cypriani carcere.

26 *In iisdem Actis præterea displicet eruditis, quòd de S. Cypriani ad exsulantem Centumcellis* Cornelium *epistola habent. De ea apud Bibliothecarium sic legitur:* Post hoc Cornelius Centumcellis pulsus est, & ibi scriptam epistolam, de sua confirmatione missam à Cypriano, quam Cyprianus in carcere scripsit, & de Celerino lectore, susceptit. *Hæc, inquam, eruditis meritò displicent, quia certum est, Cyprianum, dum* Cornelius *Pontificatum gessit, carceri numquam mancipatum fuisse. Verumtamen tota hæc difficultas in Vaticano Schelstratii codice evanescit, in quo sic legitur:* Eodem verò tempore (*quo sanctus Pontifex in Centumcellensi exsilio morabatur*) B. Cyprianus episcopus scripsit B. Cornelio, cùm esset in custodia, de Celerino lectore, quanta pro fide & confessione Christi verba sustinuerit. *Hîc voces illæ,* cùm esset in custodia, *de* Cornelii *exsilio absolutè accipi possunt. Apud Adonem præcedenti § relatum nulla etiam fit de* carcere *vel* custodia *mentio: at Celerini confessio in utroque laudatur, de quo verbum nullum in epistola Cypriani 57 ad* Cornelium *exsulem data reperio, ita ut & hic Acte-*

A *Actorum locus sine scrupulo admitti non possit.*

27 *Ab eodem Vaticano codice absunt, quæ in aliis Mss. & editis de translatis SS. Petri & Pauli per* Cornelium *venerandis corporibus num. 6 recensuimus. Eadem translatio apud Anastasium Bibliothecarium, & in Catalogo Romanorum Pontificum secundo loco ab Henschenio edito, etiam legitur, cum eo tamen discrimine, quòd à priore non* III Kalendas Julias, *ut habet Ado, sed* VI *Kalendas ejusdem mensis ea facta dicatur, in memorato autem Catalogo matrona, quæ illic* Lucina *dicitur,* Luciana *appelletur. Eminentissimus Baronius ad annum Christi* 221, *num.* 4 *& seqq., cum eoque plures alii eruditi viri historiam hanc inter fabulas non immeritò reputant.*

Quid de translatione SS. Petri & Pauli

28 *Papebrochii nostri anceps fuit de eadem judicium. Etenim tomo* V *Junii ad diem* XXIX, *quo SS. Petri & Pauli festivitas agitur, in Analectis* § 4 *variis rationibus eam non improbabilem reddere conatur. At verò ad diem* XXX *ejusdem mensis, in S. Lucina matrona Romana, pag.* 535 *eamdem illam translationem planè rejicit; tum quia fabulosis* Cornelii *Actis tantùm nititur, tum*

in Actis asserta censendum?

B *quia hæc ipsi videntur contradicere* Actis S. Sebastiani, jubentis sepeliri se juxta vestigia Apostolorum (ad Catacumbas, *ut in Actis præmissum fuerat*) ideóque adhuc in Catacumbis jacentium tempore Diocletiani. *Ut verum fatear, translatio illa mihi quoque commentitia apparet: attamen propter S. Sebastiani Acta, qualiacumque ea demum sint, Papebrochio sua sententia mutanda non erat; cùm per* vestigia Apostolorum *vetus illorum monumentum, aut fortè eorumdem impressa lapidi vestigia, de quibus Baronius ad annum* 286, *num.* 27, *absolutè accipi potuêre. Ceterùm ne actum agam, lectorem ad citatos Junii dies remitto, ubi Papebrochii argumenta perpendere poterit.*

§ III. Sancti martyrii palæstra non Roma, sed Centumcellæ in Hetruria: conjectura de adjunctis ipsi in martyrio Sociis, ac reliquiis Antverpiam delatis.

C *Supereſt præcipua de Actis controversia, ex qua eorum fides, & quæ de* SS. Cereale, Salustia *& Sociis habent, maximè pendent. Ultima sanctissimi Pontificis vitæ scena tota Romæ in iis agitur: eò enim ob frequentem populi Centumcellas concursum, missasque à S. Cypriano eódem litteras, jussu Decii adductus, tyranno constanter restitit, ibi, dum ad sacrificandum idolo traheretur,* Cerealem *militem, ejusque Uxorem, post impertitam huic sanitatem, cum viginti uno vel duobus, salutaribus undis abluit, cum iisdemque in Via Appia capite truncatus est, si fides Actis habenda sit. Verùm his contraria prodit vetustissimus omnium, quos habemus, Romanorum Pontificum catalogus, quem Cuspinianus suo in Aurelii Cassiodori Consules Commentario sparsim inseruit, quemque Bucherius à Bollando nostro acceptum in suo item Commentario in Canonem Paschalem Victorii, ac deinde Henschenius correctiùs ante tomum primum Aprilis edidêre.*

Sanctum non Romæ, ut habent Acta,

30 *Antequam progrediar, juverit pauca de memorato Catalogo, quantum ad præsens argumentum spectat, observâsse. Henschenius ex gemina, quam putabat à SS. Damaso Pontifice & Hieronymo ultrò citróque datam, epistolâ credidit, secundam illius partem à laudato Damaso scriptam, Hieronymoque missam fuisse: at Papebrochius in Propylæo Maji utramque illam epistolam velut utrique Sancto suppositam cum aliis eruditis rejecit, eamque Henschenii sententiam meritò deseruit. Aliam itaque iniens viam, censuit, partem illam quatuor auctores habere, quorum unus inceperit à S. Pontiano, cui post SS. Antherum ac Fabianum* S. Cornelius *successerat, & finivisse cum S. Felice I, qui nondum viginti à* Cornelii *obitu annis elapsis ad Pontificatum evectus est. Verùm tanta memoratæ partis antiquitas, quam Papebrochius à varietate auctorum* ex nonnulla styli diversitate *dignoscendorum repetiit, non tam certa mihi apparet, quin dubium maneat, an eadem pars cum ceteris, quæ sequuntur, ad unum eumdemque auctorem, qui sub Liberio, id est, paulò post seculi* IV *medium scripserit, non sit referenda, quemadmodum eruditi passim admittunt.*

AUCTORE C. S.

sed longè probabilius Centumcellis passum

E 31 *Porrò in hoc Catalogo* S. Cornelius *in Centumcellensi exsilio mortuus dicitur, & ea quidem phrasi dicitur, ut naturali potiùs, quàm violenta morte occubuisse videri possit. Verba accipe:* Post hoc Centumcellis expulsus, ibi cum gloria dormitionem accepit. *Itaque cùm vulgata Sancti Acta manifesti erroris aliunde convicta teneant eruditi, passim malunt, hisce rejectis, vetustissimo & aliàs probato Catalogo adhærere, ac* Cornelii *obitum Centumcellis in Hetruria, eumque vel naturalem, ex ærumnis tamen maturatum, vel fortè etiam violentum, consignare. Ad horum sententiam, quod ad locum emortualem pertinet, tamquam probabiliorem, certiorique nixam monumento, ego quoque accedo; sic tamen, ut sanctum Pontificem non spontanea, sed violenta morte martyrium consummâsse, longè probabilius pariter existimem.*

ex vetustissimo Catalogo probatur.

32 *Adversarium hîc habemus eruditum Schelstratium, qui tomo* I *Antiquitatis illustratæ, dissert.* 2, *cap.* 6 *sic ait:* Auctor antiquissimi Catalogi, tempore Liberii Papæ concinnati, refert, tantam fuisse Cornelii in exilii miseriis perferendis constantiam, ut ad mortem usque easdem pertulerit. „ Post hoc, inquit, Centumcellis expulsus, ibi „ cum gloria dormitionem accepit. „ Quod tamen nequaquam probare possum; cùm non Centumcellis, sed Romæ, eum gladio percussum occubuisse, & in cœmeterio Callisti sepultum fuisse, ex perpetua Romanæ Ecclesiæ traditione acceperimus, quam Leo Magnus basilicæ constructione confirmavit, Hieronymus verò duplici testimonio comprobatam esse voluit, clarè affirmans, Cornelium Romæ passum fuisse. *Hieronymi verba, quæ laudat, habes in Opere nostro tomo* I *Januarii in Vita S. Pauli primi eremitæ, pag.* 604: Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore damnati sunt; *vel, ut Parisiensis anni* 1706 *editio Operum S. Hieronymi tomo* 4, *parte* 2, *col.* 69 *legit:* Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore martyrium pertulerunt. *Alter locus ejusdem sancti doctoris exstat in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum tomo ac parte illius Operum mox laudatis, col.* 119, *ubi de S. Cypriano scribit:* Passus est ... eodem die, quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

Oppositum tenet Schelstratius,

F

33 *Fateor, hæc S. Hieronymi dicta initio me ad cujus ar- non parùm dubium reddidêre: verumtamen non gumenta,*

AUCTORE C. S.

pterea à vetusto Catalogo nostro recedendum puto. Hujus etenim auctor de Romanis Pontificibus, & inter hos de S. Cornelio *ex professo scripsit, idque verisimiliter Romæ: Hieronymus autem in eremo & monasterio Bethlemitico degens, non nisi occasione temporis, quo Paulus floruit & Cyprianus coronatus est, de illo per transennam meminit; unde nec mirum est, quòd emortuali Sancti loco, qui ad propositum non faciebat, minimè indagato, illum Romæ, ubi Cathedram tenuerat, & quò fuerat translatus, martyrium subiisse crediderit. Quin & gravis suspicio est, Hieronymum hæc deprompsisse ex quadam S. Pauli Vita Græca, quam ex Ms. Bavarico Latinè excusam habes tomo* I *Januarii à pag.* 603, *quæque Hieronymianæ tam similis est, ut dubium non videatur, quin altera ex altera maximam partem concinnata fuerit.*

à S. Hieronymi

34 *Porrò Græcam Hieronymo præluxisse censuit ibidem Bollandus, eò quòd illius auctor Magni Antonii discipulum se fuisse insinuet, dum ait:* Cùm vixisset isthic (*Paulus*) annos septuaginta sex (*mendum in numero hìc latère monet Bollandus,*) in alia eremo sese Antonius exercebat. Cùm igitur ejus animo subiisset, ut ipsemet mihi narravit, neminem alium in interiori solitudine commorari *&c. De eodem autem argumento sic scribit S. Hieronymus:* Cùm jam centum tredecim annos B. Paulus vitam cælestem in terris ageret, & nonagenarius in alia solitudine moraretur Antonius (ut ipse asserere solebat) hæc in mentem ejus cogitatio incidit, nullum ultra se perfectum monachum in eremo consedisse *&c. Hinc, inquam, collegit Bollandus, Vitam Græcam, præluxisse Hieronymo, qui illud*; Ut ipsemet mihi narravit, *verterit in istud*; ut ipse asserere solebat. *Jam verò ut ad propositum redeamus, Græcus ille scriptor Vitam Pauli sic inchoat:* Vixit B. Paulus Decii & Valeriani temporibus, ortus in Ægypto ex inferiore Thebaïde, ea tempestate, quâ Romæ martyrium subiit Cornelius. *Simili etiam modo suam lucubrationem post Prologum Hieronymus exorsus est:* Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felice cruore damnati sunt *&c.*

B

testimoniis,

35 *Nemo non videt, alterum ex altero etiam quoad improprium loquendi modum depromptum esse; neque enim sub Decio aut Valeriano* Cornelius *martyrio coronatus est, sed sub Gallo & Volusiano, quemadmodum ipse Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum agnoscit. Itaque hæc S. Hieronymi auctoritas ad quemdam Magni Antonii discipulum recidet, qui in Thebaïdis eremo degens, in suprema* S. Cornelii *palæstra facilè potuit errare. Unicum, quod contra Bollandum objici potest, est, quòd ipse Hieronymus in Prologo testari videatur, Vitam Pauli ante se à nemine scriptam fuisse; ita enim ait:* Igitur quia de Antonio tam Græco quàm Romano stylo, diligenter memoriæ traditum est, pauca de Pauli principio & fine scribere disposui; magis quia res omissa fuit, quàm fretus ingenio. Quomodo autem in media ætate vixerit, aut quos satanæ pertulerit insidias, nulli hominum compertum habetur. *At dici potest, Hieronymum dumtaxat negâsse, Pauli Vitam* Romano stylo, *uti Antonii fuerat, memoriæ traditam fuisse, ideòque id facere voluisse.*

C

& aliunde

36 *Si cui tamen hæc responsio minùs placeat, malitque cum Rosweydo credere, Græcam Vitam ex Hieronymiana Latina potiùs concinnatam fuisse; nec sic tamen à vetustissimo Catalogo recedendum erit: ut enim S. Hieronymus de tyranno, sub quo* Cornelius *coronatus est, minùs propriè scripsit, ita & de loco martyrii impropriè loqui potuit, non tam* Romam Carthagini, *quam Romanam Cathedram Carthaginensi opponendo; quasi diceret, eodem die, quo* S. Cornelius *Romanæ Sedis Pontifex in Italia martyrio coronatus est, S. Cyprianum Carthaginensem episcopum Carthagine passum esse. Adde, quòd sanctus doctor hujusmodi rerum adjuncta parùm curaverit; cùm de Centumcellensi illius exsilio in ipso* Cornelio *ne meminerit quidem, dixisse contentus:* Rexit Ecclesiam annis duobus sub Gallo & Volusiano, cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius. *Interim certum est,* Cornelium *sub Decio Romæ sedere cœpisse, & sub Gallo ac Volusiano in exsilium Centumcellas pulsum esse.*

D

petius,

37 *Quod de perpetua Romanæ Ecclesiæ traditione ait Schelstratius, nihil admodum urget. Quæ enim est illa traditio, nisi Martyrologia, Catalogo nostro recentiora? Imo verò quodnam Martyrologium sæculo* IX *aut* VIII *vetustius vir eruditus producet, in quo* S. Cornelius *Romæ passus dicatur? Annuntiatur quidem ab antiquioribus* Romæ; *at nihil obest, quominus de cultu ipsi ibidem ob gestum olim Pontificatum, tumulatumque corpus, exhiberi solito accipiantur; uti certè nonnulla eorum de cultu S. Cypriani accipienda sunt, in quibus Sanctus hic unà cum* Cornelio *Romæ in cœmeterio Callisti annuntiatur.*

E

respondetur.

38 *Quæ verò aut memoratis sæculis posteriora sunt, non pluris sunt facienda quàm Acta, ex quibus concinnata fuêre. Nihil etiam urget Catalogus alter secundo loco ab Henschenio editus, qui nec antiquitate nec scriptionis accuratione priori comparandus est. Denique basilica, à S. Leone Magno super Sancti tumulum structa, docet quidem illius corpus sæculo* V *Romæ jacuisse, sed eumdem ibidem passum esse, nec probat, nec confirmat: transferri enim antiquitus eò potuit, & re vera translatum fuisse arbitramur. De mortis genere, quo sanctus Pontifex sublatus est, hìc non disputo, aptiùs de eo infrà post ejusdem in Pontificatu gesta acturus, ne ordine præpostero tradantur: at de exsilii loco hìc differere oportuit, ut subleste Actorum fides panderetur.*

SS. Cerealis &c. non sunt passi cum S. Cornelio;

39 *Ex hactenus dictis solvenda manet quæstio de viginti tribus vel quatuor, quos* S. Cornelii *Acta & Anastasius Bibliothecarius, quique his adhæsère,* S. Cornelio *in martyrio Socios adjungunt, & quorum baptismum ac cædem num.* 5 *&* 6 *ex Adonis Martyrologio, quibus Acta ferè consonant, recitavimus. Enimverò cùm sanctum Pontificem nec sub Decio, nec Romæ passum ostenderimus, necesse est, ut horum Martyrum historiam, qualis in memoratis Actis traditur, pariter rejiciamus. Verumtamen ob plurium Martyrologiorum minimè contemnendam auctoritatem, ob eaque, quæ de sacris reliquiis, è Callisti cœmeterio extractis, infrà dicemus, non dubitamus, quin sanctus aliquis* Cerealis *cum pluribus Sociis martyrio Romæ coronatus fuerit & in prædicto cœmeterio depositus. Quin & sanctos hosce Martyres sub Pontificatu* Cornelii *coronatos fuisse, & sic quidem, ut ejusdem socii verè dici possint ac debeant, omnino verisimile est.*

F

verisimile tamen est, eos illius socios in confessione,

40 *Etenim ex S. Cypriani epistola* 57 *constat, ingentem Romanorum numerum simul cum Pontifice suo Christum confessum esse. Epistolam hanc §* XI *recitabimus; interim unum tantummodo ex ea locum, unde id satis colligas, accipe.* Quale fuit, *inquit S. Cyprianus,* sub oculis Dei spectaculum glorioſum, quale in conspectu Christi & Ecclesiæ suæ gaudium, ad pugnam, quam tentaverat

A hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodiisse! Omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, quando accurrerit properanter & venerit, quisquis audivit *&c. Ex hisce verò plurimos martyrii lauream consecutos fuisse, scribit S. Pacianus, Barcinonensis episcopus seculo* IV, *in epistola* 2 *ad Sympronianum*, Habes, *inquiens*, ejus, (*Cypriani*) epistolas, quibus Cornelium, Urbis Episcopum ... plurimis confessoribus, plurimis quoque martyribus ducem factum, & cum plurimis glorioſissimè coronatum.

& post martyrium in Callisti cœmeterio sepultos,

41 *Ex horum igitur numero fuisse potuit* S. Cerealis *miles cum conjuge sua* Salustia, *ceteriſque Sociis viginti & uno, quos Beda vel Florus, Usuardus, Actaque à Schelstratio edita, & Romanum Martyrologium*, promiscui sexûs, *Mss. verò nostra omnes milites fuisse referunt; quibus postremis consonare videtur Ado, qui cùm milites unà cum* Cereali *ac* Salustia *à* S. Cornelio *baptizatos priùs commemorâsset, viginti unum cum sancto Pontifice nec non* Cereali *ac* Salustia *cæsos narrat. Utrùm tamen hi viginti ac tres, simul ac cum* Cornelio *comprehensi essent, an aliquo pòst tempore, capite plexi fuisse dicendi sint, incertum est. Primum placuit Papebrochio in Propylæo Maji pag.* 34 *, *ubi per conjecturam censet*, Cornelium, *jussu Galli cæsis, quos ille baptizârat, militibus Centumcellas in exsilium pulsum esse.*

B

indèque errorem in Acta irrepsisse.

42 *Unde autem Actorum scriptor induci potuerit, ut crederet*, S. Cornelium *una cum prædictis Martyribus Romæ coronatum fuisse, Papebrochius ibidem his verbis exponit:* Quia autem corpus (*sancti Pontificis*) Romam (*Centumcellis*) translatum, eodem loco conditum fuit, ubi Cerealem & Socios antea tumulaverat B. Lucina (*vel quiscumque alius*;) factum videtur, ut, quorum fuit conjuncta confessio, ac deinde sepultura, eorum unus fuisse crederetur exitus, per martyrium uno die ac loco toleratum. *Ita ipse valdè probabiliter. Porrò illorum Martyrum corpora in Romano S. Callisti cœmeterio reipsa tumulata fuisse, suadet* S. Cerealis *militis ac martyris corpus simul cum tribus aliis ex eodem cœmeterio extractum, ac deinde translatum Antverpiam, ubi in templo nostræ domûs professæ honorificè deposita sunt, piéque coluntur, ut dicere modò aggredior.*

C

S. Cerealis & aliorum corpora

43 *In insigni codice Ms., cujus involucrum argenteis deauratisque laminis compactum est, inscripta sunt exemplaria instrumentorum authenticorum de sacris reliquiis, quas ecclesia nostræ domûs professæ religiosè complectitur. Inter cetera autem unum recensetur* de sacris corporibus SS. Fortunati, Cyrini, Innocentii, & Cerealis martyrum. *Confectum est hoc instrumentum à Matthæo Sorcio, publico notario Capitolino, & ut tali ab Almæ Urbis conservatoribus comprobato, signatumque est die* XXIV *Novembris anni* MDCXXII. *In eo testatur laudatus notarius, excellentissimum dominum Joannem Fernandez Pacheco, Marchionem Villenæ, pro rege Catholico apud Paulum* V *Papam tum temporis oratorem, anno* 1606, *die* V *Septembris, ab eodem Pontifice Apostolicas litteras impetrâsse, quarum vigore nonnulla Sanctorum corpora ex pluribus Urbis cœmeteriis seu cryptis die* X *ejusdem mensis fuêre extracta.*

ex eodem cœmeterio accepta,

44 *Huic rei se cum Hieronymo Marchetto, pariter notario, adfuisse, petitaque de iisdem corporibus instrumenta confeciſſe, Matthæus Sorcius testatur. Deinde subdit:* Inter quæ corpora fuerunt etiam extracta infrascripta, me notario præsente ... corpus S. Fortunati, corpus S. Innocentii subdiaconi, corpus S. Cyrini & corpus S. Cærealis, qui pro fide Christi omnes martyrium subierunt &c. Quæ omnia suprà nominata corpora fuerunt extracta ex cœmeterio S. Calisti extra Urbem &c., nunc autem dono data à domino Antonio Corbo, qui fuit unus ex dictis extractoribus, pervenerunt ad manus admodum R. patris Jacobi Tirini Societatis Jesu &c. AUCTORE C. S.

& domui professæ Antverpiensi

45 *In eodem codice exstat & aliud instrumentum contractum ex litteris patentibus illustrissimi domini Joannis Malderi, Antverpiensis episcopi, prædictas ac nonnullas alias Sanctorum reliquias approbantis, ex quo ad argumentum nostrum spectantia eisdem verbis huc transfero.* Joannes Malderus, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ episcopus Antverpiensis. Omnibus & singulis has visuris salutem in Domino. Propositum nobis R. P. Joannes de Tollenare, præpositus domûs professorum Societatis Jesu in hac civitate Antverpiensi, quatenus eidem domui à variis personis fide dignis plurimorum Sanctorum reliquiæ pridem sunt donatæ, quæ in eadem domo asservantur, inter quas sunt: ...

Sancti Cerealis mart. militis corpus,
Sancti Cyrini mart. militis corpus,
Sancti Fortunati mart. militis corpus, E
Sancti Innocentii mart. Subdiac. corpus.

Societatis Jesu donata,

46 Hæc corpora extracta fuêre cum venia sanctissimi domini nostri Pauli V, donata à Domino Antonio à Corbi, qui fuerat unus ex extractoribus, ut patet ex instrumento notoriali, dato XXIV Novembris MDCXXII, apposito sigillo, filo ex auro & bysso confecto. Cumque suprà nominatus P. Præpositus desiderans, ut prædictæ omnes reliquiæ eo, quo decet, honore & cultu venerarentur, à nobis postulaverit, ut easdem recognosceremus, ac ut populo venerandæ exponi possent, concederemus; nos pro munere nostro iis libenter intenti, per quæ Christi fideles ad imitationem & debitam Sanctorum cum Christo regnantium cultum incitentur, RR. DD. S. Theol. licentiatis, Zegero van Honsum, canonico & pœnitentiario ecclesiæ nostræ cathed., & Petro Coens, item canonico ejusdem ecclesiæ, specialem dedimus commissionem, ut suprà nominatas reliquias, ac memorata diplomata & munimenta inspicerent & diligenter examinarent.

& publicæ veneration ibidem exposita, F

47 Postquam autem ab iisdem debitè fuimus informati, supradicta omnia, prout inferuntur, vera esse & syncera; censuimus, suprà nominatas reliquias tamquam veras & genuinas habendas esse, iisdemque eum cultum & venerationem deferendam, quæ hujusmodi sacris pignoribus meritò debetur, ac in Ecclesia Catholica semper adhibita fuit; adeóque ut in diœcesi nostra populo venerandæ publicè exponi possint, concedimus per præsentes. In quorum fidem &c. *Datæ autem notantur hæ litteræ anno* 1625 *die* XXX *Octobris. Huc usque illustrissimus Malderus in laudato instrumento.*

fortè sunt

48 *Observandum porrò est, corpus* S. Cerealis, *ex Callisti cœmeterio acceptum, disertè dici esse* Cerealis martyris militis, *eodemque* Martyris *ac* militis *titulo* SS. Cyrinum & Fortunatum, Innocentium *verò* martyris *ac* subdiaconi *appellari; unde statuendum videtur, memorata corpora cum inscriptione cujusque nominis, ac muneris olim gesti, inventa fuisse, & in litteris patentibus, illustrissimo Maldero exhibitis, expressâ, licèt* militum *titulus in compendio instrumenti num.* 44 *recitati non legatur, ex librarii incuria, aut brevitatis causâ forsitan prætermissus. Præterea suspicionem impositi illis post exhumationem nominis,*

AUCTORE C. S.

uti ſæpe fieri aſſolet, à duobus prioribus, Cereale *ſcilicet ac* Cyrino, *removent ipſa nomina, cùm propria ſint, non appellativa; hæcque, non illa, Sanctis anonymis ſoleant imponi, ut apud Sanctiſſimum Dominum noſtrum Benedictum XIV in inſigni ſuo Opere de Beatorum canonizatione ac Servorum Dei beatificatione, lib. 4, part. 2, cap. 28, à num. 15 videre eſt.*

prædictorum martyrum.

49 *De* Fortunato *poteſt quidem eſſe ſuſpicio; attamen eo nomine reipſa potuit appellari; deinde ſaltem cum* militis *titulo ſacrum ejuſdem corpus inventum fuiſſe dicendum eſt: neque enim ſolet Sanctis anonymis unà cum nomine munus aliquod adſcribi. An ex eorumdem numero etiam fuerit* S. Innocentius *ſubdiaconus, & an iſtud ipſi nomen proprium ſit, an poſtea inditum, non diſputo; neque etiam certò auſim aſſerere,* SS. Cerealem, Cyrinum *ac* Fortunatum, *de quorum ſacris corporibus modò egimus,* S. Cornelii *in confeſſione fidei ſocios fuiſſe: id enim unum oſtendere volui, ſanctum aliquem* Cerealem militem *in cœmeterio Calliſti repertum eſſe, qui fortè is ipſe fuit, quem Acta in eo cœmeterio ſepultum perhibent ſimul cum*

B *ſociis, inter quos potuêre* SS. Cyrinus & Fortunatus *milites, nec non* Innocentius *ſubdiaconus numerari; nam ut hoſce* promiſcui ſexus *fuiſſe referunt, ita nec ejuſdem omnes muneris fuiſſe affirmant.*

Eorumdem ſolemnis elevatio & cultus ibidem.

5 *Cæterùm ex eodem Ms. codice eccleſiæ noſtræ habemus, memorata Sanctorum pignora anno Chriſti* 1655, *die* XXV *Julii ſimul cum aliis octo ſacris corporibus ſolemniſſimo ritu elevata, & in ſuis quæque loculis ſeu thronis, per eccleſiæ ambitum ex marmore variegato eum in finem elaboratis, depoſita fuiſſe. Prætereo feſtivitatis pompam, quæ ingenti cum magnificentia, quæ ibidem deſcribitur, maximoque cum populi è vicinis locis confluxu celebrata eſt, ſolemni præſertim ſupplicatione, in quâ, comitante illuſtriſſimo domino Mario Ambroſio Cappello, Antverpienſium epiſcopo, cum ampliſſimo cathedralis eccleſiæ canonicorum capitulo, memoratæ reliquiæ ex eadem cathedrali divæ Virginis eccleſia per urbem delatæ & in prædicta domûs profeſſæ noſtræ eccleſia, ut diximus, collocatæ fuerunt. Conflagravit quidem hæc eccleſia noſtra anno* 1718, *verum memorata Sanctorum pignora, flammis ſubducta, & per reſtauratæ eccleſiæ*

C *ambitum denuò depoſita, etiam hodiedum piè coluntur.*

§ IV. S. Cornelii patria Romana: acta ante Pontificatum: ejuſdem ad illum aſſumptio poſt diuturnam ſanctæ Sedis vacationem.

Sanctus patriâ Romanus, patre, ut fertur, Caſtino genitus,

VUlgatis S. Cornelii *Actis maximam partem rejectis, ſupereſt, ut ejuſdem præclarè geſta ex melioribus monumentis, ac ipſius præſertim ſanctique Cypriani ultrò citróque miſſis epiſtolis colligamus. Utemur autem editione Veneta anni* 1728, *recenſente Stephano Baluzio & poſt hunc quodam monacho Benedictino Congregationis S. Mauri; quod ſemel hìc monuiſſe ſufficiat.* Cornelium natione Romanum, ex patre Caſtino natum *eſſe ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius, vel quiſquis illi præivit; cui etiam nonnulla Actorum apographa, & quoad Romanam patriam etiam Catalogus Romanorum Pontificum, è ſereniſſimæ reginæ Sueciæ bibliotheca ante tom. 1 Aprilis ab Henſchenio editus, conſentiunt. Fortè igitur fuerit è celeberrima illa inter Romanas familias gente Cornelia progenitus, ut Franciſcus Blanchinus cenſuit (ex* Cornelii, *arbitror, vocabulo) in Notis hiſtoricis ad laudatum Bibliothecarium.*

D

omnibus ſacris Ordinibus initiatus, cum cetero clero,

52 *Ilum per omnes eccleſiaſticos Ordines, inſigniaque in Eccleſiam merita ad ſupremi Pontificatus apicem aſcendiſſe, irrefragabilis teſtis eſt S. Cyprianus, in epiſt.* 52 *ad Antonianum ſic ſcribens:* Quod Cornelium, cariſſimum noſtrum, Deo & Chriſto & Eccleſiæ ejus, item conſacerdotibus cunctis, laudabili prædicatione commendat; non iſte ad Epiſcopatum ſubitò pervenit, ſed per omnia eccleſiaſtica officia promotus, & in divinis adminiſtrationibus Dominum ſæpe promeritus, ad ſacerdotii ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit. *Ex his habemus quidem,* S. Cornelium *ante aditum Pontificatum Romano clero adſcriptum, variiſque eccleſiaſticis muniis clariſſimè functum eſſe, at ejuſdem geſta à nemine recenſita reperimus. Attamen cum è Romano clero fuerit, haud dubiè ad ipſum ſpectat pars, & fors non minima, eorum, quæ clerus ille, S. Petri Cathedrâ per Fabiani martyrium vacante, in calamitoſa illa Eccleſiæ tempeſtate egregiè præſtitit, & quorum aliqua propterea hic recenſebimus, cetera in S. Cypriani geſtis, hoc ipſo die illuſtrandis, relaturi.*

E

in perſecutione Decii, ſancta Sede vacante,

53 *Decius, Philippis patre filioque cæſis, potitus imperio, vix priùs regnandi quàm Eccleſiam Dei perſequendi fecit initium,* & quaſi hujus rei gratiâ provectus eſſet ad illud principale faſtigium, furere protinus contra Deum cœpit, *ut loquitur Lactantius cap.* 4 *de Mortibus perſecutorum. Quamquam verò communi in omnes Chriſtianos odio ageretur, atrociori tamen in Dei miniſtros furebat, è quorum numero poſt occiſum S. Fabianum Pontificem, etiam S. Moyſem & Maximum presbyteros, ac Nicoſtratum diaconum carceri mancipavit. Hic erat Eccleſiæ ſtatus, dum illius per Fabiani cædem viduatæ curam Romanus clerus ſuſcipiens, omnes vigilantiſſimi paſtoris partes explevit, donec novus Pontifex crearetur. Exſtant variæ inter Cyprianicas epiſtolæ, ex quibus perſpicuum eſt, quanto zelo clerus ille non modò Romanam diœceſim, ſed & Carthaginenſem, aliaſque curârit. Juverit aliquod hujus rei ſpecimen exhibuiſſe.*

F

Eccleſiam ingenti cum zelo

54 *Audierant, S. Cyprianum, qui martyrii coronam in aliud tempus prudenter differens, ſeſe eccleſiæ ſuæ utilitati ſervabat, in ſpontaneum exſilium ſeceſſiſſe; ignarique, quâ id ipſe mente feciſſet, & quantùm etiam abſens ſuo gregi per litteras conſulcret; ſuarum partium eſſe putârunt, Carthaginenſem clerum officii commonere, ſuoque exemplo cohortari ad vices paſtoris intrepidè obeundas, ne quid detrimenti ex illius abſentia grex pateretur. Itaque epiſtolam, quæ inter Cypricanicas ſecunda eſt, ad laudatum clerum tranſmiſêre, in qua poſt expoſitas boni paſtoris partes, malique mores, hæc aiunt:* Nolumus ergo, fratres dilectiſſimi, vos mercenarios inveniri, ſed bonos paſtores; cùm ſciatis, tum non minimum periculum incumbere, ſi non hortati fueritis fratres noſtros ſtare in fide immobiles, ne in præceps euntium ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas.

& ſollicitu-

55 Nec enim ſolùm verbis vos hortamur, ſed diſce-

A discere poteritis à pluribus, à nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos, Deo adjuvante, & fecimus & facimus cum omni sollicitudine & periculo seculari, ante oculos plùs habentes timorem Dei & pœnas perpetuas, quàm timorem hominum & brevem injuriam; non deferentes fraternitatem, & hortantes eos stare in fide, & paratos esse ire cum Domino. Sed & ascendentes ad hoc, quod compellabantur (*puta, sacrificandum,*) revocavimus. Ecclesia stat in fide, licèt quidam terrore ipso compulsi, sive quòd essent insignes personæ, sive apprehensi timore hominum, vererentur; quos quidem separatos à nobis non dereliquimus, sed ipsos cohortati sumus & hortamur agere pœnitentiam, si quo modo indulgentiam poterunt recipere ab eo, qui potest præstare; ne, si relicti fuerint à nobis, pejores efficiantur.

curat. 56 Videtis ergo, fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, ut etiam illi, qui ceciderunt, hortatu vestro corrigentes animos eorum, si apprehensi fuerint iteratò, confiteantur, ut possint priorem errorem corrigere: & alia, quæ incumbunt

B vobis, quæ etiam & ipsa subdidimus; ut si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri eis debet; sive viduæ, sive clenomeni, qui se exhibere non possunt, sive hi, qui in carceribus sunt, sive exclusi de sedibus suis, utique habere debent, qui eis ministrent. Sed & catecumini, apprehensi infirmitate, decepti esse non debebunt, ut eis subveniatur. Et, quod maximum est, corpora martyrum aut ceterorum si non sepeliantur, grande periculum imminet eis, quibus incumbit hoc opus agere. *Ut verò hæc epistola sua etiam aliis prodesset, in calce rogant, ut eam quaquaversum transmittant, aut saltem per nuntios vel litteras, quos possunt, admoneant,* ut stent fortes & immobiles in fide. *Hæc ipsi, quæ huc transferenda censui, quia dubium non est, quin Sanctus noster* in divinis administrationibus, *teste Cypriano,* Dominum sæpe promeritus, *magnam hujus zeli ac sollicitudinis partem sibi vendicaverit.*

Multi in ea persecutione lapsi, 57 *Pergebat interim excitata persecutio, urgente Decio, per Romanum imperium sævire, magnamque non modò corporum, sed & animarum*

C *stragem edebat. Quæ quidem quanta fuerit, ex altera ejusdem Romani cleri epistola,* 31 *inter Cyprianicas, ad ipsum Cyprianum data licet colligere.* Aspice, *inquit,* totum orbem pœnè vastatum, & ubique jacêre dejectorum reliquias & ruinas; & idcirco tam grande expeti consilium (*ad medendum lapsis*) quàm latè propagatum videtur esse delictum. *Similiter Moyses, Maximus & Nicostratus, ceterique Romani confessores, vocant illud* grande delictum & per totum pœnè orbem incredibili vastatione grassatum. *Sed & S. Cyprianus lib. de Lapsis multorum in Africa ignavam perfidiam deplorat, & S. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. 6 Historiæ ecclesiasticæ, cap.* 41, *similes Alexandrinorum lapsus exponit.*

quorum causa ab eodem clero 58 *Ex lapsorum tamen numero non pauci perfidiam exosi, ad Ecclesiæ pacem admitti flagitabant; & in Africa quidem ex temeraria quorumdam presbyterorum confessorumque indulgentia, contra Ecclesiasticæ ejus temporis disciplinæ vigorem, eam sine debita pœnitentia sibi vendicare nitebantur, ut S. Cyprianus in variis epistolis acerbè conqueritur. De eodem argumento idem sanctus antistes ad Romanos scripsit, qui ipsi per epistolas* 30 *&* 31 *responderunt, placere sibi, quæ ipse prudenter egerat; lapsos ad pœnitentiam cohortandos esse, donec per maturum examen de cujusque causa statueretur: ceterùm sibi fixum ratumque esse in re tanta nihil præterea decernere, donec novus Pontifex electus esset.* AUCTORE C. S.

prudenter tractata est. 59 Quamquam nobis, *inquiebant,* differendæ hujus rei necessitas major incumbat, quibus post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani nondum est Episcopus propter rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum, qui lapsi sunt, possit cum auctoritate & consilio habere rationem. *Et rursum:* Cujus temperamenti (*severitatis ac indulgentiæ*) moderamen nos hîc tenere quærentes, diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam episcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longè positis persecutionis istius ardor ejecerat, ante constitutionem Episcopi nihil innovandum putavimus; sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus, ut interim, dum Episcopus dari à Deo nobis sustinetur, in suspenso eorum, qui moras possunt dilationis sustinere, causa teneatur. E

Sedes Apostolica 60 *Incommoda sanè accidebat Ecclesiæ tam calamitoso tempore viduitas; verùm huic benignissimus Deus tandem prospexit, deditque Pontificem tanto oneri parem, sanctum scilicet* Cornelium, *de cujus Pontificatus initi tempore apud eruditos nonnulla est dissensio. Catalogus Pontificum ex bibliotheca serenissimæ reginæ Sueciæ, ab Henschenio editus, Romanam Cathedram tantummodò sex à S. Fabiani martyrio dies vacâsse notat, manifesto errore & ab omnibus agnito: ita enim jam à* XXVI *Januarii anno* 250 *ad eam evectus fuisset* Cornelius, *quod ex dicendis admitti neutiquam potest. In Catalogo multò vetustiori apud eumdem Henschenium nihil quidem de vacationis tempore memoratur, sed de* Cornelio *sic legitur:* Cornelius annos duos, menses tres, dies decem, à consulibus Decio II & Decio, usque Gallo & Volusiano.

ultra 4 menses, 61 *Hisce presse inhærens Henschenius in Diatriba præliminari ad memoratos Pontificum Catalogos tom.* 1 *Aprilis præfixa,* S. Cornelii *ordinationem post quatuor mensium & quindecim circitèr dierum sanctæ Sedis vacationem, circa* IV *Junii anno* 250 *collocat, ad quem annum diemque deducunt calculi per annos* 2, *menses* 3, *dies* 10 *à* XIV *Septembris, quo Sanctum obiisse nobiscum* F *statuit, ordine retrogrado initi. Ejusdem opinionis est Franciscus Blanchinus in Notis chronologicis ad Bibliothecarium, ubi Papebrochium arguens, quòd collegæ sui sententiam deseruerit, inter cetera pag.* 197 *refert veterem inscriptionem, in basilica S. Pauli antiquæ picturæ subjectam, in qua totidem annos, menses ac dies in Pontificatu ipsi attribui opinatur, ut* § 12 *dicturi sumus.*

post S. Fabiani necem, 62 *Verùm ab hac Henschenii sententia Papebrochius, ut insinuavi, in Conatu Chronico-historico ad Catalogos Pontificum pag.* 33 * *in Prolylæo Maji recessit, & cum Eminentissimo Baronio, eruditoque Schelstratio censuit, sanctæ Sedis vacationem tam exiguo mensium spatio non posse concludi; quemadmodum etiam utrique Pagio, Tillemontio, aliisque visum est. Horum omnium ratio est, quòd, quæ à clero Romano, vacante Sede, in Cyprianicis epistolis gesta leguntur, annum facilè exigere videantur, ut & nos in ejusdem Cypriani Actis dicturi sumus. Accedit & altera ratio non minùs urgens ex tempore, quo S. Moyses & socii Romano carceri inclusi, detentique fuêre, quoque S. Cyprianus suas ad illos litteras;*

&

AUCTORE C. S.

& hi ad ipſum reſponſorias dedêre.

63 *De hiſce confeſſoribus ita habet primarius Pontificum Catalogus apud Henſchenium:* Poſt paſſionem ejus (*S. Fabiani*) Moyſes & Maximus presbyteri & Nicoſtratus diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eo tempore ſupervenit Novatus ex Africa, & ſeparavit de Eccleſia Novatianum, & quoſdam confeſſores, poſtquam Moyſes in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes undecim, dies undecim. *De eorumdem diuturno carcere etiam meminit S. Cyprianus epiſt.* 15 *ad illos ipſos etiam tum in carcere vinctos data;* Eant nunc, *inquiens*, magiſtratus, & conſules ſive proconſules, annuæ dignitatis inſignibus & duodecim faſcibus glorientur. Ecce dignitas cæleſtis in vobis honoris annui claritate ſignata eſt, & jam revertentis anni volubilem victricis gloriæ diuturnitate tranſgreſſa eſt. Illuminabat mundum ſol oriens & luna decurrens; ſed vobis idem, qui ſolem fecit & lunam, majus in carcere lumen fuit... Per viciſſitudines menſium tranſmeavit hibernum: ſed vos incluſi tempora hiemis perſecutionis hieme penſabatis.

imò integro anno

B

64 *Similia de vere ac æſtate in carcere traductis locutus, de autumno ſubdit:* Nec deeſt autumno ad munera fungenda * temporis gratia ſpiritualis. Vindemia foris premitur, & profutura poculis, in torcularibus uva calcatur: vos de Domini vinea pingues racemi, & jam maturis fructibus botri, preſſuræ ſecularis infeſtatione calcati, torcular veſtrum, carcere torquente, ſentitis... Sic apud ſervos Dei annus evolvitur. *Hæc Cyprianus; ex quibus liquet primò, eam epiſtolam ſcriptam eſſe, dum confeſſores jam anno integro, aut certè paulò minùs in carcere perdurâſſent, in quem hiemali tempore eos conjectos fuiſſe ſatis clarè inſinuavit, dum ab illa anni tempeſtate eorumdem in carcere incommoda laudare exorſus eſt. Liquet ſecundò, eamdem epiſtolam non niſi anno* 251 *ineunte, aut* 250 *jam multùm provecto ſcribi potuiſſe; alioqui enim dicendi eſſent confeſſores, imperantibus Philippis, comprehenſi eſſe, quod nemo admiſerit.*

& aliquot menſibus
** al. fundenda*

65 *Jam verò, ut ad propoſitum veniamus; certum eſt, Romanam Cathedram, dum iſta ſcriberet Cyprianus, adhuc vacâſſe. Id enim omnino perſuadet altum de ſuffecto* Cornelio *in ea ſilentium, cujus ordinatio Cyprianum certè latêre non potuiſſet, ſi hæc, ut adverſarii volunt, jam à die* IV *Junii anni* 250 *contigiſſet. Nulla pariter de ſancto Pontifice fit mentio in ejuſdem Cypriani epiſtola* 25 *ad prædictos confeſſores pariter ſcripta; nec in horum ad illam vel ad ambas reſponſoria, quæ inter Cyprianicas* 26 *eſt. Hiſce argumentis negativis, quæ in hujuſmodi caſibus, & ſub ſimilibus adjunctis, magnam vim habent, adjungo & aliud poſitivum.*

uſque in annum 251 *vacâſſe*

C

66 *Ex dicendis patebit, S. Cyprianum è ſpontaneo ſeceſſu ſuo jam reducem, concilium Carthagine celebrâſſe, quando nuntii de* S. Cornelii *electione ad Pontificatum eò advenerunt. Seceſſerat autem Cyprianus anno* 250 *ineunte, nec niſi poſt unius anni ac aliquot menſium ſpatium Carthaginem reverſus eſt, ut liquet ex ejuſdem epiſtola* 40 *ad plebem ſuam circa feſtum Paſchæ data, in qua ait:* Non ſuffecerat exſilium jam biennii, & à vultibus atque ab oculis veſtris lugubris ſeparatio! *ubi tamen biennium inchoatum, non completum accipiendum eſſe, in ejuſdem Sancti Actis oſtendemus. Rediit igitur Carthaginem Cyprianus anno* 251 *ſed non niſi poſt Paſcha, ut ex eadem epiſtola habemus, eodemque ibidemque concilium celebrante, nuntii de recèns ſuffecto in Romanam Cathedram* Cornelio *appulêre; atque adeò ejuſdem ſancti Pontificis ordinatio ad* IV *Junii anni* 250 *referri non poteſt.*

probatur.

D

67 *Ad primum argumentum, quod à Romani cleri tempore interpontificii geſtis deſumpſimus, reſpondet Blanchinus, ſatis expeditum fuiſſe Romam inter & Carthaginem litterarum commercium, ut à* XX *Januarii, quo Fabianus è vivis ſublatus eſt, uſque ad* IV *Junii, litteræ quatuor, totidemque reſponſoriæ, ultrò citróque mitti potuerint. Sit ita ſanè: verùm non ab impedito litterarum commercio, locorumve diſtantia, ſed à rebus tam Romæ, quàm Carthagine, ſancta Sede vacante geſtis, auctores, quos laudavimus, argumentantur, rati hiſce plus quam quatuor menſium ſpatium impendi debuiſſe, & re vera impenſum eſſe, in S. Cypriano oſtendemus*

Reſpondetur

68 *Difficultatem, quam ex diuturno confeſſorum carcere repetiimus, ſibi pariter objicit Blanchinus; ſed* facilè, *inquit*, reſpondemus, ſi menſium numerus ſupponatur in Catalogo non vitiatus, Moyſis carcerem iteratum intelligi oportere per aliquot menſes perſecutionis Decii ante mortem Fabiani, qui potiorem numeri partem conſtituant; & unius & alterius pòſt, qui compleant ſummam menſium undecim & dierum totidem. Conſtat enim ex Cæcilio (*Lactantio*) de Mortibus perſecutorum, Decii perſecutionem inchoâſſe à ſuſcepto per eumdem imperio... Cùm itaque paulò poſt initium anni æræ Chriſtianæ CCXLIX viderimus imperium Decio fuiſſe delatum, & ipſe protinus furere contra Deum cœperit, veros ejus cultores infectando, potuit quoque Moyſes cum ſociis carceri mancipari per octo vel novem menſes ante martyrium Fabiani.

ad quaſdam rationes

E

69 *Hæc Blanchinus: cui ego æquè facilè reſpondeo, illam Moyſis ſociorumque ante Fabiani obitum in carcerem conjectionem contra ejuſdem Catalogi aſſertum gratis reponi; iterationem verò carceris, adverſari S. Cypriano in epiſtola num.* 63 *& ſeq. relata, ubi manifeſtè ſupponit, eos per quatuor circitèr anni tempeſtates, non interrupta captivitate, durâſſe. Quod ad menſium numerum pertinet, ſi is vitiatus ſit, ex eadem Cypriani epiſtola dicendus eſt defectu potiùs quàm augmento laborare. Nihil etiam ex Lactantii verbis ſibi habet Blanchinus: nam quocumque anni* 249 *tempore Decius ab exercitu acclamatus ſit imperator, non niſi poſt Philippi cædem, id eſt, non niſi eo anno exeunte aut multùm provecto Româ potitus eſt; ſed neque neceſſe fuit, Moyſem cum ſociis eo ipſo anno carceri mancipari, ut Decius, adeptus imperium, contra Deum protinus cœpiſſe furere, à Lactantio dici potuerit. Ad veterem inſcriptionem num.* 61 *à Blanchino laudatam,* § 12 *reſpondebimus.*

pro oppoſita opinione producitas.

70 *Credimus itaque* S. Cornelium *anno* 251 *Pontificem ordinatum eſſe, idque ipſum per adſcriptos conſulatus docet vetuſtiſſimus Henſchenii Catalogus, correcto errore, quem in eum irrepſiſſe, oſtendemus. Quippe in eo dicitur* Cornelius *ſedìſſe* à conſulibus Decio II & Decio: *ſecundus autem Decii patris conſulatus ſpectat ad annum* 250; *ſed in eo non* Decium *filium, ſed* Gratum *collegam habuit; prout in emendatioribus Faſtis legitur, & ipſe Catalogi auctor agnoſcit in Fabiana, quem* Decio II & Grato *paſſum ſcribit. Annus verò Chriſti* 251 *in iiſdem Faſtis ſignatur conſulibus* Decio III & Decio: *cùm itaque in Catalogo* Cornelius *utroque Decio conſulibus ſedere cœpiſſe dicatur; patet in numero conſulatûs Decii ſenioris*

Error Catalogi

A *senioris mendum esse, & pro II scribendum esse III.*

in adscripto II & IV consulatu Decii

71 *Quàm facilè autem in apographa erronei numeri irrepant, quotidiana docet experientia; & vel hinc patet, quòd in eodem exemplari, in quo Henschenius legit* Decio II & Decio, *Ægidius Bucherius, qui illud à Bollando commodatum prior edidit, legerit* Decio IV & Decio. *Posteriori modo etiam habent Cuspinianus & codex Ms. bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, à laudato Schelstratio post dissertationis 3 caput 9 vulgatus; quem tamen ibidem cap. 2, non magis quàm Henschenii exemplar, ipsum autographum esse præmonuerat. Ceterùm Decius IV consulatum numquam gessit, ideóque neque hæc lectio admittenda est. At verò Onuphrius Panvinius Commentario in lib. 2 Fastorum ad annum Urbis* 1004 *testatur,* Decio III & Decio, *legi* in Vita S. Cornelii, *cujus auctorem* Damasum *laudat; per quam quidem Vitam videtur hunc ipsum catalogum designare, qui Damasi aliquando creditus est ob duas epistolas, quæ sub hujus sancti Pontificis, sanctique Hieronymi nomine exstant, sed inter spurias nunc reputantur, & de quibus Papebrochius in Propylæo Maji, pag. 3 in Apparatu Henschenii, num. 9, & Schelstratius Antiq. illust. tom. 1, dissert. 3, cap. 3 consuli potest.*

B

corrigitur ex aliis monumentis.

72 *Negat quidem laudatus Schelstratius cap. 2, hunc Catalogum Panvinio præluxisse, quia, ut inquit, in Indice librorum & Actorum Mss., quibus is usus fuit, qui exstat in Bibliotheca Vaticana, nulla illius fit mentio;* sed solùm citantur „ Pontificum Romanorum Vitæ Damasi Papæ, „ Anastasii & Guilielmi S. R. E. bibliothecario„ rum, Pandulfi Pisani & recentiorum auctorum :„ à quibus Onuphrius putavit conscriptum fuisse Librum Pontificalem. *Sed ubi, quæso, in eo libro Pontificali ad* Cornelii *periodum* Decius III & Decius *consules leguntur? Certè ne apud ipsum quidem Schelstratium in eodem Opere. Per* Damasum *igitur* in Vita Cornelii *aliud quidpiam, quàm dictum Librum Pontificalem designavit Panvinius, & verisimiliùs hunc ipsum Catalogum, ut etiam suspicatus fuit Henschenius in Apparatu ejusdem Opusculi, quem Schelstratius propterea erroris perperam arguit.*

C

Tillemontii hallucinatio observatur.

73 *Paucis præterea hîc observo, hallucinatum fuisse Tillemontium, dum Notâ 1 in* S. Cornelio *ex verbis Henschenii, quem more suo Bollandum vocat, malè intellectis credidit, illi visum fuisse pro* Decio *filio, legendum* Grato. *Verùm hallucinationem illius locus, quem laudat, ante tom. 1 Aprilis, pag.* XXVI, *num. 66 manifestam facit. Henschenii verba accipe:* Videtur S. Cornelius creatus circa IV Junii anni CCL... Primo autem Sedis anno inceperunt sequentem annum citati consules Decius Augustus secundo & Q. Etruscus Cæsar, ejus filius, & anno sequente CCLII fuerunt consules Gallus & Volusianus. *Nihil itaque aliud hîc dixit Henschenius, quàm utrumque Decium annum* 251, *dum primus* Cornelii *in Pontificatu annus etiam curreret, suo consulatu aperuisse; sed ante eum jam sedisse* Cornelium; *quod tamen postremum, uti & secundus ad illum annum Decii consulatus, ex dictis admitti non potest. Ceterùm laudatus Blanchinus frustra persuadere conatur, utriusque Decii consulatum anno* 250 *affigendum esse, patre secundum, eumque ordinarium filio suffectum per Grati cessionem gerente.*

74 *Quod ad tempus ordinationis ejus ulteriùs attinet, auctores ex S. Cypriani litteris passim colligunt, eam post Pascha, quod anno* CCLI *in* XXIII *Martii incidit, reponendam esse; nec posse tamen in annum nimis provectum differri, quia illius mense Novembri Decius periit, sub quo* Cornelium *notabili tempore sedisse, idem S. Cyprianus epist.* 52 *testatur verbis, quæ num.* 18 *recensuimus. Uterque Pagius, alter in Critica Baronii ad annum* 251, *num.* 19, *alter in Breviario Romanorum Pontificum, & Pearsonius in Annalibus Cyprianicis, diem* IV *Junii anni* 251 *assignant, quam sententiam tamquam probabiliorem Tillemontius etiam amplectitur. Nituntur hi vetustissimo Catalogo sæpe laudato, in quo si pro annis duobus sedis unum substituas, ut faciendum esse ostendemus, huncque cum mensibus tribus, ac diebus decem à die* XIV *Septembris anni* 252, *quo Sanctus obiisse creditur, subtrahas, ad prædictum Junii diem pervenitur.*

AUCTORE C. S.

Ordinatus est S. Cornelius anno 251,

probabiliter die 4 Junii.

75 *At Baronius tom. 1 Annalium ad an.* 254, *num.* 46 *mavult ordinationem illam ad mensem Aprilem referre, quia concilium Carthaginense, quod Cyprianus in epist.* 55 *Idibus Maji celebrutum scribit, illâ posteriorem credit: verùm concilium illud anno* 252 *primùm coactum fuisse, in S. Cypriano dicemus. Circa eumdem mensem eam pariter statuit Schelstratius Antiq. illust. dissert* 2, *cap.* 6; *Papebrochius verò etiam diem* XXVII *determinat; sed ex conjectura, in auctoritate Catalogi secundi, quam* debilem planè *ille ipse agnoscit, fundata. Cùm enim in memorato Catalogo Romana Cathedra post Fabiani eadem* dies sex *vacâsse dicatur, Papebrochius illis annum unum ac menses tres, quos perperam omissos ait, adjiciens, atque ita à Fabiani obitu, sive à* XX *Januarii anni* 250 *progrediens, ad memoratum Aprilis diem pervenit. Mihi autem hæc Papebrochii conjectura nimis debilis apparet, ut probabilem credam; maloque cum prioribus* Cornelii *ordinationem circa* IV *Junii referre; quamquam nec hanc opinionem certam putem.*

E

Tam diuturnæ vacationis causa exponitur.

76 *Mirabitur forsitan lector tam diuturnam Sedis vacationem: causam assignat clerus Romanus in epistola num.* 59 *relata* rerum & temporum difficultates. *Furebat scilicet contra Deum Decius, ut loquitur Lactantius num.* 53, *tantoque odio in illius ministros, ac præsertim Romanæ Ecclesiæ agebatur, ut, S. Cypriano in epist.* 52 *ad Antonianum teste,* Sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, & multò patientiùs & tolerabiliùs audiret, levari adversus se æmulum principem, quàm constitui Romæ Dei Sacerdotem. *Hoc furore abreptus S. Fabianum Pontificem die* XX *Januarii anno* 250 *è medio sustulerat, sanctumque Moysem presbyterum alioque aliquot è Romano clero carceri mancipârat, ut suprà dictum jam est, & haud dubiè etiam reliquis ejusdem Ecclesiæ ministris eliminandis invigilabat. Quid mirum igitur, si laudatus clerus iniquitati temporis nonnihil cedendum ratus, novi Pontificis electionem, quam Decium impotenti animo laturum non ignorabat, prudenter distulerit, donec suscitatæ persecutionis vehementia aliquantùm remitteret.*

F

AUCTORE C. S.

§ V. Occaſio eligendi Pontificis: Cornelii virtutes & præclara electio: Novati ac Novatiani notitia: ſchiſmatis ab his ſuſcitati cauſa, modus ac tempus.

Probabile eſt, rebellionem Priſci vel Valentis

COrnelii *Pontificatûs exordio ad annum* 251 *& probabiliter ad diem* IV *Junii relato, ordinationis illius modum, quæque eam ſubſecuta fuêre, exponamus. Joannes Pearſonius in Annalibus Cyprianicis ad annum* 251, *num.* 5, *aliique ſuſpicantur, Romanos opportunitate, quam abſentia Decii, bello Macedonico contra Lucium Priſcum diſtenti, ipſis fecerat, uſos fuiſſe ad ſucceſſorem S. Fabiano in Romana cathedra tamdiu viduata ſubſtituendum. De hac Decii expeditione Sextus Aurelius Victor in Cæſaribus ita meminit:* Per eos dies Lucio Priſco, qui Macedonas præſidiatu regebat, delata dominatio Gothorum concurſu, poſtquam, direptis Thraciæ pleriſque, illò pervenerant. Quâ cauſâ Decio, quàm potuit maturrimè Româ digreſſo, Julius Valens cupientiſſimo vulgo imperium capit: verùm utrique mox cæſi, cùm Priſcum nobilitas hoſtem patriæ cenſuiſſet.

B

opportunitatem Pontificis eligendi dediſſe.

78 *Hæc eorum opinio mihi admodum veriſimilis apparet; nam ex hujuſmodi rerum perturbatione natum erat, perſecutionem nonnihil mitigari, dum urgentior cura tyranni, ejuſque miniſtrorum animos aliò averteret, uti eam in Africa circa id tempus re vera* ſopitam *fuiſſe, ex S. Cypriani epiſt.* 52 *diſcimus, ac ſimile quid Romæ factum colligimus ex ejuſdem Sancti epiſt.* 51, *in qua confeſſores, quos poſt S. Fabiani martyrium carceri incluſos fuiſſe ſuprà diximus,* de carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error *excepiſſe dicitur; videlicet dum mortuo jam Moyſe eorumdem ſocio, in Novatiani ſchiſma, ejuſque ſacrilegam ordinationem conſenſêre, quod initio Pontificatus* Cornelii *factum videbimus. Huc etiam faciunt laudatæ epiſt.* 52 *verba:* Cornelium

C

fediſſe intrepidum Romæ in Sacerdotali cathedra eo tempore, cùm tyrannus... multò patientiùs audiret, levari adverſus ſe æmulum principem, quàm conſtitui Romæ Dei Sacerdotem. *Hæc enim non incommodè ita accipi poſſunt, quaſi Decius eodem ferè tempore* S. Cornelii *ordinationem ac Lucii Priſci, vel Valentis tyrannidem intellexiſſet.*

Cornelius per ordines promotus, invitus

79 *Porrò de legitima* Cornelii *electione, ejuſque dignis ſummo Pontifice virtutibus, loco mox citato ad Antonianum hæc ſcribit Cyprianus:* Venio jam nunc, frater cariſſime, ad perſonam Cornelii collegæ noſtri, ut Cornelium nobiſcum veriùs noveris, non de malignorum & detrahentium mendacio, ſed de Domini Dei judicio, qui eum Epiſcopum fecit, & coëpiſcoporum teſtimonio, quorum numerus univerſus per totum mundum concordi unanimitate conſenſit. Nam quod Cornelium, cariſſimum noſtrum, Deo & Chriſto & Eccleſiæ ejus, item conſacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat, non iſte ad Epiſcopatum ſubitò pervenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in divinis adminiſtrationibus Dominum ſæpe promeritus, ad ſacerdotii ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit. Tum denique Epiſcopatum ipſum nec poſtulavit, nec voluit, nec, ut ceteri, quos arrogantiæ & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, invaſit; ſed quietus aliàs & modeſtus, & quales eſſe conſueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis continentiæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non, ut quidam, vim fecit, ut Epiſcopus fieret, ſed ipſe vim paſſus eſt, ut Epiſcopatum coactus exciperet.

D

eligitur Pontifex

80 Et factus eſt Epiſcopus à plurimis collegis noſtris, qui tunc in Urbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas & laudabiles & teſtimonio ſuæ prædicationis illuſtres, de ejus ordinatione miſerunt. Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio, de clericorum pœnè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum, & bonorum virorum collegio; cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Fabiani locus, id eſt, cùm locus Petri, & gradus Cathedræ Sacerdotalis vacaret... Tum deinde poſt Epiſcopatum non exambitum, nec exortum, ſed de Dei, qui ſacerdotes facit, voluntate ſuſceptum, quanta in ipſo ſuſcepto Epiſcopatu ſuo virtus, quantum robur animi, qualis firmitas fidei! (quod nos ſimplici corde & perſpicere penitus & laudare debemus) ſediſſe intrepidum Romæ *&c., quæ num.* 18 *& ſeq. jam recitavimus.*

E

ſummo cum conſenſu ſedecim epiſcoporum,

81 *Epiſcopos, qui illius electioni affuêre, fuiſſe numero ſedecim, laudatus S. Cyprianus ibidem teſtatur, dum Novatiani, qui Pontificatum nefariè invaſerat, impudentiam arguens, ibidem ait:* Niſi ſi epiſcopus tibi videtur, qui, Epiſcopo in Eccleſia à ſedecim coëpiſcopis facto, adulter atque extraneus epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitum nititur. *Inter hos antiſtites fortè numerati fuêre Pompejus & Stephanus, à quibus in Africam Româ reverſis, probè ſe inſtructum fuiſſe de legitima* Cornelii *electione, idem Cyprianus in epiſtolis* 41, 42, *&* 45 *affirmat. Sed veriſimile non eſſe, eoſdem ab Africana eccleſia Romam miſſos fuiſſe, ut electioni adeſſent, contra Pearſonium rectè obſervavit Tillemontius Notâ* 2 *in* S. Cornelio: *ſic enim minimè neceſſe fuiſſet, Caldonium ac Fortunatum poſt* Cornelii *electionem rei geſtæ explorandæ gratiâ eòdem deſtinari, uti factum videbimus.*

F

clerique ac plebis Eccleſiæ Romanæ.

82 *Clerum Romanum, ceteroſque, qui ad Eccleſiam propiùs tum pertinebant,* S. Cornelius *in epiſtola ad Fabium Antiochenum antiſtitem, cujus fragmentum exſtat apud Euſebium lib.* 6 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap.* 43, *interprete Valeſio, his verbis recenſet:* In qua tamen (*Eccleſia Romana*) ſciebat (*Novatianus, quem Euſebius aliique Græci* Novatum *perperam ſcribunt*) quomodò enim illud neſcire potuiſſet? presbyteros quidem eſſe quatuor-& quadraginta (*Græcè eſt:* quadraginta ſex) ſeptem autem diaconos, totidemque ſubdiaconos, acoluthos duos & quadraginta, exorciſtas & lectores cum oſtiariis quinquaginta duos, viduas denique cum infirmis & egentibus plus quàm mille & quingentas; quibus univerſis gratia & benignitas Dei alimenta ſuppeditat. *Horum tamen penè omnium ac innumerabilis præterea populi, unanimis in* Cornelium *virtutibus ornatiſſimum, conſenſio obſtare non potuit, quin inauditum ad id uſque tempus in Romana Eccleſia monſtrum, dirum ſchiſma ex paucorum perfidia oriretur, ut*

A *ut* S. Cornelius *ibidem ita deplorat :* Et tamen tanta, tamque neceſſaria in Eccleſia multitudo, cœtus ille divinæ providentiæ copiis opulentus & numeroſus, cum immenſo ac penè innumerabili populo, ab hujuſmodi deſperatione & audacia illum (*Novatianum pſeudo-pontificem*) deterrere & ad Eccleſiam revocare non potuit.

Contra illum ſchiſma ſuſcitat Novatianus,

83 *Hujus ſchiſmatis auctores fuerunt Novatus ac Novatianus, quos Græci ſcriptores paſſim confundunt,* Novatum *pro* Novatiano *ſcribentes. De Novato plura in S. Cypriano, cujus presbyter erat, dicenda venient; ideóque ſcelerati hujus hominis ante ejus in Urbem adventum geſta paucis tantùm infrà perſtringam. Novatianum antequam in Eccleſiam admiſſus eſſet, philoſophiam profeſſum fuiſſe, docet S. Pacianus epiſt. 2 ad Sympronianum :* Novatianum, *inquiens,* mihi ingeris? Philoſophum ſæculi fuiſſe audio; nec ſatis miror, ab Eccleſia Dei vivi degenerâſſe. *Idem diſcimus ex S. Cypriano epiſt.* 52, *ubi illius jactantiam ſic retundit :* Quiſquis ille eſt, & qualiſcumque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt. Jactet ſe licèt, & philoſophiam vel eloquentiam ſuam ſuperbis vocibus prædicet; qui nec fraternam charitatem, nec Eccleſiaſticam unitatem tenuit, quod priùs fuerat, amiſit.

B

qui priùs philoſophus Stoicus

84 *Sectâ Stoicum fuiſſe colligimus ex eadem epiſtola, in qua S. Cyprianus immitem ejuſdem hæreſim, quæ omnibus lapſis omnem pacis ſpem præcidebat, convellens, hæc ait :* Alia eſt philoſophorum & Stoicorum ratio,... qui dicunt, omnia peccata paria eſſe, & virum gravem non facilè flecti oportere : inter Chriſtianos autem & Philoſophos plurimùm diſtat... Vitanda ſunt à nobis, quæ non de Dei clementia, ſed de philoſophiæ durioris præſumptione deſcendunt. *Ceterùm illius eloquentiam probat epiſtola* 31 *inter Cyprianicas, quam ab eo ante ſuſcitatum ſchiſma, pro curandis lapſis Catholicè ſcriptam, clerus Romanus communi omnium nomine ad S. Cyprianum tranſmiſit, ut ex hujus Sancti epiſt.* 52 *conſtat. Sanctus quoque Hieronymus in epiſt. ad Damaſum de quinque quæſtionibus, eumdem* eloquentiſſimum *appellat; & in Catalogo ſcriptorum nonnulla ipſius Opera recenſet.*

C

& energumenus, moribundus baptizatus,

85 *Occaſionem modumque, quo à gentilium philoſophorum placitis ad Chriſti Eccleſiam acceſſerit, Euſebius ſuprà laudatus ex memorata* S. Cornelii *epiſtola, ſeu* Cornelius *ipſe, narrare proſequitur.* Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus & cujuſmodi converſatione confiſus, ad Epiſcopalem locum aſpiraverit. An ideò fortaſſe, quòd ab initio in Eccleſia verſatus eſt, & multa pro ejus defenſione certamina ſubivit, multiſque & graviſſimis periculis religionis causâ conflictatus eſt? Minimè id quidem : quippe cui cauſam atque initium credendi præbuit ſatanas, in ipſum ingreſſus, atque in ipſo aliquamdiu commoratus. Cumque ab exorciſtis foveretur, in morbum graviſſimum collapſus, dum jam jamque moriturus creditur, in ipſo, in quo jacebat, lectulo pertuſus, baptiſmum ſuſcepit; ſi tamen hujuſmodi baptiſmum ſuſcepiſſe dicendus eſt. Sed neque poſtquam liberatus eſt morbo, reliqua percepit, quæ juxta Eccleſiaſticam regulam percipi debent; neque ab epiſcopo conſignatus eſt.

contra Eccleſiæ morem presbyter factus fuerat.

86 *Sacerdotio deinde præter eccleſiaſticam illius temporis diſciplinam initiatum fuiſſe,* Cornelius *in eadem epiſtola teſtatur his verbis :* Nam cùm egregius ille vir Eccleſiam Dei reliquiſſet, in qua poſt ſuſceptum baptiſmum presbyteri gradum fuerat

conſecutus, idque per gratiam epiſcopi, qui manus illi imponens, eum ad presbyterorum ordinem evexit : cui cùm univerſus clerus, multique ex populo refragarentur, eò quòd non liceret quemquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo, perinde ac ille, perfuſi fuiſſent, in clerum aſſumi; poſtulavit ab iis epiſcopus, ut hunc ſolum ordinari à ſe paterentur. *Antequam ulteriùs progrediamur, reſpondendum eſt ad vanam Tillemontii ſuſpicionem de Romanæ Eccleſiæ id temporis circa baptiſmum ſenſu.* AUCTORE C. S.

Refelliter Tillemontii ſuſpicio

87 *Hic in* Cornelio *art.* 4 *ad citata verba ſuſpicatur, Romanæ Eccleſiæ opinionem tum fuiſſe, per hujuſmodi baptiſmum minus gratiæ, quàm per immerſionem ſeu ablutionem conferri; aut ſaltem eam opinionem à S. Cypriano epiſt.* 76 *adſcribi eis, qui baptiſmi ab hæreticis collati valorem propugnabant. Verùm inanis eſt hæc Tillemontii ſuſpicio; non enim dicit* Cornelius : Si iſtud baptiſma appellari poſſit, *ut ipſe Gallicè interpretatus eſt; ſed :* Si tamen hujuſmodi (*baptiſmum*) ſuſcepiſſe dicendus eſt. *Nempe, quia de hujuſmodi hominis diſpoſitione ad baptiſmum, ejuſque gratiam utiliter ſuſcipiendam neceſſaria, nonnullum poterat dubium oriri. Eodem ferè modo, quo S. Joannes Chryſoſtomus Catecheſi* 1 *ad illuminandos, ſive baptizandos, de ſimilibus moribundis ait :* Cùm enim neque præſentes agnoſcit, neque vocem audit, neque illa reſpondere verba poteſt, quibus beatam cum omnium noſtrum Domino pactionem deponat; ſed eſt quaſi lignum inutile vel lapis, à mortuoque nil differt is, qui mox illuminandus eſt, quæ initiationis utilitas in tanta ſenſûs omnis inopia? E

de Romanæ Eccleſiæ ejus temporis

88 *Porrò de Novatiani diſpoſitione peculiaris moveri poterat ſuſpicio, eo quòd,* S. Cornelio *teſte,* neque poſtquam liberatus eſt morbo, reliqua percepit, quæ juxta Eccleſiaſticam regulam percipi debent; neque ab epiſcopo conſignatus eſt : *quod ſanè indicium erat, eum de officio ſuo, ad quod per baptiſmum obſtrictus fuerat, parùm fuiſſe ſollicitum. Cauſam verò, ob quam hujuſmodi baptizati in lectulis à presbyterii ordinatione ac clericatu arcerentur, expreſſit concilium Neocæſareenſe ſeculo* IV *celebratum, cujus canon* 12 *ſic habet :* Si quis ægrotus fuerit illuminatus (*id eſt, baptizatus*) non poteſt in presbyterum evehi : fides enim ejus non ex inſtituto, ſed ex neceſſitate; niſi fortè propter conſequens ejus ſtudium & fidem, hominumque neceſſitatem. *Eumdem canonem concilium Pariſienſe* VI *laudat, admittitque can.* 8. *Fruſtra igitur ſuſpicionem illam contra Eccleſiam Romanam, ejuſque ſanctum Pontificem movere conatus eſt Tillemontius.* P

opinione circa baptiſmum

89 *Quod ad S. Cyprianum ſpectat, is in epiſtola* 76 *ad Magnum, à Tillemontio laudata, primùm ſuam contra S. Stephanum de baptizandis hæreticis opinionem ſtabilire conatur; deinde cùm in ſecunda epiſtolæ parte, docuiſſet baptiſmum per aſperſionem collatum nihilo differre ab eo, qui per immerſionem confertur, ſubjungit :* Niſi ſi juſtum quibuſdam videtur, ut illi, qui extra Eccleſiam apud adverſarios & antichriſtos prophanâ aquâ polluuntur, baptizati judicentur; hi verò, qui in Eccleſia baptizantur, minus indulgentiæ & gratiæ divinæ conſecuti eſſe videantur, & tantus honor habeatur hæreticis, ut inde venientes non interrogentur, utrúmne loti ſint, an perfuſi, utrúmne clinici ſint, an peripatetici; apud nos autem de integra fidei veritate detrahatur, & baptiſmo eccleſiaſtico majeſtas ſua & ſanctitas derogetur;

AUCTORE C. S.

per aſperſionem moribundis collatum.

90 *Ita quidem S. Cyprianus eo tempore, quo celebris illa inter ipſum ac S. Stephanum de hæreticorum baptiſmate quæſtio agitabatur: ſed nec hinc pro ſuſpicione ſua quidquam habet Tillemontius, neque eam opinionem Cyprianus Romanis affingit; ſed cùm in prima epiſtolæ parte, ut diximus, ſuum contra eos errorem propugnâſſet; ſubjungit, quæ in ſecunda parte de baptiſmi conferendi modo dixerat, etiam à Romanis admitti debere, niſi malint plus baptiſmo ab hæreticis, quàm in Eccleſia collato adſcribere; quod utique illos facturos negat.*

S. Eulogii errores hiſtorici.

91 *Ex dictis etiam collige, quantùm à vero aberraverit S. Eulogius, epiſcopus Alexandrinus, ſi in Opere contra Novatum, ſeu Novatianum, re vera ſcripſerit, quæ Photius in Bibliotheca cap.* 182 *ex eo narrat in hunc modum:* Refert autem (*S. Eulogius*) Navatum (*id eſt*, Novatianum) Cornelio Pontifice, Romanæ eſſe Eccleſiæ archidiaconum creatum, ad quem ipſum Pontificium, pro ejus temporis more, decedente è vita Pontifice, deferebatur: archidiaconum enim ſuccedere ſummo Sacerdoti ſtatutum erat. Verùm hunc, ait Eulogius, ſuperbiâ laborantem
B Cornelius, & in ſuam mortem imminentem cùm cognoviſſet, presbyterum ordinat, omnes ſic illi ad ſupremam Cathedram perveniendi ſpes præcidens. *Eadem habet cap.* 28: *ſed nullum ex hiſce omnibus verbis verum eſſe, ex huc uſque allatis & producendis manifeſtius eſt, quàm ut oporteat narrationem illam hîc refutare. Modò, unde digreſſi ſumus, revertamur.*

Novatianus

92 *Non mediocris Novatiani ſcientia eloquentiaque haud dubiè Pontificem impulit, ſive is S. Fabianus fuerit, ſeu alius, ut Novatianum, presbyterum ordinaret, ratus ob operam, quam Eccleſiæ collaturum ſperabat, ſolitâ diſciplinâ ea vice poſſe ſuperſederi. Et ſanè conceptæ exiſtimationi initio eum ſatis reſpondiſſe, diſcimus ex auctore libri contra Novatianum, S. Cypriano adſcripti, qui ait, quòd olim.* in domo una, id eſt, Chriſti Eccleſia, proximorum delicta ut propria fleverit, onera fratrum, ſicut Apoſtolus hortatur, ſuſtinuerit, lubricos in fide cæleſti allocutione corroboraverit. *Præterea ſuprà dixímus epiſtolam inter Cyprianicas* 31, *in qua lapſorum cauſa eleganti ſtylo tractatur, Romani cleri nomine ab ipſo conſcriptam fuiſſe. Verùm deinde palàm fecit, quàm indignus ſacerdotio eſſet, ad quod*
C *contra conſuetam Eccleſiæ diſciplinam fuerat evectus. Audi rurſum* S. Cornelium *in eadem epiſt ad Fabium Antiochenum.*

præ metu negat ſe presbyterum: Novati ſcelera:

93 Perſecutionis, *inquit*, tempore præ metu ac nimia vivendi cupiditate presbyterum ſe eſſe negavit: admonitus enim & rogatus à diaconis, ut ex cubiculo, in quo ſeipſum incluſerat, egreſſus, fratribus auxilio indigentibus ſuccurreret, tantùm abfuit, ut hortantibus diaconis morem gereret: quin potiùs irâ & indignatione percitus, abiit ac diſceſſit. Neque enim presbyterum ſe ampliùs velle eſſe reſpondit; ſed alterius philoſophiæ deſiderio teneri. *Hæc & cetera hoc paragrapho recenſita* S. Cornelius *ad Fabium ſcripſit, ut oſtenderet, quàm nullo titulo Novatianus ſummam Eccleſiæ Cathedram ſibi vendicâſſet. Quâ verò ratione id perfecerit, S. Pacianus epiſt.* 3 *his verbis exponit:* Cornelius jam Romæ Epiſcopus à ſedecim epiſcopis factus, locum Cathedræ vacantis acceperat, & in illa, quâ fuit præditus, caſtimonia virginali crebras perſecutiones irati principis ſuſtinebat: tum fortè quidam presbyter (*Novatus*) ex Aphrica, fraudatis in Carthaginenſi eccleſia viduis, ſpoliatis pupillis, pecuniâ D eccleſiæ denegatâ, projecto extra domum patre, & eodem fame mortuo nec ſepulto, uxoris gravidæ utero calce percuſſo, partuque ejus effuſo, Romam venit; & cùm apud Carthaginem, urgentibus in eccleſia fratribus dies cognitionis ipſius immineret, & hîc latitavit.

hoc impellente, Novatianus

94 Nec multo pòſt Novatianum iſtum Epiſcopatu Cornelii anxium (nam ſibi ſperaverat) cum aliquantis, ut in tali re ſolet, ex ſua parte fautoribus nutantem impellit, dubitantem fovet, ut magnum aliquid ſperet, hortatur. Invenit aliquos ex eorum numero, qui tempeſtatem perſecutionis illius evaſerunt, apud quos hanc ipſam de lapſis receptis Cornelio conflaret invidiam, dat eorum epiſtolas ad Novatianum; ille ex authoritate epiſtolarum, ſedente jam Romæ Epiſcopo, adverſus fas Sacerdotii ſingularis, alterius epiſcopi ſibi nomen aſſumit; Cornelium lapſis communicâſſe arguit, ſe verò vendicat innocentem. *Habes hîc, erudite lector, Novatiani ſchiſmatis, quod Eccleſiam Dei tamdiu afflixit, cauſam, auctores & initium, quæ omnia nonnihil elucidabimus.*

E *Pontificatum ſibi arrogat.*

95 *Et cauſam quidem fuiſſe ſuperbi hominis invidiam, idem S. Pacianus in laudata epiſtola repetit*; Qui quidem, *inquiens*, primùm ſtimulatus invidiâ, Epiſcopatum Cornelii non ferebat; inde ſe Novato paucorum epiſtolis deriſus addixerat. *Ac rurſus Novatiani ſectatoribus exprobrans, illum non niſi ex invidia ſuam de lapſis recipiendis ſententiam, quàm priùs ſcripto defenderat, mutâſſe, ait:* Cur igitur Novatianus tuus, ne falſo quidem adhuc epiſcopatu ſacerdos, longè antequam Cornelius Romæ Epiſcopus fieret, antequam Sacerdotio illius invideret, hæc ſuaſit?... Si nemo vobis Cornelium prætuliſſet, maneret illa ſcribentis authoritas. *Audiendus itaque non eſt Socrates, Novatianis erroribus favens ſcriptor, dum lib.* 4 *Hiſt. eccleſ., cap.* 23 *ait*; ideo *Novatianum, quem* Novatum *appellat, à Romana Eccleſia ſe ſegregâſſe*, quòd Cornelius Epiſcopus eos fideles, qui tempore perſecutionis, quam Decius... excitaverat, idolis ſacrificaverant, in communionem recepit. *Audiendus, inquam, non eſt: ex dictis enim certum eſt, veram ejus cauſam ſchiſmatis fuiſſe Novatiani invidiam & ambitionem; licèt homo vafer eam pretenſo diſciplinæ vigore, id eſt, nova hæreſi velare niteretur. De hoc velamine intelligendi etiam ſunt Euſebius in Chronico & Theodoretus lib.* 3 *de fabulis hæreticorum, in Novato ſeu Novatiano, ubi ſimilia habent.*

F

Dubium circa tempus

96 *De exortu ſchiſmatis tempore nonnulla eſt difficultas & inter eruditos diſſenſio. Secundum Paciani dicta Novatianus illud non excitavit ante Novati ex Africa adventum, neque hic ante S.* Cornelii *Pontificatum Romam advenit. At verò* S. Cornelius *in epiſtola apud Euſebium, ſæpe laudata, de eodem Novatiano ſcribit:* Quem etiam Moſes beatiſſimus martyr, qui nuper apud nos egregio & admirando martyrio perfunctus eſt, audaciam ejus ac furorem perſpectum habens, à communione ſua ſeparavit unà cum quinque presbyteris, qui ſe pariter cum illo ab Eccleſiæ corpore abruperant. *De Moyſis autem captivitate, ac obitu, ſecutoque confeſſorum ſchiſmate auctor vetuſtiſſimi Catalogi Pontificum hæc memorat:* Poſt paſſionem ejus (*S. Fabiani*) Moyſes & Maximus presbyteri, & Nicoſtratus diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eo tempore ſupervenit Novatus ex Africa, & ſepara-

vit

A vit de Ecclesia Novatianum & quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses undecim, dies undecim.

schismatis primùm exorti

97 *Ex hisce hujusmodi formantur argumenta: S. Moysem hiberno tempore comprehensum fuisse, ex S. Cypriano num.* 63 *probavimus: ergo si post S. Fabiani martyrium, quod die* XX *Januarii anni* 250 *contigit, in carcerem missus, in eoque post menses undecim totidemque dies defunctus sit, non potuit usque ad* Cornelii *ordinationem superfuisse, sive hanc ad mensem Junium sive Aprilem anni* 251 *retuleris; adeóque nec potuit Novatianum cum quinque presbyteris ob conflatum schisma à sua societate arcere, si, ut nonnulli volunt, confessores inter eos numerandi sint, & hi non nisi post Moysis obitum schismati adhæserint, prout Catalogi auctor affirmat. Idem argumentum contra* S. Cornelii *dicta etiam militat in sententia S. Paciani, qui, ut vidimus, Novatum schismatis incentorem, electo jam* Cornelio, *Romam primùm advenisse tradit: sed huic pariter refragatur laudatus Catalogi scriptor, dum verbis mox relatis Novati adventum post Fabiani quidem mortem, sed tamen in ejusdem periodo narrat, di-*

B *cens:* Eo tempore supervenit Novatus &c.: *ordinationem verò Novatiani non nisi sub* Cornelio; sub Episcopatu ejus, *inquiens*, Novatus extra Ecclesiam ordinavit Novatianum in urbe Roma: *qua scribendi ratione ostendit, Novati adventum tempore interpontificii, Novatiani ordinationem post* Cornelii *electionem contigisse.*

proponitur.

98 *Ut hac difficultate se expediant, alii aliter respondent; sed in eo conveniunt, quòd velint Novatum Romam advenisse, priusquam* S. Cornelius *ad Pontificatum eveheretur. Et ita sanè dicendum est: nam cùm* Cornelii *de sua electione, & intercedentium schismaticorum epistolæ, eodem ferè tempore Carthaginem allatæ sint, ut infrà ostensuri sumus, à vero alienum apparet, Novatum,* Cornelio *jam Pontifice, eò primùm advenisse; præsertim cùm, eodem Paciano teste, Romæ* latitârit, *antequam Novatianum ad invadendam Cathedram impelleret, fautoresque ad id facinus ipsi conciliaret. Crediderim itaque S. Pacianum hîc minùs accuratè locutum, unicè significare voluisse, Novatiani schisma & hæresim ex invido hujus in* Cornelium *jam Pontificem animo ortam esse, indéque factum, ut tempus adventûs*

C *Novati ab initio schismaticæ ejusdem molitionis non distinxerit.*

Valesii ac Pearsonii sententia

99 *Henricus Valesius in Annotationibus ad lib.* 6, *cap.* 43 *Historiæ ecclesiasticæ Eusebii, & Joannes Cestriensis, sive Pearsonius in Annalibus Cyprianicis ad annum* 251, *ut* Cornelii *dicta cum Catalogi auctore concilient, statuunt Novatianum non modò ante* Cornelii *electionem, quam prior cum Baronio mensi Aprili, alter Junio affigit, sed etiam ante S. Moysis obitum, qui ex prioris sententia in Februarium, ex posterioris autem in Januarium anni* 251 *incidit; statuunt, inquam, Novatianum cum quinque presbyteris, instigante Novato, jam tum schisma commovisse, quamvis confessores non nisi post S. Moysis martyrium ad illorum partes accesserint. In hac sententia rectè intelligitur, Novatum ante* Cornelii *electionem Romam appulisse, ut in Catalogo dicitur; & Novatianum cum quinque presbyteris à S. Moyse fuisse rejectum, prout* S. Cornelius *in laudata epistola affirmat. Manet etiam sua Catalogo auctoritas, quia inter illos quinque presbyteros nullus confessorum numeratur.*

100 *Verùm hæc sententia aliunde vacillat, quem-*

admodum Tillemontius Notâ 3 *in* S. Cornelio *jam observavit. Nam præterquam quòd in Pearsonii opinione quatuor mensium schisma in Romano clero fingatur, cujus nullum vestigium in Cyprianicis litteris exstat; Novatus, primus Romani schismatis auctor, unà cum quatuor aliis presbyteris & Felicissimo, non diu ante Pascha, quod eo anno die* XXIII *Martii celebratum est, ingentes S. Cypriano molestias in Africa creabat (ut in hujus Sancti gestis dicetur) adeóque mense Januario vel Februario Romam nondum advenerat, nedum adjunctis sibi sociis ibidem in schisma eruperat. Vidit id haud dubiè Pearsonius, ideóque, licèt nulla præterea ratione nixus, Novatum negavit fuisse è numero illorum quinque presbyterorum, quorum nefarios ausus ille ipse Februario affigit.* AUCTORE C. S.

ortum schismatis præmaturè statuentium

refellitur.

101 *Attamen hunc illis accensendum esse, persuadet S. Cypriani epist.* 49 *ad* Cornelium *de Novato aliisque schismaticis data.* Idem est, *inquit*, Novatus, qui apud nos primum discordiæ & schismatis incendium seminavit, qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregavit, qui in ipsa persecutione ad evertendas fratrum mentes quædam persecutio nostris fuit. Ipse est, qui Felicissimum, satellitem suum, diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua factione & ambitione constituit; & cum sua tempestate Romam E quoque ad evertendam Ecclesiam navigans, similia illic & paria molitus est... Planè quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commisit: qui istic adversus ecclesiam diaconum fecerat, illic fecit episcopum. *Cùm itaque S. Cyprianus primas in Africano æquè ac Romano schismate partes eidem Novato attribuat, non satis probabiliter is ipse negatur fuisse è quinque presbyterorum numero, quos circa festum Paschatis unà cum Felicissimo infestos molestosque Cypriano fuisse præmisimus.*

uti & Baronii de Novato

102 *Eminentissimus Baronius tom.* 2 *Annalium, ad annum* 254, *num.* 49 *censuit quidem, Novatum, à quo Felicissimus diaconus constitutus est, eumdem esse cum Romani schismatis auctore; sed hunc episcopum fuisse arbitratus est: numero autem* 61 *prædictum Felicissimum distinxit ab illo, quem Africanum schisma suscitâsse monuimus. Quod si ita sit, Novatus, de quo hîc agimus, inter quinque presbyteros Africanos numerandus non erit, & objecta à nobis difficultas evanescet. Sed hallucinatus fuit Eminentissimus annalista, dum Novatum episcopum fuisse credidit, quia in laudata epist.* 49 *Felicissimum ab eo diaconum constitutum legerat; ratus, Novatum sacra ordinatione fecisse, quod ambitione & factione sua præstitit; procurando scilicet, ut diaconus fieret, non aliter atque Novatianum Romæ episcopum fecit. Certè non nisi* presbyter *à S. Paciano, Eusebio in Chronico, & S. Hieronymo in Scriptoribus ecclesiasticis appellatur.* F

& Felicissimo,

103 *Felicissimum quoque Baronius perperam geminavit ex eo, quòd crederet, Africani schismatis auctorem in Cypriani epist.* 40 *presbyterum fuisse dici, quod in tota illa epistola non legitur. Attamen ita Baronio fortè visum est, quia S. Cyprianus ibidem de quinque presbyteris conqueritur, è quibus Felicissimum unum fuisse ille crediderit; sed non rectè, ut epistolam legenti apparebit. Aliud præterea pro geminando Felicissimo argumentum ibidem producit, quòd cùm Felicissimus Africani schismatis auctor doceret, lapsos omnes sine pœnitentia mox recipiendos esse; Novatus verò eosdem omnes sine spe veniæ repellendos;*

AUCTORE C. S.

non videatur verisimile, illum ab hoc diaconum ordinatum fuisse. Verùm inde tantùm sequitur, Novatum sententiam suam pro rerum circumstantiis mutâsse, uti etiam fecit Novatianus, qui cùm priùs cum Romano clero censuisset, lapsos ad pœnitentiam paccmque admittendos esse, oppositam huic Catholicæ sententiæ hæresim introduxit. Scilicet pensi non habent hujusmodi nefarii homines, quid doceant, dummodo ad finem sibi propositum perveniant.

ac Tillemontii de S. Moyse opinio.

104 *Tillemontius mavult ab auctore Catalogi recedere, causatus, illum etiam aliàs in cyfris errare, nec propter ipsum auctoritatem* Cornelii *deserendam esse. Itaque Moysis necem differt post electionem* Cornelii, *mense Junio factam; imò usque ad* XXV *Novembris, quo die Martyrologio Romano inscriptus est, differri posse arbitratur; allegatque in hanc sententiam* Cornelium *in epistola ad Fabium sæpè laudata, nec citiùs quàm exeunte anno 251, ex ipsius judicio scripta, dicentem, S. Moysem* nuper *martyrio defunctum fuisse. Neque ego à* Cornelii *dictis recedendum puto, nec tamen etiam repudiandum Catalogi auctorem, si cum illis conciliari possit.*

B

S. Cornelii dicta explicantur,

105 *Quare præplacet mihi sententia cujusdam anonymi Benedictini, in Vita S. Cypriani, ejusdem Operibus præfixa in editione Veneta. Is § 20 ex verbis* Cornelii, *prout ea apud Eusebium Græce exstant, ostendit nihil esse, cur credamus, Novatianum cum quinque memoratis presbyteris publici schismatis causâ à Moyse rejectum esse. Etenim ubi Valesius habet:* Unà cum quinque presbyteris qui se pariter cum illo ab Ecclesiæ corpore abruperant; *Græcè est:* σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας. *Participium autem* ἀποσχίσασι æquè verti potest *per* abruperunt, *quàm* abruperant; *& tum sensus erit, Novatianum cum iisdem presbyteris, qui cum ipso schisma postmodum inchoârunt, jam priùs ob audaciam & furorem à S. Moyse rejectum fuisse.*

& cum vetustissimo Pontificum catalogo

106 *Neque deest ratio, ob quam id ante schisma factum credamus: vidimus enim num.* 93, *Novatianum persecutionis tempore à diaconis monitum rogatumque, ut fratribus auxilio egentibus succurreret, non tantùm eorum adhortationibus non obsecutum, sed etiam irâ percitum discessisse;* Neque enim (*teste* S. Cornelio) presbyterum se ampliùs velle esse respondit; sed alterius philosophiæ, *Stoicæ scilicet,* desiderio teneri. *Hæc verò hominis audacia vecordiaque, quâ presbyteratui philosophiam præferebat, & periclitantibus recusabat succurrere, satis justa causa Moysi viaeri potuit, ut nihil cum eo vellet habere commune. A vero quoque non abhorret, aliquot ex clero, puta quinque presbyteros, quos aut par periculi metus, aut viri eloquentia & auctoritas impulerat, ipsi adhæsisse, ideóque eodem cum illo loco à Moyse habitos esse. Forsitan etiam jam tunc Novatianus illicitis artibus viam sibi ad Pontificatum parabat, idque Moysi innotuerat.*

C

conciliantur.

107 *Præterea cur de quinque tantùm presbyteris à Moyse rejectis meminit* Cornelius, *si sanctus ille martyr, in vivis tamdiu superfuerit, ut vult Tillemontius; cùm ex dicendis dubium non sit, quin etiam alii ac nonnulli confessores, si non ante, certè non multò post* Cornelii *electionem ad schismaticas partes accesserint, quos æquè ac ceteros repulisset Moyses, si ad id usque tempus vixisset. Plura apud laudatum Benedictinum studiosus lector reperiet. Porrò in hac sententia sic integra manet* Cornelii *auctoritas, ut vetustissimi Catalogi dicta de adventu Novati, de Moysis morte,* D *de reductis confessoribus, & horum omnium tempore, cum ea rectè concilientur; nec necesse sit schismatis ortum ante* Cornelii *electionem contra S. Paciani assertum collocare.*

Occasio, modus

108 *Ex hactenus dictis res à Novato gestas, quantùm ad Romanum schisma pertinent, ordinari in hunc modum posse arbitramur. Novatus circa Pascha, quod anno 251 in* XXIII *Martii incidisse diximus, unà cum Felicissimo ceterisque asseclis aperto schismate S. Cyprianum aggressus in Africa, id agebat, ne sanctus ille episcopus è secessu suo Carthaginem rediret: quippe multorum scelerum sibi conscius probè noverat, se damnationem, quam Deciana persecutio distulerat, eâ jam sopitâ, reduceque ad sedem suam Cypriano episcopo suo, non evasurum, ut ex epist. Cyprianica* 49 *habemus. Hisce machinationibus impeditus Cyprianus, Carthaginem, quò ante Pascha redire decreverat, non nisi post illud reversus est, ibique concilium congregavit: in quo lapsorum causa tractata est, & schismatici ab Ecclesia proscripti.*

ac tempus orti schismatis.

109 *At Novatus interim relictâ Africâ,* Romam venit, & cùm apud Carthaginem, urgentibus in ecclesia fratribus, dies cognitionis ejus immineret, hîc latitavit, *ut S. Pacianus suprà testatur. In hisce latebris videtur societatem cum Novatiano & non nullis aliis iniisse, egisseque, ut is ad Pontificatum eveheretur; scilicet ut sub tali pontifice sua crimina ferret impune. Deinde cùm electo* Cornelio, *aliter accidisset, nec ignoraret, sibi non minùs Romæ, quàm Carthagine timendum fore, quamdiu Sanctus ille Ecclesiæ præsideret, Novatianum impulit, ut suâ operâ ad deturbandum* Cornelium *uteretur; tantúmque suis artibus effecit, ut etiam è confessoribus quosdam ad suas partes attraxerit, atque ita aperto schismate* Cornelium *probabiliùs mense Junio aggressus sit. Ex horum numero ex epistolis Cyprianicis, & apud Eusebium lib.* 6, *cap.* 43 *Historiæ numerantur Maximus presbyter, Nicostratus diaconus, Urbanus, Sidonius & Macharius; quos tum è carcere jam liberatos fuisse discimus ex* Cypriani *epist.* 51, *in qua quatuor ex illis ad Ecclesias reversos his verbis alloquitur:* Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus & hæreticus error excepit; sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset. F

§ VI. Novatiani molitiones adversus S. Cornelium: acta Carthagine de hac controversia: Novatiani sacrilega ordinatio & pseudo-pontificatus: ejus legati Carthagine rejecti, & Cornelii Pontificatus ibidem agnitus.

Novatianus S. Cornelium falsò accusans

NOvatianus *confessorum ad suas partes accessione in concepto scelere obfirmatus,* S. Cornelii *electioni intercedere, eumque confictis criminibus accusare, & velut indignum Pontificatu tra-*

da-

A *ducere cœpit, utque cautiùs falleret, negavit, se illius Cathedram sibi desiderare, imò id etiam interposito jurejurando ausus est affirmare. Forsitan hac arte etiam confessores decepit; nam & hi se impostúram ab illo passos, & perfidiæ loquacitate captiosa seductos epist. 46 inter Cyprianicas conquesti sunt, eorumque aliqui mendaciis ejus atque perjuriis cognitis, ad Ecclesiam rediisse in epistola* Cornelii *apud Eusebium dicuntur. Ac in primis quidem illum sancto Pontifici invidiam conflâsse ex eo, quòd hic pœnitentiæ salutaris pacisque in Ecclesia locum concederet lapsis, quibus schismaticus ille spem omnem præcisam volebat, ideóque jactitâsse,* Cornelium lapsis communicâsse, *ex S. Paciano num. 94 ostendimus; atque inde factum num. 95 diximus, ut nonnulli veram schismatis causam ex eo fonte repetierint.*

de communicatione cum lapsis,

111 *Quapropter non possum assentiri Tillemontio, art. 6 in* S. Cornelio *existimanti, Novatianum initio schismatis aliud quippiam ambitioni suæ prætendisse, quia, inquit, non satis diu, in Romana Cathedra sederat, ut quidquam majoris momenti in causa lapsorum jam tum statuisset. Respondeo enim, illum nec quidquam novi statuere,* B *nec diu sedere debuisse, ut schismatici, quibus solemne est vera mendaciis deturpare, ansam arriperent eum criminandi. Ad hoc satis erat exsecutio eorum, quæ Sede vacante Romanus clerus interim decreverat, quæque legere est in epist. 2 ad clerum Carthaginensem, & 31 ad S. Cyprianum, quam ultimam Novatus ipse conscripserat. Certè præter alia, quæ in his de lapsis clementer statuuntur, in priori sic dicitur:* Si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem; utique subveniri eis debet.

illius electioni intercedit.

112 *Idem in epistola posteriori de infirmis,* cùm spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, *decernitur: unde S. Pacianus epist. 3 ad Sympronianum meritò ait:* Si pœnitentiæ negandus est aditus, Novatianus in crimine est, qui hæc scripsit, suasit & legit. *Porrò si qui hujusmodi infirmi post acceptam pacem convalescerent, eâdem gaudere perseverabant. Fortè id Romæ jam contigerat, ac propterea schismatici* Cornelium *de communicatione cum lapsis arguebant. Certè S. Cyprianus epist. 52 ad Antonianum docet, eos ex hoc* C *capite* Cornelio *sibique crimen confinxisse. Verba accipe:* Quare & de Cornelio & de nobis quæcumque jactantur, nec audias facilè nec credas... Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis, sicut placuit, in periculo subvenitur. Postea tamen quàm subventum est, & periclitantibus pax data est, offocari à nobis non possunt, aut opprimi, aut vi & manu nostra in exitum mortis urgeri, ut, quoniam morientibus pax datur, necesse sit mori eos, qui acceperint pacem; cùm magis in hoc judicium divinæ pietatis & paternæ lenitatis appareat, quòd, qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hîc quoque ad vitam percepta pace teneantur. Et iccirco si accepta pace commeatus à Deo datur, nemo hoc debet in sacerdotibus criminari, cùm semel placuerit fratribus in periculo subveniri. *Ob hæc igitur & similia potuit Novatianus suas criminationes confingere, licèt sanctus Pontifex nihil novi de lapsis ad hucdum statuisset.*

S. Cyprianus, acceptis utriusque litteris,

113 *Inter hæc* Cornelius *de sua ad Pontificatum electione ad Cyprianum litteras dedit, quæ modò perierunt; sed & eodem ferè tempore schismatici epistolam maledictis in sanctum Pontificem plenam, quâ illius electioni intercedebant, eódem destinârunt. Agebat tum Cyprianus Carthagine, ubi cum Africanis episcopis ad lapsorum causas tractandas, ceteraque, quæ persecutione sæviente ordinari non potuerant, decidenda, concilium celebrabat. Lectis utriusque partis litteris, haud difficile fuit Cypriano judicare, pro utra è duabus causæ æquitas staret: ut enim Novatianorum epistola ex maledictis & criminationibus consuta erat, ita* Cornelii *litteræ religioso stylo conscriptæ modestiam & moderationem animi sonabant. Itaque oboratus, quod res erat, suppressis schismaticorum litteris, Cornelianas in publico præsulum consessu plebisque cœtu prælegi jussit. Ita discimus ex epistola illius 42, in qua rationem reddens, cur Africani illius Pontificatum publicè agnoscere non nihil distulissent, hæc ait:* Quamquam mens nostra & propositum jam tunc fratribus & plebi istic universæ manifestatum fuisset, quando litteris nuper ab utraque parte susceptis, tuas litteras legimus, & Episcopatûs tui ordinationem singulorum auribus intimavimus.

AUCTORE C. S.

schismaticæ confessorum nomine

114 Honoris etiam communis memores & gravitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea, quæ ex diverso in librum ad nos transmissum congesta fuerant acerbationibus criminosis, respuimus, considerantes pariter & ponderantes, quòd in tanto fratrum numero religiosoque conventu confidentibus Dei sacerdotibus, & altari posito, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim facilè promenda sunt, & incautè ac temerè publicanda, quæ discordioso stilo scripta audientibus scandalum moveant, & fratres longè positos ac trans mare constitutos, incerta opinione confundant; viderint, qui vel furori suo vel libidini servientes & divinæ legis ac sanctitatis immemores, vel jactitare interim gestiunt, quæ probare non possunt; & cùm innocentiam destruere atque expugnare non valeant, satis habent famâ mendaci & falso rumore maculas inspergere.

scriptas suppressit.

115 *Novatiani litteras confessorum ipsi adhærentium nomine scriptas fuisse, licèt ipsi nescirent,* F *quæ in iis dicerentur, colligimus ex* Cornelii *epist. 46 inter Cyprianicas, in qua de iisdem ad Ecclesiam redeuntibus leguntur sequentia:* Cùm,... quæ gesserant, exigerentur, novissimè, quòd per omnes ecclesias litteræ calumniis & maledictis plenæ frequenter missæ fuissent, & pœnè omnes ecclesias perturbâssent, circumventos se esse affirmaverunt, nec, quid in istis litteris inesset, se scîsse. *Quæ verò præter dictam de communicatione cum lapsis calumniam in priori ad S. Cyprianum epistola* Cornelio *crimina objecta fuerint, nescitur: verisimile tamen est, eum pro libellatico traductum fuisse, cùm S. Cyprianus epist. 52 ad Antonianum, hoc scelus ipsi falsò impactum fuisse testetur.*

Cyprianus cum episcopis Africæ

116 *Porrò quamvis S. Cyprianus de legitima* Cornelii *electione non dubitaret, idque, ut vidimus, clero populoque satis manifestâsset, è re tamen Ecclesiæ censuit, eam paulisper in suspenso tenere, ne quibusdam, causâ non satis examinatâ, nimiùm properâsse videretur, atque ita schismaticis occasionem daret novas in Africa turbas ciendi. In hunc finem ab ipso congregatisque in concilio præsulibus Caldonius & Fortunatus episcopi Romam missi fuêre, qui rem totam coràm cognoscerent, & ipsorum, qui electioni adfuerant, testimonia postularent. Iidem simul in mandatis acceperunt, ut omni ope ad exstinguendum schisma allaborarent. Præterea decretum est, ut suspen-*

sis

AUCTORE C. S.

sis eo modo, donec legati certiora retulissent, rebus, interim non ad Cornelium, *sed ad clerum Romanum scriberetur.*

electionem Cornelii

117 *Non potuit ea tergiversatio* Cornelium, *quem hujusmodi consilii ratio latebat, non movere; præsertim cùm Hadrumetini, qui absentis episcopi sui Polycarpi nomine litteras ad ipsum jam scripserant, postmodum, auctore Cypriano, eas ad clerum Romanum pariter destinarent; de quo & sanctus Pontifex lateris per Primitivum presbyterum ad Cyprianum datis conquestus est. Verùm hanc sollicitudinem laudatus Carthaginensis episcopus epist.* 41, 42 *&* 45 *ipsi postmodum exemit. Et in epistola quidem* 42 *sic ait:* Quod servis Dei & maximè sacerdotibus justis & pacificis congruebat, Frater carissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium & Fortunatum, ut non tantùm persuasione litterarum nostrarum, sed præsentiâ suâ & consilio omnium vestrùm eniterentur, quantum possent, & elaborarent, ut ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem scissi corporis membra componerent, & Christianæ caritatis vinculo copularent.

B

Suspensam tenet, donec legati,

118 *Et post multa:* Quòd autem scripta collegarum nostrorum, qui illic ordinationi tuæ affuerant, desideravimus, non veteris moris oblivi, novum aliquid quærebamus; nam satis erat, ut tu tè Episcopum factum litteris nuntiares, nisi esset ex diverso discrepans factio, quæ criminosis & calumniosis commentis suis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei sopiendæ necessarium duximus, ut scribentium nobis inde collegarum nostrorum firma & solida auctoritas pararetur. *De Hadrumetinis verò epist.* 45 *ad* Cornelium *hæc habet:* Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Primitivum compresbyterum nostrum misisti, in quibus te comperi motum, quòd cùm de Hadrumetina colonia Polycarpi nomine ad te litteræ dirigerentur, posteaquam nos, ego & Liberalis, in eumdem locum veniissemus, cœpissent illuc ad presbyteros & diaconos litteræ dirigi: quod scire te volumus, & pro certo credere, nulla id levitate aut contumeliâ factum.

quos Romam destinabat, rediissent.

119 Sed cùm statuissemus collegæ complures, qui in unum conveneramus, ut legatis ad vos coëpiscopis nostris Caldonio & Fortunato missis, omnia interim integra suspenderentur, donec ad nos iidem collegæ nostri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent; presbyteri & diaconi in Hadrumetino consistentes, Polycarpo coëpiscopo nostro absente, ignorabant, quid nobis in commune placuisset. At ubi nos in præsenti venimus, comperto consilio nostro, ipsi quoque id, quod & ceteri, observare cœperunt, ut in nullo ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet. *Hæc Cyprianus, consilii sui rationem exponens, quod quidem Ecclesiæ feliciter cessisse subjungit, & nos infrà ostendemus.*

C

Novatianus sacrilegè ordinatus,

120 *Huc usque Novatianus solis calumniis* S. Cornelium *ejusque clerum aggressus, ambitionem suam, quò plures falleret, cautè celaverat, & confessorum, quos seduxerat, auctoritate nixus, Euangelicæ disciplinæ vindicem se jactaverat, palàm contestatus, Pontificatum se minimè desiderare. Verùm eam larvam non multò post deposuit, & quid dudum animo agitâsset, mundo palam fecit. Acceptis enim à prædictis confessoribus litteris, quibus Pontificatus ei deferretur, & sacrilega extortaque manuum impositione pseudo-episcopus ordinatus, illum jam apertè sibi vendicare non erubuit. Usum ad id scelus fuisse confessorum litteris, S. Pacianus suprà diserte testatur; sed & ex eorumdem numero Maximus, Urbanus, Sidonius & Macharius, dum postea ad Ecclesiam redirent,* affirmaverunt,... circumductos commisisse se quoque schismatica, & hæreticis auctores fuisse, ut paterentur ei manus quasi in episcopatum imponi. *Quibus autem artibus episcopum se consecrari curaverit, accipe.* Mirabilem quamdam, *inquit* S. Cornelius *in epistola ad Fabium Antiochenum,* frater carissime conversionem in eo, mutationemque brevi temporis articulo factam conspeximus: nam egregius ille vir, qui tremendis quibusdam sacramentis affirmaverat se episcopatum non concupiscere, repentè tamquam ex machina quadam in medium projectus, episcopus apparuit.

D

à 3 episcopis, Pontificatum sibi vendicat.

121 Et is, qui se doctorem & ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem ferebat; cùm Episcopatum sibi à Deo minimè concessum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ salutis homines sibi socios adjunxit, ut eos in exiguam ac vilissimam Italiæ partem mitteret, atque illinc accitos tres episcopos, homines planè rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet; constantissimè affirmans, ipsos quàm primùm Romam proficisci oportere, ut omnis undecumque orta discordia, ipsorum unà cum aliis episcopis interventu atque arbitrio sedaretur. Qui cùm advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti; eos ille à quibusdam sui simillimis, quos ad id comparaverat, inclusos horâ decimâ, temulentos & crapulâ oppressos, adumbratâ quâdam & inani manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit; eumque nullo sibi jure competentem per fraudem atque insidias vindicat.

E

Theodoreti narratio correcta.

122 *Hæc* S. Cornelius: *quare dicendus est à vero aberrâsse Theodoretus, dum lib.* 3 *de Hæreticorum fabulis, in Novatiano, quem* Novatum *vel* Navatum *perperam appellavit, sic scripsit:* Hic autem Novatus, cùm admodùm paucos, & qui facilè numerari possent, suæ essé hæresis socios persuasisset, abiit in Italiam, & tres oppidulorum episcopos decipiens, deduxit tamquam apud Romanum Episcopum pro eo interceſſuros. Cùm autem in quemdam vicum cum ipsis veniisset, coëgit, ut eum manibus impositis episcopum ordinarent. *Dicendus, inquam, est à vero aberrâsse; nam episcopos, quos* S. Cornelius *à duobus Novatiani legatis deceptos & veluti discordiæ arbitros, accitos ait, hos ille à Novatiano ipso in Italiam, id est, in quamdam Italiæ partem profecto, tamquam suos apud Pontificem deprecatores, adductos scribit. Ex* Cornelii *verbis etiam apparet, Novatianum Romæ potiùs quàm in quodam vico ordinatum fuisse; verumtamen hæc tam clara non sunt, quin cum Theodoreti dictis facilè possint componi.*

F

Quid de Novatiani ordinatoribus factum sit:

123 *Porrò rem totam, ut gesta fuerat, sanctus Pontifex haud dubiè didicit ab uno è tribus illis, qui Novatianum initiaverant, & de quo in eadem epistola ita prosequitur:* Nec multò pòst unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, delictum suum cum lamentis ac fletibus confitens: quem nos, cùm universus populus pro illo interceſſisset, ad communionem laicam suscepimus. Reliquis etiam duobus episcopis successores ordinavimus, eosque in loca eorum direximus. *Hinc obiter observa, errâsse dennò Theodoretum, dum loco citato de omnibus tribus subjunxit:* Atque ipsi

A ipsi quidem, cùm Romam venissent, hanc vim sibi factam conquesti sunt, & quæ facta fuerant docuerunt. *Qui verò hi episcopi fuerint, incertum est: nam quòd in Actis, quæ* Navati episcopi certamen *inscribuntur, teste S. Eulogio Alexandrino lib. 6 contra Novatianos, apud Photium in Bibliotheca cap.* 280, *dicantur fuisse Marcellus & Alexander Aquileienses, & Agamemnon Tiberidis, sive Tiburtinus, nullam fidem meretur; cùm Acta illa, æquè ac Novatiani martyrium, fictitia sint, neque verisimile sit, tum temporis duos simul episcopos Aquileiæ sedisse.*

ex his non videntur fuisse Trophimus & Evaristus.

124 *Henricus Valesius in Annotationibus ad Historiam Eusebii lib. 6, cap.* 43 *censet, illorum unum, quem ad Ecclesiam rediisse diximus, fuisse Trophimum, alterum autem Evaristum. Primum colligit ex S. Cypriani epist.* 52, *in qua Trophimus episcopus ab eodem sancto Pontifice ad laicam pariter communionem admissus dicitur: sed, ut rectè annotavit Tillemontius Notâ 6 in* S. Cornelium, *hujus Trophimi crimen non videtur fuisse Novatiani ordinatio, sed idololatria; cùm* de episcopis, qui sacrificaverunt, *ibidem agatur. Deinde, si id ita esset, numquid non Novatiani de recepto Trophimo gloriaturi potiùs, quàm* Cornelium, *ut ex eadem epistola eos feciisse constat, accusaturi fuissent? Pro Evaristo paulò major stat probabilitas: hunc enim* S. Cornelius *epist.* 48 auctorem schismatis *appellat; quod de ordinato schismatis antesignano intelligi potest. Verumtamen cùm memorati episcopi nullius præterea sceleris à* Cornelio *arguantur, sed tantùm homines simplicioris ingenii, nec* in his perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti *dicantur; de Evaristo autem idem Sanctus epist.* 48 *scribat:* Majora verò hîc (*Romæ*) designavit malitiâ & inexplebili pravitate sua, quàm quæ illic apud suos semper exercuit; *non videtur hic quoque ex eorum numero fuisse.*

Novatianus sacrilegio suos sibi astringit:

125 *Ut ad Novatianum redeamus; is non minori scelere, quàm quo Pontificatum invaserat, eumdem sibi confirmare conatus est. Audi denuò* S. Cornelium *apud Eusebium scribentem.* Oblatione facta, portionem singulis dividens, dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus, qui portionem accepit, ambabus suis manibus comprehensas retinens, nec priùs dimittens, quàm jurati ita dixerint (ipsis enim utar illius verbis:) Jura mihi per Corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te numquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium esse rediturum. Ita miser ille non priùs gustare sinitur, quàm sibi ipse malum imprecatus sit. Et cùm Panem illum accipiens, dicere debuisset: Amen; ejus loco dicit: Non revertar deinceps ad Cornelium. *Ita ipse: utrùm tamen sacrilegio hoc suos asseclas jam ab initio pseudoëpiscopatûs sui obstrinxerit, incertum est: neque enim improbabilis est Tillemontii conjectura, existimantis, illum id primùm factitare cœpisse, cùm plurimi illius partes jam desererent.*

C

litteras & legatos quaquaversum mittit:

126 *Occupato in hunc modum pseudoëpiscopatu, legatos suos quaquaversum transmisit, qui id nunciarent; &, si Socrati lib.* 4, *cap.* 28, *aliàs* 23, *credimus, simul edicerent,* uti eos, qui simulacris immolâssent, minimè ad mysteria admitterent, sed hortarentur ad pœnitentiam, remissionemque permitterent Deo. *Ne tamen Apostolicam Cathedram turpiter invasisse videretur, simulavit veterator, sese invitum ad eam evectum fuisse, ut ex S. Dionysii Alexandrini epistola ab Eusebio lib. 6 Historiæ, cap.* 45 *laudata, videbimus. Præcipuè tamen laboravit, ut Africanam ecclesiam sibi adjungeret, missis eò quatuor legatis, qui* S. Cornelium *fictis criminationibus incessere non destiterunt. Sed qua ratione à S. Cypriano, qui* S. Cornelii *causam jam ab initio, ut diximus, perspectam habuerat, quique nihil tale exspectabat, excepti fuerint, ipse sanctus episcopus epist.* 41, *hac super re ad* Cornelium *data, exponit.* AUCTORE C. S.

quibus Carthagine rejectis

127 Venerunt, *inquit,* ad nos, frater carissime, missi à Novatiano Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Machæus quidam & Longinus: sed enim cùm ex litteris, quas secum ferebant, & ex eorum sermone atque asseveratione Novatianum episcopum factum comperissemus, illicitæ & contra Ecclesiam Catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, à communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus; refutatis interim ac retusis, quæ obstinatè ac pertinaciter asserere tentabant. *Indignabantur scilicet Africani præsules, schismaticos, quos ad concordiam revocandos speraverant, consiliis suis non modò non consensisse, verùm etiam sacrilegum caput sibi constituere ausos; ideóque licèt Caldonius ac Fortunatus Româ nondum rediissent, Novatiani legatos nihilominus à societate sua arcendos censebant, refutatis interim, quæ iniquè reponebant, donec laudati episcopi certiora attulissent, quibus illorum audaciâ planè compressâ* Cornelii *Pontificatus publicè comprobaretur.*

B E

& de schismate ac hæresi convictis,

128 *Subinde Caldonius ac Fortunatus, nec non Pompeius & Stephanus, Africanæ ecclesiæ pariter episcopi, ex Urbe appulerunt, eorumque testimoniis ac litteris allatis causa Novatiani ita profligata est, ut illius legatos ne audire quidem ultrà Africani præsules voluerint. Et hæc quidem sic se habere docet S. Cyprianus in laudata epistola, verbis recensitis subjungens sequentia:* Nam & ego & collegæ plurimi, qui ad me convenerant, exspectavimus adventum collegarum nostrorum Caldonii & Fortunati, quos ad te nuper & ad coëpiscopos nostros, qui ordinationi tuæ affuerunt, legatos miseramus; ut eis adventantibus, & rei gestæ veritatem reportantibus, majore auctoritate & lucida per eos probatione, partis adversæ improbitas frangeretur. Supervenerunt verò Pompeius & Stephanus collegæ nostri, qui & ipsi quoque ad instruendos istinc nos manifesta secundùm gravitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerunt; ut nec necesse fuerit audiri ultrà eos, qui à Novatiano venerant missi.

F

S. Cornelii Pontificatus ibidem agnoscitur.

129 Qui cùm in statione invidiosis quoque conviciis & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent, ut crimina, quæ se afferre ac probare dicebant, publicè à nobis & à plebe cognoscerentur; gravitati nostræ negavimus convenire, ut Collegæ nostri, jam delecti & ordinati, & laudabili multorum sententiâ comprobati, ventilandam ultrà famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia, quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus hæresim feciisse nudati sunt, in epistolam congerere longum fuit, ex Primitivo compresbytero nostro plenissimè singula, quando ad vos venerit, audietis. *Hæc S. Cyprianus, quibus similia repetit epist.* 42; *quid verò Novatiani post hæc in Africa tentaverint, paragrapho* 8 *dicemus.*

AUCTORE C. S.

§ VII. Tempus initi per Novatianum pseudo-episcopatus.

Novatianum Pontificatum sibi vendicâsse,

DE *tempore, quo Novatianus pseudo-episcopatu initiatus est, missique hac super re in Africam legati, non nihil dissentiunt neoterici, inter quos Tillemontius art.* 9 *existimat, id factum non fuisse, nisi postquam* S. Cornelius *ab Africanis episcopis, aut etiam ab universa Ecclesia, tamquam legitimus Pontifex publicè agnitus jam fuisset; eamque opinionem suam Notâ* 7 *variis rationibus tueri conatur. At quisquis epistolam* 41, *quam num.* 127 *& seqq. recitavimus, maturè perpenderit, non videtur prudenter dubitare posse, quin Novatiani legati ejusdem ordinationem Carthaginem pertulerint, priusquam litteris à Caldonio & Fortunato Româ allatis, necnon Pompeii ac Stephani testimonio,* S. Cornelii *electio in Africa comprobata, publicéque ut legitima agnita fuerit. Nam quid aliud ibidem dicit S. Cyprianus, quàm Novatiani legatos, simul ac illius ordinationem nunciâssent, primùm à sua suorumque collegarum communione cohibitos fuisse,* refutatis interim ac retusis, quæ obstinatè ac pertinaciter asserere tentabant; *donec Caldonius & Fortunatus Româ reversi certiora referrent; iisque tandem appulsis, ac supervenientibus etiam Pompeio & Stephano, jam non modò non ampliùs refellere, sed* nec audiri ultrà eos, necesse fuisse?

antequam Cornelius ut Pontifex

131 *Idem denuò habemus ex epistola ejusdem sancti episcopi* 42, *in qua totius rei gestæ rationem* S. Cornelio *reddens, ejusque Pontificatum agnoscens, ita loquitur:* Quod servis Dei & maximè sacerdotibus justis & pacificis congruebat, frater carissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium & Fortunatum, ut non tantùm persuasione litterarum nostrarum, sed præsentiâ suâ & consilio omnium vestrûm eniterentur, quantùm possent, & elaborarent, ut ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem scissi corporis membra componerent, & Christianæ caritatis vinculo copularent. Sed quoniam diversæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia non tantùm radicis & matris sinum atque complexum recusavit, sed etiam glisscente & in pejus recrudescente discordiâ, episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum divinæ dispositionis & Catholicæ unitatis, adulterum & contrarium caput extra Ecclesiam fecit; acceptis litteris tam tuis, quàm collegarum nostrorum, item adventantibus bonis viris & nobis carissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, à quibus hæc omnia cum lætitia communi adserta sunt firmiter & probata, secundùm quod divinæ traditionis & ecclesiasticæ institutionis sanctitas pariter ac veritas exigebat, litteras nostras ad te direximus. Sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum litteris dirigendos esse mandavimus.

in Africa publicè agnitus esset,

132 *Habes hic, erudite lector, totius rei hac in parte à S. Cypriano gestæ seriem, ex qua facilè agnoscas, Novatiani ordinationem non tam serò contigisse, quàm Tillemontius existimârit. Certè hic ipse fatetur, id ex utraque epistola colligendum fuisse, nisi graviores rationes, quas mox examinabimus, contrarium suaderent. Ne tamen ad objectam difficultatem nihil respondisse videretur; facilè fieri ait, ut in epistolis ordo rerum, dum de eo non agitur, minùs accuratè servetur. In epistola verò* 42 *videri S. Cyprianum voluisse exponere, cur Novatiani legati, etiam inauditi, mox repulsi fuerint, ideóque eam hoc sensu esse accipiendam:* Quæ Maximus, Augendus &c., adversus Cornelium probare volebant, efficaciùs refutavimus, quàm ea, quæ primi Novatiani legati protulerant; quia rerum omnium veritatem ex Caldonio & Fortunato, ac insuper etiam ex Pompeio & Stephano, intellexeramus: ita ut, simul ac novissemus, Maximum, Augendum &c. velle accusare Cornelium, necesse non fuerit eos ampliùs audire, ut pellerentur.

probatur contra Tillemontium,

133 *Respondeo, quamvis non omnino insolitum sit, rerum ordinem in hujusmodi litteris non observari, nihil tamen esse, cur id in hisce non factum credamus, ut ex nostris ad Tillemontii argumenta responsis apparebit. Deinde verisimile non est, eum ordinem in utraque epistola turbatum fuisse: in utraque enim rerum à se gestarum rationem reddit, ad quam is certè pertinebat. Secundò cùm in priori epistola dicat, eorumdem legatorum calumnias refutatas* interim *ac retusas fuisse, quorsum istud* interim *referas, nisi ad ea quæ subdit:* Nam & ego & collegæ plurimi... exspectavimus adventum... Caldonii & Fortunati..., ut eis adventantibus & rei gestæ veritatem reportantibus, majore auctoritate & lucida per eos probatione partis adversæ improbitas frangeretur &c. *Tertiò denique in epist.* 42 *post narratum legatorum adventum, post commemoratam* Cornelii, *& qui ejus electioni adfuerant, litterarum acceptionem, receptaque Pompeii ac Stephani testimonia, primùm meminit de scripta ad eumdem Sanctum epistola, quâ illius Pontificatum, quem tamen ab initio jam agnoverat, in Africa comprobatum fuisse significat. Adde, in nulla è Cyprianicis epistolis ullum exstare vestigium Pontificatûs* Cornelii *apud Afros publicè recepti, antequam de Novatiani ordinatione mentio facta fuisset.*

& ad illius argumenta

134 *Ex dictis corruit etiam Tillemontii interpretatio, quâ epistolam* 42 *ad sensum suum torquere frustra conatus est: restat itaque, ut videamus, an rationum momenta, quibus nititur, hujusmodi sint, ut producta à nobis argumenta elidant. Præcipua illius ratio est, quòd S. Cyprianus epist.* 52 *adversus Novatianum sic scribat:* Quo (*S. Petri loco per* Cornelium) occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrûm consensione firmato, quisquis jam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet unitatem. *Hisce verbis Cyprianus* clarè *dicere Tillemontio videtur, Novatianum ordinatum non fuisse, nisi post* S. Cornelii *Pontificatum ab omnibus episcopis, aut ab universa saltem Africa, agnitum & comprobatum. Sed ad hæc rectè jam respondit Benedictinus anonymus auctor Vitæ Cypriani aliàs laudatus,* § 21, *Sanctum hunc loqui de statu rerum, qui tum erat, videlicet cùm universus orbis in* Cornelii *electionem jam consensisset, ideoque consensum illum à Cypriano meritò objici Novatiano, qui etiam tum Pontificatum sibi asserere non erubescebat.*

variis

135 *Ut responsi veritas clariùs pateat, paucis elucidanda est. Antonianus episcopus Africæ cum Cypriano, ceteriſque illius ecclesiæ episcopis, ex communi omnium consensu, rejecto Novatiano, Pontificatum* Cornelii *agnoverat, & epistolam*

A *iam hac ſuper re* Cornelio *deſtinandam, ad Cyprianum tranſmiſerat. Deinde verò Novatiani litteris commotus, nonnullas Cypriano quæſtiones, & inter has de ejuſdem Novatiani hæreſi ac perſona, per litteras propoſuit, unde hic animadvertit, illum nonnihil nutare cœpiſſe. Ad has reſpondens S. Cyprianus, fusè probat, nullum amplius de* Cornelii *Pontificatu ambigendi locum ſupereſſe, in quem univerſa Eccleſia jam conſenſerat, ideóque nec de Novatiani, qui ſe Pontificem etiam tum jactabat, pſeudo-epiſcopatu poſſe dubitari, quem poſt ejuſdem* Cornelii *electionem, de cujus æquitate ex eodem Eccleſiæ conſenſu jam conſtarei, turpiter arripuerat.*

ex variis 136 *Nihil aliud Cyprianum velle, ex ſequentibus liquet. Etenim dum in eadem epiſtola de Novatiani ordinatione agit, nullâ factâ de memorato conſenſu mentione, tantùm arguit, quòd* Cornelio *à ſedecim epiſcopis jam creato Pontifice, Pontificatum invaſerit.* Quod verò, *inquit*, ad Novatiani perſonam pertinet, . . quiſquis ille eſt, & qualiſcumque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt. . . Niſi ſi epiſcopus tibi videtur, qui Epiſcopo in Eccleſia à ſe-
B decim coëpiſcopis facto, adulter atque extraneus epiſcopus fieri à deſertoribus per ambitum nititur. *Adde, quòd idem ſanctus epiſcopus legatis Novatiani non communem illum Eccleſiæ conſenſum, ſed teſtimonia epiſcoporum, qui* Cornelium *ordinaverant, per Caldonium ac Fortunatum allata, nec non Pompeii ac Stephani teſtificationem objecerit; cùm tamen nihil illo communi conſenſu fortius ad comprimendos ſchiſmaticorum conatus reponere potuiſſet.*

S. Cypriani 137 *Alterum argumentum deſumit Tillemontius ex epiſt.* 41, *in qua S. Cyprianus verbis num.* 127 *relatis ſcribit, Novatiani ordinationem, ſimul ac in Africa audita fuiſſet, velut illicitam, factamque contra Eccleſiam, rejectam, legatoſque illius à communicatione ſua mox cohibitos fuiſſe. Neque enim credit Tillemontius, hac ratione cum iis agendum fuiſſe, niſi* Cornelii *Pontificatus ibidem jam tum receptus fuiſſet. Sed quidni ſic egiſſet S. Cyprianus, qui, cùm de* S. Cornelii *jure minimè dubius, non alia de cauſa Caldonium ac Fortunatum Romam miſiſſet, quam ut electioni illius intercedentes diſſidenteſque componerent, aut ſaltem ad eoſdem in Africa validiùs retundendos firmiora argumenta referrent, jam*
C *videbat, eos non modò in Eccleſiæ ſinum redire recusâſſe, ſed etiam gliſcente & in pejus recrudeſcente diſcordiâ, epiſcopum ſibi conſtituiſſe, atque adulterum & contrarium caput extra Eccleſiam feciſſe, ut in epiſt.* 42, *ex qua multa num.* 131 *retulimus, meritò conqueritur? Quidni, inquam, Cyprianus, & qui cum eo ſentiebant, epiſcopi,* ordinationis, *quam illicitam & contra Eccleſiam Catholicam factam non ignorabant*, pravitate commoti, eos à communicatione ſua cohibendos eſſe *cenſuerint*, refutatis interim ac retuſis, quæ obſtinatè ac pertinaciter aſſerere tentabant, *donec reverſis Româ Caldonio ac Fortunato, ultimam tantæ rei manum apponerent, &* Cornelii *Pontificatum per univerſam Africam agnoſcendum declararent; quemadmodum non multò poſt factum eſt.*

epiſtolis 138 *Præterea objicit Tillemontius epiſtolam S. Cypriani* 67, *ex qua ſibi videri ait, Novatianum inimicum Eccleſiæ declaratum jam fuiſſe, dum ſuos in Africam legatos mitteret, ut tamquam Romanus Epiſcopus in eorum communicationem admitteretur; aut ſaltem ex ea* clariſſimè

probari, S. Cornelium *pro legitimo Pontifice ibidem tum habitum fuiſſe. Scripta eſt hæc epiſtola ad Stephanum Papam*, S. Cornelii *poſt Lucium ſucceſſorem, in eaque petiit Cyprianus, ut Marcianum Arelatenſem epiſcopum, qui Novatiani hæreſim ſectabatur, exauctorandum, aliumque in ejus locum ſubſtituendum curaret.* AUCTORE C. S.

139 *Verbà autem, quibus Tillemontius ſententiam ſuam aſſertam putat; ſunt ſequentia:* Facere te oportet pleniſſimas litteras ad coëpiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos, ne ultrà Marcianum pervicacem & ſuperbum . . . collegio noſtro inſultare patiantur, quòd necdum videatur à nobis abſtentus; qui jam pridem jactat & prædicat, quòd Novatiano ſtudens; . . . à communicatione noſtra ſe ſegregaverit; cùm Novatianus ipſe, quem ſequitur, olim abſtentus & hoſtis Eccleſiæ judicatus ſit, & cùm ad nos legatos in Africam miſiſſet, optans ad communicationem noſtram admitti, hinc à concilio plurimorum ſacerdotum, qui præſentes eramus, ſententiam retulit, ſe foris eſſe cœpiſſe, nec poſſe à quoquam noſtrûm ſibi communicari, qui, Epiſcopo Cornelio in Catholica Eccleſia de Dei judicio & cleri ac plebis ſuffragio ordinato, prophanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, E & ſacrilega contra verum Sacerdotem ſacrificia offerre tentaverit. *petitis.*

140 *Quis hinc Tillemontii aſſertum extundat? Scribit S. Cyprianus, Marcianum Arelatenſem pro* abſtento *habendum eſſe, cùm ipſe ſeſe ab Eccleſia ſegregatum probet ſequendo Novatianum, qui* olim abſtentus & hoſtis Eccleſiæ judicatus eſt, *& quem epiſcopi Africæ, pſeudo-epiſcopatu illius rejecto, à communicatione ſua arcuerunt. Debuitne, ut hæc vera ſint, Eccleſiæ hoſtis declaratus fuiſſe Novatianus, aut* Cornelii *epiſcopatus in Africa publicè comprobatus, antequam prædicti legati eò pervenirent? Id ſane S. Cypriani oratio non requirit. At enim, inquies, prius dicitur* abſtentus & Eccleſiæ hoſtis judicatus, *quàm miſiſſe legatos. Sit ita; ſed non dicit S. Cyprianus, id priùs in Africa factum eſſe. Potuit igitur, ut omninò veriſimile eſt, ordinatione illius Romæ intellectâ, à* S. Cornelio *ceteriſque epiſcopis, qui aderant, ac clero Romano, Eccleſiæ hoſtis judicari, antequam legati in Africam appellerent, & ob rationes ſuprà allegatas ab Africanis repelli; niſi fortè quis velit, penes hos potiùs quàm penes Romanos hujuſmodi ſententiæ ferendæ poteſtatem fuiſſe.* *reſpondetur;*

F

141 *Hâc denique ſententiâ per Caldonium & Fortunatum allatâ, & Pompeii ac Stephani teſtimoniis confirmatâ, potuit Cyprianus legatis, quos interim confutaverat, & à ſua communicatione cohibuerat, ſupremum reſponſum tradere, eoſque ſimul cum Novatiano decretoriâ cenſurâ proſcribere. Hac ratione objecta S. Cypriani dicta optimè intelliguntur, & cum ejuſdem Sancti epiſtolis* 41 *&* 42, *quibuſcum aliàs collidenda ſunt, rectè conciliantur. Multò etiam minus ſibi habet Tillemontius ex epiſt.* 52, *quam poſtremo loco pro ſe laudat, quia Antonianus in eo dicitur ex Cypriani conſilio communionem* S. Cornelii *jam admiſiſſe, antequam Novatiani litteris commotus, cœperit nutare. Multò etiam minus hinc, inquam, ſibi habet: cùm enim Antonianus ibidem dicatur in eadem epiſtola ſignificâſſe Cypriano, ſe* cum Novatiano non communicare, . . . & cum Cornelio . . . unum tenere conſenſum, *rogâſſeque*, ut exemplum earumdem litterarum ad Cornelium . . . *tranſmitteret*, ut depoſita omni ſollicitudine, jam *ac oſtenditur,*

AUCTORE C. S. sciret, *illum* secum, hoc est, cum Catholica Ecclesia communicare; *non potest inde concludi*, S. Cornelii *Pontificatum ante Novatiani ordinationem in Africa receptum fuisse.*

142 *Imò verò favet potiùs sententiæ nostræ, quæ & hanc ibidem damnatam & illum publicè agnitum, reversis, qui Romam missi fuerant, Africæ legatis, eodem tempore fuisse statuit. Quòd autem Antonianus Novatianorum litteras seriùs acceperit, nil mirum est; hi enim à S. Cypriano ejusque collegis, qui convenerant, rejecti*, ostiatim per multorum domus, vel oppidatim per quasdam civitates discurrentes, *ut in epist.* 41 *dicitur, ad eum seriùs pervenire potuerunt. Sed & alios legatos à Novatiano in Africam postea missos fuisse videbimus; neque obstat, quominus de litteris per hos postremos allatis S. Cyprianus loquatur; quemadmodum rectè observavit Benedictinus jam sæpius laudatus.*

eas epistolas sententiæ nostræ favere.

§ VIII. S. Cornelii Pontificatus per Africam publicatus: Novatianorum molitiones & nova legatio: quorumdam confessorum saluberrimus è schismate ad Ecclesiam reditus.

S. Cyprianus & Africani præsules

POntificatu S. Cornelii *eo, quo diximus modo, in Africa agnito, S. Cyprianus epistolam, quæ in editione nostra* 41 *est, ad eum dedit, & Primitivum presbyterum transmisit, qui illum de re tota, ut gesta fuerat, latiùs, quàm per epistolam commodè fieri poterat, ac plenè instrueret. Ejusdem argumenti est epistola* 42, *in qua totius consilii sui rationem reddens, ostendit, numquam sese de illius Pontificatu dubitâsse, nec alia de causa ex communi episcoporum sententia ejusdem promulgationem distulisse, nisi ut per litteras episcoporum, qui illius ordinationi adfuerant, omnia pleniùs edoctus, calumniatores validiùs comprimeret, & omne schismatis periculum præcaveret; quemadmodum ejusdem Sancti verbis suprà ostensum est. Quàm verò feliciter id consilium ipsi cesserit, ibidem subjungit:* Qui (*episcopi Romæ degentes*) moribus ac vitæ & disciplinæ tuæ condigna litterarum suarum testimonia prædicantes, æmulis quoque & rerum vel novitate vel pravitate gaudentibus omnem ambigendi & discrepandi scrupulum sustulerunt, & secundùm consilium nostrum salubri ratione libratum, in hoc fluctu æstuantium fratrum mentes sincerè ac firmiter tuum sacerdotium probaverunt.

S. Cornelii Pontificatum

144 *De missis quoque hac super re ad coëpiscopos suos litteris in eadem epistola præmiserat:* Secundùm quod divinæ traditionis & ecclesiasticæ institutionis sanctitas pariter ac veritas exigebat, litteras nostras ad te direximus: sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum litteris dirigendos esse mandavimus. *Juverit etiam huc retulisse partem epistolæ* 45, *in qua se excusans, quòd Hadrumetinis olim auctor fuisset, ut litteras suas non ad* Cornelium, *sed ad clerum Romanum dirigerent, hæc ait:* Quidam tamen mentes nonnumquam & animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædam, quàm se habet veritas, nuntiant. Nos enim singulis navigantibus, ne cum scandalo ullo navigarent, rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse, ut Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem agnoscerent ac tenerent.

145 Sed quoniam latiùs fusa est nostra provincia, habet enim Numidiam & Mauritaniam sibi cohærentes, ne in Urbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet; placuit, ut per episcopos, retenta à nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate majore, tunc demùm scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino in provincia ista positos litteræ fierent, sicuti fiunt, ut te universi collegæ nostri, & communicationem tuam, id est Catholicæ Ecclesiæ unitatem pariter & caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus evenisse, & consilium nostrum providenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatûs tui & veritas pariter & dignitas apertissima luce & manifestissima & firmissima comprobatione fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac testimoniis coëpiscoporum Pompeii & Stephani, & Caldonii ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio justa, & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noscerētur.

publicari curant.

146 *Porrò non videtur dubium, quin S. Cypriani exemplo etiam reliqui Africæ episcopi litteras suas de eodem argumento ad sanctum Pontificem destinârint. Certè Cyprianus in epist.* 42 *de litteris à collegis suis de causa Felicissimi ejusque assectarum ad* Cornelium *datis meminit, in quibus illi, nisi id jam priùs præstiterint, Pontificatum illius agnoverunt. De Antoniano incertæ sedis in Africa episcopo id pariter manifestum est ex S. Cypriani epistola* 52; *quamvis is Novatianorum litteris postea commotus,* Cornelium *inter ac Novatianum cœperit fluctuare. Sanctus quoque Dionysius, Alexandrinus in Orientali ecclesia episcopus, Novatianum rejecit, &* Cornelii *partes tutatus est. Exstat hujus ad Novatianum epistola brevis, sed efficax apud Eusebium lib.* 6 *Historiæ, cap.* 45, *in qua veteratori respondet, ut, si verè invitus & coactus, sicut præ se ferebat, ad episcopatum evectus sit, id ostendat, illo sponte deposito, ad Ecclesiam unà cum sectatoribus suis redeundo; aut si id aliis persuadere nequiverit, istud ipse saltem præstet.*

SS. Dionysius Alexandrinus

147 *Simili zelo Romanos de pace & pœnitentia, itemque confessores Novatiano addictos commonuit, teste laudato Eusebio cap.* 46, *ubi legitur:* Alteram item ad eosdem (*Romanos*) epistolam scribit de pace & pariter de pœnitentia: rursus aliam ad confessores ibidem constitutos, qui Novati (*lege* Novatiani) sententiæ etiam tum favebant: duas quoque alias ad hos ipsos epistolas misit, posteaquam ad Ecclesiam rediissent. *Idem pariter præstitit S. Cyprianus, misso ad* Cornelium *Mettio hypodiacono cum gemina epistola, altera ipsi Sancto, altera* Maximo & Nicostrato & ceteris confessoribus *inscripta, eo consilio, ut Mettius eas sancto Pontifici legendas priùs exhiberet, & ex ejusdem arbitrio confessoribus traderet, vel supprimeret. Quem verò fructum hæ litteræ tulerint, infrà videbimus, postquam cetera Novatianorum molimina, quæ aliquot confessorum in Ecclesiam regressum præcesserunt, exposuerimus.*

& Cyprianus scribunt pro eodem.

148 *De Novatiani legatis, Maximo scilicet presbytero, Augendo diacono, Machæo & Longi-*

Novatiani legati Africam pererrant;

A *gino, quos ab eo in Africam missos, ibidemque ab episcopis rejectos fuisse diximus, S. Cyprianus epist.* 41 *hæc scribit:* Ne eorum furens audacia umquam desisteret, hîc quoque in schismatis partes Christi membra distrahere, & Catholicæ Ecclesiæ corpus scindere ac laniare nituntur, ut ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam civitates discurrentes, obstinationis suæ & erroris sui sibi quærant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus, ut pernicioſa dissensione & concertatione deposita, impietatem esse sciant, matrem deserere, & agnoscant atque intelligant, Episcopo semel facto & collegarum ac plebis testimonio & judicio comprobato, alium constitui nullo modo posse; proinde si pacificè sibi ac fideliter consulant, si se assertores Euangelii Christi esse confitentur, priùs ad Ecclesiam revertantur.

Novatianus alios legatos 149 *Interea Novatianus, Africanorum præsulum auditâ sententiâ, aliam legationem, instigante Novato, adornavit, & Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum ac Dionysium in Africam destinavit, ut acceptam ibidem cladem repararent. Nec eorum consilia* S. Cornelium *latuerunt; qui per Augendum confessorem Cyprianum de omnibus mox commonuit epistolâ, quæ modò non supereſt. Exstat tamen altera, inter Cypriani*cas 48, *ejusdem argumenti, & ad eumdem episcopum Carthaginensem data, quam juverit hîc recitâsse.* Ne quid minus, *inquit sanctus Pontifex*, ad pœnam futuram hujus scelerati hominis (*Novatiani*) deesset, prostratus virtutibus Dei, cùm Maximus & Longinus & Machæus inde (*ex Africa*) fuissent expulsi, denuò resurrexit, & sicut prioribus litteris tibi, quas per Augendum confessorem misi, significavi, puto Nicostratum & Novatum & Evaristum & Primum & Dionysium illò jam perveniſſe.

ei mittit, 150 Invigiletur ergo, ut omnibus coëpiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solùm patronæ suæ carnali, cujus rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse; verùm etiam, quod est illi ad perpetuam pœnam reservatum, Ecclesiæ deposita non modica abstuliſſe; Evaristum verò auctorem schismatis fuisse; & successorem plebi, cui antè præfuerat, Zetum in locum ejus episcopum esse constitutum. *Nicostratus is ipse est diaconus, quem ex vetustissimo Romanorum Pontificum Catalogo, sæpiùs laudato, post S. Fabiani martyrium unà cum sancto martyre Moyse ac Maximo presbytero, Christianæ fidei causâ, in carcerem conjectum fuisse, indéque egressum in schisma incidisse ex S. Cypriani epistola* 51 *ostendimus. Tillemontius art.* 12 *in* S. Cornelio *illum archidiaconum fuisse non inaniter suspicatur tum ex verbis mox recensitis, quibus Romanæ Ecclesiæ thesauros illius curæ creditos fuisse insinuatur, tum simul ex aliis epistolis Cyprianicis, in quibus primo post Moysem & Maximum presbyteros loco nominatur.*

à quibus Nicostratum episcopum fecerat; 151 *Auctor Catalogi mox laudati scribit, illum Novati operâ episcopum in Africa constitutum esse. Sic enim ait in* S. Cornelio: Sub Episcopatu ejus Novatus extra Ecclesiam ordinavit Novatianum in urbe Roma, & Nicostratum in Africa. *Videtur autem Novatianus præ ceteris elegisse Nicostratum, quem velut episcopum & totius legationis caput in Africam mitteret, quia is non modò confessionis ac diuturni carceris gloriâ, verùm etiam obiti muneris dignitate ad resarcienda ibidem damna sua præ reliquis idoneus videbatur; præsertim cùm eum scelerum suorum conscientia & desperatio, ac proinde quædam necessitas ad id impigrè præstandum impelleret. Hinc S. Cyprianus epist.* 49 Cornelio *respondens, illius epistolam sic interpretatus est, ut velit,* Nicostratum... diaconio sanctæ administrationis amisso, ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis, & viduarum ac pupillorum depositis denegatis, non tam in Africam venire voluisse, quàm conscientiâ rapinarum & criminum nefandorum, illic ab Urbe fugisse. *De inani verò confessoris titulo, quo gloriabatur, hæc subdit:* Et nunc Ecclesiæ desertor ac profugus, quasi mutâsse sit hominem, mutare regionem, confessorem se ultrà jactat & prædicat, cùm Christi confessor nec dici, nec esse jam possit, qui Ecclesiam Christi negavit. AUCTORE C. S.

qui fuerint ceteri legati? 152 *De Novato, altero legationis socio, sat multa notavimus, ac plura etiam in S. Cypriani Actis dicenda erunt. Evaristum, ignotæ nobis sedis episcopum fuisse, discimus ex S. Cypriani epist.* 49; *eumque S. Pacianus epist.* 3 *contra Novatianorum Tractatum, inter eorumdem primores pariter recensetˌ;* Nescio, *inquiens*, quid Novatianus egerit, quid Novatus admiserit, quid Evaristus tumuerit, quid Nicostratus nunciârit. *Et rursum:* Quid, apud te sancti omnes, quos Novatus erudit, quos Evaristus elegit, quos Nicostratus docuit, quos Novatianus instituit? *De Primo ac Dionysio nihil planè comperi; fuisse tamen eos ex præcipuis Novatiani fautoribus* S. Cornelius *epist.* 48 *affirmat, dum subdit in calce;* Ut scias, quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo junctos semper habeat. *Plura de iis forsitan haberemus, nisi epistola, quâ* S. Cornelius *legationem illam Cypriano per Augendum primùm significavit, jam periisset. Sed historiæ seriem modò resumamus.*

Nonnulli confessores 153 *Epistolam* 48 *num.* 149 *& seq. recitatam jam scripserat* S. Cornelius, *per Nicephorum acolythum Cypriano deferendam, cùm diu desideratus quorumdam confessorum, qui Novatiano adhærebant, in Ecclesiam regressus, alteram ad eumdem sanctum episcopum scribendi occasionem dedit. Maximus scilicet presbyter, Urbanus, Sidonius & Macharius, detecta tandem Novatiani fraude, eaque se deceptos gementes & ad saniora conversi, præteritorum veniam precati sunt, & in gratiam recepti. An hisce quatuor etiam nonnulli alii è plebe annumerandi sint, dubium esse potest ex* Cornelii *epistola* 46 *mox recitanda, in qua inter cetera ait:* In presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macharius, & plerique fratres, qui se eis adjunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea, quæ antè fuerant gesta, in oblivionem caderent.

qui Novatiano adhæserant, 154 *Dubium, inquam, esse potest, utrùm illi* plerique fratres *sese illorum schismati, an verò supplicationi tantùm adjunxisse dicantur. Et priori quidem interpretationi favent, quæ post pauca subduntur:* Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos viderent in Ecclesia constitutos... Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus. *Quorsum enim convocandus populus, si jam* plerique fratres *ipsis adessent. Verumtamen mihi contrarium verisimilius apparet ex epistolis inter Cyprianicas* 47, 50 *&* 51, *quarum cùm primâ Cyprianus* Cornelio, *ultimâ ipsis confessoribus, de eorum ad Ecclesiam reditu gratuletur, mediâ verò iidem confessores Cypriano suum reditum significent, in omnibus tamen non nisi prædicti quatuor leguntur, nec aliorum ulla fit mentio. Quare dicendum videtur,* plerique *pro* ali-

AUCTORE C. S.

quot, *vel* multis *sumi*; *sed quorum numerus non sufficiebat, ut ad tollendum scandali periculum publicè coram populo in gratiam recepti dici possent, idque universo populo innotescere.*

ad Ecclesiam regressi, à S. Cornelio

155 *Optatissimum hunc eventum post Novati ac ceterorum trium ex Urbe versus Africam discessum reponendum esse, discimus ex S. Cypriani epistola* 49, *ad Cornelianam ea super re scriptam responsoria, in qua Novatum, publicæ tranquillitatis hostem, qui non minùs Romæ quàm Carthagine omnia turbaverat, turbini ac tempestati comparans, tandem ait:* Denique Novato illinc à vobis recedente, id est, procellâ & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessores, qui de Ecclesia, illo incitante, discesserant, postquam ab Urbe ille discessit, ad Ecclesiam reverterunt. *Nec diu tamen post statui potest: etenim S. Cyprianus in eadem epistola scribit, se & Novatianorum ex Urbe discessum & confessorum reconciliationem per Nicephorum acolythum, quem sanctus Pontifex cum litteris ad eum miserat, didicisse* postridie, *quàm schismatici illi Carthaginem adventâssent.*

B *clementer recipiuntur:*

156 *Hisce consona habet* S. Cornelius *in epist.* 46, *videlicet hanc* eâdem horâ, eodem momento, *quo reconciliatio peracta fuerat, à se scriptam, & Nicephoro acolytho, qui jamjam discessurus erat, traditam fuisse, quo citiùs Cyprianum lætitiæ suæ participem redderet. Sic itaque se res habuit:* Cornelius *primùm epistolam, quæ in editione, qua utimur,* 48 *est, de Nicostrati ceterorumque discessu scripsit, per Nicephorum Cypriano deferendam. Interea dum ille navigandi opportunitatem exspectat, laudati confessores ad Ecclesiam redierunt; ac mox* Cornelius *priori epistolam alteram, quæ in eadem editione est* 46, *tam læti eventûs nunciam addidit, & per memoratum Nicephorum, tum mox navigaturum in Africam, ad Cyprianum destinavit. Porrò inter legatorum ac Nicephori discessum, pauci aliquot dies intercessisse videntur; quare dicendus est hic feliciori, quàm illi, navigatione usus fuisse, ut potuerit postridie quàm isti Carthaginem advenerant, eodem appellere.*

hæc ante concilium Romanum

C

157 *Ut verò dubium non est, quin prædicta paulò post Novatiani legatorum discessum contigerint, ita Tillemontio ac Pearsonio assentiri non possum, eadem post Romanum concilium, de quo infrà agemus, collocanda esse. In Romano enim concilio decretum fuisse, videbimus,* Novatum (*id est* Novatianum) & eos, qui unà cum ipso sese insolentiùs extulerant, & quicumque inhumanissimæ & à fraterna caritate alienæ ejus opinioni consentire præsumpserant, alienos ab Ecclesia habendos esse: *quibus verbis Novatianus cum suis sectatoribus ab Ecclesiæ corpore abscissus manifestè asseritur; adeóque & eâdem sententiâ damnati fuêre confessores, si non nisi post memoratum concilium ad Ecclesiam redierunt. Id autem minimè probabile esse, ex* S. Cornelii *epistola mox recitanda rectè observavit anonymus Benedictinus Vitæ S. Cypriani scriptor; & hîc paucis ostendo.*

factum videtur.

158 *Dum confessoribus schisma objiceretur,* circumventos se esse affirmaverunt. Nos, *inquiebant,* errorem nostrum confitemur: impostoram passi sumus: circumventi sumus perfidiæ loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. *Sed quâ tandem ratione, quâ fronte hæc dicere potuerunt, si à synodo sexaginta episcoporum, presbyterorum verò ac diaconorum multò plurium, excommunicari, quàm Novatiani partes deserere maluerunt? Deinde verisimile non est,* Cornelium, *& quinque episcopos, qui aderant, ceterumque clerum tanta in admittendis solemniter excommunicatis & etiam post tam celebris synodi sententiam contumacibus schismaticis facilitate usuros fuisse, quantâ revera usos ex eadem* Cornelii *epistola habemus. Denique, ut cetera mittam, Tillemontius supponit, concilium Romanum habitum fuisse, antequam Novatianus Pontificatum usurparet, ac secundam in Africam legationem mitteret; quod utrumque infrà refutabimus.* D

Horum ad Ecclesiam reditûs

159 *Ut verò totam rei gestæ seriem studiosus lector perspiciat,* S. Cornelii *epistolam, inter Cyprianicas* 46 *huc transfero.* Cornelius Cypriano fratri salutem. Quantam sollicitudinem & anxietatem sustinuimus de iis confessoribus, qui dolo & malitiâ hominis callidi & veteratoris fuerant circumventi, & pænè decepti, & ab Ecclesia alienati; tantâ lætitiâ adfecti sumus, & Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias egimus, cùm ii, cognito errore suo, & intellecta hominis maligni velut serpentis astutiâ venenatâ, ad Ecclesiam, unde exierant, sicuti ipsi ex corde suo profitentur, simplici voluntate venerunt. Et primò quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illorum, horum mollitiam nuntiabant (*alibi rectiùs:* Tumorem illum horum mollitum jam annuntiabant,) fide tamen non idonea, ut facilè nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. E

modus

160 Postea verò quàm Urbanus & Sidonius confessores ad compresbyteros nostros venerunt, affirmantes, Maximum confessorem & presbyterum secum pariter cupere in Ecclesiam redire; sed quoniam multa præcesserant ab eis designata, quæ tu quoque à coëpiscopis nostris & ex litteris meis cognovisti, ut non temerè eis fides haberetur, ex ipsorum ore & confessione ista, quæ per legationem mandaverant, placuit audiri. Qui cùm venissent, & à presbyteris, quæ gesserant, exigerentur, noviſſimè quòd per omnes ecclesias litteræ calumniis & maledictis plenæ eorum nomine frequenter missæ fuissent, & pænè omnes ecclesias perturbâssent; circumventos se esse affirmaverunt; nec, quid in istis litteris inesset, se scisse; tantummodò circumductos commisisse se quoque schismatica, & hæreticis auctores fuisse, ut paterentur ei manus quasi in episcopatum imponi. Qui, cùm hæc & cetera eis fuissent exprobrata, ut abolerentur, & de memoria tollerentur, deprecati sunt. F

& series rei gestæ

161 Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur. Et ut motum omnium & consilium singulorum dignoscerem, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestram perferri; quas & subjectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius & Macharius, & plerique fratres, qui se eis adjunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea, quæ antè fuerant gesta, in oblivionem caderent, nullaque eorum mentio haberetur; proinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum, invicem omnibus remissis, cor mundum & purum jam Deo exhiberent, sequentes Euangelicam vocem, dicentem,

A tem, beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

ex S. Cornelii epistola

162 Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos tamdiu viderant, & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est: una vox erat omnium grátias Deo agentium; gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos, quasi hodie pœnâ carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria verba designem: Nos, inquiunt, Cornelium Episcopum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ electum à Deo omnipotente & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur: imposturam passi sumus: circumventi sumus perfidiæ loquacitate captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignoramus, unum Deum esse, & unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, únum Spiritum Sanctum, unum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.

B *recensetur.*

163 Quis istâ eorum professione non moveretur, ut, quod apud potestatem sæculi erant confessi, in Ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum agnoscere jussimus; ceteros cum ingenti populi suffrágio recepimus: omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cujus potestate sunt omnia reservata. Hæc igitur, frater carissime, eâdem horâ, eodem momento ad te per scripta transmisimus, & Nicephorum acolythum descendere ad navigandum destinantem*, ad vos statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita, velut præsens in isto clero, & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmò pro certo jam confidimus, ceteros quoque, qui in hoc errore sunt constituti, in Ecclesiam brevì reversuros, cùm auctores suos viderint nobiscum agere. Has litteras, puto te debere, frater carissime, & ad ceteras ecclesias mittere, ut omnes sciant, schismatici hujus & hæretici dolum & prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater carissime. *Hæc* S. Cornelius, *ex quibus præter totius rei gestæ modum colligere licet admirarique mitem ipsius ac verè paternum animum, quo eorum excusationes recipere, eosdemque tam clementer in Ecclesiam admittere dignatus est.*

* *al.* festinantem, de statione

C

Litteræ gratulatoriæ

164 *Ad utramque prælaudatam epistolam S. Cyprianus binâ pariter, 47 scilicet & 49 respondit, in quarum priori, quæ gratulatiora est, suum suorumque de tam læto nuntio gaudium exposuit, eaque eo majus fuisse scripsit, quòd non dubitarent, quin confessorum exemplum multi alii essent secuturi.* Cum enim, *inquit*, Dominus ... dicat, esse summum gaudium in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quanto majus est gaudium & in terris pariter & in cælo super confessoribus ad Ecclesiam Dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redeundi viam ceteris exempli sui fide & probatione facientibus? Hîc enim quosdam fratres nostros error induxerat, quòd sibi communicationem confessorum sequi viderentur: quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & Ecclesia Catholica una esse, nec scindi nec dividi posse monstrata est. Nec quisquam jam facilè poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, quando probatum sit, bonos & glorioso Christi milites non potuisse diu extra Ecclesiam detineri.

AUCTORE C. S.

à S. Cypriano

165 *Nec immeritò sic sperabat Cyprianus: hos enim confessores, teste* S. Cornelio *in epistola ad Fabium*, quos statim ab initio (*Novatianus*) sibi sociaverat, velamentum insaniæ (*suæ*) obtendit; *horum auctoritate schisma potissimùm steterat, nec poterat eorumdem exemplum ad revocandos ab errore animos non esse saluberrimum, sicuti ad sectandum schisma fuerat perniciosum. Enimverò eorum merita* S. Cornelius *loco citato his verbis exponit:* Maximus Ecclesiæ nostræ presbyter, & Urbanus, ambo ex fidei confessione egregiam secundò laudem adepti; Sidonius etiam & Celerinus, vir, qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissimè sustinuit, & qui fidei suæ constantiâ infirmitatem corporis sui roborans, adversarium penitus debellavit: hi omnes ... ad sanctam Ecclesiam reversi sunt. *Hic obiter adverte, lector, quartum è confessoribus* Celerinum, *suprà* Macharium *appellari; unde suspicari licet, illum binominem fuisse. Observa etiam* Maximum, *qui hîc & superiùs à schismate rediisse narratur, alium esse ab illo, quem à Novatiano in Africam missum vidimus, ibidemque pseudo-episcopum factum dicemus.*

E

& S. Dionysio Alexandrino hac super re data.

166 *Ceterùm iidem confessores communem epistolam de eodem argumento ad S. Cyprianum dedere, quæ inter Cyprianicas est 50, & ad hanc Sanctus ille per 51 gratulabundus respondit. Similem etiam ad S. Dionysium Alexandrinum scripsisse videntur: nam & hic, qui, ut ex Eusebio suprà diximus, epistolam dederat* ad Confessores *Romæ* constitutos, qui Novati sententiæ etiam tum favebant, duas quoque alias ad hos ipsos epistolas misit, postcaquam ad Ecclesiam rediissent. *Imò verisimile est, eos aliis similiter ecclesiis reconciliationem suam significâsse, ut, qui errore suo ac auctoritate aliis fuerant scandalo, eosdem exemplo suo ad Ecclesiam revocarent. Porro quàm feliciter eorum pœnitentia Romanæ Ecclesiæ cesserit, colligere licèt ex eadem epistola* Cornelii *ad Fabium, dum ait:* Scias porro illum (*Novatianum*) jam nudatum ac pænè solum remansisse, fratribus quotidie eum deserentibus, & ad Ecclesiam redeuntibus.

F

§ IX. Concilia Romæ & alibi celebrata, in quibus lapsi ad pœnitentiam & pacem admissi, & Novatianus damnatus: Trophimus cum maxima plebis parte pœnitens, in Ecclesiam receptus.

S. Cornelius de lapsorum causa,

PRæter prædictos Novatiani conatus, quem in *suo schismate obfirmatum videbimus, cura alia sancti Pontificis animum pulsabat, ingens scilicet lapsorum numerus, quos Deciana persecutio dejecerat, quique in Ecclesiam recipi summis precibus flagitabant. Horum causam jam tractaverat quidem, vacante Sede, Romanus clerus, sed nihil ausus fuerat statuere, nisi ut de vita periclitantibus, si priùs facti pœnituisset, pax concederes-*

AUCTORE C. S.

retur, ceteri verò ad pœnitentiam animarentur quidem, sed ita, ut de iis judicium suspenderetur, donec in S. Fabiani locum Pontifex subrogatus fuisset, ut in epistola inter Cyprianicas 31 idem clerus testatur, & suprà à nobis ostensum est. Ejusdem sententiæ ante schisma suum fuerat Novatianus, teste S. Cypriano epist. 52, ubi de eadem epistola loquens, subdit: Additum est etiam, Novatiano tunc scribente, & quod scripserat, sua voce recitante, & presbytero Moyse, tunc adhuc confessore, nunc jam martyre, subscribente, ut lapsis infirmis & in exitu constitutis pax daretur: quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam ecclesiis omnibus & universis fratribus perlatæ sunt.

& Novatiani hæresi,

168 *At verò postquam Pontificatum, quem ambierat,* S. Cornelio *delatum vidit, negavit, hujusmodi lapsis pacem ab Ecclesia posse impertiri, jamque pseudo-pontifex factus hanc hæresim, ut suum schisma stabiliret, quà legatis quà litteris per universam Ecclesiam missis cœpit disseminare. Ut itaque hisce malis occurreret sanctus Pontifex, concilium Romæ congregavit, uti Carthagine pariter fecerat Cyprianus. Non exstant quidem hujus synodi decreta; verumtamen, quid in ea potissimùm actum fuerit, ex Eusebii Historia lib.* B *6, cap. 43 docemur.* Novatus*, *inquit*, Ecclesiæ Romanæ presbyter, arrogantiâ adversus eos (*qui lapsis post pœnitentiam pacem impertiebantur*) elatus, quasi nulla spes salutis ipsis posthac supereſſet, tametsi omnia explerent, quæ ad sinceram conversionem puramque confessionem pertinent, propriæ cujusdam sectæ eorum, qui tumore mentis elati seipsos Catharos (*id est* mundos) cognominârunt, auctor exstitit.

* *al.* Novatianus

169 Ob quam rem cùm Romæ congregata esset synodus *, in qua sexaginta quidem episcopi, presbyteri verò ac diaconi multò plures convenerunt: cumque in provinciis antistites, quid agendum esset, scorsùm consultâssent, hujusmodi decretum cunctis promulgatum est: Novatum * quidem & eos, qui unà cum ipso sese insolentiùs extulerant, & quicumque inhumanissimæ & à fraterna caritate alienæ ejus opinioni consentire præsumpserant, alienos ab Ecclesia habendos esse; fratres verò, qui in calamitatem inciderant, pœnitentiæ remedio curandos esse & confovendos. Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum Episcopi ad Fabium, Antiochensis ecclesiæ præsulem, missæ, in quibus & Romanæ synodi gesta, & omnium per Italiam & Africam, aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur...

concilium Romæ, * *adde* maxima

* Novatianum

C

& Cyprianus Carthagine celebrant: * Novatiani * Novatiani

170 His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola de his, quæ in synodo decreta fuerant, & rursus alia de facinoribus Novati *. *Denique in calce ejusdem capitis subjungit Eusebius:* Sub finem autem epistolæ numerum recenset episcoporum, qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati * condemnaverant; nomina quoque illorum, & quam quisque regebat ecclesiam, adscribens. Eorum item, qui Romæ quidem minimè adfuerant, superiorum tamen episcoporum sententiam litteris suis approbaverant, vocabula simul & civitates, unde singuli litteras dederant, accuratè commemorat. *Eisdem de causis concilium Carthagine, ut insinuavi, S. Cyprianus celebraverat, de cujus pariter decretis ibidem sic meminit Eusebius:* Aliæ præterea Latino sermone conscriptæ exstant epistolæ Cypriani & aliorum antistitum, qui cum ipso in Africam congregati sunt, ex quibus colligitur, ipsis etiam placuisse, ut subveniretur iis, qui in tentationem inciderant; utque auctor nefariæ opinionis simul cùm iis, qui ad partes ipsius desciverant, ab Ecclesiæ Catholicæ consortio meritò abdicaretur. D

posteriores canones in Romano approbati,

171 *Porrò Carthaginenses hosce canones Cyprianus ad* S. Cornelium *transmisit, ibique ab eo & congregatis in memorata Romana synodo patribus, velut veritati ac sententiæ eorum conformes approbati confirmatique fuêre: quare cùm Romani canones perierint, ad hosce elucidandos juverit Cypriani verba recensuisse ex epist. 52 ad Antonianum, quem Novatiani contra* SS. Cornelium *ac Cyprianum litteris nonnihil commotum fuisse diximus.* Secundùm quod tamen, *ait*, antè fuerat destinatum, persecutione sopitâ, cùm data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & Scripturis divinis ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plùs desperatione deficerent, & eo quòd sibi Ecclesia clauderetur, secuti seculum, gentiliter viverent; nec tamen rursus censura Euangelica solveretur, ut E ad communicationem temerè prosilirent; sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum, secundùm quod libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi singulâ placitorum capita conscripta sunt.

quales fuerint

172 Ac si minùs sufficiens episcoporum in Africa numerus videbitur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipse, cum plurimis coëpiscopis habito concilio, in eamdem nobiscum sententiam pari gravitate & salubri moderatione consensit. *De* S. Cornelii *sententia, quam & S. Lucium hujus successorem tenuisse affirmat, tum alibi tum in epistola 67 ad S. Stephanum, qui Lucio successerat, rursum meminit his verbis:* Servandus est... antecessorum nostrorum, beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus, quorum memoriam cùm nos honoremus, multò magis tu, frater carissime, honorificare & servare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni spiritu Dei, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt, & pœnitentiâ actâ, fructum communicationis & pacis negandum non esse, litteris suis signaverunt: quam rem omnes F omnino ubique censuimus.

de variis

173 *Certum pœnitentiæ tempus nusquam reperi præfixum, quia videlicet istud lapsorum culpæ, quorum varias classes Cyprianus in laudata epistola 52 numerat, erat commensurandum, & quorum singulorum propterea* causas & voluntates & necessitates *ibidem jubet examinari, secundùm libellum hac super re conscriptum, qui haud dubiè sunt epistolæ illæ Cypriani & aliorum Africæ episcoporum, quas Eusebius suprà num.* 170 *laudavit, quasque periisse dolemus. Diuturnam tamen pœnitentiam agendam fuisse, liquet ex epistola 53, in qua S. Cyprianus consulius, an Nino, Clementiano & Floro, qui post egregiam confessionem vi tormentorum apud proconsulem subacti fuerant, triennii pœnitentia sufficeret; respondit, sibi quidem videri sufficere, sed aliorum sententiam in proxima synodo, ut rogabatur, sese inquisiturum. Non sic tamen canon ille urgebat, quin, ubi major Ecclesiæ utilitas aut pœnitentium necessitas occurreret, pax citiùs posset con-*

ce-

A *cedi : nam præterquam quòd simul decretum fuisse, ut ea periclitantibus infirmis impertiretur, ex epist. 52 & 54 habeamus, inferiùs exempla producemus, ex quibus patet, multum de severitate illa justis de causis remissum fuisse.*

lapsorum causis. 174 *Episcopos verò hujusmodi criminis reos, post peractam pœnitentiam non nisi ad communionem laicam secundùm ejusdem concilii canones admitti potuisse, idem S. Cyprianus epist. 68 ad clerum & plebem Hispaniæ testatur, acriter arguens Basilidem ac Martialem, illius regionis præsules, qui post idololatriæ scelus episcopatum gerere perseverabant.* Frustra enim tales, *inquit*, episcopatum sibi usurpare conantur ; cùm manifestum sit, ejusmodi homines nec Ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo Sacrificia offerre debere, maximè cùm jam pridem nobiscum & cum omnibus omnino episcopis, in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, Sacerdos pacificus ac justus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit hujusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi. *Extat & alia ejusdem Sancti epistola 64 de Fortunatiano Assuritanorum in Africa antistite, qui post similem lapsum episcopalia munia obire attentabat. Ceterùm an memoratus canon de solis episcopis, an de omni clero intelligendus sit, non edicit Cyprianus; postremum tamen verisimilius est.*

Theodoreti de Novatiani causa 175 *Theodoretus lib. 3 Hæreticarum fabularum cap. 6, aliàs 5, singularia quædam habet de gestis in concilio Romano contra Novatianum, quem* Navatum *appellat. Relatâ enim episcoporum de lapsis sententiâ, sic prosequitur :* His consiliis Navatus non acquievit, sed apertè contradixit, dicens, non oportere eos, qui abnegâssent, salutem consequi ; similiter faciens ac ii, qui ægris prohibent, ne utantur medicamentis. Qui autem pœnitentiæ remedium postulabant, arguebant eum sæpe fuisse rogatum & admonitum, ut ad eos veniret, & verbis saltem confirmaret, qui tyranni machinis pulsabantur ; eum autem se occultantem, & latêre conantem, se quoque esse presbyterum inficias iviisse. Sed tamen, quamquam hæc audiissent, qui Romæ convenerant episcopi, conati sunt persuadere, ut iis, quæ optimè constituta fuerant, assentiretur. Postquam autem viderunt eum furere, & Deo invisam crudelitatem statuere, eum ab Ecclesiæ corpore separârunt, cùm Cornelius Romæ Ecclesiam regeret.

C *in Romana synodo narratio.* 176 *Hæc Theodoretus, quæ vera esse putamus : nam & dubitandum non est, quin Catholici præsules dirum schisma exortamque cum eo tam perniciosam animarum saluti hæresim, reducto ad Ecclesiam utriusque auctore, extinguere conati sint ; & Novatianum periclitantibus succurrere vera renuisse, seque presbyterum negâsse, num.* 93 *ipsis* S. Cornelii *verbis retulimus ; idcóque omninò verisimile est, lapsos hæc ipsa in concilio contra illum produxisse, ut ostenderent, quàm vecorditer is in persecutione egisset, qui etiam tormentorum vi victis pacem Ecclesiæ, etiam post actam pœnitentiam, concedendam esse tam crudeliter negabat. Utrùm tamen Novatianus in concilio comparuerit, ut verba præ se ferunt, incertum est : jam enim pro Pontifice se gerebat, cujus locum nec* Cornelio *cessisset, nec patres ipsi permisissent.*

Quæ fuerit Italica synodus ? Romani 177 *Vidimus suprà ex Eusebio* in provinciis *quoque* antistites, quid agendum esset, seorsùm consultâsse, *ac tum demum memorata decreta e-*

manâsse. Fuerunt hi haud dubiè Italiæ ac finitimarum provinciarum episcopi, qui cùm Romano concilio interesse non possent, collatis inter se consiliis, aut coacta in alio Italiæ loco synodo, sententiam suam ad Cornelium *& congregatos Romæ patres transmiserunt ; atque hæc videtur Italica illa synodus, de qua S. Hieronymus lib. de Scriptoribus ecclesiasticis in* Cornelio *ait :* Scripsit epistolam ad Fabium, Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de Synodo Romana, Italica, Africana. *Denique dubitandum non est, quin sanctus Pontifex canones in memorato concilio conditos per universam Ecclesiam destinârit ; præterquam enim quòd id satis insinuet S. Cyprianus, dum num.* 174 *scribit, communicationem laicam lapsis episcopis à* Cornelio cum omnibus omnino episcopis, in toto mundo constitutis, *decretam fuisse ; ita exigebat totius Ecclesiæ salus, videlicet ut lapsis, quorum ubique ingens erat numerus, salubris medela adhiberetur, & à Novatiani caveretur insania.*

AUCTORE C. S.

canones per orbem missi. Socratis, 178 *Imò id ipsum disertè scribit Socrates lib. 4 Hist. cap. 23, ubi de hoc argumento hæc habet :* Omnibus ubique ecclesiis scripsit (*Novatianus jam pseudo-pontifex*) litteras, uti eos, qui simulacris immolâssent, minimè ad mysteria admitterent, sed hortarentur ad pœnitentiam, remissionemque permitterent Deo, qui potest & habet auctoritatem peccata remittendi. Quibus litteris ad provincias perlatis, singuli pro suopte ingenio de rebus in illis significatis judicium fecerunt. Nam, quia erat à Novato (*id est Novatiano*) significatum, eos, qui post baptisma peccatum ad mortem commiserant, ad mysteria non esse recipiendos ; ejusmodi canonis promulgatio quibusdam acerba & severa nimis visa est ; à nonnullis probata, utpote æqua & ad vitam rectè instituendam multum adferens adjumenti. Dum hæc inter eos agitatur controversia, litteræ Cornelii episcopi allatæ sunt, quæ significabant, spem veniæ etiam illis esse reliquam, qui post baptismum deliquissent.

F

Novatiano faventis 179 Ab utroque igitur litteræ contrariæ missæ fuerunt : ac cùm uterque suam sententiam sacrarum Litterarum testimoniis confirmare videretur, ad quam quisque opinionem erat propensior, ad eam, ut moris est, se potissimùm transtulit. Nam qui peccato delectabantur, indulgentiam, quæ tum erat concessa, arripientes, in posterum tempus eâ ad omne peccati genus abusi sunt. *Hæc Socrates ; sed ob propensum, quem hîc manifestum facit, in Novatianam hæresim animum meritò arguendus. Non aliter enim hîc loquitur, quàm si Novatiani impietas nonnullis quidem* acerba & severa nimis, *aliis* æqua & ad vitam rectè instituendam multum adferens adjumenti *visa, Catholica autem veritas non nisi ab iis,* qui peccando delectabantur, *arrepta fuisset. Ita scilicet sanctissimos episcopos, qui per totum orbem dispersi hunc canonem admisêre, non obscurè accusat, quasi hi quibuslibet peccatis viam aperuissent ; cùm vel ex hoc ipso capite Novatiani hæresis damnanda esset.*

narratio, 180 *Rectè enim S. Cyprianus epist. 52 scribit, visum fuisse lapsos ad pœnitentiam cum spe veniæ admittere,* ne plus desperatione deficerent, & eò quòd sibi Ecclesia clauderetur, secuti sæculum gentiliter viverent. *Rectè ibidem exclamat :* Atque ô frustrandæ fraternitatis irrisio, ô miserorum lamentantium & amentium caduca deceptio, ô hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio ! Hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam : dicere fratribus nostris :

AUCTORE C. S.

ſtris : Plange & lacrimas funde, & diebus ac noctibus ingemiſce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare; ſed extra Eccleſiam poſt omnia iſta morieris, quæcumque ad pacem pertinent, facies, ſed nullam pacem, quam quæris, accipies. Quis non ſtatim pereat, quis non ipſa deſperatione deficiat, quis non animum à propoſito lamentationis avertat? *In deſperationem igitur, ex qua in omnia ſcelera pronus eſt lapſus, miſeros conjiciebat Novatiani impietas; unde etiam eum in ſynodo Antiochena* tamquam qui peccatoribus patrocinaretur, *damnatum, num.* 202 *videbimus; atque adeo impietatem hanc Socrates æquiùs accuſâſſet.*

181 *At verò quàm feliciter Eccleſiæ ceſſerit* S. Cornelii *ceterorumque Catholicorum antiſtitum ſententia, tum aliunde liquet, tum ex epiſt.* 57, *in qua S. Cyprianus de Romanis, qui in perſecutione Deciana lapſi, deinde ad ſalutarem pœnitentiam admiſſi fuerant, jam in Galli perſecutione certantibus hæc ait:* Quot illic lapſi glorioſa confeſſione ſunt reſtituti! Steterunt fortes, & ipſo dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores. *Idem liquet ex auctore Operis contra Novatianum, S. Cypriano olim adſcripti, qui inter cetera inquit:* Nulli enim noſtrûm dubium vel incertum eſt, fratres dilectiſſimi, illos qui prima acie, id eſt, Deciana perſecutione vulnerati fuerunt, hos poſtea, id eſt ſecundo prælio (*ſub Gallo*) ita fortiter perſeverâſſe, ut contemnentes edicta ſæcularium principum, hoc invictum haberent, quòd & non metuerunt exemplo boni paſtoris animam ſuam tradere, & ſanguinem fundere, nec ullam inſanientis tyranni ſævitiam recuſare.

in Eccleſiam iniqua,

B

182 *Porrò ne oblata ſpes veniæ proniores in lapſum faceret, ſatis proſpectum erat per canonum ſeveritatem, quam tum ex S. Cypriani litteris, tum ex ejuſdem libro de Lapſis quilibet facilè colliget: juverit tamen unum ſpecimen ex epiſt.* 53 *exhibuiſſe.* Scripſiſtis, *inquit*, ad me, fratres cariſſimi, quòd pertulerit ad vos ... Superius frater & collega noſter, Ninum, Clementianum, Florum, fratres noſtros, qui in perſecutione apprehenſi priùs fuerant, & nomen Domini confeſſi, violentiam magiſtratûs, & populi fremen-tis impetum vicerant, poſtmodum cùm apud proconſulem pœnis gravibus excruciarentur, vi tormentorum ſubactos eſſe, & de gradu gloriæ, ad quam plena fidei virtute tendebant, diutinis cruciatibus excidiſſe; nec tamen poſt hunc gravem lapſum, non voluntate ſed neceſſitate ſuſceptum, à pœnitentia agenda per hoc triennium deſtitiſſe. De quibus conſulendum putâſtis, an eos ad communionem jam fas eſſet admittere. *Reſpondet autem Cyprianus, ſibi quidem videri eos poſſe admitti, ſed tamen ea de re, ut rogaverant, ad epiſcoporum concilium relaturum. Jam verò ſi tam ſeverè animadverſum fuerit in eos, qui ex infirmitate tormentis ceſſerant; quantò ſeveriùs id factum credemus in illos, qui ſua ſponte defeciſſent. Hiſce contra Socratem obſervatis, cetera proſequamur.*

refutatur.

C

183 *Huc uſque diſtuli de tempore, quo concilium hoc celebratum fuit, diſputare, ne ob Eminentiſſimi Baronii ſententiam eadem bis recitare cogerer. Hic enim tomo* 2 *Annalium geminum concilium à* Cornelio *Romæ habitum cenſet, quorum primum anno Chriſti* 254, *alterum* 255 *affigit; cúmque ipſe annos vulgares biennio hîc prævertat, primum concilium ad annum* 252, *poſtremum ad* 253 *referendum eſſet. Porrò concilium geminandum cenſet ex diverſis decretis; nam in priori quidem nihil contra Novatianum actum eſſe, ſed de lapſis tantùm tractatum, ſtatutumque*, ut hi pœnitentiâ functi ad communionem admitterentur, *ſed laicam tantùm etiam ſacerdotes: in ſecundo autem Novatianum cum ſectariis ejus à* Cornelio *ac ſexaginta epiſcopis ceteroque clero damnatum, ac præterea decretum*, fratres, qui caſu infelici prolapſi fuiſſent, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad ſanitatem reſtitui *debere.*

Videtur tantùm unicum

D

184 *Ex hiſce, inquam, geminandum concilium ad citatos annos, num.* 90 *&* 3 *exiſtimat; poſteriori loco denuò dicens:* Hanc eſſe diverſam ſynodum ab illa, quam Romæ itidem celebratam fuiſſe diximus, diverſa in ſingulos decreta ſancita declarant: ſiquidem in illa (ut vidimus) juſſi fuerant adhuc exſpectare lapſi; in hac autem admitti jubentur. *Ita quidem Eminentiſſimus annaliſta laudans in margine epiſt.* 52 *Cypriani ad Antonianum, ac Euſebii Hiſtoriam lib.* 6, *cap.* 55; *ſed pace illius dixerim, mihi nullam geminandi concilii neceſſitatem hîc apparere. Nam primò veriſimile non eſt, in concilio, cujus priori loco ex Euſebio meminit, nihil actum fuiſſe contra Novatianum, qui ſchiſmate ſuo, quod Baronius ad eumdem annum* 254 *num.* 47 ipſo Cornelii ſedis exordio, *conflatum fuiſſe admittit, Eccleſiam perturbabat, & contra quem, etſi nulla alia ſuaſiſſet cauſa, ſynodus propterea meritò fuerat convocanda. Secundò in decretis à laudato Euſebio ſanctoque Cypriano productis, & à Baronio citatis, nulla apparet diverſitas, ut legenti patebit.*

concilium à S. Cornelio

E

185 *Nam quòd Eminentiſſimus dicat, lapſos, qui ſecundum Cypriani epiſtolam* 52 *ex concilii decreto* juſſi fuerant adhuc exſpectare, *apud Euſebium dici juſſos eſſe admitti; id equidem apud Euſebium non reperio; quippe qui tantùm aſſerit, lapſos ſecundum concilii canonem pœnitentiæ remedio curandos eſſe & confovendos, quod ipſum Cyprianus in citata epiſtola ſancitum fuiſſe aſſeverat. Antonius Pagius in Critica ad annum* 251, *num.* 25, *à Baronio pariter diſſentiens, putat eum in hanc opinionem veniſſe, quia exiſtimabat, epiſtolam Cypriani* 52 *ad Antonianum ſcriptam fuiſſe* ipſo Cornelii ſedis exordio: *at ſeriùs ſcriptam eſſe vel ex eo liquet, quòd, ut in eadem epiſtola dicitur, S. Cyprianus aliam ante hanc ad Antonianum jam dediſſet, quâ ille permotus, Novatiani communionem rejecerat, &* Cornelii *fuerat amplexus. Hinc Labbeus licèt tomo* 1 *Conciliorum, col.* 714 *&* 715 *Baronium ſecutus, geminum ſub* Cornelio *Romanum concilium diſtinxerit, in Synopſi tamen conciliorum à Tillemontio Notâ* 5 *in* Cornelium *laudata, faſſus eſt, decreta de lapſis ad pœnitentiam pacemque admittendis, damnandoque Novatiano, in eadem ſynodo condi potuiſſe.*

celebratum fuiſſe;

F

186 *Inter eos, qui nobiſcum unicum tantummodò Romanum concilium ſub* Cornelio *celebratum agnoſcunt, ſupereſt alia de tempore quæſtio. Tillemontius, à quo Novatiani ordinationem poſt* Cornelii *Pontificatum in Africa agnitum fixam fuiſſe ſuprà diximus, concilium hoc art.* 8 *&* 9, *itemque Notâ* 5, *eidem ordinationi præmittendum cenſet. Ipſius ratio eſt, quòd dubitandum non ſit, quin Africani epiſcopi, ſtatim ac convenire licuit, ſynodum de lapſis celebrârint; ejuſdemque canones ad* S. Cornelium *confirmandos deſtinârint, ſimul atque ejuſdem Pontificatum agnoviſſent: nec magis dubium appareat, quin* Cornelius, *qui Se-*

idque non ante,

A *de vacante unà cum cetero clero lapſorum cauſam differendam cenſuerat, donec Pontifex electus eſſet; acceptis Africanorum præſulum litteris, id etiam mox præſtiterit; præſertim cùm Novatiani, nondum quidem ordinati pſeudoepiſcopi, ſed tamen jam inſanientis, ſchiſma hoc ipſum ſuaderet.*

ſed poſt 187 *Addit, ex calumniis, quibus Novatianus, ut Pontificatûs uſurpationem velaret, ſanctum Pontificem ſtatim inceſſit, videlicet eum cum lapſis communicare, ſatis colligi, lapſorum cauſam ante ipſius ordinationem jam deciſam fuiſſe. Laudat præterea Theodoretum num.* 175 *citatum; qui cùm poſt verba ibidem relata, de Novatiani ordinatione primùm loquatur, hanc concilio Romano poſteriorem credidiſſe ipſi videtur. Ita ferè Tillemontius, Notâ* 5 *ſtatuens, prædictum concilium ante Novatiani, ac uno circiter aut altero menſe poſt* Cornelii *ordinationem figi poſſe: tantum enim temporis ſufficiens videri, ut primæ* Cornelii *ac ſchiſmaticorum litteræ in Africam deferrentur, Caldonius & Fortunatus legationem ad Romanos obirent, redirentque Carthaginem,*

B *ſi eorum reditus fuerit exſpectandus; ac denique ut epiſtola, quâ Carthaginenſis ſynodi patres* Cornelii *Pontificatum agnovêre, & tranſmisêre decreta de lapſis, ad ipſum potuerit pervenire, Romano concilio fortè jam tum congregato.*

invaſum à Novatiano pontificatum, 188 *Reſpondeo, me Tillemontio ob allatas ab eo rationes facilè aſſentiri, Romanam æquè ac Carthaginenſem ſynodum primo, quo licuit, tempore celebratam fuiſſe: ſed paragrapho* 7 *oſtenſum à nobis eſſe, Novatianum uſurpâſſe Pontificatum, antequam* Cornelii *electio in Africa recepta ac comprobata fuiſſet. Quare cùm, ipſo teſte Tillemontio, Carthaginenſis ſynodus præceſſerit Romanam, nec illius decreta ad* Cornelium *confirmanda, ante agnitum ejus Pontificatum, tranſmiſſa dicenda ſint; dicendum pariter eſt, Romanam ſynodum poſt uſurpatum à Novatiano epiſcopatum coactam fuiſſe. Eodem quoque paragrapho expoſuimus, quâ ratione ſchiſmaticus ille ſanctum Pontificem de communicatione cum lapſis criminari potuerit, quamvis de eorumdem cauſa etiam tum nihil in concilio fuiſſet ſancitum.*

C *& confeſſorum reditum.* 189 *Nec morari nos debet Theodoretus, ſcriptor ſeſqui ſeculo ſynodo poſterior, etſi Novatiani ordinationem huic clarè poſtponeret; quippe qui, Tillemontio ipſo cenſore Notâ* 8 *in* S. Cornelium, *in eodem loco circa Novatiani ordinationem plus vice ſimplici hallucinatus eſt, ut & nos num.* 122 *& ſeq. admiſimus. Contra Tillemontium præterea faciunt, quæ ad § 8 de tempore confeſſorum ad Eccleſiam reditûs diſputavimus: ſi enim is poſt ſynodum, ut ipſe vult, contigerit, & hæc ordinationem Novatiani præceſſerit, dicendi ſunt confeſſores illi in eam ordinationem etiam poſt ſynodum conſenſiſſe; quod ex dictis ibidem veriſimile non eſt. Non dubitamus igitur, quin concilium Romanum reditus confeſſorum præverterit; ſed quo præciſè menſe celebratum fuerit, planè incertum eſt. Nihil tamen cogit nos illud cum Pearſonio uſque ad hujus anni* 251 *Octobrem differre; cùm è re Eccleſiæ fuerit primo, quo commodè licuit tempore, celebrari, reſque interim geſtæ non obſtent, quominus id menſe Auguſto aut Septembri factum dicatur. Ratio autem dilati ad id uſque tempus concilii eſſe potuit perſecutio, Romæ minùs quàm Carthagine ſopita, quæque reſuſcitanda videbatur, ſi tam numeroſa epiſcoporum ſynodus in regia tyranni Urbe mox celebraretur. Deinde epiſcoporum ſynodi, quas in*

provinciis ſeorſum habitas, & quarum ſententias ad Romanam miſſas fuiſſe num. 169 *diximus, hanc fortè præceſſerunt.* AUCTORE C. S.

Trophimus, veriſimiliter epiſcopus, 190 *Forſitan memoratæ ſynodi patres nondum Româ exceſſerant, cùm Trophimus quidam, factorum pœnitens cum ingenti Chriſtianorum pariter pœnitentium numero, in Eccleſiam admitti flagitavit. Hunc epiſcopum in Italia fuiſſe omninò veriſimile eſt ex epiſtola* 52 *S. Cypriani ad Antonianum, in qua* S. Cornelium *à ſchiſmaticorum calumniis vindicans, acturus de Trophimo præmittit:* Sed neque cum epiſcopis, qui ſacrificaverunt, communicationem ſacrilegam miſcuiſſe, *comperimus. Certè* ſacerdotem *illum in eadem epiſtola vocat; quo nomine epiſcopos ſolet appellare. Sed & ejuſdem magna apud plebem auctoritas, cujus pars maxima ipſi peccanti æquè ac pœnitenti adhæſit, ſatis innuit, eumdem cuidam eccleſiæ præfuiſſe. Hujus, quique eum ſecuti fuerant, crimen nuſquam clarè expreſſum reperi; verùm iſtud non fuiſſe Novatiani ordinationem ac ſchiſmatis ſocietatem, ſed veriſimiliùs idololatriam, num.* 124 *contra Valeſium ſtatuimus.*

cum plurimis lapſus & pœnitens 191 *Itaque, ut ad rem veniamus, cùm Trophimus maximam plebis partem, quam exemplo ſuo ad lapſum induxerat, conſiliis & auctoritate ſua ad ſaniora jam converſam, ad Eccleſiam reduceret; viſum eſt* Cornelio, *quique ipſi aderant, epiſcopis ob tot fidelium acceſſionem, ſeveritate canonis, quantùm ad pœnitentiæ diuturnitatem pertinebat, ea vice ſuperſedendum, eoſque omnes in gratiam recipiendos eſſe; ita tamen, ut Trophimus non niſi laica communione impoſterum frueretur. Juverit hac ſuper re S. Cyprianum in laudata epiſtola* 52, *in qua & maculam, quam ex ea* S. Cornelio *Novatiani inurere conati fuerant, diluit, ſcribentem audiviſſe.* Explorâſſe autem collegas noſtros, *inquit*, ſcias, & veriſſimè comperiſſe, nullâ illum (S. Cornelium) libelli, ut quidam jactitant, labe maculatum eſſe; ſed neque cum epiſcopis, qui ſacrificaverunt, communionem ſacrilegam miſcuiſſe; ſed eos demum, quorum cauſa audita, & innocentia comprobata ſit, conjunxiſſe nobiſcum. E

in Eccleſiam receptus. 192 Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi deſiderâſti, non ita res eſt, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam, ſicut anteceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligendis fratribus noſtris cariſſimus Frater noſter neceſſitati ſuccubuit. Et quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, redeunte nunc ad Eccleſiam Trophimo, & ſatisfaciente, & pœnitentiâ deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem, quam nuper abſtraxerat, cum plena humilitate & ſatisfactione revocante, auditæ ſunt ejus preces, & in Eccleſiam Domini non tam Trophimus, quàm maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admiſſus eſt: qui omnes regreſſuri ad Eccleſiam non eſſent, niſi cum Trophimo comitante veniſſent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito, ſuſceptus eſt Trophimus, pro quo ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta multorum ſalus. Sic tamen admiſſus eſt Trophimus, ut laicus communicet, non, ſecundùm quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quaſi locum ſacerdotis uſurpet. *Huc uſque S. Cyprianus.* F

AUCTORE C. S.

§ X. Novatianorum nova legatio, & molitiones in Africa: eorum hæresis in Antiochena synodo damnata, & in Oriente rejecta: Felicissimus, alter schismaticus, à Cornelio repulsus.

Novatianus novos legatos

Novatiani legatos, Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum ac Dionysium, ad reparanda, quæ ab Afris præsulibus passi fuerant, damna, in Africam profectos esse, § 8 *vidimus; nunc cetera eorumdem tum hîc tum alibi molimina exponemus. Hi eò appulsi, non videntur S. Cypriani ceterorumque Catholicorum præsulum, qui cum illo Carthaginensi synodo interfuerant, ac fortè tum etiam ipsi aderant, animos ulteriùs tentâsse; id enim post agnitum eorum schisma ac hæresim inutile illis fuisset, præsertim cùm socium haberent Novatum, Carthaginensis ecclesiæ olim presbyterum, criminibus ibidem jam dudum infamem & eorumdem episcoporum sententiâ damnatum. Certè ita colligimus ex S. Cypriani epist.* 49, *qui* S. Cornelii *litteris per Nicephorum acolythum allatis, de eorum adventu edoctus, ipsi respondens, de colloquio cum legatis illis habito, nihil meminit, haud dubiè non taciturus, si quid sibi cum ipsis intervenisset.*

B

in Africam mittit;

194 Cùm pridiè, *inquit*, istic (*id est Carthagine*) venisset hæreticæ pravitatis nocens factio, ipsa jam perdita, & alios, qui sibi consenserint, perditura, postero die Nicephorus cum vestris litteris supervenit; quibus & didicimus, & docere atque instruere ceteros cœpimus, Evaristum de episcopo jam nec laicûm remansisse, cathedræ & plebis extorrem, & de Ecclesia Christi exsulem, per alias longè provincias oberrare, & ipsum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quosdam sui similes paria naufragia concitare: Nicostratum verò diaconio sanctæ administrationis amisso, ecclesiasticis pecuniis sacrilega faude subtractis, &

C

viduarum ac pupillorum depositis denegatis, non tam in Africam venire voluisse, quàm conscientiâ rapinarum & criminum fugisse. Et nunc Ecclesiæ desertor ac profugus, quasi mutâsse sit hominem, mutare regionem, confessorem se ultrà jactat & prædicat, cùm Christi confessor nec dici, nec esse, jam possit, qui Ecclesiam Christi negavit *&c.*

Nicostratus & Maximus

195 *Videntur igitur hi Africam peragrâsse, ut incautos ad suas partes jam desperatas adjungerent, quemadmodum priores legatos, à Carthaginensis synodi patribus convictos, rejectosque, ostiatim ac oppidatim ejusdem schismatis propagandi gratiâ discurrentes vidimus. Quod malum ut præcaveret sanctus Pontifex, Cyprianum commonuerat, ut eorum scelera ac molitiones ceteris ejus provinciæ episcopis per illum innotescerent; idque ab hoc statim præstitum fuisse, ex laudata epistola liquet. Porrò non satis fuit schismaticis unum in Africa episcopum Nicostratum constituisse; sed & Maximum presbyterum, quem unum è secundæ legationis sociis fuisse diximus, ab iisdem episcopum postea pariter ordinatum fuisse, testatur S. Cyprianus epist.* 55 *ad* Cornelium *scribens:* Pars Novatiani Maximum presbyterum, D nuper ad nos à Novatiano legatum missum, atque à nostra communicatione rejectum, nunc istic sibi feciſſe pseudoëpiscopum dicitur.

schismatici,

196 *Tillemontius art.* 12, *& alibi, ex hoc loco censet, Maximum Carthaginensem episcopum ordinatum fuisse: quod haud dubiè collegit ex adverbio* istic, *& ex eo, quòd Cyprianus id à se contemni dicat, ideóque ad ipsum, velut ejusdem sedis episcopum, propiùs spectâsse videatur. Verùm hæc conjectura planè incerta est: per adverbium* istic *quemlibet Carthaginensis provinciæ locum accipi posse, manifestum est ex iis, quæ mox subdit:* Nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnantur à nobis, & miserim tibi proximè nomina episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia Catholica fratribus præsunt. *Extra dubium est, quin hi episcopi non Carthaginenses, sed variarum in Africa sedium fuerint, atque adeò nec priori loco adverbium* istic *ad Carthaginem necessariò referendum est. In quacumque verò illius provinciæ parte Maximus episcopalem cathedram usurpaverit, ea res ad Cyprianum, velut Africæ primatem pertinebat. Ceterùm hæc ipsius ordinatio anno* 252 *primùm contigit, quo epistola scripta est.* E

ac fortè etiam alii ibidem episcopi constituti.

197 *Sacrilegas hujusmodi ordinationes etiam alibi à Novatianis factas esse, insinuat denuò S. Cyprianus in epistola* 52 *ad Antonianum his verbis:* Cùm sit à Christo una Ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus, episcoporum multorum concordi numerositate diffusus; ille (*Novatianus*) post Dei traditionem, post connexam & ubique conjunctam Catholicæ Ecclesiæ unitatem, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat; cúmque jam pridem per omnes provincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi, in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudo-episcopos audeat! *Fateor tamen hæc de solis Nicostrato ac Maximo dici potuisse.*

Schismati favent Antonianus

198 *Nec desierunt iidem schismatici nonnullos Catholicos antistites litteris suis sollicitare, ut, relicto* Cornelio, *quem fictis criminationibus & maledictis onerabant, ad suas partes transirent. Inter hos Antonianum eorumdem litteris non nihil motum fuisse, declarat S. Cypriani epistola* 52, *quam hic ad illum conscripsit, ut eumdem ad officium reduceret, & in qua Pontificatum* Cornelio *egregiè vendicavit, refutatisque schismaticorum contra hunc sanctum Pontificem calumniis, Novatiani schisma acriter insectatus est. Sed de Antoniano satis multa jam diximus, ut hîc nihil addere necesse sit. Utrùm tamen saluberrimis hisce Cypriani monitis morem gesserit, incertum est: at favorabilem suspicionem movet nomen* Antoniani, *quod inter ceteros Numidiæ episcopos occurrit, quibus velut Catholicis Cyprianus epistolam* 70 *postmodum inscripsit.* F

& Fabius Antiochenus episcopus,

199 *Schismati etiam implicatus fuit, aut saltem in illud propendit Fabius, aliis* Fabianus *&* Flavianus *dictus, Antiochenus episcopus, ad quem* Cornelius *propterea scripsisse videtur tum epistolam illam, cujus ex Eusebio sæpe meminimus, tum aliam, quam simul cum prædicta S. Hieronymus in Scriptoribus ecclesiasticis his verbis commemorat:* Scripsit (*laudatus sanctus Pontifex*) epistolam ad Fabium, Antiochensis ecclesiæ episcopum, de synodo Romana, Italica, Africana; ...

quar-

A quartam ad eumdem Fabium valdè prolixam, & Novatianæ hæreſeos cauſſas & anathema continentem. *Poſterioris magnam partem huic Commentario inſeruimus ex illius fragmento, quod apud Euſebium lib. 6 Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap.* 43 *exſtat; aliam verò magno eccleſiaſticæ antiquitatis damno periiſſe dolemus.*

qui ſynodum Antiochiæ indicit,

200 *Allaborâſſe quoque S. Dionyſium Alexandrinum, ut nutantem in fide Fabium confirmaret, diſcimus ex laudato Euſebio cap.* 44 *dicente, illum* Fabio ad ſchiſma aliqua ratione inclinanti multa, quæ ad pœnitentiam ſpectant, *ſcripſiſſe; & ex S. Hieronymo, loco mox citato, ubi ait:* Ad Flavianum Antiochenæ urbis epiſcopum ſcripſit de pœnitentia. *Porrò veriſimile eſt, quod Boſchius noſter in Hiſtoria chronologica Patriarcharum Antiochenorum, tomo* IV *Julii præfixa pag.* 22 *cenſuit; videlicet Fabium hiſce litteris, ſi non inflexus fuerit ad Catholicas partes, ſaltem motum fuiſſe, ut ſynodum ſuper ea cauſa Antiochiæ indicendam curârit, non diu antequam è vivis excederet, quod anno Chriſti* 252, *qui* S. Cornelio *etiam ſupremus fuit, contigiſſe oſtendit.*

B *in qua ſub S. Demetriano, ejus ſucceſſore*

201 *In hanc ſententiam laudat Euſebium lib. 6, cap.* 46 *de S. Dionyſio Alexandrino hæc ſcribentem:* Scribit præterea ad Cornelium Romanæ urbis Epiſcopum, cujus litteras adverſus Novatum (*lege* Novatianum) ſcriptas acceperat: in qua quidem epiſtola ſignificat, ſe ab Heleno Tarſi Ciliciæ epiſcopo, & à ceteris, qui cum illo convenerant, Firmiliano ſcilicet Cappadociæ, & Theoctiſto Palæſtinæ provinciæ, epiſcopis invitatum fuiſſe, ut ad ſynodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati ſchiſma confirmare tentabant. Scribit etiam ſibi nuntiatum fuiſſe, quòd Fabius quidem diem extremum obiiſſet, Demetrianus verò in ejus locum epiſcopus Antiochenæ eccleſiæ eſſet conſtitutus. *Putat itaque Boſchius, Fabium, indictâ ſynodo obiiſſe, & hanc in Libello ſynodico apud Labbeum tomo* I *Conciliorum, col.* 719 *S. Demetriano, Fabii ſucceſſori adſcribi, quia ille exſecutus fuerat, quod hic morte præveniente nequiverat.*

Novatianus damnatus eſt,

202 *Damnatum in ea ſynodo fuiſſe Novatianum, laudatus Libellus his verbis declarat:* Synodus divina & ſacra provincialis Antiochiæ collecta à Demetrio (*Græcè legitur* Δημητριανῷ) ejuſdem ſanctiſſimo epiſcopo, quæ Novatum *id eſt*, Novatianum)

C depoſuit, tamquam qui peccatoribus patrocinaretur; *videlicet quia crudeli ſua hæreſi ſpem veniæ lapſis præcidens, à pœnitentia avocabat, atque ita in deſperationem præcipites pertrahebat. Hac denique ſynodo laudatus Boſchius effectum putat, quod Euſebius lib.* 7 *cap.* 4 *à S. Dionyſio Alexandrino ad S. Stephanum,* Cornelii *poſt Lucium ſucceſſorem ſcriptum fuiſſe ait; nempe* omnes ubique eccleſias, mollito jam perſecutionis furore, Novati turbulentam novitatem deteſtantes, inter ſe pacem iniiſſe.

eventu feliciſſimo, ut apparet.

203 *Ex mox citata Dionyſii ad* S. Cornelium *epiſtola colligere licet, non ſolum Fabium Novatianis partibus in Oriente faviſſe. Quinimo cùm idem Sanctus antiſtes apud laudatum Euſebium cap.* 5 *de memorata pace dicat:* Scias autem, frater, cunctas per Orientem (*quarum infrà præcipuas recenſet*) & ulteriùs poſitas eccleſias, quæ priùs erant diſciſſæ, hunc tandem ad unitatem reverſas eſſe, & omnes eccleſiarum ubicumque antiſtites unum idemque ſentire, & ob redditam inſperatò pacem, incredibili gaudio exultare: *cùm hæc, inquam, ille ſcribat, ſatis clarè indicat, ingentes ibidem turbas à ſchiſmaticis illis excitatas fuiſſe. Collige etiam, memoratam ſynodum non niſi poſt* S. Corneiii *obitum congregatam, aut ſaltem tam felicem eventum non priùs fuiſſe ſortitam.*

AUCTORE C. S.

Schiſmati etiam adhæſit Marcianus Arelatenſis.

204 *Ex Occidentis verò epiſcopis Novatiani partes ſectatum fuiſſe Marcianum, eccleſiæ Arelatenſis in Galliis antiſtitem, conſtat ex epiſtola S. Cypriani* 67, *quâ S. Stephanum Papam rogat, ut litteris ad Galliarum epiſcopos datis, jubeat eum deponi, aliumque in ejuſdem locum ſubſtitui, quod & factum eſſe colligit Boſchius noſter in Actis ejuſdem ſancti Pontificis tomo* I *Auguſti, pag.* 115. *Porrò Cyprianus in laudata epiſtola (quam Boſchius ibidem obſervat non ante annum* 254 *ſcriptam fuiſſe) ut Stephano promptam Marciani exauctorationem perſuaderet, inter cetera ait:* Sufficiat multos illic ex fratribus noſtris annis iſtis ſuperioribus exceſſiſſe ſine pace: vel ceteris ſubveniatur, qui ſuperſunt, qui & diebus ac noctibus ingemiſcunt, & divinam ac paternam miſericordiam deprecantes, ſolatium noſtræ opitulationis expoſcunt. *Ex quibus poſſe colligi videtur, Marcianum jam à* Cornelii *Pontificatu Novatiano conſenſiſſe, quamvis initio latêre forſitan ſtuduerit. Plura de hujus ſchiſmatis hæreſiſque progreſſu ac exſtinctione, quæ ad* S. Cornelii *tempora non pertinent, ſtudioſus lector apud Hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptores inveniet.*

F

Feliciſſimus Africani ſchiſmatis anteſignanus,

205 *Præter hanc hæreſim etiam aliud ſchiſma Eccleſiam Dei in Africa turbabat, eodem quidem Novato olim incentore, ſed duce Feliciſſimo, & Novatianis erroribus planè oppoſitum. Ut enim Novatiani deteſtabili ſeveritate omnem ſpem veniæ lapſis penitus negandam contendebant, ita illi, damnabili pariter conniventiâ,* à primo ſtatim perſecutionis die, cùm recentia delinquentium facinora ferverent, & ſacrificiis nefandis non tantùm diaboli altaria, ſed adhuc manus ipſæ lapſorum atque ora fumarent, communicare cum lapſis, & pœnitentiæ agendæ intercedere non deſtiterunt, *teſte Cypriano epiſt.* 55 *ad* Cornelium. *Hujus Feliciſſimi contra Cyprianum nefarias molitiones § 5 attigimus, de eoque plurimis in ejuſdem Sancti geſtis agendum erit; hîc verò ea tantùm recenſebimus, quæ ad* S. Cornelium *ſpectant.*

ordinato in Africa pſeudo-ëpiſcopo,

206 *Feliciſſimus cum ſuis aſſeclis à pluribus Africæ epiſcopis damnatus, ut ſchiſma ſuum ſtabiliret, non ſecus ac Novatiani Romæ & in Africa fecerant, ſuum item epiſcopum Carthagine conſtituere meditatus, ſparſo in vulgus rumore,* viginti quinque epiſcopos de Numidia eſſe

E venturos, qui ſibi epiſcopum facerent, *re vera autem tantùm quinque, iiſque ob crimina excommunicatis, convenientibus, Fortunatum, unum è quinque presbyteris ſui ſchiſmatis ſociis, parique ſententiâ condemnatum, epiſcopum ordinari curavit. Deinde cum nonnullis ejuſdem furfuris hominibus Romam navigavit, ut in* S. Cornelii *communionem admitteretur; mendaciter jactitans, Fortunatum à viginti quinque epiſcopis ordinatum fuiſſe.* Quo in mendacio ſuo, *inquit ibidem S. Cyprianus,* poſtquam quinque ſolis convenientibus naufragis & à nobis abſtentis, (*Carthagine*) detecti ſunt atque confuſi, Romam cum mendaciorum ſuorum merce navigaverunt, quaſi veritas poſt eos navigare non poſſet, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret.

Cornelii communionem petit; ab eo repulſus

207 *Et rurſus de temerario eorum ad Romanam Eccleſiam acceſſu ita loquitur:* Poſt iſta (*ſcelera, quæ expoſuerat Cyprianus*) adhuc inſuper pſeudo-ëpiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, navigare audent, & ad Petri Cathedram atque ad

AUCTORE C. S.

Eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis litteras ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt, & ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum. *Nec ſanè aliter, quàm Romanæ Eccleſiæ dignitas exigebat, ſeditioſi ibidem excepti fuêre: quippe* Cornelius, *cui eorum ſcelera ex S. Cypriani ceterorumque, qui Carthagine congregati fuerant, epiſcoporum litteris, de quibus in epiſt. 42 fit mentio, pridem explorata fuerant, eos, quâ par erat, fortitudine repulit, idque litteris per Saturum acolythum miſſis Cypriano indicavit.*

multa minatur. Litteræ à Cornelio

208 *Nec ſic tamen Feliciſſimus, quique cum ipſo venerant, animum deſponderunt; ſed ſanctum Pontificem denuò aggreſſi, minati ſunt, ni litteras allatas acciperet, eas ſeſe publicè lecturos, multaque alia, quorum illum pœniteret, prolaturos. Moverunt nonnihil Pontificis animum minæ perfidorum, præſertim cùm de Fortunati ordinatione nihil ipſi ſignificâſſet Cyprianus; ideóque ſecundas ad illum litteras deſtinavit, quibus eum totius rei geſtæ certiorem faceret. Ad utramque hanc epiſtolam, quæ deſideratur, S. Cyprianus per*

B

55 *reſpondit, ex qua ſequentia delibo:* Legi litteras tuas, Frater cariſſime, quas per Saturum fratrem noſtrum acolythum miſiſti, & dilectionis fraternæ & eccleſiaſticæ diſciplinæ & ſacerdotalis cenſuræ ſatis plenas; quibus ſignificâſti Feliciſſimum hoſtem Chriſti non novum, ſed jam pridem ob crimina ſua plurima & graviſſima abſtentum, & non tantùm meâ, ſed & plurimorum coëpiſcoporum ſententiâ condemnatum, rejectum à te illic eſſe; & cùm veniſſet ſtipatus catervâ & factione deſperatorum, vigore pleno, quo Epiſcopum agere oportet, pulſum de Eccleſia eſſe...

& Cypriano hac ſuper re invicem ſcripta.

209 Sed enim lectâ aliâ tuâ epiſtolâ, Frater, quam primis litteris ſubjunxiſti, ſatis miratus ſum, cùm animadvertiſſem, te minis atque terroribus eorum, qui venerant, aliquantulùm eſſe commotum, cùm te, ſecundùm quod ſcripſiſti, aggreſſi eſſent, cum ſumma deſperatione comminantes, quòd, ſi litteras, quas attulerant, non accepiſſes, publicè eas recitarent, & multa turpia ac probroſa & ore ſuo digna proferrent. Quod ſi ita res eſt, Frater cariſſime, ut nequiſſimorum timeatur audacia, &, quod mali jure atque æquitate non poſſunt, temeritate ac deſperatione

C

perficiant, actum eſt de Epiſcopatûs vigore, & Eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac divina poteſtate; nec Chriſtiani ultrà aut durare aut eſſe jam poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt, ut perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. *Hac Cyprianus multis rationibus ac exemplis oſtendens, non magis Chriſtianis, quàm gentilibus aut Judæis, cedere oportere, neque intereſſe ad gloriam ſive ab his ſive ab illis mors vel mala, Chriſti ergô, inferantur.*

S. Cornelius à puſillanimitate

210 *Tillemontius art. 15 ex his deducit,* S. Cornelium *ſchiſmaticorum minis* quodam modo territum *in ſecunda ad Cyprianum epiſtola* paululum timoris ac levitatis *in ſe prodidiſſe, quod prima fronte epiſtolam Cypriani legenti veriſimile poteſt videri. Verùm ſi eam attentiùs perpendamus, ſanctum Pontificem non difficulter ab omni meticuloſi ac levis animi vitio hac in parte immunem fuiſſe agnoſcemus, veréque prudenter egiſſe fatebimur. In primis intentatæ à ſchiſmaticis comminationes non* Cornelium *ſed Cyprianum petebant: id enim hic clarè ſignificat, dum eas ſpernendas præfatus, ſubdit:* Quæ autem ſui elatio eſt, quæ comminantium tumens & inflata & vana jactatio, illic (*Romæ*) abſenti minari, cùm hîc me habeant in poteſtate præſentem? Convicia eorum, quibus ſe & vitam ſuam quotidie lacerant, non timemus, fuſtes lapides & gladios, quos verbis parricidalibus jactitant, non perhorreſcimus *&c.*

D

& levitatis nota

211 *Itaque ſi ſeditioſi illi aliquem ſancto Pontifici terrorem incuſſerint; hic non ſibi, ſed Cypriano timebat, quem cùm calamitoſo illo tempore Eccleſiæ utiliſſimum ſciret, non minori virtute potuit illius periculis commoveri, quàm Cyprianus ſua deſpicere. Deinde Feliciſſimus cum ſuis jactabat, Fortunatum ſuum à viginti & quinque epiſcopis Numidis epiſcopum conſtitutum fuiſſe; nec redarguere eos poterat* Cornelius, *qui hac ſuper re nihil litterarum adhucdum à Cypriano acceperat. De hoc enim ſilentio illum conqueſtum fuiſſe, in eadem epiſtola ſatis inſinuat S. Cyprianus, excuſans ſe, quòd ea de re citiùs non ſcripſiſſet, addenſque, ſeſe deinde opportunitatem nactum, id per Felicianum acolythum præſtare voluiſſe; ſed hunc vento retardatum, aliiſque epiſtolis accipiendis ab eo detentum, à Feliciſſimo præventum fuiſſe.*

vindicatus.

212 *Potuit igitur abſque ulla animi puſillanimitate ſanctus Pontifex tum Cypriano, tum eccleſiæ Africanæ, ab hiſce ſchiſmaticis malè timere, modeſtéque ſuccenſere priori, quòd de re tanti momenti nihil ad ſe perſcripſiſſet. Potuit de vigore ſolito nonnihil prudenter remittere, donec de ſchiſmaticorum antiſtitum numero, qui Fortunatum ordinâſſe dicebantur, certiora accepiſſet; quemadmodum in* S. Cornelii *ac Novatiani cauſa ipſe fecerat Cyprianus. Potuit etiam obtruſas litteras, ſupprimendi ergô, accipere, ne à Feliciſſimo, uti hic minabatur, publicè legerentur. Utrùm tamen eas acceperit, incertum planè eſt ex laudata epiſtola, in qua Cyprianus tantùm ait, illum ſeditioſorum terroribus ac comminationibus intentatis, ni litteras accepiſſet,* aliquantulùm eſſe commotum, *& ſub finem, nullâ factâ de ſchiſmaticorum epiſtolis mentione, ſolummodo petit, ut, quod aliàs etiam ſponte conſueverat, ſuam coram Romano clero legi juberet;* Ut hac epiſtolâ mea lecta, *inquiens,* ſi quod illic contagium venenati ſermonis & peſtiferæ ſeminationis irrepſerat, id omne de fratrum auribus exuatur.... Quamquam ſciam, illic fraternitatem noſtram veſtrâ ſcilicet providentiâ munitam, ſed & ſuâ vigilantiâ ſatis cautam, nec capi hæreticorum venenis poſſe, nec decipi. *Ceterùm quid in Feliciſſimi cauſa præterea egerit* S. Cornelius, *nemo veterum tradidit; ſed nec fortè quidquam agere potuit, ſæviente perſecutione, cujus jam aliquot ſcintillas in Africa denuò ſuſcitatas fuiſſe, dum hæc ſcriberet Cyprianus, ſequenti paragrapho oſtendemus.*

E

F

§ XI. Perſecutio à Gallo reſuſcitata: contra quam lapſis proſpectum: Cornelii & Romanorum illuſtris confeſſio: Novatiani à perſecutione immunes.

Gallus imperator perſecutionem renovat,

Decio in prælio contra Gothos circa menſem Novembrem anni 251 occiſo, Cajus Vibius Trebonianus Gallus, ſuſcepto imperio, filioque ejus Voluſiano primùm Cæſare, deinde etiam Au-

A *Auguſto dicto, perſecutionem Decianam, quam ſopiverat, anno 252 ſuſcitavit, & qualemcumque Eccleſiæ pacem, magno ſuo ac imperii damno, perturbavit, quemadmodum S. Dionyſius Alexandrinus, ſcriptor ſynchronus, apud Euſebium lib. 7 Hiſtoriæ, cap. 1 verbis, quæ ſubjungo, teſtatur.* Dionyſius in Epiſtola ad Hermammonem de Gallo imperatore ita ſcribit: „Sed neque Gal„lus culpam Decii intellexit, nec proſpexit, „quid tandem illum peſſumdediſſet: quin po„tiùs ad eumdem lapidem ante oculos ſuos po„ſitum impegit. Qui cùm imperium ipſius pro„ſpero in ſtatu eſſet, cunctaque ex animi ſenten„tia ſuccederent, viros ſanctos, qui pro pace „& incolumitate ipſius preces ad Deum allega„bant, infectatus eſt: cum illis ergo orationes „pro ipſo fieri ſolitas ſimul fugavit.„ Hæc de Gallo Dionyſius.

fortè occaſione ſacrificiorum,

214 *Pearſonius in Annalibus Cyprianicis ad annum 252, & Tillemontius in* Cornelio *art. 15, aliique opinantur, perſecutioni renovandæ occaſionem dediſſe ſacrificia, exſtinguendæ peſtis ergò, à Gallo Voluſianoque per Romanum imperium ubique indicta. De atroci hac lue, quâ etiam* B *Hoſtilianum Auguſtum, Decii filium, Aurelius Victor in Cæſaribus ſublatum ſcribit, quæque univerſum Romanum orbem horrendum in modum depaſta eſt, multi veterum ſcriptorum meminerunt, de eaque ſuus erit in S. Cypriano agendi locus. Nec à veriſimili hæc abhorret opinio: cùm enim ex ea lue, eodem Victore teſte,* Gallo Voluſianoque favor quæſitus (*ſit*) quòd anxiè ſtudioſiſſiméque tenuiſſimi cujuſque exſequias curarent, *veriſimile quoque eſt, eoſdem, gentilium more, ſacrificiis publicis tantum malum arcere ſtuduiſſe; & ſacrificare recuſantes Chriſtianos, veluti calamitatis auctores, ſuppliciis affeciſſe. Huc etiam refert Pearſonius eorumdem imperatorum nummos,* APOLLINI SALUTARI, *vel, ut Pagius in Critica ad annum 252, num. 26, habet;* APOLLO SALUTARIS *in poſtica parte inſcriptos.*

ad exſtinguendam peſtem indictorum.

215 *Verumtamen laudatus Pagius num. 10 negat, perſecutionem hanc, quam ſub finem menſis Junii exortam ſtatuit, memoratæ peſtis occaſione decretam eſſe, nixus Cedreni teſtimonio, qui de Gallo & Voluſiano agens, ait:* Eo tempore peſtis invaluit, ab Æthiopia in Occiduam uſque C terræ partem propagata: neque ulla fuit urbs ejus expers; multæ etiam bis ea lue infeſtatæ. Obtinuit annos quindecim, cœpit autumno, & deſiit ſub ortum Caniculæ; *quod quidem Cedrenum ex antiquo quodam auctore, fortè Philoſtrato mutuatum fuiſſe, ibidem ſuſpicatur. Pagio Favent S. Dionyſii verba, num. 113 relata, quibus* imperium proſpero in ſtatu *fuiſſe dicitur, priuſquam Gallus* viros ſanctos, qui pro pace & incolumitate ipſius preces ad Deum allegabant, infectatus eſt. *Attamen non adeo certum eſt, ac velit Pagius, luem illam non ante autumnum anni 252 ortam fuiſſe; cùm nec omnino improbabile ſit, eam jam ſub Decio incepiſſe, quamvis tum non tam atrociter, quàm ſub Gallo ac Voluſiano graſſata ſit, ut apud Tillemontium Notâ 14 in S. Cyprianum videre eſt.*

Cyprianus de perſecutione divinitus præmonitus,

216 *Utut hæc ſe habeant, propoſita jam fuiſſe Carthagine edicta, quibus ſacrificia imperabantur, dum S. Cyprianus epiſtolam 55, de qua paragrapho præcedenti meminimus, ad* S. Cornelium *ſcriberet, his verbis teſtatur:* His ipſis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob ſacrificia, quæ edicto propoſito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuò poſtulatus in circo *ſum. Sed antequam perſecutio cœpta eſſet, S. Cyprianus, de inſtanti perſecutione divinitus præmonitus, in quadraginta & unius epiſcoporum ſynodo decreverat, pœnitentibus, qui à primo lapſûs ſui die pœnitentiam egerant, nec ab Eccleſia Dei receſſerant, pacem mox impertiendam eſſe. Quia verò in ſynodo anni proximè elapſi ſtatutum fuerat, ut hujuſmodi homines, præterquam in periculo mortis, non niſi poſt diuturnam pœnitentiam ad pacem admitterentur, tam ipſe, quàm prædicti epiſcopi, communi epiſtolâ, quæ inter Cyprianicas eſt 54, de hoc novo decreto* S. Cornelium *monuêre.* AUCTORE C. S.

novum decretum de lapſis ad S. Cornelium mittit.

217 *Rationem autem mutandi decreti ibidem ſic exponunt:* Meritò enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu ſubveniretur, quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrimas, & ſubvenire ſerò morientibus in infirmitate pateretur. At verò nunc non infirmis, ſed fortibus, pax neceſſaria eſt; nec morientibus, ſed viventibus, communicatio à nobis danda eſt; ut, quos excitamus & hortamur ad prœlium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione Sanguinis & Corporis Chriſti muniamus. Et cùm ad hoc E fiat Euchariſtia, ut poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra adverſarium volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus. *Hæc eadem pluribus argumentis confirmant, ac tandem ſubdunt:* Quod credimus vobis quoque paternæ miſericordiæ contemplatione placiturum. *Nec dubium videtur, quin ſanctus Pontifex iis aſſenſus fuerit; ſed nullum hac ſuper re monumentum habemus.*

Perſecutione ſubitò exortâ Romæ,

218 *Non diu poſt hæc repentina perſecutio contra Eccleſiam ejuſque Pontificem* S. Cornelium *Romæ exorta eſt, in qua hic poſt dignam Chriſti Vicario confeſſionem, in exſilium pulſus eſt. Papebrochius in Propylæo Maji pag. 34* ſuſpicatus eſt, concilium ſexaginta epiſcoporum, quod à* S. Cornelio *Romæ celebratum diximus, ac frequens illius cum Cypriano litterarum commercium, ſeditionis metum Gallo injeciſſe, & ad perſequendum cum ſuis Pontificem impuliſſe. Quod licèt à vero non abhorreat, cùm tamen dubitare non poſſimus, quin Romæ non minùs quàm Carthagine feralia edicta, quibus populus ſacrificare jubebatur, affixa fuerint, perſecutionis cauſam non aliunde quàm ex Romanorum in fide conſtantia repetendam putamus.* F

S. Cornelius

219 *Porrò quantam ex hac perſecutione gloriam* S. Cornelius, *ejuſque exemplo ceteri Romani fideles, non ſolùm qui ſub Decio invicti ſteterant, verùm etiam, qui ſub ejuſdem tyrannide, ſeu metu, ſeu tormentorum vi ſuccubuerant, quantam, inquam, hi omnes gloriam retulerint, diſcimus ex S. Cypriani epiſtola 57, quam ad ſanctum Pontificem jam exſulantem gratulabundus conſcripſit, quamque propterea, licèt tempore poſteriorem huc referimus.* Cyprianus Cornelio fratri ſalutem. Cognovimus, Frater cariſſime, fidei ac virtutis veſtræ teſtimonia glorioſa, & confeſſionis veſtræ honorem ſic exſultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus veſtris nos quoque participes & ſocios computemus. Nam cùm nobis & Eccleſia una ſit, & mens juncta, & individua concordia, quis non ſacerdos in Conſacerdotis ſui laudibus, tamquam in ſuis propriis gratuletur; aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur?

cum maxima fidelium parte

220 Exprimi ſatis non poteſt, quanta iſtic (*Carthagine*) exſultatio fuerit, & quanta lætitia, cùm

AUCTORE C. S.

cùm de vobis prospera & fortia comperissemus; ducem te illic confessionis fratribus exstitisse, sed & confessionem ducis de fratrum consensione crevisse, ut, dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inveniamus, quid priùs prædicare in vobis debeamus, utrúmne tuam promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum caritatem. Virtus illic Episcopi præcedentis publicè comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. Dum apud vos unus animus & una vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, fratres carissimi *, fides, quam de vobis beatus Apostolus prædicavit. Hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem jam tunc in spiritu prævidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocat.

* *al.* Frater carissime

221 Dum sic unanimes, dum sic fortes estis, magna & ceteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo jungi, in persecutione fratres

Christum sponte & liberè confitetur;

B à fratribus non separari, concordiam simul junctam vinci omninò non posse, quidquid simul petitur à cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Prosilierat adversarius terrore violento Christi castra turbare; sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus & victus est; & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit & roboris. Supplantare se iterum (*ut nuper sub Decio*) posse crediderat Dei servos, & velut tirones & rudes, quasi minùs paratos & minùs cautos, solito suo more concutere.

222 Unum primò aggressus, ut lupus ovem secernere à grege, ut accipiter columbam ab agmine volantium, separare tentaverat: nam cui non est adversus omnes satis virium, circumvenire quærit solitudinem singulorum. Sed retusus adunati exercitûs fide pariter & vigore, intellexit, milites Christi vigilare jam sobrios, & armatos ad prælium stare, vinci non posse, mori posse; & hoc ipso invictos esse, quia mori non timent, nec repugnare contra impugnantes, cùm occidere innocentibus nec nocentem liceat; sed promptè & animas & sanguinem tradere; ut, cùm tanta in sæculo malitia & sævitia grassetur, à malis & sævis velociùs recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum glorioſum, quale in conspectu Christi Ecclesiæ suæ gaudium; ad pugnam, quam tentaverat hostis inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodiisse! Omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent; quando accurrerit properanter & venerit, quisquis audivit.

C

223 Quot illic lapsi (*in Deciana persecutione*) glorioſa confessione sunt restituti! Steterunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prœlium fortiores: ut appareat nuper subitatos esse, & novæ atque insuetæ rei pavore trepidâsse; rediisse ad se postmodum fidem veram, & vires suas de Dei timore collectas ad omnem patientiam constanter & firmiter roborâsse; nec jam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam. *Hæc S. Cyprianus, ad quæ nonnulla veniunt observanda. Persecutionem hanc Romæ repentè erupisse, idem sanctus Carthaginensis antistes in epist.* 58 *ad S. Lucium*, Cornelii *successorem, data significat*; Intelligimus, *inquiens*, frater carissime, & tota cordis nostri luce perspicimus divinæ Majestatis salutaria & sancta consilia, unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra Ecclesiam Christi & Episcopum Cornelium, beatum martyrem, vosque omnes sæcularis potestas subitò proruperit.

lapsique priùs, culpam egregiè diluunt.

D

224 *Non omnes tamen simul, sed primò unum aliquem, ut ex eodem Cypriano vidimus, Gallus callido quidem, sed irrito consilio aggressus est; verùm an is ipse fuerit* S. Cornelius, *an alius quidam, ad quem confirmandum Sanctus accurrerit, dubitat Tillemontius art.* 16. *Dubitandi ratio est, quòd sanctus Pontifex dux confessionis fratribus fuisse, & præcedendo ad gloriam, multos gloriæ comites fecisse, ac confessorem populum fieri suasisse ibidem dicatur. Attamen posterius omnino dicendum videtur: neque enim Cyprianus, qui episcopos* pastores, *plebem* gregem *solet appellare, sanctum Pontificem gregali columbæ, aut ovi è grege, sed gregis pastori comparâsset; prout tom.* 2 *Septembris pag.* 520 *in SS. Censurino & Sociis observatum jam est, additâ non improbabili conjecturâ de Censurino per* unum *illum à S. Cypriano laudatum, accipiendo. Existimo itaque rem in hunc ferè modum contigisse. Gallus, quo faciliùs Christi gregem dissiparet, singulos adoriri statuens, unum quempiam, sive è clero sive è plebe is fuerit, ad sacrificandum jussit compellari.*

Unus ille, quem Gallus primum aggressus est,

E

225 *Hoc audito*, Cornelius *pro pastorali sua sollicitudine ad eum mox accurrit; & quorumdam in persecutione nupera ignaviæ non immemor, ut suo ceteros exemplo provocaret, paratum sese offert primum pro omnibus Christum profiteri. Nec eum spes fefellit: quippe Romani fideles, intellectâ sanctissimi Pastoris sui sententiâ, tanto martyrii ardore succensi sunt, ut ad eum* accurrerit properanter & venerit, quisquis audivit; *utque S. Cyprianus nesciverit, quid priùs prædicare deberet,* utrúmne *Pontificis* promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum caritatem. *Porrò sic animati, Christum sponte confiteri non timuerunt; & Gallus, qui unum aggressus, singulorum solitudinem circumvenire speraverat,* retusus adunati exercitûs fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare jam sobrios, & armatos ad prœlium stare; vinci non posse, mori posse, & hoc ipso esse invictos, quia mori non timent.

non fuit S. Cornelius; huic tamen

226 *Hinc meritò exclamat ibidem S. Cyprianus:* Quale illud fuit sub oculis Christi Ecclesiæ suæ gaudium; ad pugnam, quam tentaverat hostis (*singulis seorsum*) inferre, non singulos milites, sed tota simul castra prodiisse. *In hac autem sententia nostra rectè explicantur etiam cetera, quæ ex S. Cypriano mox retulimus. Nam primò patet, cur* unus *ille, quem ante ceteros Gallus adorsus est,* ovi *& gregariæ* columbæ *comparetur; quod de omnium capite Romano Pontifice non nisi inepte dici potuisset. Patet secundò, cur Cyprianus* Cornelium *nihilominus* ducem confessionis fratribus exstitisse, præcessisse ad gloriam, confessorem populum fiere suasisse, primum paratum fuisse pro omnibus confiteri, *&c. asserat, ut consideranti manifestum erit.*

præcipua confessionis laus debetur;

F

227 *Hujus tamen gloriæ partem nullam ad Novatianos spectâsse, observat S. Cyprianus, tum in laudata epistola, tum in* 58, *ex divino consilio factum scribens, ut, dum hi à persecutione immunes degerent, mundo fieret palàm, penes quos Christi Ecclesia esset. Audi ipsum in priori epistola* Cornelium *alloquentem.* Quid ad hæc Novatianus, Frater carissime? Utrúmne jam deponit errorem? An verò, qui dementium mos est,

cujus nihil ad Novatianos

ipsis

A ipſis bonis & proſperis noſtris plùs adactus eſt ad furorem, & quò magis ac magis dilectionis ac fidei creſcit hîc gloria, illic diſſenſionis & zeli recrudeſcit inſania; nec vulnus ſuum miſer curat, ſed adhuc graviùs & ſe & ſuos vulnerat, in perniciem fratrum linguâ ſuâ perſtrepens, & facundiæ venenatæ jacula contorquens, magis durus ſæcularis philoſophiæ pravitate, quàm ſophiæ dominicæ lenitate pacificus, deſertor Eccleſiæ, miſericordiæ hoſtis, interfector pœnitentiæ, doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis.

ex divina providentia pervenit.

228 Agnoſcitne jam, qui ſit Sacerdos Dei, quæ ſit Eccleſia & domus Chriſti, qui ſint Dei ſervi, quos diabolus infeſtet, qui ſint Chriſtiani, quos antichriſtus impugnet? Neque enim quærit illos, quos jam ſubegit, aut geſtit evertere, quos jam ſuos fecit. Inimicus & hoſtis Eccleſiæ, quos alienavit ab Eccleſia & foras duxit, ut captivos & victos contemnit & præterit; eos pergit laceſſere, in quibus Chriſtum cernit habitare. Quamquam etſi aliquis ex talibus fuerit apprehenſus, non eſt, quòd ſibi quaſi in confeſſione nominis blandiatur; cùm conſtet, ſi occiſi ejuſmodi extra Eccleſiam fuerint, fidei coronam non

B eſſe, ſed pœnam potiùs eſſe perfidiæ; nec in domo Dei inter unanimes habitaturos eſſe, quos videmus de pacifica & divina domo furore diſcordiæ receſſiſſe. *Hæc ille: ſed ad confeſſores redeamus.*

§ XII. Sancti exſilium: tempus ſedis: martyrium veriſimiliùs per ſupremum ſupplicium ipſi illatum: ejuſdem epiſtolæ genuinæ, ac ſuppoſititiæ: Ordinationes ab eo factæ.

Cornelius relegatur

C *Utrùm è tanto confeſſorum numero nonnulli martyrio mox fuerint coronati, non tradit S. Cyprianus; imò ſilentio ſuo contrarium potiùs inſinuat: infrà tamen videbimus non paucos eorum in eadem perſecutione illud feliciter conſummâſſe, quibus fortè accenſendi ſunt SS.* Cerealis *ac Socii, quorum Acta & Martyrologia meminêre, & de quibus § 3 hujus Commentarii pluribus actum eſt: verùmtamen horum omnium martyrium aliquamdiu poſt glorioſam illam confeſſionem potuit contingere. Forſitan Gallus, qui unum dumtaxat primò adoriri ſtatuerat, confeſſorum multitudine contra omnem ſuam exſpectationem ſponte & alacriter ad tribunal concurrente deterritus, initio à cæde abſtinuit, conſultius ratus nonnihil cunctari, donec primus ille profitentium ardor deferbuiſſet. Hinc nec ipſum Pontificem, qui ceteros præibat, capitali tunc pœnâ mulctavit, ſed in exſilium expulit, ut ex primario Romanorum Pontificum Catalogo, cui hac in parte Acta conſentiunt, quamquam perperam Decium pro Gallo notent, ſuprà jam ſæpiùs dictum eſt.*

Centumcellas,

230 *Quod ad exſilii locum attinet, fuit is Centumcellæ, Hetruriæ civitas in ora maris Tyrrheni condita cum celebri portu, de cujus ſitu & incremento conſuli poteſt Plinius lib. 6, epiſt. 31. Eam poſtmodum exciſam à Saracenis fuiſſe, & à Leone IV Pontifice munitiori loco reſtitutam, ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius in ejuſdem Pon-*

tificis Vita. Nunc Civitas vetus, *vulgò* Civita vecchia *appellatur. Porrò veriſimile eſt, cum* Cornelio *Pontifice etiam alios præſertim è clero illuc relegatos fuiſſe, idque Acta apud Schelſtratium inſinuant his verbis:* Eodem autem tempore tenuit Decius (*imò* Gallus) beatiſſimum Papam Cornelium cum univerſo clero ejus, tam preſbyteris quàm diaconibus; quem præcepit Centumcellas exilio deportari. *Inter hoſce glorioſos exſules Baronius ad annum 256, num. 64. S. Lucium,* Cornelii *in Romana S. Petri Cathedra ſucceſſorem recenſet: quod nec negare, nec confirmare poſſumus. De hoc S. Lucio actum eſt in Opere noſtro ad diem* IV *Martii, quo colitur.* AUCTORE G. S.

231 *Centumcellis igitur exſulabat* S. Cornelius, *cùm Cyprianus ipſi de glorioſa confeſſione ſua per epiſtolam 57, quam præcedenti § maximam partem recitavimus, gratulatus eſt. Sub ejuſdem epiſtolæ finem ſanctus ille antiſtes præſagiens ſupremi agonis tempus tam ſibi, quàm illi appropinquare, mutuas preces petit ac pollicetur; rogatque, ut, qui prior coronari meruerit, is pro ceteris fidelibus Deum orare non deſinat.* Hortamur, planè, *inquiebat,* quantum poſſumus, Frater cariſſime, pro caritate mutua, quâ nobis invicem E cohæremus, ut, quoniam providentiâ Domini monentis inſtruimur, & divinæ miſericordiæ conſiliis ſalubribus admonemur, appropinquare jam certaminis & agonis noſtri diem, jejuniis, vigiliis, orationibus inſiſtere cum omni plebe non deſina-

ubi à Cypriano epiſtolam gratulatoriam,

mus.

& inſtantis mortis præſagam accipit;

232 Incumbamus gemitibus aſſiduis, & deprecationibus crebris. Hæc ſunt enim nobis arma cæleſtia, quæ ſtare & perſeverare fortiter faciunt. Hæc ſunt munimenta ſpiritalia & tela divina, quæ protegunt. Memores noſtri invicem ſimus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis ſemper oremus, preſſuras & anguſtias mutua charitate relevemus; & ſi quis iſtinc noſtrûm prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Dominum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris non ceſſet oratio. Opto te, Frater cariſſime, ſemper bene valere. *Huc uſque S. Cyprianus; cujus tamen præſagium ad* S. Cornelium *propiùs ſpectabat, quàm ad illum; quippe qui aliquot annos poſt ſcriptam illam epiſtolam in vivis ſuperfuit.*

& martyrium ſubit poſt Sedem anni 1, menſ. 3, dier. 10.

233 *At verò* S. Cornelius *non toto forſitan pòſt menſe ad cælos evolavit: quod non Romæ, ut Acta volunt, ſed Centumcellis factum eſſe, § 3 oſtendimus, vetuſtiſſimum Catalogum cum Papebrochio ac majori eruditorum numero ſecuti. Tempus Sedis illius in laudato Catalogo ſic refertur:* Cornelius annos duos, menſes tres, dies decem, à conſulibus Decio II & Decio, uſque Gallo & Voluſiano: *ſed pro* Decio II *legendum eſſe* Decio III, *§ 4 probavimus, qui conſulatus in annum Chriſti 251 incidit, à quo* S. Cornelii *Pontificatum etiam inchoavimus. Jam verò cùm Gallus & Voluſianus anno 252 conſulatum geſſerint, ſub eoque Lucius Sancto noſtro fuerit ſubrogatus, manifeſtum eſt, in laudatum Catalogum errorem irrepſiſſe unius anni additione, quo reſecto, cetera rectè ſe habebunt. Etenim per annum unum, menſes tres, dies decem retrocedendo à* XIV *Septembris anni 252, quo Sancti mors ſignatur, uſque ad* IV *Junii anni 251 pervenitur, quo illius Pontificatûs exordium collocari poſſe ſuprà oſtenſum eſt. Quoad* annum unum *Sedis illius conſentit nobis Catalogus reginæ Sueciæ ſecundo loco apud Henſchenium editus; ſed* menſes duos, dies tres adjungit.

AUCTORE C. S.

234 *Hæc sententia noſtra, quamvis nunc communior ſit, ſuas tamen difficultates & eruditos adverſarios habet. Clariſſimus vir Emmanuël à Schelſtrate diſſert. 2, cap. 6 Antiquitatis illuſtratæ, & Franciſcus Blanchini in Notis chronologicis ad Bibliothecarium, contendunt,* Cornelium *biennio Pontificatum tenuiſſe. Hunc in finem eorum prior præter Catalogum Henſchenii laudat Euſebium in Chronico, S. Hieronymum lib. de Scriptoribus eccleſiaſticis, & S. Proſperum in Chronico integro. Hiſce addit præterea duos Catalogos Corbeienſes, quorum alterum ſexto, alterum octavo ſeculo ſcriptum ait; item Catalogum Palatino-Vaticanum, tempore Caroli Magni, & alium bibliothecæ Alexandrinæ ſeculo nono, exaratos; ac denique auctorem Libri Pontificalis, & Florentina, Regia ac Vaticana Mss.*

Alii ipſi annos 2.

235 *Blanchinus præter varios etiam codices, tomo 2 Anaſtaſii, pag.* XCVII *recenſitos, pag.* 197 *profert veterem inſcriptionem in baſilica S. Pauli cuidam picturæ ſubjectam, quam, quia vetuſtate partim detrita eſt, ita exhibet, ut litteras, quæ ſuperſunt, charactere majori, quæ verò exciderunt, minori exprimat in hunc modum:*

Pontificatûs tribuunt,

B

† Corne
LIUS
SED
AN
NI i. m. III
DX.

Hiſce itaque inſiſtens Blanchinus, & annum Chriſti 252, *diem* XIV *Septembris pro Sancti emortuali nihilominus retinendum ratus, ejuſdem Pontificatum à menſe Junio anni* 250 *exorſus eſt, quod probabile non eſſe,* § 4 *poſt eruditos plurimos obſervavimus.*

236 *Ad objectam à Blanchino inſcriptionem,* *ad quorum* *reſpondeo, eam incertiorem eſſe, quàm ut quidquam certi poſſit inde haberi; imò non minùs noſtræ, quàm illius ſententiæ favere, ex illo ipſo oſtendam. Etenim in illius Prolegomenis ad eumdem tom.* 2, *pag.* XCVII, *laudata inſcriptio ſic legitur:*

Corne
LIVS
SED
AN
NI. m. III
DX

C

Deinde verò infrà ſequens monitum habetur: Incertum eſt, num picturæ referant ſediſſe ANNIS III, an verò ANN. I. m. III. D. X., quod videtur veroſimilius, ut ex conſulibus evincitur: *videlicet ex utriuſque Decii, ac deinde Galli & Voluſiani conſulatibus, quibus* Cornelii *Pontificatûs initium ac finem in Faſtis conſignatum legerat, ut etiam à nobis ſuperiùs dictum eſt. Gratis igitur eruditus vir deinde pag.* 197 annos duos *potiùs quàm* unum *legendum monet; neque videtur poſteriori loco ita cenſuiſſe, niſi ut laudatam inſcriptionem chronotaxi ſuæ faventem haberet, quam tamen aliunde admitti non poſſe probavimus.*

argumenta

237 *Oppoſitam prorſus viam iniens Schelſtratius, Sancti Pontificatum à menſe circiter Aprili anni* 251 *auſpicatus, ejuſdem ac vitæ finem ad* XIV *Septembris anni* 253 *perducit, atque ita uno illo anno, quo Blanchinus illius Sedem præmaturavit, ille eamdem protraxit. Conſequenter ad hæc fatetur,* Cornelium *uſque ad conſulatum Voluſiani ac Maximi, quo annus* 253 *ſignatus eſt, perveniſſe; neque id vetuſtiſſimo Catalogo repugnare arbitratur, licèt in eo* uſque Gallo & Voluſiano, *id eſt uſque ad horum conſulatum, qui in annum præcedentem incidit, ſediſſe tantummodo dicatur:* Catalogo namque, *inquit,* illi proprium eſt penultimum conſulatum exprimere, ne cogeretur in ſequenti Pontificatu eoſdem conſules perpetuò repetere. *Ita quidem viro erudito viſum, ſed perperam: nam licèt in prima Catalogi parte, quæ cum S. Urbano completur, iidem conſules, ſub quibus deceſſores obierunt, in ſucceſſoris periodo non repetantur, ſecus tamen fieri ſolet in parte ſecunda, ut Henſchenius in Apparatu ad Chronologiam Pontificiam obſervavit, & Catalogum conſulenti perſpicuum erit.* D

238 *Sed demus tantiſper, id in hac parte etiam contigiſſe, prout in Stephano ac Sixto factum videri poteſt; nihil tamen ex allata ratione ſibi habebit Schelſtratius: ſecundùm eam enim ideò penultimus conſulatus, Galli ſcilicet ac Voluſiani, in laudato Catalogo tantùm ſignatus fuiſſet, prætermiſſo conſulatu Voluſiani ac Maximi, ne hic in ſequenti Pontificatu eſſet repetendus. Jam verò in S. Lucii periodo, qui* Cornelio *ſucceſſit, nulla de Voluſiani ac Maximi conſulatu fit mentio, atque adeò in* Cornelio *minimè fuit omittendus, ne in Lucio repeteretur. Quapropter dum de Lucio ait:* Fuit temporibus Galli & Voluſiani, uſque Valeriano III & Gallieno II, *ſatis indicat, illum iiſdem Auguſtis conſulibus ad Pontificatum perveniſſe, quibus* S. Cornelium *dixerat obiiſſe; alioquin enim contra morem ſuum conſules, ſub quibus Lucius ſedere cœpit, Catalogi auctor nec in* Cornelio *nec in Lucio annotâſſet.* *reſpondetur?* E

239 *Ad objecta Euſebii ac Proſperi Chronica,* *ac præſertim* *ceteraque à Schelſtratio pro biennali* Cornelii *Pontificatu adducta teſtimonia, reſpondeo, in Euſebii Chronico, quod ceteri ſecuti fuêre, errorem agnoſcendum eſſe, nec illius dicta cum ipſa Schelſtratii opinione poſſe componi, ut paucis oſtendo. Euſebius in laudato Chronico de duobus* S. Cornelii *ſucceſſoribus, ſanctis Lucio ac Stephano ante Galli & Voluſiani necem ſic meminit:* Lucius XXI Romanæ Eccleſiæ Epiſcopatum tenet menſes VIII, poſt quem XXII Stephanus annis III. *Deinde mox ſubdit:* Gallus & Voluſianus, cùm adverſum Æmilianum, qui in Mœſia res novas moliebatur, ex Urbe profecti eſſent, in Foro Flaminii, ſive ut alii putant, Interamnæ interfecti ſunt. *Conſtat autem eædem hanc, nondum expleto imperii eorum biennio, anno Chriſti* 253 *contigiſſe; quod etiam docet Proſper in Chronico integro, ubi verba ipſa ex Euſebio mutuatus, octo menſium Pontificatum Lucii, Stephanique ſucceſſionem, nec non Galli ac Voluſiani interitum,* Voluſiano II & Maximo *conſulibus, id eſt ad memoratum Chriſti annum recenſet.* F

240 *Secundùm hæc Lucius* S. Cornelii *ſucceſſor octo circiter menſibus Pontificatu functus anno* 253 *obiit, eodemque anno ei Stephanus ſucceſſit: qui potuit igitur* S. Cornelius, *ejuſdem anni die* XIV *Septembris, ut vult Schelſtratius, obiiſſe? Porrò quamvis de anno S. Lucii emortuali, ſanctique Stephani Pontificatûs initio Majores mei ad diem* IV *Martii, quo prior colitur, ac in Propylæo Maji aliter ſenſerint, Boſchius tamen in S. Stephani geſtis ad diem* 2 *Auguſti illuſtratis,* § 2 *poſt Pearſonium in Annalibus Cyprianicis ac utrumque Pagium, in figendo ad prædictum annum ejuſdem Stephani ad Pontificatum aditu ſententiam Euſebii & Proſperi, veluti communiorem probabilioremque, amplexus eſt, & quidem ad ejuſdem menſem Majum diem* XIII *ordinationem illius* *ad auctoritatem*

A *illius probabiliter referri posse existimavit.*

Eusebii, 241 *Sed ut ad Chronicon redeamus, fatendum est, aut in biennio assignando errâsse Eusebium, aut interpontificium, quod inter Fabiani martyrium ac* Cornelii *ordinationem intercessit, hujus Sedi annumerâsse. Et posterius quidem mihi probabilius apparet ex ejusdem Historia Ecclesiastica, in cujus lib. 7, cap. 2 non modò biennium sed circitèr triennium* Cornelio *in Pontificatu attribuit :* Interea Romæ, *inquiens,* cùm Cornelius tribus circitèr annis Episcopatum tenuisset, Lucius in ejus locum substituitur : qui vix octo mensium spatio perfunctus eo munere, moriens episcopale officium Stephano dereliquit. *Etenim si à die* XX *Januarii anni* 250, *quo S. Fabianus martyrio coronatus est, numeres usque ad* XIV *Septembris anni* 252, *quo* S. Cornelium *obiisse dicimus, annos* 2, *menses* 7, *dies* 25 *intermedios reperies, qui pro* tribus circitèr annis *ab Eusebio accipi potuêre.*

S. Hieronymi &c. 242 *Ceterùm cùm S. Hieronymus & Prosper biennium Pontificatûs* Cornelii *ex Eusebii Chronico hauserint; ex chronologis verò suprà laudatis alii item biennium, alii triennium ex eodem fonte, vel ex citata Historia ecclesiastica haud dubiè deprompserint, ad hos omnes eodem, quo ad Eusebium modo respondendum est. Eminentissimus Cardinalis Baronius in Annalibus ecclesiasticis tomo* 2 *ad annum* 255, *num.* 58 *errorem in laudatis monumentis pariter agnoscit, erroriscque causam his verbis allegat :* Quod Sedis Cornelii duos, alii tres vel circà annos ponant, cùm re vera nec biennium explêsse constet; inde accidisse videtur, quòd omnibus illis incompertum penitus fuerit magnum illud vacationis Sedis Fabiani temporis interstitium, quod non nisi ex S. Cypriani citatis epistolis, iisdemque diligenter inspectis, assequi licet. *Hæc ipse ad annum, ut diximus,* 255, *cui* Cornelii *mortem affigit, vulgarem æram more suo præveniens; quâ de re consuli potest Pagius in Critica, aliique.*

S. Cornelii martyrium 243 *Quo mortis genere aut supplicio sanctus Pontifex obierit, planè incompertum est : nam quæ de illius in Urbe Romana sub Decio martyrio Acta ejusdem referunt, admitti non posse* § 3 *jam ostendimus. Vetustissimi Catalogi Pontificum auctor tantùm dicit, illum* cum gloria dormitionem *Centumcellis accepisse; unde non nulli existimârunt, cum naturali potiùs, quàm violenta morte, de-*

C *functum esse; per exsilii tamen ac fortè etiam carceris ærumnas acceleratâ, ideóque ab Ecclesia ut martyrem meritò coli. Verumtamen non desunt gravia testimonia, quæ ambiguam illam phrasim,* cum gloria dormitionem accepit, *de martyrio per supremum supplicium consummato accipiendam suadeant. In primis S. Cyprianus in epist.* 58 *ad S. Lucium* Cornelii *successorem, illum* beatum martyrem *disertè appellat.*

ex vetustis scriptoribus 244 *Idem facit epist.* 67 *ad S. Stephanum pariter Papam;* Servandus est, *inquiens,* Antecessorum nostrorum, beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus; quorum memoriam cùm nos honoremus, multò magis tu, frater carissime, honorificare & servare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & successor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt. *Consonat Eusebius in Chronico dicens :* Romanæ Ecclesiæ Episcopatum, post Fabiani glorioſam mortem, XX suscepit Cornelius annis duobus; qui & ipse martyrio coronatus est. *De ejusdem martyrio cum laude meminit S. Eulo-*

AUCTORE C. S.

gius, Alexandrinus antistes seculo VI *aut sub initium* VII, *teste Photio in Bibliotheca, interprete Andrea Schotto, col.* 1622, *ubi legitur :* Postea verò Cornelium, Romanum Episcopum egregio martyrio vitam finiisse, Alexandrinus archiepiscopus Eulogius refert. *At quale istud fuerit martyrium, cùm nec Photius ex Eulogio, cujus Opus non supereſt, nec S. Cyprianus, nec Eusebius edicat, de martyrii corona quidem constat, sed in dubio manet, supplicione an exsilii ærumnis illatum fuerit.*

probatur & ostenditur, 245 *Plus aliquid dicit S. Pacianus, episcopus Barcinonensis, qui seculo* IV *floruit : hic enim in epist.* 2 *ad Sympronianum,* S. Cornelium *occisum fuisse, non obscurè insinuat. Etenim cùm Sympronianus jactitaret fictitium Novatiani martyrium, respondit in hæc verba :* Quod antè passum Novatianum putas, & Cyprianum dixisse subjungis: Præcessit me adversarius meus, vide, quàm manifestè respondeam. Novatianus martyrium nunquam tulit, nec ex verbis beatissimi Cypriani auditum istud aut lectum est. Habes ejus epistolas, quibus Cornelium, Urbis Episcopum, cui tunc Novatianus inviderat, inimicis principibus resistentem, sæpe confessum, sæpe vexatum refert; plurimis confessoribus, plurimis quoque martyribus ducem factum, & cum plurimis gloriosissimè coronatum; vivente tunc Novatiano, etiamque securo. . .

id illum probabilius subiisse, 246 Porrò etiamsi passus est aliquid Novatianus, non tamen etiam occisus : etiamsi occisus, non tamen coronatus. Quid ni? Extra Ecclesiæ pacem, extra concordiam, extra eam matrem, cujus portio debet esse, qui martyr est. . . Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confessorum grege passus est, & sæpe confessus iteratis persecutionibus, & multa laceratione vexatus, & novissimè salutari calice propinatus est. Hoc fuit coronari! *Huc usque S. Pacianus; qui licèt de S. Cypriani martyrio hic potissimùm loquatur, illudque fictitio Novatiani opponat, cùm tamen schismaticum hunc* coronatum *seu* martyrium *tulisse vel ex eo neget, quòd* occisus *non fuerit, satis indicat* S. Cornelium, *quem cum* plurimis glorioſissimè coronatum *fuisse dixerat,* occisum *fuisse; quod aliquid aliud quàm naturalem ex ærumnis obitum designare videtur.*

solas exsilii ærumnas, F. 247 *Adhuc clariùs loquitur S. Hieronymus gemino loco; primo in Vita S. Pauli eremitæ apud nos tomo* 1 *Januarii, pag.* 604 : Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt : *vel ut habet novissima ejusdem sancti doctoris Operum editio Parisiensis, tom.* 4, *parte* 2, *col.* 69 : Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore martyrium pertulerunt. *Alter locus est in Catalogo Scriptorum tomo ac parte proximè laudatis, col* 119, *ubi de S. Cypriano scribit :* Passus est ... eodem die, quo Romæ Cornelius; sed non eodem anno. *Vide tamen, quæ de martyrii palæstra* § 3 *diximus. Hieronymo consonat, si cædis locum excipias, vetustus auctor homiliæ, tempore persecutionis Vandalicæ, id est, seculo* V, *ipsa S. Cypriani festa luce in Africa dictæ, & à Theodorico Ruinartio in ejusdem persecutionis Historia editæ, in qua auditores suos spe divini auxilii per S. Cyprianum impetrandi erigens, subdit :* Adest & S. Cornelius, Romæ Urbis Antistes, qui hoc eodem die passus.

sed per mortem violenter illatam, 248 *Non obscurè etiam loquitur Prosper in Chronico integro dicens :* Romanæ Ecclesiæ Episcopatum, post Fabiani glorioſam mortem, XX suscepit Cornelius annis duobus, qui post bien-

AUCTORE C. S.

nium eodem martyrio coronatur. *Conſtat autem Fabianum ſupremo ſupplicio, ac ſortè gladio, ut Græci tradunt, coronatum fuiſſe, quemadmodum in Opere noſtro tomo 2 Januarii ad diem* XX, *quo colitur, oſtenſum eſt. Capite plexum fuiſſe* Cornelium, *cenſuit etiam Abbo Floriacenſis abbas, ſeculi* X *ſcriptor, in Vitis Pontificum, inquiens:* Centumcellis pulſus eſt, & ibidem accepit à Cypriano martyre in carcere ſcriptam (*epiſtolam*); quo etiam loco decollatus eſt. *Fateor tamen hujus teſtimonium, præterquam quòd recentius ſit, ſuſpectum mihi eſſe, quia epiſtolæ à S. Cypriano in carcere ſcriptæ meminit; ſic enim prodit, fabuloſa Acta, in quibus id ipſum dicitur, ſibi præluxiſſe, ſimulque ſuſpicionem movet, ne ſupplicii genus ex iiſdem didicerit, quamvis palæſtram non Romæ, ſed Centumcellis, contra ac in Actis dicitur, rectè collocaverit.*

ſive per ſupremum ſupplicium.

249 *Porrò viſum mihi eſt tot teſtimonia congerere, tum ut de ſanctiſſimi Pontificis martyrio conſtaret, tum ut appareret, non tam certum eſſe, quàm nonnulli putârunt, eum naturali, per ærumnas tamen maturata, potiùs quàm violenta morte, ſive ſupremo ſupplicio coronatum fuiſſe. Etenim quamvis illæ vetutiſſimi Catalogi voces,* Ibi B cum gloria dormitionem accepit, *priori ſententiæ faveant, tamen certam non faciunt, cùm martyr violenta morte coronatus etiam dici poſſit* cum gloria dormitionem accepiſſe. *De emortuali die jam egimus* § 1, *diximuſque, nihil eſſe cur martyrologis aliiſque venerandis ſcriptoribus, qui diem* XIV *Septembris ſignant, recedamus. De martyrii quoque Sociis* § 3 *diſputavimus*

Epiſtolæ à Sancto ſcriptæ,

250 *Supereſt, ut de Sancti ſcriptis pauca dicamus.* S. Cornelium *inter ſcriptores eccleſiaſticos à S. Hieronymo recenſeri, non ſemel jam meminimus; verba autem ſancti doctoris ſunt hujuſmodi:* Cornelius Romanæ urbis Epiſcopus, ad quem octo Cypriani exſtant epiſtolæ, ſcripſit epiſtolam ad Fabium Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum de ſynodo Romana, Italica, Africana, & aliam de Novatiano, & de his, qui lapſi ſunt; tertiam de geſtis ſynodi, quartam ad eumdem Fabium valdè prolixam, & Novatianæ hæreſeos cauſas & anathema continentem. *De iiſdem epiſtolis ante Hieronymum jam meminerat Euſebius, lib. 6 Hiſtoriæ eccleſ., cap.* 43 *dicens:* Exſtant C adhuc epiſtolæ Cornelii, Romanorum Epiſcopi, ad Fabium Antiochenſis eccleſiæ præſulem miſſæ, in quibus & Romanæ ſynodi geſta, & omnium per Italiam & Africam, aliaſque locorum illorum provincias, ſententiæ declarantur... His adjuncta erat alia ejuſdem Cornelii epiſtola de his, quæ in ſynodo decreta fuerant; & rurſus alia de facinoribus Novati.

quarum plures deſiderantur.

251 *Græco ſermone has conſcriptas fuiſſe, colligere licet ex iis, quæ laudatus Euſebius poſt voces illas;* ſententiæ declarantur, *ita ſubdit:* Aliæ præterea Latino ſermone conſcriptæ exſtant epiſtolæ Cypriani & aliorum antiſtitum, qui cum ipſo in Africa congregati ſunt. *Fruſtra enim de ſermone id addidiſſet Euſebius, ſi omnes Latinè conſcriptæ fuiſſent. E quatuor illis* Cornelii *litteris nulla ad nos pervenit, præter inſigne fragmentum unius ad Fabium Antiochenum, quòd Euſebius loco citato Hiſtoriæ ſuæ inſeruit, & nos ex eo per Commentarii decurſum recitavimus. Præter haſce ſcripſit etiam aliquot ad S. Cyprianum, inter cujus epiſtolas duæ etiamnum leguntur, videlicet* 46 *&* 48, *ceteræ pariter perierunt.*

Duæ Decretales

252 *Sub ejuſdem nomine circumferuntur inſuper duæ Decretales, ab Iſidoro Mercatore productæ; & apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum, col.* 668 D *& ſeqq. relatæ. Harum altera ad univerſam Eccleſiam dirigitur, agitque de tranſlatione SS. Petri & Pauli, tamquam ab eo facta, ac de Novatiano aliiſque hæreticis; altera Ruſo vel Ruſtico epiſcopo Orientali inſcripta, tractat de ſacramento, ſive jurejurando epiſcoporum & eorum cauſis. Utraque ab eruditis & ab ipſo etiam Labbeo velut ſpuria rejicitur, ſuamque ipſamet falſitatem per adſcriptos conſulatus probat. Prior enim* data ſeptimo (*alibi* octavo) Idus Septembris, Decio & Maximo viris clariſſimis conſulibus; *poſterior* undecimo Kalendas Junii, *iiſdem conſulibus ſignata eſt; quorum ultimum non niſi anno* 253, *id eſt ſecundo poſt Decii interitum anno, & aliquot poſt* S. Cornelii *martyrium menſibus conſulatum iniiſſe ex Faſtis conſtat. Si quis velit per* Maximum *ibi deſignari* Gratum, *cui id nomen etiam fuiſſe legitur, nihil tamen efficiet, cùm hujus conſulatus ad annum* 250 *ſpectet, quo* Cornelius *nondum Pontifex ordinatus fuerat. Plura manifeſtæ ſuppoſitionis indicia adducit Natalis Alexander Hiſt. eccleſ., Sec.* 3, *cap.* 4, *art.* 3. E

& alia ipſi ſuppoſita.

253 *Conſtantius in Epiſtolis ſummorum Pontificum col.* 26 *præterea obſervat, decretum, quo ſtatuitur, ut juramentum à jejunis præſtetur, & ne pueri ante annum ætatis* 14 *jurare cogantur, quod exſtat in compilatione Gratiani,* 22, *quæſt.* 5, *c.* 16, *ab Ivone & Burchardo ſancto Pontifici noſtro pariter perperam adſcribi. Commentitia etiam certè eſt ea epiſtola atris ac vehemens, quæ poſt Cyprianicas in editione Veneta, qua utimur, col.* 343 *inter dubias recitatur, velut à* Cornelio *ad Cyprianum de non rebaptizandis hæreticis data. Conſtat enim, hanc controverſiam ſub* Cornelio *agitatam non fuiſſe, ſed Cyprianum inter ac Stephanum, illius poſt Lucium ſucceſſorem, primùm ortam fuiſſe, ut in S. Stephano ad* 2 *Auguſti dictum eſt, & hoc ipſo die in S. Cypriano dicturi ſumus.*

Idem de epiſtola

254 *Eminentiſſimus Robertus Bellarminus libro de Scriptoribus eccleſiaſticis in* S. Cornelio, *alterius perbrevis epiſtolæ ad Lupicinum Viennenſem epiſcopum meminit. Exſtat ea tom.* 3 *Bibliothecæ Patrum editionis Pariſienſis anni* 1589, *apud Labbeum tomo* 1 *Conciliorum, & Joannem à Boſco in Antiquitatibus bibliothecæ Floriacenſis, ex qua primùm eruta dicitur, ideòque ex poſterioris fide illam hîc ſubjungo.* Cornelius Epiſcopus fratri Lupicino Viennenſi archiepiſcopo ſalutem. Scias, frater beatiſſime *, aream dominicam vento perſecutionis acerrimè commoveri, & edictis imperatorum Chriſtianos ubique tormentis variis affici. Nam in urbe Roma præfectus ad hoc conſtitutus eſt. Unde neque publicè, neque in cryptis notioribus Miſſas agere Chriſtianis licet. Exortetur itaque charitas veſtra omnes credentes in Chriſtum, ne timeant eos, qui occidunt corpus; ſed potiùs eum, qui habet corpus & animam poteſtatem perdendi. Jam plures fratres martyrio coronati ſunt. Ora, ut perficiamus curſum noſtrum, nobis à Domino revelatum. Valc, frater in Domino, & ſaluta omnes, qui nos amant in Chriſto.* F

*chariſſime

ad Lupicinum Viennenſem

255 *Quamquam verò Labbeus de hac epiſtola nihil notet, niſi quòd eam Baronius è Floriacenſi bibliotheca acceperit, mentem tamen ſuam ſatis manifeſtat, dum ad duas certè genuinas, quas ibidem ſubdit, ſic notat:* Hæc & ſequens epiſtola cum iis, quas clerus Romanus ſcripſit, docent, quid diſtent æra lupinis, & ſubæratæ merces aureis veterum ſcriptis. *Eamdem Tillemontius & citati Natalis ac Conſtantius, aliique, inter ſuppoſiti-*

A *ſititias ſimiliter reponunt : & certè ea magna præfert ſuppoſitionis indicia. In primis* archiepiſcopi *titulus ætate* Cornelii *in uſu non erat ; & ſi fuiſſet, ſanctus Pontifex, ſeipſum tantummodò epiſcopum dicens, Lupicinum Viennenſem eo nomine non compellâſſet. Baronius quidem in Annalibus ad annum 255, num. 47, ubi eam pro genuina refert, archiepiſcopi titulum omittit ; ſed & in laudata Bibliotheca Patrum, ac Labbei Collectione Conciliorum, in hunc modum inſcribitur :* Cornelius Epiſcopus Romanus fratri Lupicino Viennenſi epiſcopo ſalutem. *At præterquam quòd incertum ſit, apud quos Floriacenſi autographo conformiùs legatur ; nec hæc inſcriptio* Cornelii *ſcribendi methodo congruit : hìc enim epiſtolas ſuas ad Cyprianum datas, quæ etiamnum exſtant, omiſſo utrimque epiſcopatûs titulo, his verbis exorſus eſt :* Cornelius Cypriano fratri ſalutem ; *quod & Cyprianus in ſuis ad* Cornelium *pariter factitavit.*

ſtatuendum 256 *Secundò dubium eſt, an S. Lupicinus, ſuperſtitite* Cornelio, *eccleſiæ Viennenſi jam præſederit. Certè id in Baronii ſententia negandum eſt :* B *is enim ad annum* 262, *num.* 58 *S. Florentium, Lupicini deceſſorem, ſub Valeriano paſſum ſcribit : ad quod Eminentiſſimus Annaliſta non advertit, dum memoratam epiſtolam admiſit, vel contrà dum illius martyrium tam ſerò collocavit. Laudatus Joannes à Boſco de eodem S. Florentio ſic ait :* Tempora Gordiani, Philippi, Decii, Galli & *decurrit) Voluſiani decucurrit * : de Lupicino autem :* Ipſi ſucceſſit B. Lupicinus martyr, qui cathedram rexit, dum Valerianus & Gallienus in humanis degebant. *Eadem habet Joannes Chenu in Epiſcopatibus Galliæ, ex quorum dictis S. Florentii martyrium circa annum* 258 *in Opere noſtro ad diem* 3 *Januarii dilatum eſt. Quinimò Tillemontio valde probabile viſum eſt, Lupicinum non niſi poſt annum* 374 *illam ſedem obtinuiſſe ; quod in S. Lupicino ad* XIV *Decembris examinandum erit.*

videtur. 257 *Tertiò vel epiſtola illa ſcripta eſt poſt Decium ante vel poſt inchoatam à Gallo perſecutionem. Si primum ; quâ veritatis ſpecie ait,* Chriſtianos ubique tormentis variis affici, & jam plures martyrio *coronatos fuiſſe ? Si ſecundum ; cur de ſua confeſſione aut exſilio non meminit, cum ex dictis conſtet, illum inter primos confeſſum comprehenſumque eſſe ? Cetera, quæ in eadem epiſtola inſuper nonnullis diſplicent, apud Tillemontium ac Conſtantium videri poſſunt : nolim tamen cum poſteriori aſſerere, vocem* Miſſas, *quæ in ea occurrit,* Cornelii *ævo certò recentiorem eſſe.*

C

Duo Tractatus ſine ſolida ratione ipſi adſcripti. 258 *Præterea notat Tillemontius, Tractatum* de Diſciplina & bono pudicitiæ, *qui inter dubia S. Cypriani Opuſcula recenſetur, Eraſmo viſum fuiſſe,* S. Cornelio *poſſe adſcribi. Sed cùm non alia ratio adducatur, quàm quòd is ab epiſcopo, qui à grege ſuo aberat, conſcriptus ſit ; non video, cur* S. Cornelio, *Centumcellis exſulanti, potiùs quàm cuilibet alteri epiſcopo à ſuis abſenti attribuendus ſit. Nec minùs divinavit idem Eraſmus, dum Tillemontio denuò teſte, credidit, ſermonem* Ad Novatianum hæreticum, *Cypriano à nonnullis ſimiliter adſcriptum,* Cornelii *etiam opus eſſe. Quinimò non improbabile eſt, ut obſervat Tillemontius, eum poſt Galli perſecutionem, in cujus exordio ſanctus Pontifex relegatus & coronatus eſt, ſcriptum fuiſſe, in eoque de ejuſdem confeſſione ac martyrio ſub* boni paſtoris *typo memorari.*

259 *De ordinationibus ab eo factis pauca addo. Primarius Henſchenii Catalogus more ſuo nullam memorat : ſecundus verò unum his verbis :* Poſt hoc factum fecit ordinationem unam, presbyteros ſeptem. *Anaſtaſius duas ipſi attribuens, ſic ait :* Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembris, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, epiſcopos per diverſa loca numero ſeptem. *Uter è duobus rectiùs, non divino : at ſi Sanctus duas ordinationes menſe Decembri fecerit, utramque eodem Decembri anni* 251 *debuit peregiſſe, cùm hunc ſolum in Pontificatu traduxerit. Quod ad epiſcopos ab eo ordinatos ſpectat, ipſe Sanctus de duobus id diſertè aſſerit num.* 123, *ubi illius verba dedimus, quæ etiam de tertio veriſimiliùs accipienda ſunt. Quartus potuit fuiſſe Zetus, quem num.* 150 *ejuſdem pariter Sancti verbis diximus in Evariſti locum ſubſtitutum fuiſſe ; vel fortè ſucceſſor Trophimi, qui pœnitentiâ ductus cum magna populi parte ad Eccleſiam regreſſus, ad laicam tammodo communionem admiſſus eſt, ut num.* 192 *oſtenſum eſt.*

AUCTORE C. S. *Ordinationes ab illo factæ.*

§ XIII. Sancti corpus Romam tranſlatum, & à S. Leone I, deinde à S. Hadriano I in alia eccleſia depoſitum : ejuſdem Tranſlatio in Franciam.

Corpus Romam tranſlatum ad cœmeterium Calliſti. S *Ancti Pontificis ac martyris venerabile corpus è loco exſilii, ubi coronatus fuerit, Romam poſtea tranſlatum, & ſecundo ab Urbe lapide Viâ Appiâ in cœmeterio Calliſti depoſitum fuiſſe, ex proluctis* § 1 *Martyrologiis, quæ illius feſtivitatem ibidem annuntiant, manifeſtum eſt ; quod ipſum quantùm ad ſepulturam pertinet, etiam ejuſdem Acta, aliaque, quæ laudavimus, monumenta teſtantur. Certè Romæ diu quieviſſe, mox videbimus : ſed quis eam tranſlationem curaverit, neſcimus. Veriſimiliter tamen ea à quodam è proximis illius ſucceſſoribus facta fuerit, S. Fabiani exemplo, qui S. Pontiani, in Sardinia paſſi, corpus in idem cœmeterium intulerat.*

F

deinde à S. Leone I baſilicâ honoratum, 261 *Seculo quinto ſacrum illud corpus baſilicâ honoratum fuiſſe à S. Leone I, auctor eſt Anaſtaſius Bibliothecarius, editionis Vaticanæ tom.* 3, *pag.* 156 *his verbis :* Fecit autem (*S. Leo*) & baſilicam B. Cornelio, Epiſcopo & martyri, juxta cœmeterium Callixti Viâ Appiâ. *De hac baſilica, velut ſuo tempore, ſive ſeculo* XII *etiam exiſtente, meminit Guilielmus Malmesburienſis de Geſtis regum Anglorum lib.* 4, *ubi inter eccleſias in Via Appia ſitas recenſetur* eccleſia S. Cornelii & corpus : *verùm eamdem noſtra ætate fruſtra requiri, Blanchinus in Notis hiſtoricis ad laudatum Bibliothecarium obſervat. Porrò quamvis negare non poſſimus, illam Malmesburienſis tempore adhuc dum exſtitiſſe ; quod tamen de ſervato ibidem Sancti corpore ſubjunxit, ex dicendis admitti non poteſt ; videturque auctor ille ita ſenſiſſe, quia illud à S. Leone olim eò tranſlatum noverat, nec de altera ejuſdem tranſlatione quidquam didicerat.*

à S. Hadriano I in aliam Eccleſiam defertur, 262 *Etenim S. Hadrianus I Papa ſeculo* VIII *jam decrepito ſacrum iſtud corpus in erectam à ſe baſilicam ſolemniſſimè tranſportavit, eodem teſte Anaſtaſio, qui de eccleſiis, aliiſque locis piis ab eo Pontifice ſeu exſtructis, ſeu reſtauratis, tractans, hæc ſcribit :* Hic idem ſanctiſſimus Præſul in domo

AUCTORE C. S.

culta (*id eſt villa*) quam Capracorum vocant, quam ex jure proprio ſuo obtulit pro alimoniis pauperum beato Petro Apoſtolorum Principi, fautori, nutritori ſuo, à ſolo fundavit atque ædificavit eccleſiam, ſimulque ſpeciosè ornavit, & in nomine ejuſdem Deo Factori ſuo dedicavit... In quam ſacratiſſimam eccleſiam cum cuncto ſuo *, ſenatuque Romano pergens cum nimia gloria ſeu exultatione pariter ovantes, & in pauperes Chriſti ibidem magnam conſuetam eleëmoſynam faciens, tranſlatavit atque introduxit in eam corpora ſanctorum martyrum ſimulque Pontificum, videlicet corpus ſancti Cornelii, martyris atque Pontificis, & corpus ſancti Felicis, ſimili modo martyris ſeu Pontificis, pariterque corpus ſancti Innocentii, confeſſoris atque Pontificis. Quos ut patronos in Domino almus ſacer Pontifex ob amorem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, in qua & præſederunt, ſicut decuit, honoravit.

* al. addit. clero

263 *At verò Franciſcus Blanchinus in Notis ad Anaſtaſium in* S. Cornelio, *pag.* 206, *alterius tranſlationis, à Paſchale I, ut putabat, factæ meminit:* (Ubi in crypta juxta cœmeterium Caliſti Viâ Appiâ, *ut præmiſerat*) deinde Leo Magnus, eccleſiam conſtruxit, nomine B. Cornelii inſignitam, ut infrà in ejus Sectione. Inde autem extractum corpus ejuſdem Pontificis à Paſchali I, delatum fuit cum SS. Urbano, Cæcilia, Tiburtio & Valeriano, ad Titulum S. Mariæ trans Tiberim, ubi requieſcit. *Hæc ipſe, quæ cum ſuprà dictis minimè conveniunt. Sed & laudata Bibliothecarii editio Vaticana, uti & Pariſienſis Caroli Fabroti, in S. Paſchale I habent quidem, SS. Urbani, Cæciliæ, Tiburtii, Valeriani, necnon Maximi ac Lucii Pontificis corpora ab eodem S. Paſchale in dictam eccleſiam illata fuiſſe; ſed de* S. Cornelio *ſilent: quare non dubito, quin erudito viro nomen* Cornelii *pro* Lucio *obrepſerit.*

non autem à S. Paſchale I,

B

264 *Poſtea tranſlatum in Franciam fuiſſe idem ſacrum pignus, tradit Paſſio S. Cypriani, à Jacobo Pamelio hujus Sancti Operibus præfixa, Pauloque diacono, qui ſub Carolo Magno floruit, ab eodem adſcripta. In hac enim ſequentia legere eſt:* Nos ergo, fratres, oremus Omnipotentem Deum pro ſereniſſimo imperatore Carolo, quatenus, qui B. Cornelium Papam & martyrem de Romanis partibus ob munimen ſui, cunctorumque fidelium ſibi proximari fecit, ac nos de tam magno Patrono honoravit, per ſuffragia hujus inclyti Martyris beatitudine perennis vitæ ſibi conceſſa, Sanctorum omnium, quos venerabiliter excoluit, conſortia adipiſci mereamur perpetuò obtinenda *Ita laudatæ Paſſionis auctor, qui locum, ad quem ea tranſlatio facta fuerit, non determinat, ſed quem Compendium in inſula Franciæ oppidum fuiſſe, ex dicendis conſtabit.*

Iude in Franciam tranſlatum

C

265 *Ad manum mihi eſt Ms., quod* Tranſlatio S. Cornelii Papæ *inſcribitur, notaturque:* Miſit anno MDCLXVI Fr. Ludov. Nicque, Biblioth. Sueſſion. Celeſt. *In ejuſdem margine Gallico idiomate adſcriptum eſt, illud fragmentum cum Compendienſi* S. Cornelii *Ms. collatum fuiſſe. Illius auctor anonymus ſatis indicat, ſe tranſlationi minimè ſynchronum eſſe, dum miraculum, quod inter transferendum contigerat, narraturus præfatur:* Unum ſaltem, quod veridicâ patrum cognovi relatione, meæque mandans attitulavi, quamquam fragili, victoriæ *, ... fraternis auribus, prout audivi, intimare curabo. Fertur etenim &c. *Idem pariter inſinuat, aſſerens, Compendienſem eccleſiam à tempore depoſiti in ea ſacri corporis uſque ad tempus, quo ſcribebat, jam ſecundò flammis exuſtum, reſtauratumque fuiſſe:* Non miretur itaque, *inquiens*, quis adſiſtentium præſentem locum auri argentique copiâ nudatum; quia bis poſt gravem lambentium invaſionem flammarum hunc à præcedentibus noverit reſtauratum.

& Compendii

* *fortè* memoriæ

D

266 *Hæc autem oſtendunt, illum poſt Caroli Simplicis tempora ſcripſiſſe, in cujus diplomate apud Mabillonium de Re diplomatica pag.* 560 *& ſeq., ad annum* 917 *pro ejuſdem eccleſiæ reſtauratione dato, de duplici illo incendio his verbis memoratur:* Cognitum eſt igitur omnibus, quòd cœnobium ab avo noſtro Carolo (*Calvo*) imperatore glorioſiſſimo conſtructum in Compendio palatio, peccatis exigentibus, bis igne eſt ſuccenſum. Unde placuit ſerenitati noſtræ reædificare ac reſtaurare eum *, quod ſemel ac bis fecimus. *Quamdiu verò poſt Caroli regnum ſcripſerit, exploratum non habeo: id tamen ante annum* 1150, *quo in canonicorum locum Benedictini monachi ibidem ſucceſſerunt, feciſſe videtur, quia cùm de priorum fundatione expreſsè meminerit, de ſuffectis monachis altùm ſilet. Porrò auctor multa de* Cornelii *laudibus ac gloria narrationi ſuæ penè ad nauſeam interſerit, quibus prætermiſſis, nos ea tantùm recitabimus, quæ ad propoſitum argumentum ſpectare videbuntur.*

in baſilica depoſitum

* id

E

267 *Tranſlationem à Carolo imperatore ac Francorum rege curatam fuiſſe ſcribit, aſſerens ſacrum Pontificis corpus ab eo Româ allatum, & in Compendienſi S. Mariæ baſilica depoſitum eſſe. S. Cypriani Paſſio, num.* 263 *laudata, eam Carolo imperatori ſimiliter attribuit, iſque ſecundùm Pamelium fuit Carolus Magnus, cùm ſub hoc imperatore dictam Paſſionem conſcriptam fuiſſe opinetur. At Tillemontius in* S. Cornelio *art.* 17, *& Notâ* 45 *in S. Cypriano mavult auctorem de Carolo, cognomento* Calvo, *Magnique Caroli nepote interpretari; quia, ut inquit, inſinuare videtur, SS.* Cornelii *ac Cypriani corpora, quorum ultimum ſub Carolo Calvo in Compendienſem eccleſiam primùm delatum eſt, in eodem ſimul loco, dum ipſe ſcriberet, quieviſſe.*

à Carolo imperatore,

268 *Quidquid ſit de ea Tillemontii ratione, de qua infrà ſermo redibit, illius ſententiam diſertè tradit Albericus, Ciſtercienſis Trium-Fontium ſeculo* XIII *monachus, in ſuo Chronico ad annum Chriſti* 877, *ubi hæc habet:* Karolus iſte Calvus monaſterium S. Cornelii apud Compendium fundavit atque perfecit. *Et poſt aliqua:* Cùm Karolus Calvus attuliſſet à Roma beati Papæ Cornelii corpus, in imperatorem de novo creatus, venit apud villam ſuam Pontigonem, quæ tunc erat fiſcus regius; & ibidem cum corpore Sancti quievit; & cùm vellet recedere, non potuit corpus ſanctum moveri, donec eidem S. Cornelio daret rex in pago Depteto (de Perteto,) id eſt Pertois, ſilvam de Hur, inter Saum fluvium & Matronam, & quædam alia incluſa. *Huc uſque ipſe, laudans Elinandum ſeu Helinandum ejuſdem Ordinis ac ſeculi in Frigido-Monte monachum, quod tamen de fundatione Compendienſis eccleſiæ tantùm accipiendum videtur. Eidem Carolo tranſlationem hanc adſcribit codex Remenſis SS. Tim. & Apoll. ad diem* XIV *Septembris inter Auctaria Uſuardi apud Sollerium noſtrum his verbis:* Cujus corpus Româ tranſlatum à Carolo juniore Auguſto, poſitum eſt in monaſterio, quod conſtruxit infra palatii ædes Compendii. *Conſonat & Sauſſayus in Supplemento ad Martyrologium Gallicanum, die* IV *Martii.*

non Magno, ſed Calvo:

F

269 *Alberico ego quoque omninò aſſentior, quia ex*

quod quâ occaſione

A *ex illius assertis, quæ aliunde solidè probantur, & Ms. translationi sunt conformia, occasio manifestè eruitur, quâ* S. Cornelii *corpus à laudato Carolo Româ allatum & in Compendiensi basilica depositum fuerit. In primis memoratam ecclesiam à laudato imperatore conditam fuisse constat tum ex Caroli Simplicis diplomate suprà citato, tum ex ipsius Caroli Calvi præcepto apud Mabillonium tom.* 3 *Annalium in Appendice pag.* 681 *& seq., in quo disertè ait, sese ad exemplum avi sui Caroli,* Magni *scilicet, qui basilicam beatissimæ Dei Genitrici Aquisgrani exstruxerat, ac* congerie quàm plurima reliquiarum *sacraverat, sese, inquam, illius exemplo in Compendiensi suo palatio, eò quòd Aquisgranum sibi non parêret, eidem sacratissimæ Virgini monasterium ac ecclesiam* fundotenus *exstruxisse, & centum, qui in ea Deo famularentur, clericis constitutis, munificè dotâsse. Dedicatio illius anno* 877 tertiò Nonas Maji *in eodem instrumento facta dicitur. De eadem etiam meminit Annalista Bertinianus apud Pagium in Critica ad eumdem annum, num.* 3, *sed dedicationem Kalendis Maji adscribit.* Kal. Maji,

B *inquit*, episcopos Remensis provinciæ, sed & aliarum provinciarum (*Carolus*) Compendio convocavit, & ecclesiam, quam in eodem oratorio construxerat, cum multo apparatu in sua & nunciorum Apostolicæ Sedis præsentia ab eisdem episcopis consecrare fecit.

factum fuerit, 270 *Jam verò in Translatione nostra Ms. similiter dicitur sacrum Pontificis corpus in Compendiensi palatio receptum ac in beatissimæ Virginis basilica à Carolo imperatore collocatum fuisse. Non potest hic igitur Carolus Magnus intelligi, quo imperante, memorata basilica nondum exstabat, sed ejusdem nepos, cognomento* Calvus, *à quo eam* fundo-tenus *exstructam fuisse probavimus, quique avum imitatus, similem Aquisgranensi Dei Genitricis ecclesiam condens, sacris reliquiis eamdem ditare, avi exemplo, haud dubiè curavit. Secundò Translationis auctor asserit, Carolum imperatorem, Româ reducem, quò cum exercitu profectus fuerat, thesaurum illum advexisse: ex Annalibus autem Bertinianis constat, Carolum Calvum, auditâ Ludovici II morte, anno* 875 *cum copiis suis Romam profectum, ibidemque à Joanne VIII PP. imperatorem coronatum, anno sequenti in Franciam rediisse.*

C *ostenditur: & Translatio exhibetur.* 271 *Idem igitur Carolus utrobique designatur, rectèque ab Alberico dicitur* Karolus Calvus . . . in imperatorem de Novo, *id est, recenter, Romæ* creatus *id præstitisse, ea scilicet usus occasione, ut basilicam, quam brevi dedicaturus erat, tam insignibus reliquiis ditaret. Rectè etiam in codice Remensi SS. Tim. & Apoll. inter Auctaria Usuardi apud Sollerium nostrum ad diem* XIV *Septembris legitur:* Romæ beati Cornelii Papæ & martyris, cujus sacrum corpus Româ translatum à Carolo juniore Augusto, positum est in monasterio, quod construxit infra palatii ædes Compendii. *Ceterùm licèt in citato Caroli Calvi diplomate ea ecclesia Sanctissimæ Dei Genitrici, nullâ factâ de* S. Cornelio *mentione, consecrata dicatur, Mabillonius tamen tom.* 3 *Annalium, ad annum* 877, *num.* 94 *censet, illam etiam SS.* Cornelio *ac Cypriano dedicatam fuisse, laudatque Caroli Simplicis ac Ludovici Transmarini Præcepta, in quibus iidem Sancti, tamquam illius ædis patroni memorantur: at simul subdit, eam suo tempore solius* Cornelii *nomine vulgò appellari.*

272 *Accipe nunc Translationem ex Ms. num.* 265 *laudato, recisis tamen, ut monuimus, superfluis auctoris digressionibus.* Omni Francorum iteratò exercitu congregato, dixit, (*Carolus, ut mox patebit*) se Romam velle petere, desiderio ardentis animi plus solito: nec mora, quisque Francorum exercituum miles inclytus, in nullo jussis audens contraire imperialibus, tantæ expeditionis festinat sibi pro posse adquirere apparatus, ut horâ, quâ moveri castra jusserit imperator Karolus, nullam moram ingerere videretur regiis curribus, * partes Italicas ardenter properantibus. Quod ita ut factum est, imperator, laxis habenis, Romam otiùs petiit, sanctum, quod diu mente disposuerat, desiderium compos Christo adminiculante complevit, beatissimi Papæ Cornelii corpus inde secum deferens, victoriosisque Francorum partibus, toto lætus corpore & animo, gratulanter inferens. AUCTORE C. S. *Carolus Româ adfert Sancti corpus,* * *adde* in

273 *Romani itineris suscipiendi causam suprà assignavimus: post hæc auctor, qui satis manifestat, sese de rei serie non nisi admodum leviter fuisse instructum, sermonem suum ad Urbem Romanam convertens, eam de tam pretiosi corporis jactura consolatur, inter cetera dicens:* Noli tamen ob hoc Urbs inclita, nimiâ conteri cordis mœstitiâ, quia nos si solamur ossium nervorumque de copia, tu quoque respergeris mole sanctæ carnis pulverea. *Quibus verbis indicat, totum* S. Cornelii *corpus in Gallias allatum fuisse, nihil ex eo præter cineres Romæ relicto. Deinde Sancti gloriam, virtutes ac patrocinium prædicat, quibus omnibus hîc prætermissis, reliqua, quæ ad translationem spectant, ex eodem subjungo.* *& quidem, si auctori credimus, integrum:* E

274 Audiat, te nobis invidens, beate Papa, Romanus populus, quàm dignanter sis receptus Compendiensi in palatio Francorum manibus; sed priusquam ad id veniatur, satis reor utile huic paginæ scribendo inferere, quid antequam hujusce subducereris liminibus basilicæ, actum sit in tuo felici itinere. Et si ex integro, quod est usque difficile, quæ gesta sunt illic, promerere * nequeo, unum saltem, quod veridica patrum cognovi relatione, meæque mandans attitulavi, quamquam fragili victoriæ *, omnigeno, Christo loquens, propulso frivolo, fraternis auribus, prout audivi, intimare curabo. Fertur etenim, quòd, dum tui sacratissimi corporis ossa per opaca suprà dicti saltus (*hunc saltum non memoraverat in Ms. nostro*) humeris episcopalibus ferebantur pervia, contigit divino autu in ejusdem fermè parte media ita aggravari illa, ut penitus episcoporum, eadem ferentium, nequirent sufferre ulteriùs spatularum fulchra *. *hoc gravi ponâre divinitus premitur;* * promere * memoriæ F * fulcra

275 Qui quantocius aureis subtractis vestibus, tantæ molis humotenus deponentes sarcinam, jusserunt acclamari regiam, ut huic spectaculo statim adesse festinaret, personam. Quæ simul ac communis * adesse visa esset, sese intra se colligens, divinâ cœpit sapienter animadvertere clementiâ, quid quantumve honoris tibi, beate Martyr, in hac, quâ corpore eras collocandus, poscebas basilica. Procul namque dubio sensit mente imperator Karolus, non te hujus aulæ hospitem, sed post beatæ memoriæ Virginem velle gloriari, ut erat consequens, totius dominicæ basilicæ principem. Quo divinitus cognito, delatorum more plicatis vadibus, quidquid te sentire potuit velle poposcisse, imperiali dicto ciciùs * devota mente non distulit libenter supplere. *sed post vota* * *fortè* cominus * citiùs

276 Ac deinde tale sanxit privilegium, ut inter tuos Sanctæque Mariæ famulos nulla distancia, nullumque deinceps adforet digladiabile discidium; sed ut vestrum æquanimiter valuisti exequi *à Carolo*

AUCTORE C. S.

qui ſervitium, æquali fruerentur pondere præbendarum. Ut hæc autem ſecuri totius ſecularis inopiæ abſque ullius impedimenti intercapedine quiviſſet agere, de ſua propria ſupellectile cum omni, quæ adeſſe videbatur Francorum non minima falange *, ſub clariſſimo tui nominis decore omnem dotem hujus aulæ regiæ duplicibus donariis imperialiter curavit ampliare. Nemo etiam tunc Francorum illic viſus eſt exercituum, qui juxta poſſe proprium huic eccleſiæ denegare voluiſſet beneficium donativum.

* phalange

eodem in loco facta

277 *Priuſquam progrediamur, aliqua hîc obſervanda ſunt. Ubi prædicta geſta ſint, non annotavit auctor, contentus dixiſſe, facta eſſe* in ſupradicto ſaltu, *quem non nominaverat. Albericus num.* 267 *relatus ea prope villam regiam Pontigonem contigiſſe aſſerit, illamque in Partenſi pago ſeu tractu, illo ſcilicet, qui inter Campaniam Propriam & Barrenſem ducatum interjacet, rectè collocat. Quod ſpectat ad* Saum *fluvium, quem inter & Matronam ſitam ſilvam ea occaſione à Carolo datam ait, videtur is eſſe, de quo Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum ad vocem* Pontico *ſic ſcribit:* Litteræ Caroli, quem

B

Simplicem & Stultum cognominant, datæ anno DCCCCVII, „Pontigonem villam publicam in pa„go Pertenſi ſuper fluvios Saltum & Bruſtionem „ponunt: ex quibus Saltus fluvius Saut etiamnum vocatur. *Videtur, inquam, hic* Saltus *ſeu* Saut, *apud Albericum* Saus *appellari. De Matrona notiſſimo fluvio nihil addere neceſſe eſt. Utrùm Albericus, an auctor Tranſlationis, donationem Caroli, ejuſque cauſam rectiùs expreſſerit, exploratum non habeo: at poſterioris narratio ſatis inepta eſt. Ceterùm Pontigonis villa à Frederuna Caroli Simplicis conjuge, quæ eam dotis nomine acceperat, Compendienſi eccleſiæ poſtmodum donata eſt; qua de re videri poteſt Mabillonius de Re Diplomatica lib.* 6, *inſtrum.* 123 *&* 128. *Modò auctoris textum reſumamus.*

miraculis claret, & Compendium,

278 Quis namque mortalium tam obſtinati pectoris eo loci adeſſe poterat, qui tot viſis miraculorum ſignis in eadem ſolitudine triplicis æternæ virtute peractorum potentiæ, huic beato Papæ, cujus fiebant merito requirente, famulatûs fugitivæ non provideret tribuere, quo aleretur,

C

donarium ſubſtantiæ; dum tribus cæcis viſum, tribus æquè ſurdis auditum, tribus necnon mutis ſolvit vinculum linguæ; paralyticos quoque quàm plurimos ante præſentiam beati Papæ officium priſtinæ ſanitatis hauriret oculus recuperare remedium? Quod veriſſima aſſertione teſtificatur adhuc crucis ſignaculum ex eodem ſublimi ſtipite fixum. Hinc nempe tantùm [in] Beati honorem excrevit locus iſte, ut in tot vicibus jacturarum nullus locorum Franciæ huic ſe ornatu præſumpſiſſet ullo modo comparare.

cujus eccleſiæ varia ſors narratur,

279 Sed ubi ſæpe ignis vorans, exigente populi mole peccaminum accidere dignoſcitur, excidium grave rerum & inextricabile terreſtrium conſueſcit parere diſpendium: non miretur itaque quis adſiſtentium præſentem locum auri argentique copiâ nudatum; quia bis poſt gravem lambentium invaſionem flammarum, hunc à præcedentibus noverit reſtauratum: ſed potiùs tali ceſſans ab ammiratione Chriſto ſatagat preces ſupplici-ter fundere, ut ita dignetur precibus beati Papæ Cornelii hunc locum miſericorditer conſervare, quo ampliùs opus non habeat reſtaurationis pro tali re. *Auctor de ſtipite velut antè memorato ſuprà meminit; nec tamen de eo in præmiſſa narratione quidquam reperio. Videtur tamen indicare, ſuo tempore in loco, ubi miracula contigerant, crucem iiſdem inſcriptam, vel certè in eorum monumentum erectam, etiam exſtitiſſe; ideóque forſitan legendum eſt:* In eodem loco in ſublimi ſtipite fixum.

D

facillimè defertur.

280 O ſumme & ineffabilis æterne vigor Deitatis, *progreditur auctor*, quæ tam miris modis honorem numquam deſinit impendere teſtibus ſuis! Mox namque ut præſentis, de quo ſermo ventilatur, Martyris deſiderium ex olympica celſitudine proſpexit efficaciter completum, ita ejus iterum permiſit alleviari corpuſculum, ut, ſi, quod ita dicam, iſtud voluiſſet diſcurrere per inane magnum, omni procul repagulo rerum volitare valuiſſet more volucrum, ipſas nubes remigio alarum quandoque excedentium. Quod ipſo rei certiſſimo comprobatur exitu; quia, quod dudum bis mille nequiebat moveri manibus hominum, nunc cernitur efferri binorum tantùm ſcapulis epiſcoporum præſentis aulæ uſque in atrium. Et, ut quibuſdam noſtrûm tunc temporis præſentium, ipſorum ore prolatum fuiſſe dignoſcitur deferentium, tam videbatur illis onus leviſſimum, ac ſi omnimodè maneret vacuum, quo oſſa vehebantur, beati Papæ capulum *. Unde minimè hæſitans, Papa beate, credo, quòd divinæ voluntatis obſequens nuncio, cunctis Franciæ profuturus incolis requieſcere cupiebas ſub umbra criptarum baſilicæ adſtantis. *Subduntur hîc verſus Rhythmici, quibus auctor pro ſuo genio tranſlationis magnificentiam deſcribit, quos prætermittendos pariter cenſui.*

* *i. e.* theca

E

De S. Cypriani corpore alibi examinabitur.

281 *Diximus ſuprà, auctorem Paſſionis S. Cypriani apud Pamelium Tillemontio viſum fuiſſe dicere, corpora SS.* Cornelii *ac Cypriani in eodem loco, dum ipſe ſcriberet, quieviſſe. Sed & Mabillonius tom.* 3 *Annalium ad annum* 877, *num.* 94 *aſſerit, ea in una pretioſa theca Compendii aſſervari; & præter quoddam Martyrologium Ms., in quo ad Idus Martii legitur:* Apud Compendium ſuſceptio beatorum martyrum Cornelii & Cypriani, *laudat nonnulla alia, quibus id perſuadeat. Verùm cùm hæc ad S. Cyprianum propiùs ſpectent, tranſlationem hanc unà cum aliis in ejuſdem Sancti geſtis, hoc ipſo die illuſtrandis, examinabimus.*

S. Cornelii corpus Compendii ſec. XI: inde

F

282 *Sancti* Cornelii *corpus ſeculo* XI *etiam Compendii quieviſſe, docet charta donationis à Roberto Franciæ rege, ejuſque conjuge Conſtantia factæ* Sanctæ Mariæ Compendienſis eccleſiæ,... & ſanctis martyribus Cornelio & Cypriano, in eadem eccleſia requieſcentibus, *ut in laudata charta, ſignata anno* 1029, *apud Mabillonium lib.* 6 *de Re diplomatica, pag.* 582 *legitur. Ejuſdem ſeculi anno* 49 *idem Sancti corpus Compendio Remos, ubi S. Leo IX Papa concilium celebrabat, à clericis delatum fuiſſe, ſcribit Anſelmus S. Remigii Remenſis monachus, & rei geſtæ ſynchronus, in Opuſculo ſuo, quod ſub Concilii Remenſis titulo exſtat tom.* 9 *Conciliorum apud Labbeum à col.* 1028, *& apud Mabillonium in Actis Sanctorum Sec.* VI, *parte* 1, *à pag.* 713, *ubi Hiſtoria dedicationis eccleſiæ S. Remigii inſcribitur.*

Remos ad concilium defertur à canonicis,

283 *Anſelmi verba huc transfero.* Manè autem facto ſuſceptus eſt à domno Papa (*S. Leone* IX) intra eccleſiam ſanctus martyr Cornelius, quem cum aliis Sanctorum pigneribus Compendienſes clerici illò detulerant pro multis violentiis, quas eccleſia ſua patiebatur à quibuſdam malefactoribus. *Deinde inter geſta ſubditur:* Excommunicavit denique (*Pontifex*) illos, de quibus proclamationem fecerant Compendienſes clerici, propter quo-

A quorum injuſtitiam illuc detulerant corpus ſancti martyris Cornelii. *Porrò non hæc ita accipias, quaſi Compendienſes tam hoc quàm cetera Sanctorum pignora Remos tranſportârint, ut vexantium injuriis ſubtracta, ibidem deponerentur. Non hæc, inquam, ita accipias: neque enim alium ob finem ſacras illas reliquias Remos detulêre, quàm ut pro more antiquitus recepto, earum præſentiâ & patrocinio congregatorum patrum religioſos animos ad juſtam miſericordiam, promptumque auxilium ferendum potentiùs commoverent, eoque impetrato, ad eccleſiam ſuam reducerent.*

quibus poſtmodum Benedictini ſuffecti ſunt.

284 *Ceterùm cùm de Compendienſibus clericis tum hîc tum alibi facta ſit mentio, obſervâſſe juverit, clericos ſeu canonicos, quibus Compendienſis eccleſia à Carolo Calvo conceſſa fuerat, anno* 1150, *ut ſuprà jam inſinuavi, inde expulſos fuiſſe, Benedictinis monachis in eorumdem locum ſubſtitutis. Albericus in Chronico expellendi cauſam ab occiſo, neſcio, quo cervo repetit*; Occaſione cervi, *inquiens*, venientis quolibet anno ad eccleſiam S. Cornelii Compendienſis, quem interfecerant Compendienſes canonici, amovit rex canonicos, & poſuit ibi monachos de abbatia S. Dionyſii; & ita cœpit abbatia Compendienſis. *Sed, quidquid ſit de hac cervi, niſi fortè legendum ſit* ſervi, *ſeu hiſtoria ſeu fabula, veram expulſionis cauſam fuiſſe irreligioſam horum vitam, liquet ex epiſtola* 163 *Sugerii, abbatis San-Dionyſiani, apud Cheſnium tom.* 4 *Hiſt. Franc.; ubi etiam aliæ epiſtolæ huc ſpectantes recitantur. Conſuli etiam poteſt Mabillonius tom.* 6 *Annal., ad annum* 1150, *num.* 99 *& ſequentibus.*

B

§ XIV. Sancti reliquiæ & cultus celebris in Indenſi abbatia prope Aquiſgranum.

Aliquot S. Cornelii reliquiæ

C *Quæ præcedenti paragrapho produximus, ſatis probant*, S. Cornelii *corpus ad Compendienſem eccleſiam olim tranſlatum, ibidem ſub medium ſeculi* XI *etiam quieviſſe; ubi Mabillonius ſuprà laudatus illud in eadem pretioſa theca ſimul cum S. Cypriani Carthaginenſis corpore ſuo quoque tempore incluſum, honoratumque fuiſſe aſſeverat. Verùm ſi hæc de integro corpore aut etiam de ejuſdem longè majori parte accipienda ſint, difficulter conciliari poterunt cum iis, quæ de ejuſdem ſancti Pontificis reliquiis, aliis in locis aſſervatis, leguntur. In primis Inda; quæ vetuſta imperialis abbatia eſt Ordinis S. Benedicti, ſex paſſuum millibus ab Aquiſgranenſi palatio diſſita, & à ſancto Pontifice ac Martyre noſtro* Monaſterium S. Cornelii, *vulgò* Cornelis-Munſter *dicta, inſignem hujus ſacri theſauri portionem jam à multis ſeculis poſſidere ſe credit, idque populoſæ peregrinationes, & crebra miracula confirmant: ſed unde & quo tempore ad eam pervenerit, haud facile dictu eſt.*

ad Indenſem abbatiam prope Aquiſgranum

286 *Ad manum mihi eſt* S. Cornelii *Vita Ms. multis fabulis conſpurcata, ne dicam, compacta, quam R. P. Lhem rector collegii Societatis Jeſu Aquiſgranenſis* ex Mss. Indenſibus *exceptam, anno* 1644 *ad Majores meos tranſmiſit, ſub cujus calcem ad propoſitum noſtrum hæc leguntur*: Demum Carolus Magnus imperator tranſtulit corpus beati Cornelii de Roma ad monaſterium Indenſe S. Cornelii, Ordinis S. Benedicti, quod ipſe fundaverat. Denique autem poſt multos verò annos Carolus ſecundus tranſtulit corpora SS. Cornelii & Cypriani ad Franciam, relicto tamen in prædicto monaſterio capite B. Cornelii ac brachio cujus dextro, ubi indies magna & crebra fiunt miracula ad laudem omnipotentis Dei ac martyris ſui S. Cornelii. AUCTORE C. S.

287 *Eſt & inter inſtrumenta, ad hunc diem apud nos depoſita, exemplar quoddam epiſtolæ reverendiſſimi ac ampliſſimi domini Joannis de Wachtendonck, abbatis Indenſis, à P. Gamanſio Societatis noſtræ preſbytero tranſmiſſum, in qua laudatus abbas univerſis Chriſti fidelibus inſignes ſui monaſterii reliquias commemorat, eoſque ad has veritatis explorandæ gratiâ inſpectandas invitat. Hic præfatus, abbatiam ſuam à Carolo Magno, ejuſque filio Ludovico Pio conditam dotatamque fuiſſe, inter cetera ſic ait:* Antefatus S. Carolus . . . integrum corpus S. Cornelii de Roma ante annos octingentos, aut eo circitèr, in & ad dictum monaſterium, devotè per Chriſti fideles venerandas, ſecum attulit. *olim delatæ;* E

non tamen à Carolo Magno;

288 Ac eædem reliquiæ ſemper à tempore prædicto per diverſos valdè nobiles & plebeios ac eccleſiaſticos & ſæculares utriuſque ſexus homines peregrinos, ad dictum monaſterium ex cunctis regionibus Chriſti nomen profitentibus confluentes (qui & indies ad illud confluunt) devotè veneratæ, ac multi peregrini morbo epilepſiæ (qui dicitur S. Cornelii) laborantes, ejuſdem ſancti ſuffragio adjuti, ſæpe numero priſtinæ ſanitati reſtituti extiterunt, & indies reſtituuntur. *Abbas hic, teſte Gabriele Bucelino parte* 2 *Germaniæ ſacræ, obiit Kal. Octob. anni* 1534 *poſt trium annorum ac quatuor menſium prælaturam. Itaque ſi hiſce credimus, ſancti Pontificis noſtri corpus à Carolo Magno Indenſis monaſterii fundatore, ex Urbe Roma eò tranſlatum fuit, ſic tamen, ut ſecundùm Vitam à Carolo II, ſive Calvo, Compendium deinde portatum fuerit, capite ac brachio dextero apud Indenſes dumtaxat relicto; ſecundùm laudatum verò abbatem idem corpus integrum ad ſua uſque tempora numquam inde amotum fuiſſe videatur.*

(ut quidam volunt,)

289 *Quod ad tranſlationis auctorem attinet, non fuiſſe illum Carolum Magnum, ex præcedenti § liquet; ut autem ita crederent tam præcitatæ Vitæ quàm epiſtolæ auctores, inducti fuiſſe videntur, quia monaſterium Indenſe ab hoc imperatore primùm ac deinde à Ludovico Pio ejuſdem filio fundatum eſſe putabant, prout laudatus abbas in epiſtola præmiſerat. Nam cùm ignorarent, à quo ſacras illas reliquias accepiſſent, pronum fuit eas Carolo Magno, quem primum fundatorem ſuum credebant, acceptas referre; præſertim cùm hic baſilicam Aquiſgranenſem aliaſque eccleſias hujuſmodi ſacris cimeliis ditâſſe dicatur. Joannes Noppius lib.* 1 *Chronici Aquiſgranenſis, cap.* 40 *iſtud à Carolo Magno inchoatum, & poſt hujus obitum à Ludovico Pio perfectum pariter ſcribit. Verùm S. Ardo diſcipulus & biographus S. Benedicti, illius loci primi abbatis, laudatum monaſterium à Ludovico Pio in valle, quæ ſex millibus à palatio ſuo Aquiſgranenſi diſtabat, miro opere conſtructum fuiſſe ſcribit, nulla de Carolo Magno facta mentione. Exſtat ea Vita in Opere noſtro ad diem* XII *Februarii, ubi caput* 7, *num.* 34 *conſuli poteſt.* F

290 *De ſolo Ludovico hac in parte ſimiliter ſed incerte meminerunt monachi Indenſes in epiſtola ſua de ejuſdem S. Benedicti vita & obitu ſcripta, & poſt* *nobis tempore & auctore*

AUCTORE C. S.

mox laudatam Vitam cap. 10 *excusa. Atque hinc corruit eorum argumentum, ex quo sacrum* Cornelii *corpus Carolo Magno auctore sibi donatum credidisse videntur. Falsum quoque est, quod prædicta Vita ex Ms. Indensi habet de utriusque Sancti corporibus per Carolum II, sive Calvum, Indâ Compendium translatis; nam* S. Cornelii *quidem corpus Româ acceptum, à laudato Carolo Compendii depositum fuisse ostendimus; de S. Cypriani corpore ad hunc ipsum diem acturi sumus. Forsitan in eam opinionem auctor illius Vitæ venit, quia* SS. Cornelii *ac Cypriani corpora, quæ à Carolo Magno integra Indam olim allata fuisse sibi perperam persuaserat, & ex quibus non nisi* S. Cornelii *caput & brachium dexterum ibidem superesse sciebat, audierat à Carolo Calvo Compendii deposita fuisse, ibidemque suo tempore honorari; atque inde conjectavit, translationem illam ex Indensi monasterio ad Compendiensem ecclesiam factam esse.*

ubi Sancti caput

291 *Porrò quamvis recitata laudati abbatis Joannis de Wachtendonck verba præferant, totum sancti Pontificis martyris corpus Indæ asservari, in eadem tamen epistola potiùs insinuat, non nisi aliquas ejusdem partes ibi superesse. Sic enim ait:* Et si quisquam præmissis, infra septingentos annos minimè in dubium revocatis, veram fidem dare noluerit, in dicto monasterio (si de hoc certior fieri optaverit) compareat, ac in illo integrum caput S. Cornelii & illius dextrum brachium in argenteis vasculis artificiosè conflatis devotè recondita, ac singula præmissa & subscripta ex his, quæ illic visurus & auditurus est, luce clariùs veritate fulcita recognoscet. *Deinde subdit:* Ut autem cunctis Christi fidelibus de pretiosis reliquiis in dicto monasterio meo devotè reconditis constet, sequitur earumdem specifica designatio. In primis in dicto monasterio fuit & est integrum caput & dextrum brachium magni domini Pontificis & martyris, solemnis marschalci S. Cornelii cum ceteris reliquiis ejusdem Martyris reservatum.

B

& brachium dexterum

292 *Utroque hoc loco de capite ac brachio dextero expressè meminit, secundo loco addit quidem* cum ceteris reliquiis ejusdem Martyris; *sed eo ipso satis insinuat, harum portionem longè minorem esse quàm caput aut brachium, nedum pro toto reliquo corpore posse haberi. Solum etiam* S. Cornelii *caput & dexterum brachium inter ceteras Indenses reliquias memorat Innocentius Papa, ejus nominis VI, ut apparet in Bulla, de qua infrà agemus, uti & Fasti Agrippinenses ad* XVIII *Kalendas Octobris. Solius etiam capitis mentio fit tum in Chronici Aquisgranensis cap.* 40, *auctore Joanne Nopelio Juris doctore, anno* 1632 *Coloniæ Germanicè editi, cujus capitis Ms. exemplar præ manibus habeo; tum in libello de sacrosanctis reliquiis, quæ tam Aquisgrani, quàm in Indensi monasterio singulis septenniis publicæ venerationi exhibentur. In posteriori sic legitur:* Caput S. Cornelii Papæ, loci illius patroni, cum aliis quibusdam SS. reliquiis minoribus.

C

in magna veneratione est, & peregrinationibus

293 *Crediderim itaque Indenses præter sancti Pontificis caput ac brachium nullas aut certè omnino exiguas ex ejusdem sacro corpore reliquias sibi vindicare; sed quo tempore, quave occasione ea ipsa acceperint, ignorare malo, quàm imprudenter divinare. Interim, donec certa de eorum illuc facta translatione testimonia proferantur, probationis loco erunt immemorialis earumdem reliquiarum possessio, ecclesia ipsi Sancto dicata, abbatia ab eodem* Monasterium S. Cornelii, *incolis* Cornelis-Munster *dicta, ac denique ingens peregrinorum præsertim pro morbi epileptici remedio concursus, crebris miraculis divinitus comprobatus. Præter reverendissimi abbatis Joannis Wachtendonckii de piis ejusmodi peregrinationibus testimonium num.* 287 *relatum, Nopelius suprà laudatus de hoc argumento sic scribit:* Eo loco (*in monasterio Indensi* S. Cornelii) Deus omnipotens à populo præcipuè invocatur, ut S. Cornelii precibus eum morbo caduco immunem præstare, ac simul cetera corporis sanitate & salute impertiri dignetur. D

frequentatur. Indulgentiæ

294 *In scheda quoque ex Fastis Agrippinensibus transcripta, & ad hanc diem sepositа, lego:* XVI cal. Augusti... Hodie etiam fiunt populosæ peregrinationes ad S. Cornelium ad Indam fluvium, quæ ab Apostolica Sede concessas Indulgentias merentur. *De celebri ejusdem Sancti ibidem cultu etiam meminit Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii de memorato monasterio dicens:* Quo loci celebrior est S. Cornelii memoria, &major remansit reliquiarum portio. *Ad Indulgentias quod attinet, duplex habeo apographum Bullæ Innocentii PP., quarum alterum P. Jacobus Kritzraedt, acceptum à P. Jacobo Polio Ordinis Minorum observantium historiographo, anno* 1652 *Coloniâ Agrippinâ ad Museum nostrum transmisit; alterum à quo missum fuerit, non indicatur; sed in utroque additur:* Pendet prope aram S. Annæ in ecclesia prædicta. E

ibidem

295 *Quotus ejus nominis is fuerit Pontifex, non exprimitur; at cùm* apud Villam Novam Avinionensis diœcesis IV Nonas Augusti Pontificatus... anno VII data signetur, *liquet eum fuisse Innocentium VI, qui Avenione sedit, & apud Villam Novam, cùm Cardinalis esset, palatium habuit, ubi jam Pontifex Carthusiam exstruxit. Bullam hanc quia brevis est, hìc totam subjungo.* Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Splendor Paternæ gloriæ, qui suâ mundum ineffabili claritate illuminat*, pia vota fidelium de clementissima ipsius Majestate sperantium, tunc præcipuè benigno favore prosequitur, cùm devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus & meritis adjuvatur.

* *al. abest* illuminat

ab Innocentio VI

296 Cupientes igitur, ut ecclesia monasterii S. Cornelii Indensis, Ordinis S. Benedicti, Colonienſis diœcesis, in quo, ut asseritur, Sindon munda, in qua Corpus Domini nostri Jesu Christi, postquam de cruce depositum extitit, positum*, & linteum, quo idem Dominus noster in cœna pedes discipulorum suorum tersit, ipsiusque S. Cornelii caput & brachium dexterum, & plures aliæ SS. reliquiæ fore noscuntur: propter quas ad monasterium ipsum de diversis mundi partibus, & præcipuè de septennio in septennium, quo ibidem ipsæ reliquiæ ostenduntur, & etiam singulis annis, XVI scilicet Calendas Augusti magna confluit populi multitudo, congruis honoribus frequentetur. F

* *al.* depositum

& Urbano VIII PP. concessæ.

297 Et ut Christi fideles eo libentiùs causâ devotionis ad eandem accedant, quo ibidem dono cælestis gratiæ uberioris conspexerint se refectos; de omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus authoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in Nativitatis & Resurrectionis ejusdem Domini, ac Pentecostes, SS. Trinitatis, ac singulis quatuor principalibus B. Mariæ Virginis, Nativitatis B. Joannis Baptistæ, prædicti S. Cornelii, & dedicationis ejusdem ecclesiæ festivitatum, & earumdem XVI Calend. Augusti diebus, ecclesiam ipsam devotè visitaverint, annuatim unum annum & XL

dies

A dies de injunctis eis pœnitentiis, ſingulis videlicet diebus prædictis, quibus eccleſiam ipſam viſitaverint; ut præfertur, miſericorditer relaxamus. Datum apud Villam Novam Avinionenſis diœceſis, IV Nonas Auguſti, Pontificatûs noſtri anno ſeptimo; *id eſt anno Chriſti* 1359. *Ad manum mihi eſt & aliud exemplar anno* 1641 *impreſſum, in quo fideles invitantur ad Indulgentias plenarias lucrandas, quas flagitante Hermanno van Eynatten, Indenſi tum temporis abbate, Urbanus VIII PP. ejuſdem anni die* XXXI *Julii conceſſerat omnibus, qui in feſto* S. Cornelii *Indenſem eccleſiam confeſſi, ſacroque Epulo refecti, inviſuri, ibique ſolitas preces recitaturi eſſent.*

Aqua ibidem ſacrari ſolita: fabula de cornu rejecta.

298 *In ſchedis ad* S. Cornelii *cultum ſpectantibus invenio etiam, aquam ejuſdem reliquiis luſtrari ſacrarique ſolitam, quæ, ut ex precibus adhiberi conſuetis liquet, ab ægris præſertim comitiali morbo afflictis feliciter potatur. Nopelius in Chronico ſuperiùs citato hæc præterea ait:* Inſuper in S. Cornelii monaſterio ſervatur S. Cornelii cornu, ex quo febricitantes bibere ſolent, multique eorum ſanitate donantur. *Unde hic cornu uſus, quocum manui inſerto Sancti effigies pingi ſculpique etiam conſuêvere, unde, inquam, is ortus ſit, planè ignoro: nam quod in Vita Ms. Indenſi de grypho narratur, nimis craſſa fabula eſt.* Legitur, *inquit*, quòd grypho, maxima avis, venit etiam ad eum (*Sanctum tunc exſulem*) ſimili morbo caduco laborans, quam oratione præmiſſa etiam curavit. Sentiens autem grypho ſe ſanatam, unam ungularum ſuarum excutiens pro gratiarum actione S. Cornelio dereliquit, quâ ipſe poſtmodum uſus fuit pro ſcypho, & depingitur cum cornu. *Verùm apage inſulſas haſce fabulas, & alius uſum hujuſmodi cornu prudentiùs divinet.*

§ XV. Sancti reliquiæ & cultus Rotnaci in Flandria: earum per hæreticos profanatio & per Catholicos recuperatio.

C

Eccleſia collegiata Rotnacenſis in Flandria

ROtnacum, *ſive Roturnacum, Belgis* Ronſen, *hodiernæ Flandriæ Auſtriacæ in antiquo Brachbanto ultra fluvium Scaldim oppidum eſt, duobus & medio milliaribus Aldenardâ Tornacum verſus, olim in Cameracenſi, nunc in Mechlinienſi archidiœceſi ſitum. Antiquo floret ſecularium canonicorum capitulo, quod ex monaſterio, per S. Amandum olim condito, erectum eſt, prout in hujus ſancti epiſcopi Trajectenſis geſtis, ad diem* VI *Februarii illuſtratis,* § 6 *dictum eſt. Autbertus Miræus in Faſtis Belgicis ad diem* XXVIII *Auguſti, &* XIV *Septembris,* S. Cornelii *reliquias per Ludovicum II, Lotharii imperatoris filium Compendio huc delatas fuiſſe aſſeverat; ubi etiam hodiedum in pretioſa accluſæ theca ut tales honorantur. Sed Miræum audiamus.*

aliquot S. Cornelii reliquias venerantur;

300 Anno DCCCLX (*ait priori loco citato*) die VI Julii S. Hermetis corpus Indâ Rotnacum ad baſilicam canonicorum, à S. Amando Trajectenſi epiſcopo fundatam, eſt tranſlatum per Ludovicum imperatorem, Lotharii imperatoris... filium; qui & reliquias SS. Cornelii Papæ, Cypriani epiſcopi Carthaginienſis, & Cæleſtini, apud Rotnacenſes depoſuit, ampla dote addita, adeò ut alter poſt S. Amandum eccleſiæ Rotnacenſis fundator Ludovicus imperator à Rotnacenſibus habeatur. *Hæc ibi: ad diem verò* XIV *Septembris, poſtquam de* SS. Cornelii *ac Cypriani martyrio, tranſlatiſque eorum ad Compendienſem eccleſiam ſacris oſſibus egiſſet, in hunc modum proſecutus eſt:* Compendio poſtea, ſi non omnia, ſaltem plurima, Ludovicus Lotharii filius Rotnacum tranſportavit, & cum S. Hermetis celeberrimi martyris lypſanis ibidem honorificè collocavit; ut partim ex Adone, partim ex Rotnacenſis eccleſiæ monumentis collegi. AUCTORE C. S.

ſed incertum eſt, à quo tempore:

301 *Similia habet in Chronico rerum Belgicarum ad præcitatum annum* 860: *ſed dum ſuprà Adonem laudat, intelligendus eſt de præmiſſis, non de tranſlatione ad Rotnacenſes facta, cujus nulla apud Adonem fit mentio; de monumentis autem Rotnacenſibus infrà pluribus agemus. Henſchenius noſter in Commentario prævio ad Vitam S. Benedicti Anianæ & Indæ abbatis ad diem* XII *Februarii* § 1 *eamdem tranſlationem ex laudatis Miræi Faſtis verbo attingens, eam ex antiquis monumentis ſibi probari meritò deſideravit, quod hactenus à nemine factum reperi, nec à me præſtari poſſe confiteor. Attamen, quæ recenſuri ſumus, vix ſinunt prudenter dubitare, quin aliquæ* S. Cornelii *reliquiæ Rotnacenſibus conceſſæ fuerint, quamvis alio fortè tempore, alioque auctore, quàm Miræus opinatus ſit. Ex ſuprà dictis enim non ſatis probabile eſt, eas à Ludovico Lotharii filio donatas eſſe.* E

forſitan eas ab Indenſi abbate,

302 *Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii ad propoſitum noſtrum hæc habet:* SS. Cornelii & Cypriani reliquiæ aliquæ habentur Rothnaci in Tornacenſi territorio, in feretro deaurato. Quæ reliquiæ eò allatæ ſunt ex Inda, ſive S. Cornelii monaſterio, quod eſt prope Aquiſgranum; quo loci celebrior eſt S. Cornelii memoria; & major remanſit reliquiarum portio. Interim nonnullæ reliquiæ inde Rothnacum tranſlatæ ſunt, quando Rothnacenſe territorium dominum temporalem habebat abbatem Indenſem: ſed poſtea venditum eſt Guidoni comiti Flandriæ. *Rotnacum, ſive* Cellam, Hrodnace vocatam, *à Ludovico Pio Indenſi monaſterio donatam fuiſſe, teſtatur is ipſe imperator in diplomate, quod in Opere noſtro die* III *Februarii ad Vitam S. Anſcharii* § 16 *excuſum habes: inſtrumentum verò venditionis, quo Reinoldus ſeu Rainardus, Indæ abbas, illud Guidoni, Flandriæ & Namurci comiti, anno* 1280 *tradidit, legi poteſt apud Miræum in Supplemento Diplom. par.* 2, *num.* 114. F

olim loci domino,

303 *Jam verò præcedenti* § *vidimus, prudenter dubitari non poſſe, quin apud Indenſes inſignes ſancti Pontificis ac Martyris noſtri reliquiæ aſſerventur. Et quamquam admitti non poſſint, quæ de integro corpore ad dictam abbatiam, atque hinc maximam partem Compendium tranſlato, vel in illa penitùs retento, Indenſes in eodem* § *citati ferunt, à veriſimili tamen non abhorret, præter caput & brachium nonnullas alias ejuſdem ſacri pignoris reliquias ibidem olim fuiſſe, & ab hujus loci abbate eo tempore, quo Rotnaci dominio ſeculari gaudebat, eccleſiæ Rotnacenſi donatas, ut* S. Cornelii *patroni ſui cultus, qui apud Indam non ſine ingenti miſerorum ſolatio vigebat, in ſubjecto ſibi oppido pariter haberetur; uti Molanus reipſa donatas fuiſſe ſcribit.*

impetravit.

304 *De donationis tempore ſuſpicionem aliquam movet Jacobus Mejerus in Annalibus Flandriæ lib.* 5, *ad annum* 1160, *ubi ait:* Tranſlatum eo-

AUCTORE C. S.

dem anno Calend. Junii Rothomaci corpus divi Cypriani episcopi & martyris, cui interfuit translationi Arnulphus abbas Einhamensis. *Ad eumdem Junii diem hæc translatio in Usuardo Molani apud Sollerium nostrum inter auctaria Usuardina celebratur. Cùm autem hujus sanctique* Cornelii *reliquias, tam Rotnacenses canonici, quàm alii scriptores eò simul delatas & ibidem in una eademque theca hodiedum accluſas velint, suspicari licet, etiam hasce eodem anno Rotnaci fuisse exceptas; nisi fortè Mejerus vocem* translatio *pro* elevatio *usurpârit. Ceterùm cùm dicat huic solemnitati interfuisse Arnulphum abbatem Einhamensem, videtur instrumentum aliquod vidisse, unde id didicerit. Eadem leguntur in Gallia Christiana recusa; tom. 5 col. 34, & in Historia sacra & profana archiepiscopatûs Mechlinien sis per Cornelium van Gestel, tom. 2, pag. 250, ex Mejero forsitan deprompta. Est autem Einhamum illustris abbatia Ordinis S. Benedicti in Belgio Austriaco, medio ferè milliari ab oppido Aldenardâ ad fluvium Scaldim sita.*

B

Pretiosa theca, in qua prædictæ reliquiæ

305 *Nunc ad monumenta Rotnacensia, cultumque, quem* S. Cornelius *ibi obtinet, progrediamur. Jacobus Pamelius editioni Operum S. Cypriani inter cetera præfixit epistolam Joannis de la Haye, theologi canonici Tornacensis, ad amplissimum præsidem dominum Viglium Zwichemum Frisium olim datâ; quæ licèt de S. Cypriani reliquiis præcipuè agat, de* Cornelio *tamen, cujus illic celebre nomen esse ait, simul meminit. Hic itaque cùm dixisset, sese Rotnacum adiisse, ut, quæ de servato ibidem corpore S. Cypriani inaudierat, coràm exploraret; his verbis prosequitur:* Satis prolixo sermone habito cum canonicis, illi me deduxerunt ad gazophilacium templi, ibique oculis meis exposuerunt feretrum cupreum deauratum, Apostolorum imaginibus interstinctum, in tres veluti distinctum capsulas laminis tribus deauratis; quod opus antiquissimum judicârunt adhibiti aurifices.

fuerunt inclusæ.

306 *Ejus* longitudo quinque ferè pedes æquat, in cujus margine tales inscribuntur versus:

Duplex vita tenet cælos, hîc ossa tenentur:
Sufficit ad titulum. Celestinum capit aula;
Ossa sigillavit hîc operosa manus.
Gaudent in cælis Cornelius & Cyprianus.
Vita Celestini gladio fuerat data fini;
Cornelius gladii suscepit acumine funus,
Cum quo bis deni gladio ceduntur * & unus;
Carnificisque manu sic passus erat Cyprianus.
Hic Celestinum sanctos locat & Cyprianum.
Hic est dæmonium pellens, morbumque caducum;
Hæc brevis arca patres conjungit apostolicos tres.

* *i. e.* cæduntur

C

Deinde laudatus Joannes de la Haye post aliqua ait: Curavi bona fide exscribendum, quod in archivis & antiquis codicibus descriptum habebatur: quæ omnia bona fide exscripta manu secretarii capituli D. V. destino. *Tandem paucis interjectis, ex eodem archivo recitat quædam ex Adonis Martyrologio, quæ ad solum S. Cyprianum spectant.*

Gemina ibidem SS. Cornelii & Cypriani

307 *Ut igitur de Sancti nostri reliquiis cultuque eo loci certiora cognoscerem, amplissimos canonicos per amicum oravi, ut si quid præter ea, quæ Pamelius edidit, haberent, id mecum communicare non gravarentur: quod & ab amplissimis DD. Joanne Baptista Delzoy capituli decano, & Joanne Ludovico De Pascal ejusdem capituli thesaurario, cantore & secretario, subscriptis etiam ad fidem faciendam nominibus suis anno* 1751, *die* XIII *Martii, humanissimè ac diligenter est præstitum. Laudati hi viri inter cetera transmisêre Ms. exemplar Officii, quod ibidem quotannis celebratur die* IV *Julii* in festo translationis reliquiarum SS. Cornelii & Cypriani, martyrum pontificum ac S. Cælestini Papæ confessoris, *sub ritu duplici. Desumuntur autem ex Communi plurimorum Martyrum pontificum, præter orationem & Lectiones secundi Nocturni, quæ propriæ sunt.*

D

annua festivitas.

308 *Et Oratio quidem hæc est:* Deus, qui nos BB. Cornelii, Cypriani ac Cælestini annuâ solemnitate lætificas, concede propitius, ut quorum reliquiarum translationem colimus, de eorum etiam protectione gaudeamus. Per Dominum &c. *In Lectione* VI *dicitur Lotharius imperator, scilicet ejus nominis I,* SS. Cornelii *ac Cælestini reliquias ex Urbe Romana obtentas, unà cùm S. Cypriani corpore ex Compendiensi ecclesia sublato, Indâ deposuisse, ac deinde Ludovicus II, ejusdem Lotharii filius, eas omnes Rotnacum transtulisse: quæ narratio ex iis, quæ § 14 disputavimus, non satis est verisimilis. Porrò præter dictam translationis festivitatem celebrant Rotnacenses in sua ecclesia collegiata etiam* SS. Cornelii *ac Cypriani festum natale, idque die* XIV *Septembris, quo Martyrologio Romano inscripti sunt, non* XVI *cum Breviario pariter Romano, prout Officio mox laudato disertè adscriptum est.*

E

Prædictâ thecâ, de qua nonnulla observantur,

309 *Sed ut ad sacras reliquias revertamur; hierotheca illa persuadet, aliquas* S. Cornelii *reliquias in ea olim accluſas fuisse, hasque in eadem adhuc asservari ex sequentibus videbimus. Errant quidem Rotnacenses, dum putant, S. Celestini illius ossa esse cognominis Pontificis Romani, ejus scilicet nominis primi; in quem errorem inducti videntur ex epitheto* Apostolicos, *quod de tribus illis Sanctis, quorum reliquiæ in ea theca asservantur, velut commune ibidem prædicatur: sed præterquam quod vox* Apostolicus *in rigore, & prout Romano Pontifici propria est, hîc accipi non possit, cùm certè S. Cyprianus Romanus Pontifex numquam fuerit; sanctus ille Cælestinus Rotnacensis, gladio martyr occubuisse in eadem epigraphe dicitur, sanctus verò Romanus Pontifex, confessor in pace quievit. Sed licèt, inquam, in hac parte errârint Rotnacenses, non propterea epigraphæ auctor, qui vocem* Apostolicus *latiori modo usurpavit, in Cælestino aut in* SS. Cornelio *& Cypriano errâsse dicendus est. Consule, si lubet, tom. I Aprilis ad diem* VI, *ubi de S. Cælestino Papa, & tom.* IV *Maji, ad diem* XVII, *ubi de cognomine Sancto, cujus reliquiæ Rotnaci asservantur, à Majoribus meis tractatum est.*

F

Pamellam delatâ, sacræ reliquiæ à Calvinistis,

310 *Seculo* XVI *Calvinistis hæreticis Belgium Hispanicum infestantibus, prædictæ sacræ reliquiæ in arcem Pamellensem, quæ Aldenardæ adhæret, securitatis causâ delatæ fuerunt; sed eâ unà cum dicto oppido ab hæreticis occupatâ, ab iis impiè disjectæ sunt, donec iisdem hæreticis à Catholici regis exercitu inde depulsis, à quodam presbytero, qui toti rei adfuerat, easque reverenter collegerat, Rotnacum remissæ fuêre. Authenticum hujus rei instrumentum, à sæpe laudatis amplissimis DD. decano & cantore Rotnacensibus ad me transmissum, hîc transcribo.* In nomine Domini, amen. Cùm ita sit, quòd anno ejusdem Domini MDLXXII reliquiæ divorum Cornelii, Cypriani & Celestini inclusæ feretro, ad ecclesiam collegiatam S. Hermetis Rotnacensem, Mechlinien sis diœcesis, pertinente, propter metum hæreticorum passim in Belgicis ditionibus Philippi Hispaniarum regis Catholici grassantium, in arce Pamellana intra muros oppidi Aldenardensis, Gandavensis diœcesis, tamquam

in

A in tuto loco per deputatos reverendorum dominorum præpoſiti, decani & capituli prætactæ collegiatæ eccleſiæ repoſitæ fuerunt.

anno 1572 Aldenardâ potitis, diſjectæ

311 Et poſtea, videlicet in Septembri ejuſdem anni, dicto oppido proditoriè à præfatis hæreticis die VII, quæ fuit Dominica, ejuſdem menſis & anni, præfataque arce ab iiſdem occupatâ, diſſipatæ & in dicta arce abjectæ fuerunt; cùmque ita ſit, quòd eodem tempore venerabilis vir D. Jacobus Maucouvent presbyter, artium magiſter, parochialis eccleſiæ Pamellenſis intra muros dicti oppidi diaconus, necnon generoſi ac illuſtris domini Jacobi Du Jongny, dicti de Aldenardo baronis Flandriæ, equitis aurati, domini de Pamella &c., capellanus, tunc in dicta arce fuit, qui optimè ſcire poteſt, quid eodem tempore de dictis reliquiis factum fuit; hinc eſt, quòd ego Jacobus Bleekerius presbyter, decanus Chriſtianitatis diſtrictûs Rothnacenſis dictæ Mechlinienſis diœceſis, necnon notarius publicus per officialem Cameracenſem & concilium Flandriæ admiſſus, ad inſtantiam præfatorum dominorum acceſſi, quò propterea erat accedendum, & evocato coram me & teſtibus infrà ſcriptis præfato domino Jacobo Maucouvent, eumdem ſuper dictarum reliquiarum diſſipatione & recollectione cum circumſtantiis ad hoc pertinentibus interrogavi & diligenter examinavi, & ejus depoſitionem medio ſuo juramento deſuper factam in ſcriptis fideliter redegi in modum & formam ſequentem.

B

in arce Pamellenſi, & à presbytero collectæ,

312 In primis antedictus dominus Jacobus Maucouvent, medio ſuo juramento, dextera manu pectori appoſita præſtito, deponit & dicit, feretrum antedictum in Septembri ultimè à ſuprà dictis hæreticis in dicta arce fuiſſe laceratum & confractum ad rapiendum aurum & argentum, lapideſque pretioſos, quibus ornatum fuit, & ſe vidiſſe antedictas reliquias ab iiſdem hæreticis, dum idem feretrum lacerârunt & confregerunt, abjici, & in eadem arce hâc illacque diſſipari, ſeque ob hoc gravem animi merorem * habuiſſe, & eaſdem reliquias (utpote organa, ſeu inſtrumenta, per quæ Spiritus ſanctus multa bona operatus eſt, & quæ aliquando reviviſcent ad vitam æternam) cum omni, quâ potuit, reverentia & honore levâſſe, ac iterum collegiſſe, repoſuiſſeque in dicta arce in ſecreto loco; donec dicti hæretici (poſtquam in eodem oppido & locis vicinis plurimos tam eccleſiaſticos quàm politicos viros ſpoliârunt, incendiaque & alia latrocinia plurima perpetrârunt) ab obſidiario milite juſſu D. Ferdinandi de Toleto, ducis ab Alba &c., gubernatoris & capitanei generalis dicti Philippi Hiſpaniarum regis &c., per Belgicam provinciam, v Octobris anni ſuprà ſcripti, expulſi fuerunt.

**mœrorem*

C

& expulſis deinde hæreticis, Rotnacum relatæ.

313 Qui quidem hæretici, aufugientes ad partes maritimas, omne aurum & argentum, omneſque lapides pretioſos, quibus dictum feretrum ornatum fuit, cum pluribus aliis rapinis abſtulerunt; & paulò poſtea ipſe teſtis (ut deponit) fideliter, & rurſus cum ea, quâ potuit, reverentia eaſdem reliquias tradidit præfatis dominis, videlicet magiſtro Ludovico de Winghene præpoſito, Ægidio Bacquereel decano, & aliis canonicis prætactæ collegiatæ eccleſiæ; qui eaſdem reliquias cum omni etiam, quâ potuerunt, reverentia & honore ex ipſius manibus, ad deferendum, uti afferebant, ad præfatam eccleſiam collegiatam, receperunt, & ſecum detulerunt. In quorum præmiſſorum fidem idem teſtis præſentes litteras unà cum me notario & teſtibus infraſcriptis ſubſignavit. Actum Pamellæ dicti oppidi Aldenardenſis, præſentibus probis & diſcretis viris, magiſtro Simone Bynio, Dominici gregis Etichovienſis paſtore necnon canonico prætactæ collegiatæ eccleſiæ, & Jacobo Bauters diacono dictæ eccleſiæ Pamellenſis, anno Domini MDLXXIII, menſis Julii die XXIV. Et ſubſignatum erat: D. Jacobus Maucouvent, Si. Bynius cum cyrographo, Ja. Bauters cum cyrographo, J. B. Bleekerius not. cum cyrographo.

AUCTORE C. S.

Reliquiarum Rotnacenſium recenſio:

314 *Poſt inſtrumentum hoc ſequitur in eodem Ms. noſtro Rotnacenſi quædam recenſio reliquiarum ejuſdem eccleſiæ in hunc modum:* Hæ ſunt reliquiæ eccleſiæ B. Petri Rothnacenſis, Cameracenſis diœceſis, in majori feretro: Reliquiæ corporis illuſtriſſimi militis Chriſti B. Hermetis martyris... Item reliquiæ S. Cornelii Papæ & martyris *&c. In margine verò adſcriptum legitur:* Notandum, quòd præter reliquias hîc memoratas inveniantur adhuc tria diſtincta argentea reliquiaria, nempe duo ſub forma brachii, & unum ſub forma crucis, in quibus ſingulis ſub cryſtallo reſervantur inter alias de brachio S. Cornelii. *Quo anno hæc recenſio facta fuerit, non edicitur; ſed cùm Rotnacum ibidem* Cameracenſis diœceſis *dicatur, facta fuit ante annum* 1559, *quo Paulus IV Papa Mechlinienſem eccleſiam Metropoliticam erexit, vel annum* 1561, *quo Pius IV, Pauli ſucceſſor ejuſdem metropolïticæ ſedis limites conſtituit, intra quos Rotnacum numeratur, quod antè, uti & ipſa Mechlinia, diœceſis Cameracenſis fuerat. Porrò juxta eamdem reliquiarum recenſionem videntur tum temporis reliquiæ SS.* Cornelii, *Cypriani, Cæleſtini & Hermetis in una eademque theca fuiſſe, cùm hæ omnes ſub eodem titulo* in majori feretro *ibidem enumerentur.*

E

earum theca anno 1675 inſpecta.

315 *Porrò laudatæ Sanctorum reliquiæ, in gemina theca compoſitæ, anno* 1675, *die* X *Maji recognitæ, & ſub illuſtriſſimi archiepiſcopi Mechlinienſis ſigillo compactæ, inventæ fuerunt. Ita diſcimus ex ſæpe laudatis canonicis Rotnacenſibus, qui inter inſtrumenta poſtremo loco ſequentia tranſmiſere.* Ex Regiſtro capituli inſignis eccleſiæ collegiatæ S. Hermetis Rohtnaci, in quo inter alia habentur ſequentia: „Congregatio capitularis ex„traordinaria X Maji, MDCLXXV poſt meridiem. „In hac congregatione reverendi domini aperue- F „runt capſulam reliquiarum S. Hermetis, in qua „repererunt dictas reliquias ſub ſigillo illuſtriſſi„mi domini archiepiſcopi Mechlinienſis debitè „compactas, cui adjunxerunt ſuum majus ſigil„lum, & eamdem capſulam iterum clauſerunt, „circumcirca apponentes membranacea ſub eo„dem ſigillo ſuo. Item aperuerunt thecam reli„quiarum SS. Cornelii, Cypriani & Celeſtini, „quas ſimiliter invenerunt debitè compactas ſub „ſimili ſigillo, quam thecam, ut ſupraſcriptam „S. Hermetis, etiam recluſerunt cum ſimilibus „ligaminibus & ſigillis.„ *Atque hæc de* S. Cornelii *reliquiis cultuque apud Rotnacenſes ſufficiant.*

§ XVI. Ejuſdem Sancti cultus & reliquiæ in nonnullis aliis locis.

Cultus ac reliquiæ Nineviæ in Flandria,

PRæter *dicta loca ſunt & alia ejuſdem Sancti cultu, aut reliquiis, ut volunt, illuſtrata, quorum aliqua hîc breviter perſtringam. In primis Ni-*

AUCTORE C. S.

Ninovienſis, Ordinis Præmonſtratenſis in Flandria & in Mechlinienſi diœceſi abbatia, eccleſiam SS. Cornelio *& Cypriano dicatam habet, eorumque reliquiis gloriatur. De hiſce ſic ſcribit reverendiſſimus dominus Carolus Ludovicus Hugo, epiſcopus Ptolemaïdis & Stivagienſis abbas tom. 2 Annal. Ordinis Præmonſtratenſis, col.* 380 *:* Inſignes SS. Cornelii & Cypriani reliquias poſſidet Ninovia, multis curationum generibus, crebriſque peregrinorum votis famoſiſſimas. *Quotannis geminum de iiſdem Sanctis Officium celebrant; primum ſcilicet Natale, alterum Tranſlationis, die* v *Novembris. In hujus Officii Lect.* 4 *de acceptis ibidem reliquiis leguntur ſequentia :* Cùm autem SS. Cornelii & Cypriani reliquiæ è monaſterio Indenſi Rothnacum transferrentur, earum partem apud Ninivenſes relictam eſſe, antiqua eccleſiæ Ninivenſis traditio teſtatur. Quod & frequens à multis centuriis annorum ad eaſdem peregrinatio, & miracula, & annua publicaque earumdem tranſlationis populo celebris ſolemnitas confirmant.

& in Hem & Engloz B

317 *Duo alia Gallo-Belgii loca in agro Inſulenſi, incolis* Hem & Engloz *dicta,* S. Cornelii *noſtri reliquiis cultuque clara celebrat Martinus L'hermite, Societatis Jeſu presbyter in Hiſtoria diſtrictûs Inſulenſis, Duaceni & Orchienſis, anno* 1638 *Gallicè edita. Cultum hunc in utroque loco non ſeriùs quàm anno* 1280 *inchoatum fuiſſe ſtatuit; ſed nullo alio fundamento, quàm quòd eo anno Guido Flandriæ comes Rotnacenſe dominium ab Indenſi abbate emerit; ex quo non video quâ ratione id ſequatur. Certiora ſunt, quæ de cultu ſeculo* XV *in Hem vigente ibidem habet, ſi authentica Bulla ſit, quam à S. R. E. Cardinalibus anno* 1413 *datam ait, & cujus partem Gallico ſermone recitat. In hac, teſte auctore, laudati Cardinales, nonnullas indulgentias largientes, id ſe facere dicunt, cùm in eccleſia Hemenſi in baptiſterio altare quoddam ſit ante* S. Cornelii *imaginem, in quo Miſſa ſolemniter ſoleat celebrari;* cúmque magna populi frequentia è longinquis partibus, variis anni tempeſtatibus, eò concurrat & divinam Majeſtatem in Sancto ſuo veneretur; quibus accedit, quòd afflicti morbo caduco ante dictam imaginem ſæpiſſimè alleventur ac per ſancti Martyris patrocinium citò liberentur.

in Gallo-Belgio. C

318 *Porrò* S. Cornelii *reliquias à Rotnacenſi canonicorum capitulo Hemenſibus donatas fuiſſe ait, ibidemque argenteâ thecâ incluſas honorari, confluentibus eò tum quolibet anni tempore, tum præſertim die* XIV *Septembris & octiduo ſequenti, magno numero peregrinis ex Cameracenſi & Tornacenſi agro, & ex Hannonia & Flandria. Addit etiam florere ibidem ſub SS.* Cornelii *ac Cypriani titulo utriuſque ſexûs ſodalitium, à Guiliberto loci toparcha promotum. Nec minori cultu populique accurſu eumdem Sanctum in* Engloz *honorari aſſerit, ubi & illius* aliquot oſſa, *quæ abbati Indenſi accepta refert, clara multis miraculis, quæ appenſa anathemata teſtantur, aſſervari, ibidemque utriuſque pariter ſexûs ſodalitium ſub ejuſdem ſancti Pontificis tutela, auctoritate Pauli V PP. erectum, ac inſignibus Indulgentiis, quæ primâ die Dominicâ poſt* XIV *Septembris plenariæ ſunt, ab eodem Papa donatum eſſe aſſeverat.*

Ticinenſes, Trevirenſes,

319 S. Cornelii *noſtri caput Ticini aſſervari ſcribit Jacobus Gualla in Sanctuario Papiæ lib.* 4, *cap.* 10 *: ſed & ejuſdem magnam partem Trevirenſibus adſcribit Joannes Enen ſacræ Theologiæ doctor in Epitome ſeu Medulla geſtorum Trevirenſium, Germanicè edita, ac deinde per Fr. Joannem Scheckmannum Latinitate donata, fol.* 42 *verſo, ubi ſic ait :* Septimò S. Cornelii Papæ & martyris capitis partem, verticem ſcilicet ab oculis naſoque & ſuprà, allatam per B. Agritium. *Idem aſſeritur in alio quodam libro Germanico, qui de ſacris reliquiis Trevirenſibus tractat, & in quo præterea dimidia coſta ejuſdem Sancti recenſetur, diciturque utrumque ſimul cum ſacra Chriſti tunica Treviros antiquitus allatum, & cum eadem anno Chriſti* 1507 *inventum. At Browerus & Maſenius in Annalibus Trevirenſibus tom.* 2, *lib.* 15 *ſacram illam tunicam anno* 1196 *repertam ſcribunt, nec de* S. Cornelii *capite aut reliquiis ibidem vel verbo meminêre.* D

& Spoletini etiam inſignes ejuſdem reliquias ſe habere credunt;

320 *Spoleti quoque in Umbria in collegio Societatis Jeſu oſtenſum ſibi fuiſſe ſuperiorem partem ſeu verticem capitis* S. Cornelii *Papæ, ut litteræ patentes præferebant, Papebrochius noſter annotavit in Ms. libello de ſuo Itinere Romano. Addit haſce reliquias unà cum nonnullis aliis ab oratore regis Hiſpaniarum, marchione de Villena, auctoritate Pontificia Romæ extractas fuiſſe, deindè verò per doctorem Vulpium prædicto collegio donatas; ſed publicæ tamen venerationi tunc nondum fuiſſe expoſitas. Verùm quæ hoc & præcedenti numero retulimus, minimè conciliari poſſunt cum iis, quæ* § 14 *de capite, Indæ aſſervato; recenſuimus, ſi hoc re vera integrum ſit, & Ticinenſes ac Trevirenſes integrum aut majorem illius partem ſibi pariter vendicent. Circa Spoletinam portionem præterea obſervari poteſt, ſancti Pontificis corpus jam à multis ſeculis è cryptis Romanis, unde illa Spoletina exſtracta fuit, ſublatum fuiſſe, prout ex* § 13 *conſtat. Ceterùm ex inſtrumentorum defectu nihil certi de his poſſum ſtatuere.* E

quod & de monaſterio Corneliaco apud Bituriges

321 *Denique anonymus ſcriptor Hiſtoriæ patriarcharum Bituricenſium cap.* 61 *apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ Ms. narrat, nobiliſſimum quemdam comitem, qui cum Chriſtiano exercitu ſub finem ſeculi* XI *Hieroſolymam expugnaverat, dum Româ in Franciam rediret, facilè obtinuiſſe* à ſummo Pontifice ſibi donari reliquias ſanctorum Cornelii & Cypriani; *& deinde in Franciam reverſum, quoddam cœnobium* in Aurelianenſi territorio *conſtruxiſſe, quod prædictis reliquiis illuſtratum* Corneliacum *appellari voluit, & monachis è Valliſumbroſa Congregatione impetratis tradidit. Ferè ſimilia ex eo narrat Mabillonius tom.* 5 *Annalium Benedict. ad annum Chriſti* 1088, *num.* 62; *ſed in eo diſcrepat, quòd id aliquot annis citiùs factum velit; videlicet non ſub Leodegario ejus nominis primo archiepiſcopo Bituricenſi, ſed ſub Richardo II; additque monaſterium illud in confinio Aurelianenſis & Bituricenſis diœceſis conditum, vulgò* Cornilly le Contres *vocari & poſtmodum Caſali-malano (nunc Caſali-Benedictum appellatur) ſubjectum eſſe & ſuo etiam tempore parêre.* F

aſſerit ſcriptor quidem anonymus.

322 *Verùm quî potuit comes ille S. Cypriani reliquias à Pontifice Romæ impetrare, cùm illius Sancti corpus numquam ad eam Urbem tranſlatum ſciatur? De* S. Cornelii *reliquiis minor eſt difficultas; nam licèt hujus quoque corpus ſeculo* IX *Compendium adductum fuerit, neceſſe non eſt, ut nihil ex illo Romæ manſiſſe dicamus; cùm etiam aliàs oſtenderimus, non ſoluiſſe ſacra ejuſmodi pignora ſic Româ aliò tranſmitti, quin aliqua eorumdem pars ibidem reſervaretur. Porrò ſcriptor ille, quèm alii Benedictum Vernerium monachum Sulpicianum, Mabillonius verò laudatus potiùs Chriſtophorum Vlierdenum, ejuſdem monaſterii religioſum, crediderunt, ſeculo* XIV *antiquior non eſt: ideoque per errorem facilè credere potuit, memora-*

A *ratas SS.* Cornelii *ac Cypriani reliquias, quas comes ille fortè Compendio vel aliunde acceperat, ab eodem Româ allatas fuisse. Ceterùm non dubito, quin & alibi ejusdem Sancti nostri, cujus cultus per orbem celebris est, aliquot reliquiæ piè honorentur.* AUCTORE C. S.

DE S. CYPRIANO, EPISC. MART.

PROPE CARTHAGINEM IN AFRICA,

C. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Cur de eo hodie agamus. Vita à S. Pontio diacono scripta, & Acta proconsularia, prætermissis aliis, unde edenda: Acta gemini Cypriani confusa: Sanctus à variis varia de causa laudatus.

B ANNO CCLVIII. *Cur hodie detur.*

Sanctum Cyprianum, *cognomento* Thascium & Cæcilium, *præclarum Africæ, imò totius Ecclesiæ doctorem, primumque Carthaginensis sedis antistitum martyrem*, die octavâ decimâ Kalendarum Octobrium, *sive hâc* XIV *Septembris passum esse, docent Acta ejus proconsularia sincera, quæ infrà laudabimus & recudemus. Eodem die sacram illius memoriam tum in Africa tum etiam Romæ olim celebratam fuisse, constat ex vetustis Martyrologiis, & Sacramentariis suo loco in Gloria posthuma recensendis, & ex quibus hîc interim unum, Bucherianum scilicet Martyrologium adduxisse sufficerit, quod ita habet:* Decimo octavo Kalendas Octobris, Cypriani Africæ. Romæ celebratur in Callisti, *nempe cœmeterio. Verùm cùm dies illa in Romano Breviario exaltationi sanctæ Crucis, postera autem Octavæ Nativitatis sanctissimæ Dei Genitricis, consecratæ sint,* S. Cypriani *Officium ad diem* XVI *ejusdem mensis translatum fuit, eoque unà cum S. Cornelio Papa ac pariter martyre colitur. Attamen sicut hujus sancti Pontificis gesta ad præsentem diem,* C *quo martyrio coronatus creditur, & Martyrologiis inscriptus est, illustranda putavimus, ita potiori etiam ratione* S. Cypriani *Acta ad hunc eumdem diem referenda censuimus.*

S. Pontius ejus diaconus & biographus,

2 *Biographum illius S. Hieronymus in libro de Scriptoribus ecclesiasticis, cap.* 68 *sic memorat:* Pontius diaconus Cypriani, usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen vitæ & passionis Cypriani reliquit. *Hic tam excellentis Magistri præceptis ac familiari usu tantùm profecit, ut & ipse Sanctis accenseri meruerit, colique ad diem* VIII *Martii, ad quam ejusdem memoria in Martyrologiis occurrit, & in Opere nostro de eo actum est. In Romano parvo Rosweydiano* Pontianus *appellatur, de eoque sic dicitur:* Apud Carthaginem, sancti Pontiani, diaconi B. Cypriani, qui Dominum semper in passionibus suis glorificans, coronam vitæ promeruit. *At Ado Viennensis, Usuardus aliique, ut & Romanum hodiernum, eumdem unanimi consensu cum S. Hieronymo* Pontium *scribunt, & ex his Ado illum in hunc modum annuntiat:* Apud Carthaginem, sancti Pontii, diaconi beati Cypriani episcopi, qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen vitæ & passionis ipsius reliquit, atque Dominum in passionibus suis semper glorificans, coronam vitæ promeruit. *Similia in Usuardo, Notkero & Romano Martyrologio legere est, in quibus de scripta per illum* S. Cypriani *Vita similiter mentio fit.* E

à synonymo martyre distinguendus,

3 *Antonius Possevinus in Apparatu sacro tom.* 2 *observat, illum in codice Gemblacensi & à Trithemio* Pontinum *perperam vocari. Attamen in Trithemii editione Coloniensi anni* 1546, *& Francofurtensi anni* 1601, *quas præ manibus habeo,* Pontius, *non* Pontinus *legitur. Rectè pariter monuit Henschenius noster ad diem* VIII *Martii, ubi de S. Pontio, ut diximus, actum est, hunc* S. Cypriani *diaconum à Jacobo Philippo Bergomensi in Supplemento Chronicorum, ad annum* 259 *malè* prebyterum *nominari, confundique cum synonymo martyre, qui Cimellæ in Alpibus maritimis passus est, coliturque die* XIV *Maji, ad quam Acta ejus in Opere nostro illustrata sunt. In eumdem errorem, quem laudatus Possevinus etiam observavit, citatus Trithemius similiter lapsus est. Quo anno, quove mortis genere, martyrione, an placido post vitam sanctè exactam obitu, ecclesiasticum cultum meruerit, inexploratum est; at certè ineptit Tillemontius, dum tomo* 4 *Monument. eccles., art.* 63 *intrepidè asserit, illum ab Ecclesia in gratiam hujus Vitæ ab eo conscriptæ inter Sanctos honorari.* F

Vitam Sancti scripsit rogatus a fidelibus,

4 *Sed ut ad Vitam ipsam veniamus, duo sunt, quibus ad eam scribendam adductum sese esse profitetur. Primum erat, ne præclara sanctissimi Præsulis gesta, licèt tum vel ipsis gentilibus notissima, lapsu temporum exciderent; alterum, ut fidelium votis satisfaceret.* Certè, *inquit*, durum erat, ut, cùm majores nostri, plebeiis & catechumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederint, ut de passionibus eorum multa, aut, prope dixerim, pœnè cuncta conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent; Cypriani tanti sacerdotis, & tanti martyris passio præteriretur, qui & sine martyrio habuit, quæ doceret; & quæ, dum vixit, gesserit, non paterent. *De fidelium verò postulatis ibidem sic scribit:* Accedit ad cumulum, quòd & vos de eo multum, aut si fieri potest, totum desideratis audire, concupiscentes ardore flagranti vel facta ejus cognos-

AUCTORE C. S.

cognoscere, etsi interim viva verba tacuerunt. In qua parte si dixero, nos opibus facundiæ defici, minus dico: facundia enim ipsa deficit dignâ facultate, quæ desiderium vestrum pleno spiritu satiet. Ita utrimque graviter urgemur; siquidem ille nos virtutibus oneret, vos nos precibus fatigatis.

professus tamen se

5 *Non omnia tamen sancti Episcopi sui præclarè gesta enarranda suscepit; sed* ut exemplum suum, *inquit*, in litteras digeratur, placuit summatim pauca conscribere; non quòd aliquem vel gentilium lateat tanti Viri vita, sed ut ad posteros quoque nostros incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. *Hinc primò omissis, quæ gentilis gesserat, Vitam à susceptâ religione Christiana exorsus est. Deinde cap.* 1, *secundùm partitionem nostram, num.* 10 *nonnulla præteriens, ait:* Longum est ire per singula; cuncta ejus facta onerosum est enumerare. *Et cap.* 2, *num.* 19: Multa alia & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari. *Ex hoc consilio factum est, ut varia Sancti gesta dum-*

B *taxat perstrinxerit, alia etiam penitus prætermiserit, ex iis præsertim, quæ* S. Cyprianus *ipse per epistolas suas posteritati jam commendaverat, & de quibus propterea in ipso Vitæ initio dixit:* Multa conscripsit, per quæ memoria digni nominis supervivat, & eloquentiæ ejus ac Dei gratiæ larga fœcunditas ita se copiâ & ubertate sermonis extendit, ut usque in finem mundi fortasse non taceat.

multa præterire: quæ verò scripsit,

6 *Hinc pariter, quia Acta proconsularia de sancti Martyris coram Aspasio Paterno primùm, ac deinde coram Galerio Maximo Africæ proconsulibus, confessione exstabant, horum interrogata illiusque responsa non recensuit, de priori confessione dixisse contentus:* Quid Sacerdos Dei, proconsule interrogante, responderit, sunt Acta, quæ referant. *Plura hujusmodi in Commentarii decursu observanda occurrent. Quæ verò gesta narravit, fideli sinceroque calamo scripsisse omninò dicendus est; ea enim fides sancto scriptori meritò debetur, qui sanctissimo Episcopo ac Martyri non modò synchronus ejusque diaconus, sed & fidelissimus ejusdem in postremo exsilio comes ac domesticus fuit, nec ab eo nisi per hujus martyrium, vel sic invitus divisus; prout ipse apud nos num.*

C *24 his verbis testatur:* Eo enim die, quo primùm in exsilii loco mansimus, nam me inter domesticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exsulem voluntarium; quod utinam & in passione licuisset!

summa fide digna sunt, & semper

7 *Quamdiu tamen ante memoratum exsilium, quod annuum fuit,* S. Cyprianus *convixerit, nescimus; sed manifestum simul est, eumdem de illius gestis partim ipsum coràm, partim ex oculatorum testium aut ipsius etiam Sancti relatione apprimè instrui potuisse. Id ipsum apud nos in Vitâ num.* 3 *insinuat, dum ait:* Postquam (*Sanctus*) & sacras Litteras didicit, & mundi nube discussa, in lucem sapientiæ spiritalis emersit; si quibus ejus interfui; si qua de antiquioribus ejus operibus comperi (*alibi legitur:* Si qua de antiquioribus comperi) dicam; hanc tamen petens veniam, ut, quidquid minus dixero (minus autem dicam necesse est) ignorantiæ meæ potiùs, quàm illius gloriæ derogetur. *Hisce promissis planè conformis est totius Vitæ contextus, qui biographum sanctum, synchronum, & de rebus, quas narrat, optimè edoctum ac oculatum sæpe testem spirat. Stylo in ea usus est multùm compto & oratorio,*

D *qui scriptoris eloquentiam commendat; quamquam id ipsum nonnullis fortasse minùs placiturum sit, quòd panegyrim potiùs, quàm Vitam scripsisse videri possit.*

magni habita. Exstant præterea gemina Acta

8 *Ex dictis mirum non est, hanc Vitam à S. Hieronymo, perito certè æquoque librorum æstimatore,* egregium volumen *appellatam, dignamque visam esse, ob quam illius auctori locum inter ecclesiasticos scriptores daret. Meritò igitur eam Eminentissimus Baronius in Annalibus maximi fecit, Baronioque Philippus Labbeus, Henschenius, Ruinartius, Pagius, Tillemontius, aliique eruditi neoterici omnes consensêre: omnes, inquam, nam iniqua atque maledica Rigaltii censura, quam Henschenius noster in S. Pontio, tom.* 1 *Martii ad diem* VIII, *jam refutavit, non est curanda. Præter laudatam Vitam exstant præterea Acta proconsularia, geminam, ut monuimus,* S. Cypriani *confessionem ac martyrium continentia. Hæc fidelium curâ aut pretio ex Actis publicis excepta, ac deinde ita combinata fuêre, ut ea, quæ inter utramque confessionem contigerunt continuandæ historiæ gratiâ quàm brevissimè fuerint inserta. Simili modo ad eorumdem calcem nonnulla de* E *consummato martyrio, ejusque adjunctis, necnon de expositio sublatoque & sepulto sancti Martyris corpore, adjecta leguntur; in quibus omnibus propterea mirum non est,* Beati *ac* Martyris *titulum occurrere.*

proconsularia cum additamentis, sincera

9 *Cui additamenta hæc adscribenda sint, exploratum non habeo: videtur tamen Henschenius num. præcedenti laudatus Acta illa eidem S. Pontio attribuisse, aut certè cum Vita* S. Cypriani *confudisse, dum ibidem num.* 4 *hanc à Rigaltii calumniis vindicans, S. Augustini testimonium ex Annalibus Cardinalis Baronii laudat, quod non de Vita, sed de Actis accipiendum esse, ex dicendis patebit. Porrò ut dicta additamenta nullo argumento adscribere S. Pontio possumus, ita nec possumus abjudicare. Stylus quidem utrobique diversus est; verùm id nihil evincit, cùm simpliciori auctor uti potuerit, ut eum ad Actorum phrasim conformaret. De iisdem Actis veluti jam tum publicatis & cuilibet notis meminit ipse S. Pontius, ut de priori illorum parte num.* 6 *observavimus. Sed & alteram eorumdem partem, quæ postremam Sancti coram Galerio Maximo confessionem continet, fidelium manibus jam tritam fuisse, dum* F *ille Vitam scriberet, ex eo colligimus, quòd in hac nonnulla proconsulis verba, quæ in illa leguntur, expendat, cetera verò tamquam vulgo nota prætereat.*

& à S. Augustino adhibita.

10 *Quinimò nonnulli sunt, qui non improbabiliter censent, primam illorum partem vivo etiam* S. Cypriano *& in Curubitano exsilio degente, vulgata fuisse. Ita colligunt ex epistola* 78 *inter Cyprianicas, in qua SS. Nemesianus, Dativus, Felix ac Victor episcopi ad metalla damnati, ad* S. Cypriani *consolatorias litteras respondentes, inter cetera aiunt:* Quasi bonus & verus doctor, quid nos discipuli secuti, apud præsidem dicere deberemus, prior apud acta proconsulis pronuntiâsti. *Eadem planè Acta utraque, eoque, quo diximus, modo connexa, habuit S. Augustinus, tantique æstimavit, ut Sermonem primum in Natali* S. Cypriani, *qui in novissima ejusdem Operum editione Parisiensi anni* 1683, *tom.* 5 *trecentesimus nonus est, ex iis conscripserit, ut recudenda à nobis cum laudato Sermone conferenti manifestum erit. Unum interea locum exempli causâ subjicio. S. Augustinus postquam dixisset,* S. Cyprianum *in exsilium pulsum esse, in hunc modum*

A *dum proſecutus eſt:* Sed jam conſiderare & commemorare delectat poſt illud, quod Cyprianus non ſenſerat, ſed inimicus putabat exſilium, quid ex ordine Paſſionis ipſius conſecutum ſit. „ Cùm „ enim Cyprianus, ſanctus Martyr electus à Deo, „ de civitate Curubitana, in quam exſilio, præ„ cepto Aſpaſii Paterni proconſulis miſſus fuerat, „ regreſſus eſſet; in hortis ſuis manebat, & in„ de quotidie ſperabat veniri ad ſe, ſicut oſten„ ſum illi erat. *Confer modò, ſi lubet, verba virgulis notata cum Actis num.* 3, *& non niſi paucarum vocum diſcrimen reperies.*

Varia Actorum exemplaria

11 *Porrò laudatam Vitam & Acta varii edidêre, eaque Theodoricus Ruinartius, ad nonnullos codices Mss. denuò exacta, ſelectis & ſinceris Martyrum Actis inſeruit. Jacobus Pamelius, Brugenſis in Flandria canonicus, in ſua Operum* S. Cypriani *editione gemina ejuſdem Sancti Acta vulgavit, quorum prioribus, ex editione Manutii ac Morelii acceptis, hic titulus præfigitur:* Actus paſſionis S. Cypriani, cujus ipſe Pontius meminit. *Horum initium eſt:* Tempore Valeriani & Gallieni, cùm glorioſum nomen Chriſti à

B Gentilibus exoſum, intentione maxima conaretur auferri, & eſſet perſecutio apud Urbem Romam, beatiſſimus Cornelius Pontificatum prædictæ Urbis ſummis virtutibus præditus tunc regebat, comprehenſuſque à præſide, & diuturnis tormentis afflictus, gladio finivit temporalem vitam. *Sed extra dubium eſt, hæc Acta numquam à S. Pontio viſa fuiſſe. Recentiora enim eſſe præter cetera probat error ſcriptoris, quo S. Cornelium, imperantibus Valeriano ac Gallieno, Romæ ſedisſe & martyrio coronatum eſſe ſtatuit, quem ſub Gallo ac Voluſiano paſſum fuiſſe ad hunc ipſum diem in Commentario hiſtorico de ejuſdem geſtis oſtendimus. Sunt igitur Acta illa recentioris cujuſdam opus, qui antiquioribus prologum pro ſuo genio præfixit, iiſque ſic uſus eſt, ut nonnulla etiam pro libito ſuo in iiſdem mutaverit. Altera à Pamelio Acta Ruinartianis ſunt ferè conformia.*

à variis edita,

12 *Rigaltius præter duo enumerata, aliud inſuper Actorum exemplar ex Ms. S. Victoris protulit; quæ, quia breviſſima ſunt, etiam antiquiſſima arbitratus eſt. Sed perperam; nihil enim aliud ſunt, quàm utriuſque confeſſionis pars poſterior, reciſis, quæ de capitalis ſententiæ exſecutione, & Martyris ſepultura, proconſularibus Actis addita diximus, nec tamen omni additamento carent. Manifeſtum id eſt vel ex ipſo exordio, quod hujuſmodi eſt:* Cùm Cyprianus ſanctus martyr, electus à Domino, de civitate Curubitana, in qua exſilio datus erat ex præcepto Paſſi Paterni, tunc proconſulis clariſſ. viri, regreſſus eſſet, ex ſacro præſcripto ſpecialiter hoc & perſonaliter emiſſo,

C * hortis in ortis * ſuis manebat. *Qui hæc autem cum Actis edendis num.* 3 *contulerit, fatebitur exordium iſtud ex illis ſimilibuſve,* Aſpaſii *nomine in* Paſſi *deformato, tranſumptum fuiſſe. Cetera quoque in eo Rigaltii exemplari partim non nihil mutilata, partim mutata ſunt; deſuntque præterea ultima Actorum proconſularium verba:* Cyprianus epiſcopus dixit: Deo gratias; *quæ in iis, quibus S. Auguſtinus uſus eſt, poſita fuiſſe, ex ejuſdem Sermone* 1 *de* S. Cypriani *natali certum eſt: ita ut mirum ſit, exemplar iſtud Rigaltio præ ceteris placuiſſe.*

uti & Vitæ, ex quibus Ruinartii editionem ſequimur.

13 *Eſt præterea & altera* S. Cypriani *Vita apud laudatum Pamelium edita, quam ipſe Pontio olim perperam adſcriptam, à Manutio Morelioque rectiùs Paulo diacono attribui exiſtimavit. Incipit hæc:* Temporibus Valeriani iniquiſſi-

mi imperatoris fuit in Carthagine, quæ eſt in Africa, glorioſiſſimus vir, nomine Cyprianus &c. *Ejuſdem Vitæ exemplar ex Ms. S. Mariæ Bonifontis non nihil mutilum habemus. Sub utriuſque calcem mentio fit de tranſlato S. Cornelii in Galliam corpore, eaque occaſione in Commentario de hujus ſancti Pontificis ac martyris geſtis* § 13 *de eadem egimus, diximuſque S. Cornelii tranſlationem poſt Caroli Magni tempora, cujus juſſu Vitam illam à Paulo diacono nonnulli ſcriptam volunt, contigiſſe. At parùm refert, à quo ſcripta fuerit, cùm certè recentior ſit, quàm ut ea, dum Pontii Opuſculum habemus, recudi mereatur. Nos itaque poſt Commentarium primò Vitam auctore S. Pontio,* S. Cypriani *diacono, deinde gemina Acta proconſularia ab incerto collectore combinata, ut diximus, dabimus, tam hæc quàm illam ex Ruinartii editione, quam reliquis caſtigatiorem arbitramur.*

AUCTORE C. S.

Gemini Cypriani à Nazianzeno & Prudentio confuſi.

14 *Sanctos Patres, ac venerandæ antiquitatis ſcriptores, qui* S. Cypriani *elogia ſcripſêre, ſuis etiam locis memorabimus. Ex hiſce S. Gregorius Nazianzenus Oratione* 18, *quam de* S. Cypriano *noſtro habuit, & Aurelius Prudentius in Carmine de eodem, confuderunt illum cum cognomine Sancto, qui unà cum S. Juſtina virgine Nicomediæ paſſus traditur, & ad diem* XXVI *Septembris Martyrologio Romano inſcriptus eſt, ad quam illorum Acta, quæ exſtant apud Martenium & Durandum tom.* 3 *Theſauri Anecdotorum, à col.* 1621, *examinanda venient. Eumdem eximiis verſibus ab Eudocia imperatrice celebratum fuiſſe, Photius in Bibliotheca, codice* 184 *teſtatur. Interim juverit ex laudata Bibliotheca, Actiſque citatis nonnulla hîc exhibuiſſe, quæ indubitatum inter utrumque Sanctum diſcrimen demonſtrant.* S. Cyprianum *noſtrum in Africa ac probabiliter Carthagine natum eſſe, oſtendemus: Eudocia verò Actaque ſuum Antiochenum faciunt.* Cyprianus *noſter, teſte Pontio in Vita, per Cæcilium presbyterum ad fidem adductus eſt; alter per quemdam virum nomine Timotheum. Noſter fuit epiſcopus Carthaginenſis, ille verò Antiochenus fuiſſe dicitur. Carthaginenſis Antiſtes prope Carthaginem ſub Valeriano ac Gallieno capite plexus eſt, nec carcerem nec tormenta antea paſſus; alter imperantibus Diocletiano ac Maximiano, Antiochiæ captus, poſt raſa latera, poſt carcerem, toleratamque innocuè ſartaginem, Nicomediam ad Diocletianum miſſus eſt, ibidemque capite truncatus. Plura qui volet, legat laudatam Photii bibliothecam, Tillemontium tom.* 5 *Monument. eccleſ. in SS. Cypriano & Juſtina, ac Maranum mox laudandum* § 1, *ubi pro Eudociæ Opuſculo contra Joannem Fellum breves vindicias ſcripſit. De Confeſſione, ſive Pœnitentia Sancto perperam adſcripta, alibi agemus.*

E

F

Vita à Marano concinnata: cur hæretici Sanctum laudent.

15 *Neotericos, qui de Sancti geſtis ſcripſêre, per decurſum nominabimus. Inter eos autem anonymus quidam Benedictinus eſt Congregationis S. Mauri, vir eruditus, cujus egregiam lucubrationem editioni Operum* S. Cypriani *à Baluzio curatæ præfixam habes. Hunc Prudentium Maran dictum eſſe, didici ex Remigio Ceillier tom.* 3 *Hiſt. general. Auctorum ſacrorum, art.* 7 *in* S. Cypriano, *quo nomine eum propterea ſæpius laudabimus. Ceterùm non tantùm ſancti Patres ac Catholici ſcriptores ſanctum Epiſcopum & Martyrem ſummis digniſque laudibus proſecuti ſuêre, ſed & hæretici, aliique, quibus ſuprema in Eccleſia poteſtas, Romano Pontifici divinitus conceſſa, gravis eſt, eumdem certatim celebrârunt, ſed diverſo ſanè animo ac fine. Hi enim poſteriores non*

AUCTORE C. S.

alia de cauſa tot in illum laudes congerunt, quàm ut ex famoſa Sancti de hæreticorum baptiſmate cum S. Stephano contentione arma ſibi contra Eccleſiam comparent; quam contentionem nemo ſanctorum Patrum approbat, & in qua excuſanda S. Auguſtinus contra Donatiſtas multum laboravit. Verùm hujuſmodi ſcriptorum confutatio ad Theologos pertinet, quorum etiam varii id præſtiterunt, ad quos propterea lectorem remitto. Inter reliquos autem conſuli poteſt auctor Diſſertationis theologicæ de celebri diſputatione SS. Stephanum inter ac Cyprianum, *Gallicè editæ Pariſiis anno* 1725, *itemque altera Diſſertatio, auctore pariter anonymo, anno* 1749 *Avenione excuſa.*

§ II. Sancti patria Africa, fortè Carthago: profeſſio rhetoricæ, eloquentia, vita ante baptiſmum acta, & ad fidem converſio.

B

Sanctus patriâ Afer fuit,

CYpriano *patriam Africam obtigiſſe teſtantur S. Hieronymus lib. de Scriptoribus eccleſiaſticis, cap.* 67, *S. Auguſtinus lib.* 1 *Operis imperfecti, ubi* Pœnus *dicitur, alibique, & Aurelius Prudentius de eo ſic canens:*

Punica terra tulit, quo ſplendeat omne, quidquid uſquam eſt,
Inde domo Cyprianum, ſed decus orbis & magiſtrum.

Neque ullus eſt, qui hac in parte diſſentiat. Haud æque certum eſt, an Carthagine natus ſit, ut Suidas in Lexico ad vocem Καρχηδών *aſſeverat, & Tillemontio art.* 1 *in* S. Cypriano *non improbabile viſum eſt ex verſu Prudentii, in quo* martyrium in loco natali, *inquit*, ſubiiſſe dicitur. *Verſus is haud dubiè hic eſt:*

Eſt proprius patriæ Martyr, ſed amore & ore noſter.

Verùm hinc nihil aliud erui poteſt, quàm quòd in Africa natus & paſſus ſit, non enim Prudentius ibidem Carthaginem ceteris Africæ locis, ſed Hiſpaniæ reliquiſque mundi regionibus opponit, ſubjiciens:

C

Incubat in Lybia ſanguis; ſed ubique lingua pollet.

& probabiliter Carthagine

17 *Favet tamen Tillemontio S. Pontius in Vita num.* 20, *ubi de pulſo Carthagine* Cypriano, *non aliter, quàm ſi hæc ejus patria fuiſſet, loquitur in hunc modum*: Viderit ſæculum, cui inter pœnas exſilium computatur. Illis patria nimis cara & commune nomen eſt cum parentibus: nos parentes ipſos, ſi contra Dominum ſuaſerint, abhorremus. Illis extra civitatem ſuam vivere gravis pœna eſt: Chriſtiano totus hîc mundus una domus eſt... Adde, quòd Deo integrè ſerviens, etiam propria in civitate peregrinus eſt: dum enim ſe carnalibus deſideriis continentiâ ſancti Spiritûs abſtinet, converſationem prioris hominis exponens, etiam inter cives ſuos, aut, propè dixerim, inter parentes ipſos, vitæ terreſtris alienus eſt. Accedit, quòd, etſi hæc aliàs pœna poſſet videri, in hujuſmodi tamen cauſis... non eſt pœna, quia Gloria eſt. *Hæc Pontius, quæ Tillemontii ſuſpicionem, aliunde debilem, ſatis probabilem faciunt. Carthaginenſem illum fuiſſe patriâ, pariter credidit Jacobus Pamelius in Vita, quam ex ejuſdem Sancti ſcriptis concinnavit, & editioni Operum præfixit.*

D

18 *Contrà Prudentius Maranus in ejuſdem ſimiliter Vita* § 1 *aliunde ortum putat, nixus epiſtolâ illius* 36. *Nam* cùm ſanctus Martyr, *inquit*, hoc beneficium (*nativitatis*) Carthagini acceptum non referat, ſed tantùm dicat epiſt. XXXVI: „ Ubi enim mihi aut meliùs poſſit „ eſſe aut lætiùs, quàm illic, ubi me Deus cre„ dere voluit & creſcere? „ alia eum patriâ videtur in lucem extuliſſe. *Verùm hinc nihil contra Carthaginenſem Sancti patriam concludi poteſt: cùm de Chriſtiano ſpiritûs incremento iſta potiùs dicta videantur. In hac enim epiſtola ſanctus Epiſcopus è primo ſeceſſu ſuo Carthaginenſi clero ſignificat, optare ſeſe quàm primùm ad eos venire; ſed veritum, ne ſuus reditus invidiam gentilium provocaret, novaſque turbas cieret, exiſtimare, nonnihil adhuc præſtolandum eſſe. Deinde ſubdit:* Quando ergo vos ſcripſeritis, rebus compoſitis me venire debere, aut ſi antè dignatus fuerit Dominus oſtendere, tunc ad vos veniam. Ubi enim mihi aut meliùs poſſit eſſe *&c. Rationes igitur reddit, cur Carthaginis deſiderio teneatur; ſcilicet, quia ibidem per fidem renatus erat & creverat: naturalis verò patriæ deſiderium allegare neque tantum Epiſcopum decebat; neque hic is erat, qui eo caperetur, quemadmodum ex Pontii verbis mox relatis colligere licet, & ipſa Viri virtus perſuadet.*

natus.

E

S. Gregorii Nazianzeni ſententia

19 *Sanctus Gregorius Nazianzenus Oratione* 18, *quam in* S. Cypriani *laudem habuit, magnas ipſi opes, potentiam, ac generis nobilitatem adſcribit his verbis:* Cyprianus, magnum quondam Carthaginenſium, nunc autem totius orbis nomen, opibus conſpicuus, potentiâ illuſtris, genere clarus; ſiquidem maximum nobilitatis argumentum eſt, ſenatorem eſſe, primariamque in eo ordine ſedem obtinere. *Confudit quidem S. Gregorius in laudata Oratione duos Cyprianos; noſtrum ſcilicet Carthaginenſem Epiſcopum cum altero Nicomedienſi martyre, qui cùm S. Juſtina virgine paſſus eſt, & die* XXVI *Septembris colitur; ſed hujuſmodi opes ac nobilitas de priori veriſimiliora ſunt; quàm de poſteriori, qui magus fuiſſe, magiciſque artibus S. Juſtinam in cujuſdam adoleſcentis, qui hanc deperibat, amorem pellicere nequicquam tentâſſe perhibetur; quod in tantæ nobilitatis ac opulentiæ viros rariùs cadit, ut rectè obſervavit Tillemontius Notâ* 1 *in* S. Cyprianum.

F

de ejuſdem claro genere ac opibus.

20 *Adde, quòd Carthaginenſi Epiſcopo opes minimè defuiſſe inſinuet S. Pontius in Vita num.* 4, *ubi res ſuas ac prædia mox à ſuſcepta fide in pauperum alimoniam diſtraxiſſe, & num.* 30, *ubi hortos ſuos, eumdem in finem venditos, ex divina indulgentia recepiſſe dicitur. Itaque, ſi S. Gregorii verba de alterutro Cypriano vera ſint, de Sancto noſtro potiùs accipienda videntur; lubens tamen fateor hoc incertum eſſe, cùm aliunde nihil habeamus, quo tantam generis claritudinem, ac primarium inter ſenatores locum confirmare poſſimus, cúmque aliorum de re tam memorabili & ad* S. Cypriani *converſionem commendandam non exigui ponderis, ſilentium contrarium potiùs ſuadeat. Sed certè hariolatus fuit auctor Vitæ Gallicæ, Gervaſius, dum Sancti noſtri patrem* Thaſcium Cyprianum *appellavit; laudans in margine citatam S. Gregorii Orationem, in qua nihil de ejuſdem patre reperire eſt.*

21 *De vita* S. Cypriani *ante ſuſceptam fidem*

aſſe-

A *Adhuc gentilis rhetorem egit,*

acta Pontius nihil tradidit, ut ſuprà jam meminimus, niſi quòd bonis artibus animum probè excoluerit; Fuerint licèt, *inquiens*, ſtudia; & bonæ artes devotum pectus imbuerint, tamen illa prætereo: nondum enim ad utilitatem, niſi ſæculi, pertinebant. *Multis etiam eloquentiam illius, gloriamque, quam ex oratoriæ artis profeſſione ſibi acquiſierat, laudat Lactantius lib.* 5 *Divinarum inſtitutionum, cap.* 1, *ubi hæc habet:* Unus igitur præcipuus & clarus extitit Cyprianus, qui & magnam ſibi gloriam ex artis oratoriæ profeſſione quæſierat, & admodum multa conſcripſit in ſuo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioſo, ſuavi, & (quæ ſermonis maxima eſt virtus) aperto; ut diſcernere nequeas, utrúmne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in perſuadendo fuerit. *Hæc Lactantius, ſed partim de* S. Cypriano *etiam gentili, partim de eodem jam Chriſtiano accipienda.*

mirâ eloquentiâ ac eruditione celebris.

B 22 *De oratoria illius palæſtra meminit pariter S. Hieronymus in Scriptoribus eccleſiaſticis dicens:* Cyprianus Afer primùm gloriosè Rhetoricam docuit. *Similiter S. Auguſtinus Serm.* 197 *&* 312 *ad populum, eumdem ante baptiſma* oratorem *appellat. Inſigne etiam habemus S. Gregorii Nazianzeni loco ſuprà citato de ejuſdem ingenii dotibus ac eruditione elogium; ibi enim poſt verba num.* 19 *data ſic progreditur:* Flos juventutis, elaboratum naturæ opus; doctrinæ principatus, tam philoſophicæ, quàm cujuſvis alius generis diſciplinæ, idque quacumque eum parte cenſere volueris; adeò ut in eo variarum artium cognitio mirabilior eſſet, quàm ſingularum exacta & perfecta ſcientia; & rurſus ſingularum exquiſita & modis omnibus abſoluta perceptio plus admirationis haberet, quàm variarum artium collecta ſcientia: vel, ut apertiori diſtinctione hæc explicem, alios multiplici rerum cognitione, alios, quòd ſummum ſcientiæ gradum attigiſſet, alios utraque laude, omnes omnibus modis ſuperaret. Ac eruditionem quidem libri ipſi teſtantur, quos ille complures & luculentos pro nobis conſcripſit, poſteaquam Dei, qui omnia facit atque in melius commutat, benignitate doctrinam ſuam tranſtulit, atque ſtoliditatem rationi ſubjecit.

Non videtur umquam conjugatus fuiſſe,

C 23 *Eminentiſſimus Baronius tom.* 2 *Annalium, ad annum Chriſti* 250, *num.* 10 *ex malè intellecto S. Pontii loco cenſuit,* S. Cyprianum, *dum adhuc gentilis eſſet, conjugatum fuiſſe, ejuſque uxorem ac liberos, dum ille baptiſmo initiaretur, in vivis ſuperfuiſſe. Locum illum ex Vita num.* 9 *accipe:* Erat ſanè illi, *inquit biographus*, etiam de nobis contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ Cæcilii, & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ Divinitatis à ſæculi errore correxerat. Hunc toto honore atque omni obſervantiâ diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille demulſus ejus obſequiis, in tantum dilectionis immenſo merito provocatus eſt, ut de ſæculo excedens, arceſſitione jam proxima, commendaret illi conjugem ac liberos ſuos, ut, quem fecerat de ſectæ communione participem, poſtmodùm faceret pietatis heredem. *Hanc conjugem liberoſque laudatus Baronius* Cypriani *credidit & ab hoc commendatos Cæcilio, cùm ex ipſis verbis perſpicuum ſit, Cæcilii fuiſſe & à Cæcilio commendatos* S. Cypriano: *neque enim hic Cæcilium, ſed Cæcilius* Cyprianum *ad fidem adduxit; idem autem, qui alterum de ſectæ ſuæ communione fecerat participem, eumdem quoque fecit & pietatis in relictam ac liberos exhibendæ heredem.*

ut nonnulli perperam

24 *Non minùs infeliciter Joannes Fellus in Annotatis ad Vitam* S. Cypriani, *& Pagius in Critica Baronii prioris editionis ad annum* 248; *num.* 4, *ejuſdem matrimonium ex alio Pontii loco eruere voluerunt. Scilicet biographus apud nos num.* 7 *&* 8 *Vitæ de Sancto jam presbytero hæc ait:* Sermo illi de hoc fuerat uſitatus, ut, ſi quem prædicatum Dei laudatione legiſſet, ſuaderet inquiri, propter quæ facta Deo placuiſſet. Si Job Dei teſtimonio glorioſus, dictus eſt verus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur; faciendum docebat, quidquid Job antè feciſſet: ut, dum & nos paria facimus, ſimile in nos Dei teſtimonium provocemus. Contemptis ille diſpendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit, ut nec pietatis temporalia damna ſentiret. Non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris ſuadela deflexit, non proprii corporis dira pœna concuſſit. *&c.*

credidérunt:

25 *Hanc* uxoris ſuadelam *memorati ſcriptores ad* S. Cyprianum *retulerunt, quam ad Jobum ſpectare, tum verba jam recitata, tum quæ ibidem ſubduntur, manifeſtum faciunt. Pergit enim biographus miſericordiæ opera, quæ Job in ſacris Litteris de ſe ſparſim commemorat, recenſere; ac tandem de* S. Cypriano *ſubjicit:* Hæc debent facere, dicebat, qui Deo placere deſiderant. *Jobum itaque pravas uxoris ſuadelas fortiter rejicientem ceteris in exemplum Sanctus propoſuiſſe à biographo dicitur, non ipſe ſuæ rejeciſſe. Nec neceſſe eſt hæc pluribus probare, cùm & res clara ſit, & Pagius in auctioris Operis ſui editione, ad eumdem annum, num.* 5, *hunc errorem ſuum candidè agnoverit, correxeritque; quod & Fellum in emendationibus ſuis præſtitiſſe, obſervavit Ruinartius in Actis ſinceris martyrum, annotatione* 16 *ad hanc Vitam. Incertum itaque manet, an* S. Cyprianus *uxoratus umquam fuerit; attamen tam ex ipſius, quàm biographi de uxore liberiſque ſilentio oppoſitum longè probabilius eſt, certumque apparet, illum, ſi uxorem ac liberos umquam habuerit, viduum orbumque fuiſſe, dum Chriſtiana ſacra amplexus eſt.*

E

at certè magus non fuit;

26 *S. Gregorius Nazianzenus in Oratione* 18 *jam aliàs laudata,* S. Cyprianum, *antequam Chriſto nomen dediſſet, magiæ in primis deditum, eâque potiſſimùm arte celebrem fuiſſe ſcribit; additque eumdem, cùm S. Juſtinam virginem Chriſtianam ejuſmodi præſtigiis in ſui amorem pellicere fruſtra tentâſſet, à dæmone arreptum tortumque, tandem ad Chriſtianam religionem animum adjeciſſe. Magiæ pariter crimen, ejuſdemque nefarium ad concitandam venerem uſum, Prudentius in hymno ſuprà citato ipſi adſcripſit his verſibus:*

F

Unus erat juvenum doctiſſimus artibus ſiniſtris,
Fraude pudicitiam perſtringere, nil ſacrum putare;
Sæpe etiam magicum cantamen inire per ſepulchra,
Quo geniale tori jus ſolveret æſtuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repentè Chriſtus.

Verùm utrumque ſcriptorem in hunc errorem induxit gemini S. Cypriani *confuſio, de quâ* § 1 *actum eſt, & conveniunt eruditi. Nicomedienſis enim martyr ante ſuſceptam Chriſti fidem magus fuiſſe perhibetur, de eoque iſta narrantur, tum alibi, tum in Confeſſione vel Pœnitentia, quæ ſub*

AUCTORE C. S.

ejus nomine Græcè ac Latinè exſtat, & ea ipſa videtur eſſe, quam S. Gelaſius I Papa in concilio Romano inter apocrypha rejecit.

ſed multis tamen vitiis deditus.

27 *Porrò ut ſanctum Antiſtitem noſtrum à magiæ crimine immunem fuiſſe aſſeveramus, ita negare non poſſumus, quin ante baptiſmum mentem multis vitiis deditam geſſerit, prout ipſe in epiſtola* 1 *ad Donatum verbis infrà citandis fatetur, nec in gentili oratore mirandum eſt. Certè S. Auguſtinus ſerm.* 311, *qui tertius eſt in natali* S. Cypriani, *de eo ait:* Ipſe ſcribit, ipſe teſtatur, cujus vitæ fuerit aliquando, quàm nefariæ, quàm impiæ, quàm improbandæ, ac deteſtandæ. *Talis erat* Thaſcius Cyprianus, *tum eloquentiæ facultate ac naturæ dotibus, tum animi perverſis affectibus, quando divina bonitas* animam Servi ſui, *ut S. Auguſtinus ſerm.* 312 *loquitur*, per fidem juſtificando eruit ab impiis, & fecit frameam ſuam, hoc eſt, gladium bis acutum; ut per illam linguam ſtultitia gentium nudata feriretur, per quam priùs tecta atque velata, pulcra prudentibus videbatur; atque
B ut eloquii tam nobilis inſtrumentum, quo ruinoſis doctrinis dæmoniorum indigna ornamenta fiebant, in ædificationem verteretur Eccleſiæ, quâ creſcente, illa laberentur; & ut tantæ vocis tuba, quæ forenſium mendaciorum certamina ſolebat acuere, ad proſternendum pretioſis Sanctorum mortibus diabolum, Chriſto militantes, & in ipſo gloriantes devotos martyres excitaret.

Ad fidem convertitur à S. Cæcilio presbytero,

28 *S. Pontius in Vita apud nos num.* 9 *indicat virum, quo Deus ad tantum opus uti voluit.* Erat ſanè illi, *inquit*, etiam de nobis contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ Cæcilii, & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ Divinitatis à ſæculari errore correxerat. *Eminentiſſimus Baronius ad annum Chriſti* 250, *num.* 6 *Cæcilium hunc eumdem credidit cum cognomine rhetore*, Cæciliano *etiam ab aliis dicto, ac Diadumeni Auguſti olim magiſtro; putavitque* S. Cyprianum *huic in oratoria ſchola ſucceſſiſſe: ad annum verò* 211, *num.* 2 *cenſuerat, rhetorem illum eumdem etiam fuiſſe cum eo, qui in Minutii Felicis Dialogo, qui* Octavius *inſcribitur, Chriſtianam religionem vehementer impugnans inducitur, eamque poſtmodum amplexus fuiſſe videtur. Tillemontius art.* 2 *in* S. Cypriano
C *velut admodum veriſimilem admittit Baronii opinionem, in quantum Minutii Cæcilium* S. Cypriani *ad fidem ductorem ſtatuit; ſed ibidem Notâ* 3 *illum arguit, quòd eumdem etiam fecerit Diadumeni præceptorem: quod ſolido fundamento deſtitutum & cum ipſis Cardinalis dictis ſtare non poſſe arbitratur. Verùm id ipſum Baronius jam revocaverat tomo* XI *pag.* 725 *inter corrigenda ad annum* 211. *Ceterùm Cæcilius* Cypriani *Martyrologio Romano inſcriptus eſt ad diem* III *Junii, ad quam de eo in Opere noſtro breviter actum. De Cæcilio rhetore, ac fortè eodem, videri etiam poteſt Tillemontius tom.* 3 *Monument. in Minutio Felice.*

cui gratas vices reddidit.

29 *Quanti verò ob hoc beneficium Cæcilium Sanctus æſtimaverit, colligimus ex biographo, qui verbis recitatis ſubjungit:* Hunc (*Cæcilium*) toto honore atque omni obſervantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille (*Cæcilius*) demulſus ejus obſequiis, in tantum dilectionis immenſæ merito provocatus eſt, ut de ſæculo excedens,... commendaret illi conjugem ac liberos ſuos. *Quin & in perpetuam grati animi teſſeram* S. Cypria-
nus *cognomentum* Cæcilii *ab eo adſcivit, teſte* D
S. Hieronymo in lib. de Scriptoribus eccleſ., cap. 67. *Eodem cognomine Sanctus ipſe uſus eſt in epiſtola* 1 *ad Donatum, ſic exorſus:* Cæcilius Cyprianus Donato ſalutem. *Sed & in epiſt.* 69 *ad Florentium Puppianum, in proſcriptionis ſuæ publico inſtrumento lectum fuiſſe teſtatur:* Si quis tenet vel poſſidet de bonis Cæcilii Cypriani epiſcopi Chriſtianorum *&c. Hinc liquet, illum ſicut* Taſcii *cognomine, quod gentilis geſſerat, ita &* Cæcilii *vocabulo poſt ſuſceptam fidem publicè notum fuiſſe. Porrò rectè obſervant nonnulli neoterici, aut* S. Cyprianum *ſacris Ordinibus nondum initiatum fuiſſe, dum Cæcilius ſuorum tutelam ipſi commiſit, aut certè non niſi amicam commendationem hîc interceſſiſſe; tutelam enim clericis tum graviter prohibitam fuiſſe, ex epiſtola* 66 *infrà oſtendemus. Fruſtra quoque Pearſonius ex adducto Pontii loco matrimonium presbyterorum ſtabilire conatur, cùm priùs probare deberet, laudatum Cæcilium uxorem illam in presbyteratu duxiſſe, aut eâ uſum eſſe.*

Sanctus animi ſui lætam, 30 *Quâ porrò occaſione laudatus presbyter* Cyprianum *ad Chriſti ſacra perduxerit, neſcimus:* E
ſed ex ejuſdem mox laudata epiſtola ad Donatum conſtat, eum aliquamdiu ac etiam diu ſalutaribus monitis reluctatum eſſe, eo præcipuè ex capite, quòd perſuadere ſibi non poſſet, ſeſe ad Chriſtianam morum integritatem, à qua tam longè aberat, per ſacri baptiſmatis lavacrum ac divinam gratiam poſſe pertingere. Audi illum ipſum hac ſuper re diſſerentem: Accipe, quod ſentitur, antequam diſcitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur, ſed compendio gratiæ maturantis hauritur. Ego cùm in tenebris atque in nocte cæca jacêrem, cúmque in ſalo jactantis ſæculi nutabundus ac dubius, veſtigiis oberrantibus fluctuarem, vitæ meæ neſcius, veritatis ac lucis alienus, difficile prorſus ac durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in ſalutem mihi divina indulgentia pollicebatur, ut quis renaſci denuò poſſet, utque in novam vitam lavacro aquæ ſalutaris animatus, quod priùs fuerat, exponeret, & corporis licèt manente compage, hominem animo ac mente mutaret.

quam ante baptiſmum ſuſtinuit, 31 Quî poſſibilis, aiebam, eſt tanta converſio, ut repentè ac perniciter exuatur, quod vel
F genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diu, ſenio vetuſtatis inolevit? Alta hæc & profunda penitus radice ſederunt. Quando parſimoniam diſcit, qui epularibus cœnis & largis dapibus aſſuevit, & qui pretioſa veſte conſpicuus, in auro atque in purpura fulſit, ad plebeium ſe ac ſimplicem cultum quando deponit? Faſcibus ille oblectatus, & honoribus eſſe privatus, & inglorius non poteſt. Hic ſtipatus clientium cuneis, frequentiore comitatu officioſi agminis honeſtatus, pœnam putat eſſe, cùm ſolus eſt. Tenacibus ſemper illecebris neceſſe eſt, ut ſolebat, vinolentia invitet, inflet ſuperbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas ſtimulet, ambitio delectet, libido præcipitet.

Donato exponit. 32 Hæc egomet ſæpe mecum: nam, ut ipſe quamplurimis vitæ prioris erroribus implicitus tenebar, quibus exui me poſſe non crederem, ſic vitiis adhærentibus obſecundans eram, & deſperatione meliorum, malis meis veluti jam propriis ac vernaculis offavebam. *Ita* Cyprianus *luctabatur ſecum, priuſquam divina gratia ac ſalutaris undæ lavacrum inolitis vitiis animum exuiſſet. Obſtabat etiam haud dubiè Viri multiplex eruditio, quâ inter gentiles ſuos plurimùm eminebat, qua-*

A *quæque inde oriri nata erat ſuperbia, Chriſtianis præceptis tam oppoſita. Hinc S. Hieronymus in Jonam cap. 3 Cæcilium hujc prophetæ,* Cyprianum *regi Ninivitarum comparans, ait:* Proponamus nobis B. Cyprianum, qui priùs idololatriæ aſſertor fuit, & in tantam gloriam venit eloquentiæ, ut oratoriam quoque doceret Carthagini, audiſſe tandem ſermonem Jonæ, & ad pœnitentiam converſum, in tantam veniſſe virtutem, ut Chriſtum publicè prædicaret, & pro illo cervicem gladio flecteret: profectò intelligimus, regem Ninive deſcendiſſe de ſolio ſuo, & purpuram ſacco, unguenta luto, munditias ſordibus commutâſſe; non ſordibus ſenſuum, ſed verborum. *Hæc S. Hieronymus: cetera ad* S. Cypriani *converſionem ac baptiſma ſpectantia ſequenti paragrapho exponemus.*

§ III. Tempus ſuſcepti baptiſmi incertum: mirabilis morum mutatio, & virtutes heroïcæ ipſius, probabiliùs adhuc catechumeni.

B

Annus baptiſmi ſuſcepti incertus,

ANnum ſuſceptæ à S. Cypriano *fidei nec Pontius, nec alii veteres tradidêre, neque certus aſſignari poteſt. Attamen ne longè à vero aberremus, prohibent tum laudatus Pontius in Vita num.* 10, *tum* S. Cyprianus *ipſe in epiſt.* 55 *ad S. Cornelium Pontificem Romanum. Priori loco de delato ipſi epiſcopatu ſic legitur:* Ad probationem bonorum operum ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quòd judicio Dei, & plebis favore, ad officium ſacerdotii & epiſcopatûs gradum adhuc neophytus, &, ut putabatur, novellus, electus eſt. *Idem Pontius num. 6 velut rem planè inſolitam narraverat celerem illum Sancti ad ſacros Ordines aſcenſum, dixeratque:* Presbyterium & ſacerdotium ſtatim accepit: quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? *Ex hiſce liquet, Sancti baptiſmum non longiori*

C *temporis ſpatio ante initum epiſcopatum poſſe collocari, quàm quo ipſe adhuc* neophytus *ac* novellus *in fide cenſeri potuerit.*

Sed non diu ante annum 249 collocandus.

34 *Jam verò* S. Cyprianus, *teſte ejuſdem epiſtola memorata,* plebi ſuæ in epiſcopatu quadriennio jam probatus *erat, quando hanc ad S. Cornelium anno 252 menſe Junio aut Julio dedit, ut in S. Cornelio hoc ipſo die dictum jam eſt; ideóque initium epiſcopatûs illius collocandum eſt ad annum Chriſti* 248, *ſi quadriennium illud completum, vel certè ad annum* 249, *ſi incompletum fuiſſe cenſendum ſit: quod poſterius veriſimilius eſſe infrà oſtendemus. Quantum autem temporis hinc deducendum ſit, omnino incertum eſt, niſi quòd pauciſſimos annos excedere non ſinat Pontii auctoritas. Potuit itaque feliciſſimus ille eventus anno* 246 *contigiſſe, ut Joannes Ceſtrienſis in Annalibus ſtatuit; ſed etiam paulò citiùs aut ſeriùs, ideóque annum divinare non lubet. Cyclus Paſchalis, quem Oxonienſis editor Joannes Fellus* S. Cypriani *Operibus inſeruit, quique in annum* 243 *deſinens, auctorem Chriſtianum manifeſtè præfert, morari nos non debet, tum quia ob ſtyli diverſitatem ſancto Antiſtiti noſtro attribui non poteſt, tum quia tam matura* Cypriani *converſio cum Pontii dictis non ſatis veriſimiliter conciliari poteſt.* AUCTORE C. S.

Pearſonii conjectura de anni tempeſtate,

35 *Pearſonius in Annalibus Cyprianicis ad annum Chriſti* 246, *num.* 3 *eum inter Paſcha & Pentecoſten ejus anni baptizatum putat, nixus Tertulliani teſtimonio, qui lib.* 2 *de Baptiſmo, cap.* 19 *ait:* Diem baptiſmo ſolemniorem Paſcha præſtat, cùm & paſſio Domini, in qua tingimur, adimpleta eſt... Exinde Penteçoſte ordinandis lavacris latiſſimum ſpatium eſt, quo & Domini reſurrectio inter diſcipulos frequentata eſt. *Ex hoc enim loco Pearſonius infert,* intra hoc temporis ſpatium ordinandis lavacris in eccleſia Africana deputatum *fuiſſe, ideóque tum* Cyprianum ſolenniter baptizatum fuiſſe, perquam credibile *putat.*

quâ baptizatus ſit.

36 *Nec improbabilis eſt ea opinio, non tamen certa; cùm laudatus Tertullianus ibidem poſt pauca ſubjungat:* Cæterùm omnis dies Domini eſt; omnis hora, omne tempus habile baptiſmo: ſi de ſolemnitate intereſt, de gratia nil refert. *Nihil aliud igitur ibi vult Tertullianus, quàm Paſchæ ac Pentecoſtes tempora baptiſmo majori cum ſolemnitate catechumenis magno numero conferendo deputata fuiſſe; verùm id non obſtat, quo minùs unus & alter, Chriſtianis præceptis jam probè inſtitutus, extra illa tempora baptiſmo initiaretur, præſertim cùm juſta cauſa ſubeſſet; qualis in adjungendo Eccleſiæ* Cypriano, *quem præter auctoritatem etiam inſolitus in Catechumeno virtutum ſplendor commendabat, certè non deerat, quemadmodum nec defuit, ob quam adhuc Neophytus contra Apoſtoli monitum ad epiſcopatum eveheretur.*

E

Incerta pariter eſt ætas, in qua

37 *Non minùs incerta eſt ætas, in qua memoratum Sacramentum ſuſcepit. Baronius ad annum* 250, *num.* 7 *ex Sancti verbis num.* 31 *à nobis recitatis, quibus ait, vix poſſibile ſibi videri,* ut repentè ac perniciter exuatur, quod vel genuinum ſitu materiæ naturalis obduruit, vel uſurpatum diu, ſenio vetuſtatis inolevit. Altâ hæc & profundâ penitus radice ſederunt: *ex hiſce, inquam, Sancti verbis Baronius collegit, eum jam* ſeneſcentem *fuiſſe, dum Chriſto nomen dedit. Verùm id memorata verba non evincunt; nam præterquam quòd* S. Cyprianus *ibidem non tantùm de ſe, ſed etiam de quibuſlibet hominibus, baptiſmo initiandis, loquatur, prout ex toto con-*

F *textu manifeſtum eſt, vitia, quibus aliquis in virilem uſque ætatem aſſuevit, rectè dici queunt ſenio vetuſtatis in hujuſmodi homine inoleviſſe, altaque ac profundâ radice ſedere.*

baptiſmum ſuſcepit.

38 *Adde, quòd de Sancti ſenectute nuſquam meminerit biographus, quam tamen de Cæcilio non ſilet, ut ſuprà num.* 28 *videre eſt. Quinimò contrarium mihi potiùs inſinuare videtur, dum num.* 4 *Vitæ velut miraculi inſtar narrat concceptum ab eo, in ipſo converſionis ſuæ initio, continentiæ ſeu voto, ſeu propoſito, quod in homine jam ſeneſcente minùs admirandum erat, aut certè non tantopere, ut propterea Pontius exclamandum putâret:* Quis umquàm tanti miraculi meminit? *Verba Pontii num.* 43 *dabimus, ibique lector judicare poterit, utrum hæc non potiùs robuſtum juvenem aut virum, quàm ſeneſcentem hominem declarent. Fatendum tamen eſt, ex delato ipſi non diu poſt baptiſmum Carthaginenſis eccleſiæ epiſcopatu ſatis colligi, eumdem ætatem virilem jam tum ſuperâſſe; præſertim cùm de hac ibidem nihil obſervet biographus, obſervaturus haud dubiè, ſi* Cyprianus, *ut neophytus, ita etiam ſolito junior, epiſcopus electus fuiſſet. Ait quidem ibidem:*

AUCTORE C. S.

bidem : Humiliter ille ſeceſſit, *dum ad eam dignitatem evehendus ; à populo quæreretur*, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans; *ſed ſi verba hæc de antiquioribus in fide accipienda non ſint, tantùm inde ſequitur, eum tum non admodùm provectæ ætatis fuiſſe, quod cum ſupradictis optimè cohæret.*

Mirabilem ſui per baptiſmum mutationem,

39 *Vidimus num.* 30 *& ſeq.*, *quanto cogitationum æſtu* S. Cyprianus *agitaretur, dum adhuc ſpem ſalutis inter ac deſperationem, dubius animi fluctuaret : nunc, quos in ſeſe divinæ gratiæ mirabiles per baptiſmi lavacrum effectus ſenſerit, audiamus. Sanctus ipſe in epiſtola ad Donatum poſt verba citato loco recenſita ſic proſequitur :* Sed poſtquam undæ genitalis auxilio, ſuperioris ævi labe deterſa, in expiatum pectus ſerenum ac purum deſuper ſe lumen infudit, poſtquam cælitus ſpiritu hauſto, in novum me hominem nativitas ſecunda reparavit, mirum in modum protinus confirmare ſe dubia, patêre clauſa, lucere tenebroſa, facultatem dare, quod priùs difficile videbatur, geri poſſe, quod impoſſibile putabatur; ut eſſet agnoſcere, terrenum fuiſſe, quod priùs carnaliter natum, delictis obnoxium viveret; Dei eſſe cœpiſſe, quod jam Spiritus ſanctus animaret. Scis ipſe profectò, & mecum pariter recognoſcis, quid detraxerit nobis, quidve contulerit, mors iſta criminum, vita virtutum.

B

conceſſaſque divinitus gratias,

40 Scis ipſe ; nec prædico. In proprias laudes odioſa jactatio eſt : quamvis non jactatum poſſit eſſe, ſed gratum, quicquid non virtuti hominis adſcribitur, ſed de Dei munere prædicatur ; ut jam non peccare eſſe cœperit fidei ; quod antè peccatum eſt, fuerit erroris humani. Dei eſt, inquam, Dei eſt totum, quod poſſumus : inde vivimus, inde pollemus, inde ſumpto & concepto vigore, hîc adhuc poſiti, futurorum indicia prænoſcimus. *Hæc* S. Cyprianus *adhucdum neophytus. Tillemontius art.* 2 *ex poſterioribus verbis ſuſpicatur, illum jam tùm prophetiæ dono, quo poſtea claruit, gaviſum fuiſſe : quod valdè incertum eſt, cùm Sanctus ibidem ex ſumma animi optimè ſibi conſcii pace & ſpirituali gaudio, velut pignore, hîc, ſive in terra, adhuc poſitus, de futura in cælo beatitudine ſibi applaudere videatur potiùs, quàm de futurorum inter mortales eventuum præſcientia loqui.*

C

Sanctus neophytus ipſe

41 *Veriſimilius eſt, quod laudatus Tillemontius de conceſſa ipſi divinitus facultate ad ſanandos tam corporis, quàm animæ morbos, dæmoneſque expellendos, ex eadem epiſtola opinatur. Nam ibi quidem Sanctus poſt pauca ſic progreditur :* Profluens largiter Spiritus nullis finibus premitur, nec coërcentibus clauſtris intra certa metarum ſpatia frænatur : manat jugiter, exuberat affluenter; noſtrum tantùm ſitiat pectus, & pateat. Quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus. Inde jam facultas datur, caſtitate ſobria, mente integra, voce pura, virtute ſincera, in medelam dolentium poſſe venenorum virus extinguere, animorum deſipientium labes reddita ſanitate purgare, infeſtis jubere pacem, violentis quietem, ferocientibus lenitatem ; immundos & erraticos ſpiritus, qui ſe expugnandis hominibus immerſerint, ad confeſſionem minis increpantibus cogere, ut recedant, duris verberibus urgere, conflictantes, ejulantes, gementes incremento pœnæ propagantis extendere, flagris cædere, igne torrere. Res illic geritur, nec videtur; occulta plaga, & pœna manifeſta.

42 Ita, quod eſſe jam cœpimus, acceptus ſpiritus licentiâ ſuâ potitur, quod necdum corpus ac membra mutavimus, adhuc carnalis aſpectus ſæculi nube cæcatur. Quantus hic animi potentatus, quanta vis eſt, non tantùm ipſum eſſe ſubtractum pernicioſis contactibus mundi, ut quis expiatus & purus nulla incurſantis inimici labe capiatur ; ſed adhuc majorem & fortiorem viribus fieri, ut in omnem adverſarii graſſantis exercitum imperioſo jure dominetur? *Ex hiſce, inquam, veriſimile fit*, S. Cyprianum *etiam neophytum hujuſmodi facultate divinitus inſtructum jam fuiſſe ; imò id omnino dicendum eſt, niſi fortè Sanctus tantùm dicere voluerit, eam à Chriſto Domino cap.* 16 *Marci fidelibus promiſſam ac crebrò datam fuiſſe.*

D

Donato amico exponit.

Perpetuam caſtitatem amplectitur,

43 *Pontius in Vita num.* 4 *de illo duo ſanè memorabilia narrat, votum ſcilicet vel propoſitum caſtitatis, & bonorum in pauperum uſus elargitionem. De priori ſic habet :* Inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quàm ſi continentiam tueretur : tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad veri capacitatem pervenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore calcaret. Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum Hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat, & jam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura, vincebat. *Eminentiſſimus Baronius ad annum* 250, *num.* 10 *arbitratus eſt, Sanctum*, cariſſima conjuge & dulciſſimis liberis, Chriſti amore libentiſſimo animo, commendatis illis Cæcilio presbytero, relictis, eminentioris vitæ iter confeſtim arripuiſſe. *Sed ad hanc Eminentiſſimi hallucinationem num.* 23 *ſatis reſponſum eſt.*

E

& prædia ſua in pauperum alimoniam

44 *Alterum memorabile* S. Cypriani inter fidei prima rudimenta *factum S. Pontius verbis ſuprà recenſitis in hunc modum ſubjungit :* Deinde, quod majus eſt, cùm de lectione divina quædam jam non pro conditione novitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet ; ſtatim rapuit, quod invenit promerendo Deo profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandam, tota prædia pretio diſpenſans, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſæculi ſperneret, quâ pernicioſius nihil eſt ; & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille, qui Legis omnia mandata ſervâſſe ſe dixerat, fecit, impleret : & propterea velocitate pietatis pœnè antè cœpit perfectus eſſe, quàm diſceret.

F

divendit :

45 Quis, oro, de veteribus hoc fecit? Quis de antiquiſſimis in fide ſenibus, quorum mentes & aures per plurimos annos divina verba pulſaverant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei Homo, & cui nondum forſitan crederetur, ſupergreſſus vetuſtatis ætatem, glorioſis & admirandis operibus perpetravit? Nemo metit ſtatim ut ſevit : nemo vindemiam de novellis ſcrobibus expreſſit : nemo adhuc umquam de noviter plantatis arbuſculis matura poma quæſivit. In illo omnia incredibilia cucurrerunt. Prævenit, ſi poteſt dici (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem. *Inter memorata prædia, in tam pium uſum divendita, fuêre horti illius prope Carthaginem, in quos, neſcio, qua ratione, ſed ipſi ex* Dei indulgentia reſtitutos, *teſte Pontio in Vita num.* 31, *è Curubitano exſilio revocatus, ſe receperat, ut habent Acta proconſularia num.* 3, *& ex quibus ad Galerii Maximi proconſulis tribunal atque inde ad martyrii pa-*

A *palæſtram deductus eſt. Addit ibidem Pontius*, Cyprianum *receptos hortos in eumdem finem certò iterùm venditurum fuiſſe, niſi à perſecutorum invidia ſibi caviſſet.*

quod utrumque catechumenus

46 *Difficile dictu eſt, nec inter neotericos convenit, an gemina illa heroicæ virtutis facta* Cypriano *catechumeno, an recèns baptizato adſcribenda ſint. Baronius ad annum* 250, *num.* 10 *utrumque baptiſmo poſtponit; Tillemontius art.* 2, *ac Notâ* 4 *dubitat, variaſque in utramque partem rationes producit: at Jacobus Pamelius, Joannes Pearſonius, ac noviſſimè Prudentius Maranus tam continentiæ votum quàm bonorum elargitionem baptiſmo præmittunt, idque poſterior, diſcuſſis Tillemontii argumentis, penè extra dubium arbitratur. Juverit argumenta utrimque militantia recenſuiſſe. Pro poſtrema opinione facit biographi auctoritas, qui relato priori præclaro facinore, admirabundus exclamat:* Quis umquàm tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum Hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat, & jam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. *Etenim quid hîc* ſola lucis paratura, *quam Pontius à ſecunda nativitate, ſive baptiſmo diſtinguit, quid illa, inquam, aliud deſignet, quàm præparationem ad illud Sacramentum? Atque adeò ſi* ſolâ paraturâ *priſtinas tenebras vincens, caſtitatem amplexus ſit, id ante baptiſmum feciſſe dicendus eſt.*

B

præſtitiſſe, veriſimilius videtur.

47 *Facit ſecundò idem biographus, dum Sanctus* adhuc rudis fidei homo, & cui nondum forſitan crederetur, *bona ſua in pauperes diſtribuiſſe ab eodem dicitur. Si enim jam tum baptizatus fuiſſet, cur, quæſo, ipſi* nondum forſitan *creditum, ſive cur de illius ſincera converſione dubitatum fuiſſet, cùm dubium non ſit, quin non niſi probè inſtructi probatique ad ſalutare illud lavacrum admitterentur. Præterea laudatus biographus in Vita num.* 12 *de eodem jam Epiſcopo ait:* Quid autem circa pauperes Epiſcopus faceret, quos catechumenus diligebat? *Quibus ſanè verbis de prædicta facultatum diſtributione manifeſtè meminit, & hanc à Sancto etiam tum catechumeno factam tradit. Enimverò ſi jam neophytus id præſtitiſſet, dixiſſet haud dubiè:* Quid autem circa pauperes Epiſcopus faceret, quos neophytus diligebat: *nullo quippe argumento, quàm illo, Sancti in egenos miſericordiam efficaciùs potuiſſet commendare. Nec aliud indicat epiphonema quod ibidem ſubjicit:* Prævenit, ſi poteſt dici (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem.

C

Examinantur

48 *Ponderavit hæc omnia Tillemontius, fateturque videri ſibi Pontium utrumque præclarum opus Sancto catechumeno adſcripſiſſe: at putat, id ipſum cum ipſius* S. Cypriani *in epiſtola ad Donatum dictis vix poſſe conciliari. Difficultatem in eo ponit, quòd Sanctus in laudata epiſtola poſtquam verbis, quæ num.* 30 *& ſeqq. retulimus, dixiſſet, ſibi, dum* in tenebris atque in nocte cæca, . . . veritatis ac lucis alienus *jacêret, incredibile apparuiſſe,* ut quis renaſci denuò poſſet, utque in novam vitam lavacro aquæ ſalutaris animatus, quod priùs fuerat, exponeret, & corporis licèt manente compage, hominem animo ac mente mutaret; *cúmque pro iis, quibus tunc erat moribus, tantam vitæ mutationem impoſſibilem ſibi viſam variis exemplis expoſuiſſet; mox ſubjecerit ea, quæ num.* 39 *& ſeq. dedimus, & quibus totam animi ſui mutationem baptiſmo adſcribere videtur.*

AUCTORE C. S. *argumenta*

49 *Hinc Tillemontius ita ferè argumentatur: Chriſtianæ vitæ integritas, ſuorumque morum mutatio* Cypriano *ante baptiſmum incredibilis ac penè impoſſibilis videbatur; adeóque procul aberat à voto continentiæ, bonorumque ſuorum in pauperes largitione; quippe quæ duo ipſam Chriſtianæ religionis perfectionem attingunt. Præterea perpendit ſequentia in eadem epiſtola* Cypriani *verba:* Scis ipſe, . . . quid nobis contulerit mors iſta criminum, vita virtutum: ſcis ipſe; nec prædico; in proprias laudes odioſa jactatio eſt: quamvis non jactatum poſſit eſſe, ſed gratum, quidquid non virtuti hominis adſcribitur, ſed de Dei munere prædicatur. *Hæc, inquam, perpendit Tillemontius, putatque,* S. Cyprianum *iis aliquid magni poſt ſuſceptum baptiſmum à ſe præſtitum memorare, neque de ulla re rectiùs, quàm de laudatis operibus poſſe explicari. Huic opinioni etiam favere arbitratur SS. Hieronymum ac Pontium; Hieronymum quidem, quia in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis cap.* 67 *de* S. Cypriano *ait:* Chriſtianus factus omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogavit: *Pontium verò, quia hic num.* 3 *Vitæ præfatus eſt, ſeſe illius geſta non aliunde recenſere incepturum,* niſi ex quo Deo natus eſt. E

in contrariùm

50 *Tota itaque rei controverſia huc redit, utrùm* S. Cyprianus *eximia illa facinora baptiſmo clariùs poſtponat, quàm præmittat Pontius, & conſequenter, utrius verba ex alterius dictis explicari potiùs poſſint ac debeant: utriuſque enim hac in parte magna eſt auctoritas. Tillemontius, ut utrumque conciliet, conjecturando proponit, an illa Pontii verba:* Nondum ſecunda nativitas novum Hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat; *intelligi non poſſint, non de baptiſmo necdum collato, ſed de eodem recenter collato, quique in Neophyto nondum totum ſuum lumen diffuderat: hoc enim poſito, reliqua Pontii dicta facilè poſſe explicari exiſtimat. At mihi hæc expoſitio non ſatis probabilis apparet; quia ſecundùm hanc baptiſmus, cui* S. Cyprianus *ex Tillemontii interpretatione ſerenum ac purum lumen, ſpiritum deſuper hauſtum, mirabilemque ſui mutationem, accepta retuliſſet, Pontio* ſola lucis paratura *dictus fuiſſet.*

allata F

51 *Deinde eadem interpretatio non ſatis rectè conciliari poteſt cum argumento, quo Pontius ad extollendum utrumque* Cypriani *factum ibidem utitur in hunc modum:* Nemo metit, ſtatim ut ſevit: nemo vindemiam de novellis ſcrobibus expreſſit: nemo adhuc umquam de noviter plantatis arbuſculis matura poma quæſivit. In illo omnia incredibilia cucurrerunt. Prævenit, ſi poteſt dici (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem. *Hîc enim ita ratiocinatur biographus: Etſi nemo ſtatim metat ut ſevit &c.; plus tamen fecit* Cyprianus, *in quo ipſam ſementem tritura prævenit &c. Sanè ſi Sanctus jam tum baptizatus fuiſſet, rectiùs illum Pontius recèns jacto ſemini, novellæ ſcrobi ſeu palmiti, ac noviter plantato arbuſculo comparâſſet. Hiſce adde cetera, quæ pro noſtra ſententia ſuprà protulimus.*

à Tillemontio,

52 *At verò* Cyprianus *non tam clarè mutationem ſuam baptiſmo poſtponit, quin cum Pontii dictis facilè poſſit conciliari. Ipſe enim Tillemontius fatetur, veriſimile non eſſe, Sanctum baptizari petiiſſe, quamdiu non modò Chriſtianarum virtutum exercitium, ſed etiam turpiſſimorum vitiorum fuga, ipſi impoſſibilia videbantur.*

Fate-

AUCTORE C. S.

Fateri ergo pariter debet, Cypriani *dicta loco citato explicari debere, nec sic accipi posse, quasi tam spissas mentis tenebras ad ipsum baptismatis Sacramentum attulisset. Quinimo dubium non est, quin ea magnam partem dissipatæ jam fuerint, dum Sanctus jam catechumenus ad amplectendam fidem animum seriò adjecit. Nam quis credat, ad eum jam catechumenum referenda esse, quæ de se, ejusmodi cogitationibus agitato, ibidem ait; videlicet:* Cùm in tenebris atque in nocte cæca jacerem... vitæ meæ nescius, veritatis ac lucis alienus. *Item:* Nam, ut ipse quamplurimis vitæ prioris erroribus implicitus tenebar, quibus exui me posse non crederem, sic vitiis adhærentibus obfecundans eram, & desperatione meliorum, malis meis, veluti jam propriis ac vernaculis offavebam. *Quis, inquam, hæc ad Sanctum jam catechumenum referat, dum in Christum jam crederet, illiusque præceptis vitam suam conformare decrevisset? Quis non videat, Sanctum res altiùs repetere, & qualis olim fuerit, exponere.*

& ad ea B

53 *Contrà, inquit Tillemontius, parùm quoque probabile est*, S. Cyprianum *insignem illam mutationem baptismi susceptioni acceptam relaturum fuisse, si, quod in Christiana religione difficillimum maximéque sublime est, ante illam exsecutioni jam mandâsset. Sed quidnî eam mutationem baptismo adscribere potuit* Cyprianus, *quam partim dum se ad prædictum Sacramentum disponeret, partim & multò perfectiùs, dum eodem initiaretur, consecutus est? Sic errorum atrarumque cogitationum depulsionem haustæ in baptismo luci attribuit, quos tamen, ipso fatente Tillemontio, ut mox vidimus, ad baptismum non attulerat. Nec ineptè ad eamdem objectionem respondit Maranus in Vita* § 2, Cyprianum *ita locutum esse ex recepto usu Ecclesiæ, secundùm quem ista animi renovatio baptismo adscribebatur, quamvis virtutibus instructi ad eum accederent; adducitque S. Cyrillum Hierosolymitanum Catechesi* 3 *recèns baptizatos alloquentem:* Mortuus in peccatis descendisti, vivificatus ascendis in justitia. *Sic Sanctus ipse in libro de Habitu virginum ait:* Omnes quidem, qui ad divinum lavacrum baptismi sanctificatione perveniunt, hominem illic veterem gratiâ lavacri salutaris exponunt, & innovati Spiritu sancto, à sordibus contagionis antiquæ iterata nativitate purgantur: *quis tamen neget, non paucos è catechumenis per virtutes theologicas ac pœnitentiam, veterem hominem exuisse, atque antiquæ contagionis sordibus purgatos esse, priusquam salutari illo lavacro regenerarentur? Sic in ipsa, de qua agimus, epistola baptismus* mors criminum, vita virtutum *ab eodem Sancto dicitur: sed an propterea censendus est hic, dum ad illum accederet, etiam criminibus infectus ac virtutibus destitutus fuisse? Nefas est hoc de tam ferventi Catechumeno cogitare.*

C

espondetur;

54 *Præterea potuit Sanctus mutationem illam baptismo adscribere, quia quod priùs difficile videbatur, deinde facile visum est. Potuit scilicet, quamquam reluctanti animo, ut rectè ibidem observat Tillemontius, castitatem ac pauperiem, sui ipsius victor, amplecti, atque per baptismi gratiam in hoc proposito suo ita confirmari, ut jam nihil in eo sibi arduum ampliùs deprehenderet. Hisce positis facilis est ad cetera Tillemontii argumenta responsio. Nam primò quidem, dum ex verbis* S. Cypriani *num.* 49 *colligit, aliquid magni ab eo post baptismum præstitum fuisse: nec posse aliud quippiam præter duo illa probabiliùs assignari; respondeo, ex dictis patêre, quâ ratione sic loqui potuerit* Cyprianus; *neque verba illius tam clara esse, quin expositionem nostram admittant: contrà verò bonorum distractionem Sancto catechumeno multò manifestiùs per Pontium attribui, multóque minùs probabiliter aliud charitatis opus, quàm illud, à biographo designatum dici, dum ait:* Quid autem circa pauperes Episcopus faceret, quos Catechumenus diligebat?

D

& concluditur.

55 *Multò minùs refragatur nobis S. Hieronymus, dum Sanctus* Christianus factus omnem substantiam suam pauperibus *erogâsse dicitur: nihil enim obstat, quò minùs Catechumenus latiori quodam modo* Christianus *dici queat, animo scilicet ac fide, licèt nondum Sacramento. At miror Tillemontio visum fuisse etiam Pontium contrariæ opinioni favere, eò quòd hic dicat, sese* S. Cypriani *gesta non recensurum*, nisi ex quo Deo natus est. *Quasi verò ad beatam illam nativitatem in adulto non pertineat instructio, fides, aliaque virtutis opera, quæ hujusmodi hominis baptismo debent præmitti. Hinc ipse Pontius ibidem immediatè præmiserat:* Unde exordium bonorum ejus aggrediar, nisi à principio fidei, & nativitate cælesti; *ad principium autem fidei haud dubiè etiam spectat, quod Catechumenus gesserat. Nodum ergo in scirpo quærit Tillemontius, dum biographum hîc objicit.*

E

§ IV. Neophytus in virtutum & sacrarum Litterarum studium incumbit; profanam facundiam suam coërcet; scribit epistolam ad Donatum, & librum de Idolorum vanitate.

In virtutum studium incumbit:

DE S. Cypriani *gestis à baptismo usque ad presbyteratum, atque hinc ad episcopatum usque generali tantummodo phrasi loquitur Pontius;* Multa sunt, *inquiens*, quæ adhuc plebeius, multa, quæ jam presbyter fecit; multa, quæ ad veterum exempla justorum, imitatione consimili prosecutus, promerendo Dominum, totius religionis obsequio præstitit. Nam & sermo illi de hoc fuerat usitatus, ut, si quem prædicatum Dei laudatione legisset, suaderet inquiri, propter quæ facta Deo placuisset. *Sic inter ceteros eum Jobum sibi imitandum proposuisse ait, ut num.* 24 *dictum est, ac tandem subjicit:* Et sic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores semper imitatur, etiam ipse se fecit imitandum. *Ex hisce habemus quidem, sanctum Neophytum nostrum multa præclarè gessisse, atque in virtutum studio, quod ex S. Cæcilii presbyteri, illiusque in fide magistri, contubernio haud dubiè non parùm accendebatur, insignem feciisse profectum; sed quænam illa gesta fuerint, ignoramus.*

F

non fuit adituus.

57 *S. Gregorius Nazianzenus Orat.* 18, *jam aliàs laudata, de aditui munere per illum obito mox ab ejusdem conversione his verbis meminit:* Deum invenit, ac sacri gregis ovis sacra efficitur, atque etiam, quemadmodum à quodam accepi, ædituus; idque multis quoque precibus ab eo adhibitis, ut ad prioris arrogantiæ purgationem

A nem humilitatem exerceret. *Pro* ædituus *Græcè est* νεωκόρ@, *à* νεὼς *pro* ναὸς templum, *&* κορέω, *id est* ſcopis purgo, *quod certè humile munus indicat. Sed cùm S. Cyprianum Antiochenum cum noſtro Carthaginenſi à Nazianzeno confuſum fuiſſe conſtet, & Eudocia Auguſta apud Photium in Bibliotheca codice* 184 *de priori expreſsè dicat, ipſi claves eccleſiæ creditas fuiſſe, dubium non eſt, quin memoratum æditui munus* S. Cypriano *Carthaginenſi ex errore fuerit adſcriptum, quod ad Antiochenum pertinebat.*

Sacras Litteras addiſcit; Tertulliano

58 *Inter Chriſtianæ vitæ illius primordia ſacrarum Litterarum ſtudia etiam memorat biographus, in quibus quàm feliciter laboraverit, ejuſdem Opera, quæ magno totius Eccleſiæ emolumento exſtant, luculenter manifeſtant. Ex ſcriptoribus verò eccleſiaſticis Tertulliano potiſſimùm delectatum fuiſſe, colligitur ex S. Hieronymo lib. de Scriptoribus eccleſiaſticis cap.* 53; *ibi enim ſanctus ille doctor ſic ſcribit :* Vidi ego quemdam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ eſt, ſenem, qui ſe beati Cypriani jam grandis ætatis notarium, quùm ipſe admodum eſſet adoleſcens, B Romæ vidiſſe diceret; referreque ſibi ſolitum, numquam Cyprianum abſque Tertulliani lectione unam diem præteriſſe; ac ſibi crebrò dicere: Da magiſtrum; Tertullianum videlicet ſignificans.

prudenter utitur, & Minutii Octavio.

59 *Attamen ſic illius lectitavit Opera, ut probè caveret errores, prout idem S. Hieronymus epiſt.* 41, *aliàs* 65, *ad Pammachium rectè obſervavit.* Beatus Cyprianus, *inquit,* Tertulliano magiſtro utitur, ut ejus ſcripta probant: quumque eruditi & ardentis viri delectetur ingenio, Montanum cum eo Maximillamque non ſequitur. *Quod autem S. Hieronymus ait, illius ſcripta probare, eum Tertulliano magiſtro uſum fuiſſe, præ ceteris liquet ex libro de Vanitate idolorum, cui nonnulla iiſdem quandoque verbis ex Tertulliano inſerta ſunt. In eodem libro multa pariter ex Minutii Felicis Dialogo, qui* Octavius *inſcribitur, accepta leguntur; unde patet & hujus quoque lectionem ipſi placuiſſe : quod ſanè minimè mirum eſt, ſi Cæcilius, de cujus ad fidem acceſſu in eo agitur, ipſus fuerit Cæcilius presbyter, cujus operâ* Cyprianus *eamdem fidem amplexus eſt; quod tamen non auſim certò affirmare.*

Priſtinam eloquentiam ſuam

60 *Vidimus ſuprà, quantâ profanæ eruditionis ac eloquentiæ copiâ inſtructus, Sanctus Eccleſiam ingreſſus ſit, ex divino ſcilicet conſilio,* ut, *teſte S. Auguſtino ſerm.* 312, per illam linguam ſtultitia gentium nudata feriretur, per quam priùs tecta atque velata, pulcra prudentibus videbatur; atque ut eloquii tam nobilis inſtrumentum, quo ruinoſis doctrinis dæmoniorum indigna ornamenta fiebant, in ædificationem verteretur Eccleſiæ *&c. Quàm egregiè id etiam ſcriptis præſtiterit, loquuntur ejus Opera, in quibus ſententiarum gravitas & copia, divinarum Litterarum ſcientia, atque ex his nata efficaciſſima ad perſuadendum vis elucent. Non ſic tamen eloquentiâ, quam apud gentiles ſibi comparaverat, uſus eſt, quin eam ad Chriſtianam gravitatem exigendam putârit : cujus quidem rei argumento eſt illius epiſtola* 1 *ad Donatum, de qua mox agemus, rhetoricis floſculis ornatiſſima, quales in ceteris omnibus ejuſdem litteris ac Opuſculis fruſtra requiras.*

Chriſtiana gravitate

61 *Hinc S. Auguſtinus lib.* 4 *de Doctrina Chriſtiana, docens, quæ Chriſtianum oratorem facundia deceat, cap.* 14 *ſic ait :* In populo autem gravi, de quo dictum eſt : In populo gravi laudabo te; nec illa ſuavitas delectabilis eſt, quâ non quidem iniqua dicuntur; ſed exigua & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornantur, quali ne * magna atque ſtabilia decenter & graviter ornarentur. *Tum mox ad propoſitum noſtrum ſubdit :* Eſt tale aliquid in epiſtola beatiſſimi Cypriani (*ad Donatum;*) quod ideò puto vel accidiſſe, vel conſultò factum eſſe, ut ſciretur à poſteris, quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia revocaverit, & ad eloquentiam graviorem, modeſtioremque reſtrinxerit; qualis in ejus conſequentibus litteris ſecurè amatur, religiosè appetitur, ſed difficillimè impletur. AUCTORE C. S. * *fortè* nec

coërcet : à S. Auguſtino,

62 Ait ergo quodam loco : „ Petamus hanc „ ſedem : dant receſſum vicina ſecreta; ubi dum „ erratici palmitum lapſus pendulis nexibus per „ arundines bajulas repunt, viteam porticum „ frondea tecta fecerunt. „ Non dicuntur iſta, niſi mirabiliter affluentiſſimâ fecunditate facundiæ; ſed profuſione nimia gravitati diſplicent. Qui verò hæc amant, profectò eos, qui non ita dicunt, ſed caſtigatiùs eloquuntur, non poſſe ita loqui exiſtimant, non judicio iſta devitare. Quapropter iſte Vir ſanctus, & poſſe ſe oſtendit ſic dicere, quia dixit alicubi; & nolle, quoniam poſtmodum nuſquam. *Huc uſque S. Auguſtinus, in Chriſtiano oratore improbans verborum luxuriam, quam Sanctus poſtea vitavit, quamque in eadem epiſtola ad Donatum forenſibus cauſis potiùs, quàm ſacris ſermonibus congruere is ipſe profitetur;* In judiciis, *inquiens,* in concione pro roſtris, opulenta facundia volubili ambitione jactetur : cùm verò de Domino Deo vox eſt, vocis pura ſinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus. E

Lactantio, & SS. Gregorio ac Hieronymo laudatur;

63 *Non ita tamen hæc accipias, quaſi* Cyprianus *omnem prorſus orationis ornatum penitus neglexerit : cùm potiùs perfeciſſe dicendus ſit; graviore ſcilicet, modeſtioreque eloquentiâ in poſterum uſus, qualis, teſte S. Auguſtino,* ſecurè amatur, religiosè appetitur, ſed difficillimè impletur. *Lactantii de ejuſdem Operibus judicium num.* 21 *jam retulimus, vidimuſque, eum diſcernere nequiiſſe,* utrúmne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in perſuadendo fuerit. *Quanti illa pariter fecerit S. Gregorius Nazianzenus, liquet ex num.* 12, *ac vel maximè ex eo, quòd in eadem Oratione dicere non dubitaverit,* Cyprianum *eloquentiâ tantò reliquis præcelluiſſe, quantò homines brutis. S. Hieronymus in epiſt.* 49, *aliàs* 13, *ad Paulinum eadem fonti comparat, ſic ſcribens :* B. Cyprianus inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus; *& in epiſt.* 57, *aliàs* 7, *ad Lætam, eorum lectionem commendat. Plura addere neceſſe non eſt, cùm Opera ipſa Auctoris ſui facundiam cuilibet manifeſtent.* F

ab ethnicis ob doctrinam ridetur.

64 *Sed nec ipſi gentiles, apud quos magnum ſibi nomen facundiâ ſuâ comparaverat, eloquentiam illius jam Chriſtiani admirari deſierunt, licèt eum ob ejuſdem doctrinam, quam aut oderant, aut non capiebant, velut hominem, qui præcellenti ingenio ad vendendas nugas abuteretur,* Cyprianum *à Græca voce* κόπρ@ *vel* κοπρία, *Latinè* ſtercus, *quaſi* ſtercoreum *contemptim dictitarent. Ita diſcimus ex Lactantio lib.* 5 *Divinarum inſtitutionum, cap.* 2, *ubi, poſtquam* S. Cypriani *Opera ſcriptis reliquorum, qui Chriſtianam religionem tutati fuerant, prætuliſſet, ita proſecutus eſt :* Hic tamen placere ultra verba ſacramentum ignorantibus (*id eſt, ethnicis*) non poteſt; quoniam myſtica ſunt, quæ locutus eſt,

AUCTORE C. S.

& ad id præparata, ut à solis fidelibus audiantur. Denique à doctis hujus sæculi, quibus fortè scripta ejus innotuerunt, derideri solet. Audivi ego quemdam hominem, sanè disertum, qui eum, immutatâ unâ litterâ, Coprianum vocaret, quasi qui elegans ingenium, & melioribus rebus aptum, ad aniles fabulas contulisset.

Scribit epistolam ad Donatum,

65 *Porrò ex variis Opusculis, quibus Christianam religionem aut defendit, aut ornavit, ad ipsum, quo baptizatus est, annum pertinere videtur epistola illius ad Donatum, cujus mox meminimus. Pamelius eam inter Cyprianicas epistolas secundo loco recensuit, præmissâ scilicet unâ Donati ad* Cyprianum, *quam in codice Cambronensi reperit, quamque fragmentum potiùs esse opinatus est illius epistolæ, quâ Sanctus monitus suam conscripserit. Ita autem existimavit, quia* S. Cyprianus *in ipso epistolæ suæ exordio meminit, sese de promisso Opusculo à Donato interpellatum fuisse; Donati verò epistolæ in laudato codice præfixus est hic titulus :* Admonitio Donati ad Cyprianum; *nec tamen de illa promissione ulla in ea fit mentio. Est enim hujusmodi :* Credo te retinere, sanctissime Cypriane, quæ nobis fuerit apud
B oratores garrulitas, unus sensus, una cogitatio, individua lectio. Quare non & in divina lectione ita animis roboramur, aut non ea semper nobis fuit cogitatio, ut simul crederemus ?

pariter neophytum,

66 *At verò Rigaltius, Fellus at Baluzius, epistolam illam, in aliis codicibus minimè inventam, supposititiam rati, prætermisère, ideóque in prioris ac postremi editionibus epistola* Cypriani *ad Donatum inter Cyprianicas primum locum obtinet. Fellus* Librum de Gratia Dei *appellare maluit, inter ceteras ratiunculas proferens editionem Spirensem, in qua* Liber Cypriani ad Donatum *inscribitur, consentientibus plurimis, ut inquit, Mss. codicibus. At nobis parùm interest, quo nomine eam quis appellare maluerit : epistolam tamen cum pluribus vocabimus. Quod ad Donatum, cui inscripta est, spectat, hic Christi fidem similiter fuerat amplexus, nec ita pridem, quantùm ex verbis Sancti illum ad virtutis studium cohortantis apparet. Sic enim eum ibidem alloquitur :* Tu tantùm, quem jam spiritualibus castris cælestis militia signavit, tene incorruptam, tene sobriam religiosis virtutibus disciplinam *&c. Præmiserat etiam :* Si tu innocentiæ, si justitiæ viam teneas, ... si in Deum viribus totis ac toto corde suspensus, hoc sis tantùm, quod esse cœpisti, tantum tibi ad licentiam datur, quantum gratiæ spiritualis augetur.

C

ac fortè olim sodalem,

67 *Pamelius, Rigaltius ac Pearsonius eumdem Sancti in arte oratoria olim sodalem ac deinde etiam in baptismo socium fuisse scribunt; & prior quidem epistolam Donati, quam, ut diximus, genuinam credidit, pro hac sententia allegat : at cùm alii eamdem rejiciant, non video, quo argumento id probent. Incertum pariter est, an idem Donatus* S. Cypriano *cohabitaverit, quod Tillemontio ideò visum est, quia Sanctus cum eo quasi cum præsente sodali, & quocum crebrò sermones misceret, in laudata epistola colloquitur. Sed nemo, qui dialogorum morem noverit, non videt, quàm hoc infirmum argumentum sit. Nec magis certa est Pamelii suspicio, Donatum hunc eumdem esse cum cognomine episcopo Cibaliano, qui in famosa Carthaginensi synodo pro baptizandis hæreticis sententiam dixisse legitur.*

tempore autumnali,

68 *Causam ac tempus scriptæ epistolæ* S. Cyprianus *in ipso illius exordio sic indicat* ; Bene admones, Donate carissime : nam & promisisse me memini, & reddendi tempestivum prorsus D hoc tempus est, quùm indulgente vindemia solutus animus in quietem, solennes ac statas anni fatiscentis inducias fortitur. Locus etiam cum die convenit, & mulcendis sensibus ac fovendis ad lenes auras blandientis autumni hortorum facies amœna consentit. *Promiserat igitur* Cyprianus *Donato fore, ut aliquid de Christiana philosophia ad illum perscriberet ; idque autumni tempore hâc epistolâ præstitisse videtur. Ex hoc tamen scribendi modo, totiusque epistolæ contextu, qui Sanctum cum Donato veluti præsente loquentem exhibet, censuit Rigaltius, eos, dum autumnalibus feriis unà rusticarentur, pios sermones miscuisse, & hos, rogante Donato, ab illo postea in hanc epistolam redactos esse. Verùm hujusmodi conjecturas ex dialogis desumptas, infirmas esse, suprà jam observavimus.*

de contemptu mundi,

69 *Porrò quamvis epistola in dialogi modum conscripta sit, solus tamen* Cyprianus *in ea loquitur, Donatus autem ab eodem in placidum horti secessum ductus auscultat. In prima illius parte Sanctus, qualis olim fuerit, & qualis per baptismum evaserit, cum grati animi in divinam bonitatem significatione Donato in memoriam revocat : in altera mundanorum hominum scelera, libidines, fucatos honores, inania studia, discrimina, noxias anxietates, & cetera hujusmodi, per varios hominum ordines discurrens, eleganti oratione velut oculis subjicit, ac denique concludit :* Una igitur placida & fida tranquillitas, una solida & firma & perpetua securitas, si quis ab his inquietantis sæculi turbinibus extractus, salutaris portûs statione fundatus, ad cælum oculos tollat à terris, & ad Domini munus admissus, ac Deo suo mente proximus, quicquid apud ceteros in rebus humanis sublime ac magnum videtur, infra suam jacêre conscientiam gloriatur. Nihil appetere jam, nihil desiderare de sæculo potest, qui sæculo major est.

& divinæ gratiæ bonis; quæ scripta ostenditur

70 *Hæc ipse & plura ibidem, ex quibus colligere licet, quo loco Neophytus ille creata omnia haberet, quæ alii tam ardenter ambiunt, & quibus carere ille ipse adhuc gentilis durum ac penè impossibile reputabat. Postremò amicum suum ad virtutum exercitia exhortatus, epistolam in hunc modum claudit :* Et quoniam feriata nunc quies, ac tempus est otiosum, quicquid, inclinato jam sole in vesperam, diei supereſt, ducamus hanc diem læti, nec sit vel hora convivii gratiæ cælestis immunis. Sonet psalmos convivium sobrium ; & ut tibi tenax memoria est, vox F canora, aggredere hoc munus ex more. Magis carissimos pasces, si sit nobis spiritualis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo. *Ceterùm, quod suprà diximus, epistolam hanc ipso, quo illius Auctor baptizatus est, anno scriptam videri, suadet floridus ille stylus, qui rhetoricam artem sapit, quam gentilis professus fuerat, quoque deinde nusquam ampliùs usus est. Suadet etiam totius epistolæ argumentum, quod ipsius conversionem, veluti non ita pridem factam complectitur, ostenditque quàm meritò mundanas opes ac titulos contempserit. Suadet denique nullus in ea sacrorum textuum usus, qui alibi tam frequens est, & hic etiam aliàs opportunus videbatur ; unde verisimile fit, Sanctum, dum hanc scriberet, in sacris Litteris nondum versatum fuisse, ideóque eam ad ipsius Christianæ vitæ primordia referendam esse.*

circa primordia susceptæ fidei.

71 *Id unum hic objici potest, quòd Pontius eam in secessu, qui in annum* 250 *incidit, quo Sanctus jam erat episcopus, vel etiam pòst, scriptam*

A ptam fuiſſe inſinuare videri poſſit, dum num. 13 Vitæ exponens utilitatem, quam è ſeceſſu illo Eccleſia perceperat, ſic ſcribit : Finge enim tunc (dum ſecederet) illum martyrii dignatione tranſlatum, quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet ? *Quibus verbis hanc ipſam epiſtolam deſignari, eruditi paſſim credunt, quia illa huic optimè, nec alteri congruunt, ac mox alia Sancti Opera ſimilibus phraſibus ibidem recenſentur. Sed ex dictis, totoque epiſtolæ argumento manifeſtum eſt, eam ad ipſius epiſcopatum differri non poſſe, ideóque dicendus eſt biographus occaſione ceterorum Operum, quæ vel in ſeceſſu vel poſt eum ſanctus Epiſcopus ſcripſit, etiam hanc epiſtolam recenſuiſſe, idque eò lubentiùs, quod ex ea patêret, quàm pretioſa Eccleſiæ eſſet iſtius Viri vita, qui ad emolumentum gratiæ oſtendendum neminem ſibi parem habebat.*

Liber de Idolorum vanitate

72 *Ad idem circiter tempus pertinere videtur aliud Opuſculum, quod in defenſionem fidei Sanctus conſcripſit, & in vulgatis editionibus* Liber de idolorum vanitate *inſcribitur. Meminit illius S. Auguſtinus lib. de unico baptiſmo contra Petilianum, cap. 4, &* B *lib. 6 de Baptiſmo adverſus Donatiſtas, cap. 44. Meminit & S. Hieronymus in epiſtola ad Magnum, ubi ejuſdem præſtantiam hoc brevi elogio commendat :* Cyprianus, quòd idola dii non ſint, qua brevitate, quâ hiſtoriarum omnium ſcientiâ, quo verborum & ſenſuum ſplendore perſtrinxit ! *Eraſmus, teſte Baluzio in Notis, opinatus eſt, Opuſculum illud, prout modò exſtat, fragmentum tantùm eſſe majoris Operis, eò quòd ex abrupto incipiat :* Quòd idola dii non ſint, & quòd Deus unus ſit, & quòd per Chriſtum ſalus credentibus data ſit. *Verùm debilis hæc eſt ratio, cùm nihil obſtet, quominus à totius Operis ſui argumento Sanctus mox incipere potuerit, aut etiam verba illa tituli loco præfigere, quæ ſcribendi methodous nec inepta eſt, nec inuſitata.*

circa idem tempus,

73 *Eſt verò Auctor totus in eo, ut ex ipſis gentilium, præſertim Romanorum Hiſtoriis, idolorum, eorumdemque cultûs inanitatem demonſtret. Deinde de uno Deo & de Judæorum felici regno atque diſperſione diſſerit ; ac denique præcipua Chriſtianæ religionis myſteria perſtringit, &* C *in Chriſti fide ac imitatione gloriatur. Videtur igitur liber hic quædam eſſe apologia, quam Sanctus pro comprobanda religione, quam amplexus fuerat, reprobandaque, quam abjecerat, idololatria vulgaverit. Quapropter non poſſum aſſentiri Tillemontio ſuſpicanti, eum à* S. Cypriano *ſuæ potiùs quàm publicæ utilitati, ſcilicet ut præcipua religionis capita, in compendium redacta, ad manum haberet, compoſitum fuiſſe. Non poſſum, inquam, huic ſuſpicioni aſſentiri : nam præterquam quòd nullam pro ea rationem producat, ſi Sanctus id ſibi propoſuiſſet, non tam prolixè de idololorum inanitate, argumentis ex profana hiſtoria petitis, diſſeruiſſet.*

ab eo ſcriptus videtur.

74 *Porrò obſervant neoterici, multa in hoc Opere ex Tertulliano ac Minutio Felice deprompta legi ; quod, cùm non magis, quàm profanarum hiſtoriarum uſus in ceteris ejuſdem lucubrationibus occurrat, converſionis ipſius primordia redolere probabiliter exiſtimant. Addunt etiam, nonnulla in eo reperiri minùs accuratè & ex gentilium potiùs, quàm Chriſtianorum loquendi more dicta ; veluti cùm ait :* Regna autem non merito accidunt, ſed ſorte variantur. *Præterea nullas è ſacra Scriptura ſententias hîc adducit, quibus alibi tam familiariter ac copiosè uſus eſt, etiam dum adverſus ethnicos, qui hujuſmodi teſti-* AUCTORE C. S. *monia non curabant, ex profeſſo ſcriberet, quemadmodum ex libro illius ad Demetrianum conſtat, & propter quod à Lactantio lib. 5, cap. 4 Inſtit. divin. reprehenſus eſt. Quare veriſimilius eſt, illum iiſdem in hoc Opuſculo non ex induſtria, ſed quia in ſacris Scripturis adhuc tyro erat, abſtinuiſſe. Tillemontius huc etiam facere putat ; quòd Pontius recenſens emolumenta, quæ ex Sancti ſeceſſu Eccleſia percepit, de hoc Opere non meminerit : hinc enim conjici poſſe, iſtud ante id tempus ſcriptum jam fuiſſe. Quæ ratio licèt improbabilis non ſit, miror tamen Tillemontio hujuſmodi viſam eſſe, qui epiſtolam ad Donatum, quem ante idem tempus datam nobiſcum ſtatuit, inter laudata emolumenta ibidem probabiliter recenſeri admittit.*

§ V. Sanctus Neophytus, presbyter, nec multò pòſt Carthaginenſis epiſcopus, miro plebis conſenſu creatur ; obtrectatores ſuos benignè habet.

E

Presbyteratu initiatur

QUantum temporis S. Cyprianus *inter laïcos in Eccleſia degerit, ignotum eſt : verùm illud exiguum fuiſſe, biographus diſertè tradit. Etenim de illius presbyteratu & epiſcopatu acturus, primùm advertit, Apoſtoli monitum de non admittendis ad epiſcopatum neophytis in eo obſervatum non fuiſſe.* Aiunt Apoſtoli litteræ, *inquit*, debere neophytos præteriri ; ne ſtupore gentilitatis, nondum fundatis ſenſibus, adhærente, aliquid in Deum novitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, &, puto, ſolus exemplo, plus fide poſſe, quàm tempore promoveri . . . Hic de imperitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quantâ pauci fortaſſe perfecerunt. Mora denique circa Dei gratiam nulla, nulla dilatio. Parùm dixi : presbyterium & ſacerdotium ſtatim accepit : quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti ?

F

non diu à ſuſcepto baptiſmo

76 *De celeri ejuſdem ad presbyteratum promotione etiam meminit S. Hieronymus in lib. de Script. Eccleſ., cap. 67 dicens :* Poſt non multum temporis (*à ſuſcepto baptiſmo*) electus in presbyterum, etiam epiſcopus Carthaginenſis conſtitutus eſt. *De aliis Ordinibus, qui presbyteratum ſolent præcedere, nihil habet biographus, niſi fortè hoſce inſinuare voluerit, dum ait :* Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti ? *Pearſonio in Annalibus Cyprianicis ad annum 247, num. 3 viſus eſt Pontius Sancti diaconatum his verbis aſſerere :* Erat ſanè illi etiam de nobis contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ Cæcilii *&c. Hæc enim ſic interpretatus eſt, quaſi* de nobis *idem ſit, quàm* de noſtro Ordine, *ſive diaconatu, quo Pontius initiatus erat, idque non ad Cæcilium, qui presbyter erat, ſed ad* S. Cyprianum *referretur, ita ut ſenſus ſit :* Erat illi jam diacono contubernium . . . Cæcilii. *At parùm veriſimilis apparet hæc interpretatio ; cùm Pontius nihil aliud ibidem indicare videatur, quàm Cæcilium, cujus contubernio Sanctus utebatur, & cujus operâ converſus eſt, unum è Carthaginenſi clero fuiſſe.*

AUCTORE C. S.

77 *Exorcistæ munere functus fuisse videri potest ex epistola ejus* 1 *ad Donatum, in qua de accepta dæmones expellendi potestate meminit, quam ad exorcistas pertinere, & ab iis eodem sæculo exercitam fuisse constat ex S. Cornelii Pontificis epistola ad Fabium episcopum Antiochenum, ubi Novatianus energumenus exorcistis curandus traditus fuisse dicitur. Verba* Cypriani *dedimus suprà num.* 41, *Cornelii verò in Commentario historico de ejusdem gestis num.* 85, *hoc ipso die. Non diffiteor tamen exorcistæ Ordinem* Cypriano *inde certò vendicari non posse, cùm hujusmodi in reprobos spiritus potestas ipsi, ut & pluribus aliis Sanctis, eo Ordine non initiatis, divinitus concessa fuisse potuerit. De æditui munere, quo S. Gregorius Nazianzenus Orat.* 18 *illum ex humilitate functum putavit, egimus num.* 57.

post alios verisimiliter Ordines.

78 *Maranus post Pearsonium Fellumque non improbabiliter censet, Libros Testimoniorum adversus Judæos à Sancto presbyteratûs sui tempore, aut saltem in episcopatûs primordiis conscriptos fuisse. Illius ratio est, primò, quòd in hoc Opere nihil occurrat circa duo illa capita, quæ sanctus Episcopus summo cum ardore deinde tractavit; videlicet nec lapsos sine pœnitentia in Ecclesiam recipiendos, ut contendebat Felicissimus; nec iisdem omnem spem pacis præcludendam, quemadmodum Novatianus insaniebat. Secundò quòd in lib.* 3 *cap.* 28 *dicatur:* Non posse in Ecclesia remitti ei, qui in Deum peccaverit; *quamquam enim is loquendi modus sanum ac Catholicum sensum patiatur, procul dubio tamen à S.* Cypriano *adhibitus non fuisset eo tempore, quo Novatiani hæretici remissionem peccatorum post baptismum lapsis in Ecclesia negabant. Solent quippe Patres ea dogmata cautiùs tractare, de quibus hæreses vigent, ne aut fidelibus scandalum, aut hæreticis calumniandi occasionem præbeant. Denique ex Fello observat, sacræ Scripturæ testimonia in his libris non eodem modo citari ac in aliis, nec ejusdem Scripturæ libros iisdem nominibus designari; ex quo colligi possit, hos ante cetera ipsius Opera scriptos fuisse.*

Scribit libros Testimoniorum

B

79 *Presbyterum aut diaconum fuisse, dum eos exararet, suadet ipsa præfatio, in qua Sanctus Quirinum, cui inscripti sunt, filium suum* carissimum *appellat, aitque, sese ab illo rogatum, ut* divina magisteria *in compendium exhiberet. Ex hisce enim omninò verisimile fit,* Cyprianum *jam tum sacro aliquo Ordine initiatum fuisse, quo laïcis velut pater filiis præmineret. Exstant autem hujus Operis libri tres, quorum duo priores simul, & cum communi utrique præfatione, tertius cum propria & seorsum conscriptus est. Priorum argumentum in præfatione sic exponit:* Complexus sum verò libellos duos pari æqualitate moderatos. Unum, quo ostendere enisi simus, Judæos, secundùm quæ fuerant prædicta, à Deo recessisse, & indulgentiam Domini, quæ sibi jam pridem data, & in posterum promissa fuerat, perdidisse; successisse verò in eorum locum Christianos, fide Dominum promerentes, & de omnibus gentibus ac de toto orbe venientes. Item libellus alius continet Christi sacramentum; quòd idem venerit, qui secundùm Scripturas annuntiatus est, & gesserit ac perfecerit universa, quibus intelligi & cognosci posse prædictus est: quæ legentibus interim prosint ad prima fidei lineamenta formanda.

ad Quirinum, quorum argumentum

C

80 *Hisce duobus libris tertium postea addidit,* proponitur, *ad eumdem pariter Quirinum; sive quòd ab illo dennò compellatus esset, sive quòd priori illius petitioni nondum planè satisfeciisset: in prioribus enim fidei mysteria ex Scriptura probaverat, in hoc verò mores format, vitandaque Christiano vitia, ac virtutes exercendas edocet. Unde in prologo ait:* Quantum potuit itaque mediocritas nostra complecti, collecta sunt à nobis quædam præcepta Dominica & magisteria divina, quæ esse facilia & utilia legentibus possint, dum in breviarium pauca digesta, & velociter perleguntur, & frequenter operantur. *Ceterùm ex dictis pluribusque ibidem videtur Quirinus ille neophytus fuisse, Sancti forsitan operâ ad religionem adductus, aut certè cujus is instituendi curam susceperat.*

D

81 *Porrò hoc Opus contra Erasmi censuram* S. Cypriano *invictè vindicavit Pamelius, producens SS. Hieronymum & Augustinum, à quibus istud eidem adscribitur. Certè S. Hieronymus lib.* 1 *Dialogi adversus Pelagianos, Pelagium sub Critobuli nomine ex isto his verbis redarguit:* Centesimus titulus (*Pelagii*) est, posse hominem sine peccato esse, & Dei mandata facilè custodire, si velit, de quo abundè dictum est. Quumque se imitatorem, imò expletorem Operis beati martyris Cypriani, scribentis ad Quirinum, esse fateatur, non intelligit, se in eodem Opere dixisse contraria. Ille in quinquagesimo quarto titulo tertii libri ponit neminem sine sorde & sine peccato posse esse, statimque subjungit testimonia, in quibus scriptum est apud Job: Quis enim mundus à sordibus? *&c.: quæ de verbo ad verbum ex laudato* Cypriani *Opere accepta sunt. Similiter S. Augustinus lib.* 4 *contra duas epistolas Pelagianorum, cap.* 8 Cypriani *librum Testimoniorum ad Quirinum disertè memorat, capite verò* 9 *ex ejusdem Operis libro* 3 *verba capitis* 4, *& cap.* 10 *verba capitis* 54 *laudat. Hisce & aliorum testimonia Pamelius, Baluziusque adjungunt, quibus referendis supersedeo, quia ex duobus laudatis sanctis Doctoribus res clara est, neque ulteriori indiget probatione.*

quique Sancto vindicantur.

E

82 *Non diu post susceptum presbyteratum, at incertum, quanto pòst tempore, defuncto Carthaginensi episcopo,* S. Cyprianus *ad illam metropoliticam sedem evectus est. Proximum illius decessorem fuisse Donatum, ex ejusdem Sancti epist.* 55 *ad Cornelium verisimile est. In ea enim jam episcopus ad propositum nostrum hæc habet:* Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatum, veterem hæreticum in Lambesitana colonia ante multos ferè annos ob multa & gravia delicta nonaginta episcoporum sententiâ condemnatum, antecessorum etiam nostrorum, quod & vestram conscientiam non latet, Fabiani & Donati litteris severissimè notatum. *Dubium non videtur, quin, ut S. Cornelii, ita & suum decessorem designaverit; ut autem hic proximus* Cypriani, *quemadmodum Fabianus fuit Cornelii, etiam fuisse credatur, suadent adjuncta, quæ satis innuunt memoratas S. Fabiani, qui anno* 250 *martyrio affectus fuit, ac Donati litteras non omninò diu ante eam epistolam* 55 *scriptas fuisse, adeòque verisimillimum est, Donatum illum fuisse proximum* S. Cypriani *decessorem.*

Carthaginensis episcopus eligitur, Donato,

F

83 *Neque refragatur nobis S. Augustinus, dum lib.* 2 *de Baptismo, cap.* 7 Agrippinum prædecessorem *illius dicit: non enim de decessore proximo illum ibidem agere liquet ex ejusdem Operis lib.* 3, *cap.* 2, *ubi de Agrippini sanctique* Cypriani *circa baptismum ab hæreticis collatum errore scribens, unum aut plures inter utrumque non obscurè collocat.* Nos itaque, *inquit*, ... in ejus Ecclesiæ communione securi sumus, per cu-

ut videtur, succedens,

A cujus universitatem id nunc agitur, quod & ante Agrippinum, & inter Agrippinum & Cyprianum per ejus universitatem similiter agebatur. *Sed &* S. Cyprianus *in epist.* 73 *ad Jubaianum, quam S. Augustinus priori loco laudat, clarè significat, Agrippinum diu ante se Carthagine sedisse. Verba ejus accipe :* Apud nos autem non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt; quando multi jam anni sunt, & longa ætas, ex quo sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis nostris ad Ecclesiam conversi, non aspernati sint, ... ut lavacri vitalis & salutaris baptismi gratiam consequerentur. *Similiter in epistola* 71 *de eodem Agrippino & adhærentibus ipsi episcopis dixit :* Qui illo in tempore in provincia Africa & Numidia Ecclesiam Domini gubernabant; *quæ omnia à* S. Cypriani *episcopatu Agrippinum longiùs removent, quàm ut hic illius proximus decessor sine solido argumento credatur.*

anno 248 B 84 *Tempus, quo Sanctus Donato successit, eruitur ex epistola ejusdem* 55 *ad Cornelium, in qua inter cetera de se hæc ait :* Quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi universi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctus, plebi suæ in episcopatu quadriennio jam probatus, in quiete serviens disciplinæ, in tempestate proscriptus *&c. Duo hîc ad propositum nostrum de episcopatu suo Sanctus affirmat; primùm, se in pace Ecclesiæ electum esse; alterum sese jam quadriennio in episcopatu plebi suæ probatum fuisse, dum epistolam* 55 *scriberet. Porrò scriptam eam esse anno* 252 *& quidem circa Paschа, quod eo anno in* IX *Aprilis incidit, ex dicendis constabit. Hinc Pearsonius in Annalibus, & post hunc Tillemontius, annis quatuor à Christi anno* 252 *subductis, initium episcopatûs illius ad annum* 248 *collocârunt : Pamelius autem, quia S. Cornelium, cujus extremo anno epistola* 55 *data fuit, anno* 253 *martyrio coronatum perperam putavit, ad annum* 249, *ac Baronius denique ex suo de duobus consulatibus errore, ad* 250 *referendum censuerunt.*

C vel 249, 85 *Priorum sententia certa esset, si æquè constaret, quadriennium à* Cypriano *completum ibidem memorari, quàm constet, epistolam* 55 *anno* 252 *scriptam esse. Certè meritò observat Maranus* § 4 *Vitæ,* S. Cypriano *familiare fuisse annos inchoatos pro completis numerare; idque probat ex ejusdem epistolis* 40 *&* 53, *in quarum priori tempus elapsum à mense Januario aut Februario anni* 250 *usque ad Paschа anni* 251 biennium *vocat; in posteriori verò ait Ninum, Clementianum & Florum* à pœnitentia agenda per hoc triennium non destitisse, *quod de inchoato triennio pariter intelligendum esse ex dicendis constabit. A vero itaque non abhorret, eum eodem modo etiam hîc loqui. Porrò ex epistola illius* 24, *in secessu, id est anno* 250, *vel* 251 *scripta, eruimus, eum in Paschate anni* 249 *episcopum jam fuisse : ait enim sese Saturo, quem lectorem ordinaverat,* die Paschæ *semel atque iterum lectionem coram clero Carthaginensi legendam dedisse; quod cùm de Paschate anni* 250, *quo Carthagine aberat, intelligi nequeat, factum istud seriùs, quàm anno* 249 *statui non potest, adeóque tum episcopus ordinatus jam fuerat.*

86 *Ponamus igitur, eum anno* 249 *ineunte episcopatum adiisse, uti forsitan adiit, cùm incertum sit, recénsne an diu consecratus esset, dum Saturo lectionem illam prælegendam commisit : hoc posito, post Paschа anni* 252 *tertium episcopatûs sui annum jam expleverat, quartumque inchoaverat, quando epistolam* 55 *ad S. Cornelium dedit; adeóque more suo tempus illud* quadriennium *potuit appellare. Utroque etiam anno, priori scilicet integro, altero autem maximam partem, sub utriusque Philippi imperio Ecclesia pace gavisa est, ut etiam nihil hinc obstet, quò minùs laudata ordinatio ad anni* 249 *exordium referatur. Incertum ergo est, utri è duobus annis ordinatio illa attribuenda sit : sed alterutri affigenda certò est. Nunc electionis modum è biographo prosequamur.* AUCTORE C. S. *ut ostenditur.*

87 *Hic eximia illius in presbyteratu facta prætereans, ad collatum eidem episcopatum sic progreditur;* Longum est ire per singula, cuncta ejus facta onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum solum hoc arbitror satis esse, quòd judicio Dei, & plebis favore, ad officium sacerdotii & episcopatûs gradum adhuc neophytus, &, ut putabatur, novellus electus est : quamvis in primis fidei suæ adhuc diebus, & rudi vitæ spiritalis ætate, sic generosa indoles reluceret, ut, etsi nondum officii, spei tamen fulgore resplendens, imminentis sacerdotii totam fiduciam polliceretur. *Ex hisce liquet,* S. Cyprianum *non diu in presbyteratûs gradu stetisse, cùm adhuc neophytus censeri potuerit, dum ad episcopatum evectus est. Monuit autem Apostolus* 1 *ad Tim.* 3, *episcopum eligendum* non *esse* neophytum, ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli; *quod monitum in hujus Sancti electione locum non habuisse, Pontius suprà observavit.* *Electus autem est miro populi* E

88 *Enimverò, ut erat virtutibus omnibus instructissimus, ita & Christiana humilitate noverat etiam sacros honores modestè declinare, seque iis indignum reputare, nec minori ardore fugere, quàm quo à populo deferretur. Audi rursum sanctum ejusdem biographum loquentem.* Non præteribo, *inquit,* etiam illud eximium, quemadmodum, cùm in dilectionem ejus & honorem totus populus, adspirante Domino, prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, & indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret : magis enim dignus efficitur, qui, quod meretur, excusat. *At quò humiliùs Sanctus oblatos honores respuebat, eò ardentiùs universa plebs eumdem sibi episcopum exposcebat. Hinc rursum biographus :* Quo tunc ardore plebs æstuans fluctuabat, spiritali desiderio concupiscens, ut exitus docuit, non tantùm episcopum; in eo enim, quem tunc latenti Divinitatis præsagio taliter flagitabat, non solummodo sacerdotem, sed & futurum etiam martyrem requirebat. *consensu, & aliquanto reluctatus,* F

89 Obsederat fores domûs copiosa fraternitas, & per omnes aditus sollicita caritas circuibat. Potuisset fortasse tunc illi Apostolicum illud evenire, quod voluit, ut per fenestram deponeretur; si cum Apostolo etiam ordinationis honore similaretur. *Ex his apparet.* S. Cyprianum *domo abditum, ne episcopatum suscipere cogeretur, etiam per fenestram fugere voluisse, quemadmodum Apostolus Paulus* 2 *ad Cor.* XI, *sed alia prorsus de causa, scilicet ne à præposito gentis Aretæ regis comprehenderetur, Damasci per fenestram in sporta dimissum se fuisse testatur. Apparet, inquam, Sanctum nostrum sese simili modo plebi subducere voluisse : voces enim :* Quod voluit, *non ad Apostolum, sed ad illum referendæ* *episcopatum suscipere*

AUCTORE C. S.

videntur. *Quod autem ait, potuisse forsitan id ipsi evenire*, si cum Apostolo ordinationis honore similaretur ; *significat, fugam Sancto ex divina providentiâ, quæ episcopatum illi destinaverat, præclusam fuisse; quo si jam initiatus fuisset, in alia quacumque occasione, non secùs ac S. Paulus, forsitan evasisset.*

coactus, 90 *Itaque cùm omnes fugæ vias obstructas sibi sanctus Presbyter videret, ne divinæ voluntati refragaretur, ardentissimis plebis precibus obsecundans, episcopatum denique suscepit; ut biographus ibidem paucis hisce verbis insinuat:* Erat videre ceteros omnes suspenso & anxio spiritu exspectare venturum, cum gaudio nimio excipere venientem. *Hujus ardoris, quo episcopatum adire à plebe compulsus est, ipse Sanctus epist.* 40 *ad eamdem è secessu data, disertè meminit, dum eam alloquens, ait:* Dolor jugis & gemitus... me solum sine vobis continua lamentatione discruciat,... quòd Sacerdoti, quem tanto amore & ardore fecistis, necdum vos salutare, necdum complexibus vestris inhærere contingat. *In epistolâ quoque* 55 populi universi suffragio *episcopum electum se fuisse testatur.*

B

paucos, qui ejus electioni nefariè 91 *Non sic tamen communi omnium voto electus est, quin aliqui, licèt pauciſſimi, refragati fuerint, ejusque ordinationem palàm impedire tentaverint. Ita docet biographus, verbis suprà relatis subjungens sequentia.* Invitus dico; sed dicam necesse est: quidam illi restiterunt, etiam ut vinceret; *id est, ne episcopatus, quem ex humilitate modestiaque recusabat, ipsi conferretur. Fuerunt hi procul dubio quinque illi presbyteri, qui postmodum cum Felicissimo schisma contra sanctum Antistitem suum excitârunt, & de quibus tum infrà nobis sæpe sermo erit, tum ipse Sanctus ad propositum nostrum in epist.* 40 *sic loquitur:* Quorumdam presbyterorum (*quos quinque fuisse ibidem ait*) malignitas & perfidia perfecit, ne ad vos ante diem Paschæ venire licuisset, dum conjurationis suæ memores, & antiqua illa contra episcopatum meum, immò contra suffragium vestrum & Dei judicium, venena retinentes, instaurant veterem contra nos impugnationem suam, & sacrilegas machinationes insidiis solitis denuò renovant.

C

interceſſerant, 92 *Tillemontius art.* 4 *suspicatur, Carthaginensem plebem postulâsse, ut prædicti presbyteri propter nefariam illam intercessionem sacro munere suo interdicerentur. Ita ipsi visum fuit, quia in epistola mox laudata sanctus Antistes de iisdem hæc ait:* De Dei providentia, nobis hoc nec volentibus nec optantibus, immò & ignoscentibus & tacentibus, pœnas, quas meruerant, pependerunt, ut à nobis non ejecti, ultrò se ejicerent, ipsi in se pro conscientia sua sententiam darent, secundùm vestra & divina suffragia conjurati & scelerati, de Ecclesia sponte se pellerent. *Et post multa rursum:* Conjurationis suæ pœnas soli subeant, qui olim secundùm vestra suffragia, nunc secundùm Dei judicia, sententiam conjurationis & malignitatis suæ subire meruerunt. *Sed ex his habemus quidem, memoratos presbyteros ex plebis judicio olim ex Ecclesia expelli meruisse, idque sanctum Episcopum, ut faceret, forsitan etiam rogatum esse; sed an non aliud ob crimen, quàm ob prædictam intercessionem, incertum est. Sanè in eadem epistola de iisdem dicitur:* Hi fomenta olim quibusdam confessoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum Episcopo suo, ne ecclesiasticam disciplinam cum fide & quiete juxta præcepta Dominica continerent, ne confessionis suæ gloriam incorrupta & immaculata conversatione servarent. *Hi verò confessores facilè potuerunt esse ex eorum numero, qui post longam Ecclesiæ pacem in Decii persecutione Christum confessi sunt; ideóque & molitiones illæ, ob quas dicti presbyteri damnari meruêre,* S. Cypriani *ordinatione posteriores sunt, cùm hic si non integro, certè majore anni parte ante imperium Decii episcopatum jam gesserit.*

D

perquam benignè deinde habuit. 93 *Utut isthæc se habeant, hoc certum est, Sanctum mirâ clementiâ ac benignitate in istos obtrectatores suos usum fuisse; quippe qui eos non modò non pro meritis castigârit, ut ipse suprà fatetur; verùm etiam singulari quâdam etiam præ ceteris benevolentiâ prosecutus sit. Juverit hac de re Pontium audisse.* Quibus tamen, (*post verba num.* 91 *data progreditur*) quanta lenitate, quàm patienter, quàm benevolenter indulsit, quàm clementer ignovit: amicissimos eos postmodum, & inter necessarios computans, mirantibus multis: cui enim posset non esse miraculo tam memoriosæ mentis oblivio? *Verùm hæc tam eximia Viri clementia ac paterna benignitas rebelles illos non adeò movit, quin ad alias postmodum machinationes conversi, in apertum schisma proruperint, atque ita diu meritam excommunicationis pœnam sibi sponte intulerint, illo hoc nec volente, nec optante, imò quidquid eò usque commissum fuerat, ignoscente ac tacente, nec ingratum eorum animum exprobante.*

E

Modus in episcopo eligendo 94 *Porrò licèt S. Pontius de episcoporum præsentia in* S. Cypriani *electione non meminerit, minimè tamen dubium est, quin aliqui adfuerint: alioquin enim contra Africanæ ecclesiæ consuetudinem, quam* Cyprianus *ipse divinæ traditionis ac Apostolicæ observationis instar habebat, electus fuisset. Id verò liquet ex epistola illius* 68 *ad clerum & plebem in Hispania consistentes, de causa Basilidis & Martialis, ubi ait:* Propter quod diligenter de traditione divina & Apostolica observatione servandum est & tenendum, quod apud nos quoque, & ferè per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & episcopus deligatur, plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit.

F

tum servatus. 95 Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum, qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. *Hæc ipse, qui dum dicit;* Quod & apud nos quoque... tenetur, *satis insinuat, idem in sua quoque electione observatum fuisse: neque enim ulla est ratio, cur contrarium suspicemur, præsertim cùm in Ecclesiæ pace electus sit, cujus opportunitate proximis episcopis facillimus erat ad hujusmodi cœtum celebrandum accessus. Nec refert, quòd de episcopis fileat biographus; cùm nec de iis meminerit, qui Sanctum episcopum ordinârunt, quos tamen episcopos fuisse nemo inficiabitur. De plebe igitur tantummodo mentionem facit, eò quòd* ipsa *secundùm illius temporis disciplinam, licèt non sola, tamen* maximè habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi, *ut in eadem epistola loquitur* S. Cyprianus.

Probatur, illum presbyterum fuisse. 96 *Antequam huic § finem imponam, paucis redarguenda hîc venit Davidis Blondelli, Calvinia-*

A *nianæ hæreſis in Gallia miniſtri, inepta impudentia, quâ in Apologia pro ſententia S. Hieronymi de epiſcopis & presbyteris, eâ ſcilicet, quam ipſe ſancto doctori mendaciter affinxit, ſect. 2, § 17, ex Pontio contendit,* S. Cyprianum *mox à baptiſmo ſine intermedio presbyteratu ad epiſcopatum evectum fuiſſe, neque ab eodem Pontio alium agnoſci illius in Eccleſiâ ſtatum, quàm laici ac epiſcopi. Id ipſe facit ſcilicet, ut presbyterorum & epiſcoporum Ordinem jure divino indiſtinctum eſſe cum hæreticis ſuſtineat. Non eſt quidem hujus loci, heterodoxi illius contra Eccleſiaſticam hierarchiam oblatrantis inſaniam refellere; ſed, quod huc ſpectat, oppoſitum prorſus à Pontio hîc tradi oſtendiſſe ſuffecerit, ut pateat, quàm impudenter hæreticus ille malam cauſam ſuam ſtabilire conetur.*

97 Presbyterium, *inquit, Pontius*, & ſacerdotium ſtatim accepit: quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? *Nôrunt autem ſacræ antiquitatis ſtudioſi primis illis Eccleſiæ ſeculis infimum ſacerdotii Ordinem per* presbyterium *ſeu* presbyteratum; *ſupremum verò æquè per* ſacerdotium, *quàm per* epiſcopatum *paſſim deſignari ſoluiſſe. Et quos tandem honorum gradus biographus illi creditos memorat, ſi unicus tantummodo, presbyterium ſcilicet, quod cum ſacerdotio ſeu epiſcopatu idem ſit, ei fuerit collatus? Dicere autem, ut facit Blondellus, Sanctum* in presbyterio omnes honorum gradus adeptum *fuiſſe, nugari eſt, nec ulteriori dignum reſponſo. Attamen oſtendamus, non tantùm geminum, ſed trinum Sancti in Eccleſia ſtatum à biographo traditum eſſe. Poſt verba mox recitata Pontius ejuſdem merita, quibus ad utrumque illum gradum, & quos ante presbyterium veriſimilius etiam obtinuerat, tam citò aſcenderit, his verbis perſtringit:* Multa ſunt, quæ adhuc plebeius, multa, quæ jam presbyter fecit. *Deinde ſubjicit, eum propoſitis ſibi Sanctorum exemplis in virtutum ſtudio mirificè profeciſſe, ac Cæcilii presbyteri contubernio uſum eſſe; tum denique ait:* Longum eſt ire per ſingula, cuncta ejus facta oneroſum eſt enumerare. Ad probationem bonorum operum ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quòd judicio Dei & plebis favore ad officium ſacerdotii & epiſcopatûs gradum adhuc neophytus, &, ut putabatur, novellus electus eſt.

C 98 *Poſt hæc ejuſdem ad epiſcopatum electionem primùm incipit cum ſuis adjunctis exponere. Quis non videat, hîc trinum Sancti ſtatum à biographo recenſeri: primum plebeium, ſeu laïcum, in quo multa fecit, quibus presbyterium merebatur: alterum presbyteratûs, cujus inſignia merita luculenter ex eo probari ait, quòd adhuc neophytus, qualis ad presbyterium promotus fuerat, etiam ad epiſcopatum favore plebis evectus ſit. Enimverò luce clarius eſt,* multa *illa*, quæ jam presbyter fecit, *ante illius epiſcopatum facta eſſe; alioquin enim biographus Carthaginenſem plebem* Cypriani *meritis, poſt initum epiſcopatum comparatis, non minùs ineptè quàm ridiculè dixiſſet motum, ut eumdem epiſcopatum eidem conferret. At quam procul ab his ineptiis abfuerit S. Pontius, liquet ex eadem Vita num. 12, ubi poſt narratam Sancti ad epiſcopatum electionem, mox de epiſcopalibus ejuſdem virtutibus, veluti ceteris, quibus primùm plebeius, ac deinde presbyter fulſerat, longè potioribus, ſcribere ſic orditur:* Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? Quæ illi pietas? Quis vigor? Miſericordia quanta? Quanta cenſura? *&c. ; quæ ſequenti § referemus. Agnovit igitur Pontius* Cypriani *presbyterium ab ejuſdem epiſcopatu diſtinctum, eique prævium.*

99 *Nec aliter ſenſit Euſebius Cæſareenſis, in Chronico, interprete S. Hieronymo, ad annum Chriſti 259 dicens:* Cyprianus primùm rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginenſis epiſcopus, martyrio coronatur. *Idem planè etiam habet S. Hieronymus in Catalogo ſcript. eccleſ., ubi legitur:* Cyprianus . . . Chriſtianus factus, omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus erogavit; ac poſt non multum temporis electus in presbyterum, etiam epiſcopus Carthaginenſis conſtitutus eſt. *Hæc S. Hieronymus, quæ Blondellus pro ſe fruſtra citat. Ceterùm cùm, ut jam monui, hujus loci non ſit hæreticam prædicti miniſtri de presbyterio ac epiſcopatu opinionem refellere, pluribus hîc ſuperſedeo: poterit tamen ſtudioſus lector ex Commentario, quem hoc ipſo die de geſtis S. Cornelii Papæ edidimus, § 6 ex Novatiani facto luce clariùs perſpicere Catholicæ Eccleſiæ ipſa* S. Cypriani *ætate oppoſitam hæretico Blondelli dogmati ſententiam. Novatianus* E *enim, ut ibidem S. Cornelii verbis oſtenſum eſt, licèt dudum presbyter ordinatus, ac deinde à ſchiſmaticis in Romanum Pontificem electus fuiſſet, numquam tamen ſeſe pro epiſcopo habendum certò ſciebat, niſi per epiſcoporum manuum impoſitionem epiſcopus conſecraretur, ideóque à tribus epiſcopis dolo accitis, fraude ac vi ſibi manus imponi ſacrilegéque ordinari curavit.*

AUCTORE C. S.

eligeretur, eoque initiaretur.

antequam

ad epiſcopatum

§ VI. Epiſcopales Sancti virtutes: liber de diſciplina & habitu virginum, ac epiſtola 61, 62, 65 & 66 pro diſciplina eccleſiaſtica probabiliter ante perſecutionem ſcriptæ.

F *In epiſcopatu virtutibus*

S*Anctus biographus, narratâ* S. Cypriani *ad Carthaginenſem ſedem electione, eximias Viri virtutes, quibus in adminiſtrando epiſcopatu ſuo deinde emicuit, his verbis perſtringit:* Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? Quæ illi pietas? Qui vigor? Miſericordia quanta? Quanta cenſura? *De corporis verò habitu cultuque ſic loquitur:* Tantum ſanctitatis & gratiæ ex ore ejus lucebat, ut confunderet intuentium mentes. Gravis vultus & lætus; nec ſeveritas triſtis, nec comitas nimia; ſed admixta utrimque temperies, ut eſſet ambigere, vereri plùs, an diligi mereretur; niſi quòd & vereri & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit diſpar à vultu, temperatus & ipſe de medio. Non illum ſuperbia ſæcularis inflaverat; nec tamen prorſus affectata penuria ſordidârat: quia & hoc veſtitûs genus à jactantia non minùs eſt, quàm oſtentata taliter ambitioſa frugalitas.

101 Quid autem circa pauperes Epiſcopus faceret, quos catechumenus diligebat? Viderint pietatis antiſtites, ſeu quos ad officium boni operis inſtruxit ipſius Ordinis diſciplina, ſeu quos ſacramenti religio communis ad obſequium exhibendæ dilectionis artavit: Cyprianum de ſuo ta-

mox mirè fulgens,

AUCTORE C. S.

talem accepit cathedra, non fecit. *Hiſce virtutibus ſine dubio adjunxit aſſiduum, quantum epiſcopatûs negotia patiebantur, orandi legendique ſtudium ſecundùm ſalutare illud conſilium, quod ipſe adhuc laïcus Donato in epiſt.* 1 *dederat*; Sit tibi, *inquiens*, vel oratio aſſidua, vel lectio: nunc cùm Deo loquere, nunc Deus tecum: ille te præceptis ſuis inſtruat, ille diſponat. *Sanè quanti orationem fecerit, quámque câ aſſiduè uſus ſit, colligere licet tum ex ceteris ejus Opuſculis, tum præſertim ex libro, quem de Oratione Dominica conſcripſit, in quo & orationis neceſſitatem utilitatemque egregiè expoſuit, & diu noctuque orandum eſſe inculcavit. Non is autem erat* Cyprianus, *qui ceteris virtutem aliquam commendaret, quam ipſe negligeret.*

modum eum adminiſtrandi ſibi præſcribit.

102 *Biographus poſt verba numero præcedenti data, ad Sancti proſcriptionem ac ſeceſſum mox progreditur, quæ cùm ad anni* 250 *exordium pertineant, aliunde diſcere debemus, quæ anno* 249 *ac fortè etiam aliqua anni* 248 *parte ab ipſo præclarè geſta fuêre. In primis obſervandum venit, quòd ab initio epiſcopatûs ſui eam ſibi legem ſponte præfixerit, ne ſine cleri ſui plebiſque conſenſu quidquam alicujus momenti exſequeretur. Ita diſcimus ex epiſtola illius* 5, *in qua ad presbyteros ac diaconos ſuos hæc ait:* Ad id verò, quod ſcripſerunt mihi compresbyteri noſtri Donatus & Fortunatus, Novatus & Gordius, ſolus reſcribere nihil potui, quandoquidem à primordio epiſcopatûs mei ſtatuerim nihil ſine conſilio veſtro & ſine conſenſu plebis, meâ privatim ſententiâ gerere. *Porrò divinat Tillemontius, dum art.* 5 *aſſerit*; Cyprianum *id conſilii cepiſſe, ut, quidquid faceret, ab eccleſia verè factum eſſet. Malim ego hoc ejuſdem Sancti humilitati, prudentiæque adſcribere, qui, cùm ad Carthaginenſem ſedem, quæ non modò totius Africæ proconſularis, verùm etiam Numidiæ ac Mauritaniæ metropolitica erat, cùm, inquam, ad eam ſedem adhuc ferè neophytus eveheretur, quâ erat humilitate, tantum onus formidare potuit, clericique ac plebis conſilio uti prudenter ſtatuiſſe, tum ut ſecuriùs decerneret, tum ut decreta efficaciùs exſecutioni mandarentur. Quod verò hac in parte ſemel ſtatuit, eum perpetuò obſervâſſe videbimus, niſi cùm aliqua ſingularis ratio urgeret, atque aliter fieri ſuaderet, de qua tum clerum plebemque ſuam mox certiorem faciebat, ut per decurſum Commentarii obſervabimus.*

Mores gregis ſui formaturus,

103 *Fruebatur id temporis Eccleſia Dei ſub utriuſque Philippi imperio tranquilla pace, eâque etiam diu fuerat gaviſa: verùm, ut incurios ſæpe facit tranquillitas,* traditam . . . divinitus diſciplinam pax longa corruperat, *quemadmodum Sanctus in libro de Lapſis amarè conqueritur, & pluribus exponit. Hinc prima ſancti Epiſcopi cura fuit emendationi morum commiſſi ſibi gregis incumbere: id enim ipſe epiſt.* 55 *inſinuare videtur, dum ait, ſeſe in quiete diſciplinæ ſerviviſſe, in tempeſtate proſcriptum. Huc certè eloquentiæ ſuæ vires omnes tum in publicis tum in privatis exhortationibus contuliſſe credendus eſt, à quibus nec poſtmodum in exſilio, ob Chriſti fidem relegatus, umquam deſtitit.* Videlicet tanta illi fuit, *teſte Pontio in Vita num.* 30, ſacri cupido ſermonis, ut optaret, ſic ſibi paſſionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipſo ſermonis opere necaretur.

ſcribit librum de Diſciplina

104 *Ut verò erat caſtitatis, quam inter fidei exordia amplexus fuerat, cultor eximius & æquus æſtimator, inter epiſcopatûs ſui primordia etiam animum ad virgines convertit, ſcripto ad eas libro de Diſciplina & habitu virginum, in quo nonnullarum vanos ornatus indignoſque tam ſancto inſtituto mores, aut ſubrepentes coërcuit, aut ſollicitâ curâ præcavit. Librum hunc in Eccleſiæ pace conſcriptum eſſe, inter eruditos convenit; quia etſi de martyrio ſemel & iterum in illo meminerit, nuſquam tamen de ſæviente tum perſecutione ullum veſtigium occurrit, ubi tamen minimè deerat ejus memorandi occaſio. Pamelius in Annotationibus illum Sancto nondum epiſcopo, ſed jam presbytero adſcripſerat, nixus eo ejuſdem libri loco, ubi Sanctus ait:* Ad has (*virgines*) loquimur, has adhortamur, affectione potiùs, quàm poteſtate; non quòd extremi & minimi, & humilitatis noſtræ admodùm conſcii, aliquid ad cenſuram licentiæ vindicemus, ſed quòd ad ſollicitudinem magis cauti, plùs de diaboli infeſtatione timeamus. *Verùm hanc ſententiam ſuam in Vita Operi prævia correxit, ac prædictum librum in epiſcopatûs exordiis ſcriptum pariter judicavit.*

& habitu virginum, quem

105 *Non carent tamen omni difficultate verba, objecta, quæ presbyterum potiùs quàm epiſcopum, eccleſiæ ſuæ virgines alloquentem, ſonant: verumtamen dum ait:* Has adhortamur affectione potiùs, quàm poteſtate, *ſuam in eas poteſtatem non negat, ſed aſſerit; quamvis ſalutaria ſua monita ex affectione ſua potiùs, quàm ex poſtatis ſuæ uſu profecta accipi velit. Deinde hiſce addi poſſunt & alia, quibus epiſcopalem auctoritatem ſuam ibidem innuere videtur, dicens:* Audite itaque me, virgines, ut parentem, audite, quæſo, vos timentem pariter ac monentem. *Etenim dum velut* parentem *à virginibus audiri ſe vult, non obſcurè ſe epiſcopum ſignificat. Videtur itaque* S. Cyprianus *ſuperiori loco ex humilitate ſic locutus, utque oſtenderet, quanti ipſe virgines æſtimaret, quas proximè antè honorificis hiſce titulis compellaverat:* Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria, major & cura eſt. Flos eſt ille eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis, læta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago, reſpondens ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti *&c.*

ab illo jam epiſcopo ante perſecutionem

106 *Rigaltius in Obſervationibus ad laudatum librum, eumdem in pace quidem & à Sancto jam epiſcopo, ſed non niſi poſt perſecutionem, Decii ſcilicet, id eſt, non ante anni* 251 *finem, ſcriptum eſſe contendit. Nititur hic auctoritate Pontii in Vita apud nos num.* 13., *ubi, ut* Cypriani *ſeceſſûs, qui ad anni* 250 *initia pertinet, utilitatem oſtendat, illius Opera in hunc modum recenſet:* Finge enim tunc illum martyrii dignatione tranſlatum; quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiæ diſciplinam, & habitum ſanctimoniâ dignum, velut frenis quibuſdam lectionis dominicæ coërceret? *&c. Ex his enim verbis, quorum poſterioribus librum, de quo agimus, denotari nemo negaverit, deducit, illum ante ſeceſſum ſcribi non potuiſſe. Sed non advertit Rigaltius prioribus ex objectis verbis epiſtolam ad Donatum pariter memorari, quam tamen à Sancto nondum presbytero, aut certè necdum epiſcopo, datam probavimus num.* 65 *& ſeqq., quamque ipſe Rigaltius illius* nuper ab ſecularibus oratorum diſciplinis ad Chriſtum converſi *opus agnoſcit.*

Operis tempus ſtatui non poteſt

107 *Ex ſolo itaque illo biographi loco ſcripti ſcriptum eſſe at quo minùs ſe, oſtendihoc tur.*

A *hoc post Decii persecutionem rejiciatur, obstat totus illius contextus, qui non minùs diu continuatam, quàm præsentem, pacem sonat. Certè* S. Cyprianus *non magis de nuper sedata persecutione quàm de tum sæviente in eo meminit, qui, quemadmodùm præsentis persecutionis atrocitate liberioris vitæ virgines haud dubiè ad officium revocâsset, si ea tum viguisset; ita sumpto à recenter præterita exemplo, ne similis denuò oriretur, periculo terruisset. Præterea vix credibile est, quin virginum aliquæ in Deciana persecutione aut martyrio coronatæ sint, aut idololatriâ inquinatæ: id sanè ex libro de Lapsis constat, multas Christum confessas esse, dicente ibidem Sancto:* Veniunt & geminatâ militiæ suæ gloriâ virgines. *Cur igitur aut harum gloriâ, dum virgines laudat, aut illarum lapsu, dum corripit, eas ad morum emendationem non exstimulat? Non alia utique de causa, quàm quòd ante dictam persecutionem hunc librum conscripserit. Longam item pacem præferunt pravæ consuetudines, quas Sanctus virginibus maximè interdictas cupit. Hujusmodi sunt fucati coloribus vultus ac crines, nuptialium epu-*

B *larum frequentatio, & balneorum promiscuus cum viris usus: neque enim verisimile est, mox à persecutione, dum ecclesiastica disciplina in lapsos acriter animadverteret, & pœnitentium planctus ubique resonarent, sacras virgines tantâ licentiâ usas fuisse.*

108 *Quod ad ipsam epistolam spectat, observat Pamelius, Auctorem Tertulliani libros de Virginibus velandis, de Habitu muliebri, & præsertim de Cultu feminarum imitatum fuisse, quod de ultimo manifestum est legenti. Cetersùm hujus insignis Operis, Auctore suo dignissimi, præter Pontium, ut diximus, meminit S. Hieronymus in epist.* 18, *aliàs* 22, *de Custodia virginitatis ad Eustochium, in qua illius lectionem sic commendat:* Si tibi placet scire, quot molestiis virgo libera, quot uxor adstricta sit, legas Tertullianum ad amicum philosophum, & de Virginitate alios libellos, & B. Cypriani volumen egregium. *Similiter epist.* 97, *aliàs* 8, *eumdem librum* egregium de Virginitate volumen *appellat. Meminit & S. Augustinus lib.* 4 *de Doctrina Christiana, cap.* 21, *ubi locum ex eo recitat, cujus phrasim* de genere temperato *appellat.*

Liber hicà SS. Hieronymo & Augustino laudatus.

C 109 *Ad disciplinam pariter pertinent epistolæ* 61, 62, 65 *&* 66, *quæ in Ecclesiæ pace etiam scriptæ fuêre, quasque Pearsonius ad hunc annum* 249 *similiter referendas censuit. Illius ratio generalis est, quòd nec de præsente, nec de præterita, nec de prævisa persecutione in iis ulla fiat mentio, quam earumdem argumentum ceteroquin exigere, vel certè opportunè admittere videtur. Pamelius eas inter Miscellaneas incerti temporis, sed in pace scriptas maluit recensere. Quamvis autem non tam certa anni* 249 *indicia præ se ferant, quin eæ aut earum aliquæ post Decii persecutionem absolutè scriptæ esse potuerint, cùm tamen ad nullum tempus probabiliùs quam ad dictum annum spectare videantur, visum est & mihi de hisce hoc loco agere. Epistola, quæ Pamelio, Baluzioque* 61 *est, Pearsonio autem propter eam opinionem* 2, *scripta est ad Euchratium, qui* S. Cyprianum *super quodam histrione Christiano consuluerat.*

Aliæ epistolæ in pace scriptæ.

110 *Euchratius hic potuit fuisse episcopus Thenensis in provincia Byzacena, qui concilio Carthaginensi de hæreticis baptizandis* Euchratius à Thenis *subscriptus legitur. Porrò hic* S. Cyprianum *consuluerat, admittendusne ad communio-*

Ab Euchratio consultus super histrione

nem esset quidam histrio, qui in ejusdem adhuc artis dedecore *perseverans, eamdem,* magister & doctor non erudiendorum sed perdendorum puerorum, *alios edocebat. Respondet Sanctus,* nec majestati divinæ, nec Euangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor Ecclesiæ tam turpi & infami contagione fœdetur: *nec excusari posse, licèt à theatro cessaverit, cùm tamen hoc ceteros doceat. Deinde ne artem illam ad vitæ suæ sustentationem necessariam causetur; censet eum ex ecclesiæ patrimonio ali posse.* Quodsi, *inquit,* penuriam talis & necessitatem paupertatis obtendit, potest inter ceteros, qui alimentis ecclesiæ sustinentur, hujus quoque necessitas adjuvari; si tamen contentus sit frugalioribus, sed innocentibus cibis. Nec putet, salario se esse redimendum, ut à peccatis cesset, quando hoc non nobis, sed sibi præstet.

AUCTORE C. S.

111 *Deinde Euchratium monet, ut histrionem illum ad id inducere conetur;* Ceterùm, *inquiens,* quantum velit, inde (*ex turpi arte sua*) quærat; qualis quæstus est, qui de convivio Abraham & Isaac & Jacob homines rapit, & malè ac perniciosè in seculo saginatos ad æternæ famis ac sitis supplicia deducit! Et ideò, quantùm potes, ab hac cum pravitate & dedecore ad viam innocentiæ atque ad spem vitæ æternæ revoca, ut sit contentus ecclesiæ sumptibus, parcioribus quidem, sed salutaribus. *Denique ne fortè ex ecclesiæ, cui Euchratius præerat, egestate histrio ille nutriri non posset, cum ad se invitat, Carthaginensis ecclesiæ sumptibus sustentandum. Subdit enim:* Quodsi illic ecclesia non sufficit, ut laborantibus præstet alimenta, poterit se ad nos transferre, & hîc, quod sibi ad victum atque ad vestitum necessarium fuerit, accipere, nec alios extra Ecclesiam mortalia docere; sed ipse salutaria in Ecclesia discere. *Ita scilicet sanctus Antistes Ecclesiasticæ disciplinæ strenuè consulebat, simulque histrionis, & qui per eum perdendi erant, saluti prospiciebat. Ceterùm hujusmodi histrionicæ artis in Christiano homine professio diuturnam pacem potiùs, ex qua morum corruptelam Sanctus in libro de Lapsis repetit, quàm alternantis persecutionis pacisque vices insinuat.*

respondet;

E

112 *Causa epistolæ* 62 *ad Pomponium pupillam oculi* S. Cypriani *pupugerat, virginum scilicet violata disciplina, quam toto episcopatûs sui tempore in primis cordi habuit, nec jam captus ac postridie occidendus curare desiit, ut ex Pontio referemus. Nec leve sanè erat earum virginum crimen; quippe quæ in eodem lecto cum maribus, inter quos diaconus unus erat, cubuisse deprehensæ essent. Et illæ quidem dormîsse se cum illis fatebantur, at corruptas esse negabant. Probrum autem hoc contigerat in Pomponii diœcesi, id est, in episcopatu Dionysianensi, ut colligimus ex concilii Carthaginensis subscriptionibus, in quibus Pomponius à* Dionysiana *occurrit, quæ in Notitia provinciarum & civitatum Africæ, apud Theodoricum Ruinartium in Historia persecutionis Vandalicæ, provinciæ Byzacenæ accensetur.*

item Pomponio de virginibus

F

113 *Pomponius prædicti flagitii reos à communione interim arcuerat, dum* S. Cypriani, *quem per litteras à Paconio perlatas consuluerat, hac super re judicium intellexisset. Aderant tum fortè Carthagine Cæcilius, Victor, Sedatus & Tertullus episcopi, cum quibus simul & cum presbyteris re maturè examinatâ, sanctus Metropolita communi omnium epistolâ respondit, minimè ferendum esse* virgines, *Deo dicatas,* cum masculis habitare, *nedum dormire; monuitque Pom-*

quæ deliquerant,

AUCTORE C. S.

ponium, ut tanto malo sine mora occurreret. Probavit etiam, quidquid is eò usque in hac causa egerat, diaconum præsertim abstinendo, qui, cùm virginibus bono exemplo esse debuerat, fuerat ipse offendiculo. Ceterùm statuit, ut, si ab invicem recesserint, egerintque pœnitentiam, virgines que re vera integræ fuerint deprehensæ, accepta communicatione ad Ecclesiam admittantur; hâc tamen interminatione, ut, si ad eosdem masculos postmodum reversæ fuerint, aut si cum eisdem in una domo, & sub eodem tecto habitaverint, graviore censurâ ejiciantur, nec in Ecclesiam postmodum tales facilè recipiantur.

quarum aliquot votum simplex castitatis

114 Si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat pœnitentiam plenam; quia, quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est, & ideò æstimato justo tempore, postea exomologesi facta, ad Ecclesiam redeat. *Monet tamen Pomponium, ut salutaribus consiliis suis tam has, quàm illos, ad officium suum reducere nitatur; at si monenti obtemperare recusent, eos ex Ecclesia expellat, neque ex humano metu ab Ecclesiastica disciplina tuenda deterreatur, memor illius Apostolici dicti:* Si hominibus placerem, Christi servus non essem. *Porrò agi hîc de virginibus, voto simplici castitatis, ut aiunt, obstrictis, rectè observat Pamelius in Annotatis, & tum ex hac epistola, tum ex aliis* S. Cypriani *Opusculis ostendit. Hinc mirum non esset, si sanctus Præsul hic votum istud iis, quæ virginitatem illibatam servare nollent, aut nimis ægrè ferrent, majoris periculi scandalique vitandi gratiâ relaxaverit, quemadmodum Baronio ad annum 253, num. 46 visum est ex hisce ejusdem epistolæ verbis:* Quòd si ex fide se Christo dicaverunt, pudicæ & castæ sine ulla fabula perseverent, & ita fortes & stabiles præmium virginitatis exspectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est, ut nubant, quàm in ignem delictis suis cadant.

forsitan relaxavit.

115 *Id tamen non omninò certum est, cùm non improbabilis sit Francisci Turiani, ac Cardinalis Hosii, quos citatus Pamelius laudat, interpretatio, secundùm quam* S. Cypriani *sententiæ hic sensus erit: Quæ se semel Deo dicaverint, castas perseverare necesse est, ideóque si quæ id facere noluerint, aut virginitatem perpetuò colere nimis grave putaverint, abstineant à voto, nec virginitatem suam Christo consecrent. Secundùm hanc interpretationem prior sententiæ pars virgines Deo jam dicatas obligationis ac muneris sui admonet; altera cavet, ne qua tali voto non obstricta, eò se obliget, nisi virginitatem perpetuò servare & incontinentiæ pericula vitare maturè decreverit; alioquin enim melius esse, ut hujusmodi virgo libera nubat, quam post votum temerè emissum, fidem Deo datam fallat, & tamquam* Christi adultera *damnetur. Ceterùm responsum non meretur Rigaltius & post hunc Joannes Fellus, qui negant* S. Cypriani *ætate ullas virgines voto castitatis Deo dicari soluisse. Certè qui tam hanc epistolam, quàm 60, & librum de Disciplina & habitu virginum legerit, asserti ipsorum falsitatem manifestè deprehendet.*

Scribit epistolam ad Rogatianum,

116 *Similis planè vigor, & vigore mixta clementia elucet in epistola 65, quâ à Rogatiano de contumelioso diacono consultus, ex communi dennò episcoporum, qui tum ipsi aderant, sententia respondit. Rogatianus hic potuit is fuisse episcopus, qui in concilio Carthaginensi* Rogatianus à Nova *scriptus legitur.* Nova *autem in Notitia Africanæ ecclesiæ superiùs laudata inter Mauritaniæ Cæsariensis episcopatus numeratur. Causa verò scribendi hæc fuit. Diaconus quidam, Rogatiani senectutem aspernatus, contumeliis eum affecerat, ac alium quemdam audaciæ superbiæque suæ socium adsciverat. Consultus itaque hac super re* S. Cyprianus, *Rogatiani, qui de diacono suo conqueri, quàm mox eum punire maluisset, humilitate laudata, respondet ab omnibus episcopis ratum habendum fuisse, quodcumque in hujusmodi rebellem pro potestate sua episcopali statuisset.*

de diacono contumaci;

117 *Post hæc ex sacris Litteris docet debitam sacerdotibus reverentiam, divinamque in contumaces ultionem breviter exponit. Tandem jubet memoratum diaconum pœnitentiam agere, ac plena humilitate episcopo suo satisfacere; aut si contumax fuerit, deponi vel abstineri, similique pœnâ illius socium, & si qui alii ejusdem sceleris rei essent, pro Rogatiani libito coërceri. Attamen charitatis ac clementiæ suæ, non minùs quam disciplinæ memor, mox subdit:* Hortamur & monemus, ut peccâsse se potiùs intelligant & satisfaciant, & nos propositum nostrum tenere patiantur: magis enim optamus & cupimus contumelias & injurias singulorum clementi patientiâ vincere, quàm sacerdotali licentiâ vindicare. *Ceterùm hæc epistola ad alium quàm ad hunc annum facilè potest pertinere, cùm nihil habeat, unde tempus erui possit.*

quæ fortè ad hoc tempus pertinet;

118 *Quinimo Marano visa est potiùs post motus à Novato excitatos scripta fuisse; quia Sanctus de schismaticis hæreticisque in ea sic meminit:* Hæc sunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum, malè cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. *Fateor,* Cyprianum *hisce verbis Novati ejusque asseclarum molitiones designare potuisse, at non video pariter, cur ita loqui non potuerit, etiamsi Novatus nihil etiam tum machinatus fuisset; meritò enim vereri poterat Sanctus, ne hujusmodi diaconi audacia, qui jam unum, aut fortè etiam plures socios sibi junxerat, in schisma hæresimque erumperet, nisi maturè ac fortiter comprimeretur.*

item aliam ad Furnenses, in qua

119 *Restat epistola 66, pro qua ad hunc annum referenda paulò major est probabilitas, ut infrà ostendemus, postquam epistolæ argumentum exposuerimus. Africani antistites in quodam concilio, quod* S. Cyprianus *in hac epistola modò* jam pridem, *modò* nuper, *à decessoribus suis celebratum ait, caverant,* ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac, si quis hoc feciset, non offerretur pro eo, nec Sacrificium pro dormitione ejus celebraretur. *Quod eo fine decretum fuerat, ne clerici secularibus curis præpediti, à sui muneris officiis avocarentur; cùm* singuli, *ut ibidem præmittitur,* divino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & Sacrificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant. *Contra hunc canonem deliquerat in Furnensi civitate, quæ episcopalis in Africa Proconsulari sedes erat, quidam Geminius Victor, Geminium Faustinum presbyterum, testamento suo tutorem nominando.*

secundum exemplum statuit.

120 *Re ad* Cyprianum *delatâ, & coram episcopis, qui aderant, presbyterisque discussâ, statutum est, Geminium Victorem secundùm canonis rigorem omninò plectendum esse. Sententiam ergo hanc* S. Cyprianus *in laudata epistola ad clerum*

A *rum plebemque Furnenſem perſcripſit, in qua cùm æquitatem canonis probâſſet, dicens:* Neque enim apud altare Dei meretur nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari ſacerdotes & miniſtros voluit avocare; & ideò, *inquit*, Victor, cùm contra formam nuper in concilio à ſacerdotibus datam Geminium Fauſtinum presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere, non eſt, quòd pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in eccleſia frequentetur, ut ſacerdotum decretum, religioſè & neceſſariè factum, ſervetur à nobis; ſimul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis ſacerdotes & miniſtros Dei, altari ejus & eccleſiæ vacantes, ad ſæculares moleſtias devocet. Obſervari enim de cetero poterit, ne ultrà hoc fiat circa perſonam clericorum, ſi, quod nunc factum eſt, fuerit vindicatum.

121 *Hoc ſeveritatis exemplum ad præſentem annum* 249, *quo diuturnam Eccleſiæ pacem Decius nondum turbaverat, referendum eſſe, ſuadet ipſum Geminii Victoris factum, qui non videtur ſuorum tutelam presbytero commiſſurus fuiſſe ſub Decio, aut qui huic proximè ſucceſſerunt, Gallo & Voluſiano, ac Valeriano, quibus imperantibus presbyteri præ ceteris in continuo bonorum vitæque diſcrimine verſabantur, ideóque eorum tutelæ tum quidquam tradere, erat majori periculo exponere. Secùs planè ſub Philippis accidit, qui religioni Chriſtianæ addicti, Eccleſiam tranquilla pace frui permiſerunt. Attamen Pamelius in Annotationibus conjecturam proponit, non contemnendam. Obſervat in concilio Carthaginenſi pro baptizandis hæreticis celebrato, occurrere* Geminium à Furnis, *huncque veriſimiliter eumdem putat cum Geminio Victore, de quo modo agimus. Conjecturam hanc ſuam confirmat ex eo, quòd laudata epiſtola* presbyteris & diaconibus & plebi Furnis conſiſtentibus, *nulla facta epiſcopi mentione, inſcripta ſit; unde ſuſpicari liceat, Furnenſem epiſcopatum per Geminii Victoris obitum tum vacâſſe. Secundùm hæc dicta epiſtola poſt famoſam illam ſynodum rejicienda eſſet. Verum Pamelius ipſe conjecturam ſuam non prorſus certam agnoſcit, quia* S. Cyprianus *Geminium Victorem* fratrem *tantùm vocat, quo nomine licèt etiam epiſcopos in litterarum inſcriptionibus ſæpe appellet, dum tamen de his loquitur, eo non utitur; ſed* collegas *&* epiſcopos *ſcribit.*

Cur epiſtolam hanc

B

C

122 Fratrem *Geminium Victorem dixiſſe videtur, quia Chriſtianus erat; ob quam cauſam clerum plebemque Furnenſem in hac ipſa epiſtola, & ſæpe aliàs Chriſtianos quoſlibet* fratres *appellat. Adde, quòd ſanctus Præſul, ſi Geminius ille epiſcopus fuiſſet, non prætermiſiſſet delictum ex eo capite aggravare, quòd, qui concilii canones maximè curare debuiſſet, ipſe prior violâſſet: quemadmodùm eum ſuprà num.* 113 *circa diaconum obſervâſſe vidimus. Denique, cùm Geminio in memorata ſynodo nullum aliud nomen addatur, potuit hic æquè fuiſſe Geminius Fauſtinus, qui ex presbytero deinde factus ſit Furnenſis epiſcopus. Epiſtola verò clero plebique Furnenſi inſcribi potuit propter abſentiam epiſcopi; epiſcopos enim in diuturna illa Eccleſiæ pace à ſedibus ſuis nimis ſæpe abfuiſſe,* S. Cyprianus *in libro de Lapſis conqueritur. Eminentiſſimus Baronius factum hoc ad annum Stephani PP. primum, qui ipſi eſt Chriſti* 257, *retulit, ſed cur id fecerit, non edixit, ideóque nos morari non debet. Eruditum tamen lectorem hìc denuò monitum volo, memoratas quatuor epiſtolas ad hunc annum* 249 *à nobis recen-*

ad hoc tempus referamus.

ſitas eſſe, non quòd ad alios certò non pertineant, AUCTORE *ſed quia ad hunc probabiliter poſſunt referri.* C. S.

§ VII. Perſecutione à Decio excitatâ, Sanctus ad leonem poſtulatur, ſecedit, & proſcribitur: ſeceſſus hic ab omni ſiniſtra ſuſpicione vindicatur.

Diuturnam Eccleſiæ pacem horrenda perſecutio excepit, auctore Decio, qui, cæſis ſub ſi- *Decius perſecutionem*
nem anni 249 *Philippis, occupatoque imperio,* *movet,*
vix priùs regnandi, quàm Chriſtianos perſequendi, initium fecit, prout ad hunc ipſum diem in S. Cornelio Papa & martyre, jam obſervatum eſt. Hinc Lactantius libro de Mortibus perſecutorum cap. 3 *&* 4 *ſcribit:* Sed enim poſtea longa pax rupta eſt. Exſtitit enim poſt annos plurimos exſecrabile animal Decius, qui vexaret Eccleſiam: quis enim juſtitiam, niſi malus, perſequatur? E Et quaſi hujus rei gratiâ provectus eſſet ad illud principale faſtigium, furere protinus contra Deum cœpit. *Quantam verò non modò corporum, ſed & animarum ſtragem edictis per Romanum orbem publicè propoſitis, & immanium cruciatuum vi brevi illo, quo imperavit, ſpatio ubique terrarum excitârit, ex eodem Commentario de S. Cornelii geſtis colligere licet, & ex dicendis etiam magis apparebit.*

124 *Perſecutionis cauſam, quantum ad divi-* *quam S. Cy-*
nam providentiam pertinet, S. Cyprianus *in li-* *prianus ob-*
bro de Lapſis à morum corruptela, his verbis re- *fidelium deli-*
petiit: Habenda tamen eſt, fratres dilectiſſimi, *cta,*
ratio veritatis; nec ſic mentem debet & ſenſum perſecutionis infeſtæ tenebroſa caligo cæcâſſe, ut nihil remanſerit lucis & luminis, unde divina præcepta perſpici poſſint. Si cladis cauſa cognoſcitur, & medela vulneris invenitur. Dominus probari familiam ſuam voluit; & quia traditam nobis divinitus diſciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem, & pænè, ut ita dixerim, dormientem, cenſura cæleſtis erexit: cúmque nos peccatis noſtris amplius mereremur, clementiſſimus Dominus ſic cuncta moderatus eſt, ut hoc F omne, quod geſtum eſt, exploratio potiùs, quàm perſecutio videretur.

125 *Mox perverſos fidelium mores, qui tem-* *quæ enume-*
pore pacis irrepſerant, & divina caſtigatione e- *rat,*
gebant, in hunc modum exponit: Studebant augendo patrimonio ſinguli; & obliti, quid credentes aut ſub Apoſtolis antè feciſſent, aut ſemper facere deberent, inſatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in ſacerdotibus religio devota, non in miniſtris fides integra, non in operibus miſericordia, non in moribus diſciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata: adulterati poſt Dei manus oculi, capilli mendacio colorati: ad decipienda corda ſimplicium callidæ fraudes, circumveniendis fratribus ſubdolæ voluntates. Jungere cum infidelibus vinculum matrimonii, proſtituere gentilibus membra Chriſti. Non jurare tantùm temerè, ſed adhuc etiam pejerare: præpoſitos ſuperbo tumore contemnere, venenato ſibi ore maledicere, odiis pertinacibus invicem diſſidere.

AUCTORE C. S.

126 Episcopi plurimi, quos & hortamento esse oportet ceteris & exemplo, divina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelictâ cathedrâ, plebe deserta, per alienas provincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus, habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fœnus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis ejusmodi mereremur, cùm jam pridem præmonuerit ac dixerit censura divina: „Si dere„liquerint legem meam, & in judiciis meis non „ambulaverint, si justificationes meas prophana„verint, & præcepta mea non observaverint, „visitabo in virga facinora eorum, & in flagel„lis delicta eorum.„ Prænuntiata sunt ista nobis & antè prædicta: sed nos datæ legis & observationis immemores, id egimus per nostra peccata, ut, dum Domini mandata contemnimus, ad correctionem delicti & probationem fidei remediis severioribus veniremus. *Huc usque* S. Cyprianus, *persecutione per Decii necem jam exstincta.*

divinitus inflictam

127 *Eamdem pariter causam allegat in epist.* 7, *de precando Deo ad clerum suum data, in qua & eamdem persecutionem, tum sævientem mirabili visione divinitus prædictam fuisse scribit.* Nam & illud, *inquit*, offensum est, quòd sederet Paterfamilias, sedente sibi ad dexteram juvene; qui juvenis anxius, & cum quadam indignatione subtristis, maxillam manu tenens, mœsto vultu sedebat. Alius verò in sinistra parte consistens, rete portabat, quod se mittere, ut circumstantem populum caperet, minabatur. Et cùm miraretur, quid hoc esset, ille, qui vidit; dictum est ei, juvenem, qui ad dexteram sic sederet, contristari & dolere, quòd præcepta sua non observarentur; illum verò in sinistra exsultare, quòd sibi daretur occasio, ut à Patrefamilias potestatem sumeret sæviendi. Hoc priùs longè ostensum est, quàm tempestas vastitatis hujus oriretur. Et vidimus impletum, quod fuerat ostensum; ut dum Domini præcepta contemnimus, dum datæ legis mandata salutaria non tenemus, facultatem nocendi inimicus acciperet, minùs armatos, & ad repugnandum minùs cautos jactu retis operiret.

& diu ante revelatam

B

C

128 *Cui revelatio hæc facta sit, non edicit quidem* S. Cyprianus; *verisimile tamen est, eâm illi ipsi obtigisse, licèt velut de tertia persona ex humilitatis studio loquatur; nam hic loquendi modus in simili materia non insolitus est, & hujusmodi visiones ipsi satis frequentes fuisse, liquet tum ex eo, quòd ibidem mox subdat:* Oremus instanter, & assiduis precibus ingemiscamus: nam & hoc nobis non olim per visionem, fratres carissimi, exprobatùm sciatis, quòd dormitemus ex precibus, nec vigilanter oremus: *tum ex epist. 69 ad Florentium Pupianum, ubi de similibus revelationibus pariter meminit;* Quamquam sciam, *subjungens*, somnia ridicula & visiones ineptas quibusdam videri; sed utique illis, qui malunt contra sacerdotes credere, quàm sacerdoti. *Nunc, unde digressi sumus, redeamus.*

fuisse scribit.

Decii horrendis edictis

129 *Decius itaque potitus imperio, in Urbe Romana, quantùm apparet, persecutionem exorsus, mox S. Fabianum Pontificem martyrio sustulit, de quo ad diem* XX *Januarii, quâ Romano Martyrologio inscriptus est ac colitur, in Opere nostro actum est. Sed & S. Moysem presbyterum, postea pariter martyrem, Maximum item presbyterum, Nicostratum & nonnullos alios carceri mancipavit. Nec intra Romana mœnia suum in Christianos odium continuit, sed missis quaquaversum edictis, in omnes provincias extendit: quæ quàm impia, quámque immania fuerint, colligere licet ex S. Dionysio Alexandrino apud Eusebium lib. 6 Hist. cap. 41, ubi de eo, quod Alexandriam perlatum fuit, sic loquitur:* Jamque aderat edictum imperatoris, illud ipsum ferè, quod à Domino nostro prædictum est, horrificum ac terribile exhibens; adeò, ut ipsi etiam electi, si fieri posset, scandalum paterentur.

D

Carthaginem perlatis, Sanctus ad leonem

130 *Vix ferale edictum Carthaginem perlatum fuerat, quin populi furor in* S. Cyprianum, *cujus non minùs virtutes, quàm episcopalis dignitas gentilibus odio erant, mox exarserit, eumque* orto statim turbationis impetu primo, & clamore violento, *ut ipse in epist.* 14 *loquitur, ad supplicium* frequenter *postulaverit. Illum ad leonem tum flagitatum fuisse, mox ex Pontio videbimus, ideóque de hoc præcipuè tempore pariter intelligenda est epist.* 55, *dum Sanctus* toties ad leonem petitus in circo, in amphitheatro, dominicæ dignationis testimonio honoratus, *in ea dicitur. Nec tumultuoso tantùm populi clamore suppliciis se destinatum, sed etiam sæpe quæsitum, in epist.* 5 *testatur. Non videtur tamen ex verbis mox recitatis eruendum, quod Pamelius in Vita suspicatus est,* ante secessum aliquod confessionis pro Christo specimen ab illo editum fuisse. *Exacerbatis igitur in hunc modum gentilium animis, sanctus Antistes prudenti, ut infrà videbimus, consilio cedendum tempestati ratus, egressus Carthagine, in locum paucis suorum cognitum secessit.*

E

postulatus, secedit, & proscribitur,

131 *Dubitandum non est, quin gentiles omnem operam intenderint, ne Sanctus elaberetur: at cùm frustra quæsivissent, eum edicto publico proscripserunt. Ita discimus ex epist.* 69, *in qua Sanctus ipse de eo sic meminit:* Me autem proscriptionis onere (*persecutio*) depressit; cùm publicè legeretur. SI QUIS TENET, VEL POSSIDET DE BONIS CÆCILII CYPRIANI EPISCOPI CHRISTIANORUM. *Pontius apud nos cap.* 2 *Vitæ tum primos populi motus, tum proscriptionem his verbis commemorat*: Statim denique pro talibus meritis etiam proscriptionis gloriam consecutus est. Nec enim aliud oportebat, quàm ut eum, qui intra secretam conscientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publicè celebrata gentilium fama titularet. Potuisset quidem tunc pro velocitate, quâ semper omnia consecutus est, etiam martyrii circa eum debita corona properare; maximè cùm & suffragiis sæpe repetitis ad leonem postularetur; nisi per omnes ordines gloriarum transeundum illi esset, & sic ad summa veniendum; & nisi imminens ruina ope tam fœcundi pectoris indigeret.

F

probabiliùs post secessum.

132 *Ex hoc Pontii loco laudatus Pamelius publicam sancti Episcopi proscriptionem seditiosis illis populi clamoribus præposuit, idque citata verba præ se ferunt. Verùm cùm Sanctus ipse in epistola* 14 *ad clerum Romanum, secessûs sui, quem is suspectum habuerat, rationem exponens, nullâ publicæ proscriptionis factâ mentione, solum populi in se odium, indéque ortam non sine publicæ tranquillitatis periculo seditionem causetur, mihi verisimilius videtur, sanctum Antistitem ab insaniente populo primùm ad leonem postulatum esse; cúmque communis boni gratiâ tempestati cessisset, nec appareret, à magistratibus publicè proscriptum fuisse, bonaque ejus fisco addicta. Verba Sancti subjungo.* Sicut Domini mandata instruunt, orto statim, *inquit*, turbationis impetu pri-

A primo, cùm me clamore violento frequenter populus flagitâſſet, non tam meam ſalutem, quàm quietem fratrum publicam cogitans, interim feceſſi, ne per inverecundam præſentiam noſtram ſeditio, quæ cœperat, plùs provocaretur. *Ceterùm potuit biographus in narratione ſua proſcriptionem ſeditioſis populi poſtulatis præmittere, quia illa auctoritate publica facta fuit.*

Prædicta anno 250,

133 *De tempore, quo hæc geſta ſint, nonnulla, ſed exigui momenti, inter eruditos eſt diſſenſio. Pearſonius in Annalibus Cyprianicis ad annum 250 ſtatuit, ſanctum Epiſcopum ipſo hujus anni initio flagitatum ad leonem, ac circa medium menſis Januarii proſcriptum fuiſſe; nec tamen ullam utriuſque aſſerti ſui rationem allegat. Tillemontius tam tom. 3 Monument. in Perſecutione Decii, art. 2, quàm tom. 4 in* S. Cypriano, *art. 7 opinatur, perſecutionem Romæ menſe Januario exortam, non niſi Februario Carthagine cœptam eſſe, edictis ob hiemale tempus eò forſitan ſeriùs allatis, poſtquam S. Fabianus Papa die* XX *Januarii Romæ martyrio coronatus jam fuiſſet, & poſt hujus cædem Moyſes & Maximus alii-*

B *que confeſſores Romani conjecti in carcerem. Ego Tillemontio in tantum aſſentior, ut, quæcumque fuerit moræ cauſa, exiſtimem perſecutionem in Africa, ſi non menſe Februario, certè Januario exeunte, primùm inchoatam fuiſſe. Cur verò ita ſentiam, accipe.*

ſub finem Januarii

134 *Primarius Romanorum Pontificum Catalogus ab Henſchenio noſtro ante tom. 1 Aprilis, & à Papebrochio in Propylæo Maji editus, in S. Fabiano hæc habet:* Paſſus (*S. Fabianus*) XIII Kalend. Februarii... Poſt paſſionem ejus Moyſes & Maximus presbyteri, & Nicoſtratus diaconus, comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. *Ad hoſce autem confeſſores* S. Cyprianus *in epiſtola 25 ita loquitur:* Vos... primores & duces ad noſtri temporis prælium facti, cæleſtis militiæ ſigna moviſtis. Vos ſpiritale certamen, quod nunc geri Deus voluit, veſtris virtutibus imbuiſtis. Vos ſurgentis belli impetus primos immobili robore atque inconcuſſa ſtabilitate fregiſtis. Inde initia felicia pugnandi orta ſunt: inde vincendi auſpicia cœperunt. Contigit hîc per tormenta conſummari martyria; ſed qui in congreſſione præcedens, exemplum virtutis

C fratribus factus eſt, cum martyribus in honore communis eſt. Coronas veſtra manu ſertas inde huc tradidiſtis, & de poculo ſalutari fratribus propinâſtis.

aut Februarii initium

135 *Jam verò ex hiſce ita licet argumentari:* S. Cyprianus *prædictos confeſſores Romanos tamquam ſacræ militiæ, bellique ſui temporis primores ac duces, à quibus initia feliciter pugnandi orta fuêre, laudat, quia Chriſtum primi confeſſi fuiſſent, atque ita Africanis coronas manu ſua ſertas tradidiſſent, ac ſalutari poculo propinâſſent; id eſt, quia intrepidæ confeſſionis exemplum præbuiſſent. Dicendi igitur ſunt Chriſtum confeſſi, carcerique mancipati, antequam Carthaginenſes de negando Chriſto compellarentur. Porrò in carcerem conjecti primùm fuêre poſt S. Fabiani martyrium, id eſt, non ante diem* XX *Januarii ejuſdem anni 250, ut ex dictis conſtat; adeóque nec perſecutio priùs quàm menſe Februario ineunte, aut exeunte Januario, Carthagine orta eſſe cenſenda eſt.*

probabiliùs contigiſſe

136 *Maranus tamen in Vitâ § 5 cenſet, ex objectis verbis non confici, confeſſores illos ante motam Carthagine perſecutionem carceri incluſos fuiſſe, ſed tantùm cruciatus & tormenta Romæ priùs incepiſſe, quàm Carthagine. Ipſius ratio eſt, quòd, cùm Sanctus illos, nemine excepto, primores ac duces ad ſui temporis prælium ſtatuat, &* AUCTORE C. S. *S. Fabianus nihilominus, conſentiente Tillemontio, antequam iſti comprehenderentur, confeſſus & occiſus fuerit, non poſſint recitata verba de eorumdem confeſſione carcereque intelligi. Atque hinc concludit:* Multo ergo ſatius eſt, hæc de martyrum conſtantia in cruciatibus perferendis, ut tota verborum complexio poſtulat, accipere. *Verùm non apparet, unde erudito viro viſa fuerit tota verborum complexio ejuſmodi interpretationem poſtulare: nam neque in textu allato, neque in tota reliqua epiſtola de toleratis per eos tormentis ulla fit mentio; quæ verò de corona tradita, propinatoque fratribus calice ſalutari in ea leguntur, æquè de inflicta eis ob fidei profeſſionem carceris pœna, quàm de aliis cruciatibus dici potuêre.*

oſtenditur.

137 *Præterea cruciatus illi vel ab ipſis confeſſoribus, quos alloquitur, vel ab aliis tolerati fuiſſent: ſi primum,* Maranus *ipſe difficultatem, quam format, non tollit; cùm S. Fabianus ante illorum confeſſionem etiam ſupremum ſupplicium pertulerit. Si alterum; his S. Fabianus certè erat annumerandus. Sed hunc* S. Cyprianus *iſtis non accenſet, cùm clarè ſignificet, eos, de quorum exemplis agit, etiam in vivis ſupereſſe, dicens:* E Contigit hîc (*Carthagine*) per tormenta conſummari martyria; ſed qui in congreſſione præcedens, exemplum virtutis fratribus factus eſt, cum martyribus in honore communis eſt. Coronas veſtra manu ſertas inde (*Româ*), huc (*Carthaginem*) tradidiſtis *&c. Sanè ſi* S. Cypriano *de Romanis martyribus ſermo hîc fuiſſet, eorumdem communem cum martyribus honorem à dato martyribus virtutis exemplo repetiiſſet. Quam ob rem mihi potiùs dicendum videtur, confeſſores illos idcircò ſacri belli primores duceſque appellari, meritóque cenſendos eſſe, quia, licèt non omnium primi, id eſt non eodem, quo S. Fabianus die, in ipſo tamen perſecutionis primo impetu ac eodem penè, quo ille tempore, Chriſtum intrepidè confeſſi, carceriſque ærumnis mulctati fuêre.*

Sancti ſeceſſus à ſiniſtra ſuſpicione

138 *Ex dictis igitur* S. Cyprianus *ſub finem Januarii aut potiùs Februario jam inchoato anno 250 in ſecretum locum ſeceſſit. Porrò quia epiſcopi eſt gregem ſuum, maximè calamitoſo tempore, tutari, diſplicuit nonnullis hic Sancti ſeceſſus; iis ſcilicet, quos facti conſilium ac ratio latebat. Nam & clerus Romanus in epiſtola inter Cyprianicas 2 de eo minùs honorificè ſcripſit, ut infrà dicemus, & S. Pontius, ut ſimilem ſuſpicionem, ſiqua fortè ſupereſſet, penitus tolleret, cap. 2 Vitæ factum hoc ab omni vanæ formidinis ſuſpicione operosè purgat, ſanctoque Antiſtite verè dignum ac Eccleſiæ Dei utiliſſimum oſtendit; quemadmodùm ibidem legi poteſt. Quin & Sanctus ipſe apud Romanum clerum hac in parte purgare ſeſe, & conſilii ſui rationem in epiſtola 14 exponere neceſſe duxit verbis num. 132 allegatis; qua de re etiam infrà recurret mentio.* F

vindicatus;

139 *Noverat ſcilicet ſanctus Epiſcopus illud Chriſti apud Matthæum cap. 10 monitum:* Cùm autem perſequentur vos in civitate iſtâ, fugite in aliam; *idque Chriſtum non verbis ſolùm ſed & factis, dum Patris ſui gloria ac humani generis ſalus ita exigebat, non ſemel docuiſſe. Noverat pariter, quanto Carthaginenſes in ſe odio furerent, quod præſentiâ ſuâ magis exacerbandum & in plebem ſuam, niſi ipſe cederet locumque iræ daret, redundaturum meritò cenſebat. Neque ignorabat, ſeſe gregi ſuo ſalutaribus conſiliis è ſeceſſu datis, ac per relictos Carthagine miniſtros, quos inde pariter inſtrueret, plùs profuturum, quàm*

AUCTORE C. S.

si Christum publicè professus, glorioso martyrio coràm coronaretur. Hinc, licèt ingenti martyrii desiderio, ut postmodum probavit, teneretur, fugam sibi non modò licitam, sed ob ecclesiæ suæ utilitatem etiam necessariam reputabat, ut cum Apostolo ad Philipp. 1 *dicere potuerit:* Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum. Quod si vivere in carne hîc mihi fructus operis est & quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et hoc confidens scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum. *Necesse non arbitror pro secessu illo approbando hîc plura addere, cùm id sat multis biographus loco laudato præstiterit.*

non videtur tamen à Deo

140 *Pearsonius in Annalibus, Tillemontius art.* 7, *ac Maranus* § 7 *Vitæ præterea censent, Sanctum à Deo specialiter monitum jussumque esse secedere; laudantque in hanc sententiam Pontium, cui duo posteriores etiam epistolam* 10, *aliàs* 9, *ad Carthaginensem clerum ex eodem secessu datam adjungunt. S. Pontius ab iis laudatus cap.* 2 *hæc habet:* Vultis scire, secessum illum non fuisse formidinem? Ut nihil aliud excusem; ipse postmodum passus est; quam passionem utique ex more vitaret, si & antè vitâsset. Fuit verè formido illa, sed justa: formido, quæ Dominum timeret offendere: formido, quæ præceptis Dei mallet obsequi, quàm sic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & sic divinis admonitionibus mancipata, credidit se, nisi Deo latebram tunc suadenti paruisset, etiam ipsa passione peccare. *Idem cap.* 3 *cùm dixisset, Sancto, dum jamjam comprehendendus esset, ab amicis suis suasum esse, ut denuò sese subduceret, ita prosequitur:* Fecisset forsitan tunc etiam, quod à plurimis & fidelibus petebatur, (*nempe ut fugeret*) si & divino imperio juberetur. *In epistola verò ab iisdem scriptoribus citata* S. Cyprianus *Carthaginenses suos sic alloquitur:* Audietis omnia, quando ad vos reducem me Dominus fecerit, qui, ut secederem, jussit. *Haud equidem inficior,* S. Cypriano, *cui divinæ revelationes frequentes erant, simile mandatum forsitan datum fuisse, quali S. Dionysius Alexandrinus in eadem persecutione fugam sibi divinitus imperatam, initamque esse, apud Eusebium lib.* 6 *Hist., cap.* 40 *testatur: attamen id adducti à laudatis scriptoribus loci non evincunt.*

ipsi specialiter imperatus.

141 *Etenim* S. Cyprianus *dum in epist.* 14 *clero Romano discessûs sui rationem exponens, ait:* Sicut Domini mandata instruunt, . . . non tam meam salutem, quàm quietem publicam cogitans, interim secessi *&c. consentientibus Tillemontio ac Marano, per* mandata *illa Euangelium designat, nec de divino præcepto sibi præterea dato in ea quidquam meminit; quod tamen unum ipsi omnis apologiæ instar fuisset; nisi quis velit istud alleganti à Romanis fidem non fuisse adhibendam. Hinc verisimile est, eum de eisdem Euangelicis mandatis egisse, dum in epist.* 9 *se à Domino jussum discedere dixit. Eodem pariter modo intelligi potest biographus, cùm neutro loco expressum Sanctoque nominatim datum præceptum memoret; sed ex ingenti emolumento, quod secessus ille Ecclesiæ contulit, hunc divinæ providentiæ adscribendum probet. Quin & ille ipse loquendi modus;* Dicata enim in omnibus Deo mens, & sic divinis admonitionibus mancipata, credidit se, nisi Deo latebram tunc suadenti paruisset, etiam ipsa passione peccare; *is, inquam, loquendi modus virum timoratum, fugam sibi, ut Deo placeat, capessen-*

dam judicantem denotat potiùs, quàm manifesto mandato parentem. Manifestum enim est peccaturum fuisse, quicumque contra divinum expressum præceptum martyrio se offerret. Itaque mandatum hoc non satis verisimile mihi apparet.

§ VIII. Persecutionis progressus & atrocitas: varia lapsorum in ea genera: in quo positum fuerit libellaticorum crimen.

Initio persecutionis

CUm *præter ordinarias episcopales curas,* S. Cypriani *in secessu suo latitantis vigilantiam, intentamque in omnia mentem exegerit nuper orta, ac indies magis magisque sæviens persecutio, & quo nihil acerbius amantissimo sui gregis Pastori accidere poterat, fœdus multorum lapsus, & in lapsos importuna aliquot confessorum conniventia, ac multo etiam deterior schismaticorum in iisdem lapsis ad communionem admittendis sacrilega temeritas; necesse est, ut de persecutionis progressu, varioque in ea lapsorum genere ad rerum gestarum clariorem notitiam hunc* § *præmittamus. Non statim ab initio tormentis in confessores Carthagine sævitum fuisse, non obscurè indicat* S. Cyprianus *in epistola* 14, *in qua exponens, quid in secessu suæ plebi præstitisset, inter alia scribit:* Nec confessoribus exhortatio, nec extorribus, quando oportuit, objurgatio . . . nostra defuit . . . Postquam verò & tormenta venerunt, sive jam tortis fratribus nostris, sive adhuc, ut torquerentur, inclusis, ad corroborandos & confortandos eos noster sermo penetravit.

tormentis actum non fuit;

143 *Nec minùs clarè loquitur in epistola* 7, *ubi istud persecutionis incrementum nonnullorum confessorum delictis adscribens, ait:* Quas autem plagas, quæ verbera non meremur, quando nec confessores, qui exemplo ceteris ad bonos mores esse debuerant teneant disciplinam? Itaque dum quosdam insolenter extollit confessionis suæ tumida & invercunda jactatio, tormenta venerunt. *Ex aliis epistolis similiter liquet, initio persecutionis exsilium, carceres ac facultatum mulctationem confessoribus inflicta esse; sed cruciatibus eò usque abstentum. Atque hinc colligitur, ex peculiari gentilis plebis in* S. Cyprianum *odio factum esse, ut hic ab illa ad leonem postularetur. Neque improbabilis est Pearsonii opinio, mitiùs actum fuisse, quamdiu absente proconsule res à magistratibus gerebatur; aut saltem quamdiu horum curæ permissa est. In hanc sententiam, priorem nempe, quam tenet, laudat epistolam* 33, *in qua Aurelius bis confessus dicitur, & sub magistratibus factus extorris, sub proconsule tormenta vicisse. Verba* S. Cypriani *accipe:* Gemino hic agone certavit, bis confessus, & bis confessionis suæ victoriâ glorioſus . . . Parùm fuerat sub oculis antè paucorum, quando extorris fiebat, congressum fuisse; meruit & in foro congredi clariore virtute, ut post magistratus etiam proconsulem vinceret, & post exsilium tormenta superaret. *Simile exemplum pariter adduxit Pearsonius ex epistola* 56, *Baluzio* 53, *in qua Nimus, Clementianus & Florus dicuntur*

A *in civitate Capſenſi, quæ Byzacenæ provinciæ erat*, in *eadem* perſecutione apprehenſi primùm ... & nomen Domini confeſſi, violentiam magiſtratûs, & populi frementis impetum *viciſſe; ſed* poſtmodum, cùm apud proconſulem pœnis gravibus excruciarentur, vi tormentorum *ſubacti fuiſſe.*

ſed deinde graviſſimis.

144 *Quàm verò atrocia apud Afros adhibita fuerint in Chriſtianos tormenta, collige ex epiſtola 7 mox laudata, in qua Sanctus ſic proſequitur:* Tormenta venerunt, & tormenta ſine fine tortoris, ſine exitu damnationis, ſine ſolatio mortis; tormenta, quæ ad coronam non facilè dimittant, ſed tamdiu torqueant, quamdiu dejiciant; niſi aliquis divina dignatione ſubtractus, inter ipſa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino ſupplicii, ſed velocitate moriendi. *Ad hæc invenerant gentiles modum, quo Chriſtiani omnes vel ad negandam religionem compellerentur, vel Chriſtum apertè aut tacitè profeſſi, decretas in confeſſores pœnas meruiſſe cenſerentur. Etenim eodem* S. Cypriano *teſte in libro de Lapſis, ſingulis* explorandæ fidei præfiniebantur dies ... Cùm dies negantibus præſtitutus exceſſit, quiſquis profeſ-

B ſus intrà diem non eſt, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt. *Attamen is non niſi fugâ & relicto patrimonio, tormenta evadebat, prout Sanctus ibidem inſinuat, ſubdens:* Primus eſt victoriæ titulus, gentilium manibus apprehenſum, Dominum confiteri: ſecundus ad gloriam gradus eſt cautâ receſſione ſubtractum, Domino reſervari. Illa publica, hæc privata confeſſio eſt.

In hac perſecutione plurimi

145 *Porrò ut magnus ex omni ætate ſexuque numerus Africanam eccleſiam tum eximia confeſſione, tum glorioſo martyrio, illa tempeſtate illuſtrârunt, ita plurimi quoque eam lamentabili lapſu afflixerunt. Multùm tamen inter lapſos intererat, quorum cùm diverſas cauſas* S. Cyprianus *diligenter diſtinguendas monuerit, oportet, ut de his etiam agamus. Eorum aliqui nullis cruciatibus adacti, ſed ſolo perculſi timore ac penè ſponte Chriſtum negârunt, aut etiam profanis ſacrificiis cibiſque idolo oblatis ſeſe inquinavêre; quos Sanctus propterea in libro de Lapſis acerrimo ſermone caſtigavit.* Non exſpectaverunt, *inquit*, ſaltem, ut aſcenderent apprehenſi, ut interrogati negarent. Ante aciem multi victi, ſine congreſſio-

C ne proſtrati: nec hoc ſibi reliquerunt, ut ſacrificare idolis viderentur inviti. Ultrò ad forum currere, ad mortem ſponte properare, quaſi hoc olim cuperent, quaſi amplecterentur occaſionem datam, quam ſemper optâſſent.

ignaviter lapſi ſunt,

146 Quot illic à magiſtratibus, veſperâ urgente, dilati ſunt, quot, ne eorum differretur interitus, etiam rogaverunt? *Deinde poſt expoſitam criminis atrocitatem, ac poſt acrem increpationem;* Multis, *proſequitur*, proprius interitus ſatis non fuit. Hortamentis mutuis in exitium populus impulſus eſt, mors invicem letali poculo propinata eſt. Ac, ne quid deeſſet ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus vel impoſiti vel attracti, amiſerunt parvuli, quod in primo ſtatim nativitatis exordio fuerant conſecuti. *Adverte tamen, erudite lector, non eam* S. Cypriani *mentem fuiſſe, ut crederet, parvulos ratione nondum utentes, baptiſmi gratiâ, quam antè acceperant, per culpam parentum fuiſſe ſpoliatos; cùm id unum dicere voluerit, hujuſmodi parentes, quantum in ipſis erat, eâ gratiâ ipſos ſpoliâſſe, prout S. Auguſtinus in epiſtola* 98, *aliàs* 23, *ad Bonifacium cap.* 2 *obſervat. Hinc & ipſe* S. Cyprianus *ibidem mox ſubdit:* Nonne illi (*parvuli*) cùm judicii dies venerit, dicent: Nos nihil mali fecimus, nec derelicto cibo & poculo Domini, ad prophana contagia ſponte properavimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes ſenſimus parricidas. Illi nobis Eccleſiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi, & tanti facinoris ignari, per alios ad conſortium criminum jungimur, aliena fraude caperemur. *Hæc ipſe totam culpam in parentes rejiciens, ut S. Auguſtinus in laudata epiſtola obſervat, ad quam curioſum lectorem remitto.* AUCTORE C. S.

& eorum aliqui divinitus puniti.

147 *Nec defuiſſe pœnas divinitus inflictas, quibus tanta veſania coërceretur*, S. Cyprianus *in eodem libro his verbis teſtatur.* Si incredulis quibuſdam minor fides eſt futurorum, vel præſentibus terreantur. Ecce eorum, qui negaverunt, quæ ſupplicia conſpicimus, quos eorum triſtes exitus flemus? ... Exempla ſunt omnium tormenta paucorum. Unus ex his, qui ſponte Capitolium negaturus aſcendit, poſtquam Chriſtum negavit, obmutuit. Pœna inde cœpit, unde cœpit & crimen; ut nec rogare jam poſſet, qui verba ad precum miſericordiam non haberet. Alia in balneis conſtituta (hoc enim crimini ejus & malis deerat, ut & ad balneas ſtatim pergeret, quæ lavacri vitalis gratiam perdidiſſet) illic E ab immundo ſpiritu immunda correpta, laniavit dentibus linguam, quæ fuerat vel paſta impiè, vel locuta. Poſtquam ſceleratus cibus ſumptus eſt, in perniciem ſuam rabies oris armata eſt. Ipſa ſui carnifex exſtitit, nec diu ſupereſſe poſtmodùm potuit: doloribus ventris & viſcerum cruciata defecit. *Subdit & alia divinæ vindictæ in ſimiles lapſos exempla, ſed quæ poſtea contigerunt, & ſuo loco referemus.*

Alii tormentis victi ſunt; alii libellatici facti.

148 *Aliorum longè minus peccatum erat, ac faciliori venia & commiſeratione dignus lapſus; eorum ſcilicet, qui poſt certamen ſtrenuè initum, diuturnis repetitiſque tormentis ceſſerant ex humana infirmitate, de quibus Sanctus in eodem denuò Opere ſic ait:* Sed tormenta poſtmodùm venerant & cruciatus graves reluctantibus imminebant. Queri de tormentis poteſt, qui per tormenta ſuperatus eſt. Poteſt excuſationem doloris obtendere, qui victus eſt in dolore... Poteſt citò proficere ad veniam cauſa talis. Poteſt hujuſmodi excuſatio eſſe miſerabilis. *Ceterùm tam hi, quàm priores*, ſacrificati, thurificati, *vel* negantes *dicebantur. Tertia lapſorum claſſis, prædictis minùs nocens, nec innocua tamen*, libellaticorum *erat, quorum culpa in quo poſita fuerit, inter eruditos non ſatis convenit, ideòque juverit hanc controverſiam ad* S. Cypriani *dicta exegiſſe; cùm de lapſis illis crebra per decurſum facienda ſit mentio.* F

Horum delictum

149 *Igitur in epiſtola* 52 *ad Antonianum de his habet:* Cùm ergo inter ipſos, qui ſacrificaverunt, multa ſit diverſitas; quæ inclementia eſt, & quàm acerba duritia, libellaticos cum iis, qui ſacrificaverunt, jungere; quando is, cui libellus acceptus eſt, dicat: Ego priùs legeram, & epiſcopo tractante cognoveram, non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere. Et idcircò ne hoc facerem, quod non licebat, cùm occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio, ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe; dare me ob hoc præmium, ne, quod non licet, faciam. Nunc tamen etiam iſte, qui libello maculatus eſt, poſteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc ſe facere debuiſſe, etſi manus pura ſit, & os

ejus

AUCTORE C. S.

ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen ejus eſſe pollutam; flet auditis nobis, & lamentatur, &, quod deliquerit, nunc admonetur, & non tam crimine, quàm errore deceptus, quòd jam de cetero inſtructus & paratus ſit, conteſtatur.

quale fuerit, ex S. Cypriano

150 *Idem in libro de Lapſis eorumdem ita meminit:* Nec ſibi quo minùs agant pœnitentiam, blandiantur, qui, etſi nefandis ſacrificiis manus non contaminaverunt, libellis tamen conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio denegantis, conteſtatio eſt Chriſtiani, quod fuerat, abnuentis. Feciſſe ſe dixit, quidquid alius faciendo commiſit. Cúmque ſcriptum ſit: Non poteſtis duobus dominis ſervire; ſervivit ſæculari domino, qui obtemperavit ejus edicto; magis obedivit humano imperio, quàm Deo. Viderit, an minore vel dedecore vel crimine apud homines publicaverit, quod admiſit; Deum tamen judicem fugere & vitare non poterit. *Et rurſum poſt aliqua*: Derideri & circumveniri Deus non poteſt, nec aſtutiâ aliquâ fallente deludi... Chriſtus in præceptis ſuis dicit: Qui confuſus me fuerit, confundet
B eum Filius hominis: & Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe aut confunditur aut veretur? Quomodo poteſt eſſe cùm Chriſto, qui ad Chriſtum pertinere aut erubeſcit, aut metuit?

& ex Romani cleri epiſtola

151 Minùs planè peccaverit non videndo idola, nec ſub oculis circumſtantis atque inſultantis populi ſanctitatem fidei prophanando, non polluendo manus ſuas funeſtis ſacrificiis, nec ſceleratis cibis ora maculando. Hoc eò proficit, ut ſit minor culpa, non ut innocens conſcientia. Faciliùs poteſt ad veniam criminis pervenire; non eſt tamen immunis à crimine. *Cum paulò ſeveriori cenſura libellaticorum culpam clerus Romanus in epiſt.* 31 *ad* S. Cyprianum *exponit, dicens:* Hoc nos non falſò dicere, ſuperiores noſtræ litteræ probaverunt, in quibus vobis ſententiam noſtram dilucida expoſitione protulimus, & adverſùs eos, qui ſe ipſos infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodiderant, quaſi evaſuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minùs, quàm ſi ad nefarias aras acceſſiſſent, hoc ipſo, quod ipſum conteſtati fuerant, tenerentur; ſed etiam adverſùs illos, qui
C acta feciſſent, licèt præſentes, cùm fierent, non adfuiſſent; cùm præſentiam ſuam utique, ut ſic ſcriberentur, mandando feciſſent.

inquinatur.

152 Non eſt enim immunis à ſcelere, qui, ut fieret, imperavit; nec eſt alienus à crimine, cujus conſenſu, licèt non à ſe admiſſum crimen, tamen publicè legitur; & cùm totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum, qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negavit; & qui vult videri propoſitis adverſùs Euangelium vel edictis vel legibus ſatiſfeciſſe, hoc ipſo jam paruit, quod videri paruiſſe ſe voluit. *Hæc illi. Ex hactenus autem dictis colliguntur ſequentia. Primò, libelli illi in Africa à Chriſtianis idcirco adhibiti ſunt, ne ad publicam fidei profeſſionem compulſi, pœnas in confeſſores ſancitas tolerarent. Secundò libellum obtenturi, Chriſtum vel per ſe vel alios apud magiſtratus apertè vel tacitè privatim confitebantur, & idolorum cultum planè illicitum ſibique interdictum proteſtabantur; ideóque ejuſmodi libellum dato pretio comparabant, ne ad tantum nefas urgerentur. Tertiò ejuſmodi tamen erant aut libellus, aut illius obtinendi modus, aut adjuncta denique, ut qui eum accepiſſet, aliquo ſenſu fidem negâſſe cenſeri potuerit; ita tamen, ut* non tam crimine, quàm errore deceptus *id egiſſet, & irretientes diaboli laqueos aſtutiâ quadam ſe evaſiſſe ſibi blandiretur. Quartò libellatici delictum in eo poſitum erat, quòd voluerit videri edictis obtemperâſſe, quòd Chriſtum publicè confiteri erubuerit aut metuerit, dixeritque, feciſſe ſe, quidquid alius adverſus fidei confeſſionem faciendo commiſit. Quintò denique; conficiebantur acta quædam, in quibus libellatici crimen abnegationis, licèt non ab eo admiſſum, publicè legebatur.* D

Probatur, eos fidem;

153 *Hinc non ſatis accuratè S. Auguſtinus (quod cum reverentia tanti doctoris dicere liceat) lib.* 4 *de Baptiſmo num.* 6 *libellaticos Africæ interpretatus fuiſſe videtur eos*, qui in tempore perſecutionis per libellos ſe thurificaturos profeſſi erant; *nam* S. Cypriano *teſte, libellaticus* feciſſe ſe (*non facturum*) dixit, quidquid alius faciendo commiſit. *Niſi fortè etiam alii libellatici fuerint, qui* thurificaturos *ſe per libellum profeſſi fuêre. Nec admitti poteſt Eminentiſſimi Baronii tom.* 2 *Annal. ad annum Chriſti* 253, *num.* 19 *ſententia, opinantis* libellatici cauſam fuiſſe hujuſcemodi, ut, etſi minùs quis ſacrificium diis offerret, E tamen aliqua per ſe, vel per alium, edita profeſſione fidem negaret: ne verò, ſicut ceteri, traheretur ignominioſè ad aram, id pecuniâ, *ait*, ut dictum eſt, redimebat. *In hanc opinionem ipſe ivit, ut oſtenderet, libellaticos ab Eccleſia Romana æquè atque Africana meritò damnatos fuiſſe; ſed ob aliam cauſam, quàm quòd pretium ſolviſſent, ne fidem negare cogerentur, ſive quòd vexationem, à gentilibus in perſecutione inferri ſolitam, pecuniâ redemiſſent, quod contra Tertulliani errorem licitum eſſe probaverat.*

profeſſione expreſsè edita,

154 *Sed quemadmodum libellaticorum ſcelus ab hujuſmodi redemptione, quæ Tertulliano peream diſplicuit, non poſſe repeti, rectè docuit Eminentiſſimus annaliſta, ita etiam aliunde quàm à negata eo, quo dixit modo, Chriſtiana fide repetendum eſt. Ex dictis enim libellaticus per ſe vel per alios Chriſtum apud magiſtratum privatim ſaltem tacitè profitebatur: dicebat enim:* Ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe; dare me ob hoc præmium, ne, quod non licet, faciam. *Deinde quodcumque libellaticus egerit, id ejuſmodi* F *erat, ut* non tam crimine, quàm errore deceptus, *id ſibi licitum eſſe perſuaderet, priuſquam oppoſitum à ſancto Epiſcopo ſuo intellexiſſet: at quis credat, Carthaginenſes tam emotæ mentis fuiſſe, ut Chriſtum privatim negare ſibi licitum arbitrarentur, idque* S. Cyprianum *eorum non tam crimini, quàm errori, adſcripturum fuiſſe?*

non negâſſe,

155 *Adde, quòd Sanctus iiſdem non objiciat illa Chriſti verba*; Qui me negaverit coram hominibus *&c.*; *ſed:* Qui confuſus me fuerit, confundet eum Filius hominis; *atque inde inferat:* Et Chriſtianum ſe putat, qui Chriſtianus eſſe aut confunditur aut veretur? Quomodò poteſt eſſe cum Chriſto, qui ad Chriſtum pertinere, aut erubeſcit, aut metuit? *Damnabilem ſcilicet pudorem aut metum illis exprobrat, quo Chriſtum profiteri vel erubuerant, vel metuerant, publicè ſcilicet; nam privatim confeſſos fuiſſe præmiſerat. At verò in Baronii ſententia Chriſtum privatim coram magiſtratu non modò erubuiſſent, ſed & negâſſent; ac cetera ſecuri, id unum dato pretio caviſſent, ne, ut reliqui, ad aras ignominioſè traherentur. Præterea ſi libellatici verbo ſcriptove, Chriſtum expreſsè negâſſent, an* S. Cyprianus *eorum ora ac manus pura & incontaminata agnoviſſet,*

A *visset, solamque arguisset conscientiam? Sane ea, licèt non impio thure aut nefandis cibis, iam turpi tamen negatione polluta fuissent, meritóque Sanctus his dicere potuisset, quod sacrificantibus in eodem libro de Lapsis objecerat:* Nonne... brachia conciderunt? Nonne sensus obstupuit, lingua hæsit, sermo defecit? Stare illic potuit Dei servus, & loqui & renuntiare Christo, qui jam diabolo renuntiaverat & sæculo!

neque id ex Martialis ac Basilidis

156 *At tam procul abest, ut hæc vel similia libellaticis objecerit, ut solam culpârit conscientiam, eosque non tam crimine quàm errore deceptos, veniâ dignos ratus, in concilio anno 251 Carthagine celebrato, consentientibus ceteris episcopis, ad pacem admiserit, licèt sacrificatis non nisi post pœnitentiam plenam, aut in vitæ periculo eam gratiam concedendam interim decreverit, prout ipse in epist. 52 ad Antonianum testatur. Existimat tamen Baronius ad annum citatum num. 24, sententiam suam solidè probari exemplo Martialis episcopi in Hispania, de quo Sanctus in epist. 68 hæc scribit:* Cùm... Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint,

B Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cùm in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit,... Martialis quoque præter gentilium turpia & lutulenta convivia in collegio diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud prophana sepulcra depositos & alienigenis consepultos, actis etiam publicè habitis apud procuratorem ducenarium, obtemperâsse se idololatriæ & Christum negâsse, contestatus sit,... frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur. *Hæc autem sic excipit Baronius:* Igitur ut Martialis libellaticus diceretur, hoc præcessit, quòd actis publicis se Christum negare fuerit contestatus; ob eamque causam postea securitatis à proconsule, ut demonstratum est, datâ pecuniâ libellum acceperit.

causa evinci.

157 *Ita quidem Eminentissimus; sed respondeo,* Basilidem & Martialem *non solùm* libellis idololatriæ commaculatos, *sed &* nefandorum facinorum conscientiâ vinctos *initio epistolæ dici. Libelli itaque crimen utrique fuit commune;* sed præter libelli maculam *Basilides blasphemiam, Martialis alia facinora commiserat, quæ verbis recitatis velut utrique propria adscribuntur, & inter*

C *quæ potuit fuisse illa Martialis impia contestatio, cujus Basilides, licèt libellaticus, non fuerit reus, sicut nec ceterorum alterius criminum fuisse dicitur. Certè inter Martialis propria crimina contestatio ista eodem modo, quo inter Basilidis delicta blasphemia ibidem recensetur. Nec mirum esset, si homo impius, qui turpia & lutulenta gentilium convivia frequentare, aliaque ex eorumdem more facere non erubuerat, plus aliquid fecerit, quàm quod ad libellum obtinendum necesse esset. Præterea inferiùs ostendemus, quâ ratione objecta verba, si de simplici libelli impetratione accipienda sint, sine expressa fidei negatione possint exponi.*

Natalis Alexandri sententia

158 *Natalis Alexander tom. 5 Hist. Eccles., editionis Parisiensis annì 1714, Seculo 3, initio dissert. 5 cum libellaticis confudisse videtur eos, quos Tertullianus libro de Fuga in persecutione cap. 12 & 13 graviter arguit, quòd periculum ac vexationem ab ethnicis dato pretio redemissent, quamquam de cetero Christum nulla ratione verbo factove negâssent, nec negare voluissent. Sed perperam: constat enim librum hunc à Tertulliano, Montanistarum pseudo-paraclito jam infatuato, conscriptum fuisse contra Ecclesiæ doctrinam, quæ ut fugam in persecutione, ita etiam meram re-*

partim rejicitur.

xationis redemptionem permittebat. Idem Alexander duas ibi libellaticorum classes præterea statuit; alteram eorum, qui Christianos se coram judice confessi, libellum securitatis pretio obtinebant, ne ad immolandum idolis, aut fidem palàm profitendam cogerentur: alteram illorum, qui Christianos se non esse apud judicem contestati, simili munere libellum emebant, in quo edictis paruisse dicebantur, ideóque in eos ulteriùs inquirendum non esse. AUCTORE C. S.

159 *Primam asserti sui partem ex* S. Cyprianо *nobiscum probat: secundam exemplo Martialis, ad quod mox respondimus. Id unum hic addo, si alibi duplex fuerit libellaticorum genus, quorum unum præter libelli maculam etiam expressæ abnegationis scelus contraxerit, id in Africa locum non habuisse; cùm* S. Cyprianus, *qui sacrificatorum causas diligenter distinguendas monet, nullum inter libellaticos discrimen aliud statuat, quàm quòd eorum aliqui judicem ipsi adiissent, alii alios, qui illorum nomine libellum obtinerent, ad eumdem misissent. Unde etiam in concilio Carthaginensi omnes libellaticos sine ullo discrimine admissos fuisse Sanctus in epist. 52, his verbis testatur:* Placuit, frater carissime, examinatis causis singulorum, (*lapsorum*) libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subveniri. E

Libellaticorum crimen

160 *Ne longior sim, prætereo aliorum opiniones, quæ à recensitis parùm discrepant, & præ quibus omnibus mihi placet Marani sententia, existimantis, libellaticos nec voce nec scripto quidquam impiè se facturos promisisse, nec à se factum declarâsse; sed in eo eorum delictum positum fuisse, quòd securitatis libellos ea conditione à magistratibus accepissent, ut in actis publicis scriberetur, illos sacrificâsse ac Christum negâsse, quamvis neutrum commisissent. In hac sententia libellaticorum delictum fuit impia ac pernicioſa simulatio, quâ edictis paruisse videri voluêre, ut hac ratione tam suæ quàm judicum securitati consulerent. Id ita esse præter huc usque dicta probat* S. Cypriani *epistola ad Fortunatum de Exhortatione martyrii cap. 11, ubi libellaticorum crimini factum Eleazari ex lib. 2 Machabæorum cap. 6 opponitur.*

in eo positum fuisse videtur, F

161 Ac ne quis, *inquit Sanctus,* vel libelli vel alicujus rei oblata sibi occasione, quâ fallat, amplectatur decipientium malum munus, nec Eleazarus tacendus est; qui, cùm sibi à ministris regis offerretur facultas, ut accepta carne, quâ liceret sibi vesci, ad circumveniendum regem, simularet se illa edere, quæ de sacrificiis, atque illicitis cibis ingerebantur, consentire ad hanc fallaciam noluit, dicens, nec ætati suæ nec nobilitati convenire id fingere, quo ceteri scandalizarentur, & in errorem inducerentur, existimantes Eleazarum nonaginta annos natum ad alienigenarum morem, relicta & prodita Dei Lege, transisse; nec tanti esse lucrari brevia vitæ momenta, ut offenso Deo, incurreret æterna supplicia. *Hæc ille; quibus cùm Eleazari, mortem impiæ simulationi præferentis, exemplo Christianos à libellis accipiendis deterreat, satis indicat, libellaticorum noxam in illicita simulatione sitam fuisse.*

quod consentirent, ut Christum negâsse

162 *Id ipsum insinuant variâ tam ejusdem Sancti, quàm Romani cleri de iis dicta: veluti dum prior ait:* Fecisse se dixit (*libellaticus*) quidquid alius faciendo commisit. *Et:* Derideri & circumveniri Deus non potest, nec astutiâ aliquâ fallente deludi. *Et Romanus clerus:* Nec est alienus à crimine, cujus consensu, licèt non à se admissum crimen, tamen publicè legitur. *Ac rursum*

AUCTORE C. S.

ſum: Cùm totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum; qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negavit; & qui vult videri propoſitis adverſùs Euangelium vel edictis vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo jam paruit, quòd videri paruiſſe ſe voluit. *Advertis haud dubiè, erudite lector, in allatis textibus fraudem, aſtutiam, ſimulationem continuè memorari, nec libellaticos alia ratione Chriſtum negâſſe, aut edictis paruiſſe argui, quàm quòd fallaces præſtigias quæſierint, & videri voluerint paruiſſe. Hinc collige, quid iidem ſcriptores ſibi velint, dum de iiſdem libellaticis ita loquuntur, quaſi edictis reipſa paruiſſent, Chriſtumque negâſſent; ſcilicet id impia ſimulatione, non expreſſa profeſſione ab iis factum volunt. Atque ita forſitan intelligendus eſt locus* S. Cypriani *de Martiale epiſcopo libellatico, num.* 156 *nobis objectus.*

163 *In hac ſententia pariter rectè intelligitur,*

ſcriberentur. *libellaticos,* S. Cypriano *teſte, manus & ora impolluta ſervâſſe, ſolamque maculâſſe conſcientiam. Liquet etiam, cur hujuſmodi lapſus* non tam crimine, quàm errore deceptus *fuiſſe, ab eodem*

B *dicatur; videlicet quia is ſibi licitum reputabat conſentire, ut ſacrificâſſe ſcriberetur, dummodo id reipſa non præſtitiſſet,* exiſtimans ſibi ſatis eſſe, quòd non ſacrificaverit, errore deceptus, *ut in eadem epiſtola repetitur. Eſt quidem is error manifeſtus, ſed non talis, quin incauta plebs, præſertim perſecutorum metu percita, eo ſeduci, ſicque irretientes diaboli laqueos, prout Romanus clerus ait, evaſura ſibi videri potuerit; ſimili ferè errore, quo Eleazaro amici perſuaderi poſſe ſperaverant, ut licitis carnibus veſcens, impio edicto paruiſſe videretur.*

§ IX Sanctus è ſeceſſu ſuo epiſcopatum ſtrenuè adminiſtrat: per litteras purgat ſe apud clerum Romanum: tempus, quo epiſtolæ II, III & XIV ſcriptæ ſint.

C

Modus, quo Sanctus Epiſcopus

Sanctus Cyprianus *in locum paucis, ut jam monuimus, cognitum, nec à biographo indicatum profectus, corpore, non animo, à ſuis aberat, nec ullam vigilantiſſimi paſtoris partem, non ſecùs atque præſens fuiſſet, in ſe deſiderari patiebatur. Priuſquam præclara illius in ſeceſſu facta ſingulatim percurramus, juverit nonnulla circa epiſcopatûs ex eodem loco adminiſtrandi modum generatim obſervâſſe. Quo minus detrimenti Carthaginenſis eccleſia è ſua abſentia caperet, presbyteros ac diaconos,* quorum minimè illic invidioſa, & non adeò periculoſa præſentia *erat, ut in epiſt.* 5 *loquitur, Carthagine relictos, tam ſuo, quàm ipſorum munere ſtrenuè fungi juſſit. His pauperum, confeſſorum, martyrumque curam, diſciplinæ vigorem, & quidquid ipſe præſens præſtaturus fuiſſet, aſſiduis monitis commendabat.*

165 *Inter hos in epiſt.* 40 *præcipuè memoratur*

è ſeceſſu ſuo Virtius *aut* Briccius, fideliſſimus atque integerrimus presbyter, *ac* Rogatianus & Numidicus presbyteri confeſſores, & gloriâ divinæ dignationis illuſtres; *qui duo poſtremi inter Martyres ad diem* VI *Auguſti &* XXVI *Octobris Martyrologio Romano adſcripti ſunt. Eosdem duos in epiſt.* 38, *unà cum Caldonio & Herculano epiſcopis,* vicarios *pro ſe miſſos vocat. Forſitan his etiam additus fuit quidam Victor pariter epiſcopus; nam hic cum ceteris quatuor epiſtolam* 39 *ad* S. Cyprianum *ſcripſiſſe legitur. Egregiam quoque Sancto operam navavit Tertullus, presbyter, ut apparet, qui in epiſt.* 37 fideliſſimus & devotiſſimus frater noſter *ab eo vocatur,* & pro cetera ſollicitudine & cura ſua, quam fratribus in omni obſequio operationis impertit, *præclarè laudatur, quique ſancto Epiſcopo ſuo auctor fuit, ne rebus nondum pacatis, Carthaginem reverteretur, ut in epiſt.* 5 *legitur, & nos infrà dicemus.*

D

166 *Sic tamen iſti cum ceteris abſentis Epi-* *epiſcopatum ſuum*
ſcopi partes explebant, ut ſine illius conſilio nutuque nihil agerent, utque rerum à ſe geſtarum accuratam rationem ipſi redderent; ita ut non tam illi, quàm hic per illos epiſcopatum adminiſtraret. Sed & ipſe quoque, ſecundùm quòd antè decreverat, nihil illis inſciis faciebat; aut ſi temporis ac rerum ratio aliter exegiſſet, de eo mox illos certiores fieri curabat. Litteras ſuas more tum temporis inter epiſcopos recepto per latores clericos tranſmittebat; ideóque cùm nec ipſi, quos mitteret, adeſſent, & parvus eorumdem numerus, qui Carthagine degebant, ad quotidiana officia vix ſufficeret, alios ad id munus ordinare debuit, ut in epiſt. 24 *teſtatur. E reliquis ſeceſſûs ſui ſociis non niſi Victorem nominat; idque in epiſt.* 4 *ad clerum ſuum dicens:* Salutant vos Victor diaconus, & qui mecum ſunt; *ac rurſum in epiſt.* 6: Victor quoque ex lectore diaconus, qui mecum eſt, miſit vobis CLXXV.

E

167 *Non ſic tamen ignotus erat ſeceſſûs illius* *ſtrenuè adminiſtrat.*
locus, quin præter clericos perferendis litteris deſtinatos etiam nonnulli alii ad ipſum quandoque accederent. Nam & in epiſt. 33 *&* 34 *Aurelium & Celerinum à ſe & collegis ſuis,* qui præſentes aderant, *lectores ordinatos fuiſſe ſcribit, & in* 15 *ad confeſſores Romanos indicat, ſeſe coram pluribus ibidem nonnumquam ſacrificâſſe;* Et nos quidem, *inquiens,* veſtri diebus ac noctibus memores, & quando in ſacrificiis precem cum pluribus facimus, & cùm in ſeceſſu privatis precibus oramus, coronis ac laudibus veſtris plenam à Domino faventiam poſtulamus. *His prænotatis, ad Sancti geſta veniamus, quæ, cùm Pontius ſeceſſum illum tantummodò perſtrinxerit, ex illius epiſtolis eruenda ſunt; ideóque id in primis curandum, ut ſingulæ ad ſuum, quæ ſcriptæ fuerint, tempus, quantùm fieri poteſt, referantur.*

F

168 *Facem reliquis præfert epiſtola* 14, *aliàs* *Clero Romano,*
15, *à* S. Cypriano *ad clerum Romanum data, in qua Sanctus tredecim epiſtolas pro ſuæ ſedis adminiſtratione ad id uſque tempus à ſe ſcriptas memorat, de quibus mox agemus, poſtquam rationem, ob quam* 14, *ſive* 15, *conſcripta fuit, expoſuerimus. Romanam S. Petri Cathedram per S. Fabiani martyrium, qui die* XX *Januarii coronatus fuerat, vacantem, ejuſdem Eccleſiæ clerus ſtrenuè adminiſtrabat, cùm Crementius, aliis* Clementius *dictus, ſubdiaconus, incertum, qua de cauſa, Carthagine Romam venit, illumque de* S. Cypriani *ſeceſſu certiorem fecit. Romani, re intellecta, & de ſecedendi cauſis, aut non, aut perperam inſtructi, ignarique quanta cum ſollicitudine ſanctus Epiſcopus etiam abſens gregem ſuum gubernaret;*

duas

A *duas per eumdem Crementium epistolas in Africam transmisere; unam ad* S. Cyprianum, *quâ S. Fabiani martyrium nuntiabant; alteram ad clerum Carthaginensem, quâ hunc ad obeundas absentis Episcopi partes hortabantur.*

de secessu suo 169 *Harum prior non supereſt; sed de ea meminit* S. Cyprianus, *ut mox videbimus. Posteriorem primus edidit Morelius, & ex eo Pamelius inter epistolas loco tertio, monens tamen eam mendis scatere, quæ Mss. codicum defectu corrigere non potuit; unde paulò aliter exstat in Baluziana editione, quam sequimur, ubi è duobus codicibus Mss. secundo loco excusa est. Illius initium est:* Didicimus, feceſſiſſe benedictum papam Cyprianum, à Crementio ſubdiacono, qui à vobis ad nos venit certa de cauſa: quod utique rectè fecerit, propterea quòd ſit perſona inſignis. *Atque hæc quidem de* S. Cypriano *honorifice: verùm cùm deinde de boni pastoris exemplo, qui animam suam pro ovibus suis posuit, Carthaginensem clerum ad succurrendum gregi suo excitent, moneantque vitandam mercenarii ignaviam, qui viso lupo fugit, relictis ovibus; non obscurè secessum Sancti*

B *improbant, de quo siniſtrè sive à Crementio, sive ab aliis, fuerat ipsis renuntiatum, ut ex epist.* 15 *mox dicemus.*

siniſtrè suspicanti, 170 Cyprianus, *lectis utriusque litteris, pro vario earum argumento variè affectus est, & per epistolam* 3 *Romanis respondit. Ac in prima quidem hujus parte gaudium suum de glorioso S. Fabiani martyrio significavit, iisque gratulatus est; in altera verò parte epistolam ad clerum suum datam, molestam sibi accidisse insinuavit, eamque velut de suppositione vel adulteratione sibi suspectam ad eosdem recognoscendam remisit.* Legi etiam, *inquit*, litteras. in quibus nec quis ſcripſerit, nec ad quos ſcriptum ſit, ſignificanter expreſſum eſt. Et quoniam me in iiſdem litteris & ſcriptura & ſenſus & chartæ ipſa quoque moverunt, ne quid ex vero vel ſubtractum ſit, vel immutatum, eamdem ad vos epiſtolam authenticam remiſi, ut recognoſcatis, an ipſa ſit, quam Crementio hypodiacono perferendam dediſtis: perquam etenim grave eſt, ſi epiſtolæ clericæ veritas mendacio aliquo & fraude corrupta eſt. Hoc igitur ut ſcire poſſimus, & ſcripturam, & ſubſcri-

C ptionem, an veſtra ſit, recognoſcite, & nobis, quid ſit in vero reſcribite. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

reſcribit. 171 *Eo consilio Sanctus usus videtur, ut Romani mentem suam sibimetipsi aperirent, simulque intelligerent, epistolam illam, contra ac petierant, ad alios quoscumque minimè transmittendam esse: quod autem ait:* nec quis ſcripſerit, nec ad quos ſcriptum ſit, ſignificanter expreſſum eſſe; *verum est: neque enim illi præfixa legitur solita inscriptio, neque Romani aut Carthaginensis cleri in ea ulla expressa fit mentio. Verùm aliter quàm Sanctus sibi persuaserat, accidit: Romani enim nullum ad epistolam responsum dedêre; forsitan altum illud* Cypriani *de suo secessu ac secedendi causis in laudata epistola silentium, remissasque sibi litteras suas, minùs favorabiliter, ut promptum erat fieri, interpretati.*

Ad eumdem scribit alteram epistolam, 172 *Itaque diu post, cùm nihil responsi acciperet, aliam epistolam, quæ Baluzio* 14 *est, ad eosdem conscripsit, quæ cùm res ad id usque tempus à Sancto gestas compendiosè exponat, ac simul quædam sit ejusdem apologia, utile duxi eam hìc recitare.* Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ conſiſtentibus fratribus ſalutem. Quoniam comperi, fratres cariſſimi, minùs ſimpliciter &

minùs fideliter vobis renuntiari, quæ hìc à nobis AUCTORE & geſta ſunt, & geruntur, neceſſarium duxi has C. S. ad vos litteras facere, quibus vobis actûs noſtri & diſciplinæ & diligentiæ ratio redderetur. Nam ſicut Domini mandata inſtruunt, orto ſtatim turbationis impetu primo, cùm me clamore violento frequenter populus flagitâſſet, non tam meam ſalutem, quàm quietem fratrum publicam cogitans, interim feceſſi, ne per inverecundam præſentiam noſtram ſeditio, quæ cœperat, plùs provocaretur.

in qua se purgat, suamque 173 Abſens tamen corpore, nec ſpiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quò minùs ſecundùm Domini præcepta fratribus noſtris, in quibus poſſem, mea mediocritate conſulerem. Et quid egerim loquuntur vobis epiſtolæ pro temporibus emiſſæ, numero tredecim, quas ad vos tranſmiſi; in quibus nec clero conſilium, nec confeſſoribus exhortatio, nec extorribus, quando oportuit, objurgatio, nec univerſæ fraternitati ad precandam Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio noſtra defuit, quantum ſecundùm legem fidei & timorem Dei, Domino ſuggerente, noſtra mediocritas potuit eniti. Poſteaquàm verò

E & tormenta venerunt; ſive jam tortis fratribus noſtris, ſive adhuc, ut torquerentur, incluſis, ad corroborandos & confortandos eos noſter ſermo penetravit.

in gregem suum 174 Item cùm comperiſſem, eos, qui ſacrilegis contactibus manus ſuas atque ora maculâſſent, vel nefandis libellis nihilominus conſcientiam polluiſſent, exambire ad martyres paſſim, confeſſores quoque importuna & gratioſa deprecatione corrumpere, ut ſine ullo diſcrimine atque examine ſingulorum darentur quotidie libellorum millia contra Euangelii legem; litteras feci, quibus martyres & confeſſores conſilio meo, quantùm poſſem, ad Dominica præcepta revocarem. Item preſbyteris & diaconibus non defuit ſacerdotii vigor, ut quidam minùs diſciplinæ memores & temeraria feſtinatione præcipites, qui cum lapſis communicare jam cœperant, comprimerentur, intercedentibus nobis. Plebi quoque ipſi, quantùm potuimus, animum compoſuimus, & ut eccleſiaſtica diſciplina ſervaretur, inſtruximus.

vigilantiam 175 Poſtmodùm verò cùm quidam de lapſis, ſive ſua ſponte, ſive aliquo incitatore, audaci flagitatione proruerent, ut pacem, ſibi à martyribus & confeſſoribus promiſſam, extorquere F violento impetu niterentur; de hoc etiam bis ad clerum litteras feci, & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, ſi qui libello à martyribus accepto, de ſæculo excederent, exomologeſi facta, & manu eis in pœnitentiam impoſita, cum pace ſibi à martyribus promiſſa ad Dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me auctorem temerè conſtitui: ſed cùm videretur & honor martyribus habendus, & eorum, qui omnia turbare cupiebant, impetus comprimendus, & præterea veſtra ſcripta legiſſem, quæ huc ad clerum noſtrum per Crementium hypodiaconum nuper feceratis, ut iis, qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communicationem deſiderarent, ſubveniretur; ſtandum putavi & cum veſtra ſententia, ne actus noſter, qui adunatus eſſe, & conſentire circa omnia debet, in aliquo diſcreparet.

egregiè probat. 176 Planè ceterorum cauſas, quamvis libello à martyribus accepto, differri mandavi, & in noſtram præſentiam reſervari, ut cùm pace à Domino nobis data plures præpoſiti convenire in unum cœperimus, communicato etiam vobiſcum conſilio, diſponere ſingula & reformare poſſimus.

AUCTORE C. S.

Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere. *Hæc* S. Cyprianus, *quibus modestè, sed efficaciter justissimas secedendi causas & perpetuam è secessu in gregem suum vigilantiam, curamque illi sollicitè impensam, Romano clero probavit. Observare præterea licet, eum illam ipsam Romanorum epistolam, quam veluti suspectam priùs remiserat, hic laudare; imò & in lapsorum causa sequendam sibi putâsse; nam quod de lapsis infirmitate apprehensis ait, in illa sic legitur:* Si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri eis debet. *Porrò hâc* S. Cypriani *epistolâ omnis, si qua de eo fuerit, siniſtra suspicio è Romanorum animis penitus erasa est, floruitque deinceps inter hos & illum mira consensio & consiliorum communicatio.*

Cleri Romani epistolam

177 *Nunc in tempus, quo Romanus clerus laudatas epistolas ad* S. Cyprianum *& ad Carthaginensem clerum dedit, Sanctusque per epistolam* 14, *aliàs* 15, *responderit, indagandum est, ut hinc res gestas, de quibus in hac meminit, ad suum pariter tempus referre possimus. In primis cùm Crementius sancti Episcopi sui secessum primus Romæ nuntiaverit, non potuit is citiùs quàm mense Februario, aut ad summum Januario excunte, ex Africa navigare; nam alterutro tempore* S. Cyprianum *secessisse suprà diximus. Neque ejusdem Crementii reditum Carthaginem diu posse differri, suadet* S. Cyprianus *in priori epistola sua ad Romanos dicens:* Cùm de excessu boni viri (*S. Fabiani*) collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres carissimi, & opinio dubia nutaret, accepi à vobis litteras ad me missas per Crementium hypodiaconum, quibus plenissimè de glorioso ejus exitu instruerer. *Etenim hæc insinuant quidem, aliquod notabile tempus inter S. Fabiani martyrium nunciumque de eo per Crementium allatum fluxisse; sed tamen non omninò diuturnum; alioquin enim ante Crementii adventum de re tam celebri certiora in Africa didicissent. Adde, quòd aliàs sine satis probabili ratione dicendi sint Romani nimis diu distuliſſe sancti Pontificis sui mortem* Cypriano *nuntiare.*

mense Februario

178 *Præterea Crementium in Africam remeâsse ante Pascha, quod anno* 250 *secundùm Victorii Cyclum die* VII *Aprilis, aut secundùm Hippolyti die* XXXI *Martii, ut apud Bucherium videre est, celebrandum erat, ex iis, quæ subdo, colligitur. Celerinus in epistola sua ad Lucianum, quæ inter Cyprianicas est* 20, *de sexaginta quinque confessoribus, Carthagine Romam appulsis, ibidemque jam aliquo tempore benignè sustentatis meminit. Epistolam verò illam non diu post memoratum Pascha à se scriptam fuisse, ipse ibidem his verbis significat:* Pro cujus factis (*sororis lapsu in fide*) ego in hac die lætitiæ Paschæ flens die ac nocte, in cilicio & cinere lacrymabundus dies exegi, & exigo usque in hodiernum diem. *Itaque confessores illi non seriùs quàm circa Pascha, id est, quàm mense Martio aut Aprili eò advenêre. Nec ignorabant hi haud dubiè* S. Cypriani *episcopi sui secessum, ideóque nec dubium apparet, quin hunc Romano clero aut primi indicârint, aut confirmaverint.*

aut Martio scriptam esse,

179 *Atqui tamen laudatus clerus in epistola ad Carthaginenses sic loquitur, quasi secessum illum ex solo Crementio accepisset;* Didicimus, *inquiens*, secessisse benedictum papam Cyprianum, à Crementio subdiacono, qui à vobis ad nos venit certa ex causa. *Dicendum igitur est, Romanos memoratas litteras suas, in Africam deferendas, Crementio jam dedisse, antequam confessores illi Romam advenissent; neque enim ulla alia verisimilis ratio occurrit, ob quam Romani non æquè de illorum illustrium pro fide exsulum, quàm de Crementii subdiaconi, qui quadam certa ex causa eódem appulerat, testimonio meminerint. Itaque ex huc usque allatis utramque Romani cleri epistolam non seriùs quàm mense Martio non multùm provecto, aut fortè etiam Februario exeunte, scriptam arbitramur.*

ostenditur contra Tillemontium,

180 *Tillemontio tamen Art.* 12, *& Notâ* 12 *in* S. Cypriano, *visum est, laudatam epistolam non nisi circa mensem Majum scriptam, & sub ejusdem finem* S. Cypriano *traditam fuisse. Rationem reddit, quòd Sanctus in epist.* 15, *nobis* 14, *suprà recitata, dicat, se lapsis infirmitate apprehensis, qui pœnitentiam egissent, subveniendum decreviſſe, secundùm scripta, quæ Romani ad Carthaginensem clerum* nuper *fecerant, scilicet epistolam* 2. *Porro, inquit Tillemontius, gratiam illam lapsis infirmis concesserat per epistolam* 13, *nobis* 12, *jam cœptâ æstate, adeóque non ante mensem Junium scriptam. Post hanc, & ut creditur, ante* 15., *nobis* 14, *scripsit præterea aliam similiter ad clerum, quæ Pamelio* 14 *est, Baluzio* 13; *adeóque epistola* 15, *nobis* 14, *non nisi mense Julio scribi potuit. Cùm igitur in hac epistola Sanctus dicat, laudatam Romanorum epistolam* nuper *exaratam fuisse, Tillemontius illam ad mensem Majum circitèr referendam putavit.*

ad cujus objecta

181 *Verùm respondeo, nihil probare istud* nuper, *quod, ut rectè observavit Maranus, pro varia ratione latitudinem aliquam patitur. Sic ipse* S. Cyprianus *epist. 66 decretum de non committenda clericis tutela, modò* jam pridem in concilio episcoporum, *& per* antecessores *suos, modò* nuper *conditum ait: quare nil mirum est, si epistolam à quatuor mensibus scriptam,* nuper *factam appellârit, præsertim cùm post hanc nullam aliam ipse aut clerus Carthaginensis à Romanis accepisset. At verò præter alia, quæ pro sententia nostra superiùs attulimus, contra Tillemontium facit, quod probabile non sit, Romanum clerum à die* XX *Januarii usque ad mensem Majum nuncium de glorioso* S. Fabiani *martyrio distuliſſe, totoque illo tempore usque ad Majum non nisi incertum de eo rumorem, dubiamque ac nutantem opinionem, ut Sanctus in epist.* 3 *loquitur, in Africa habitam fuisse. Neque diffitetur Tillemontius, id mirum meritò videri posse; sed ut se expediat, ad hiemem pariter ac persecutionem recurrit; causatus Italiæ cum Africa commercium hisce impeditum fuisse. Deinde simile nostro argumentum reponit. Cùm* S. Cyprianus, *inquit, priorem epistolam suam scripserit, simul ac Romanorum accepisset; si id mense Februario aut Martio fecerit, valdè mirum est, eumdem nihil etiam responsi à Romanis recepisse, dum decimam quintam (nobis decimam quartam) mense Julio transmitteret.*

respondetur.

182 *Ad hæc respondeo, nil opus esse ad istud impeditum inter utramque regionem commercium, à Tillemontio sine solido fundamento excogitatum, recurrere; cùm ex dictis non modò nihil nos cogat Romanorum litteras tam serò differre, sed etiam multa eas non parùm maturiùs collocare persuadeant. Nihil etiam nos urgent, quæ subdidit Tillemontius: mirum enim non est, à Romanis nihil responsum fuisse ad priorem illam epistolam, in qua Sanctus tantùm rogaverat, an litteræ, quas illi ad Carthaginensem clerum miserant, quasque ipse*

A *ipſe iis remittebat, eorum eſſent, nec ne, nullâ interim factâ de ſeceſſu ſuo, ejuſve cauſis mentione. Etenim ejuſmodi epiſtola præconceptas ſuſpiciones Romanis eximere non poterat, ſed augere, efficereque, ut, ſi qui ſeceſſum illius ſiniſtrè apud eos interpretarentur, fidem faciliùs invenirent. Hinc Sanctus Epiſcopus, odoratus, quod res erat, epiſtolam* 14 *tandem conſcripſit, in qua præfatus comperiſſe ſe, facta ſua* minùs ſimpliciter & fideliter *Romæ nuntiari, rerum à ſe geſtarum rationem luculentiſſimè expoſuit, probavitque; & ne quid ægritudinis ex priori ſua epiſtola in eorum animis relinqueretur, eorumdem ad Carthaginenſem clerum litteras, quas, ut diximus, antè remiſerat, laudavit, ſeque ſecundùm eas de lapſorum cauſis ſtatuiſſe teſtatus eſt.*

Tempus ſcriptæ epiſtolæ 14. 183 *Porrò poſtremam hanc* S. Cypriani *epiſtolam Tillemontius, & ante illum Pearſonius, ad menſem Julium omninò probabiliter retulerunt. Etenim gratiam, quam lapſis infirmis à ſe conceſſam hîc ait, in epiſt.* 12, *ad clerum ſuum data, re vera conceſſerat, & hanc in æſtate & magnis caloribus ſcriptam eſſe, ipſe ibidem ſic indicat:* Quoniam tamen video, facultatem veniendi ad vos nondum eſſe, & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis & gravibus infeſtatur, occurrendum puto fratribus noſtris *&c. Hinc colligitur, hanc epiſtolam non citiùs, quàm menſe Junio miſſam fuiſſe. Scripſit deinde & aliam ejuſdem argumenti, quæ Baluzio* 13 *eſt, in qua clero ſuo, qui illius mentem non ſatis perceperat, reſpondens, de illa priore diſertè meminit. Sed & utramque laudat in epiſt.* 14, *de qua agimus, dicens:* De hoc etiam bis ad clerum litteras feci. *Itaque cùm hæc ad Romanum clerum epiſtola duabus laudatis, non ante Junium ſcriptis, poſterior ſit, meritò menſi Julio illigatur.*

§ X. Quot & quæ ſuperſint epiſtolæ ex tredecim à S. Cypriano è ſeceſſu ad ſuos ſcriptis, & in epiſtola 14 ab eodem memoratis.

C *Inter* 13 *litteras à Sancto* NOn *levis inter eruditos eſt controverſia, utrùm tredecim illæ epiſtolæ, quas à* S. Cypriano *velut paſtoralis ſuæ vigilantiæ teſtes ad Romanum clerum tranſmiſſas præcedenti paragrapho diximus, omnes ad nos pervenerint. In primis juverit cum Marano obſervâſſe, verbis Cyprianicis ibidem allegatis tantùm undecim, vel potiùs decem epiſtolas deſignari, licèt tredecim ſcriptæ miſſæque dicantur. Etenim cùm una poſt adhibitos cruciatus ſcripta, ac quinque præterea de lapſis expreſsè recenſeantur, neceſſe eſt reliquas ſeptem, ſi omnes tredecim deſignatæ fuerint, his verbis comprehendi:* Nec clero conſilium, nec confeſſoribus exhortatio, nec extorribus, quando oportuit, objurgatio, nec univerſæ fraternitati ad precandam Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio noſtra defuit. *Hinc verò quis ſeptem epiſtolas eruat?*

in epiſtola 14 *laudatas* 185 *Quapropter dicendum eſt,* S. Cyprianum *aut plures, quàm unam, de eodem argumento ſcripſiſſe, aut illarum trium argumenta in hac epiſtola non attigiſſe. Hoc autem quamdiu dubium eſt, tredecim laudatæ epiſtolæ ex allatis verbis certò aſſignari non poſſunt. Pearſonius tamen in Annalibus eas omnes à ſe repertas putavit; videlicet* 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 36, 37 *& 81, ſecundùm ordinem Baluzii, quem ſequimur. Pamelius tantùm decem, priores ſcilicet ex mox recenſitis, velut certò ex illis tredecim, ac unam præterea ut dubiam, quæ ipſi tertia, nobis ſecunda eſt, agnovit. Tillemontius epiſtolas* 5, 6, 7, *& 36 ex numeratis ſeriùs ſcriptas, ideóque quatuor è tredecim periiſſe ſtatuit. Maranus Tillemontio cetera conſentiens, etiam* 37 *& 81 ad aliud tempus pariter referendas cenſuit, atque adeò non niſi ſeptem è tredecim ſupereſſe. De ſolis igitur epiſtolis* 4, 8, 9, 10, 11, 12 *&* 13 *inter omnes convenit, nec de iis dubium eſſe poteſt; at de ceteris diligenter eſt inquirendum.*

non videtur 186 *Ut id lucidiùs faciamus, incipiendum eſt ab epiſtola* 7, *à qua judicium de reliquis multum pendet. Qui hanc inter illas tredecim numerant, volunt eam deſignatam fuiſſe hiſce* S. Cypriani *verbis:* Nec univerſæ fraternitati ad precandam Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio noſtra defuit. *Et ſanè tota illa epiſtola laudatis verbis tam accuratè reſpondet, ut ſi his ſolis ſtandum eſſet, ne dubitarem quidem, quin tredecim illis epiſtolis eſſet annumeranda. Nam quod Maranus ait, eam non* univerſæ fraternitati, *ſed* ad clerum *ſcriptam eſſe, atque ita etiam à S. Auguſtino lib.* 4 *de Baptiſmo, cap.* 2 *citari, morari nos non debet; quamvis enim clero inſcripta ſit, non minùs tamen ad plebem pertinebat, cujus in precando diſcordiam arguit, cuique eam epiſtolam legendam tradi Sanctus diſertè ſic mandat:* Nec ipſi denique hanc epiſtolam teneatis occultam, ſed legendam fratribus ſuggeratis: intercipere enim, quibus nos Dominus admonere & inſtruere dignatur, ejus eſt, qui admoneri & inſtrui fratrem ſuum nolit.

recenſenda 187 *Contrà verò in eadem epiſtola de tormentorum uſu ſic legitur:* Itaque dum quoſdam inſolenter extollit confeſſionis ſuæ tumida & invereconda jactatio, tormenta venerunt, & tormenta ſine fine tortoris, ſine exitu damnationis, ſine ſolatio mortis *&c.: at illa* ad precandam Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio, *quæ in epiſt.* 14 *memoratur, tormentis clarè præmittitur; ſubditur enim:* Poſteaquam verò & tormenta venerunt, ſive jam tortis fratribus noſtris, ſive adhuc, ut torquerentur, incluſis; ad corroborandos & confortandos eos noſter ſermo penetravit, *&c., quæ num.* 174 *recitavimus. Porrò cùm menſe Aprili tormenta in Africa veriſimiliùs adhiberi cœpta eſſe infrà oſtenſuri ſimus, hæc epiſtola, quam Sanctus numero præcedenti de orando Deo à ſe ſcriptam teſtatur, ante Aprilem, non poſt eum menſem ſcribi potuit; at ſeptima, quam poſt adhibita tormenta ſcriptam conſtat, aliquot menſibus ſeriùs referri poteſt.*

epiſtola 7; *ut varia ratione* 188 *Ad allegatam rationem accedit & altera, ſuperiùs jam inſinuata, quæque epiſtolam* 7 *ſeriùs ſcriptam eſſe ſuadet.* S. Cyprianus *de perſecutione in ea ait:* Gregem noſtrum maxima ex parte populata eſt, & adhuc uſque populatur. *Et rurſus;* Quod ſi, ſecundùm pacem, quam nobis Dominus dedit, univerſis fratribus conveniret, jam pridem de divina miſericordia impetrâſſemus, quod petimus; nec tamdiu in hoc ſalutis & fidei noſtræ periculo fluctuaremus. *Deinde poſt multa eos Eccleſiæ pacem brevi obventuram ſperare jubet*

AUCTORE C. S.

his verbis : Ad minimum famulum ſuum, & in delictis licèt plurimis conſtitutum, & dignatione ejus indignum, tamen ille pro ſua circa nos bonitate mandare dignatus eſt : Dic illi, inquit, ſecurus ſit, quia pax ventura eſt, ſed quòd interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui, qui probentur. *Manifeſtum eſt, his omnibus indicari, perſecutionem jam diu ſæviiſſe, multóque plus ex ea decurſum, quàm reliquum fuiſſe, dum hæc epiſtola 7 ſcriberetur. Nam quid aliud ſibi volunt iſta :* Pax ventura eſt ; ſed quòd interim morula eſt, ſuperſunt adhuc aliqui, qui probentur. *An morula ad* aliquorum *probationem dicta fuiſſet major perſecutionis pars, aut etiam æqualis ei, de qua Sanctus ſuprà dixerat :* Gregem noſtrum maxima ex parte populata eſt, & adhuc uſque populatur, *& in cujus decurſu* tamdiu in... ſalutis & fidei... periculo *fluctuatum fuiſſe deplorat ? Hujuſmodi ſanè revelatio potiùs irati in populum ſuum Dei comminatio, quàm eum in ſpem pacis pro ſua bonitate erigentis promiſſio & conſolatio, dicenda fuiſſet.*

contra Pearſonium

B

189 *Jam verò prædicta Eccleſiæ pax in Africa citiùs data non fuit quàm ſub initium anni 251, aut 250 finem, ſic ut* S. Cypriano *per eam tutum non fuerit niſi circa Paſcha anni 251 Carthaginem regredi, quemadmodùm ex dicendis conſtabit. Hinc probabile non eſt, quod ait Pearſonius, epiſtolam illam menſe Aprili anno 250 ſcriptam fuiſſe : ſic enim* morula *iſta, poſt quam pax* Cypriano *divinitus promiſſa fuerat, octo circiter aut fortè etiam plurium menſium ſpatium, prior autem perſecutionis pars tantummodò trium fuiſſet. Senſit haud dubiè difficultatem hanc Pearſonius, ideóque illam pacis promiſſionem violenter interpretatus, eam non de exſtincta, ſed mitiùs urgente perſecutione expoſuit ; quod menſe Majo, proconſule martyrum ſanguine ſatiato, alióque digreſſo, Carthagine accidiſſe credi voluit. Ad hæc fatemur quidem, perſecutionem non eodem ſemper æſtu atque atrocitate Carthagine ſæviiſſe : at negamus illas qualeſcumque ejuſdem remiſſiones promiſſæ pacis nomine probabiliter poſſe appellari.*

probatur.

C

190 *Multò igitur probabiliùs laudatam epiſtolam in eumdem annum 250 aliquot menſibus provectiorem differimus, fatemurque illam aliam, de qua Sanctus in epiſt. 14 ad clerum Romanum meminit, ad nos non perveniſſe. Quòd autem epiſtolæ ſeptimæ argumentum verbis Cyprianicis in epiſtola 14 poſitis cetera rectè reſpondeat, tantùm arguit,* S. Cyprianum *de precanda Dei miſericordia ad ſuos bis ſcripſiſſe ; primò antequam tormentis ſævitum eſſet, ſecundò poſt eorumdem uſum, promiſſamque à Deo poſt* morulam *eccleſiæ Africanæ pacem : id enim & mirum non eſt, & omninò exigere videntur, quæ huc uſque diſputavimus. Itaque ad ceteras epiſtolas progredimur.*

Nec in earumdem numero

191 *Epiſtolam 5, quæ Pamelio 6 eſt, poſt 7, de qua mox egimus, ſcriptam fuiſſe, ideóque in memoratarum tredecim numero haberi non poſſe, Tillemontio & Marano pariter conſentio. Ita ſuadet totus illius contextus, qui pacem, quam divinitus promiſſam in epiſt. 7 vidimus, perſecutione penè exſtincta, oriri jam cœptam inſinuat, ſic ut ſancti Antiſtitis Carthaginem reditum ſolus metus, ne præſentiâ ſuâ res pacatas turbaret, retardâſſe videatur. Emiſſos è carcere tum fuiſſe confeſſores Sanctus ibidem ſic teſtatur :* Et quamquam ſciam, plurimos ex his (*confeſſoribus*) fratrum voto & dilectione ſuſceptos, tamen, ſi qui ſunt, qui vel veſtitu vel ſumptu indigeant, ſicut etiam pridem vobis ſcripſeram, cùm adhuc eſſent in carcere conſtituti, ſubminiſtrentur eis, quæcumque ſunt neceſſaria ; *nempe* ne, *ut præmiſerat*, quod circa fidentes tempeſtas non fecit, circa laborantes neceſſitas faciat ; *id eſt, ne ex inopia à fide deficiant, quam in perſecutione conſervaverant.*

D

192 *De ſuo verò ad Carthaginenſes reditu ita loquitur :* Et quamquam cauſa compelleret, ut ipſe ad vos properare & venire deberem, primò cupiditate & deſiderio veſtri, quæ res in votis meis ſumma eſt ; tum deinde ut ea, quæ circa eccleſiæ gubernacula utilitas communis expoſcit, tractare ſimul, & plurimorum conſilio examinata delimare poſſemus ; tamen potius viſum eſt adhuc interim latebram & quietem tenere reſpectu utilitatum aliarum, quæ ad pacem omnium noſtrûm pertinent & ſalutem, quarum vobis à Tertullo fratre noſtro cariſſimo ratio reddetur ; qui pro cetera curâ ſua, quam impensè divinis operibus impertit, etiam hujus conſilii auctor fuit, ut cautus & moderatus exiſterem, nec me in conſpectum publicum, & maximè ejus loci, ubi toties flagitatus & quæſitus fuiſſem, temerè committerem. *reputamus*

193 *Hæc ipſe, ſatis inſinuans, ſolum gentilis populi in ſe odium obſtitiſſe, quo minùs jam ſopitæ perſecutionis otio uſus, Carthaginem reverteretur. Quia autem longior tali tempore abſentia nonnullis minùs probari poſſet, addit, hujus conſilii ſui rationem à Tertullo, qui ejuſdem quoque auctor erat, clero ſuo reddendam ; quod quidem minimè neceſſe fuiſſet, ſi perſecutionis tempeſtas tum etiam ſæviiſſet. Sed neque ſanctus Antiſtes de ſuo reditu tunc cogitâſſet, cujus tamen maturandi ſpem non obſcurè ſubjungit, dum confeſſores è carcere liberos ad virtutum exercitationem cohortatus, ait :* Dominus faciat, ut & ego iterum illos maturè videre & ſalutari exhortatione componere mentes eorum ad ſervandam gloriam ſuam poſſim ; *dumque ſub epiſtolæ calcem ait, ſe geſta gerendaque compoſiturum, dum per Dei gratiam ad eos pervenerit.* *epiſtolam 5 ;*

E

194 *Pari modo de epiſtola 6, Pamelio 7, judicandum eſſe, docet tum epiſtolæ argumentum, tum facta in hac de epiſtola 5 mentio. Argumentum quidem ; nam Sanctus ibidem totus in eo eſt, ut confeſſores è carcere emiſſos ad dignos confeſſione ſua mores hortetur ;* ut, cùm pro ſua miſericordia (*Deus*) pacem fecerit, *inquit*, quam ſe facturum repromittit, novi & pœnè mutati ad eccleſiam revertamur, & excipiant nos ſive fratres noſtri, ſive gentiles, circa omnia correctos atque in melius reformatos, & qui admirati fuerant priùs in virtutibus gloriam, nunc admirentur in moribus diſciplinam. *Epiſtolæ verò quintæ in hoc mentionem fieri, manifeſtè oſtendo. Sanctus in 6 ſic ait :* Et quamquam clero noſtro & nuper cùm adhuc eſſetis in carcere conſtituti, ſed nunc quoque denuò pleniſſimè ſcripſerim, ut, ſi quid, vel ad veſtitum veſtrum, vel ad victum neceſſarium fuerit, ſuggeratur *&c. Id autem in epiſt. 5 fecerat his verbis :* Si qui ſunt, qui vel veſtitu vel ſumptu indigeant, ſicut etiam pridem vobis ſcripſeram, cùm adhuc eſſent in carcere conſtituti, ſubminiſtrentur eis, quæcumque ſunt neceſſaria. *& probabiliùs*

F

195 *Porrò Pearſonius epiſtolam 6 inter prædictas tredecim numeravit, quia cenſuit, hanc in epiſtola 14 à* S. Cypriano *deſignatam his verbis :* Nec extorribus, quando oportuit, objurgatio... noſtra defuit ; *& in epiſtola 6 Sanctus confeſſores reipſa ſic alloquitur :* Cum quanto enim nominis veſtri pudore delinquitur, quando aliquis temulentus & laſciviens demoratur ; alius in eam patriam, *nec ſextam,*

A triam, unde extorris factus est, regreditur; ut apprehensus, non jam quasi Christianus, sed quasi nocens pereat. *Nec diffiteor, extorres hîc à sancto Episcopo objurgari, ac propterea laudata ejusdem Sancti ex epistola* 14 *verba ad epistolam, de qua agimus, meritò referri potuisse, nisi rationes suprà allegatæ obstitissent. Præterea cùm in tota illa epistola de extorribus nulla amplius fiat mentio, sed confessorum vitia castigentur, de illis eâ occasione tantùm hic locutus videtur, aliamque epistolam priùs scripsisse, quâ eorum temeritatem objurgaverit, ut in epistola* 14 *testatur.*

196 *Propinquam, imò potius inchoatam Ecclesiæ in Africa pacem spirat tota epistola* 36, *adeóque nec hæc inter illas tredecim potest recenseri. Ut id probem, satis erit Sancti verba retulisse.* Saluto vos, *inquit*, fratres carissimi, per Dei gratiam incolumis, optans citò ad vos venire, ut desiderio tam meo quàm vestro & omnium fratrum satisfiat. Oportet nos tamen paci communi consulere, & interdum, quamvis cum tædio animi nostri, deesse vobis, ne præsentia nostra invidiam & violentiam gentilium provocet, & simus B auctores rumpendæ pacis, qui magis quieti omnium consulere debemus. Quando ergo vos scripseritis rebus compositis me venire debere, aut si antè dignatus fuerit Dominus ostendere, tunc ad vos veniam. *Solus itaque* rumpendæ *ex singulari gentilium in Sanctum odio* pacis *timor illum tunc retinebat, quo minùs Carthaginem rediret; atque adeò pax tunc conciliari jam cœperat, aut certè persecutio jam ferè penitus erat sopita, dum hæc scriberet. Neque aliud reliquum epistolæ præfert, in quo nulla facta persecutionis mentione, viduarum, infirmorum, ac omnium pauperum & peregrinorum curam tantùm commendat.*

nec trigesimam sextam

197 *De epistola* 37 *major est difficultas, ut quid certi statui possit. Pearsonius eam inter tredecim numerat, & ad mensem Majum refert; Tillemontius eodem mense vel etiam Aprili scribi potuisse arbitratur, ea ductus ratione, quòd de turbis, circa lapsos scilicet, postea exortis in ea nulla fiat mentio. At verò Pamelius credidit, eam multò seriùs collocandam, quia ipsum ejusdem exordium indicat, varias de eodem argumento epistolas à* S. Cypriano *jam tum scriptas fuisse. Sic enim in illa legitur:* Quamquam sciam vos, fratres carissimi, litteris meis frequenter admonitos esse, ut glorioſa voce Dominum confessis, & in carcere constitutis, omnis diligentia præbeatur, tamen idemtidem vobis incumbo, ne quid ad curam desit iis, quibus ad gloriam nihil deest. *Pamelio consonat Maranus, sed aliis nixus rationibus. In primis rectè observat, Sanctum in hac epistola curam pauperum presbyteris ac diaconis commendâsse, ac deinde hortatum esse, ut* corporibus etiam omnium, qui etsi torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propensior . . . & dies eorum, quibus excedunt, *annotentur*, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare *posset.*

ac trigesimam septimam,

198 *Deinde considerari jubet sequentia ejusdem Sancti verba:* Quamquam Tertullus, fidelissimus & devotissimus frater noster, pro cetera sollicitudine & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis impertit (qui nec illic circa curam corporum deest) scripserit & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu transeunt & celebrentur hîc à nobis oblationes & Sacrificia ob commemorationes eorum, quæ ci-

quæ seriùs scriptæ videntur.

tò vobiscum Domino protegente celebrabimus. AUCTORE C. S.
Ex hisce tandem concludit, epistolam hanc persecutione jam frigescente, quæque maturi reditûs spem aliquam suggerebat, potiùs quàm mense Majo, quo tormentis in martyres sæviebatur, scriptam fuisse; cùm Sanctus sese eorum commemorationes cum clero suo citò *celebraturum nuntiet; significetque, confessores jam non in tormentis, sed sine his, si qui morerentur, in carcere naturali morte defungi. Atque hinc præterea observat, si ea epistola mense Majo scripta fuisset, annotandos potiùs martyrum, inter cruciatus animam profundentium, dies, sanctoque Antistiti nuntiandos fuisse. Hæc fateor sententiam Marani mihi admodùm probabilem faciunt; præsertim cùm nihil nos cogat, suadeatve, epistolam hanc inter tredecim numerare, aut tam maturè scriptam dicere. Nam quod Tillemontius objicit, nullam in hac de excitatis in lapsorum causa turbis mentionem fieri, nihil probat; cùm necesse non sit, ut Sanctus de his in omnibus epistolis suis post eas scriptis meminerit.*

Rationes, quæ suadent, E 199 *Supereſt epistola* 81, *quam Joannes Pearsonius in Annalibus, Joannes Fellus in editione Operum* S. Cypriani, *& Tillemontius inter sæpe memoratas epistolas referunt, Pamelius verò, Eminentissimus Baronius, & post hos Maranus, seriùs scriptam volunt; hic scilicet in Galli persecutione, illi autem in Valeriani. Controversiæ cardo in eo præcipuè versatur, utrùm Rogatianus presbyter, qui cum Felicissimo in hac epistola maximè laudatur, martyrio coronatus ibidem etiam dicatur. Consentiunt enim, Rogatianum presbyterum sub Decio carceri inclusum fuisse, idque ex epistola* 6 *à* S. Cypriano *è secessu suo ad illum aliosque confessores data extra dubium est. Rogatianum hunc eumdem quoque statuunt cum eo, de quo idem Sanctus tamquam extra carcerem posito sub finem secessûs sui in epistola* 36 *meminit, cuique inter ceteros epistolam* 38 *inscripsit, & qui unà cum Caldonio aliisque ad hanc per epistolam* 39 *respondit. Hinc colligunt, Rogatianum presbyterum post toleratum carcerem libertati restitutum, Decianæ persecutioni superfuisse, atque adeò vel laudatam epistolam* 81 *è Sancti secessu scribi non potuisse, vel Rogatianum in ea non dici martyrium consummâsse.*

F *epistolam* 81 200 *Posteriori sententiæ favet primò totius epistolæ argumentum, quod non est nisi exhortatio ad martyrium fortiter tolerandum, ideóque exactissimè quadrat epistolæ, quam* S. Cyprianus *in epistola* 14 *designat, dicens:* Postquam verò & tormenta venerunt, sive jam tortis fratribus nostris, sive adhuc, ut torquerentur, inclusis, ad corroborandos & confortandos eos noster sermo penetravit. *Favent secundò, quæ Sanctus in eadem epistola* 81 *de suo, nisi prohiberetur, eos complectendi desiderio habet his verbis:* Saluto vos . . . optans ipse quoque conspectu vestro frui, si ad vos pervenire loci conditio permitteret . . . Sed quoniam huic lætitiæ interesse facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos vestros vicarias litteras mitto *&c. Quæ quidem verba ab absente Episcopo, & vel in secessu suo latente, vel Curubi exsulante, dicta rectissimè accipi possunt.*

in secessu scriptam esse; 201 *Quartò favet epistolæ epigraphe ipsi inter ceteros Rogatiano inscripta. Favet denique & ejusdem clausula, quæ est hujusmodi:* Victor diaconus, & qui mecum sunt, vos salutant. *Victorem enim sancti Antistitis in secessu socium fuisse, liquet tum ex epistola* 6, *inde ad eumdem Rogatianum*

AUCTORE C. S.

tianum ceteroſque Carthaginenſes data, in qua Sanctus ait : Victor quoque ex lectore diaconus, qui mecum eſt, miſit vobis CLXXV; *tum ex epiſtola 4 ad presbyteros & diaconos, ex eodem loco ſcripta, in qua ſimilis planè clauſula legitur :* Salutant vos Victor diaconus, & qui mecum ſunt. Valete. *Hæc omnia ſanè omninò veriſimile faciunt, epiſtolam* 81 *in ſeceſſu ſcriptam fuiſſe, unamque eſſe ex tredecim illis, quas* S. Cyprianus *in epiſtola* 14 *ad clerum Romanum laudavit.*

uti & aliæ,

202 *At verò Pamelius, aliique, ut dixi, cenſent, Rogatianum martyrium ſuum jam conſummâſſe in eadem epiſtola dici, ideóque eam poſt Decii perſecutionem ſcriptam eſſe. Locus autem controverſus hic eſt.* Quam fidem vos quoque retinentes, & die ac nocte meditantes, toto corde ad Deum prompti, contemptu præſentium futura tantummodò cogitatis, ut ad fructum regni æterni & ad complexum & oſculum Domini & conſpectum venire poſſitis, ut ſequamini in omnibus Rogatianum presbyterum, glorioſum ſenem, viam vobis ad gloriam temporis noſtri

B religioſa virtute & divina dignatione facientem, qui cum Feliciſſimo fratre noſtro, quieto ſemper & ſobrio, excipiens ferocientis populi impetum, primum hoſpitium vobis in carcere præparavit; & metator quodam modo veſter nunc quoque vos antecedit.

quæ pro eadem

203 Quod ut conſummetur in vobis, aſſiduis orationibus Dominum deprecamur, ut initiis ad ſumma pergentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari. Opto vos, fratres cariſſimi ac beatiſſimi, in Domino ſemper bene valere, & ad coronam cæleſtis gloriæ pervenire. *Hiſce, inquam, verbis laudati ſcriptores volunt, ac præ ceteris Maranus § 26 Vitæ pluribus oſtendere nititur, Rogatianum martyrio jam coronatum affirmari, ideóque Rogatianum, cui inter reliquos epiſtola inſcripta eſt, alium eſſe aiunt à ſancto presbytero martyre, ac propterea illum* juniorem *appellant. Juverit Marani argumenta propoſuiſſe. Textum* S. Cyprani *mox datum ſic excipit :* Nulla ferè vox hoc in loco, quæ non Rogatianum pro Chriſto paſſum indicet. Vocat eum Cyprianus glorioſum ſenem; quod eum argumento eſt

C ad gloriam perveniſſe. Confeſſores laudat, quòd futura tantùm cogitent, ut ad complexum Domini perveniant, ut ſequantur in omnibus Rogatianum, quem jam in multis rebus imitati fuerant. Jam ergo pervenerat ad conſpectum Domini Rogatianus, ſiquidem pervenire ad conſpectum Domini, idem eſt ac Rogatianum in omnibus ſequi.

ſcriùs figenda

204 Paraverat illis Rogatianus primum hoſpitium in carcere. Ubi ſecundum parabat, niſi in cœlo, antecedens eos, quaſi metator quidam? Denique Deum precatur Cyprianus, ut id, in quo antecedebat eos Rogatianus, in ipſis conſummetur, & ad coronam perveniant. Ergo jam ad hanc coronam Rogatianus pervenerat, quam cùm in Decii perſecutione adeptus non ſit, ſed antè è carcere egreſſus ſit, quàm Cyprianus è ſuo ſeceſſu; neceſſe eſt, hanc epiſtolam ad aliud tempus referri. *Huc uſque vir eruditus : verùm mihi hæc non tam certa apparent, quàm ipſi viſa ſint.* Glorioſum *enim* ſenem *Sanctus Rogatianum dicere potuit, etſi is martyrio nondum coronatus fuiſſet : imò ſi jam tum coronatus fuerit, quidni* martyrem *appellavit? Confeſſores futura tantùm cogitare, ut ad complexum Domini pervenirent, utque in omnibus ſequerentur Rogatianum, poterant, licèt hic martyrium ſuum nondum conſummâſſet, ſed verbis tantùm, exemploque, ac toleratis etiam forſitan tormentis, ad complexum Domini deſiderandum ceteros excitaret : quâ ratione eorumdem* metator quodammodo *etiam dici potuit, quippe qui ipſos uti priùs in carcere, ita & in tormentis antecedebat. Hoc autem ut conſummaretur in ipſis, quidni, vivo Rogatiano, Deum precari potuit* S. Cyprianus?

D

faciunt,

205 *Certè hæc expoſitio noſtra plana eſt, eique favent iſta :* Ut ſequamini in omnibus Rogatianum . . . viam vobis ad gloriam temporis noſtri religioſa virtute & divina dignatione facientem, qui . . . metator quodam modo veſter nunc quoque vos antecedit. *Reſpondet quidem Maranus,* S. Cyprianum *participio præſentis temporis hîc uſum eſſe ex Latini ſermonis inopia, idque gemino exemplo ex Cyprianicis litteris deprompto ibidem confirmare conatur : at certè non prohibebat iſtius ſermonis inopia, ne* anteceſſit, *pro* antecedit *ſcriberet. Nolim tamen dicere, ejuſmodi loquendi modum omninò inſolitum eſſe, ſed eum interpretationi noſtræ planè conformem eſſe, adverto. Contrà Marano favet, quod Tillemontius Notâ* 8 *in* S. Cypriano *obſervat, ſcilicet, quòd in ejuſdem epiſtolæ inſcriptione primus locus detur* Sergio *cetera ignoto, ſecundus* Rogatiano, *neque huic* presbyteri *titulus adſcribatur; unde ſuſpicari liceat, Rogatianum, cui epiſtola inſcripta eſt, alium eſſe à Rogatiano presbytero, qui in eadem epiſtola laudatur, cùm huic alioquin primus locus concedendus fuiſſe videatur, nec* S. Cyprianus *hujuſmodi titulos ſoleat omitterè.*

E

expendantur.

206 *Sed quæcumque ſit hujus inſcriptionis ratio (nam apud Pamelium :* Sergio Rogatiano, *apud Morelium :* Rogatiano & Seagrio, *legitur) ego quò magis* Cypriani *verba perpendo, eò magis anceps hæreo, candidèque fateor, me ex hiſce conſummatum Rogatiani ac Feliciſſimi martyrium nec certò aſſerere poſſe, nec negare. Atque hinc per me licebit epiſtolam illam vel ad* S. Cypriani *ſeceſſum ſub Decio, vel ad ejuſdem exſilium ſub Valeriano referre; quia neutrum ſatis certum apparet; licèt prius probabilius. Nec improbabilis quoque eſt Marani ſententia, opinantis eam in perſecutione Galli potiùs ſcriptam eſſe; cùm* loci conditio, *quâ Sanctus prohiberi ſe ait, ne ad incluſos carceri confeſſores accedat; nihil aliud quàm epiſcopalem dignitatem ſignificare poterit, prout ibidem ex epiſtolis* 9, 10, 63 *&* 65 *oſtendit; quòd tamen ea in ſeceſſu ſcribi non potuerit, non probant rationes, quas ibidem allegat. Cæterùm SS. Rogatianus ac Feliciſſimus inſcripti ſunt Martyrologio Parvo Roſweydiano, Adonis, Uſuardi ac Romano Baronii, ad diem* XXVI *Octobris, in quorum poſtremo* in perſecutione Valeriani & Gallieni *paſſi dicuntur, in duobus verò mediis in* perſecutione Decii & Valeriani : *in hiſce iiſdem, uti & in Annotatis ad laudatum Romanum Baronii epiſtola, de qua loquimur, laudatur; utrùm autem de eorumdem pugilum martyrio aliunde conſtet, ad dictum diem pluribus inquiri poterit.*

F

§ XI.

A

§ XI. E seceſſu ſcribit ad clerum ſuum de cura gregis, pauperum ſuſtentatione, & captivis cautè inviſendis: martyres ac confeſſores hortatur.

In prima, quam habemus,

EX *huc uſquè diſputatis ſuperſunt ſeptem tantummodò vel octo epiſtolæ ex tredecim illis, quas à* S. Cypriano *ad ſuos è ſeceſſu ſcriptas, ac deinde velut totidem paſtoralis ſuæ ſollicitudinis ac vigilantiæ teſtes ad Romanum clerum tranſmiſſas diximus. Nunc igitur res eo tempore geſtas ex iis ſuo ordine exponamus.* S. Cyprianus *in laudata epiſtola* 14 *primo omnium loco recenſet eam, in qua* clero conſilium *non defuit; exigebat enim recta ratio, ut, per quem ceteri inſtruendi erant, de officio ſuo prior admoneretur. His verbis exactiſſimè reſpondet epiſtola, quæ Pamelio*

B 5 *eſt, Baluzio autem, quem ſequimur, quarta, quæque in ſeceſſu, & antequam quidam è clero lapſi eſſent, certò ſcripta eſt; ideóque omnium in ſeceſſu ſcriptarum meritò prima putatur. At Maranus* § 10 *Vitæ, quamvis facilè admittat, hanc primam eſſe earum, quæ ad nos pervenerunt, ſibi tamen perſuadere non poteſt, eam omnium primam, ſcriptamque fuiſſe ſtatim atque ſanctus Epiſcopus ſeceſſerat.*

in ſeceſſu ſcripta epiſtola

208 *Opinionis ſuæ rationem hanc reddit, quòd in laudata epiſtola nulla prorſus fiat mentio de luctuoſo Carthaginenſis populi caſu, qui* ad prima verba minantis inimici *fidem ejurando, optimi Præſulis animum vehementer afflixerat. Hinc cenſet, alias litteras præmiſſas fuiſſe, quibus Carthaginenſis clerus in tanta rerum difficultate conſilio juvaretur; aut ſaltem in primis Sancti litteris dolorem, quem inde contraxerat, ſignificari debuiſſe; quod in hac epiſtola factum non eſſe, manifeſtum eſt. Ego erudito viro planè aſſentirer, ſi* S. Cypriani *de Carthaginenſium lapſu verba eo modo, quo ipſe illa interpretatus eſt, neceſſariò accipienda eſſent. Leguntur ea in libro de Lapſis, ſuntque hujuſmodi:* Nec ſaltem ſerò converſi ad

C Domini timorem ſumus, ut hanc correptionem noſtram (*id eſt perſecutionem*) probationemque divinam patienter & fortiter ſubiremus. Ad prima ſtatim verba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem ſuam prodidit; nec proſtratus eſt perſecutionis impetu, ſed voluntario lapſu ſe ipſe proſtravit.

Sanctus clero curam gregis jui

209 *Dubium non eſt, quin citata verba geminam interpretationem patiantur. Unam quidem, ut* prima minantis inimici verba *pro perſecutionis initio accipiantur, & maximus fratrum numerus jam tum à fide defeciſſe dicatur: alteram, ut eorumdem plurimi ſtatim atque de fide compellati fuêre, ad primas gentilium minas, quocumque tempore ſibi intentatas, lapſi referantur. Nihil autem nos cogit ea in priori ſenſu cum Marano accipere; cum Sanctus hîc tantùm intendat plurimorum ignaviam caſtigare, qui ſolis minis territi, Chriſtum abnegaverant; quare hanc illis exprobans, ait:* Nec proſtratus eſt perſecutionis impetu, ſed voluntario lapſu ſe ipſe proſtravit. *Itaque, quamvis negare nolim, alias epiſtolas, quæ modò perierint, ante quartam è ſe-*

ceſſu ſcribi potuiſſe, ex objecto tamen loco non evincitur, eas re vera ſcriptas eſſe. Porrò ex laudata epiſtola 4 *diſcimus paternam ſancti Præſulis ſollicitudinem, nihil gregi ſuo ſive ad animæ ſive ad corporis ſalutem neceſſarium deſiderari patientis. Præfatus enim, ſeſe incolumem vivere, & de cleri ſui incolumitate pariter lætatus,* Quoniam, *inquit,* mihi intereſſe nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide & religione veſtra, fungamini illic & veſtris partibus & meis, ut nihil vel ad diſciplinam vel ad diligentiam deſit. AUCTORE C. S.

ac pauperum ſuſtentationem commendat,

210 *Mox ad pauperum curam converſus, neceſſaria hiſce benignè ſuppeditari jubet ex pecunia, quam ipſe, ut apparet, antequam Carthagine excederet, ibidem inter clericos diſtribuerat ut omnibus facilius ſubveniretur. Sed juverit ipſa illius verba recitâſſe.* Quantùm autem, *ait,* ad ſumptus ſuggerendos, ſive illis, qui glorioſa voce Dominum confeſſi, in carcere ſunt conſtituti, ſive iis, qui pauperes & indigentes laborant, & tamen in Domino perſeverant, peto nihil deſit; cùm ſummula omnis, quæ redacta eſt, illic ſit apud clericos diſtributa propter ejuſmodi caſus, ut haberent plures, unde ad

E neceſſitates & preſſuras ſingulorum operari poſſint. *Hanc pauperum curam ipſi perpetuò cordi fuiſſe ex ſæpe dicendis manifeſtum erit. In eadem hac epiſtola pariter elucet Sancti prudentia, quâ ſollicitè cavet, ne quid imprudens quorumdam zelus peccet, & confeſſoribus adjuvandis viam præcludat. Nondum ad tormenta Carthagine ventum erat, ſoloque aut exſilio aut carcere confeſſores mulctabantur, & ſic quidem, ut liber ad eos acceſſus cuilibet pateret.*

monetque, ut captivos

211 *Hâc gentilium conniventiâ uſi laici & clerici, captivos fratres non tantùm frequenter inviſebant, verbiſque ac eleëmoſynis ſolabantur; ſed & presbyteri cum diaconis in ipſo carcere incruentum Miſſæ ſacrificium crebrò, ac fortè indies, coram ipſis celebrabant, eoſque, ut credere par eſt, divino Epulo reficiebant. Ne igitur inconſultus nonnullorum zelus invidiam gentilium concitando, liberum illum aditum obſtrueret, tam pretioſa opportunitate quàm cautiſſimè utendum monet, modumque, quo hac in parte procedendum ſit, præſcribit.* Nam etſi, *inquit,* fratres pro dilectione ſua cupidi ſunt ad conveniendum

F & viſitandum confeſſores bonos, quos illuſtravit jam glorioſis initiis divina dignatio; tamen cautè hoc, & non glomeratim, nec per multitudinem ſimul junctam puto eſſe faciendum, ne ex hoc ipſo invidia concitetur, & introcundi aditus denegetur; &, dum inſatiabiles totum volumus, totum perdamus.

cautè inviſant.

212 Conſulite ergo & providete, ut cum temperamento hoc agi tutiùs poſſit, ita ut presbyteri quoque, qui illic apud confeſſores offerunt, ſinguli cum ſingulis diaconis per vices alternent, quia & mutatio perſonarum, & viciſſitudo convenientium minuit invidiam. Circa omnia enim mites & humiles, ut ſervis Dei congruit, temporibus ſervire, & quieti proſpicere, & plebi providere debemus. *Huc uſque* S. Cyprianus, *quibus nihil addi neceſſe eſt. Ex dictis autem epiſtola hæc menſe Februario, quo perſecutio moderatiùs procedebat, ſcripta fuit. Poſt hanc ſcripſit & alias,* in quibus... nec confeſſoribus exhortatio, nec extorribus, quando oportuit, objurgatio, nec univerſæ fraternitati ad precandum Dei miſericordiam allocutio & perſuaſio *illius* defuit; *quemadmodum in epiſt.* 14 *ad clerum*

AUCTORE C. S.

Romanum teſtatur: verùm haſce non ſupereſſe, § 10 oſtenſum eſt; niſi fortè epiſtola 81, de qua § præcedenti egimus, inter eas numeranda ſit.

Extorrium temeritatem objurgat.

213 *Extorrium culpa, ob quam eos objurgandos Sanctus cenſuit, videtur fuiſſe eorum temeritas, quâ in patriam ſuam, unde ob confeſſionem Chriſti expulſi fuerant, reverſi, gentilibus occaſionem præbebant, eos tamquam proconſulis vel magiſtratuum contemptores, ſine ullo fructu, nec ſine Chriſtiani nominis diſpendio, puniendi. Certè hujuſmodi importunum reditum Sanctus in epiſt. 6 his verbis caſtigat*, Cum quanto enim nominis veſtri pudore delinquitur, quando... alius in eam patriam, unde extorris factus eſt, regreditur, ut apprehenſus non jam quaſi Chriſtianus, ſed quaſi nocens, pereat. *Ex hoc loco credidit Pearſonius, epiſtolam hanc unam eſſe ex tredecim litteris ad Romanos miſſis; ſed contrarium verius eſſe, præcedenti § monſtravimus, ideóque hæc non ſecus ac aliæ ante adhibita tormenta, id eſt, ante Aprilem aut hujus menſis medium ſcriptæ, periiſſe videtur.*

Tormentis adhiberi cœptus,

B

214 *Inter hæc perſecutio, quæ eò uſque aliquem modum ſervaverat, vehementiùs exarſit, & tormentorum initium fecit; cujus rei cauſam* S. Cyprianus *in epiſtola 7 de precando Deo tum populi peccatis, tum præcipuè nonnullorum confeſſorum immodeſtis moribus & arrogantiæ adſcribit.* Quas autem, *ait*, plagas, quæ verbera non meremur, quando nec confeſſores, qui exemplo ceteris ad bonos mores eſſe debuerant, teneant diſciplinam? Itaque dum quoſdam inſolenter extollit confeſſionis ſuæ tumida & inverecunda jactatio, tormenta venerunt, & tormenta ſine fine tortoris, ſine exitu damnationis, ſine ſolatio mortis, tormenta, quæ ad coronam non facilè dimittant, ſed tamdiu torqueant, quamdiu dejiciant; niſi ſi aliquis divina dignatione ſubtractus, inter ipſa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino ſupplicii, ſed velocitate moriendi. Hæc patimur delicto & merito noſtro, ſicut præmonuit divina cenſura *&c.*

Sanctus martyribus ac confeſſoribus

C

215 *Cruciatuum uſûs initium ad menſem Aprilem referri ſolet, quia S. Mappalicus, qui inter primos paſſus eſt, ad* XVII *hujus menſis diem vetuſtis Martyrologiis inſcriptus eſt, ad quem de eo, ejuſque ſociis in Opere noſtro etiam Henſchenius egit, ubi &* S. Cypriani *epiſtolam 9, nobis 8, quæ inſigne illorum elogium continet, recitavit. De iiſdem pariter, uti & nonnullis forſitan aliis meminit Lucianus, & ipſe tum incluſus carceri, in epiſtola 21 inter Cyprianicas, non diu poſt Paſcha anni 250 ſcripta, ut inter eruditos ſimiliter convenit. Non potuit amantiſſimus ſuorum Præſul tam eximia martyrum virtute non vehementer exſultare, ac ceteros, quibus in ergaſtulo detentis ſimile certamen indies imminebat, litteris ſuis non confirmare & ad martyrii gloriam tam illuſtri exemplo magis magiſque accendere.*

per epiſtolam 8

216 *Id à ſe factum teſtatur in epiſt. 14 crebrò memorata, dum ait:* Poſteaquam verò & tormenta venerunt; ſive jam tortis fratribus, ſive adhuc, ut torquerentur, incluſis, ad corroborandos & confortandos eos noſter ſermo penetravit. *Epiſtolam* 8, *quæ* Martyribus & confeſſoribus *inſcripta eſt, hîc indicari, omnes conſentiunt, idque totus epiſtolæ contextus probat, cujus argumentum breviſſimè ſubjungo. In primis exſultare ſe ait eorum fide ac virtute, in qua mater Eccleſia gloriata eſt. Deinde de tormentis tum primùm adhiberi cœptis meminit his verbis:* Gloriata eſt nuper quidem (*Eccleſia*) cùm confeſſione perſtante ſuſcepta pœna eſt, quæ confeſſores Chriſti fecit extorres, confeſſio tamen præſens, quanto in paſſione fortior, tanto clarior & major in honore eſt. Crevit pugna, crevit & pugnantium gloria. D

congratulatur, eoſque

217 Nec retardati eſtis ab acie tormentorum metu, ſed ipſis tormentis magis ac magis eſtis ad aciem provocati, fortes & ſtabiles ad maximi certaminis prœlium prompta devotione redîſtis. Ex quibus quoſdam jam comperi coronatos, quoſdam verò ad coronam victoriæ jam jamque proximos, univerſos autem, quos agmine glorioſo carcer incluſit, pari ac ſimili calore virtutis ad gerendum certamen animatos *&c. Poſt hæc invictam martyrum in graviſſimis tormentis ac nominatim S. Mappalici conſtantiam & fortitudinem multùm celebrans, eorum exemplo ceteros ad martyrii gloriam exſtimulat, rogatque*, ut lacrymas matris Eccleſiæ, quæ plangit ruinas & funera, *id eſt lapſus*, plurimorum, *ſuâ lætitiâ, ſive inconcuſſa fide, tergant, reliquoſque in fide ſtabiles ſuo quoque exemplo confirment.*

ad conſtantiam excitat.

E

218 *Monet denique, ut, ſi in martyrii aciem evocentur, divino freti auxilio fortiter dimicent; ſin verò ad Eccleſiæ pacem incolumes fortè perveniant, non contriſtentur velut ſpe ſua fruſtrati.* Dominus *enim, inquit*, ſcrutator eſt renis & cordis, arcana perſpicit, & intuetur occulta: ad coronam de eo promerendam ſufficit ipſius teſtimonium ſolum, qui judicaturus eſt. Ergo utraque res, fratres cariſſimi, ſublimis pariter & illuſtris. Illa ſecurior, ad Dominum victoriæ conſummatione properare; hæc lætior, accepto poſt gloriam commeatu in Eccleſia laude florere. O beatam eccleſiam noſtram, quam ſic honor divinæ dignationis illuminat, quam temporibus noſtris glorioſus martyrum ſanguis illuſtrat. Erat antè in operibus fratrum candida: nunc facta eſt in martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia nec roſæ deſunt. Certent nunc ſinguli ad utriuſque honoris ampliſſimam dignitatem: accipiant coronas, vel de opere candidas, vel de paſſione purpureas. In cæleſtibus caſtris & pax & acies habent flores ſuos, quibus miles Chriſti ob gloriam coronetur. Opto vos, fortiſſimi ac beatiſſimi fratres, ſemper in Domino bene valere & noſtri meminiſſe. Valete. F

§ XII. Aliquot confeſſorum clericorumque in lapſis ad pacem admittendis temeritatem tribus epiſtolis acriter objurgat.

Aliquiè confeſſoribus libellos

NOn minori mœrore lapſorum ignavia, qui, ut dictum eſt, magno numero fidem ſuam turpiter prodiderant, S. Cypriani *animum afflixerant, quàm martyrum ac confeſſorum gloria recreârat. Hunc ipſum mœrorem augebat & aliud malum, quod lapſis veniam temerè indulgendo, in eccleſiaſticæ ejus temporis diſciplinæ & epiſcopalis auctoritatis contemptum, pernicioſo ſanè exemplo vergebat. E lapſis illis plurimi, priorem perfidiam ſuam exoſi, in Eccleſiæ pacem, id eſt, ad delicti veniam & ſacroſanctæ Euchariſtiæ com-*

A *communicationem admitti ardebant, ideóque pro recepto tum more à martyribus ac confessoribus libellos obtinere nitebantur, quorum commendatione eam ab Ecclesiæ ministris citiùs impetrarent. Neque hoc novi quid erat aut inusitatum; cùm id ipsum temporibus suis factitatum fuisse Tertullianus in libro ad martyres cap.* 1 *testetur his verbis :* Quam pacem quidem in Ecclesia non habentes, à martyribus in carcere exorare consueverunt. *Sed & ipse* S. Cyprianus *in epist.* 10 *hoc etiam in diœcesi sua olim usitatum fuisse indicat.*

220 *In hujusmodi igitur lapsorum gratiam nonnulli martyres ac confessores ad* S. Cyprianum *scripserant, precati, ut, cùm persecutione exstincta, convenire cum clero licuisset, cognitâ cujusque causâ, pacem iis impertiri dignaretur : atque horum in scribendo modestiam Sanctus ipse in epist* 10 *plurimùm commendat. At verò nonnulli e confessoribus sine ullo delectu lapsis omnibus hujusmodi libellos concedebant, eosque ad pacem admitti arroganter mandabant. Inter hos præcipuus erat Lucianus quidam, de quo* S. Cyprianus *in epist.* 22 *ad clerum Romanum sic scribit :* Frater noster Lucianus, & ipse unus de confessoribus, fide quidem calidus, & virtute robustus, sed minùs Dominica lectione fundatus, quædam conatus est, imperiti jam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu ejus scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur; cùm Mappalicus martyr cautus & verecundus, legis ac disciplinæ memor, nullas contra Euangelium litteras fecerit, sed tantùm domestica pietate commotus, matri suæ, quæ lapsa fuerat, mandaverat pacem dari : Saturninus quoque, post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas ejusmodi litteras emiserit.

ad pacem obtinendam

221 Lucianus verò non tantùm Paulo adhuc in carcere posito, nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post ejus excessum eadem facere sub ejus nomine perseveravit; dicens, hoc sibi ab illo mandatum; nesciens Domino magis, quàm conservo, obtemperandum. Aurelii quoque adolescentis tormenta perpessi nomine libelli multi dati sunt ejusdem Luciani manu scripti, quòd litteras ille non nôsset. *Quin & ex ipsa Luciani epistola, Baluzio* 21, *ad Celerinum, patet, quàm profusus is fuerit in hujusmodi libellis concedendis. Celerinus Romæ propter Christi confessionem carceri inclusus, rogaverat Lucianum, ut Numeriæ & Candidæ, in eadem persecutione lapsis, martyrum suffragio veniam impetraret. Huic autem ipse inter cetera respondet :* Scire debuisti, quid circa nos actum sit. Cùm benedictus martyr Paulus adhuc in corpore esset, vocavit me, & dixit mihi : Luciane, coram Christo tibi dico, ut si quis post arcessitionem meam abs te pacem petierit, des in nomine meo; sed & omnes, quos Dominus in tanta tribulatione arcessire dignatus est, universi litteras ex compacto, universis pacem dimisimus.

B

lapsis temerè

222 *Hinc, paucis interjectis, non modò duabus illis, quibus Celerinus pacem rogaverat, sed & aliis eam his verbis concedit :* Et ideò, frater, peto, ut, sicut hîc cùm Dominus cœperit ipsi Ecclesiæ pacem dare, secundùm præceptum Pauli, & nostrum tractatum, expositâ causâ apud episcopum, & facta exomologesi, habeant pacem, non tantùm hæ, sed & quas scis ad animum nostrum pertinere. *Hæc ipse ex zelo quidem, sed non secundùm scientiam;* nesciens *quippe,* Domino, *contra cujus Ecclesiæ disciplinam tam prodigus erat,* magis quàm conservo ob-

& magno numero concedunt;

C

temperandum *esse, ut mox advertit* S. Cyprianus. *Atque hinc factum est, ut, eodem Sancto teste in epist.* 14, sine ullo discrimine atque examine singulorum, darentur quotidie libellorum millia contra Euangelii legem; *utque nonnulli hujusmodi libellos, etiam modestioribus confessoribus extortos, aliis pro suo libitu donarent, quodque detestabilius est, simoniaca nundinatione divenderent, quemadmodùm idem denuò Sanctus in epist.* 10 *conqueritur.*

AUCTORE C. S.

223 *Huic malo accedebat & aliud etiam gravius, ex ipso clero ortum : ex hoc enim aliqui tam prodigam libellorum copiam non modò probabant fovebantque, sed & lapsos iis donatos, vel invitis bonis confessoribus, sine prævia pœnitentia in gratiam recipiebant, & sacratissimo Christi Corpore impertiri non formidabant. Atque hæc* S. Cyprianus *in lapsis, ad pacem anhelantibus, aliquo modo ferri posse concedit : at de clericis tanti mali auctoribus in eadem epistola* 10 *ad martyres & confessores hisce verbis acerbè conqueritur :* Credideram quidem, presbyteros & diaconos, qui illic præsentes sunt, monere vos & instruere plenissimè circa Euangelii legem, sicut in præteritum semper sub antecessoribus factum est, ut diaconi ad carcerem commeantes, martyrum desideria consiliis suis & Scripturarum præceptis gubernarent.

aliquot è clero id probantibus,

E

224 Sed nunc cum maximo animi dolore cognosco non tantùm illic vobis non suggeri divina præcepta, sed adhuc potiùs impediri, ut eà, quæ à vobis ipsis & circa Deum cautè, & circa Sacerdotem Dei honorificè fiunt, à quibusdam presbyteris resolvantur, qui nec timorem Dei, nec Episcopi honorem cogitantes, cùm vos ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra & quibusdam lapsis pacem dari postulâstis, cùm persecutione finita convenire in unum cum clero, & recolligi cœperimus, illi contra Euangelii legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante actam pœnitentiam, ante exomologesin gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & clero in pœnitentiam impositam, offerre pro illis & Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini Corpus prophanare audeant; cùm scriptum sit : Qui ederit Panem aut biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis & Sanguinis Domini.

& pacem ac communionem

F

225 Et lapsis quidem potest in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus vivificari properet? Quis non ad salutem suam venire festinet? Sed præpositorum est præceptum tenere, & vel properantes vel ignorantes instruere; ne, qui ovium pastores esse debent, lanii fiant. Ea enim concèdere, quæ in perniciem vertant, decipere est; nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis impellitur ad ruinam. *Huc usque* S. Cyprianus. *Non omnis tamen Carthaginensis clerus, sed tantùm* quidam *ex presbyteris ac diaconis, ut Sanctus ipse in epistola* 14 *scribit, temerariam illam indulgentiam inducebant, quorum præcipui & duces haud dubiè fuerunt quinque illi presbyteri, qui sancti Antistitis ordinationi ab initio adversati, eidem magnas deinde molestias creârunt, ac in schisma denique unà cum Felicissimo prorupêre, prout partim dictum jam est, partim infrà referetur.*

temerariè largientibus.

226 *Porrò tam fœda ecclesiasticæ disciplinæ violatio vigilantissimum Præsulem & in omnia intentum ab ipso suo exordio latêre non potuit; siluit tamen diu, confisus fore, ut vel solo silentio suo compesceretur. At postquam latiùs serpere cœpit,*

Contra hos epistolas 3 *scribit;*

AUCTORE C. S.

jamque à nonnullis è clero, à quibus comprimi debuerat, pernicioſiores vires caperet, tanto malo occurrendum ſtatuit, ne omnem eccleſiæ ſuæ diſciplinam tandem penitus everteret. Tres itaque epiſtolas, unam ad martyres & confeſſores, ad clerum alteram, tertiam ad plebem ſuam hac ſuper re ſcripſit, quemadmodùm in epiſt. 14, cum qua eas Romanis legendas etiam tranſmiſit, verbis num. 174 relatis teſtatus eſt. Sunt eæ ex Baluzii recenſione, nona, decima & undecima; omnes ejuſdem argumenti & eodem tempore ad tres illos ordines ſeparatim quidem ſcriptæ; ſed ſic ut alter alteri ſuam communicare jubeatur.

unam ad clerum, in qua

227 *Harum primam, quam ad clerum dedit, in hunc modum exorſus eſt.* Diu patientiam meam tenui, fratres cariſſimi, quaſi verecundum ſilentium noſtrum proficeret ad quietem. Sed cùm quorumdam immoderata & abrupta præſumptio temeritate ſua, & honorem martyrum, & confeſſorum pudorem, & plebis univerſæ tranquillitatem, turbare conetur; tacere ultrà non oportet, ne ad periculum & plebis pariter & noſtrum tacitu nitas nimia procedat. Quod enim non pericu-
B lum metuere debemus de offenſa Dei, quando aliqui de presbyteris nec Euangelii nec loci ſui memores, ſed neque futurum Domini judicium, neque nunc ſibi præpoſitum Epiſcopum cogitantes, quod numquam omninò ſub anteceſſoribus factum eſt, cum contumelia & contemptu Præpoſiti, totum ſibi vindicent? Atque utinam, non proſtrata fratrum noſtrorum ſalute, ſibi omnia vindicarent! Contumeliam epiſcopatûs noſtri diſſimulare & ferre poſſem, ſicut diſſimulavi ſemper & pertuli: ſed diſſimulandi nunc locus non eſt, quando decipitur fraternitas noſtra à quibuſdam veſtrûm, qui, dum ſine ratione reſtituendæ ſalutis plauſibiles eſſe cupiunt, magis lapſis obſunt.

hoſce temerarios acriter arguit,

228 *Poſt hæc clericorum illorum delicti magnitudinem perpendit ex blaſphemiæ & idololatriæ flagitio, quarum reos ipſi tam temerè ad pacem & Dominici Corporis epulum admittebant,* cùm *tamen etiam* in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam juſto tempore, & ſecundùm diſciplinæ ordinem ad exomologeſin veniant; & per manûs impoſitionem epiſcopi & cleri jus communicationis accipiant. *Addit, eoſdem Corporis*
C *& Sanguinis Domini reos fore, ſi lapſi eorum incuriâ aut operâ contra expreſſum Apoſtoli* 1 *ad Cor.* XI *præceptum ad Sacramentum illud acceſſerint. Deinde conqueritur, quòd, cùm illi admonere ipſos martyres & confeſſores deberent, ſi præter id, quod modeſtè piéque rogaverant, quidquam peterent, ipſi eoſdem in invidiam vocarent, diſſidii ſemina inter eos & Epiſcopum ſuum jacerent, contemptaque Dei lege, & ſublato, quem ſibi debebant, honore, cum lapſis temerariè communicarent.*

& contumacibus ſuſpenſionem à ſacris,

229 *Denique terret eos nonnullis viſionibus, quas non explicat, ac eccleſiaſticæ ſuſpenſionis pœnam comminatur, niſi ab incepto deſiſtant.* Caſtigare nos itaque, *ait*, divina cenſura nec noctibus deſinit nec diebus. Præter nocturnas enim viſiones, per dies quoque impletur apud nos Spiritu ſancto puerorum innocens ætas, quæ in ecſtaſi videt oculis, & audit & loquitur ea, quibus nos Dominus monere & inſtruere dignatur. Et audietis omnia, quando ad vos reducem me Dominus fecerit, qui, ut ſecederem, juſſit. Interim temerarii & incauti & tumidi quidam inter vos, qui hominem non cogitant, vel Deum timeant, ſcientes, quoniam, ſi ultrà in iis perſeveraverint, utar ea admonitione, quâ me uti Dominus D jubet, ut interim prohibeantur offerre, acturi & apud nos, & apud confeſſores ipſos, & apud plebem univerſam, cauſam ſuam, cùm Domino permittente, in ſinum matris Eccleſiæ recolligi cœperimus. De hoc ad martyres & confeſſores & ad plebem litteras feci, quas utraſque vobis legi mandavi. *Tum ſubditur ſolita finiendi epiſtolam clauſula.*

non excommunicationem, intentat,

230 *De pœna, quam verbis mox recitatis Sanctus contumacibus intentat, nonnulla eſt inter eruditos diſſenſio. Pamelius in Annotationibus ad hanc epiſtolam, quæ ipſi* 10 *eſt, & poſt eum alii, ſuſpenſionem à divinis, ut modò loquimur, deſignari cenſuerunt. Ita pariter viſum eſt Baronio ad annum* 253, *num.* 56; *ubi tamen obſervat, eam hîc non inflictam, ſed dumtaxat intentatam fuiſſe, niſi ab incepto deſiſterent. Tillemontius art.* XI *ſuſpenſionem etiam interpretatur; ſed dubitat, an Sanctus eam verbis recenſitis reipſa inflixiſſe dicendus non ſit. Verùm Baronii ſententiam* S. Cypriani *verba tam clarè præferunt, ut mihi certa videatur. Maranus tamen* § XI *Vitæ credidit non ſuſpenſionem, ſed excommunicationem ibi intentari; utque id probet, citat ium epiſt.* 28, *in qua Sanctus clerum ſuum laudat, quòd cum Gajo Diddenſi presbytero, & diacono ejus, qui communionem lapſis dederant, communicare noluiſſent; tum epiſtolam* 52, *in qua aliquando ſe decreviſſe ait, ut,* ſi quis ante conſilium noſtrum & ante ſententiam de omnium conſilio ſtatutam, lapſis temerè communicare voluiſſet, ipſe à communione abſtineretur. *Obſervat autem,* abſtineri *pro* excommunicari *à* S. Cypriano *uſurpari ſolere.*

licèt eoſdem poſtea,

231 *Sed bona eruditi viri pace, neuter locus cogit tam clara epiſtolæ* 9 *verba in alienum ſenſum detorquere; ſed tantùm probat, ſanctum Epiſcopum cleri ſui & aliquot epiſcoporum ſententiam approbâſſe & impoſterum ſequendam cenſuiſſe. Audiamus illum in laudata epiſt.* 28 *loquentem.* Integrè & cum diſciplina feciſtis, fratres cariſſimi, quòd conſilio collegarum meorum, qui præſentes erant, Gajo Diddenſi presbytero & diacono ejus cenſuiſtis non communicandum, qui communicando cum lapſis, & offerendo oblationes eorum, in pravis erroribus F ſuis frequenter deprehenſi, & ſemel atque iterum, ſecundùm quod mihi ſcripſiſtis, à collegis meis moniti, ne hoc facerent, in præſumptione & audacia ſua pertinaciter perſtiterunt, decipientes quoſdam fratres ex plebe noſtra. *Ex his liquet, Gajum & diaconum ejus ob pertinaciam ſuam non ex* S. Cypriani *epiſtola, de qua nulla ibi fit mentio, ſed ex aliquot epiſcoporum clerique judicio à communione reſciſſos, idque à* S. Cypriano *approbatum confirmatumque fuiſſe.*

cùm nec ſic reſipiſcerent,

232 *At, inquies, ſi Sanctus hujuſmodi pervicacibus ſuſpenſionem tantummodò comminatus fuerit, cur illi excommunicârunt? Reſpondeo, id eos facere potuiſſe, quia tantam contumaciam poſt iteratum monitum eâ pœnâ neceſſariò coercendam judicabant, ne etiam gravius invaleſceret; neque id Epiſcopo ſuo ac Primati ingratum fore, rebantur. Et meritò quidem: nam hic non modò confirmavit eorum ſententiam, ſed & dehinc ſequendam præcepit, poſt aliqua ſubdens:* Legite verò has eaſdem litteras & collegis meis, ſi qui aut præſentes fuerint, aut ſupervenerint, ut unanimes & concordes ad fovenda & ſananda lapſorum vulnera conſilium ſalubre teneamus, tractaturi pleniſſimè de omnibus, cùm convenire in unum

A unum per Domini misericordiam cœperimus. Interea si quis immoderatus & præceps, sive de nostris presbyteris vel diaconibus, sive de peregrinis, ausus fuerit ante sententiam nostram communicare cum lapsis, à communicatione nostra arceatur &c.

excommunicaverit.

233 *Hinc ad locum ex epist.* 52 *objectum patet responsio: in hac scilicet laudat Sanctus epistolam* 28, *in qua re vera decreverat mandaveratque, ut, qui ante consilium suum, communemque omnium sententiam, lapsis temerè communicare voluisset, ipse à communione abstineretur. Lombertus in versione Gallica Operum* S. Cypriani, *apud Tillemontium Notâ* XI, *controversa Sancti verba Gallicè sic reddidit, ut tantummodò vetentur lapsorum nomina ad altare offerri, seu recitari: quam quidem interpretationem Cyprianica verba minimè patiuntur. Nec quidquam probat allegata ab illo pro eadem ratio, nullum videlicet hujusmodi suspensionis ecclesiasticæ vestigium alibi in* Cypriani *Operibus reperiri. Ut enim id verum esset, at certè in hac epistola reperitur; nec est, cur ea pœna* S. Cypriani *tempore inusitata fuisse dicatur; nam & in epist.* 28 *ipse non absimilem quibusdam clericis inflixit;* Interim, *inquiens*, se à divisione mensurna tantùm contineant; non quasi à ministerio ecclesiastico privati esse videantur, sed ut integris omnibus ad nostram præsentiam differantur.

B

Eadem de causa scribit ad martyres

234 *In epistola* 10, *martyribus & confessoribus inscripta, idem, ut monuimus, argumentum tractatur; ideòque ea hic tantummodò recensebimus, quæ ad præsentem materiam pertinent. Illustrandam faciunt. Hortatus eos, ut, qui exemplum virtutis ac timoris Dei ceteris facti erant, disciplinam quoque Ecclesiæ exactiùs servarent, & temeritate clericorum, de quibus mox egimus, castigatâ, docet, quid in hujusmodi libellis concedendis observandum sit.* Vel ex vobis itaque, *inquit*, discant (*presbyteri illi ac diaconi*) quod docere debuerant. Petitiones & desideria vestra Episcopo fervent, & ad pacem, vobis petentibus, dandam maturum & pacatum tempus exspectent. Antè est, ut à Domino pacem mater (*Ecclesia*) prior sumat; tunc secundùm vestra desideria de filiorum pace tractetur.

C

& confessores, docens, quid in concedendis

235 Et quoniam audio, fortissimi & carissimi fratres, impudentiâ vos quorumdam premi, & verecundiam vestram vim pati; oro vos, quibus possum precibus, ut Euangelii memores, & considerantes, quæ & qualia in præteritum antecessores vestri martyres concesserint, quàm solliciti in omnibus fuerint, vos quoque sollicitè & cautè petentium desideria ponderetis, utpote amici Domini, & cum illo postmodùm judicaturi; inspiciatis & acta & opera & merita singulorum, ipsorum quoque delictorum genera & qualitates cogitetis; ne, si quid abruptè & indignè vel à vobis promissum, vel à nobis factum fuerit, apud gentiles quoque ipsos ecclesia nostra erubescere incipiat. *Dein paucis interjectis de divinis admonitionibus, quas æquè Carthagine, quàm in secessu suo, fieri scribit, factaque mentione de litteris ad clerum datis, quas ipsis pariter legendas dari præceperat, jubet comprimere* eos, qui personas accipientes, in beneficiis (*martyrum, sive libellis*) aut gratificantur, aut illicitæ negotiationis nundinas aucupantur.

libellis observandum sit.

236 *Unum præterea in martyribus corrigendum monet;* Sed & illud, *inquiens*, ad diligentiam vestram redigere & emendare debetis, ut nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis. Audio enim, quibusdam sic libellos fieri, ut dicatur: COMMUNICET ILLE CUM SUIS; quod numquam omninò à martyribus factum est: ut incerta & cæca petitio invidiam nobis postmodùm cumulet. Latè enim patet, quando dicitur: ILLE CUM SUIS; & possunt nobis viceni & triceni & ampliùs offerri, qui propinqui & affines & liberti ac domestici esse asseverentur ejus, qui accipit libellum. Et ideò peto, ut eos, quos ipsi videtis, quos nôstis, quorum pœnitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designetis nominatim libello, & sic ad nos fidei ac disciplinæ congruentes litteras dirigatis. *Ex his omnibus liquet*, S. Cyprianum *minimè improbâsse, libellos à martyribus & confessoribus in lapsorum gratiam dari; sed abusum eorum meritò castigâsse, voluisseque, ut imposterum ad ecclesiasticas leges, & pristinam consuetudinem exigerentur.*

AUCTORE C. S.

Scribit etiam ad plebem, cujus operam

237 *Ejusdem pariter argumenti est epistola* XI *ad plebem, in cujus exordio animi sui sensa mox aperit, significatque, quàm ipse præ ceteris mallet lapsos statim in gratiam recipere, nisi divinæ offensæ timor aliud suaderet. Sic enim scribit:* Ingemiscere vos & dolere ruinas fratrum nostrorum, ex me scio, fratres carissimi, qui & ipse vobiscum pro singulis ingemisco pariter & doleo, & patior ac sentio, quod beatus Apostolus dixit. „ Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? „ Quis scandalizatur, & ego non uror?„ Et iterum posuit in epistola sua, dicens: „Si patitur membrum unum, compatiuntur & cetera „ membra; & si lætatur membrum unum, collætantur & cetera membra „ Compatior ergo & condoleo de fratribus nostris, qui lapsi, & persecutionis infestatione prostrati, partem nostrorum viscerum secum trahentes, parem dolorem nobis suis vulneribus intulerunt; quibus potens est divina misericordia medelam dare.

E

petit, utque Ecclesiæ pacem

238 Properandum tamen non puto, nec incautè aliquid & festinanter gerendum; ne, dum temerè pax usurpatur, divinæ indignationis offensa graviùs provocetur. *Dehinc modestas martyrum epistolas pro lapsis ad se datas laudat, & temeraria aliquot presbyterorum ausa reprehendit. De plebis verò quiete, pioque timore, securum se fore ait, nisi ab illis decepta esset, qui ipsi eam instruere debuissent. Quare cùm illi suo muneri deessent,* Vel vos itaque, *inquiebat*, singulos regite, & consilio ac moderatione vestra secundùm divina præcepta lapsorum animos temperate. *Et rursum post pauca, quibus non nimiùm festinandum monet, ita prosequitur:* Audiant, quæso, patienter consilium nostrum, exspectent regressionem nostram; ut, cùm ad vos per Dei misericordiam venerimus, convocati coëpiscopi plures secundùm Domini disciplinam, & confessorum præsentiam, & vestram quoque sententiam, beatorum martyrum litteras & desideria examinare possimus.

F

exspectet, hortatur.

239 *Denique de litteris hac super re ad clerum & martyres datis meminit, dicens:* De hoc & ad clerum & ad martyres & confessores litteras feci, quas utrasque legi vobis mandavi. *Pari ratione epistolam hanc clero ac martyribus & confessoribus, & quas ad hos scripserat, tum plebi tum invicem communicari secundùm dicta voluerat, eo haud dubiè consilio, ut trium illorum ordinum consensu & unanimi operâ tam fœda ecclesiæ suæ pestis tanto ocyùs ac efficaciùs tolleretur: verùm hisce piis optimi Præsulis conatibus eventum ex nonnullorum contumacia non respondisse, per hujus Commentarii decursum videbimus.*

AUCTORE C. S.

§ XIII. Scribit epistolam 12 & 13, in quibus aliquam gratiam lapsis concedit, & nimiùm properantes ad veniam reprehendit.

Miratus, quòd clerus sibi non respondisset,

Cum ad præcedentes aliasque litteras, quas ad clerum suum Carthaginensem frequenter dederat, S. Cyprianus *nihil responsi acciperet, audiísetque aliquos è lapsis seu sponte sua, seu ab alio incitatos, pacem, quam sibi martyres ac confessores promiserant, audaci flagitatione extorquere conatos; cúmque jam cœpta æstate infesti corporibus calores in ea plaga solitos morbos minarentur, prudentissimus Antistes indulgentiâ aliquâ utendum censuit, quâ & martyribus ac confessoribus aliquid honoris deferretur, & periclitantium saluti sic consuleretur, ut tamen disciplinæ vigor inconcussus perseveraret, & contumacium impetus simul compescerentur. Id autem geminâ epistolâ ad clerum suum datâ præstitit, quam utramque in epist.* 14 *ad clerum Romanum memorat verbis num.* 175 *recitatis; ubi etiam addit, se id feciſſe, quò ex hujus epistola ad clerum Carthaginensem data didicissent, hanc illius quoque sententiam esse, ad quam se conformandum judicabat.*

B

ob æstivos calores lapsis

241 *Harum priorem epistolam, quæ Baluzio est* 12, *quia brevis est & singularis, hic totam subjicio.* Cyprianus presbyteris & diaconibus fratribus salutem. Miror vos, fratres carissimi, ad multas epistolas meas, quas ad vos frequenter misi, nihil mihi rescripsisse; cùm fraternitatis nostræ vel utilitas vel necessitas sic utique gubernetur, si à vobis instructi, rerum gerendarum consilium limare possimus. Quoniam tamen video, facultatem veniendi ad vos nondum esse, & jam æstatem cœpisse, quod tempus infirmitatibus assiduis & gravibus infestatur, occurrendum puto fratribus nostris; ut, qui libellos à martyribus acceperunt, & prærogativâ eorum apud Deum adjuvari possunt, si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non exspectatâ præsentiâ nostrâ, apud presbyterum quemcumque præsentem, vel, si presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint; ut manu eis in pœnitentiam impositâ, veniant ad Dominum cum pace, quam dari martyres litteris ad nos factis desideraverunt.

C

aliquam gratiam facit: cleri

242 Ceteram quoque partem plebis, quæ lapsa est, præsentiâ vestrâ fovete, & ut à fide & misericordiâ Domini non deficiant, vestro solatio focillate. Neque enim deserentur ab ope & auxilio Domini hi, qui mites & humiles, & pœnitentiam verè agentes, in bonis operibus perseveraverint, quo minùs illis quoque divino remedio consulatur. Audientibus etiam, si qui fuerint periculo prævenți, & in exitu constituti, vigilantia vestra non desit, implorantibus divinam gratiam misericordia non denegetur. Opto, vos fratres carissimi, semper bene valere, & nostri meminisse. Fraternitatem universam meo nomine salutate, & ut nostri meminerit, admonete & rogate. Valete. *Hisce* S. Cypriani *litteris acceptis, Carthaginensis clerus responsorias ad Episcopum suum dedit, quæ non amplius exstant; sed quarum tamen argumentum discimus ex epistola* 13, *quâ* S. Cyprianus *eidem clero respondit. Rescripserunt ergo laudati clerici, non deesse consilium suum fratribus*, ut temeraria festinatione depositâ, religiosam patientiam Deo præbeant, *exspectentque, donec pace Ecclesiæ concessâ, causâque eorum examinatâ, ipsi quoque pacem consequi mereantur.*

D

responsum accipit, eique rescribit

243 *Addidêre tamen, nonnullos moram illam impatienter ferre, ac immoderatè instare, ut omni dilatione remota, communio sibi ocyùs concedatur: qua in re quid sibi faciendum sit, in eadem epistola inquisiverunt. Hinc colligere licet, Carthaginenses clericos sancti Episcopi sui mentem, quam in epist.* 12 *declaraverat, non satis perspexisse; nisi fortè sic dubitanter scripserint tentandi causâ, an præter concessam gratiam aliquid præterea in lapsorum favorem posset impetrari. At sanctus Antistes à priori sententia sua non recessit:* Quoniam tamen, *inquiens*, significâstis, quosdam immoderatos esse, & communicationem accipiendam festinanter urgere; & desiderâstis in hac re formam à me vobis dari; satis plenè scripsisse me ad hanc rem proximis litteris ad vos factis credo, ut, qui libellum à martyribus acceperunt, & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliqua & periculo cœperint, exomologesi facta, & manu eis à vobis in pœnitentiam imposita, cum pace à martyribus sibi promissa ad Dominum remittantur. Ceteri verò, qui, nullo libello à martyribus accepto, invidiam faciunt; quoniam non paucorum, nec ecclesiæ unius, aut unius provinciæ, sed totius orbis hæc causa est, exspectent de Domini protectione Ecclesiæ ipsius publicam pacem.

E

de eadem causa.

244 *Subjungit, æquum esse, ut hujusmodi causa ab ecclesiæ præpositis & coram plebe, quæ lapsa non fuerit, communi consilio tractetur; indignum verò esse, lapsos in Ecclesiam admitti jam velle, dum glorioſi confessores* extortes facti, & patriâ pulsi, ac bonis suis omnibus spoliati, nondum ad ecclesiam redierint. *Denique, si eos verè sinceréque pœniteat, & fidei calore nullam moram patiantur, modum docet, quo desiderium suum expleant, scilicet martyrium subeundo.* Si nimiùm, *ait*, properant, habent in sua potestate, quod postulant, tempore ipso sibi plus, quàm postulant, largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur: si commissi verè & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet; qui differri non potest, potest coronari.

F

Explicatur locus epistolæ

245 *Nunc circa utramque hanc epistolam nonnulla observanda sunt. Joannes Morinus in Commentario historico de disciplina in administratione Sacramenti Pœnitentiæ, lib.* 8, *cap.* 23, *ex priori epistola contendit*, S. Cypriano *visam* tantam esse sacerdotalis absolutionis virtutem, & ad salutem à Deo consequendam necessitatem, ut absentibus episcopo & presbyteris, & urgente mortis periculo, ea esset à diaconis extra ordinem imploranda, eorumque tum ministerio eamdem gratiam misericorditer à Deo morienti divinitus infundi. *Monet tamen, se non existimare*, S. Cyprianum, *alioſque, quos deinde laudat, opinatos fuisse, potestatem clavium, quam concilium Tridentinum & ante hoc sancti Patres solis episcopis & presbyteris concessam esse docent, ad diaconos ullo modo pertinuisse: oppositum enim ex eorumdem verbis, quibus illam de confitendo apud diaconum praxim adstruunt, colligi affirmat.*

246 *Ita-*

A *de exomologesi*

246 *Itaque si tantùm velit Morinus*, S. Cypriano *visum fuisse, moribundum in præsentissimo mortis periculo, dum nullus episcopus aut presbyter adesset, nec haberi posset, diacono posse confiteri; sic tamen ut hic, utpote potestate clavium minimè instructus, sacramentalem absolutionem non impertiretur, ipsi facilè assentiar. Nam S. Thomas in Supplemento quæst.* 8, *art.* 2 *quærens*, Utrùm in aliquo casu liceat aliis, quàm sacerdotibus confiteri, *id etiam laicis fieri concedit, sic scribens:* Sicut Baptismus est Sacramentum necessitatis, ita & Pœnitentia. Baptismus autem, quia est Sacramentum necessitatis, duplicem habet ministrum: unum, cui ex officio baptizare incumbit, scilicet sacerdotem: alium, cui ratione necessitatis dispensatio Baptismi committitur. Et ita etiam minister Pœnitentiæ, cui est confessio facienda ex officio, est sacerdos; sed in necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet, ut ei confessio fieri possit.

apud diaconum facienda

B

247 *Deinde quid de hujusmodi confessione censeat, ibidem exponit in responsione* ad primum *his verbis:* In Sacramento Pœnitentiæ non solùm est aliquid ex parte ministri, scilicet absolutio & satisfactionis injunctio; sed etiam aliquid ex parte ipsius, qui suscipit Sacramentum, quod est etiam de essentia Sacramenti, sicut contritio & confessio. Satisfactio autem jam incipit esse à ministro, in quantum eam injungit, & à pœnitente, in quantum eam implet: & ad plenitudinem Sacramenti utrumque debet concurrere, quando possibile est. Sed quando necessitas imminet, debet facere pœnitens, quod ex parte sua est, scilicet conteri & confiteri, cui potest: qui quamvis Sacramentum perficere non possit, ut faciat id, quod ex parte sacerdotis est, absolutionem scilicet; defectum tamen sacerdotis summus Sacerdos supplet. Nihilominus confessio, ex defectu sacerdotis laïco facta, sacramentalis est quodammodò; quamvis non sit Sacramentum perfectum, quia deest id, quod est ex parte sacerdotis.

in periculo mortis;

248 *Attamen, quamvis hujusmodi confessio, sic restricta, à* S. Cypriano *diaconis concedi potuerit, necesse non est, ut eò recurramus, cùm illius verba pro varia ministri potestate variè accipienda sint. Perfecta lapsorum reconciliatio & pax, de quibus hîc agitur, præter sacramentalem absolutionem complectebatur etiam sublationem censuræ, quâ ab eucharistico Epulo arcebantur; ac denique ipsam Eucharistiæ communionem, quæ tum temporis simul concedi solebat. Hæc omnia præstare poterant presbyteri, ab episcopo suo delegati, & ab his præstari jubet hujusmodi moribundis* S. Cyprianus. *Primum non poterant diaconi, poterant tamen, ab episcopo pariter delegati, canonicam exomologesim, sive humilem pœnitentis confessionem audire, de ejusque sincera pœnitentia ac perfecta cordis contritione diligenter exquirere, & si de ea ipsis prudenter constaret, prædictâ censurâ canonicè absolvere & ob instantis mortis periculum, & presbyteri, qui moribundum sacramentaliter absolveret, absentiam, sanctissimo Viatico munire, postea absolvendum sacramentaliter, si superviveret, donec presbyteri copia daretur.*

C

& illustratur

249 *Cùm igitur* S. Cyprianus *hujusmodi moribundis in martyrum gratiam optimè consultum esse vellet, concessit, quod potuit pro varia ministrorum, presbyteri scilicet ac diaconi potestate. Negari enim nequit, diaconum, cui excommunicandi potestas committi potest, etiam ad eamdem tollendam delegari potuisse. Sacratissimum verò Viaticum in extrema illa necessitate, dum apud presbyterum confitendi facultas non est, peccatori verè contrito concedi posse docent theologi, qui casum hunc unum ex iis reputant, in quibus concilium Tridentinum Sess.* 13, *cap.* 7, *&* *can.* XI *absque prævia confessione augustissimum Sacramentum sumi permittit. Ne quis tamen dubitet, an id* S. Cypriani *ætate in ecclesia usquam usitatum fuerit, subjungo exemplum ex S. Dionysio Alexandrino, qui eodem, quo Sanctus noster tempore in Ægypto floruit.*

AUCTORE C. S.

exemplo Serapionis

250 *Hic apud Eusebium lib.* 6 *Historiæ eccles.*, *cap* 44 *editionis Parisinæ, interprete Valesio, ad Fabium Antiochenum episcopum inter cetera hæc scribit:* Unum tibi exemplum proponam, quod apud nos contigit. Erat in hac urbe Serapion quidam senex è numero fidelium, qui reliquo quidem anteactæ vitæ tempore nulli culpæ obnoxius fuerat: sed in persecutione lapsus, sæpenumero veniam petierat; nec quisquam ei attendebat, eò quòd sacrificâsset. Idem postea morbo correptus, vocis usu, sensuque omni carens, triduo permansit. Quarto demum die paululùm recreatus, nepotem ex filia ad se vocat: &, Quò usque tandem, inquit, me detinetis, fili? Properate, quæso, & me quantociùs absolvite. Accerse mihi unum ex presbyteris. Hæc cùm dixisset, rursus illum vox destituit. Puer ad presbyterum cucurrit.

E

ex S. Dionysio Alexandrino

251 Jam nox erat: presbyter autem ægrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam, ut morituris, si peterent, & maximè si antea supplici-ter postulâssent, venia indulgeretur, quò bonæ spei pleni ex hac vita migrarent; exiguam Eucharistiæ partem puero tradidit, jubens, ut in aqua intinctam seni in os instillaret. Redit igitur puer, Buccellam afferens. Et cùm appropinquaret, priusquam ingrederetur, recreatus iterum senex, Venisti, inquit, fili? ac presbyter quidem venire non potuit; tu verò fac citiùs, quod imperatum est; & dimitte me. Mox puer Buccellam intinxit, & in os senis infudit; qui eâ paulatim absorptâ, continuò animam exhalavit. An non igitur perspicuè apparet, eum reservatum fuisse, ac tantisper in vitâ permansisse, quoad reconciliaretur, & deleto jam crimine, pro multis, quæ gesserat, bonis operibus à Christo agnosci posset & prædicari. Hæc Dionysius, *inquit Eusebius.*

F

apud Eusebium.

252 *Jam verò, si presbyter absens Serapionem, veniam diu frustra precatum, in summa illa necessitate ad communionem admiserit, & divino Viatico muniri curaverit, approbante S. Dionysio; quidnî* S. Cyprianus *diaconis permiserit, ut in pari casu lapsis pœnitentibus, quo poterant modo, succurrerent; id est à censura canonica absolverent, & cœlesti Viatico impertirentur. Eodem modo citatum* S. Cypriani *locum intellexit Dionysius Petavius in Animadversionibus ad S. Epiphanium, Hæresi* 59; *Ferdinandus de Mendoza De confirmando concilio Illiberritano lib.* 2, *cap.* 65 *apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum, col.* 1207 *& seq., & Natalis Alexander Sec.* 3, *dissert.* 4, *editionis Parisinæ anni* 1714, *aliique, apud quos lector plura de hoc argumento reperiet.*

Alia obtinuisse

253 *Quæri hîc etiam potest, cur* S. Cyprianus *in epistola mox laudata, num* 244 *lapsis, qui servatio reconciliationem suam diutiùs differri nimis ægrè ferebant, permiserit, ut sese magistratibus sponte sisterent, labemque suam martyrio eluerent:* Si nimiùm, *inquiens*, properant, habent in sua potestate, quod postulant, tempore ipso plus, quàm postulant, largiente. Acies adhuc geritur, & agon quo-

AUCTORE C. S. quotidie celebratur : si commissi verè & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet; qui differri non potest, potest coronari. *Hæc autem dicta sua postmodùm in epistola* 52 *ad Antonianum, ubi eadem recitat, approbavit. Quæri, inquam, hîc potest, cur Sanctus id permiserit, cùm is ipse sub finem vitæ suæ in epistola* 83 *clero plebique suæ contrarium suadeat, dicatque :* Nec quisquam vestrûm aliquem tumultum fratribus moveat, aut ultrò se gentilibus offerat : apprehensus enim & traditus, loqui debet. Siquidem in nobis Dominus positus, illâ horâ loquatur, qui nos confiteri magis voluit, quàm profiteri.

ad epistolam 13. 254 *Item in Actis proconsularibus apud nos num.* 2, *Sanctus à Paterno proconsule jussus presbyteros suos deferre, inter alia respondit :* Cùm disciplina prohibeat, ut quis se ultrò offerat, & tuæ quoque censuræ hoc displiceat, nec offerre se ipsi possunt; sed à te exquisiti invenientur. *Sed ad hæc respondeo; etsi hujusmodi spontanea professio communiter nec consulta, nec licita sit, in nonnullis tamen circumstantiis nonnumquam licitam ac laude dignam esse; cujus rei exemplum tum alii Sancti dedêre, tum S. Cornelius Papa*
B *cum Romanis suis, prout ad hanc ipsam diem in Commentario historico de ejusdem gestis § x à num.* 219 *ostendimus ex* S. Cypriani *epistola* 57, *in qua factum hoc multùm celebratur. Porrò in lapsis, de quibus sanctus Episcopus in epistola* 13 *&* 52 *loquitur, ea peculiaris erat ratio, quòd Christi gloria, quam vitæ suæ turpiter postposuerant, ultronea ista professione esset reparanda. Crediderim tamen,* S. Cyprianum *eò confidentiùs hîc ita locutum fuisse, quòd satis novisset, lapsos illos, qui nec pœnitentiam moderatè ferebant, ea facultate non facilè usuros; uti re vera non constat, ullum ex ipsis eâ usum fuisse.*

§ XIV. An solis lapsis, libellum martyrum habentibus, in periculo mortis pacem dari Sanctus permiserit.

C

De gratia lapsis suprà concessa

Restat altera difficultas ac controversia magis ventilata; scilicet utrùm istud reconciliationis beneficium, de quo mox egimus, iis solùm lapsis, qui martyrum libellis donati fuerant, S. Cyprianus *in laudatis epistolis concesserit, an verò ad omnes lapsos pœnitentes in pari mortis periculo constitutos extenderit. Per pœnitentes autem eos intelligo, qui ante contractum morbum veniam precati, pœnitentiam egerant, in eaque perseverabant; nam de ceteris, qui contemptâ, dum rectè valerent, pœnitentiâ, in morbo primùm eam flagitabant, sic scribit ipse* S. Cyprianus *in epist.* 52 *ad Antonianum :* Dominus in Euangelio beatos dicit plangentes, quia, qui plangit, misericordiam provocat; qui pervicax & superbus est, iram sibi & pœnam judicii venientis exaggerat. Et iccirco, frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifestâ lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omninò censuimus à spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum. D

sententia Petavii 256 *De iis itaque pœnitentibus agimus, qui cùm pœnitentiam, qualem Sanctus exigit, agerent, ante eam expletam redditamque Ecclesiæ pacem, ad extrema vitæ deducti, veniam flagitabant. Petavius suprà laudatus etiam hos, nisi libellum à martyre vel confessore impetrâssent, à prædicto beneficio excluses fuisse statuit, quia* alioqui, *inquit,* nihil inter istos & priores, qui libellos acceperant, interesset, quos tamen meliori aliqua conditione uti oportuit. *Petaviana sententiæ favent verba utriusque epistolæ, quibus ad concedendam lapsis in mortis periculo pacem duo requirit, libellum scilicet martyris, & delicti pœnitentiam : utrobique enim eam illi dari concedit,* qui libellos à martyribus acceperunt, & prærogativâ eorum apud Deum adjuvari possunt.

proponitur, & contra eam 257 *De libello ad eam gratiam obtinendam à se requisito disertè pariter meminit in epist.* 14 *ad clerum Romanum, de utraque illa epistolâ sic scribens :* Postmodùm verò cùm quidam de lapsis, sive sua sponte, sive aliquo incitatore, audaci flagitatione prorumperent, ut pacem sibi à martyribus & confessoribus promissam extorquere violento impetu niterentur; de hoc etiam bis ad clerum litteras feci, & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, si qui, libello à martyribus accepto, de sæculo excederent, exomologesi facta, & manu eis in pœnitentiam imposita, cum pace sibi à martyribus promissa ad Dominum remitterentur. *Favet etiam, dum in hac eadem epistola ait, sese eâ indulgentiâ in prædictos usum esse,* cùm videretur & honor martyribus habendus, & eorum, qui omnia turbare cupiebant, impetus comprimendus : *quibus verbis Sanctus indicat, singulare aliquid lapsis, libello martyrum munitis, à se concessum fuisse : hi enim soli importuna sua & audaci flagitatione omnia perturbabant, & in his ad pacem admittendis honor martyribus habebatur.* E

probatur, 258 *Sed hæ rationes non adeò certæ mihi apparent, quin oppositam sententiam veriorem censeam, cum erudito auctore Præfationis ad Operum* S. Cypriani *editionem Venetam ex recensione Baluzii,* § XI : *non enim desunt gravia rationum momenta, quæ id suadeant, ut ostendere aggrediar. Postquam* S. Cyprianus *in epist.* 12 *periclitantium lapsorum, qui libellos martyrum habebant, saluti consuluisset, mox subjecit :* Ceteram quoque partem plebis, quæ lapsa est, præsentiâ vestrâ fovete, & ut à fide & misericordia Domini non deficiant, vestro solatio focillate. Neque enim deserentur ab ope & auxilio Domini hi, qui mites & humiles, & pœnitentiam verè agentes, in bonis operibus perseveraverint, quo minùs illis quoque divino remedio consulatur. Audientibus etiam, si qui fuerint periculo præventi, & in exitu constituti, vigilantia vestra non desit; implorantibus divinam gratiam misericordia Domini non denegetur. F

Sanctum in prædictis epistolis 259 *Manifestum est, hic aliquid lapsis Christianis, qui libello carebant, &* audientibus, *id est,* catechumenis, *à* S. Cypriano *promitti : neque dubitari etiam potest, quin* misericordia Domini, *quam catechumenis jubet impertiri, baptismum significet. Quidnî igitur* divino remedio, *quo Sanctus futurum pollicetur, ut Christianis lapsis* quoque

A que conſulatur, *peccatorum veniam ac pacem deſignari arbitremur : cùm hæc non minùs lapſis poſt baptiſmum, quàm baptiſmus catechumenis ordinarium ſit* divinum remedium. *Quinimò verba illa ſic planè accipienda eſſe, perſuadet* S. Cypriani *epiſtola* 14 *ad Romanos, in qua, ut jam aliàs monuimus, quid in hac parte à ſe factum & in utraque illa epiſtola ſcriptum fuerit, breviter ſed accuratè expoſito, hujus conſilii ſui rationem edocet, illudque Romani cleri monitis ad Carthaginenſem datis omninò conforme eſſe declarat.*

non ſolis lapſis 260 Nec in hoc, *inquit*, legem dedi, aut me auctorem temerè conſtitui : ſed cùm videretur & honor martyribus habendus, & eorum, qui omnia turbare cupiebant, impetus comprimendus, & præterea veſtra ſcripta legiſſem, quæ huc ad clerum noſtrum per Crementium hypodiaconum nuper feceratis, ut iis, qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communicationem deſiderarent, ſubveniretur ; ſtandum putavi & cum veſtra ſententia, ne actus noſter, qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia debet, in aliquo diſcreparet. Planè ceterorum cauſas, quamvis libello à martyribus accepto, differri mandavi, & in noſtram præſentiam
B reſervari, ut cùm, pace à Domino nobis data, plures præpoſiti convenire in unum cœperimus, communicato etiam vobiſcum conſilio, diſponere ſingula & reformare poſſimus.

libellos martyrum habentibus, 261 *Hiſce* S. Cyprianus *diſertè teſtatur, ſeſe Romanorum ſententiam, quam in epiſtola* 2 *ſignificârant, in utraque ſua epiſtola exactiſſimè in omnibus ſecutum eſſe*, ne, *inquit*, actus noſter, qui adunatus eſſe & conſentire CIRCA OMNIA debet, in aliquo diſcreparet. *Videamus igitur, quæ fuerit Romani cleri hac in parte ſententia. Hîc in epiſt.* 2 *Carthaginenſem clerum ad ſtrenuam gregis, abſente Epiſcopo, curam exemplo ſuo hortatus, ad propoſitum noſtrum ſic ſcribit :* Videtis ergo, fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, . . . ut ſi qui in hanc tentationem (*fidei deſertionem*) inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti ſui, & deſiderent communionem ; utique ſubveniri eis debet, ſive viduæ, ſive clinomeni, ſive qui ſe exhibere non poſſunt, ſive hi, qui in carceribus ſunt, ſive excluſi de ſedibus ſuis, utique habere debent, qui eis miniſtrent. Sed & catecumini, apprehenſi infirmitate, decepti eſſe non debebunt, ut eis
C ſubveniatur.

ſed etiam ceteris, 262 *Vides, lector, neminem hîc verè pœnitentem, dum mortis periculum urget, à communione prohiberi, nec ullam tamen de libello à martyribus accepto fieri mentionem. Hanc porrò fuiſſe Romanorum mentem liquet etiam ex epiſt.* 31 *ad* S. Cyprianum *data, in qua de libellis martyrum pariter tacentes, inter cetera aiunt :* Lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credimus ; ut interim dum Epiſcopus dari à Deo nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo eorum, qui moras poſſunt dilationis ſuſtinere, cauſa teneatur ; eorum autem, quorum vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre, actâ pœnitentiâ, & profeſsâ frequenter ſuorum deteſtatione factorum, ſi lacrymis, ſi gemitibus, ſi fletibus dolentis ac verè pœnitentis animi ſigna prodiderint, cùm ſpes vivendi ſecundùm hominem nulla ſubſtiterit, ita demùm cautè & ſollicitè ſubveniri ; Deo ipſo ſciente, quid de talibus faciat, & qualiter judicii ſui examinet pondera ; nobis tamen anxiè curantibus, ut nec pronam noſtram improbi homines laudent facilitatem, nec verè pœnitentes accuſent noſtram, quaſi duram, crudelitatem.

AUCTORE C. S.

de quorum pœnitentia conſtaret, 263 *Idem ergo* S. Cyprianus *in epiſtola* 12 *& ſeq. ſtatuiſſe dicendus eſt ; alioquin enim hîc contrà ac ipſe teſtatur, Romanorum ſententiâ non ſtetiſſet, & ejuſdem* actus, qui adunatus eſſe & conſentire circa omnia *debebat, non modò* in aliquo, *ſed in potiori parte ab illorum actu diſcrepâſſet, reſtricto ſcilicet ad eos ſolos, qui martyrum libellis muniti eſſent, beneficio, quod Romani omnibus hujuſmodi pœnitentibus ad extrema deductis commune eſſe voluerant. Certè ſanctus Antiſtes Romanorum veſtigiis cetera preſsè inhæſit. Monuerant illi in epiſt.* 2 *catechumenis infirmitate apprehenſis ſubveniendum eſſe : idem planè in epiſt.* 12 *monet* Cyprianus : *de lapſis vitâ non periclitantibus nihil illi decreverant ; nihil quoque ſtatuit* Cyprianus ; *ſed eos omnes jubet exſpectare, donec conceſſâ Eccleſiæ pace, communi conſilio aliquid de iis decerni poſſet. Cur ergo eum in maximi momenti articulo ab illis diſſenſiſſe credamus, dum ipſe ſe in nullo diſcrepâſſe profitetur, & in eadem epiſtola promittit fore, ut ceteris quoque omnibus lapſis, dummodo ſinceram pœnitentiam egerint,* divino remedio conſulatur ; *quod de concedenda ipſis pace propriè accipi poteſt, & ſecundùm dicta debet.*

E

in periculo mortis 264 *Præterea hæc Petavii opinio minùs æqua & rectæ rationi minùs conſentanea videtur. In hac enim* S. Cyprianus *pacem lapſis libello donatis, qui importuna ac inverecunda flagitatione eam ſibi dari impudenter exigentes, eccleſiam ſuam vehementer turbabant, in articulo mortis indulſiſſet, eamque fervidis pœnitentibus, qui etiam mox à commiſſo flagitio illud perpetuis lacrymis eluere non ceſſaverant, & præpoſitis ſuis in omnibus morigeri, Eccleſiæ pacem patienter exſpectabant, penitus denegâſſet. Id ſcilicet hi ex ſua modeſtia ſinceraque pœnitentia retuliſſent, ut etiam moribundi ab Eccleſia arcerentur, in quam alii, ſimiliter periclitantes, per extortos à martyribus libellos, & poſt concitatas perturbationes admittebantur.*

Eccleſiaſticam pacem 265 *Haud equidem induci poſſum, ut ſanctum Antiſtitem noſtrum tam duræ ſententiæ fuiſſe credam ; præſertim cùm is ipſe Marcianum Arelatenſem, Novatiani aſſeclam, poſtea reum egerit, quòd hujuſmodi pœnitentes ſine pace mori crudeliter permiſiſſet. Sic enim in epiſt.* 67 *ad S. Stephanum Papam ſcribit :* Dirigantur in provinciam & ad plebem Arelate conſiſtentem à te litteræ, quibus abſtento Marciano, alius in locum ejus ſubſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus noſtris annis iſtis ſuperioribus exceſſiſſe ſine pace. Vel ceteris ſubveniatur, qui ſuperſunt, qui & diebus ac noctibus ingemiſcunt, & divinam ac paternam miſericordiam deprecantes, ſolatium noſtræ opitulationis expoſcunt. *Quis credat, ita locuturum fuiſſe* S. Cyprianum, *ſi hic ipſe contra expreſſam Romani cleri ſententiam ſimilibus moribundis pacem dari vetuiſſet, eoſque ſine pace excedere debere ſtatuiſſet ?*

F

conceſſiſſe. Tillemontii 266 *Denique rationes, quibus Sanctus in epiſt.* 13 *ſententiæ ſuæ æquitatem perſuadere conatur, in moribundorum cauſa non obtinent. Ait enim, exſpectandam priùs eſſe Eccleſiæ pacem, ut lapſorum cauſæ communi conſilio diſcutiantur ; irreligioſum pernicioſumque eſſe, lapſos velle in eccleſiam recipi, dum multi confeſſores patriâ pul-*

AUCTORE C. S.

si, ad ſuam eccleſiam nondum rediiſſent; ac demum ſi cui mora illa nimis longa videatur, acicm adhuc geri, fuſo per martyrium ſanguine pacem poſſe obtineri: qui differri non poteſt, poteſt coronari. *Hæc autem omnia ad moribundos non ſpectant, quibus omnis mora pacem non diſtuliſſet, ſed omnem ejuſdem ſpem penitus amputâſſet, & quibus martyrii occaſionem mors ipſa ſubtrahebat. Sed cur igitur,* inquies, S. Cyprianus *locis ſuprà relatis pro dicta indulgentia obtinenda libellum martyris aut confeſſoris requirit, & in horum gratiam ſeſe illam conceſſiſſe affirmat? Tillemontius art.* 13 *ſuſpicatur, Sanctum, cùm ſciret, quoſdam confeſſores, ac præſertim Lucianum in libellis concedendis tam prodigos eſſe, ut quilibet lapſus ſimilem aut haberet, aut habere facilè poſſet, ex induſtria de iis ſolùm, qui libellum nacti eſſent, ſcripſiſſe, ut hoc beneficio confeſſores ſibi demereretur, atque ita omnibus lapſis periclitantibus ſimul bene conſultum eſſet.*

ac Morini hac ſuper re B

267 *Non placet hæc Tillemontii ſuſpicio: ſic enim temerariæ libellorum largitioni, quam pluribus in locis tam ante quàm poſt epiſtolas* 12 *&* 13 *acerrimè reprehendit, Sanctus ipſe liberiora frena laxâſſet. Nam quis lapſorum hujuſmodi libellum omni conatu non ambiiſſet, cujus ſolius ope ante publicam Africanæ eccleſiæ pacem, quæ ſperari non poterat propinqua, cum pace è vita excedere potuiſſet: aut ſi litteris ſuis de hoc abuſu ſatis cautum eſſe Sanctus reputâſſet, eâdem operâ pœnitentibus morigeris unicum in periculo mortis veniæ aditum præcluſiſſet, atque adeò horum ſaluti minimè fuiſſet proſpectum. Joannes Morinus in Commentario de diſciplina in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ lib.* 9, *cap.* 24 *&* 27 *cenſet,* S. Cyprianum *id in martyrum gratiam hîc concedere, ut, qui eorum libellis donati erant, moribundi ad pacem admitterentur, licèt pœnitentiam agere abnuiſſent, dum rectè valerent: quod lapſis moribundis, ejuſmodi libello non munitis minimè concedebatur.*

opinio rejecta.

268 *Verùm nec hæc mihi placet reſponſio: nam* S. Cyprianus *in laudata epiſtola* 52 *verbis, quæ num.* 255 *dedimus, omnes planè lapſos, qui pœnitentiam ad extremum uſque vitæ neglexerant,* à ſpe communicationis & pacis *excludit; idque, ut ait,* Quia rogare illos non delicti pœnitentia, ſed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus eſt in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitavit eſſe moriturum. *Hæc autem ratio generalis eſt; nec potuit martyris libellus efficere, ut hujuſmodi moribundus pœnitentiâ delicti, non mortis urgentis admonitione, ad rogandam pacem compelli crederetur. Hinc ſanctus Antiſtes in utraque epiſtola ſua etiam ab iis, qui libellum acceperant, pœnitentiam præviam non obſcurè requirit, dum in priori ejuſmodi moribundis pacem dari concedit,* qui libellos à martyribus acceperunt, & prærogativâ eorum apud Deum adjuvari poſſunt; *& ſimiliter in ſecunda:* Qui libellum à martyribus acceperunt, & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis ſuis poſſunt. *Quid enim ſecunda iſta conditio aliud indicat, quàm pœnitentiam illam, ſine qua in epiſtola* 52 *ſpem omnem omnibus lapſis præcludit?*

C

S. Cypriani

269 *Reſpondeo igitur,* S. Cyprianum *in laudata epiſtola* 12 *duo conceſſiſſe; unum in gratiam martyrum, alterum Romani cleri exemplo atque auctoritate motum, quod utrumque in eadem epiſtola collata cum* 14 *diſertè indicâſſe mihi videtur. Nam primò quidem lapſis, libellos martyrum habentibus, pacem in periculo mortis in eorumdem gratiam dari præcipit, dummodo de eorum* D *ſincera pœnitentia ſecundùm ſuprà dicta conſtiterit. Indulgentiam hanc in gratiam martyrum à ſe conceſſam eſſe, teſtatur in epiſtola* 14 *ad clerum Romanum, rationem allegans, quòd* videretur & honor martyribus habendus, & eorum, qui omnia turbare cupiebant, impetus comprimendus. *Alterum beneficium ad lapſos libellis carentes ſpectat, quibus in pari periculo, præmiſſâ pariter pœnitentiâ, pacem ſimiliter dari permittit; ſecutus in hoc Romanorum monitum, quod hi dederant in epiſtola ſua ad clerum Carthaginenſem, quæ apud Baluzium inter Cyprianicas* 2 *eſt.*

de hac controverſia

270 *Id ita eſſe, Sanctus ipſe denùo in epiſtola* 14 *ſic indicat;* Cùm . . . præterea veſtra ſcripta legiſſem, quæ huc ad clerum noſtrum per Crementium hypodiaconum nuper feceratis, ut iis, qui poſt lapſum infirmitate apprehenſi eſſent, & pœnitentes communicationem deſiderarent, ſubveniretur, ſtandum putavi & cum veſtra ſententia *&c. Non itaque in ſolos lapſos libellis donatos, nec in ſolam martyrum gratiam eâ uſus eſt; ſed cùm martyribus honorem habendum cenſeret, pacem moribundis, qui libellos ab aliis acceperant, concedendam ſtatuit, quod beneficium cùm* E *à clero Romano omnibus lapſis verè pœnitentibus in periculo mortis impertiri intellexiſſet, ad hos pariter extenſum voluit, ne à Romanis ulla ratione diſcreparet. Inter geminam tamen illam pœnitentium claſſem, conceſſumque utrique beneficium videtur id diſcriminis interceſſiſſe, quòd prioribus pacem in ſolam martyrum gratiam dari præcipiat, quamvis ipſi importunis ſuis & inverecundis poſtulationibus ſeſe eâ indignos eò uſque reddidiſſent; ceteris verò eamdem ſperare tantùm jubeat, ſi illam ſincerâ pœnitentiâ, virtutumque exercitio promeruerint.*

ſententia.

271 *Sic enim de iis in epiſtola* 12 *ſcribit:* Ceteram quoque partem plebis, quæ lapſa eſt, præſentiâ veſtrâ fovete, & ut à fide & miſericordia Domini non deficiant, veſtro ſolatio focillate. Neque enim deſerentur ab ope & auxilio Domini hi, qui mites & humiles, & pœnitentiam agentes in bonis operibus perſeveraverint, quò minùs illis quoque divino remedio conſulatur. *Nec minus à lapſis ſuis clerus Romanus, quem Sanctus hîc ſequitur, exigebat, ut eâ indulgentiâ gaudere poſſent, quemadmodum ex ejuſdem epiſtola* 2 *ad clerum Carthaginenſem conſtat. Hoc autem diſcrimen ſufficiens eſt, ut* S. Cyprianus *aliquid ſingulare in gratiam martyrum lapſis hujuſmodi libello inſtructis conceſſiſſe cenſeatur, præſertim cùm hos, ut monui, ſua in exigenda pace audacia minùs dignos veniâ reddidiſſet. Ceterùm quod* S. Cyprianus *in epiſtola* 13 *ſic ſcribat, quaſi ſolos lapſos libellis munitos admitti ad pacem juberet, morari nos non debet, tum quia de hiſce ſolis, pacem importunè nimis poſtulantibus, à clero conſultus fuerat, tum quia hunc ad priorem epiſtolam remittit;* Satis, *inquiens,* plenè ſcripſiſſe me ad hanc rem proximis litteris ad vos factis credo; *ideóque epiſtolam* 13 *ex* 12, *non contrà, interpretari oportet.*

F

§ XV.

A

§ XV. Confeſſorum lapſorumque arrogantiæ viriliter ſe opponit : Romanorum litteris recreatus, ad eos ſcribit : lectorem ac ſubdiaconum ordinat.

Ex confeſſorum, præcipuè

HIſce ita, *ut diximus, præclarè geſtis*, S. Cyprianus *epiſtolam* 14, *aliàs* 15, *ad Romanum clerum dedit, in qua & ſeceſſûs ſui rationem & indefeſſam in regendo grege vigilantiam breviter, ſed nervosè expoſuit, & hanc tredecim illis litteris, de quibus huc uſque egimus, quaſque propterea ſimul Romam tranſmiſit, teſtatiſſimam fecit. Epiſtolam hanc § 9 recitavimus, nec opus eſt de ea hîc plura addere, ideóque ad alia*

B *progredimur. Suprà jam inſinuavimus*, S. Cypriani *epiſtolas, quas de lapſorum cauſa ad clerum Carthaginenſem, ad martyres ac confeſſores, & ad plebem ſuam ſcripſerat, non tam felicem ſucceſſum, quàm meritò ſperare potuerat, ſortitas eſſe. Enimverò ex nonnullorum audacia, quos nec Epiſcopi ſui monita, nec comminationes terrebant, nec movebat indulgentia, etiam crevit malum, & in tumultum prorupit.*

Luciani arrogantia

273 *Perturbationis auctor fuit idem Lucianus confeſſor, de cujus intemperato hac in parte zelo §. 12 egimus. Nam* S. Cyprianus *in epiſtola 22 ad clerum Romanum poſt verba num.* 220 *& & ſeq. data, tumultûs cauſam ac progreſſum ſic exponit :* Cui rei (*nimiæ confeſſorum in libellis gregatim dandis prodigalitati*) ut aliquatenus poſſet obſiſti, litteras ad eos feci, quas ad vos ſub epiſtola priore tranſmiſi, quibus petere & ſuadere non deſtiti, ut Dominicæ legis & Euangelii ratio teneretur. Poſtquam verò ad eos litteras miſi, ut quaſi moderatius aliquid & temperantius fieret, univerſorum confeſſorum nomine idem Lucianus epiſtolam ſcripſit, quâ pœnè o-

C mne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum Domini, & Euangelii ſanctitas & firmitas ſolveretur. Scripſit enim omnium nomine, univerſis eos pacem dediſſe, & hanc formam per me aliis epiſcopis innoteſcere velle ; cujus epiſtolæ exemplum ad vos tranſmiſi.

lapſi tumultuantur,

274 *Hæc Luciani epiſtola, Baluzio 16 inter Cyprianicas, perbrevis eſt, & in hunc modum ſcripta :* Univerſi confeſſores Cypriano papæ ſalutem. Scias nos univerſis, de quibus apud te ratio conſtiterit, quid poſt commiſſum egerint, dediſſe pacem ; & hanc formam per te & aliis epiſcopis innoteſcere voluimus. Optamus te cum ſanctis martyribus pacem habere. Præſente de clero & exorciſta & lectore, Lucianus ſcripſit. *Obſervat autem ſanctus Epiſcopus, ex ea epiſtola magnam ſibi ac collegis ſuis invidiam imminere à lapſis, & ſeditionem jam tum ortam eſſe. Audiamus ipſum in mox laudata epiſt.* 22 *proſequentem :* Additum eſt planè : De quibus ratio conſtiterit, quid poſt commiſſum egerint. Quæ res majorem nobis conflat invidiam, ut nos, cùm ſingulorum cauſas audire & excutere cœperimus, videamur multis negare, quod ſe nunc omnes jactant à martyribus & confeſſoribus accepiſſe,

Denique hujus ſeditionis origo jam cœpit : nam in provincia noſtra per aliquot civitates in præpoſitos impetus per multitudinem factus eſt, & pacem, quam ſemel cuncti à martyribus & confeſſoribus datam clamitabant, confeſtim ſibi repræſentari coëgerunt, territis & ſubactis præpoſitis ſuis, qui ad reſiſtendum minùs virtute animi & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix à nobis in præteritum regebantur, & in noſtram præſentiam differebantur, per hanc epiſtolam velut quibuſdam facibus accenſi, plùs exardeſcere & pacem ſibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad clerum noſtrum litteras fecerim, exemplum vobis miſi. AUCTORE C. S.

quibus Sanctus ſe opponit.

275 S. Cyprianus *itaque, acceptis Luciani litteris, confeſſorum omnium nomine ſcriptis, moveri ſe paſſus non eſt, quo minùs priſtinam Eccleſiæ diſciplinam illibatam tueretur ; ſed epiſtolam 17 ad clerum ſuum direxit, in qua poſt expoſitam confeſſorum temerariam poſtulationem, ſtatuit nihil de lapſorum cauſa, niſi ex communi conſilio, decernere ; ideóque epiſtolis, quas tam ad ipſum, quàm ad epiſcopos collegas ſuos dederat,* E *quaſque hi ſuo quoque calculo approbârant, ſtandum interim eſſe. Memoratæ epiſtolæ ſunt quinque illæ de lapſis, de quibus hactenus egimus. Porrò ut exacerbatos animos ad modeſtiam revocaret, cum eadem epiſtola 17 ad eumdem clerum tranſmiſit exemplum epiſtolæ, quam à Caldonio acceperat, ſuumque ad eam reſponſum :* Quod totum, *ait*, peto fratribus noſtris legatis, ut magis ad patientiam componantur, nec delicto proprio adjiciant adhuc aliud delictum ; dum nec nobis, nec Euangelio volunt ſervire, nec ſecundùm univerſorum confeſſorum litteras cauſas ſuas examinari permittunt.

Aliis, qui lapſum ſuum

276 *Caſum, de quo* S. Cyprianus *à Caldonio, ignotæ nobis ſedis ſub Carthaginenſi metropoli epiſcopo, conſultus fuerat, ipſe Caldonius in epiſt.* 18 *ad Sanctum ejuſque clerum data ſic exponit :* Oportebat vobis ſcribere, quoniam ii, qui poſteaquam ſacrificaverunt, iteratò tenti, extorres ſunt facti. Videntur ergo mihi abluiſſe prius delictum, dum poſſeſſiones & domos dimittunt, & pœnitentiam agentes, Chriſtum ſequuntur. Ergo Felix, qui presbyterium ſubminiſtrabat ſub Decimo, proximus mihi vinculis *, (pleniùs cognovi eumdem Felicem) Victoria conjux ejus, & Lucius filius, extorres facti, reliquerunt poſſeſſiones, quas nunc fiſcus tenet. Sed & mulier nomine Bona, quæ tracta eſt à marito ad ſacrificandum, quæ conſcientiâ non commiſſi (*alibi legitur :* Conſcientiam non commiſit) ſed quia tenentes manus ejus ipſi ſacrificaverunt, cœpit dicere contrà : Non feci, vos feciſtis ; ſic & ipſa extorris facta eſt. *al.* vicinus F

confeſſione & exſilio eluerant,

177 Cùm ergo univerſi pacem peterent, dicentes : Recuperavimus fidem, quam amiſeramus, pœnitentiam agentes, & Chriſtum publicè ſumus confeſſi ; quamvis mihi videantur debere pacem accipere, tamen ad conſilium veſtrum eos dimiſi, ne videar aliquid temerè præſumere. Si quid ergo ex communi conſilio placuerit, ſcribite mihi, *&c. Ad hæc* S. Cyprianus *per epiſtolam 19 Caldonio reſpondens, laudatâ illius religioſâ prudentiâ ;* Rectè autem, *inquit*, ſenſiſti circa impertiendam fratribus noſtris pacem, quam ſibi ipſi verâ pœnitentiâ & dominicæ confeſſionis gloriâ reddiderunt, ſermonibus ſuis juſtificati, quibus ſe antè damnaverant. Cùm ergo abluerint omne delictum, & maculam priſtinam, aſſiſtente ſibi Do-

AUCTORE C. S.

mino, potiore virtute deleverint, jacêre ultrà sub diabolo quasi prostrati non debent, qui extorres facti, & bonis suis omnibus spoliati, erexerunt se, & cum Christo stare cœperunt.

pacem concedit.

278 Atque utinam, *subdit*, sic & ceteri post lapsum pœnitentes in statum pristinum reformentur, quos nunc urgentes, & pacem temerè atque importunè extorquentes, quomodo disposuerimus, ut scires, librum tibi cum epistolis numero quinque misi, quas ad clerum & ad plebem, & ad martyres quoque & confessores feci; quæ epistolæ jam plurimis collegis nostris missæ placuerunt; & rescripserunt, se quoqe nobiscum in eodem consilio secundùm Catholicam fidem stare. *Non constat, quem hîc* librum *Sanctus Caldonio à se mitti dicat. Pamelius in Annotationibus suspicatur designari* aut librum, quo descripti continebantur libelli martyrum, *aut, quod ipsi præplacet*, Librum de lapsis. *De postremo id etiam interpretantur Baluzius ac Rigaltius: sed Joannes Fellus mavult per* librum *ipsum quinque litterarum fasciculum intelligere, quasi Sanctus dixisset:* Librum tibi ex epistolis numero quinque misi; B *quæ interpretatio mihi quoque probabilior apparet. Nam librum de lapsis multo seriùs scriptum esse videbimus; prior verò Pamelii suspicio omni penitus fundamento destituta est, nec verisimilis apparet; ac denique quis ille fuisset de lapsorum causa liber, à libro de Lapsis, ac quinque prædictis epistolis distinctus, ignoratur.*

Litteris à Romanis ad Carthaginenses

279 *Rebus in Africa sic turbatis, litteræ à Romano clero ad Carthaginenses presbyteros ac diaconos, itemque aliæ à S. Moyse, Maximo, Nicostrato & ceteris confessoribus, Romæ in carcere detentis, ad Saturninum & Aurelium, reliquosque confessores Carthaginem allatæ fuerunt, quæ pro vigore Euangelii, & ecclesiastica disciplina sarta tecta servanda pariter perorabant. Perierunt quidem utræque hæ litteræ, at* S. Cyprianus *in epist. 22 eas sibi tam calamitoso ecclesiæ suæ tempore opportunè accidisse, magnoque fuisse adjumento testatur.* Opportunè verò supervenerunt, *inquit*, litteræ vestræ, quas accepi ad clerum factas, item quas beati confessores Moyses & Maximus, Nicostratus & ceteri, Saturnino & Aurelio & ceteris miserunt, in quibus Euangelii plenus vigor & disciplina robusta legis Dominicæ C continentur. Laborantes hîc nos, & contra invidiæ impetum totis fidei viribus resistentes, multùm sermo vester adjuvit, ut divinitus compendium fieret, & priusquam venirent ad vos litteræ, quas vobis proximè misi, ut declararetis nobis, quòd secundùm Euangelii legem nobiscum fortiter atque unanimiter etiam vestra sententia concurrat.

datis recreatur:

280 *Enimverò nihil poterat sancto Antistiti ad propulsandam invidiam in eo rerum momento optabilius accidere, quàm duas illas epistolas, in quarum altera Romani cleri auctoritas eadem, quæ ipse statuerat, in altera confessores item Romani pari vigore* severitatem Euangelicæ disciplinæ *proferebant*, & illicitas petitiones ab Ecclesiæ pudore *revocabant; ut clerus Romanus in epist. 31 ad* S. Cyprianum *testatur, addens:* Nisi hoc fecissent, disciplinæ Euangelicæ ruinæ non facilè sarcirentur. *At ne quis miretur, cur duæ laudatæ litteræ ad clerum Carthaginensem potiùs, quàm ad illius Episcopum scriptæ fuerint, observandum est, quod numero præcedenti Sanctus ipse notat; videlicet, hasce Carthaginem allatas esse, antequam epistola illius, quæ Baluzio 14 est, Romam pervenisset. Etenim cùm ejusdem Sancti epistola apud Baluzium ordine tertia, de qua § 9 actum* D *est, sollicitudinem ac suspicionem, quam de successu ejus conceperant, Romanis minimè eximisset, hi, quo consilio recessissent, quantumque pro plebe sua laboraret, ignari, non ad illum, sed ad ejusdem clerum litteras suas dirigendas rebantur, ne absente Pastore, grex dissiparetur, aut enervaretur disciplina.*

& ad eosdem scribit epist. 22 & 25:

281 *Advertit id haud dubiè* S. Cyprianus, *ideóque epistolam 22 ad eumdem Romanum clerum scripsit, eamque post solitam salutis apprecationem sic exorsus est:* Post factas ad vos litteras, fratres carissimi, quibus actus noster expositus, & disciplinæ ac diligentiæ quantulacumquè ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latêre vos debuit. *Plura de hujus epistolæ argumento dicere non attinet, cùm illud toto hoc paragrapho jam tractaverim. Id unum addo, Celerini confessoris modestiam in hac multùm laudari, & Luciani confessorumque temerarias litteras, necnon religiosas Caldonii, quasque tam ad has rescripserat, quàm ad clerum suum de Luciani epistola Sanctus dederat, ab eodem ad Romanos eâdem operâ missas esse, ut rerum omnium à se gestarum ratio* E *illis penitus esset perspecta. Alteram quoque epistolam, quæ nobis 25 est, ad Moysem, Maximum, ceteroque confessores Romanos scripsit, quibus invictam eorum in fide constantiam, & confessoribus ac martyribus dignum in tuenda ecclesiastica disciplina vigorem, gratulabundus extollit. At cùm ejus temporis consuetudo ferret, ut ecclesiarum præsides hujusmodi litteras non nisi per clericos destinarent, neque id horum paucitas tum permitteret, Saturum lectorem, Optatum verò hypodiaconum ordinavit, eorumque operâ usus est.*

de Lectore & subdiacono ordinatis

282 *Ita Sanctus ipse testatur in epist. 24 ad clerum suum data, in qua se ita excusat, quòd illo inscio id fecisset, ut simul ostendat, nihil sese hac in parte præter morem sine illius consensu egisse, cùm ex communi totius cleri consilio uterque ad eos Ordines olim destinatus jam fuisset, dùm Saturo semel & iterum in ecclesia legere permissum est; Optato autem inter lectores catechumenorum institutio mandata. Sic enim ibidem habet:* Sed & illud ad vos perferre litteris meis debui, urgente causa, clero in Urbe consistenti litteras me misisse. Et quoniam oportuit, me per F clericos scribere; scio autem nostros plurimos absentes esse, paucos verò, qui illic sunt, vix ad ministerium quotidiani operis sufficere; necesse fuit novos aliquos constituere, qui mitterentur. Fecisse me autem sciatis lectorem Saturum, & hypodiaconum Optatum confessorem, quos jam pridem communi consilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paschæ semel atque iterum lectionem dedimus, aut quando cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem audientium constituimus, examinantes, an congruerent illis omnia, quæ esse debent in iis, qui ad clerum parabantur. Nihil ergo à me, absentibus vobis, novum factum est; sed quod jam pridem communi consilio omnium nostrûm cœperat, necessitate urgente, promotum est.

clerum suum edocet.

283 *Hæc ipse, sollicitè cavens, ne à consilio suo, quo ab ineunte episcopatu decreverat nihil sine cleri sui consensu agere, descivisse videretur. Hallucinatus autem est Baluzius, dum in Notis censuit,* S. Cyprianum *hoc loco agere de litteris non ad clerum Romanum, sed ad eos, qui è Carthaginensi clero suo Romæ tum degebant, transmissis. Hallucinatus, inquam, est; nam fatente*

Balu-

A *Baluzio, agit de epiſtola 22, quam ad Romanum clerum ſcriptam fuiſſe legenti manifeſtum eſt. Ceterùm cùm duæ illæ epiſtolæ, ſcilicet 22 & 25 exaratæ fuerint, antequam Sanctus ad epiſtolam ſuam 14, quæ ex ſuprà dictis menſe Julio ſcripta videtur, reſponſum Româ accepiſſet, ad ejuſdem menſis finem vel ſubſecuti initium referendæ ſunt.*

§ XVI. Alia à Sancto contra pervicaces confeſſores, clericoſque ac lapſos geſta: litteræ ad Romanum clerum, & ab hoc & Romanis confeſſoribus ad illum datæ.

Lapſos morigeros laudat;

B *INterea dum Optatus ac Saturus ſancti Epiſcopi ſui litteras ad Romanum clerum ac confeſſores perferrent, nonnullorum è lapſis humilis pœnitentia, & ſubmiſſa in omnibus voluntas, illius animum non parùm recreavit. Juverit id ipſius Sancti verbis retuliſſe. In epiſt. 27 ad lapſos ſic loquitur:* Scripſerunt autem mihi nuper quidam de lapſis humiles & mites, & trementes & metuentes Deum, & qui in Eccleſia ſemper gloriosè & granditer operati ſunt, & opus ſuum numquam Domino imputaverunt; ſcientes, illum Dixiſſe: „ Et cùm hæc omnia feceritis, dicite: Ser„ vi ſupervacui ſumus, quod debuimus facere, „ fecimus. „ Quæ illi cogitantes, & quamvis libello à martyribus accepto, ut tamen à Domino ſatisfactio ſua admitti poſſit, orantes ſcripſerunt mihi, ſe delictum ſuum cognoſcere, & pœnitentiam veram agere, nec ad pacem temerè aut importunè properare; ſed exſpectare præſentiam noſtram, dicentes, pacem quoque ipſam, ſi eam nobis præſentibus acceperint, dulciorem ſibi futuram. Quibus quantùm gratulatus ſim, Dominus teſtis eſt, qui dignatus eſt, oſtendere, quid ejuſmodi & tales ſervi de ejus benignitate mereantur.

C *pervicaces ad ipſum ſcribunt arroganter,*

285 *Verùm hoc optimi Paſtoris gaudium aliorum lapſorum intolerabilis audacia brevi pòſt diſſipavit. Hi etenim jam non contenti pacem importunis precibus aut ſeditiosè, ut antè fecerant, extorquere, ſed eam ſeſe jam habere, utpote à Paulo martyre ſibi datam, dictitare cœperunt. Quin & eò devenerunt audaciæ, ut id ipſum communi epiſtolâ, non ſubſcriptis nominibus, ſed eccleſiæ nomine ſcriptâ, velut hæc penes lapſos eſſet,* S. Cypriano *ſignificare non dubitaverint. Periit hæc epiſtola, ſed de ea tam Sanctus ipſe in ſua 27 mox laudata, quàm in 29 ad clerum Romanum, ac denique etiam hic in* 30 *ad* S. Cyprianum, *pluribus agunt. Et in poſteriori quidem conqueruntur Romani, quòd* lapſorum fratrum immoderata petulantia uſque ad periculoſam verborum temeritatem producta (*in eorum epiſtola*) denotaretur: *quódque* tam immaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti & immenſo crimine atque delicto, pacem ſibi non tam peterent, quàm vindicarent, immò jam & in cælis habere ſe dicerent.

286 *Nec à durioribus in optimum Antiſtitem quos acriter ſuum verbis eos abſtinuiſſe, idem clerus ibidem teſtatur:* Novimus, *inquiens,* Carthaginenſis eccleſiæ fidem, novimus inſtitutionem, novimus humilitatem. Unde etiam mirati ſumus, quòd quædam in te per epiſtolam injecta duriùs notaremus; cùm amorem veſtrum mutuum & caritatem exemplis multis reciprocæ adfectionis in vos invicem ſæpe comperiſſemus. *Turbulentâ illâ lapſorum epiſtolâ acceptâ,* S. Cyprianus *iiſdem per epiſtolam* 27 *reſpondens, docuit, Eccleſiam à Chriſto Domino ſic inſtitutam eſſe, ut per epiſcopos gubernaretur, ideóque mirari ſe lapſorum audaciam,* ut eccleſiæ nomine litteras facerent; quando eccleſia in epiſcopo & clero & in omnibus ſtantibus ſit conſtituta. *Deinde quàm abſurda hæc eorum ſit arrogantia, ſic exponit:* Si autem quidam lapſi eccleſiam ſe eſſe volunt, & ſi apud illos atque in illis eſt eccleſia, quid ſupereſt, quàm ut ipſi rogentur à nobis, ut nos ad eccleſiam dignentur admittere? Summiſſos ergo & quietos & verecundos eſſe oportet eos, qui delicti ſui memores ſatisfacere Deo debent, nec eccleſiæ nomine litteras facere, cùm ſe magis ſciant eccleſiæ ſcribere. *Poſt hæc propoſito ipſis exemplo modeſtorum pœnitentium, de quorum religioſa epiſtola num.* 284 *egimus, monet nihil certi reſponſi illis ſperandum eſſe, donec aliter ſcripſerint; & ad modeſtiam & quietem hortatur.* E

287 Quas, *inquit,* litteras (*lapſorum verè pœnitentium*) cùm nuper acceperim, & nunc aliud ſcripſiſſe vos legerim, peto, diſcernatis deſideria veſtra, & quicumque eſtis, qui has litteras miſiſtis, nomina veſtra libello ſubjiciatis, & libellum cum ſingulorum nominibus ad me tranſmittatis. Antè eſt enim ſcire, quibus reſcribere habeam. Tunc ad ſingula, quæ ſcripſiſtis pro loci & actûs noſtri mediocritate reſcribam. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere, & ſecundùm Domini diſciplinam quietè & tranquillè agere. Valete. *Hæc Sanctus: ex quibus non minùs invictam ejus in diſciplina Eccleſiæ contra turbulentos homines defendenda fortitudinem, quàm amorem in pœnitentes, miramque animi manſuetudinem, licet admirari. Quippe jam toties ab iis laceſſitus, novoque jam, ac etiam magis nefario auſo appetitus, nec ſeditioſorum numero, nec audaciâ movetur, ſed eccleſiæ ſuæ jura ac diſciplinæ vigorem non ſecùs ac priùs tuetur; quæ verò in ſe duriùs dicta fuerant, tacitus præterit, ad id unicè intentus, ut iniquè exaſperatos animos ad officium revocet. Eodem planè modo in epiſtola* 29, *hac ſuper re ſcripta ad clerum Romanum, de violata pœnitentiæ lege conqueritur, at de facta ſibi injuria ſilet.* F

manſuetè reprehendit.

288 *Ex epiſtola* 29 *diſcimus, circa idem tempus aliam ad Carthaginenſem clerum ab eo ſcriptam fuiſſe, quæ* 28 *eſſe creditur. In hac Sanctus laudat clerum ſuum, quòd ex communi tam collegarum, quàm aliquot epiſcoporum, qui fortè aderant, conſilio Gajum Diddenſem presbyterum, ejuſque diaconum, qui* communicando cum lapſis, & offerendo oblationes eorum, in pravis erroribus ſuis frequenter deprehenſi, & ſemel atque iterum . . . à collegis, *ſive epiſcopis,* moniti, ne hoc facerent, in præſumtione & audacia ſua pertinaciter perſtiterunt, *à ſua communione arcuiſſet. Hujuſmodi quippe hominum* blanditiis & palpationibus perniciosis, *quibus fit, ut agri medelam recuſent, meritò adſcribendum obſervat, quòd ſalubria ſua conſilia optato ſucceſſu eò uſque caruiſſent. Hinc jubet, ut impoſterum eâdem pœnâ coërceatur, quiſquis ante ſententiam ſuam cum lapſis communicaverit, ſive is Carthaginenſis eccleſiæ presbyter vel diaconus fuerit, ſive pe-*

Excommunicationem a clero latam approbat;

AUCTORE C. S.

regrinus; hancque epistolam suam episcopis tum præsentibus vel superventuris prælegi jubet, ne qua in lapsis curandis inter eos discrepantia oriretur.

ignavos clericos

289 *Quæsierat præterea idem clerus, quid agendum esset de Philumeno & Fortunato hypodiaconis, & Favorino acolytho, qui, cùm medio persecutionis tempore recessissent, tum redierant. Fugerant hi haud dubiè ex ignavo metu, invitis aut insciis Carthaginensis ecclesiæ præpositis, cùm eorum operâ confessores ac plebs maximè indigerent. Respondet* S. Cyprianus, *non posse hujus rei se solum judicem agere, præsertim cùm præter tres illos etiam alii multi abessent, qui locum suum nondum repetendum putaverant. Exspectandum igitur esse, donec reddita Ecclesiæ pace, singulorumque causis examinatis, decernatur aliquid, quod* in posterum circa ministros Ecclesiæ constituat exemplum. *Nec ab omni tamen pœna eos interea immunes esse patitur; sed,* Interim, *inquit,* se à divisione mensurna tantùm contineant, non quasi à ministerio ecclesiastico privati esse videantur; sed, ut integris omnibus ad nostram præsentiam differantur.

B *inflictâ pœnâ castigat.*

290 *Porrò vox* mensurnus, *quam Priscianus Ciceroni in lib.* 1 *de Inventione Rhetorica vindicat, idem est, quod* menstruus, *quo modo nonnulli etiam legendum censuerunt. Eadem voce Sanctus denuò utitur in epistola* 34, *ubi de Aurelio ac Celerino lectoribus ordinatis sic ait:* Cetertùm presbyterii honorem designâsse nos illis jam sciatis, ut & sportulis iisdem cum presbyteris honorentur; & divisiones mensurnas æquatis quantitatibus partiantur. *Erat igitur* mensurna divisio *stipendium menstruum, clericis ex communi cujusque ecclesiæ thesauro dari solitum, quo* S. Cyprianus *duos illos subdiaconos & acolythum in illiciti discessûs sui pœnam interim privatos voluit, donec de eorumdem ceterorumque causa, qui ejusdem delicti rei erant, aliquid certi statuere per Ecclesiæ pacem liceret.*

Romanos de rebus gestis

291 *De hisce omnibus* S. Cyprianus, *ut Romanum clerum magis magisque sibi demereretur, eum quoque certiorem fecit per epistolam* 29, *latore Fortunato hypodiacono, ut ex epist.* 30 *discimus. De hujus tempore cùm Pearsonius dissideat, juverit eam, præsertim cùm brevis sit, hic recitâsse. Est igitur hujusmodi:* Et dilectio communis & ratio exposcit, fratres carissimi, nihil conscientiæ vestræ subtrahere de his, quæ apud nos geruntur, ut sit nobis circa utilitatem ecclesiasticæ administrationis commune consilium. Nam posteaquam ad vos litteras feci, quas misi per Saturum lectorem & Optatum hypodiaconum, quorumdam lapsorum conspirata temeritas, qui pœnitentiam agere & Deo satisfacere detrectant, litteras ad me fecerunt, pacem non dandam sibi postulantes, sed quasi jam datam sibi vindicantes; quòd dicant, Paulum omnibus pacem dedisse: sicut in litteris eorum, quarum exemplum ad vos transmisi, legetis; simulque, quid ego eis breviter interim rescripserim; sed & quales postea ad clerum litteras fecerim, ut scire possetis, hujus quoque rei exemplum vobis misi.

C

instruit per epist. 28,

292 Quod si ultrà temeritas eorum nec meis nec vestris litteris compressa fuerit, nec consiliis salubribus obtemperaverit, agemus ea, quæ secundùm Euangelium Dominus agere præcepit. *Pearsonius in Annalibus, nullo nixus fundamento, epistolam hanc ad initium mensis Octobris rejecit, & post Romanorum ad Sancti epistolam* 14 *&* 22 *responsum collocavit; quod utrumque à veritate alienum puto. Etenim si ad duas illas litteras responsum, sive epistolam* 31, *à Romanis* D *jam recepisset, dum ipse epistolam* 29 *scriberet, procul omni dubio in hac de illa cum grati animi significatione meminisset. Nihil enim eo responso optabilius accidere ipsi potuit, in quo sententiam suam cleri Romani, omniumque episcoporum, qui Romæ aderant, calculo laudatam confirmatamque agnovit, quodque propterea tanti fecit, ut illius exemplar omnibus tam indigenis quàm advenis concedi mandaverit; quemadmodùm infrà dicemus.*

quæ ad hoc tempus spectat.

293 *Attamen nullam de illo responso in hac epist.* 29 *mentionem facit. Imò satis insinuat sese nihil responsi etiam tum recepisse, cùm dicit:* Posteaquam ad vos litteras feci, quas misi per Saturum lectorem & Optatum hypodiaconum, quorumdam lapsorum conspirata temeritas... litteras ad me fecerunt *&c. Quemadmodùm enim in epistola* 22, *quam ante Romanorum responsum scriptam esse constat, & nobiscum admittit Pearsonius, rationem reddens, cur eo non exspectato, denuò scribat, sic præfatus:* Post factas ad vos litteras... aliud accessit, quod nec ipsum latère vos debuit; *ita hîc simili modo parem causam iterum scribendi ante acceptum ad priorem epistolam responsum allegat. Hinc mihi dubium non videtur, quin hæc epistola* 29 *scripta fuerit, antequam sanctus Episcopus Romanorum ad utrasque priores litteras suas responsum recepisset, ut Eminentissimus Baronius sensisse videtur, & Maranus meritò sustinuit. Porrò epistolam hanc per Fortunatum hypodiaconum perlatam fuisse, discimus ex epist.* 30, *de qua mox agemus, ubi etiam de tempore, quo scripta sit, aliquid præterea observabimus.* E

Clerus Romanus, lectis Sancti litteris,

294 *Inter hæc clerus Romanus, lectis tribus illis* S. Cypriani *epistolis, scilicet* 14, 15 *&* 22, *quarum primam ac tertiam ad eumdem clerum, secundam verò ad Moysem ceterosque Romanos confessores datas fuisse, præcedenti* § *diximus, æquitatem secessûs illius, quem eò usque suspectum habuerat, & indefessam in gregem suum vigilantiam agnovit, eumque pro Ecclesia Dei strenuè laborantem consilio atque auctoritate sua juvare decrevit. Collecto igitur tam collegarum, quàm etiam episcoporum, qui partim vicinas Romæ cathedras habebant, partim è sedibus suis expulsi, eò advenerant; quid in tanta Ecclesiæ calamitate* F *agendum videretur, diu multúmque ab iis deliberatum est. Placuit omnibus* S. Cypriani *sententia, & veluti Romanæ Ecclesiæ disciplinæ omninò conformis laudata est: at cùm Apostolica Sedes per S. Fabiani Pontificis martyrium etiam vacaret, nihil præterea ordinare decretum est, donec novus Pontifex in S. Petri Cathedram suffectus esset.*

ad eum rescribit, probans,

295 *His ita constitutis, laudatus clerus, nihil ampliùs cunctandum ratus,* S. Cypriano *per præclarissimam illam epistolam, & Apostolicâ Ecclesiâ verè dignam, quæ inter Cyprianicas trigesima prima est, communi omnium nomine respondit. Longior ea est, quàm ut huic Commentario inserendam putem; ideóque eam per compendium exposuisse sufficerit. In primis laudant sanctissimi Episcopi humilitatem ac modestiam, quâ eis omnium consiliorum suorum rationem reddere non dubitavit. Deinde salutarem illius justamque severitatem ac vigorem dignis laudibus celebrant, eamdemque disciplinam in Romana Ecclesia sua semper viguisse, nec à se relaxandam esse contestantur. Probant id ex prioribus litteris suis (modò deperditis) quas ad clerum Carthaginensem de-*

de-

A *derant, & in quibus tum nefariorum libellorum uſum damnaverant, tum ſacrificantium impietatem fuerant deteſtati. Hinc procul ab Eccleſia Romana abeſſe profanam illam facilitatem, quæ lapſos ſine prævia juſtaque pœnitentia ad pacem admittens*, nervos ſeveritatis, everſa fidei majeſtate, *diſſolvit, quaque fit*, ut... nova per miſericordiam falſam vulnera veteribus tranſgreſſionis vulneribus imprimantur, ut miſeris ad everſionem majorem eripiatur & pœnitentia... Hos, *enim inquiunt*, non eſt curare; ſed, ſi dicere verum volumus, occidere.

quidquid ipſe hucuſque geſſerat.

296 *Eamdem planè eſſe mentem confeſſorum, quos pro Chriſti cauſa Romanus carcer tenebat, ex eorumdem pariter probant litteris, ad clerum Carthaginenſem etiam datis, ſed quæ ſimiliter deſiderantur. Hiſce laudatis*, S. Cypriano *maximas agunt gratias, quòd illuſtres illos confeſſores per epiſtolam ſuam, quæ inter Cyprianicas decima quinta eſt, conſolari & recreare dignatus ſit. Inde ad lapſorum cauſam regreſſi, de litteris ſuper ea in Siciliam miſſis, quarum exemplum ad ipſum quoque deſtinant, verbulo meminerunt; & cùm Sede Romana per S. Fabiani martyrium vacante, cui rerum ac temporum difficultas alium ſuffici nondum permiſerat, tantæ rei deciſionem ſibi præ ceteris differendam eſſe agnoſcant, ſummopere probant* S. Cypriani *ſententiam, ne quid de propagato per totum orbem Romanum delicto ſine communi Eccleſiæ conſenſu & maturo examine ſtatuatur.*

B

ejuſdemque de lapſis

297 Aſpice totum, *inquiunt*, orbem pœnè vaſtatum, & ubique jacêre dejectorum reliquias & ruinas, & iccirco tam grandè expeti conſilium, quàm latè propagatum videtur delictum. Non ſit minor medicina, quàm vulnus, non ſint minora remedia, quàm funera; ut, quomodo qui ruerunt, quòd cæca temeritate nimis incauti fuerunt; ita, qui hoc diſponere nituntur, omni conſiliorum moderatione utantur, ne quid, non ut oportet, factum, tamquam irritum ab omnibus judicetur. *Ut hæc felicem finem ſortiantur, omnes ad communem Eccleſiæ pacem continuis precibus fletibusque à Deo poſtulandam exhortati, lapſis ſalutaria præcepta de pœnitentia fervidè & conſtanter agenda, paceque patienter ac modeſtè efflagitanda præſcribunt; eoſque ſemper memores eſſe ju-*

C *bent non minùs divinæ juſtitiæ, quàm clementiæ:* Quoniam & qui petitur, *aiunt*, flecti debet, non incitari; & ſicut reſpici debet divina clementia, ſic reſpici debet & divina cenſura; & ſicut ſcriptum eſt: Donavi tibi omne debitum, quia me rogâſti; ſic ſcriptum eſt: Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo & coram angelis ejus.

ſententiam laudat,

298 *Hæc eadem aliquot aliis ſacræ Scripturæ locis confirmant, ac tandem quid de lapſorum cauſa interea decreverint, his verbis ſubjiciunt:* Cujus temperamenti (*divinæ clementiæ juſtitiæque*) moderamen nos hîc tenere quærentes, diu, & quidem multi, & quidem cum quibuſdam epiſcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longè poſitis perſecutionis iſtius ardor ejecerat, ante conſtitutionem Epiſcopi nihil innovandum putavimus; ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credimus; ut interim dum Epiſcopus dari à Deo nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo eorum, qui moras poſſunt dilationis ſuſtinere, cauſa teneatur; eorum autem quorum vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre, actâ pœnitentiâ & profeſſâ frequenter ſuorum deteſtatione factorum, ſi lacrymis, ſi gemitibus, ſi fletibus, dolentis ac verè pœnitentis animi ſigna prodiderint, cùm ſpes vivendi ſecundùm hominem nulla ſubſtiterit; ita demum cautè & ſollicitè ſubveniri, Deo ipſo ſciente, quid de talibus faciat, & qualiter judicii ſui examinet pondera; nobis tamen anxiè curantibus, ut nec pronam noſtram improbi homines laudent facilitatem, nec verè pœnitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem. Optamus te, beatiſſime ac glorioſſime Papa, in Domino ſemper bene valere, & noſtri meminiſſe.

AUCTORE C. S.

ſubſcribentibus S. Moyſe ac Novatiano.

299 *Epiſtolam hanc à S. Moyſe, tum adhuc carceri, ad quem propterea deferri debuit, incluſo ſubnotatam, à Novatiano autem, qui poſtmodùm dirum ſchiſma ac crudelem hæreſim adverſus pœnitentiam in Eccleſia ſuſcitavit, ſcriptam fuiſſe*, teſtatur S. Cyprianus *in epiſt. 52 ad Antonianum dicens:* Additum eſt etiam (*in laudata Romani cleri epiſtola*) Novatiano tunc ſcribente, &, quod ſcripſerat, ſua voce recitante, & presbytero Moyſe, tunc adhuc confeſſore, nunc jam martyre, ſubſcribente, ut lapſis infirmis & in exitu conſtitutis pax daretur. *Hinc etiam S. Pacianus, Barcinonenſis epiſcopus, epiſt. 3 contra Novatianorum Tractatus ex eodem capite perfidiam Novatiani probat; quippe qui, cùm clero Romano olim conſentiens, eximiam illam pro pace lapſis danda epiſtolam ſcripſiſſet, deinde invidiæ ſtimulis in S. Cornelium Pontificem incitatus, pacis ſpem lapſis omnibus præcluſam eſſe volebat. Sed de ſchiſmatico hoc plura in S. Cornelii geſtis jam retulimus, & in hoc ipſo Commentario referemus.*

E

Pamelius ex hac epiſtola aliam,

300 *Supereſt, ut de uno ejuſdem epiſtolæ loco aliquid obſervemus. Romani in ea ſic loquuntur:* Quamquam nobis in tanto negotio placeat, quod & tu ipſe tractâſti, priùs Eccleſiæ pacem ſuſtinendam, deinde ſic collatione conſiliorum cùm epiſcopis, presbyteris, diaconis, confeſſoribus pariter ac ſtantibus laïcis facta, lapſorum tractare rationem. *Ad hæc notat Pamelius, cùm laudata verba nuſquam in ſuperioribus epiſtolis exſtent, veriſimile fieri, ea ex epiſtola* S. Cypriani, *quæ perierit, deſcripta fuiſſe. Idem habet ad epiſtolam 26, in qua confeſſores Romani conſentiunt, lapſorum cauſas debere* cautè moderatéque tractari, conſultis omnibus epiſcopis, presbyteris, diaconibus, confeſſoribus & ipſis ſtantibus laïcis; *adduntque*, ut in tuis litteris & ipſe teſtaris. *Denique ad epiſtolam 52, quæ ad Antonianum eſt, dennò monet, litteras, in quibus ſimilia ad Romanos ſcripſerat, excidiſſe.*

F

quæ perierit, fruſtra requirit.

301 *At fruſtra ex adductis locis aliam ad Romanos epiſtolam extundere conatur: quamvis enim in prioribus* S. Cypriani *litteris citata ſententia iiſdem planè verbis expreſſa nuſquam legatur, quoad ſubſtantiam tamen exſtat in epiſtola 13 ad clerum, quam unam è tredecim ad Romanos tranſmiſſis eſſe ſuprà oſtenſum eſt. Sic autem in hac Sanctus loquitur:* Ceteri verò, qui nullo libello à martyribus accepto invidiam faciunt; quoniam non paucorum, nec eccleſiæ unius provinciæ, ſed totius orbis hæc cauſa eſt, exſpectent de Domini protectione Eccleſiæ ipſius publicam pacem. Hoc enim & verecundiæ & diſciplinæ & vitæ ipſi omnium noſtrûm convenit, ut præpoſiti cum clero convenientes, præſente etiam ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide & timore ſuo honor habendus eſt, diſponere omnia conſilii communis religione poſſimus. *Hæc verbis quidem, at non re, à laudatis ſententiis, in quibus etiam nonnulla occurrit vocum diſcrepantia, differunt; ideóque*

AUCTORE C. S.

que hanc epiſtolam ſuprà deſignare potuerunt Romani; uti etiam XI, *in qua ſimilia legere eſt: nam periodos illas de verbo ad verbum ex* S. Cypriani *epiſtola deſcriptas eſſe, nemo probaverit.*

Confeſſores Romani ad eumdem ſcribunt.

302 *Cleri Romani litteris ſuprà relatis S. Moyſes & Maximus presbyteri, & Nicoſtratus ac Rufinus diaconi, ceterique confeſſores, quos Sanctus per epiſtolam* 25 *conſolatus fuerat, ſuas etiam ſatis prolixas, è carcere addidêre, quæ inter Cyprianicas numero* 26 *referuntur. Hi actis primùm* S. Cypriano *pro epiſtola ejus conſolatoria gratiis, quâ ſeſe in ergaſtulo ſuo mirum in modum recreatos, & ad quidlibet pro Chriſti fide patiendum vehementer accenſos profitentur, preces illius poſtulant, ac paſtoralem ejuſdem, ut ut à grege ſuo abſentis, vigilantiam, invictumque in diſciplina Eccleſiæ ſervanda vigorem commendant. Cetera, quæ ſubdunt, ejuſdem quoque argumenti ac ſententiæ ſunt, cujus cleri Romani litteræ; ideòque neceſſe non eſt ea hîc repetere.*

Utramque epiſtolam Pearſonius

B

303 *Pearſonius in Annalibus credidit, laudatas cleri ac confeſſorum litteras menſe Auguſto exeunte ſcriptas, Septembri verò* S. Cypriano *redditas eſſe; neque hanc moram miram videri debere conſideranti, quid à Romanis, antequam reſponderint, factum fuerit. Ad hoc allegat illud Romanorum in epiſt.* 31 : Quærentes diu, & quidem multi, & quidem cum epiſcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longè poſitis perſecutionis iſtius ardor ejecerat, ... nihil innovandum putavimus *&c. Verùm rectè obſervavit Maranus, reſponſum illud à Pearſonio juſto ampliùs differri; cùm Carthaginenſis eccleſiæ perturbatio celeri medicinâ egeret, & optimo Epiſcopo, tot inter fluctus laboranti, eximenda eſſet moleſtia, quam ſiniſtra illorum ſuſpicio auxerat, omniſque reſponſi dilatio non poterat non gravare.*

juſto ſeriùs retulit.

304 *Neque tantam moram exigunt citata Romanorum verba: nam cùm etiam Romæ nonnulli lapſi fuerint, dubitandum non eſt, quin clerus ante acceptas* S. Cypriani *litteras eorum cauſam jam tractaverit, ita ut* diu *ſe deliberâſſe dicere potuerint, licèt paucos tantummodò dies poſt receptas dictas litteras eidem negotio impendiſſent. Epiſcopi verò, qui in conſilium adhibiti ſunt, non fuêre è longinquo accerſendi; ſed hi vel vicini*

C

Romæ erant, vel ex aliis provinciis expulſi, ibidem jam verſabantur; ita ut neque ex hoc capite reſponſum tamdiu differendum fuerit, ſed menſe Auguſto S. Cypriano *reddi jam potuerit. Hinc ulteriùs obſerva, epiſtolam* 29, *quam paragrapho præcedenti ſcriptam eſſe oſtendimus, antequam ſanctus Antiſtes memoratum reſponſum accepiſſet, à Pearſonio ad Octobris initium perperam referri.*

D

§ XVII. Romanorum litteras vulgari curat; alias ab iiſdem accipit: pax propinqua ipſi revelatur, ad quam accelerandam ſuos de orando Deo monet.

Litteras à Romanis acceptas

QUanto gaudio prædictæ Romanorum litteræ ſanctiſſimum Præſulem affecerint, colligere licet ex magnitudine mali, quo ipſius eccleſia laborabat, & cui ipſe ſollicitè mederi conatus, nonnullorum è clero ſuo, confeſſorum plurium, ac omnium penè lapſorum invidiam, quaſi æquo ſeverior in ſe commoverat. Huic autem malo nullum præſentius poterat eſſe remedium, quàm laudatæ litteræ, in quibus dum ex Romani cleri

E

confeſſorumque auctoritate, quidquid à S. Cypriano geſtum fuerat, probabatur, Aſrorum confeſſorum, clericorumque temerè indulgentium perniciоſa facilitas, & injuſtæ lapſorum de ſuo Antiſtite querelæ ac procacitas ſimul retundebantur. Neque etiam eas diu latêre paſſus eſt S. Cyprianus, ſed earumdem exemplar ad clerum ſuum deſtinavit, ſollicitè curans, ut in omnium tam peregrinorum, quàm indigenarum notitiam pervenirent.

deſcribi, & in omnium notitiam

306 *Id liquet ex epiſtola ipſius* 32, *quam hac ſuper re ad clerum ſuum his verbis conſcripſit:* Quales litteras ad clerum Romæ agentem fecerim, quidque illi mihi reſcripſerint; quid etiam Moyſes & Maximus presbyteri, & Nicoſtratus & Rufinus diaconi, & ceteri cum eis confeſſores in cuſtodia conſtituti, æquè ad litteras meas reſcripſerint, ut ſcire poſſetis, fratres cariſſimi, exempla vobis legenda tranſmiſi. Vos curate, quantùm poteſtis pro diligentia veſtra, ut ſcripta noſtra & illorum reſcripta fratribus noſtris innoteſcant. Sed & ſiqui de peregrinis epiſcopi collegæ mei, vel presbyteri, vel diacones, præſentes fuerint, vel ſupervenerint, hæc

F

omnia de vobis audiant: & ſi exempla epiſtolarum tranſcribere, & ad ſuos perferre voluerint, facultatem tranſcriptionis accipiant.

perferri curat.

307 Quamvis & Saturo lectori, fratri noſtro, mandaverim, ut ſingulis deſiderantibus deſcribendi faciat poteſtatem, ut in eccleſiarum ſtatu quoquo modo interim componendo ſervetur ab omnibus una & fida conſenſio. De ceteris verò, quæ agenda erunt, ſicut & collegis meis plurimis ſcripſi, pleniùs conſilio communi tractabimus, quando convenire in unum, permittente Domino, cœperimus. *Eaſdem pariter litteras ad æquitatem ſententiæ ſuæ probandam, ac convincendum Novatianum, ut ſuprà dictum eſt, laudavit in epiſtola* 52 *ad Antonianum, ubi etiam ait, illas quaquaverſum tranſmiſſas fuiſſe;* Quæ litteræ, *inquiens*, per totum mundum miſſæ ſunt, & in notitiam eccleſiis omnibus & univerſis fratribus perlatæ ſunt. *Porrò ex eo, quòd Sanctus hîc dicat, mandatum à ſe Saturo fuiſſe, ut memoratas epiſtolas deſcribendi copiam cuilibet faceret, colligunt nonnulli, eas ab eodem Saturo Româ allatas fuiſſe; quod etſi ex loco incertum ſit, quia tamen conſtat, illum unà cum Optato epiſtolæ* 22 *ad Romanos latorem fuiſſe, veriſimile quoque eſt, eum-*

A *eumdem Romanorum responsa retulisse.*

Alias ab iisdem litteras recipit,

308 *Non admodùm diu post altera Romani cleri epistola, quâ ad Cyprianicam 29, quam num. 291 exhibuimus, respondebatur, in Africam allata videtur. In hac Romani post significationem doloris, quem cùm ex optimi Antistitis afflictione, tum ex lapsorum arrogantia conceperant, horum petulantiam ac Luciani, ceterorumque confessorum, qui huic adhærebant, inverecundiam acriter castigant, hosque ad modestiam, illos ad humilitatem & pœnitentiam reducere conantur.* Cypriani *verò constantiam & Euangelicam severitatem laudant, utque in ea perseveret, hortantur, ac sperare jubent fore, ut, qui tum medecinam respuebant, postmodùm gauderent, se ad eam dilatos fuisse:*

in quibus de Privato hæretico memoratur.

309 *Ex eadem epistola discimus,* S. Cyprianum *eis de Privato Lambesitano hæretico, cujus infrà mentio recurret, aliquid significâsse; de quo cùm nihil in epist. 29 legatur, si hæc integra exstet, videtur id per peculiarem epistolam feciſſe. Sic enim scribunt Romani :* Quod autem pertinet ad Privatum Lambesitanum, pro tuo more

B fecisti, qui rem nobis tamquam sollicitam nuntiare voluisti. Omnes enim nos decet pro corpore totius Ecclesiæ, cujus per varias quasque provincias membra digesta sunt, excubare. Sed nos etiam ante litteras tuas fraus callidi hominis latêre non potuit : nam cùm antehac quidam ex ipsius nequitiæ cohorte venisset vexillarius Privati Futurus, & fraudulenter litteras à nobis elicere curaret; nec, quis esset, latuit, nec litteras, quas volebat, accepit.

Quo ordine scriptæ fuerint

310 *Pamelius epistolam hanc ante prolixiorem illam, de qua § præcedenti egimus, scriptam credidit, ratus per illam ad varias* S. Cypriani *litteras responsum interim à Romanis esse, donec prolixior ex communi maturoque consilio scriberetur. At mihi contrarium prorsus ex utraque epistola dicendum videtur, & quæ trigesima prima est, trigesimæ præponenda. Rationem accipe.* S. Cyprianus *post epistolam 15, in qua clero Romano secessus sui, omniumque, quæ in eo pro grege suo egerat, rationem reddidit, primùm epistolam 22, deinde verò etiam 29 ad eumdem clerum conscripsit. In epistola autem 22, quam per Optatum hypodiaconum & Saturum lectorem Romam delatam esse ex epistola 24 habemus, Sanctus de aliquot confessorum, ac Luciani in primis temeritate, nataque inde lapsorum arrogantia conquestus est. In vigesima nona verò alias querelas de lapsis deposuit, qui etiam audaciores facti ad eum scripserant,* pacem non dandam sibi postulantes, sed quasi jam datam sibi vindicantes.

C

laudatæ epistolæ vigesima nona,

311 *Ad hujus postremæ epistolæ argumentum apprimè respondet epistola 30, quam Romanus clerus sic exorsus est :* Cùm perlegissemus, Frater carissime, litteras tuas, quas per Fortunatum hypodiaconum miseras, gemino fumus dolore perculsi, & duplici mœrore confusi; quòd neque tibi requies ulla in tantis persecutionis necessitatibus traderetur, & lapsorum fratrum immoderata petulantia usque ad periculosam verborum temeritatem producta denotaretur *&c. Pergit deinde de lapsorum illorum, quique eos instigabant, confessorum temeritatem acriter castigare, ac denique de Privato hæretico meminit, de quo illi Sanctus aliquid nuntiaverat. Tota itaque hæc epistola responsoria est ad solam epistolam 29, per Fortunatum, non ad alias per alios perlatas, si dicta de Privato excipias, de quo etiam in prioribus litteris nulla exstat mentio, ut suspicari li-*

ceat, Romanos de hæretico illo aut per peculiarem epistolam, aut per Fortunatum ipsum à S. Cypriano *instructos fuisse.* AUCTORE C. S.

trigesima & trigesima prima.

312 *Contrà verò epistola 31 responsum ad ceteras omnes sic continet, ut pateat quidem, confessorum lapsorumque temeritatem Romano clero ex prioribus litteris innotuisse, sic tamen ut summa illa audacia, quæ in epistola 29 exponitur, eumdem latuisse videatur. Existimo itaque, epistolam 29 à* S. Cypriano *scriptam esse, antequam hic responsum ad suas priores à Romanis accepisset, Romamque à Fortunato allatam, dum isti suam 31 in Africam jam destinâssent, sic ut utriusque latores obviare sibi potuerint, dum eorum unus in Africam, alter in Italiam contenderet. Nec refert, quòd Romani in epistola 31 dicant :* Hoc nos non falsò dicere, superiores nostræ litteræ probaverunt, in quibus vobis sententiam nostram ... protulimus. *Agunt enim hîc de litteris, non ad* Cyprianum, *sed ad clerum datis, quæ perierunt, quasque Sanctus à se lectas fuisse in epistola 22, verbis num. 279 relatis scripserat, &* in quibus, *eodem teste,* Euangelii plenus vigor & disciplina robusta *continebatur. Id ita esse, colligitur ex eo, quòd Romani in laudata epistola 31 dicant, sese in prioribus istis litteris sententiam exposuisse adversus libellaticos, de quibus in prioribus eorum litteris, quas habemus, nulla prorsus est mentio.* E

Revelatur ipsi propinqua pax,

313 *Ad solatium, quod sanctus Episcopus ex Romanorum litteris perceperat, accessit & aliud multò majus, divinum scilicet de propinqua Ecclesiæ pace promissum, de quo in epistola 7, aliàs 8, ad clerum suum sic loquitur :* Denique ad minimum Famulum suum, & in delictis licèt plurimis constitutum, & dignatione ejus indignum, tamen ille pro sua circa nos bonitate mandare dignatus est : Dic illi, inquit, securus sit; quia pax ventura est; sed, quod interim morula est, supersunt adhuc aliqui, qui probentur. *Neque distulit Sanctus gregem suum tam læti nuntii participem facere; præsertim cùm proximæ pacis spes non parùm conductura videretur ad lapsorum animos componendos, qui causam suam differri eò molestiùs tulerant, quò longiùs pax abesse crederetur. Quia tamen Sanctus tum divinis Scripturarum præceptis, tum cœlestibus visionibus instructus, probè noverat, horrendam illam tempestatem ad castiganda fidelium delicta immissam esse, nec tamdiu fuisse duraturam, si hi ad pœnitentiam seriò conversi, misericordiam Dei, quâ par erat ratione, implorâssent, pro pastorali sua sollicitudine statuit suos ad tanti mali causas simul & reddendæ pacis moras tollendas denuò exhortari.* F

quam clero nuntians, monet,

314 *Facit id per dictam epistolam, quam tredecim litteris, unà cum decima quarta ad Romanos missis, à Pearsonio perperam annumerari diximus § 10. Laudat eam S. Augustinus lib. 4 de Baptismo contra Donatistas, cap. 2,* ad clericos de precando Deo *scriptam dicens, quod totius epistolæ argumentum & scopus est. Etenim id in ea unicè agit, ut persecutionem illam pro delictis suis infligtam agnoscentes, pacem divinitus promissam,* non voce solâ, sed & jejuniis & lacrymis & omni genere deprecationis *Deum exorantes, maturare nitantur. Hoc verò ut ocyùs impetrent, jubet eos duo in oratione diligenter cavere, quibus illos Deo vehementer displicuisse, eodem revelante, cognoverat; videlicet ne discordi animo, neve oscitanter orarent.* Petamus, *inquit,* & accipiemus; & si accipiendi mora &

AUCTORE C. S.

tarditas fuerit, quoniam graviter offendimus, pulsemus, quia & pulsanti aperietur, si modò pulsent ostium preces, gemitus & lacrymæ nostræ, quibus insistere & immorari oportet; & si sit unanimis oratio.

ut eam concordibus

315 Nam quod magis suasit & compulit, ut has ad vos litteras scriberem, scire debetis (sicut Dominus ostendere & revelare dignatus est) dictum esse in visione: Petite, & impetratis; tum deinde præceptum plebi assistenti, ut pro quibusdam personis designatis sibi peterent: in petendo autem fuisse dissonas voces, & dispares voluntates, & vehementer hoc displicuisse illi, qui dixerat: Petite, & impetratis; quòd plebis inæqualitas discreparet, nec esset fratrum consensio una & simplex & juncta concordia. *Ab hac dissensione causam negatæ eò usque pacis repetendam docet, idque ex Matt. cap.* 18 *sic probat:* „Dico „autem vobis (*verba Christi sunt*) quoniam si „duobus ex vobis convenerit in terra de omni „re, quamcumque petieritis, continget vobis à „patre meo, qui in cælis est.„ Quodsi duo unanimes, *prosequitur sanctus Episcopus*, tantum possunt, quid si unanimitas apud omnes esset? Quod si secundùm pacem, quam nobis Dominus de-
B dit, universis fratribus conveniret, jam pridem de divina misericordia impetrâssemus, quod petimus, nec tamdiu in hoc salutis & fidei nostræ periculo fluctuaremus. Immò verò nec venissent fratribus hæc mala, si in unum fraternitas fuisset animata.

ac assiduis precibus

316 *Subdit hîc & aliam visionem, quâ persecutio in peccatorum pœnam infligenda dudum antè prædicta fuerat, quamque nos num.* 127 *jam retulimus, ac propterea hîc præterimus. De altero, quod cavendum dixerat, sic habet:* Oremus instanter, & assiduis precibus ingemiscamus. Nam & hoc nobis non olim per visionem, fratres carissimi, exprobratum sciatis, quòd dormitemus in precibus, nec vigilanter oremus. *Ex hisce obiter collige, studiose lector, quanta esse debuerit sanctissimi Episcopi cum Deo conjunctio, quàm accepta huic illius vigilantia, quem tam crebris revelationibus instruere dignatus est. Quia verò hæc ad erudiendum gregem suum sibi dicta noverat, voluit, ut in notitiam omnium pervenirent.* Dissimulare, *inquiebat*, hæc singula, & apud con-
C scientiam meam solus occultare non debui, quibus unusquisque nostrûm & instrui & regi possit. Nec ipsi denique apud vos hanc epistolam teneatis occultam; sed legendam fratribus suggeratis: intercipere enim, quibus nos Dominus admonere & instruere dignatur, ejus est, qui admoneri & instrui fratrem suum nolit.

maturiùs impetrare conentur;

317 *Denique quanto animi ardore, quemque in finem Ecclesiæ pacem desideraret, in calce epistolæ his verbis significat:* Præcessit disciplina, sequetur & venia. Nos tantùm sine cessatione poscendi, & cum fide accipiendi, simplices & unanimes, Dominum deprecemur, cum gemitu pariter & fletu deprecantes, sicut deprecari oportet eos, qui sint positi inter plangentium ruinas & timentium reliquias, inter numerosam languentium stragem & exiguam stantium firmitatem. Rogemus pacem maturiùs reddi, citò latebris nostris & periculis subveniri, impleri, quæ famulis suis Dominus dignatur ostendere, redintegrationem Ecclesiæ, securitatem salutis nostræ, post pluvias serenitatem, post tenebras lucem, post procellas & turbines placidam lenitatem, pia paternæ dilectionis auxilia, divinæ Majestatis solita magnalia, quibus & persequentium blasphemia retundatur, & lapsorum pœnitentia reformetur, D & fortis & stabilis perseverantium fiducia glorietur.

sæviebat enim persecutio;

318 *Persecutionem, dum hæc scriberet, adhuc acriter sævisse, manifestum est, tum quòd de ea in hac epistola dicat:* Quæ gregem nostrum maxima ex parte populata est, & adhuc usque populatur; *tum quòd, cùm dixisset:* Tormenta venerunt, & tormenta sine fine tortoris, sine exitu damnationis, sine solatio mortis, tormenta, quæ ad coronam non facilè dimittant, sed tamdiu torqueant, quamdiu dejiciant; nisi si aliquis divina dignatione subtractus inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino supplicii, sed velocitate moriendi: *quòd, inquam, cùm hæc dixisset, mox subdat:* Hæc patimur delicto & merito nostro: *quæ verba præsentem persecutionis atrocitatem luculenter demonstrant. Nec inanis est Tillemontii ac Marani suspicio, circa hoc tempus nonnullos è clero, qui eò usque integer steterat, succubuisse; quorum lapsum* S. Cyprianus *in epistola* 5, *circa finem hujus anni scripta, deplorat;* Infesta, *inquiens*, tempestas, quæ plebem nostram ex maxima parte postravit, hunc quoque addidit nostris doloribus cumulum, ut etiam cleri portionem sua strage perstringeret. F *De iisdem etiam meminit in epistola* 35, *ut suo loco videbimus.*

sed, an 5 primores urbis

319 *At non video, cur ad hoc potiùs tempus, quàm ad aliquem ex anterioribus mensibus referendum Marano* § 15 *Vitæ visum fuerit, quod* S. Cyprianus *in epist.* 40 *occasione schismatis quinque presbyterorum verbis planè obscuris attingit in hunc modum:* Quinque isti presbyteri nihil aliud sunt, quàm quinque primores illi, qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati, ut fidem nostram subruerent, ut gracilia fratrum corda ad lethales laqueos prævaricatione veritatis averterent. Eadem nunc ratio, eadem rursus eversio per quinque presbyteros, Felicissimo copulatos, ad ruinam salutis inducitur *&c. De hoc schismate* § 20 *agemus; sed quod huc spectat, non omnes eodem modo illa de primoribus verba interpretantur. Pamelius in Annotatis credidit, non veram historiam, sed visionem referri, in qua presbyterorum schisma per quinque civitatis primores, ad persequendam Ecclesiam magistratibus adjunctos, præsignificatum Sancto fuerit.*

E

se magistratui adversùs Christianos

320 *Huic opinioni favet is loquendi modus:* Quinque isti presbyteri nihil aliud sunt, quàm quinque primores illi *&c.: sed cùm nulla hîc fiat de visione mentio, & velut de re vulgo nota agatur, dicendum tum erit, visionem illam litteris, quæ nunc desiderantur, Carthaginensi clero jam antè indicatam fuisse. Eminentissimus Baronius ad annum Christi* 253, *num.* 31 *eadem verba de quinque aliis presbyteris accepit, qui desertores fidei facti, magistratibus operam in persequendis fidelibus dederint. Verùm hæc opinio omni caret fundamento; neque ulla ratio suadet, ut per* quinque primores *totidem presbyteros intelligamus. Adde, quòd in Baronii sententia hæc sub persecutionis initium contigissent: quod si verum esset,* S. Cyprianus *tam detestandam, in presbyteris præsertim, perfidiam in prioribus litteris procul omni dubio pro meritis castigâsset, quod tamen nusquam legitur fecisse. Imò cùm sub finem persecutionis, in epistola scilicet* 5 *&* 35, *de clericorum aliquot lapsu primùm meminerit, verisimile non est, quod de quinque presbyteris illis hîc refert Baronius.*

321 *Tillemontius Notâ* 25, *quamquam Pà-*

mc-

A *tum primùm juxerint, incertum est.*

melii conjecturam probabilem putet, addit tamen aliam; videlicet, magistratus Carthaginenses, dum edictum aliquod contra Christianos promulgarent, fortè reipsa quinque è primoribus sibi adstare, aut edicto subscribere jussisse. Maranus denique non dubitat, quin nulla revelatio hîc memoretur; sed quinque civitatis primores in promulgando exsequendove hujusmodi edicto magistratibus revera adjuncti fuisse dicantur; jamque idem Ecclesiæ periculum à quinque presbyteris schismaticis oriri, quod primores illi creaverant. Nec displicet mihi hæc interpretatio: sed quorsum eam operam ad subruendam fidem à quinque istis primoribus collatam tam serò collocet, non perspicio; nisi fortè quia id nuper *feciſſe dicuntur. Verùm ea vox ad aliquot menses anteriores facilè extendi potest, ipso teste Marano § xx Vitæ, ubi eam etiam de rebus ante annum gestis accipi posse contendit.*

§ XVIII. Clero suo curam confessorum ac pauperum commendat: Aurelium ac Celerinum lectores creat: ad confessores Romanos scribit: S. Numidicum presbyterum eidem clero adjungit.

B

Sanctus clero suo curam

AD *eumdem annum* 250 *senescentem pertinent aliquot epistolæ, in quibus* S. Cyprianus *spem reditûs sui, quam ex divina revelatione, ut suprà dictum est, conceperat, non semel significavit. Nolo eas ad certos menses, ut nonnulli fecêrunt, sine certo argumento reducere; nec contendere, quæ cui præponenda sit; cùm nullas in iis notas, unde id statui possit, reperiam. In primis circa hoc tempus scripta videtur epistola* 37, *quam cum Marano hùc rejiciendam putavimus contrà Pearsonium ac Tillemontium, qui eam mensi Majo affixerunt. Ratio est, quam jam attigimus, scilicet, quia de maturo suo Carthaginem reditu in hac loquitur; quod non videtur observâsse Tillemontius, qui eadem de causa unam & alteram epistolam inter tredecim ad Romanos missas recenseri non posse ipse judicavit.*

C

in carcere morientium,

323 *Hâc epistolâ sanctus Antistes clerum suum, quod jam aliàs frequenter fecerat, de cura & honore confessoribus, cùm vivis tum defunctis, necnon & pauperibus, qui à fide non defecerant, sedulò exhibendis admonuit, testatus sese hac in parte nemini concessurum, si adesse sibi liceret.* Atque utinam, *ait*, loci & gradus mei conditio permitteret, ut ipse nunc præsens esse possem: promptus & libens solemni ministerio cuncta circa fortissimos fratres nostros dilectionis obsequia complerem. Sed officium meum vestra, quæso, diligentia repræsentet, & faciat omnia, quæ fieri oportet circa eos, quos in talibus meritis fidei ac virtutis suæ illustravit divina dignatio. *Istud verò in ea præcipuè agit, ut* corporibus etiam omnium, qui etsi torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propensior; *cùm hujusmodi confessores inter beatos martyres recensendi sint, prout ibidem pluribus probat.*

AUCTORE C. S.

quorum nomina petit,

324 *Hinc jubet eorumdem nomina diesque, quibus moriuntur, ad se transmitti, ut illorum memoriam, non minùs ac ceterorum martyrum, celebrare posset, quemadmodum eò usque in secessu fecerat, & brevî cum clero suo Carthagine se celebraturum sperabat.* Denique, *inquit*, & dies eorum, quibus excedunt, annotate; ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus & devotissimus frater noster pro cetera sollicitudine & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis impertit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt; & celebrentur hîc à nobis oblationes & Sacrificia ob commemorationes eorum, quæ citò vobiscum, Domino protegente, celebrabimus.

& pauperum commendat.

325 *Pauperum denique, qui in fide perstiterant, sedulam curam commendat,* quibus quidem, *ait*, nunc major à nobis & dilectio & cura præstanda est, quòd nec paupertate adacti, nec persecutionis tempestate prostrati, cùm Domino fideliter serviunt, ceteris quoque pauperibus exemplum fidei præbuerunt. *Ex his porrò colligere licet primò, quanti Sanctus martyres ac confessores faceret, quantaque cum sollicitudine non modò inopiæ, dum viverent, sublevandæ, sed etiam gloriæ post obitum celebrandæ studeret; quippe qui Tertulli operâ, ut ut sedulâ, non contentus, eorumdem nomina diesque emortuales annotandi provinciam omni clero commendatam esse voluerit. Secundò, cùm in hac epistola nulla fiat mentio de martyribus per tormenta palàm enecatis, sed tantùm de mortuis in carcere, colligimus, persecutionem, dum hæc scriberentur, minùs atrociter processisse, quod etiam spes maturi reditûs significata, quodque addit de pauperibus veluti tempestate jam defunctis, confirmat.*

E

Aurelium ac Celerinum juvenes

326 *Ad hunc pariter annum exeuntem referenda sunt, quæ de Aurelio ac Celerino ordinatis lectoribus, & de Numidico in clerum Carthaginensem allecto in epist.* 33 *& duabus sequentibus leguntur. Erant Aurelius & Celerinus par nobile juvenum, qui non minùs virtutibus instructi, quàm glorioſa Christi confessione, toleratisque pro ea cruciatibus illustres, morum sanctitate ætatem suam superaverant;* pares ambo, *ut* S. Cyprianus *in epist.* 34 *loquitur*, & uterque consimiles, in quantum gloriâ sublimes, in tantum verecundiâ humiles, quantùm divina dignatione promoti, tantùm sua quiete & tranquillitate summissi, & virtutum pariter & morum singulis exempla præbentes, & congressioni & paci congruentes, illic robore, hîc pudore laudabiles. *Illorum prior Aurelius Christum in Africa bis confessus, primò exsilium, deinde tormenta fortissimè tulerat; nec sciebat sanctus Præsul, quid in eo prædicare potiùs deberet,* gloriam vulnerum, an verecundiam morum.

F

virtutibus ac confessione illustres

* *al.* Ignatium

327 *Celerinus aviam suam Celerinam, & patruum ac avunculum Laurentium vel Laurentinum, atque Egnatium*, inter sanctos martyres glorioſa nece coronatos numerabat, & ipse minimè degener cum persecutionis auctore Decio Romæ fortiter congressus fidem Christo servaverat, & è carcere, nescio quam ob causam, emissus ac in Africam reversus,* in corpore glorioso, *ut* S. Cypriani *verbis ex laudata epistola denuò utar*, clara vulnerum signa ... & in nervis ac membris longa tabe consumptis expressa vestigia *servabat.*

AUCTORE C. S.

Is ipſe eſt Celerinus, cujus modeſta & pietatis plena epiſtola ad Lucianum exſtat inter Cyprianicas vigeſima, quamque ſanctus Epiſcopus in epiſtola 22 multùm laudavit. De eodem ſimul & de SS. Celerina, Ignatio ac Laurentino actum eſt in Opere noſtro ad diem III *Februarii, quo Romano Martyrologio inſcripti ſunt.*

328 *Sed ut ad* S. Cyprianum *redeamus, hic in eccleſiæ ſuæ damna reparanda intentus, paſſus non eſt, tam illuſtres pugiles, quorum miniſterium non minori ornamento quàm utilitati futurum noverat; inter laicos diutius numerari: & quia eorum ætas nondum matura erat presbyterio, eos lectores interim ordinavit, ſic tamen, ut jam inde nonnullis presbyterorum prærogativis gauderent.* Hos tamen interim, *ait in epiſtola* 34, lectores conſtitutos ſciatis, quia oportebat lucernam ſuper candelabrum poni, unde omnibus luceat, & glorioſos vultus in loco altiore conſtitui, ubi ab omni fraternitate circumſtante conſpecti, incitamentum gloriæ videntibus præbeant. Ceterùm presbyterii honorem deſignâſſe nos illis jam ſciatis, ut & ſportulis iiſdem cum presbyteris honorentur, & diviſiones menſurnas æquatis quantitatibus partiantur, ſeſſuri nobiſcum provectis & corroboratis annis ſuis; quamvis in nullo minor poſſit videri ætatis indole, qui conſummavit ætatem gloriæ dignitate.

ad presbyteratum deſtinat, & lectores

B

329 *Non eodem tamen die utrumque ordinatum eſſe, ſed priùs Aurelium, ac paulò pòſt Celerinum colligitur ex gemina epiſtola, quâ Sanctus clerum plebemque ſuam de utriuſque ordinatione certiorem fecit, quod alioquin unâ eâdemque epiſtolâ præſtitiſſet, ſicuti per epiſtolam 24 Saturum lectorem, & Optatum hypodiaconum à ſe creatos eſſe nuntiaverat. Et Celerinus quidem primùm ex modeſtia, ut credere par eſt, nonnihil fuerat reluctatus; ſed cæleſti viſione poſtea admonitus, initiari ſe paſſus eſt, ingenti ſanè ſancti Antiſtitis gaudio. Etenim in epiſt.* 34 *ſic ſuos alloquitur:* Exultate itaque & gaudete nobiſcum litteris noſtris, quibus ego & collegæ mei, qui præſentes aderant, referimus ad vos, Celerinum fratrem, virtutibus pariter & moribus glorioſum, clero noſtro non humana ſuffragatione, ſed divina dignatione conjunctum. Qui cùm conſentire

interim ordinat;

C

dubitaret eccleſiæ, ipſius admonitu & hortatu in viſione per noctem compulſus eſt, ne negaret nobis ſuadentibus. Cui plus licuit, & coëgit; quia nec fas fuerat, nec decebat, ſine honore eccleſiaſtico eſſe, quem ſic Dominus honoravit cæleſtis gloriæ dignitate.

330 *Porrò quia utriuſque ordinatio, inconſultis clero ac plebe, præter morem facta fuerat,* S. Cyprianus *geminâ, ut ſuprà dixi epiſtolâ, quarum prior* 33 *de Aurelio eſt, altera* 34 *de Celerino, eos de hac re admonuit, docuitque, cur eorumdem conſenſum, quod aliàs ſolebat, exſpectandum non putâſſet. In priori epiſtola ſic ſcribit:* In ordinationibus clericis, fratres cariſſimi, ſolemus vos antè conſulere, & mores ac merita ſingulorum communi conſilio ponderare: ſed exſpectanda non ſunt teſtimonia humana, cùm præcedunt divina. *Deinde Aurelii præclaram confeſſionem & eximias virtutes inſigni elogio proſequitur, iiſque ſe motum ait, ut eum ad lectoratum promoveret; quod etiam clero plebique gratum fore non dubitabat. Eamdem rationem ordinati Celerini tradit in epiſt.* 34, *cujus invictam in fide conſtantiam, ceteraſque egregias Chriſtianas dotes pari elogio celebrat.*

idque clero plebique nuntiat.

331 *Eminentiſſimus Baronius ad annum Chriſti* 253, *num.* 88 *hæc menſi Decembri illigat; quia hunc ordinationibus ſacris habendis more majorum jam tum conſtitutum fuiſſe credidit. Sed an ea temporis ratio in Africa tunc obſervata fuerit, non auſim affirmare; nihil tamen obſtat, quo minùs ea dicto menſe re vera contigerint. At certè omni fundamento caret Pearſonii opinio, qui, quia in epiſt.* 33 *de Aurelio dicitur:* Et quoiam ſemper gaudium properat, nec poteſt moras ferre lætitia, Dominico legit interim nobis; *ſtatuit, hunc ipſis Kalendis Decembribus, in quas anno* 250 *dies Dominicus inciderat, initiatum fuiſſe. Omni caret, inquam, fundamento: nam licèt de Decembri menſe conſtaret, quâ, quæſo, vel probabili ſaltem ratione ſuadebit, dicm Dominicum à Sancto deſignatum, primum potiùs, quàm quemlibet alium ejuſdem menſis fuiſſe?*

D

Pauca circa utramque epiſtolam

332 *Incertum pariter eſt, quid ſibi* S. Cyprianus *voluerit, dum verbis citatis mox ſubjecit:* Id eſt, auſpicatus eſt pacem, dùm dedicat lectionem. *Non inepta tamen eorum eſt interpretatio, qui hæc de affulgente Eccleſiæ pace dicta volunt; quaſi dixiſſet Sanctus, Aurelium felici præſagio lectoris munere fungi cœpiſſe, dum Eccleſia primis proximæ pacis radiis recrearetur. Hanc enim opinionem probabilem faciunt tum ea, quæ de pace divinitus promiſſa & poſt morulam concedenda præcedenti* § *retulimus; tum quæ Sanctus in hac eadem epiſtola de ſpe reditûs ſui denuò ſubdit, dicens:* Vos orationibus frequenter inſiſtite, & preces noſtras veſtris precibus adjuvate, ut Domini miſericordia favens nobis, citò plebi ſuæ & Sacerdotem reddat incolumem, & martyrem (*Aurelium*) cum Sacerdote lectorem.

obſervantur.

E

333 *Porrò laudatus Celerinus occaſionem Sancto dedit epiſtolam* 15, *aliàs* 16, *ad S. Moyſem, & Maximum presbyteros conſcribendi, quæ proinde in Pamelii Baluziique editionibus alieno loco recenſita eſt. Celerinus è Romano carcere, quem cum prædictis confeſſoribus toleraverat, dimiſſus & in Africam reverſus, ut diximus,* S. Cyprianus *frequenter narraverat, quanti eum iſti facerent, quámque honorificè de ipſo loquerentur; quod optimo Antiſtiti, invidiâ apud plurimos è ſuis laboranti, perjucundum accidebat. Ut igitur gratas illis vices redderet, laudatam epiſtolam ad eos dedit, in qua gaudio, quod ex ejuſmodi nuntio conceperat, breviter indicato, invictum illorum animi robur, & diuturni carceris gloriam eximiis laudibus proſecutus eſt, preceſque flagitavit, ſuas pariter ipſis pollicitus, quas tamen ex humilitate longè impares agnovit. Juverit aliqua ejus verba recitâſſe.*

Epiſtola 15 *ad confeſſores Romanos*

F

334 Et nos quidem, *inquit*, veſtri diebus ac noctibus memores, & quando in Sacrificiis precem cum pluribus facimus, & cùm in receſſu privatis precibus oramus, coronis ac laudibus veſtris plenam à Domino faventiam poſtulamus. Sed ad reddendam vobis vicem minor eſt noſtra mediocritas. Plus vos datis, quando noſtri in oratione meminiſtis, *&c. Hanc autem epiſtolam anno* 250 *ad finem vergente ſcriptam eſſe, argumento eſt, quod annuum illorum carcerem, in quem ejuſdem anni initio conjecti fuerant, in ea celebret, inter cetera dicens:* Ecce dignitas cæleſtis in vobis honoris annui claritate ſignata eſt. *Attamen cùm nec de pace divinitus promiſſa, nec de Celerino ordinato lectore, vel verbo meminerit, ſcripta videtur, antequam ea contigiſſent, dicenduſque eſt Sanctus more oratorum, nec ipſi etiam*

quando ſcripta?

aliàs

A *aliàs insueto, hìc locutus fuisse, annum non admodùm diu pòst elapsurum, pro jam elapso reputando.*

335 *Circa idem tempus, paulòne ante an pòst ordinationem Aurelii ac Celerini, incertum est,* S. Numidicum presbyterum *simile novum ornamentum ecclesiæ Carthaginensi per S. Numidicum accessit, de quo* S. Cyprianus *clerum & plebem certiorem fecit per epistolam* 35, *quæ quia rem totam breviter exponit, eam huc transfero. Sic ergo habet:* Nuntiandum vobis fuit, fratres carissimi, quod pertineat & ad communem lætitiam, & ad ecclesiæ nostræ maximam gloriam. Nam admonitos nos & instructos sciatis dignatione divina, ut Numidicus presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginensium numero, & nobiscum sedeat in clero, luce clarissima confessionis illustris, & virtutis ac fidei honore sublimis; qui hortatu suo copiosum martyrum numerum lapidibus & flammis necatum ante se misit, quique uxorem adhærentem lateri suo concrematam simul cum ceteris, conservatam magis dixerim, lætus aspexit. Ipse semiustulatus, & lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus, dum postmodùm filia sollicito pietatis obsequio cadaver patris inquirit, semianimis inventus & extractus & refocillatus, à comitibus, quos ipse præmiserat, remansit invictus *. Sed remanendi, ut videmus, hæc fuit causa, ut eum clero nostro Dominus adjungeret, & desolatam per lapsum quorumdam presbyterorum nostrorum copiam glorioſis sacerdotibus adornaret.

B

*l. invitus

336 Et promovebitur quidem, cùm Deus permiserit, ad ampliorem locum regionis (*Pamelius legit* religionis) suæ, quando in præsentiam, protegente Domino, venerimus. Interim, quod ostenditur, fiat, ut cum gratiarum actione suscipiamus hoc Dei munus, sperantes de misericordia Domini ejusmodi ornamenta complura, ut redintegrato ecclesiæ suæ robore, tam mites & humiles faciat in confessûs nostri honore florere. *De hoc S. Numidico, laudatisque plurimis sociis, qui omnes ab antiquis martyrologis præteriti fuêre, sed Romano Martyrologio ad diem* IX *Augusti inscripti sunt, ad eumdem diem actum est in Opere nostro tomo* 2 *ejusdem mensis, ibidemque observatum est, martyrium eorum, cui S. Numidicus semianimis subductus est, non in persecutione Valeriani, ut habet Romanum, sed potiùs sub Decio contigisse; quod etiam Baronius in Annalibus censuit. Idem Eminentissimus ad annum Christi* 253, *num.* 95 *rectè annotavit, assentiente Sollerio nostro loco mox citato, sanctum illum martyrem hìc non dici presbyterum à* S. Cypriano *tunc creatum fuisse, prout inter alios Pamelio in epistolæ argumento visum est; sed eumdem jam tum presbyterum in primariæ totius Africæ sedis clerum ob illustre martyrium aggregatum fuisse.*

Suo clero adjungit.

C

337 *Frustra tamen Pearsonius ad annum* 246, *num.* 2 *suspicionem hinc movere conatur de usu matrimonii presbyteris tum permisso: quasi verò ante presbyteratum matrimonio jungi, ac filiam gignere non potuisset, nec ad latus ejus concremari ejusdem uxor, nisi jam presbytero eam ducere, illâve uti licuisset. Hoc igitur primò probandum erat Pearsonio, ut ex citato loco aliquid pro presbyterorum matrimonio asserendo haberet. At verisimile est, quod tam ipse, quàm Pamelius, Tillemontius ac Maranus, Pamelii lectionem secuti censuêre; videlicet* S. Cyprianum, *dum Numidicum* ad ampliorem locum religionis suæ *promovendum dixit, episcopatum ipsi destinâsse: sed an hunc eidem deinde contulerit, inexploratum est;* AUCTORE C. S. *cùm nullus ejus nominis episcopus in litteris Cyprianicis, aut Carthaginensi concilio occurrat. Baluzius ex auctoritate duorum antiquorum codicum maluit* regionis suæ *legere, eamque vocem de una è regionibus, in quas civitates olim dividi solebant, interpretari.*

Pearsonii inanis animadversio.

§ XIX. Illucescente Ecclesiæ pace, discolos confessores per litteras corripit: reditum suum prudenter differt: pauperum sustentationem clero denuò commendat.

Sopita persecutione, confessores aliquot

E

ANno *Christi* 250 *exeunte, aut certè sub initium* 251, *ecclesia Carthaginensis beneficio pacis,* S. Cypriano *divinitus promissæ, in dies magis magisque frui cœpit. Ita discimus ex epistolis* 5 *&* 6, *aliàs* 6 *&* 7, *in quibus videmus confessores è carceribus dimissos, extorres in patriam reduces, ipsumque sanctum Antistitem de suo Carthaginem reditu jam seriò cogitantem. Quantum hinc gaudium amantissimus sui gregis Episcopus ceperit, ex supradictis conjicere licet: verùm illud nova rursus nec prævisa nonnullorum temeritas ac petulantia vehementer diminuit. E confessorum illorum numero aliqui confessionis suæ gloriâ inflati, ac Christiani nominis immemores, non modò contentionibus & conviciis certare, verùm etiam temulentiâ lasciviâque sese coinquinare non erubuêre; quasi è carcere emissi essent, ut Ecclesiam, quam fide & constantiâ vincti illustraverant, infami libertatis abusu dehonestarent.*

in vitia ruunt: Sanctus nondum ausus

339 *Huic malo accedebat extorrium temeritas, qui longioris moræ impatientes, nondum facta remeandi potestate, in patriam reversi, præsentissimum periculum creabant, ne hâc audaciâ irritati gentiles eos velut magistratuum suorum legumque contemptores non sine Ecclesiæ dedecore plecterent, & vix sopitam persecutionem resuscitarent. Non diu latuêre hæc vigilantissimum Præsulem, qui ut tam fœdo periculosoque malo occurreret, epistolam* 5, *aliàs* 6, *ad clerum suum, &* 6, *aliàs* 7, *ad Rogatianum presbyterum, ceterosque confessores conscripsit, quas utrasque ad rerum ejus temporis notitiam hìc debemus expendere. In priori epistola Sanctus dolorem suum de lapsu aliquorum è clero, quos laicorum stragi persecutio addiderat, breviter testatus, ceterosque exhortatus ad constantiam, de reditu suo ejusque differendi causa sic scribit:* Quamquam causa compelleret, ut ipse ad vos properare & venire deberem, primò cupiditate & desiderio vestri, quæ res in votis meis summa est; tum deinde ut ea, quæ circa ecclesiæ gubernacula utilitas communis exposcit, tractare simul, & plurimorum consilio examinata delimare possemus, tamen potiùs visum est adhuc interim latebram & quietem tenere respectu utilitatum aliarum, quæ ad pacem omnium nostrûm pertinent & salutem, quarum vobis à Tertullo Fratre nostro carissimo ratio reddetur; qui pro cetera sua cura, quam impensè divinis operibus impertit, etiam hujus consilii auctor fuit, ut

F

AUCTORE C. S.

cautus & moderatus exsisterem, nec me in conspectum publicum, maximè ejus loci, ubi toties flagitatus & quæsitus fuissem, temerè committerem.

è secessu prodire, pauperum curam,

340 *Hinc rogat eos, ut ipsi*, quorum minimè illic invidiosa, & non adeò periculosa præsentia *erat, vice sua fungerentur. Præsertim verò pauperum, qui inconcussa fide stabant, curam commendat, iisque de necessariis omnibus prospici jubet*, ne, quod circa fidentes, *ait*, tempestas non fecit, circa laborantes necessitas faciat; *id est, ne fidem suam, quam sæviente persecutione servaverant, egestate adacti proderent. Multò etiam magis de confessoribus è carcere emissis sollicitus erat; nam etsi sciret, horum maximam partem à fidelibus benignè susceptam esse, imò &* plurimos fratres, *ut in epistola 6 loquitur*, pro sua dilectione certatim concurrere, & necessitates *eorum* suis consolationibus adjuvare; *si qui tamen eorum fortè egerent, omnia, non secùs atque dum in carcere essent, eis liberaliter suppeditari mandat. Sic enim in eadem epist. 5 loquitur:* Confessoribus etiam gloriosis impertiatur cura propensior. Et quamquam sciam plurimos ex his fratrum voto & dilectione susceptos, tamen si qui sunt, qui vel vestitu vel sumptu indigeant, sicut etiam pridem vobis scripseram, cùm adhuc essent in carcere constituti, submini-

B

strentur eis, quæcumque sunt necessaria.

missis pecuniis, clero commendat,

341 *Ad hosce sumptus faciendos Sanctus semel & iterum pecuniam miserat, prout in epistola 6 iisdem confessoribus testatur verbis, quæ subdo.* Quamquam clero nostro & nuper, cùm adhuc essetis in carcere constituti, sed nunc quoque denuò plenissimè scripserim, ut, si quid vel ad vestitum vestrum vel ad victum necessarium fuerit, suggeratur; tamen etiam ipse de sumpticulis propriis, quas mecum ferebam, misi vobis CCL; sed & alia CCL proximè miseram. Victor quoque ex lectore diaconus, qui mecum est, misit vobis CLXXV. *Verumtamen ne ecclesia eleëmosynis suis indignos aleret, in priori epistola 5 eam conditionem disertè apposuit, ut, qui iis frui vellent, scirent, se humiles & modestos & quietos esse debere, & confessionis suæ gloriam dignis moribus tueri; ad quod eos per clerum suum voluit sedulò excitari.*

C

& de confessoribus queritur,

342 *Quorsum verò id jubeat, mox indicat his verbis:* Dominus faciat, ut & ego iterum illos maturè videre, & salutari exhortatione componere mentes eorum ad servandam gloriam suam possim: doleo enim, quando audio, quosdam improbè & insolenter discurrere, & ad ineptias vel ad discordias vacare, Christi membra, & jam Christum confessa, per concubitus illicitos inquinari, nec à diaconis aut presbyteris regi posse; sed id agere, ut per paucorum pravos & malos mores multorum & bonorum confessorum gloria honesta maculetur; quos vereri debent, ne ipsorum testimonio & judicio condemnati, ab eorum societate priventur. Is enim demum confessor illustris & verus est, de quo postmodùm non erubescit Ecclesia, sed gloriatur. *Ex fine epistolæ liquet, illum à Donato, Fortunato, Novato & Gordio, incertum, qua super re, consultum fuisse, quibus se solum respondere non posse scribit, quia à primordio episcopatûs sui statuerat nihil sine cleri sui consilio & plebis consensu ex sua privata sententia agere.*

ad quos scribit,

343 *Non diu pòst epistolam alteram, quæ Pamelio 7 est, Baluzio autem 6, ad Rogatianum presbyterum, ceteroque, ut diximus, confessores scripsit, quâ & bonos confirmare, & immorigeros ad officium suum revocare conatus est. Ac primò ingentem gloriam, quam ex Christi confessione retulerant, cum summi gaudii significatione gratulatus, monuit, ut dignitatem nominis sui dignis moribus ac virtutibus sustinerent, meminissentque, quamdiu viverent, sese in acie stare, nec profutura sibi tam glorioſa initia, nisi rectè factorum perseverantiam retinerent; quod ipsum Salomonis ac Saulis exemplo confirmavit. Et quamquam humilitatis tranquillitatisque ac bonorum morum studium Christianis omnibus commune esse debeat, confessoribus tamen præ ceteris curandum ostendit, cùm ad eorum mores reliquorum omnium componendi sint.*

D

probos laudans, & discolos

344 *Post hæc probos confessores laudat, & discolos corripere aggreditur:* Quod quidem, *inquiens*, maxima pars vestrûm cum meo gaudio curat, & confessionis ipsius honore melior facta, tranquillis & bonis moribus gloriam suam custodit & servat. Sed quosdam audio inficere numerum vestrum, & laudem præcipui nominis prava sua conversatione destruere; quos etiam vos ipsi, utpote amatores & conservatores laudis vestræ, objurgare & comprimere & emendare debetis. Cum quanto enim nominis vestri pudore delinquitur, quando aliquis temulentus & lasciviens demoratur, alius in eam patriam, unde extorris factus est, regreditur; ut apprehensus, non jam quasi Christianus, sed quasi nocens pereat? *De nonnullorum quoque superbia ait:* Inflari aliquos & tumere audio; *eamque divino timore, ipsiusque Christi Domini, qui* sicut ovis ad victimam ductus est *&c., exemplo retundit.*

E

reprehendens.

345 *Tum verò de lascivis prosequitur;* Quid deinde, *inquiens*, illud, quàm exsecrandum debet videri, quod cum summo animi nostri gemitu & dolore cognovimus, non deesse, qui Dei templa, & post confessionem sanctificata & illustrata membra, turpi & infami concubitu suo plus maculent, cubicula sua feminis promiscua jungentes; quando, etsi stuprum conscientiæ eorum desit, hoc ipso grande crimen est, quòd illorum scandalo in aliorum ruinas exempla nascuntur. *A contentionibus quoque, conviciis ac maledictis, quæ & à Christiana charitate aliena, & linguâ, quæ Christum confessa est, planè indigna esse ostendit, jubet cavere, & ad virtutum studium invicem cohortari*, ut cùm pro sua misericordia, *ait*, pacem fecerit (*Deus*), quam se facturum repromittit, novi & pœnè mutati ad ecclesiam revertamur, & excipiant nos, sive fratres nostri, sive gentiles, circa omnia correctos atque in melius reformatos, & qui admirati fuerant priùs in virtutibus gloriam, nunc admirentur in moribus disciplinam. *Denique subjungit ea, quæ de transmissis ad eorum egestatem sublevandam pecuniis suprà jam recensuimus.*

F

Clerum de reditu suo dilato,

346 *Interea Ecclesiæ pax in dies magis magisque confirmabatur, sic, ut solus illius turbandæ metus* S. Cyprianum *in suo secessu retineret. Ardebat scilicet post diuturnam absentiam ad sedem suam redire, tum ut sui amicissimorum, proborumque confessorum, tamdiu expetito aspectu frueretur; tum ut gregi suo per persecutionem miserè sauciato ipse præsens medelam afferret, & ecclesiam suam magna ex parte dissipatam componeret. Hæc sanè omnia maturum ad suos reditum optimo Episcopo suadebant; sed cùm non minori prudentiâ, quàm zelo polleret, ac probè sciret, quanto ipse gentilibus odio esset, nihil præcipitandum duxit, exspectandumque, donec rebus omninò pacatis, (nisi tamen Deus aliter juberet) tutò regredi posset;*

nec

A *ne præmaturato reditu ſopitas gentilium iras ſuſcitaret, atque ita gregi ſuo noceret, dum ei prodeſſe unicè conaretur. Ne quid igitur imprudens committeret, epiſtolam* 36 *ad clerum ſuum conſcripſit;* Saluto vos, *inquiens*, fratres cariſſimi, per Dei gratiam incolumis, optans citò ad vos venire, ut deſiderio tam meo, quàm veſtro & omnium fratrum ſatiſfiat.

& de pauperum cura denuò monet.

347 Oportet nos tamen paci communi conſulere, & interdum, quamvis cum tædio animi noſtri, deeſſe vobis, ne præſentia noſtra invidiam & violentiam gentilium provocet, & ſimus auctores rumpendæ pacis, qui magis quieti omnium conſulere debemus. Quando ergo vos ſcripſeritis, rebus compoſitis, me venire debere, aut ſi antè dignatus fuerit Dominus oſtendere, tunc ad vos veniam. Ubi enim mihi aut meliùs poſſit eſſe aut lætiùs, quàm illic, ubi me Deus & credere voluit & creſcere? *Poſt hæc ad ſolitam ſuam de egentibus ſollicitudinem digreditur, miſſaſque in eorumdem alimoniam eleëmoſynas his verbis commemorat:* Viduarum & infirmorum & omnium pauperum curam, peto, diligenter habeatis. Sed & peregrinis, ſi qui indigentes fuerint, ſumptus ſuggeratis de quantitate mea propria, quam apud
B Rogatianum compresbyterum noſtrum dimiſi. Quæ quantitas ne fortè univerſa erogata ſit, miſi eidem per Naricum acolythum aliam portionem, ut largiùs & promptiùs circa laborantes fiat operatio. *Hæc ipſe paterno ſanè animo non modò plebis ſuæ, ſed & peregrinorum indigentiæ perpetuis eleëmoſynis proſpiciens, ſollicitéque cavens, ne quid illis incommodi ex ſua abſentia eveniret.*

Proponitur difficultas

348 *Pearſonius epiſtolam hanc inter tredecim, quas Sanctus ſimul cum decima quarta purgandi ſui ergò Romanis legendas miſit, ut ſuprà dictum eſt, recenſet, & ad initium menſis Martii anni* 250 *refert; quod mihi parùm probabile apparet. Etenim menſe Martio non de* rumpendæ pacis *metu, quæ nulla tum erat, ſed de exorta atque indies magis efferveſcente perſecutione loquendum erat, contrà ac Sanctus hîc facit; ideóque ad nullum tempus ea poteſt aptiùs referri, quàm ad annum* 250 *exeuntem, vel ineuntem* 251, *quando ſopita perſecutio ſpem proximæ pacis à Deo promiſſæ, immò & initium aliquod fecerat, ut ſuperiùs oſtenſum eſt. Tillemontius, qui hac in parte nobiſcum conſentit, nonnullas difficultates ex verbis numero præcedente recitatis ſibi objicit, miſeréque ſe torquet, ut expediat.*

C

circa tempus hujus epiſtolæ,

349 *Laudata enim verba, inquit, inſinuant,* S. Cyprianum, *dum Carthagine excederet, aliquam pecuniæ ſummam in ejuſmodi pios uſus apud Rogatianum dimiſiſſe, jamque dubitare, an ea erogata jam eſſet. Id verò ipſi difficile captu videtur; quia Rogatianum primum omnium Carthagine fidem confeſſum, ideóque & carceri mancipatum fuiſſe opinatur, dum Sanctus inde abſcederet; aut ſi deinde primùm captus fuerit, veretur, ut pecunia illa manibus gentilium potuerit ſubduci. Si autem id ita tamen factum admittatur, non ſatis capit, quo pacto Sanctus poſt decem circitèr menſes, quos inter hujus diſceſſum ſcriptamque epiſtolam collocamus, dubitare potuerit, utrùm ex dimiſſa apud Rogatianum ſumma aliquid ſupereſſet. Difficultatem hanc minorem quidem eſſe obſervat in ſententia Pearſonii, qui eam epiſtolam initio Martii illigavit; ſed in eadem quoque difficiliùs intelligi,* S. Cyprianum *aliam pecuniæ ſummam circa Martium miſiſſe ad Rogatianum, quem Pearſonius ipſe non ante finem Aprilis è carcere liberatum eſſe ſtatuit.*

350 *Ut igitur hiſce ſe expediat Tillemontius,* AUCTORE C. S. *& ad eam reſpondetur.* *ſuſpicatur, duos Rogatianos fuiſſe; vel, quod ipſi præplacet, mendum in textu cubare, & ubi legitur:* Apud eumdem (*imò* apud Rogatianum) ... dimiſi, *legendum eſſe:* ad eumdem ... miſi, *vel:* ad eum pridem miſi. *Ita ipſe: at nemo non videt, hanc correctionem ſine ulla veterum codicum auctoritate factam, nihil aliud, quàm commentum eſſe ad objectam difficultatem eludendam. Neque hanc etiam ſolvit geminus Rogatianus, quamdiu decem menſium ſpatium, aut etiam paulò amplius,* inter S. Cypriani *diſceſſum & epiſtolam* 36 *retinemus. Multo rectiùs Maranus* § 16 *Vitæ negat, ex prædictis Sancti verbis evinci, hunc Carthagine egreſſurum pecuniam aliquam Rogatiano commiſiſſe; cùm ea commodè accipi poſſint de aliqua pecuniæ ſumma, quæ cùm vel pro ſolito Epiſcopi ſtipendio ex eccleſiæ bonis, vel aliunde accepta, ad eum in ſeceſſu mittenda eſſet, ejuſdem juſſu Carthagine dimiſſa fuerit, traditaque Rogatiano, in pauperes eroganda. Certè hæc interpretatio plana eſt, omneſque difficultates tollit. Nam cùm Rogatianus ceteriique confeſſores non diu antequam* S. Cyprianus *hæc ſcriberet, exîſſent è carcere, meritò dubitare potuit, utrùm ex prædicta pecunia aliquid ſupereſſet; cùm ingens confeſſorum ac pauperum numerus eſſet alendus.* E

§ XX. Initium ſchiſmatis Feliciſſimi, qui unà cum nonnullis ipſius aſſeclis à S. Cypriano ejuſque vicariis excommunicatur.

Sancti vicariis opponit ſe

ANnus Chriſti 251 *inchoatus jam erat, &* S. Cyprianus *in ſeceſſu reſponſum, quo de tranquillo rerum ſtatu edoctus, ad cariſſimum ſibi gregem ſuum convolaret, à clero ſuo indies exſpectabat, cùm novæ turbæ, non jam à gentilibus, ſed ab ipſiſmet Chriſtianis concitatæ, lætiſſimas ejus ſpes diſtulerunt. Sanctus Antiſtes præter Rogatianum presbyterum, etiam Caldonium ac Herculanum epiſcopos, & Numidicum pariter presbyterum, ſui vicarios miſerat, ut ſuo nomine eleëmoſynas egenis fidelibus diſtribuerent, eorumque debita ſolverent, & ſi qui eorum ſolitas artes ſuas exercere vellent, hos, quantum neceſſe eſſet, largiori ſtipe juvarent. Iiſdem quoque in mandatis dederat, ut ſimul in ſingulorum ætatem, conditionem ac merita diligenter inquirerent, ut* dignos quoſque & humiles & mites ad eccleſiaſticæ adminiſtrationis officia *promoveret.* F

Feliciſſimus, quem Baronius

352 *Tanta optimi Epiſcopi charitas, & de dignis Eccleſiæ miniſtris eligendis ſollicitudo, quæ omnium animos rapere debuerat, improborum invidiam, quibus illius virtus gravis erat, in ſe concitavit. Erat Carthagine, vel certè prope hanc civitatem, Feliciſſimus quidam, Chriſtianus profeſſione, ſed non moribus; quippe qui ad fraudes & rapinas, de quibus Sancto certò conſtabat, etiam adulterii crimen addidiſſe, à teſtibus fide digniſſimis accuſabatur, ut in epiſtola* 38 *Sanctus affirmat; de quo illum etiam convictum fuiſſe liquet ex epiſtola* 50, *ubi* pecuniæ commiſſæ ſibi

fr au

AUCTORE C. S.

fraudator, ... ſtuprator virginum, ... matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor *dicitur. Eminentiſſimus Baronius variis in locis Annalium Feliciſſimum hunc presbyterum fuiſſe credidit, unumque ex illis, qui epiſcopatui* S. Cypriani *jam ab initio adverſati fuêre.*

presbyterum credidit,

353 *Ita autem opinatus eſt, quia Sanctus in epiſtola* 40 *de Feliciſſimi factione ſic loquitur :* Hoc enim quorumdam presbyterorum malignitas & perfidia perfecit, ne ad vos ante diem Paſchæ venire licuiſſet, dum conjurationis ſuæ memores, & antiqua illa contra epiſcopatum meum, immò contra ſuffragium veſtrum, & Dei judicium, venena retinèntes, inſtaurant veterem contra nos impugnationem ſuam, & ſacrilegas machinationes inſidiis ſolitis denuò renovant. *Hinc idem Eminentiſſimus ad annum* 254, *num.* 60 *&* 61 *& alibi, dum in epiſtola* 49 *Feliciſſimum à Novato diaconum conſtitutum legit, duos Feliciſſimos admittendos putavit, quorum unus jam presbyter, Africani ſchiſmatis, de quo modò agimus, auctor fuerit, alter diaconus factus, Novato alterius ſchiſmatis duci adhæſerit : quod ex oppoſita hæreſi utriuſque ſchiſmatici confirmari ratus eſt; nam prior Feliciſſimus lapſis omnibus ſine prævia pœnitentia veniam dandam contendebat, quam Novatus omnibus quantumvis pœnitentibus negatam volebat.*

B

ſed veriſimiliùs

354 *Verùm mihi minimè dubium apparet, quin Feliciſſimus, Africani ſchiſmatis auctor, idem ſit cum eo, quem Novatus paulò pòſt diaconum conſtitui curavit. Nam ut ad Baronii argumenta reſpondeamus,* S. Cyprianus *Feliciſſimum nuſquam presbyterum appellat; loco autem ex epiſtola* 40 *objecto agit de presbyteris, qui ſe Feliciſſimo conjunxerant, & ſine quibus is nihil tentare aut certè efficere potuiſſet. Hinc poſt pauca de iis ibidem ſic ait:* Nunc apparet, Feliciſſimi factio unde veniſſet, quibus radicibus ſtaret. Hi fomenta olim quibuſdam confeſſoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum Epiſcopo ſuo, ne eccleſiaſticam diſciplinam cum fide & quiete juxta præcepta Dominica continerent ... Ac ne parùm fuiſſet corrupiſſe quorumdam confeſſorum mentes, & contra ſacerdotium Dei portionem ruptæ fraternitatis armare voluiſſe, nunc ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione

C

verterunt, ut ægros & ſaucios & ad capienda fortiora conſilia per calamitatem ruinæ ſuæ minùs idoneos & minùs ſolidos, à medela vulneris ſui avocent, & intermiſſis precibus & orationibus, quibus Dominus longa & continua ſatiſfactione placandus eſt, ad exitioſam temeritatem mendacio captioſæ pacis invitent.

tantùm laicum

355 *De his igitur loquitur, hos ab initio epiſcopatûs ſui ſibi adverſatos fuiſſe,* quinque *ſcilicet* presbyteros, *ut ibidem infrà ait,* Feliciſſimo copulatos ad ruinam ſalutis *ſignificat. Ex iiſdem verò Novatum unum fuiſſe, & hujus operâ eumdem Feliciſſimum diaconatum arripuiſſe, dubitare nos non ſinit epiſtola* 49, *in qua Sanctus Cornelium Papam docet, Novatum, qui Romanam Eccleſiam perturbaverat, Africani quoque ſchiſmatis auctorem eſſe, & de Feliciſſimo ſimul jam diacono facto meminit.* Idem eſt Novatus, *inquit,* qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminavit, qui quoſdam iſtic ex fratribus ab Epiſcopo ſegregavit, qui in ipſa perſecutione ad evertendas fratrum mentes alia quædam perſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt, qui Feliciſſimum, ſatellitem ſuum, diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit, & cum ſua tempeſtate Romam quo- D
que ad evertendam Eccleſiam navigans, ſimilia illic & paria molitus eſt, à clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene ſibi cohærentis & ſe invicem diligentis concordiam ſcindens. Planè, quoniam pro magnitudine ſua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commiſit : qui iſtic adverſùs eccleſiam diaconum fecerat, illic epiſcopum fecit.

fuiſſe

356 *Clarum eſt, utriuſque ſchiſmatis, Africani ſcilicet ac Romani, præcipuum incentorem dici Novatum, eique, quantùm ad prius pertinet, adjungi Feliciſſimum, quem contra Africanam eccleſiam fecerat diaconum, uti contra Romanam Novatianum fecerat epiſcopum, ſeu pſeudo-pontificem, ut infrà videbimus. Neque obſtat, quòd Romani ſchiſmatis hæreſis directè oppoſita eſſet Feliciſſimi inſaniæ, dum ſcilicet hæc omnibus lapſis ſine prævia pœnitentia pacem temerè concedendam, illa verò eam, etiam poſt quamlibet ſinceram ac diuturnam, denegandam impiè contenderet; mirum enim non eſt, ſi* Novatus, *eodem Sancto in laudata epiſtola* 49 *teſte,* novandarum rerum ſemper cupidus, *errore priſtino deſerto, Romæ alium libenter amplexus fuerit, quem ſub ſpecioſa eccleſiaſtici vigoris larva magis accomodatum putabat ad confeſſores Romanos ſuis partibus adjungendos, atque ita ſcelerum ſuorum pœnas, quarum metu Africam deſeruerat, inducto in Eccleſiam Romanam ſchiſmate, ſub pſeudo-pontifice evadendas. Quin & ipſe Baronius, non ſatis tamen conſequenter ad opinionem ſuam, Novatum Feliciſſimi factioni priùs adhæſiſſe admittit, dum ad annum* 254, *num.* 39 *ſcribit :* Ex hac pariter Feliciſſimi infeliciſſima officina impius Novatus, primus auctor malorum prodiit, qui eamdem diſſenſionis peſtem (ut demonſtrabimus) in Urbem invexit.

E

oſtenditur, & ſchiſma molitur.

357 *Multò igitur rectiùs ſentiunt alii, qui Feliciſſimum laicum fuiſſe ſtatuunt, dum ſchiſma ordiretur; ſed virum potentem & inter ejus loci Chriſtianos conditione ac opibus ſpectabilem. Porrò ut ad hiſtoriæ contextum redeamus, Feliciſſimus ex ſcelerum ſuorum conſcientia ab Epiſcopo ſuo brevì redituro malè ſibi metuens, & à Novato, cui ſimile periculum imminebat, & ceteris quatuor presbyteris clàm inſtigatus, intercedere cœpit, ne vicarii à* S. Cypriano *miſſi eleëmoſynas ex illius mente diſtribuerent, & in cujuſque ætatem, dotes ac merita inquirerent. Quin &* potentatu improbo & terrore violento *graves minas adjecit, ſi quis Epiſcopo ſuo obtemperâſſet. Præter quinque presbyteros, qui Feliciſſimo clanculùm adhærebant, illius partes palàm ſectabatur Augendus quidam, ac multi alii, quorum ſe ducem ac principem contra ſanctum Antiſtitem ſuum publicè & ſuperbè jactabat. Seditioni ſuæ haud dubiè prætendebat Chriſtianam in lapſos clementiam, Sanctumque de nimia ſeveritate accuſabat; ratus ſeſe eorum animos ſibi facilè devincturum, ſi omnes ad pacem & communionem ſtatim admittendos eſſe contenderet, quos* S. Cyprianus *non niſi cum delectu & poſt examinatam uniuſcujuſque cauſam, actamque pro meritis pœnitentiam, ſecundùm eccleſiaſticam diſciplinam recipi patiebatur. Attamen longè plures Epiſcopo ſuo, miſſiſque ab eo vicariis obtemperârunt.*

F

Contra hunc. Sanctus

358 *Porrò* S. Cyprianus *de inopinato hoc caſu à laudatis vicariis ſuis per epiſtolam, quam non habemus, monitus, ne malum latiùs ſerperet, epiſtolam* 38 *ad eoſdem reſcripſit, in qua Feliciſſimum à communicatione fidelium ſeparavit, eamdemque pœnam Augendo, niſi ſchiſmaticas par-*

tes

A *tes desereret, uti & ceteris omnibus ejusdem seditionis sociis jussit infligi. Sed epistolam ipsam, ex qua hæc omnia didicimus, & in qua nonnulla obscurè dicta occurrunt, subjungamus.* Cyprianus Caldonio & Herculano collegis, item Rogatiano & Numidico compresbyteris salutem. Vehementer contristatus sum, fratres carissimi, acceptis litteris vestris, ut, cùm mihi propositum semper & votum sit, universam fraternitatem nostram incolumem continere, & illibatum gregem, secundùm quod caritas exigit, reservare; nunc nuntietis, Felicissimum multa improbè & insidiosè esse molitum, ut præter fraudes veteres & rapinas, de quibus jam pridem cognoveram, nunc quoque cum Episcopo portionem plebis dividere, id est, à pastore oves & filios à parente separare, & Christi membra dissipare tentaverit.

epistolam scribit, 359 Cúmque ego vos pro me vicarios miserim, ut expungeretis necessitates fratrum nostrorum sumptibus, si qui etiam vellent suas artes exercere, additamento, quantum satis esset, desideria eorum juvaretis, simul etiam & ætates eorum & conditiones & merita discerneretis, ut etiam nunc ego, cui cura incumbit omnes optimè nôsse, & dignos quosque & humiles & mites ad ecclesiasticæ administrationis officia promoverem; ille intercesserit, ne quis posset expungi, neve ea, quæ desideraveram, possent diligenti examinatione discerni, comminatus etiam sit fratribus nostris, qui primi expungi accesserant, potentatu improbo & terrore violento, quòd secum in morte * non communicarent, qui nobis obtemperare voluissent. Cúmque post hæc omnia nec loci mei honore motus, nec vestra auctoritate & præsentiâ fractus, instinctu suo quietem fratrum turbans, proripuerit se cum pluribus, ducem se factionis, & seditionis principem temerario furore contestans.

E

* *al.* in monte

eumque excommunicat; 360 In quo quidem gratulor, plurimos fratres ab hac audacia recessisse, & vobis acquiescere maluisse, ut cum ecclesia matre remanerent, & stipendia ejus, Episcopo dispensante, perciperent; quod quidem & ceteros pro certo scio cum pace facturos, & citò ab errore temerario recessuros. Interim, cùm Felicissimus comminatus sit, non communicaturos in morte * secum, qui nobis obtemperâssent, id est, qui nobis communicarent; accipiat sententiam, quam prior dixit, & abstentum se à nobis sciat, quando ad fraudes ejus & rapinas, quas dilucida veritate cognovimus, adulterii etiam crimen accedit, quod fratres nostri, graves viri, deprehendisse se nuntiaverunt, & probaturos se esse asseverârunt. Quæ omnia tunc cognoscemus, quando in unum cum collegis pluribus, permittente Domino, convenerimus.

* *al.* in monte

F

quod & asseclis ejus minatur. Nonnulla 361 Sed & Augendus, qui nec Episcopum, nec ecclesiam cogitans, pariter se cum illo conspiratione & factione sociavit, si ultrà cum eo perseveraverit, sententiam ferat, quam ille in se factiosus & temerarius provocavit. Sed & quisquis se conspirationi & factioni ejus adjunxerit, sciat se in Ecclesia nobiscum non esse communicaturum, qui sponte maluit ab Ecclesia separari. Has litteras meas fratribus nostris legite, & Carthaginem ad clerum quoque transmittite, additis nominibus eorum, qui cum Felicissimo se junxerunt. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere, & nostri meminisse. Valete. *Huc usque epistola, ad quam nunc aliqua notanda sunt. In primis ubi Baluzius ex auctoritate suorum veterum codicum legit* in morte, *Pamelius, aliique*

habent in monte, *quam ultimam lectionem etiam Angli editores retinuerent, & Rigaltius in Observationibus suis priori præfert, quamvis in duobus exemplaribus Vaticanis* in morte *legi advertisset. Pamelium similiter secutus est Baronius ad annum 254, num. 35, ubi propterea existimat, Felicissimum asseclas suos in quodam monte collegisse, omnesque, qui in eo loco secum non communicarent, extorres pronuntiâsse. Pamelius montem illum Carthagini vicinum statuit; Joannes Fellus verò in Annotatione ad hanc epistolam civitatem* Montem *dictam prope Carthaginem fuisse sine ullo teste asseverat.* AUCTORE C. S.

in laudata epistola 362 *Difficile dictu est, utra lectio præferenda sit; præplacet tamen Pameliana, quæ communis est, magisque accommodata ad minas Felicissimi explicandas. Etenim cum hic ex supradictis dumtaxat laicus esset, non minùs ridiculè quàm inaniter minitatus fuisset,* non communicaturos in morte secum, *qui Episcopo suo obtemperâssent: certè hujusmodi hominis laici minæ ad concitandum risum potiùs, quàm terrorem incutiendum valuissent. At si* in monte *legamus, potuerunt ea vim aliquam habere. Potuit enim Felicissimus ecclesiam aliquam, seu sacellum, sive in monte Carthagini vicino, sive in editiore ejusdem civitatis loco habuisse, quod ipse suis expensis exstruxerat vel sartum tectum servabat, & in quo tam sibi quàm ceteris fidelibus divina peragi curabat; hunc que locum interdixisse omnibus, qui suæ insaniæ non consensissent. Quæ minæ eo fortè majus incommodum fidelibus creabant, quòd locus ille sub potentis istius hominis patrocinio vexationibus infidelium minùs pateret, tutiúsque illuc convenire liceret.* E

obscuriùs dicta, 363 *Non improbabile etiam est, quod Maranus § 16 Vitæ suspicatur, Felicissimum præter excommunicationem etiam mortem non obtemperantibus sibi minatum fuisse. Ipsius ratio est quòd excommunicatio, ab homine laico intentata, nimis inepta ei videretur ad violentum terrorem incutiendum plebi, cui minimè grave esse poterat nequissimi hominis communione carere, quæque potiùs terrenda fuisset, si Felicissimus eam ad communionem suam compulsurum se minatus fuisset. Porrò cùm ex epistola 55 constet, Felicissimum parricidales minas* S. Cypriano *intendisse, observat, mirum videri non debere, si simili audaciâ plebeculam terruerit. Attamen cùm nec in hac epistola 38 nec in 55, in quibus multa alia ipsius scelera recensentur, ulla fiat de ejusmodi minis in plebem jactatis mentio, non parùm dubia hæc conjectura est; nam ut solent scelera crescere facilè potuit aliquid in sanctum Antistitem, quem nefariis suis cœptis viriliter obsistentem non ferebat, atrocius postea statuere, quam in plebem fecisset.* F

& incerta, 364 *Haud scio pariter, an veritatem assecutus sit Eminentissimus Baronius, dum ad annum 254, num. 35 ait, Felicissimum,* magistratibus secularibus secum adhibitis, *Sancti vicarios prohibuisse, ne prædicta imperata facerent. Collegit id haud dubiè ex eo, quòd id* potentatu improbo & terrore violento *feciss dicatur. Verùm hæc de ejusdem asseclarum manipulo, à quibus stipabatur, accipienda videntur; nam & in epistola 55 etiam S. Cornelium Papam* stipatus catervâ & factione desperatorum *Romæ accessisse narratur. Quinimo cùm* S. Cyprianus *in epistola* 40 quinque presbyteros Felicissimo copulatos *comparet quinque primoribus,* qui edicto nuper magistratibus fuerant copulati; *non videntur magi-*

AUCTORE C. S.

ſtratus ſeculares Feliciſſimi factionem protexiſſe. Ænigmatis quoque inſtar eſt, an & cur Sanctus eaſdem litteras ad clerum Carthaginenſem tranſmitti voluerit his verbis : Has litteras meas fratribus noſtris legite, & Carthaginem ad clerum quoque tranſmittite, additis nominibus eorum, qui cum Feliciſſimo ſe junxerunt. *Nam quorſum hæc? An igitur alibi, quàm Carthagine, Caldonius ceterique vicarii verſabantur? An alibi eleëmoſynas imperatas diſtribuebant, & eorum, qui ad ſacros Ordines promoveri poſſent, ætatem ac merita examinabant? Id certè non ſatis veriſimile apparet.*

expendun-tur.

365 *Joannes Fellus in Annotatis ad eamdem epiſtolam divinat, eam ad Caldonium epiſcopum, in ſua diœceſi jam degentem primùm datam fuiſſe, mittendam ab eo deinde Herculano, antequam Carthaginenſibus traderetur. Baluzius in Annotatis, viri cujuſdam eruditi, quem non nominat, judicium ſecutus, credere malnit, hunc locum mendoſum eſſe, & pro* Carthaginem *legendum eſſe* Romam: *quam emendationem confirmari putavit ex eo, quòd Feliciſſimus de Romano itinere tum cogitaverit, ideóque operæ pretium viſum fuerit Romanum clerum de perfidia hominis prænonere. Verùm hæc opinio ſolo Romano itinere Feliciſſimi, quod non niſi toto anno pòſt, ac probabiliùs etiam ſeriùs ſuſcepit, tota nititur; ideóque an de eo jam tum cogitaverit, idque* S. Cyprianus *tum etiam notum fuerit, quis edicat? Adde, quòd de hujuſmodi litteris ad clerum Romanum tranſmiſſis nihil legatur in epiſtola* 55, *quam* S. Cyprianus *S. Cornelio Papæ ſuper Feliciſſimi cauſa poſtmodùm conſcripſit, quódque ſimilem correctionem contra omnium editionum veterumque exemplarium auctoritatem inducere, nodum amputare ſit, non ſolvere. Tillemontius fatetur, ſeſe hujus difficultatis enodationem neſcire malle, quàm tentare. Neſcio tamen, an dici non poſſet, laudatos vicarios, ut primo ſchiſmaticorum furori paululùm cederent, Carthagine egreſſos fuiſſe. Sed & hæc mera conjectura eſt, quam aliunde ſtabilire non poſſum.*

B

Vicarii Feliciſſimum & aliquot

C

366 *Ut ut hæc ſe habuerint, certum eſt, memoratos vicarios juſſa* S. Cypriani *fideliter exſecutos fuiſſe, Feliciſſimo ac nonnullis ejuſdem ſectatoribus, videlicet Augendo, Repoſto, Sophronio & Soliaſſo, ac duabus mulieribus, Irene atque Paula, à communione Eccleſiæ ſeparatis. Ita liquet ex ſcripto quodam, quod inter epiſtolas Cyprianicas loco* 39 *recenſetur, eſtque hujuſmodi:* Caldonius cum Herculano & Victore collegis, item Rogatiano cum Numidico presbyteris. Abſtinuimus à communicatione Feliciſſimum & Augendum, item Repoſtum de extorribus, & Irenem Rutilorum, & Paulam ſarcinatricem; quod ex annotatione mea ſcire debuiſti. Item abſtinuimus Sophronium, & ipſum de extorribus, Soliaſſum Budinarium. *Hæc ibi : at inter eruditos minimè convenit, an ſcriptum hoc epiſtola ſit, & ad quem miſſa, an excommunicationis promulgatio, ſeu tabella publicè appenſa, vel prælecta fidelibus; ſed nihil certi adfertur, nec adferri poteſt, cùm haud dubiè mutilum ſit, vel vehementer corruptum. Juverit tamen variorum de eo judicia retuliſſe.*

alios à ſe excommunicatos

367 *Eminentiſſimus Baronius ad annum* 254, *num.* 37 *cenſuit, ſententiam eſſe contra Feliciſſimum, ejuſque aſſeclas promulgatam, & à ſolo Caldonio epiſcopo ad Herculanum, Victorem, Rogatianum ac Numidicum perſcriptam. Sed hæc conjectura pugnat cum inſcriptione, & verbo* de-buiſti. *Rigaltius in Obſervationibus cum Manutio legere mavult :* Caldonius, Herculanus & Victor, collegis : item Rogatiano cum Numidico presbyteris S ; *& conſequenter pro* debuiſti *etiam* debuiſtis *dicere. Pamelius eamdem inſcriptionem habet, quam ex Baluzio recenſuimus ; ſed* ſalutem *addit, & cum Morelio* debuiſtis *legit, & pro* mea (*annotatione*) noſtra *ſubſtituendum in Annotatis conjecit. In epiſtolæ verò argumento exiſtimat hanc veterem formam eſſe* litterarum excommunicatoriarum, *ex ſancti Epiſcopi in priori epiſtola reſcripto ad Carthaginenſem clerum miſſam. Contrà Baluzius in Notis non dubitat, quin epiſtola ſolius Caldonii ſit, omnium nomine rationem* S. Cypriano *reddentis eorum, quæ adverſus Feliciſſimum ejuſque gregales fecerant.* D

eſſe promulgant;

368 *Pro hac lectione laudat codicem Ms. Bodleianum* 1, *à Joanne Fello laudatum, in quo eam* S. Cypriano *inſcriptam exſtare putat. Verùm ſi Felli mentem rectè aſſequor, hic vocem* Cypriano *in dicto codice non invenit, ſed eam ipſe ex conjectura ſua inſcriptioni inſeruit. Tillemontio potius viſum eſt litteram S, ſive* Salutem *expungere, ac ſcriptum iſtud non epiſtolam, ſed tabellam quamdam credere, quæ promulgationis ergò in eccleſiis publicè fuerit appenſa. Ex hiſce conjecturis, licèt nihil certi, ut dictum eſt, ſtatui poſſit, præplacet mihi Pameliana, ſecundùm quam laudati vicarii per hanc epiſtolam exſecuti fuiſſe videntur, quod* S. Cyprianus *in priori epiſtola eis mandaverat, nempe ut Feliciſſimum excommunicarent, ſicut & Augendum & ceteros, qui ſeſe ab eo nollent ſegregare; utque eorumdem nomina ad Carthaginenſem clerum perſcriberent. In laudata enim epiſtola* 38 *Sanctus ait :* Has litteras meas fratribus noſtris legite, & Carthaginem ad clerum quoque tranſmittite, additis nominibus eorum, qui cum Feliciſſimo ſe junxerunt. *In hac conjectura etiam intelligitur, cur vicarii illi in epiſtola ſua de Feliciſſimo plura non addiderint; nempe quia in* S. Cypriani *litteris, quas ſimul cum ſua tranſmittebant, ipſius cauſa ſatis explicabatur.* E

de quibus pauca obſervantur.

369 *Quod ad perſonas in epiſtola nominatas attinet, nullus Victor inter vicarios in epiſtola* 38 *recenſetur; ideóque, ſi lectio utrobique ſit integra, is ceteris quatuor poſtea additus fuiſſe videtur, ac fortè unus fuit ex Victoribus, qui concilio Carthaginenſi interfuêre. Augendus, qui hîc primo poſt Feliciſſimum loco excommunicatur, confundendus non eſt cum Augendo confeſſore, cujus operâ in litteris ad S. Cornelium Papam perferendis* S. Cyprianus *uſum ſe fuiſſe ſcribit in epiſtola* 48. *Repoſtus* de extorribus (*pro quo Manutius habet* de extorrentibus) *cetera ignotus eſt : Repoſtus enim Suturnicenſis, quem Pamelius eumdem cum illo credidit, nihil præter nomen cum eo habet commune, ut ſuo loco apparebit. Irene ac Paula mulieres ſunt, quarum primæ gentis vel familiæ nomen, alteri opificium ſuum, ut videtur, adſcriptum eſt. Ignoti pariter ſunt Sophronius & Soliaſſus Budinarius. Salmaſius in Annotatis ad Hiſtoriam Auguſtam in Aureliano cenſet pro* Budinarium *reponendum hîc eſſe* Butinarium, *id eſt, artificem acetabulorum, à Græca voce* βατίνον, acetabulum. *Fellus minùs probabiliter* Burdonarium, *id eſt, mulionem præfert. Denique Rigaltius putat* Budinarium *æquè nomen proprium eſſe ac* Soliaſſum, *ideóque utrumque interpungendum, duaſque perſonas hîc admittendas eſſe.* F

§ XXI.

A

§ XXI. Novatus cum quatuor presbyteris Feliciſſimo palàm adhæret : Sanctus gregem ſuum contra hos inſtruit, ſed reditum ſuum differre cogitur.

Novatus ſchiſmatis auctor

NOn diu poſt excommunicatum Feliciſſimum, & quos ſuprà diximus, illius aſſeclas, quinque presbyteri, de quibus ſuperiùs pariter jam meminimus, ſchiſmaticas partes, quas diu clàm foverant, palàm tutati ſunt, ſeque ab Eccleſia ſeparârunt. Horum anteſignanum fuiſſe Novatum, mihi certum apparet ex epiſtola 49, *in qua Sanctus tum primum diſcordiæ & ſchiſmatis incentorem, Feliciſſimum verò ejuſdem ſatellitem fuiſſe teſtatur. Eminentiſſimus Baronius ad annum* 254, *num.* 59 *Novatum illum epiſcopum in Africa fuiſſe credidit, & à cognomine presbytero, nefario pariter homine, alterius Feliciſſimi, ut putavit, fautore diſtinxit; quia prior Novatus, teſte* S. Cypriano *in epiſtola mox laudata* Feliciſſimum, ſatellitem ſuum, diaconum... ſua factione & ambitione conſtituit. *Sed non advertit Baronius, eum id feciſſe* ſua factione & ambitione; *procurando ſcilicet, ut diaconus conſtitueretur; eadem ratione, quâ Novatianum Romæ epiſcopum feciſſe ibidem his verbis dicitur :* Qui iſtic adverſùs eccleſiam diaconum fecerat, illic epiſcopum fecit.

B

tantùm presbyter fuit :

371 *Ex dictis autem in Commentario hiſtorico de S. Cornelio Papa ad hunc ipſum diem § 6 conſtat, Novatianum non à Novato, ſed eodem inſtigante, à tribus epiſcopis Italis ſacrilegè conſecratum fuiſſe. Ut verò laudata epiſtola* 49 *pro Novati epiſcopatu fruſtra citatur, ita eadem non obſcurè docet, hunc dumtaxat presbyterum fuiſſe, dum infrà in ea dicitur Novatus timuiſſe, ne ob ſcelera ſua* presbyterio *excideret. In epiſtola quoque* 5, *aliàs* 6, S. Cyprianus *inter quatuor*

C

compresbyteros *ſuos, à quibus litteras acceperat, unum Novatum nominat, quem eumdem fuiſſe cum eo, de quo agimus, veriſimillimum eſt. Denique S. Pacianus epiſcopus Barcinonenſis, qui ſeculo* 4 *floruit, Euſebius in Chronico, & S. Hieronymus in Catalogo ſcriptorum, eumdem* presbyterum *diſertè faciunt, non epiſcopum. Sed ut Romani æquè ac Africani ſchiſmatis primum incentorem lector noverit, juverit* S. Cyprianum *in epiſtola* 49 *ad S. Cornelium Papam audiviſſe.*

ejus ſcelera

372 De Novato, *inquit*, nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cùm magis per nos vobis debeat Novatus oſtendi, rerum novandarum ſemper cupidus, avaritiæ inexplebilis rapacitate furibundus, arrogantiâ & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſtic epiſcopis malè cognitus, quaſi hæreticus ſemper & perfidus omnium ſacerdotum voce damnatus, curioſus ſemper, ut prodat, ad hoc adulatur, ut fallat, numquam fidelis, ut diligat, fax & ignis ad conflanda ſeditionis incendia, turbo & tempeſtas ad fidei facienda naufragia, hoſtis quietis, tranquillitatis adverſarius, pacis inimicus... Idem eſt Novatus, qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminavit, qui quoſdam iſtic (*Carthagine*) ex fratribus ab Epiſcopo ſegregavit, qui in ipſa perſecutione ad evertendas fratrum mentes alia quædam perſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt, qui Feliciſſimum, ſatellitem ſuum, diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit, & cum ſua tempeſtate Romam quoque ad evertendam Eccleſiam navigans, ſimilia illic & paria molitus eſt, à clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene ſibi cohærentis & ſe invicem diligentis, concordiam ſcindens. Planè quoniam pro magnitudine ſua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commiſit. Qui iſtic (*Carthagine*) adverſùs eccleſiam diaconum fecerat, illic (*Romæ*) epiſcopum fecit.

AUCTORE C. S.

à S. Cypriano recenſentur.

373 *Et poſt pauca :* Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque eccleſiæ denegatæ, has ab illo exigunt pœnas quas in ejus furore conſpicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſtmodùm nec ſepultus : uterus uxoris calce percuſſus, & abortione properante in parricidium partûs expreſſus. *Hæc* S. Cyprianus, *nequiſſimi hominis ingenium ac ſcelera graphicè exponens. Porrò Novatus tam enormium criminum promeritas pœnas jam dudum pependiſſet, niſi orta ſub initium anni* 250 *perſecutio obſtitiſſet. Etenim* S. Cyprianus *in eadem epiſtola, paucis interjectis, ſic proſequitur :* Hanc conſcientiam criminum jam pridem timebat. Propter hoc ſe non de presbyterio excitari tantùm, ſed & communicatione prohiberi pro certo tenebat; & urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos cauſa ejus ageretur, niſi perſecutio antè veniſſet; quam iſte voto quodam evadendæ & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commiſit & miſcuit; ut, qui ejici de Eccleſia & excludi habebat, judicium ſacerdotum voluntaria diſceſſione præcederet; quaſi evaſiſſe ſit pœnam, præveniſſe ſententiam.

E

Inanis objectio

374 *Pearſonius hæc de dicta Novato die ad finem anni* 249 *referens, ad quem, vel potiùs ad initium ſubſecuti, re vera referenda ſunt, non prætermiſit locum hunc pro conceſſo olim presbyteris matrimonii uſu laudare; contra perpetuæ clericorum continentiæ aſſertores, quos tamen non nominat, contendens, percuſſi uteri facinus poſt Novati ordinationem contigiſſe, & ante ſchiſmatis*

F

originem palàm factum eſſe. Equidem poſtremam hujus aſſerti partem, quæ ex S. Cypriani *verbis manifeſtè vera eſt, non negavero; ſed qua ratione probabit Pearſonius primam, nempe dictum facinus à Novato jam presbytero perpetratum fuiſſe? An quia ante ſchiſma erupit, non potuit ante Novati ordinationem committi? Imò verò quo longiùs retrogrado ordine à ſchiſmatis ortu recedis, eo faciliùs ante illam potuit contigiſſe, cùm ſic minùs diu latêre oportuerit, antequam innoteſceret.*

pro matrimonio presbyterorum.

375 *Nec neceſſe eſt ad ſchiſma recurrere, ut ejus occaſione in Novati geſta indagatum, dictumque ſcelus detectum eſſe dicamus. Nam præterquam quòd hujuſmodi graviora flagitia, etiam poſtquam diu latuêre, ſæpe divino nutu innoteſcant, Novati in ſanctum Antiſtitem ſuum ab ipſis epiſcopatûs illius exordiis contumacia, fraudes ac rapinæ, fideles impellere potuerunt, ut de nefarii hominis moribus diligenter inquirerent, eaque occaſione detegi crimina etiam ante ordinationem illius commiſſa, ſed ad id uſque tempus cautè occultata. Crimina, inquam, non enim de ſola uxoris ſuæ uteri percuſſione, ut credi vult Pearſonius, verùm*

AUCTORE C. S.

rùm etiam, ut fraudes ac rapinas præteream, de duplici in patrem ſuum impietate reus agebatur. Præterea etſi conſtaret, iſtud in uxoris uterum ſcelus à Novato jam presbytero patratum eſſe, unde probabit Pearſonius, eam, antequam ille ſacro Ordine initiaretur, iſto fœtu jam gravidatam non fuiſſe; aut ſi uxore, quam ante presbyterium duxerat, deinde uſus eſt, id ab eo licitè factum, nec unum fuiſſe ex ſceleribus, de quibus accuſabatur? Certè minimè mirum videri deberet, ſi homo tam ſceleratus continentiam violâſſet. Hæc igitur ſolidè probare debuiſſet Pearſonius, ut ex loco hoc ſuam de presbyterorum matrimonio opinionem probaret. Modò, unde digreſſi ſumus, redeamus.

Qui fuerint alii 4 presbyteri

376 *E quatuor aliis presbyteris, qui Feliciſſimi ſchiſma foverunt, unum fuiſſe Fortunatum, poſtea pſeudo-epiſcopum*, S. Cyprianus *in epiſtola* 55 *diſertè teſtatur. Huic probabiliùs adjungendi etiam ſunt Donatus & Gordius, quos unà cum Fortunato & Novato non diu ante ſchiſma ad* S. Cyprianum *ſcripſiſſe, ex epiſtola* 5, *aliàs* 6, *conſtat. Ibi enim Sanctus ſic loquitur :*

B Ad id verò, quod ſcripſerunt mihi compresbyteri noſtri Donatus, Fortunatus, Novatus & Gordius, ſolus reſcribere nihil potui, quando à primordio epiſcopatûs mei ſtatuerim nihil ſine conſilio veſtro & ſine conſenſu plebis, meâ privatim ſententiâ gerere. Sed cùm ad vos per Dei gratiam venero, tunc de iis, quæ vel geſta ſunt, vel gerenda, ſicut honor mutuus poſcit, in commune tractabimus.

factores ſchiſmatis?

377 *Quid illi in epiſtola ſua poſtulaverint, ignotum eſt; ſed quidquid iſtud fuerit, parùm Sancto placuiſſe, ex reſpondendi modo apparet; quare non inaniter ſuſpicari licet, eos de lapſorum cauſa ipſi denùo moleſtos fuiſſe. Sunt, qui Cajum Diddenſem, quem unà cum diacono ſuo ſuprà § 16 per cleri Carthaginenſis ſententiam, à* S. Cypriano *in epiſtola* 28 *confirmatam, à communione Eccleſiæ rejectum diximus, quintum illorum fuiſſe velint; quod neſcio, quomodo cum epiſtola* 40 *concilient, in qua prædicti presbyteri ſancto Epiſcopo nec volente, nec optante, imò ignoſcente & tacente, ſeſe ex Eccleſia ultrò ejeciſſe dicuntur, ut mox videbimus. Alii etiam alios*

C *inter illos quinque, ſed ſine ſolido fundamento recenſent; neque operæ pretium eſt hiſce pluribus immorari.*

Schiſmate palàm excitato,

378 *Novatus igitur tot ſcelerum, quorum pœnas perſecutio diſtulerat, probè ſibi conſcius, proximum Epiſcopi ſui reditum anxio animo proſpiciebat; cúmque ſe damnationis ſententiam, illo reverſo, minimè evaſurum ſciret, eumdem occultis machinationibus Carthagine arcere molitus eſt, ac tandem ſchiſma, quod clanculùm foverat, unà cum prædictis quatuor presbyteris, palàm profeſſus, ſeſe à Sancti communione ſeparavit. De hiſce certior factus* S. Cyprianus, *per epiſtolam* 40 *plebem ſuam mox convenit, ut novo malo remedium præſens adhiberet. Ac primò quidem nonnulla præfatus, advertit, quinque illos presbyteros eoſdem eſſe, qui epiſcopatui ſuo olim fuerant refragati, eoſque dignas conjurationis ſuæ pœnas, divinâ providentiâ ita permittente, de ſeſe ipſis ſumpſiſſe, dum ſponte ſua Eccleſiam Dei deſeruêre.* Et quidem de Dei, *inquit*, providentia, nobis hoc nec volentibus nec optantibus, immò & ignoſcentibus & tacentibus, pœnas, quas meruerant, pependerunt, ut à nobis non ejecti, ultrò ſe ejicerent, ipſi in ſe pro conſcientia ſua ſententiam darent, ſecundùm veſtra & divina ſuffragia conjurati & ſcelerati, de Eccleſia ſponte ſe pellerent. D

Sanctus ſuos monet ab illis cavere,

379 *Deinde docet, Feliciſſimi ſchiſma iiſdem auctoribus ortum eſſe :* Nunc apparet, *inquiens*, Feliciſſimi factio unde veniſſet, quibus radicibus ſtaret. Hi fomenta olim quibuſdam confeſſoribus & hortamenta tribuebant, ne concordarent cum Epiſcopo ſuo, ne eccleſiaſticam diſciplinam cum fide & quiete juxta præcepta Dominica continerent, ne confeſſionis ſuæ gloriam incorrupta & immaculata converſatione ſervarent. Ac ne parùm fuiſſet corrupiſſe quorumdam confeſſorum mentes, & contra ſacerdotium Dei portionem ruptæ fraternitatis armare voluiſſe, nunc ſe ad lapſorum perniciem venenata ſua deceptione verterunt, ut ægros & ſaucios, & ad capienda fortiora conſilia per calamitatem ruinæ ſuæ minùs idoneos & minùs ſolidos, à medela vulneris ſui avocent, & intermiſſis precibus & orationibus, quibus Dominus longa & continua ſatisfactione placandus eſt, ad exitioſam temeritatem mendacio captioſæ pacis invitent.

ſub pœna excommunicationis,

380 *Hæc & alia de eorum fraudibus, contumacia, hæreſique obſervans, ſuos multis hortatur, ne fallacibus eorumdem verbis decepti* pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu ſitim, venenum pro remedio, mortem pro ſalute *ſumant. Et quia presbyterorum illorum auctoritas minùs cautos fortè poſſet ſeducere;* Ne ætas vos eorum, *ait*, nec auctoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam reſpondentes, ſicut illi Suſannam pudicam corrumpere & violare conati ſunt; ſic & hi adulterinis doctrinis Eccleſiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Euangelicam violare conantur . . . Pacem nunc offerunt, qui ipſi non habent pacem. In Eccleſiam lapſos reducere & revocare promittunt, qui de Eccleſia receſſerunt. *Hinc jubet* ſermones eorum velut cancer & peſtem, *ipſoſque, non ſecùs ac* lupos *atque* diaboli linguam *vitari. Denique poſt multa, quibus pro ſua paſtorali erga gregem ſuum ſollicitudine, tam lapſos quàm integros, adversùs ſchiſmaticorum fallacem perfidiam confirmat & inſtruit, excommunicationis quoque ſententiam in fine epiſtolæ comminatur denùo omnibus, qui Feliciſſimo adhæſerint.* Si quis autem (*verba* S. Cypriani *ſunt*) pœnitentiam agere, & Deo ſatisfacere detrectans, ad Feliciſſimi & ſatellitum ejus partes conceſſerit, & ſe hæreticæ factioni conjunxerit, ſciat ſe poſtea ad Eccleſiam redire, & cum epiſcopis & plebe Chriſti communicare non poſſe. E F

queriturque, quòd ab iiſdem

381 *Porrò id Sanctum inter cetera malè habebat, quòd novæ illæ turbæ ſuum Carthaginem reditum, quem tamdiu in votis habuerat denùo retardarent; cùm enim ante Paſcha ejus anni* 251 *eò reverti ſtatuiſſet, ſchiſmaticorum illorum molitionibus ac inſidiis, ne id faceret, prohibitus eſt; ut in ejuſdem epiſtolæ exordio conqueritur. Nam poſtquam Virtium, vel, ut alii legunt, Briccium, integerrimum presbyterum, & Rogatianum ac Numidicum, presbyteros pariter atque illuſtres confeſſores, necnon & diaconos, ceteroſque eccleſiæ ſuæ miniſtros, à ſedula in admonendo, confirmandoque populo curâ laudavit, ita progreditur :* Tamen ego, quantum poſſum, admoneo, & quomodò poſſum, viſito vos litteris meis. Litteris, inquam, fratres cariſſimi : hoc enim quorumdam presbyterorum malignitas & perfidia perfecit, ne ad vos ante diem Paſchæ venire licuiſſet; dum conjurationis ſuæ memores, & antiqua illa contra epiſcopatum meum, immò contra ſuffragium veſtrum &

Dei

A Dei judicium, venena retinentes, inſtaurant veterem contra nos impugnationem ſuam, & ſacrilegas machinationes inſidiis ſolitis denuò renovant.

impediatur, ne Carthaginem redeat,

382 *Id verò quàm acerbè ipſi accideret, ibidem poſt aliqua his verbis ſignificat:* Quas nunc pœnas patior, fratres cariſſimi, quòd ipſe ad vos in præſentiarum venire non poſſum, ipſe ſingulos aggredi, ipſe vos ſecundùm Domini & Euangelii ejus magiſterium cohortari. Non ſuffecerat exſilium jam biennii, & à vultibus atque ab oculis veſtris lugubris ſeparatio, dolor jugis & gemitus, qui me ſolum ſine vobis continua lamentatione diſcrutiat, lacrymæ diebus ac noctibus profluentes, quòd Sacerdoti, quem tanto amore & ardore feciſtis, necdum vos ſalutare, necdum complexibus veſtris inhærere contingat. Acceſſit hic tabeſcenti animo noſtro dolor major, quòd in tanta ſollicitudine ac neceſſitate excurrere ad vos ipſe non poſſum, dum per minas & per inſidias perfidorum cavemus, ne advenientibus nobis tumultus illic major oriatur; & cùm paci & tranquillitati Epiſcopus providere in omnibus debeat, ipſe materiam ſeditioni dediſſe & perſecutionem denuò exacerbâſſe videatur.

B

quod poſt Paſcha tamen ſe facturum ſperat.

383 *Hanc tamen animi ægritudinem non parùm leniebat certa ſpes de proximo ſuo regreſſu, de quo ſub finem ejuſdem epiſtolæ ſic ſcribit:* Perſecutionis iſtius noviſſima hæc eſt & extrema tentatio, quæ & ipſa citò, Domino protegente, tranſibit, ut repræſenter vobis poſt Paſchæ diem cum collegis meis; quibus præſentibus ſecundùm arbitrium quoque veſtrum, & omnium noſtrûm commune conſilium, ſicut ſemel placuit, ea, quæ agenda ſunt, diſponere pariter & limare poterimus. *Hoc autem ut certiùs citiúſque impetraret, epiſtolam ſuam claudit, monens eos, ut Deum precari non deſinant:* Opto vos, *inquiens*, fratres cariſſimi, ſemper bene valere, & circa Domini miſericordiam exorandam continuis nobiſcum precibus inſiſtere *Quod ad tempus harum rerum geſtarum ſpectat, ex recitatis verbis liquet, eam epiſtolam non diu ante Paſcha, quod illo anno in* XXIII *Martii incidit, ſcriptam fuiſſe; cùm Sanctus in ea dicat, ſe ſchiſmaticorum inſidiis prohibitum fuiſſe, ne* ante diem Paſchæ *ad ſedem ſuam reverteretur; & ſimul ſpem certam faciat fore, ut* poſt Paſchæ diem *id liceret. Ad menſem itaque Februarium ac Martium referenda ſunt, quæ de miſſis à Sancto vicariis, & Feliciſſimi primùm ac deinde Novati ceterorumque quatuor presbyterorum ſchiſmate huc uſque expoſuimus.*

C

Feliciſſimi ordinatio, & Novati fuga.

384 *Eodem pariter tempore, aut certè non multo poſt contigit Feliciſſimi ordinatio, Novatique ex Africa exceſſus, de quibus num.* 372 *ex epiſtola* 49 *meminimus. Pearſonius ordinationem illam dicti Feliciſſimi ſchiſmatis eruptioni publicæ præmiſit; ſed nullo nixus fundamento. Quinimò poſtponendam eſſe, ſuadent epiſtolæ* 38, 39 *&* 40, *quæ cùm de Feliciſſimo, ejuſque ſchiſmaticis aſſeclis unicè agant, de ordinatione tamen illius & diaconatu ne verbo quidem meminerunt. Porrò Feliciſſimum à Novato, qui tantùm presbyter erat, non ordinatum, ſed ejuſdem* factione & ambitione *diaconum conſtitutum, id eſt, illo procurante, ab alio quopiam epiſcopo conſecratum fuiſſe, ſuprà jam obſervavimus: quis tamen is epiſcopus fuerit, non comperi, niſi quòd quidam unum è lapſis fuiſſe, non improbabiliter conjiciant. Certiora de hiſce omnibus haberemus, ſi exſtarent litteræ, quas* S. Cyprianus *hac ſuper cauſa ad clerum & plebem à ſe ſcriptas in epiſtola* 42 *ad S. Cornelium Papam memorat, & in quibus* ordinationem & rationem rei geſtæ *expoſitam fuiſſe teſtatur.*

AUCTORE C. S.

§ XXII. Sanctus è ſeceſſu redit Carthaginem: ſynodum de lapſis celebrat: quid de ſacrificatis in ea decretum?

Sanctus è ſeceſſu ſuo

PErſecutione jam ſatis ſopitâ, rebuſque in eum modum pacatis, *ut à gentilibus nihil ampliùs timendum eſſet*, S. Cyprianus *è ſeceſſu ſuo tandem prodiit, & Carthaginem reverſus eſt. Factum id eſſe poſt feſtum Paſchæ, quod, ut diximus, eo anno* 251 *in diem* XXIII *Martii inciderat, colligitur ex epiſtola* 40, *in qua Sanctus* poſt Paſchæ diem *rediturum ſe promiſit: verùm cùm hic loquendi modus aliquot dierum latitudinem patiatur, incertumque ſit, utrùm promiſſa ſua mox perficere potuerit; incertum pariter eſt, an lætiſſimus hic eventus ad menſem Martium, vel Aprilem, fortè etiam jam provectum referendus ſit. Certè inter hanc epiſtolam* 40, *reditumque ſuum duas alias, unam ad Clerum, ad plebem alteram, quarum in epiſtola* 42 *meminit, ſcripſiſſe videtur de ordinatione Feliciſſimi, quem Novatus diaconum ordinari interim factione & ambitione ſua curaverat, antequam Romam proficiſceretur.*

E

Carthaginem revertitur.

386 *Hinc ulterius tempus, quo in ſeceſſu ſuo latuit, circitèr determinare licet; cùm enim ex dictis § 7 menſe Januario exeunte, aut potiùs ineunte Februario anni* 250 *ſeceſſerit, quatuordecim menſes aut paulò ampliùs latuiſſe dicendus eſt. Nec refert, quòd in laudata epiſtola* 40, *quam non diu ante dictum Paſcha ſcriptam eſſe oſtendimus, biennio ſe exſulâſſe dicat;* Non ſuffecerat, *inquiens*, exſilium jam biennii: *certum enim eſt, hæc de biennio inchoato accipienda eſſe; cùm alioquin regreſſus ipſius ad annum uſque* 252 *eſſet differendus, quod nulla ratione admitti poteſt. Itaque ſanctus Antiſtes locutus hîc eſt ex ingenti gregis ſui deſiderio, ex quo omnis mora ſolet longa videri; ut mirum non ſit, quatuordecim menſes biennium ab eo dictos fuiſſe.*

F

Quis tum fuerit

387 *Porrò redeuntem Epiſcopum varia gregis ſui facies variè affecit; dum ſcilicet hinc confeſſorum martyrumque, omnis ætatis & ſexûs, dudum expetitus conſpectus incredibili illum gaudio, inde lamentabiles plurimorum ruinæ non minori dolore percellerent. Hunc eccleſiæ ſuæ ſtatum, & quo eum excepit, animi ſui ſenſum, Sanctus ipſe in libro, quem de Lapſis poſtea conſcripſit, graphicè expoſuiſſe mihi videtur, ideóque inde aliqua hîc tranſcribo.* Confeſſores, *inquit*, præconio boni nominis claros & virtutis ac fidei laudibus glorioſos, lætis conſpectibus intuemur, ſanctis oſculis adhærentes, deſideratos diu inexplebili cupiditate complectimur. Adeſt militum Chriſti cohors candida, qui perſecutionis urgentis ferociam turbulentam ſtabili congreſſione fregerunt, parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis ...

Africanæ eccleſiæ ſtatus,

388 Quàm vos lætè ſinu ſuo excipit mater Eccleſia de prælio revertentes! Quàm beata, quàm gaudens, portas ſuas aperit, ut adunatis agminibus intretis, de hoſte proſtrato tropœa referen-

AUCTORE C. S.

tes ! Cum triumphantibus viris & feminæ veniunt, quæ cum sæculo dimicantes, sexum quoque vicerunt. Veniunt & geminatâ militiæ suæ gloriâ virgines, & pueri annos suos virtutibus transeuntes. Nec non & cetera stantium multitudo vestram gloriam sequitur, proximis & pœnè conjunctis laudis insignibus vestigia vestra comitatur. Eadem & in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis præceptorum cælestium radicibus nixos, & Euangelicis traditionibus roboratos non præscripta exsilia, non destinata tormenta, non rei familiaris damna, non corporis supplicia terruerunt.

& quis suus de ea sensus,

389 *His & pluribus illorum gloriam prosecutus, suumque, quod ex ea capiebat, gaudium testatus, quid contrà ex lapsorum strage senserit, explicare prosequitur.* Has, *ait*, martyrum cælestes coronas, has confessorum glorias spiritales, has stantium fratrum maximas eximiasque virtutes mœstitia una contristat, quòd avulsam nostrorum viscerum partem violentus inimicus populationis suæ strage dejecit. Quid hoc loco faciam, dilectissimi fratres? Fluctuans vario mentis æstu quid aut quomodò dicam? Lacrymis magis, quàm verbis, opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda est, quo populi, aliquando numerosi, multiplex lamentanda jactura est. Quis enim sic durus aut ferreus, quis sic fraternæ caritatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas & lugubres ac multo squalore deformes reliquias constitutus, siccos oculos tenere prævaleat, nec irrumpente statim fletu, priùs gemitus suos lacrymis, quàm voce depromat?

B

ex libro de Lapsis colligitur.

390 Doleo, fratres, doleo vobiscum; nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria & sanitas privata blanditur, quando plùs pastor in gregis sui vulnere vulneretur. Cum singulis pectus meum copulo, mœroris & funeris pondera luctuosa participo. Cum plangentibus plango, cum deflentibus defleo, cum jacentibus jacêre me credo. Jaculis illis grassantis inimici mea simul membra percussa sunt, sævientes gladii per mea viscera transierunt. Immunis & liber à persecutionis incursu fuisse non potest animus: in prostratis fratribus me prostravit affectus. Habenda tamen est, fratres dilectissimi, ratio veritatis, nec sic mentem debet & sensum persecutionis infestæ tenebrosa caligo cæcâsse, ut nihil remanserit lucis & luminis, unde divina præcepta perspici possint. Si cladis causa cognoscitur, & medela vulneris invenitur. *Huc usque amantissimus sui gregis Episcopus in laudato Opusculo, quod etsi post Decii cædem primùm conscriptum esse contra nonnullos arbitremur, citatis tamen verbis, Carthaginensis ecclesiæ statum eo tempore, quo ad eam ille regressus est, manifestè exponit.*

C

Synodum de lapsis celebrat,

391 *Inter primas* S. Cypriani *ad suos reducis curas fuisse causam lapsorum, quæ Africanam ecclesiam miserandum in modum perturbaverat, certum est, tum quòd ita exigeret eorum calamitas, tum quòd ex hoc capite publica illius ecclesiæ quies præcipuè penderet; tum denique quòd eam prima data opportunitate se tractaturum promisisset; reclamantibus etiam multis, & vel tantillam moram indignè ferentibus. Hinc dubitari non potest, quin simul ac concilium congregari licuit, de lapsorum reconciliatione, modoque, quo ea tractanda esset, serio fuerit deliberatum, ne lapsorum querelas, ut ut iniquas, longior mora provocaret, & salutaris vulneribus medela diutiùs differretur. Attamen quia* non paucorum, nec ecclesiæ unius, aut unius provinciæ, sed totius orbis hæc causa *erat, ut Sanctus in epistola* 13, *aliàs* 14, *loquitur, nihil temerè agi, & Africæ proconsularis provinciæ, quæ, eodem teste in epistola* 45, latiùs diffusa *erat*, & Numidiam & Mauritaniam sibi cohærentes *habebat, episcopos convocari oportebat, simulque caveri, ne nimia confidentia gentiles irritaret, facilè fieri potuit, ut non ante Majum jam provectum vel circa ejusdem mensis finem initium synodo daretur.*

D

in qua singulorum causas

392 *Præter copiosum autem episcoporum numerum convenisse etiam non modò presbyteros ac diaconos, sed & confessores ac martyres, ceteramque integræ fidei plebis partem, colligimus ex epistolis* XI, 13 & 40, *in quibus Sanctus ipse hos omnes ad eam synodum invitandos esse pollicitus fuerat. Illud quoque in ea sedulò observatum est; ut, quod etiam sæpe aliàs monuerat, singulorum lapsorum casus diligenter examinarentur, atque ita pro gravitate criminum pœnitentia cuilibet ex æquo & bono imponeretur. Horum aliquot genera sanctus Antistes in epistolâ* 52 *ad Antonianum, post laudatam synodum scripta, his verbis enumerat:* Nec tu existimes, frater carissime, sicut quibusdam videtur, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere, quando inter ipsos etiam, qui sacrificaverunt, & conditio frequenter & causa diversa sit.

E

diligenter discutiendas,

393 Neque enim æquandi sunt, ille, qui ad sacrificium nefandum statim voluntate prosilivit, & qui luctatus & congressus diu, ad hoc funestum opus necessitate pervenit; ille, qui & se & omnes suos prodidit, & qui ipse pro cunctis ad discrimen accedens, uxorem & liberos & domum totam periculi sui perfunctione protexit; ille, qui inquilinos vel amicos suos ad facinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit, fratres etiam plurimos, qui extorres & profugi recedebant, in sua tecta & hospitia recepit, ostendens & offerens Domino multas animas viventes & incolumes, quæ pro una saucia deprecentur. Cùm ergo inter ipsos, qui sacrificaverunt, multa sit diversitas, quæ inclementia est, & quàm acerba duritia, libellaticos cum iis, qui sacrificaverunt, jungere? *&c. Denique nonnulli statim à lapsu suo pœnitentiam egerant, & humiles & mites & trementes & metuentes Deum, ut in epist.* 27 *legitur, Ecclesiæ pacem & Episcopi sui reditum patienter exspectaverant, alii martyrum libellis abusi, neglectâ pœnitentiâ contra ecclesiasticam disciplinam pacem sibi non tam rogaverant, quàm vindicârant.*

F

nec pacem temerè dandam, statuitur.

394 *Quid porrò in hac synodo actum fuerit,* S. Cyprianus *in laudata epistola* 52 *ad Antonianum his verbis significat:* Secundùm quod tamen antè fuerat destinatum, persecutione sopita, cùm data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & Scripturis divinis ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plùs desperatione deficerent, &, eò quòd sibi Ecclesia clauderetur, secuti sæculum, gentiliter viverent; nec tamen rursus censura Euangelica solveretur, ut ad communicationem temerè prosilirent; sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum, se-

A secundùm quod libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi ſingula placitorum capita conſcripta ſunt.

Libellus hac ſuper re à ſynodo

395 *Eminentiſſimus Baronius ad annum Chriſti* 254, *num.* 89 *ſuſpicatur, laudatum libellum à ſynodo conſcriptum fuiſſe,* & placitorum capita *eadem illa eſſe, quæ etiam alio nomine* Pœnitentiales canones *antiquitas nominavit. Sed ſive veteres hunc an alium librum eo nomine appellârint; id mihi omninò veriſimile videtur, in libello vel epiſtola à laudata ſynodo edita, hujuſmodi canones relatos fuiſſe: nam id* & S. Cypriani *verbis planè conſonum eſt, & neceſſarium erat ad determinandam pro delictorum varietate pœnitentiam lapſis, ad quos curandos ea ſynodus convenerat. Certè exſtitiſſe olim hujuſmodi epiſtolam, non à ſolo Sancto noſtro, ſed & ab omnibus epiſcopis, qui dictæ ſynodo aderant, conſcriptam, teſtatur Euſebius lib.* 6 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap.* 43, *ubi hæc habet:* Pervenerunt certè ad nos... præterea aliæ (*litteræ*) Latino ſermone conſcriptæ, Cypriani & epiſcoporum unà cum ipſo (*congregatorum*) in Africa, per quas oſtendebatur, B etiam ipſis placuiſſe, ut ſubveniretur iis, qui in tentationem inciderant.

conſcriptus, qui periit.

396 *Haſce igitur litteras à* S. Cypriano *deſignatas arbitror, dum, quid in ſynodo decretum fuiſſet, Antoniano exponens, dixit:* Secundùm quod libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi ſingula placitorum capita conſcripta ſunt. *Hinc mihi Joannes Fellus ipſe ſomniâſſe videtur, dum in Annotatis ad hanc epiſtolam, quæ ipſi* 55 *eſt, Baronii opinionem pro ſomnio reputans, librum de Lapſis à Sancto hîc indicatum voluit, & pro ſingulis placitorum capitibus ad epiſtolas* 18 *&* 19, *quæ Baluzio* 12 *&* 13 *ſunt, diu ante laudatam ſynodum ſcriptas lectorem remiſit. De libro de Lapſis ſuo loco contrarium probabimus; litteræ verò ab illo laudatæ ſolius* S. Cypriani *ſunt è ſeceſſu ad clerum miſſæ, neque ſingula placitorum capita, in ſynodo poſtmodùm ſancita continent. Multo itaque rectiùs Baronius, Pamelius, aliique eruditi laudatum à* S. Cypriano *libellum, qui ad illius temporis diſciplinam eccleſiaſticam illuſtrandam haud dubiè multùm conduxiſſet, modò intercidiſſe fatentur.*

C

Quæ in ea decreta? Sacrificatis

397 *Attamen hanc jacturam non parùm levant* S. Cypriani *ſcripta, in quibus præcipua de lapſis decreta ſparſim memorantur. Ac primò quidem ex epiſtola* 55 *diſcimus, contra errorem Feliciſſimi ſancitum fuiſſe, ne cui lapſorum ſine prævia pœnitentia pax & communio concederetur.* Concilio, *inquit Sanctus ibidem,* frequenter acto, non conſenſione tantùm noſtra, ſed & comminatione decrevimus, ut pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam non agentibus nemo temerè pacem daret. *Ut verò ſynodi patres Feliciſſimi aſſeclarum ſacrilegam facilitatem in admittendis ad pacem lapſis damnârunt, ita ſedulò caverunt, ne nimiâ duritiâ eoſdem in deſperationem agerent, prout num.* 394 *ex epiſtola* 52 *ad Antonianum vidimus. Quid autem utramque impietatem evitantes decreverint, Sanctus in laudata epiſtola* 52 *his verbis docet:* Placuit, frater cariſſime, examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti, ſacrificatis in exitu ſubveniri; quia exomologeſis apud inferos non eſt, nec ad pœnitentiam quis à nobis compelli poteſt, ſi fructus pœnitentiæ ſubtrahatur.

omnibus pax dilata non fuit

398 *Qui* libellatici, *quique* ſacrificati, *dicti fuerint,* § 8 *expoſuimus. Sed quod ad verba mox recitata ſpectat, ſi quis ea ſeorſùm ab aliis conſideret, facilè exiſtimabit, reconciliationem ſacrificatorum ad finem uſque vitæ dilatam fuiſſe, ut nonnullis reipſa viſum eſt; atque hinc ulteriùs dubitabit, ad quod tempus iſtud* interim *de libellaticis referendum ſit. At ſi alios ejuſdem Sancti locos cum hoc conferamus, omninò dicendum videbitur, libellaticos, qui, cùm* non tam crimine, quàm errore decepti *fuiſſent, de peccato ſuo admoniti, mox à lapſu pœnitentiam egerant, è ſynodi decreto ſtatim ad pacem admiſſos eſſe; ſacrificatos verò non niſi poſt certum tempus pro gravitate delicti in pœnitentia exactum; cùm hac tamen cautione, ut, ſi eo nondum expleto, periculosè decumberent, eodem beneficio nihilominus gauderent. De ſacrificatis id primùm oſtendendum eſt; quia de his major eſt difficultas, à cujus ſolutione etiam altera de libellaticis plurimùm pendet.* AUCTORE C. S.

uſque ad periculum mortis;

399 S. Cyprianus *ob inſtantem à Gallo, Decii ſucceſſore, perſecutionem, cum multis collegis ſuis ratus pacem omnibus, qui à primo lapſûs ſui die pœnitentiam agere non deſiterant, pacem dandam eſſe, in epiſtola* 54 *ad S. Cornelium Papam de ſuperioris concilii decretis ſic loquitur:* Statueramus quidem jam pridem, frater cariſſime, participato invicem nobiſcum conſilio, ut, qui in perſecutionis infeſtatione ſupplantati ab adverſario, & lapſi fuiſſent, & ſacrificiis ſe illicitis maculâſſent, agerent diù pœnitentiam plenam, & ſi periculum infirmitatis urgeret, pacem ſub ictu mortis acciperent. *Hæc ipſe cum collegis ſuis, ad quæ obſervandum venit, quid ſit* pœnitentia plena, *quam à ſacrificatis diu agendam fuiſſe ait. Non fuiſſe illam perpetuam, ſive ad mortem uſque, quantumlibet diu quis viveret, productam, ſed certo quodam tempore circumſcriptam, diſcimus ex epiſtola* 62 *per quam* S. Cyprianus *cum aliquot collegis ac preſbyteris, à Pomponio conſultus de virginibus, quæ caſtitati ſuæ labem aſperſerant, ut* § 6 *vidimus, reſpondit.* E

prout exemplis

400 *In ea enim inter cetera hæc ſcripſit:* Si pœnitentiam hujus illiciti concubitûs ſui egerint,... & ſi virgines inventæ fuerint, accepta communicatione ad Eccleſiam admittantur... Si autem de eis aliqua corrupta fuerit deprehenſa, agat pœnitentiam plenam; quia, quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt; & ideò æſtimato juſto tempore, poſtea exomologeſi facta, F ad eccleſiam redeat. *Secundùm hæc igitur, qui pœnitentiam plenam agebat, poſt certum tempus pro criminis magnitudine æſtimatum, facta exomologeſi, ad pacem Eccleſiæ admittebatur. Nec aliter cum ſacrificatis actum eſſe, liquet ex cauſa Victoris, de qua* S. Cyprianus *cum* 66 *epiſcopis anno* 252 *congregatis ad Fidum per epiſtolam* 59 *in hunc modum reſcripſit:* Legimus litteras tuas, frater cariſſime, quibus ſignificâſti de Victore, quondam presbytero, quòd ei antequam pœnitentiam plenam egiſſet, & Domino Deo, in quem deliquerat, ſatisfeciſſet, Therapius collega noſter immaturo tempore, & præpropera feſtinatione pacem dederit.

ex S. Cypriani epiſtolis

401 Quæ res nos ſatis movit, receſſum eſſe à decreti noſtri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus ſatisfactionis, & ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate urgente ac neceſſitate cogente, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu conſilio, ſatis fuit objurgare Therapium collegam noſtrum, quòd temerè hoc fecerit; & inſtruxiſſe, ne quid tale de cetero faciat. Pacem tamen, quomodocumque à ſacerdote Dei ſemel datam, non putavimus auferendam;

AUCTORE C. S.

dam ; ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. *Locum hunc, qui præsenti controversiæ magnam lucem affundit, diligenter perpendamus. Arguitur hîc Therapius, non quòd Victori pacem dedisset, sed quòd eam dedisset*, antequam pœnitentiam plenam egisset, & Domino Deo ... satisfeciſſet ; *ideóque* immaturo tempore & præpropera festinatione ; *sive, quod idem est*, ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, *cùm nulla sat urgens ratio hoc prævertendum suaderet ; quippe* sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente.

depromptis

402 *Manifestè igitur Sanctus hîc insinuat, Victori præfixum fuisse certum pœnitentiæ tempus, post quod Domino Deo satisfeciſſe censendus fuisset, & ad pacem admittendus, & quo nondum expleto, ad eam admitti non poterat, nisi periculosa infirmitas, vel justus populi favor, vel alia quacumque necessitas ita fieri compulisset. Observandum præterea est, Therapium dici per immaturam illam clementiam* à decreti ... auctoritate *recessisse. Hoc autem decretum quodnam aliud est, quàm quod in epistola* 54 *memoratur, & quo sancitum fuerat*, ut *hujusmodi lapsi* agerent diu pœnitentiam plenam ; & si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent ? *Sanè qui verba hæc cum iis, quæ ex epistola* 66 *mox recitavimus, conferre voluerit, non dubitabit, quin utrobique de eodem decreto agatur, ac propterea prior epistola per posteriorem hac in parte explicanda sit. Ceterùm, quemadmodùm lapsi convalescentes pace, quam in periculo mortis ante exactum pœnitentiæ tempus acceperant, frui perseverabant, ita Victori quoque* communicationem sibi, *licèt præproperè*, concessam usurpare *permissum est.*

B

probatur ;

403 *Exstat & aliud exemplum in epistola* 53, *quo luce clariùs patet, non omnibus lapsis pœnitentiam ad mortem usque agendam fuisse ; solidéque confirmantur, quæ hac super re hactenus diſseruimus. Casus hic erat : Ninus, Clementianus & Florus à persecutoribus apprehensi, cùm violentiam magistratûs, & furentis populi impetum primùm fortiter excepissent, deinde apud proconsulem* vi tormentorum & diutinis cruciatibus *cessarant ; ac mox à lapsu suo ad pœnitentiam conversi, eam in triennium jam produxerant. De hisce consultus* S. Cyprianus, an eos ad communicationem jam fas esset admittere ; *respondit, ita sibi omninò videri ; existimare enim se* ad deprecandam Domini clementiam posse sufficere, quod triennio jugiter ac dolenter... cum summa pœnitentiæ lamentatione planxerunt. Certè non puto, *inquit*, incautè & temerè his pacem committi, quos videmus militiæ suæ fortitudine nec priùs pugnæ defuisse, & si acies etiam denuò venerit, gloriam suam posse reparare. *Attamen, quia rogatus fuerat, ut de hac causa ad collegas suos referret, subdit, sese post adhibitum eorumdem consilium de ea postmodum aliquid certius rescripturum.*

C

sed ii post pœnitentiam plenam,

404 *Non dubitabant igitur Fortunatus, Abhymmus & ceteri, à quibus Sanctus hîc consultus fuit, non dubitabant, inquam, quin lapsis extra mortis periculum pax dari posset ; sed an pœnitentia jam triennio continuata sufficeret ad eam concedendam illis, qui tormentis subacti ex infirmitate ceciderant ; eamque sufficere censuit* S. Cyprianus : *manifesto sanè indicio, in Carthaginensi synodo minimè decretum fuisse, ut sacrificati omnes ad mortem usque pœniterent ; nec nisi urgente extrema infirmitate ad pacem admitterentur. Quorsum enim hæc gemina fuisset consultatio, si hujusmodi canon recèns conditus fuisset ? In nostra verò sententia consultandi causa minimè obscura est, quòd, cùm laudata synodus statuisset, ut, singulorum causis diligenter examinatis, pro gravitate delicti pœnitentia imponeretur, dubitari posset, an non satis diuturna esset ea, quam Ninus, Clementianus ac Florus egerant, quorum lapsus eò majori commiseratione dignus erat, quòd primùm fortiter congressi*, per imbecillitatem carnis confessionis suæ coronam *perdidissent, ut Sanctus in eadem epistola loquitur.*

D

nisi interim de vita periclitarentur,

405 *Quorsum etiam idem sanctus Episcopus in epistola* 52 *ad Antonianum scribit, in concilio decretum esse, ut* examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum, *etiam sacrificatorum ; idque meritò factum tam operosè ibidem probat ; quorsum, inquam, hæc omnia, si sacrificatis omnibus perpetua ad mortem usque pœnitentia imposita fuisset ? Denique cùm* S. Cypriano *visa fuerit*, inclementia, &... acerba duritia, libellaticos cum iis, qui sacrificaverunt, jungere, *isne æquum censuisset in ceteros pari pœnâ animadvertere, cùm, eodem ibidem teste*, inter ipsos, qui sacrificaverunt, multa sit differentia. *Quinimò is ipse in libro de Lapsis loquens de iis, qui per tormenta victi fuerant, diserte ait :* Potest citò proficere ad veniam causa talis. Potest hujusmodi excusatio esse miserabilis. *Non videtur itaque prudenter dubitari posse, quin sacrificatis pax promissa sit, sed non ante expletam pœnitentiam, pro singulorum delictis æstimatam, concedenda, nisi cùm gravis infirmitas urgeret.* Nec enim fas erat, *ut Sanctus in epistola* 54 *loquitur*, aut permittebat paterna pietas & divina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes, sine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur ; quando permiserit ipse, qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in cælis ligata essent, solvi autem possent illic, quæ hîc priùs in Ecclesia solverentur.

E

ad pacem & communionem

406 *Verùm, inquiet aliquis, si hæc ita se habeant, cur* S. Cyprianus *in epistola* 52 *ad Antonianum de pace infirmis sacrificatis danda sic scribit, quasi nihil præterea de his lapsis in concilio decretum fuisset ? Respondeo, id ideò factum esse, quia Novatianus ejusque asseclæ, in quorum partes inclinare cœperat Antonianus, SS. Cornelium ac* Cyprianum *ex hoc capite præcipuè criminabantur. Cùm enim frequenter contingeret, ut hujusmodi lapsi infirmi convalescerent, sanctisque Episcopis iniquum videretur, eos communione, quam in infirmitate, licèt antè exactam pœnitentiam acceperant, sine nova culpa privare ; hinc schismatici illos de communicatione cum sacrificatis accusare non cessabant : quam calumniam Sanctus in laudata epistola convellere intendit. Hoc autem ne gratis asseruisse videar, ipsum* S. Cyprianum *in laudata epistola ad Antonianum audiamus.*

F

admittebatur.

407 Sed & quod passim, *ait*, communicare sacrificatis Cornelius tibi nuntiatus, hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur. Neque enim possunt laudare nos, qui recedunt à nobis, aut exspectare debemus, ut placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratribus violenter insistunt. Quare & de Cornelio & de nobis quæcumque jactantur, ne audias facilè, nec credas, fra-

A frater cariſſime. Si quî enim infirmitatibus occupantur, illis, ſicut placuit, in periculo ſubvenitur. Poſtea tamen quàm ſubventum eſt, & periclitantibus pax data eſt, offocari à nobis non poſſunt, aut opprimi, aut vi & manu noſtra in exitum mortis urgeri; ut, quoniam morientibus pax datur, neceſſe ſit mori eos, qui acceperint pacem: cùm magis in hoc judicium divinæ pietatis & paternæ lenitatis appareat, quòd, qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hîc quoque ad vitam, percepta pace, teneantur. Et iccircò, ſi accepta pace commeatus à Deo datur; nemo hoc debet in ſacerdotibus criminari, cùm ſemel placuerit fratribus in periculo ſubveniri. *Ceterùm neceſſe ipſi non erat ſingula ſynodi decreta recenſere, cùm libellum*, ubi ſingula placitorum capita conſcripta *erant, ad Antonianum jam perveniſſe confideret.*

§ XXIII. Libellaticis pœnitentibus pax à ſynodo mox conceſſa : Feliciſſimus, Novatus, aliique damnati ; alia ad hanc ſynodum ſpectantia.

B

Libellaticis, qui pœnitentiam jam egerant,

EX *his, quæ præcedenti § de ſacrificatis diſputavimus, ſequitur, quid de libellaticis Sanctus dictum voluerit, dum in epiſtola ad Antonianum ait:* Placuit, frater cariſſime, examinatis cauſis ſingulorum, libellaticos interim admitti, ſacrificatis in exitu ſubveniri. *Cùm enim poſtrema hujus ſententiæ pars ſic intelligenda ſit, ut dicatur ſubveniendum eſſe ſacrificatis, ſi hi de vita periclitarentur, antequam pœnitentiam plenam explêſſent, poſt quam etiam extra omne vitæ periculum ad pacem admittendi fuiſſent; non videtur illud* interim *ad aliud, quàm ad præſens tempus referendum; atque adeò ſtatutum eſſe, ut libellaticis, qui errorem ſuum, ex quo lapſi fuerant, dedocti, ſinceram (pœnitentiam agere non deſiterant, ſine notabiliter longiori pœnitentia pax & communio concederetur. Hoc ipſum ſolidè confirmari poteſt ex laudata epiſtola ad Antonianum, in qua* S. Cyprianus *objectam ſibi à Novatianis communicationem cum ſacrificatis ac libellaticis ſic refellit, ut hanc cum poſtremis non obſcurè admittat, probetque; quemadmodùm oſtendere aggredior.*

C

pax & communio

409 *In ea Sanctus ſic ſcribit :* Et quidem primùm, quoniam de meo quoque actu motus videris, mea apud te & perſona & cauſa purganda eſt, ne me aliquis exiſtimet à propoſito meo leviter receſſiſſe, & cùm Euangelicum vigorem primò & inter initia defenderim, poſtmodùm videar animum meum à diſciplina & cenſura priore flexiſſe, ut his, qui libellis conſcientiam ſuam maculaverint, vel nefanda ſacrificia commiſerint, laxandam pacem putaverim: quod utrumque non ſine librata diu & ponderata ratione à me factum eſt. *Deinde cùm oſtendiſſet, quàm cautè in hac cauſa proceſſiſſet, ſubdidit :* De quo tibi neceſſe nunc fuit ſcribere, ut ſcias, me nihil leviter egiſſe, ... & nemini quidem ex lapſis priùs communicâſſe, quando adhuc erat, unde non tantùm indulgentiam, ſed & coronam lapſus acciperet (*id eſt, quamdiu perſecutio vigebat*) poſtea tamen, ſicut collegii concordia & colligendæ fraternitatis ac medendi vulneris utilitas exigebat, neceſſitati temporum ſuccubuiſſe, & ſaluti multorum providendum putâſſe, & nunc ab his non recedere, quæ ſemel in concilio noſtro de communi collatione placuerunt, quamvis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia adversùs ſacerdotes Dei, de diaboli ore prolata, ad rumpendam Catholicæ unitatis concordiam ubique jactentur. AUCTORE C. S.

410 *Tum poſt multa de S. Cornelio Papa, quem ſchiſmatici ſimilibus mendaciis lacerabant, ad diluendam criminationem, tam ſibi quàm ipſi objectam, ſe convertit. Ac primò quidem, quod ad ſacrificatos attinet, fatetur ſeſe ex concilii decretis in unico caſu ante expletam pœnitentiam cum iis communicare.* Si qui enim, *inquit*, infirmitatibus occupantur, illis, ſicut placuit, in periculo ſubvenitur. Poſtea tamen quàm ſubventum eſt, & periclitantibus pax data eſt, offocari à nobis non poſſunt, aut opprimi aut vi & manu noſtra in exitum mortis urgeri, ut quoniam morientibus pax datur, neceſſe ſit, mori eos, qui acceperint pacem *&c. Ad alteram verò accuſationem de communione cum libellaticis longè aliter reſpondet; non enim hanc negat; ſed totus in eo eſt, ut oſtendat, inter horum ac ſacrificatorum crimen plurimum diſcriminis intercedere;* Nec tu exiſtimes, *inquiens*, frater cariſſime, ſicut quibuſdam videtur, libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam, qui ſacrificaverunt, & conditio frequenter, & cauſa diverſa ſit. *Deinde id ibidem operosè probat, ac libellaticos, velut ex errore lapſos, quantùm poteſt, excuſat verbis num.* 149 *à nobis recitatis.* *non diu poſt ſynodum*

411 *Eamdem communicationem cum libellaticis non obſcurè admiſiſſe videtur, dum in laudata epiſtola* 52 *Novatianum, qui eam damnaverat, in hunc modum retudit.* Si (*Novatianus*) ſe cordis & renis ſcrutatorem conſtituit & judicem, per omnia æqualiter judicet; &, cùm ſciat ſcriptum eſſe : „Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat;„ fraudatores & mœchos à latere atque à comitatu ſuo ſeparet; quando multò & gravior & pejor ſit mœchi, quàm libellatici cauſa; cùm hic neceſſitate, ille voluntate peccaverit; hic exiſtimans, ſibi ſatis eſſe, quòd non ſacrificaverit, errore deceptus ſit, ille matrimonii expugnator alieni, vel lupanar ingreſſus ad cloacam & cœnoſam voraginem vulgi, ſanctificatum corpus & Dei templum deteſtabili colluvione violaverit. *Argumentum hoc, ut vulgò dicimus, ad hominem eſt, quo Sanctus probat, communicationem cum libellaticis à Novatiano ſibi fruſtra objici, dum ipſe fraudatores & mœchos in communione ac comitatu ſuo retinet, quos, ſi æquum judicem ageret, multò magis à ſe arcere deberet, utpote libellaticis nimiùm quantùm deteriores.* *ex ejuſdem decreto conceſſa eſt.*

412 *Adversùs hanc ſententiam nonnulla tamen argumenta ex eodem* S. Cypriano *profert auctor Obſervationum in Bibliothecam Eccleſiaſticam Eliæ Du Pin, tom.* 1, *cap.* 4, § 4, *quæ modò examinabimus. In primis obſervat, in laudata epiſtola* 52 *à Sancto multùm commendari* temperamentum *iſtud, quo in ſynodo cautùm fuerat*, ut nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis denegaretur, ne plùs deſperatione deficerent, &, eò quòd Eccleſia ſibi clauderetur, ſecuti ſæculum, gentiliter viverent; nec tamen rurſus cenſura Euangelica ſolveretur, ut ad communicatio- *Reſpondetur*

AUCTORE C. S.

nem temerè prosilirent ; sed traheretur diu pœnitentia *&c. Hoc autem temperamentum etiam ad libellaticos spectare idem auctor infert ex eadem epistola, in qua de istis dicitur :* Quorum si pœnitentiam respuamus, habentium aliquam fiduciam tolerabilis conscientiæ, statim cum uxore, cum liberis, quos incolumes reservaverant, in hæresim vel schisma, diabolo invitante, rapiuntur *&c.*

ad nonnulla argumenta,

413 *Atqui, inquit, non fuisset justum temperamentum nimis severam inter remissamque disciplinam, libellaticos, quos eodem cum sacrificatis loco habebat Antonianus, statim absolvere ; neque timendum erat, ne hi ob paucorum annorum impositam pœnitentiam ad desperationem impellerentur. Ad hæc respondeo, in eadem synodo non minùs cautum fuisse, ut* examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum ; *nempe ut pro delicti gravitate pœnitentia exigeretur. Cùm autem libellaticorum peccatum, qui* non tam crimine, quàm errore decepti *deliquerant, à sacrificatorum scelere plurimùm distaret, quidnî justum temperamentum videatur, istos post sinceram*

B

pœnitentiam, quam moniti egerant, ad pacem admittere ; sacrificatis verò pro singulorum meritis paucos pœnitentiæ annos imponere ? Fateor quidem, id auctori observationum minùs justum videri potuisse, quia in ea sententia processit, quæ sacrificatis pacem usque ad periculum mortis dilatam fuisse statuit ; neque attendit, hîc de libellaticis agi, qui de errore suo edocti, pœnitentiam amplexi fuerant, in eaque perseverabant. Id autem libellaticos passim præstitisse, colligitur ex eadem epistola verbis num. 149 *recitatis ; sed & illos eum errorem jam pridem dedoctos fuisse, pariter liquet ex epistola* 14, *anno priori in secessu scripta, in qua iidem libellos martyrum exambisse dicuntur.*

quibus non nemo persuadere conatur,

414 *Nec refert, si Antonianus, ut auctor ait, libellaticos sacrificatosque pari loco habuerit : hunc enim errorem* S. Cyprianus *ibidem solidè convellit, monetque eum ex Stoïca, non ex Christiana disciplina procedere.* Alia est, *inquit*, philosophorum & Stoïcorum ratio, frater carissime, qui dicunt omnia peccata paria esse, & virum gravem non facilè flecti oportere. Inter Christianos autem & philosophos plurimùm distat. Et cùm

C

Apostolus dicat : Videte, ne quis vos prædetur per philosophiam & inanem fallaciam ; vitanda sunt à nobis, quæ non de Dei clementia veniunt, sed de philosophiæ durioris præsumptione descendunt. *Præterea cautio à concilii patribus, ne lapsi desperarent, adhibita, & à sancto Episcopo laudata, capitalem Novatianorum hæresim, in quam Antonianus propendêre videbatur, directè ferit. Non erat scilicet Catholicos inter ac Novatianos de diuturnitate temporis, quo pœnitentia agenda esset, sed de pace danda, dissensio : negabant enim hi, post baptismum lapso, etiam quantâlibet pœnitentiâ perfunctо, pacem ab Ecclesia dari debere aut posse ; Catholici verò eam post exactam pro cujusque delicti gravitate pœnitentiam omninò dandam esse sustinebant.*

pacem iisdem,

415 *Hinc errorem illum Sanctus ibidem his verbis sugillat :* Atque ô frustrandæ fraternitatis irrisio ! ô miserorum lamentantium, & amentium caduca deceptio ! ô hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio ! Hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam ; dicere fratribus nostris : Plange, & lacrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare ; sed extra Ecclesiam post omnia ista morieris : quæcumque ad pacem pertinent, facies ; sed nullam pacem, quam quæris, accipies. Quis non statim pereat ? Quis non ipsa desperatione deficiat ? Quis non animum suum à proposito lamentationis avertat ? *Contra hanc igitur Novatianorum impiam duritiam in synodo cautum fuisse* S. Cyprianus *ait verbis objectis ; cúmque illi non minùs libellaticos, quàm ceteros lapsos à pace perpetuò arcerent ; meritò observat, eos per tantam inclementiam præ ceteris in desperationem inducendos fuisse, eosdemque, dum viderent, Ecclesiam sibi ob delictum ex errore potiùs, quàm ex pravo animi affectu commissum, crudeliter occludi, unà cum uxore ac liberis ad schismaticas Felicissimi partes, qui lapsos omnes sine prævia pœnitentia recipiebat, accessuros.*

D

non nisi impositâ,

416 *Id ita esse, manifestum est ex iis, quæ post verba objecta mox subdit ;* Adscribetur, *inquiens*, nobis in die judicii, nec ovem sauciam curâsse, & propter unam sauciam multas integras perdidisse ; &, cùm Dominus, relictis nonaginta novem sanis, unam errantem & lassam quæsierit, & inventam humeris suis ipse portaverit ; nos non tantùm non quæramus lapsos, sed & venientes arceamus ; & cùm pseudo-prophetæ gregem Christi nunc vastare & lacerare non desinant, occasionem canibus & lupis demus, ut, quos persecutio infesta non perdidit, eos duritiâ nostrâ & inhumanitate perdamus. Arceamus, *ait ; non, eorum pacem* differamus, *quia scilicet non de diuturnitate pœnitentiæ, quæ libellaticis obeunda esset ; sed de reconciliandi potestate ac jure, Novatiani contra Ecclesiam disceptabant. Eodem modo respondendum est ad alterum ejusdem argumentum, quod ex verbis num.* 411 *relatis format, contendens, Sanctum ibidem ineptè argumentatum fuisse, si libellaticis pax mox data fuerit. Observa tamen, nos de iis agere, qui de errore suo admoniti, jam pridem pœnitentiam privatim egerant, agebantque, dum synodus celebraretur : neque enim dicimus, eos sine ulla pœnitentia prævia ad pacem admissos fuisse ; sed eam, quam jam obierant, patribus sufficere visam, ut Ecclesiæ communioni restituerentur. Sed neque negamus, iisdem etiam aliquam pœnitentiam publicam impositam fuisse ; sed eam tam brevem fuisse credimus, ut pax ipsis statim post synodum data dici potuerit.*

E

expletâque diuturnâ pœnitentiâ,

417 *Non plus ponderis habent, quæ laudatus auctor præterea objicit : nempe* S. Cyprianum *in libro de Lapsis, post synodum scripto, libellaticis æquè ac sacrificatis necessitatem pœnitentiæ inculcâsse : sed & synodi patres ab ejusmodi indulgentia tam procul abfuisse, ut etiam ii, qui de libello impetrando dumtaxat cogitaverant, non nisi post exactam notabili tempore pœnitentiam pacem obtinerent ; ut in laudato libro legi affirmat. Denique in epistola* 68 *ad Hispanos, occasione duorum antistitum libellaticorum, Basilidis ac Martialis, dici, à tempore S. Cornelii cum unanimi totius mundi episcoporum consensu statutum fuisse, presbyteros ac episcopos, qui libellis sese inquinaverant, ad pœnitentiam admitti quidem posse, sed à clero tamen imposterùm excludendos. Verùm duobus prioribus locis* S. Cyprianus *agit de iis libellaticis, qui aut sibi blandientes, quòd non sacrificâssent, pœnitentiam agere detrectaverant ; delictumque suum apud plebem extenuabant, aut sedulò occultabant.*

F

concedendam esse.

418 *Manifestum id est locum objectum inspicienti : ibi enim Sanctus tria probat : primum,*

A *conſcientiam hujuſmodi libello verè contaminari ; alterum, libellaticum, etſi apud homines ſe purgaverit, Deo tamen judici imponere non poſſe ; tertium denique, Deum arcana omnia & corda perſpicere, nec inulta crimina fore, licèt homines latuerint. De hujuſmodi verò libellaticis ſermo nobis non eſt. Deinde quod ſecundo loco auctor objicit, in laudato libro non legitur. Verba accipe :* Quanto & fide majores & timore meliores ſunt, qui, quamvis nullo ſacrificii aut libelli facinore conſtricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverant, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, exomologeſin conſcientiæ faciunt, animi ſui pondus exponunt, ſalutarem medelam, parvis licèt & modicis vulneribus exquirunt, ſcientes ſcriptum eſſe : Deus non deridetur. *Ubi, quæſo, Sanctus hîc dicit, quod auctor objecit ? Certè qui totum illum locum unà cum præcedentibus ac ſubſequentibus conſiderare voluerit, fatebitur,* S. Cyprianum *ibidem ex ſacræ Scripturæ teſtimoniis oſtendere, peccata, ut ut occulta, per pœnitentiam & exomologeſin expianda eſſe, idque piorum exemplo, qui etiam minora ſic eluunt, illuſtrare. Hinc ibidem mox ſubdit :*

B Derideri & circumveniri Deus non poteſt, nec aſtutiâ aliquâ fallente deludi : plus immò delinquit, qui ſecundùm hominem Deum cogitans, evadere ſe pœnam criminis credit, ſi non palàm crimen admiſſum eſt.

in ea ſynodo decretum fuiſſe.

419 *Fruſtra quoque epiſtolam 68 pro ſe laudat ; nam Baſilides ac Martialis præter libelli ſcelus alia gravia crimina commiſerant, ut ſuprà num.* 156 *oſtenſum eſt, & quibus recenſitis, Sanctus in ea epiſtola ait :* Cùmque alia multa ſint & gravia delicta, quibus Baſilides & Martialis implicati tenentur, fruſtra tales epiſcopatum uſurpare conantur ; cùm manifeſtum ſit, ejuſmodi homines nec Eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe, nec Sacrificia offerre debere ; maximè cùm jam pridem nobiſcum & cum omnibus omninò epiſcopis in toto mundo conſtitutis, etiam Cornelius collega noſter... decreverit, ejuſmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione tamen cleri, atque à ſacerdotali honore prohiberi. *Præterea etſi gratis admitteremus, laudatum decretum etiam ad epiſcopos ſolo libello contaminatos ſpectare ; mirandumne foret, crimen iſtud in epiſcopis ſeveriùs, quàm in laicis caſtigatum fuiſſe ; cùm illorum exemplum multò eſſet perniciosius, & lapſus fœdior ; neque error, ex quo laici potiſſimùm excuſabantur, in epiſcopis locum habuiſſe cenſeri poſſet aut deberet.*

C

Quid in ea ſynodo

420 *Non videtur etiam dubitandum, quin eadem ſynodus aliquid ſtatuerit in gratiam lapſorum, qui à martyribus ac confeſſoribus litteras commendatitias acceperant ; ſi tamen hæ juſtè, moderatè, religioſéque datæ fuiſſent. Nam quas Lucianus ac nonnulli alii imprudenter ac promiſcuè dederant, ſine dubio rejectæ fuerunt. Id enim* S. Cyprianus *non ſemel promiſerat, & in libro de Lapſis re vera factum fuiſſe inſinuare videtur, dum ſub ejuſdem finem ait :* Pœnitenti, operanti, roganti, poteſt (*Deus*) clementer ignoſcere, poteſt in acceptum referre, quidquid pro talibus & petierint martyres, & fecerint ſacerdotes. *Tillemontius art.* 23 *ſuſpicatus eſt, in eodem concilio præterea decretum fuiſſe, ut, ſi qua perſecutio interim ſuſcitaretur, lapſi omnes, qui Eccleſiam non deſeruiſſent, & poſt lapſum ſuum ſinceram pœnitentiam agere non deſtitiſſent, ad communionem reciperentur. Suſpicioni cauſam dedit*

epiſtola 52, *in qua Sanctus de ejuſdem ſynodi decretis, inter cetera ſic ſcribit :* Nec ad pœnitentiam quis à nobis compelli poteſt, ſi fructus pœnitentiæ ſubtrahatur. Si prælium priùs venerit, corroboratus à nobis, invenietur armatus ad prælium. Si verò ante prælium infirmitas urſerit, cum ſolatio pacis & communicationis abſcedit. AUCTORE C. S.

præterea ſtatutum ſit.

421 *Sed quo minùs hæc ita accipiamus, obſtat epiſtola* 54, *per quam Sanctus cum pluribus epiſcopis, jam inſtante nova perſecutione, S. Cornelio ſignificavit, ſeſe eam gratiam hujuſmodi lapſis concedendam eſſe judicare ; idque decretum ſuum non ex aliquo prioris ſynodi canone, ſed multis rationibus ipſi probare conatur, ac manifeſtè ſignificat, iſtud ad periculum animarum præcavendum recèns à ſe conditum fuiſſe ; ut legenti perſpicuum erit, & nos etiam ſuo loco oſtendemus. Hinc rectè Maranus objecta verba ſic interpretatus eſt, ut ſpes veniæ poſt pœnitentiam conſequendæ utilis dicatur ad lapſorum animos erigendos, & ad pugnam, ſi qua fortè occaſio redierit, corroborandos. Præmiſerat enim ibidem ſanctus Antiſtes :* Ad virtutem de pœnitentia robur armatur, quod armari non poterit, ſi quis deſperatione deficiat, ſi ab Eccleſia durè & crudeliter ſegregatus, ad gentiles ſe vias & ſæcularia opera convertat, vel ad hæreticos & ſchiſmaticos, rejectus ab Eccleſia, tranſeat ; ubi etſi occiſus propter Nomen poſtmodùm fuerit, extra Eccleſiam conſtitutus, & ab unitate atque à caritate diviſus, coronari in morte non poterit. E

Feliciſſimus aliique damnati ;

422 *Porrò Feliciſſimus, quique ei adhæſerant, quatuor presbyteri (quintus enim Novatus Romam jam fugerat) in eodem concilio auditi fuêre, quodque de iis ſtatutum fuerat, ad S. Cornelium Papam poſtea perſcriptum, prout* S. Cyprianus *in epiſtola* 42 *teſtatur verbis, quæ ſubdo.* Quantùm verò hîc ad presbyterorum quorumdam & Feliciſſimi cauſam pertinet, quid hîc actum ſit, ut ſcire poſſes, litteras ad te collegæ noſtri manu ſua ſubſcriptas miſerunt, qui, auditis eis, quid ſenſerint, & quid pronuntiaverint, ex eorum litteris diſces. *Hæ litteræ, ex quibus rem geſtam clariùs cognoſcere licuiſſet, intercíderunt ; verumtamen ſchiſmaticos illos tum denuò damnatos fuiſſe, ex epiſtola* 55 *indubitatum eſt. In Novatum quoque, præcipuam ſchiſmatis facem, licèt tunc abſentem, peculiariter animadverſum fuit, cùm hic in epiſtola* 49 quaſi hæreticus ſemper & perfidus omnium ſacerdotum voce damnatus *dicatur.* Sed & Jovinus & Maximus,... ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe probata, ſententiâ novem epiſcoporum collegarum noſtrorum, *ait Sanctus in laudata epiſtola* 55, condemnati,... iteratò quoque à pluribus nobis anno priore (*ſcilicet* 251) in concilio abſtenti *ſunt. Hi duo erant incertarum ſedium epiſcopi, qui diœceſi ſua exuti, partes Feliciſſimi amplexi ſunt, & in ſchiſmate pertinaces, Fortunatum in Africa pſeudo-epiſcopum ordinârunt, ut infrà dicemus.* F

acta ſynodi Romam miſſa.

423 *Atque hæc ſunt, quæ in dicta ſynodo Carthaginenſi præcipuè geſta novimus. Ceterùm canones ſeu decreta in illa condita, præſertim quæ ad lapſorum cauſam ſpectabant, ad S. Cornelium Pontificem deinde tranſmiſſa, ab eoque in concilio Romano approbata fuiſſe, Sanctus ipſe in epiſtola* 52 *teſtatur. Sic autem habet :* Ac ſi minùs ſufficiens epiſcoporum in Africa numerus videbitur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrum, qui & ipſe cum plurimis coëpiſcopis habito concilio, in eamdem

AUCTORE C. S. nobiſcum ſententiam pari gravitate & ſalubri moderatione conſenſit. *Similiter in epiſtola* 54 *ad eumdem ſanctum Pontificem memorat, laudata de lapſis recipiendis decreta* participato invicem... conſilio *facta fuiſſe. Utriuſque ſynodi, Romanæ ſcilicet ac Carthaginenſis, etiam meminit Euſebius lib.* 6 *Hiſtoriæ Eccleſ., cap.* 43, *ubi in priori ſexaginta epiſcopos præter presbyteros ac diaconos longè plures adfuiſſe ſcribit, ac nonnullas epiſtolas hùc ſpectantes laudat, quæ modò perierunt. Attamen de Feliciſſimo non meminit, ſed de Novato, ſeu veriùs Novatiano, qui multò fœdius ſchiſma in Romanam Eccleſiam, quàm Feliciſſimus in Carthaginenſem induxerat; unde factum videtur, ut Euſebius Feliciſſimum præterierit.*

§ XXIV. Geſta contra Novatiani antipapæ ſchiſma : S. Cornelii Pontificatus in Africa agnitus & promulgatus.

B

S. Cornelii, electi Pontificis,

DUm hæc in Africa agerentur, Novatus alterum ſchiſma, novamque hæreſim, quæ lapſis in fide omnem veniæ paciſque Eccleſiaſticæ aditum interdicebat, Romæ ſuſcitavit. De hoc ſchiſmate jam pluribus egimus in Commentario hiſtorico de S. Cornelii Papæ geſtis § 5 & ſequentibus, ideóque hîc ea tantummodò perſtringemus, quæ ibidem latiùs tractavimus. Poſt diuturnum interpontificium, à die ſcilicet XX *Januarii anni* 250, *quo S. Fabianus Romanus Pontifex martyrio ſublatus fuerat, uſque ad* IV *Junii anni ſubſequentis, ut in laudato Commentario* § 4 *velut probabilius ſuſtinuimus, poſt diuturnum, inquam, iſtud interpontificium S. Cornelius ad S. Petri Cathedram ſummo bonorum omnium gaudio evectus eſt. Sed enim id malè habebat Novatum, qui, cùm ſub tanto Pontifice impunitatem ſcelerum ſuorum ſperare non poſſet, veritus, ne ſibi Italia æquè atque Africa præcluderetur, Novatianum, Romanæ Cathedræ dudum inhiantem, ad eam ſibi*

C *vindicandam impulit, adjunctiſque ipſi nonnullis è confeſſoribus, perſuaſit, ut S. Cornelii ordinationi intercederet.*

& Novatianorum intercedentium

425 *His ita conſtitutis, S. Cornelius unà cum presbyteris ſuis ordinationem ſuam modeſtis religioſiſque litteris* S. Cypriano, *ceteriſque Africanis epiſcopis, de more ſignificavit. Sed & Novatianus, quique ejus ſchiſmati adhærebant, litteras ſuas, ſed longè diſpares, utpote atrocibus calumniis in S. Cornelium, ejuſque presbyteros, refertas, Carthaginem pariter deſtinârunt, illiuſque electioni interceſſêre. Haud difficile* S. Cypriano *fuit ex utriſque epiſtolis agnoſcere, ex qua parte æquitas & innocentia ſtaret: attamen cùm timeret, ne, ſi in re tanta nimiùm properâſſe videretur, novis turbis anſam daret, eam prudenter tractandam duxit, modumque excogitavit, quo ſancti Pontificis integritatem legitimamque ordinationem teſtatiſſimam faceret, & ſchiſmaticorum impudentiam penitùs comprimeret.*

litteris acceptis,

426 *Cornelii itaque litteras publicè legit, ejuſque ordinationem omnibus ſignificavit, ac ſuppreſsâ ſchiſmaticorum turbulentâ epiſtolâ, è communi conſenſu omnium collegarum, qui concilium cum eo tunc celebrâſſe videntur, Caldonium & Fortunatum epiſcopos Romam cum litteris delegavit, ut, quantùm poſſent, diſſidentes partes componerent, certaque de S. Cornelii electione teſtimonia ab epiſcopis, qui interfuerant, exquirerent: totâ interim hâc causâ, dum illi rediſſent, per Africam ſuſpensâ. Ita liquet ex epiſt.* 41, 42 *&* 45 *ad ipſum S. Cornelium poſtea datis. Et in epiſtola quidem* 42 *hujus conſilii rationem ſic exponit:* Quod autem ſcripta collegarum noſtrorum, qui illic ordinationi tuæ affuerant, deſideravimus, non veteris moris obliti, novum aliquid quærebamus; nam ſatis erat, ut tu te Epicopum factum litteris nuntiares, niſi eſſet ex diverſo diſcrepans factio, quæ criminoſis & calumnioſis commentis ſuis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei ſopiendæ neceſſarium duximus, ut ſcribentium nobis inde collegarum noſtrorum firma & ſolida auctoritas pararetur. D

legatos Romam mittit,

427 *De miſſis verò legatis ibidem hæc ſcribit:* Quod ſervis Dei, & maximè ſacerdotibus juſtis & pacificis congruebat, frater cariſſime, miſeramus nuper collegas noſtros Caldonium & Fortunatum, ut non tantùm perſuaſione litterarum noſtrarum, ſed præſentiâ ſuâ & conſilio omnium veſtrûm niterentur, quantùm poſſent, & elaborarent, ut ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem ſciſſi corporis membra componerent, & Chriſtianæ caritatis vinculo copularent. *Quid tamen de legitima ejuſdem electione, & ſchiſmaticorum criminationibus jam tum ipſe ſentiret, paucis interjectis ſignificavit;* Quamquam, *inquiens,* mens noſtra & propoſitum jam tunc fratribus & plebi iſtic univerſæ manifeſtatum fuiſſet, quando litteris nuper ab utraque parte ſuſceptis, tuas litteras legimus, & epiſcopatûs tui ordinationem ſingulorum auribus intimavimus. E

ſuppreſſis ſchiſmaticorum litteris,

428 Honoris etiam communis memores, & gravitatis ſacerdotalis ac ſanctitatis reſpectum tenentes, ea, quæ ex diverſo in librum ad nos tranſmiſſum congeſta fuerant acerbationibus criminoſis, reſpuimus; conſiderantes pariter & ponderantes, quòd in tanto fratrum numero, religioſoque conventu, conſidentibus Dei ſacerdotibus, & altari poſito, nec legi debeant nec audiri. Neque enim facilè promenda ſunt, & incautè ac temerè publicanda, quæ diſcordioſo ſtylo ſcripta audientibus ſcandalum moveant, & fratres longè poſitos, ac trans mare conſtitutos, incerta opinione confundant. *Hæc & plura in citatis epiſtolis; ex quibus conſtat,* S. Cyprianum *hujuſmodi rationem adhibuiſſe, non quòd de S. Cornelii integritate aut legitima electione dubitaret, ſed quòd ad commune bonum ita factum oportere judicaret; quod & feliciter ceſſiſſe videbimus.* F

ſuſpensâ tamen causâ,

429 *Certè tam procul aberat ab iniqua ſuſpicione ſanctus Antiſtes, ut, quos ex Africa Romam navigaturos ſciret, hos ſedulò moneret, ne falſis criminationibus moti, à S. Cornelii communione ſe ſegregarent, quemadmodùm in epiſtola* 45 *ad eumdem ſanctum Pontificem data non obſcurè ſignificat.* Quidam tamen, *ajebat,* mentes nonnumquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam, quàm ſe habet veritas, nuntiant. Nos enim ſingulis navigantibus, ne cum ſcandalo ullo navigarent, rationem reddentes, ſcimus nos hortatos eos eſſe, ut Eccleſiæ Catholicæ radicem & matricem agnoſcerent ac tenerent. *Nam quid hîc aliud commendabat, quàm ut Cornelio firmiter adhærerent, quem Romanæ Eccleſiæ, quæ Catholicæ radix ac matrix eſt, Pontificem electum noverat, quamvis ob ſupradictas rationes*

uti-

A *utilius censeret, ejusdem electionis per Africam promulgationem paulò differre, donec legati Româ reversi essent.*

donec legati redissent. 430 *In laudato concilio præterea statutum fuerat, ut rebus in hunc modum suspensis, epistolæ interim Romam mittendæ, non ad S. Cornelium, sed ad Urbis clerum destinarentur. Hinc factum est, ut,* cùm S. Cyprianus *unà cum Liberale episcopo Hadrumetum venisset, ejusque civitatis clerum, cujus episcopus Polycarpus aberat, de concilii placitis edocuisset, hi quoque litteras suas non Pontifici, ut Polycarpi nomine priùs factum fuerat, sed clero Romano inscriberent: qua de re & S. Cornelius postea cum* Cypriano *conquestus est, & hic sese illi per epistolam* 45 *purgavit. Decretum tamen hoc non obstitit, quo minùs* S. Cyprianus, *qui legitimam Cornelii electionem perspectam habebat, exempla litterarum, quas ad clerum plebemque suam de Felicissimo ejusque asseclis presbyteris scripserat, per Caldonium ac Fortunatum, concilii, ut diximus, legatos, eidem Pontifici legenda transmitteret, ut ipse in epistola* 42 *testatur.*

Novatiani antipapæ legatos B 431 *Inter hæc Novatianus scelus suum, quod etiam interposito jurejurando priùs celaverat, exsequi certus, à tribus episcopis Italis, quos fraudulenter accersierat, episcopum sese ordinari vi ac dolo curaverat, & asseclarum suorum suffragio nixus, pro Romano Pontifice se gerebat; quæ omnia in laudato Commentario § 7 pluribus exposuimus; ubi etiam contra Tillemontium ostendimus, sacrilegam illam Novatiani ordinationem contigisse, antequam S. Cornelii Pontificatus per Africam promulgatus, publicéque agnitus fuisset. Porrò Novatianus, usurpato in hunc modum Pontificatu, mox legatos suos, qui id nuntiarent, ad varias ecclesias & ad Carthaginensem quidem Maximum presbyterum, Augendum diaconum, Macheum & Longinum destinavit; haud dubiè impudenter mentiens, sese invitum eò compulsum fuisse; hâc enim larvâ eum scelus suum velâsse constat ex S. Dionysii Alexandrini epistola, apud Eusebium lib. 6 Historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 45 *relata.*

à sua communicatione arcet, C 432 *Sed procul abfuit, ut* S. Cypriano *hac simili ve ratione schismatici imponerent: cùm enim hic de legitima S. Cornelii electione minimè dubitaret, non potuit novum istud & ad id usque tempus in Romana Ecclesia ignotum monstrum, schismaticum, inquam, ac pseudo-pontificem creatum esse, sine horrore intelligere, ejusdemque legatos non aversari. Sed illum ipsum in epistola* 41 *ad S. Cornelium audiamus.* Venerunt, *inquit*, ad nos, frater carissime, missi à Novatiano Maximus presbyter & Augendus diaconus & Machæus quidam & Longinus. Sed enim cùm ex litteris, quas secum ferebant, & ex eorum sermone atque asseveratione, Novatianum episcopum factum comperissemus, illicitæ & contra Ecclesiam Catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, à communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus, refutatis interim ac retusis, quæ obstinatè ac pertinaciter asserere tentabant.

& à Caldonio ac Fortunato, aliisque 433 *Non multò post Caldonius ac Fortunatus, in Africam Româ reduces, litteras à S. Cornelio, quique ejus ordinationi adfuerant, episcopis, attulerunt, quibus tum sancti Pontificis integritas ac legitima electio tam solidè manifestéque probata est, tum Novatiani ejusque sectatorum impietas & fraudes tam luculenter detectæ sunt, ut jam ne æmulis quidem & rerum novitate vel pravitate gaudentibus ullus ambigendi aut discrepandi scrupulus relinqueretur. Supervenerunt quoque Pompejus & Stephanus, similiter episcopi Afri, qui Romæ fuerant, dum Cornelius eligeretur; eademque, quæ allatæ epistolæ ac Caldonius & Fortunatus asseruerant, suis etiam testimoniis confirmârunt; ita* ut, S. Cypriano *in epistola* 41 *teste*, nec necesse fuerit audiri ultrà eos, qui à Novatiano venerant missi. AUCTORE C. S.

causam ponitùs edoctas, 434 *Non destiterunt tamen hi consuetis suis calumniis sanctum Pontificem proscindere, utque criminationes suæ publicè expenderentur, procaciter postulare; sed à concilii patribus repulsi, ac hæreseos convicti, cùm à congregatis episcopis sibi nihil sperandum intelligerent, aliò se contulerunt, ut incautos suis partibus adjungerent. Juverit* S. Cyprianum *in epistola mox laudata prosequentem audivisse.* Qui (*legati à Novatiano*) cùm in statione invidiosis quoque conviciis, & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent, ut crimina, quæ se afferre ac probare dicebant, publicè à nobis & à plebe cognoscerentur; gravitati nostræ negavimus convenire, ut collegæ nostri jam delecti & ordinati, & laudabili multorum sententiâ comprobati, ventilandam ultrà famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. E

velut hæreticos damnat, 435 Et quia, quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus hæresim feciſse nudati sunt, in epistolam congerere longum fuit; ex Primitivo compresbytero nostro plenissimè singula, quando ad vos venerit, audietis. Ac ne eorum furens audacia umquam desisteret, hîc quoque in schismatis partes Christi membra distrahere & Catholicæ Ecclesiæ corpus scindere ac laniare nituntur; ut ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam civitates discurrentes, obstinationis suæ & erroris sui sibi quærant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus, ut pernicioſa dissensione & concertatione deposita, impietatem esse sciant, matrem deserere; & agnoscant atque intelligant, episcopo semel facto, & collegarum ac plebis testimonio & judicio comprobato, alium constitui nullo modo posse; proinde si pacificè sibi ac fideliter consulunt; si se assertores Euangelii Christi esse confitentur, priùs ad Ecclesiam revertantur.

& repellit; F 436 *Ex hisce obiter observa, Novatianum non modo ut schismaticum, sed & tamquam hæreticum, ab Africanis patribus jam tum agnitum, rejectumque fuisse: unde fortè huc spectat, quod ex libello synodico Græco apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum, col.* 719 *sic legitur:* Synodus divina & sacra provincialis Carthagine, Novâ Africæ civitate dictâ, collecta à sacro martyre Cypriano, qui ejus erat episcopus, aliisque octoginta quatuor episcopis; quæ Novatum (*id est, Novatianum*) utpote pœnitentiam lapsis negantem, abdicavit. *Ex quo tamen fonte auctor libelli, qui citiùs quàm sub finem seculi* IX *scriptus non est, ista hauserit, inexploratum est: damnatum tamen fuisse à* S. Cypriano *ceterisque episcopis Afris Novatum, id est, Novatianum, testatur etiam Eusebius lib. 6 Historiæ, cap* 43, *laudans eorumdem epistolam, quæ modò intercidit.*

& S. Cornelii Pontificatum agnoscit, 437 *Ordinatione S. Cornelii tam solidè probatâ, ut nullus de ea scrupulus etiam novitatem amantibus superesse posset,* S. Cyprianus *Primitivum presbyterum ad sanctum illum Pontificem cum epistola destinavit, per quam Pontificatum illius agnovit, quaque in rejiciendo Novatiano ejusque legatis Carthagine acta fuerant, breviter exposuit, commissâ Primitivo provinciâ eadem latiùs explicandi.*

AUCTORE C. S.

candi. Est ea epistola ordine 41, *quam num.* 432 *& sequentibus recitavimus. Mox quoque curatum est, ut per omnes provincias, Carthaginensi metropoli suffraganeas, litteræ mitterentur, ex quibus de legitimo ejusdem Cornelii Pontificatu apud omnes constaret, monerenturque singuli episcopi, ut Novatianum detestati, Cornelio adhærerent. Ita discimus ex epistola* 42 *&* 45, *in quarum priori* S. Cyprianus, *cùm dixisset, ordinationem illius irrefragabilibus testimoniis in Africa comprobatam fuisse, ita prosecutus est:* Secundùm quod divinæ traditionis & Ecclesiasticæ institutionis sanctitas pariter ac veritas exigebat, litteras nostras ad te direximus: sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum litteris dirigendos esse mandavimus.

& promulgari curat. Litteræ

438 *In posteriori epistola etiam clariùs loquitur*; Sed quoniam, *inquiens*, latiùs fusa est nostra provincia, habet enim Numidiam & Mauritaniam sibi cohærentes; ne in Urbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet, placuit, ut per episcopos, retenta à nobis veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate majore, tunc demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omninò in provincia ista positos litteræ fierent, sicuti fiunt, ut te universi collegæ nostri, & communicationem tuam, id est, Catholicæ Ecclesiæ unitatem pariter & caritatem, probarent firmiter ac tenerent. *Nec muneri suo, de quo alios admonebant, defuêre congregati antistites, quin ipsi in primis S. Cornelii Pontificatum datis ad illum litteris agnoscerent, in quibus eumdem de Felicissimi, ejusque presbyterorum, schismate simul instruxerunt, prout ex epistola* 42 *habemus.*

B

hac super re

439 *Nec multò post* S. Cyprianus *laudatam epistolam* 42 *per Mettium hypodiaconum, & Nicephorum acolythum ad sanctum Pontificem transmisit, eique rationem consilii sui, quo in re tanti momenti prudenter usus fuerat, paulò latiùs, quàm in epistola* 41 *fecerat, exposuit. Eâdem occasione rogavit illum, ut litteras, quas de Felicissimi ordinatione, ejusdemque ac presbyterorum ipsi adhærentium causa, ad clerum ac populum suum pridem scripserat, & quarum exempla priùs per Caldonium ac Fortunatum, tum autem per Mettium atque Nicephorum miserat, fratribus prælegendas curaret, ut illorum quoque schisma non minùs Romæ, quàm Carthagine, omnibus perspectum esset. Subinde Primitivus presbyter, à quo Sancti epistolam* 41 *ad Cornelium perlatam esse diximus, Româ in Africam reversus est, litterasque attulit, in quibus sanctus Pontifex significabat, molestum sibi accidisse, quòd Hadrumetini, cùm Polycarpi episcopi sui nomine epistolam ad se antè dedissent, deinde ex* Cypriani *consilio, ut suprà num.* 430 *dictum est, ad clerum Romanum scripsissent.*

C

data.

440 *Periit hæc S. Cornelii epistola; sed ad eam* Cyprianus *per* 45 *respondit, purgans se, quòd id nulla ex levitate aut contumelia fecisset; sed cùm episcopis in synodo placuisset, ut omnia interim integra suspenderentur, donec Caldonius ac Fortunatus Româ rediissent, pacis ac concordiæ studium postulâsse, ut Hadrumetini id, quod ceteri, pariter observarent,* ut in nullo ecclesiarum istic consistentium consensio discreparet. *Ceterùm observat, consilium hoc feliciter cessisse, Pontificatu illius certissimis testimoniis jam confirmato, & per totam Africam agnito. Denique tam ipsi quàm omnibus episcopis stabile firmumque regimen, totique Catholicæ Ecclesiæ pacem ac concordiam precatur.*

D

§ XXV. Romanos confessores, litteris & libro de Unitate Ecclesiæ missis, à schismate reducere nititur; reductis gratulatur.

Ad Ecclesiam revocare conatur

Rebus per Africam ita compositis, sanctum Antistitem nostrum impulit caritas sua & concordiæ amor, ut Romanos quoque confessores, quos ad Novatiani partes desciviisse diximus, ad S. Cornelii communionem reducere conaretur. In hunc finem epistolam 44 *ad Maximum, Nicostratum, ceterosque confessores scripsit, in qua revocato ipsis in memoriam, quanti ipse eorum confessionis gloriam semper feciisset, indeque captatâ benevolentiâ, dolorem, quem ex eorumdem schismate conceperat, exposuit; utque ad Ecclesiam matrem suam reverterentur, obtestatus est.* Gravat enim me, *inquiebat*, atque contristat, & intolerabilis perculsi * pœnè prostrati pectoris mœstitia perstringit, cùm vos illic comperissem contra Ecclesiasticam dispositionem, contra Euangelicam legem, contra institutionis Catholicæ unitatem, alium episcopum fieri consensisse; id est, quod nec fas est, nec licet fieri, ecclesiam aliam constitui, Christi membra discerpi, Dominici gregis animum & corpus unum discissa æmulatione lacerari.

E

* *Pam. addit.* &

confessores Romanos,

442 Quod, quæso, ut in vobis saltem illicitum istud, fraternitatis nostræ discidium non perseveret; sed & confessionis vestræ & divinæ traditionis memores, ad matrem revertamini, unde prodiistis, unde ad confessionis gloriam cum ejusdem matris exsultatione veniistis, *&c. Noluit tamen hasce litteras suas confessoribus tradi, nisi conscio & annuente S. Cornelio, ne quis fortè malevolus ipsi alia, quàm quæ scripserat, sensa affingeret; ideóque Mettio hypodiacono, cui eas deferendas dederat, mandavit, ne quid hâc in parte sine illius arbitrio ageret; sanctumque Pontificem de re tota admonuit per epistolam* 43, *quam, quia brevis est, hîc subjicio.* Et religiosum nobis & necessarium existimavi, frater carissime, ad confessores, qui illic sunt, & Novatiani ac Novati obstinatione & pravitate seducti, de Ecclesia recesserunt, litteras breves facere, quibus eos pro affectione mutua convenirem, ut ad matrem suam, id est, Ecclesiam Catholicam revertantur. Quas litteras tibi à Mettio hypodiacono legi priùs mandavi, ne quis aliud me scripsisse fingeret, quàm quod meis litteris continetur. Mandavi tamen eidem Mettio, à me ad vos misso, ut de tuo arbitrio rem gerat, &, si easdem litteras confessoribus putaveris esse reddendas, tunc eas tradat. Opto, te, frater carissime, semper bene valere

F

qui schismati adhæserant.

443 *Porrò Mettius hic haud dubiè is ipse est, quem suprà num.* 439 *unà cum Nicephoro acolytho epistolam* 42 *ad eumdem Cornelium tulisse diximus; ideóque videntur duæ illæ epistolæ, videlicet* 43 *&* 44, *simul cum* 42 *Romam transmissæ. Nec refert, quòd Sanctus in hac sententia geminam epistolam ad eumdem Pontificem eo-*

dem

A *dem tempore ſcripſiſſe dicendus ſit : id enim fieri potuit, quia, cùm epiſtola* 42 *more tum recepto clericis prælegenda eſſet, in hac nulla fieri mentio debuit de* 44, *quæ ex ſolius Cornelii arbitrio confeſſoribus tradenda erat, aut ſupprimenda ; ac propterea neceſſe fuit laudatum Pontificem per ſecretam epiſtolam de eadem inſtruere, prout Tillemontius rectè obſervavit. Ex eo autem, quòd in epiſtola* 43 *ſolus Mettius, prætermiſſo Nicephoro, memoretur, tantùm deduci poteſt, eam rem ſoli Mettio ſecretò tractandam commiſſam fuiſſe, non verò hunc ſine illo Romam tum adiiſſe.*

Scribit librum

444 *Circa idem tempus* S. Cyprianus *librum ſeu tractatum de Unitate Eccleſiæ conſcripſit, quem inter ejuſdem Opera etiamnum habemus. Opuſculum hoc Sanctus ipſe laudat in epiſtola* 51 *dicens :* Sed & Catholicæ Eccleſiæ unitatem, quantùm potuit, expreſſit noſtra mediocritas. *Ejuſdem etiam meminit S. Pontius in Vita num.* 13, *ubi illius Opera recenſens, ait, illum docuiſſe* veritatem hæreticos, ſchiſmaticos unitatem, filios Dei pacem. *Laudat eum etiam S. Auguſtinus lib.* 2 *contra Creſconium, cap.* 33, *ubi* Epiſtola ... de Unitate *vocatur. Sanctus verò Fulgentius, Ruſpenſis in Africa epiſcopus, lib.* 1 *ad Euthymium, cap.* 21 *eumdem librum* de Simplicitate

B prælatorum, vel potiùs ſecundùm vetuſta exemplaria, de Unitate Catholicæ Eccleſiæ *appellat.* De Simplicitate prælatorum *eum quoque nuncupavit Remboldus in editione ſua ; quæ inſcriptio non aliunde nata videtur, quàm quòd in ipſo libelli exordio dicatur Deus jubere prælatos* eſſe ... ad innocentiam ſimplices, & tamen cum ſimplicitate prudentes. *Verùm prior titulus, quem etiam ceteræ editiones præferunt, genuinus eſt, & retinendus.*

de Unitate Eccleſiæ

445 *Quod ad Opuſculi argumentum pertinet, illud S. Pontius verbis mox recitatis compendiosè complexus eſt. Id enim unicè hîc egit* S. Cyprianus, *ut oſtenderet, Catholicæ Eccleſiæ ſuper S. Petrum fundatæ, unitatem auctore Chriſto inſtitutam eſſe, & quicumque ab ea, ſive per hæreſim, ſive per ſchiſma, ſegregatus diem ſuum obierit, huic omnem ſalutis ſpem penitùs præcluſam eſſe, etiamſi in Chriſtiani nominis confeſſione per tormenta exſpiraverit.* Ardeant, *enim inquiebat,* licèt flammis, & ignibus traditi, vel objecti beſtiis, animas ſuas ponant; non erit illa fidei corona ſed

C pœna perfidiæ; nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. Occidi talis poteſt, coronari non poteſt. *Hinc fideles omnes ſedulò monet, ut hujuſmodi homines non ſecùs ac peſtem fugiant; ceteros verò hortatur, ut ad Eccleſiam revertantur.*

contra ſchiſmaticos,

446 *Cùm autem geminum ſchiſma & gemina hæreſis, recèns exorta, Eccleſiam tum laceraret, Novatiani ſcilicet ac Feliciſſimi, dubium non eſt, quin tractatum hunc, velut antidotum ac medicinam, utrique oppoſuerit. Et Novatianum quidem, qui S. Cornelii Cathedram ſibi ſacrilegè vendicaverat, perſtringere videtur, dum ait :* Hi ſunt, qui ſe ultrò apud temerarios convenas ſine divina diſpoſitione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine ulla ordinationis lege conſtituunt, qui nemine epiſcopatum dante, epiſcopi nomen aſſumunt. *Eódem quoque veriſimiliùs ſpectant iſta :* Nec quisquam miretur, dilectiſſimi fratres, etiam de confeſſoribus quoſdam ad iſta procedere, inde quoque aliquos tam nefanda, tam gravia peccare : neque enim confeſſio immunem facit ab inſidiis diaboli, aut contra tentationes & pericula & incurſus atque impetus ſæculares adhuc in ſæculo poſitum perpetua ſecuritate defendunt.

AUCTORE C. S.

447 *Eódem, inquam, hæc, quæque ibidem de confeſſoribus prolixè proſequitur, veriſimiliùs ſpectant; ut enim novimus, quoſdam è confeſſoribus Romanis Novatiani partes auctoritate ſua præcipuè ſuſtentâſſe, ita ignoramus, utrùm ex confeſſoribus Afris aliqui Feliciſſimo adhæſerint. Inſignis quoque in eo Opuſculo locus eſt de S. Petri, ejuſque in Romana Sede ſucceſſorum primatu, de quo opportuniùs alibi agemus. Porrò laudatum librum de Unitate Eccleſiæ* S. Cyprianus *etiam Romam ad confeſſores, quos Novatiano adhæſiſſe ſuprà dictum eſt, tranſmiſit, per eumdem veriſimiliter Mettium hypodiaconum, per quem epiſtolam* 44 *ad eoſdem deſtinavit. Addidit & alios libellos, quos Tillemontius, aliique librum de Lapſis fuiſſe cenſuerunt ; ſed meo quidem judicio non rectè.*

cum alio libello, non tamen eo,

448 *Etenim locus, ex quo iſta habemus, eſt in epiſtola* 51, *ubi Sanctus iiſdem ad Eccleſiam jam reverſis gratulatus, ait :* Propter quod & nos temperamentum tenentes, & libram Domini contemplantes, & Dei Patris pietatem ac miſericordiam cogitantes, diu multúmque tractatu inter nos E habito, juſta moderatione, quæ ſunt, agenda libravimus. Quæ omnia penitus poteſtis inſpicere, lectis libellis, quos hîc nuper legeram, & ad vos quoque legendos pro communi dilectione tranſmiſeram; ubi lapſis nec cenſura deeſt, quæ increpet, nec medicina, quæ ſanet. Sed & Catholicæ Eccleſiæ unitatem, quantùm potuit, expreſſit noſtra mediocritas. Quem libellum magis ac magis nunc vobis placere confido, quando eum jam ſic legitis, ut & probetis & ametis : Siquidem, quod nos verbis conſcripſimus, vos factis impletis, quando ad Eccleſiam caritatis ac pacis unitate remeatis. *Poſteriora verba de libro de Unitate Eccleſiæ ſine omni dubio accipienda eſſe inter omnes convenit : at prioribus librum de Lapſis deſignari non poſſe, ſic oſtendo.*

qui de Lapſis inſcribitur,

449 *Manifeſtum eſt, libellos, quos Sanctus hîc laudat,* diu multúmque tractatu inter *epiſcopos* habito, *ſcriptos fuiſſe, in eoſque relata eſſe, quæ illi juſta moderatione agenda libraverant. Hujuſmodi autem nihil in toto libro de Lapſis legitur, in quo ſic omnes ad agendam pœnitentiam cum ſpe veniæ admonentur, ut nulla tamen de concilio ejuſve decretis de lapſis fiat mentio, quemadmodùm Tillemontius ipſe Notâ* 32 *fatetur; qui etiam hunc librum non diu poſt Sancti è ſuo ſeceſſu reditum, & ante ſancitos à ſynodo canones conſcriptum ſtatuit. Quî potuêre igitur Romani confeſſores, eo lecto libro,* penitus inſpicere, *quid ſynodi patres,* temperamentum tenentes, & libram Domini contemplantes, & Dei Patris pietatem ac miſericordiam cogitantes, diu multúmque tractatu inter ſe habito *librâſſent ? Attamen hæc in ſententia Tillemontii partim procedunt; nos enim librum hunc aliquot menſibus poſt dictum concilium, nempe poſt Deciorum cædem ſub finem anni* 251 *ſcriptum eſſe dicemus; ſed eò etiam minus in epiſtola* 51 *deſignari, & ante hanc epiſtolam ad prædictos confeſſores tranſmitti potuit, cùm hi diu ante Deciorum interitum ad Eccleſiam reverſi ſint.*

ad Romanos confeſſores mittit ;

450 *Quare ego longè veriſimiliùs puto, libellum in dicta epiſtola laudatum, aut ſimilem aut eumdem eſſe cum eo, de quo in epiſtola* 52 *ad Antonianum ſic meminit :* Perſecutione ſopita, cùm data eſſet facultas in unum conveniendi, copioſus epiſcoporum numerus ... in unum convenimus, & Scripturis divinis ex utraque parte pro-

AUCTORE C.S.

prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ... nec tamen rursus censura Euangelica solveretur, ut ad communicationem temerè prosilirent, ... secundùm quod libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. *De ejusmodi, inquam, libello Sanctum in epistola* 51 *loqui existimo; in quem scilicet ipse synodi canones & placita retulerit, quemque congregatis patribus, cleroque ac plebi Carthaginensi prælegi curaverit. Certè in hac sententia rectè intelligitur, Romanos confessores, eo libello lecto, penitùs inspicere potuisse, quid synodus statuisset; de eodemque libello meritò dictum est:* Ubi lapsis nec censura deest, quæ increpet, nec medicina, quæ sanet.

quorum aliquot ad Ecclesiam redeunt,

451 *Quàm verò felici eventu sanctus Antistes tum epistolam* 44, *tum laudatos libellos ad hos confessores dederit, insinuatum jam est num.* 448, *ac multò fusiùs expositum in Commentario historico de S. Cornelio Papa,* § 8, *ad quem studiosum lectorem remittens, ea tantùm hìc referam, quæ ad Sanctum nostrum propriè pertinent. Ex illorum confessorum numero Maximus presbyter, necnon Urbanus, Sidonius & Macharius, Novatiani impietate tandem detectâ, ad Ecclesiam redièrе, & à S. Cornelio inter universæ plebis gaudia clementer recepti sunt. Non distulit sanctus Pontifex rem tanti momenti, & à qua plurium aliorum à schismate reditum pendêre prævidebat,* S. Cypriano *nunciare; imò id* eâdem horâ & eodem momento *præstitit per epistolam* 46, *quam Nicephoro acolytho, à quo* S. Cypriani *epistolam* 42 *ad Cornelium allatam diximus, quique tum ad trajiciendum in Africam præstò erat, deferendam commisit.*

B

cum summo Sancti gaudio

452 *Ad hanc* S. Cyprianus *per epistolam* 47 *respondit, in qua incredibile gaudium, quod ex optatissimo illo nuncio acceperat, gratulabundus expressit.* Et egisse, *inquiebat*, nos, & agere, frater carissime, maximas gratias sine cessatione profitemur Deo Patri omnipotenti; & Christo ejus, Domino & Deo nostro Salvatori, quòd sic Ecclesia divinitus protegatur, ut unitas ejus & sanctitas non jugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ pravitatis obstinatione vitietur. Legimus enim litteras vestras, & voti communis amplissimum gaudium exsultanter excepimus, Maximum presbyterum, & Urbanum confessores cum Sidonio & Machario ad Ecclesiam Catholicam regressos esse. *Et post aliqua:* Meritò illos revertentes summo, ut scribitis, gaudio, & clerus & plebs, & fraternitas omnis excepit; quoniam in confessoribus gloriam suam conservantibus, & ad unitatem revertentibus nemo non socium se & participem eorum gloriæ computat.

C

& Ecclesiæ emolumento.

453 *Præter commune gaudium, quod ipse ex Romanæ Ecclesiæ, cujus amantissimus erat, prosperitate conceperat, singulari præterea, illique proprio afficiebatur, quòd certò confideret fore, ut, qui in sua diœcesi confessorum istorum auctoritate abrepti, Novatianum secuti fuerant, eorumdem exemplo ad Ecclesiam pariter redirent, nec ceteri impostèrum facilè deciperentur.* Hìc enim, *ait*, quosdam fratres nostros error induxerat, quòd sibi communicationem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & Ecclesia Catholica una esse, nec scindi nec dividi posse monstrata est. Nec quisquam jam facilè poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, quando probatum sit, bonos & glorioſos Christi milites non potuisse diu alienâ fallaciâ & perfidiâ extra Ecclesiam detineri.

D

Sanctus ad eorumdem epistolam

454 *Circa idem tempus laudati confessores suam etiam epistolam, quæ inter Cyprianicas est* 50, *eâdem super re, sed perbrevem, qualem subdo dederunt.* Cypriano fratri Maximus, Urbanus, Sidonius & Macharius salutem. Certi sumus, frater carissime, te quoque nobiscum pari voto congaudere, nos habito consilio, utilitatibus Ecclesiæ & paci magis consulentes, omnibus rebus prætermissis & judicio Dei servatis, cum Cornelio Episcopo nostro, pariter & cum universo clero pacem fecisse. Cum gaudio etiam universæ Ecclesiæ, prona etiam omnium caritate, hoc factum, his litteris nostris scire certissimè debuisti. Oramus, te, frater carissime, multis annis bene valere. *Prolixior est epistola, quam Sanctus ad hanc rescripsit, quæque inter Cyprianicas mox datam subsequitur, & à S. Augustino lib.* 2 *contra Cresconium, cap.* 34 *laudatur. In ea ipse confessoribus de suo ad Ecclesiam regressu multùm gratulatur, æquum esse observans, eorumque fide dignum, ut ad castra, unde ad subigendum hostem processerant, reverterentur, eóque tropæa de acie referrent, unde arma sumpserant.*

E

gratulabundus respondet.

455 *Quâ verò hac lætitiâ acceperit, sic exponit:* Viderint, quantùm vobis ceteri gratulentur, vel quantùm apud se ipsos singuli glorientur: ego me & gratulari magis vobis, & plùs ceteris gloriari in hac vestra pacifica regressione & caritate confiteor. Simpliciter enim, quid in meo corde fuerit, debetis audire. Dolebam vehementer, & graviter angebar, quòd eis communicare non possem, quos semel diligere cœpissem. Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus & hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset: illic enim resedisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi non ad Ecclesiam de carcere redirent, in quem priùs cum Ecclesiæ laude & gratulatione venissent. *Post hæc Novatiani hæresim, obstinatam superbiam ac furorem convellit, hisque oppositam suam & episcoporum in Carthaginensi synodo de lapsis sententiam, veluti divinæ pietati & misericordiæ conformem, breviter commendat. De missis denique ad eosdem libellis meminit, quorum lectionem ipsis placuisse, ac magis magisque placituram, ex ipsorum ad Ecclesiam regressu colligit & confidit, ut num.* 448 *productis ejusdem verbis ostendimus.*

F

§ XXVI. Altera Novatianorum legatio & molitiones in Africa: apologia à Sancto pro se omnibusque Catholicis ad Antonianum scripta.

Novatianus Nicostratum ordinato

DUm boni omues de Romanorum confessorum reditu Ecclesiæ gratularentur, Novatiani eum suis novas in Africa turbas concitabant. Novatianus enim, intellecto, Maximum, Longinum ac Machæum, quos legatos suos Carthaginem miserat, ibidem rejectos, damnatosque fuisse, Nicostratum, Novatum, Evaristum, Primum & Dionysium eódem destinavit, acceptam cladem, si fieri posset, reparaturos. Ex his Nicostratum pseudo-episcopum in Africa constituerat, teste au-

ctore

A *ctore vetustissimi Catalogi Romanorum Pontificum apud nos ante tom.* 1 *Aprilis, & in Propylæo Maji editi, in quo legitur* :Novatus extra Ecclesiam ordinavit Novatianum in urbe Roma, & Nicostratum in Africa. Hoc facto confessores, qui se separaverunt à Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Moyse fuit, ad Ecclesiam reversi sunt. *De nova hac legatione latiùs egimus* § 8 *Commentarii historici de S. Cornelio Papa, ideóque sufficerit eamdem paucis hîc perstrinxisse. Cornelius eorum consilium edoctus*, S. Cyprianum *mox admonuit, primò quidem litteris per Augendum diaconum missis, quæ perierunt, deinde verò per epistolam* 48, *quam Nicephorus acolythus unà cum altera, quâ confessorum reditum nuntiatum esse diximus, Carthaginem apportavit postridie quàm illi eò appulissent.*

pseudo-episcopo, legatos

457 *Scribendi causa fuit, ut Carthaginensis Episcopus ceteros per Africam antistites de eorum adventu, sceleribus ac molitionibus festinatò instrueret; quod & ab illo diligenter curatum fuisse constat ex epistola* 49, *per quam ad* 46 *brevissimè, ad* 48 *verò satis prolixè respondit. Sic autem eam post solitam salutationem exorsus est :* Et

B cum diligentia & cum dilectione fecisti, frater carissime, festinatò ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam lætitiam nuntiaret, & adversùs Novatiani & Novati novas & pernicioſas ad impugnandam Christi Ecclesiam machinas plenissimè instrueret. Nam cùm pridie istic venisset hæreticæ pravitatis nocens factio, ipsa jam perdita, & alios, qui sibi consenserint, perditura, postero die Nicephorus cum vestris litteris supervenit; quibus & didicimus, & docere atque instruere ceteros cœpimus, Evaristum de episcopo jam nec laicum remansisse *&c.*

in Africam denuò mittit,

458 *Deinde de Nicostrati quoque perfidia ac fraudibus ex laudata S. Cornelii epistola locutus, scelera Novati, de quo, utpote in Africa notissimo, nihil sibi nuntiandum fuisse ait, prolixè insectatur; istud inter cetera observans, eumdem illum esse, qui tam Carthagine, quàm Romæ schisma concitaverat, eoque ex hac Urbe digresso, non secùs atque depulsâ procellâ, turbas quoque sedari cœpisse. Sed* S. Cyprianum *audiamus :* Novato, *inquit*, illinc à vobis recedente, id est, procellâ & turbine recedente, ex parte illic quies facta

C est, & glorioſi ac boni confessores, qui de Ecclesia, illo incitante, discesserant, postquam ab Urbe ille discessit, ad Ecclesiam reverterunt. Idem est Novatus, qui apud nos primùm discordiæ & schismatis incendium seminavit *&c. Denique post hæc aliaque spem suam significat de ceteris fratribus, quos hæreticus ille seduxerat, ad Ecclesiæ gremium feliciter reducendis.*

alioſque pseudo-episcopos

459 *In Commentario de S. Cornelii Papæ gestis* § x *jam observavimus, verisimile non esse, prædictos Novatiani legatos* S. Cypriani *ceterorumque Catholicorum antistitum, qui cum eo synodum celebraverant, ac fortè etiam tum celebrare pergebant, animos denuò tentâsse. Cùm enim Novatiani hæresis ab iis jam detecta damnataque fuisset, ab iisdem nihil sperare poterant, præsertim dum legationis socium Novatum haberent, Carthaginensis ecclesiæ olim presbyterum, & Felicissimi quoque schismatis præcipuum auctorum, multisque ac gravibus criminibus in Africa notissimum, & non semel condemnatum. Non destiterunt tamen schismatici illi solitis suis mendaciis ac fraudibus novos sibi sectatores conquirere, novasque turbas ibidem concitare. Etenim uno pseudo-*

episcopo Nicostrato non contenti, etiam Maximum presbyterum, quem unum è prioribus legatis fuisse diximus, episcopum pariter constituerunt; quam tamen insaniam S. Cyprianus *adeò contemnendam putavit, ut ne monendum quidem de ea ordinatione S. Cornelium existimaverit. Verba ejus ex epistola* 55 *subjungo.* Nam & pars Novatiani, *inquit*, Maximum presbyterum, nuper ad nos à Novatiano legatum missum, atque à nostra communicatione rejectum, nunc istic sibi fecisse pseudo-episcopum dicitur : nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnantur à nobis. AUCTORE C. S.

460 *Epistolam hanc post Idus Majas anni* 252 *scriptam fuisse ostendemus, ideóque ea Maximi sacrilega ordinatio, quæ veluti nupera ibidem refertur, ad eum annum pertinere videtur. Verumtamen ex epistola* 52 *ad Antonianum, quæ sub finem anni* 251 *vel initio* 252 *scribi potuit, apparet eos ab hujusmodi ordinationibus ad id usque tempus minimè abstinuisse. Sic enim sanctus Episcopus noster in ea loquitur :* Nisi si (*Novatianus*) episcopus tibi videtur, qui episcopo (*S. Cornelio*) in Ecclesia à sedecim coëpiscopis facto, E adulter atque extraneus episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur; & cùm sit à Christo una Ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus, episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, ille post Dei traditionem, post connexam & ubique conjunctam Catholicæ Ecclesiæ unitatem, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat; cúmque jam pridem per omnes provincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi, in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudo-episcopos audeat! *ibidem constituit.*

Sanctus scribit ad Antonianum,

461 *Non cessabat etiam Novatianus litteris suis per orbem sparsis Catholicos præsules sollicitare, ut ad partes suas accederent. Inter hos Antonianus quidam, incertæ sedis, fortè in Numidia, episcopus, non parùm motus,* S. Cypriano *occasionem dedit laudatam epistolam* 52 *apologeticam pro se sanctoque Cornelio & omnibus Catholicis conscribendi. Is ejusdem Sancti ceterorumque episcoporum, qui Cornelii ordinationem Carthagine agnoverant, consilium initio secutus, Novatiano rejecto, legitimi Pontificis communionem pariter amplexus fuerat, idque litteris tum ad* S. Cyprianum *datis, tum per hunc ad S. Cornelium transmittendis, fuerat testatus. Verùm postea Novatiani litteris, & quibus hæ insperſæ erant, mendaciis ac criminationibus impulsus, nutare cœpit, Quintumque presbyterum cum epistola ad sanctum Carthaginensem Episcopum destinavit, rogans, ut ad nonnulla de S. Cornelio, Novatianoque dubia sibi rescriberet.* F

in schisma Novatiani propendentem,

462 *Sanctus Antistes, odoratus, quod res erat, per epistolam* 52 *admodùm prolixam ad hæc ipsi respondit, in qua præfatus, accepisse se primùm litteras, quibus ipse suam cum S. Cornelio communionem significaverat; nunc verò ex posterioribus per Quintum presbyterum allatis animadvertisse, illius animum* Novatiani litteris motum nutare cœpisse; *de quæstione ab eo propòsita, quærendique causa his verbis prosequitur :* Nam, cùm & consilium & consensum tuum firmiter antè fixisses, desiderâsti in his litteris, ut rescriberem tibi, quam hæresim Novatianus introduxisset, vel Cornelius quâ ratione Trophimo & thurificatis communicet. Quod

AUCTORE C. S.

quidem si pro sollicitudine fidei anxiè curas, & rei dubiæ veritatem sollicitè exploras, reprehendenda non est in timore divino æstuantis animi sollicitudo suspensa.

& expositâ rerum à se

463 Quoniam tamen video, post primam sententiam epistolæ tuæ, Novatiani litteris postmodùm te esse commotum, illud, frater carissime, primo in loco pono, graves viros, & semel super petram solida stabilitate fundatos, non dico aurâ levi, sed nec vento aut turbine commoveri; ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdam ventorum incursantium flatibus, frequenter agitetur, & à proposito suo cum quadam levitatis reprehensione mutetur: quod ne vel apud te, vel apud quemquam, Novatiani litteræ faciant, ut desiderâsti, frater carissime, rationem tibi breviter exponam. *Hisce præmissis monitis, primùm purgare se incipit, & quidquid in lapsorum causa ad id usque tempus egerat, statueratque, in apologiæ modum exponit.*

in lapsorum causa gesta-rum

464 Et quidem primùm, *ait*, quoniam de meo quoque actu motus videris; mea apud te & persona & causa purganda est, ne me aliquis existimet à proposito meo leviter recessisse, & cùm
B Euangelicum vigorem primò & inter initia defenderim, postmodùm videar animum meum à disciplina & censura priore flexisse, ut his, qui libellis conscientiam suam maculaverint, vel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putaverim. Quod utrumque non sine librata diu & ponderata ratione à me factum est. Nam cùm acies adhuc inter manus esset, & prœlium glorioſi certaminis in persecutione ferveret, toto hortatu & pleno impetu militum vires fuerant excitandæ, & maximè lapsorum mentes classico quodam nostræ vocis fortiter animandæ, ut pœnitentiæ viam non solùm precibus & lamentationibus sequerentur; sed, quoniam repetendi certaminis & reparandæ salutis dabatur occasio, ad confessionis potiùs ardorem, & martyrii gloriam, nostris increpiti vocibus provocarentur.

Serie

465 Denique cùm de quibusdam ad me presbyteri & diaconi scripsissent, eos immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinanter urgere, rescribens eis in epistola mea, quæ exstat, & hoc addidi: „ Qui si nimiùm prope-
C „ rant, habent in sua potestate, quod postulant, „ tempore ipso sibi plus, quàm quod postulant, „ largiente. Acies adhuc geritur, & agon quoti-„ die celebratur. Si commissi verè & firmiter pœ-„ nitet, & fidei calor prævalet; qui differri non „ potest, potest coronari. „ De eo tamen, quod statuendum esset circa causam lapsorum, distuli; ut, cùm quies & tranquillitas data esset, & episcopis in unum convenire indulgentia divina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collatione consilio, statueremus, quid fieri oporteret; si quis verò ante consilium nostrum & ante sententiam, de omnium consilio statutam, lapsis temerè communicare voluisset, ipse à communicatione abstineretur.

& æquitate,

466 Quod etiam Romam ad clerum, tunc adhuc sine Episcopo agentem, & ad confessorem Maximum presbyterum, & ceteros in custodia constitutos, nunc in Ecclesia cum Cornelio junctos, plenissimè scripsi; quod me scripsisse, de eorum rescriptis poteris noscere. Nam in epistola sua ita posuerunt: „ Quamquam nobis in tam „ ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractâ-„ sti, priùs esse Ecclesiæ pacem sustinendam, „ deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, „ presbyteris, diaconibus, confessoribus pariter „ ac stantibus laicis factâ, lapsorum tractare ra-D „ tionem.„ Additum est etiam, Novatiano tunc scribente, &, quod scripserat, sua voce recitante, & presbytero Moyse, tunc adhuc confessore, nunc jam martyre, subscribente, ut lapsis infirmis & in exitu constitutis pax daretur. Quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam ecclesiis omnibus, & universis fratribus perlatæ sunt.

necnon Catholicorum antistitum

467 Secundùm quod tamen antè fuerat destinatum, persecutione sopita, cùm data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & Scripturis divinis ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, &, eò quòd sibi Ecclesia claderetur, secuti sæculum, gentiliter viverent; nec tamen rursus censura Euangelica solveretur, ut ad communicationem temerè prosilirent; sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ & voluntates & necessitates singulorum, secundùm quod E libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt.

in eadem causa prudenti consensu;

468 Ac, si minùs sufficiens episcoporum in Africa numerus videbitur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui & ipse cum plurimis coëpiscopis habito concilio, in eamdem nobiscum sententiam pari gravitate & salubri moderatione consensit. De quo tibi necesse nunc fuit scribere, ut scias, me nihil leviter egisse; sed secundùm quod litteris meis fueram antè complexus, omnia ad commune concilii nostri consilium distulisse, & nemini quidem ex lapsis priùs communicâsse, quando adhuc erat, unde non tantùm indulgentiam, sed & coronam lapsus acciperet; postea tamen, sicut collegii concordia, & colligendæ fraternitatis ac medendi vulneris utilitas exigebat, necessitati temporum succubuisse, & saluti multorum providendum putâsse, & nunc ab his non recedere, quæ semel in concilio nostro de communi collatione placuerunt, quamvis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia adversùs sacerdo-F tes Dei de diaboli ore prolata, ad rumpendam Catholicæ unitatis concordiam ubique jactentur.

S. Cornelium & Catholicos

469 Sed te oportet, ut bonum fratrem atque unanimem consacerdotem, non, quid maligni atque apostatæ dicant, facilè susçipere; sed quid collegæ tui, modesti & graves viri, faciant, de vitæ & disciplinæ nostræ exploratione perpendere. *Hinc ad S. Cornelii laudes digressus, insigne ipsi elogium texit, legitimum illius Pontificatum probat, eumque ab hæreticorum calumniis vindicans, nec nefarii libelli, nec temerariæ communicationis cum lapsis reum esse testatur. Trophimum quoque, de quo in S. Cornelii gestis § 9 prolixè egimus, cum magno fratrum numero justis de causis in Ecclesiam ab eo admissum fuisse ostendit; sic tamen, ut tamquam laicus communicaret, non locum sacerdotis obtineret, quemadmodùm schismatici criminabantur. Hæc tamen & ejusmodi mendacia in hæreticis miranda non esse observat;* Neque enim, *inquiens*, possunt laudare nos, qui recedunt à nobis, aut exspectare debemus, ut placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratribus violenter insistunt. Quare & de Cornelio, & de nobis quæcumque jactantur, nec audias facilè,

A lè, nec credas, frater cariſſime.

ab hæreticorum calumniis vindicat,

470 *Immeritò etiam ſe, Catholicoſque omnes, de communicatione cum lapſis argui docet, quia cum iis, qui poſt acceptam in mortis diſcrimine pacem convaluerant, communicare perſeverabant; nam, ut rectè monet:* Poſtea tamen quàm ſubventum eſt, & periclitantibus pax data eſt, offocari à nobis non poſſunt aut opprimi, aut vi & manu noſtra in exitum mortis urgeri, ut, quoniam morientibus pax datur, neceſſe ſit mori eos, qui acceperint pacem; cùm magis in hoc indicium divinæ pietatis & paternæ lenitatis appareat, quòd, qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hîc quoque ad vitam percepta pace teneantur. *Poſt hæc convellens illorum hæreſim, qui Stoicos ſecuti, dicebant* omnia peccata paria eſſe, & virum gravem non facilè flecti oportere; *ingentia inter varia peccata diſcrimina eſſe demonſtrat, probatque æquitatem canonum, per quos Catholici præſules decreverant, lapſos poſt exactam pro varietate criminum pœnitentiam ad pacem eſſe admittendos.*

& Antonianum, Novatiano rejecto,

B 471 *Tandem poſt multa ad alteram Antoniani quæſtionem progrediens;* Quod verò, *inquit,* ad Novatiani perſonam pertinet, frater cariſſime, de quo deſideràſti tibi ſcribi, quam hæreſim introduxiſſet, ſcias, nos primo in loco nec curioſos eſſe debere, quid ille doceat, cùm foris doceat. Quiſquis ille eſt, & qualiſcumque eſt, Chriſtianus non eſt, qui in Chriſti Eccleſia non eſt. Jactet ſe licèt, & philoſophiam vel eloquentiam ſuam ſuperbis vocibus prædicet; qui nec fraternam caritatem, nec Eccleſiaſticam unitatem tenuit, etiam, quod priùs fuerat, amiſit. *Pergit deinde ſceleſtiſſimi hominis crimina enarrare, invaſum ſcilicet contra omne jus & fas Pontificatum, pſeudo-epiſcopos vivis probiſque epiſcopis ſubſtitutos, ſciſſam Eccleſiæ unitatem, arrogantiam in aſſerenda ſibi poteſtate, ac impiam denique crudelitatem in deneganda omni ſpe veniæ lapſis, quos ad pœnitentiam hortabatur; quam hæreſim ibidem multis refutat.*

in communione S. Cornelii ſervare ſtudet.

C 472 *Denique epiſtolam claudens, Antonianum, ſi de eodem argumento plura deſideret, ad familiare colloquium, dum opportunitas tulerit, amicè invitat.* Hæc interim, *ait,* frater cariſſime, pauca de multis, quantùm potui, breviter decucurri, quibus & deſiderio tuo ſatisfacerem, & te magis ac magis collegii & corporis noſtri ſocietati conjungerem. Si autem tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit, plura in commune conferre, & uberiùs ac plenius, quæ in ſalutarem concordiam faciant, tractare poterimus. *Scripta eſt hæc epiſtola poſt mortem Decii, quem* tyrannum armis & bello... victum *ait (quod anno 251 ad finem vergente contigit) & antequam lapſis nondum totâ pœnitentiâ perfunctis, ob inſtantem à Gallo perſecutionem, pax conceſſa eſſet; ideóque ſcribi potuit citato anno exeunte, vel 252 jam inchoato. Libuit tamen eam hic referre, quia ad Novatiani ſchiſma, ejuſdemque in Africa molitiones pertinet. Ceterùm, an Antonianus hiſce Sancti monitis obſecutus ſit, incertum eſt: favet tamen ipſi ſubſcriptio in concilio Carthaginenſi, prout in Commentario de S. Cornelio num. 198 jam obſervavimus.*

AUCTORE C. S.

§ XXVII. Liber de Lapſis à Sancto conſcriptus: nonnullæ pœnæ coram ipſo divinitus inflictæ: liber de Oratione Dominica ab eodem compoſitus.

Pace per Decii cædem

I*Mperatore Decio unà cum filio ſuo in pugna contra Gothos menſe Novembri vel Decembri anni 251 cæſo, Gallus imperio potitus eſt, & Eccleſiæ, quæ, perſecutione ſopita, aliquantùm reſpiraverat, lætior tandem & ſecura pax affulſit. Hâc occaſione librum de Lapſis, ideóque ſub hujus anni finem vel initium ſubſecuti ſcriptum eſſe, probabilius putamus; nec conſentire poſſumus Tillemontio, Marano, aliiſque, qui eum inter primas Sancti è ſeceſſu ad ſuos reverſi curas referre, id eſt, non diu poſt Paſcha prioris anni exaratum fuiſſe, credere maluerunt. Non carent tamen laudati ſcriptores rationum momentis, quibus inducti à Pamelio Baronioque, quorum nos ſententiam ſequimur, recedendum putârunt; ſed an rectè, eruditus lector judicabit.* E

Eccleſiæ reddita, ſcribit

474 *Ipſum libri initium fundamentum eſt opinionis noſtræ; eſt enim hujuſmodi:* Pax ecce, dilectiſſimi fratres, Eccleſiæ reddita eſt, & quod difficile nuper incredulis, ac perfidis impoſſibile videbatur, ope atque ultione divinâ ſecuritas noſtra reparata eſt. In lætitiam mentes redeunt, & tempeſtate preſſuræ ac nube diſcuſſa, tranquillitas ac ſerenitas refulſerunt. Dandæ laudes Deo, & beneficia ejus ac munera cum gratiarum actione celebranda; quamvis agere gratias noſtra vox nec in perſecutione ceſſaverit. Neque enim tantùm inimico licere poteſt, ut non, qui Dominum toto corde & animâ & virtute diligimus, benedictiones ejus & laudes ſemper & ubique cum gloria prædicemus. Exoptatus votis omnium dies venit, & poſt longæ noctis caliginem Domini luce radiatus mundus eluxit.

librum de Lapſis,

475 *Hiſce verbis pacem Eccleſiæ per Decii cædem datam indicari, ſuadent ſequentia. Primò ſic rectè intelligitur, cur* ultione divinâ ſecuritas Eccleſiæ reparata *dicatur: hunc enim Deciorum interitum Deo, de Chriſtiano effuſo ſanguine pœnas repetenti, jam olim adſcriptum fuiſſe, conſtat ex S. Dionyſio Alexandrino apud Euſebium lib. 7, cap. 1, ex Oratione Conſtantini Magni ad Sanctorum cœtum cap. 24, Lactantio de Mortibus perſecutorum cap. 4, ſanctoque Hieronymo in caput 2 Nahum, & 14 Zachariæ. Sed & initium imperii Galli, qui Decio ſucceſſerat, Eccleſiæ pacificè fluxiſſe, ex laudato S. Dionyſii loco colligere eſt, dum dicitur:* Qui (*Gallus*) cùm imperium ipſius proſpero in ſtatu eſſet, cunctaque ex animi ſententia ſuccederent, viros ſanctos, qui pro pace & incolumitate ipſius preces ad Deum allegabant, infectatus eſt. Cum illis ergò orationes pro ipſo fieri ſolitas ſimul fugavit. *Ita ipſe, non obſcurè aſſerens, Gallo, dum Eccleſiam pace frui permitteret, omnia proſperè ceſſiſſe, eumdemque ſublata pace, pœnas divinitus inflictas dediſſe.*

quem hoc tempore

476 *At neceſſe non eſt id pluribus probare, cùm Tillemontius ipſe Notâ 32 fateatur, illa S. Cypriani verba de morte Decii, ſecutaque Eccle-*

AUCTORE C. S.

sic sub Gallo pace rectissimè accipi, nec aliàs facilè explicari posse. Ut tamen ad hanc difficultatem utcumque respondeat, ad quamdam proconsulis Africæ punitionem, aliumve ignotum infelicem casum recurrit, aut cum Joanne Fello in observationibus ad hunc locum dicendum putat, verba illa post intellectam Decii cædem Operi jam pridem compositio ab ipso Sancto adjecta fuisse; quod mihi quidem videtur esse argumentum eludere, non solvere, aut probabili saltem ratione elevare. Maranus tamen § 18 *Vitæ existimat, pacem, de qua in laudato libro fit mentio, non per Decii interitum, sed per injectum eidem metum à Lucio Prisca, qui, cùm Macedoniæ præesset, imperium in ea provincia occupaverat, & vires suas cum Gothis contra eum conjunxerat, conciliatam fuisse.*

post synodum de lapsis habitam

477 *Non diffiteor, istam Lucii Prisci rebellionem, uti & Julii Valentis tyrannidem, de quibus Aurelius Victor ac Trebellius Pollio consuli possunt, sopiendæ persecutioni verisimillimè occasionem dedisse; sed non satis probabile videtur, hanc qualemcumque Ecclesiæ quietem allegatis* S. Cypriani *verbis designari. Nam in epistola* 52 *ad Antonianum, Carthaginense concilium, ante quod Maranus librum de Lapsis scriptum autumat, non in Ecclesiæ pace, sed* persecutione *tantummodò* sopitâ, *celebratum ait. Deinde pacem, de qua in eodem libro loquitur, toti Romano orbi communem fuisse satis indicat;* Exoptatus, *inquiens,* votis omnium dies venit, & post longæ noctis caliginem Domini luce radiatus mundus eluxit. *Quàm procul autem abfuerit, ut memoratæ rebellionis occasione pax toti Ecclesiæ data sit, colligere licet ex laudata epistola ad Antonianum, in qua manifestè significat, Romanam Ecclesiam nihilo minùs, quàm ejusmodi pace, ad mortem usque Decii gravisam fuisse.*

B

ab eo editum fuisse

478 *Etenim de S. Cornelio, quem inter prædictas rebellionum turbas Pontificem ordinatum fuisse, nobiscum statuit Maranus, in ea Sanctus hæc scribit:* Quanta in ipso suscepto Episcopatu suo virtus, quantum robur animi, qualis firmitas . . . Sedisse intrepidum Romæ in Sacerdotali Cathedra eo tempore, cùm tyrannus infestus sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, cùm multò patientiùs & tolerabiliùs audiret, levari adversùs se æmulum principem, quàm constitui Romæ Dei Sacerdotem. Nonne hic, frater carissime, . . . inter glorioſos confessores & martyres deputandus, qui tantum temporis sedit, expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adversùs edicta feralia resistentem, & minas & cruciatus & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viscera ejus & & membra laniarent?

C

probatur contra nonnullos,

479 Etiamsi majestas Domini protegentis & bonitas Sacerdotem, quem fieri voluit, factum quo que protexit; tamen Cornelius, quantùm ad ejus devotionem pertinet & timorem, passus est, quidquid pati potuit, & tyrannum armis & bello postmodùm victum prior sacerdotio suo vicit. *Quis hæc, quæso, cum superioribus Sancti verbis in adversariorum sententia conciliet, & de funestis illis temporibus dictum putet:* Exoptatus votis omnium dies venit, & post longæ noctis caliginem Domini luce radiatus mundus eluxit? *Præterea in adversa opinione dicendum esset,* S. Cyprianum, *intellecta rebellione, cujus eventus planè incertus erat, mox triumphum cecinisse, ut dicebat:* Ope atque ultione divina securitas nostra reparata est; *quod sanè de summa Viri prudentia minimè suspicandum est.* D

quorum argumenta

480 *Videamus tamen, quibus rationibus moti oppositæ sententiæ assertores libellum illum ante Carthaginense synodum exaratum velint, ideóque in illo* Cypriani *loco malè torquendo tantopere laborent. Librum, inquiunt, illum* S. Cyprianus *in eadem synodo legisse videtur, eumdemque misit ad Romanos confessores, antequam hi è schismate ad Ecclesiam redirent, quod ultimum Pearsonius, contra quem hìc ipsi disputant, eodem mense, quo casus est Decius, nos autem etiam multò citiùs collocamus: quare hæc nos etiam multò magis urgerent, si liber ille re ipsâ in synodo prælectus & Romanis confessoribus ante desertum schisma missus fuisset. Sed* § 25 *à num.* 448 *jam ostendimus, locos, in quibus id illi asseri putârunt, de alio libello accipiendos esse, adeóque hæc nos amplius morari non debent. Ad cetera eorum argumenta progredior.*

proponuntur,

481 *Observant, concilii decreta in eo Opusculo nusquam memorari; libellaticis in concilio pacem concessam fuisse, & tamen hos æquè ac alios, nullâ factâ istius gratiæ mentione, in eodem libro ad pœnitentiam excitari; denique ex ipso libri exordio intelligi, eum inter prima pacis gaudia, dum tam ipse sanctus Episcopus, quàm glorioſi confessores ad ecclesiam suam jam securi redirent, compositum fuisse. Ex his omnibus suspicantur,* S. Cyprianum *per libellum illum viam sternere voluisse concilio quamprimùm habendo, animosque lapsorum ad canones in eo sanciendos religiosè suscipiendos præparare. Verùm ad primum argumentum respondeo, non minùs de concilio celebrando, quàm de celebrato, in laudato libro sileri; cùm tamen & finis scribenti propositus in sententia adversariorum, & lapsorum conditio, maximè exegissent, ut de priori expressa mentio fieret. Finis quidem, ut ex dictis manifestum est; conditio autem lapsorum, quia hi semper perquàm molestè tulerant, causam suam differri; ideóque res ipsa Sanctum monuisset, ut jamjam futurum iis ediceret, quod in variis epistolis pridem promiserat.* E

& ad ea

482 *Non eadem ratio erat concilium jam celebratum commemorandi; quippe cujus decreta publicata jam fuerant, & vulgo notissima. Attamen ex ejusdem scribendi modo satis colligitur, veniam lapsis post exactam pœnitentiam jam tum decretam, adeóque & concilium celebratum fuisse. Etenim lapsos omnes in eo libro ad pœnitentiam sic hortatur, ut non jam eos congregandæ synodi sententiam patienter exspectare jubeat, quemdmodùm in litteris ante illum scriptis fecerat, sed veniam per sacerdotes obtinendam polliceatur.* Confiteantur, *inquit,* singuli, quæso vos, fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in sæculo est, dum admitti confessio ejus potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud Dominum grata est. *Et rursus sub finem:* Pœnitenti, operanti, roganti, potest (*Deus*) clementer ignoscere, potest in acceptum referre, quidquid pro talibus & petierint martyres, & fecerint sacerdotes. *Quòd autem libellaticis æquè ac ceteris omnibus pœnitentiæ necessitatem exposuerit, tantùm probat, nonnullos ex his ad id usque tempus pœnitentiam agere neglexisse, ad quam propterea eos meritò excitavit, ut suprà num.* 417 *& seq. ostendimus.* F

respondetur

483 *Ad postremum denique argumentum, ex eò petitum, quòd* S. Cyprianus *sic loquatur, quasi* con-

A *confessores ac martyres tum primùm ad ecclesiam suam rediissent; respondeo, oratoribus minimè inusitatum esse res præteritas ad movendos auditorum lectorumque animos veluti præsentes exhibere. Quid igitur mirum, si sanctus Antistes confessorum & extorrium regressum, qui non ita pridem contigerat, & quorum in suis ecclesiis securitatem pax tum stabilita firmaverat, veluti præsentem exhibuerit, ut eorum quasi conspectu ignaviam lapsorum efficaciùs argueret, eosque salutari pudore percelleret. Adde, quòd fortè etiam tum aliquot extorres & exsules in patriam redirent, qui sopita tantummodò persecutione, id facere ausi non fuerant.*

Libri, ab antiquis laudati, argumentum.

484 *Porrò laudati libri, præter Pontium in Vita, S. Augustinus variis locis, nempe lib. de Adulterinis conjugiis cap. 25, lib. 2 contra Cresconium, cap. 15, lib. de Fide & operibus, cap. 19 & 27, lib. 4 de Baptismo contra Donatistas, cap. 9, & alibi, S. Pacianus epistola 3, S. Fulgentius, aliique veteres meminerunt. Scribendi finis, ut jam monui, fuit lapsos omnes de necessitate agendæ pœnitentiæ, ad quam omni persecutoris metu jam amoto, pax ipsa invitabat, admonere, & per hanc ad spem excitare, ne hæreticorum fraudibus decepti, de delictis suis sine prævia pœnitentia condonatis sibi frustra blandirentur. Pergebant nempe Felicissimi asseclæ lapsos sollicitare, ne salubribus concilii decretis obsecundantes, pœnitentiam agerent, utque ad suam potiùs communionem, quàm ultrò offerebant, accederent. Stylus elegans est, & oratorius; utque martyrum ac confessorum victorias suaviter celebrat, ita lapsorum ignaviam acriter castigat, criminumque gravitatem exponit. Persecutionis quoque causam, corruptos scilicet sui temporis mores, ejusdemque progressum, ac quidquid denique eâ sæviente contigerat, compendiosè expendit, ex quibus multa per hujus Commentarii decursum jam recitavimus.*

B

Quædam divinæ vindictæ

485 *Prætereundum tamen hîc non est, quod de pœnis post reditum suum, ipsoque aliquando præsente, divinitus inflictis, ad salutarem terrorem ceteris lapsis incutiendum commemorat.* Præsente, *inquit*, ac teste me ipso, accipite, quid evenerit. Parentes fortè fugientes (*tempore persecutionis*) dum trepidi minùs consulunt, sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt; relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi apud idolum, quò populus confluebat, quòd carnem necdum posset edere per ætatem, panem mero mixtum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodùm mater (*persecutione sopita*): sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quàm nec intelligere priùs potuit, nec arcere.

C

exempla in lapsos

486 Ignoratione igitur obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu cœpit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indiciis, conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi verò solemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus ceteris, locus ejus advenit, faciem suam parvula instinctu divinæ Majestatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus, & reluctanti licèt de Sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus: in corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit: sanctificatus in Domini Sanguine potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, tanta Majestas! Secreta tenebrarum sub ejus luce detecta sunt; Sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantem, quæ ad eloquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem. AUCTORE C. S.

Eucharistiam indignè sumentes,

487 At verò ea, quæ ætate provecta, & in annis adultioribus constituta, sacrificantibus nobis latenter obrepsit, non cibum, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena lethalia intra fauces & pectus admittens, angi & animâ exæstuante, concludi postmodùm cœpit; & pressuram non jam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occultum dissimulatæ conscientiæ crimen: quæ fefellerat hominem, Deum sensit ultorem. Et cùm quædam arcam suam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentâsset aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Et quidam alius, quia & ipse maculatus, Sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere, Sanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem ferre se, apertis manibus, invenit. Documento unius ostensum est, Dominum recedere, cùm negatur; nec immerentibus ad salutem prodesse, quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, Sanctitate fugiente, mutatur. E

aut pœnitentiam respuentes.

488 *Obiter hîc observa, Catholice lector, veterem Ecclesiæ sanctissimam Eucharistiam distribuendi morem, eamque à fidelibus in domo sua servandi sumendique; tum scilicet, quando sub principibus Ethnicis incruentum Missæ sacrificium occultè ac in latebris celebrari debebat, nec ecclesiæ erant, in quibus decenter ac tutò servari, piisque fidelibus, quoties voluissent, publicè dari posset. Sed* S. Cypriani *narrationem resumamus. Hic ita prosequitur:* Quàm multi quotidie pœnitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam confitentes, immundis spiritibus adimplentur; quàm multi usque ad insaniam mentis excordes, dementiæ furore quatiuntur! Nec necesse est ire per exitus singulorum, cùm per orbis multiformes ruinas tam delictorum pœna sit varia, quàm delinquentium multitudo numerosa. Unusquisque consideret, non quid alius passus sit, sed quid pati & ipse mereatur; nec evasisse se credat, si eum interim pœna distulerit, cùm timere plùs debeat, quam sibi Dei judicis ira servavit. *Huc usque sanctus Episcopus de prodigiis pœnisque, quibus divina vindicta illatas sibi à pervicacibus lapsis injurias post ejus ad Carthaginenses reditum vindicavit.* F

Liber de Oratione Dominica scriptus,

489 *Hoc eodem anno 252 etiam scriptus putatur* S. Cypriani *liber de Oratione Dominica; quod eo nititur fundamento, quòd Pontius illum post librum de Unitate Ecclesiæ recenseat, in eoque satis multa adversùs schismaticos dicantur, unde colligere liceat, illum post Felicissimi ac Novatiani schismata editum fuisse. Nulla quoque in eo fit mentio de persecutione, quam Gallus post ejusdem anni medium suscitavit; at præterita, Decianæ scilicet, non obscurè memoratur, dum monentur confessores,* ne quis sibi superbè atque arroganter aliquid assumat, ne quis sibi aut confessionis aut passionis gloriam suam ducat. *Ex hisce igitur probabile fit, librum hunc ad priores prædicti anni mensis pertinere; quamquam etiam seriùs scribi potuerit. Est autem Opus præclarum, & à S.*

AUCTORE C. S.

Augustino præsertim pro divina gratia adversùs Pelagianos vindicanda variis in locis commendatum. Consuli potest lib. 4 ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 9 & 10, lib. 2, cap. 3 contra Julianum, lib. de Correptione & Gratia, cap. 6 &c. Sed & libro de Dono perseverantiæ cap. 2 Prosperum & Hilarium ad eumdem his verbis remittit: Legite aliquantò intentiùs ejus (*Orationis Dominicæ*) expositionem in beati Cypriani martyris libro, quem de hac re condidit, cujus titulus: De Dominica oratione; & videte, ante quot annos contra ea, quæ futura erant Pelagianorum venena, quale sit antidotum præparatum. *&c.*

& à S. Augustino aliisque laudatus.

490 *Eumdem pariter librum Hadrumetinis monachis, qui, ad eum venerant, prælegit, ut illos contra Pelagianos instrueret, prout in epistola 215, aliàs 48 testatur;* Legimus eis etiam, *inquiens*, librum beatissimi martyris Cypriani de Oratione Dominica, & ostendimus, quemadmodùm docuerit, omnia, quæ ad mores nostros pertinent, quibus rectè vivimus, à Patre nostro, qui in cælis est, esse poscenda, ne de libero

B præsumentes arbitrio, à gratia decidamus .... Sed hunc librum S. Cypriani, quia dixerunt etiam illic (*Hadrumeti*) apud vos esse, non misimus. *Quanti eum etiam fecerit S. Hilarius, liquet ex ipsius Commentario in cap. 5 Matthæi, ubi de eodem velut Opere omni ex parte perfecto scribit:* De orationis autem sacramento necessitate nos commentandi Cyprianus, vir sanctæ memoriæ, liberavit. *Verùm hæc de laudato libro sufficiant, præsertim cùm is ipse se legentibus satis superque commendet.*

§ XXVIII. Respondet ad quæsita de causa lapsorum: synodum celebrat, in qua rejectus Privatus hæreticus, actumque de causa Therapii ac Victoris, & de parvulis baptizandis.

C

De trium lapsorum pœnitentia consultus,

Circa festum Paschæ, quod hoc anno 252 secundùm S. Hippolyti & Alexandrinorum calculos die XI *Aprilis, secundùm Victorium verò apud Bucherium, die* XVIII *ejusdem mensis celebrandum fuit, litteræ à Fortunato, Ahymmo, Optato, Privatiano, Donatulo, & Felice episcopis, de causa Nini, Clementiani & Flori* S. Cypriano *allatæ fuerunt. Cùm laudati episcopi in Capsensem civitatem, quam Pamelius in Annotatis ad epist. 53 in Numidia sitam credidit, Notitia verò Africæ apud Theodoricum Ruinartium in Historia persecutionis Vandalicæ in provincia Byzacena statuit, cùm, inquam, hi Capsam convenissent, ut episcopum (qui fortè ipse Donatulus fuit, concilio Carthaginensi subscriptus) ordinarent, à Superio pariter episcopo consulti fuêre, an Ninus, Clementianus ac Florus, qui Christum confessi, violentiam magistratûs & populi frementis impetum fortiter tulerant, sed deinde apud proconsulem pœnis gravibus tormentisque victi defecerant, post sinceram pœnitentiam, in triennium jam productam, ad veniam & pacem possent admitti.*

D

respondet per epistolam 55:

492 *Porrò hi episcopi causam hanc suo judicio terminare non ausi,* S. Cyprianum *metropolitam suum consulendum putârunt, rogâruntque, ut plurium episcoporum sententiam super ea exquireret. Ad horum epistolam, quæ non exstat, sanctus Antistes per suam, quæ 53 est, rescripsit, hujusmodi lapsis, qui ex carnis infirmitate defecerant, post dictam pœnitentiam suo quidem judicio pacem posse concedi; verumtamen cùm illi ceterorum antistitum sententiam etiam postulâssent, relaturum se de hoc dubio ad ipsos, simul ac illi post Paschæ solemnia, quæ in suas quique diœceses celebraturi abierant, Carthaginem rediissent. Constat autem, epistolam hanc concilio post* S. Cypriani *è secessu ad suos reditum anno 251 celebrato posteriorem esse, & priorem illo decreto, quo hoc anno 252 propter instantem persecutionem sancitum fuit, ut lapsis omnibus, qui mox à peccato suo pœnitentiam fuerant amplexi, pax daretur; nam de priori concilio in eadem epistola disserta fit mentio, nec* S. Cyprianus *ab illis episcopis, nec ab illo ceteri consulendi fuissent, si posterius decretum jam tum prodiisset.*

E

synodum Idibus Maji celebrat,

493 *Ex dictis etiam liquet, eam circa Paschа scriptam fuisse; atque hinc concludimus, triennium istud, quo Ninus, Clementianus & Florus pœnitentiam egisse dicuntur, non completum, sed inchoatum accipiendum esse; ducto scilicet ab anno 250, quo persecutio cœpta est, initio. Atque hinc ulteriùs conficitur, laudatam Fortunati ceterorumque epistolam ad mensem Aprilem hujus anni 252 referendam esse. Festis Paschalibus celebratis, episcopi Carthaginem convenerunt, & synodum* Idibus Majis *habuêre; ut* S. Cyprianus *in epistola 55 ad S. Cornelium testatur. Concilium istud ad hunc annum 252 pertinere, ex laudata epistola certum est: nam cùm Sanctus de concilio* anno priore *celebrato in ea bis meminerit, ac præterea dicat, Privatum rejectum fuisse* in concilio, quod habuimus Idibus Majis, quæ proximæ fuerunt, *satis manifestè hoc, velut nuper habitum, à priore distinguit. Neque hac in parte eruditi dissentiunt, si Lombertum excipias, qui in Præfatione, quam* S. Cypriani *Operibus Gallicè versis præfixit, istud ad annum 251, sed sine probabili ratione, referendum putavit. Dubitandum non est, quin Nini, Clementiani, & Flori causa in hac synodo, sicut* S. Cyprianus *promiserat, discussa, terminataque fuerit.*

F

in qua repulsus Privatus

494 *Ibidem etiam comparere, suamque causam tueri desideravit Privatus, Lambesitanus in Numidia olim episcopus; sed repulsus est, nec dicere permissus, eodem Sancto nostro teste in epistola 55 ad S. Cornelium, ubi hæc habet:* Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatum, veterem hæreticum, in Lambesitana colonia ante multos ferè annos ob multa & gravia delicta nonaginta episcoporum sententiâ condemnatum, antecessorum etiam nostrorum, quod & vestram conscientiam non latet, Fabiani & Donati litteris severissimè notatum; qui cùm causam suam apud nos in concilio, quod habuimus Idibus Majis, quæ proximæ fuerunt, agere velle se diceret, nec admissus esset, Fortunatum istum sibi pseudo-episcopum dignum collegio suo fecit.

hæreticus jam antè damnatus,

495 *Quam hæresim Privatus ille induxerit, aut sectatus fuerit, memoriæ proditum nusquam reperi; sed Felicem quemdam* extra Ecclesiam in hæresi pseudo-episcopum olim *constituisse, comitesque*

A *teſque habuiſſe Jovinum & Maximum, ob nefanda ſacrificia, criminaque damnatos, ibidem dicitur. Tentaverat etiam antea Romanæ Eccleſiæ communionem, litteraſque obtinere; ſed & hîc pariter agnitus, repulſuſque fuerat. Etenim laudatæ Eccleſiæ clerus in epiſtola* 30 *inter Cyprianicas, Sede per S. Fabiani necem vacante, ad* S. Cyprianum *data, de eo ſic ſcripſit :* Sed nos etiam ante litteras tuas (*quibus de Privato moniti fuerant*) fraus callidi hominis latêre non potuit : nam cùm antehac quidam ex ipſius nequitiæ cohorte veniſſet vexillarius Privati Futurus, & fraudulenter litteras à nobis elicere curaret; nec quis eſſet, latuit, nec litteras quas volebat, accepit. *De Fortunato, pſeudo-epiſcopo per illum conſtituto,* § 30 *agemus.*

Hæc ſynodus diverſa eſt ab ea,

496 *Controvertitur, utrùm concilium, de quo agimus, idem ſit cum illo, in quo* S. Cyprianus *cum epiſcopis quadraginta & uno, quorum exſtat epiſtola* 54, *ob imminentem à Gallo perſecutionem decrevit, pacem lapſis pœnitentibus, qui ab Eccleſia non deſciverant, dandam eſſe; an verò cum illo, in quo idem Sanctus cum ſexaginta & ſex epiſcopis de cauſa Therapii & Victoris, ac de*

B *infantium baptiſmate tractavit; quorum ſimiliter epiſtola inter Cyprianicas locum* 59 *obtinet. Priorem ſententiam Pamelius, Eminentiſſimus Baronius, ejuſque criticus Pagius, ac Pearſonius tenuêre; quorum poſterior laudatam ſynodum ſexaginta ſeptem epiſcoporum in menſem ſeptembrem anni* 253, *dum, Gallo Voluſianoque cæſis, pax Eccleſiæ denuò reddita eſſet, rejecit.*

in qua ob inſtantem Galli perſecutionem decretum eſt,

497 *Præcipuum hujus opinionis fundamentum eſt, quòd laudati epiſcopi in epiſtola* 59 *geminam de lapſis ſynodum memorare videantur, dum aiunt :* Quæ res nos ſatis movit, receſſum eſſe à decreti noſtri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus ſatisfactionis, & ſine petitu & & conſcientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac neceſſitate cogente, pax ei (*Victori lapſo*) concederetur. *Cenſet enim Pearſonius, verbis illis, quibus de legitimo plenoque ſatisfactionis tempore, ac infirmitate fit mentio, primam de lapſorum cauſa ſynodum, ſecundam verò iſtis, quæ de* neceſſitate cogente *meminerunt, indicari; iſtud enim reipſa in priori ſynodo, hoc autem in ſecunda ſtatutum fuiſſe. Atque hinc concludit, epiſtolam hanc utrâque ſynodo poſteriorem eſſe, adeóque &*

C *concilium, in quo ſcripta fuit, non potuiſſe Idibus Majis anni* 252 *celebrari, ſed ad aliud tempus referendum; nec denique aliud aptius poſſe aſſignari, quàm menſem Septembrem anni* 253, *quo jam reddita pace, epiſcopi de rebus eccleſiaſticis deliberaturi conveniſſe potuerunt.*

perſecutionem decretum eſt,

498 *Verùm* Maranus § 24 & 25 *Vitæ alias rationes producit, quæ contrarium longè veriſimilius reddunt. Nam primò in epiſtola* 55, *ubi Sanctus de ſynodo* Idibus Majis *habita diſertè meminit nullum verbum aut veſtigium de novo canone, in lapſorum favorem ob inſtantem perſecutionem condito, reperire eſt; ſed tantùm de priore agitur, quo ſtatutum fuerat, ne quis ſine pœnitentia ad pacem admitteretur. Secundò ex eadem epiſtola diſcimus, nullam de concilio Idibus Majis celebrato epiſtolam ſynodicam ad S. Cornelium miſſam eſſe; nam cùm* S. Cyprianus *in ea dicat, ſeſe de repulſo Privato, ordinatoque per illum pſeudo-epiſcopo Fortunato, ad ipſum ſcribere diſtuliſſe, donec nactus eſſet occaſionem Feliciani acolythi, quem ſanctus Pontifex ad illum miſerat; manifeſtè ſignificat, ad id uſque tempus nihil de rebus in dicto concilio geſtis ad Cornelium ſcriptum fuiſſe; alioquin enim ejuſdem operâ, qui epiſtolam ſynodicam tuliſſet, ipſe quoque uti potuiſſet, nec alia occaſio fuiſſet exſpectanda.* AUCTORE C. S.

pacem lapſis omnibus

499 *Neque reponi hîc poteſt, exſpectatam pariter fuiſſe occaſionem, ut ea epiſtola ſynodica Romam mitteretur, idque per Felicianum, quo* S. Cyprianus *uſus eſt, factum eſſe. Id, inquam, reponi non poteſt; non enim credibile eſt, ſanctum Epiſcopum cum quadraginta & uno collegis ſuis rem tanti momenti, qualis erat maturanda lapſorum reconciliatio, non ſtatim per unum è clericis ſancto Pontifici nuntiâſſe; ſed exſpectâſſe, donec ſeſe aliqua offerret occaſio. Adde, quòd etiam in hoc caſu de epiſtola illa ſynodica in litteris* S. Cypriani *facienda fuiſſet mentio, quæ tamen non magis in his exſtat, quàm in illa de Privato, quem in concilio Idibus Maji coacto repulſum fuiſſe certum eſt.*

concedendam eſſe,

500 *Ad Pearſonii autem argumentum reſpondeo, neutiquam neceſſe eſſe, ut, quæ in epiſtola* 59 de neceſſitate cogente *memorantur, de canone ſecundi concilii, qui ob imminentem perſecutionem lapſis pacem conceſſit, accipiamus; cùm epiſcopi illi id unum dicere voluiſſe potuerint, ſeſe meritò commotos fuiſſe, quòd Therapius contrà ac decretum fuerat, Victori pacem dediſſet, nullis plebis precibus aliave quacumque neceſſitate* E *compulſus, quæ eâ indulgentiâ utendum eſſe ſuaſiſſet. Sic* S. Cyprianus *in epiſtola* 52 *ad Antonianum de Trophimo ad communionem admiſſo, quia cum eo magnus fratrum numerus ad Eccleſiam redibat, ait :* Sicut anteceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligendis fratribus noſtris cariſſimus frater noſter (*S. Cornelius*) neceſſitati ſuccubuit.

quæque eodem anno habita eſt.

501 *Denique ipſe contextus à Pearſonio allegatus multò magis congruit anno* 252, *cujus menſe Majo Victor magnam pœnitentiæ ſuæ publicæ partem expleviſſe jam poterat, quàm Septembri anni* 253, *quo pace primùm redditâ, hujuſmodi pœnæ nuperis lapſis ſub Gallo imponi debebant, ac major adhiberi ſeveritas. Non enim conqueruntur epiſcopi, quòd Victori ſine pœnitentia prævia pax data eſſet; ſed quòd ea data eſſet* ante legitimum & plenum tempus ſatisfactionis. *Hæc itaque, quibus etiam rerum geſtarum ſeries minimè repugnat, induxerunt me, ut ſexaginta & ſeptem epiſcoporum ſynodum eam ipſam veriſimiliùs eſſe credam, quam* S. Cyprianus *in epiſtola* 55 *Idibus Majis habitam tradit; alteram verò, in qua ipſe cum* F *quadraginta & uno epiſcopis pacem lapſis maturandam decrevit, eodem quidem anno, ſed uno alterove menſe ſeriùs celebratam eſſe.*

Synodi patres reſpondent Fido

502 *Porrò in laudata ſexaginta ſeptem antiſtitum ſynodo epiſtola Fidi, incertæ ſedis epiſcopi, lecta eſt, in qua geminum dubium, unum de Therapio ac Victore, quod jam attigimus, alterum de infantium baptiſmate, proponebatur; ad quod utrumque laudati epiſcopi per epiſtolam* 59 *reſponderunt. Et Therapii quidem Victoriſque cauſam, ſuamque de ea ſententiam ſic expoſuêre :* Cyprianus & ceteri collegæ, qui in concilio affuerunt, numero ſexaginta ſex, Fido fratri ſalutem. Legimus litteras tuas, frater cariſſime, quibus ſignificâſti de Victore quondam presbytero, quòd ei, antequam pœnitentiam egiſſet, & Domino Deo, in quem deliquerat, ſatisfeciſſet, Therapius collega noſter immaturo tempore & præpropera feſtinatione pacem dediſſet.

de cauſa Therapii ac Victoris,

503 Quæ res nos ſatis movit, receſſum eſſe à decreti noſtri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus ſatisfactionis, & ſine petitu & conſcientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac neceſſitate cogente, pax ei concederetur. Sed libra-

AUCTORE C. S. brato apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium collegam nostrum, quòd temerè hoc fecerit, & instruxisse, ne quid tale de cetero faciat : pacem tamen, quomodocumque à sacerdote Dei semel datam, non putavimus auferendam; ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. *Atque hæc quidem de prima causa à Fido proposita* S. Cyprianus *cum ceteris episcopis rescripsit. Videtur autem Therapius ille fuisse Bullensis in provincia Proconsulari episcopus, cùm concilio Carthaginensi anni 256 aliquis* Therapius à Bulla *subscriptus legatur.*

& de baptizandis parvulis

504 *Longè gravius, multóque majoris momenti erat dubium alterum, ab eodem Fido propositum; quippe à quo multorum infantium salus æterna pendebat. Existimabat is, Baptismum infantibus ante octavum à nativitate diem conferri non debere; tum quòd in veteri Lege ante istud tempus non circumciderentur, tum quòd* vestigium infantis, in primis partûs sui diebus constituti, mundum non esse, *crederet*, quod unusquisque . . . adhuc horreat exosculari. *Verùm hunc Fidi errorem* S. Cyprianus, *ceterique cum eo episcopi omnes, unanimi consensu reprobârunt, docuerunt*que, *infantibus recèns natis, non minùs, imò etiam magis, quàm adultis, per Sacramentum Baptismatis succurrendum esse. Sed ipsos denuò audiamus.* Quantùm verò, *inquiunt in eadem epistola* 59, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem, quo nati sint, constitutos baptizari non oportere; & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octavum diem eum, qui natus est, baptizandum & sanctificandum non putares; longè aliud in concilio nostro omnibus visum est.

ante octavum nativitatis diem :

505 In hoc enim, quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit; sed universi potiùs judicavimus, nulli homini nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam, cùm Dominus in Euangelio suo dicat : Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare; quantùm in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. *Hanc sententiam suam solidis argumentis ibidem probant, & rationes à Fido in contrarium allatas confutant, ac denique his verbis concludunt :* Et iccircò, frater carissime, hæc fuit in concilio nostro sententia, à Baptismo atque à gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi : quod cùm circa universos observandum sit atque retinendum, tùm magis circa infantes ipsos & recèns natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de divina misericordia plus merentur, quòd in primo statim nativitatis suæ ortu plorantes ac flentes, nihil aliud faciunt, quàm deprecantur. *Hæc ipsi secundùm Catholicæ Ecclesiæ doctrinam de infantibus, solo peccato originali obnoxiis, baptizandis in concilio sanxerunt; de quo quidem peccato manifestum ibidem testimonium dedêre dicentes :* Recèns natus nihil peccavit, nisi quòd secundùm Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit.

epistola hæc à SS. Augustino & Hieronymo laudata.

506 *Epistolam hanc magni fecit S. Augustinus, eâque in lib.* 4 *contra duas epistolas Pelagianorum, cap.* 8 *usus est ad peccatum originale divinamque gratiam asserendam.* In epistola autem, *inquit*, quam scripsit ad episcopum Fidum, cum sexaginta sex coëpiscopis suis, à quo fuerat consultus propter circumcisionis legem, utrùm ante octavum diem baptizari liceret infantem, hæc causa sic agitur, tamquam provisione divina tam longè futuros hæreticos Pelagianos jam Catholica confutaret Ecclesia. Neque enim, qui consuluerat, inde dubitabat, utrùm nascentes traherent originale peccatum, quod renascendo diluerent; absit enim, ut hinc aliquando fides Christiana dubitaverit : sed ille dubitabat, utrùm regenerationis lavacrum, quo non dubitabat solvendum originale peccatum, ante diem tradi deberet octavum. Ad quam consultationem respondens beatissimus Cyprianus; Quantùm verò, inquit, ad causam infantum pertinet *&c. Ejusdem epistolæ tum etiam alibi, tum lib.* 2 *de Nuptiis & concupiscentia, cap.* 29 *meminit, ubi* Liber de baptismate parvulorum *vocatur. Laudat eamdem etiam S. Hieronymus lib.* 3 *Dialogi adversùs Pelagianos sub finem, ex eaque similiter probat Baptismum parvulis in peccati originalis remissionem conferri.*

§ XXIX. Fortunatianum in persecutione lapsum ab episcopatu suo Assuritano arcendum monet : scribit contra abusum, quo aqua sine vino in Sacrificio offerebatur.

Per epistolam 64, circa hoc tempus

AD hoc pariter tempus, quod inter Decianæ persecutionis finem & secundam de lapsis Synodum, in qua ob novam persecutionem à Gallo imminentem lapsis omnibus, qui ab Ecclesia non recesserant, pax concessa est, intercessit, referenda videtur epistola 64 *ad Epictetum de Fortunatiano, quondam episcopo Assuritano. Ratio est, quòd* S. Cyprianus *lapsos omnes in ea sic ad pœnitentiam agendam hortetur, ut satis liqueat, secundum istud ac favorabile decretum tum nondum emanâsse. Sic enim loquitur :* Lapsi verò magnitudinem delicti sui cognoscentes, à deprecando Domino non recedant, nec Ecclesiam Catholicam, quæ una & sola est à Domino constituta, derelinquant; sed satisfactionibus immorantes, & Domini misericordiam deprecantes, ad Ecclesiam pulsent, ut recipi illic possint, ubi fuerunt, & ad Christum redeant, à quo recesserunt.

probabiliter scriptam, Fortunatianum lapsum,

508 *Pamelius in ejusdem epistolæ argumento eam post S. Cornelii mortem scriptam credidit, ea ductus ratione, quòd* S. Cyprianus *videatur ipsi in hac laudare decretum illius, quo is sanxerat, ne episcopi lapsi ad priorem gradum admitterentur. Verùm etiamsi decretum istud in ea manifestè laudaretur, non tamen concluderet Pamelii argumentum; cùm ignoremus, quo præcisè tempore S. Cornelius id decreverit. Nolim tamen contendere, eam seriùs, puta, post persecutionem Galli, scribi non potuisse; sed priorem sententiam verisimiliorem autumo. Casus autem, de quo tractat epistola, hic est. Fortunatianus episcopus Assuritanus in provincia Proconsulari, cùm tempore persecutionis idolis immolâsset, episcopatu suo fuerat exauctoratus, & inter laicos jussus pœnitentiam agere. Verùm ille non modò pœnitentiam detrectabat, sed & episcopatum sibi vindicare non cessabat, aliosque lapsos pernicioso exemplo suo & verbis ad similem impietatem adducere.*

509 De,

AUCTORE C. S.

ab episcopatu Assuritano,

509 *De hisce monitus* S. Cyprianus, *epistolam 64 ad Epictetum & plebem Assuritanam conscripsit, ut eos consiliis suis adjuvaret, & ad arcendum ab episcopatu sacrisque ministeriis impium hominem exhortaretur. Porrò quia epistola hæc* Epicteto fratri & plebi Assuras consistenti *inscripta est, censent passim eruditi, Epictetum in illius sedem suffectum fuisse; favetque huic sententiæ, quòd sanctus Metropolita de altero eidem substituendo non meminerit. Quod si ita sit, consequenter dicendum est, eum paucis annis isti ecclesiæ præfuisse; cùm in magna synodo Carthaginensi de rebaptizandis, quos hæretici baptizaverant, a* S. Cypriano *habita, alius istius loci episcopus, nempe* Victor ab Assuras, *sententiam dixisse legatur. Sed ut ad rem veniamus, sanctus Metropolita causam Fortunatiani, doloremque, quem ex ea conceperat, post solitam salutationem exponit verbis, quæ subdo.*

quem gesserat

510 Graviter & dolenter motus sum, fratres carissimi, quòd cognoverim, Fortunatianum, quondam apud vos episcopum, post gravem lapsum ruinæ suæ, pro integro nunc agere velle, & episcopatum sibi vindicare cœpisse. Quæ res contristavit me, primò propter ipsum, qui miser, vel diaboli tenebris in totum excæcatus, vel quorumdam sacrilega persuasione deceptus, cùm debeat satisfacere, & ad Dominum exorandum diebus ac noctibus lacrymis & orationibus & precibus incumbere, audet sibi adhuc sacerdotium, quod prodidit, vindicare; quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit, aut non majorem in se iram & indignationem Domini in die judicii provocet, qui, cùm fidei & virtutis dux fratribus esse non potuerit, perfidiæ & audaciæ & temeritatis magister exsistat; & qui non docuit fratres in prœlio fortiter stare, doceat eos, qui victi & prostrati sunt, non rogare *&c. Probat deinde ex variis sacræ Scripturæ locis gravitatem criminis, denique comminationes adducit, ne quis etiam minori scelere reus ad divina Sacrificia offerenda accedat.*

& sibi vindicabat;

511 *Observat etiam fœdos in episcopis lapsus, & obstinatam temeritatem ex pecuniæ cupiditate gulaque procedere, quibus jam olim fuerant irretiti.* Nec mirum, *inquit*, si consilia nostra, aut Domini præcepta nunc abnuunt, qui Dominum negaverunt. Stipes & oblationes & lucra desiderant, quibus priùs insatiabiles incubabant; & cœnis atque epulis etiam nunc inhiant, quarum crapulam superstite nuper in dies cruditate ructabant; nunc manifestissimè comprobantes, nec antè se religioni, sed ventri potiùs & quæstui prophana cupiditate servîsse. Unde & ipsam venisse perspicimus & credimus de Dei exploratione censuram, ne apud altare consistere, & contrectare ulteriùs perseverarent pudorem incesti, fidem perfidi, religionem prophani, divina terreni, sancta sacrilegi. *Hinc monet omni ope laborandum esse, ut hujusmodi homines resipiscant, & ab altaris ministerio imposterùm abstineant.*

arcendum curat.

512 *Sed & minas contumacibus intentans, subdit:* Si verò apud insanos furor insanabilis perseveraverit, &, recedente Spiritu sancto, quæ cœpit, cæcitas in sua nocte permanserit, consilium nobis erit singulos fratres ab eorum fallacia separare, &, ne quis in laqueos erroris incurrat, ab eorum contagione secernere. *Denique Epicteti plebisque Assuritanæ operam flagitat ad ceteros in officio sua continendos, si forte Fortunatianus consiliis suis non acquiesceret:* Quodsi, Fortunatianus, *inquit*, aut immemor criminis sui per diaboli cæcitatem, aut minister & servus diaboli factus ad decipiendam fraternitatem, in hoc suo furore permanserit, vos, quantùm potestis, elaborate, & in hac caligine diaboli sævientis fratrum mentes ab errore revocate, ne alienæ dementiæ facilè consentiant, ne se desperatorum delictis participes faciant; sed teneant integri salutis suæ & integritatis conservatæ à se & custoditæ perpetuum tenorem. *Lapsos similiter officii sui admonet, & à fallaci & mortali seductione ejusmodi hominum jubet cavere, imputaturos sibi in die judicii, si sanis & integris episcopis spretis, ad lapsos accesserint. Hæc Sanctus pro Ecclesiæ integritate & disciplina servanda: utrùm verò Fortunatianus hisce ad meliora conversus sit, ignoramus. Credibile tamen est, cùm de illo nihil præterea legatur.*

Epistola 63 cur hùc relata?

513 *Majoris etiam, ac gravissimi momenti erat error, quem sanctus Præsul, noster in epistola 63 refutavit, penitúsque abolendum curavit. De tempore, quo hæc epistola scripta sit, nihil certi statui potest, ut infrà ostensuri sumus. Nihil tamen obstat, quo minùs circa hoc tempus exarata fuerit; ideóque de ea hìc post litteras, hoc & præcedenti § relatas, quæ ad disciplinam doctrinamque Ecclesiæ pariter spectant, agemus. S. Augustinus lib. 4 de Doctrina Christiana, cap. 21 illam* librum *appellat, ejusdemque stylum & argumentum his verbis significat:* B. Cyprianus submisso dicendi genere utitur in eo libro, ubi de Sacramento Calicis disputat. Solvitur quippe ibi quæstio, in qua quæritur, utrùm calix Dominicus aquam solam, an eam vino mixtam debeat habere. *Atque hoc re vera est totius Opusculi compendium, in quo Sanctus multis argumentis prolixè probat, utrumque, vinum scilicet & aquam, in sacro illo calice debere offerri. Sed occasionem, quæ eum ad librum illum seu epistolam scribendum impulit, exponamus.*

Cùm quidam aquam sine vino

514 *Erant nonnulli in Africa, qui in Sacrificio matutino solam aquam in calice adhibebant; sive quòd crederent, eam ad Sacramentum Sanguinis Christi conficiendum sufficere, sive id sibi alia de causa licere existimarent. Neque enim eos ita egisse, quòd à vino abhorrerent, sicut Encratitæ, de quibus S. Epiphanius Hæresi 27 loquitur, ex eo manifestum est, quòd* S. Cypriano *in laudata epistola teste, dum ad cœnandum convenirent, calicem vino & aquâ mixtum offerrent. Hinc eos etiam, quantùm potest, excusat, dicens, id à quibusdam;* vel ignoranter vel simpliciter *factitatum fuisse, ut mox videbimus. Nec in uno tantùm loco pravam illam consuetudinem, tum obtinuisse, ibidem pariter indicat;* Miror satis, *inquiens,* unde hoc usurpatum sit, ut contra Euangelicam & Apostolicam disciplinam quibusdam in locis aqua offeratur in Dominico calice, quæ sola Christi Sanguinem non possit exprimere.

in Sacrificio adhiberent;

515 *Non omninò etiam recèns introductum fuisse errorem illum, insinuat, dum ait:* Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter, vel simpliciter non hoc observavit & tenuit, quod nos Dominus facere exemplo & magisterio suo docuit, potest simplicitati ejus de indulgentia Domini venia concedi. *Verùm non rectè ex hisce deducit Pearsonius ad annum 253, num. 3, illum à quodam Carthaginensi episcopo quondam profluxisse, quem alii deinde simpliciter ac ignoranter fuerint secuti. Per* antecessores *enim Sanctus non solos suæ sedis antistites, sed & Cæcilii, ad quem scribit, & quorumcumque provinciæ suæ episcoporum decessores designat. Sed nec satis veri-*

AUCTORE C. S.

mile est, tam crassum errorem Carthagine, quæ totius Africæ metropolis erat, ad quam ceteri episcopi frequenter conveniebant, ortum esse, & hisce silentibus aut ignorantibus, aliò impunè propagatum. Quare rectiùs sensit Maranus, eumdem nec in Carthaginensem, nec in aliam insigniorem quamdam ecclesiam, sed in pagum potiùs vel ignobile oppidum primùm irrepsisse, atque inde in similes minores ecclesias introductum fuisse.

Sanctus, seu divinitus,

516 *Dubitari potest, utrùm sanctus Metropolita noster de errore hoc è provincia sua eliminando per singularem aliquam revelationem divinitus, an per sacrarum Litterarum lectionem monitus, ac scribere jussus fuerit. Dubitandi causam præbet ipsum epistolæ exordium, quod propterea subjungo.* Cyprianus Cæcilio fratri salutem. Quamquam sciam, frater carissime, episcopos plurimos ecclesiis Dominicis in toto mundo divina dignatione præpositos, Euangelicæ veritatis ac Dominicæ traditionis tenere rationem, nec ab eo, quod Christus magister & præcepit & gessit, humana & novella institutione decedere; tamen, quoniam quidam vel ignoranter vel simpliciter in
B calice Dominico sanctificando, & plebi ministrando, non hoc faciunt, quod Jesus Christus, Dominus & Deus noster, Sacrificii hujus auctor & doctor fecit & docuit; religiosum pariter ac necessarium duxi has ad vos litteras facere, ut, si quis in isto errore adhuc tenetur, veritatis luce perspecta, ad radicem atque originem traditionis Dominicæ revertatur.

seu aliter monitus, per epist. 63,

517 Nec nos putes, frater carissime, nostra & humana conscribere, aut ultronea voluntate hoc nobis audacter assumere; cùm mediocritatem nostram semper humili & verecunda moderatione teneamus. Sed quando aliquid, Deo inspirante & mandante, præcipitur, necesse est, Domino servus fidelis obtemperet, excusatus apud omnes, quòd nihil sibi arroganter assumat, qui offensam Domini timere compellitur, nisi faciat, quod jubetur. Admonitos autem nos scias, ut in calice offerendo Dominica traditio servetur, neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis Dominus prior fecerit, ut calix, qui in commemorationem ejus offertur, mixtus vino offeratur. *Similiter non admodùm longè à fine, cùm dixisset, si qui antè aliter fecerint, id ob eorum simplicitatem illis posse ignosci, subdit:* Nobis verò non
C poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti & instructi sumus, ut calicem Dominicum vino mixtum, secundùm quod Dominus obtulit, offeramus, & de hoc quoque ad collegas nostros litteras dirigamus, ut ubique lex Euangelica & traditio Dominica servetur, & ab eo, quod Christus & docuit & fecit, non recedatur.

ad Cæcilium datam,

518 *Hæc sanè singularem aliquam revelationem, divinumque præceptum, ipsi peculiariter datum, sonant: & huic opinioni etiam favet revelationum frequentia, quam in Sancto nostro suprà jam observavimus. Verumtamen cùm deinde multa testimonia è sacris Scripturis deprompta producat; cúmque etiam alibi de secessu suo sic loquatur, quasi à Deo jussus fuisset secedere, quod tamen de Euangelii mandato verisimiliùs accipiendum esse, num* 140 *& seq. ostendimus, non omninò certum est, utrum è duobus hîc alleget. Peculiare tamen præceptum allegari, mihi longè verisimilius apparet; præsertim cùm in secundo textu à nobis allegato etiam dicat, admonitum se fuisse, ut* de hoc quoque ad collegas *suos* litteras *dirigeret, & ipse scribendi modus id non obscurè significet. Porrò epistola hæc inscripta est Cæcilio quod nomen inter episcopos in litteris Cyprianicis* D *sæpe occurrit, potuitque fuisse* Cæcilius à Bilta, *qui in concilio Carthaginensi de hæreticis baptizandis sententiam primus dixit. Ex ista autem epistolæ inscriptione colligendum videtur, in ipsius diœcesi perversam illam consuetudinem viguisse.*

errorem illum

519 *Itaque* S. Cypriauns *eo, ut diximus, modo admonitus, laudatam epistolam pro tollendo tam fœdo abusu conscripsit, & ad omnes provinciæ suæ episcopos transmittendam curavit; plurimis sacræ Scripturæ testimoniis invictè probans, Sanguinem Christi sine vino confici non posse; sed & aquam vino admiscendam esse, ut populus cum Christo conjunctus significetur. Duabus item objectionibus occurrit, quarum prima ab introducta consuetudine procedit, quam veluti Christi Domini facto mandatoque, nec non Apostolorum doctrinæ ac traditioni, manifestè contrariam, penitùs rejiciendam docet. Objectionem alteram hisce verbis proponit:* Ceterùm omnis religionis & veritatis disciplina subvertitur, nisi id, quod spiritaliter præcipitur, fideliter reservetur; nisi si in Sacrificiis matutinis hoc quis veretur, ne per saporem vini redoleat Sanguinem Christi. Sic ergo incipit & à passione Christi in persecutionibus E fraternitas retardari, dum in oblationibus discit de Sanguine ejus & Cruore confundi.

invictè refellit,

520 Porrò autem Dominus in Euangelio dicit: „Qui confusus me fuerit, confundetur eum „Filius hominis.„ Et Apostolus quoque loquitur, dicens: „Si hominibus placerem, Christi ser„vus non essem.„ Quomodò autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui Sanguinem Christi erubescimus bibere? An illâ sibi aliquis contemplatione blanditur, quòd, etsi manè aqua sola offerri videtur, tamen cùm ad cœnandum venimus, mixtum calicem offerimus? Sed cùm cœnamus, ad convivium nostrum plebem convocare non possumus, ut Sacramenti veritatem, fraternitate omni præsente, celebremus. At enim non manè, sed post cœnam, mixtum calicem obtulit Dominus. Numquid ergo Dominicum post cœnam celebrare debemus, ut sic mixtum calicem frequentandis Dominicis offeramus? Christum offerre oportebat circa vesperam diëi, ut hora ipsa Sacrificii ostenderet occasum & vesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est: „Et occident illum omne vulgus synagogæ filio„rum Israël ad vesperam.„ . . . Nos autem resur- F rectionem Domini manè celebramus: & quia passionis ejus mentionem in Sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini Sacrificium, quod offerimus) nihil aliud, quàm quod ille fecit, facere debemus *&c.*

& abolendum monet.

521 *Hæc recensere visum mihi est, quia partim à nonnullis pro indagando epistolæ scriptæ tempore adducuntur, partim ad veterem Ecclesiæ disciplinam spectant, ut mox videbimus. Ceterùm tota ista epistola insigne est antiquitatis monumentum, in quo sacrosanctum Missæ Sacrificium, à Christo Domino institutum, & ab Apostolis traditum, & seculo tertio à fidelibus offerri solitum, tam clarè asseritur, ut cæcus sit oporteat, qui id, eam legens, non videat. Juverit unum ex ea locum hîc retulisse.* Quodsi nec minima, *inquit,* de mandatis Domini licèt solvere, quantò magis tam magna, tam grandia, tam ad ipsum Dominicæ passionis & nostræ redemptionis sacramentum pertinentia, fas non est infringere, aut in aliud, quàm quod divinitus institutum sit, humana traditione mutare? Nam si Jesus Christus, Dominus & Deus noster, ipse est summus sacer-

dos

A dos Dei Patris, & ſacrificium Patri ſeipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit; utique ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id, quod Chriſtus fecit, imitatur; & Sacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo Patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundùm quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe.

Nonnulla ex ea obſervantur

522 *Quod ſpectat ad objectionem, quam Sanctus num.* 519 *proponit rejicitque, Pearſonius exiſtimavit, tempus perſecutionis ibidem indicari, verentibus fidelibus, ne ex odore vini, qui in Sacramento Sanguinis perſeverat, Chriſtiani eſſe, & rei divinæ contra imperatorum edicta interfuiſſe, ab ethnicis deprehenderentur. Atque hinc collegit, hanc epiſtolam tempore perſecutionis Galli ſcriptam fuiſſe; quod etiam confirmari credidit ex eo, quòd de ſecundo Chriſti adventu in ea fiat mentio. Contrà Maranus § 33 Vitæ cenſet, Chriſtianos minimè veritos fuiſſe, ne prædictus odor fidem ſuam proderet, ſed, ſi quid revera inde metuerint, ne matutinus ille odor minùs honeſtam, minúſque dignam homine ſobrio ſpeciem haberet; ethnicos enim penitùs ignorâſſe, quid in Chriſtianorum myſteriis*

B *ageretur. Conſequenter ad hæc ait,* S. Cypriani *ad objecta reſponſo pacem potiùs indicari, illudque ſic interpretatur, quaſi Sanctus dixiſſet eos ad ſanguinem in perſecutionibus fundendum fieri tardiores, qui ex Sanguinis Chriſti communione tàm leve incommodum reformidarent. Quod verò de facta mentione ſecundi adventûs Chriſti Pearſonius advertit, nihil probare, meritò obſervat; cùm ſimilia etiam in aliis Sancti Opuſculis in pace ſcriptis occurrant.*

circa tempus ſcriptæ

523 *Nec à vero abhorret hæc Marani interpretatio; cùm Sanctus loco laudato reprehendat in eis non perſecutoris metum, ſed indignum Chriſtiano pudorem, & hominibus placendi pravum deſiderium, quemadmodùm ex adductis ibidem ſacræ Scripturæ locis manifeſtum eſt. Hinc etiam rectè idem Sanctus infert, ſperandum non eſſe fore, ut quis in perſecutione ſanguinem ſuum pro Chriſto fundat, qui tempore pacis Chriſti Sanguinem bibiſſe erubeſcit. At non placet mihi ejuſdem ſcriptoris conjectura, ex qua ſuſpicatur, controverſiam de hæreticorum baptiſmo in eadem epiſtola attingi; ideóque hanc, exortâ jam iſtâ quæſtione, ſcriptam fuiſſe. Locus, unde hoc conjicit, hic eſt:* Et quia jam ſecundus ejus adven-

C tus nobis appropinquat, magis ac magis benigna ejus & larga dignatio corda noſtra luce veritatis illuminat. *Hiſce verbis Sanctum de errore ſuo circa hæreticorum baptiſma, quem velut veritatem divinitus revelatam amplexus eſt, meminiſſe credidit.*

epiſtolæ, & antiquum Eccleſiæ uſum.

524 *Verùm locum illum ad ejuſdem epiſtolæ argumentum ſpectare, tum totus illius contextus, tum verba, quæ ibidem proximè præmiſerat, non dubiè declarant. Præmiſerat enim:* Quare, ſi in lumine Chriſti ambulare volumus, à præceptis & monitis ejus non recedamus, agentes gratias, quòd, dum inſtruit, in futurum quid facere debeamus, de præterito ignoſcit, quod ſimpliciter erravimus. *Hæc autem ad ſubjectam de Calice materiam manifeſtè pertinent, & ad ea, quæ ſuprà num.* 515 *&* 517 *retulimus, referuntur. Itaque incertum manet tempus, quo hæc epiſtola ſcripta ſit, niſi quòd poſt perſecutionem aliquam ſcripta videatur ob factam de ea in laudata objectione mentionem. Alter locus num.* 520 *recenſitus antiquum in nonnullis eccleſiis morem etiam veſperi ſacrificandi exhibet; quem tamen* S. Cy-

prianus *ibidem non probat. De eodem uſu videri poteſt S. Auguſtinus lib.* 1 *ad Inquiſitiones Januarii, ſive epiſtolâ* 54, *aliàs* 98, *cap.* 5 *& ſequentibus.* AUCTORE C. S.

§ XXX. Fortunatus pſeudo epiſcopus factus : Sanctus in ſchiſmaticis reconciliandis laborat : Maximus pſeudo-epiſcopus ordinatus : legati à Fortunato miſſi, Romæ rejecti.

Privatus cum quatuor aliis Fortunatum

PRivatus hæreticus à concilio Carthaginenſi Idibus Majis habito cauſam ſuam agere prohibitus, rejectuſque, *ut* § 28 *diximus, ad Feliciſſimi partes acceſſit, & unà cum quatuor aliis ejuſdem furfuris epiſcopis; Felice, Jovino, Maximo & Repoſto, unum è quinque presbyteris, qui Feliciſſimo addicti, anno priore abſtenti fuerant, nomine Fortunatum, Carthagine pſeudo-epiſcopum ordinavit. Deſideraverat id jam priùs Feliciſſimi factio, utque tam audax facinus auctoritate plurium apud incautos commendaret, jactitaverat,* viginti quinque epiſcopos de Numidia eſſe venturos, qui ſibi epiſcopum facerent, *ut* S. Cyprianus *in epiſtola* 55 *ad S. Cornelium ſcribit, ex qua etiam cetera, quæ ad hanc ſacrilegam ordinationem ſpectant, quæque eam ſubſecuta fuêre, juverit retuliſſe.* E

pſeudo-epiſcopum ordinat

526 *Poſtquam igitur dixiſſet, Privatum hæreticum Carthaginem veniſſe, verbis num.* 494 *relatis ſequentia ſubjunxit:* Qui (*Privatus*) cùm cauſam ſuam apud nos in concilio, quod habuimus Idibus Majis, quæ proximæ fuerunt, agere velle ſe diceret, nec admiſſus eſſet, Fortunatum iſtum ſibi pſeudo-epiſcopum dignum collegio ſuo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipſe extra Eccleſiam in hæreſi pſeudo-epiſcopum olim conſtituerat. Sed & Jovinus & Maximus comites cum Privato, probato hæretico affuerunt, ob nefanda ſacrificia & crimina in ſe probata ſententiâ novem epiſcopo-

F rum, collegarum noſtrorum, condemnati, & iteratò quoque à pluribus nobis anno priore in concilio abſtenti. Cum his autem quatuor junctus eſt & Repoſtus Suturnicenſis, qui non tantùm in perſecutione ipſe cecidit, ſed & maximam partem plebis ſuæ ſacrilega perſuaſione dejecit.

factionis Feliciſſimi;

527 Hi quinque cum paucis vel ſacrificatis, vel malè ſibi conſciis Fortunatum ſibi pſeudo-epiſcopum cooptârunt, ut criminibus in unum convenientibus, talis eſſet rector, quales illi, qui reguntur. Hinc jam & cetera mendacia, frater cariſſime, potes noſcere, quæ illic (*Romæ*) homines deſperati & perditi ventilaverunt, ut, cùm de ſacrificatis, vel de hæreticis, ampliùs quàm quinque pſeudo-epiſcopi non fuerint, qui Carthaginem venerint, & Fortunatum ſibi dementiæ ſuæ ſocium conſtituerint, illi tamen, quaſi filii diaboli, & mendacio pleni, auſi ſunt, ut ſcribis, jactitare, viginti quinque epiſcopos affuiſſe. Quod mendacium & iſtic (*Carthagine*) priùs apud fratres noſtros jactitabant, dicentes, viginti quinque epiſcopos de Numidia eſſe venturos, qui ſibi epiſcopum facerent.

AUCTORE C. S.

528 *Verùm hæc Fortunati ordinatio, quâ ſchiſma ſuum confirmandum ſperabant, ipſis infeliciter ceſſit, multiſque cauſa fuit ab illorum partibus ad Eccleſiam redeundi. Nam primò quidem Feliciſſimi ſchiſmatis auctores ac duces* in mendacio ſuo, . . . quinque ſolis convenientibus naufragis, & à nobis abſtentis, *ait ſanctus Antiſtes*, detecti ſunt atque confuſi. *Deinde iidem promiſerant fore, ut omnes ſimul ad Eccleſiam regrederentur; quod mendacium, ut priùs multos in eorum ſocietate detinuerat, ita nunc per ſacrilegam Fortunati ordinationem palàm agnitum, ſchiſmaticorum fraudes plurimis detexit, & meliora conſilia injecit. Hos more ſuo recepit* S. Cyprianus *benignè & cautè, ne aut verè pœnitentes repelleret, aut ſubdolos, indignoſque non ſine ſui gregis offendiculo, Eccleſiæque dedecore ad pœnitentiam admitteret. Magis tamen in clementiam inclinabat, reluctante nonnumquam plebe, & obmurmurante, præſertim cùm aliqui ex illis eâ indulgentiâ abuſi, non modò non reſipuiſſent, ſed & deteriores evaſiſſent.*

multis ad Eccleſiam redeuntibus, B

529 *De hiſce omnibus Sanctus noſter in laudata epiſtola ſic loquitur:* Scire enim debes, frater cariſſime, eum, poſteaquam pſeudo-epiſcopus ab hæreticis factus eſt, jam pœnè ab omnibus eſſe deſertum: namque ii, quibus in præteritum præſtigiæ obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quòd ſimul ad Eccleſiam regreſſuri dicerentur, poſteaquam viderunt illic pſeudo-epiſcopum factum, fruſtratos & deceptos ſe eſſe didicerunt, & remeant quotidie atque ad Eccleſiam pulſant; nobis tamen, à quibus ratio Domino reddenda eſt, anxiè ponderantibus, & ſollicitè examinantibus, qui recipi & admitti ad Eccleſiam debeant. Quibuſdam enim aut crimina ſua obſiſtunt, aut fratres obſtinatè & firmiter reniuntur, ut recipi omninò non poſſint, niſi cum ſcandalo & periculo plurimorum. Neque enim ſic putramina quædam colligenda ſunt, ut, quæ integra & ſana ſunt, vulnerentur; nec utilis aut conſultus eſt paſtor, qui ita morbidas & contactas oves gregi admiſcet, ut gregem totum mali cohærentis affligatione contaminet.

in quibus admittendis Sanctus laborat. C

530 Non attendas ad numerum illorum. Melior eſt enim unus timens Deum, quàm mille filii impii, ſicut locutus eſt Dominus per prophetam dicens: Fili, ne jocunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur tibi, cùm non fuerit timor Dei in ipſis. O ſi poſſes, frater cariſſime, iſtic intereſſe nobiſcum, cùm pravi iſti & perverſi de ſchiſmate revertuntur. Videres, quis mihi labor ſit perſuadere patientiam fratribus noſtris, ut animi dolore ſopito recipiendis malis curandiſque conſentiant. Namque ut gaudent & lætantur, cùm tolerabiles & minùs culpabiles redeunt; ita contrà fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles & protervi, & vel adulteriis, vel ſacrificiis, contaminati, & poſt hæc adhuc inſuper & ſuperbi, ſic ad Eccleſiam remeant, ut bona intùs ingenia corrumpant. Vix plebi perſuadeo, immò extorqueo, ut tales patiantur admitti. Et juſtior factus eſt fraternitatis dolor ex eo, quòd unus atque alius, obnitente plebe & contradicente, meâ tamen facilitate ſuſcepti, pejores exſtiterunt, quàm priùs fuerant, nec fidem pœnitentiæ ſervare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant. *Huc uſque* S. Cyprianus.

Novatiani Maximum pſeudo-epiſcopum creant.

531 *Circa idem tempus Romani ſchiſmatis ſectatores, Novatiani ſibi quoque pſeudo-epiſcopum in Africa ordinârunt, Maximum nempe presbyterum, de quo Sanctus in eadem epiſtola ſic ait:* Pars Novatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos à Novatiano legatum miſſum, atque à noſtra communicatione rejectum, nunc iſtic ſibi feciſſe pſeudo-epiſcopum dicitur. *Per adverbium* iſtic *Tillemontius aliique Carthaginem intellexerunt; quod incertum eſſe in Commentario hiſtorico de S. Cornelii geſtis num.* 196 *oſtendimus. Si tamen id ita accipiendum ſit, credibile eſt, Nicoſtratum tum jam obiiſſe; nam cùm hic pſeudo-epiſcopus in Africa anno priore à Novatiano conſtitutus fuerit, ut num.* 456 *dictum eſt, veriſimile eſt, hunc Carthaginenſem ſedem ſibi vindicâſſe.* D

Feliciſſimus Romam navigat,

532 *Porrò* S. Cyprianus *utramque ordinationem, Fortunati & Maximi, tam parvi fecit, ut ne monendum quidem de ea ſtatim S. Cornelium putaret: tum quòd utrumque improbitate ſuâ ipſi ſatis notum ſciret; tum quòd hujuſmodi inſanias contemnendas arbitraretur; tum denique, quòd ipſi proximè miſiſſet nomina omnium Catholicorum antiſtitum, qui Carthaginenſi metropoli ſuberant, eo conſilio, ut, ſi quis præter illos ad ipſum ſcriberet, ſciret, hunc unum de ſacrificatis, vel libellaticis, aut hæreticis eſſe. Nactus tamen poſtea occaſionem Feliciani acolythi, qui eò Româ appulerat, inter cetera etiam Fortunati pſeudo-epiſcopatum S. Cornelio nuntiavit: verùm ea in ſcribendo mora minùs feliciter cecidit; dum enim Felicianus adhuc Carthagine verſaretur, Feliciſſimus ſchiſmatis anteſignanus cum ſuorum caterva Romam venit, ut Romanæ Eccleſiæ communionem, quâ mendaciis, quâ minis à S. Cornelio extorqueret.* E

ut communionem iſtius Eccleſiæ

533 *Ita dennò docet nos laudata epiſtola, in qua* S. Cyprianus *poſt allatas rationes, ob quas ſcribere diſtuliſſet, his verbis proſecutus eſt:* Nactus tamen occaſionem familiariſſimi hominis & clerici per Felicianum acolythum, quem cum Perſeo collega noſtro miſeras, inter cetera, quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato iſto tibi ſcripſi. Sed dum iſtic Felicianus frater noſter, vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epiſtolis à nobis detinetur, Feliciſſimo ad vos properante, præventus eſt: ita enim ſemper ſcelera feſtinant, quaſi contra innocentiam feſtinatione prævaleant. *Litteræ, quas per Felicianum miſſas hîc memorat, interciderunt; ſed in iis de Privato quoque Lambeſitano actum eſſe ſcribit, prout ſuprà vidimus.* F

fraudulenter impetret;

534 *Feliciſſimus cum ſuis Romam appulſus, S. Cornelio ſchiſmaticorum litteras obtulit, eumque mendaciis primùm aggreſſus eſt; dictitans, Fortunatum ſuarum partium epiſcopum à quinque ſupra viginti epiſcopis ordinatum fuiſſe. Factaverant ſcilicet nuper Carthagine, totidem epiſcopos hunc in finem è Numidia venturos;* quo in mendacio ſuo, *ut* S. Cyprianus *ibidem ſcribit*, poſteaquam, quinque ſolis convenientibus naufragis & à nobis abſtentis, detecti ſunt atque confuſi, Romam cum mendaciorum ſuorum merce navigaverunt, quaſi veritas poſt eos navigare non poſſet, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret. *Permoleſtum verò accidebat Cornelio, quòd de tam audaci facinore nullas à Carthaginenſi Epiſcopo litteras accepiſſet, quibus de re tota inſtructus, ſchiſmaticorum mendacia refutaret; non is tamen erat, cui Feliciſſimus, cujus ſcelera pridem noverat, ſuâ vafriciâ & fraudibus imponeret.*

ſed à S. Cornelio rejicitur.

535 *Rejecit enimverò ſchiſmaticos ſanctus Pontifex, ac mox datis per Saturum acolythum litteris* S. Cyprianum *admonuit; quemadmodùm*

ex

A *ex jam ſæpe laudata epiſtola in Commentario de S. Cornelio, num.* 207, *pluribus oſtenſum eſt, & infra oſtendemus. Attamen non hîc ſtetit illorum audacia; quin etiam majori cum contumacia Pontificem iteratò convenerunt*, cum ſumma deſperatione comminantes, quòd, ſi litteras, quas attulerant, non accepiſſet, publicè eas recitarent, & multa turpia ac probroſa, & ore ſuo digna proferrent. *Sed & convicia & parricidales minas in* S. Cyprianum *adjecerunt; quibus S. Cornelius nonnihil motus, & non ſibi, ſed illi veritus, prioribus litteris alteras ſubjunxit, & ad Sanctum deſtinavit, quarum nulla ad nos pervenit.*

§ XXXI. Sanctus ad utramque Cornelii epiſtolam reſpondet, & pro Eccleſiæ diſciplina & dignitate contra hæ-

B ## reticos tuenda perorat.

Ad geminas S. Cornelii litteras reſcribens,

CYprianus, *utriſque litteris perlectis, variè affectus eſt; nec diutiùs differendum ratus, epiſtolam* 55 *bene longam reſcripſit, in qua & ſchiſmaticorum ſcelera, contumaciam ac fraudes expoſuit, & ſuam in adminiſtrando epiſcopatu integritatem probavit, ac invictæ præſertim conſtantiæ, animique magnitudinis indicia reliquit; ideóque magnam illius partem huic Commentario inſerendam putavi. Epiſtolam igitur ſic exorſus eſt:* Cyprianus Cornelio fratri ſalutem. Legi litteras tuas, frater cariſſime, quas per Saturum, fratrem noſtrum acolythum, miſiſti, & dilectionis fraternæ, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſacerdotalis cenſuræ ſatis plenas; quibus ſignificâſti Feliciſſimum, hoſtem Chriſti non novum, ſed jam pridem ob crimina ſua plurima & graviſſima abſtentum, & non tantùm meâ, ſed & plurimorum coëpiſcoporum ſententiâ condemnatum, rejectum à te illic eſſe; & cùm veniſſet ſtipatus

C catervâ & factione deſperatorum, vigore pleno, quo Epiſcopum agere oportet, pulſum de Eccleſia eſſe, de qua jam pridem cum ſuis ſimilibus Dei majeſtate, & Chriſti Domini & Judicis noſtri ſeveritate depulſus eſt, ne ſchiſmatis & diſcidii auctor, ne pecuniæ commiſſæ ſibi fraudator, ne ſtuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, ultrà adhuc ſponſam Chriſti incorruptam, ſanctam, pudicam, præſentiæ ſuæ dedecore & impudica atque inceſta contagione violaret.

hortatur Pontificem, ne ſui cauſâ

537 Sed enim lectâ aliâ tuâ epiſtolâ, frater, quam primis litteris ſubjunxiſti, ſatis miratus ſum, cùm animadverti ſſem te minis atque terroribus eorum, qui venerant, aliquantùm eſſe commotum; cùm te, ſecundùm quod ſcripſiſti, aggreſſi eſſent, cum ſumma deſperatione comminantes, quòd, ſi litteras, quas attulerant, non accepiſſes, publicè eas recitarent, & multa turpia ac probroſa, & ore ſuo digna proferrent. Quòd ſi ita res eſt, frater cariſſime, ut nequiſſimorum rimeatur audacia, & quod mali jure atque æquitate non poſſunt, temeritate ac deſperatione perficiant, actum eſt de epiſcopatûs vigore, & de Eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac divina poteſtate; nec Chriſtiani ultrà aut durare aut eſſe jam poſſumus, ſi ad hoc ventum eſt, ut perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus. AUCTORE C. S.

ſchiſmaticis quidquam concedat,

538 Nam & gentiles & judæi minantur, & hæretici, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolus, obſedit, venenatam rabiem ſuam quotidie furioſa voce teſtantur; non tamen iccircò cedendum eſt, quia minantur, aut ideò adverſarius & inimicus major eſt Chriſto, quia tantum ſibi vindicat & aſſumit in ſæculo. Manere apud nos debet, frater cariſſime, fidei robur immobile, & ſtabilis atque inconcuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine & mole, debet obſiſtere. Nec intereſt, unde epiſcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis vivit obnoxius, & tamen ſit de ipſis terroribus ac periculis glorioſus. *Id ipſum, nempe nihil intereſſe ad gloriam, à quo quis propter juſtitiam patiatur, probat ipſius Chriſti Domini, Abelis, Jacobi ac Joſephi exemplo, & Euangelii teſtimonio, quod fideles à conſanguinibus ſuis prodendos prædixit. Atque hinc concludit:* Nihil intereſt, quis tradat aut ſæviat; cùm Deus tradi permittat, E quos diſponit coronari: neque enim nobis ignominia eſt pati à fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus; nec illis gloria eſt facere, quod fecerit Judas.

quorum minas ſpernit.

539 *Quorſum verò hæc omnia dicat, nec ſe de minis S. Cornelio, ſed ſibi apud illum intentatis agere, ibidem proximè poſt ſic exponit:* Quæ autem ſui (*Feliciſſimi ejuſque aſſeclarum*) elatio eſt, quæ comminantium tumens & inflata & vana jactatio, illic (*Romæ*) abſenti minari, cùm hîc me habeant in poteſtate præſentem? Convicia eorum, quibus ſe & vitam ſuam quotidie lacerant, non timemus; fuſtes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus jactitant, non perhorreſcimus. Quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deum tales: necare tamen non poſſunt, niſi eis Dominus necare permiſerit. Et cùm nobis ſemel moriendum ſit, illi tamen & odio & verbis & delictis ſuis quotidiè perimunt. Sed non iccircò, frater cariſſime, relinquenda eſt Eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſolvenda cenſura, quoniam conviciis infeſtamur, aut terroribus quatimur.

F *Innocentiam ſuam tuetur;*

540 *Subinde Feliciſſimi ſuperbiam ac contumaciam reprehendens, obſervat, hinc ſchiſmata & hæreſes naſci, dum epiſcopis ſuis, quos in Eccleſia venerandos eſſe, & ex divina providentia conſtitui docet, quidam rebelles obtemperare recuſant. Mox ad cauſam ſuam reverſus, epiſcopatum, quem hæretici maledictis inſectabantur, legitimè ſibi collatum, & integerrimè à ſe adminiſtratum, penè invitus & modeſtè probat.* Ceterùm *inquit*, (dico enim provocatus, dico dolens, dico compulſus); quando Epiſcopus in locum defuncti ſubſtituitur, quando populi univerſi ſuffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in perſecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctus, plebi ſuæ in epiſcopatu quadriennio jam probatus, in quiete ſerviens diſciplinæ, in tempeſtate proſcriptus, applicito & adjuncto epiſcopatûs ſui nomine, toties ad leonem petitus in circo, in amphitheatro Dominicæ dignationis teſtimonio honoratus; his ipſis etiam diebus, quibus has ad te litteras feci, ob ſacrificia, quæ edicto propoſito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuò poſtulatus in circo; cùm talis, frater cariſſime, à quibuſdam deſperatis & perditis, &

AUCTORE C. S.

extra Eccleſiam conſtitutis, impugnari videtur, apparet, quis impugnet; non ſcilicet Chriſtus, qui ſacerdotes aut conſtituit, aut protegit; ſed ille, qui Chriſti adverſarius & Eccleſiæ ejus inimicus, ad hoc Eccleſiæ præpoſitum ſua infeſtatione proſequitur, ut, gubernatore ſublato, atrociùs atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſetur.

excuſat ſe, quòd ad eum

541 *Nec mirandum tamen monet eſſe, hujuſmodi contumaces homines reperiri; futuros enim, à Chriſto & Apoſtolis ejus prædictum fuiſſe; ceterùm illos ſuâ culpâ perire, neque illorum interitum epiſcopis imputandum, ſi hi operam dederint, ne perirent; denique epiſcopos moveri non debere conviciis perfidorum, quo minùs Eccleſiaſticam diſciplinam ſartam tectam tueantur, ne, dum hominibus placere ſtudent, Chriſti ſervi eſſe deſinant. Poſt hæc ſuum de Fortunati ordinatione ſilentium, de quo S. Cornelius queſtus fuerat, his verbis excuſat:* Quod autem tibi de Fortunato iſto, pſeudo-epiſcopo à paucis & inveteratis hæreticis conſtituto, non ſtatim ſcripſi, frater cariſſime, non ea res erat, quæ in tuam notitiam deberet feſtinatò ſtatim, quaſi magna aut

B metuenda perferri; maximè quando & Fortunati nomen jam ſatis nôſſes, qui eſt unus ex quinque presbyteris jam pridem de Eccleſia profugis, & ſententiâ coëpiſcoporum noſtrorum multorum & graviſſimorum virorum nuper abſtentis, qui ſuper hac re priore anno ad te litteras fecerunt.

de illis non priùs ſcripſerit,

542 Item Feliciſſimum ſigniferum ſeditionis recognoſceres, qui & ipſe in iiſdem coëpiſcoporum noſtrorum factis ad te pridem litteris continetur; qui non tantùm ab iis iſtic abſtentus, ſed & abs te illic nuper de Eccleſia pulſus eſt. Cùm hæc in notitia tua eſſe confiderem, & pro certo hærere memoriæ & diſciplinæ tuæ ſcirem, neceſſarium non putavi, celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nuntiandas. Neque enim ad Catholicæ Eccleſiæ majeſtatem pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud ſe hæreticorum & ſchiſmaticorum moliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos à Novatiano legatum miſſum, atque à noſtra communicatione rejectum, nunc iſtic ſibi feciſſe pſeudo-epiſcopum dicitur: nec tamen de hoc tibi ſcripſeram, quando hæc omnia contemnantur à nobis, & miſerim tibi proximè nomina epiſcoporum iſtic conſtitutorum, qui integri & ſani in Eccleſia Catholica fratribus præſunt

C

& varia nuntiat.

543 Quod utique ideò de omnium noſtrorum conſilio tibi placuit ſcribere, ut erroris diluendi ac perſpiciendæ veritatis compendium fieret, & ſcires tu & collegæ noſtri, quibus ſcribere, & litteras mutuò à quibus vos accipere oporteret; ſi quis autem præter hos, quos epiſtolâ noſtrâ complexi ſumus, ſcribere vobis auderet, ſciretis eum vel ſacrificio, vel libello eſſe maculatum, vel unum de hæreticis, perverſum ſcilicet & prophanum. *Subdit deinde, quæ de epiſtola, occaſione oblata, per Felicianum acolythum miſſa, de rejecto à ſynodi patribus Privato, de Fortunato per hunc & quatuor epiſcopos hæreticos, vel ſacrificatos, pſeudo-epiſcopo ordinato, jactitatoque, priùs Carthagine ac deinde Romæ, de viginti quinque epiſcopis ordinatoribus mendacio, ſuprà jam retulimus. Cujus quidem mendacii abſurditatem ut oſtendat;* Si nomina, *inquit*, ab eis quæreres, non haberent, vel quos falsò nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria eſt, ut ad illos, nec de ſacrificatis, nec de hæreticis, viginti quinque colligi poſſint.

D

Impietatem illorum in lapſis

544 Nec me oportet, (*poſt pauca progreditur*) frater cariſſime, paria nunc cum illis facere & ea, quæ commiſerunt, atque huc uſque committunt, meo ſermone decurrere; cùm conſiderandum ſit nobis, quid proferre & ſcribere ſacerdotes Dei oporteat; nec tam dolor apud nos debeat, quàm pudor loqui, & ne videar provocatus maledicta potiùs, quàm crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus Eccleſiæ factis; conjurationes & adulteria, & varia delictorum genera prætereo. Unum illud, in quo non mea, nec hominum, ſed Dei cauſa eſt, de eorum facinore non puto eſſe reticendum, quòd à primo ſtatim perſecutionis die, cùm recentia delinquentium facinora fervêrent, & ſacrificiis nefandis non tantùm diaboli altaria, ſed adhuc manus ipſæ lapſorum atque ora fumarent, communicare cum lapſis, & pœnitentiæ agendæ intercedere non deſtiterant.

admittendis, & maledicentiam notat.

545 *In hanc tam damnabilem lenitatem, quâ lapſi ab agenda pœnitentia avocabantur, pro meritis invectus Sanctus, eorumdem maledicentiam denuò notat; quâ tamen eos ſibimetipſis, non Catholicis, nocere advertit.* Compelluntur adhuc, *inquit*, inſuper lapſi, ut linguis atque ore, quo

F in Capitolio antè deliquerant, ſacerdotibus convicium faciant, confeſſores & virgines, & juſtos quoſque fidei laude præcipuos, atque in Eccleſia glorioſos, contumeliis & maledicis vocibus proſequantur. A quibus quidem non tam noſtrorum modeſtia & humilitas & pudor cæditur, quàm illorum ipſorum ſpes & vita laceratur. Neque enim, qui patitur, ſed qui facit convicium, miſer eſt; nec, qui à fratre vapulat, ſed qui fratrem cædit, in lege peccator eſt; & cùm nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere ſe credunt.

Feliciſſimum, ejuſque aſſeclas,

546 *Poſt hæc caſtigatâ iterum eorumdem in delictis ſuis pertinaciâ ac mentis cæcitate, ex qua nec ipſi pœnitentiam agerent, nec ab aliis agi permitterent, ad Feliciſſimi legationem regreditur.* Poſt iſta adhuc inſuper pſeudo-epiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, navigare audent, & ad Petri Cathedram, atque ad Eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, à ſchiſmaticis & prophanis litteras ferre; nec cogitare, eos eſſe Romanos, quorum fides, Apoſtolo prædicante, laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſſit

E acceſſum. Quæ autem cauſa veniendi, & pſeudo-epiſcopum contra epiſcopos factum nuntiandi? Aut enim placet illis, quod fecerunt, & in ſuo ſcelere perſeverant; aut ſi diſplicet, & recedunt, ſciunt, quò revertantur.

ſecundùm receptum morem, ad tribunal ſuum

547 Nam cùm ſtatutum ſit ab omnibus nobis, & æquum ſit pariter ac juſtum, ut uniuſcujuſque cauſa illic audiatur, ubi eſt crimen admiſſum, & ſingulis paſtoribus portio gregis ſit adſcripta, quam regat unuſquiſque & gubernet, rationem ſui actûs Domino redditurus; oportet utique eos, quibus præſumus, non circumcurſare, nec epiſcoporum concordiam cohærentem ſuâ ſubdolâ & fallaci temeritate collidere; ſed agere illic cauſam ſuam, ubi & accuſatores habere, & teſtes ſui criminis poſſint; niſi ſi paucis deſperatis & perditis minor videtur eſſe auctoritas epiſcoporum in Africa conſtitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conſcientiam, multis delictorum laqueis vinctam, judicii ſui nuper gravitate damnârunt. *Ex hoc loco nonnulli Romanæ Sedis adverſarii argumentum depromunt contra Romani Pontificis primatum; ſed ad horum cavillationes reſpondebimus* § 45, *in quo de eodem*

A *eodem primatu per* S. Cyprianum *agnito agemus.*

revocat, benignitatem suam experturos,

548 *Post hæc sanctus Antistes monet, causam eorum jam discussam, sententiamque in eos dictam jam esse, ideóque indecorum, nec sacerdotali constantiâ dignum esse, eam denuò tractare. Subdit etiam Fortunatum*, posteaquam pseudo-episcopus ab hæreticis factus est, jam pœnè ab omnibus esse desertum; *se verò in iisdem ad Ecclesiam admittendis multùm laborare, prout suprà num.* 528 *& seqq. ostensum est. Deinde ad Felicissimum denuò conversus, eum ceterosque legationis socios ad tribunal suum revocat, suam pariter benignitatem experturos, si cum sincera pœnitentia accesserint, sine qua Ecclesiam ipsis semper occlusam fore pronuntiat.* De istis verò, *ait*, quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo navigaverunt, legati à Fortunato pseudo-episcopo missi, tam falsas ad te litteras afferentes, quàm est & ipse, cujus litteras ferunt, falsus; quàm est ejus peccatorum multiplex conscientia, quàm exsecrabilis vita, quàm turpis; ut, etsi in Ecclesia essent, ejici tales de Ecclesia debuissent. Denique quia conscientiam suam nôrunt, nec nos audent adire, aut ad ec-

B clesiæ limen accedere; sed foris per provinciam circumveniendis fratribus & spoliandis pererrant; & omnibus jam satis noti, atque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos navigant.

si pœnitentiam agant;

549 Neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cùm sint acerbissima & gravissima crimina, quæ eis à fratribus ingeruntur. Si judicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus, quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum. Nec Ecclesia istic cuiquam claditur, nec Episcopus alicui denegatur: patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præstò est. Opto omnes in Ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei Patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa dissimulo studio & voto colligendæ fraternitatis: etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino. Delictis, plusquam oportet, remittendis pœnè ipse delinquo: amplector prompta & plena dilectione cum pœ-

C nitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes.

sed in Ecclesiam numquam admittendos,

550 Si qui autem sunt, qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant, aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales clausam stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi invicta & fortia, Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei Euangelium tenens, & Christi præcepta custodiens, occidi potest, vinci non potest. Suggerit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei; qui cùm terreri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est, clamans & identidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: Hæc dicit Dominus: Dereliquistis vias Domini, & Dominus derelinquet vos.

si pœnitere recusent.

551 *Hujus exemplo sacrilegis fortiter & pro dignitate sacerdotali resistendum docet; si enim ipsis cedatur*; Quid superest, *inquit*, quàm ut ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus, ac Domini altare removentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque congestum * simulacra atque idola cum aris suis transeant, & No-

* *al.* confessum

vatiano declamandi adversùm nos, atque increpandi largior & plenior materia præstetur, si ii, qui sacrificaverunt & Christum publicè negaverunt, non tantùm rogari & sine acta pœnitentia admitti; sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari. Si pacem postulant, arma deponant. Si satisfaciunt, quid minantur? Aut si comminantur, sciant, quia à Dei sacerdotibus non timentur. Neque enim & antichristus cùm venire cœperit, introibit in Ecclesiam, quia minatur; aut armis ejus & violentiæ ceditur, quia resistentes perempturum se esse profitetur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri; nec in pace nos dejiciunt; sed magis erigunt & accendunt, dum ipsam pacem persecutione pejorem fratribus faciunt. AUCTORE C. S.

Eorumdem minas spernit,

552 Et optamus quidem, ne, quod loquuntur furore, impleant crimine; ne, qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare illi & exacerbare non desinunt, ut eorum corda miteſcant; ut furore depositò ad sanitatem mentis redeant; ut pectora operta delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoscant, & magis petant fundi pro se preces atque ora- E tiones Antistitis, quàm ipsi fundant sanguinem Sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseveraverint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic jacens & abjectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei divinitus erigatur; cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore Domini protegentis animetur. Nostrâ nihil interest, aut à quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmium de Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæcat, ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes, antichristi jam propinquantis adventum conentur imitari.

petitque, ut epistola hæc fratribus prælegatur.

553 *Denique epistolam suam clausurus, rogat S. Cornelium, ut, quod aliàs etiam sponte faciebat, eam* florentissimo illic clero... & sanctis- F simæ atque ampliſſimæ plebi *prælegere non gravetur; ut*, si quod illic contagium venenati sermonis & pestiferæ seminationis irrepserat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæreticæ detrectationis * sordibus repurgetur. *Ne quis tamen ex totius epistolæ contextu putet, S. Cornelium, ejusve clerum aut plebem, schismaticorum fraudibus circumventos fuisse, ibidem post pauca subdit:* Quamquam sciam illic fraternitatem nostram, vestrâ scilicet providentiâ munitam, sed & suâ vigilantiâ satis cautam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tantumque apud illos prævalere magisteria & præcepta divina, quantus illis in Deum timor est; tamen ex abundanti vel sollicitudo nostra, vel caritas scribere ad vos ista persuasit *&c.*

* *al.* detractionis.

Tempus scriptæ epistolæ.

554 *Hæc aliaque* S. Cyprianus *in laudata epistola, quæ hîc tam prolixè visum fuit referre, quia Sanctus ipse sacerdotales dotes ac virtutes suas in ea graphicè depinxit. Ceterùm dubitandum non est, quin S. Cornelius schismaticos illos, uti jam fecerat, lectâ Sancti epistolâ, etiam fortiùs repulerit. Scriptam autem eam fuisse anno* 252, *ex suprà dictis certum est; sed utrùm* quadriennium, *quo se plebi suæ in episcopatu, dum hæc scriberet, probatum jam fuisse ait, pro completo, an pro inchoato accipiendum sit, in dubio reliquimus* § 5, *ubi de anno aditi episcopatûs actum est.*

§ XXXII.

AUCTORE C. S.

§ XXXII. De instanti persecutione divinitus admonitus, Thibaritanos per epistolam hortatur ad martyrium : lapsis pacem dandam in concilio decernit : scribit ad S. Cornelium, ejusque successorem S. Lucium.

De instante persecutione admonitus,

DUm S. Cyprianus *hæreticis schismaticisque tam fortiter sese opponeret, ac Ecclesiæ dignitatem ab eorum molitionibus calumniisque vindicaret, novæ tempestatis metus ipsius animum occupavit. Divina scilicet providentia, quæ Decianæ persecutioni pacem successuram sollicito Antistiti prædixerat, eumdem nunc de altera persecutione à Gallo imminente admonere non cessabat. Huc forsitan etiam pertinebat edictum, quo populum Carthaginensem sacrificare jussum esse, ex epistola* 55 *suprà num.* 540 *vidimus. Attamen Ecclesiæ pacem tunc nondum ruptam fuisse, tum ex eadem epistola, tum ex* 54, *quam serius illâ scriptam putamus, manifestum est : unde colligere licet, sacrificia per edictum illud universæ civitati, non singulis ejusdem incolis, imperata fuisse, nec adhucdum ad eam impietatem adactos Christianos, licèt Sanctus eâ occasione voce populari ad leonem postulatus fuerit,*

Thibaritanos per epistolam

556 *Itaque cælestibus monitis de instanti certamine instructus vigilantissimus Præsul, nihil prius habuit, quàm gregi suo, cujus nuperam stragem plorare nondum desierat, sollicitè prospicere, cautéque cavere, ne eum hostis imparatum & imbellem invaderet. Eâdem sollicitudine epistolam* 56 *ad Thibaritanos de exhortatione martyrii conscripsit. Thibaritani, quorum episcopus Vincentius concilio Carthaginensi de hæreticis baptizandis interfuit, sanctum Metropolitam suum rogaverant, ut aliquando ad se diverteretur, &, quo multùm pollebat, de rebus divinis sermone coràm exhortaretur. Hisce votis assenserat* S. Cyprianus; *sed negotiorum multitudine eò usque distentus, satisfacere non potuerat, utque id jam etiam minùs posset, faciebat imminens persecutio. Litteris igitur eos convenit, & de instanti periculo admonitos, ad martyrii palmam referendam incitavit.*

ad martyrium exhortatur,

557 *Laudatam epistolam sic exorsus est :* Cyprianus plebi Thibari consistenti salutem. Cogitaveram quidem fratres dilectissimi, atque in votis habebam, si rerum ratio ac temporis conditio permitteret, secundùm quod frequenter desiderâstis, ipse ad vos venire, & quantulacumque mediocritate exhortationis nostræ præsens illic fraternitatem corroborare. Sed quoniam sic rebus urgentibus detinemur, ut longè istinc excurrere, & diu à plebe, cui de divina indulgentia præsumus, abesse non datur facultas, has interim pro me ad vos vicarias litteras misi. Nam cùm Domini instruentis dignatione instigemur sæpiùs & admoneamur, ad vestram quoque conscientiam admonitionis nostræ sollicitudinem perferre debemus. Scire enim debetis, & pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, & occasum sæculi, atque antichristi tempus appropinquâsse, ut parati omnes ad prælium stemus, nec quidquam nisi gloriam vitæ æternæ & coronam confessionis Dominicæ cogitemus; nec putemus, talia esse, quæ veniunt, qualia fuerunt illa, quæ transierunt. Gravior nunc & ferocior pugna imminet, ad quam fide incorrupta & virtute robusta parare se debent milites Christi, considerantes, iccircò se quotidie calicem Sanguinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere.

& de lapsis sollicitus, coacto concilio,

558 *Hæc præfatus, tam lapsos quàm integræ fidei fideles, tum promissis tum comminationibus divinis ad martyrium exhortatus est, optimisque præceptis ad agonem instruxit; quibus hìc referendis supersedeo, & quorum omnium hæc summa & finis est :* Armentur integri, ne perdat integer, quod nuper stetit. Armentur & lapsi, ut & lapsus recipiat, quod amisit. Integros honor, lapsos dolor ad prœlium provocet. *Nec exhortationibus tantùm tam suæ quàm alienæ diœceseos, cujus cathedra tum fortè vacabat, plebem ad persecutionem fortiter excipiendam parabat; sed & animum suum in omnes sollicitè partes versabat; unde gravius aliquod periculum immineret. Inter hæc præcipuè angebat illum miserabilis lapsorum conditio, qui, cùm plenam pœnitentiam nondum exegissent, à divina Eucharistia arcebantur, eoque præsidio destituti, periclitari præ ceteris videbantur. Rogabant quidem illi pacem, certamque spem faciebant fore, ut priorem labem suo sanguine eluerent; sed obstabat nuperum anni præcedentis decretum, quo in synodo vetitum fuerat, ne quis sacrificatorum extra mortis periculum ante expletam pœnitentiam plenam pace donaretur.*

pacem iis dandam statuit, & S. Cornelium

559 *Placuit igitur synodum denuò congregare, in qua ex communi* S. Cypriani *ac quadraginta & unius episcoporum sententia novus canon conditus est, quo omnibus, qui post lapsum suum ab Ecclesia non recesserant, nec pœnitentiam agere destiterant, pacem, cum eaque de more divinum Eucharistiæ epulum concedendum esse sancitum est. Hisce ita constitutis, concilii patres epistolam synodicam, quæ inter Cyprianicas loco* 54 *edita est, ad S. Cornelium Papam dederunt, in qua novi hujus canonis necessitatem solidis argumentis probârunt, certò confisi fore; ut & ipse in eamdem sententiam iret.* Statueramus quidem, *inquiebant*, jam pridem, (*nempe anno proximè elapso*) frater carissime, participato invicem nobiscum consilio, ut, qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario, & lapsi fuissent, & sacrificiis se illicitis maculâssent, agerent diu pœnitentiam plenam, &, si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent.

in eamdem sententiam

560 Neque enim fas erat, aut permittebat paterna pietas & divina clementia, Ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes, sine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur; quando permiserit ipse, qui legem dedit; ut ligata in terris, etiam in cælis ligata essent; solvi autem possent illic, quæ hîc priùs in Ecclesia solverentur. Sed enim cùm videamus, diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, & omnes omninò milites Christi, qui arma desiderant, & prœlium sta-

A flagitant, intra caſtra Dominica colligamus; neceſſitate cogente cenſuimus, eis, qui de Eccleſia Domini non receſſerunt, ſed pœnitentiam agere & lamentari, ac Dominum deprecari à primo lapſûs ſui die non deſtiterunt, pacem dandam eſſe, & eos ad prœlium, quod imminet, armari & inſtrui oportere.

per epiſtolam ſynodicam,

561 Obtemperandum eſt namque oſtenſionibus atque admonitionibus juſtis, ut à paſtoribus oves in periculo non deſerantur; ſed grex omnis in unum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cæleſtis armetur. Nunc non infirmis, ſed fortibus, pax neceſſaria eſt; nec morientibus, ſed viventibus, communicatio à nobis danda eſt; ut, quos excitamus & hortamur ad prœlium, non inermes & nudos relinquamus; ſed protectione Sanguinis & Corporis Chriſti muniamus; & cùm ad hoc fiat Euchariſtia, ut poſſit accipientibus eſſe tutela; quos tutos eſſe contra adverſarium volumus, munimento Dominicæ ſaturitatis armemus. Nam quomodò docemus aut provocamus eos in confeſſione Nominis ſanguinem ſuum fundere, ſi eis militaturis Chriſti Sanguinem denegamus? Aut quomodò ad martyrii poculum idoneos facimus, ſi non eos priùs ad bibendum in Eccleſia Poculum Domini jure communicationis admittimus?

B

urgentiſſimis rationibus

562 *Obſervant autem, intereſſe debere inter eos, qui vel ad gentiles, vel ad hæreticos ab Eccleſia deſciverant, eoſque, qui ab ejuſdem limine non digreſſi, continuis lacrymis pacem poſtulabant, ſeque ad ſubeundum fortiter certamen paratos eſſe profitebantur: nam hiſce pacem omninò eſſe concedendam.* Hoc *enim, inquiunt*, in tempore pacem nos non dormientibus, ſed vigilantibus damus, pacem non deliciis, ſed armis damus, pacem non ad quietem, ſed ad aciem damus. *Præterea advertunt, ſibi perquam glorioſum fore, hujuſmodi pœnitentibus pacem dediſſe, ſi hi ſic inſtructi, martyrii lauream reportaverint, quod certò futurum confidunt; nec ſibi tamen crimini verti poſſe, ſi qui ex illis pacem ſubdolè petierint, aut in acie defecerint; cùm ipſi illorum corda ſcrutari non poſſint, nec obeſſe mali debeant, quò minùs bonis ſubveniatur; ſed potiùs malos à bonis debere adjuvari. Contrà verò epiſcopis certò imputandum fore, ſi horum aut duritiâ aut negligentiâ, ejuſmodi boni milites ſine pace diſceſſerint.*

C

adducere

563 *Ex his aliiſque tandem concludunt:* Ne igitur ore noſtro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis, quàm divinæ & paternæ pietatis opponimus, oves nobis commiſſæ, à Domino repoſcantur; placuit nobis, ſancto Spiritu ſuggerente, & Domino per viſiones multas & manifeſtas admonente, quia hoſtis imminere prænuntiatur & oſtenditur, colligere intra caſtra milites Chriſti, examinatis ſingulorum cauſis, pacem lapſis dare, immò pugnaturis arma ſuggerere: quod credimus, vobis quoque paternæ miſericordiæ contemplatione placiturum. Quodſi de collegis aliquis exſtiterit, qui urgente certamine, pacem fratribus & ſororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die judicii Domino vel importunæ cenſuræ, vel inhumanæ duritiæ ſuæ.

conatur.

564 Nos, quod fidei & caritati & ſollicitudini congruebat, quæ erant in conſcientia noſtra, protulimus, diem certaminis appropinquâſſe, hoſtem violentum citò contra nos exſurgere, pugnam, non talem, qualis fuit, ſed graviorem multò & acriorem venire. Hoc nobis divinitus frequenter oſtenditur, de hoc nos providentiâ & miſericordiâ Domini ſæpiùs admonemur; de cujus ope & pietate, qui in eum confidimus, poſſumus eſſe ſecuri: quia, qui in pace militibus ſuis futuram pronuntiat pugnam, dabit militantibus in congreſſione victoriam. *Huc uſque laudata epiſtola ſynodica ad S. Cornelium data, qui haud dubiè in novum hoc decretum conſenſit. Ceterùm quàm feliciter ea clementia ceſſerit, colligitur tum ex* S. Cypriani 57 *epiſtola ad S. Cornelium, tum ex incerti auctoris Opere contra Novatianum, in quibus plurimi, qui in Deciana perſecutione victi fuerant, ſub Gallo invicti ſtetiſſe dicuntur.* AUCTORE C. S.

S. Cornelio exſulanti, & Romanis

565 *Non diu poſt hæc intellexit* S. Cyprianus, *perſecutione Romæ ſubitò jam exortâ, Romanos fortiter ſtetiſſe, duce S. Cornelio; huncque poſt dignam ſummo Pontifice confeſſionem, in exſilium pulſum fuiſſe. Excepit hunc nuntium, ut decuit, ſanctus Antiſtes, & exſulanti Centumcellis in Hetruria Pontifici tam de ſua, quàm de Romanorum glorioſa confeſſione, per epiſtolam* 57 *plurimùm gratulatus eſt; quam cùm in S. Cornelio, ad cujus geſta propiùs pertinet,* § XI *jam dederimus, ex ea pauca dumtaxat hîc referemus. In primis gaudium ſuum, quod ipſe cum ſuis ex illorum gloria ceperat, in ipſo epiſtolæ exordio his verbis expoſuit:* Cognovimus, frater cariſſime, fidei ac virtutis veſtræ teſtimonia glorioſa, & confeſſionis veſtræ honorem ſic exſultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus veſtris nos quoque participes & ſocios computemus.

E

de confeſſione gratulatur,

566 Nam cùm nobis & Eccleſia una ſit, & mens juncta, & individua concordia, quis non ſacerdos in conſacerdotis ſui laudibus, tamquam in ſuis propriis gratuletur: aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur? Exprimi ſatis non poteſt, quanta iſtic exſultatio fuerit, & quanta lætitia, cùm de vobis proſpera & fortia comperiſſemus; ducem te illic confeſſionis fratribus exſtitiſſe; ſed & confeſſionem ducis de fratrum conſenſione creviſſe *&c. Poſt hæc eorumdem confeſſionem meritis laudibus proſecutus eſt; ut loco citato ſtudioſus lector reperiet. Sub epiſtolæ finem, ſic loquitur, quaſi exiſtimâſſet, ſuum quoque poſtremum certamen non procul abeſſe, ideóque tam ſe, quàm ceteros omnes hortatur, ut ad illud ſe præparent, mutuaſque preces efflagitat.*

& mutuas preces flagitat.

567 Hortamur planè, *inquit*, quantùm poſſumus, frater cariſſime, pro caritate mutua, quâ nobis invicem cohæremus, ut, quoniam providentiâ Domini monentis inſtruimur, & divinæ miſericordiæ conſiliis ſalubribus admonemur, appropinquare jam certaminis & agonis noſtri diem, jejuniis, vigiliis, orationibus, inſiſtere cum omni plebe non deſinamus. Incumbamus gemitibus aſſiduis & deprecationibus crebris. Hæc ſunt enim nobis arma cæleſtia, quæ ſtare & perſeverare fortiter faciunt. Hæc ſunt munimenta ſpiritalia & tela divina, quæ protegunt. Memores noſtri invicem ſimus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis ſemper oremus, preſſuras & anguſtias mutua caritate relevemus; & ſi quis iſtinc noſtrûm prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Dominum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris non ceſſet oratio. *Hæc ibi, ex quibus ſimul diſcimus, qua ratione ipſe ſeſe ad martyrium compararet.*

S. Lucio in locum S. Cornelii ſuffecto,

568 *Sancto Cornelio Centumcellis in Hetruria, ubi exſulabat, martyrii laureâ die* XIV *Septembris hoc eodem anno, uti in ejuſdem geſtis oſtendimus, coronato, ſucceſſit S. Lucius, de quo ad diem*

AUCTORE C. S.

IV *Martii in Opere noſtro actum eſt. Probare tamen non poſſumus, quòd ibidem* § 2 *anno* 253 *creatus Pontifex, annoque* 255 *martyrium paſſus dicatur. Nam quod ad annum creationis attinet, ex laudatis Cornelii ac* Cypriani *actis certum eſt, hunc æræ vulgatæ* 252 *fuiſſe, uti Papebrochio noſtro in Propylæo Maji etiam viſum eſt. Mortualem verò fuiſſe annum Chriſti* 253. *Boſchius pariter noſter in Commentario prævio ad Acta S. Stephani, qui Lucio in Pontificatum ſucceſſit,* § 2 *cum receptiori hujus temporis ſententia ſtatuit, quod & ejuſdem S. Stephani, &* S. Cypriani *geſtis conforme eſt, ac propterea nos etiam hìc retinendum omninò putamus.*

& ob Chriſtum exſulanti

569 *Porrò Gallus non minori odio, quàm quo Cornelium fuerat perſecutus, in novum Pontificem Lucium exarſit, eumque ſimiliter mox relegavit, ita ut eodem, aut certè eodem pœnè tempore nuntius de ejuſdem Pontificatu & confeſſione in Africam allatus fuerit. Hiſce auditis,* S. Cyprianus *unà cum ceteris Africæ epiſcopis communem ad eum epiſtolam dedit, per quam & Pontificatûs apicem, & confeſſionis gloriam ipſi gratulatus eſt. Interciderunt hæ litteræ, ſed in epiſtola* 58 *ad eumdem, ut mox dicemus, ſcripta, de iis Sanctus ipſe cum collegis ſuis ſic meminit:* Et nuper quidem tibi, frater cariſſime, gratulati ſumus, cùm te honore geminato in Eccleſiæ ſuæ adminiſtratione confeſſorem pariter & Sacerdotem conſtituit divina dignatio. *Quo in loco ſanctus hic Pontifex exſulaverit, ignotum eſt; ſed non diu pòſt ex exſilio ſuo Romam reverſum eſſe, ex eadem epiſtola verbis mox laudandis habemus.*

ac deinde Romam reduci,

570 *Æquè inexplorata eſt revertendi opportunitas, quam nec* S. Cyprianus *in memorata epiſtola, nec auctor primarii Catalogi Romanorum Pontificum tradit in Propylæo Maji pag.* 49, *ubi ad propoſitum noſtrum tantùm legitur:* Hic exſul fuit, & poſtea nutu Dei ad Eccleſiam reverſus. *Utut eſt, ſanctus Carthaginenſis Antiſtes, ceterique Afri præſules, intellecto Pontificis ad Eccleſiam ſuam reditu, per epiſtolam* 58 *de felici illo eventu denuò gratulati ſunt. Poſt verba enim numero præcedenti data ſic proſecuti fuêre:* Sed & nunc non minùs tibi & comitibus tuis, atque univerſæ fraternitati gratulamur, quòd cum eadem gloria & laudibus veſtris reduces vos denuò ad ſuos fecerit benigna Domini & larga protectio, ut paſcendo gregi paſtor, & gubernandæ navi gubernator, & plebi regendæ rector redderetur, & appareret, relegationem veſtram ſic divinitus eſſe diſpoſitam, non ut Epiſcopus relegatus & pulſus Eccleſiæ deeſſet, ſed ut ad Eccleſiam major rediret. *&c. Perſecutionem tum nondum exſtinctam fuiſſe, certum eſt, & iidem epiſcopi ſatis inſinuant, dum aiunt, eum ad plebem ſuam ex divina providentia rediiſſe, ut* ad confeſſionis arma ſumenda & facienda martyria non verbis plebem, ſed factis cohortetur, & imminente antichriſto paret ad prœlium milites, non ſolùm ſermonis & vocis incitamento, ſed fide & virtutis exemplo.

gratulatur.

571 *Quin etiam ſub finem epiſtolæ martyrium illius inſtare ſuſpicantur. Poſtquam enim dixiſſent, cupere ſeſe intereſſe communi gaudio, quod Romana plebs ex paſtoris ſui reditu conſpectuque capiebat, ſubjunxêre:* Vicarias verò pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos litteras mittimus, frater cariſſime, & repræſentantes vobis per epiſtolam gaudium noſtrum, fida obſequia caritatis exponimus; hìc quoque in Sacrificiis atque in orationibus noſtris non ceſſantes Deo Patri & Chriſto Filio ejus, Domino noſtro, gratias agere, & orare pariter ac petere, ut, qui perfectus eſt atque perficiens, cuſtodiat & perficiat in vobis confeſſionis veſtræ glorioſam coronam; qui & ad hoc vos fortaſſe revocavit, ne gloria eſſet occulta, ſi forìs eſſent confeſſionis veſtræ conſummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum & virtutis & fidei, præſentibus debet fratribus immolari.

Ejuſdem Lucii mors & cultus.

572 *Nec vanam fuiſſe eorum ſeu ſuſpicionem ſeu præſagium, docuit eventus: ſanctus enim Lucius non diu pòſt, anno ſcilicet* 253, *die* IV *aut* V *Martii, ad quam Martyrologiis inſcriptus eſt, ad immortalem vitam migravit,* beatus martyr à S. Cypriano *in ipiſtola* 67 *appellatus, & ut talis in Eccleſia cultus. Præter gratulatorias litteras, quas à* S. Cypriano, *ejuſque collegis ad laudatum Pontificem datas diximus, nihil inter utrumque interceſſiſſe novimus, niſi quòd hic ipſius Catholicam de lapſis ad pacem admittendis ſententiam ſuo quoque calculo approbaverit, ut Sanctus noſter in memorata epiſtola* 67 *teſtatur dicens:* Illi enim (*SS. Cornelius ac Lucius*) pleni Spiritu Dei, & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentiâ actâ, fructum communicationis & pacis negandum non eſſe, litteris ſuis ſignaverunt. *Ceterùm epiſtola* 58 *veriſimillimè ad annum* 253 *pertinet; viſum tamen eſt eam hìc referre, ne narrationem poſtea cogerer interrumpere.*

§ XXXIII. Utrùm perſecutio, à S. Cypriano ſuprà prædicta, in Africa ſub Gallo exarſerit?

Pagii interpretatio revelationis,

PErſecutionem *à Gallo Romæ excitatam fuiſſe, ex dictis indubitatum eſt, nec controverti poteſt; ſed an ea ad alias etiam Romani imperii provincias propagata fuerit, dubitant nonnulli, inter quos Antonius Pagius in Critica Eminentiſſimi Baronii, ad hunc annum* 252 *num.* 17 *& ſequentibus contendit, eam tantùm localem, in Urbe nempe Romana fuiſſe, nec in Africam penetrâſſe. Conſequenter ad hæc ſtatuit,* S. Cypriano *revelatam quidem fuiſſe futuram perſecutionem, ſed non tempus; nec utrùm illa adversùs univerſam Eccleſiam, an ad aliquam dumtaxat illius partem decernenda eſſet. Pagio præivit Lombertus in verſione ſua Gallica Operum* S. Cypriani, *ubi in Præfatione ad primam partem, num.* 44 *ex epiſtola* 57, *nobis* 58, *revelationes illas eo modo imterpretatus eſt. Sed rationes Pagii examinemus.*

& argumenta,

574 *In primis profert S. Dionyſii Alexandrini de Gallo textum ab Euſebio lib.* 7 *Hiſtoriæ, cap.* 1 *relatum, qui interprete Henrico Valeſio eſt hujuſmodi:* Viros ſanctos, qui pro pace & incolumitate ipſius preces ad Deum allegabant, inſectatus eſt; *Græcè verò ſic habet:* τὰς ἱερὰς ἄνδρας τὰς περὶ τῆς εἰρήνης αὐτῷ καὶ τ ὑγιείας προσευχομένας πρὸς τ Θεὸν, ἤλασεν. *Ad hunc autem locum obſervat cum Pearſonio,* ἤλασεν, *propriè eſſe* agitavit, ſuis ſedibus expulit, in exſilium miſit; προσεύχειν *verò* πρὸς τ Θεὸν *propriè dici de clero; ideóque hæc de SS. Cornelio ac Lucio cum nonnullis è clero Romano in exſilium, ut vidimus, pulſis, accipienda eſſe; atque hinc ulteriùs conjicit, è S. Dio-*

A *S. Dionysii sententia in hos solos, vel saltem Romæ tantùm persecutionem exarsisse, indéque factum, ut neque Eusebius in Chronico, neque S. Augustinus lib. 18 de Civit. Dei, cap. 51, nobis 52, neque Sulpitius Severus eam numeraverint, neque Eusebius in Historia martyres sub Gallo & Volusiano passos memorârit.*

575 *Hisce addit Orosium, qui cùm lib. 7 Historiarum contra Paganos, decem persecutiones, quibus Ecclesia afflicta fuit, cum decem Ægypti plagis, ut ait, conferat, septimam plagam sub Gallo & Volusiano statuit pestilentiam, non verò tormenta fidelibus inflicta. In hanc sententiam ex cap.* 14, *aliàs* 21 *sequentia recitat:* Gallus Hostilianus regnum adeptus, vix duobus annis cum Volusiano filio obtinuit. Exoritur ultio violati nominis Christiani; & quatenus ad profligandas ecclesias edicta Decii cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur . . . Hac sola pernicie insignes Gallus & Volusianus. *Notat tamen Pagius, Gallum cum Hostiliano, Decii filio, hîc confundi. Subjungit & alterum S. Dionysii Alexandrini testimonium ex lib. 7, cap. 22 laudatæ Historiæ Eusebii, ubi legitur:* Post hæc bellum & *quibus probare nititur,*

B fames excepit; quæ quidem nos cum gentilibus junctim pertulimus. Et ea quidem mala, quibus nos attriverant, soli sustinuimus: quæ autem sibi invicem intulerunt ac passi sunt, eorum partem toleravimus.

576 Sed rursus oblectavit nos pax illa, quam nobis solis Deus indulsit: cùm autem brevissimo temporis spatio nos & illi respirâssemus, repentè ingruit lues illa *&c. Si Pagio credimus, hîc ea narrantur, quæ, imperante cum Gallo Volusiano, contigerunt; dumque S. Dionysius ait:* Mala, *persecutionem Sancto revelatam,* quibus nos attriverant, soli sustinuimus, *de persecutione in SS. Cornelium ac Lucium Romanosque mota loqui dicendus est; sed non alia certè ratione, quàm quòd id ipsi ita visum fuerit.* In Oriente itaque, *ex prædictis concludit,* persecutio sævîsse non videtur. *Sed nec eam in Africam penetrâsse, probari putat ex* S. Cypriani *epistola* 58: *in ea quippe indicari ipsi videtur, persecutionem Romæ tantùm suscitatam fuisse, quia Sanctus Lucio Pontifici suum ab exsilio reditum gratulatus, ibidem sic scribit:* Intelligimus divinæ

C Majestatis salutaria & sancta consilia, unde illic (*nempe Romæ*) repentina persecutio nuper exorta sit; unde contra Ecclesiam Christi, & Cornelium beatum martyrem, vosque omnes seculari potestas subitò proruperit; ut ad confundendos hæreticos ostenderet Dominus, quæ esset Ecclesia, quis Episcopus ejus unus, divina ordinatione delectus; qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore conjuncti. *&c.*

577 *Ex hoc autem loco Pagius post Lombertum sic ratiocinatur. Divinæ providentiæ adscribit Sanctus, persecutionem Romæ contra duos istos successivè Pontifices, clerumque subitò ortam fuisse, ut, dum persecutor, Novatianis præteritis, illos affligeret, orbi palàm fieret, Ecclesiam penes Cornelium, ejusque successorem Lucium, non penes Novatianum esse; cùm soleat diabolus in servos Dei, non in sua mancipia hæreticos, persecutionem suscitare. Atque hinc infert Pagius, persecutionem in solos Romanos motam fuisse, nec oportuisse, ut ea in alias quoque provincias extenderetur. Præterea observat, in laudata* S. Cypriani *ad Lucium epistola, uti & in altera ad Cornelium ante illam scripta, nullam exstare memoriam ullius martyris tum temporis in Africa sub* *Romæ, non in Africa,*

Gallo passi; sed & hujus imperium tam breve fuisse, totque barbarorum in Romanas provincias incursionibus agitatum, ut earum præfecti in earumdem conservationem potiùs, populique quietem, quàm in Christianorum perniciem intenti fuisse dicendi sint. AUCTORE C. S.

578 *Interpretationem autem revelationis* S. Cypriano *factæ, num.* 573 *relatam, admittendam esse censet, quòd Sanctus persecutionem* graviorem multò & acriorem, *quàm quæ sub Decio fuerat, prædixerit; quod de Galli persecutione accipi posse negat, cùm hæc longè minùs violenta fuerit, quàm Deciana. Ne verò cuiquam mira videatur hujusmodi interpretatio, eam simili exemplo ibidem illustrat. S. Pontius in Vita apud nos num.* 24 *& seqq. narrat, sanctum Antistitem suum primo die, quo in Curubitano exsilio suo Valeriani jussu moratus est, visum sibi fuisse à proconsule capitis damnari, sic tamen, ut diem unum rebus suis componendis impetraret: eventum autem docuisse, per diem illum annum unum significatum fuisse, quo elapso, capite plexus est. Ut igitur* S. Cypriano *martyrium suum ac supplicii genus sic revelatum fuit, ut tempus tamen incertum maneret; ita censet Pagius, persecutionem, de qua* E *hîc agimus, eidem pariter prædictam fuisse, at non quo tempore hæc oritura, aut quot, quasve provincias afflictura esset. Hisce addo & alterum argumentum, Pontii scilicet altum de Galliana persecutione, rebusque in ea à sancto Episcopo suo gestis, silentium.* *excitatam fuisse.*

579 *Ego sanè libenter credidero, non de sola Galli persecutione, sed & de ea, quam Valerianus postea suscitavit, accipienda esse, quæ* S. Cypriano *de hoc argumento prædicta fuêre: nam nec admodùm diuturnum spatium inter utramque intercessit, & hac ratione rectiùs intelliguntur, quæ de illius atrocitate Sanctus prænuntiavit. Verùm Galli persecutionem Romæ dumtaxat exarsisse, nec penetrâsse in Africam, Pagio assentiri non possum; neque id probant allegatæ ab eo rationes, quibus alias oppono, antequàm ad illas respondeam.* S. Cyprianus, *quique cum eo convenerunt episcopi, ex crebris revelationibus divinis tam certò sibi persuasêre, novam persecutionem ecclesiæ Africanæ à Gallo instare, ut omninò necessarium duxerint novum canonem condere, quo lapsis omnibus pœnitentibus, qui ab Ecclesia non recesserant, pax & communio decerneretur, ne tam potenti præsidio destitutos persecutor inopinus invaderet, prout ex eorumdem epistola* 54 *luce clarius est.* *Contra hæc*

F

580 *Hinc in eadem epistola aiunt:* Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus; pacem non deliciis, sed armis damus; pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. *Et rursus idem Sanctus in epistola* 56, *quâ Thibaritanos ea occasione ad martyrii lauream exhortatus est, nullum de imminente persecutione dubitandi locum relictum esse voluit.* Scire enim, *inquit,* debetis, & pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super caput esse cœpisse, . . . ut parati omnes ad prœlium stemus, nec quidquam nisi gloriam vitæ æternæ & coronam confessionis Dominicæ cogitemus. *Quis non videat, hæc omnia de propinqua, eâque Africæ impendente persecutione, dicta esse; adeóque* S. Cyprianum, *ceterosque cum eo istius provinciæ episcopos, vehementer hallucinatos fuisse, si factæ ipsi revelationes de persecutione in solos Romanos suscitanda, vel de ea, quam Valerianus anno* 256 *vel* 257 *primùm* *proponuntur argumenta*

AUCTORE C. S.

mùm movit, accipiendæ fuerint, nec tempore intermedio ulla Africam perſecutio infeſtaverit.

ex ipſius S. Cypriani

581 *Hic autem error in ſancto Antiſtite noſtro eò minùs admittendus eſt, quò majoris momenti erat lapſorum reconciliatio, quam ob memoratas revelationes decernendam curavit, licèt in concilio anni prioris maturè cautum fuiſſet, ne quis lapſus extra mortis periculum ante exactam pœnitentiam plenam ad communicationem admitteretur. Nihil ſimile occurrit in exemplo, quod Pagius num.* 578 *ex Vita protulit: neque etiam Pontius ibidem aſſerit,* S. Cyprianum, *alioſve ex ea revelatione ſibi perſuaſiſſe, cum poſtridie perimendum: ſed id unum ait omnibus indubitatum fuiſſe, Antiſtitem ſuum martyrio coronandum; diem verò martyrii ignotum fuiſſe.* Verè, *inquit num.* 27 *Vitæ,* nemo cognovit, quare hoc ei oſtenſum fuiſſet, niſi quia pòſt eodem die, quo id viderat, coronatus eſt. Medio nihilominus tempore imminens paſſio pro certo ab omnibus ſciebatur; paſſionis tamen dies ab iiſdem omnibus, quaſi ignorantibus, tacebatur.

epiſtolis petita, B

582 *Porrò perſecutionem, quam Sanctus imminere prædixerat, imperante Gallo in Africam penetrâſſe, ſatis liquet ex libro ad Demetrianum, unum è Galli in eadem provincia miniſtris, quem Pagius ipſe eo tempore ſcriptum eſſe, nobiſcum admittit. In hoc* S. Cyprianus *de tormentis, quæ tum in Chriſtianos adhibebantur, inter cetera hæc ait:* Ecce id ipſum quale eſt, unde nobis vobiſcum maximè ſermo eſt, quòd nôs infeſtatis innoxios, quòd in contumeliam Dei impugnatis atque opprimitis Dei ſervos . . . Dei ſervos & Majeſtati ac nomini ejus dicatos injuſtis perſecutionibus fatigatis. Satis non eſt, quòd ipſe tu Deum non colis; adhuc inſuper eos, qui colunt, ſacrilega infeſtatione perſequeris. Deum nec colis, nec coli omninò permittis; & cùm ceteri, qui non tantùm iſta inepta idola, & manu hominis facta ſimulacra, ſed & portenta quædam & monſtra venerantur, tibi placeant, ſolus tibi diſplicet Dei cultor. Fumant ubique in templis veſtris hoſtiarum buſta, & rogi pecorum; & Dei altaria vel nulla ſunt, vel occulta. Crocodili & cynocephali & lapides & ſerpentes à vobis coluntur; & Deus ſolus in terris aut non colitur, aut non

C eſt impunè, quòd colitur.

quæ ſuadent, perſecutionem,

583 Innoxios, juſtos, Deo caros, domo privas, patrimonio ſpolias, catenis premis, carcere includis, gladio, beſtiis, ignibus punis. Nec ſaltem contentus es dolorum noſtrorum compendio, & ſimplici ac veloci brevitate pœnarum. Admoves laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis viſceribus numeroſa ſupplicia; nec feritas atque immanitas tua uſitatis poteſt contenta eſſe tormentis: excogitat novas pœnas ingenioſa crudelitas. Quæ hæc eſt inſatiabilis carnificinæ rabies, quæ inexplebilis libido ſævitiæ? *In hanc crudelitatem elegantî, ſed acri, ſtylo ibidem pluribus invectus,* Quid te, *inquit,* ad infirmitatem corporis vertis? Quid cum terrenæ carnis imbecillitate contendis? Cum animi vigore congredere, virtutem mentis infringe, fidem deſtrue; diſceptatione, ſi potes, vince, vince ratione: vel, ſi quid diis tuis numinis & poteſtatis eſt, ipſi in ultionem ſuam ſurgant, ipſi ſe ſua majeſtate defendant: aut quid præſtare ſe colentibus poſſunt, qui ſe de non colentibus vindicare non poſſunt? *Hæc* S. Cyprianus *adverſùs Demetrianum, qui peſtis aliarumque calamitatum cauſam in Chriſtianam religionem rejicere, eamque* convitiis *ac maledictis proſcindere non ceſſabat.* Manifeſtum D *autem eſt, perſecutionem, & atrocem quidem, hìc memorari.*

à Sancto prædictam,

584 *At Pagius, ut argumentum hoc amoliatur, reponit, ibidem agi de perſecutione Deciana, quæ præceſſerat; neque inſolitum eſſe ejuſmodi ſcribendi modum de rebus magni momenti, qualis iſta fuerat. Verùm etſi negare non poſſim, inuſitatum non eſſe oratoribus res præteritas tamquam præſentes exhibere, nihil tamen cogit nos iſtud hìc factum aſſerere; imò oppoſitum ſuadent tum rerum adjuncta, tum ipſe contextus. Nam primò quidem ex ſuprà dictis indubitatum eſt,* S. Cyprianum *divinis revelationibus inſtructum, pro certo habuiſſe, inſtare proximè perſecutionem, eamque non ſolùm Romanis & Afris prædixiſſe, ſed etiam congregata propterea ſynodo ſollicitè caviſſe, ut non minùs lapſos, quàm integræ fidei fideles contra imminens periculum communiret. Hìc verò eumdem Sanctum videmus oppreſſam religionem tuentem, & atrocia in Chriſtianos tormenta, ingenioſam in pœnas crudelitatem, & hæc omnia veluti præſentia, Demetriano exprobrantem: quâ igitur veriſimilitudine ſancti Antiſtitis verba contra proprium eorumdem ſenſum, contraque diſertam ejuſdem prædictionem, de Deciana perſecutione, accipiamus, Sanctumque malè intellectæ revelationis inſimulare, quàm verum vatem agnoſcere malimus?* E

ſub Gallo in Africam penetrâſſe.

585 *Secundò, ſi tum nulla viguerit in Africa perſecutio, qua ratione Sanctus Demetriano exprobrans, ait:* Satis non eſt, quòd ipſe tu Deum non colis; adhuc inſuper eos, qui colunt, ſacrilega infeſtatione perſequeris. Deum nec colis, nec coli omninò permittis, . . Fumant ubique in templis hoſtiarum buſta, & rogi pecorum; & Dei altaria vel nulla ſunt, vel occulta? *Quâ, inquam, ratione* S. Cyprianus *Demetriano hæc exprobravit, ſi Deum tum colere, ejuſdemque altaria habere ex conniventia ſaltem tacitéque permiſſum apud Afros fuerit? Ut verò hæc de præſenti, quo ſcribebat, tempore accipienda ſunt, ita & eódem ſpectant reliqua, quæ de tormentis ibidem ſubjungit, probans, quod dixerat, Deum à Demetriano non coli, ſed nec coli omninò permitti; eoſque, qui colerent, ſacrilega infeſtatione vexari. Hinc etiam inter ſalutaria conſilia illud ipſi ingerit, ut vexare fideles tandem deſinat;* Quid te, *inquiens,* in lapſum mortis cum ſerpente, quem colis, ſternis? Quid in ruinam diaboli per ipſum & cum ipſo cadis? . . . Lædere ſervos Dei & Chriſti perſecutionibus tuis deſine, quos læſos ultio divina defendit. F

Reſpondetur ad textus

586 *Nunc ad Pagii objectiones venio. Ad primum Euſebii locum reſpondeo, verbum* ἐλαύνειν, *à quo aoriſtus* 2 ἤλασεν, agitare, vexare, infectari *&c. ſignificare; ideóque minimè neceſſe eſſe, ut id per* mittere in exſilium *interpretemur. Nec aliud probat locus ex Dionyſio Halicarnaſſenſi, quem poſt Pearſonium pro ſe laudat, quia in ea dicitur Coriolanus* φυγῇ ἀιδίῳ ἐλασθεὶς, exſilio perpetuo mulctatus: *nam cùm* φυγῇ *ibidem expreſsè addatur, potiùs indicatur,* ἐλαύνειν *ſolitariè poſitum latioris ſignificationis eſſe.* Πρεσβεύειν *quoque* πρὸς τον Θεὸν, *ſive* legatione apud Deum *per preces* fungi, *etiam laici poſſunt. Mirum tamen non eſſet, ſi S. Dionyſius Alexandrinus loco objecto SS. Cornelii ac Lucii, aliquorumque è clero Romano exſilium præcipuè denotare voluiſſet; hi enim præ ceteris memorandi erant, tum quòd priores duo Pontificiâ dignitate eminuerint, tum quòd Romani, eorumque clerus primum Galli perſecutoris impetum tam fer-

A *fortiter tamque unanimiter exceperint, ut* S. Cyprianus *in epistola* 57 *dicere non dubitaverit:* Ecclesia omnis Romana confessa est.

587 *Ut tamen lector ipse judicet, an laudatus* *& ratiocinia* *à Pagio S. Dionysii apud Eusebium textus de solo SS. Cornelii ac Lucii, nonnullorumque clericorum exsilio accipiendus sit, eum ex versione Valesii totum hìc refero.* Sed neque Gallus, *inquit*, culpam Decii intellexit, nec prospexit, quid illum pessumdedisset. Quin potiùs ad eumdem lapidem ante oculos suos positum impegit: qui, cùm imperium ipsius prospero in statu esset, cunctaque ex animi sententia succederent, viros sanctos, qui pro pace & incolumitate ipsius preces ad Deum allegabant, infectatus est; cum illis ergò orationes pro ipso fieri solitas simul fugavit. *Certè nihil cogit hæc ad solum Romanum clerum restringere; imò ne restringantur, obstant tum* S. Cypriani *dicta:* Ecclesia omnis Romana confessa est; *tum SS. Censurini sociorumque ejus, variæ conditionis ac utriusque sexûs, martyrium, quorum Acta illustrata habes in Opere nostro tom. 2 Septembris ad diem* v. *Sed nec idem Dyonysii* B *textus quidquam continet, propter quod eum de persecutione in solos Romanos suscitata interpretemur.*

pro opposita opinione 588 *Ad alterum Pagii argumentum, quod negativum est, nempe nec ab Eusebio in Chronico, nec à S. Augustino lib.* 18 *de Civitate Dei, cap.* 52, *nec à Sulpitio Severo, persecutionem Galli memorari; nec denique ab eodem Eusebio in Historia martyres sub illo imperatore passos recenseri; respondeo cum ipso S. Augustino, loco citato, Ecclesiam pluribus, quàm decem persecutionibus afflictam fuisse, licèt decem dumtaxat suo tempore solerent numerari, quia decem persecutiones Ecclesiæ per decem Ægypti plagas præsignatæ nonnullis videbantur, quod sanctus doctor non approbat. Itaque qui sic sentiebant, atrociores persecutiones tantummodò recensuerunt, ne decennarium numerum excederent: libenter autem admisero, Galli persecutionem minùs atrocem ceteris fuisse, præsertim temporis brevitate ob publicas calamitates, pestilentiam scilicet ac barbarorum incursiones in Romanum imperium, quæ persecutorum animos aliò videntur avocâsse. Ut tamen hæc non obstitêre, quò minùs persecutio ali-* C *quo tempore Romæ sub Gallo viguerit; ita nec in Africa obstare debuerunt, ne ibidem similiter aliquamdiu sæviret. In eadem sententia de decem persecutionibus per totidem Ægypti plagas significatis fuit Orosius, ad cujus auctoritatem eâdem operâ responsum est. Dum autem ait:* Hac sola pernicie (*pestilentiâ*) insignes Gallus & Volusianus *fuêre, de inflictis plagis, non de causa plagarum, sive persecutionibus loquitur, ideóque illas, non persecutionem ibidem memorat. Attamen vel sic minùs accuratè scripsit; cùm etiam ipso Pagio teste, eorumdem imperium multis barbarorum infestationibus turbulentum fuerit.*

à Pagio 589 *Præterea eadem Galli persecutio ob dictam, quantùm apparet, brevitatem, propinquitatemque ipsius cum Deciana & Valerianea, cum hac utraque sæpe confusa est. Sic S. Hieronymus in Vita S. Pauli eremitæ scribit:* Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt. *Sic ejusdem S. Cornelii Acta, & ex his Ado, Usuardus, aliique ipsius martyrium sub Decio collocant, quod sub Gallo & Volusiano contigisse, ad hunc ipsum diem ostendimus, & ipse S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum agnoscit, de Cornelio dicens:* Rexit Ecclesiam annis duo- AUCTORE
bus sub Gallo & Volusiano, cui ob Christum C. S.
martyrio coronato successit Lucius. *Similes persecutionum confusiones Baronius in Annotatis ad Romanum Martyrologium & in Annalibus, ac Majores mei in Opere nostro non semel annotârunt. Quod autem Eusebius martyres sub Gallo non memoraverit, parùm refert, cùm persecutionem agnoverit tum verbis S. Dionysii suprà datis, tum quæ in fine ejusdem capitis denuò habet:* Postquam, *inquiens*, de Decii & successorum illius (*Galli cum Volusiano ac Valeriani*) improbitate (*S. Dionysius*) differuit, pacis, quæ viguit principatu Gallieni, mentionem facit.

590 *Quod spectat ad* S. Cypriani *in litteris suis suprà alle-* *ad SS. Cornelium & Lucium de persecutione a-* *gata,* *pud Afros silentium; id mirandum non est, cùm ea persecutio Romæ cœperit, potueritque nondum penetrâsse in Africam, dum Sanctus priorem epistolam scripsit. Quanto tempore pòst altera ad Lucium data sit, incertum est; nam adverbium* nuper, *quod in ea occurrit, aliquam latitudinem patitur: sed non exigebat epistolæ argumentum, ut de martyribus Afris in ea mentio fieret. Nihil pariter evincit Pagii observatio, quasi* S. Cy- E
prianus *in laudatis epistolis insinuâsset, ex divina providentia factum fuisse, ut, dum cetera per orbem ecclesiæ tranquilla pace fruerentur, solos Romanos fideles persecutor subitò invaderet. Non enim Sanctus hìc Romanam ceteris ecclesiis confert, sed Novatianis opponit; meritóque divinæ providentiæ adscribit, quòd persecutio Romæ nuper sic exarsisset, ut Novatianis præteritis, solum Pontificem, ejusque clerum ac plebem exagitaret, scilicet, ut ita* ostenderet Dominus, quæ esset Ecclesia, quis Episcopus ejus, . . . qui cum Episcopo presbyteri sacerdotali honore conjuncti, . . . qui essent, quos inimicus lacesseret; qui contrà, quibus diabolus, ut suis, parceret. *Profectò hæc dici potuêre, licèt persecutio ad alias quoque provincias fuerit propagata.*

591 *Multò plus ponderis pro neganda apud A-* *& ad S.* *fros sub Gallo persecutione apud me haberet S. Pon-* *Pontii silen-* *tii de ea silentium, nisi hìc antè professus esset, se* *tium;* *multa sancti Præsulis sui gesta præteriturum, & reipsa, etiam magni momenti facta, prætermisisse sciretur. Sic de facta ipsi persecutionis revelatione, de lapsis propterea ante expletam pœnitentiam* F
ad pacem admissis, & de ipsa famosa pro baptizandis hæreticis disceptatione, habitisque super ea causa synodis, ne verbo quidem meminit. Novatiani quoque ac Felicissimi schismata & hæreses, adversùs quæ Sanctus tantoperè laboravit, tacitus præteriit, ita ut de hisce jam nihil haberemus, nisi ea aliunde ad nostram notitiam pervenissent. Id unum ex dicto Pontii silentio colligere licèt, S. Cyprianum *in Galli persecutione nihil grave passum esse, sed in gregis sui utilitatem brevi tempore, quo ea tempestas grassata est, prudenter & ex divino consilio forsitan latuisse; quod biographus eò facilius præterire potuit, quò magis laboravit, ut sinistram suspicionem, quam nonnulli ex ejusdem secessu sub Decio conceperant, ex omnium animis eximeret, quamque num.* 14 *Vitæ nullo argumento efficaciùs tolli posse censuit, quàm dicendo:* Ut nihil aliud excusem, ipse postmodùm passus est.

592 *Itaque licèt istud Pontii silentium memo-* *& concludi-* *ratam Galli persecutionem in Africa nonnihil du-* *tur.* *biam reddat, ex suprà dictis tamen mihi probabilius apparet, eam, sicut Sanctus ex factis sibi revelationibus prædicendum putaverat, ibidem reipsa exarsisse; quamvis negare nolim, alteram,*

AUCTORE C. S. *quæ ſub Valeriano paucis annis pòſt ſuſcitata eſt, hâc graviorem fuiſſe, ideóque per eamdem revelationem fuiſſe pariter prædictam. Ceterùm ex iis, quæ § x diſputavimus, improbabile non eſt, epiſtolam* 81, *quam* S. Cyprianus *ad confeſſores utriuſque ſexûs, variaque ætatis & ordinis, in carcere detentos ſcripſit, ad Galli perſecutionem pertinere; quod ſi certum eſſet, præſens controverſia ceſſaret: vide tamen laudatum § num.* 199 *& ſequentibus.*

§ XXXIV. Sanctus plebem ſuam ad ſuccurrendum peſte infectis inſigni oratione accendit: magnam pecuniæ ſummam pro redimendis è barbarorum captivitate fidelibus mittit.

Peſtilentiâ ſæviente Carthagine, B *Interea peſtis, quæ ſub Deciis probabiliùs inchoata, multis etiam pòſt annis Romanum orbem afflixit, horrendum in modum Carthagine ſævire cœpit, novamque charitatis materiam ſanctiſſimo Antiſtiti ſuppeditavit. Euſebius in Chronico, Aurelius Victor in Cæſaribus, Oroſius, aliique de ea ſub Gallo ac Voluſiano primùm meminêre, quia tum, ut dixi, vehementiùs furere cœpit. De eadem etiam agit S. Dionyſius, apud Euſebium lib.* 7 *Hiſtoriæ, cap.* 21 *&* 22, *ubi atrocitatem, quâ Alexandriam dopopulata eſt, oculatus teſtis deplorat. Quàm latè hæc ſeſe extenderit, laudatus Oroſius lib.* 7 *Hiſtoriarum, cap.* 14, *aliàs* 21, *ſic indicat:* Nulla ferè provincia Romana, nulla civitas, nulla domus fuit, quæ non illâ generali peſtilentiâ correpta atque vaſtata ſit. *Quantam verò ſtragem Carthagine ediderit, S. Pontius illius eccleſiæ clericus, ſanctique* Cypriani *diaconus ac biographus, num.* 17 *opportunè expoſuit.*

fugientibus ethnicis, C 594 Erupit, *inquit*, poſtmodùm lues dira; & deteſtabilis morbi vaſtitas nimia innumeros per diem populos à ſua quemque ſede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis invaſit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere ſuos impiè, quaſi cum illo peſte morituro etiam mortem ipſam aliquis poſſet excludere. Jacebant interim in tota civitate non jam corpora, ſed cadavera plurimorum, & miſericordiam in ſe tranſeuntium contemplatione ſortis ſuæ flagitabant. Nemo reſpexit aliud, præterquam lucra crudelia; nemo ſimilis eventûs recordatione trepidavit; nemo fecit alteri, quod pati voluit. *De eadem gentilium, quos hîc Pontius ſugillat, in moribundos duritia & impietate* S. Cyprianus *in libro ad Demetrianum meminit, eamque ipſis ſic exprobrat:* Peſtem & luem criminaris, cùm peſte ipſa & lue vel detecta ſint vel aucta crimina ſingulorum, dum nec infirmis exhibetur miſericordia, & defunctis avaritia inhiat ac rapina.

Sanctus convocatos fideles 595 Iidem ad pietatis obſequium timidi, ad impia lucra temerarii, fugientes morientium funera, & appetentes ſpolia mortuorum; ut appareat, & ægritudine ſua miſeros ad hos forſitan derelictos eſſe, ne poſſint, dum curantur, evadere: nam perire ægrum voluit, qui cenſum pereuntis invaſit. Tantus cladium terror dare non poteſt innocentiæ diſciplinam, & inter populum frequenti ſtrage morientem nemo conſiderat, ſe eſſe mortalem. Paſſim diſcurritur, rapitur, occupatur. Prædandi diſſimulatio nulla, nulla cunctatio. *Porrò mirum non eſt, cœptam in Africa adverſus fideles perſecutionem per tantam calamitatem ſopitam fuiſſe, ſanctoque* Cypriano *occaſionem dediſſe de gentilibus æquè ac Chriſtianis bene merendi. Non poterat ſcilicet piiſſimus Antiſtes tanta civium ſuorum calamitate non commoveri, nec ad opportuna ſubſidia non tantùm gregi ſuo, ſed & ethnicis, à quibus ad leonem toties poſtulatus fuerat, jamjam ferenda ſollicitam mentem convertere.* D

ad ſuccurrendum omnibus hortatur, 596 Aggregatam *itaque, proſequitur biographus*, primò in loco uno plebem de miſericordiæ bonis inſtituit, docens divinæ Lectionis exemplis, quantùm ad promerendum Deum proſint officia pietatis. Tunc deinde ſubjungit, non eſſe mirabile, ſi noſtros tantùm debito caritatis obſequio foveremus; eum perfectum poſſe fieri, qui plus aliquid publicano vel ethnico fecerit; qui malum bono vincens, & divinæ clementiæ inſtar exercens, inimicos quoque dilexerit; qui pro perſequentium ſe ſalute, ſicuti Dominus monet & hortatur, orârit. Oriri Deus facit jugiter ſolem ſuum, & pluvias ſubinde nutriendis ſeminibus impertit, exhibens cuncta iſta non ſuis tantùm, ſed etiam alienis; & qui ſe Dei etiam filium eſſe profitetur, cur non exemplum Patris imitatur? Reſpondere, inquit, nos decet natalibus noſtris; & quos renatos per Deum conſtat, degeneres eſſe non congruit; ſed probari potiùs in ſobole traducem boni Patris æmulatione bonitatis. E

iiſque perſuadet. 597 Multa alia, & quidem magna, prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore ſermone replicari, de quibus hoc tantùm dixiſſe ſatis eſt: quòd ſi illa gentiles pro roſtris audire potuiſſent, forſitan ſtatim crederent. *Quàm efficaciter autem, quámque feliciter Sanctus apud ſuos peroraverit, biographus mox pergit exponere;* Quid Chriſtiana, *inquiens*, plebs faceret, cui de fide nomen eſt? Diſtributa ſunt ergò continuò pro qualitate hominum atque ordinum miniſteria. Multi, qui anguſtiâ paupertatis beneficia ſumptûs exhibere non poterant, plus ſumptibus exhibebant, compenſantes proprio labore mercedem, divitiis omnibus cariorem. Et quis non ſub tanto Doctore properaret inveniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo Patri, & judici Chriſto, & tam bono interim Sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod bonum eſt apud omnes, non ad ſolos domeſticos fidei. Fiebat plus aliquid, quàm de Tobiæ incomparabili pietate ſignatum eſt. Ignoſcat ille, & ignoſcat iterum, & frequenter ignoſcat; aut, ut veriùs dixerim, meritò concedat, tametſi ante Chriſtum plurimum licuit, plus aliquid licuiſſe poſt Chriſtum, cujus temporibus plenitudo debetur. Necatos ille à rege & projectos ſui tantùm generis colligebat. *Huc uſque biographus, rei geſtæ ſpectator & ſocius.* F

Chriſtianis Numidis magno numero 598 *Alteram Chriſtianæ pietatis ac miſericordiæ exhibendæ occaſionem obtulit plurimorum fidelium calamitas, quos irrumpentes in Numidiam barbari captivos abduxerant, & quibus proinde non mortalis tantùm vitæ, ſed & æternæ ſalutis diſcrimen imminebat. De triſtiſſimo hoc caſu epiſcopi octo, Januarius, Maximus, Proculus, Victor, Modianus, Nemeſianus, Nampulus, & Honoratus* S. Cyprianum *metropolitam ſuum monuêre; quos in Numidia ſedes ſuas habuiſſe, colligimus*

A *ligimus ex epistola* 70 *ad* 72 *relata. Nam cùm in hac dicantur litteræ de baptizandis hæreticis* ad coëpiscopos in Numidia præsidentes *à* S. Cypriani *collegis missæ fuisse; & in epistolæ* 70, *quæ per citatas litteras designatur, inscriptione laudati episcopi occurrant, dubium non est, quin in Numidia resederint; ideóque & memorata captivorum abductio in eadem provincia contigerit. Scribendi autem ratio fuit pecuniarum inopia, quibus tantus miserorum numerus redimeretur.*

captis ab incurrentibus barbaris,

599 *Neque verò permisit sanctus Metropolita tam bene de Christo merendi opportunitatem præterlabi; sed tum ex proprio suo peculio, tum ex cleri plebisque suæ ac nonnullorum etiam antistitum eleëmosynis ingentem summam conflavit, & ad laudatos Numidiæ episcopos in captivorum lytrum transmisit. Hæc omnia habemus ex epistola* 60, *quam Sanctus ad eorumdem episcoporum litteras responsoriam dedit, quæ quia digna tanto Episcopo sensa, eximiamque ejusdem caritatem ac misericordiam demonstrat, non abs re duxi eam hîc exponere. De suo in primis, quem ex fidelium captivitate conceperat, dolore exorditur;* Cum maximo, *inquiens,* animi nostri gemitu, & non sine lacrymis legimus litteras vestras, fratres carissimi, quas ad nos pro dilectionis vestræ sollicitudine de fratrum nostrorum & sororum captivitate fecistis.

magnam pecuniæ summam

600 *Doloris causam assignat, quòd fideles omnes unum corpus sint, quódque dum membrum unum patitur, cetera debeant condolere, ac propterea fratrum captivitas & periclitantium dolor communis omnibus habendus sit. Deinde in captivis Christianis captiva Dei templa, imò Christum ipsum veneratur, omnesque mutuæ dilectionis admonet.* Nam cùm dicat Paulus apostolus, *ait,* Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis; in captivis fratribus nostris contemplandus est Christus, & redimendus de periculo captivitatis, qui nos redemit de periculo mortis; ut, qui nos de diaboli faucibus exuit, nunc ipse, qui manet & habitat in nobis, de barbarorum manibus exuatur, & redimatur nummaria quantitate, qui nos cruce redemit & Sanguine; qui iccircò hæc fieri patitur, ut fides nostra tentetur, an faciat unusquisque pro altero, quod pro se fieri vellet, si apud barbaros teneretur ipse captivus. Quis enim non humanitatis memor, & mutuæ dilectionis admonitus, si pater est, illic esse nunc filios suos computet; si maritus est, uxorem suam illic captivam teneri cum dolore pariter ac pudore vinculi maritalis existimet.

C

corrogat, & pro ipsis redimendis

601 *Præcipuam tamen sollicitudinem exhibet de dicatis Deo virginibus, quarum pudicitia apud barbaros illos periclitabatur. Hinc,* Quantus verò, *ait,* communis omnibus nobis mœror atque cruciatus est de periculo virginum, quæ illic tenentur; pro quibus non tantùm libertatis, sed & pudoris jactura plangenda est; nec tam vincula barbarorum, quàm lenonum & lupanarium stupra deflenda sunt, ne membra Christo dicata, & in æternum continentiæ honorem pudicâ virtute devota, insultantium libidine & contagione fœdentur. *Hisce ac similibus argumentis suorum animos ad promptum pecuniarum subsidium excitaverat; subdit enim:* Quæ omnia istic secundùm litteras vestras fraternitas nostra cogitans, & dolenter examinans, promptè omnes & libenter ac largiter subsidia nummaria fratribus contulerunt, semper quidem secundùm fidei suæ sinceritatem ad opus Dei proni, nunc tamen magis ad opera salutaria contemplatione tanti doloris accensi.

602 *De summa verò in tam pium usum collecta, interjectis nonnullis, hæc ait:* Misimus autem sestertia * centum millia nummorum, quæ istic in ecclesia Dei, cui de Domini indulgentia præsumus, cleri & plebis apud nos consistentis collatione collecta sunt, quæ vos illic pro vestra diligentia dispensabitis. *Quanta hæc summa fuerit, non convenit inter neotericos, nec vacat hîc inquirere: consuli potest Baronius ad annum* 254, *num.* 110, *aliique, qui de re nummaria tractârunt. Non solus autem clerus & plebs Carthaginensis cum Episcopo suo tam largum subsidium contulêre, sed & nonnulli præterea episcopi, qui tum fortè aderant, suo quoque, suæque plebis nomine aliquid addidêre, ut mox videbimus; sed an hæc superiori summæ accensenda, an seorsum accipienda sint, incertum ex eo fit, quòd Sanctus suprà dixisse videri possit, illa* sestertia centum millia nummorum *Carthaginensis ecclesiæ cleri & plebis collatione collecta esse, ideóque hâc summâ non comprehendi, quæ alii episcopi ac ecclesiæ pariter contulerant.*

AUCTORE C. S. *ad episcopos Numidiæ mittit,* * *al.* sestertiûm

603 *Porrò non dubitavit sanctus Antistes pro oblata bene merendi occasione ipsis, qui eleëmosynas petierant, gratias agere. Præmiserat enim:* Denique maximas vobis gratias agimus, quòd nos vestræ sollicitudinis & tam bonæ ac necessariæ operationis participes esse voluistis, ut offerretis nobis agros uberes, in quibus spei nostræ semina mitteremus, exspectaturi messem de amplissimis fructibus, qui de hac cælesti & salutari operatione proveniunt. *Eâdem charitate, eodemque merendi studio ecclesiæ suæ preces promittit, ne in similem calamitatem relabantur; sed si relapsi fuerint, jubet eos ad se denuò recurrere, novasque suppetias promittit. Juverit ejusdem verba recitâsse.*

gratus de occasione bene merendi, E

604 Et optamus quidem, *ait,* nihil tale de cetero fieri, & fratres nostros, Domini majestate protectos, ab ejusmodi periculis incolumes reservari: si tamen ad explorandam nostri animi caritatem, & examinandam nostri pectoris fidem tale aliquid acciderit, nolite cunctari nuntiare hæc nobis litteris vestris, pro certo habentes ecclesiam nostram & fraternitatem istic universam, ne hæc ultrà fiant, precibus orare; si facta fuerint, libenter & largiter subsidia præstare. *Denique memoriam eorum, quorum eleëmosynas ac nomina transmittebat, in precibus ac Sacrificiis ipsorum his verbis commendat:* Ut autem fratres nostros ac sorores, qui ad hoc opus tam necessarium promptè ac libenter operati sunt, ut semper operentur, in mente habeatis in orationibus vestris, & eis vicem boni operis in Sacrificiis & precibus repræsentetis, subdidi nomina singulorum.

opem in simili casu offert, F

605 Sed & collegarum quoque & consacerdotum nostrorum, qui & ipsi, cùm præsentes essent, & suo & plebis suæ nomine quædam pro viribus contulerunt, nomina addidi; & præter quantitatem propriam nostram eorum quoque summulas significavi & misi, quorum omnium secundùm quòd fides & caritas exigit, in orationibus & precibus vestris meminisse debetis. *Huc usque laudata epistola, quam occasione similis caritatis ab eodem Sancto, ejusque clero plebeque in pestilentia exhibitæ hoc loco referre visum est, quia de tempore tam rei gestæ, quàm scriptæ epistolæ, nihil certi statuere possumus, nisi quòd post Decii persecutionem figendam suadeat tam benefica Carthaginensium caritas, tantaque ad divinum obsequium promptitudo, qui ante persecutionem tam molles erant, tantoque erga perituras divitias affectus*

& preces flagitat.

AUCTORE C. S.

fectu ferebantur, ut S. Cyprianus *in libro de Lapsis asserere non dubitaverit, hæc & hujusmodi vitia non modò persecutionis, verùm etiam multis lapsûs causam fuisse.*

§ XXXV. Christianam religionem scripto libro adversùs Demetriani criminationes defendit.

Scribit librum adversùs Demetrianum,

Circa hoc tempus, id est, circa anni 252 finem, vel anno proximè subsecuto, scriptus videtur Liber contra Demetrianum, quem S. Cyprianus *pro Christiana religione adversùs ethnicorum maledicta edidit, quemque S. Pontius num.* 14 *Vitæ designavit his verbis:* Per quem gentiles blasphemi, repercussis in se iis, quæ nobis ingerunt, vincerentur? *Ad hoc autem tempus illum referendum esse, duo potissimùm suadent. Primum, quòd in persecutione conscriptus fuerit, ut ex verbis num.* 582 *& sequentibus relatis dicendum videtur. Alterum, quòd* S. Cyprianus *in eodem inter cetera dicat:* Ut memorias taceamus antiquas, & ultiones pro cultoribus Dei sæpe repetitas, nullo vocis præconio revolvamus; documentum recentis rei satis est, quòd sic celeriter, quódque in tanta celeritate sic granditer nuper secuta defensio est, ruinis rerum *, jacturis optùm, dispendio militum, diminutione castrorum: *quæ de infelici utriusque Decii contra Gothos pugna cædeque, variisque sub Gallo ac Volusiano barbarorum irruptionibus dicta apprimè accipi possunt. Tertiò denique, quòd in pestilentia scriptus sit, quæ omnia huic tempori optimè congruunt. Adde etiam, quòd eum S. Pontius ante alia, quæ sub Valeriano scripta constat, loco mox citato recenseat.*

B

* *al.* regum

qui non videtur fuisse proconsul,

607 *Scribendi causam dedêre ethnicorum maledicta, qui tam pestem, quàm ceteras imperii calamitates, Christianis more suo imputabant, easque à diis suis in neglecti cultûs pœnam infligi criminabantur. Præ ceteris tamen insaniebat Demetrianus quidam, qui ore maledico Christianam religionem proscindere, in ejusque cultores malorum omnium causam palàm rejicere non cessabat. Hunc Africæ proconsulem fuisse, Pamelius, Baronius, aliique censuêre, quia* S. Cyprianus *in laudato libro ipsi suam in persequendis Christianis injustitiam, in iisdemque torquendis insatiabilis carnificinæ rabiem, atque inexplebilis sævitiæ libidinem, pluribùs exprobrat verbis, quæ num.* 582 *& sequentibus recitavimus.*

C

nec sophista tantùm,

608 *At verò alii illum è judicibus unum, quàm proconsulem credere malunt, ea ducti ratione, quòd in eo libro nonnullæ acerbiores voces adversùs Demetrianum occurrant, quibus Sanctus in proconsulem usurus non fuisse videtur;* oblatrantem *enim, &* ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem, *ac* brutum *appellat. Hæc eadem ratio Maranum movit, ut illum nec proconsulem, nec judicem, sed potiùs unum è sophistis fuisse statueret, quod etiam ex disputationibus cum* S. Cypriano *habitis satis probari existimavit. Hinc quæ sanctus Præsul de vexatis tortisque Christianis, ut diximus, exprobrat, hæc non ad Demetrianum propriè, sed generatim ad omnes ethnicos spectare arbitratus est, observans, non insolitum esse,* D *ut in hujusmodi orationibus modò numerus singularis, modò pluralis adhibeatur.*

sed unus è judicibus

609 *Non placet mihi hæc Marani sententia, quæ verbis suprà citatis vim infert, ut legenti perspicuum erit. Frustra quoque suspicatus est, eruditos istis Sancti verbis;* Qui alios judicas, aliquando tu esto tui judex, *deceptos in oppositam sententiam iviisse. Non enim hoc unico dicto, sed tota illa crudelitatis exprobratione, quæ directè Demetrianum petit, quæque judiciariam aliquam potestatem in eo arguit, laudati eruditi nituntur. Atque hinc etiam mox recensita verba de forensi judicio non immeritò accipere potuêre, licèt ea seorsum spectata privati hominis judicium possint significare. Quod ad disputationes pertinet, eæ inter* S. Cyprianum *Demetrianumque nullæ interceſsêre; cùm hic solis clamoribus ac maledictis Sanctum aggredi soleret, quæ ille contemnebat; adeóque hæc non sophistam magis, quàm mordacem quempiam magistratum insinuant.*

in Africa. In hoc libro

610 *Nec contrarium persuadet acerbior ille scribendi modus, quem & Demetriani effrenis maledicentia ac blasphemiæ, & divini honoris zelus à* S. Cypriano, *acris indolis viro, facilè potuerunt extorquere. Itaque nihil est, quod nos à communi sententia cogat recedere: ut tamen allegatis rationibus aliquid concedamus, sentire cum illis malumus, qui Demetrianum, non Africæ proconsulem, sed ex judicibus sive ministris ipsius unum fuisse statuunt, cujus operâ ipse ad persequendos fideles potissimùm utebatur. Minùs enim decorum, sanctoque Præsule minùs dignum videtur, supremum Africæ magistratum proconsulem tam acri stylo lacessere. His prænotatis, libri conscribendi causam ex ipso* S. Cypriano *audiamus.* Oblatranten, *inquit,* te & adversùs Deum, qui unus & verus est, ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem frequenter, Demetriane, contempseram, verecundius ac melius existimans, errantis imperitiam silentio spernere, quàm loquendo dementis insaniam provocare. . .

E

Christianam religionem

611 Nam cùm ad me sæpe studio magis contradicendi, quàm voto discendi venires, & clamosis vocibus personans, malles tua impudenter ingerere, quàm nostra patienter audire; ineptum videbatur congredi tecum, quando facilius esset & levius turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quàm tuam rabiem tractatibus coërcere. Certè & labor irritus, & nullus effectus, offerre lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto; cùm nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Hæc considerans, sæpe conticui, & impatientem patientiâ vici; cùm nec docere indocilem possem, nec impium religione comprimere, nec furentem lenitate cohibere. Sed enim cùm dicas, plurimos conqueri, quòd bella crebriùs surgant, quòd lues, quòd fames sæviant, quódque imbres & pluvias serena longa suspendant, nobis imputari; tacere ultrà non oportet, ne jam non verecundiæ, sed diffidentiæ esse incipiat, quòd tacemus, &, dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere.

F

ab ipsius maledictis

612 Respondeo igitur & tibi, Demetriane, pariter & ceteris, quos tu forsitan concitâsti, & adversùm nos odia tuis maledicis vocibus seminando, comites tibi plures radicis atque originis tuæ pullulatione fecisti; quos tamen sermonis nostri admittere credo rationem. *Ita librum exorsus est, & scribendi causam exposuit. At ne quis*

A *quis quærat, quo pacto tam frequens Demetriani ad* S. Cyprianum *accessus congruat persecutioni, quam à Gallo motam diximus, observâsse juverit, congressus illos ante persecutionem frequentari potuisse; dum scilicet post Deciorum cædem, redditâ Ecclesiæ pace, fideles tantisper respirârunt. Neque aliud requirunt verba recitata, quæ de præteritis congressibus meminerunt. Et siluit quidem tum Sanctus, quòd apud emotæ mentis hominem nihil se profecturum adverteret. At verò dum idem ille Demetrianus post exortas pestem & famem, tam hasce quàm ceteras, quibus ab incursantibus barbaris Romanum imperium affligebatur, calamitates Christianis palàm imputaret, ultrà silendum non censuit; tum ne iste Episcopi silentio magis magisque insolesceret, tum præcipuè ne maledicta illa non sine divini cultûs jactura apud vulgus fidem invenirent, & minùs stabilem aliquot Christianorum fidem hinc inde labefactarent.*

strenuè vindicat,

613 *Id igitur per laudatum librum, qui Christianæ religionis adversùs trita illa gentilium dicteria insignis apologia est, egregiè præstitit, variis sacræ Scripturæ testimoniis ac ratiociniis probans,*

B *publicas illas calamitates in scelerum pœnam infligendas, à Deo diu antè prædictas esse, ideóque hasce ethnicorum impietati, ac inexplebili præsertim Christianos excruciandi libidini, quas ibidem vehementer castigat, adscribendas esse; non autem Christianæ religioni, cujus cultorum mansuetudinem, & in adversis omnibus æquanimitatem, preceſque pro ipsis persecutoribus suis commendat. Nec prætermisit idolorum inanitatem acriter sugillare, & expositâ eorumdem impotentiâ, Demetrianum ad salubriora consilia, Christique sacra invitare. Longum foret singula recensere, quæ omnia eò spectant, ut Sanctus probet, quod dixerat:* Non enim, sicut tua falsa querimonia, & imperitia veritatis ignara jactat & clamat, ista accidunt, quòd dii vestri à nobis non colantur; sed quòd à vobis non colatur Deus.

eumdemque ad veritatem

614 *Non possum tamen tacitè præterire, quæ de exorcismorum in Ecclesia usu, miroque in reprobos spiritus, quos in idolis ethnici adorabant, imperio ibidem habet, Demetrianum non dubitanter ad illos provocans, ut vel ex invitis dæmonibus veritatem agnoscat. Sic enim fidenter illum alloquitur:* Pudeat te eos colere, quos ipse defendis; pudeat

C tutelam de iis sperare, quos tu ipse tueris. O si audire eos velles & videre, quando à nobis adjurantur & torquentur spiritalibus flagris, & verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur; quando ejulantes & gementes voce humanâ, & potestate divinâ flagella & verbera sentientes, venturum judicium confitentur! Veni, & cognosce, vera esse, quæ dicimus. Et quia sic deos colere te dicis, vel ipsis, quos colis, crede; aut si volueris & tibi credere, de te ipso loquetur, audiente te, qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantiæ nocte cæcavit. Videbis nos rogari ab eis, quos tu rogas, timeri ab eis, quos tu times, quos tu adoras. Videbis sub manu nostra stare vinctos & tremere captivos, quos tu suspicis & veneraris ut dominos.

& pœnitentiam amplectendam invitat.

615 Certè vel sic confundi in istis erroribus tuis poteris, quando conspexeris & audieris deos tuos, quid sint, interrogatione nostrâ statim prodere, &, præsentibus licèt vobis, præstigias illas & fallacias suas non posse celare. *Post hæc Demetriano salutaria monita tradit, quod & sub libri calcem denuò facit, ubi pro solita sua cari-*

tate divinam misericordiam ipsi commendat, & ad pœnitentiam vel ipso etiam vitæ suæ termino agendam hortatur. Nec quisquam, *inquit*, aut peccatis retardetur aut annis, quò minùs veniat ad consequendam salutem. In isto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla sera est. Patet ad indulgentiam Dei aditus, & quærentibus atque intelligentibus veritatem facilis accessus est: tu sub ipso licèt exitu & vitæ temporalis occasu pro delictis roges, & Deum, qui unus & verus est, confessione & fide agnitionis ejus implores, venia confitenti datur, & credenti indulgentia salutaris de divina pietate conceditur, & ad immortalitatem sub ipsa morte transitur. AUCTORE C. S.

Ad censuram Lactantii

616 *Liber hic, omni laude dignissimus, displicuit tamen Lactantio, qui lib. 5 divinarum Institutionum, cap. 4 rationem reddens, cur adversùs gentiles scriberet, de eo sic loquitur:* Non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non exsecutus est in ea oratione, quâ Demetrianum (sicut ipse ait) oblatrantem atque obstrepentem veritati redarguere conatur: quâ materiâ non est usus, ut debuit. Non enim Scripturæ testimoniis, quam ille utique vanam, fictam, commentitiamque putabat; sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cùm ageret contra hominem veritatis ignarum, dilatis paulisper divinis Lectionibus, formare hunc à principio tamquam rudem debuit, eique paulatim lucis principia monstrare, ne toto lumine objecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere vim non potest ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis & mollitudine alitur, donec, firmatis viribus, vesci fortioribus possit; ita & huic oportebat, quia nondum poterat capere divina, priùs humana testimonia offerri; id est, philosophorum & historicorum; ut suis potissimùm refutaretur auctoribus. Quod quia ille non fecit, raptus eximia eruditione divinarum Litterarum, ut iis solis contentus esset, quibus fides constat, accessi, Deo inspirante, ut ego facerem. *Ita Lactantius.*

respondetur:

617 *Verùm hanc illius censuram meritò rejecit Baronius in Annalibus ad annum 256, num.* 30, *rectè observans,* S. Cypriano *in hoc Opusculo propositum non fuisse Demetrianum, vel quoslibet alios gentiles, ad fidem capessendam instruere, nec omnes eorumdem cavillationes diluere; sed eas tantùm criminationes refutare, quas occasione famis & pestis, aliarumque cladium, Demetrianus impiè spargebat. Hic fuit scribendi scopus, huc in laudato Opusculo collimavit, & feliciter attigit, dum sacrarum Litterarum sententiis & vaticiniis sic usus est, ut ejusmodi calamitates in pœnam scelerum, quorum gentiles reos aliunde probabat, infligendas esse, in iis dudum antè prædictum esse ostenderit, atque ita iniquas eorum querelas compescuerit simul & Christianæ religionis sanctitatem demonstrârit, cujus veracia vaticinia tam manifestò experiebantur. Adde, quòd omninò verisimile sit,* S. Cyprianum *eâdem operâ Christianos confirmare voluisse, quos gentilium maledicta forsitan concusserant, præsertim cùm publicæ illæ calamitates omnibus communes essent, nec Christianos minùs, quàm ethnicos affligerent.*

eam S. Hieronymus retulit, at non ideò probavit.

618 *Tillemontius art.* 34 *in* S. Cypriano *similem de eodem libro censuram S. Hieronymo quoque adscribit; sed meo judicio perperam. Locus, quem laudat, est in epistola* 83, *al.* 84, *ubi legitur:* Cyprianus vir eloquentiâ pollens & martyrio, Firmiano narrante, mordetur, cur adversùs Demetrianum scribens, testimoniis usus sit pro-

AUCTORE C. S.

prophetarum & Apoſtolorum, quæ ille ficta & commentitia eſſe dicebat; & non potiùs philoſophorum & poëtarum, quorum auctoritati ut ethnicus contraire non poterat. *Ita quidem ſanctus doctor Lactantii cenſuram retulit; ſed non propterea approbavit, nec, ut probaret, exigebat ipſius ſcriptionis argumentum. Quæſierat nempe ab eo Magnus, cur in lucubrationibus ſuis ſecularium rerum exempla divinis inſeruiſſet. Reſpondet, id ſacris ſcriptoribus, quos plurimos recenſet, minimè inuſitatum eſſe; quin &* S. Cyprianum *à Lactantio argui, quòd is etiam ſolis gentilium teſtimoniis contra Demetrianum uſus non fuiſſet. Verùm hanc cenſuram referre S. Hieronymus hîc potuit, licèt eam non probaret; cùm ipſi oſtendiſſe ſufficeret, veteribus non diſplicuiſſe illum ſcribendi modum, quo etiam profana teſtimonia adhibebantur.*

§ XXXVI. Scribit librum de Mortalitate, item alterum de Opere & Eleëmoſyna.

B

Gregem peſte conſternatum,

EXitialis lues, de qua § 34 egimus, quæque Romanum orbem multis annis attrivit, ſancto Antiſtiti occaſionem dedit alterius Opuſculi, qui de Mortalitate *inſcribitur, componendi, quem S. Pontius num.* 14 *Vitæ poſt librum ad Demetrianum deſignavit his verbis:* A quo Chriſtiani mollioris affectûs circa amiſſionem ſuorum, aut, quod magis eſt, fidei parvioris, conſolarentur ſpe futurorum? *Adverterat* S. Cyprianus, *nonnullos è plebe ſua tam diro, tamque diuturno malo à priſtina conſtantia roboreque dejectos, non eâ, quâ Chriſtianos decebat mente, immiſſam à Deo peſtilentiam ferre; ſed vel ex animi imbecillitate, vel mortalis vitæ deſiderio, vel mollitie ſexûs, vel denique ex fidei ſuæ infirmitate ignaviter ſe gerere, nec divinum, ut par erat, in ipſa lue munus agnoſcere. Acceſſerant & revelationes, per quas Sancto frequenter injunctum fuerat, ut fideles moneret, ne gentilium more ſuorum funera flerent, eorumve memoriam pullis veſtibus proſequerentur, quorum animas induménta alba in cœlis jam exornabant; nempe ne hujuſmodi luctûs ſignificatione ethnicis anſam darent criminandi Chriſtianos, quòd fidem, quam verbis profitebantur, mente non probarent, dum, quos apud Deum vivere dicerent, velut exſtinctos & perditos lugerent.*

C

& ſuorum funera lugentem

620 *Ut igitur labantes ſui gregis animos ſalutaribus monitis erigeret ac confirmaret, & ſimul divino nutui parêret, librum* de Mortalitate *edidit, in cujus exordio ſcribendi cauſam his verbis expoſuit:* Etſi apud plurimos veſtrûm, fratres dilectiſſimi, mens ſolida & fides firma, & anima devota, quæ ad præſentis mortalitatis copiam non movetur, ſed tamquam petra fortis & ſtabilis turbidos impetus, & violentos ſeculi fluctus frangit potiùs ipſa, nec frangitur; & tentationibus non vincitur, ſed probatur; tamen, quia adverto, in plebe quoſdam vel imbecillitate animi, vel fidei parvitate, vel dulcedine ſæcularis vitæ, vel ſexûs mollitie, vel, quod majus eſt, veritatis errore, minùs ſtare fortiter, nec pectoris ſui divinum atque invictum robur exſerere, diſſimulanda res non fuit, nec tacenda, quò minùs, quantùm noſtra mediocritas ſufficit, vigore pleno, & ſermone de Dominica lectione concepto, delicatæ mentis ignavia comprimatur, & qui homo Dei & Chriſti eſſe jam cœpit, Deo & Chriſto dignus habeatur. D

Sanctus à Deo monitus

621 *De cæleſtibus verò monitis, quibus ad ſcribendum pariter impulſus fuit, poſt multa ait:* Nobis quoque ipſis minimis & extremis quoties revelatum eſt, quàm frequenter atque manifeſtè de Dei dignatione præceptum eſt, ut conteſtarer aſſiduè, & publicè prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos, accerſitione Dominica de ſæculo liberatos; cùm ſciamus, non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, ut proficiſcentes, ut navigantes ſolent: deſiderari eos debere, non plangi; nec accipiendas eſſe hîc atras veſtes, quando illi ibi indumenta alba jam ſumpſerint: occaſionem dandam non eſſe gentilibus, ut nos meritò ac jure reprehendant, quòd, quos vivere apud Deum dicimus, ut exſtinctos & perditos lugeamus, & fidem, quam ſermone & voce depromimus, cordis & pectoris teſtimonio non probemus. Spei noſtræ ac fidei prævaricatores ſumus; ſimulata, ficta, fucata videntur eſſe, quæ dicimus. Nihil prodeſt verbis ſcire virtutem, & factis deſtruere veritatem. E

confirmat per librum de Mortalitate,

622 *Ut verò vitâ functos fideles minimè deflendos eſſe docet, ita nec vivis peſtilentiam illam, præſentemque mortem pertimèſcendam; ſed deſiderandam potiùs & veluti divinum munus amplectendam eſſe oſtendit; quippe quæ innumeris calamitatibus ac periculis ſubductos ad æterna gaudia tranſmittit. Id autem eo argumentorum pondere, eâ ſermonis gravitate ſimul & ſuavitate, iiſque ſententiis exſecutus eſt, ut nihil præterea in hoc genere meritò deſideres, nec minùs Viri eloquentiam, quàm pietatem ac religionem mireris. Longum foret ſingula referre, neque id hujus loci eſt: juverit tamen aliqua ſpecimina dediſſe, ex quibus ipſius de hac peſtilentia, quam multi tantopere formidabant, animi ſenſum, firmamque fidem ac ſpem, atque hinc ortum æternæ vitæ deſiderium & mortalis contemptum liceat cognoſcere.* Regnum Dei, *inquit*, fratres dilectiſſimi, eſſe cœpit in proximo, præmium vitæ, & gaudium ſalutis æternæ, & perpetua ſecuritas, & poſſeſſio paradiſi nuper amiſſa, mundo tranſeunte jam veniunt; jam terrenis cæleſtia, & magna parvis, & caducis æterna ſuccedunt. Quis hîc anxietatis & ſollicitudinis locus eſt? Quis inter hæc trepidus & mœſtus eſt, niſi cui ſpes & fides deeſt? F

de defectu fidei

623 Ejus eſt enim mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire: ejus eſt ad Chriſtum nolle ire, qui ſe non credat cum Chriſto incipere regnare. Scriptum eſt enim, juſtum ex fide vivere. Si juſtus es, & fide vivis, ſi verè in Chriſtum credis, cur non cum Chriſto futurus, & de Domini pollicitatione ſecurus, quòd ad Chriſtum voceris, amplecteris, & quòd diabolo careas, gratularis. *Et rurſus, poſtquam Chriſti de æterno gaudio promiſſa retuliſſet;* Cùm ergò, *proſequitur*, Chriſtum videre gaudere ſit, nec poſſit eſſe gaudium noſtrum, niſi cùm viderimus Chriſtum; quæ cæcitas animi, quæve dementia eſt amare preſſuras & pœnas & lacrymas mundi, & non feſtinare potiùs ad gaudium, quod numquam poteſt auferri? Hoc autem fit, fratres dilectiſſimi, quia fides deeſt; quia nemo credit vera eſſe, quæ promittit Deus, qui verax eſt, cujus ſermo credentibus æternus & firmus eſt.

nonnullos arguens,

624 Si tibi vir gravis & laudabilis aliquid polliceretur, haberes utique pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab eo crederes, quem ſtare in ſermonibus atque in actibus ſuis ſcires. Nunc Deus to-

A tecum loquitur; & tu mente incredula perfidus fluctuas; Deus tibi de hoc mundo recedenti immortalitatem atque æternitatem pollicetur; & tu dubitas? Hoc eſt Deum omninò non nôſſe; hoc eſt Chriſtum, credentium Dominum & Magiſtrum peccato incredulitatis offendere; hoc eſt in Eccleſia conſtitutum, fidem in domo fidei non habere. *Ex hiſce aliiſque ſic ſtatuit:* Gratulari magis oportet, & temporis munus amplecti, quòd, dum noſtram fidem fortiter promimus, & labore tolerato, ad Chriſtum per anguſtam Chriſti viam pergimus, præmium vitæ ejus & fidei, ipſo judicante, capiamus. Mori planè timeat, ſed qui ex aqua & Spiritu non renatus, gehennæ ignibus mancipatur. Mori timeat, qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur. . .

& ex mortalis vitæ miſeriis,

625 Multi ex noſtris in hac mortalitate moriuntur; hoc eſt, multi ex noſtris de ſeculo liberantur. Mortalitas iſta, ut Judæis & gentilibus & Chriſti hoſtibus peſtis eſt, ita Dei ſervis ſalutaris exceſſus eſt. Hoc, quòd ſine ullo diſcrimine generis humani cum injuſtis moriuntur & juſti, non eſt, quòd putetis, bonis & malis interitum eſſe communem. Ad refrigerium juſti

B vocantur, ad ſupplicium rapiuntur injuſti. Datur velociùs tutela fidentibus, perfidis pœna. *Hæc erat Sancti in Chriſtum fiducia, hæc fides, & de peſte, aliis tam horrida, exiſtimatio. Quid verò de hac vita, cujus amor multos retinebat, ipſe ſentiret, accipe:* Ceterùm quid aliud in mundo, quàm pugna adverſùs diabolum quotidie geritur, quàm adverſus jacula ejus & tela conflictationibus aſſiduis dimicatur? Cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congreſſus eſt, cum carnalibus vitiis, cum illecebris ſæcularibus aſſidua & moleſta luctatio eſt. Obſeſſa mens hominis, & undique diaboli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit.

quas mors tollit, probans peſtem

626 Si avaritia proſtrata eſt, exſurgit libido. Si libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio. Si ambitio contempta eſt, ira exaſperat, inflat ſuperbia, vinolentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abſcindit. Cogeris maledicere, quod divina lex prohibet, compelleris jurare, quod non licet. Tot perſecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgetur; & delectat hîc inter diaboli gladios diu ſtare, cùm magis concupiſcendum ſit & optandum, ad Chriſtum, ſubveniente velociùs morte, properare *&c. Præter hæc etiam alia commoda ex lue iſta recenſet, propter quæ eam velut divinum munus amplectendam eſſe, ſolidis rationibus demonſtrat. Et inter cetera quidem ait:* Improvidi & ingrati ſumus, fratres dilectiſſimi, ad divina beneficia; nec, quid nobis conferatur, agnoſcimus. Excedunt, ecce, in pace tutæ cum gloria ſua virgines, venientis antichriſti minas & corruptelas & lupanaria non timentes; pueri periculum lubricæ ætatis evadunt, ad continentiæ atque innocentiæ præmium feliciter perveniunt.

C

velut Dei munus amplectendam eſſe.

627 Tormenta jam non timet delicata matrona, metum perſecutionis & manus cruciatuſque carnificis moriendi celeritate lucrata. Pavore mortalitatis & temporis accenduntur tepidi, conſtringuntur remiſſi, excitantur ignavi, deſertores compelluntur, ut redeant; gentiles coguntur, ut credant, vetus fidelium populus ad quietem vocatur; ad aciem recens & copioſus exercitus robore fortiore colligitur, pugnaturus ſine metu mortis, cùm prælium venerit, qui ad militiam tempore mortalitatis accedit. Quid deinde illud, fratres dilectiſſimi, quale eſt, quàm neceſſarium, quòd

peſtis iſta & lues, quæ horribilis & feralis videtur, explorat juſtitiam ſingulorum & mentes humani generis examinat; an infirmis ſerviant ſani, an propinqui cognatos piè diligant, an miſereantur ſervorum languentium domini, an deprecantes ægros non deſerant medici, an feroces violentiam ſuam comprimant, an rapaces avaritiæ furentis inſatiabilem ſemper ardorem vel metu mortis exſtinguant, an cervicem flectant ſuperbi, an audaciam leniant improbi, an pereuntibus caris, vel ſic aliquid divites indigentibus largiantur, & donent ſine herede morituri. Ut nihil aliud mortalitas iſta contulerit, hoc Chriſtianis & Dei ſervis plurimum præſtitit, quòd martyrium cœpimus libenter appetere, dum mortem diſcimus non timere. Exercitia ſunt nobis iſta, non funera; dant animo fortitudinis gloriam, contemptu mortis præparant ad coronam. AUCTORE C. S.

Epiſcopus quidam ob amorem vitæ

628 *Æquo longior eſſem, ſi ſingula ſanctiſſimi Præſulis hujuſmodi eximia ſenſa proſequerer: attamen lectori non ingratum fore duxi, ſi alterius epiſcopi exemplum, quo Sanctus nonnullorum ignaviam, qui modò de perſecutione, modò de lue querebantur, redarguit; quodque ex eo in S. Auguſtini Hipponenſis Vita cap. 5, num. 59 a-*

E *pud nos tomo* VI *Auguſti, tamquam ſancto huic doctori notum, retulit S. Poſſidius, hic quoque recenſerem. Sic igitur habet:* Denique ut manifeſtiùs divinæ providentiæ indicia clareſcerent, quòd Dominus præſcius futurorum ſuis conſulat ad veram ſalutem; cùm quidam de collegis & conſacerdotibus noſtris infirmitate defeſſus, & appropinquante jam morte ſollicitus, commeatum (*id eſt, longiorem vitam & ſanitatem*) ſibi precaretur, adſtitit deprecanti, & jam pœnè morienti juvenis, honore & majeſtate venerabilis, ſtatu celſus & clarus aſpectu, & quem aſſiſtentem ſibi vix poſſet humanus aſpectus oculis carnalibus intueri, niſi quòd talem videre jam poterat de ſæculo receſſurus.

divinitus increpitus.

629 Atque ille non ſine quadam animi & vocis indignatione infremuit, & dixit: Pati timetis, exire non vultis; quid faciam vobis? Increpantis vox eſt (*proſequitur Sanctus noſter*) & monentis, qui de perſecutione ſollicitis *, de acceſſitione ſecuris *, non conſentit ad præſens deſiderium, ſed conſulit in futurum. Audivit frater noſter & collega moriturus, quod ceteris diceret: nam qui moriturus audivit, ad hoc audivit, ut diceret: audivit non ille ſibi, ſed nobis; nam quid ſibi diſceret, jam receſſurus? Didicit immò nobis remanentibus, ut, dum ſacerdotem, qui commeatum petebat, increpitum eſſe comperimus, quid nobis expediat, agnoſceremus. *Quod ad tempus ſcripti Operis ſpectat, ex iis, quæ num. 626 & ſequenti ex eo retulimus, ſatis liquet, iſtud in Eccleſiæ pace, aut ſaltem ſopita perſecutione compoſitum fuiſſe. Hinc illud aliqui probabiliter referunt ad imperium Valeriani, qui Gallo ac Voluſiano ex communiori ſententia circa menſem Majum anni 253, nec diu poſt etiam Æmiliano, occiſis, imperator creatus eſt, & ſub quo Eccleſia paucis annis ſatis tranquilla pace gaviſa eſt.*

* *fortè* ſollicitus
* *fortè* ſecurus

F

Liber hic à veteribus laudatus.

630 *Præter SS. Pontium ac Poſſidium ſuprà laudatos, prædicti libri de Mortalitate pariter meminêre, eumdemque* S. Cypriano *adſcribunt S. Hieronymus, vel Euſebius in Chronico, & S. Auguſtinus, variis in locis teſtimonia ex eo deprompta contra Pelagianos ac Semi-pelagianos producens. Suffecerit unum & alterum hujus locum aſſignâſſe. In libro de Prædeſtinatione Sanctorum,*

AUCTORE C. S. *cap.* 14 *novissimæ editionis Parisiensis sic habet :* Scripsit librum de Mortalitate Cyprianus, multis, ac penè omnibus, qui Ecclesiasticas litteras amant, laudabiliter notum. *In epistola verò* 217 *ad Vitalem, cap.* 6 *ex adversariorum principiis veluti absurdum infert, librum illum reprobandum fore*; Totusque, *inquiens*, ille de Mortalitate liber gloriosissimi martyris Cypriani reprobandus & abjiciendus est, in quo tota ejus intentio est, ut sciamus, bonis fidelibus gratulandum esse morientibus, quando hujus vitæ tentationibus auferuntur, deinceps in beatissima securitate mansuri. *Ceterùm responsum non meretur Christophorus Sandius, seculi proximè elapsi Arianus, qui, teste Pearsonio, leviſſimo, imò, nullo argumento ductus, eximium istud Opusculum, quale nunc exstat, inter supposititia rejiciendum esse deliravit. Consuli potest prædictus Pearsonius in Annalibus ad annum* 252, *num.* 17, *ubi inanem ipsius objectionem solidè refutavit.*

Scribit librum

631 *Alterum* S. Cypriani *Opus S. Pontius post mox memoratum recensuit his verbis:* Unde sic misericordiam . . . discceremus? *quibus librum* de Opere & Eleëmosyna *sine dubio designavit. Hunc*

B *pariter in pace Ecclesiæ scriptum esse, argumenmento est ejusdem clausula, quæ nullam persecutionem tum fuisse insinuat, atque ita habet :* Si expeditos, si celeres, si in hoc operis agone currentes, dies nos vel redditionis, vel persecutionis invenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad præmium deerit. In pace vincentibus coronam candidam pro operibus dabit, in persecutione purpuream pro passione geminabit. *Hæc ibi; nec ullum in eo occurrit persecutionis tum vigentis vestigium; unde colligimus, hunc quoque librum probabiliter sub Valeriano compositum esse. Scriptionis argumentum, quod ipse libri titulus satis indicat, S. Hieronymus in epistola* 54, *aliàs* 26, *ad Pammachium sic breviter exposuit :* Quantas vires habeat misericordia, & quibus donanda sit præmiis, & beatus Cyprianus grandi volumine prosequitur, & Danielis consilium probat, qui regem impiissimum, si se audire voluisset, scit pauperum sustentatione salvandum.

de Opere & eleëmosyna :

632 *De eodem Opere etiam meminit S. Augustinus in libro contra duas epistolas Pelagianorum, cap.* 10, *&* lib. 2 *contra Julianum, cap.* 8, *quorum priori loco* Epistola de Opere

C & eleëmosynis, *posteriori item* Epistola de eleëmosynis *vocatur. Eumdem præterea laudârunt patres concilii Ephesini generalis, sub Cælestino I Papa celebrati, in cujus Actione* 1 *apud Labbeum tom.* 3 *Concil., col.* 511 *illius exordium Græcè versum exstat sub titulo, qui ibidem col.* 512 *Latinè sic habet :* Cypriani beatissimi episcopi & martyris ex Tractatu de eleëmosyna. *Plura de hoc libro, qui Auctore suo, ejusque pietate verè dignus est, non addo præter unum locum, in quo vetus eleëmosynas in ecclesiis largiendi, panemque, qui in Sacrificio consecraretur, offerendi usus, in Carthaginensi ecclesia tum observatus fuisse indicatur.*

vetus Ecclesiæ usus ex eo observatus.

633 *Sanctus enim in eo aliquarum avaritiam redarguens; sic ait :* Locuples & dives es; & Dominicum celebrare te credis, quæ corban omninò non respicis; quæ in Dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis. Intuere in Euangelio viduam, præceptorum cælestium memorem, inter ipsas pressuras & angustias egestatis operantem, in gazophylacium duo, quæ sola sibi fuerant, minuta mittentem... Pudeat divites steritatis atque infidelitatis suæ. Vidua, & vidua inops, rebus dives in opere invenitur: cúmque universa, quæ dantur, pupillis & viduis conferantur, dat illa, quam oportebat accipere. *Pro* corban *Pamelius & Fellus* corbonam *legunt, quod ejusdem significationis est, & pro thesauro oblationum, vel pro ipsis oblatis eleëmosynis accipitur. Dominicum modò pro die Dominica, modò pro Sacrificio, modò etiam pro ecclesia à veteribus usurpatum fuit, ut ex hoc etiam loco patet. De more autem panis à fidelibus laicis in Sacrificii usum offerendi consuli inter ceteros potest Pamelius in Annotatis ad hunc ipsum locum.* D

§ XXXVII. S. Stephanum Papam rogat, ut Marcianum Arelatensem episcopum deponi jubeat: scribit adversùs Basilidem & Martialem episcopos lapsos in Hispania: Florentium Pupianum criminatorem redarguit.

S. Stephanum per litteras rogat,

Diximus suprà § 32, *S. Cornelio Centumcellis in Hetruria martyrio coronato S. Lucium in Romanam S. Petri Cathedram successisse. Lucio similiter per martyrium sublato suffectus est S. Stephanus; quod anno* 253 *innectendum esse, Boschius noster tom.* 1 *Augusti, ad diem* 2, § 2 *cum communiori sententia statuit, quam etiam nos sequimur. Dubium non est, quin* S. Cyprianus *cum ceteris provinciæ suæ episcopis ad hunc sanctum Pontificem, sicuti ad duos præcedentes fecerat, litteras transmiserit, ut suam ipsi electionem gratularetur, & Pontificatum agnosceret: verùm hæ litteræ ad nos non pervenerunt. Prima, quæ à Sancto nostro ad Stephanum scripta exstat,* 67 *est inter Cyprianicas, quam laudatus Boschius noster post Pearsonium non ante annum* 254 *missam esse meritò censuit; quia in ea dicuntur multi è lapsis* annis istis superioribus excessisse sine pace: *cui malo ut impositerum occurreretur, laudata epistola scripta est, ut jàm exponemus.* F

ut Marcianum Arelatensem,

635 *Marcianus Arelatensis in Narbonensi Gallia episcopus, Novatiani hæresim secutus, lapsis omnibus, ut ut sincerè pœnitentibus, & Ecclesiam cum gemitu, lacrymisque pulsantibus, pacem impiè negaverat; nec ullam eis veniæ spem hîc superesse volebat, licèt Romani Pontifices, omnesque per orbem Catholici antistites contrarium decrevissent. Hinc factum, ut superioribus annis multi ex pœnitentibus istis sine absolutione paceque Ecclesiæ excesserint, multique etiam tum sic morerentur. Neque hanc impietatem suam dissimulabat Marcianus; sed palàm gloriabatur, jactabatque, se Novatiano adhærere; nec à ceteris episcopis excommunicatum esse, sed sese ipsum ab eorum communicatione sponte sua segregâsse. Non poterant reliqui Galliarum episcopi tantam Marciani pervicaciam, tantamque Dominici gregis stragem sine dolore intelligere; ideóque ad S. Stephanum litteras dederunt, ut pro suprema auctoritate sua pereuntibus Christianis provideret, & auctorem mali compesceret.*

636 *Inter ceteros verò Fanstinus Lugdunensis in*

A *in Gallia Celtica episcopus, hac super re semel atque iterum etiam ad* S. Cyprianum *scripserat, ejusque consilium, &, si quam ferre posset, opem flagitaverat. Hic autem rei indignitate ac tot pœnitentium periculo commotus, per laudatam epistolam ad S. Stephanum recurrit, rogavitque, ut Apostolicas litteras in Gallias ocyùs destinaret, quibus Marcianum exauctorari, aliumque in ejus sedem suffici juberet. Epistolæ initium sic habet :* Cyprianus Stephano fratri salutem. Faustinus collega noster Lugduni consistens, frater carissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam vobis scio utique nuntiata tam ab eo, quàm à ceteris coëpiscopis nostris in eadem provincia constitutis, quòd Marcianus Arelate consistens Novatiano sese conjunxerit, & à Catholicæ Ecclesiæ unitate atque à corporis nostri & sacerdotii consensione discesserit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam pravitatem, ut servis Dei, pœnitentibus & dolentibus, & Ecclesiam lacrymis & gemitu & dolore pulsantibus, divinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudantur; nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati; sed sine spe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciantur.

episcopum hæreticum,

B

637 Cui rei nostrum est consulere & subvenire, frater carissime, qui divinam clementiam cogitantes, & gubernandæ Ecclesiæ libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis, & curandis vulneratis, bonitatis & misericordiæ divinæ medicinam non denegemus. *Mox, quid facto opus existimet, subdit*; Quapropter, *inquiens*, facere te oportet plenissimas litteras ad coëpiscopos nostros in Galliis constitutos, ne ultrà Marcianum pervicacem & superbum, & divinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quòd necdum videatur à nobis abstentus, qui jam pridem jactat & prædicat, quòd Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, à communicatione se nostra segregaverit; cùm Novatianus ipse, quem sequitur, olim abstentus, & hostis Ecclesiæ judicatus sit.

per cujus impietatem multi

638 *Et iterum aliquibus interjectis, sic prosequitur :* Quàm vanum est, frater carissime, ut Novatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem à sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, & de majestate ac dignitate Ecclesiæ judicare. Dirigantur in provinciam & ad plebem Arelate consistentem à te litteræ, quibus abstento Marciano, alius in locum ejus substituatur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine pace; vel ceteris subveniatur, qui supersunt, qui & diebus ac noctibus ingemiscunt, & divinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opitulationis exposcunt.

sine pace obierant,

C

639 *Pergit deinde variis rationibus sententiisque è sacra Scriptura petitis S. Stephano persuadere, ut, depositio Marciano, periclitanti ipsius gregi succurrat. Inter cetera etiam SS. Cornelii Luciique auctoritatem, honoremque adducit, qui applaudentibus omnibus per totum mundum Catholicis episcopis, pacem lapsis pœnitentibus dandam decreverunt, quam hæreticus illo tam crudeliter recusabat. Denique veluti de sancti Pontificis ad sua postulata assensu jam certus, in epistolæ fine petit :* Significa planè nobis, quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, ut sciamus, ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus. *Quid porrò hac in causa egerit S. Stephanus, incompertum est; dejectum tamen ab eo è sede sua fuisse Marcianum, laudatus Boschius noster, aliique id argumento esse putant, quòd ejus nomen in antiquis ecclesiæ Arelatensis diptychis, à Mabillonio tomo 3 Analectorum, pag. 432 editis, non legatur. Ad Joannis Launoyii objectiones, quibus hanc epistolam* S. Cypriano *abjudicavit, necesse non est, ut respondeam: cùm ea ab eruditis meritò rejiciantur, ad easque jam responderit Pearsonius in Annalibus ad annum 254, Tillemontius, aliique.*

exauctorari jubeat.

AUCTORE C. S.

640 *Circa idem circitèr tempus referri solet Martialis & Basilidis causa, de qua nonnulla S. Stephanum inter sanctumque* Cyprianum *dissensio intercessit. Illorum unus erat Legionensis atque Asturicensis, alter Emeritensis in Hispaniis episcopi; sed uterque libellaticus, aliisque præterea criminibus inquinatus. Nam Basilides è morbo decumbens, Deum blasphemaverat; Martialis verò præter turpia & lutulenta convivia, in gentilium collegio frequentata, ibidem etiam filios suos exterarum gentium more tumulaverat, actisque publicè habitis apud procuratorem ducenarium,* E *obtemperâsse se idololatriæ & Christum negâsse, fuerat confessus. Ob hæc aliaque multa ac gravia crimina episcopatu suo à plebe & vicinis episcopis dejecti fuêre, in eorumdemque locum Sabinus & fortè etiam Felix suffecti & ordinati. Et Basilides quidem exauctorationem illam satis æquo animo primò tulisse videtur; cùm hic, teste* S. Cypriano *in epistola* 68, episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens, ad agendam pœnitentiam conversus sit, Deum deprecans, & satis gratulans, si sibi vel laico communicare contingeret.

Basilidem & Martialem exauctoratos episcopos,

641 *Sed sive eam pœnitentiam humilitatemque simulaverit, sive mentem deinde mutârit, postea Romam ad S. Stephanum recurrit, ab eoque sedi suæ restitutus est, quod & Martialem fecisse, impetrâsseque omninò verisimile est; licèt* S. Cyprianus *id tam clarè non asserat, sed eum ad episcopatum suum retinendum* fallaciâ *usum esse tantùm dicat. Ea res utriusque diœcesis plebem, vicinosque episcopos non parùm turbavit, & ut in hujusmodi contentionibus solet, in duas partes divisit, quarum una Martialem ac Basilidem tamquam jure meritòque depositos aversabatur, alia tamquam Pontificia auctoritate restitutos recipiebat. Qui è priori parte stabant, Felicem ac Sabinum, eos ipsos fortè, quos in priorum locum suffectos diximus, cum litteris rem totam complectentibus, quibus suas etiam Felix alter Cæsaraugustanus, ut apparet, episcopus addidit, Carthaginem ad* S. Cyprianum *destinârunt, rogârunt-* F *que, ut suo ille* vel solatio vel auxilio *sese adjuvaret.*

in sedes suas restitui molientes,

642 *Celebrabat tum* S. Cyprianus *concilium, ad quod 36 episcopi, Carthaginensis sedis suffraganei, convenerant; in quo cùm laudatæ litteræ lectæ, legatique auditi fuissent, visum est omnibus, Martialem ac Basilidem ob prædicta crimina meritò exauctoratos, Sabinumque & Felicem illis legitimè substitutos fuisse; ideóque hos in sedibus suis confirmandos, illos verò ab iisdem omninò arcendos, nec communicandum cum iis imposterum esse. Hanc sententiam suam sanctus Metropolita & triginta illi & sex episcopi per epistolam 68, cui omnium nomina præfixa sunt,* Felici presbytero & plebibus consistentibus apud Legionem & Asturicæ, item Lælio diacono &

Sanctus ab iis arceri curat, ratus

AUCTORE C. S.

plebi Emeritæ conſiſtentibus remiſerunt. *Rationem autem hanc allegant:* Cùm manifeſtum ſit, ejuſmodi homines nec eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe, nec Deo Sacrificia offerre debere; maxime cùm jam pridem nobiſcum & cum omnibus omnino epiſcopis in toto mundo conſtitutis etiam Cornelius collega noſter, ſacerdos pacificus ac juſtus, & martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejuſmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione autem cleri atque ſacerdotali honore prohiberi.

S. Stephano impoſitum fuiſſe,

643 *Quod ad S. Stephanum pertinet, reſpondent, eum deceptum fuiſſe; nec impoſtoribus ſuam fallaciam prodeſſe debere.* Nec reſcindere, *inquiunt*, ordinationem (*Sabini*) jure perfectam poteſt, quòd Baſilides poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam, Romam pergens, Stephanum, collegam noſtrum, longè poſitum & geſtæ rei ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi ſe injuſtè in epiſcopatum, de quo fuerat jure depoſitus. Hoc eò pertinet, ut Baſilidis non tam abolita ſint, quàm cumulata delicta; ut ad ſuperiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen acceſſerit. Neque enim tam culpandus eſt ille, cui
B negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus Baſilides potuit, Deo non poteſt. *De Martiale quoque ſubdunt:* Sed nec Martiali poteſt profuiſſe fallacia, quo minùs ipſe quoque delictis gravibus involutus epiſcopatum tenere non debeat, quando & Apoſtolus moneat & dicat: Epiſcopum oportet eſſe ſine crimine, quaſi Dei diſpenſatorem. *Porrò ex adductis locis Eminentiſſimus Baronius, Tillemontius, aliique ſine ullo ſcrupulo admittunt, ſancto Pontifici Stephano à Baſilide & Martiale, aut certè ab horum priore fraudulenter impoſitum, reſtitutionemque ſedium ſuarum per obreptionem impetratam fuiſſe, quemadmodùm* S. Cyprianus *clarè aſſeverat.*

quod non omninò certum eſt.

644 *Contrà verò Boſchius noſter loco ſuprà laudato omnem obreptionis negligentiæque ſuſpicionem à ſancto illo Pontifice amoliri conatur, dubiumque facit, uiri è duobus Sanctis, Stephano, an* Cypriano *potiùs impoſitum fuerit. Verùm de his aliiſque huc ſpectantibus ipſe loco citato conſuli poteſt; id unum hîc obſervo,* S. Cyprianum *Romani Pontificis in ceteros epiſcopos auctoritatem, quam in Marciani Arelatenſis epiſcopi cauſa imploravit,*
C *in hac quoque agnoviſſe; cùm alioquin ad obreptionem recurrere non debuiſſet, ut Baſilidi epiſcopatum ſuum immeritò reſtitutum probaret. Ceterùm quem finem hæ turbæ Hiſpanicæ habuerint, nemo veterum tradidit; nec apud neotericos de eo aliquid certi reperi. Vide tamen, ſi lubet, laudatum Boſchium in S. Stephano, Cardinalem Aguirrium tom.* 1 *Collectionis maximæ Conciliorum Hiſpaniæ, diſſert.* 14, *excurſu* 3 *ad epiſt. S. Sixti; & Pinium tom.* 2 *Auguſti, die* VI, § 5 *in Commentario prævio ad Martyrium ejuſdem S. Sixti Pontificis martyris, ubi de illius epiſtolæ auctoritate actum eſt.*

Adverſus Pupiani, qui nec epiſcopus,

645 *Hiſce duabus epiſtolis ſubjungimus & aliam* 69, *quam juſta ſuæ famæ ſuique epiſcopatûs defenſio ſancto Antiſtiti noſtro ſcribendam ſuaſit. Eſt ea apologetica contra Florentii Pupiani calumnias, quam anno* 254 *vel* 255 *ſcriptam fuiſſe ex eo patet, quòd Sanctus annum ſextum epiſcopatûs ſui in illa numeret, quo illum anno* 248 *vel* 249 *initiatum eſſe,* § 5 *probavimus. An Florentius ille Pupianus epiſcopus fuerit, dubitavit Pamelius ob præfixum fratris in epigrapha nomen; ſic enim legitur:* Cyprianus, qui & Thaſcius, D Florentio, cui & Pupiano, fratri ſalutem. *Africanum epiſcopum illum Pearſonius quoque credidit, non alio, quantùm apparet, argumento. Verùm ſola* fratris *compellatio dignitatem illam minimè inſinuat; nec quidquam in tota epiſtola occurrit, quod eam ipſi vindicet; quin potiùs Sanctus in ea ſic loquitur, ut cum rebelli contemnendoque ſubdito epiſcopum agere decet; nihilque obſtat, quo minùs laicus aliquis, ſed eminentioris conditionis vel auctoritatis fuiſſe credatur.*

nec confeſſor fuiſſe videtur,

646 *Non magis certum eſt, quod de confeſſionis illius tempore perſecutionis gloria laudati Pamelius ac Pearſonius crediderunt, ſeriò dicta rati, quæ Sanctum per ironiam dixiſſe alii arbitrantur, dum in eadem epiſtola ad Puppianum ait:* Ne fortè claritatis, & martyrii tui dignitas noſtrâ communicatione maculetur (*animadverto te*) in mores noſtros diligenter inquirere. *Et rurſus poſt multa:* Perſecutio enim veniens te ad ſummam martyrii ſublimitatem provexit. *Sed ironicè hæc accipienda eſſe, veriſimile facit, quod poſteriori loco mox ſubdit,* Me autem, *inquiens*, proſcriptionis onere depreſſit (*eadem perſecutio*); cùm publicè legeretur: „Si quis tenet vel poſſi- E „det de bonis Cæcilii Cypriani, epiſcopi Chri- „ſtianorum: „ ut etiam, qui non credebant Deo Epiſcopum conſtituenti, vel diabolo crederent Epiſcopum proſcribenti. Nec hæc jacto, ſed dolens profero, cùm te judicem Dei conſtituas & Chriſti. *Hæc ſanè ignaviam exprobrantis potiùs ſunt, quàm confeſſionem laudantis.*

criminationes

647 *Id ipſum ſub finem epiſtolæ ſatis ſignificat, dum ait:* De iis autem, quæ tu egiſti vel in perſecutione, vel in pace, ſtultum eſt, ut velim te judicare, quando tu magis judicem te noſtri conſtitueris. *Ironiâ igitur, quam etiam aliàs in hac eadem epiſtola ab eo adhibitam fuiſſe videbimus, Sanctus uſus videtur, dum ſublimitatem martyrii Pupiani prædicavit. Porrò ut ad ſcribendi cauſam argumentumque veniamus; Pupianus ille ante exortam Decii perſecutionem in* S. Cypriani *communione vixerat, ejuſdemque legitimum epiſcopatum agnoverat; at deinde dum Sancti obtrectatoribus nimis faciles aures præberet, ab eodem ſe, veluti à profano contaminatoque homine, ſegregavit. Obtrectatores illos fuiſſe è Feliciſſimi aſſeclis, qui lapſis omnibus ſine prævia pœnitentia pacem temerè impertiebantur, colligitur ex his, quæ Sanctus ibidem ſic habet:* Prævaluit autem apud te contra F divinam ſententiam, & contra conſcientiam noſtram, fidei ſuæ viribus nixam, inimicorum & malignorum commentum; quaſi apud lapſos & prophanos & extra Eccleſiam poſitos, de quorum pectoribus exceſſerit Spiritus ſanctus, eſſe aliud poſſit, niſi mens prava, & fallax lingua, & odia venenata, & ſacrilega mendacia.

Sanctus ſe defendit,

648 *Quibus verò probris ſchiſmatici illi Epiſcopum ſuum proſciderint, Sanctus non edicit, dixiſſe contentus, ea* infanda, turpia, etiam gentilibus exſecranda *fuiſſe. Hiſce criminationibus infatuatus Pupianus, omnes, qui cum* S. Cypriano *communicabant, pro excommunicatis habebat; eóque devenerat arrogantiæ, ut ſanctum Præſulem de objectis criminibus per litteras compellaret, negaretque ſeſe ipſius epiſcopatum agniturum, niſi ea apud ſe purgâſſet. Tanta impudentiſſimi hominis audacia, quâ ſeſe Epiſcopi judicem conſtituerat, Sanctum, qui ad criminationes diu ſiluerat, ad ſui ſuique epiſcopatûs defenſionem denique induxit. Scripſit ergò laudatam epiſtolam* 69, *in qua acri ſtylo cauſam ſuam ſic egit, ut dignita-*

tis

A *tis ſuæ memor, objecta crimina ſingulatim refutare paſſim contempſerit, nec niſi Dei judicium ac Eccleſiæ ſuffragium pro integritate ſua comprobanda adversùs maledicos illos protulerit, eoſdemque divinis comminationibus ad officium ſuum revocare conatus ſit.*

& ſuperbum hominem

649 *Superbiam tamen Pupiani, quam hic ſibi inter cetera objecerat, contundere, inſtituit.* Quod verò dixiſti, *ait*, ſacerdotes humiles eſſe debere, quia & Dominus & Apoſtoli ejus humiles fuerunt; humilitatem meam & fratres omnes & gentiles quoque optimè nôrunt & diligunt, & tu quoque noveras & diligebas, cùm adhuc in Eccleſia eſſes, & mecum communicares. Quis autem noſtrûm longè eſt ab humilitate, utrúmne ego, qui quotidie fratribus ſervio, & venientes ad eccleſiam ſingulos benignè & cum voto & gaudio ſuſcipio, an tu, qui te ipſum epiſcopum Epiſcopi, & judicem Judicis ad tempus à Deo dati conſtituis; cùm Dominus Deus in Deuteronomio dicat: „Et homo quicumque fecerit in ſu„perbia, ut non exaudiat ſacerdotem & judicem, „quicumque fuerit in diebus illis, morietur ho„mo ille„ *&c. Subdit & ſacræ Scripturæ ſententias, quibus inſani hominis arrogantiam retundat, eumque de debita epiſcopis reverentia admoneat.*

B

pro meritis ſpernens,

650 *Deinde eleganti, ſed acri ironiâ illum ſic aggreditur:* Quis enim hic eſt ſuperbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem ſuam præpoſitos & ſacerdotes vocare; ac niſi apud te purgati fuerimus, & ſententiâ tuâ abſoluti, ecce jam ſex annis & nec fraternitas habuerit Epiſcopum, nec plebs præpoſitum, nec grex paſtorem, nec eccleſia gubernatorem, nec Chriſtus antiſtitem, nec Deus ſacerdotem? Subveniat Pupianus, & ſententiam dicat, & judicium Dei & Chriſti in acceptum referat, ne tantus fidelium numerus, qui ſub nobis accerſitus eſt, ſine ſpe ſalutis & pacis exîſſe videatur; ne novus credentium populus nullam per nos conſecutus eſſe baptiſmi & Spiritûs ſancti gratiam judicetur; ne tot lapſis & pœnitentibus pax data & communicatio noſtrâ examinatione conceſſa, judicii tui auctoritate ſolvatur. Annue aliquando, & dignare pronuntiare de nobis, & epiſcopatum noſtrum cognitionis tuæ auctoritate firmare, ut Deus & Chriſtus ejus agere tibi gratias poſſint, quòd per te ſit Antiſtes & Rector altari eorum pariter & plebi reſtitutus.

C

& acriter caſtigans,

651 *Simili modo ad ſcrupulum, in quem de illius epiſcopatu inciderat Pupianus, quemque ſibi eximi poſtulaverat,* Cyprianus *reſpondit.* Dixiſti ſanè, *ait*, ſcrupulum tibi eſſe tollendum de animo, in quem incidiſti. Incidiſti, ſed tua credulitate inreligioſa: incidiſti, ſed tua mente & voluntate ſacrilega; dum inceſta, dum impia, dum nefanda contra Fratrem, contra Sacerdotem facilè audis, libenter credis, aliena mendacia quaſi propria & privata defendis. *Nec aliud ad hunc ſcrupulum reponit, quàm omnium Eccleſiæ ordinum faventem ſibi conſenſum; ac denuò novâ ironiâ uſus ſubjicit.* Niſi ſi omnes iſti communicantes mecum, ſecundùm quod ſcripſiſti, polluto noſtro ore polluti ſunt, & ſpem vitæ æternæ communicationis noſtræ contagione perdiderunt; Pupianus ſolus integer, inviolatus, ſanctus, pudicus, qui nobis miſcere ſe noluit, in paradiſo atque in regno cælorum ſolus habitabit.

conditiones, quibus ad communionem ſuam

652 *Objecerat præterea Pupianus, Africanam eccleſiam* Cypriani *culpâ ſchiſmate laborare; quam criminationem ſimiliter contemnens, reſpondet:* Scripſiſti quoque, quòd eccleſia nunc propter me portionem ſui in diſperſo habeat; quando omnis Eccleſiæ populus & collectus ſit & adunatus, & individuâ concordiâ ſibi junctus; ſoli illi foris remanſerint, qui, etſi intus eſſent, ejiciendi fuerant. *Plura ſtudioſus lector in ipſa epiſtola reperiet, quæ, ne longior ſim, prætereo. Non poſſum tamen omittere, quæ in fine epiſtolæ habet, ubi ſuperbo iſti homini, qui ſeſe illius judicem conſtituerat, conditiones proponit, quibus ad communicationem Eccleſiæ admitti poſſet, ſimulque ſuam Deum conſulendi ac perpetuò ſacrificandi conſuetudinem, frequenteſque viſiones & revelationes cæleſtes commemorat.* AUCTORE C. S.

admitti poſſit, proponi,

653 *Sic itaque habet:* Quam ob rem, frater, ſi majeſtatem Dei, qui ſacerdotes ordinat, cogitaveris; ſi Chriſtum, qui arbitrio & nutu ac præſentiâ ſuâ & præpoſitos ipſos & Eccleſiam cum præpoſitis gubernat, aliquando reſpexeris; ſi de innocentia ſacerdotum non humano odio, ſed divino judicio credideris; ſi temeritatis & ſuperbiæ atque inſolentiæ tuæ agere vel ſerò pœnitentiam cœperis; ſi Deo & Chriſto ejus, quibus ſervio, & quibus puro atque immaculato ore Sacrificia & in perſecutione pariter & in pace indeſinenter offero, pleniſſimè ſatisfeceris; communicationis tuæ poterimus habere rationem, manente tamen apud nos divinæ cenſuræ reſpectu & metu, ut priùs Dominum meum conſulam, an tibi pacem dari, & te ad communicationem Eccleſiæ ſuæ admitti, ſua oſtenſione & admonitione permittat. E

& cæleſtes minas intentat.

654 Memini enim, quid jam mihi ſit oſtenſum, immò quid Servo obſequenti & timenti de Dominica & divina auctoritate præceptum; qui inter cetera, quæ oſtendere & revelare dignatus eſt, & hoc addidit: Itaque qui Chriſto non credit Sacerdotem facienti, & poſtea credere incipiet Sacerdotem vindicanti. Quamquam ſciam, ſomnia ridicula & viſiones ineptas quibuſdam videri; ſed utique illis, qui malunt contra ſacerdotes credere, quàm Sacerdoti. Sed nihil mirum; quando de Joſeph fratres ſui dixerunt: „Ecce ſo„mniator ille venit; nunc ergo venite, occida„mus illum;„ & ſomniator poſtea, quod ſomniaverat, conſecutus ſit, & occiſores ac venditores confuſi ſint; ut, qui verbis priùs non credidiſſent, factis poſtmodùm crederent. *Denique epiſtolam cum hac comminatione claudit:* Hæc pro animi mei pura conſcientia, & pro Domini & Dei mei fiducia reſcripſi: habes tu litteras meas, & ego tuas; in die judicii ante tribunal Chriſti utrumque recitabitur. *Ceterùm quid Pupiano illo poſtea factum ſit, ignoratur.* F

§ XXXVIII. Controverſiâ de hæreticorum baptiſmo exortâ, Sanctus geminam ſynodum de ea celebrat, ſuamque ac collegarum ſententiam ad S. Stephanum Romanum Pontificem tranſmittit.

Controverſia de baptiſmo hæreticorum

PErvenimus tandem ad famoſam illam de hæreticorum baptiſmate cauſam, in qua Sanctus noſter exemplo ſuo docuit, quàm periculoſum homini

AUCTORE C. S.

mini sit, ut ut sancto & docto, à Romanæ Ecclesiæ traditione recedere, ut proprio aliarumve ecclesiarum sensui adhæreat. Quamquam enim propterea ab ejusdem Ecclesiæ communione nec recesserit, nec rejectus fuerit, contentionis tamen ardore abreptus aliquid humanum passus est, & errorem ab universa Ecclesia postmodùm proscriptum justo acriùs defendendo, integerrimæ vitæ suæ nævum aliquem inusserit, quem tamen deinde aut laudabili palinodiâ ipse delevit, aut ubere caritatis cooperuit, aut cælestis Pater falce passionis in eo purgavit, ut ex S. Augustino suo loco videbimus. Ut autem in hac controversia exponenda ordinatè procedamus, primo loco in dissensionis exortæ tempus inquiremus; secundo in occasionem, quâ nata est; tertio S. Cypriani, *quique ipsi adhærebant, circa eam sensum actaque exponemus.*

quando orta in Africa?

656 *Controversiam illam S. Stephanum inter ac* Cyprianum *nondum motam fuisse, dum hic epistolam* 67 *de Marciano Arelatensi episcopo scriberet, ex ipsa epistolâ manifestum est; neque enim ipse tum idoneus Gallorum antistitum apud sanctum Pontificem patronus fuisset, neque illius epistolæ stylus sapit ceteras inter dissensionem ab eodem scriptas. Hinc, cùm præcedenti* § *dixerimus, eam epistolam ante annum* 254 *exaratam non videri, præsens controversia ante id tempus statui non potest. Deinde Boschius noster tom.* 1 *Augusti in Commentario prævio ad Acta S. Stephani Papæ,* § 3 *ostendit, epistolam Firmiliani, quæ* 75 *est inter Cyprianicas, anno* 256, *imminente jam hieme scriptam esse, observatque, Firmilianum S. Stephani hac in parte adversùs Afros & Orientales acta sic in ea referre, ut conceptum ex iis dolorem recentem omninò fuisse significet. Inter prædictos igitur annos memorata controversia figenda est.*

B

An Agrippini opinionem.

657 *Baptizatos ab hæreticis baptizandos esse, dum ad Ecclesiam veniunt, Agrippinus,* S. Cypriani *in Carthaginensi cathedra decessor, non tamen proximus, ut alibi jam monuimus, primus in Africa, coacto episcoporum concilio, decrevit; eumque tamquam hujus sententiæ in ea provincia auctorem tam* S. Cyprianus *in epist.* 71 *&* 73, *quàm S. Augustinus variis in locis commemorant. Morem illum contra veterem consuetudinem ab illo introductum usque ad tempus controversiæ, de qua agimus, ibidem perseverâsse* S. Cyprianus *in epist.* 73 *ad Jubajanum indicare videtur. Sic enim ibidem loquitur:* Apud nos autem non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt; quando multi jam anni sint & longa ætas, ex quo sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis nostris ad Ecclesiam conversi, non aspernati sint, neque cunctati, immò & rationabiliter & libenter amplexi sint, ut lavacri vitalis & salutaris baptismi gratiam consequerentur.

C

ad Cyprianum usque Afri tenuerint.

658 *At verò S. Augustinus lib.* 3 *de Baptismo contra Donatistas, cap.* 12 *fatetur se non capere, quo pacto Sanctus ista dixerit; cùm ex ipsa re gesta dicendum videatur, recentem illam consuetudinem post Aggrippinum intermissam fuisse. Sed Augustinum audiamus.* Quomodò autem dicat: „ Atque exinde in hodiernum tot millia hæretiorum „ &c., non video; nisi fortè hoc dicat: Exinde in hodiernum; quia nulla de illis, ex quo in Ecclesia per Agrippini concilium baptizati sunt, quæstio alicujus excommunicationis (*quam* S. Cypriano *& qui cum ipso sentiebant, Romanus Pontifex jam comminatus fuerat*) exorta est. Ceterùm, si permanebat ab Agrippino usque ad Cyprianum consuetudo baptizandi ab hæreticis venientes, ut quid facta sunt à Cypriano hac de re concilia? Ut quid eidem Jubajano dicit, non se rem novam facere aut repentinam, sed ab Agrippino constitutam? Cur enim Jubajanus de novitate turbaretur, ut eum per auctoritatem Agrippini sanari oporteret, si ab Agrippino usque ad Cyprianum hoc tenebat ecclesia? Cur denique tot ejus collegæ in concilio dixerunt, rationem & veritatem consuetudini præponendam, ac non potiùs dixerunt, eos, qui aliud facere vellent, & contra veritatem & contra consuetudinem facere? *Ita S. Augustinus.* D

Sanctus à Numidis consultus, in Synodo

659 *Sed nescio, an hæc conciliari non possint, dicendo, introductam ab Agrippino consuetudinem in Carthaginensi ac nonnullis aliis ejusdem sedis suffraganeis diœcesibus servatam, in aliis verò rejectam fuisse. Certè hac ratione* S. Cypriani *dicta, cum argumentis à S. Augustino in oppositum allatis non difficulter poterunt componi. Ut ut autem hæc se habeant, istud certum est, dubitatum hac super re in Africa fuisse, præsertim in Numidia, ex qua episcopi octodecim* S. Cyprianum *propterea per litteras consulendum putârunt, licèt ipsi Agrippini sententiam pariter sequerentur. Horum litteræ, quæ exciderunt, lectæ sunt in Carthaginensi triginta, vel triginta & unius, episcoporum concilio, quos sanctus Metropolita vel ea ipsa de causa tum convocaverat, vel alias congregatos penes se habebat. Atque hæc fuit prima Carthaginensis synodus sub* S. Cypriano *de hæreticorum baptismate celebrata, & dissensionis hunc inter ac S. Stephanum Papam origo.* E

hæreticorum baptisma rejicit.

660 *Porrò* S. Cyprianus *laudatique, qui ipsi aderant episcopi, Agrippini placito inhærentes, omninò censuêre, baptismum extra Ecclesiam conferri non posse; ideòque baptizandos esse, quicumque ab hæreticis schismaticisve tincti, in Ecclesiam admitterentur, ad prædictos episcopos Numidas rescripsêre. Est ea epistola* 70 *inter Cyprianicas, in cujus initio hæc leguntur:* Cùm simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus litteras vestras, quas ad nos feciſtis de iis, qui apud hæreticos & schismaticos baptizati videntur, an ad Ecclesiam Catholicam, quæ una & vera est, venientes baptizari debeant. De qua re quamquam & ipsi illîc veritatem & firmitatem Catholicæ regulæ teneatis; tamen, quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimâstis, sententiam nostram non novam promimus, sed jam pridem ab antecessoribus nostris statutam, & à nobis observatam, vobiscum pari consensione conjungimus, censentes scilicet & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra Ecclesiam posse, cùm sit baptisma unum in sancta Ecclesia constitutum *&c.* F

Contra Eusebium ac Nicephorum Callistum

661 *Non rectè Eusebius præsentem controversiam exposuit, dum lib.* 7 *Historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 2, *interprete Henrico Valesio dixit:* Ad hunc Stephanum Dionysius (*Alexandrinus*) primam earum, quæ de baptismo conscriptæ sunt, epistolam exaravit, cùm per id tempus non mediocris controversia exorta esset, utrùm eos, qui ex qualibet hæresi converterentur, baptismo purgari oporteret. Quippe antiqua consuetudo invaluerat, ut in ejusmodi hominibus sola manuum impositio cum precationibus adhiberetur. *Et mox cap.* 3. Primus omnium Cyprianus, qui tunc temporis Carthaginensem regebat ecclesiam, non ni-

A si per baptiſmum ab errore priùs mundatos, admittendos eſſe cenſuit. *Ita ipſe; ſed, ut dixi, non rectè, aut certè obſcuriùs. Nam, ut verba iſta præ ſe ferunt, dicendus eſſet* Cyprianus *cenſuiſſe, hæreticos, dum ad Eccleſiam venirent, ab errore ſeu hæreſi ſua per baptiſmum purgari oportere. Etiam longiùs à vero aberravit, & pejùs Euſebium intellexit Nicephorus Calliſtus lib. 6 Hiſt. Eccleſ., cap. 2, ſcribens, ſancto Antiſtiti noſtro viſum fuiſſe, non modò hæreticos omnes, ſed & lapſos in perſecutione, ſalutari illo lavacro expiandos eſſe.*

genuina Sancti ſententia,

662 *Verùm longè aliam fuiſſe Sancti cum Stephano controverſiam, aliamque ejuſdem de baptiſmo ſententiam, indubitatum eſt, ut oſtendere aggredior. In primis, quid* S. Cyprianus *in lapſis reconciliandis obſervatum voluerit, in epiſtolis 9, & quinque ſequentibus diſertè affirmavit; nempe pœnitentiam, exomologeſin ac manûs impoſitionem, quas in omnibus locis citatis exigit, ſed de baptiſmo iiſdem conferendo nec hîc, nec alibi loquitur. Secundò exiſtimâſſe illum, quique cum eo ſentiebant epiſcopi, baptiſmi Sacramentum in ſola Eccleſia Catholica poſſe conferri, certum eſt*

B *tum ex verbis num.* 660 *datis, tum ex aliis epiſtolis de eodem argumento ab illo conſcriptis, ſententiiſque in concilio Carthaginenſi prolatis. Ex hac falſa opinione neceſſariò fluebat altera; nempe baptizandos eſſe, quotquot in Eccleſia numquam baptizati, ſed ab hæreticis, ſchiſmaticiſve ſic tincti, in Eccleſiam admitti poſtularent.*

ortaque controverſia.

663 *Hanc fuiſſe genuinam* S. Cypriani, *ipſique adhærentium ſententiam, demonſtrat ejuſdem epiſtola* 71 *ad Quintum, ubi ut odioſam rebaptizandi ſuſpicionem à ſe amoliretur, ait:* Nos autem dicimus eos, qui inde (*ab hæreſi vel ſchiſmate*) veniunt, non rebaptizari apud nos; ſed baptizari. Neque enim accipiunt illic aliquid, ubi nihil eſt; ſed veniunt ad nos, ut hîc accipiant, ubi & gratia & veritas omnis eſt. *Et rurſus in epiſtola* 73 *ad Jubajanum:* Hoc idem denuò ſententiâ noſtrâ firmavimus, ſtatuentes, unum baptiſma eſſe, quod ſit in Eccleſia Catholica conſtitutum; ac per hoc non rebaptizari, ſed baptizari à nobis, quicumque ab adultera & prophana aqua veniunt abluendi, & ſanctificandi ſalutaris aquæ veritate. *Conſequenter ad hæc nefas putabat baptizari eos, qui poſt ſuſceptum in Eccleſia Catholica baptiſmum in hæreſim vel ſchiſma prolapſi, deinde ad Eccleſiam redirent.*

C

explicatur.

664 *Audi ipſum denuò in eadem epiſtola* 71 *loquentem:* Nos quoque hodie obſervamus, ut, quos conſtet hîc (*in Eccleſia Catholica*) baptizatos eſſe, & à nobis ad hæreticos transîſſe, ſi poſtmodùm, peccato ſuo cognito, & errore digeſto, ad veritatem & matricem redeant, ſatis ſit in pœnitentiam manum imponere; ut, quia ovis jam fuerat, hanc ovem abalienatam & errabundam in ovile ſuum paſtor recipiat. Si autem, qui ab hæreticis venit, baptizatus in Eccleſia priùs non fuit, ſed alienus in totum & prophanus venit; baptizandus eſt, ut ovis fiat, quia una eſt aqua in Eccleſia ſancta, quæ oves faciat. *Hinc cùm ceteri Catholici conſuetudinem jam ab ipſis Apoſtolorum temporibus contrariam ei objicerent, reſpondit ibidem, hæreticos ſchiſmaticoſve illos, qui ſine baptiſmo in Eccleſiam recipiebantur, in Eccleſia priùs baptizatos fuiſſe.* Dicunt, ſe in hoc, *inquiebat*, veterem conſuetudinem ſequi; quando apud veteres hæreſeos & ſchiſmatum prima adhuc fuerint initia, ut hi illic eſſent, qui de Eccleſia recedebant, & hîc baptizati priùs fuerant; quos tunc tamen ad Eccleſiam revertentes, & pœnitentiam agentes, neceſſe non erat baptizare. *Vide etiam reliquum epiſtolæ præſertim in fine. Procul igitur* S. Cyprianus *fuit ab ea opinione, quam Euſebius referre videtur, & longiùs etiam ab ea, quam Nicephorus Calliſtus eidem affinxit. Nunc ad res geſtas redeamus.*

AUCTORE C. S.

Reſpondet Quinto: altera ſynodus habita,

665 *Non diu poſt ſynodum num.* 660 *relatam, etiam à Quinto in Mauritania epiſcopo per Lucianum presbyterum eadem ſuper cauſa* S. Cyprianus *denuò conſultus eſt, eique in eamdem ſententiam epiſtolâ* 71 *reſpondit, ac ſimul ſynodicam nuperi concilii mox laudati epiſtolam tranſmiſit, etiam ceteris iſtius provinciæ epiſcopis communicandam. Priori concilio ſecundum addidit longè frequentius, quippe cui, teſte* S. Cypriano *in epiſtola ad Jubajanum,* tam provinciæ Africæ quàm Numidiæ epiſcopi, numero ſeptuaginta & unus *interfuêre. In hoc tum alia quædam decreta fuêre, tum ea præcipuè probata confirmataque, quæ de hæreticorum baptiſmate proxima ſynodus ordinaverat. Sed & illud additum, ut ſi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in Eccleſia Catholica priùs ordinati ad hæreticos tranſiſſent, vel ab hæreticis ſacrilega ordinatione initiati fuiſſent, ad Eccleſiam redirent,* E *ii non niſi ad laicam communionem admitterentur.*

congregati epiſcopi S. Stephanum

666 *Hiſce ita conſtitutis, congregati patres ſynodicam epiſtolam, quæ* 72 *eſt inter Cyprianicas, ad S. Stephanum Papam conſcripſerunt, cujus exordium huc refero.* Cyprianus & ceteri Stephano fratri ſalutem: Ad quædam diſponenda & conſilii communis examinatione limanda neceſſe habuimus, frater cariſſime, convenientibus in unum pluribus ſacerdotibus, cogere & celebrare concilium, in quo multa quidem prolata atque tranſacta ſunt. Sed de eo vel maximè tibi ſcribendum & cum tua gravitate ac ſapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad ſacerdotalem auctoritatem, & ad Eccleſiæ Catholicæ unitatem pariter ac dignitatem de divinæ diſpoſitionis ordinatione venientem, eos, qui ſint foris extra Eccleſiam tincti, & apud hæreticos & ſchiſmaticos prophanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad Eccleſiam, quæ una eſt, venerint, baptizari oportere, eò quòd parùm ſit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum ſanctum, niſi accipiant & Eccleſiæ baptiſmum.

de iis geſtis per litteras inſtruunt;

667 *Huic epiſtolæ duas alias adjunxêre, unam ad Quintum, alteram ad Numidiæ epiſcopos, ſuprà memoratas, in quibus ſententiam ſuam ſolidis rationibus ſtabilitam arbitrabantur.* Baptiſmum F autem, *ibidem inquiunt*, non eſſe, quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos, qui Chriſto adverſantur, per gratiam Chriſti poſſe proficere, diligenter nuper expreſſum eſt in epiſtola, quæ ad Quintum collegam noſtrum, in Mauritania conſtitutum, ſuper ea re ſcripta eſt; item in litteris, quas collegæ noſtri ad coëpiſcopos in Numidia præſidentes antè fecerunt, cujus utriuſque epiſtolæ exempla ſubdimus hîc. *Confidenter etiam addunt ſub finem:* Hæc ad conſcientiam tuam, frater cariſſime, & pro honore communi, & pro ſimplici dilectione pertulimus, credentes, etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ & religioſa pariter & vera ſunt.

aliter ſentientes tamen non damnant.

668 *Attamen quia probè noverant, oppoſitam ſuæ ſententiam in longè maxima Eccleſiæ parte ab immemoriali tempore viguiſſe, & etiam tum vigêre, profitentur, ſeſe nemini legem in hac cauſa præſcribere velle, nec ab aliorum, qui aliter ſentiunt, communione recedere. Sic enim laudatam epiſtolam clauſerunt:* Ceterùm ſcimus quoſ-

AUCTORE C. S.

dam, quod ſemel imbiberint, nolle deponere, nec propoſitum ſuum facilè mutare; ſed ſalvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo quædam propria, quæ apud ſe ſemel ſint uſurpata, retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, quando habeat in eccleſiæ adminiſtratione voluntatis ſuæ arbitrium liberum unuſquiſque præpoſitus, rationem actûs ſui Domino redditurus. Optamus te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

Hæc epiſtola S. Auguſtinum latuit.

669 *Hanc ſynodicam ad S. Stephanum epiſtolam laudavit Creſcens a Cirta ſub nomine ſolius* Cypriani *in concilio tertio Carthaginenſi, de eadem cauſa celebrato, aitque eam ibidem omnibus prælectam fuiſſe. At non viderat illam S. Auguſtinus, dum libros de Baptiſmo contra Donatiſtas conſcriberet. Etenim lib. 6, cap. 15 refutans argumenta prædicti Creſcentis, negavit,* S. Cypriani *epiſtolam ad S. Stephanum ad præſentem quæſtionem pertinere; provocavitque adverſarios, ut, ſi poſſent, contrarium oſtenderent.* Prorſus enim, *ait,* illa epiſtola de baptiſmate apud hæreticos, vel ſchiſmaticos dato, unde nunc agimus, nihil habet. *Itaque altera dumtaxat* S. Cypriani *ad laudatum Pontificem epiſtola ad S. Auguſtini manus pervenerat; ea ſcilicet, quæ inter Cyprianicas eſt* 67, *quæque de exauctorando Marciano Arelatenſi epiſcopo tractat, ut § præcedenti dictum eſt. Non ignotam tamen Auguſtini tempore fuiſſe illam, quæ ad dictam controverſiam ſpectat, manifeſtum eſt ex S. Hieronymi Opuſculo contra Luciferianos, in quo eam non modò diſertis verbis laudat, ſed integrum etiam ex eadem locum recitat; ita ut dubium eſſe non poſſit, quin ipſe eamdem viderit.*

B

§ XXXIX. Jubajanum ad partes ſuas adducit, vel in iis confirmat, eique inter cetera librum de Bono patientiæ mittit: S. Stephani reſponſo accepto, tertiam ſynodum indicit, & adversùs illum ſcribit: edit librum de Zelo & livore.

C

De eadem cauſa conſultus

DUm *Africani antiſtites reſponſum Româ à S. Stephano Pontifice exſpectarent,* S. Cyprianus *de eodem argumento per litteras denuò conſultus eſt à Jubajano, ignotæ nobis ſedis ac provinciæ epiſcopo. Ad hujus manus pervenerat epiſtola quædam pro traditione Apoſtolica adversùs novam illam opinionem ſcripta, cujus auctorem S. Stephanum fuiſſe ſine ullo fundamento nonnulli crediderunt. Porrò ex qua parte Jubajanus ſteterit, incertum eſt; ſed ſi veteri conſuetudine ſtandum non putaverit, multùm tamen in eam inclinâſſe, aut certè rationibus pro eadem prolatis motus fuiſſe videtur. Ut ut eſt,* S. Cyprianum *per epiſtolam, quæ excidit, conſulendum duxit, in eaque & dubia ſua expoſuit, & laudatæ epiſtolæ pro Catholica conſuetudine ſcriptæ exemplar ad eum ſimul tranſmiſit.*

671 *Ad haſce Jubajani litteras* S. Cyprianus *per ſuam, quæ* 73 *eſt, reſcribens, in ſententia ſua perſtitit, illamque variis argumentis ſtabilire, ac objecta diluere conatus eſt. Non vacat prolixæ epiſtolæ argumenta referre: id tantùm obſervo, Sanctum ſedulò ſtuduiſſe, ne Novatianorum more, quem Jubajanum ei objecerat, rebaptizare, aut aliquid novi induxiſſe videretur. Hinc novitatis ſuſpicioni concilium ab Agrippino olim celebratum, in quo opinio ſua ſtabilita fuerat, oppoſuit. Quòd autem Novatiani rebaptizarent eos, qui ab Eccleſia ad ſe venirent, curandum non eſſe reſpondit, nec propterea à baptizandis hæreticis magis abſtinendum, quàm cedendum epiſcopatu, quia Novatianus Epiſcopatum Romanum uſurpaverat. Ceterùm neminem à ſe rebaptizari contendit, quia baptiſmum ab hæreticis conferri poſſe negabat. Attamen in tota hac epiſtola ſic diſputavit, ut ceteros epiſcopos aliter ſentientes minimè damnare, nec ab eorum communione propterea recedere vellet, uti etiam ſub finem expreſsè teſtatus eſt.* D *à Jubajano, ipſi reſcribit,*

672 *Eâdem operâ Jubajano tranſmiſit, quæ de hac controverſia jam ſcripſerat, egeratque, ex quibus tempus hujus epiſtolæ ſimul intelligimus.* Quoniam, *inquit,* jam ſuper hac re quid ſentiremus, litteris noſtris expreſſimus, ut compendium faceremus, exemplum earumdem litterarum tibi miſi, quid in concilio, cùm complures adeſſemus, decreverimus, quid item poſtea Quinto collegæ noſtro de eadem re quærenti reſcripſerim. Et nunc quoque cùm in unum convenisſemus, tam provinciæ Africæ, quàm Numidiæ epiſcopi, numero ſeptuaginta & unus, hoc idem denuò ſententiâ noſtrâ firmavimus *&c. Scripta igitur hæc epiſtola ad Jubajanum eſt poſt ſecundam in eadem cauſa ſynodum, quæ anno* 256 *habita videtur, & ante tertiam, quam Kalendis Septembribus eodem anno ab illo celebratam eſſe oſtendemus.* *eumque vel in opinionem ſuam adducit,* E

673 *Iſtud porrò hâc eâdem epiſtolâ ſanctus Epiſcopus effecit, ut Jubajanum vel ad partes ſuas adduxerit, vel in iis confirmârit. Ita diſcimus ab ipſo Sancto noſtro, qui cùm in tertia Carthaginenſi ſynodo dixiſſet, lectas in ea eſſe tum Jubajani ad ſe, tum ſuas ad illum litteras, deinde ſubjunxit:* Item lectæ ſunt vobis & aliæ Jubajani litteræ, quibus pro ſua ſincera & religioſa devotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantùm conſenſit; ſed etiam inſtructum ſe eſſe confeſſus, gratias egit. *Hinc etiam obiter obſerva, lector, epiſtolam illam ad Jubajanum certò* Cypriani *eſſe, ut mirum ſit, de ea tam dubitanter locutum fuiſſe S. Auguſtinum, dum lib. 2 contra Creſconium, cap.* 33 *eamdem citans, ait:* Cùm enim perſuadere conaretur vel S. Cyprianus, vel quicumque illam ſcripſit epiſtolam *&c. Verùm etiam alia, quæ ad hanc controverſiam ſpectant, ſcripta iſti ſancto doctori de ſuppoſitione, vel adulteratione ſuſpectâ fuiſſe, infrà videbimus.* *vel in ea confirmat;* F

674 *Litteris ad Jubajanum miſſis Sanctus adjunxit etiam libellum, quem* de Bono patientiæ *circa idem tempus compoſuerat ex amore concordiæ, quam ſemper ſtudioſè coluerat, quæque tum periclitari incipiebat. Cùm enim mota de baptiſmate quæſtio plurimos adverſarios pateretur, qui pro tuenda conſuetudine Apoſtolica acriter decertabant, meritò verebatur, ne diſceptationes diſcordiam parerent, pacemque Eccleſiæ perturbarent. Ut huic ergò malo occurreret, & velut antidotum quoddam præpararet, librum de Bono patientiæ edidit, in quo generalibus tantùm monitis lectores ad patientiam, concordiamque cohortatus eſt; nullâ tamen factâ de præſenti controverſia mentio-* *ſcribit librum de Bono patientiæ,*

A tione, quò faciliùs, ut existimo, etiam ab adversariis legeretur.

quem Jubajano simul mittit.

675 *De hoc libro ipse in laudata epistola ad Jubajanum sic scribit:* Nos, quantùm in nobis est, propter hæreticos cum collegis & coëpiscopis nostris non contendimus, cum quibus divinam concordiam & Dominicam pacem tenemus... Servatur à nobis patienter & leniter caritas animi, collegii honor, vinculum fidei, & concordia sacerdotii. Propter hoc etiam libellum nunc de Bono patientiæ, quantùm valuit nostra mediocritas, permittente Domino & inspirante, conscripsimus, quem ad te pro mutua dilectione transmittimus. *Eumdem S. Pontius in Vita num.* 14 *sic breviter recenset:* Unde patientiam disceremus? *Laudat & illum S. Augustinus lib.* 4 *de Baptismo, cap.* 8, *& lib.* 4 *contra duas epistolas Pelagianorum, cap.* 8, *ubi* Epistola de Patientia *dicitur; extatque inter* S. Cypriani *Opera, Auctore suo verè dignus.*

S. Stephanus, reprobata Afrorum opinione,

B 676 *Inter hæc litteræ à Carthaginensis synodi patribus Romam missæ, ad S. Stephanum Papam perlatæ fuerunt. Verùm longè aliter, quàm illi speraverant, evenit: nam cùm credidissent fore, ut Romanus Pontifex in sententiam suam non gravatè iret, eamque auctoritate sua confirmaret; hic contrà lectis eorumdem litteris, merito indignatus est, quòd Apostolica traditio, tamquam erronea proscriberetur, idque ab insignis sanctitatis ac doctrinæ episcopis, à quibus vel maximè fuerat propugnanda. Porrò hi Afrorum in re tanta motus eò graviores sancto Pontifici accidebant, quòd etiam multi in Oriente eamdem traditionem, auctoribus præsertim Firmiliano Cæsareæ Cappadocum, & Heleno Tarsensi, episcopis, eodem tempore convellerent, prout ad diem* 2 *Augusti in Commentario prævio ad Acta ejusdem S. Stephani,* § 3 *in Opere nostro observatum jam est. Probè enim perspiciebat sanctus Pontifex, quantum ponderis Africanæ ecclesiæ, ac* S. Cypriani *in primis auctoritas, pro tuendo errore apud Orientales habitura esset, quantumque inde periculi immineret, ne is latiùs seminaretur, nisi cum tempestivo efficacique remedio compesceret.*

nihil innovari præcipit,

C 677 *Nihil itaque cunctatus, ad* S. Cyprianum, *cæterosque Africæ episcopos rescribens, opinionem eorum novam, & traditioni Apostolicæ, à qua recedere nefas esset, contrariam esse reposuit; ac proinde sic statuit:* Si quis ergò à quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam; cùm ipsi hæretici propriè alterutrùm ad se venientes non baptizent, sed communicent tantùm. *Non pervenit quidem ad nos laudata S. Stephani epistola; sed eam hujusmodi fuisse discimus ex* S. Cypriani *epistola* 74 *ad Pompejum, in qua illam refutare conatus est, retulitque locum, quem mox recitavimus. Sunt, qui erroneam sententiam ex iisdem verbis S. Stephano impudenter affricare non erubuêre, quasi hic baptismum etiam sine verbis à Christo præscriptis apud hæreticos collatum approbâsset. At necesse non est ad horum insaniam respondere, cùm Boschius noster in Commentario prævio ad ejusdem sancti Pontificis Acta,* § 4 *jam demonstraverit, ipsius de baptismo sententiam à potiori Ecclesiæ parte jam ab initio controversiæ constanter probatam fuisse; quam etiam universa postmodùm amplexa est, tenuitque Ecclesia.*

adjectis gravibus minis

678 *Ex hac autem parte etiam fuit S. Augustinus, qui tamen lib.* 6 *de Baptismo, cap.* 25 *scribit:* Quis nescit, non esse baptismum Christi, si verba Euangelica, quibus symbolum con-

stat, illic defuerint? *Deinde ad generalem illum S. Stephani loquendi modum etiam aliud responsum subministrat, subdens:* Sed faciliùs inveniuntur hæretici, qui omninò non baptizent, quàm qui illis verbis non baptizent. *Consuli etiam potest præfatio Operum* S. Cypriani *editioni Venetæ præfixa,* § 4. *Laudatus Boschius noster* § 3 *censuit, S. Stephanum in memorata epistola, quò litem validiùs dirimeret, omni auctoritate sua usum fuisse, præcepisseque tamquam Episcopum Episcoporum, ac S. Petri successorem. Id colligit tum ex concilio tertio Carthaginensi, in quo* S. Cyprianus *hoc insinuare ipsi videtur, dum ait:* Neque enim quisquam nostrûm episcopum se esse episcoporum constituit; *tum ex epistola* 75, *ubi de S. Stephano dicitur:* De episcopatûs sui loco gloriatur, & se successionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta Ecclesiæ collocata sunt. AUCTORE C. S.

in refractarios.

679 *Istud certum est, sanctum Pontificem excommunicationis pœnam non obtemperaturis interminatum fuisse, aut certè hâc eos dignos habendos esse pronuntiâsse. Id enim indicat* S. Cyprianus, *dum in epistola* 74 *ad Pompejum de Stephano ait,* Dat honorem Deo, qui... sacerdotes Dei, veritatem Christi & Ecclesiæ unitatem tuentes, abstinendos putat? *Idem ex epistola* 75 *habemus, in qua Firmilianus commota bile in eumdem sanctum Pontificem inter cetera hæc effudit:* Dum enim putas omnes à te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti. *Verumtamen intra solas minas S. Stephanum stetisse, nec excommunicationis sententiam in* S. Cyprianum *aut Afros umquam ab eo latam fuisse, laudatus Boschius noster jam probavit, & nos cum ipso contra Tillemontium, aliosque suo loco ostendemus.* E

Non tamen cedit Cyprianus;

F 680 *Hæ tam inexspectatæ Romani Pontificis litteræ* S. Cyprianum *& collegas ejus vehementer perculerunt, quippe qui opinionem suam, quam ei probandam crediderant, velut Apostolicæ traditioni contrariam, rejectam viderent, seque eò redactos intelligerent, ut vel illam pariter reprobare, vel manifesto periculo, ne à S. Petri Cathedra proscriberentur, exponi necesse esset. Et reprobare quidem sententiam, non suo tantùm calculo in gemina synodo, sed & ab Agrippino, quique cum ipso congregati fuerant, episcopis stabilitam, confirmatamque, ipsis durum, neque necesse videbatur, eo quòd non de aliquo fidei articulo, sed de disciplina tantummodò, quæ in variis particularibus ecclesiis nonnumquam diversa est, hîc agi crederent; consuetudinem verò à sancto Pontifice allegatam, non divinam, sed humanam esse judicarent, imò sacris Litteris contrariam. Accedebat, quòd non soli ipsi sic sentirent, sed in hac parte socios haberent varios Orientis episcopos, Firmilianum præsertim ac Helenum, qui eumdem errorem in synodis versùs annum* 230 *apud Iconium & Synadam celebratis inductum mordicùs tuebantur.*

cujus repugnantiæ

681 *Neque deerant sanè rationes è sacra Scriptura petitæ, quæ opinioni isti in speciem favere videbantur, quasque eò avidiùs arripiebant, quò majori odio in hæreticos ferebantur. Juverit S. Augustinum hac super re differentem audire. Lib.* 2 *de Baptismo contra Donatistas, cap.* 7 *&* 8 *sic ait:* Irruente itaque tam magna quæstione, cùm de remissione peccatorum & de spiritali hominis regeneratione, utrùm posset apud hæreticos vel apud schismaticos fieri, difficilè ratio redderetur, & præcederet auctoritas Agrippini & nonnullorum, qui ei consenserant, hominum in hac quæ-

AUCTORE C. S.

stione deficientium, qui maluerant aliquid novum moliri, quàm tenere consuetudinem, cujus defensionem non intelligebant; irruerunt in oculos animæ Viri * similes rationes, & intercluserunt iter perveſtigandæ veritatis.

* *fortè* veri

682 Nec arbitror, beatum Cyprianum propter aliud, contra consuetudinem quid sentiret, liberiùs exprompsisse, prioremque dixisse, nisi ut alium si fortè exsisteret, cui esset meliùs revelatum, gratissimè acciperet; & ostenderet imitandam non solùm docendi diligentiam, sed etiam discendi modestiam: si autem nullus exsisteret, qui tale aliquid afferret, unde illæ omnes verisimiles rationes, quibus movebatur, refellerentur, in eadem sententia permaneret, bene sibi conscius, & non occultatæ, quæ putabatur, veritatis, & retentæ, quæ amabatur, unitatis. Nam & illud sic intellexit, quod ait Apostolus: „Prophetæ autem duo „aut tres loquantur, & ceteri examinent; si alii „revelatum fuerit sedenti, ille prior taceat. Qua „in parte, inquit (*verba* Cypriani *ex epistola 71 ad Quintum hic refert Augustinus*) „docuit & „ostendit, multa singulis in melius revelari, & „debere unumquemque, non pro eo, quod se- B „mel imbiberat & tenebat, pertinaciter congre- „di, sed si quid melius & utilius exstiterit, li- „benter amplecti.„

rursùm ratio-nes

683 His utique verbis non solùm eos admonuit sibi consentire, qui melius aliquid non videbant; sed etiam hortatus est, si qui possent afferre aliquid, quo prior consuetudo servanda potiùs firmaretur, ut, si tale esset, quod refelli non posset, etiam ipse ostenderet, quàm veraciter dixerit, debere unumquemque non pro eo, quod semel imbiberat & tenebat, pertinaciter congredi, sed, si quid melius & utilius exstiterit, libenter amplecti. Sed, quia tunc non exstiterant, nisi qui consuetudinem opponerent; defensiones autem ipsius consuetudinis non tales afferrent, quibus illa talis Anima moveretur; noluit Vir gravissimus rationes suas, etsi non veras, (quod eum latebat) sed tamen non victas, veraci quidem, sed tamen nondum assertæ consuetudini cedere. Quam tamen consuetudinem nisi prior antè Agrippinus, & nonnulli per Africam coëpiscopi ejus etiam per concilii sententias deserere tentavissent, non auderet iste saltem ratiocinari adversùs eam; sed in tam obscura quæstione turbatus, & ubique intuens universalem robustamque consuetudinem, coartaret se potiùs & prece & intentione mentis ad Deum, ut, quod postea plenario concilio visum est, id verum esse perspiceret & doceret.

à S. Augustino

C

684 Sed, cùm fatigatum præcedentis concilii, quod per Agrippinum factum est, excepisset auctoritas, maluit prædecessorum suorum tamquam inventum defendere, quàm inquirendo ampliùs laborare. Nam in fine epistolæ ad Quintum ita ostendit, in quo tamquam lectulo auctoritatis, quasi fessus, adquieverit. „Quod quidem, inquit, „& Agrippinus bonæ memoriæ vir cum „ceteris coëpiscopis suis, qui illo tempore in pro- „vincia Africa & Numidia ecclesiam Domini gu- „bernabant, statuit, & librată concilii commu- „nis examinatione firmavit; quorum sententiam „religiosam & legitimam, salutarem, fidei & Ec- „clesiæ Catholicæ congruentem, nos etiam se- „cuti sumus.„ *Quòd* S. Cyprianus *in hanc opinionem ex odio in hæreticos propensiùs lapsus fuerit, idem S. Augustinus in libro de Unico baptismo contra Petilianum, cap.* 13 *his verbis declarat*: Apud hæreticos vel schismaticos datum Chri-

recensentur;

sti baptismum nolebat agnoscere, dum eos nimiùm detestaretur, quos à Catholica unitate, quam multùm dilexit, separatos dolebat. *Idem pariter ex ipsius* S. Cypriani *epistolis super hoc argumento scriptis manifestum est.* D

& tertiam Synodum indicit:

685 *Cùm itaque sanctus Antistes, ceterique cum eo Africæ Numidiæque episcopi novæ opinioni sic adhærerent, & S. Stephanus præter immemorialem consuetudinem nihil ipsis reponeret, nec aliunde probaret, eam Apostolica traditione niti; nihil omittendum statuerunt, quo & sententiam suam tuerentur, & indignantis Pontificis minas, servata unitate & communione, evaderent. In hunc finem sanctus Metropolita tertium de hac causa concilium in proximas Kalendas Septembres ejusdem anni* 256 *indixit, ad quod omnes, quotquot potuit, Africæ, Numidiæ, & Mauritaniæ episcopos convocavit, eo haud dubiè animo, eâque spe, ut, si isti omnes sibi consentirent, tantus florentissimæ ecclesiæ episcoporum numerus atque auctoritas Romanum Pontificem, si minùs ad suas partes pertraheret, saltem à ferenda intentatæ excommunicationis sententia cohiberet; sin autem dissentirent, ipse quoque ab Agrippini sententia discederet.* E

de Stephano scribit æquo acriùs;

686 *Inter hæc sparsa de S. Stephani responso fama ad Pompejum, Sabratensem in provincia Tripolitana, ut ex concilio tertio Carthaginensi colligitur, episcopum, etiam pervenit; qui, cùm ceterarum litterarum, quas* S. Cyprianus *de eadem causa scripserat, exemplaria ab hoc jam accepisset, eumdem per epistolam, quæ intercidit, etiam rogavit, ut de novissimis Stephani litteris se quoque instrueret. Respondit is per epistolam* 74, *in qua acclusas Pontificis litteras solidis, ut ipsi quidem videbatur, rationibus refutare adorsus, & contentionis ardore, doloreque intentatæ excommunicationis, æquo vehementiùs abreptus, in sanctum Pontificem, pro Apostolica traditione servanda cum longè maximo episcoporum numero fortiter sese opponentem, nonnulla iratus conscripsit, quæ* Cyprianum *de S. Petri Cathedra sæpe alibi loquentem non sapiunt. Non lubet ea hic retexere; sed S. Augustini exemplum sequar, qui lib.* 5 *de Baptismo contra Donatistas, cap.* 25 *de ea epistola tractans, ait:* Jam illa, quæ in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo,... & ea præterire melius est, quæ periculum pernicioſæ dis- F sensionis habuerunt.

in communione tamen ejus perseverans:

687 *Nec sic tamen minitanti Pontifici indignatus est, quin in ejusdem communione permanere voluerit, permanseritque, ut laudatus S. Augustinus ibidem mox subdit:* Stephanus autem etiam abstinendos putaverat, qui de suscipiendis hæreticis priscam consuetudinem convellere conarentur: iste autem quæstionis ipsius difficultate permotus, & sanctis caritatis visceribus largissimè præditus, in unitate cum eis manendum, qui diversa sentirent. Ita quamvis commotiùs, sed tamen fraternè indignaretur, vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur. *Ceterùm argumenta à* S. Cypriano *in eadem epistola contra S. Stephani ac Ecclesiæ sententiam producta apud eumdem S. Augustinum in citato libro à cap.* 23 *usque ad finem examinata, confutataque studiosus lector reperiet.*

edit librum de Zelo & livore.

688 *Ex ejusdem unitatis & concordiæ amore librum de Zelo & Livore hoc circitèr tempore scripsisse creditur, ut hunc, quemadmodùm etiam per librum de Bono patientiæ fecerat, velut antidotum natæ simultati objiceret, & accensas utrim-*

A *trimque partes moneret, ne intemperanti zelo livoreque abreptæ, in noxias contentiones odiaque ac invidiam fratrum prorumperent. Eodem tamen, quo librum de Bono patientiæ ſcriptum diximus artificio, hunc quoque compoſuit; ſic nempe, ut de zeli ac livoris malis damniſque in eo diſſereret, ut agitatam tum de hæreticorum baptiſmate quæſtionem ſimultatemque tacitus præteriret, ratus haud dubiè, ſic Opuſculum ſuum adverſantibus ſibi epiſcopis pacatiùs utiliúſque legendum. De libro hoc S. Pontius in Vita num.* 14 *poſt librum de Bono patientiæ ſic meminit:* Quis livorem, de venenata invidiæ malignitate venientem, dulcedine remedii ſalutaris inhiberet?

à SS. Auguſtino & Hieronymo laudatum.

689 *Eumdem laudat S. Auguſtinus lib.* 4 *de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap.* 8, *ubi quia ſimul de unitate inter has controverſias ab eo ſervata meminit, viſus eſt Pamelio inſinuare, librum hunc, quem* epiſtolam *vocat, occaſione earum ſcriptum fuiſſe. Sed Auguſtinum audiamus.* Legamus ergò, *inquit*, epiſtolam Cypriani de Zelo & livore, & videamus, quantum malum ſit invidere melioribus; cujus mali originem ab ipſo diabolo exſtitiſſe, memorabiliter docet. *Subdit deinde libri initium, unamque ac alteram ſententiam, & demùm proſequitur:* Hæc verba Cypriani in epiſtolâ populis nota, quàm vera, quàm fortia ſint, recognoſcimus. Verè decuit Cyprianum de zelo & livore & arguere graviter & monere, à quo tam mortifero malo cor ejus penitus alienum tanta caritatis abundantia comprobavit; quâ vigilantiſſimè cuſtodia cum collegis ſuis non malevolè de baptiſmo diverſa ſentientibus, nec ipſe malevolâ contentione, ſed humanâ tentatione aliter ſapiens, quod illi Deus in caritate perſeveranti, cùm vellet, poſtea revelaret, in communionis unitate permanſit. *Laudat eum etiam Hieronymus lib.* 3 *Commentarii in Epiſtolam ad Galatas, cap.* 5 *dicens:* Scripſit & beatus Cyprianus librum de zelo & livore valdè optimum.

B

§ XL. Tertia ſynodus Carthaginenſis, in qua prior ſententia denuò confirmata: Sancti in hac cauſa baptiſmi geſta à nonnullis olim in dubium vocata.

C

In tertia ſynodo Carthaginenſi

Kalendis Septembribus anni 256 *celebratum Carthagine eſt tertium de hæreticorum baptiſmo concilium, cui ſimul cum* S. Cypriano *epiſcopi ex Africa, Numidia & Mauritania, octoginta & quinque interfuerunt; præſentibus etiam presbyteris & diaconis & maxima plebis parte. Concilium hoc ſeriùs, quàm anno* 256 *ſtatui non poſſe ex eo certum eſt, quòd habitum fuerit vivente Stephano, qui anni proximè ſubſecuti menſe Auguſto martyrio coronatus eſt. Sed nec citiùs collocandum eſſe perſuadent pauca, quæ poſt celebratum concilium S. Stephanum inter ac* Cyprianum *circa hanc controverſiam interceſſerunt. Exſtat autem laudata ſynodus tum in Collectionibus Conciliorum, tum inter* S. Cypriani *Opera, ſolentque* Sententiæ epiſcoporum LXXXVII *inſcribi, non quia totidem interfuêre, ſed quia ex* 85 *præſentibus, quorum omnium nomina, diœceſes ac ſententiæ in ea recenſentur, Natalis ab Oea tam ſuo quàm Pompeji Sabratenſis ac Diogæ Leptimagnenſis nomine in eadem opinatus eſt.*

AUCTORE C. S.

Sanctus congregatos hortatur

691 *Concilii convocandi cauſam, ejuſque modum & exordium, ipſa ejuſdem præfatio, quam ſubdo, declarat. Sic ergò habet:* Cùm in unum Carthagini conveniſſent Kalendis Septembris epiſcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconibus, præſente etiam plebis maxima parte, & lectæ eſſent litteræ Jubajani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubajanum reſcriptæ, de hæreticis baptizandis; quidque poſtmodùm Cypriano Jubajanus idem reſcripſerit, Cyprianus dixit: Audiſtis, collegæ dilectiſſimi, quid mihi Jubajanus coëpiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito & prophano hæreticorum baptiſmo, & quid ego ei reſcripſerim, cenſens ſcilicet, quod ſemel atque iterum & ſæpe cenſuimus, hæreticos ad Eccleſiam venientes Eccleſiæ baptiſmo baptizari & ſanctificari oportere. Item lectæ ſunt vobis & aliæ Jubajani litteræ, quibus pro ſua ſincera & religioſa devotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantùm conſenſit, ſed etiam inſtructum ſe eſſe confeſſus, gratias egit.

E

ad ſententiam ſuam liberè edicendam;

692 Supereſt, ut de hac re ſinguli quid ſentiamus, proferamus; neminem judicantes, aut à jure communicationis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim quiſquam noſtrûm epiſcopum ſe eſſe epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit; quando habeat omnis epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium; tamque judicari ab alio non poſſit, quàm nec ipſe poteſt alterum judicare. Sed exſpectemus univerſi judicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ gubernatione & de actu noſtro judicandi. *Huc uſque* S. Cyprianus. *Præter geminam autem Jubajani epiſtolam, quam periiſſe diximus, ſanctique* Cypriani *reſponſoriam, de qua ſuprà jam egimus, lectam etiam in eodem concilio fuiſſe alteram ejuſdem Sancti epiſtolam ad S. Stephanum, § 38 relatam, teſtatur Creſcens à Cirta, epiſcopus unus è congregatis patribus, ut ſuprà à nobis pariter jam obſervatum eſt.*

F

in cujus oratione

693 *Quæ verò* S. Cyprianus *ibidem de epiſcopo epiſcoporum, ac tyrannici terroris ad obſequendi neceſſitatem uſu memorat, videri poſſunt perſtringere S. Stephanum Papam, quòd is auctoritate ſua Pontificia, additis etiam gravibus excommunicationis in refractarios minis, Afros illos præſules ab incepto revocare ſtuduiſſet. Quod ſi ita ſit, fateamur neceſſe eſt, ſanctum Antiſtitem hîc rurſus humani aliquid paſſum eſſe. Attamen hæc eadem abſque ullo commoti animi vitio, ac Pontificiæ auctoritatis injuria, dicta accipi poſſunt. Volebat ſcilicet ſanctus Primas congregatos epiſcopos de ſua quemque ſententia liberè dicenda admonere. Hunc in finem, quod ad libertatem illam maximè conducere rebatur, obſervavit, ſeſe omnes collegas eſſe; & licèt ipſe primatum Africæ teneret, nec ſe tamen, nec quemquam aliorum, qui aderant, epiſcopum epiſcoporum eſſe, aut eam poteſtatem ſibi tyrannicè arrogare, ut ceteros terrore ſuo ad ſua ſenſa adigat.*

quædam in ſpeciem accerbiora

694 *Hoc ſenſu laudatam orationem interpretatus eſt S. Auguſtinus lib.* 3 *de Baptiſmo contra Dona-*

AUCTORE C. S.

Donatiſtas, cap. 3, ubi eam expendens, Sancti manſuetudinem æquitatemque laudat, quòd cuique liberè ſentire dicereque permiſiſſet; ſimulque nonnullos redarguit, qui hæc fictè ſubdoléque ab eo dicta arbitrabantur. Auguſtini verba ſubjungo. Sequitur enim & dicit (*in memorato concilio ſanctus Epiſcopus*): „ Supereſt, ut de hac ipſa re „ quid ſinguli ſentiamus, proferamus; neminem „ judicantes, aut à jure communionis aliquem, „ ſi diverſum ſenſerit, amoventes. „ Non ſolùm ergò mihi ſalvo jure communionis adhuc verum quærere, ſed etiam diverſum ſentire concedit. „ Neque enim quiſquam noſtrûm, inquit, epiſco- „ pum ſe epiſcoporum conſtituit, aut tyrannico „ terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos „ adigit. „ Quid manſuetius? Quid humilius? Nulla nos certè deterret auctoritas à quærendo, quid verum ſit.

dicta explicantur;

695 *Itáne exclamâſſet Auguſtinus, ſi ſanctum Pontificem pro Apoſtolica traditione ſervanda laborantem tyrannici terroris ac ſuperbiæ à* Cypriano *hîc publicè inſimulatum credidiſſet? Nihilne hâc oratione* manſuetius, *nihil* humilius *dixiſſet? Enimverò ab hujuſmodi dicteriis laudandis tam procul aberat ſanctus ille doctor, ut ea neſerenda quidem in eodem Opere lib. 5, cap. 25 exiſtimaverit, ut ſuprà jam diximus, & hîc juverit repetiiſſe.* Jam illa, *inquiebat*, quæ in Stephanum irritatus effudit, retractare nolo, . . . & ea præterire melius eſt, quæ periculum pernicioſæ diſſenſionis habuerunt. *His obſervatis, S. Auguſtini textum reſumamus. Is cetera* S. Cypriani *verba ſimiliter expendens, ibidem ſic proſequitur:* „Quan- „ do habeat, inquit (*Carthaginenſis Antiſtes*) „ omnis epiſcopus pro licentia libertatis & po- „ teſtatis ſuæ arbitrium proprium, tamque judi- „ cari ab alio non poſſit, quàm nec ipſe poteſt „ alterum judicare:„ opinor utique, *ſubdit S. Auguſtinus*, in his quæſtionibus, quæ nondum eliquatiſſima perfectione diſcuſſæ ſunt.

B

Sanctique ſinceritas

696 Noverat enim, quantam ſacramenti profunditatem tunc omnis Eccleſia variâ diſputatione verſabat, liberumque faciebat quærendi arbitrium, ut examinata veritas panderetur. Neque enim mentiebatur, & ſimpliciores collegas in verbo capere cogitabat, ut, cùm ſe diverſum ſentire prodidiſſent, tunc, contrà quàm promiſerat, excommunicandos eſſe cenſeret. Abſit ab Anima tam ſancta iſta ſcelerata perfidia: qui hoc de tali Viro quaſi cum ejus laude ſentiunt, nihil aliud, quàm ſeipſos tales eſſe profitentur. Ego Cyprianum Catholicum epiſcopum, Catholicum martyrem, & quanto magis magnus erat, tanto ſe in omnibus humiliantem, ut coram Deo inveniret gratiam, nullo prorſus modo crediderim, in ſancto præſertim concilio collegarum, aliud ore protuliſſe, quàm corde geſtabat; præſertim cùm addat, & dicat: „Sed exſpectemus univerſi ju- „ dicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & „ ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in „ Eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro ju- „ dicandi. „ Sub tanti ergò commemoratione judicii verum exſpectans audire à collegis, prior eis mentiendi præberet exemplum? Averterit Deus hanc dementiam à quolibet Chriſtiano, quantò magis à Cypriano. Habemus ergo quærendi liberum arbitrium, ipſius Cypriani nobis mitiſſimo & veraciſſimo ſermone conceſſum.

C

vindicatur

697 *Hæc ex S. Auguſtino hîc referre viſum eſt, tum ut oſtenderem, neceſſe non eſſe, ut ſanctum Pontificem in memorata oratione à* S. Cypriano *ſugillatum fuiſſe dicamus; tum ut hujus ſinceritas in hoc concilio celebrando vindicaretur; tum denique ut appareret, quo ſenſu idem Sanctus ibidem dixerit, habere omnem epiſcopum pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ liberum arbitrium, nec ab alio poſſe judicari. Id enim* in his *tantùm* quæſtionibus, quæ nondum eliquatiſſima perfectione diſcuſſæ, *ſive deciſæ*, ſunt, *intelligendum eſſe monet S. Auguſtinus. Certè credidiſſe* S. Cyprianum, *epiſcopos ob certa crimina exauctorari, adeóque judicari poſſe, manifeſtum eſt ex variis ejuſdem epiſtolis, ac nominatim ex* 64, *in qua Fortunatiani Aſſuritanorum olim epiſcopi, & ex* 68, *in qua Baſilidis & Martialis Hiſpanorum antiſtitum exauctorationem probavit, ratamque eſſe voluit, itemque ex* 67, *in qua S. Stephanum Pontificem rogavit, ut Marcianum Arelatenſem in Gallia epiſcopum, Novatiani hæreſim ſectantem, ocyùs deponi, aliumque in ejuſdem locum ſubrogari juberet.*

D

à calumnia Donatiſtarum.

698 *Denique ea, quæ pro* S. Cypriani *in laudato concilio ſinceritate vindicanda ſanctus doctor ibidem habet, directè feriunt Donatiſtas, qui ejuſdem Sancti auctoritate pro iterando baptiſmate gloriabantur, ſed ab amore concordiæ & pacis, quam ipſe ſemper ſervare ſtuduerat, plurimùm abhorrebant. Dicebant autem hi, teſte S. Auguſtino in lib.* 3 *contra Creſconium Donatiſtam, cap.* 2, quòd (*majores ſui*) ab Orientalium propterea communione diſcreti ſunt, quia illi (*Orientales*) ſuum judicium reſciderunt, quo eis placuerat de iſta baptiſmi quæſtione Cypriano atque illi Africano concilio conſentiri oportere. *Cúmque S. Auguſtinus iis reponeret, propterea majores eorum contra* S. Cypriani *mentem egiſſe, qui cum collegis ſuis etiam diverſa ſentientibus ſervandam unitatem dixerat, idque ex ipſius in laudato concilio verbis probaret; reſpondebant illi*; Ideò eum ſic loqui voluiſſe, ne fortaſſe excommunicationis timore deterriti, non auderent liberè dicere, quod ſentirent; non quia cum eis eſſet in communione manſurus; *ut ſanctus doctor ibidem teſtatur. Unde & verba illa ſic excepit:* Ubi apertè dicunt, Cyprianum eſſe mentitum; *& Donatiſtas ipſos mendacii arguens, ſanctum Antiſtitem à tam fœda calumnia vindicavit.*

E

Credebant Afri, quæſtionem hanc

699 *Exiſtimavit igitur* S. Cyprianus, *quæſtionem illam non ad fidei dogmata, ſed ad diſciplinam pertinere; conſuetudinem autem, quam ſolam ipſi objiciebat S. Stephanus, quamque tot Africani præſules, ac nonnulli etiam Orientales rejiciebant, ipſe veriſimilibus rationibus præoccupatus, merè humanam eſſe, ac veritati cedere debere judicabat; ideóque opinatus eſt, quæſtionem hanc ampliùs diſcutiendam eſſe, ac interea poſſe ſe, ſalva Eccleſiæ unitate, diverſa ab aliis ſentire. Hinc ipſe cum ceteris epiſcopis, in ſecundo concilio Carthaginenſi congregatis, quæſtionem hanc inter conſuetudines in variis eccleſiis aliter obſervatas recenſet. Verba num.* 668 *recitavimus. Nempe cauſam ſuam non abſimilem credebat illi, quam in epiſtola* 52 *ad Antonianum his verbis commemorat:* Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam de epiſcopis iſtic in provincia noſtra, dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt: non tamen à coëpiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt, aut Catholicæ Eccleſiæ unitatem vel duritiæ vel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt; ut, quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de Eccleſia ſepararetur. Manente concordiæ vinculo, & perſeverante Catholicæ Eccleſiæ individuo ſacramento, actum ſuum

F

dif-

A disponit & dirigit unusquisque episcopus, rationem propositi sui domino redditurus.

ad fidem non pertinere :

700 *Eodem modo de hac quæstione, veluti ad solam disciplinam, episcopi arbitrio relictam, spectante, opinatus est Firmilianus, Cæsareæ Cappadocum episcopus, in epistola* 74 *de eadem ad* S. Cyprianum *data. Inter cetera enim, quæ in sanctum Stephanum non minùs falsò, quàm irreverenter, commotâ bile effudit, contendit hanc disciplinæ diversitatem salvo unitatis vinculo posse servari.* Eos autem, *inquit*, qui Romæ sunt, non ea in omnibus observare, quæ sint ab origine tradita, & frustra Apostolorum auctoritatem prætendere, scire quis etiam inde potest, quòd circa celebrandos dies Paschæ, & circa multa alia divinæ rei sacramenta videat esse apud illos aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter, quæ Hierosolymis observantur, secundùm quod in ceteris quoque plurimis provinciis multa pro locorum & nominum diversitate variantur; nec tamen propter hoc ab Ecclesiæ Catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est. *Nunc ad concilium redeamus.*

B *eorumdem in synodo sententia,*

701 *Congregati episcopi eo, quo diximus, modo à sancto Primate suo ad sententiam liberè dicendam excitati, singuli ex ordine opinati fuêre, opinionemque suam passim aliquot rationibus confirmârunt; at in eam sententiam omnes iverunt, ut baptismum ab hæreticis collatum, velut profanum irritumque rejicerent, ideóque baptizandos decernerent, quicumque eo solo tincti ad Ecclesiam venirent. Erant autem, ut diximus, unà cum Primate suo episcopi octoginta & quinque, è quibus Natalis ab Oea etiam Pompeji Sabratensis, & Diogæ Leptimagnensis, antistitum, qui aberant, loco & nomine suffragium dedit; atque ita sententiæ septem supra octoginta collectæ fuerunt. Postremo omnium loco* S. Cyprianus *suam sententiam dixit, & synodo coronidem imposuit his verbis :* Meam sententiam plenissimè exprimit epistola, quæ ad Jubajanum collegam nostrum scripta est; hæreticos, secundùm Euangelicam & Apostolicam contestationem & adversarios Christi & antichristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, unico Ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, & de antichristis Christiani.

C *quam, uti & cetera hùc spectantia,*

702 *Porrò qui rationes, à congregatis patribus pro rejiciendo baptismate hæreticorum in hoc concilio allatas, solidè refutatas videre cupit, adeat S. Augustinum lib.* 6 *&* 7 *de Baptismo contra Donatistas, ubi singulas examinavit & refellit. Istud verò observatione dignum est, ejusdem S. Augustini tempore dubitatum fuisse, an* S. Cyprianus *de baptismo ita senserit, prout in laudato concilio, litterisque sensisse perhibetur; nec defuisse, qui id tum disertè pernegarent, erroremque istum illi affictum esse contenderent. Ita docet nos ipse sanctus doctor in epistola* 93; *aliàs* 48 *ad Vincentium Rogatistam, cap.* 10 *scribens :* Cyprianus autem sensisse aliter de baptismo, quàm forma & consuetudo habebat Ecclesiæ, non in canonicis, sed in suis, & in concilii litteris invenitur . . . Quamquam non desint, qui hoc Cyprianum prorsus non sensisse contendant, sed sub ejus nomine à præsumptoribus atque mendacibus fuisse confictum.

S. Cypriano afficta, ætate S. Augustini

703 Neque enim sic potuit integritas atque notitia litterarum unius quàmlibet illustris Episcopi custodiri, quemadmodùm Scriptura canonica, tot linguarum litteris, & ordine & successione celebrationis Ecclesiasticæ custoditur; contra quam tamen non defuerunt, qui sub nominibus Apostolorum multa confingerent, frustra quidem; quia illa sic commendata, sic celebrata, sic nota est. Verùm quid possit adversùs litteras non canonica auctoritate fundatas, etiam hinc demonstravit impiæ conatus audaciæ, quòd & adversùs eas, quæ tantæ notitiæ mole firmatæ sunt, sese erigere non prætermisit. *Hæc S. Augustinus; observans, non incredibile videri debere, quod de afficta* S. Cypriano *sententia nonnnulli contendebant. Deinde quid ipse sentiret, subdidit;* Nos tamen, *inquiens*, duas ob res non negamus, illud sensisse Cyprianum, quòd & stilus ejus habet quamdam propriam faciem, quâ possit agnosci; & quòd ibi magis contra vos nostra causa demonstratur invictior.

nonnulli crediderunt.

704 *Verùm paulò post velut dubius denuò ait :* Porrò autem Cyprianus, aut non sensit omninò, quod eum sensisse recitatis, aut hoc postea correxit in regula veritatis *&c. Idem dubium suum repetit in libro* 1 *contra Cresconium Donatistam, cap.* 32, *ubi ait :* Nam & vos profertis concilium Cypriani, quod aut non est factum, aut à ceteris unitatis membris, à quibus ille non divisus est, meritò superatum. *Ex hisce non inaniter intulit Boschius noster in Commentario prævio ad Acta S. Stephani Papæ § 9, opinionem illam S. Augustino non omninò levem visam fuisse; credidero tamen hunc oppositam tenuisse, nec de altera alium in finem meminisse, quàm ut Rogatistis ac Donatistis ostenderet, quàm parvi eorum argumenta ex* S. Cypriani *concilio, litterisque petita faceret; dùm tam has, quàm illud pro genuinis admittebat, quæ non sine exemplo ac verisimilitudine inter fabulas posset rejicere, si eorum robur auctoritatemve pertimesceret.*

§ XLI. Afrorum legati à S. Stephano rejecti : Firmiliani de hac causa narratio æquo vehementior : hæc legatio post tertiam synodum Carthaginensem primùm adornata.

Legati à S. Stephano rejecti,

AB eadem synodo legatos Romam missos existimamus, de quibus Firmilianus Cæsarcensis in Cappadocia episcopus, ad sanctum Antistitem nostrum scribens, in epistola 75 *inter Cyprianicas meminit; quamquam alii legationem illam citiùs collocent, ad quorum argumentum infrà respondebimus. Sententiâ de rejiciendo hæreticorum baptismate communi tot episcoporum, ut præcedenti § vidimus, consensu firmatâ,* S. Cypriano, *ceterisque cum eo episcopis, visum est, legatos in Urbem destinare, qui S. Stephano eamdem coràm persuaderent, vel eum saltem tanti concilii auctoritate à ferenda excommunicationis sententia deterrerent, & ad qualemcumque conciliationem, conniventiamque adducerent. Sperabant enim, ut credere fas est, fore, ut sanctus Pontifex; dum Africanam ecclesiam, cum qua non pauci in Oriente sentiebant, in opinione sua obfirmatam videret, non difficulter ad leniora consilia moveretur, ne tam illustris portionis Ecclesiæ jacturam faceret.*

706 Ve-

AUCTORE C. S.

de quibus Firmilianus meminit,

706 *Verùm neque hæc legatio eventum, quem sibi proposuerant, sortita est: quippe si Firmiliano in citata epistola credimus, præmonitus de eorum adventu Pontifex iisdem omni Christianorum hospitio, tectoque interdixit, accedentesque ne ad commune quidem colloquium voluit admittere. Dixi: Si Firmiliano credimus; quia hujus auctoritatem hîc admodùm suspectam esse ostendemus. Interim illius verba audiamus. Postquam Apostoli Pauli in Epistola ad Ephesios locum de humilitate, lenitate ac dilectione mutua protulisset, sic prosecutus est:* Hæc Apostoli mandata & monita salutaria quàm diligenter Stephanus implevit, humilitatem sensûs & lenitatem primo in loco servans. Quid enim humilius aut lenius, quàm cum tot episcopis per totum mundum dissensisse, pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modò cùm Orientalibus, quod nec vos latêre confidimus; modò vobiscum, qui in Meridie estis, à quibus legatos episcopos patienter satis & leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret; adhuc insuper dilectionis & caritatis memor præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum
B suam reciperet, ut venientibus non solùm pax & communio, sed & tectum & hospitium negaretur.

fuerunt Afri,

707 *Antequam hæc discutiamus, observandum est, non omnes scriptores neotericos ea de* S. Cypriani *Afrorumque legatis dicta accepisse. Eminentissimus enim Baronius ad annum* 258, *num.* 15, *& Natalis Alexander Hist. Eccles. Sec.* 3, *art.* 1, *prop.* 2, *editionis Parisiensis anni* 1714, *censuerunt, Firmilianum hîc agere de legatis Oricntalibus, à concilio Iconiensi missis, quod concilium illorum prior anno* 258, *qui nobis* 256 *est, affigit, in quem & posterior consentit. Sed qui recensita Firmiliani verba perpenderit, non dubitabit, quin de legatis Africæ accipienda sint. Hinc etiam præmiserat:* Quod (*à pace & unitate Ecclesiæ recedere*) nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversùm vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum amore & honore mutuo custodierunt. *Eódem etiam spectâsse videtur, dum ibidem pariter dixit:* Nos gratiam referre Stephano in isto possumus, quòd per illius inhumanitatem nunc effectum sit, ut fidei & sapientiæ vestræ experimentum caperemus.

C *non Orientales.*

708 *Præterea Iconiensem synodum, à qua legatos istos missos volunt, diu ante S. Stephani Pontificatum celebratam fuisse, docet S. Dionysius Alexandrinus in epistola* 3 *ad Philemonem, relata ab Eusebio lib.* 7 *Hist. Eccles., cap.* 7, *ubi hæc scribit:* Illud præterea didici, non ab Afris solis hunc morem (*rebaptizandi ab hæreticis baptizatos*) nunc primùm invectum fuisse; sed & multò antea superiorum episcoporum temporibus, in ecclesiis populosissimis, & in conciliis fratrum apud Iconium & Synnada, & apud alios plurimos idem sancitum fuisse. Quorum sententias & statuta subvertere, eosque ad jurgia & contentiones excitare equidem nolim. Scriptum est enim: Non commutabis terminos proximi tui, quos parentes tui constituerunt. *Dionysio non obscurè consonat Firmilianus in epistola superiùs laudata de eodem argumento scribens:* Quod totum nos JAM PRIDEM in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti in unum convenientibus ex Galatia & Cilicia & ceteris proximis regionibus confirmavimus, tenendum contra hæreticos firmiter & vindicandum, cùm à quibusdam de ista re dubitare-
tur. *Nunc ad Firmiliani locum, à quo digressi* D *sumus, redeamus.*

Firmiliani dicta

709 *Severum hunc S. Stephani cum Africanis legatis agendi modum pro certo credere non possum soli Firmiliano asserenti, qui tum temporis (salva tanti viri pace id dicere liceat) exacerbato animo multa in sanctum Pontificem inverecundè effutiit, non modo æquo acerbiora, sed & falsa. Neque enim erubuit, illum audaciæ, insolentiæ, & manifestæ stultitiæ arguere; imperitum, iracundum, schismaticum, apostatam, abstentum, hæreticis omnibus pejorem dicere; de rebus improbè gestis accusare, aliisque onerare opprobriis. Illud quoque falsò ait, eumdem sanctum Pontificem* cum tot episcopis per totum mundum dissensisse; pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem; *quasi potissima Ecclesiæ pars cum Firmiliano sensisset, & Stephanus propterea, aliisque de causis omnes per totum mundum episcopos excommunicâsset; cùm tamen S. Augustinus lib. de unico Baptismo contra Petilianum cap.* 14 *disertè tradat, multò plures S. Stephano adhæsisse; neque quemquam partis adversæ idcircò excommunicatum fuisse, tum hîc tum alibi affirmet.* Multi, *inquit, loco citato,* cum illo (*Stephano*) quidam cum isto (*Carthaginensi Episcopo*) etiam sentiebant; E utrique cum eis in unitate consistentes. *Et lib.* 3 *contra Cresconium Donatistam, cap.* 3: Si omninò jam credendum sit, quinquaginta episcopis Orientalium id esse visum, quod septuaginta Afris, vel aliquanto ejus pluribus, contra tot millia episcoporum, quibus hîc error in toto orbe displicuit.

de gestis contra hos legatos

710 *Nec majorem veri speciem habent, quæ de* vario discordiæ genere *adjungit; quippe quæ cetera sic ignoravit antiquitas, ut, teste S. Augustino mox laudato, vel ipsi Donatistæ, qui* S. Cypriani *auctoritate rebaptizandi morem tueri conabantur, S. Stephanum inter Romanos Pontifices recenserent,* quos Episcopatum illibatum gessisse *confitebantur. Quis præterea credat, quæ Firmilianus dicteria adversùs* S. Cyprianum *sub finem epistolæ Stephano adscribit his verbis:* Et tamen non pudet Stephanum, . . . insuper & Cyprianum pseudo-Christum & pseudo-apostolum & dolosum operarium dicere? *Ego quidem hæc non magis à sancto Pontifice dicta credo, quàm vera esse, quæ Firmilianus ibidem irreverenter subjungit:* Qui (*Stephanus*) omnia in se esse conscius, præ- F venit, ut alteri ea per mendacium objiceret, quæ ipse ex merito audire deberet. *Eodem animi æstu, ac disputandi studio ex malè intellectis* S. Cypriani *verbis negavit, Apostolorum temporibus hæreticos exstitisse, contendens,* neminem tam stultum esse, qui hoc (*non rebaptizandos esse baptizatos ab hæreticis*) credat Apostolos tradidisse; quando etiam ipsas hæreses constet execrabiles ac detestandas postea exstitisse.

dubiæ fidei esse, ostenditur,

711 *Cùm itaque Firmilianus in hac epistola multa ex irati animi motu ad conflandam S. Stephano invidiam præter æquum ac decorum inconsideratè effuderit, quid mirum, si ejusdem sancti Pontificis in rejiciendis Africæ legatis severitatem simili, at minori tamen, libertate ampliâsset, minasque, obstinatè persistentibus ab eo intentatas, pro factis venditâsset? Sic certè pacem unitatemque sanctos Stephanum inter ac* Cyprianum *ruptam asserit; cùm tamen constet, hosce in communione mutua semper permansisse, justamque prioris indignationem intra solas minas stetisse, ut infrà latiùs ostensuri sumus. Facilè tamen Firmiliano assen-*

A *sentior, legatos illos à sancto Pontifice severè repulsos, Româque, re penitus infecta, excedere jussos esse, repetitis etiam gravibus in Afros minis, nisi ad pristinam Ecclesiæ consuetudinem redirent. Ita enim & rei gravitas, & periculum, ne quid isti Romæ turbarent, exigebat, quemadmodùm Petrus Constantius in Epistolis Romanorum Pontificum, dissert. de S. Stephani Papæ sententia circa receptionem hæreticorum, § 7 eruditè exposuit.*

Ista legatorum rejectio

712 *Nonnulli, inter quos Maranus, memoratos Afrorum legatos, non à tertia Carthaginensi synodo, sed à secunda, Romam missos esse volunt, ac consequenter statuunt, epistolam S. Stephani ad* Cyprianum, *quam hic in sua ad Pompejum refellere instituit, vel à legatis istis Carthaginem allatam, vel paulò post eorumdem regressum eòdem missam esse. In hanc sententiam Maranus concessit ob rationem temporis, quam cum nostra pugnare arbitratus est. Est autem hæc ratio hujusmodi. Ex dictis constat, concilium Carthaginense tertium* Kalendis Septembris *anno* 256 *celebratum fuisse. Nec minùs certum est ex epistola* 75, *Rogatianum diaconum post rejectos Romæ*

B *legatos ad Firmilianum, Cæsareensem in Cappadocia episcopum, cum* S. Cypriani *litteris missum fuisse, ut illum de rebus apud Romanum Pontificem gestis instrueret. Tempus autem hujus missionis idem Firmilianus in citata epistola opportunè sic indicat:* Quoniam verò legatus iste (*Rogatianus*) à vobis missus, regredi ad vos festinabat; & hibernum tempus urgebat, quantùm potuimus, ad scripta vestra rescripsimus.

non post secundam,

713 *Secundùm hæc igitur debuisset in sententia nostra à Kalendis Septembribus usque ad initium hiemis ejusdem anni* 256 *synodus Carthagine celebrata, legatique Romam missi, ac inde in Africam reversi fuisse; & post hæc præterea Rogatianus Cæsaream in Cappadocia profectus, suum versùs Carthaginem reditum jam ursisse. Id autem Marano eò minùs fieri potuisse videtur, quòd concilii ad S. Stephanum legatos non maxima celeritate usos esse ex eo putet, quòd eorumdem adventum in Urbem fama præveniens, laudato Pontifici tempus & occasionem dederit præcipiendi* fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut venientibus non solùm pax & communio, sed & tectum & hospitium

C negaretur, *prout suprà ex Firmiliani epistola dictum est. Huic argumento addit locum ex* S. Cypriani *epistola* 73 *ad Jubajanum, quam nos cum ipso non multò post secundum concilium Carthaginense scriptam esse statuimus. Nam cùm in ea Sanctus dicat:* Si possessionis ergò nostræ jus tenemus, si sacramentum unitatis agnoscimus, cur prævaricatores veritatis, cur proditores unitatis existimamur? *cùm hæc, inquam, Sanctus ibidem dicat, Maranus eum de Stephani in legatos suos severitate conqueri arbitratur; ob quam similiter factum putat, ut sancto Antistiti in epistola* 74 *ad Pompejum nonnulla in eumdem sanctum Pontificem acriora dicta exciderint.*

sed post tertiam

714 *Fateor equidem, primum Marani argumentum esse hujusmodi, ut manus ipsi libenter daturus essem, nisi & temporis spatium rebus gestis absolutè sufficeret, & graves rationes aliter suaderent. Ab hisce incipiamus. Verisimile non est, S. Stephanum, aliunde tantùm intellectâ Afrorum sententiâ, eâ severitate mox usum fuisse, ut eorumdem legatos, eosque episcopos, inauditos, imò nondum appulsos, non modò à colloquio suo, sed & hospitio tectoque fidelium arcendos decerneret, prout ex Firmiliani epistola tenet* AUCTORE C. S. *Maranus. Hæc ratio Tillemontio, in Romanos Pontifices, ac nominatim in S. Stephanum, alioquin minùs æquo, tam valida visa est, ut propter eam à sententia, quam sequimur, minimè recedendum putaverit. Neque hæc difficultas, ut Marano visum est, evanescit, observando, dissensionem eâdem de causa sancto Pontifici cum Asiaticis, Firmiliano scilicet, ceteriisque ipsi adhærentibus, ante hanc Afrorum legationem jam intercessisse; ideóque mirum videri non debere, si nova Carthaginensis synodi decreta accenso ipsius animo novas faces admoverint, ad eamque severitatem impulerint.*

Carthaginensem synodum,

715 *Non evanescit, inquam, hinc difficultas; quia ne vel sic prudentia aut æquitas permitteret, ut missi ab Africana ecclesia legati, inauditi planè, tanta cum severitate tractarentur; quippe qui nullum obstinationis indicium eò usque dedissent, nullaque hac super re jussa à Pontifice accepissent. Severitas hæc multò minor, æquiorque est in sententia nostra, secundùm quam legati illi eo modo (nisi tamen exaggeret Firmilianus) tum demùm excepti repulsique fuerunt, cùm Afri jam semel auditi, contra gravissimum Pon-* E *tificis rescriptum & comminationem, errorem suum etiam majori, quàm priùs, episcoporum numero confirmâssent. Secundò si legatorum rejectio ante scriptas epistolas ad Jubajanum & Pompejum, itemque ante tertiam synodum contigerit, cur, quæso,* S. Cyprianus *nec in hac, nec in illis, ullam de tam insigni inexspectatoque eventu mentionem fecit?*

primùm contigisse dicenda est,

716 *Respondet quidem Maranus,* hoc silentium lenitati, quæ summa fuit in Cypriano, tribuendum *esse; de duabus verò istis epistolis vide dicta ejus num.* 713. *Verùm ego, licèt lenitatem ac mansuetudinem ipsius pariter venerer, non possum tamen, quin cum S. Augustino lib.* 5 *de Baptismo contra Donatistas, cap.* 25 *reverenter non laudem,* quæ in Stephanum irritatus effudit *in posteriori epistola,* & quæ periculum pernicioſæ dissensionis habuerunt. *Si tamen hæc cum summa ejus lenitate rectè concilientur, non video, cur religioni habuisset istam Romani Pontificis in dictos legatos severitatem commemorare, quod certè cum minori commotæ mentis suspicione, quàm quâ epistolam ad Pompejum scripsit, facere potuisset, ut eam legenti apparebit. Hinc verisimile non est,* F *ea, quæ in hac eadem epistola in S. Stephanum durius scripsit, vel in altera ad Jubajanum conquestus est, à dolore ex legatorum rejectione profecta esse. Sed in priori quidem sic scripsit, S. Stephani litteris, gravique comminatione commotus, de quibus solis ibidem expostulat; in altera verò, quæ de Stephano ne meminit quidem, refutare conatur epistolam ignoti nobis auctoris, cujus exemplar Jubajanus ad eum miserat, & in qua ipse, quique cum eo contra Apostolicam traditionem sentiebant, veluti* prævaricatores veritatis & proditores *traduci potuerunt.*

nec oppositum evincunt

717 *Hæ rationes mihi planè persuadent, memoratam legationem non nisi à tertia synodo Carthaginensi adornatam fuisse, nisi temporis rationem suprà expositam cum rebus interim gestis conciliari non posse, ostendatur. Cur autem conciliari non possit? Nam primò quidem legatos istos in Romano itinere suo summa celeritate usos non esse, non probat epistola Firmiliani: potuit enim adventum eorum fama Romam prævenire per aliquem, qui vel pridiè, quàm ipsi, Carthagine discesserat, vel paulò feliciore navigatione fuerat usus; neque*

AUCTORE C. S. *etiam multum temporis requirebatur, ut Pontifex interdictum de legatis hospitio arcendis ferret. Deinde nec ex Firmiliani verbis constat, istud ante eorumdem adventum ab illo latum fuisse; cùm ea accipi possint de solis minis, quas S. Stephanus ipsis intentaverit, si in eodem errore perseverantes, imposterum redirent. Frustra igitur ex hoc capite Maranus legatorum iter tardare conatus est.*

rationes à Marano allatæ.

718 *Trajectus Carthagine Romam tantus non est, quin iidem legati, quorum omnis mora Romæ inutilis planè fuisset, ante finem Septembris in Africam reduces facile esse potuerint, adeóque & eodem mense Rogatianus diaconus Cæsaream Cappadocum ad Firmilianum mitti, & sub finem Octobris vel Novembris initium, illuc advenire, & inchoata jam hieme mox reverti voluisse. Inchoata jam hieme, inquam; nusquam enim dicitur Rogatianus ante hiemem eò perveniisse. Verba Firmiliani subjungo:* Quoniam verò legatus iste, à vobis missus, regredi ad vos festinabat, & hibernum tempus urgebat, quantùm potuimus, ad scripta vestra rescripsimus. *Hæc autem æquè hiemis initium, quàm autumni finem significant;*
B *eaque sic possumus interpretari, ut Rogatianus in Africam reverti festinaverit, ne jam tum inchoata hiems ingravescens, regressum suum, si minùs præcluderet, saltem redderet molestiorem.*

§ XLII. Sanctus scribit de eadem causa ad Firmilianum, & ab eo epistolam recipit: quid S. Augustinus in Sancto circa hanc controversiam laudaverit.

Scribit ad Firmilianum,

Dubitari non potest, quin Africani præsules, ac S. Cyprianus *præsertim, infelici causæ suæ eventu ex legatis Româ reversis intellecto, non parùm turbati fuerint, veritique, ne Romanus Pontifex, quem in proposito suo immobilem experiebantur, à minis demùm ad sententiam excommunicationis procederet, animos in omnem*
C *partem versaverint, ut fulmen istud à suo capite averterent. Cùm verò sanctus Præsul sciret, Firmilianum, Cæsareensem in Cappadocia episcopum, ob eamdem opinionem, nec dissimili modo unà cum multis collegis suis à S. Stephano reprehensum fuisse, visum ipsi est litteras ad illum dare, quibus de Africanæ ecclesiæ statu, communique periculo instrueretur, & quæ ipsi tum esset sententia, ediceret. Boschius noster in Commentario prævio de S. Stephano sæpe laudato, § 3 suspicatus est;* S. Cyprianum *id consilii cepisse, ut Firmilianum simul hortaretur, ut, si quos vel in Oriente, vel apud Ægyptum, amicos haberet, quos Romæ suspectos non esse, ac aliquid valere sciret, tanti infortunii deprecatores adhiberet. Quod etsi aliunde satis verisimile appareat, in Firmiliani tamen responso nihil planè occurrit, quod huic suspicioni suffragetur; ea verò, quam* S. Cyprianus *hac occasione ad Firmilianum scripsit, non supereſt. Attamen S. Dionysium Alexandrinum suam in hac causa operam, precesque contulisse, infrà videbimus.*

720 *Missus ergò est Cæsaream mense Septembri ad finem vergente, ut præcedenti § probavimus, Rogatianus diaconus, cui* S. Cyprianus *litteras ad Firmilianum deferendas commisit, in quibus vel suam adversùs S. Stephanum epistolam ad Pompejum scriptam recitavit, vel certè simul cum illis transmisit, ut ex dicendis constabit. Non poterat Firmiliano quidquam gratius hisce litteris accidere; quippe qui in eodem discrimine versans, partes suas tanti Episcopi, simul & plurium Africæ, Numidiæ ac Mauritaniæ antistitum accessione vehementer firmatas videret, eóque minùs à justa Romani Pontificis indignatione sibi metuendum confideret, quò plures sententiæ suæ patronos ipsi posset objicere. Hoc gaudium suum tum in ipso initio epistolæ 75, quam* S. Cypriano *rescripsit, per gratiarum actiones, tum denuò aliquibus interjectis, in hunc modum expressit:* De vobis autem cognoscentes, quòd secundùm regulam veritatis & sapientiam Christi hoc, de quo nunc queritur, dispositeritis, cum magna lætitia exsultavimus, & Deo gratias egimus, quia invenimus in fratribus tam longè positis tantam nobiscum fidei & veritatis unanimitatem.

D *& ab eo acrem epistolam*

adversùs S. Stephanum accipit,

721 *Porrò in hac epistola Firmilianus argumenta, à* S. Cypriano *in epistola ad Pompejum adversùs S. Stephanum producta repetiit, approbavitque, ac nonnulla præterea addidit, quæ in rem suam esse, ipsi videbantur; prout utramque epistolam conferenti manifestum erit, & Firmilianus ipse in sua testatur. Sic enim in illa scribit:* Nos verò ea, quæ à vobis scripta sunt, quasi nostra propria suscepimus; nec in transcursu legimus, sed sæpe repetita memoriæ mandavimus. Neque obest utilitati salutari aut eadem retexere ad confirmandam veritatem, aut & quædam addere ad cumulandam probationem. *Verùm multò vehementiùs, quàm* S. Cyprianus, *ipse efferbuit, plurimaque in S. Stephanum non minùs ipsi injuriosa, quàm se indigna, impotentiùs effudit, quorum aliqua § præcedenti perstrinximus, nec cetera lubet hîc referre; utpote quæ illum ipsum deleturum fuisse opinor, si Rogatianus, qui omnes sui reditûs moras amputabat, ipsi spatium concessisset, quo turbulenta illa animi commotio deferbuisset. Neque dubitandum est, quin Firmilianus, de Ecclesia Dei contra Paulum Samozatenum benè meritus, & in Menæis Græcis ad diem* XXVIII *Octobris adscriptus, dicteria illa pœnitentiâ eluerit, quod ad dictam diem examinandum*
E F *erit.*

quam à S. Cypriano versam esse non credimus.

722 *Contrà non facilè mihi persuaderi patiar, dictam epistolam* S. Cypriano *interprete è Græca Latinam factam esse, ut nonnulli ex sola styli similitudine colligendum putârunt; quamquam enim sanctum Antistitem in præsenti dissensione nonnumquam ex humana fragilitate duriùs de S. Stephano scripsisse fatendum sit, non opinor tamen, eumdem operam suam impendere voluisse, ut irati Firmiliani in eumdem S. Stephanum convicia Latinè reddita latiùs spargerentur. Hinc magis miror, id etiam Marano placuisse, cui sancti Præsulis inter has ipsas contentiones lenitas tanta visa est, ut huic tribuendum sine dubio affirmet, quòd de S. Stephani in rejiciendis Afrorum legatis severitate verbum nullum in litteris ad Jubajanum & Pompejum, nec non in concilio Carthaginensi tertio, quæ omnia Firmiliani epistolæ præmittit, facere voluerit. Præterea non satis verisimile apparet,* S. Cyprianum *interpretem esse epistolæ, in qua tamquam ex hujus mente ac sententia negatur Apostolorum temporibus hæreticos exstitisse, cùm ipse in epistola ad Pompejum contra-*

A *trarium asseruisset, tantúmque dixisset, postea etiam* acriores, *quàm quos Apostoli damnârunt, prorupisse.*

Tempus hujus scriptæ epistolæ.

723 *Anni tempus, quo prædicta epistola scripta est, ex ea superiùs annotavimus; nunc annum ipsum ex eadem accipe. Historiam cujusdam pseudo-prophetissæ in Cappadocia in hac epistola narraturus Firmilianus, de tempore hæc præmittit:* Ante viginti enim & duos ferè annos, temporibus post Alexandrum imperatorem, multæ istic conflictationes & pressuræ acciderunt. *Scribebat ergò ista Firmilianus anno 22 post Alexandri imperium currente: hic autem anno Christi 235 ac mense Martio, ut plerisque placet, occisus est; à quo tempore si usque ad initium hiemis anni 256 numeres, habebis annum 22 aliquot mensibus jam inchoatum ab Alexandri interitu; ideóque tam laudatum concilium tertium Carthaginense, quàm quæ illud usque ad rescriptum Firmiliani secuta fuêre, ad annum 256 referenda sunt, nec in sequentem annum differri possunt, cujus mense Augusto S. Stephanus martyrio coronatus est,* & S. Cyprianus *pulsus in exsilium.*

B *Consultus à Magno de baptismo Novatianorum,*

724 *Quid in hac controversia deinde utrimque tentatum fuerit, incompertum est; sed ad hoc tempus probabiliùs pertinere credo* S. Cypriani *epistolam 76 ad Magnum, quam Eminentissimus Baronius ad annum 258, num. 22, & post hunc Pearsonius ad annum 255, num. 2 primo loco de hæreticorum baptismo datam esse non improbabiliter arbitrantur, quamque post S. Cornelii Pontificatum scriptam fuisse, ex eo constat, quòd de illius martyrio in illa expressa mentio fiat. Duo autem in eadem quærit Magnus: primum,* an inter ceteros hæreticos eos quoque, qui à Novatiano veniunt, post prophanum ejus lavacrum baptizari & sanctificari in Ecclesia Catholica legitimo & vero & unico Ecclesiæ baptismate oporteat. *Alterum,* quid... de illis videatur, qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequuntur (*id est, qui de vita periclitantes, in lecto per aspersionem baptizantur,* clinici *propterea dicti*) an habendi sint legitimi Christiani, eò quòd aquâ salutari non loti sunt, sed perfusi.

& de baptizatis in lecto, respondet;

C 725 *Ad utramque quæstionem* S. Cyprianus *respondet annuendo; nullum enim hæreticum aut schismaticum, qualiscumque is demùm fuerit, baptizare posse; neque interesse, utrùm quis lotus, an perfusus, sanusne, an decumbens in Ecclesia Christi baptizetur. Sub finem tamen more suo monet, sese hæc ita sentire, ut aliter opinantes propterea damnare nolit, aut ab eorum communione recedere:* Rescripsi, *inquiens,* fili carissime, ad litteras tuas, quantùm parva nostra mediocritas valuit, & ostendi, quid nos, quantùm in nobis est, sentiamus, nemini præscribentes, quo minùs statuat, quod putat, unusquisque præpositus, actûs sui rationem Domino redditurus, secundùm quod beatus apostolus Paulus in epistola sua ad Romanos scribit & dicit: „Unusquisque „ nostrûm pro se rationem dabit. Non ergò nos „ invicem judicemus. „

quæ epistola ad hoc tempus

726 *Ratio autem, ob quam laudatus Baronius & Pearsonius cum illo, eam primam omnium de hoc argumento à Sancto nostro scriptarum existiment, hæc est,* quòd nulla in ea mentio habeatur de scriptis ad diversos episcopos antè litteris, nec de conciliis in Africa eâ causâ collectis, quorum necessaria citatio videri poterat. *Ita Eminentissimus annalista, nec improbabiliter. Nos tamen cum Pamelio, aliisque malumus eamdem postremo loco collocare ob ipsum epistolæ argumentum. Non enim hîc quæritur, utrùm à quibuscumque hæreticis tincti, si ad Ecclesiam veniant, baptizandi sint, ut in Africa dubitatum fuisse suprà vidimus;* sed an inter ceteros hæreticos eos quoque, qui à Novatiano veniunt, post prophanum ejus lavacrum baptizari... in Ecclesia Catholica... oporteat. *Jam ergò decisa erat in Africa prior quæstio de baptizandis omnibus, in quacumque hæresi baptizatis, eique sententiæ veluti certæ inhærens Magnus, tantummodò dubitabat, utrùm de Novatianis idem statuendum esset.*

probabiliùs referenda est.

727 *Peculiarem dubitandi causam* S. Cyprianus *ibidem sic memorat:* Quòd si aliquis illud opponit, ut dicat, eamdem Novatianum legem tenere, quam Catholica Ecclesia teneat; eodem symbolo, quo & nos baptizare; eumdem nôsse Deum Patrem, eumdem Filium Christum, eumdem Spiritum sanctum; ac propter hoc usurpare eum potestatem baptizandi posse, quòd videatur in interrogatione baptismi à nobis non discrepare, *&c. Objectionem hanc deinde pluribus refutare conatur. Hinc fluit responsio ad Baronii argumentum: nempe necesse non erat de prioribus litteris conciliisque mentionem fieri, quorum* E *sententiam ac decreta Magnus noverat, probabatque; sed satis erat illorum æquitatem, refricandæ memoriæ ergô, paucis proposuisse, ac deinde pluribus probâsse, Novatianum eodem, quo ceteros hæreticos, schismaticosque loco in causa baptismatis habendum esse; quemadmodùm in laudata epistola fecit* S. Cyprianus. *Hinc pariter planum est, cur nec Agrippini concilium in eadem epistola memoretur, cujus non minùs necessaria citatio in Baronii sententia fuisse dicenda est, ad quod ipse non advertisse videtur. Ceterùm hanc epistolam exorta vigentique de baptismo dissensione scriptam esse, acriora Sancti dicta hinc & inde satis insinuant.*

Quid de tota hac S. Cypriani

728 *Superest, ut cetera ad hanc* S. Cypriani *controversiam spectantia expediamus. Certum est, sanctum Præsulem nostrum cum ceteris ejusdem sententiæ patronis acriter defendisse errorem, quem non modò tum longè maxima Ecclesiæ pars reprobabat, sed & deinde universa Ecclesia penitùs proscripsit, excommunicationis pœnâ in refractarios latâ, quam S. Stephanus olim fuerat comminatus. Certè S. Augustinus lib. 2 de Baptismo, cap. 9 & alibi, controversiam hanc secundùm Stephani sententiam ante sua tempora in plenario* F *concilio terminatam jam fuisse testatur. Hoc tamen* S. Cypriani *factum magnis laudibus celebrare solent heterodoxi scriptores, & quicumque supremam Romani Pontificis in quæstionibus ad fidem spectantibus auctoritatem iniquè ferunt; ideóque S. Stephanum livido dente arrodere non erubescunt, quem præter alia insignia merita, hæc ipsa in tuenda Apostolica traditione constantia æternâ memoriâ dignum fecit. Sed non est hujus loci hæc pluribus tractare, quæ ad sanctum illum Pontificem ac martyrem propriè spectant, & de quibus propterea consule, si lubet, Commentarium prævium ad ejusdem Sancti Acta, apud nos tom. 1 Augusti ad diem 2, § 4, ubi ipsius adversùs* S. Cyprianum & *rebaptizantes gesta, à potiori Ecclesiæ parte constanter ab initio probata fuisse ostenditur.*

dissensione S. Augustinus

729 *Certè S. Augustinus, licèt illum variis in locis, quantùm potest excusset, non ab omni tamen culpa absolvit, sed in epistola 93, aliàs 48, ad Vincentium Rogatistam, cap. 10 scribit:* Porrò autem Cyprianus aut non sensit omninò, quod eum sensisse recitatis, aut hoc postea correxit in re-

AUCTORE C. S.

regula veritatis, aut hunc quasi nævum sui candidissimi pectoris cooperuit ubere caritatis, dum unitatem Ecclesiæ toto orbe crescentis, & copiosissimè defendit, & perseverantissimè tenuit vinculum pacis. Scriptum est enim : Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Accessit hùc etiam, quòd tamquam sarmentum fructuosissimum, si quid in eo fuerat emendandum, purgavit Pater falce passionis. Sarmentum enim, ait Dominus, quod in me dat fructum, purgat illud Pater meus, ut majorem fructum afferat. *Similia repetit in epistola* 108, *aliàs* 255, *ad Macrobium, cap.* 3, *& lib.* 2 *contra Gaudentium, cap.* 9.

730 *Hinc etiam lib.* 2 *de Baptismo contra Donatistas, cap.* 1, *lib.* 4, *cap.* 6, *lib.* 6, *cap.* 2, *& lib.* 7, *cap.* 1 *&* 20 *hunc eumdem Sancti errorem comparat cum facto S. Petri Apostoli, ob quod hunc à S. Paulo jure rectèque reprehensum fuisse, ex epistola ad Galatas, cap.* 2 *existimavit. Unum pro ceteris locum primo citatum accipe :* Si potuit, inquam, Petrus contra veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit, cogere gentes judaizare, cur non potuit Cyprianus contra regulam veritatis, quam postea tota Ecclesia tenuit, cogere hæreticos vel schismaticos denuò baptizari ? Puto, quòd sine ulla sui contumelia Cyprianus episcopus Petro Apostolo comparatur, quantùm attinet ad martyrii coronam. Cetera magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus exsistam. Quis enim nescit, illum Apostolatûs principatum cuilibet episcopatui præferendum.

variis in locis

B

731 *Neque existimo, eumdem sanctum doctorem alia de causa tantopere laborâsse, ut istud factum modò in dubium vocaret, quemadmodùm tum verbis num.* 702 *relatis, quæque ibidem subduntur, tum in laudata epistola* 108, *tum denique lib.* 1 *contra Cresconium Donatistam, cap.* 82 *fecit ; modò excusaret aut diminueret, prout locis pene innumeris in suis contra Donatistas Rogatistasque lucubrationibus præstitit ; existimo, inquam, non alia id illum de causa fecisse, quàm quòd doleret, nævum illum in candidum istud magni Episcopi ac Martyris pectus umquam irrepsisse. Simili ratione factum puto, ut S. Pontius*, Cypriani *diaconus ac Vitæ scriptor, hanc totam de baptismo hæreticorum controversiam ne verbo quidem attigerit, haud dubiè satius ratus reverenti silentio premere, quæ eximio huic Præsuli ex humana fragilitate in hac causa acciderant ; neque enim hæc prætermissurus fuisse videtur, si tanta laude digna credidisset, quantam meruisse videntur adversariis Pontificiæ auctoritatis.*

sensérit.

C

732 *Verùm, etsi aliquid humani* S. Cyprianum *hîc passum esse fateamur, agnoscimus tamen ac veneramur in ipso ejusdem inter hasce contentiones amorem pacis ac unitatis, quem S. Augustinus plurimis in locis meritò laudavit, & Donatistis imitandum proposuit. Etenim licèt sanctus Præsul decretum Agrippini rationibus*, quæ illi veræ visæ sunt in obscurissima quæstione laboranti, & de remissione peccatorum fluctuanti, *ut loquitur S. Augustinus lib.* 4 *de Baptismo, cap.* 6, *licèt, inquam, suum decretum rationibus istis planè conforme crederet, illudque non modò tot Africæ, Numidiæ ac Mauritaniæ episcoporum, sed & aliquot Orientalium sententiâ, coactisque ibidem synodis confirmatum videret, ideóque in Romanum Pontificem, istud, propositis etiam excommunicationis pœnis, proscribentem vehementiùs efferveseeret, studiosissimè tamen cavit, ne aut ipse aut alii à Romanæ Ecclesiæ communione segregarentur. Certè hunc unitatis amorem in eo tanti fecit sanctus doctor, ut crederet illum in hunc errorem labi permissum esse à Deo, ut pacis atque unitatis exemplum vel inter acres contentiones synchronis æquè ac posteris præberet.*

Laudavit tamen in eo

D

733 *Longum foret singulos S. Augustini locos recensere, ideóque unum tantùm ex lib.* 1 *de Baptismo, cap.* 18 *subjungo.* Quod (*baptizari baptizatos ab hæreticis*) non rectè fieri, tanto Viro nimirùm propterea Dominus non aperuit, ut ejus pia & humilitas & caritas in custodienda salubriter Ecclesiæ pace patesceret, & non solùm illius temporis Christianis, sed etiam posteris, ad medicinalem, ut ita dicam, notitiam signaretur. Cùm enim tanti meriti, tantæ Ecclesiæ, tanti pectoris, tanti oris, tantæ virtutis Episcopus, aliud de baptismo arbitraretur, quàm erat diligentiùs inquisita veritas firmatura, multique ejus collegæ, quamvis nondum liquidò manifestatum, id tamen tenerent, quod & præterita Ecclesiæ consuetudo, & postea totus Catholicus orbis amplexus est ; non se ille tamen à ceteris diversa sentientibus separatâ communione disjunxit & hoc etiam ceteris persuadere non destitit, ut sufferrent invicem in dilectione, studentes servare unitatem spiritûs vinculo pacis. Ita enim corporis manente compage, si quid in quibusdam membris infirmabatur, ex eorum sanitate convalesceret potiùs, quàm præcisione mortificatum diligentiam nullius curationis admitteret.

insignem inter ipsius dilectiones

E

734 Et si se ille separâsset, quàm multi sequerentur ! Quantum sibi nomen inter homines faceret ! Quàm latiùs Cyprianistæ, quàm Donatistæ, vocarentur ! Sed non erat filius perditionis, de quibus dictum est : Dejecisti eos, dum extollerentur ; sed erat filius pacis Ecclesiæ, qui tanta cordis illuminatione præditus, propterea non vidit aliquid, ut per eum aliud supereminentius videretur. Et adhuc, inquit Apostolus, supereminentiorem viam vobis demonstro : Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Minùs ille penetravit, ut cerneret secretum abditum sacramenti : sed si sciens omnia sacramenta, caritatem non haberet, nihil esset. Cùm autem minùs illud perspiciens, hanc tamen humiliter, fideliter, fortiter custudovit, ad martyrii coronam meruit pervenire ; ut, si qua in ejus lucidam mentem ex humana conditione nebula irrepserat, glorioſa serenitate fulgentis sanguinis fugaretur....

amorem concordiæ

F

735 Quòd ergò ille Vir sanctus de baptismo aliter sentiens, quàm se res habebat, quæ postea pertractata, & diligentissimâ consideratione firmata est, in Catholica unitate permansit, & caritatis ubertate compensatum est, & passionis falce purgatum. *Hæc & similia S. Augustinus variis in locis habet, laudans in sancto Præsule nostro non dissensionem à Stephano, sed unitatis amorem, hunc que eò magis crebriùsque laudans, quod contra Donatistas scriberet, quos* Cyprianum *in rebaptizandis hæreticis auctorem sibi esse jactantes, ejusdem Sancti exemplo continuè urgebat, ut ad Ecclesiæ unitatem redirent, & ex suo ipsorum schismate arguebat, quantùm ab hujus sancti Martyris sensu ac moribus dissiderent. Ex dictis colligè, quàm infideliter nonnulli varios S. Augustini locos sic referant, quasi hic sanctus doctor in tota illa controversia nihil, nisi summa laude dignum, à* S. Cypriano *factum dixisset.*

& unitatis Ecclesiæ.

A

§ XLIII. Stephanus numquam excommunicavit S. Cyprianum, ſed hic in ipſius & ſucceſſoris ejus communione ſemper vixit, & martyrio coronatus eſt.

S. Stephanus excommunicationem,

Quæ huc uſque ex SS. Cypriano *ac Auguſtino allegavimus, extra dubium faciunt, quin ſanctus Præſul noſter, non obſtante contentione, à Romanæ Eccleſiæ communione diſcedere noluerit, omnique ſtudio laboraverit, ne, qui ſecum ſentiebant, ab eadem ſe ſegregarent. At nonnulli ſunt, inter quos Tillemontius, qui eumdem aut reipſa à S. Stephano excommunicatum fuiſſe, apertè dicant, aut certè ſic loquantur, ut*

B *id lectoribus perſuaſum velint; nimirùm ut Sedis Apoſtolicæ auctoritatem arrodant, dum tam inſignem Epiſcopum ac Martyrem ab ea abſtentum vixiſſe, obiiſſeque comminiſcuntur. Sed ſi illi tam æquo animo S. Auguſtinum hac in parte conſuluiſſent, quàm avido arripuerunt, contraque S. Stephanum iniquè interpretati ſunt, quidquid ſanctus ille doctor pro* Cypriano *excuſando, quodque bene egerat, laudando, adversùs Donatiſtas & Rogatiſtas conſcripſit, agnoviſſent utique, excommunicationis ſententiam à ſancto Pontifice interminatam quidem, ſed numquam tamen latam fuiſſe; neque amantiſſimum Catholicæ unitatis Præſulem ea labe conſperſiſſent.*

737 *Itaque S. Auguſtinum audiamus. Hic lib.*

quam Sancto minatus eſt, *unico de Baptiſmo contra Petilianum, cap.* 14 *Donatiſtis, qui cùm* S. Cypriani *auctoritatem pro baptizandis hæreticis commendarent, ſui ſchiſmatis cauſam eam allegabant, quòd in Eccleſia Catholica multi mali eſſent, quódque boni cum his communicando contaminarentur, velut inſolubile argumentum objicit non interruptam* S. Cypriani *communionem, tam cum S. Stephano, quàm cum iis omnibus, quos hic ab hæreticis baptizatos in Eccleſiam admittebat. Locus quidem longior*

C *eſt, ſed inſignis, ideóque eum hìc ſubjungo.* Sed volo mihi, *inquit,* ſolvat iſte (*Petilianus*) quæſtionem: quandoquidem cùm Romanæ Eccleſiæ per ordinem commemoraret Epiſcopos, inter eos commemoravit & Stephanum, quos Epiſcopatum illibatum geſſiſſe confeſſus eſt. Cùm ergò Stephanus non ſolùm non rebaptizaret hæreticos, verùm etiam hoc facientes, vel, ut fieret decernentes, excommunicandos eſſe cenſeret, ſicut aliorum epiſcoporum, & ipſius Cypriani litteræ oſtendunt; tamen cum eo Cyprianus in unitatis pace permanſit. Quid hìc dicturi ſunt? Excutiant ingenia ſua, quantùm poſſunt, & utrùm valeant reſpondere, conſiderent.

738 Ecce duo erant uno tempore, (ut de aliis taceam) qui diverſa ſentiebant: duo erant eminentiſſimarum eccleſiarum, Romanæ ſcilicet &

numquam ipſi inflixit; Carthaginenſis epiſcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate Catholica conſtituti; quorum Stephanus baptiſma Chriſti in nullo iterandum eſſe cenſebat, & hoc facientibus graviter ſuccenſebat; Cyprianus autem in hæreſi vel ſchiſmate baptizatos, tamquam non habentes baptiſmum Chriſti, baptizandos in Eccleſia Catholica exiſtimabat. Multi cum illo, quidam cum iſto etiam ſentiebant, utrique cum eis in unitate conſiſtentes. Si ergò verum eſt, quod iſti dicunt, & unde cauſam ſuæ ſeparationis aſſerere vel excuſare conantur, in una communione Sacramentorum mali maculant bonos, & ideò corporali disjunctione à malorum contagione recedendum eſt, ne omnes pariter pereant; jam tum Stephani & Cypriani temporibus periiſſe Eccleſiam, confitendum eſt, nec aliquam poſteris derelictam, ubi Donatus ipſe ſpiritaliter naſceretur. AUCTORE C. S.

739 Quod ſi dicere nefarium judicant, quia re vera nefarium eſt; ſic manſit Eccleſia ex illis temporibus uſque ad tempora Cæciliani & Majorini, ſive Donati, nec eam maculando perdere potuerunt, quicumque in eam ſecundùm ipſos ſine baptiſmo admiſſi ſunt, pleni omnibus peccatis & criminibus ſuis, nec ulla facta eſt à Cypriano & eis, qui pariter de baptiſmo ſapiebant, ab illorum communione diviſio, quoniam non ſe arbitrabantur in unitate & communione Sacramentorum Chriſti alienis malis poſſe maculari; ſic potuit deinceps Eccleſia permanere, quam toto, ſicut de illa prædictum eſt, terrarum orbe crescentem, nullo modo poterant quorumlibet traditorum ac facinoroſorum aliena crimina maculare. *Deinde, cùm paucis interjectis, etiam ſacræ Scripturæ ſententias protuliſſet, quas Donatiſtæ malè interpretati, ſe ſequi jactabant, ita denuò proſequitur:* Quæ tamen divina teſtimonia vel præcepta ſi eo modo, quo iſti, intelligeret Cyprianus, profectò ſe ab Stephano ſepararet, nec cum illo in Catholicæ unitatis communione perſiſteret. Ille quippe ſecundùm ſententiam, quam de baptiſmo iſti tenendam putant, hæreticos & ſchiſmaticos, ſicut opinantur, baptiſmum non habentes, admittendo in Eccleſiam, communicabat peccatis alienis; quia videlicet peccata eorum, qui baptiſmo vero abluti non erant, in eis utique permanebant. Debuit ergò Cyprianus ab hujus communione diſcedere . . . *ſed hic in illius communione,* E

740 Hoc ergò quoniam non fecit, ſed cum eis in unitate permanſit, tota ipſius unitatis tunc maſſa corrupta eſt, nec perſeveravit Eccleſia, quæ poſtea ſanctos iſtorum Majorinum pareret ac Donatum. Hoc quia dicere nullo modo audent, reſtat, ut fateantur, bonos cum malis in Sacramentorum Chriſtianorum communione ſine ulla ſua labe manſiſſe, & uſque ad tempus Cæciliani perſeverâſſe Eccleſiam *&c. Quàm prolixè, quámque vehementer Donatiſtas hìc urget ſanctus doctor, ex facto* Cypriani, *communionem cum Stephano, iiſque, quos baptizatos non credebat, perpetuo conſervantis, veluti minimè dubio, notiſſimoque probans, perſeverare Eccleſiam Catholicam, licèt multi mali, quales Donatiſtæ baptizatos ab hæreticis reputabant, in ea communicent? Hoc verò totum argumentum enerve fuiſſet ac inane, ſi Romanus Pontifex* S. Cyprianum *excommunicâſſet: dicere enim, hunc, non obſtante iſta excommunicatione, in illius communione permanſiſſe, nimis vanum eſt.* *ſemper vixit,* F

741 *Idem ſanctus doctor lib.* 4 *de Baptiſmo, cap.* 9 *ad propoſitum noſtrum denuò ſic ſcribit:* Hâc ille (*Sanctus noſter*) caritatis patientiâ toleravit . . . in obſcura quæſtione bonos collegas, non malevolè aliud ſentientes, ſicut & ipſe toleratus eſt; donec proceſſu temporis ſaluberrima conſuetudo, quando Deus voluit, etiam declarata veritate plenario concilio firmaretur. *Cùm itaque ex ipſo* S. Cypriano *conſtet, Catholicæ ſententiæ propugnatores* *in eaque*

AUCTORE C. S. *natores ab eo ſic toleratos fuiſſe, ut neminem propterea excommunicare, & à nullius communione ac unitate recedere voluerit; conſequenter nec ipſe, S. Auguſtino teſte, à Romano Pontifice excommunicatus fuit. Addo & alterum ejuſdem S. Auguſtini teſtimonium ex laudati Operis lib. 5, cap. 25, ubi hæc legere eſt:* Stephanus... etiam abſtinendos putaverat, qui de ſuſcipiendis hæreticis priſcam conſuetudinem convellere conarentur: iſte autem (*ſanctus Carthaginenſis Antiſtes*) quæſtionis ipſius difficultate permotus, & ſanctis caritatis viſceribus largiſſimè præditus, in unitate cum iis manendum, qui diverſa ſentirent. Ita quamvis commotiùs, ſed tamen fraternè indignaretur; vicit tamen pax Chriſti in cordibus eorum, ut in tali diſceptatione nullum inter eos malum ſchiſmatis oriretur.

martyrio coronatus eſt.

742 *Quomodò verò in cordibus eorum vicit pax Chriſti, quomodò nullum inter eos ſchiſmatis malum exortum eſt, ſi alter ab alterius communione propterea fuerit ſegregatus? Porrò in hac communione eumdem etiam obiiſſe, docet tum alibi, tum in epiſtola* 108, *aliàs* 255, *ad Macrobium, aſſerens, eum martyrio coronatum eſſe,* non quia pro Chriſti nomine occiſus eſt, ſed quia
B pro Chriſti nomine in gremio unitatis occiſus eſt. Nam ipſe, *proſequitur*, ſcripſit, & fidentiſſimè aſſerit, eos, qui extra unitatem, etiamſi pro illo Nomine moriantur, occidi poſſe, non poſſe coronari. *Neque aliter ſenſit S. Hieronymus, qui in Altercatione adversùs Luciferianos, id pro tam certo, exploratoque habuit, ut non dubitaret vel inde probare,* S. Cyprianum *numquam in adverſam ſibi partem anathema dixiſſe. Ipſius verba ſunt hæc:* Verùm ſi voluerint hi, qui ab Hilario inſtituti ſunt, & oves ſine paſtore eſſe cœperunt, de Scripturis ea proferre, quæ B. Cyprianus ob hæreticos rebaptizandos in epiſtolis ſuis reliquit; ſciunt illum hæc non cum anathemate eorum, qui ſe ſequi noluerant, edidiſſe. Siquidem in communione eorum permanſit, qui ſententiæ ſuæ contraierant.

Reſpondetur ad argumenta,

743 *Teſtimoniâ è S. Auguſtino petita non ignoravit Tillemontius, neque tamen controverſiam ex illis dirimi poſſe cenſuit. Reſpondet enim art.* 47, *manifeſtum quidem eſſe, pacem Chriſti, ut S. Auguſtinus ait, in corde* S. Cypriani *viciſſe, nullumque ab hoc ſchiſma exortum eſſe; at non ita facilè ſuſtineri poſſe, S. Stephanum communionem &*
C *pacem cum eo non rupiſſe. Priori modo accipienda eſſe ſancti doctoris verba, opinatur ex libro de unico Baptiſmo, cap.* 14, *quia in eo verbis num.* 737 *& ſeqq. recitatis ſcribit, quamvis S. Stephanus excommunicandos cenſeret eos, qui hæreticos rebaptizarent,* Cyprianum *tamen in ipſius unitate ac pace ſemper perſtitiſſe, quòd nec is, nec qui cum eo ſentiebant, ſeſe ab aliorum communione umquam ſeparaverint. Hoc ſenſu admittit Tillemontius, nullum inter eos ſchiſma ortum eſſe,* S. Cypriano *in unitate caritatis conſtanter perſeverante. Addit etiam, id dici poſſe, quia vel excommunicatio, quam S. Stephanus inflixerat aut infligere, voluerat, exſecutioni mandata non eſt, epiſcopis in unitate utrimque perſiſtentibus; vel quia Pontifex ipſe rigorem illum remiſit, vel denique quia ceteri epiſcopi ei in hac parte non conſentiebant, licèt eamdem de non rebaptizandis apud hæreticos baptizatos ſententiam cum eodem tenerent.*

quibus Tillemontius

744 *Deinde, quid ex hiſce ipſe credi malit, ſic inſinuat:* At non tam facilè ſuſtineri poteſt, Stephanum ex parte ſua communionem ac pacem non rupiſſe. Et forſitan ipſe S. Auguſtinus, ſi mentem ſuam edicere debuiſſet, aliter locutus eſſet, præſertim ſi vidiſſet ea, quæ in Euſebio, multòque magis, quæ in epiſtola Firmiliani habemus. *Quàm miſerè hîc torquet ſe, ut lectori, ſi minùs perſuadeat, ſaltem ſuſpicionem moveat, ſanctum Carthaginenſem Epiſcopum à Romani Pontificis communione alienum vixiſſe, atque ita Apoſtolicæ Sedis auctoritatem arrodat. Verùm ad hæc in primis reſpondeo, illam Tillemontii interpretationem, quaſi S. Auguſtinus tantummodò dicere voluiſſet, pacem ac communionem Catholicam à S.* Cypriano, *non autem à Stephano, non ruptam fuiſſe, nimis inanem eſſe, & erudito viro indignam. Nam quâ veriſimilitudine, ſalvâ S. Auguſtini ſententiâ, obtrudit, à Romano Pontifice excommunicatum fuiſſe* Cyprianum, *de quo is num.* 737 *ait:* Cum eo... in unitatis pace permanſit? *Et num.* 741: Toleravit... bonos collègas, (*inter quos S. Stephanus certè numeratur*) non malevolè aliud ſentientes, ſicut & ipſe toleratus eſt. *Qua ratione ſuadebit, alterum ab alterius communione ſejunctum fuiſſe, in quorum cordibus ſic* vicit pax Chriſti, ut in tali diſceptatione nullum inter eos malum ſchiſmatis oriretur, *utque ſanctus Antiſtes* cum illo (*S. Stephano*) in Catholicæ unitatis communione perſiſteret?

D

E

id in dubium vocare

745 *Mirabilis enimverò hæc eſt Catholica pax & communio, ubi alter ab altero per excommunicationem ſe ſeparat. Certè hæc ignota fuit S. Auguſtino, qui lib.* 5 *de Baptiſmo, cap.* 17 *concedit quidem, poſſe bonos erga malos habere pacem, ſed tenere non poſſe cum iis, qui eam ruperunt. Agit ibidem ſanctus doctor de eadem hac controverſia, paceque nihilominùs ſervata, & ſic loquitur:* Vidit & ſenſit (*ſanctus Antiſtes noſter*) etiam diverſa ſentientes, poſſe ſalva caritate ſentire; neque enim cum malis tenere ſe diceret divinam concordiam & Dominicam pacem: bonus quippe habere erga malos pacem poteſt; tenere autem cum eis pacem non poteſt, quam ipſi non tenent. *Et quid tandem aliud eſt* tenere pacem *cum aliquo, quàm* cum eo in pace permanere, *quàm* cum illo in catholicæ unitatis communione perſiſtere, *quod* S. Cyprianum *cum S. Stephano feciſſe, ſuprà diſertè aſſerit Auguſtinus?*

ſtudet; & ex quibus conjicit,

F

746 *Nec admitti etiam poteſt, quod ibidem ait, forſitan ſic nullum inter eos ſchiſma ortum dici, quòd epiſcopis utrimque in unitate mutua perſiſtentibus, excommunicatio fruſtrà lata fuerit; neque enim S. Auguſtinus tantùm dicit, utriuſque ſententiæ antiſtites in unitate mutua, ſed &* cum eo (*S. Stephano ſcilicet*) in unitate *ſemper conſtitiſſe, ac perſeverâſſe, ut oſtenſum jam eſt. Ceterùm nequicquam de excommunicationis exſecutione loquitur, quam inflictam fuiſſe nos negamus, nec ipſe probat. Hinc inanis pariter eſt conjectura de remiſſo rigore, ſi velit, ſententiam excommunicationis à Pontifice in* S. Cyprianum, *ceteroſque ipſi conſentientes latam, ab eodem deinde revocatam fuiſſe; ſi verò ſignificet, ſententiam illam, quam comminatus fuerat, remiſſo priſtino rigore, numquam latam fuiſſe, libenter ipſi aſſentiemur, ut ex dicendis patebit. Senſit haud dubiè Tillemontius, S. Auguſtinum ſibi hac in parte nimis manifeſtè adverſari, ideóque, opinor, eò recurrit, ut diceret, ipſum, ſi mentem ſuam edicere debuiſſet, forſitan aliter locuturum fuiſſe, præſertim ſi vidiſſet, quæ de hoc argumento apud Euſebium ac Firmilianum leguntur. Verùm quid hoc aliud eſt, quàm ex propenſo in alteram partem*

A *tem animo contra ſancti doctoris expreſſam ſententiam divinare ?*

S. Auguſtinum hac de re

747 *Videamus tamen, an ea, quibus hanc conjecturam ſuam firmare conatur, tanti momenti ſint, ut S. Auguſtinus propterea aliter locuturus fuiſſe dicendus ſit. Utrùm hic Hiſtoriam Eccleſiaſticam Euſebii, prout ea ab ipſo Græcè conſcripta eſt, umquam legerit, non diſputo; at certè eamdem per Ruffinum Latinè redditam ab ſe lectam eſſe, in libro de Cura pro mortuis, cap. 6 his verbis teſtatur:* Legimus in Eccleſiaſtica Hiſtoria, quam Græcè ſcripſit Euſebius, & in Latinam linguam vertit Ruffinus. *Reſtat igitur inquirendum, an Ruffinus, à S. Stephano in præſenti controverſia minùs ſeverè actum, quàm Euſebius ſcribat. Euſebius à Tillemontio laudatus, lib. 7, cap. 3 hæc habet:* Primus omnium Cypriānus, qui tunc temporis Carthaginenſem regebat eccleſiam, non niſi per baptiſmum ab errore priùs emundatos, admittendos eſſe cenſuit. Verùm Stephanus nihil adversùs traditionem, quæ jam inde ab ultimis temporibus obtinuerat, innovandum ratus, graviſſimè id tulit.

aliter ſcripturum fuiſſe.

B 748 *Deinde cap. 7; cùm dixiſſet, Stephano ſucceſſiſſe Sixtum,* Ad hunc, *inquit,* Dionyſius ſecundam de baptiſmo ſcripſit epiſtolam, in qua Stephani ſimul ac reliquorum epiſcoporum ſententiam ac judicium expoſuit, de Stephano ita ſcribens: Antea quidem litteras ſcripſerat de Heleno & de Firmiliano, de omnibus denique ſacerdotibus per Ciliciam, Cappadociam, cunctaſque finitimas provincias conſtitutis, ſeſe ob eam cauſam ab illorum communione diſceſſurum, quòd hæreticos rebaptizarent. Ac vide, quæſo, gravitatem negotii: revera enim in maximis, ut audio, epiſcoporum conciliis decretum eſt, ut, qui ab hæreticis ad Catholicam Eccleſiam accedunt, primùm catechumeni fierent, ac deinde veteris & impuri fermenti ſordibus per baptiſmum purgarentur. De his omnibus ego ad illum (*S. Stephanum*) epiſtolam miſi, rogans atque obteſtans... Sed & cariſſimis... fratribus & compresbyteris noſtris, Dionyſio ac Philemoni, qui priùs idem cum Stephano ſenſerant, deque iiſdem rebus ad me ſcripſerant, antea quidem breviter, nunc verò pluribus verbis ſcripſi. *Hæc ſunt, quæ de SS. Stephani ac* Cypriani, *ceterorumque epiſcoporum memorata contentione Euſebius ex S. Dionyſio Alexandrino Hiſtoriæ ſuæ inſeruit.*

C

ſi Euſebii Hiſtoriam

749 *Ruffinus verò, poſtquam lib. 7, cap. 2 perperam dixiſſet, hanc de baptiſmo controverſiam SS. Cornelium inter ac* Cyprianum *ortam, & hujus opinionem ab illo,* manente *tamen* ſacerdotali concordiâ, *refutatam eſſe; cap. 3 de S. Stephano ait:* Similiter Cornelio * de non rebaptizando ſententiam tulit. *Et rurſus cap. 4:* Ad quem (*S. Sixtum Stephani ſucceſſorem*) Dionyſius de baptiſmate commemorans, quòd Stephanus quidem deceſſor ſuus, ſcribens ad Firmilianum & Helenum, ceteroſque illarum partium epiſcopos, ſtatuerit, nec communicandum eſſe his, qui rebaptizant; ſed debere conſiderari magnitudinem rei, quia non quicumque, ſed permagni & nobiles in epiſcopis viri ſint, quibus hoc viſum ſit. Dicit etiam, quòd propter hoc ſcripſerit pleniùs ad Dionyſium ac Filemonem presbyteros urbis Romæ. *Hæc Ruffinus, à S. Auguſtino, ut probavimus, lectus.*

* *i. e.* Sicut Cornelius

& Firmiliani epiſtolam

750 *Judicet nunc æquus lector, ob quam utriuſque narrationis diſcrepantiam S. Auguſtinus, ut Tillemontius credi vult, aliter cenſurus fuiſſet, ſi Euſebium legiſſet. Enimverò quod Ruffinus ait, ſcripſiſſe Stephanum,* nec communicandum eſſe his, qui rebaptizant, *ſanctum doctorem in contrariam ſententiam impellere magis poterat, quàm quod Euſebius, ſive apud Euſebium S. Dionyſius tradit, eumdem Pontificem ſcripſiſſe,* ſeſe ob eam cauſam ab illorum communione diſceſſurum; *hoc enim non niſi de intentatis minis, iſtud verò de excommunicatione jam lata abſolutè interpretari potuiſſet. Ad Firmiliani auctoritatem ſuprà § 41 jam reſpondimus, oſtendimusque, eum in laudata à Tillemontio epiſtola multa ex perturbato, accenſoque animo, in ſanctum Pontificem præter æquum ac decorum, ne quid gravius dicam, effutiiſſe, quæ nullam veri ſpeciem habent; ut mirum non ſit, ſi ejuſdem ſeveritatem exaggeraverit, minaſque pro factis obtruſerit.*

AUCTORE C. S.

legiſſet.

751 *Exempla ibidem dedimus; id unum enim hìc obſervo, quòd, ſi quis omnia Firmiliani dicta pro veris habeat, is dicat oportet, S. Stephanum,* cum tot epiſcopis per totum mundum diſſenſiſſe, & pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rupiſſe; *quod de ſancto illo Pontifice, de Eccleſia Dei in ſervanda traditione Apoſtolica optimè merito, ac martyrii coronâ honorato, & à quo Epiſcopatum illibatè geſtum eſſe, vel ipſi Donatiſtæ, ut num.* 737 *vidimus, agnoſcebant, mihi quidem non perſuadebit. Hinc parùm intereſt, utrùm S. Auguſtinus Firmiliani epiſtolam viderit, necne, cujus dicta certè non potuiſſet probare; cùm nec* S. Cypriani *in eumdem Pontificem, licèt multò minùs acria, probaverit. His accedit, quòd, etſi Afrorum legati ſeveriùs ab illo rejecti, ejuſque colloquio, ut Firmilianus narrat, prohibiti fuiſſent, non propterea ab eodem excommunicati fuiſſe dicendi eſſent; quemadmodùm Petrus Couſtantius in Epiſtolis Romanorum Pontificum, diſſert. de vera Stephani circa receptionem hæreticorum ſententia,* § 7, *& Natalis Alexander Hiſt. Eccl. Sec.* 3, *diſſert.* 12, *art.* 12, *propoſitione* 2, *editionis Pariſinæ anni* 1714, *jam oſtenderunt.*

E

Stephanus de ſeveritate prudenter remittit

752 *Dubitandum itaque non eſt, quin S. Stephanus, qui juſtis comminationibus Afros æquè atque Orientales à proſcribenda conſuetudine Apoſtolica deterrendos ſperaverat, cùm nihil his profici, ſed contrà animos magis magiſque exacerbari adverteret, optimo conſilio ſtatuerit de ſeveritate ſua, ut ut æqua, aliquid remittendum, & in communione ſua interim tolerandos, qui diverſa ſentirent, ne medicina ipſis cederet in venenum. Ad hanc tam ſalutarem lenitatem ſancto Pontifici perſuadendam allaboravit S. Dionyſius Alexandrinus, qui, ut num.* 748 *ex Euſebii Hiſtoria vidimus, hac ſuper re ad illum epiſtolam miſit,* rogans atque obteſtans. *Veriſimiliter etiam allaborárunt S. Dionyſius, tum Romanæ Eccleſiæ presbyter, deinde Pontifex, & Philemon, ejuſdem Eccleſiæ pariter presbyter, quos ad laudatum S. Dionyſium Alexandrinum de eodem argumento ſcripſiſſe, & reſponſorias accepiſſe, loco mox citato ſimiliter oſtenſum eſt. Etenim dum ſanctus ille Alexandrinus epiſcopus de illis ibidem ait:* Priùs idem cum Stephano ſenſerant, *hæc ſic accipienda exiſtimo, ut velit, eos priùs cum S. Stephano cenſuiſſe, oppoſitæ opinionis patronos excommunicandos eſſe, ſed deinde leniora conſilia ſeveris prætuliſſe; neque enim veriſimile eſt, eos à ſancti Pontificis ſui Catholica ſententia deſciviſſe ad adverſarios, quibus non modò Romani, ſed & longè maxima Eccleſiæ portio refragabantur.*

F

AUCTORE C. S.

§ XLIV. Utrùm, & quando S. Cyprianus, ceterique ejus ſententiæ epiſcopi, prædictum errorem revocaverint.

S. Auguſtinus exiſtimandum movet,

SUpereſt, *ut videamus, an ſanctus Antiſtes noſter errorem ſuum tandem agnoverit, & quemadmodùm in unitate Eccleſiæ & Romani Pontificis communione vixit & occiſus eſt, ita etiam eamdem cum illo ſententiam aliquando amplexus ſit. Fatetur S. Auguſtinus, ſeſe id nullo veterum teſtimonio poſſe probare; credi tamen vult, ſuſpicaturque, ſalutarem illam ſanctiſſimi Martyris palinodiam de induſtria fortaſſe ſuppreſſam eſſe ab iis, qui ipſius errorem ſectari malebant. In epiſtola enim* 93, *aliàs* 48, *ad Vincentium Rogatiſtam, cap.* 10 *ſic ſcribit :* Cyprianus autem ſenſiſſe aliter de baptiſmo, quàm forma & conſuetudo habebat Eccleſiæ, non in canonicis, ſed in ſuis & in concilii litteris invenitur : correxiſſe autem iſtam ſententiam non invenitur; non incongruenter tamen de tali Viro exiſtimandum eſt, quòd correxerit, & fortaſſe ſuppreſſum ſit ab eis, qui hoc errore nimiùm delectati ſunt, & tanto velut patrocinio carere noluerunt.

S. Cyprianum errorem ſuum

754 *Idem lib.* 2 *de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap.* 4 *de eodem denuò ait :* Si enim Petrum laudat & prædicat, ab uno poſteriore collega patienter concorditerque correctum, quantò citiùs ipſe cum concilio provinciæ ſuæ univerſi orbis auctoritati, patefacta veritate, ceſſiſſet; quia profectò & uni verum dicenti & demonſtranti poſſet facillimè conſentire tam ſancta Anima, tam pacata : & fortaſſe factum eſt; ſed neſcimus. Neque enim omnia, quæ illo tempore inter epiſcopos geſta ſunt, memoriæ, litteriſque mandari potuerunt, aut omnia, quæ mandata ſunt, novimus. *Et ibidem cap.* 5 : Ideò plerumque doctioribus minùs aliquid revelatur, ut eorum patiens & humilis caritas, in qua fructus major eſt, comprobetur; vel quomodò teneant unitatem, cùm in rebus obſcurioribus diverſa ſentiunt; vel quomodò accipiant veritatem, cùm contra id, quod ſentiebant, declarátam eſſe cognoſcunt. Quorum duorum manifeſtatum tenemus unum in B. Cypriano; id eſt, quomodò tenuerit unitatem cum eis, à quibus diverſum ſentiebat. Ait enim : Neminem judicantes, aut à jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes.

poſtea correxiſſe :

755 Alterum autem, id eſt, quomodò accipere potuerit veritatem contra id, quod ſentiebat, inventam, etſi litteræ tacent, merita clamant; ſi epiſtola non invenitur, corona teſtatur; ſi concilium non indicat epiſcoporum, conſortium indicat angelorum. Non enim parvum documentum eſt pacatiſſimæ Animæ, in ea unitate martyrium meruiſſe, unde ſe, diverſum ſentiens, noluit ſeparare. *Hæc de* S. Cypriani *palinodia S. Auguſtinus, quam tanto Epiſcopo ac Martyre tam dignam, tamque juſtam ac neceſſariam cenſuit, ut, quia eam certo teſtimonio probare non poterat, ſi quis illam tamen negare voluiſſet, modò ad abundantiam caritatis ſancti Præſulis, modò ad falcem paſſionis recurrerit, ut hunc errorem veluti nævum candidiſſimi pectoris ipſius coopertum, vel à Patre-familias purgatum fuiſſe perſuaderet. Tantùm aberat ab iis, qui in Romanam Cathedram iniqui, & exemplo illorum, de quibus ſanctus doctor num.* 253 *loquitur, quamvis diſſimili ratione, ipſius* errore nimiùm delectati, *credi malunt, ſanctum Martyrem in eadem opinione ſua ad mortem uſque perſtitiſſe.*

Beda id diſertè affirmat :

756 *Nec aliter, quàm S. Auguſtino, viſum eſt venerabili Bedæ, qui ſalutarem illam ſanctiſſimi Viri palinodiam pro certa, indubitataque aſſerere, & velut præmium caritatis referre non dubitavit in libro variarum Quæſtionum, quæſt.* 5, *ubi in illud Apoſtoli;* Unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet, *ſic ſcribit :* Si bona, quæ nôſtis, per caritatem operamini, tribuet vobis divina gratia, ut, ſi quid aliter, quàm decet, ſapitis, & hoc aliquando intelligatis; ſicut B. Cypriano contigiſſe perſpicuum eſt; qui cum ſuis coëpiſcopis, qui erant in Africa, rebaptizandos eſſe hæreticos, contra morem Eccleſiæ ſtatuit : ſed quia in ſuo ſenſu, qui ſibi rectus videbatur, bonis abundare operibus ſtuduit, mox corrigi meruit, atque ad univerſalem ſanctæ Eccleſiæ normam ſpiritualium virorum inſtitutione reduci. *Eſt quidem venerabilis hic ſcriptor, aliquot ſeculis à* S. Cypriani *ætate remotus, ſed eâ tamen ſanctitate ac doctrinâ conſpicuus, ut nemo prudenter ſuſpicetur, eum hæc temerè, & ſine ullo veterum teſtimonio ſcripſiſſe, factumque, quod nuſquam legerat, in exemplum adduxiſſe. Hinc non improbabilis eſt Boſchii noſtri in Commentario prævio ad S. Stephani Acta,* § 4 *conjectura, ſcriptum aliquod, quod S. Auguſtinus ſubdolè ſuppreſſum ſuſpicabatur, ad S. Bedæ manus perveniſſe, unde illam palinodiam didicerit.*

quod & S. Hieronymus de epiſcopis Afris

757 *Antiquior Bedâ S. Hieronymus in Dialogo adverſùs Luciferianos, licèt id de* S. Cypriano *expreſsè non aſſerat, de ceteris tamen epiſcopis, qui cum eo ſenſerant, diſertè affirmat.* Conatus eſt, *inquit*, B. Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena; & idcircò hæreticotum baptiſma reprobans, ad Stephanum tunc Romanæ urbis Epiſcopum, qui à B. Petro viceſimus ſextus fuit, ſuper hac re Africanam ſynodum direxit; ſed conatus ejus fruſtrà fuit. Denique illi ipſi epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo ſtatuerant, ad antiquam conſuetudinem revoluti, novum emisêre decretum. Quid facimus? Ita & nobis majores noſtri, & illis ſui tradidêre majores. *Hæc de Africanis epiſcopis S. Hieronymus; de Orientalibus verò idem teſtatur Creſconius Donatiſta apud S. Auguſtinum, in hujus adverſùs illum libro* 3, *cap.* 2, *in quo ſanctus doctor hæc ſcribit :* Majores autem veſtri, quibus tale teſtimonium perhibuiſti, „quòd ab „Orientalium propterea communione diſcreti „ſunt, quia illi ſuum judicium reſciderunt, quo „eis placuerat de iſta baptiſmi quæſtione Cy„priano atque illi Africano concilio conſentiri o„portere :„ contra Cyprianum fecerunt.

& Donatiſtæ de Orientalibus ſenſerunt.

758 *Ecce hìc ipſe Creſconius, quamvis hæreticorum baptiſma pertinaciter rejiceret, ideóque tum* S. Cypriani, *tum Orientalium epiſcoporum auctoritate gloriaretur, non potuit tamen poſteriorum palinodiam non confiteri. Porrò hæc Creſconii verba S. Auguſtinus ibidem cap.* 3 *ſic excepit :* Proinde ſi omninò jam credendum ſit, quinquaginta epiſcopis Orientalium id eſſe viſum, quod ſeptuaginta Afris vel aliquanto etiam pluribus, contra tot millia epiſcoporum, quibus hic error in toto

A toto orbe displicuit; cur non potiùs etiam ipsos paucos Orientales suum judicium correxisse dicamus, non, ut tu loqueris, rescidisse? Sicut enim laudabile est à vera sententia non moveri, ita culpabile persistere in falsa, quam numquam tenere prima laus est, secunda mutare, ut aut ex initio vera permaneat, aut, mutatâ falsâ, vera succedat. *Jam verò quis credat, solum* S. Cyprianum, *ceteris episcopis veritatem amplectentibus, in errore suo perstitisse, eumque* contra tot millia episcoporum, quibus hic error in toto orbe displicuit, *ad mortem usque propugnâsse. Id sanè non sine aliqua pertinaciæ nota sanctissimo Martyri affingi posse videtur.*

Hæc salutaris palinodia

759 *At quo igitur tempore, inquies,* S. Cyprianus, *ceterique suprà laudati episcopi, sententiam suam mutâsse dicendi sunt? Eminentissimus Baronius ad annum Christi* 259, *num.* 1 *& sequentibus censet, id ab Orientalibus, vivente etiam S. Stephano, qui mense Augusto anni* 257 *passus est, factum fuisse. Ut ita crederet, fecit malè intellectus Eusebii locus ex lib.* 7 *Hist. Eccles., cap.* 4, *quem hîc subjungo.* Ad hunc igitur (*S. Stephanum*) ut dixi, multa de hoc argumento (*de baptismo scilicet hæreticorum*) Dionysius (*Alexandrinus episcopus*) per litteras scripsit; in quibus id tandem illi indicat, omnes ubique ecclesias, mollito jam persecutionis furore, Novati turbulentam novitatem detestantes, inter se pacem iniisse. *Hæc Baronius de Orientalium in Catholicam S. Stephani sententiam consensu accepit, observans, ipsorum pristinum errorem propterea Novati, seu Novatiani, novitatem ab Eusebio appellari, quia is, quotquot à Catholica Ecclesia ad suum schisma desciscebant, ausu sacrilego rebaptizabat; idque Eminentissimus eò promptiùs credidit, quòd Eusebius revera cap.* 3, 4 *&* 5 *de causa rebaptizantium loquatur, & occasione litterarum super ea à S. Dionysio ad S. Stephanum scriptarum prædictam concordiam memoret, velut hæc ad illam pertineret.*

B

non ad Stephani,

760 *Verùm hunc de baptismo hæreticorum errorem tempore S. Stephani ab Orientalibus nondum depositum fuisse, ex eodem capite* 5 *manifestum est. In eo enim laudati S. Dionysii Alexandrini epistolæ fragmentum refertur, quam ad S. Sixtum II, proximum Stephani successorem, sanctumque Dionysium ac Philemonem tum Romanæ Ecclesiæ presbyteros, & quorum prior deinde eidem Sixto in Pontificatum successit, de eadem causa, tamquam apud Asiaticos tum minimè terminata, perscripsit verbis, quæ num.* 748 *recitavimus. Quod verò idem Eusebius cap.* 4 *de S. Dionysii Alexandrini epistola, ad S. Stephanum circa Novati, id est, Novatiani novitatis detestationem, initamque ab Orientalibus concordiam data tradit, de proscripta Novatiani hæresi accipiendum est, quam coactâ verisimiliter Antiochiæ synodo, sedente Romæ Lucio vel Cornelio, damnatam fuisse, licèt nonnulli ex episcopis in eam priùs propendissent, hoc ipso die in Commentario historico de ejusdem S. Cornelii gestis* § 10 *diximus.*

C

sed ad Sixti II Pontificatum

761 *Verisimilius apparet, memoratam de baptismo dissensionem sub laudato sancto Pontifice Sixto II tam in Oriente, quàm in Africa tandem sic compositam fuisse, ut utriusque ecclesiæ episcopi, errore depositò, veritati victas manus dederint. Et de Orientalibus quidem argumento est S. Dionysii Alexandrini epistola altera ad eumdem sanctum Pontificem scripta, & ab Eusebio lib.* 7, *cap.* 9 *relata. Etenim cùm hic, teste S. Hieronymo in Catalogo Scriptorum, in* S. Cypriani &

Africanæ synodi dogma priùs consensisset, deinde in epistola proximè laudata sese ab ea tam alienum ostendit, ut ne baptizare quidem, inconsulto S. Sixto, auderet unum è grege suo, qui dudum antè in cœtum fidelium admissus, tum asserebat, sese olim ab hæreticis baptismo ab eo, quo Ecclesia utitur, longè diverso, & blasphemiæ & impietatis *pleno tinctum fuisse, ideòque sacro Christi lavacro ablui cum gemitu postulabat. Atque hæc quidem de Orientalibus: ab Africanis autem sanctoque* Cypriano *idem præstitum fuisse, prout S. Augustinus omninò existimandum monet, & Hieronymus ac venerabilis Beda factum disertè affirmant, ex Pontio in Vita num.* 29 *non ineptè colligitur.* AUCTORE C. S.

referenda videtur.

762 *Hic enim ad propositum nostrum sic ait:* Jam de Xysto, bono & pacifico sacerdote, ac propterea beatissimo martyre, ab Urbe nuntius venerat; *nempe quòd is martyrio coronatus jam fuisset. Non potest autem ulla verisimilior ratio adduci, ob quam Sixtus II à* S. Cypriani *diacono tam studiosè* bonus & pacificus sacerdos, ac propterea beatissimus martyr *appelletur, quàm quòd is cœptam sub decessore suo S. Stephano litem amicè composuerit, pacemque non ruptam quidem, at* E *turbatam tamen, plenè conciliaverit, episcopis, qui diversa senserant, ad Catholicam traditionem amplectendam pacificè reductis. Neque enim dici potest, ipsum propterea sic appellari, quòd inflictam à decessore suo excommunicationem sustulerit, quam numquam inflictam fuisse* § 43 *probavimus; multò minùs, quòd* Cypriani *ceterorumque opinionem secutus fuerit; quod nemo hactenus, ac ne ipsi quidem Donatistæ, somniârunt. Hanc pacem ac concordiam solidè confirmat Africanæ ecclesiæ cum Romana sub eodem Sixto communicatio, quam inter eas intercessisse docet* S. Cypriani *epistola* 82 *ad Successum, in qua ipse & Romanos de persecutione consuluisse, & ab iis, sublato tum per martyrium S. Sixto, responsorias accepisse refertur.*

Refelluntur argumenta,

763 *Porrò quamvis hæc omnia omninò suadeant, SS. Hieronymi, Augustini ac Bedæ verissimam esse de* S. Cypriani, *ceterorumque ipsi adhærentium, tam salutari iisque dignissima palinodiâ sententiam; eam tamen non modò nonnulli hæretici, quod minùs mirum est, sed & Launoyus, Tillemontius, aliique aut apertè negare, aut saltem in dubium revocare nituntur. Launoyus a-* F *pud Schelstratium Antiquitatis illustratæ circa concilia, part.* 2, *dissert.* 1, *cap.* 5, *art.* 3 *citatus, S. Hieronymi verba, quæ num.* 757 *dedimus, falsitatis arguere non dubitat, negatque ullum pro retractando errore decretum umquam emanâsse ab Africanis episcopis, qui* S. Cypriano *consenserant. Rationem repetit ex Arelatensis synodi canone* 8, *sanctique Basilii epistola ad Amphilochium, in quibus asseri contendit, eos omnes in sua rebaptizandi consuetudine semper perseverâsse. Præterea rogat, cur, si verum sit laudatum decretum, Donatistæ* S. Cypriani *epistolas & Africanam synodum Catholicis toties objecerint, nec eos repressérit S. Augustinus, eodem decreto proferendo. Suspicatur denique præluxisse S. Hieronymo libellum,* Pœnitentia S. Cypriani *inscriptum, & à Romana synodo multis post ejusdem S. Hieronymi obitum annis inter apocrypha rejectum. Hæc ipse confidenter, ad quorum singula respondeamus.*

quibus nonnulli persuadere volunt,

764 *Canon* 8 *concilii primi Arelatensis, à Launoyo objectus, apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum, col.* 1428 *sic habet:* De Afris, quòd propria lege sua utuntur, ut rebaptizent, placuit, ut si ad

AUCTORE C. S.

Ecclesiam aliquis de * hæresi venerit, interrogent eum symbolum; & si perviderint, eum in Patre & Filio & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantùm imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum. Quòd si interrogatus, non responderit hanc Trinitatem, baptizetur. *Hæc de Afris generatim accipi vult Launoyus, quæ de solis schismaticis dicta esse, meritò monet Jacobus Sirmondus in Notis postumis ad istud concilium, editis à Labbeo post tom.* 1 *Collectionis Conciliorum. Id autem solidè probat ex S. Optati Milevitani episcopi lib.* 1 *de schismate Donatistarum, ubi in Donatum, qui contra Cæcilianum Carthaginensem episcopum schisma promovebat, in concilio Romano sub S. Melchiade Papa non diu ante Arelatense I celebrato, vel propterea sententia lata dicitur,* quòd confessus sit, se rebaptizâsse, & episcopis lapsis manum imposuisse, quod ab Ecclesia alienum est. *Contrà verò Cæcilianus omnium sententiis insons declaratus, testibus, à Donato inductis, fatentibus,* se non habere, quod in Cæcilianum dicerent.

* al. de hac

765 *Jam verò cum qua probabilitatis specie reponet hic Launoyus, aut Donatum à S. Melchiade, ceterisque concilii patribus, condemnatum esse, eò quòd rebaptizâsset; Cæcilianum autem absolutum, licèt hic eumdem errorem teneret; aut sententiæ non interfuisse Donati fautores, etsi ceteri Africanæ ecclesiæ episcopi, non secùs ac ipse, rebaptizarent? Profectò nihil potuissent accommodatius pro Donato hac saltem in parte producere, quàm communem illam, quam Launoyus credi vult, ab Agrippini primùm, ac deinde à S.* prædictum errorem B *Cypriani ætate, ad istud usque tempus rebaptizandi consuetudinem servatam. Porrò non diu pòst, ut dixi, memoratum concilium Arelatense, cui etiam varii Africani præsules interfuerunt, sedente jam Romæ S. Silvestro I Papa, in eadem Donatistarum causa coactum est, & Donatistæ denuò damnati; ideóque & de iisdem canon ille* 8 *pariter accipiendus est. Frustra igitur Launoyus hunc canonem clarissimis S. Hieronymi verbis opponit, qui cum S. Optati Milevitani dictis collatus, non modò istis non refragatur, sed plurimùm favet, ut consideranti patebit.*

766 *Frustra etiam pro sua opinione laudat S. Basilii epistolas canonicas ad Amphilochium, in quibus non de Afris, sed de Asiaticis sermo est, agiturque de variis hæreticis ac schismaticis, quorum aliquorum baptisma Basilius admittit, aliorum reprobat. Ceterùm canone* 1 *ait quidem:* Antiquis visum est, Cypriano dico, & nostro Firmiliano, hos omnes uni calculo subjicere, Catharos & Encratitas, & Hydroparastatas; *verùm id ab ipsis revocatum fuisse non negat. Quin & de Catharis ibidem subdit:* Sed quoniam nonnullis Asiaticis omninò visum est, eorum baptisma, pluribus consulendi causâ, suscipiendum esse; suscipiatur. *Et dum can.* 47 *ait:* Apud vos (*Iconii*) prohibita est rebaptizatio, sicut & apud Romanos; *manifestè tradit, rebaptizandi errorem, Iconii in synodo olim stabilitum, ibidem suo tempore abolitum jam fuisse; atque ita sententiæ nostræ non obest, sed eam potiùs utcumque confirmat. Denique quæ Tillemontius art.* 51 *similiter objicit, ad Asiaticos pariter spectant, ideóque ad S. Hieronymi auctoritatem infirmandam non faciunt.* à S. Cypriano, cæteris-que episcopis, C

767 *Ad alterum Launoyi argumentum respondeo, Donatistas* S. Cypriani *epistolas & synodum Africanam Catholicis objecisse, quia hæc exstabant, vulgóque notissima erant; de* Cypriani *autem cæterorumque episcoporum palinodia ex nullo instrumento, quod produci posse sciebatur, ita constabat. Hinc cùm S. Augustinus eos hujusmodi instrumento convincere non posset, repressit, quantùm potuit, reponendo, id de tali Viro omninò existimandum esse. Quòd autem palinodiam illam scripto aliquo probare non posset, negat inde rectè concludi, eam aut factam, aut litteris mandatam non fuisse, cùm, ut num.* 753 *loquitur, istud* fortasse suppressum sit ab eis, qui hoc errore nimiùm delectati sunt, & tanto velut patrocinio carere noluerunt. *Et num. seq.:* Neque enim omnia, quæ illo tempore inter episcopos gesta sunt, memoriæ litterisque mandari potuerunt, aut omnia, quæ mandata sunt, novimus. nunquam correctum D

768 *Denique num.* 755 *denuò ait:* Etsi litteræ tacent, merita clamant; si epistola non invenitur, corona testatur; si concilium non indicat episcoporum, consortium indicat angelorum. *Ceterùm quidni potuit ad S. Hieronymi ac venerabilis Bedæ manus pervenire, quod S. Augustinus non repererat, & dolosè suppressum fuisse suspicabatur. Quod de libello,* Pœnitentia S. Cypriani *inscripto, & à Romana synodo postmodùm inter apocrypha rejecto, addit Launoyus, quasi is S. Hieronymo hac in parte præluxisset, responsum non meretur; nam ille ad alium* S. Cyprianum *spectat, neque ulla in eo de baptismo hæreticorum fit mentio, sed illius de magia ac idolorum cultu ad Christi sacra accessio enarratur.* fuisse. E

§ XLV. Sancti Petri, ejusque in Romana Cathedra successorum primatus à S. Cypriano agnitus & assertus.

Cum famosa hæc de baptismo disputatio, de qua hactenus egimus, ac nonnulla etiam alia S. Cypriani *gesta, per hujus Commentarii decursum relata, Romanæ Ecclesiæ invidis apta videantur, ut Apostolicæ Sedis primatum sancto Antistiti nostro ignotum fuisse persuadeant, necessarium duxi, quæstionem illam in hoc § discutere. Non est tamen mihi animus eam longa dissertatione tractare, quod ad theologos propriè pertinet, & à quibus id etiam jam sæpiùs præstitum esse suprà observavimus. Id unum igitur ex Cyprianicis Operibus hic ostendam, Romani Pontificis in universa Ecclesia primatum à* S. Cypriano *non modò agnitum, sed & assertum fuisse; neque oppositum ex memorata dissensione, aliisque ejusdem factis posse probari.* Primatum totius Ecclesiæ F

770 *Sanctus* Cyprianus *in insigni suo libro de Unitate Ecclesiæ præfatus, hæreses ac schismata diabolo instigante oriri, sic prosequitur:* Hoc eo fit, fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quæritur, nec Magistri cælestis doctrina servatur: quæ si quis consideret & examinet, tractatu longo atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum: „ Ego tibi dico, inquit, quia tu es „ Petrus, & super hanc petram ædificabo Eccle„ siam meam, & portæ inferorum non vincent „ eam. Et tibi dabo claves regni cælorum; & „ quæ ligaveris super terram, erunt ligata & in cæ- S. Petro datum esse

A „ cælis & quæcumque solveris super terram, e- „ runt soluta & in cælis.„ Et iterum eidem post resurrectionem suam dicit : „ Pasce oves meas.„ Super illum unum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas.

à Christo, S. Cyprianus

771 Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat : „ Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; „ accipite Spiritum sanctum, si cujus remiseritis „ peccata, remittentur illi, si cujus tenueritis, „ tenebuntur;„ tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, [& primatus Petro datur,] ut una Christi Ecclesia [& cathedra una] monstretur. *Et post pauca :* Qui Ecclesiæ renititur & resistit, [qui Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit,] in Ecclesia se esse confidit? *Locus hic ex editione Veneta anni* 1728, *quâ utimur, desumptus, quique similiter exstat in editione Manutii ac Pamelii, ad præsentem controversiam dirimendam solus sufficeret,*

B *nisi à nonnullis aliis editoribus pro interpolato habitus, & ad aliorum codicum fidem sic redditus fuisset, ut quæ de S. Petri Cathedra ac primatu hîc exprêssè dicuntur, quæque uncis inclusimus, ex eo penitùs rejecta fuerint.*

diserte asseruit.

772 *Consuli hac super re potest Baluzius in-Annotatis ad laudatam editionem Venetam, in qua textus, qualem dedimus, repositus fuit, licèt ipse eadem, quæ suprà dicti, ex eo expungenda censuisset. Nolo ego judicium meum de genuina lectione hîc interponere; at licèt ista* Cypriani *revera non essent, ejusdem tamen doctrinæ planè conformia esse ostendam, ideóque ex hoc capite minimè expungenda. Sed & gratis reciss, quæ illi volunt, textus sua vi non caret ad primatum S. Petro asserendum. Quomodò enim hæreticos jubens* caput, *utique Ecclesiæ, quærere, Ecclesiam super Petrum fundatam iis mox ostendit, & ad id probandum* tractatu longo atque argumentis opus non esse *asserit; sed ex solis illis Matthæi ac Joannis locis satis demonstrari, si Petro primatum Ecclesiæ priori loco promissum, secundo autem datum, sive Petrum Ecclesiæ in terris caput à Christo hîc con-*

C *stitutum non velit? Quomodò Ecclesiæ unitatem ex iisdem Christi ad Petrum verbis facilis probationis compendio ostendi ait, si huic præ ceteris Apostolis nihil planè collatum existimaverit? Enimverò eâ ratione plura Ecclesiæ capita asseruisset, nec ejusdem unitatem probâsset, sed destruxisset? Ad quid denique Christus,* Cypriano *ibidem teste, auctoritate sua usus est, dum,* ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit? *Huc scilicet in sententia adversariorum spectabit illa Christi auctoritate facta dispositio, hinc unitas Ecclesiæ probabitur, quòd Petro omnium primo Apostolatus collatus fuerit; quod quàm ineptum sit, nemo sanæ mentis non advertit. Ad objectiones infrà respondebimus.*

Eumdem primatum

773 *Porrò hujus unitatis Ecclesiæ, super S. Petrum fundatæ,* S. Cyprianus *variis in locis tamquam specialis prærogativæ ipsi collatæ meminit. Sic in epistola* 69 *adducto S. Petri ex cap.* 6 *Joannis ad Christum responso, subdit :* Loquitur ille Petrus, super quem ædificanda fuerat Ecclesia, Ecclesiæ nomine docens *&c. De eodem loco in epistola* 55 *ait :* Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, unus pro omni-

bus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait: AUCTORE Domine, ad quem ibimus? *Et in epistola* 73 : C. S. Nam Petro primùm Dominus, super quem ædificavit Ecclesiam, & unde unitatis originem instituit & ostendit, potestatem istam dedit, ut id solveretur in cælis, quod ille solvisset in terris. *Item in epistola* 70 : Una Ecclesia à Christo Domino super Petrum origine unitatis & ratione fundata est. *Porrò Romanam Cathedram S. Petri Sedem, ideóque & Romanos Pontifices ejusdem legitimos successores esse, in epistola* 52 *ad Antonianum manifestè agnoscit, dicens :* Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei & Christi ejus judicio,... cùm Fabiani locus, id est, cùm locus Petri, & gradus Cathedræ sacerdotalis vacaret. *Hinc etiam in epistola* 52, communicare cum Cornelio, *ipsi idem est, quod,* cum Catholica Ecclesia communicare. *Sic enim Antonianum ibidem alloquitur :* Scripsisti etiam, ut exemplum earumdem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut, deposita omni sollicitudine, jam sciret, te secum, hoc est, cum Catholica Ecclesia communicare.

in Romanis Pontificibus

774 *Consequenter ad hæc in epistola* 45 *Romanam Ecclesiam per* Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem *non obscurè designat, & hanc contra Novatiani schisma agnoscendam ac tenendam monet. In epistola verò* 55 *eamdem denuò* Petri Cathedram & Ecclesiam principalem *dicit, indignaturque, quòd Felicissimus schismaticus cum suis assectis Romano Pontifici mendaciis suis imponere se posse speraverit.* Post ista adhuc, insuper, *ait,* pseudo-episcopo (*Fortunato*) sibi ab hæreticis constituto, navigare audent, & ad Petri Cathedram (*quam tum tenebat S. Cornelius*) atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & prophanis litteras ferre, nec cogitare, eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum.

E

idem variis in locis

775 *Sancti Stephani, qui post Lucium Cornelio in Romana Sede successit, primatum pariter agnovit in epistola* 71, *dum ait :* Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem ædificavit Ecclesiam suam, cùm secum Paulus de circumcisione postmodùm disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret, se primatum tenere & obtemperari à novellis & posteris sibi potiùs oportere. *Arguit quidem hîc* Cyprianus *Stephanum de nimia in primatu suo confidentia, sanctique Petri modestiam ipsi opponit; at primatum tamen non negat, sed agnoscit, dum ejusdem abusum, ut contendebat, sugillat. Sic Firmilianus, qui dictam* S. Cypriani *epistolam legerat, in epistola* 75 *de eodem Stephano conqueritur,* quòd, qui sic de Episcopatûs sui loco gloriatur, & se successionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta Ecclesiæ collocata sunt, multas alias petras inducat *&c. Et paulò post denuò ait :* Stephanus, qui per successionem Cathedram Petri habere se prædicat, nullo adversùs hæreticos zelo excitatur.

F

agnovit

776 *Hæc ipse ad* S. Cyprianum : *quis tamen hinc inferat, negari ab eo Romanam S. Petri Cathedram per successionem à Stephano teneri; cùm manifestum sit, Firmilianum id unum contendere, Stephanum sese pro loci sui dignitate non gerere, dum hæreticorum baptisma approbando, hæreticis, ut ipse quidem existimabat, nimium faveret. Quinimò hunc Romanæ Sedis primatum pro tam indubitato habuit* S. Cyprianus, *ut in epistola*

AUCTORE C. S.

la 76 Novatianum, quòd eam impiè invasisset, fugillans, dicat: Hi (*Novatiani assectæ*) Ecclesiam scindentes, & contra pacem atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituunt, & primatum assumere . . . conantur. *Tam itaque connexus est cum Romana Cathedra primatus, ut qui illam invadit, hunc pariter invasisse dicendus sit. Nec aliter etiam sensit Novatianus, qui pseudopontifex factus, primatum quoque sibi vindicare non dubitavit, missis per orbem legatis, ac pseudo-episcopis in Catholicorum locum etiam in Africa ordinatis.*

Refelluntur argumenta,

777 *Ad hæc reponunt Romanæ Sedis adversarii, Apostolos omnes* pari consortio . . . & honoris & potestatis, *judice* S. Cypriano *num.* 771, *præditos fuisse. Secundò producunt* S. Cypriani *verba, in concilio Carthaginensi collegas suos sic alloquentis:* Neque enim quisquam nostrûm episcopum se esse episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non possit, quàm nec ipse potest alterum judicare. Sed exspectemus universi judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus & solus habet potestatem & præponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro judicandi. *Addunt & alterum ejusdem Sancti locum, suprà num.* 547 *relatum, ubi Sanctus conqueritur, quòd Fortunati, schismaticorum in Africa pseudo-episcopi, assectæ, ab Afris episcopis jam damnati, ad Romanam Sedem recurrissent, asseritque statutum fuisse, ut quisque illic causam ageret, ubi & accusatores & testes sui criminis habere posset; ac tandem subdit:* Nisi si paucis desperatis & perditis minor videtur esse auctoritas episcoporum in Africa constitutorum, qui jam de illis judicaverunt.

quæ adversùs dictum primatum

778 *Quæ quidem verba Joannes Fellus in Annotatis ad hunc locum sic excipit:* Beato illo Martyre judice, pro desperatis & perditis habendi sunt, quibus minor videtur auctoritas episcoporum in Africa, quàm vel Cornelii ipsius, in Petri Cathedra Romæ sedentis. *Hisce addi etiam possunt, quæ de Basilidis ac Martialis episcoporum, qui in Hispania lapsi fuerant, causa num.* 640 *& seqq. jam retulimus. Ad harum primam objectionem respondeo, ex ipso textu, quem num.* 771 *dedimus, manifestam esse mentem sancti Antistitis. Ut enim unitatem Ecclesiæ evidenter demonstraret, advertit, Christum Dominum, licèt Apostolis omnibus parem ad promulgandum Euangelium, ceteraque Apostolatûs sui munera obeunda, potestatem, honoremque dedisset, super unum tamen S. Petrum Ecclesiam suam fundâsse, eumque illis præfecisse, ut sub uno in terris capite, suique vicario Ecclesia gubernaretur.*

ex S. Cypriani verbis,

779 *Juverit hoc simili exemplo illustrâsse. Non contendebat certè* Cyprianus, *sibi plus potestatis in episcopos Africæ, quàm S. Petro in ceteros Apostolos concessum fuisse: erat ergò ipse, reliquique antistites Afri, pari consortio præditi & honoris & potestatis. Quis tamen neget, eumdem* Cyprianum *Africæ proconsulari, Numidiæque ac Mauritaniæ præsedisse, & inter harum provinciarum episcopos primatum tenuisse? Ut igitur istud honoris ac potestatis consortium cum* S. Cypriani *in Africa primatu stare potuit, ita nec asserta ab illo Apostolorum dignitas & potestas obstat, quò minùs totius Ecclesiæ primatus, supremaque in eam potestas S. Petro collata dicatur. Ceterùm responsum non meretur Rigaltius, dum in Observationibus ad celebrem illum locum libri de Unitate Ecclesiæ, num.* 770 *& seq. relatum, quem ipse pro interpolato habet, sic ait:* Destruit unitatem primatus: nam, qui unus est, is non primus, neque postremus, sed solus est.

in concilio Carthaginensi

780 *Textum è concilio Carthaginensi depromptum* § 40 *partim jam exposuimus, ostendimusque ista* S. Cypriani *dicta sic accipienda esse, ut quò liberiùs congregati episcopi mentem suam aperirent, ipse negaverit, quemquam ex omnibus, qui concilio intererant, episcopum episcoporum esse, aut hujus potestatem sibi tyrannicè arrogare, ut ceteros ad sua sensa compelleret. Sic autem supremam illam potestatem Stephano non negabat, sed non obscurè adscribebat. Quæ verò ibidem addit de cujusque episcopi arbitrio ac potestate, videlicet nullum ab alio judicari posse, nec alium pariter judicare, hæc ad eosdem illos congregatos, & quidem sano sensu referenda sunt, aut ipsis* S. Cypriani *gestis manifestè repugnant. Certè S. Augustinus, num.* 695 *à nobis relatus, ea verba sic excepit:* Opinor utique in his quæstionibus, quæ nondum eliquatissima perfectione discussæ sunt. *Verissimum autem erat, quæstionem illam de hæreticorum baptismate, quam nullum ad id usque tempus concilium generale, nullus Romanus Pontifex supremo judicio, saltem quantùm existimabant, definiverat, quæque sola consuetudine nitebatur, verissimum, inquam, est, hanc quæstionem ab ullo ex episcopis cum* S. Cypriano *congregatis sic decidi potuisse, ut ob illius auctoritatem ceteri ab opinione sua cogerentur recedere.*

ad congregatos habitis,

781 *Contrà si quis Sancti dicta generaliter accipienda esse contendat, is igitur dicat necesse est, quo jure quâve injuriâ idem Sanctus Fortunatianum, Assuritanum in provincia proconsulari episcopum, in epistola* 64, *& Basilidem ac Martialem, Hispaniarum episcopos, in epistola* 68 *ob scelus idololatriæ rectè exauctoratos, pronuntiaverit & à sedibus suis arcendos curâverit? Quo item jure epistolam* 67 *ad S. Stephanum Romanum Pontificem dedit, ut is Marcianum, Arelatensem in Galliis episcopum, sede sua dejici, aliumque in eam suffici juberet; si* habeat omnis episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non possit, quàm nec ipse potest alterum judicare, *& si propterea exspectandum sit* judicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus & solus habet potestatem & præponendi *eos* in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu *eorum* judicandi? *Negari igitur non potest, objecta* S. Cypriani *verba sano sensu restringenda esse, aut dicendum, eum ex contentionis ardore aliquid humani hîc passum esse.*

& ex epistolis in causa Fortunati

782 *Adversùs eumdem Romani Pontificis primatum nihil pariter probat causa Fortunati, de quo* S. Cyprianus *in epistola* 55 *queritur, quòd per Felicissimum, aliosque schismatis socios, Romam ad S. Cornelium navigâsset, ut mendaciis ac calumniis suis communionem ab eo extorqueret; postulatque, ut, si quid ad latam in eos sententiam reponere velit, ad suum tribunal se sistat. Advertendum enim est, Fortunatum illum è quinque presbyteris Carthaginensibus schismaticis unum fuisse, quem ob excitatum cum Felicissimo schisma jam antè ex Ecclesia profugum & ab Africanis episcopis damnatum, ac deinde ab hæreticis schismaticisque pseudo-episcopum in Africa ordinatum fuisse, suprà docuimus; adeóque hic pro episcopo haberi non poterat. Testatur autem S. Augustinus in epistola* 43, *aliàs* 162, *suo etiam tempore presbyteris, ceterisque inferioris Ordinis cleri-*

A *ricis permiſſum non fuiſſe ad Apoſtolicam Sedem appellare; quod tamen epiſcopis licuiſſe, tum ibi, tum alibi affirmat. Convenerat itaque inter Africanos antiſtites, ut clerici epiſcopis inferiores in ſua quique provincia judicarentur, idque haud dubiè aſſentiente Romano Pontifice, ne appellationes ad Sedem Apoſtolicam nimiùm frequentes eſſent, & injuſtis criminationibus occaſionem darent.*

qui ad S. Cornelium

783 *Ut verò hæc prohibitio tempore S. Auguſtini non obſtabat, quò minùs hic tum alibi ſæpiùs, tum loco citato,* Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper, *ut ibidem loquitur,* Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus, *poteſtatem in ceteros epiſcopos, primatumque agnoſceret; ita nec ex ſimili* S. Cypriani *facto contra eumdem primatum poteſt concludi. Falſum autem eſt, quod Fellus, heterodoxus in Anglia epiſcopus, ſanctiſſimo Præſuli impudenter affingit: ſcilicet,* beato illo Martyre judice, pro deſperatis & perditis *habendos eſſe,* quibus minor videtur auctoritas epiſcoporum in Africa, quàm vel Cornelii ipſius, in Petri Cathedra Romæ ſedentis. *Etenim, ſi quis totum locum, quem num.* 546 *& ſeq. dedimus, attentè conſideret, fatebitur,* epiſcoporum in Africa *au-*

B *ctoritatem non S. Cornelio, ſed paucis deſperatis & perditis, Fortunati ſcilicet ac Feliciſſimi aſſeclis, à* S. Cypriano *opponi. Subdit enim:* Jam cauſa eorum cognita eſt, jam de eis dicta ſententia eſt, nec cenſuræ congruit ſacerdotum, mobilis atque inconſtantis animi levitate reprehendi... Si eorum, qui de illis priore anno judicaverunt, numerus cum presbyteris & diaconibus computetur, plures tunc affuerunt judicio & cognitioni, quàm ſunt iidem iſti, qui cum Fortunato nunc videntur eſſe conjuncti. Scire enim debes, frater cariſſime, eum, poſteaquam pſeudo-epiſcopus ab hæreticis factus eſt, jam pœnè ab omnibus eſſe deſertum.

Romanum Pontificem appellaverat;

784 *Itaque* S. Cyprianus *ibidem ſic ferè argumentatus eſt: Statutum eſt, ut epiſcopali ordine inferiores clerici in diœceſi ſua cauſam ſuam agerent: atqui Fortunati, Feliciſſimique ac ceterorum cauſa apud nos diſcuſſa, de eaque jam dicta ſententia eſt, atque adeò audiendi illi Romæ non ſunt, niſi fortè quis paucis illis deſperatis & perditis magis credendum exiſtimaverit, quàm tanto epiſcoporum in Africa, aliorumque clericorum numero, qui priori anno de iis judicârunt, multóque plures fuerunt, quàm qui nunc Fortunato adhærentes, ad Sedem Apoſtolicam appellârunt. Hanc ego genuinam verborum ſententiam eſſe exiſtimo: at ſi quis voces iſtas* paucis deſperatis & perditis *non in auferendi, ſed dandi caſu accipiendas eſſe contenderit, nec ſic tamen Felli commentum inde extundet, aut Afrorum præſulum auctoritatem Pontificiæ hîc æquiparatam probabit; cùm ſenſus tum eſſe poſſit: Niſi fortè pauci iſti ſchiſmatici exiſtiment, auctoritatem Afrorum antiſtitum minorem eſſe, quàm ut eorum ſententiæ ſecundùm ea, quæ de appellationibus decreta fuerunt, ſe ſubjicere debeant. Iſtud certum eſt, ibidem nullam Africanarum ſedium cum Romana Cathedra comparationem inſtitui, Fortunatumque & ejus ſectatores, deſperatos ac perditos dici propter hæreſim ac ſcelera ſua, non quia ad Pontificem appellaverant.*

C

& in cauſa Baſilidis ac Martialis,

785 *Baſilidis ac Martialis cauſa aſſertum Romani Pontificis primatum non elevat, ſed lucu-*

bus ſuis ejecti, ambo, aut certè horum prior, ad Romanum Pontificem S. Stephanum appellaverant. Et Baſilidi quidem fraus ſua ac mendacia pro recuperando epiſcopatu ſuo ſatis feliciter ſucceſſerant contra Sabinum, qui in ejuſdem locum fuerat ſuffectus. Porrò negat S. Cyprianus *in epiſtola* 68 *hanc Baſilidis appellationem ipſi poſſe prodeſſe. Sic autem ſcribit:* Nec reſcindere ordinationem (*Sabini*) jure perfectam poteſt, quòd Baſilides poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam noſtrum, longè poſitum, & geſtæ rei ac veritatis ignarum, fefellit, ut exambiret reponi ſe injuſtè in epiſcopatum, de quo fuerat jure depoſitus.

AUCTORE C. S.

qui ad S. Stephanum recurrerant.

786 Hoc eò pertinet, ut Baſilidis non tam abolita ſint, quàm cumulata delicta, ut ad ſuperiora peccata ejus fallaciæ & circumventionis crimen acceſſerit. Neque enim tam culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic exſecrandus, qui fraudulenter obrepſit. Obrepere autem ſi hominibus potuit, Deo non poteſt, cùm ſcriptum ſit: Deus non irridetur. *Hæc ipſe, ex quibus perſpicuum eſt, Baſilidem in ſedem ſuam reſtituendi poteſtatem Stephano à ſancto Antiſtite* E *non negari, ſed potiùs aſſeri, cùm alioquin Baſilidis reſtitutio non ex obreptione ac fraudibus illius, ſed ex defectu poteſtatis in Stephano, invalida probanda fuiſſet, neque hîc de aliqua negligentia, ſed de arrogata ſibi immeritò poteſtate arguendus. Utrùm tamen ſanctus Pontifex Baſilidem ſibi obrepere negligenter permiſerit, conſuli poteſt Commentarius prævius ad ejuſdem Acta ad diem* 2 *Auguſti,* § 2. *Ceterùm Pontificiam in epiſcopos poteſtatem in eodem Stephano* S. Cyprianus *in epiſtola* 67 *clariſſimè agnovit, dum ad eum ſcripſit:* Dirigantur in provinciam, & ad plebem Arelate conſiſtentem, à te litteræ, quibus abſtento Marciano, alius in locum ejus ſubſtituatur. *Neque dubitavit de felici eventu, dum Stephanus ſcripſiſſet; nam ſubdidit:* Significa planè nobis, quis in locum Marciani fuerit ſubſtitutus, ut ſciamus, ad quem fratres noſtros dirigere, & cui ſcribere debeamus.

§ XLVI. Perſecutione ſub Valeriano exortâ, ſcribit ad Fortunatum de Exhortatione martyrii: Chriſtum confitetur, & Curubim relegatur. F

Ingruente perſecutione à Valeriano,

ATtigimus tandem annum Chriſti 257, *multis martyrum triumphis, ac* S. Cypriani *confeſſione, exſilioque ſub perſecutore Valeriano memorabilem. S. Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib.* 7 *Hiſt. Eccleſ., cap.* 10 *cauſam perſecutionis hujus, quæ octava ſolet numerari, adſcribit cuidam Marciano, qui magiæ perditè deditus, & cupiditate imperii, à magis ſibi promiſſi incenſus, Valeriani benignum in Chriſtianos animum pervertit, in eoſque vehementer incitavit. Dubium non eſt, quin ſanctus Præſul, hiſce intellectis, mox gregem ſuum ad ſacrum iſtud prœlium probè inſtruxerit, & ad martyrii lauream animârit. Eâdem occaſione ſcripſiſſe à nonnullis creditur epiſtolam ad Fortunatum de exhortatione martyrii, quam alii cum Baronio ſub Gallo ſcri-*

AUCTORE C. S.

ptam esse arbitrantur. Priorum ratio est, quod hæc à S. Pontio post librum de Patientia, quem imperante Valeriano, compositum esse nobiscum statuunt, recensentur his verbis: Quis martyres tantos exhortatione divini sermonis erigeret? *Verùm incerta hæc ratio est, ut alibi ostendimus; quia tamen pro oppositâ sententia etiam leviores afferuntur, malumus eam huc referre.*

scribit de Exhortatione martyrii;

788 *Fortunatus, is ipse forsan episcopus, qui in Carthaginensi concilio III* Fortunatus à Tuchabori *scribitur, à* S. Cypriano *petierat*, ut, quoniam persecutionum & pressurarum pondus *incumberet*, & in fine, atque in consummatione mundi, antichristi tempus infestum appropinquare jam *cœpisset*, ad præparandas & corroborandas fratrum mentes, de divinis Scripturis hortamenta *componeret*, quibus milites Christi ad cæleste & spiritale certamen *animaret. Hisce postulatis libenter obtemperavit sanctus Antistes*; Parùm est enim, *inquiens*, quòd Dei plebem classico nostræ vocis erigimus, nisi credentium fidem & dicatam Deo, devotamque virtutem, divina lectione firmemus. *Rescripsit ergò ad ipsum laudatam epistolam, in qua materiam potiùs tractatûs,*

B *quàm tractatum transmisit. Sic enim in ea loquitur:* Ac ne in longum sermonem meum extenderem, frater carissime, & audientem vel legentem stili latioris copiâ fatigarem, compendium feci; ut propositis titulis, quos quis & nôsse debeat & tenere, capitula Dominica subnecterem, & id, quod proposueram, divinæ lectionis auctoritate solidarem, ut non tam tractatum meum videar tibi misisse, quàm materiam tractantibus præbuisse. *Ceterùm epistolam hanc, quam Marianus Victorius S. Hilario Pictavienſi adscripserat*, S. Cypriano *nostro vindicatam vide, si lubet, apud Baluzium in Annotatis, uti & in Operum S. Hieronymi editione Parisiensi anni 1706, tom. 4, col. 241 pariter in Annotatis, & in Præfatione ad Opera ipsius S. Hilarii, editionis Parisinæ anni 1693, §3, num. 26.*

Christum confitetur apud proconsulem,

789 *Ad persecutionem redeamus. Edictis Carthaginem allatis*, S. Cyprianus *ab Aspasio Paterno, Africæ proconsule de religione sua interrogatus est. Exstant hujus rei Acta proconsularia authentica, quæ cùm infrà post Vitam edituri simus, ea hîc tantùm perstringemus. Tempus ac locum confessionis & judicii laudata Acta sic indicant:*

C Imperatore Valeriano quartùm, & Gallieno tertiùm, consulibus, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagine in secretario, Paternus proconsul Cypriano episcopo dixit: Sacratissimi imperatores Valerianus & Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt, eos, qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas ceremonias recognoscere. Exquisivi ergò de nomine tuo, quid mihi respondes? *Certum porrò est ex Bucherii Cyclo, aliisque, Valeriani quartum, Gallieni verò tertium consulatum in annum Christi 257 incidisse, quo propterea in exsilium, ut ostendemus, pulsus esse dicendus est.*

& Curubim relegatur.

790 *Ad interrogata proconsulis Sanctus sese & Christianum & episcopum esse intrepidè respondit; nec alios præter unum verum Deum colere, quem tam ipse, quàm ceteri Christiani noctu dieque pro omnibus hominibus, ac pro ipsorum etiam imperatorum incolumitate, deprecabantur. In hoc proposito persistenti Paternus exsilium frustra minatus, mandavit, ut presbyteros, qui Carthagine versabantur, sibi proderet: at ille legibus bene ac utiliter prohibitum esse reposuit, ne delatores essent; sed nec per Christianam disciplinam licêre seipsos ultro offerre; ceterùm eos, si diligenter inquireret, ab ipso inveniendos. Post hæc proconsul sancto Confessori significavit, ex eorumdem imperatorum mandato sub pœna capitis vetitum esse, ne Christiani imposterùm cœtus agerent, aut cœmeteria ingrederentur; cui cùm ille retulisset;* Fac, quod tibi præceptum est, *ejusdem jussu Curubim relegatus est. Hîc habes, lector Actorum proconsularium sub Aspasio Paterno compendium, circa quæ nunc aliqua notanda veniunt.*

D

Prudentii narratio

791 *Quo pacto* S. Cyprianus *noster ad Proconsulis tribunal accesserit, vinctusne, an liber adductus, nec laudata Acta, nec S. Pontius in Vita indicavit, contentus ea ipsa citâsse his verbis:* Et quid Sacerdos Dei, proconsule interrogante, responderit, sunt Acta, quæ referant. *At Aurelius Prudentius in Hymno 13 de Sancto nostro, eum non modò vinctum, sed & fœdo carceri inclusum canit, antequam ad proconsulis tribunal productus sit. Sic enim ait:*

Ducitur ante alios, proconsule perfurente vinctus.
Antra latent Tyriæ Carthaginis, abditis repôsta,
Conscia tartareæ caliginis, abdicata soli:
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus, & catenâ
Nexus utramque manum, nomen Patris invocat supremi.

Deinde post multa de ejusdem coram proconsule confessione ita progreditur:

Lætior interea jam Thascius ob diem suorum,
Sistitur indomiti proconsulis eminùs furori:
Dogmatis atque loci jussus genus; Christianus, inquit,
Servo salutiferi mysteria consecrata Christi.

E

de Sancti captivitate

792 *Ad hæc rectè observavit Tillemontius Notâ 47 in* S. Cyprianùm, *ea vera esse non posse, si de ipsius secunda confessione, quæ proximè antè martyrium coram Galerio Maximo contigit, accipiantur; cùm contrarium planè tum ex Actis proconsularibus, tum ex Vita, auctore Pontio, habeamus. De hac tamen à Prudentio dicta esse, ex eo liquet, quòd post recensitos versus proconsulem sic loquentem mox inducat:*

Ille sub hæc: satis est jam criminis, ipse confitetur
Thascius, ipse Jovis fulmen negat; expedite ferrum,
Carnificis gladio pœnam luat hostis idolorum.
Illo Deo meritas grates agit, & canit triumphans.
Flevit obire Virum mœsta Africa *&c.*

F

Ut verò hæc admitti non possunt, ita nec de priori confessione, de qua modò agimus, verè dicta esse, Tillemontio assentior; sed Prudentium, qui, ut alibi ostendimus, S. Cypriani *Carthaginensis cum cognominis sancti martyris Nicomediensis gestis confudit, ea, quæ hujus erant, ad illum hîc quoque transtulisse existimo. Ita omninò suadet S. Pontii silentium, qui cùm secundùm nostram Vitæ partitionem cap. 2 à num 17 sanctissimi Præsulis præclara de Carthaginensibus, sæviente pestilentiâ, merita celebrâsset, num. 20, quàm ingratas hi ipsi vices rependerint, observans, de exsilio mox meminit;* His tam bonis, *inquiens*, & tam piis actibus supervenit exsilium: hanc enim vicem semper repræsentat impietas, ut melioribus pejora restituat.

corrigitur, uti & S. Gregorii hallucinatio.

793 *Hæc eadem ibidem pluribus prosequitur, nec ullam tamen de vinculis aut carcere mentionem facit; sed lectorem quoad cetera hùc spectantia*

A *tia ad Acta proconsularia remittit, in quibus nihil pariter de vincto, aut in carcerem conjecto, Episcopo suo contineri, probè noverat. Simile planè silentium est in epistolis* 78, *&* 79, *in quibus confessores, quorum ille inter cetera carceres ac vincula in epistola* 77 *celebraverat, de confessione ipsius disertè & magna cum laude pariter meminerunt. Denique tota Sancti confessionis, exsilii ac martyrii relatio, tam in Actis quàm in Vita, sic cum eo, veluti cum singularis conditionis persona, ubique actum esse significat, ut illa Prudentii narratio ne probabilis quidem appareat. Hinc mihi longè verisimillimum apparet,* S. Cyprianum *aut dictâ ipsi die liberè, aut à missis satellitibus adductum, sine prævio carcere, coram proconsulis tribunali comparuisse. Hallucinatus quoque est S. Gregorius Nazianzenus, dum in Oratione* 18, *quam in* S. Cypriani *nostri laudem habuit, ipsius sub Decio secessum cum ejusdem exsilio in Valeriani persecutione confundens, postremum hoc uti & martyrium, imperante Decio, contigisse arbitratus est.*

In hac persecutione primus ibi confessus videtur.

794 *Ex duabus mox laudatis epistolis non improbabiliter passim observant neoterici, sanctum Episcopum nostrum primum omnium in hac Valeriani persecutione Carthagine Christum confessum esse. Nam in priori quidem epistola SS. Nemesianus, Dativus, Felix & Victor episcopi, ad metalla damnati, Sancto nostro tum exsulanti sic scribunt:* Scis & ipse, carissime, nostrum optabile votum esse, quòd te videamus, doctorem & amatorem nostrum, ad coronam magnæ confessionis pervenisse. Nam quasi bonus & verus doctor, quid nos discipuli secuti apud præsidem dicere deberemus, prior apud acta proconsulis pronuntiâsti, & tubâ canens, Dei milites cælestibus armis instructos ad congressionis prælium excitâsti, & in acie prima pugnans, spiritali gladio diabolum interfecisti; agmina quoque fratrum hinc & inde verbis tuis composuisti, ut insidiæ inimico undique tenderentur & cadaveris ipsius publici hostis nervi concisi calcarentur. Crede nobis, carissime, quoniam non est à centesimo præmio minor tua innocens anima, quæ nec sæculi primos impetus timuit, nec ire in exsilium recusavit, . . . & quoniam multis documentum confessionis dedit, ipsa martyrium prior duxit. *Simili modò Lucius, ceterique in epistola* 79 *loquuntur.* Nam ante passionem, *inquiunt*, à te sumus ad gloriam provocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis Christi præbuisti. Nos verò secuti vestigia confessionis tuæ, parem gratiam tecum speramus.

C

Locus exsilii, Curubis,

795 *Exsilii locus, ut ex Actis proconsularibus habemus, fuit Curubis, Africæ propriè civitas, in provincia Zeugitana, in eaque peninsula sita, quæ in mare Mediterraneum Septentrionem versùs longiùs excurrit. Eodem vocabulo à S. Augustino lib.* 22 *de Civit. Dei, cap.* 8, *& Serm.* 309, *qui in* S. Cypriani *natali primus est, nuncupatur. Consentiunt Plinius, qui eam inter oppida libera recenset, Antoninus in Itinerario apud Cellarium tom.* 2 *Notitiæ orbis antiqui, part.* 3, *lib.* 4, *cap.* 4: *at Ptolomæo ibidem* Κϑροβὶς, *vel, ut Palatinus codex habet,* Curabis *dicitur. Episcopatu etiam aliquando insignita est; nam apud Theodoricum Ruinartium in Historia persecutionis Vandalicæ, sive in Notitia provinciarum & civitatum Africæ, notisque ad eam,* Felix Curbitanus, & Benenatus, gratiâ Dei episcopus sanctæ ecclesiæ Curbitanæ, *uti &* Victor episcopus Curubitanus, & Peregrinus episcopus ecclesiæ Curubitanæ, *contracto scilicet in duobus primis locis civitatis vocabulo, legitur.* AUCTORE C. S.

796 *Hunc exsilii locum satis amœnum fuisse, S. Pontius in Vita, apud nos cap.* 2, *num.* 22 *his verbis significat:* Nolo nunc describere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim transeo. *Et rursum sequenti numero:* Jam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus; provisum esse divinitus etiam pro animo tanti Viri apricum & competentem locum, hospitium pro voluntate secretum, & quidquid apponi eis antè promissum est, qui regnum & justitiam Dei quærunt. *Cùm hæc Pontius,* S. Cypriani *diaconus, & individuus exsilii ad martyrium usque comes, dicat, non videntur eum locum satis novisse S. Nemesianus, ceterique episcopi, dum in epistola* 78 *suprà laudata de Sancto Exsule nostro scripserunt:* Nec in deserto loco commorari horruit. *Quare non possum hisce cum Tillemontio assentiri; attamen non ineptè forsan eorum dicta cum biographi verbis Pearsonius conciliavit, existimando, ipsam Curubim in loco deserto positam fuisse. Sed & dici potest, Sanctum non in ipso Curubitano oppido, sed prope illud in domo aliquâ suburbana, & ab aliis remotæ exsulâsse, sed aprico tamen ac amœno loco posita. Huic opinioni omninò favent, quæ de frequenti Carthaginensium ad illum accessu mox videbimus; hic enim in hujusmodi loco minus periculi habebat, quàm in oppido.* *amœnus fuit, in quo nihil ipsi defuit,*

B E

797 *Nihil hîc sanctissimo Exsuli defuisse, laudatus biographus tum num.* 22, *tum* 23 *verbis mox datis observat, omnia ipsi affatim ultrò largientibus loci incolis. Præterea commodum accidebat, quòd Curubim inter atque Carthaginem non tanta esset distantia, quin multi è grege suo hinc eò possent accurrere, ut Episcopum suum inviserent, & si qua re indigeret, adjuvarent. Pium hoc utriusque civitatis incolarum erga Sanctum studium citatus Pontius sic indicat:* Ut omittam frequentiam visitantium fratrum, ipsorum & inde civium caritatem, quæ repræsentabat omnia, quibus videbatur esse fraudatus *&c. Concessum etiam ipsi fuisse nonnullos domesticos secum ducere, ex eodem biographo habemus, qui ex iis unus fuit.* Nam & me, *inquit num.* 24 *Vitæ*, inter domesticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exsulem voluntarium; quod utinam & in passione licuisset! *& à suis sæpe invisebatur:*

F

798 *Porrò in commemoratum locum glorioſus Exsul die* XIII *vel* XIV *mensis Septembris advenit. Ita ex eadem Vita cum Actis proconsularibus collata discimus. Nam cùm in illa num.* 24 eo . . . die, quo primùm in exsilii loco *mansit, ipsi* nondum somni quiete sopito *per admirabilem visionem martyrium post unum diem, quem ad res suas disponendas petierat, prædictum fuisse, & num.* 26 eo *ipso* die post exactum annum coronatus *dicatur; cúmque ex Actis constet, ejusdem martyrium in diem* XIV *Septembris incidisse, constat pariter Sanctum in Curubitanum exsilium advenisse ejusdem mensis die* XIV, *vel* XIII, *quia incertum est, quâ noctis horâ laudata revelatio ipsi obtigerit. Qualis autem hæc fuerit, habes in Vita à num.* 24, *ubi biographus de ea pluribus disserit, ideóque hîc non esse referendam putavi. Id unum observo, hanc ejusmodi fuisse, ut nemo eorum, quibus eam Sanctus narraverat, de instanti ipsius martyrio dubitaret; quamvis martyrii dies pro incerto haberetur.* Nam & verè, *inquit* *huc die* 13 *vel* 14 *Septemb. advenit.*

Bio-

AUCTORE C. S.

biographus num. 27, nemo cognovit, quare hoc (*de martyrio post diem unum subeundo*) ei ostensum fuisset; nisi quia pòst eodem die, quo id viderat, coronatus est. Medio nihilominus tempore imminens passio pro certo ab omnibus sciebatur; passionis tamen dies certus ab iisdem omnibus, quasi ignorantibus, tacebatur.

§ XLVII. Res ecclesiasticas ordinat: pauperibus prospicit: confessores litteris & eleëmosynis solatur: Curubi in hortos suos migrat: de novo edicto Valeriani fideles monet, & fugere renuens, ad martyrium se parat.

B

Res episcopatûs & pauperum disponit:

Quàm utiliter istud anni spatium, quod per unius diei inducias Deus in visione significatum, ipsi concedendum revelaverat, sanctus Exsul impenderit, docet tum Vita, tum epistolæ in exsilio ab ipso conscriptæ. Certè biographus num. 28 *Vitæ negat, istam martyrii dilationem aut à Sancto ipso in memorata visione petitam, aut ab ipsis gentilibus ex divina providentia illi alia de causa concessam fuisse, quàm ut episcopatûs sui res componeret, & pauperibus, quos semper in amoribus habuerat, tum quoque provideret. Sed S. Pontium ipsum audiamus.* Dilationis autem, *ait*, petendæ ratio dè ordinatione rerum, & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ verò res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici statûs? Suprema idcircò accepta dilatio est, ut, quidquid circa pauperum fovendorum curam supremo judicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immò verò propter hoc tantùm, etiam indulgentia ab ipsis, qui ejecerant, & qui occisuri erant, admissa est, ut præsens & præsentes pauperes novissimæ dispensationis extremis, &, ut plenius dixerim, totis sumptibus relevaret.

C

confessores ad metalla damnatos

800 *Nec inter Carthaginenses diœcesis suæ terminos sancti Episcopi caritas contineri se passa est; sed & ad alios ex aliis episcopatibus confessores ac martyres, longè positos, penetravit. Erat inter ceteros pro fide exsules magnus numerus variarum sedium in Africa ac Numidia antistitum, presbyterorum, ac utriusque sexûs fidelium, inter quos nec virgines, nec pueri deerant, ad metalla Siguensia damnatus. Horum aliqui agonem jam consummaverant, alii in ergastulis ac fodinis longo martyrio contabescebant, quemadmodùm tomo* III *hujus mensis Septembris ad diem* X, *à pag.* 483, *ubi de hisce sanctis martyribus cum Romano Martyrologio apud nos actum est, pluribus ostendimus. Ut verò illorum gloriâ mirum in modum, nec secùs ac sua esset, sanctus Præsul lætabatur, ita non poterat ex eorumdem incommodis non dolere. Scripsit ergò ad eos epistolam* 77, *eamque per Herennianum hypodiaconum, & Lucianum, Maximum & Amantium acolythos transmisit, quam, cùm loco mox laudato maximam partem recitaverimus, ea tantùm hìc referemus, quæ ad Sanctum nostrum propiùs pertinent.*

801 *Epistolam hanc in exsilio scriptam esse, ex ipso initio liquet, ubi etiam scribendi causam, gaudiumque, quod ex illorum confessione, invictaque constantia conceperat, hoc modo declarat:* Gloria quidem vestra poscebat, beatissimi ac dilectissimi fratres, ut ad conspectum atque ad complexum vestrum venire ipse deberem, nisi me quoque ob confessionem Nominis relegatum præfiniti loci termini coërcerent. Sed quomodò possum, repræsento me vobis, & ad vos, etiamsi corpore & gressu venire non datur, dilectione tamen & spiritu venio, exprimens litteris animum meum, quo in istis virtutibus & laudibus vestris lætus exsulto, participem me computans, etsi non passione corporis, consortio caritatis. An ego possim tacere, & vocem meam silentio premere, cùm de carissimis meis tam multa & glorioſa cognoscam, quibus vos divina dignatio honoravit, ut ex vobis pars jam martyrii sui consummatione præcesserit, meritorum suorum coronam de Domino receptura; pars adhuc in carcerum claustris, sive in metallis & vinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis fratribus & armandis majora documenta, ad meritorum titulos ampliores tormentorum tarditate proficiens, habitura tot mercedes in cælestibus præmiis, quot nunc dies numerat in pœnis. D *per epistolam solatur,* E

802 *Sic præfatus, eorumdem virtutes ac confessionis gloriam pergit celebrare; toleratosque ab ipsis fustes, opprobria, vincula, carceres, squalorem, rerum omnium inopiam, ceteraque incommoda, quæ pro Christo constanter ferebant, magnis laudibus prosequitur, eosque certa æternæ beatitudinis spe consolatur. Sub finem denique epistolæ desiderium martyrii significat, & in hunc finem eorumdem preces flagitat;* Planè, *inquiens*, quia nunc vobis in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum, quod in pressuris petitur, facilior oratio est, petite impensiùs & rogate, ut confessionem omnium nostrûm dignatio divina consummet, ut de istis tenebris & laqueis mundi nos quoque vobiscum integros & gloriosos Deus liberet, ut qui hìc caritatis & pacis vinculo copulati contra hæreticorum injurias & pressuras gentilium simul stetimus, pariter in regnis cælestibus gaudeamus. *Nec verbis tantùm, sed etiam re ipsos consolatus est, missis unà cum epistola pecuniis, quibus etiam Quirinus quidam aliquas addiderat, inter eosdem distribuendis: quamquam enim de hisce in laudata epistola non meminerit, missas tamen fuisse ex mox dicendis constabit.* F *precesrogat, eleëmosynis juvat;*

803 *Ad memoratas litteras laudati confessores per tres diversas epistolas, quæ inter Cyprianicas locum* 78, 79 *&* 80 *obtinent, responderunt. Harum prima à SS. Nemesiano, Dativo, Felice ac Victore episcopis scripta est; secunda à S. Lucio pariter episcopo tam suo, quàm plurium aliorum, qui cum ipso erant, nomine exarata; tertia denique ab altero Felice, Jadere & Poliano similiter episcopis, itemque à presbyteris, ceterisque, qui cum illis in Siguensibus metallis morabantur, data. Omnes autem gratiarum actionem continent tam de litteris, quàm de pecuniario subsidio ad se transmissis. Et in priori quidem de hoc sic legitur:* Fecit autem & prosecutum ministerium tuum, & Quirini dilectissimi nostri, quod per Herennianum hypodiaconum, & Lucianum & Maximum & Amantium acolythos distribuendum misisti, quæcumque necessitatibus corporum defuerant, expediri. *In altera verò sic:* Accepimus ita- *& ab his litteras recipit.*

A itaque, Frater desiderantissime, id, quod à Quirino & à te ipso missisti sacrificium ex omni opere mundo. *Tertia denique epistola ita habet:* Resalutamus te, Frater carissime, per Herennianum hypodiaconum, Lucianum & Maximum, fratres nostros, . . . à quibus accepimus oblationis nomine non minimam quantitatem unà cum litteris tuis, quas scripsisti *&c.*

Curubi aliquamdiu moratus,

804 *Sunt, qui Sancti epistolam* 81, *ad Sergium & Rogatianum, ceteroſque confessores carceri inclusos, ex hoc ipso exsilio scriptam fuisse velint, aliis eam ad Decii imperium, aliis ad Galli persecutionem referentibus, quorum opiniones* § 10 *examinavimus, & incertas esse ostendimus. Quid porrò sanctus Exsul Curubi præterea egerit, non nisi conjicere licet. Martyrium suum ipsi, ut diximus, primo, quo in exsilio suo versatus est, die divinitus revelatum fuerat, ideòque dubitandum non est, quin ad illud precibus aliisque virtutum exercitiis se probè comparaverit. Quin & incruentum Missæ Sacrificium, ut aliàs tam in pace, quàm in persecutione solebat, eum quotidie obtulisse, seseque sacratissimo Christi Corpore ac Sanguine, quæ certaturis tam utilia in epistola* 54 *agnoverat, roborâsse, omninò verisimile est; ad hoc enim hospitio satis libero usum fuisse, ex biographo apparet. Nec minùs ceteros ad supremum illud certamen verbis, quibus plurimùm valebat, teste biographo num.* 30 *Vitæ, hortabatur.* Videlicet tanta illi fuit, *ut ibidem dicitur,* sacri cupido sermonis, ut optaret, sic sibi passionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur.

B

jussu novi proconsulis

805 *Quamdiu sanctus Antistes in hoc Curubitano exsilio sua moratus fuerit, incertum est; verùm inde ad hortos suos, quos propè Carthaginem habebat, à Galerio Maximo proconsule, qui Aspasio Paterno successerat, revocatum fuisse, ejusdemque jussu ibidem reliquum vitæ egisse, ex Actis proconsularibus, habemus. Sic enim in hisce legitur:* Cúmque diu ibidem (*Curubi*) moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus proconsul, qui S. Cyprianum episcopum, ab exsilio revocatum, sibi jussit præsentari. Cúmque Cyprianus, sanctus martyr electus à Deo, de civitate Curubitana, in qua exsilio, præcepto Aspasii Paterni tunc proconsulis, datus fuerat, regressus esset, ex sacro præcepto in suis hortis manebat. Inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut illi ostensum fuerat.

C

ad hortos suos commigrat.

806 *De ejusdem in prædictis hortis suprema vita mora S. Pontius num.* 30 *meminit, observans, hos eosdem illos fuisse, quos* S. Cyprianus *inter conversionis suæ initia in pauperum alimoniam vendiderat, ac deinde ex divina providentia recuperaverat. Verba ejus subjungo:* Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam Sacerdotis; cùm ecce proconsulis jussu ad hortos ejus (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentiâ restitutos, pro certo iterum in usus pauperum vendidisset, nisi invidiam de persecutione vitaret) cum militibus suis princeps repentè subitavit, immò, ut veriùs dixerim, subitâsse se credidit. *Hæc ipse, prætermissis, quæ de ipsius è Curubitano ad hortos jussu Galerii Maximi adventu mox recitavimus. Videtur ergò memoratus proconsul sanctum Antistitem, Curubi accersitum, prope Carthaginem & sub arctiori fortè custodia morari voluisse, ut, cùm in eum sententiam ferre placeret, exsilii distantia in mora non esset.*

807 *Quantùm ex laudata Vita colligimus, in*

hortis suis Sanctus jam morabatur, dum epistolam 82 *scripsit ad Successum episcopum, qui fortè is est, qui in concilio Carthaginensi* Successus ab Abbir Germaniciana *dicitur; ex qua epistola sequentia didicimus. Spargebantur indies varii de persecutione efferveſcente rumores, de quibus laudatus Successus* S. Cyprianum *consuluerat; verùm hic, cùm nihil pariter hac super re nisi ex incertis rumoribus haberet, è suis Romam miserat, qui certiora referrent. Responsum itaque dare distulit, tum quòd illorum ex Urbe reditum exspectaret, tum quòd difficile esset, unum è clericis ad Successum mittere, qui omnes pariter capitalem sententiam in se ferendam sperabant. Interea exspectati nuntii Româ reversi retulerunt, Valerianum ad senatum ac provinciarum præsides rescripsisse, ut varii Ordinis fideles, variis pro cujusque conditione pœnis castigarentur; cetcrùm addiderunt, S. Sixtum Pontificem, & cum eo quatuor diaconos martyrio coronatos jam fuisse, ac Urbis præfectos exsecutionem edicti quotidie urgere.*

AUCTORE C. S. *Nuntium Româ accipit*

808 *Hisce intellectis,* S. Cyprianus *citatam epistolam* 82 *ad Successum dedit, rogans, ut eamdem etiam cum ceteris episcopis ac Christianis quantùm posset, communicaret, ne persecutor imparatos invaderet. Sed juverit epistolam hanc, quæ minimè prolixa est, totam lectori exhibuisse. Est autem hæc:* Cyprianus Successo fratri salutem. Ut non vobis in continenti scriberem, frater carissime, illa res fecit, quòd universi clerici (*per quos scilicet litteras mittere solebat*) sub ictu agonis constituti, recedere istinc omninò non poterant, parati omnes pro animi sui devotione ad divinam & cælestem gloriam. Sciatis autem eos venisse, quos ad Urbem propter hoc miseram, ut quomodocumque de nobis rescriptum fuisset, exploratam sibi veritatem ad nos perferrent: multa enim varia & incerta opinionibus ventilantur.

de ingravescente persecutione,

E

809 Quæ autem sunt in vero, ita habent: Rescripsisse Valerianum ad senatum, ut episcopi & presbyteri & diacones in continenti animadvertantur; senatores verò, & egregii viri, & equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur; &, si ademptis facultatibus, Christiani esse perseveraverint, capite quoque mulctentur; matronæ verò, ademptis bonis, in exsilium relegentur; Cæsariani autem, quicumque vel priùs confessi fuerant, vel nunc confessi fuerint, confiscentur & vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur. Subjecit etiam Valerianus imperator orationi suæ exemplum litterarum, quas ad præsides provinciarum de nobis fecit; quas litteras quotidiè speramus venire, stantes secundùm firmitatem ad passionis tolerantiam, & exspectantes de ope & indulgentia Domini vitæ æternæ coronam. Xistum autem (*Romanum Pontificem*) in cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die, & cum eo diacones quatuor. Sed & huic persecutioni quotidie insistunt præfecti in Urbe, ut, si qui sibi oblati fuerint, animadvertantur, & bona eorum fisco vindicentur.

F

& novo rescripto Valeriani,

de quo fideles moneri curat,

810 Hæc, peto, per vos & ceteris collegis nostris innotescant, ut ubique hortatu eorum possit fraternitas corroborari, & ad agonem spiritalem præparari, ut singuli ex nostris non magis mortem cogitent, quàm immortalitatem, & plena fide ac tota virtute Domino dicati gaudeant magis, quàm timeant, in hac confessione, in qua sciunt, Dei & Christi milites non perimi,

AUCTORE C. S.

mi, sed coronari. Opto, te, frater carissime, semper in Domino bene valere. *Ex annotato S. Sixti II martyrio manifestum est, hanc* S. Cypriani *epistolam post diem* VI *Augusti, anno* 258, *quo ille coronatus est, scriptam fuisse. Ceterùm de eodem sancto Pontifice martyre apud nos actum est tom.* 2 *Augusti, die præcitato, ubi* § 3 *& sequentibus Commentarii prævii disputatum est de ejusdem in martyrio sociis, qui varii à variis referuntur. Nam, ut alia mittam, Pamelius, aliique non* quatuor diacones, *sed* Quartum *dumtaxat ipsi socium in laudata epistola adscribunt; sed non est hujus loci id examinare; ideóque ad* S. Cyprianum *regredior.*

Ad martyrium se præparat.

811 *Allatus de Valeriani rescripto, glorioſaque S. Sixti nece, nuntius novas sancto Exsuli divini amoris faces addebat, certamque spem faciebat fore, ut dies ille martyrii cælesti visione promissus, totque expetitus votis, brevi tandem illucesceret, qui, quò propiùs instare videbatur, eò ardentiùs desiderium sui in sacro Viri pectore excitabat. Hinc reliquum vitæ spatium in suavi ista exspectatione, non sine prolixi martyrii genere traduxit, quemadmodùm S. Pontius, individuus ipsius in exsilio socius, num.* 29 *sequentibus verbis declarat.* Ordinatis ergo, *inquit*, tam piè rebus, & sic pro voluntate dispositis, proximabat dies crastinus. Jam de Xysto, bono & pacifico Sacerdote, ac propterea beatissimo martyre, ab Urbe nuntius venerat. Sperabatur jam jamque carnifex veniens, qui devota sanctissimæ Victimæ colla percuteret: & sic erant omnes dies illi quotidiana exspectatione moriendi, ut corona posset singulis adscribi.

B

& fugere recusavit.

812 *Non deerant tamen clarissimi viri, ordine ac dignitate præstantes, qui pro veteri sua erga sanctum Præsulem amicitia fugam ei suaderent, locaque, in quæ secederet, ultrò offerrent: verùm ille ad cælestem patriam jam dudum anhelans, hujusmodi consilia sese indigna reputabat, ceteroſque ad necem pro Christo fortiter excipiendam potiùs exhortabatur. Audi denuò biographum:* Conveniebant interim plures egregii & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & sæculi nobilitate generosi, qui, propter amicitiam ejus antiquam, secessum subinde suaderent; & ne parùm esset nuda suadela, etiam loca, in quæ secederet, offerebant. Ille verò jam mundum, suspensâ ad

C

cælum mente, neglexerat; nec suadelis blandientibus annuebat. Feciſſet fortasse tunc etiam, quod à plurimis & fidelibus petebatur, si & divino imperio juberetur *&c.*

§ XLVIII. Veritus, ut Carthagine occideretur, paulisper latet: in hortos suos reversus, capitur, Christumque confessus, capite truncatur.

Veritus, ne Uticam abduceretur,

DUm S. Cyprianus *ita, ut diximus, supremum vitæ diem in hortis suis exspectaret, novus ad ipsum nuntius allatus eum non parùm sollicitum reddidit. Proconsul Galerius Maximus Uticam, quæ Africæ propriæ maritima civitas erat, discesserat, ibidemque tum judicia adversùs Christianos exercebat, mense Augusto jam multùm provecto, si trecenti illi martyres, à S. Augustino* Uticensis massa candida dicti, *& ad diem* D
XXIV *memorati mensis Martyrologiis inscripti, Utica, ut probabilius est, coronati fuerint. Consule, si lubet tomum* IV *Augusti ad præcitatum diem, ubi* § 2 *Commentarii historici de eorumdem palæstra disceptatum est. Proconsule itaque ibidem degente, ad* S. Cyprianum *perlatum est,* Commentarios *missos esse, qui se Uticam damnandum perducerent. Erant autem* commentarii *&* commentarienses, *de quibus hîc agitur, carcerum custodes, quibus etiam nonnumquam cura reos apprehendendi dabatur, prout ex Ulpiano, Firmico, aliisque probat Samuël Pitiscus in Lexico Antiquit. Roman. Manutius, Morellius ac Pamelius* Frumentarios *malunt legere; quo nomine etiam nonnullos milites, quorum munus erat omnia diligenter per provincias explorare, nuncupatos fuisse, vide apud laudatum Pitiscum in Lexico. Utro modo legas, parùm interest.*

secedit, donec proconsul inde rediisset:

814 *Hic nuntius sancto Præsuli propterea gravis accidit, quòd in urbe sua episcopali & in conspectu gregis sui confiteri atque occidi vehementer desideraret, ut veluti bonus pastor exemplum ovibus suis præberet, easque ad sequenda vestigia sua excitaret; qua spe sese penitùs frustratum iri do-* E
lebat, si Uticam abduceretur. In hisce animi angustiis constituto visum est amicorum consilio, qui securum ipsi secessum suaserant obtulerantque, eatenùs utendum esse, ut tantisper lateret, donec proconsul Carthaginem reversus, spem Carthagine occumbendi sibi reddidisset. Secessit ergò, sed quem in locum, ignotum est; & proconsule Carthaginem reverso, in hortis suis denuò apparuit. Nihil de secessu hoc, quem ex ipsius Sancti epistola 83 *mox recitanda habemus, S. Pontius tradidit, qui propterea à Rigaltio in Observationibus, sed immeritò vapulat, ut* § 1 *ostendimus, ubi sanctum biographum ab illius indigna censura ab Henschenio jam vindicatum fuisse diximus. Id unum hîc addo, biographi verba, suprà num.* 812 *relata, cum citata Sancti epistola minimè pugnare; cùm aliud sit ad tempus justa de causa latère, aliud fugere, quod ultimum amici apud biographum suasisse, Sanctusque recusâsse, dicendi sunt.*

qua de re gregem suum

815 *Inter primas sancti Antistitis in latebris curas fuit, clerum plebemque suam de secessu suo certiorem facere, ne fugam arripuisse, aut ex supplicii metu latitare crederetur. Noverat enim, virtutem suam non parùm suspectam fuisse clero Romano, dum in persecutione Decii secessisset; meritóque vereri poterat, ne simile quid sui suspicarentur, si latitandi causam ignorarent. Ut igitur omnem sinistram de se opinionem amoveret, in memorata epistola clerum, plebemque Carthaginensem, de consilio, quod ceperat, his verbis admonuit:* Cyprianus presbyteris & diaconibus & plebi universæ salutem. Cùm perlatum ad nos fuisset, fratres carissimi, commentarios esse missos, qui me Uticam perducerent, & consilio carissimorum persuasum esset, ut de hortis nostris interim secederemus, justâ interveniente causâ, consensi; eò quòd congruat, episcopum in ea civitate, in qua ecclesiæ Dominicæ præest, illic Dominum confiteri, & plebem universam præpositi præsentis confessione clarificari. Quodcumque enim sub illo confessionis momento confessor episcopus loquitur, aspirante Deo, ore omnium loquitur.

instruit, eique salutaria consilia

816 Ceterùm mutilabitur honor ecclesiæ nostræ tam glorioſæ, si ego episcopus alterius ecclesiæ præpositus, acceptâ apud Uticam super confessione sententiâ, exinde martyr ad Dominum pro-

A proficiſcar ; quandoquidem ego & pro me & pro vobis apud vos confiteri, & ibi pati, & exinde ad Dominum proficiſci, orationibus continuis deprecer, & votis omnibus exoptem, & debeam. Exſpectamus ergò hîc in ſeceſſu abdito conſtituti adventum proconſulis Carthaginem redeuntis, audituri ab eo, quid imperatores ſuper Chriſtianorum laicorum & epiſcoporum nomine mandaverint, & dicturi, quod ad horam Dominus dici voluerit. *Seceſſûs ſui ratione in eum modum expoſitâ, ſalutaria monita, quorum in perſecutione potiſſimùm uſus futurus erat, paucis perſtringit;* Vos autem, *inquiens*, fratres cariſſimi, pro diſciplina, quam de mandatis Dominicis à me ſemper accepiſtis, & ſecundùm quod, me tractante, ſæpiſſimè didiciſtis, quietem & tranquillitatem tenete ; nec quiſquam veſtrûm aliquem tumultum fratribus moveat, aut ultrò ſe gentilibus offerat.

817 Apprehenſus enim & traditus loqui debet : ſiquidem in nobis Dominus poſitus illâ horâ loquatur, qui nos confiteri magis voluit, quàm profiteri. Quid autem de cetero nos obſervare conveniat, antequam in me ſuper confeſſione B nominis Dei proconſul ſententiam ferat, inſtruente Domino, in commune diſponemus. *Poſt hæc epiſtolam ſuam clauſulâ ipſi aliàs inſolitâ ſic abſolvit :* Incolumes vos, fratres cariſſimi, Dominus noſter in Eccleſia ſua permanere faciat, & conſervare dignetur. Ita fiat per ſuam miſericordiam. *Monet tamen Baluzius, ultimam periodum ;* Ita fiat *&c., ex codice Fuxenſi à ſe additam eſſe. Atque hæc ſunt poſtrema ſanctiſſimi Præſulis monita, gregi ſuo ſcripto data, quæ ad nos pervenerunt. Utrùm autem etiam cetera, quæ præterea obſervanda videbantur, ordinare per tempus ipſi licuerit, & an ea ſcriptis, an verò oretenus tantùm clericis, qui ipſi aderant, mandaverit, exploratum non habeo, nec quidquam ſuper hiſce memoriæ proditum inveni.*

per litteras tradit.

818 *Valerio Maximo poſt paucos dies Uticâ Carthaginem reverſo*, S. Cyprianus *ad ſuos quoque hortos regreſſus, ſolitis virtutum exercitiis vacabat, cùm tandem die* XIII *Septembris proconſulis juſſu apprehenſus, & ad tribunal adductus eſt; qua de re biographus num.* 30 *Vitæ ſic loquitur :* Et hi erant quotidiani actus deſtinati ad placentem Deo hoſtiam Sacerdotis ; cùm ecce proconſulis juſſu ad hortos ejus (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei ſuæ venditos, & Dei indulgentiâ reſtitutos, pro certo iterum in uſus pauperum vendidiſſet, niſi invidiam de perſecutione vitaret) cum militibus ſuis princeps repentè ſubitavit ; immò, ut veriùs dixerim, ſubitâſſe ſe credidit : unde enim poſſet, tamquam improviſo impetu, mens ſemper parata ſubitari ? Proceſſit ergò jam certus expungi, quod diu fuerat retardatum ; proceſſit animo ſublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. *Ita biographus.*

In hortis captus,

819 *Eadem cum paulò aliis adjunctis in Actis proconſularibus, ſive eorumdem additamentis, narrantur. Sic enim habent :* Et cùm illic (*in hortis ſuis*) demoraretur, repentè Idibus Septembris, Tuſco & Baſſo conſulibus, venerunt ad eum principes duo ; unus ſtrator officii Galerii Maximi proconſulis, qui Aſpaſio Paterno ſucceſſerat ; alius equiſtrator, à cuſtodiis ejuſdem officii, qui & in curriculum eum levaverunt, in medioque poſuerunt. *Attamen inter utramque narrationem id tantùm diſcriminis eſt, quòd biographus præcipuum è duobus miniſtris*

& currui impoſitus inter duos apparitores,

dumtaxat nominaverit, ac cetera quoque adjuncta minùs exactè, quàm Actorum ſcriptor, recenſuerit. De Stratoribus officii conſuli poteſt Pitiſci Lexicon Antiquitatum ſuperiùs laudatum, citatique ab eo ſcriptores. S. Auguſtinus, qui hæc Acta viderat, Sermone 309 *ad populum, qui primus eſt in Natali* S. Cypriani, *duos pariter miſſos ait, quos apparitores appellat, de eoque argumento ſic loquitur :* Jam ergò quòd ad eum paſſioni exhibendum duo miſſi ſunt, qui eum etiam ſecum in curriculum levaverunt, in medioque poſuerunt ; & hoc divinæ admonitionis fuit, ut gaudens recoleret, ad ejus corpus ſe pertinere, qui inter iniquos deputatus eſt. Chriſtus namque inter duos latrones ligno ſuſpenſus, ad exemplum patientiæ præbebatur. Cyprianus autem inter duos apparitores ad paſſionem curru portatus, Chriſti veſtigia ſequebatur.

820 *Sic in medio poſitum prædicti miniſtri* in Sexti perduxerunt, ubi Galerius Maximus proconſul, bonæ valetudinis recuperandæ gratiâ, feceſſerat, *ut in laudatis Actis legitur. Sed ſive proconſul morbi moleſtiâ ſive aliis curis tum diſtineretur*, in aliam diem (*verba item Actorum ſunt*) Cyprianum ſibi ſervari præcepit. Et eo E tempore B. Cyprianus ductus, ad principem & ſtratorem ejuſdem officii Galerii Maximi proconſulis clariſſimi viri feceſſit, & in hoſpitio ejus cum eo in vico, qui dicitur Saturni, inter Veneriam & Salutariam manſit. *His ſimillima habet biographus, præterquam quòd ſanctum Martyrem prius ad prætorium, atque inde, ipſius causâ in proximum diem dilatâ,* ad domum principis *divertiſſe dicat, locorum verò nomina non exprimat. Unde locus* Sexti *dictus fuerit, incertum eſt. Venerabilis Beda in Martyrologio apud nos ante tomum* 2 *Martii edito, & poſt hunc Uſuardus ac Baronius in Romano Martyrologio & Annalibus ad annum* 261, *num.* 22, *ſic appellatum cenſuerunt, quòd ſexto à Carthagine milliario ſitus eſſet ; atque hinc laudatus Baronius Paulum diaconum in Actis* S. Cypriani *ab eo, ut cenſet, conſcriptis corrigendum monet, dum eumdem locum quarto ab eadem civitate milliario diſſitum ſtatuit.*

in locum Sexti ductus, apud principem

821 *Verùm haud ſcio, an hæc eorum ſententia ſatis certa ſit ; cùm* Sexti *nomen etiam à quodam cognomine præclaro viro iſti loco potuerit adhæſiſſe. Sic enim in iiſdem Actis proconſularibus infrà num.* 7 *denuò dicitur Sanctus* in agrum Sexti productus *ac decollatus, ſicuti ibidem num.* 8 ad areas Macrobii Candidiani procuratoris *ſepultus eſſe narratur. Præterea tanta palæſtræ à civitate Carthaginenſi diſtantia minùs reſpondet ſancti Martyris voto in civitate ſua mori cupientis, minúſque facilè conciliatur cum iis, quæ de accurrente ex eadem civitate populi frequentia, tam in Actis, quàm in Vita legimus. Etenim biographus num.* 31 *& ſequenti de hiſce ſic ſcribit :* Sed dilatus in craſtinum, ad domum principis à prætorio revertebatur, cùm ſubitò per Carthaginem totam ſparſus rumor increbuit, productum eſſe jam Thaſcium, quem præter celebrem glorioſa opinione notitiam etiam de commemoratione præclariſſimi operis (*præſertim tempore peſtis Carthagine præſtiti*) nemo non noverat. Concurrebant undique versùs omnes ad ſpectaculum, nobis pro devotione fidei glorioſum, gentilibus & dolendum... Plebs interim tota ſollicita, ne per noctem aliquid ſine conſcientia ſui fieret, ante fores principis excubabat.

& ſtratorem officii pernoctavit ;

822 *Conſentiunt Acta proconſularia, in quibus*

AUCTORE C. S.

bus & memorabile ſanctiſſimi Præſulis, de grege ſuo vel tunc ſolliciti, factum narratur. Actorum verba ſubjungo. Illic (*ante ædes principis*) univerſus populus fratrum convenit: & cùm hoc S. Cyprianus comperiſſet; cuſtodiri puellas præcepit, quoniam omnes in vico ante januam hoſpitii principis manſerant. *Verebatur ſcilicet amantiſſimus ſuæ plebis Antiſtes, ac caſtimoniæ inſignis amator, ne quid hæc in puellis populo imixtis detrimenti pateretur, ideóque ſecurus, quid ſibi proconſul & carnifices pararent, illas cuſtodiri juſſit. Præclaram hanc ſancti Martyris ſollicitudinem S. Auguſtinus in ſuprà laudato Serm.* 309 *expendit, digniſque laudibus proſequitur in hunc modum:* Quid illud, quòd in alium diem dilatus, apud cuſtodes eſſet, atque illuc ſe multitudo fratrum ac ſororum congregans, pro foribus pernoctaret, cuſtodiri puellas præcepit, quanta intentione conſiderandum? quanta laude prædicandum? quanto præconio commendandum eſt?

ubi plebe ſua ante fores excubante,

puellarum pudicitiæ proſpicit.

823 Vicinâ corporis morte, non moriebatur in animo Paſtoris vigilantia paſtoralis; & cura tuendi Dominici gregis uſque ad extremum vitæ hujus diem mente ſobria tenebatur: nec excutiebat ab animo diligentiam fideliſſimi Diſpenſatoris manus jam proxima cruenti carnificis. Ita ſe Martyrem cogitabat futurum, ut eſſe non oblivíſceretur Epiſcopum; magis curans, quam rationem paſtorum Principi de commiſſis ſibi ovibus redderet, quàm quid infideli proconſuli reſponderet. Amabat quippe cum, qui Petro dixerat: Amas me? Paſce oves meas. Et paſcebat oves ejus, pro quibus ſanguinem fundere, illum imitans, præparabat. Cuſtodiri puellas præcepit, ſciens, non ſolùm ſe habere ſimplicem Dominum, ſed etiam verſipellem adverſarium. Itaque adversùs leonem apertè frementem in confeſſione virile pectus armabat, adversùs lupum inſidiantem gregi ſexum femineum muniebat. *Huc uſque S. Auguſtinus. Notat autem Ruinartius in Annotatis ad Acta Martyrum, in omnibus codicibus ſuis, ſi Colbertinum* 1 *excipias, in laudatis Actis pro* cuſtodiri puellas, caſtigari puellas *legi; priorem tamen lectionem præferendam eſſe, ut ex allato S. Auguſtini loco patet: atque ita etiam legiſſe S. Fulgentium Serm.* 6, *ex quo hæc recitat:* A principe detentus, virginum pudicitiam . . . cuſtodivit. Cuſtodiri *pariter legit Pamelius, & cum eo legendum puto.*

B

C

Poſtridie proconſuli ſiſtitur;

824 *Porrò ſupremam illam vitæ ſuæ noctem ſanctus Martyr in memorato principis hoſpitio duxit, in cuſtodia quidem aſſervatus, ſed honeſtâ & pro conditione ſua ac fama liberaliter habitus, ut biographus num.* 31 *Vitæ teſtatur;* Receptum eum tamen, *inquiens,* & in domo principis conſtitutum, unâ nocte continuit cuſtodia delicata, ita ut convivæ ejus & cari in contubernio ex more fuerimus. *Inde poſtero die,* XIV *menſis Septembris, coram frequentiſſimo populo, qui eò confluxerat, ad Galerium Maximum proconſulem adductus eſt.* Eundi autem *ab hoſpitio ad tribunal proconſulis, teſte biographo,* interfuit tranſitus ſtadii, *unde etiam factum, ut* nimio ſudore madidatus *illuc adveniret. Morante interim proconſule,* ſecretior locus *Sancto* datus eſt, *oblatumque defeſſo* ſedile, . . . fortuito linteo tectum, ut & ſub ictu paſſionis epiſcopatûs honore frueretur; *linteis enim epiſcoporum cathedras olim cooperiri ſolitas fuiſſe, etiam ex S. Paciano epiſcopo in epiſtola* 2 *ad Sympronianum habemus, ubi Novatiano exprobrat,* quòd conſecrante nullo, linteatam ſedem acceperit.

825 *Præterea obſervat idem biographus, unum è teſſerariis militem, quondam Chriſtianum, dum Sanctus ſudore perfuſus in ea ſede quieſceret, veſtes ſuas cum ipſius madidis permutandas obtuliſſe, non alia mente, quàm ut* proficiſcentis ad Deum Martyris ſudores jam ſanguineos poſſideret: *verùm illum reſpondiſſe:* Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forſitan non erunt. *Hæc autem annotâſſe viſum eſt, ut vel hinc pateat, quanti olim fecerint fideles quaſlibet ſanctorum Martyrum reliquias, & quantopere etiam hac in parte diſſenſerint ab hæreticis, qui eas poſteris ſeculis tam impiè profanârunt. Ceterùm veriſimile eſt, militem illum apoſtatam ſancti Martyris veſtes concupiviſſe, ut ex iis ſibi pecunias à Chriſtianis compararet. Inter hæc* S. Cyprianı *adventu proconſuli annuntiato, ipſe ad ejuſdem tribunal tandem adductus, ac Chriſtum & epiſcopatum ſuum denuò liberè confeſſus, & idolis adolere recuſans, capite damnatus eſt. Quæſita proconſulis, quæque ad hæc Sanctus reſpondit, Acta exhibent num.* 5 *&* 6, *quæ conſule. Sententiam in eum latam hîc tantummodò ſubjungo.*

D

ex itinere perfuſus ſudore,

826 Galerius Maximus collocutus cum concilio, ſententiam vix ægrè dixit verbis hujuſmodi: Diu ſacrilega mente vixiſti, & plurimos nefariæ tibi conſpirationis homines aggregâſti, & inimicum te diis Romanis, & ſacris legibus conſtituiſti; nec te pii & ſacratiſſimi principes Valerianus & Gallienus Auguſti, & Valerianus nobiliſſimus Cæſar ad ſectam cæremoniarum ſuarum revocare potuerunt. Et ideò, cùm ſis nequiſſimorum criminum auctor & ſignifer deprehenſus, eris ipſe documento his, quos ſcelere tuo tecum aggregâſti: ſanguine tuo ſancietur diſciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit: Thaſcium Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus epiſcopus dixit: Deo gratias. *Sententia clara eſt, & qualem ſanctiſſimus Martyr pro Chriſti gloria, ſuique gregis documento, poterat deſiderare. At incertum* eſt, *utrùm, dum eam Galerius* vix ægrè *enuntiâſſe dicitur, id de ejuſdem ægritudine corporis, an animi, quam ex tanti Viri proxima nece conceperat, interpretari debeamus. Eamdem ſententiam laudat biographus, ex eaque nonnulla in Sancti gloriam expendit; at de modo, quo dicta fuerit, nihil memorat.*

E

& capite damnatus,

827 *Quo autem animo damnationem Epiſcopi ſui fideles exceperint, Actorum ſcriptor num.* 7 *his verbis declarat:* Poſt hanc verò ſententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum illo decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exorſus eſt, & multa turba eum proſecuta eſt. *Non videtur tamen tumultus is aliud fuiſſe, quàm pia Chriſtianorum vota, cum Paſtore ſuo mori cupientium, lacrymæque ac dolentium voces, quas aut morituri Epiſcopi commiſeratio, aut ſimilis martyrii deſiderium expreſſit: nam de hujuſmodi votis etiam meminit biographus; at de excitato tumultu nihil habet.* Porrò cùm exiret prætorii fores (*verba biographi ſunt*) ibat comes militum turba; & ne quid in paſſione deeſſet, centuriones & tribuni latus texerant. *Comitabatur præterea magna populi frequentia, quam partim amor Præſulis, partim celebris ejuſdem fama adduxerat. Cum hoc comitatu* in agrum Sexti, *ut habent Acta,* productus eſt. Ipſe autem locus, *teſte biographo,* æqualis eſt, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte denſatis ſublime ſpectaculum præbeat. Sed per enormitatem ſpatii longioris viſu denegato per confuſam nimis turbam, perſo-

& inter ſuorum lacrymas, in agrum Sexti

F

A personæ faventes in ramos arborum irrepserant, ne vel hoc illi negaretur, ut ad Zachæi similitudinem de arboribus videretur.

ductus, decollatur. 828 *Locum hunc sexto à Carthagine milliario à Venerabili Beda, aliisque martyrologis ob* Sexti, *ut videtur, vocabulum, collocari, suprà jam observavimus, nec tamen pro certo admisimus. Istud ex dictis indubitatum est, eum extra muros Carthaginis fuisse, ubi etiam ecclesiam propterea postmodùm erectam esse in Gloria Sancti posthuma videbimus. Hinc, dum biographus num.* 36 *Vitæ scribit, sanctum Martyrem* in civitate ipsa, in qua taliter vixerat, *gloriosum sanguinem suum fudisse, de civitatis vicinia intelligendus est. Ad hunc igitur Sexti agrum deductus sanctus Antistes in conspectu carissimi gregis, ut optaverat, amputato capite, martyrium consummavit, cujus modus ac series in Vita & Actis videri potest; ubi etiam sancti Martyris corpus gentilium curiositati publicè expositum, noctuque à fidelibus sublatum & ad areas Macrobii Candidiani procuratoris pro sanctissimi Viri meritis honorificè tumulatum, Galerius Maximus verò proconsul post paucos dies vitâ functus esse dicitur. Verùm pro hisce omnibus lectorem ad laudata Acta ac biographum remitto.*

B

Pecunia ejus jussu carnifici data. 829 *Antequam tamen ista demus, tria hîc examinanda supersunt. Ac primò quidem in Actis proconsularibus num.* 7 *dicitur* S. Cyprianus, *in locum martyrii perductus, & jamjam moriturus, suis imperâsse, ut carnifici, à quo decollandus erat,* viginti quinque aureos darent. *Hæc largitio librariorum munificentiæ adscribenda esse visa est Joanni Fello; sed nullam ipse rationem allegat, & Maranus in Annotatis suis asserit, eamdem largitionem in omnibus Mss., quæ vidit reperiri. Observat tamen hic ibidem, Fello favere S. Augustinum, qui Serm.* 309, *aliàs* 12, *qui in Natali* S. Cyprianus *primus est, hæc ejusdem postrema ad Galerium Maximum dicta,* Deo gratias, *dicit* venerabilis Martyris ultimam vocem. *Verùm hæc nihil obstant, quò minùs cum laudatis Mss. ac editionibus illam Sancti in carnificem suum munificentiam retineamus; cùm S. Augustinus loco citato de ultima sancti Antistitis ad proconsulem ante tribunal, non de postrema vitæ voce loquatur: id ex ipso textu liquet, in quo de sententiæ exsecutione nihil præterea additur.*

C

E Carthaginensibus episcopis primus martyr est; 830 *Alteram difficultatem movet Tillemontius Notâ* 50 *in* S. Cypriano *ex Vita, in qua Pontius num.* 36 *ait:* Sic consummata passione, perfectum est, ut Cyprianus, . . . etiam sacerdotales coronas in Africa primus imbueret. *Præter hæc laudat Tillemontius Acta sincera SS. Montani, Lucii & Sociorum, quæ in Opere nostro data sunt ad diem* XXIV *Februarii, & in quibus pag.* 458, *num.* 21 *dicitur* S. Cyprianus, cùm adhuc . . . solus passus fuisset, *S. Flaviano apparuisse. Sed nec hoc, nec istud verisimile putat, cùm ante* S. Cyprianum *plurimos in Africa passos esse constet, inter quos haud dubiè aliqui episcopi fuêre. Rectè tamen Pontii dicta de solis episcopis Carthaginensibus accepit, nec alia interpretatione opus est, cùm ipse Pontius, quod generaliùs dixerat, ibidem mentem suam explicans, mox restringat, sic prosecutus:* Ex quo enim Carthagini episcopatus ordo numeratur, numquam aliquis, quamvis ex bonis & * sacerdotibus, ad passionem veniſſe memoratur. *Quod ad S. Montani sociorumque ejus Acta pertinet, in his tantùm dicitur* S. Cyprianus *primus in persecutione Valeriani Carthagine passum esse, quod etiam aliunde verisimile est.*

* *i. e.* etiam

831 *Sancto Martyri nostro Ado Viennensis in Martyrologio suo quatuor socios, nescio, unde acceptos, nempe Crescentianum, Victorem, Rosulam & Generalem, sed dubiè tamen, adjunxit. Nam post* S. Cypriani *elogium ad hunc ipsum diem subdidit:* Referuntur autem cum beato Cypriano passi Crescentianus, Victor, Rosula & Generalis. *Adoni consonant Usuardus ac Notkerus, aliique: verùm hosce martyres cum* S. Cypriano *minimè passos esse, tam ex Vita auctore S. Pontio, quàm ex Actis proconsularibus, ac denique ex loco Actorum S. Montani & sociorum, numero præcedenti relato, manifestius est, quàm ut probari debeat, ideóque de illis hoc ipso die separatim ac breviter agetur. Nunc Vitam subjungo.*

AUCTORE C. S. *non habuit socios martyrii.*

VITA

Auctore S. Pontio, illius diacono, E

Ex editione Ruinartii in Actis sinceris Martyrum.

CAPUT I.

Auctoris præfatio: Sancti ad fidem conversio: ad sacros Ordines promotio: virtutis studium: episcopatus, & virtutes.

Auctor rationes F

CYprianus religiosus antistes ac testis Dei gloriosus, tametsi multa conscripsit, per quæ memoria digni nominis supervivat; etsi eloquentiæ ejus ac Dei gratiæ larga fœcunditas ita se copiâ & ubertate sermonis extendit, ut usque in finem mundi fortasse non taceat; tamen quia operibus ejus ac meritis etiam hæc prærogativa debetur, ut exemplum suum in litteras digeratur *a*, placuit summatim pauca *b* conscribere; non quòd aliquem vel *c* gentilium lateat tanti Viri vita; sed ut ad posteros quoque nostros incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. Certè durum erat, ut cùm majores nostri, plebejis & catechumenis martyrium consecutis tantum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederint, ut de passionibus eorum multa, aut, propè dixerim, pœnè cuncta conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent; Cypriani tanti sacerdotis & tanti martyris passio præteriretur, qui & sine martyrio habuit, quæ doceret, & quæ, dum vixit, gesserit, non paterent. *a b c*

2 Quæ quidem tanta, atque tam magna & mira sunt, ut magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me esse confitear ad profe- *scribendi exponit;*

A. S. PONTIO DIACONO.

rendum dignè pro meritorum honore ſermonem; nec poſſe ſic proſequi facta tam grandia, ut, quanta ſunt, tanta videantur; niſi quòd numeroſitas gloriarum *d* ſibimetipſa ſufficiens alieno præconio non eget. Accedit ad cumulum, quòd & vos *e* de eo multum, aut, ſi fieri poteſt, totum deſideratis audire, concupiſcentes ardore flagranti vel facta ejus cognoſcere, etſi interim viva verba tacuerunt. In qua parte ſi dixero, nos opibus facundiæ defici, minus dico. Facundia enim ipſa deficit *f* digna facultate, quæ deſiderium veſtrum pleno ſpiritu ſatiet. Ita utrimque graviter urgemur: ſiquidem ille nos virtutibus ſuis onerat, vos nos precibus fatigatis.

d

e

f

& à ſuſcepta per illum religione orditur.

3 Unde igitur incipiam? Unde exordium bonorum ejus aggrediar, niſi à principio fidei & nativitatæ cæleſti? Siquidem Hominis Dei facta non debent aliunde numerari, niſi ex quo Deo natus eſt. Fuerint licèt ſtudia, & bonæ artes devotum pectus imbuerint *g*, tamen illa prætereo: nondum enim ad utilitatem niſi ſæculi pertinebant. Poſtquam & ſacras Litteras didicit *h*, & mundi nube diſcuſſa, in lucem ſapientiæ ſpiritalis emerſit, ſi quibus ejus interfui, ſi qua de antiquioribus ejus operibus comperi *i*, dicam: hanc tamen petens veniam, ut, quidquid minus dixero (minus enim dicam, neceſſe eſt) ignorantiæ meæ potiùs, quàm illius gloriæ derogetur.

g

h

i

B

Catechumenus continentiam amplectitur, & prædiorum ſuorum pretium pauperibus erogat.

4 Inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quàm ſi continentiam tueretur: tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad plenam veri capacitatem pervenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore calcaret. Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat, & jam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deinde, quod majus eſt, cùm de lectione divina quædam jam non pro conditione novitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet; ſtatim rapuit, quod invenit promerendo Deo profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandam, tota prædia *k* pretio diſpenſans, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſæculi ſperneret, quâ pernicioſius nihil eſt; & miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille, qui Legis omnia mandata ſervâſſe ſe dixerat, fecit *l*, impleret: & propterea velocitate pietatis pœnè antè cœpit perfectus eſſe, quàm diſceret.

k

l

C

pretium pauperibus erogat.

5 Quis oro de veteribus hoc fecit? Quis de antiquiſſimis in fide ſenibus, quorum mentes & aures per plurimos annos divina verba pulſaverant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei Homo, & cui nondum forſitan crederetur *m*, ſupergreſſus vetuſtatis ætatem, glorioſis & admirandis operibus perpetravit? Nemo metit, ſtatim ut ſevit: nemo vindemiam de novellis ſerobibus expreſſit: nemo adhuc umquam de noviter plantatis arbuſculis matura poma quæſivit. In illo omnia incredibilia cucurrerunt. Prævenit, ſi poteſt dici (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura ſementem, vindemia palmitem, poma radicem *n*.

m

n

Ad ſacros Ordines citò promovetur;

6 Aiunt Apoſtoli litteræ, debere neophytos præteriri, ne ſtupore gentilitatis, nondum fundatis ſenſibus, adhærente, aliquid in Deum novitas inerudita peccaret *o*. Ille fuit primus, &, puto, ſolus exemplo, plus fide poſſe, quàm tempore promoveri. Sed & ſi in Apoſtolorum Actis eunuchus ille deſcribitur, quia toto corde crediderat, à Philippo ſtatim tinctus *p*; non eſt ſimilis comparatio: ille enim & Judæus erat, & de templo Domini veniens, prophetam legebat Iſaïam, & ſperabat in Chriſto, etſi nondum eum veniſſe crediderat: hic de imperitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quantâ pauci fortaſſe perfecerunt. Mora denique circa Dei gratiam nulla, nulla dilatio. Parùm dixi: presbyterium & ſacerdotium ſtatim accepit: quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti?

o

p

D

Sanctos ſibi imitandos,

7 Multa ſunt, quæ adhuc plebeius, multa, quæ jam presbyter fecit, multa, quæ ad veterum exempla juſtorum, imitatione conſimili proſecutus, promerendo Dominum totius religionis obſequio præſtitit. Nam & ſermo illi de hoc fuerat uſitatus, ut, ſi quem prædicatum Dei laudatione legiſſet, ſuaderet inquiri, propter quæ facta Dei placuiſſet. Si Job, Dei teſtimonio glorioſus, dictus eſt verus Dei cultor, & cui ja terris nemo compararetur; faciendum docebat ille, quidquid Job antè feciſſet: ut, dum & nos paria facimus, ſimile in nos Dei teſtimonium provocemus. Contemptis ille diſpendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit, ut nec pietatis temporalia damna ſentiret.

jugiter proponit.

q

E

8 Non illum penuria, non dolor fregit, non uxoris ſuadela deflexit *q*, non proprii corporis dira pœna concuſſit. Permanſit in ſuis ſedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata devotio: nullo diaboli tentantis impetu ceſſit, quominus Deum ſuum fide grata etiam inter adverſa benediceret. Domus ejus patuit cuicumque venienti: nulla vidua reverſa eſt ſinu vacuo: nullus indigens lumine non illo comite directus eſt: nullus debilis greſſu non illo bajulo vectus eſt: nullus nudus auxilio de potentioris manu non illo tutore protectus eſt. Hæc debent facere dicebat, qui Deo placere deſiderant: & ſic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores ſemper imitatur, etiam ipſe ſe fecit imitandum.

A Cæcilio ad fidem adductus,

r

9 Erat ſanè illi etiam de nobis contubernium viri juſti & laudabilis memoriæ Cæcilii *r*, & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ Divinitatis à ſæculari errore correxerat. Hunc toto honore atque omni obſervantia diligebat, obſequenti veneratione ſuſpiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, ſed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille demulſus ejus obſequiis, in tantum dilectionis immenſæ merito provocatus eſt, ut de ſæculo excedens, arceſſitione jam proxima, commendaret illi conjugem ac liberos ſuos *ſ*, ut, quem fecerat de ſectæ communione participem, poſtmodùm faceret pietatis hæredem.

F

ſ

& adhuc neophytus

t

10 Longum eſt ire per ſingula, cuncta ejus facta oneroſum eſt enumerare. Ad probationem bonorum operum ſolum hoc arbitror ſatis eſſe, quòd judicio Dei, & plebis favore, ad officium ſacerdotii & epiſcopatûs gradum adhuc neophytus, &, ut putabatur, novellus electus eſt *t*: quamvis in primis fidei ſuæ adhuc diebus, & rudi vitæ ſpiritalis ætate, ſic generoſa indoles reluceret, ut, etſi nondum officii, ſpei tamen fulgore reſplendens, imminentis ſacerdotii totam fiduciam polliceretur. Non præteribo etiam illud eximium, quemadmodùm, cùm in dilectionem ejus & honorem totus populus, adſpirante Domino, proſiliret, humiliter ille ſeceſſit, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris exiſtimans, ut dignus magis fieret: magis enim dignus efficitur, qui, quod meretur, excuſat.

11 Quo tunc ardore plebs æſtuans fluctuabat,

A bat, ſpiritali deſiderio concupiſcens, ut exitus docuit, non tantùm epiſcopum; in eo enim, quem tunc latenti *u* Divinitatis præſagio taliter flagitabat, non ſolummodò ſacerdotem, ſed & futurum etiam martyrem requirebat. Obſederat fores domûs copioſa fraternitas, & per omnes aditus ſollicita caritas circuibat. Potuiſſet fortaſſe tunc illi Apoſtolicum illud evenire, quod voluit, ut per feneſtram deponeretur *x*; ſi cum Apoſtolo etiam ordinationis honore ſimilaretur. Erat videre ceteros omnes ſuſpenſo & anxio ſpiritu exſpectare venturum, cum gaudio nimio excipere venientem. Invitus dico; ſed dicam neceſſe eſt: quidam illi reſtiterunt, etiam ut vinceret *y*. Quibus tamen quanta lenitate, quàm patienter, quàm benevolenter indulſit, quàm clementer ignovit, amiciſſimos eos poſtmodùm, & inter neceſſarios computans, mirantibus multis: cui enim poſſet non eſſe miraculo tam memorioſæ mentis oblivio?

epiſcopatum aſſumere compulſus, u

x

y

12 Exinde quemadmodùm ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? Quæ illi pietas? Qui vigor? Miſericordia quanta? Quanta cenſura? Tantum ſanctitatis & gratiæ ex ore ejus lucebat, ut confunderet intuentium mentes. Gravis vultus & lætus; nec ſeveritas triſtis, nec comitas nimia; ſed admixta utrimque temperies, ut eſſet ambigere, vereri plùs, an diligi mereretur; niſi quòd & vereri & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit diſpar à vultu, temperatus & ipſe de medio. Non illum ſuperbia ſæcularis inflaverat; nec tamen prorſus affectata penuria ſordidârat; quia & hoc veſtitûs genus à jactantia minùs non eſt, quàm oſtentata taliter ambitioſa frugalitas *z*. Quid autem circa pauperes Epiſcopus faceret, quos catechumenus diligebat? Viderint pietatis antiſtites, ſeu quos ad officium boni operis inſtruxit ipſius Ordinis diſciplina, ſeu quos ſacramenti religio communis ad obſequium exhibendæ dilectionis artavit. Cyprianum de ſuo talem accepit cathedra, non fecit.

epiſcopalibus virtutibus emicat.

B

z

ANNOTATA.

a *Notat hîc Ruinartius, in cod. Bodl.* 3 *& Sur. legi:* Et ad exemplum ſui litteris dirigatur; *idque deeſſe in codice Foſſatenſi & in editione Manutii. Apud Surium de Vitis Sanctorum editionis Colonienſis anni* 1618, *& in Pameliana Operum editione legitur:* Ut exemplum ſuum in litteras dirigatur.

C

b Pauca, *inquit, quia revera plurima prætermiſit, præſertim ex iis, quæ ex* S. Cypriani *Operibus addiſci poſſunt. Adi, ſi lubet, Commentarium prævium* § 1, *à num.* 5, *ubi etiam ſancti biographi in ſcribendo fidem commendatam reperies.*

c *Voculam* vel *Ruinartius ex codice Foſſatenſi & Floriacenſi reſtituit.*

d *Codices Bodleianus* 1, *Foſſatenſis & Floriacenſis habent*; glorioſa, *teſte Ruinartio.*

e *Haud dubiè Carthaginenſes alloquitur.*

f *Codex Floriacenſis:* Deficitur, *inquit Ruinartius; ſed hujuſmodi minutias impoſterum inobſervatas præteribo.*

g *De* S. Cypriani *excellenti ingenio, eruditione, & arte oratoria, quam inter gentiles cum laude profeſſus eſt, conſule Commentarium prævium* § 2; *ubi etiam eum patriâ Afrum, ac fortaſſe Carthaginenſem fuiſſe oſtendimus, retulimuſque, quæ S. Gregorius Nazianzenus in Oratione* 18 *de ejuſdem illuſtri ſtirpe & opibus aſſeruit. Ibidem præterea advertimus, illum ante ſuſceptam fidem uxoratum fuiſſe, ex malè intellecto biographi loco viſum eſſe Baronio. Sed & rejecimus, quæ laudatus S. Gregorius & Prudentius, cognominem ſanctum martyrem cum noſtro Carthaginenſi Epiſcopo confundentes, de ipſius arte magica tradiderunt.* A. S. PONTIO DIACONO.

h *E ſcriptoribus Eccleſiaſticis ipſum Tertulliano præcipuè delectatum fuiſſe, ſic tamen, ut ab ejuſdem erroribus ſedulò caveret,* § 4 *ex S. Hieronymo obſervavimus.*

i *Fuit S. Pontius* S. Cypriani *diaconus, & individuus in poſtremo hujus exſilio comes, ut* § 1 *Commentarii dictum eſt, & ex hac Vita patebit. Multa igitur illius facta ipſe coràm agnoſcere, cetera ex aliis probè intelligere potuit. Codices Foſſatenſis, & Floriacenſis apud Ruinartium, & Surius, omiſſis* ejus operibus, *legunt:* Siqua de antiquioribus comperi.

k *Inter hæc prædia fuêre horti ipſius prope Carthaginêm, quos in uſus pauperum venditos, ex divina indulgentia poſtmodùm recepiſſe, & in quibus relegatus aliquamdiu hæſiſſe, captuſque eſſe, infrà cap.* 3, *num.* 30 *dicetur.*

l *Adi cap.* 19 *Euangelii ſecundùm Matthæum, cap.* 10 *ſecundùm Marcum, &* 18 *ſecundùm Lucam.*

E

m *Scilicet vix perſuadere ſibi poterant tam gentiles, quàm Chriſtiani,* Cyprianum *animum ſuum ad ſuſcipiendam fidem ſerìò adjeciſſe.*

n *Utrumque iſtud heroicæ virtutis facinus à Sancto veriſimiliùs tantùm catechumeno præſtitum fuiſſe,* § 3 *Commentarii oſtendimus. Porrò baptiſmum, ad quem operâ S. Cæcilii presbyteri illum perveniſſe,* § 2 *probavimus, pauciſſimis annis ante annum* 249 *collocandum eſſe, in eodem* § 3 *ex verbis biographi collegimus.*

o *Laudat epiſtolam* 1 *S. Pauli ad Timotheum, cap.* 3, *ubi Apoſtolus ad epiſcopatum requirit* non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in judicium incidat diaboli.

p *Lege caput* 8 *Actuum Apoſtolorum.*

q *Ex hoc loco Pagius ac Joannes Fellus* S. Cypriano *conjugem dederant; at perperam, ut illi ipſi agnoverunt. Conſule Commentarium* § 2, *num.* 24 *& ſequenti.*

r *In Foſſatenſi & Floriacenſi codicibus* Cæciliani *legitur apud Ruinartium: noſtra lectio eſt melior. Porrò ab hoc S. Cæcilio, de quo in Opere noſtro die* 3 *Junii cum Romano Martyrologio actum eſt,* S. Cyprianus *cognomentum* Cæcilii *adſcivit, teſte S. Hieronymo in Catalogo ſcriptorum. Adi Commentarium* § 2, *num.* 28 *& ſequenti.*

F

ſ *Quæ circa hæc annotavimus, conſule, ſi lubet, locum Commentarii mox laudatum.*

t *Hæc ad annum Chriſti* 248 *vel* 249 *referenda eſſe* § 5 *Commentarii probatum eſt, ibidemque pariter dictum, Sanctum Donato veriſimiliùs ſucceſſiſſe.*

u *Foſſatenſis ac Floriacenſis codices legunt* latentem, *teſte Ruinartio.*

x *Adi caput* XI *Epiſtolæ* 2 *ad Corinthios.*

y *Id eſt, ne epiſcopus fieret. De hiſce conſule* § 5 *Commentarii à num.* 91.

z *Foſſatenſis codex, jam ſæpe laudatus, habet:* Quod oſtentat aliter ambitioſa frugalitas. *Huic conſonat codex Floriacenſis, præterquam quòd pro* frugalitas *habeat* fragilitas.

A. S. PONTIO DIACONO.

CAPUT II.

Sancti proscriptio & secessus : misericordia peste infectis exhibita : exsilium : visio de martyrio.

Proscriptus & ad leonem postulatus,

STatim denique pro talibus meritis etiam proscriptionis gloriam consecutus est *a*. Nec enim aliud oportebat, quàm ut eum, qui intra secretam conscientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publicè celebrata gentilium fama titularet. Potuisset quidem tunc pro velocitate, quâ semper omnia consecutus est, etiam martyrii circa eum debita corona properare; maximè cùm & suffragiis sæpe repetitis ad
B leonem postularetur; nisi per omnes ordines gloriarum transeundum illi esset, & sic ad summa veniendum; & nisi imminens ruina ope tam fœcundi pectoris indigeret. Finge enim tunc illum martyrii dignatione translatum; quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis ostenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiæ disciplinam, & habitum sanctimoniâ dignum, velut frenis quibusdam lectionis dominicæ coërceret? Quis doceret pœnitentiam lapsos, veritatem hæreticos, schismaticos unitatem; filios Dei pacem & Euangelicæ precis legem?

prudenter 14 Per quem gentiles blasphemi, repercussis in se iis, quæ nobis ingerunt, vincerentur? A quo Christiani mollioris affectûs circa amissionem suorum, aut, quod magis est, fidei parvioris, consolarentur spe futurorum? Unde sic misericordiam, unde patientiam disceremus? Quis livorem, de venenata invidiæ malignitate venientem, dulcedine remedii salutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione divini sermonis erigeret? Quis denique tot confessores, frontium notatarum secunda inscriptione signatos, & ad
C exemplum martyrii superstites reservatos, incentivo tubæ cælestis animaret *b*? Benè, benè tunc & verè spiritaliter contigit, quòd Vir necessarius tam multis & tam bonis rebus à martyrii consummatione dilatus est. Vultis scire secessum illum non fuisse formidinem *c*? Ut nihil aliud excusem, ipse postmodùm passus est; quam passionem utique ex more vitaret, si & antè vitâsset.

& ex divinæ providentiæ consilio 15 Fuit verè formido *d* illa, sed justa: formido, quæ Dominum timeret offendere: formido, quæ præceptis Dei mallet obsequi, quàm sic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & sic divinis admonitionibus mancipata, credidit se, nisi Domino latebram tunc jubenti *e* paruisset, etiam ipsa passione peccare. Puto denique etiam nunc aliqua de dilationis utilitate differenda, tametsi jam dudum pauca perstrinximus. Per hæc enim, quæ videntur postmodùm subsecuta, ut sequitur, probemus *f* secessum illum non Hominis pusillanimitate conceptum, sed, sicuti est, verè fuisse divinum. Vastaverat Dei populum persecutionis infestæ insolens atque acerba grassatio: & quia omnes decipere una fraude non poterat artifex hostis, quacumque miles incautus prodiderat latus nudum, dispari genere sæviendi, singulos diversa strage dejecerat.

secedit. 16 Debebat esse, qui posset saucios homines, & variâ expugnantis inimici arte jaculatos, adhibitâ medicinæ cælestis medelâ pro qualitate vulneris vel secare interim vel fovere. Servatus est Vir ingenii præter cetera etiam spiritaliter temperati, qui inter resultantes collidentium schismatum fluctus ecclesiæ iter medium librato limite gubernaret *g*. Nonne hæc, oro, consilia divina sunt? Hoc fieri sine Deo potuit? Viderint, qui putant, posse fortuitò ista contingere. Ecclesia illis clara voce respondet, dicens: Ego sine Dei nutu necessarios reservari, non admitto, non credo.

Grassante dirâ peste, 17 Percurramus tamen cetera, si videtur. Erupit postmodùm lues dira, & detestabilis morbi vastitas nimia innumeros per diem populos à sua quemque sede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis invasit. Horrere omnes, fugere *h*, vitare contagium, exponere suos impiè, quasi cum illo peste morituro *i* etiam mortem ipsam aliquis posset excludere. Jacebant interim in totâ civitate non jam
E corpora, sed cadavera plurimorum, & misericordiam in se transeuntium contemplatione sortis suæ flagitabant. Nemo respexit aliud præterquam lucra crudelia; nemo similis eventûs recordatione trepidavit; nemo fecit alteri, quod pati voluit *k*. Quid inter hæc egerit Christi & Dei Pontifex, qui pontifices mundi hujus tanto plùs pietate, quanto religionis veritate, præcesserat, scelus est præterire.

plebem suam ad succurrendum eâ infectis 18 Aggregatam primò in loco uno plebem de misericordiæ bonis instituit, docens divinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum prosint officia pietatis. Tunc deinde subjungit, non esse mirabile, si nostros tantùm debito caritatis obsequio foveremus; eum perfectum posse fieri, qui plus aliquid publicano vel ethnico fecerit; qui malum bono vincens, & divinæ clementiæ instar exercens, inimicos quoque dilexerit; qui pro persequentium se salute, sicuti Dominus monet & hortatur, orârit. Oriri Deus facit jugiter solem suum, & pluvias subinde nutriendis seminibus impertit, exhibens cuncta ista non suis tantùm, sed etiam alienis; & qui se Dei etiam filium esse profitetur, cur non exemplum
F Patris imitatur? Respondere, inquit, nos decet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit; sed probari potiùs in sobole traducem boni Patris æmulatione bonitatis.

efficaci oratione adducit. 19 Multa alia, & quidem magna, prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari, de quibus hoc tantùm dixisse satis est: quòd si illa gentiles pro rostris audire potuissent, forsitan statim crederent. Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? Distributa sunt ergò continuò pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. Multi, qui angustiâ paupertatis, beneficia sumptûs exhibere non poterant, plus sumptibus exhibebant, compensantes proprio labore mercedem, divitiis omnibus cariorem. Et quis non sub tanto Doctore properaret inveniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo Patri, & judici Christo, & tam bono interim Sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod bonum est, apud omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid, quàm de Tobiæ incomparabili pietate signatum est. Ignoscat ille,

&

A & ignoſcat iterum, & frequenter ignoſcat; aut, ut veriùs dixerim, meritò concedat, tametſi ante Chriſtum plurimum licuit, plus aliquid licuiſſe poſt Chriſtum, cujus temporibus plenitudo debetur. Necatos ille à rege & projectos ſui tantùm generis colligebat.

Pellitur in exſilium l

20 His tam bonis & tam piis actibus ſupervenit exſilium: hanc enim vicem ſemper repræſentat impietas, ut melioribus pejora reſtituat. Et quid Sacerdos Dei, proconſule interrogante reſponderit, ſunt Acta, quæ referant *l*. Excluditur interim è civitate ille, qui fecerat boni aliquid pro civitatis ſalute; ille, qui laboraverat, ne viventium oculi paterentur infernæ ſedis horrorem; ille, inquam, qui excubiis pietatis invigilans, prô nefas! ingrata bonitate proviserat, ne, omnibus tetram civitatis faciem relinquentibus, multos exſules deſerta reſpublica, ac deſtituta patria ſentiret. Sed viderit ſæculum, cui inter pœnas exſilium computatur. Illis patria nimis cara & commune nomen eſt cum parentibus *m*: nos parentes ipſos, ſi contra Dominum ſuaſerint, abhorremus. Illis extra civitatem ſuam vivere gravis pœna eſt: Chriſtiano totus hic mundus una domus eſt. Unde licèt in abditum & abſtruſum locum fuerit relegatus, admixtus Dei ſui rebus, exſilium non poteſt computare.

m

B

Curubim, ubi

21 Adde, quòd Deo integrè ſerviens, etiam propria in civitate peregrinus eſt; dum enim ſe carnalibus deſideriis continentiâ ſancti ſpiritûs abſtinet, converſationem prioris hominis exponens, etiam inter cives ſuos, aut, propè dixerim, inter parentes ipſos, vitæ terreſtris alienus eſt. Accedit, quòd etſi hæc aliàs pœna poſſet videri, in hujuſmodi tamen cauſis atque ſententiis, quas ad probandæ virtutis experimenta perpetimur, non eſt pœna, quia gloria eſt. Sed eſto ſanè, nobis pœna non ſit exſilium: illis ultimum crimen & peſſimum nefas etiam ipſorum conſcientia teſtis adſcribat, qui poſſunt innocentibus irrogare, quod putant pœnam.

nihil ipſi deeſt, n

22 Nolo nunc deſcribere loci *n* gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim tranſeo. Fingamus locum illum ſitu ſordidum, ſqualidum viſu, non ſalubres aquas habentem, non amœnitatem viroris, non viciniam litoris; ſed rupes vaſtas ſilvarum inter inhoſpitas fauces, deſertæ ad modum ſolitudinis, aviâ mundi parte ſummotum. Poſſet, licèt talis locus, habere nomen exſilii, quò Cyprianus ſacerdos Dei venerat; cui ſi hominum miniſteria deficerent, vel alites, ut Heliæ, vel, ut Danieli, angeli miniſtrarent? Abſit, abſit, ut credat aliquis, cuilibet minimo, dummodò in confeſſione Nominis conſtituto, aliquid defuturum: tantum abeſt, ut Dei Pontifex ille, qui miſericordiæ ſemper rebus inſtiterat, horum omnium opibus indigeret.

C

à multis inviſitur, & per viſionem

23 Jam nunc, quod ſecundo poſueram loco, cum gratiarum actione repetamus; proviſum eſſe divinitus etiam pro animo tanti Viri apricum & competentem locum, hoſpitium pro voluntate ſecretum, & quidquid apponi eis antè promiſſum eſt, qui regnum & juſtitiam Dei quærunt. Atque ut omittam frequentiam viſitantium fratrum, ipſorum & inde civium caritatem, quæ repræſentabat omnia, quibus videbatur eſſe fraudatus; admirabilem viſitationem Dei non præteribo, quâ Antiſtitem ſuum ſic in exſilio eſſe voluit de ſecutura paſſione ſecurum, ut imminentis martyrii pleniore fiduciâ non exſulem tantummodò Curubis, ſed & martyrem poſſideret.

24 Eo enim die, quo primùm in exſilii loco manſimus *o* (nam & me inter domeſticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exſulem voluntarium, quod utinam & in paſſione licuiſſet!) Apparuit mihi, inquit, nondum ſomni quiete ſopito, juvenis ultra modum enormis; qui cùm me ad prætorium duceret, videbar mihi tribunali ſedentis tum proconſulis admoveri. Is, ut me reſpexit, adnotare ſtatim cœpit in tabula ſententiam, quam non ſciebam; nihil enim de me ſolita interrogatione quæſierat. Sed enim juvenis, qui à tergo ejus ſtabat, admodùm curioſus legit, quidquid fuerat adnotatum: & quia inde verbis proferre non poterat, nutu declarante monſtravit, quid in litteris tabulæ illius haberentur. Manu enim extenſa, & complanata ad ſpatæ modum, ictum ſolitæ animadverſionis imitatus, quod volebat intelligi, ad inſtar liquidi ſermonis expreſſit.

A. S. PONTIO DIACONO. *de martyrio ſubeundo, ejuſque dilatione o*

o

25 Intellexi ſententiam paſſionis futuram. Rogare cœpi, & petere continuò, ut dilatio mihi vel unius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione diſponerem. Et cùm preces frequenter iterâſſem, rurſus in tabula cœperat, neſcio quid, adnotare. Senſi tamen de vultûs ſerenitate judicis mentem, quaſi juſta petitione commotam. Sed & ille juvenis, qui jam dudum paſſionis indicio geſtu potiùs, quam ſermone, prodiderat, clandeſtino identidem nutu conceſſam dilationem, quæ in craſtinum petebatur, contortis poſt invicem digitis ſignificare properavit. Ego, quamvis non eſſet lecta ſententia, etſi de gaudio dilationis acceptæ læto admodùm corde gauderem; metu tamen interpretationis incertæ ſic tremebam, ut reliquiæ formidinis cor exſultans adhuc toto pavore pulſarent.

divinitus admonetur;

E

26 Quid hâc revelatione manifeſtius? Quid hâc dignatione felicius? Antè illi prædicta ſunt omnia, quæcumque poſtmodùm ſubſecuta ſunt. Nihil de Dei verbis imminutum; nihil de tam ſancta promiſſione mutilatum: ſingula denique, ſecundùm quod oſtenſa ſunt, recognoſcite. Dilationem petit craſtini, cùm de paſſionis ſententia cogitaretur; poſtulans, ut res ſuas die illo, quem impetraverat, ordinaret. Hic dies unus ſignificabat annum, quo ille poſt viſionem acturus in ſæculo fuerat. Nam, ut manifeſtiùs dicam, eo die poſt exactum annum coronatus eſt, quo hoc illi ante annum fuerat oſtenſum. Diem autem Domini, etſi non annum in divinis Litteris legimus, promiſſioni tamen futurorum debitum illud tempus accipimus: unde nihil intereſt, ſi nunc ſub diei ſignificatione ſolus annus oſtenſus eſt; quia illud plenius debet eſſe, quod majus eſt.

quam viſionem

F

27 Quod verò nutu potiùs, & non ſermone, explanatum eſt, repræſentationi temporis ſervabatur ſermonis expreſſio: ſolet enim tunc verbis quodcumque proferri, quotiens, quidquid profertur, impletur. Nam & verè nemo cognovit, quare hoc ei oſtenſum fuiſſet, niſi quia pòſt eodem die, quo id viderat, coronatus eſt. Medio nihilominus tempore imminens paſſio pro certo ab omnibus ſciebatur; paſſionis tamen dies certus ab iiſdem omnibus, quaſi ignorantibus, tacebatur. Sanè & in Scripturis tale aliquid invenio: nam Zacharias ſacerdos, promiſſo ſibi per angelum filio, quia non crediderat, obmutuit, ita ut filii nomen ſcripturus potiùs, quàm relaturus, nutu tabulas poſtularet *p*. Meritò & hìc, ubi Dei nuntius paſſionem Antiſtitis imminentem nutu potiùs expreſſit, & fidem admonuit, & Sacerdotem munivit.

auctor interpretatur,

p

28 Dilationis autem petendæ ratio de ordina-

A.S. PONTIO DIACONO.

tione rerum, & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ verò res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici statûs? Suprema idcircò accepta dilatio est, ut, quidquid circa pauperum fovendorum curam supremo judicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immò verò propter hoc tantùm, etiam indulgentia ab ipsis, qui ejecerant, & qui occisuri erant, admissa est, ut præsens & præsentes pauperes novissimæ dispensationis extremis, &, ut plenius dixerim, totis sumptibus relevaret.

& veridicam fuisse probat.

ANNOTATA.

a *In persecutione Decii anno* 250, *ut in Commentario ostensum est* § 7, *quem de gentilium in sanctum Antistitem odio, & ejusdem secessu ac proscriptione consule.*

b *Hisce varia* S. Cypriani *Opuscula biographus recenset; nempe Epistolam* ad Donatum; *de qua in Commentario prævio* § 4, *à num.* 65; *librum* de Disciplina & habitu virginum, *de quo* § 6, *à num.* 104; *librum* de Lapsis, *de quo* § 27, *librum* de Unitate Ecclesiæ, *de quo* § 25; B *librum* de Oratione Dominica, *de quo* § 27; *librum* ad Demetrianum, *de quo* § 35; *librum* de Mortalitate, *de quo* § 36; *librum* de Opere & eleëmosyna, *de quo in eodem* §; *libros* de Bono patientiæ, & de Zelo & livore, *de quibus* § 39, *& Epistolam ad Fortunatum* de Exhortatione martyrii, *de qua* § 46 *Commentarii actum est.*

c *Biographus spontaneum Sancti secessum, in quo tempore persecutionis Decianæ justissimis de causis latuit, ab omni prava suspicione prolixè vindicare conatur, quia de illo minùs favorabiliter opinatus fuerat clerus Romanus, prout* § 9 *dictum est.*

d *Oxonienses editor legit:* fides.

e *Sunt, qui hinc statuunt,* S. Cyprianum *expresso præcepto divino, ipsi nominatim injuncto, jussum esse secedere; quod nos* § 7, *num.* 140 *& seq. minùs probabile esse observavimus.*

f *Codices Fossatenses ac Floriacenses apud Ruinartium, hæc ita habent:* Dum enim, quæ videntur, postmodùm subsecuta sentiamus, sequitur, ut probemus *&c.*

g *Loquitur de causa lapsorum in persecutione Decii; quam Sanctus inter Novatiani Feliciissimique schismata,* C *quorum primus omnem spem veniæ lapsis adimebat, alter eosdem sine ulla pœnitentia ad pacem Ecclesiæ admittendos esse contendebat, sic tractavit, ut lapsos nec temerè ad pacem reciperet, nec impiè repelleret.*

h *In Fossatensi & Floriacensi codicibus legitur:* flere. *De hac pestilentia, quæ sub Gallo Romanum orbem afflixit, egimus in Commentario* § 34.

i *Codex Fossatensis:* Quasi cum illa peste morituros.

k *Surius & editor Oxonienses legunt:* Quod sibi fieri voluit. *Hanc porrò gentilium in suos impietatem* S. Cyprianus *in libro ad Demetrianum ipsi meritò objecit. Adi Commentarium loco mox laudato.*

l *Hæc Acta post Vitam recudemus. Contigit autem hæc Sancti confessio, & in oppidum Curubitanum relegatio, sub Aspasio Paterno proconsule Africæ,* imperatore Valeriano quartùm, & Gallieno tertiùm, consulibus, tertio Kalendarum Septembrium; *id est,* 30 *Augusti anni* 257.

m *Ita locum hunc restituit Ruinartius ex Fossatensi ac Floriacensi codicibus; cùm antea legeretur:* Nobis patria minùs cara, & commune nomen est, qui parentes ipsos *&c., ut habet Pamelius, editus Antverpiæ anno* 1568, *& editio Surii Colonienses anni* 1618 *in margine; vel contrà, ut hæc habet in textu, ille in margine:* Illis patria cara nimis, & totus affectus in parentes: nos parentes *&c.* D

n *De Curubi loquitur, de qua consule Commentarium prævium* § 46, *à num.* 804.

o *Fuit is dies* 13 *vel* 14 *Septembris anni* 257, *ut* § 46, *num.* 806 *probatum est.*

p *Factum hoc relatum habes apud S. Lucam cap.* 1.

CAPUT III.

Sancti gesta in exsilio: comprehensio: condemnatio & martyrium.

E

Sanctus recusat fugere;

ORdinatis etgò tam piè rebus, & sic pro voluntate dispositis, proximabat dies crastinus. Jam de Xysto, bono & pacifico Sacerdote, ac propterea beatissimo martyre, ab Urbe nuntius venerat *a.* Sperabatur jam jamque carnifex veniens, qui devota sanctissimæ Victimæ colla percuteret: & sic erant omnes dies illi quotidiana exspectatione moriendi, ut corona posset singulis adscribi. Conveniebant interim plures egregii, & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & sæculi nobilitate generosi, qui propter amicitiam ejus antiquam secessum subinde suaderent; & ne parùm esset nuda suadela, etiam loca, in quæ secederet, offerebant. Ille verò jam mundum, suspensâ ad cælum mente, neglexerat, nec suadelis blandientibus annuebat. Fecisset fortasse tunc etiam, quod à plurimis & fidelibus petebatur, si & divino imperio juberetur *b.*

a

b

suos ad martyrium animat: capitur;

30 Sed nec illa sublimis tanti Viri gloria sine præconio transeunda est; quia jam sæculo tumescente, & de fiducia principum infestationem Nominis anhelante, ille servos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus dominicis instruebat, & ad calcandas passiones hujus temporis contemplatione superventuræ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit sacri cupido sermonis, ut optaret, sic sibi passionis vota contingere, ut, dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam Sacerdotis; cùm ecce proconsulis jussu ad hortos ejus (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentiâ restitutos, pro certo iterum in usus pauperum vendidisset, nisi invidiam de persecutione vitaret) cum militibus suis princeps *c* repentè subitavit; immò, ut verius dixerim, subitâsse se credidit: unde enim posset, tamquam improviso impetu, mens semper parata subitari? F

c

fit ingens ad eum concursus,

d

31 Processit *d* ergò jam certus expungi, quod diu fuerat retardatum; processit animo sublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. Sed dilatus in crastinum, ad domum principis à prætorio revertebatur; cùm subitò per Carthaginem totam spursus rumor increbuit, productum esse jam Thascium, quem præter celebrem glorioso opinione notitiam, etiam de commemoratione præclarissimi operis *e* nemo non noverat. Concurrebant undique versùs omnes ad specta-

e

A spectaculum, nobis pro devotione fidei gloriosum, gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen, & in domo principis constitutum unâ nocte continuit custodia delicata, ita ut convivæ ejus & cari in contubernio ex more fuerimus *f*.

f

plebs ante fores noctem excubat.

32 Plebs interim tota sollicita, ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores principis excubabat. Concessit ei tunc divina Bonitas verè digno, ut Dei populus etiam in Sacerdotis passione vigilaret *g*. Forsitan tamen quærat aliquis, quæ causa fuerit à prætorio revertendi ad principem. Et volunt hoc scilicet quidam de suo tunc proconsulem noluisse. Absit, ut in rebus divinitus gestis segnitiem sive fastidium proconsulis conquerar: absit, ut malum hoc intra conscientiam religiosæ mentis admittam, ut de tam beatissimo Martyre ructus *h* hominis judicaret: sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio divina prædixerat, verè crastinus esse debebat.

g

h

Postridie ad tribunal proconsulis ductus,

33 Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille divinus; quem si tyrannus ipse differre voluisset, numquam prorsus valeret *i*: dies de conscientia futuri Martyris lætus, &, discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro sole radiatus. Egressus est domum principis, sed

i

B Christi & Dei Princeps, & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhærebat, quasi ad expugnandam mortem manu factâ veniretur. Eundi autem interfuit transitus stadii. Bene verò & quasi ex industria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam justitiæ, consummato agone, currebat. Sed ubi ad prætorium ventum est, nondum procedente proconsule, secretior locus datus est. Illic cùm post iter longum nimio sudore madidatus sederet; (sedile autem erat fortuito linteo tectum, ut &

k sub ictu passionis episcopatûs honore fruoretur *k*;)

l quidam ex tesserariis *l*, quondam Christianus, res suas obtulit, quasi vellet ille vestimentis suis humidis sicciora mutare; qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quàm si proficiscentis ad Deum Martyris sudores jam sanguineos posslideret. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forsitan non erunt. Mirum, si contempsit laborem corpore, qui mortem mente contempserat?

C *latâ sententiâ,*

34 Quid plura? Subitò proconsuli nuntiatus est. Producitur, admovetur, interrogatur de suo nomine: se esse, respondit: & hactenus verba *m*.

m

n

Legit itaque de tabula jam sententiam judex, quam nuper in visione non legerat *n*, sententiam spiritalem non temerè dicendam; sententiam Episcopo tali, & tali Teste condignam; sententiam gloriosam, in qua dictus est sectæ Signifer, & Inimicus deorum, & qui suis futurus esset ipse documento, & quòd sanguine ejus inciperet disciplina sanciri *o*. Nihil hac sententiâ plenius, nihil verius: omnia quippe, quæ dicta sunt, licèt à gentili dicta, divina sunt. Nec mirum utique; cùm soleant de passione Pontifices prophetare *p*. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat: Inimicus Deorum, qui idola destruenda mandabat: documento autem suis fuit, qui multis, pari genere secuturis, prior in provincia martyrii primitias dedicavit. Sanciri etiam cœpit ejus sanguine disciplina, sed martyrum, qui Doctorem suum imitatione gloriæ consimilis æmulati, ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt.

o

p

35 Et cùm exiret prætorii fores, ibat comes militum turba; & ne quid in passione deesset, centuriones & tribuni latus texerant. Ipse autem locus *q* æqualis est, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte densatis sublimè spectaculum præbeat. Sed per enormitatem spatii longioris visu denegato per confusam nimis turbam, personæ faventes in ramos arborum repserant; ne vel hoc illi negaretur, ut ad Zachæi *r* similitudinem de arboribus videretur. Sed jam ligatis per manus suas oculis *f*, moram carnificis urgere tentabat, cujus munus est ferrum: & labente dexterâ gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam pretiosi Viri mortem clarificationis hora matura centurionis manum, concesso desuper vigore firmatam, permissis tandem viribus expediret.

A. S. PONTIO DIACONO.

coram numerosissimo populo

q

r

f

capite plectitur.

36 O beatum ecclesiæ populum, qui Episcopo suo tali, & oculis pariter & sensibus, &, quod est amplius, publicata voce compassus est; &, sicut ipso tractante semper audierat, Deo judice coronatus est. Quamvis enim non potuerit evenire, quod optabant vota communia, ut consortio paris gloriæ simul plebs tota pateretur, quicumque sub Christi spectantis oculis, & sub auribus Sacerdotis ex animo pati E voluit, per idoneum voti sui Testem, legationis quodammodò litteras ad Deum misit. Sic consummata passione, perfectum est, ut Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Africa primus *t* imbueret; quia & talis esse post Apostolos prior cœperat. Ex quo enim Carthagini episcopatûs ordo numeratur, numquam aliquis, quamvis ex bonis & * sacerdotibus, ad passionem venisse memoratur. Licèt semper Deo mancipata devotio dicatis hominibus pro martyrio deputetur; Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino consummante, profecit, ut in civitate ipsa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotii cæleſtis insignia glorioso cruore decoraret.

t

* *i. e.* etiam

Epilogus auctoris.

37 Quid hoc loco faciam? Inter gaudium passionis, & remanendi dolorem in partes divisus animus, & angustum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo, quòd non comes fuerim? Sed illius victoria triumphanda est. De victoria triumphabo? Sed doleo, quòd comes non sim. Verum vobis tamen & simpliciter confitendum est, quod & vos scitis, in hac me fuisse F sententia. Multùm ac nimis multùm de gloria ejus exsulto; plùs tamen doleo, quòd remansi.

ANNOTATA

a *Ex incertis rumoribus audierat Successus episcopus, persecutionem ingravescere; cúmque hac de re* S. Cyprianum *consuluisset, hic Romam miserat certiora cognituros. Hi reversi, eum de S. Sixti Romani Pontificis martyrio, acrique Valeriani adversùs Christianos rescripto edocuerunt, de quibus vide Commentarium* § 47, *à num.* 807. *De S. Sixto II actum est in Opere nostro ad diem 6 Augusti, ubi eodem die coronatus dicitur, post quem propterea prædicti nuntii ista referre debuerunt.*

b *Secessit tamen Sanctus aliquamdiu, dum Galerius Maximus proconsul Africæ, qui Aspasio Paterno successerat, Uticâ Carthaginem rediret: timebat enim, ne, ut rumor ferebat, Uticam duceretur ad martyrium, quod Carthagine coram grege suo subire cupiebat, prout constat ex ejusdem epistola* 83, *relata in Commentario* § 48, *quem*

A. S. PONTIO DIACONO.

quem de his consule. Quare dicendus est biographus hic de fuga Sancto ab amicis proposita, non de paucorum dierum secessu locutus fuisse; qui secessus forsitan etiam brevissimus fuit, proconsule Carthaginem mox redeunte; tum enim sublato metu, ut in hac civitate occideretur, ad hortos suos regressus est.

c *Infrà in Actis proconsularibus dicuntur ad ad eum venisse* principes duo; unus strator officii Galerii Maximi proconsulis..., alius equistrator à custodiis ejusdem officii: *at biographus præcipuum è duobus tantùm indicavit. Consule Commentarium* § 48, *num.* 818. *In laudatis Actis res contigisse dicitur* Idibus Septembris, Tusco & Basso consulibus, *id est, anno* 258.

d *In iisdem dicitur à stratore & equistratore officii proconsulis currui medius impositus; ideòque, quæ hìc de processu habet biographus, ea non de pedum incessu, sed corporis habitu, accipienda sunt.*

e *Nempe tempore pestis Carthaginensibus præstiti, ut num,* 17 *& sequentibus narravit.*

f *De Sancto itaque nostro accipi non possunt, quæ de ejusdem tetro carcere cecinit Prudentius,* B *& ex eo retulimus ac rejecimus in Commentario prævio, num.* 791 *& seqq.*

g *Videtur alludere ad morem veterum Christianorum, qui pridie festivitatum martyrum noctem excubare solebant; unde &* vigiliæ *nomen inolevit.*

h Ructus *proverbialiter hìc positum est pro* arbitrio *seu* libito. *Eâdem voce usus est* S. Cyprianus *in epistola* 62 *ad Pomponium, ubi de viris, qui cum virginibus dormierant, ait:* Divina præcepta teneamus, nec patiamur errare fratres nostros, & pro arbitrio & ructu suo vivere.

i *Hæc cum grano salis accipienda sunt; neque enim ulla necessitas tyrannum ad inferendam eâ aliave die Sancto necem adegit.*

k *Solebant scilicet olim episcopi sedilibus linteo obductis uti, ut num.* 824 *Commentarii dictum est.*

l *De tesserariis militibus hæc habet Vegetius lib.* 2 *de Re militari, cap.* 7: Tesserarii, qui tesseram per contubernia militum nuntiant. Tessera autem dicebatur præceptum ducis, quo vel ad aliquod opus, vel ad bellum moveretur exercitus. *Hinc porrò disce adversùs hæreticos,* C *quanti Martyrum reliquias, etiam tum fecerint Christiani, cùm vel ipsas vestes sudore Martyris imbutas tesserarius miles, quondam Christianus, desideraverit, non alio utique fine, quàm ut à fidelibus, eas libenter redempturis, pecunias inde compararet; nisi fortè is perfidiæ suæ pœnitens, salubriora consilia animo suo tum versaret.*

m *Interrogata proconsulis Galerii Maximi, Sanctique responsa habes infrà in Actis proconsularibus num.* 6.

n *Referuntur hæc ad revelationem suprà num.* 24 *& sequenti Vitæ expositam.*

o *Consule laudata Acta proconsularia numero mox citato.*

p *Alludit ad caput* XI *Joannis, ubi Caiphas* cùm esset Pontifex anni illius, prophetavit, quòd Jesus moriturus erat pro gente.

q *Fuit is* ager Sexti, *ut in iisdem Actis proconsularibus infrà num.* 7 *dicitur.*

r *Nescio, an non hìc levis hallucinatio Pontio, aut amanuensibus acciderit, voce* Zachæi *pro* Christi *scriptâ: manifestum enim est, hìc alludi ad Lucæ caput* 19, *in quo Zachæus, adventante Christo,* præcurrens, ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum. *Nempe sic* S. Cyprianus *ab aliis,* D *qui in arbores conscenderant, visus fuisse hìc dicitur.*

s *In Actis quoque infrà num.* 7 *ipse sibi oculos obligâsse dicitur; sed & alia hùc spectantia adduntur, quæ ibidem legesis.*

t *Adi Commentarium prævium, num.* 830.

ACTA

PROCONSULARIA,

Ex editione Ruinartii in Actis sinceris Martyrum.

Coram proconsule Paterno fidem profitetur, E

IMperatore Valeriano quartùm, & Gallieno tertiùm, consulibus *a*, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagine in Secretario, Paternus *b* proconsul Cypriano episcopo dixit: Sacratissimi imperatores Valerianus & Gallienus litteras ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt, eos, qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas ceremonias recognoscere. Exquisivi ergò de nomine tuo: quid mihi respondes *c*? Cyprianus episcopus dixit: Christianus sum & episcopus. Nullos alios deos novi, nisi unum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare, &, quæ sunt in eis, omnia. Huic Deo nos Christiani deservimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis & pro omnibus hominibus, & pro incolumitate ipsorum imperatorum. Paternus proconsul dixit: In hac ergò voluntate perseveras? Cyprianus episcopus respondit: Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest.

a

b

c

& presbyteros prodere renuens, relegatur *d*

2 Paternus proconsul dixit: Poteris ergò secundùm præceptum Valeriani & Gallieni exsul ad urbem Curubitanam *d* proficisci? Cyprianus episcopus dixit: Proficiscor. Paternus proconsul dixit: Non solùm de episcopis, verùm etiam de presbyteris, mihi scribere dignati sunt. Volo ergò scire ex te, qui sint presbyteri, qui in hac civitate consistunt. Cyprianus episcopus respondit: F Legibus vestris benè atque utiliter censuistis, delatores non esse. Itaque detegi & deferri à me non possunt. In civitatibus suis invenientur. Paternus proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cùm disciplina prohibeat, ut quis se ultrò offerat, & tuæ quoque censuræ hoc displiceat; nec offerre se ipsi possunt; sed à te exquisiti invenientur. Paternus proconsul dixit: A me invenientur. Et adjecit: Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmeteria ingrediantur *e*. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non observaverit, capite plectetur. Cyprianus episcopus respondit: Fac, quod tibi præceptum est.

e

Curubim: inde à Galerio revocatus, *f*

3 Tunc Paternus proconsul jussit beatum Cyprianum episcopum in exsilium *f* deportari. Cúmque diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus proconsul, qui sanctum Cyprianum episcopum, ab exsilio revocatum, sibi jussit præsentari. Cúmque Cyprianus, sanctus martyr electus à Deo, de civitate Curubitana, in qua exsilio præcepto Aspasii Paterni, tunc proconsulis, datus fuerat, regressus

A fus esset, ex sacro præcepto in suis hortis manebat *g*. Inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut illi ostensum fuerat *h*.

g
h

capitur: ad ejus hospitium plebs noctem pervigilat.

4 Et cùm illic demoraretur, repentè Idibus Septembris, Tusco *i* & Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo; unus strator *k* officii Galerii Maximi proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat; alius equistrator *l* à custodiis ejusdem officii, qui & in curriculum eum levaverunt, in medioque posuerunt, & in Sexti *m* perduxerunt; ubi idem Galerius Maximus proconsul, bonæ valetudinis recuperandæ gratiâ, secesserat. Et ita idem Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reservari præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus, ad principem & stratorem ejusdem officii Galerii Maximi proconsulis, clarissimi viri, secessit, & in hospitio ejus cum eo in vico, qui dicitur Saturni, inter Veneriam & Salutariam *n* mansit.

i
k
l
m
n

Postridie coram Galerio denuò confessus,

5 Illuc universus populus fratrum convenit: & cùm hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri *o* puellas præcepit; quoniam omnes in vico ante januam hospitii principis manserant. Et ita altera die octavâ decimâ Kalendarum Octobrium manè multa turba convenit ad Sexti secundùm præceptum Galerii Maximi proconsulis. Et ita idem Galerius Maximus proconsul eâdem die Cyprianum sibi offerri præcepit, in atrio Sauciolo *p* sedenti. Cúmque oblatus fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano episcopo dixit: Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus episcopus respondit: Ego sum. Galerius Maximus proconsul dixit: Tu papam *q* te sacrilegæ mentis hominibus præbuisti? Cyprianus episcopus respondit: Ego.

o
B
p
q

capite plecti jubetur,

6 Galerius Maximus proconsul dixit: Jusserunt te sacratissimi imperatores cæremoniari. Cyprianus episcopus dixit: Non facio. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus episcopus respondit: Fac, quod tibi præceptum est. In re tam justa nulla est consultatio. Galerius Maximus collocutus cum concilio, sententiam vix ægrè dixit verbis hujusmodi: Diù sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregâsti, & inimicum te diis Romanis, & sacris legibus constituisti; nec te pii & sacratissimi principes Valerianus & Gallienus Augusti, & Valerianus *r* nobilissimus Cæsar, ad sectam cæremoniarum suarum revocare potuerunt. Et ideò, cùm sis nequissimorum criminum auctor & signifer deprehensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregâsti: sanguine tuo sanctur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus episcopus dixit: Deo gratias *s*.

r
C
s

& coram magna populi turba decollatur:

7 Post hanc verò sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum illo decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est, & multa turba eum prosecuta est. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti productus est, & ibi se lacernâ byrro *t* exspoliavit, & genu in terra flexit, & in orationem se Domino prostravit. Et cùm se dalmaticâ *u* exspoliâsset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & cœpit spiculatorem sustinere. Cùm venisset autem spiculator, jussit suis, ut eidem spiculatori viginti quinque aureos darent *x*. Linteamina verò & manualia *y* à fratribus ante eum mittebantur. Postea verò beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit; qui cùm lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Julianus presbyter, & Julianus subdiaconus *z* ei ligaverunt.

t
u
x
y
z

8 Ita beatus Cyprianus passus est; ejusque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. Inde per noctem sublatum cum cereis & scholacibus *aa* ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quæ sunt in via Mappaliensi juxta piscinas, cum voto & triumpho magno deductum est. Post paucos autem dies Galerius Maximus proconsul decessit. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octava decima Kalendarum Octobrium, sub Valeriano & Gallieno imperatoribus; regnante verò Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ex EDIT. RUINARTII.

ejus corpus à fidelibus noctu subducitur.

aa

ANNOTATA.

a *Valerianus post Gallum & Æmilianum potitus imperio, Gallienum filium suum sibi sociavit. His duobus Augustis consulibus, nempe* Valeriano IV, & Gallieno III *annus Christi* 257 *signatus est apud Bucherium in Cyclo; ad quem annum hæc prima* S. Cypriani *confessio propterea referenda est. De causa suscitatæ à Valeriano persecutionis adi Commentarium initio* § 46.

b *Infrà* Aspasius Paternus *dicitur.*

c *Codex Conchensis apud Ruinartium in Annotatis habet:* Exquiro tibi de nomine tuo, quid mihi respondeas.

d *De* Curubi, *exsilii loco, vide suprà S. Pontium in Vita, à num.* 22, *& Commentarium nostrum num.* 795 *& seqq.*

e *Cryptas scilicet subterraneas, in quibus primis illis Ecclesiæ seculis Christiani sacros conventus suos tempore persecutionum agebant.*

f Curubim, *ut suprà dictum est. Porrò quæ hìc ab initio hujus numeri usque ad alteram Sancti confessionem narrantur, à collectore Actorum proconsularium adjecta sunt, ut utraque confessio combinaretur; sed de hisce vide dicta in Commentario num.* 8 *& sequentibus.*

g *De hisce hortis consule Vitam num.* 30.

h *Nempe in visione, de qua biographus num.* 24 *& sequentibus in Vita.*

i *Eminentissimus Baronius in Annalibus ad annum* 261, *num.* 25 *ex Trebellio Pollione legi vult* Fusco, *non* Tusco. Memmius Fuscus *pariter dicitur à Vopisco in Aureliano: ex aliorum tamen assertis Tillemontius tom.* 3 *Historiæ imperatorum, in Valeriano art.* 5 *ait, ad hunc annum* 258 *in omnibus Vopisci Mss. legi* Tuscum. *Hunc pariter retinet tam Catalogus præfectorum Urbis, quàm vetus fragmentum Fastorum apud Bucherium in Cyclo Victorii. Deinde littera ista initialis* T, *in* F *facilè mutari potuit, neque ad præsens argumentum quidquam interest, utro modo legatur. Consuli potest laudatus Tillemontius, & Pagius in Critica ad annum Christi* 258, *num.* 1, *ubi contra Baronium* Tusco *legendum monet.*

E

F

k *Baronius in margine notat:* al. stator. *Sed non est, cur à communi lectione recedamus. Stratoribus reorum curam mandatam fuisse, habemus etiam ex Constantini imperatoris l.* 1 *C. Th. de Custod. reor., ubi cavetur,* ut neque his, qui stratorum funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem suam accusatoribus vendere. *Alia eorumdem munia videri possunt apud Pitiscum in Lexico Antiquitatum.*

l Equistratoris, *qui etiam sæpe* strator *vocatus est, officium inter cetera erat, ascendentem in equum dominum levare. S. Augustinus in Serm.* 309 *hosce duos* apparitores *appellavit; Pontius suprà in Vita unius tantùm meminit, eumque*

Ex edit. Ruinartii.

principem *dixit, qualiter etiam infrà nuncupatur.*

m *De hujus nominis etymo vide dicta in Commentario* § 48, *num.* 820 *& sequenti.*

n *Ad hæc Ruinartius notat sequentia:* Omnes ferè Mss. habent: Veneriam. Colb. 1 & Mombritius: Inter Venaria et salutaria. Germ. 1: Inter duas plateas, Veneriam et Salutariam.

o *Colbertinus codex apud Ruinartium habet:* castigari, *quod etiam placuit Rigaltio: sed* custodiri *legendum esse cum eodem Ruinartio observavimus in Commentario, num.* 823 *ex SS. Augustino & Fulgentio, quorum primus ibidem à num.* 822 *factum hoc magnis laudibus celebrat.*

p *Codices Colbert. & Germ.* 1 *apud laudatum Ruinartium habent:* Atrio Secutiolo; *Conch.* Saloutio. *Sed* Sauciolo *retinendum esse, eruimus ex concilii Matisconensis II can.* 19, *ex quo significationem simul discimus. Hic enim in Collectione Conciliorum Labbei tom.* 5, *col.* 987 *sic habet:* Cognovimus etiam, quosdam clericorum infrunitos ad forales reorum sententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum accessûs
B hunc canonem protulimus, definientes, ut ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat, neque intersit atrio Sauciolo, ubi pro reatûs sui qualitate quispiam interficiendus est. *Notant tamen Benedictini editores Glossarii Cangii aucti, ad eamdem vocem, notant, inquam ex Valesio contra Cangium, adverbium* ubi, *temporis, non loci esse; Romanis enim moris fuisse reos non in atrio, sed in loco aperto extra urbem, uti etiam in* S. Cypriano *contigit, capite plectere.*

q *Alii* papatem *legere malunt.*

r *Fuit is Valeriani Augusti filius secundus, aut ipsius ex Gallieno nepos; de qua controversia consule, si lubet, Antonium Pagium in Dissertatione hypatica* 52 *& seq., & Tillemontium tom.* 3 *Historiæ imperatorum in Valeriano, art.* 4, *& Notâ* 3.

s *Hæc proconsulis quæsita, Sanctique responsa, nec non latam ab illo in hunc sententiam mortis S. Augustinus inseruit Sermoni* 309, *aliàs* 12, *quem etiam cum ea* S. Cypriani *voce* Deo gratias *propterea finire voluit.*

t Lacerna *æquè ac* birrum *virilis vestimenti genus apud veteres fuit, de quo multa congessit*
C *Samuël Pitiscus in Lexico Antiq. Roman., & Cangius in Glossario. Sunt, qui alterutram vocem hic abundare existiment, quibus favet codex Germ.* 1 *apud Ruinartium, in quo omissâ* lacernâ, *tantùm* byrro *legitur. Sed cùm Festus apud laudatum Cangium dicat:* Burrum antiqui, quod nunc dicimus rufum; *cúmque ibidem ex Scholiaste Juvenalis sat.* 1 *legatur:* Quod Græci coccum, Latini veteres birrum appellant; *itemque in Glossis Isidori;* Birrus, rufus; *cùm hæc, inquam ibidem legantur, facilè potuit per* birrum *lacernæ color designari, ac consequenter legendum erit:* Lacernâ birrâ. *De* byrrho *tamen, tamquam veste clericis ac episcopis non indecenti loquitur S. Augustinus Serm.* 356, *qui de vita & moribus clericorum* 2 *est, aliàs* 50 *de diversis.* Nemo, *inquit,* det byrrhum vel lineam tunicam, seu aliquid, nisi in commune... Nolo, talia offerat sanctitas vestra, quibus ego solus quasi decentiùs utar: offerat mihi verbi gratiâ byrrhum pretiosum: fortè decet episcopum, quamvis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem, de pauperibus natum.

u *Monet hìc Ruinartius, in codicibus Fossat. Colb., Conch., S. Genovefæ &c., pro* dalmatica D *legi* tunica, *sed in multò pluribus* dalmatica. *Nec hanc vestem, quæ à Dalmatia, ubi primùm facta sit, sic appellata dicitur, veteribus Romanis ignotam fuisse, ostendit Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum ad diem* 31 *Maji, de S. Paschasio diacono; & Pitiscus suprà laudatus. An tamen idem Baronius in Annalibus ad annum Christi* 261, *num.* 40 *& sequentibus, ubi de prædictis,* S. Cypriani *vestimentis disputat, hæc de sacris vestibus, quarum nunc in Ecclesia usus est, rectè interpretatus fuerit, non ausim asserere.*

x *Vide, quæ de hoc loco observavimus in Commentario, num.* 829.

y *Id est:* Sudaria; *nempe ut sacrum Martyris sanguinem exciperent: quanti enim etiam ejus temporis Christiani martyrum reliquias facerent, exemplo est miles ille tesserarius, olim Christianus, qui vel vestes ejusdem Sancti nostri sudore imbutas desiderabat, ut in Vita num.* 33 *dictum est.*

z *Alii codices, teste Ruinartio, habent:* Diaconus.

aa *Eminentissimus Baronius ad annum Christi* F *261, num.* 36, scholaribus *legit, ideóque prædicta de* præcedente clero diversarum classium atque scholarum, accensas faces gestantibus singulis, *interpretatus est. Ego non dubito, quin Sancti Episcopi ac Martyris sui funeri plures clerici adfuerint; sed malo* scholaces, *vel* scolaces *legere, per easque* funalia *seu* faces *intelligere, ut est apud Cangium in Glossario.*

APPENDIX

De Sancti gloria posthuma, & Operibus ipsi adscriptis.

CAPUT I.

Sancti apparitiones, seu visiones de illo nonnullis martyribus oblatæ: duæ ecclesiæ prope Carthaginem ipsi erectæ: eædem profanatæ, præsertim à Vandalis, & restitutæ Catholicis. E

Sanctus in visione monet & confirmat

Primum, quod de S. Cypriani *episcopi ac martyris gloria posthuma habemus, est gemina ejusdem apparitio, vel visio de illo oblata sanctis martyribus Montano ac Flaviano, quorum Acta sincera in Opere nostro data sunt ad diem* XXIV *Februarii, quo unà cum sociis suis Martyrologio Romano inscripti sunt, quique non diù post sancti Martyris nostri, cujus discipuli fuisse videntur, glorioſam necem apprehensi, & post aliquot mensium carcerem pari martyrio coronati fuerunt. Horum primus S. Montanus loco laudato, pag.* 456, *num.*

A *num.* XI *candidè narrat, quo modo per* S. Cyprianum *ac Leucium de animi ſui nævo, quem ex quadam diſcordia contraxerat, admonitus fuerit. Verba ſubjungo :* Nam cùm Montanus cum Juliano habuiſſet ſermones aliquos ob eam, quæ ad noſtram mulierem obrepſit, communionem, quæ nec communicabat, cúmque poſt correptionem, quam in eam congeſſerat, in rigore ipſo diſcordiæ manſiſſet, oſtenſum eſt eâdem nocte Montano hoc : Viſum eſt, inquit, mihi, veniſſe ad nos centuriones. Cúmque deducerent nos per viam longam, pervenimus in campum immenſum, in quo occurrerunt nobis Cyprianus & Leucius.

SS. Montanum, Flavianum

2 Pervenimus autem in locum candidum ; & facta ſunt veſtimenta noſtra candida, & caro noſtra immutata, candidior veſtimentis candidis. Ita autem perlucida fuit caro noſtra, ut oculorum viſum ad intima cordis admitteret. Et reſpiciens in pectus meum, videó quaſdam ſordes, & expergefactus ſum in viſione. Et occurrit mihi Lucianus, & retuli illi viſionem, & aio illi : Scis, quoniam ſordes illæ illud eſt, quòd non ſtatim concordavi cum Juliano ? Et in hoc expergefactus ſum. *Alteram ſeu apparitionem, ſeu*

B *viſionem, S. Flavianus ibidem pag.* 458, *num.* 21 *ſic retulit :* Cùm adhuc, inquit, Epiſcopus noſter ſolus paſſus fuiſſet, oſtenſum eſt mihi hoc, quaſi Cyprianum ipſum interrogarem ; An pati ictus doleret ; ſcilicet martyr futurus de paſſionis tolerantia conſulebat. Qui mihi reſpondit & dixit : Alia caro patitur, cùm animus in cælo eſt, & nequaquam corpus hoc ſentit, cùm ſe Deo tota mente devovit. O verba Martyris martyrem cohortantis ! Negavit eſſe in paſſionis ictu dolorem, ut, qui & ipſe habebat occidi, animari conſtantiùs poſſet, quòd nec parvum quidem ſenſum doloris de paſſionis ictu haberet. *Hæc tamen generaliter accipienda non ſunt ; ſed ſic, ut vel Sanctus de ſpeciali gratia ibidem loquatur, vel tantummodò velit, martyres divina virtute ſic roborari, ut corporis cruciatus pro nihilo reputent.*

& Marianum

3 *Hiſce ſubjungo & alteram ejuſdem ſancti Martyris, S. Marianum mirabili viſione ad martyrium pariter exhortantis, apparitionem, quæ in Vita ſanctorum martyrum Numidarum, ab oculato teſte conſcripta, & in Opere noſtro ad diem* XXX *Aprilis, pag.* 746 *& ſeqq. edita, num.* 6

C *in hunc modum refertur :* Mariano poſt illam vexationem corporis (*cruciatus à perſecutoribus inflictos*) altiùs in ſoporis tranquilla reſoluto, quid divina dignatio ad fiduciam ſpei ſalutaris oſtenderit, experrectus ſic ipſe nobis narravit. Oſtenſum eſt, inquit, mihi, fratres, tribunalis excelſi & candidi nimiùm ſublime faſtigium, in quo quidam judicis ad vicem præſidebat. Illic erat cataſta, non humili pulpito, nec uno tantùm aſcendibilis gradu, ſed multis ordinata gradibus, & longè ſublimis aſcenſûs ; & admovebantur confeſſorum ſingulorum claſſes, quas ille judex ad gladium duci jubebat. Tum exauditur mihi vox clara & immenſa, dicentis : Marianum applica. Et aſcendebam in illam cataſtam : & ecce, ex improviſo mihi, ſedens ad dexteram ejus judicis, Cyprianus apparuit, & porrexit manum, & me levavit in altiorem cataſtæ locum, & arridens dixit : Veni, ſede mecum.

martyres.

4 Et factum eſt, ut audirentur aliæ claſſes, me quoque aſſidente : & ſurrexit ille judex, & nos ducebamus eum ad prætorium ſuum. Iter autem nobis erat per locum pratis amœnum, & viridantium nemorum læta fronde veſtitum... Et ecce, ſubitò ab oculis noſtris ille judex receſſit. Tunc ibi Cyprianus phialam, quæ ſuper marginem fontis jacebat, arripuit : & cùm illam de fontis rivulis implêſſet, hauſit, & iterùm implens, mihi porrexit, & libenter bibi. Et cùm Deo gratias agerem, excitatus, inquit, mea voce, ſurrexi. *Contigit autem S. Mariani ſociorumque martyrium ſecundùm ibidem dicta circa annum* 259, *adeóque non diù poſtquam* S. Cyprianus *coronatus eſſet, quod hac die* XIV *Septembris anni* 258 *factum eſſe, ſuprà oſtendimus. Ceterùm quamvis prædicta non tam apparitiones, quam viſiones fuerint, eatenus tamen ad ſancti Martyris noſtri gloriam ſpectant, quòd Deus quaſi operâ illius, qui fideles tum verbis tum exemplo ad martyrium vivus excitaverat, uti voluerit, ut confeſſores ad illud idem præpararet & accenderet.*

AUCTORE C. S.

Templum in loco ſupplicii, & altare,

5 *Vidimus ſuprà in Actis proconſularibus num.* 7, S. Cyprianum *in agro Sexti capite plexum fuiſſe. Locus hic, teſte S. Auguſtino, deinde ſummo in honore apud Carthaginenſes habitus, ſtructiſque deſuper altari, quod* Menſa Cypriani *dicebatur, ac eccleſiâ exornatus eſt. Audi ipſum Sermone* 310, *qui in Natali ejuſdem Sancti ſecundus eſt, alias* 113 *de diverſis, loquentem :* Carthaginenſem eccleſiam vivus gubernavit, moriens honoravit. Ibi epiſcopatum geſſit, ibi martyrium conſummavit. In eo quippe loco, ubi poſuit carnis exuvias, ſæva tunc multitudo convenerat, quæ propter odium Chriſti ſanguinem funderet Cypriani : ibi hodie venerans multitudo concurrit, quæ propter Natalem Cypriani bibit Sanguinem Chriſti. Et tantò dulciùs in illo loco propter Natalem Cypriani Sanguis bibitur Chriſti, quantò devotiùs ibi propter nomen Chriſti ſanguis fuſus eſt Cypriani. Denique ſicut nôſtis, quicumque Carthaginem nôſtis, in eodem loco menſa Deo conſtructa eſt, & tamen MENSA dicitur CYPRIANI ; non quia ibi eſt unquam Cyprianus epulatus ; ſed quia ibi eſt immolatus, & quia ipſa immolatione ſua paravit hanc menſam, non in qua paſcat, ſive paſcatur, ſed in qua Sacrificium Deo, cui & ipſe oblatus eſt, offeratur.

E

Menſa S. Cypriani dictum.

6 Sed ut menſa illa, quæ Dei eſt, etiam CYPRIANI vocetur, hæc cauſſa eſt ; quia, ut illa modò cingatur ab obſequentibus, ibi Cyprianus cingebatur à perſequentibus ; ubi nunc illa ab amicis orantibus honoratur, ibi Cyprianus ab inimicis fremententibus calcabatur : poſtremò ubi illa erecta eſt, ibi proſtratus eſt. „Cantate Deo, „ pſalmum dicite nomini ejus qui aſcendit ſuper „ occaſum)„ ipſe fecit iſta ſuper occiſum. *De eadem* S. Cypriani menſa *Enarratione in pſalmum* 80 *meminit, ad eamque varii ſermones ab eo dicti inſcribuntur. In eodem loco etiam habuit Enarrationem* 3 *in pſalmum* 32, *ubi ad confertum populum inter cetera ait :* Locus iſte, quando Martyris beati corpus percuſſum eſt, lupis plenus erat : vicit tot lupos una Ovis capta, & implevit locum ovibus Ovis occiſa... Et quia iſta facta ſunt, modò etiam, qui vident, nondum credentes, conventicula noſtra, celebrationes, ſolemnitates, laudes jam manifeſtas & publicas Dei noſtri, putatis eos non dolere, putatis non fremere ? Sed nunc impletur, quod de illis dictum eſt : „Peccator videbit, & iraſcetur.„

F

Aliud templum ſuper corpus ejus erectum,

7 *Præter hoc fuit & aliud apud Carthaginem templum, erectum ſuper ejuſdem ſancti Martyris corpus, quod in Actis proconſularibus ſuprà editis,*

AUCTORE C. S.

tis, num. 8 ad areas Macrobii Candidiani procuratoris, quæ ſunt in via Mappalienſi juxta piſcinas, *ſepultum fuiſſe legimus. Ita nos docuò docet S. Auguſtinus in Sermone* 313, *aliàs* 114 *de diverſis, quem ibidem habuit, & in cujus calce hæc ait :* Cujus victricis animæ ſanctam carnem, tamquam frameæ illius vaginam, hoc loco ſublimitate divini altaris ornamus; eidem ipſi animæ triumphali reſurrectione reddendam, & nulla deinceps morte ponendam. *Utramque eccleſiam pariter memorat Victor Vitenſis in Hiſtoria perſecutionis Vandalicæ, à Ruinartio edita, lib.* 1, *num.* 5 *recenſens extra muros Carthaginis* duas egregias & amplas ſancti martyris Cypriani (*eccleſias*;) unam, ubi ſanguinem fudit; aliam, ubi ejus ſepultum eſt corpus, qui locus Mappalia vocitatur; *nempe à* via Mappalienſi, *in qua ipſius corpus humatum fuiſſe, ſuprà in Actis dicitur.*

in quo S. Monica oravit;

8 *Illarum alteram in maris littore ſitam, & magnificam fuiſſe, tradit Procopius lib.* 1 *de Bello Vandalico, cap.* 21, *ut infrà videbimus; atque hæc eadem videtur, in qua dum S. Monica noctem precibus tranſigeret, ne Auguſtinus ſine ea in Italiam navigaret, ab eodem deluſa eſt. Contigit id anno* 383, *ut tom.* VI *Auguſti in Commentario prævio ad ejuſdem ſancti doctoris Acta, § 5 dictum eſt; ipſe verò in lib.* 5 *Confeſſionum cap.* 8, *in laudato tomo pag.* 403 *relato, hoc ipſum narrat;* Et tamen, *inquiens*, recuſanti (*Monicæ*) ſine me redire, vix perſuaſi, ut in loco, qui proximus noſtræ navi erat, memoriâ B. Cypriani, maneret ea nocte. Sed ea nocte clanculò ego profectus ſum; illa remanſit orando & flendo. Et quid à te petebat, Deus meus, tantis lacrymis, niſi ut navigare me non ſineres. *Cùm autem* memorias martyrum *S. Auguſtino paſſim fuiſſe loca, ubi martyrum corpora ſervabantur, conſtet ex lib.* 22 *de Civitate Dei, cap.* 8 *&* 9, *& ex ſermone* 323, *aliàs* 32 *de diverſis, colligimus, templum, ad quod S. Monica oratura conceſſit, ipſum fuiſſe, in quo ſancti Martyris noſtri corpus quieſcebat.*

B

ejuſdem profanatio

9 *De eodem quoque mentio ſit apud Sulpitium Severum Dialogo* 1 *cap.* 2, *ubi Poſtumianus, Sulpitii amicus, dum in Africa eſſet, ad iſtud devotionis cauſa acceſſiſſe dicitur. Sic enim Poſtumianus ibidem loquens inducitur :* Libuit animo adire Carthaginem, loca viſitare Sanctorum, & præcipuè ad ſepulcrum Cypriani martyris adorare. *Porrò in hunc tam ſacrum venerandumque locum prava quædam conſuetudo, quâ ejuſdem ſanctitas profanabatur, olim irrepſit, quam Carthaginenſis epiſcopus, inductis in eumdem ſacris vigiliis ætate S. Auguſtini, aut certè non dudum antè, feliciter exſtirpavit. Ita docet ipſe S. Auguſtinus in Sermone* 311, *jam aliàs laudato, quem ipſo* S. Cypriani *natali die ibidem habuit, & in quo de ſacrilega illa conſuetudine hæc ait :* Dominus dicit in Euangelio : „Cantavimus vo„bis, & non ſaltâſtis.„ Quomodò hoc ego dicerem, ſi non legerem? Irridet me vanitas; ſed juvat auctoritas. Si non præmiſiſſem, quis hoc dixerit, quis me veſtrùm poſſet ferre dicentem : „Cantavimus vobis, & non ſaltâſtis?„ Numquidnam in hoc loco, etſi pſalmus cantandus eſt, ab aliquo ſaltandum eſt?

C

per Carthaginenſem epiſcopum inhibetur.

10 Aliquando ante annos non valdè multos etiam iſtum locum invaſerat petulantia ſaltatorum. Iſtum tam ſanctum locum, ubi jacet tam ſancti Martyris corpus, ſicut meminerunt multi, qui habent ætatem; locum, inquam, tam ſanctum invaſerat peſtilentia & petulantia ſaltatorum. Per totam noctem cantabantur hîc nefaria, & cantantibus, ſaltabatur. Quando voluit Dominus per ſanctum fratrem noſtrum, epiſcopum veſtrum, ex quo hîc cœperunt ſanctæ vigiliæ celebrari, illa peſtis aliquantulùm reluctata, poſtea ceſſit diligentiæ, erubuit ſapientiæ. Cùm ergò modò hîc iſta, Deo propitio, non fiant, quia non celebramus dæmoniis ludos,... ſed celebratur hîc ſanctitas & ſolemnitas Martyrum, non hîc ſaltatur; & ubi non ſaltatur, tamen de Euangelio legitur : „Cantavimus vobis, „& non ſaltâſtis.„ *Hæc ibi, poſt quæ iſta verba Euangelii exponit. Videtur autem iſta loci profanatio per ſpeciem religionis, quaſi hujuſmodi feſtivitate natalis Martyris dignè celebraretur, primùm introducta fuiſſe; quemadmodùm Hippone Regio natalis S. Leontii, ejuſdem loci quondam epiſcopi, vinoſis conviviis in templo recoli ſolebat, quem abuſum S. Auguſtinus, tum Hipponenſis presbyter, ſimiliter abolevit, ut ipſe in epiſtola* 39, *ad Alypium Thagaſtenſem epiſcopum ſcribit.*

D

Utraque eccleſia à Vandalis

11 *Multo gravior triſtiorque profanatio utrumque ſancti Martyris templum ſeculo* 5 *ſub Genſerico Vandalorum rege, capta per dolum Carthagine, deſolavit. De miſerabili hujus urbis excidio conſuli poſſunt Victor Vitenſis lib.* 1 *Hiſtoriæ perſecutionis Vandalicæ, cap.* 4 *& ſeqq.*, *Proſper in Chronico, aliique, quos Theodoricus Ruinartius in Commentario hiſtorico ad laudatum Victoris Opuſculum, cap.* 5 *recenſet; ubi etiam illud anno æræ vulgatæ* 439 *contigiſſe oſtendit. Quod ad præſens argumentum ſpectat, idem Victor cap.* 5 *ſic ſcribit :* Pulſo namque epiſcopo (*Quodvult-Deo*) ut præfati ſumus, cum clero venerabili (*Genſericus*) illicò eccleſiam, nomine Reſtitutam, in qua ſemper epiſcopi commanebant, ſuæ religioni (*Arianæ*) mancipavit, atque univerſas, quæ intrà muros fuerant civitatis, cum ſuis divitiis abſtulit. Sed etiam foràs muros quaſcumque voluit, occupavit, & præcipuè duas egregias & amplas ſancti martyris Cypriani; unam, ubi ſanguinem fudit; aliam, ubi ejus ſepultum eſt corpus, qui locus MAPPALIA vocitatur.

E

Arianis occupatur

12 *Incertum eſt, utrùm duas iſtas* S. Cypriani *eccleſias Genſericus Arianæ hæreſis exercitio addixerit, an Vandalis ſuis inhabitandas tradiderit. Nam neque Victor id explicat, & Proſper in Chronico diſertè tradit, multas eccleſias in hujuſmodi profanum uſum ab eo deſtinatas fuiſſe.* Nec ab eccleſiarum, *inquit*, deſpoliatione abſtinens, quas & ſacris vaſis exinanitas, & ſacerdotùm adminiſtratione privatas, non jam divini cultûs loca, ſed ſuorum juſſit eſſe habitacula. *Ut ut eſt, ceſſiſſe aliquando Arianæ ſectæ miniſtris earum alteram, quæ in littore maris ſita erat, Sanctique veneranda oſſa ex dictis ſervabat, ſcribit Procopius lib.* 1 *de Bello Vandalico, cap.* 21, *ut mox videbimus; quamvis facilè falli potuerit in eo, quod ait, illam ſub Honorico ſive Hunerico, qui Genſerico patri ſuo in Vandalorum regnum ſucceſſit, Catholicis vi ademptam, dictæque Arianorum impietati addictam fuiſſe. Quàm dolenter verò hanc ſanctiſſimæ eccleſiæ profanationem tulerint Afri fideles, colligere licet tum ex pio eorumdem animo, quo venerandas Martyris, olim Epiſcopi ſui reliquias proſequebantur, tum ex Procopio, cujus verba mox dabi-*

F

A *dabimus, tum denique ex Homilia tempore perſecutionis, ab iiſdem Vandalis in Africa adversùs Catholicos excitatæ, ipſo Sancti natali dicta, & à Ruinartio in laudato Opuſculo excuſa.*

cum ſummo Afrorum dolore:

13 *In hac auctor num.* 2 *auditores ſuos in ſpem erigens, ſanctumque* Cyprianum *Deo ſupplicantem inducens, inter cetera dicit:* Ait etiam (*ſanctus Martyr in cælis*) corporis ſui cauſas dicendo: Domine, cur membra, quæ te ſic confeſſa ſunt, paſſus es captivari? Cur teſtem ſanguinis, quem tanto ſublimaveras honore, tanto deſpectui reliquiſti? Ad poſtremum & de nobis &

* *al.* quia de noſtris, quæ * tua ſunt omnia, fac, ſicut vis. Ubi eſt nomen tuum, ubi eſt gloria tua, ubi eſt virtus tua? Hæc dicendo gentes, quæ te, ut nos invaderent, blaſphemaverunt. Exſurge, quare obdormis, Domine, exſurge, & ne repellas uſque in finem. Redde tibi gloriam tuam, terram tuam tuis redde, redde meis oſſa mea, ut te triumphante, & hoſtes tui pereant, & nos in ſedibus noſtris noſtro ordine gaudeamus. *Ut verò homiliæ auctor tam cari pignoris recuperandi ſpem in auditorum animis magis confirmaret, ſubdidit & alterum patronum, qui id ipſum ſimul cum* S. Cypriano

B *poſtulet.* Adeſt, *inquit*, S. Cornelius Romæ Urbis antiſtes, qui hoc eodem die paſſus, in tali cauſa Socium non relinquit, non deſerit in tali poſtulatione Collegam.

&, ut Sanctus per viſiones inſinuaverat,

14 *Porrò hæc Afrorum in ſanctum Epiſcopum ſuum fiducia non ex ſolo pio animi affectu nata, ſed ipſius Sancti promiſſione nixa fuiſſe videtur. Procopius enim lib.* 1 *de Bello Vandalico, cap.* 21 *ſcribit, ſanctum Martyrem Afris de erepto ſibi tam venerabili loco mœſtis ſæpe apparuiſſe, juſſiſſeque eos ſecuros eſſe; fore enim tempus, quo ipſe injuriam ſuam ulciſceretur. Hoc autem vaticinium felici eventu probatum fuiſſe oſtendit, dum Beliſarius, Juſtiniani I imperatoris exercituum ductor, Vandalis pridie ejuſdem Sancti feſtivitatis ad Decimum ingenti clade affectis, Carthaginem recepit, & Africam, quæ jam amplius quàm toto ſeculo ſub iis gemuerat, imperio reſtituit, captoque & in triumpho ducto Gelimere, Vandalorum regnum in Africa feliciter exſtinxit, prout apud laudatum ſcriptorem lib.* 1 *&* 2 *pluribus videre eſt. Attamen, quod ad argumentum noſtrum pertinet, ex lib.* 1, *cap.* 21 *accipe. Poſt relatam de Vandalis apud Decimum victoriam, receptamque à Beliſario Carthaginem, ipſe, interprete Claudio Maltreto, ſic progreditur:* Patuit quoque, & lucem accepit oblatum

C ſæpe multis ſecundùm quietem viſum, cujus exitus omnes latebat. Fuit autem ejuſmodi.

Vandalis à Beliſario profligatis,

15 Carthaginenſes divo Cypriano, quem maximè venerantur, templum clariſſimum ante urbem ad littus maris poſuêre; & cùm alia, quæ ad ejus cultum pertinent, ritè procurant, tum ſolenne celebrant, quod ab ipſis dicitur CYPRIANA. Hoc ipſum nomen tempeſtati illi, cujus mentionem proximè feci, ideò nautæ tribuunt, quia eo ferè tempore coöriri ſolet, quo Afri feſtum hoc agere conſuêrunt. Templum illud Vandali, regnante Honorico, Chriſtianis per vim eripuerunt, mox detruſis indigniſſimè eorum ſacerdotibus, ipſi ſacra Ariano ritu deinceps curârunt. Mœſtis ea re, & animi dubiis Afris Cyprianum ſæpe viſum in ſomnis dixiſſe perhibent, ne ſua cauſa Chriſtianos haberet ſollicitos; futurum enim tempus, cùm ipſe factam ſibi injuriam ulciſceretur. Quam vocem pervagatam cùm Afri omnes accepiſſent, pœnam aliquam, ſacrorum ejuſmodi vindicem, tandem Vandalis irrogandam,

avidè exſpectabant: at, quò demùm viſum illud evaſurum eſſet, conjecturâ aſſequi nequiebant. AUCTORE C. S.

à Catholicis tandem recuperatur.

16 Jam verò, poſtquam in Africam imperatoris claſſis appulſa eſt, pridie recurrentis feſti, quamvis ad Decimum, (*locum* 70 *ſtadia Carthagine diſſitum*) Vandalos Ammatas, (*Gelimeris tyranni frater, adversùs Beliſarium*) duxiſſet, Ariani tamen ſacerdotes templum perpurgârunt, è donariis, quæ illic aſſervabantur, pulcherrima quæque ſuſpenderunt, lychniſque ornatis, & ſacra ſupellectili è repoſitoriis eductâ, omnia pro idoneo cujuſque uſu diligenter parârunt. Conſecuta ſunt, quæ geſta apud Decimum ſuprà dixi: tunc fugâ elapſis ſacerdotibus Arianis, Chriſtiani rectæ fidei ac veræ Religionis cultores, Cypriani ædem ingreſſi, lucernas omnes accenderunt, & ſacra conſueto apud ſe ritu curârunt. Ita, quid viſum ſignificaret, enotuit. *Ita Procopius, Beliſarii in hoc bello comes, & oculatus rei geſtæ teſtis. Ceterùm Ruinartius in Commentario hiſtorico de Perſecutione Vandalica, cap.* 12 *notat, recuperatam à Romanis Africam fuiſſe anno æræ vulgaris* 534, *poſt annos ſeptem ſuprà centum, quàm à Vandalis occupata fuerat; Carthaginem verò anno, poſtquam à Genſerico capta fuit, nonageſimo quinto.* E

Ejus eccleſiæ apud SS. Gregorios, Turonenſem & Magnum mentio.

17 *De alterutra quoque è duabus* S. Cypriani *prædictis eccleſiis dicta eſſe videntur, quæ S. Gregorius Turonenſis lib.* 1 *de Gloria martyrum, cap.* 94 *ſcribit his verbis:* Cyprianus beatiſſimus Carthaginenſis & antiſtes & martyr ſalutem ſæpiùs infirmis ſupplicantibus præſtat, in cujus baſilica analogius (*id eſt ſuggeſtum*) in quo, libro ſuprà poſito, cantatur aut legitur, mirabiliter compoſitus eſſe refertur. Nam ex uno lapide marmoris totus ſculptus adſeritur; id eſt, menſa deſuper, ad quam per quatuor gradus adſcenditur; cancelli in circuitu, ſubter columnæ: quia & pulpitum habet, ſub quo octo perſonæ recipi poſſunt. Qui numquam ibi ullo ingenio potuit exhiberi, niſi virtus Martyris præſtitiſſet. *Ad ejuſdem Sancti corpus in laudata prope Carthaginem eccleſia preces pro ſe fundi flagitavit S. Gregorius Magnus lib.* 6 *Regiſt., epiſt.* 19 *ad Dominicum Carthaginenſem epiſcopum ſcribens:* Et me pro vobis apud ſacratiſſimum B. Petri Apoſtolorum principis corpus, & vos pro me apud S. Cyprianum martyrem, orationibus decet incumbere. *Hæc ibi: quò verò ſacrum iſtud corpus denique devenerit, infrà exponemus.* F

CAPUT II.

Sancti per univerſam Eccleſiam cultus.

Sancti veneratio

QUæ *præcedenti capite produximus, celeberrimum* S. Cypriani *apud veteres Carthaginenſes ſuos cultum teſtatiſſimum faciunt: nunc de eodem cultu etiam aliò propagato dicendum eſt. Hic S. Auguſtini ætate jam tam latè extenſus erat, ut ipſius dies natalis, nempe quo martyrium tulerat, non modò in Africa, ſed & in tranſmarinis regionibus, ne Judæos quidem, aut gentiles, aut hæreticos lateret. Sic enim ipſe in Serm.* 310, *qui in ejuſdem Natali ſecundus eſt, loquitur:* Spiritus ſanctus doceat nos in hac hora, quæ oporteat dicere: di-

AUCTORE C. S.

turi enim sumus aliquid de laude Cypriani gloriosissimi martyris, cujus natalem hodie, sicut nôstis, celebramus. Quod nomen sic frequentat Ecclesia, id est, Natales, ut Natales vocet pretiosas martyrum mortes. Sic, inquam, hoc nomen frequentat Ecclesia, ut etiam, qui non sunt in illa, hoc dicant cum illa. Quis enim hodie, non dicam, in hac nostra civitate (*Hipponensi*;) sed planè per Africam totam, transmarinasque regiones, non Christianus solùm, sed paganus, aut Judæus, aut etiam hæreticus, poterit inveniri, qui non nobiscum dicat Natalem martyris Cypriani?

per orbem propagata.

19 *Causam verò tam latè diffusi cultûs ibidem assignat Sancti scripta & illustre martyrium:* In omnem terram, *inquit*, exiit sonus ejus, & in fines orbis terræ verba ejus. Docuit fideliter, quod facturus erat; fecit fortiter, quod docuerat . . . Non solùm dixit, quæ audirentur; sed scripsit etiam, quæ legerentur; & ad alia loca per alienas linguas, ad alia verò per suas litteras venit; & innotuit regionibus multis, partim per famam fortissimæ passionis, partim per dulcedinem suavissimæ lectionis. *Ceterùm exstant S. Augustini sermones quinque in ejusdem Martyris Natali dicti, qui in editione, quâ utimur sunt trecentesimus nonus & quatuor sequentes, quique à S. Possidio in Indiculo sic recensentur:* De Natali S. Cypriani tractatus quatuor, *seu potiùs* quinque, *ut in codice nostro Ms. legitur. Eumdem universalem Sancti cultum pariter agnovit S. Maximus Taurinensis seculo 5 episcopus Homiliâ 2 in ejusdem Natali, edita in Bibliotheca Patrum, editionis Colonien sis anni 1618, tom. 5, pag. 37, quam sic exorsus est:* In martyrio B. Cypriani, fratres charissimi, universa nobiscum Christi exsultat Ecclesia, quam in omne gaudium & cælestis eruditione sermonis instruxit, & munere triumphalis sanguinis decoravit. *Et rursus in fine:* Nec immeritò, fratres, tanto cum honore nominis ejus memoria per amplissima mundi spatia celebratur; quia per universum orbem ad firmamentum fidei nostræ & passio ejus & doctrina profecit.

B

Ejusdem cultus antiquus in Italia,

C

20 *Quamquam autem hæc ad cultum ejus per universam Ecclesiam antiquitus receptum probandum sufficiant, non abs re tamen erit id ipsum paulò latiùs cum Tillemontio art. 62 exposuisse. Præter laudatas S. Maximi Homilias, aliasque olim S. Ambrosio, nunc ipsi attributas, insignem illius in Italia cultum probat etiam Homilia 129 S. Petri Chrysologi, Ravennatium episcopi, in ejusdem Natali pariter dicta, quam habes in suprà laudata Bibliotheca, tomi seu Seculi 5, parte 2, pag. 758. In Lucania quoque celebre fuisse* S. Cypriani *festum, magnamque hominum frequentiam tum religionis, tum nundinarum causâ, eò tum confluere solvisse, habemus ex Cassiodoro, qui lib. 8, epist. 33 recitat Athalarici Ostrogothorum in Italia regis rescriptum, adversùs nonnullorum injustitiam, ex qua factum fuerat,* ut, qui ad Natale S. Cypriani religiosissimè venerant peragendum, mercimoniisque suis faciem civitatis ornare, egentes turpiter, inanesque discederent. *His accedit vetustissimum Kalendarium Bucherii, in quo ipsius festivitas in cœmeterio Callisti ad hanc diem adscripta est. Verba accipe:* Decimo octavo Kalendas Octobris, Cypriani Africæ. Romæ celebratur in Callisti. *Dubitat quidem Tillemontius, an legendum non sit:* Romæ Cornelii: celebratur *&c.: verùm dubium hoc non alio fundamento nititur, quàm quòd SS. Cornelii ac* Cypriani *memoria in aliis vetustis Kalendariis eodem die simul occurrat, & aliunde constet, horum primum in illo cœmeterio sepultum esse. Deinde licet reipsa sic legendum esset, Sancti nostri cultum in Romana Urbe nihilominus indicaret; cùm Kalendarium istud in hujus Ecclesiæ usum concinnatum fuerit.*

D

ac Romæ præsertim,

21 *Pro eodem Sancti Martyris apud Romanos cultu probando faciunt vetusta Sacramentaria, quæ Leonis I, Gelasii II, ac Gregorii I nomine circumferuntur, in quibus SS. Cornelii ac* Cypriani *festivitas eodem die, & communi utrique Missâ celebratur; prout in Commentario historico de illius Sancti Pontificis gestis § 1, num. 8 & seq. ostensum jam est. Sed & istud notatu planè dignum est, quòd* Cypriani *nomen in Canone Missæ proximè post sanctos Romanos Pontifices ab hac Ecclesia olim positum fuerit, & etiam hodiedum legatur. Præterea, licèt SS. Cornelius ac* Cyprianus *eodem die, ut modò diximus, Romæ antiquitus culti fuerint, videtur tamen hujus præ illius memoria ibidem aliquando celebrior fuisse. Nam Kalendarium Romanum, quod Joannes Fronto edidit, quodque in Prænotatis § 2 inter annum 714 ac 731 factum esse statuit, utriusque Sancti ad præsentem diem meminit quidem in hunc modum:* Die XIV mens. Sept. Natal. SS. Cornelii Pontif. & Cypriani; *sed deinde sequentes sex hebdomadas, quæ inter hanc diem & Adventum Domini proximè occurrunt, nullâ facta S. Cornelii mentione, à* S. Cypriani *festivitate sic recenset:* Hebdomada 1 post S. Cypriani . . . Hebdomada 11 post S. Cypriani *&c. Huic Kalendario quoddam Remense Ms. conforme laudat Tillemontius.*

E

ubi celebris

22 *Frontoniano addo & alterum Kalendarium pariter Romanum, à Leone Allatio ex bibliothecâ Vaticanæ codice antiquissimo, ante annos nongentos, ut ipse ait, descripto editum. In hoc ad diem* XVIII Cal. Octob. *pariter legitur:* Natale SS. Cor. & Cypriani: *deinde verò post Natalem S. Matthæi Apostoli hebdomades novem usque ad Adventum simili modo sic numerantur:* Hebdomada prima mensis VII post S. Cypriani . . . Dominica II post S. Cypriani, *&c. usque ad nonam. Porrò ex hoc numerandi modo laudatus Fronto in Annotatis dubitavit, an* S. Cypriani *festum natale non fuerit solum, seu peculiari Officio ipsi soli proprio celebratum, licèt Sacramentarium Pamelii ac Menardi utriusque Sancti memoriam etiam simul signent. Hanc suspicionem suam duplici observatione firmat: primò, quòd, si S. Cornelius eodem Officio, communi utrique, sed primo loco, ut in Kalendariis, Sacramentariisque notatur, ibidem tum cultus fuerit, nulla ratio satis urgens afferri posse videatur, cur hebdomades illæ non æquè aut potiùs* post S. Cornelii, *quàm* post S. Cypriani *natalem recensitæ fuerint.*

F

fuisse ostenditur,

23 *Secundò pro eadem sententia laudat S. Gregorium Magnum Regist. lib. 12, epist. 30, aliàs lib. 2, epist. 32, in qua ad Petrum subdiaconum Siciliæ scribit:* Stude, si Deo placuerit, ut in hanc Urbem ante Natalem B. Cypriani transeas: ne ex signo, quod diebus istis mari semper imminet, quod absit, aliquod periculum possit evenire. *Huic suspicioni, quæ Tillemontio quoque placuit, favet etiam Bucherii Kalendarium, in quo, ut vidimus,* S. Cyprianus *solus annuntiatur: verùm eadem ex ceteris Kalendariis Sacramentariisque, quæ utrumque Sanctum conjungunt, minùs firma est. Ad primam autem Frontonis observationem respondeo, potuisse* S. Cypriani, *toto orbe cele-*

A *celeberrimi doctoris ac martyris, etiam Romæ celebriorem, quàm Cornelii, venerationem fuisse; ideóque, licèt hi duo eodem Officio ac die ibidem simul colerentur, ab illius tamen nomine signari subsequentes hebdomadas, quamvis S. Cornelio ob Pontificiam dignitatem prior locus in Martyrologiis ac Sacramentariis daretur.*

ex variis probatur.

24 *Minùs quoque, quàm Frontoni ac Tillemontio visum est, favet ipsis productus S. Gregorii locus; nam cùm is Petrum subdiaconum cavere jubeat ab ea tempestate, quæ, quia circa* S. Cypriani *festum oriri solebat,* Cypriana *ab Afris dicebatur; mirum non est, quòd de* S. Cypriani, *non Cornelii, festivitate ibidem meminerit. Hanc verò tempestatem à S. Gregorio hîc designari, dubitare non potest, qui legerit Procopium, suprà num.* 15 *relatum, librique ibidem citati cap.* 20. *Quod ad hodiernam sancti Martyris in Romana Ecclesia venerationem spectat, is simul cum S. Cornelio in ejusdem Ecclesiæ Breviario ac Missali colitur ritu semiduplici tantùm, die* XVI *Septembris, ut* § 1 *Commentarii jam observavimus: Romæ tamen in ecclesia Lateranensi similiter unà cum eodem sancto Pontifice, ritu*

B *duplici die* XXII *ejusdem mensis. Ex dictis autem collige, quantùm à verisimilitudine aberrent, qui* S. Cyprianum *in suo de hæreticis rebaptizandis errore mortuum esse contendunt: non satis enim credibile est, Romanos tanta cum veneratione Episcopi Afri memoriam prosecuturos fuisse, qui errorem Apostolicæ traditioni contrarium contra suæ Urbis ac orbis Pontificem ad mortem usque defendisset.*

item in Hispaniis, Galliis, & in Oriente;

25 *In Hispania quoque celebrem fuisse Sancti nostri venerationem, liquet ex Aurelio Prudentio, seculi* 4 *poëta, qui in libro* Περὶ στεφάνων, *Hymno* XI, *Valeriano episcopo suadens, ut S. Hippolyti, martyris Romæ culti, festum diem ageret, inter solemniores festivitatem* S. Cypriani *memorans, sic cecinit:*

Inter solemnes Cypriani, vel Chelidoni,
Eulaliæque dies, currat & iste tibi.

Exstat & alius ejusdem poetæ hymnus numero 13, *qui totus de* S. Cypriano *est, & in quo inter cetera ait:*

Est propriæ patriæ Martyr, sed amore & ore
nostro.

Antiquis Gallis etiam minimè ignotam fuisse ejusdem Sancti festivitatem: habemus ex Missali

C *Gothico, sive veteri Gallicano, per Josephum Thomasium edito, in quo propria* Missa in Natale sanctorum martyrum Cornili * & Cypriani *exhibetur. De Orientali ecclesia similia credere jubet S. Augustinus, dum lib.* 4 *contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, cap.* 8 *scribit,* beatissimum, coronâ etiam martyrii gloriosissimum Cyprianum, nec Africanis atque Occidentalibus tantùm, verùm & Orientalibus ecclesiis, famâ prædicante, & scripta ejus lòngè latéque diffundente, notissimum *fuisse.*

* *i.e.* Cornelii

sed an Nazianzi hic, an alter

26 *Non possumus tamen ipsius apud Orientales cultum aliunde probare; cùm nec Menæa, nec Basilianum, nec quod Sirletus edidit, Menologia Græcorum de illo meminerint. Habemus quidem inter Orationes S. Gregorii Nazianzeni unam, quæ* 18 *est, in laudem* S. Cypriani martyris, *dictam ab eo postridie festi illius, quam Tillemontius pro annua sancti Episcopi ac martyris nostri apud Nazianzenos in Cappadocia festivitate asserenda laudat, & cujus exordium re vera tale est:* Cyprianus ferè nos effugit: ô ingens damnum! Idque vos passi estis, qui eum omnium maximè suspicitis, annuisque honoribus, festisque celebratis. *At mihi planè incertum est, cujus* S. Cypriani *festivitas hîc memoretur: etenim, sicut suprà non semel probavimus, S. Gregorius Nazianzenus in laudata Oratione geminum ejusdem nominis Martyrem confudit; nostrum scilicet Carthaginensem Episcopum, cum Cypriano Antiocheno, qui Nicomediæ passus traditur, & unà cum S. Justina virgine in Romano Martyrologio ad diem* XXVI *Septembris, in Menologiis verò Basiliano & Sirletiano ad* 2 *Octobris inscriptus est, & quorum Acta metro illigavit Eudocia Augusta, teste Photio in Bibliotheca, cod.* 184; *stylo autem soluto edita habes apud Martenium ac Durandum tom.* 3 *Thesauri Anecdotorum.*

AUCTORE C. S.

cultus fuerit, non item certum est.

27 *Enimverò cùm is Cyprianus Orientalis ecclesiæ martyr sit, ejusque apud Græcos cultum horum Martyrologia, quæ de Carthaginensi silent, disertè testentur, longè probabilius est, illius, non hujus, festum fuisse, quod Gregorius Nazianzi quotannis celebrari soluisse significat; licèt hic illum eumdem cum Carthaginensi fuisse per errorem existimaverit. Suspicionem hanc augent, quæ de* S. Cypriani, *qui ibidem colebatur, apud piam quamdam mulierem absconso corpore, deque eodem per revelationem, alteri cuidam matronæ factam, reperto in eadem Oratione narrat: ut enim hæc de* S. Cypriano *Carthaginensi accipi non possunt; ita ad Antiochenum referenda videntur, cujus corpus à nautis Romam advectum, & à Rufina, clari generis femina, receptum, & honorabili loco depositum fuit, ut in Actis prosaïcis mox laudatis legitur, consentiente Eudociâ apud Photium, quæ Rufinam de genere Claudii facit, ejusdemque operâ elegans templum sancto martyri Romæ exstructum esse affirmat; quæ omnia suo loco in Opere nostro poterunt examinari. Sed & ipse Tillemontius tom.* 5 *Monumentorum, art.* 7 *in SS. Cypriano & Justina ista S. Gregorii de martyris corpore dicta de Antiocheno pariter interpretatus est.*

E

Ecclesiæ de Sancto existimatio.

28 *Porrò prætereo hîc sanctorum Patrum, veterumque scriptorum seriem texere, qui sanctum Episcopum ac Martyrem nostrum dignis elogiis prosecuti sunt, aut cum honore memorârunt, & quorum multos laudatos habes apud Tillemontium art.* 63. *Id unum omnium instar sit, quod S. Augustinus lib.* 6 *de Baptismo contra Donatistas, cap.* 6 *de eodem scribens, ait:* Quem inter raros & paucos excellentissimæ gratiæ viros numerat pia mater Ecclesia. *Supersedeo pariter martyrologis Latinis magno numero recensendis, qui post Bucherianum Kalendarium, Hieronymiana, & Romanum Vetus, seu Parvum Rosweydi* S. Cypriani *memoriam ad hunc diem* XIV *Septembris unanimi consensu celebrant. Hisce, inquam, recensendis supersedeo, quia ex hactenus dictis satis constat de ipsius vetustissimo in universa Ecclesia cultu, quam & vitæ sanctimoniâ & glorioso martyrio, & præclarissimis libris illustravit; ut non immeritò Prudentius, jam aliàs laudatus de eo cecinerit:*

F

Tenet ille regna cæli;
Nec minùs involitat terris, nec ab hoc recedit orbe,
Differit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat.
Nec Lybiæ populos tantùm regit, exit usque in ortum
Solis & usque obitum: Gallos fovet, imbuit Britannos,
Præsidet Hesperiæ, Christum ferit ultimis I-

AUCTORE C. S.

beris.
Denique doctor humi eſt, idem quoque martyr in ſupernis,
Inſtruit hîc homines, illinc pia dona dat Patronus.

CAPUT III.

Sancti corporis tranſlationes, & reliquiæ variis in locis honoratæ.

Sancti oſſa à legatis Caroli Magni

Sancti Martyris venerabile corpus, quod in inſigni prope Carthaginem eccleſia dignè honoratum fuiſſe, ſuprà vidimus, inde in Franciam, Arelatem primùm, ac deinde Lugdunum Seguſianorum, regnante Carolo Magno, tranſlatum fuiſſe, teſtatur Agobardus, ex chorepiſcopo Lugdunenſi, ejuſdem eccleſiæ poſt Leidradum ultrò cedentem circa annum 814 *epiſcopus, in Carmine, quod de ejuſdem Sancti, nec non SS. Sperati ac Pantaleonis oſſium apud Lugdunenſes receptione compoſuit, auctor ſynchronus, ac veroſimiliter teſtis oculatus. Carmen hoc ſtudioſus lector tum alibi, tum in Opere noſtro excuſum reperiet tom.* IV *Julii ad diem* XVII, *pag.* 211, *ubi de Martyribus Scillitanis actum eſt. De eadem tranſlatione Ado Viennenſis in Martyrologio ſuo ad hunc diem* XIV *Septembris poſt* S. Cypriani *elogium hæc habet:* Poſt multa verò curricula annorum, glorioſiſſimo Carolo Francis imperante, contigit legationem Francorum ferentibus, illuſtres ac ſapientiâ circumſpectos legatos tranſitum per Africam feciſſe.

B

in Gallias tranſlata,

30 Hi, cùm Carthaginem dirutam, & loca venerabilia ſanctorum martyrum, revertentes à rege Perſarum Aaron, qui, exceptâ Indiâ, totum pœnè tenebat Orientem, vidiſſent, facilè ſibi conciliato principe, ac favorem in re tali præſtante, pro magno munere rogaverunt, ut oſſa B. Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, continuò poſtulata conceſſit, utque pio imperatori, cujus gratiam omnium, qui in toto terrarum orbe erant, regum ac principum amicitiæ præponeret, ipſi ea ferrent, libenter aſſenſit. Cumque venerabiles legati ingentia dona, Martyrum ſcilicet reliquias ferentes (nam & B. Sperati martyris membra, qui unus fuit ex illis XII præclariſſimis martyribus Scillitanis, caput etiam martyris glorioſi Pantaleonis, ſecum cum beatis oſſibus Cypriani habebant) reverterentur, proſperis uſi velis, tandem pervenerunt Arelaten. Ubi ſacra Martyrum membra ſignata interim relinquentes, legationem ſuam glorioſo imperatori renuntiare feſtinârunt, & ut animum regis ampliùs ſibi de legatione ſtrenuè perfecta conciliarent, inter alia de Sanctorum reliquiis ab Africa deportatis ejus animos attollunt.

C

Arelate primùm, deinde Lugduni depoſita:

31 Unde ille plurimùm lætus, eas tam diù apud Arelatem digna veneratione reſervari juſſit, donec ipſe magno aliquo opere in regno ſuo templum conderet, ubi tam pretioſum pignus ingenti cultu & ornatu reponeret. Sed emergentibus cauſis, dum opus tardiùs conſtruitur, occaſionem nactus Leidradus, venerabilis Lugdunenſis epiſcopus, glorioſum imperatorem rogavit, ad civitatem ſuam deferre beata oſſa Martyrum ei liceret. Annuit imperator. Sed & iſdem ocyùs votum ſuum pius perficit: cum honore infra civitatem Lugduni deportata ſunt, ibique in majori eccleſia B. Joannis Baptiſtæ ac ſancti martyris Stephani aliquanto tempore cuſtodita; & ad defenſionem civium, Deo id miſericorditer operante, & imperatore jam votum ſuum de ædificatione templi in longè alia transferente, ſanctus epiſcopus beatiſſimas reliquias glorioſorum Martyrum in prædicta eccleſia poſt venerabile & ſacrum altare decentiſſimâ ſepulturâ recondidit, ac poſteris civibus ſuis profuturas honorabiliter commendavit. *Huc uſque S. Ado laudatus.* D

circa quæ nonnulla obſervantur.

32 *Porrò cùm occaſione tranſlationis oſſium S. Sperati ſimul factæ Cuperus noſter tomo Julii ſuprà citato à pag.* 210 *jam diſcuſſerit, retuleritque, quidquid ad hanc* S. Cypriani *tranſlationem pertinet, ſtudioſum lectorem eò remittendum cenſui, ne actum agerem. Paucis attamen obſervâſſe juverit, Agobardum in carmine nullam de facta legatis à Perſarum rege auferendi corporis poteſtate mentionem facere; ſed contra ſic loqui, quaſi hi ſacras iſtas reliquias clàm abſtuliſſent. Sic enim de legatis iſtis verſibus hendecaſyllabis ibidem canit:*

Poſt multos nimiæ viæ labores, E
Ingreſſu reduci ſalum petentes,
Intrârunt Lybicos repentè fines,
Quà Carthago gravi jacens ruinâ,
Deflet præteritæ decus juventæ.
Hîc dum baſilicas Deo dicatas,
Et Chriſti ſubeunt verenda templa,
Cernunt, ut tua, Cypriane martyr,
Servaret loculus neglectus oſſa.
Tum verò nimio dolore moti,
Et magno gemitu polum intuentes,
Poſcunt auxilium Dei perennis,
Pro quo, Sancte, tibi caput reciſum eſt.
Et mox poplitibus precando flexis,
Pandunt ſarcophagum, ſtudentque ſacros
Artus ſtringere linteis paratis,
Committuntque ſuo corpus * locello. * *al.* caput
Sperati quoque martyris beati,
Nec non Pantaleonis oſſa, raptim
Tollunt cuncta ſimul, ligantque pannis.
Conſcendunt celeres navem paratam *&c.*

Annus tranſlationis.

33 *Secundò, quod ad tempus factæ tranſlationis ſpectat, Cuperus ibidem refellit Severtium, qui ſuppoſititio Bedæ loco nixus, ſcribit memoratas Sanctorum reliquias anno* 616 *Carthagine allatas, & Arelate depoſitas fuiſſe, atque hinc anno primùm* 807 *Leidradi operâ Lugdunum tranſlatas. Deinde cùm eadem tranſlatio ab Adone in Chronico ad annum Chriſti* 806, *vel, ut alii volunt,* 807 *conſignetur, huic, tamquam temporibus rei geſtæ viciniori, aſſentiendum potiùs monet, quam Sigeberto, qui in ſuo pariter Chronico eam anno* 802 *affixerat; quem ultimum Baluzius in Notis ad Leidradum ſecutus eſt. Denique geminam legationem ad Aaronem Amyram, Perſarum regem, à Carolo Magno miſſam eſſe obſervat, indeque fieri potuiſſe, ut Sigebertus utramque confundens, ad harum priorem retulerit, quod ad poſteriorem erat referendum. Plura huc ſpectantia ibidem, ut jam monui, curioſus lector reperiet.* F

Verſus Flori de Sancti reliquiis Lugduni.

34 *Exſtant apud Mabillonium tom.* I *veterum Analectorum, pag.* 407 *Flori, Lugdunenſis eccleſiæ eodem ſeculo* 9 *diaconi, verſus de laudatis reliquiis ibidem aſſervatis, ex quibus cùm Cuperus eos ſolos retulerit, qui de SS. Sperato & Pantaleone agunt, oportet eos omnes hîc recenſêre. Sunt igitur tales:*

Hàc

A Hâc locuples Chriſti theſaurus conditur arcâ,
Purior argento, fulvo pretioſior auro,
Clarior & cuncta gemmarum luce micantûm.
Hîc nempe inſigni Doctor ſuaviſſimus ore,
Eximius Præſul, Martyr celeberrimus idem,
Lucifer ut nitidus magna Carthagine miſſus,
Emicat, & pulcra Cyprianus ſorte quieſcit.
Additur huic geminum radianti lumine ſidus,
Speratus martyr cum martyre Pantaleone,
Cujus cum capite hîc pollent ſacra oſſa priorum.
Quos pariter, Carolo Francorum principe, gaudens
Gallia ſuſcepit, Lybicis ditata talentis.
Hos igitur nobis oratio fida patronos
Efficiat, Chriſto ut cælis veniente coruſcis,
Martyribuſque ſuis diademata clara ferente,
Ipſorum meritis lux nos æterna receptet.

Mabillonii narratio correcta.

35 *Ex dictis collige, vera non eſſe, quæ Mabillonius tom.* 3 *Annalium Benedictinorum, ad annum* 856, *num.* 9 *ex libro de geſtis Sanctorum Rothonenſium in Britannia Minore narrat de* S. Cypriani *corpore poſt medium ſeculi* 9 *apud Carthaginem etiam quieſcente, ibidemque miraculis claro. Scribit enim, Frotmundum quemdam, no-*
B *biliſſimum inter Francos virum, ejuſque duos fratres, in pœnam cædis patrui ſui ab epiſcopis juſſos ferreis catenis brachia, lumboſque conſtrictos, loca ſancta in cinere & cilicio circumire, etiam in Africam perveniſſe ad ſepulcrum* S. Cypriani *epiſcopi & martyris*, qui (*verba ſunt ex laudato libro à Mabillonio excerpta*) ſecundo milliario ab urbe Carthaginenſi requieſcit juxta mare, ubi multæ virtutes & multa miracula à Domino ſæpiùs oſtenduntur. *Hæc, inquam, ſecundùm ſupra dicta vera eſſe non poſſunt; ſed vel de vacuo* S. Cypriani *ſepulcro accipienda ſunt, vel Frotmundus cum fratribus Lugdunum, non Carthaginem, acceſſiſſe dicendus eſt.*

Altera tranſlatio ex Adone vulgato,

36 *In Martyrologio Adonis Viennenſis, Roſweydi operâ edito, poſt verba num.* 31 *data refertur & altera ſancti Martyris noſtri oſſium tranſlatio, eodem ſeculo Caroli Calvi juſſu Lugduno Compendium facta. Sic autem in eo legitur:* Sed pòſt, interpoſito tempore, regnante glorioſo rege Carolo, Ludovici imperatoris filio, iterùm reliquiæ B. Cypriani ad monaſterium novum, quod idem rex auguſto opere conſtruxit in Compendio palatio ſuo, eo jubente, tranſlatæ ſunt. *Eadem in editione per Jacobum Moſandrum curata leguntur. Verum hæc Adonis non eſſe, ſed puro textui à quopiam addita, inter alios meritò ſuſpicatus eſt Cuperus ſuprà laudatus, tum quòd Ado*
C *nec ad diem* XVII *Julii, ubi occaſione Scillitanorum martyrum priorem tranſlationem memorat, nec in Chronico ſuo, de hac altera verbum ullum fecerit. Certe ad dictum Julii diem potiùs ſignificat,* S. Cypriani *oſſa, dum ſcriberet, Lugduni etiam quieviſſe. Verba ſubjicio:* Horum (*Scillitanorum martyrum*) reliquiæ cum oſſibus B. Cypriani, & capite S. Pantaleonis martyris, ex Africa in Gallias tranſlatæ, venerantur Lugduni in baſilica beatiſſimi Joannis Baptiſtæ. *Nihil quoque de ea habet Aloyſius Lipomanus in Elogiis Sanctorum, quæ ipſe ex Bononienſi Ms. codice Adonis tom.* 4 *Vitarum Sanctorum recenſuit; unde colligere licèt, illam ab eo codice pariter abfuiſſe.*

ſed hic non genuino,

37 *Sed & Dominicus Georgius in Annotationibus ad laudatum Roſweydianum Martyrologium, haud ita pridem ab eo recuſum, teſtatur, eamdem tranſlationem minimè reperiri in codicibus Vaticanis, quibus ad dictas annotationes faciendas uſus eſt. Videtur etiam Ruinartio aliquid de hujus loci ſuppoſitione ſuboluiſſe: nam cùm hic in Actis primorum martyrum, editionis Pariſienſis anni* 1689, *pag.* 203 *dixiſſet, tranſlationem illam in Adonis* Martyrologio ſincero *legi, in altera editione ab ipſo aucta & emendata, quæ Amſtelodamenſibus typis prodiit anno* 1713, *pag.* 205 *pro* ſincero *ſubſtituit* vulgato. *Sed quod ſuppoſitionem magis prodit, eſt annus S. Adonis emortualis, prout hic à Mabillonio tam in Actis Sanctorum Sec.* 4 *Benedictino, parte* 2, *pag.* 271, *quàm in Annalibus, tom* 3 *ad annum Chriſti* 875, *num.* 65 *figitur, collatus cum anno, quo Compendienſis eccleſia à Carolo Calvo dedicata eſt. Etenim, cùm Mabillonius locis citatis doceat, S. Adonem anno* 875 *obiiſſe; dedicationem verò memoratæ eccleſiæ in annum* 877 *incidiſſe, oſtenderimus ad hunc ipſum diem in Commentario hiſtorico de S. Cornelio Papa martyre,* § 13, *num.* 269, *conſequens fit, controverſa Martyrologii verba ipſius Adonis non eſſe, ſed poſt hujus mortem ab alio adjecta.*

AUCTORE C. S.

facta Lugduno Compendium

38 *Non Propterea tamen tranſlationem illam negare velim, cùm illud ipſum additamentum vetuſtum ſit, & aliunde confirmetur. De Com-*
E *pendienſi in Francia templo plura diximus in Commentario hiſtorico mox laudato, ibique oſtendimus, iſtud à Carolo Calvo conditum fuiſſe, ut ad Caroli Magni, avi ſui exemplum, qui Aquiſgrani inſignem baſilicam exſtruxerat, &* congerie quàm plurimâ reliquiarum *illuſtraverat, ipſe quoque Compendii ſimilem eccleſiam haberet. Ut igitur hunc in finem S. Cornelii corpus Româ allatum in ea honorificè depoſuit, ita etiam potuit* S. Cypriani *oſſa, quibus aſſervandis Carolus Magnus eccleſiam condere olim cogitaverat, eòdem pariter tranſtuliſſe, ut eam eccleſiam tanto theſauro ditaret. Itaque ex hac parte veriſimilis eſt iſta vulgati Martyrologii aſſertio, ſeu additamentum. Hiſce conſonant domeſticæ tabulæ Compendienſes, teſte Mabillonio tom.* 3 *Annalium, ad annum* 877, *num.* 94, *ac nominatim Martyrologium Ms., liberque Conſuetudinum ejus loci, in quibus ad Idus Martii legitur:* Apud Compendium ſuſceptio beatorum martyrum Cornelii & Cypriani.

per Carolum Calvum

39 *In eamdem ſententiam laudat Mabillonius citatus Bibliothecam Eccleſiaſticam Steinwchii, tom.* 2, *pag.* 25, *ubi legi aſſerit, Reſponſorium* CIVES APOSTOLORUM, occaſione tranſlationis
F corporum ſanctorum Cornelii & Cypriani apud Compendium, *compoſitum fuiſſe. Laudat præterea Caroli Simplicis & Ludovici Tranſmarini præcepta, in quibus, quæ Compendienſi baſilicæ data ſunt,* ſanctæ Dei Genitrici Mariæ, beatiſque martyribus Cornelio ac Cypriano *donari dicuntur. Clariùs loquuntur Rotbertus, ſeu Robertus Franciæ Rex, ejuſque conjux regina Conſtantia in Charta donationis eidem eccleſiæ anno* 1029 *factæ, prout ea exſtat apud eumdem Mabillonium lib.* 6 *de Re diplomatica., pag.* 582. *Ibi enim quædam donantur* Sanctæ Mariæ Compendienſis eccleſiæ,... & ſanctis martyribus Cornelio & Cypriano, in eadem eccleſia requieſcentibus. *Præmiſerat denique laudatus Benedictinus annaliſta* · Certè SS. Cornelii & Cypriani reliquiæ in una pretioſa capſa in Compendienſi eccleſia... aſſervantur. *De tranſlato in eumdem locum, aſſervatoque ibidem corpore ſimilia habet Maranus* § 34 *Vitæ*, ut Ado, *inquiens*, Viennenſis, & certiſſima ejuſdem monaſterii inſtrumenta teſtantur.

AUCTORE C. S.

Sed quid de Adone censendum sit, jam diximus; instrumenta verò ista num alia sint, quàm quæ Mabillonius laudavit, ignoramus.

ex variis instrumentis

40 Ruinartius quoque in Actis primorum martyrum, editionis Amstelodamensis, pag. 205 eadem per multa vetera, & quidem sincera ejusdem loci instrumenta confirmari affirmat, & lectorem ad Marlotum tom. 1 Metropol. Remensis, lib. 3, cap. 33 remittit; sed nec hic ullum hujusmodi instrumentum ibidem recitavit, laudavitque. Æquè incertum mihi est, an verum sit, quod Tillemontius art. 66 in S. Cypriano asseri ait, translationem illam à Carolo Calvo factam, ex ipsis fundationis ejusdem monasterii authenticis litteris demonstrari. Illud certum est, nullum hac de re vestigium exstare in ejusdem Caroli præcepto, quod Mabillonius velut pro illius loci constructione ab illo editum, & ex primigenio transumptum, exhibet in Appendice ad tom. 3 Annal., instrumento 24. Tillemontius item art. 17 in S. Cornelio, & Notâ 45 in S. Cypriano, suspicatus est, auctorem Vitæ, quem Pamelius Paulum diaconum esse credidit, in ea insinuâsse, utriusque sancti Martyris corpus jam tum in uno eodemque loco, Compendii scilicet, quieviſſe. Verba, quibus id ipsi dicere visus est, subjungo.

B

41 Sic ergò, ait scriptor laudatæ Vitæ, B. Cyprianus subsecutus est fide gloriosa S. Cornelium, eodem martyrii genere, eodem passionis die, licèt non eodem anno, devicto diabolo, triumphator migravit ad cælum. Et sicut scriptum est: Quomodò in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Ambo fide clari, ambo constantiâ invicti, ambo martyrio glorioſi. Nos ergò, fratres, oremus omnipotentem Deum pro sereniſſimo imperatore Carolo, quatenus, qui B. Cornelium Papam & martyrem de Romanis partibus ob munimen sui, cunctorumque fidelium, sibi proximari fecit, ac nos de tam magno patrono honoravit, per suffragia hujus inclyti martyris beatitudine perennis vitæ sibi concessa, Sanctorum omnium, quos venerabiliter excoluit, consortia adipisci mereamur perpetuò obtinenda. Ita ipse, nihil memorans de corpore S. Cypriani. Hinc apparet, Tillemontii conjecturam non alio niti fundamento, quàm quòd hi duo martyres non fuisse in morte separati dicantur, atque ea occa-

C

sione mox de S. Cornelii ossibus per Carolum, scilicet Calvum, Româ in Gallias translatis fiat mentio, ideóque videri possit hîc insinuari, ea apud S. Cypriani corpus jam pridem sub Carolo Magno in Gallias ex Africa advectum, jamque Compendii depositum, ut vulgo notum erat, collocata fuisse. Sed hæc debilis conjectura est, quæ S. Cypriani corporis ad Compendiensem ecclesiam translatione aliunde cognita fulcitur, non eam ex adductis verbis eruit.

& testimoniis

traditur: frustrare fragante Severtio:

42 Ut ut est, eamdem denique translationem asserunt Marlotus suprà laudatus, Saussayus ac Castellanus in suo quisque Martyrologio, Gallicano scilicet ac Universali, uti & hodiernum Parisiense Martyrologium & Breviarium, alterum ad hunc diem, alterum ad XVI hujus mensis, quo die S. Cyprianus seorsùm à Cornelio ibidem celebratur. Hisce adde Bucelinum, qui in Sacrario Benedictino ad diem XIV Septembris habet: SS. Cornelii & Cypriani potissima corporum pars Compendii. At verò Jacobus Severtius in Historia chronologica episcoporum Lugdunensium, in Leidrado § 5 negat, translationem illam ut veram admitti à Lugdunensibus, contenditque sancti Martyris corpus sub Carolo Magno Lugduni depositum, numquam inde postea avectum fuisse. Ut autem id persuadeat, producit partem epistolæ Stephani Charpini, presbyteri Lugdunensis, scriptæ ibidem anno Christi 1553, in qua is ejusdem Sancti reliquias suo tempore Lugduni etiam asservatas affirmat verbis, quæ subdo. Subiit verò, inquit, in mentem propter sacri corporis Cypriani reliquias, quas certò scimus in ecclesia Lugduni beneficio Caroli Magni, vera religione quàm maximi, in ea theca, quæ altari supereminet, repositas, festum ejus optimos quosque, sicut piè, ita & dignè colere. Et post pauca: Jam libenter proclamarem felicem ecclesiam Lugdunensem, quæ tantos heroas possidet, quanti sunt Irenæus, Cyprianus, Eucherius, quorum meritis amplissimis gaudet, atque hactenus præclara & illustris subsistit. Ita ibi.

D

alia difficultas soluta.

43 Verùm ista epistola tot aliorum testimonia elevare non potest, nec quidquam obstat, quo minùs de aliqua reliquiarum parte accipiatur: frustra enim Severtius ex eadem contendit, si quid ex Sancti corpore Compendium asportatum sit, id non nisi portionem aliquam & veritatis imaginem, nempe partem exiguam fuisse; neque etiam mihi satis verisimile apparet, Carolum Calvum, si Compendiensem basilicam suam S. Cypriani reliquiis illustrare voluerit, exili earumdem portione contentum fuisse. Mabillonius tom. 3 Annalium, ad annum 877, num. 94 alteram difficultatem adversùs Compendienses sibi objicit ex Anselmo monacho in Historia Dedicationis ecclesiæ S. Remigii, seu Concilii Remensis, ut alibi inscribitur. Ibi enim narrat Anselmus, Compendienses canonicos cum S. Cornelii corpore Remos accessisse, ut apud S. Leonem IX Papam de injuria sibi à nonnullis malevolis facta expostularent, quemadmodùm in S. Cornelio § 13 diximus; nec tamen de S. Cypriano mentionem faciens, tantùm ait: Excommunicavit denique (S. Leo) illos, de quibus proclamationem fecerant Compendienses clerici, propter quorum injustitiam illuc detulerant corpus sancti martyris Cornelii. Ad hæc respondet Mabillonius, Anselmum compendiosè locutum esse, unumque præ ceteris S. Cornelium Pontificem ac martyrem nominâsse: quod inde confici probat, quòd idem Anselmus ibidem præmiserit: Manè autem facto, susceptus est à domno Papa intra ecclesiam sanctus martyr Cornelius, quem cum aliis Sanctorum pignoribus Compendienses clerici illò detulerant &c. Ceterùm an eodem tempore utriusque Sancti corpora Compendium translata fuerint, magis dubium me reddit scriptor Translationis S. Cornelii, quam ex Ms. in hujus Commentario historico § 13 dedimus, cùm is de S. Cypriani reliquiis nullum ibidem verbum faciat.

E

F

Aliquot Sancti reliquiæ Rotnaci in Flandria,

44 Porrò quamvis Mabillonius, aliique laudati Benedictini, S. Cypriani corpus apud Compendienses mansisse velint, non desunt tamen, qui ejusdem saltem magnam partem inde Rotnacum, quod hodiernæ Flandriæ Austriacæ in antiquo Brachbanto ultra fluvium Scaldim oppidum est, jam antiquitus translatam esse asserant, ubi etiam hodiedum in collegiata canonicorum ecclesia gemino quotannis Officio celebratur; nempe primùm ad diem IV Julii in festo translationis reliquiarum SS. Cornelii & Cypriani martyrum pontificum, ac S. Cælestini Papæ confessoris: deinde verò ad XIV Septembris, qui SS. Cornelii ac Cypriani natalis est. De hac ecclesia, de pervetusta S. Cypriani lypsanotheca ibidem asservata, de reliquiarum, in arce Pamellana depositarum,

ab

A *ab hæreticis profanatione, ceteriſque huc ſpectantibus, toto § 15 Commentarii Hiſtorici de S. Cornelio latiùs egimus, ut, niſi eadem repetere velimus, nihil hìc præterea addendum ſit.*

& in abbatia Ninovienſi aſſervatæ.

45 *In eodem Commentario § 16 diximus, Ninovienſem abbatiam, Ordinis Præmonſtratenſis in Flandria ac diœceſi Mechlinienſi, ſuas quoque SS. Cornelii &* Cypriani *reliquias venerari, quas antiqua loci traditio ibidem relictas fuiſſe refert, dum Rotnacenſes ſuas Indâ acciperent. Incertum porrò eſt, utrùm hæc ea ipſa ſit tranſlatio, de qua Jacobus Mejerus in Annalibus Flandriæ ad annum 1160 ſic ſcribit:* Tranſlatum eodem anno Calend. Junii Rothnaci corpus divi Cypriani, epiſcopi & martyris, cui interfuit tranſlationi Arnulphus abbas Einhamenſis. *Vide dicta in citato Commentario § 15, num. 304, & § 16, num 316. Unum hìc addo Cornelii van Geſtel teſtimonium in ſua Hiſtoria ſacra & profana Archiepiſcopatûs Mechlinienſis, tomo 2, pag. 199 & ſeqq., ubi legitur:* A pluribus ſeculis ad eccleſiam abbatialem frequentiſſimus ſemper fuit, & hodie perſeverat concurſus epilepticorum, ſeu morbo caduco & aliis infirmitatibus laborantium, qui ad reliquias ſanctorum martyrum atque pontificum Cornelii & Cypriani, ut authentica probant teſtimonia, integram ſanitatem conſecuti ſunt, & conſequuntur.

B

item aliquæ Venetiis, aliæ Ochſenfurti,

46 *Sunt & alia loca varia, in quibus aliquæ* S. Cypriani *reliquiæ aſſervari dicuntur, ſive iſtæ re vera Sancti noſtri ſint, ſive alterius cognominis. Inter ceteros Baronius tom. 9 Annalium ad annum 806 cùm retuliſſet ſacri corporis ex Africa in Gallias tranſlationem, ſubdidit:* Locupletatæ ſunt tunc & Venetiæ eodem theſauro S. Cypriani reliquiis, quas legati (*Venetorum, ut præmiſerat*) redeuntes, à Carolo (*Magno*) dono acceptas in patriam detulerunt, quibus à Venetis erecta eſt in Murano nobilis S. Cypriani memoria, quæ hactenus perſeverat. *Ita ipſe, ſed nullum teſtem laudans. Ab eodem imperatore aliquam quoque portionem Egilwardo epiſcopo Wirceburgenſi donatam fuiſſe, ſuſpicatur Joannes Georgius ab Eckhart tom. 2 Franciæ Orientalis, ad annum 806, num. 39, rationem hanc allegans:* Nam ab Humberto epiſcopo (*pariter Wirceburgenſi*) poſtea reliquiæ SS. Cypriani & Sebaſtiani Ochſenfurtum ad Mœnum tranſlatæ, & eccleſia hujus loci à Gozbaldo preſbytero adhuc * conſtructa; in honorem horum Sanctorum dedicata eſt. Scimus hæc ex Martyrologio Bedæ (*auctò ſcilicet*) ſeculo nono exarato, quod in bibliotheca eccleſiæ cathedralis aſſervatur. In eo ad diem IV Non. Novembris legitur: „Dedicatio eccleſiæ Gozbaldi ad Ochſono„furt in honore ſanctorum martyrum Cypriani „& Sebaſtiani ab Humberto epiſcopo venerabili„ter celebrata.„

C

* *fortè:* ad hoc

Moiſſiaci & alibi honoratæ dicuntur,

47 *De eadem eccleſia, ejuſque dedicatione per Humbertum facta, ac depoſitis in ea* S. Cypriani *reliquiis denuò meminit ad annum 835, num. 41; verùm hìc ſuſpicari maluit, eas ab ipſo Gozbaldo, tum archicancellario Ludovici I Germaniæ regis, & abbate Altahenſi, poſtmodùm Wirceburgenſi epiſcopo, obtentas fuiſſe, dum is cum laudato rege Lugduni moraretur. Bollandus noſter tom. 1 Februarii in Annotatis ad Vitam S. Sori eremitæ, pag. 200, litt. b aliquas Moiſſacum in provincia Cadurcenſi allatas fuiſſe; ſed id pariter ſine teſte affirmat. Item alias Pariſiis in eccleſia cathedrali S. Mariæ Virginis, aliaſque in Vallis gratiæ abbatia virginum Ordinis S. Benedicti aſſervari aſſerit Bailletus in Vitis Sanctorum ad diem XVI Septembris in* S. Cypriano. *Sed & inſigne ejuſdem Sancti os Monaſteriolo S. Auſtrebertæ, quod virginum Benedictinarum in diœceſi Ambianenſi parthenon eſt, vulgò* Sainte Auſtreberte le Montrueil, *attribuit Martinus L'Hermite in Hiſtoria Sanctorum territorii Inſulani, Duaceni & Orchienſis, Gallicè edita, ubi de ejuſdem Sancti cultu in Hem, qui Inſulani agri locus eſt, tractat, de quo conſuli poteſt Commentarius hiſtoricus de S. Cornelio, § 16, num. 318.*

ex quibus fortè aliquæ alterius Cypriani ſunt.

48 *Ibidem pariter num. 321 & ſeq. ex ſcriptore anonymo Hiſtoriæ patriarcharum Bituricenſium relatum eſt, alias præterea cujuſdam* S. Cypriani *reliquias à quodam illuſtri comite ſub finem ſeculi XI unà cum S. Cornelii reliquiis Româ in Franciam delatas, & in exſtructa* in Aurelianenſi territorio *cœnobio, quod* Corneliacum *appellârunt, depoſitas fuiſſe. At ſimul monuimus; id de* S. Cypriani *noſtri oſſibus minimè veriſimile eſſe, cùm ipſius corpus Romam numquam tranſlatum fuerit. Quam ob rem, ſi vera narret laudatus ſcriptor, crediderim illa de alterius* S. Cypriani, *Antiocheni ſcilicet, ſeu Nicomedienſis martyris, reliquiis accipienda eſſe, cujus ſacrum corpus in eam Urbem à nautis tranſvectum fuiſſe legitur in hujus ac Juſtinæ virginis martyris Actis, quæ habes in Theſauro novo Anecdotorum Martenii & Durandi tom. 3, col. 1645, ut non ſemel ſuprà monuimus, dum obſervavimus, hunc ſanctum cognominem martyrem cum Carthaginenſi Epiſcopo à S. Gregorio Nazianzeno, aliiſque confuſum fuiſſe. Denique in Indenſi abbatia prope Aquiſgranum, ex qua nonnulli ſuas Sancti reliquias accepiſſe arbitrantur, ut ſuprà dictum eſt, ejuſdem verticem capitis, ſeu ſupremam cranii partem aſſervari, notat Joannes Nopelius in Chronico Aquiſgranenſi, Coloniæ Agrippinæ anno 1632 excuſo: addit tamen id non clarè probari. Æquo longior ſim, ſi loca omnia, quæ ſancti Martyris noſtri reliquiis gloriantur, recenſere velim; ideóque pluribus de hoc argumento referendis ſupерſedeo.*

D

E

CAPUT IV.

F

Sancti Opuſcula, exceptis, quæ de hæreticorum baptiſmate tractant, magni ſemper habita: quædam alia ipſi fortè adſcribenda, alia perperam attributa.

Sancti Opera ſemper magni facta,

QUanti S. Cypriani *ſcripta Eccleſia Catholica ſemper fecerit, luculenter demonſtrant ſanctorum Patrum, ac nominatim Hieronymi, Auguſtini ac Gregorii Nazianzeni præclara teſtimonia, quæ ad ſingula ipſius Opuſcula ſecundùm ſuum quæque, ut viſum nobis eſt, tempus relata, per Commentarii decurſum recenſuimus. De Opuſculorum quoque variis argumentis ſatis multa diximus, ut nihil de his ampliùs hìc addere neceſſe ſit. Id unum tamen ex S. Hieronymi epiſtola 49, aliàs 13, ad Paulinum obſervâſſe juverit, cur*

AUCTORE C. S.

cur ſanctus Martyr inter tam multa fidei ac morum argumenta, quæ tractavit, nullam de ſacra Scriptura lucubrationem ediderit, quamvis illum in hac verſatiſſimum fuiſſe, cetera ejuſdem Opera probent. Beatus Cyprianus, *inquit S. Hieronymus laudatus*, inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus; & quum totus ſit in exhortatione virtutum, occupatus perſecutionum anguſtiis, de Scripturis divinis nequaquam diſſeruit. *Et certè, quæ de perſecutionis Decianæ atrocitate, de lapſorum cauſa, de nonnullorum confeſſorum intemperanti facilitate atque audacia, de ſchiſmatum hæreſumque ortu, variiſque tam amplæ diœceſis negotiis, in Commentario prævio diſſeruimus, ſatis manifeſtant, non multum ipſi otii ſuperfuiſſe, quo ad ſacras Litteras commentandas uteretur.*

& à Gelaſio probata

50 *Porrò Eccleſiæ judicio inhæſit S. Gelaſius I Papa, dum in concilio Romano canonem texens librorum, quos Eccleſia ſuſciperet, quoſque contrà reprobaret, primo poſt divinam Scripturam & concilia loco* Opuſcula B. Cypriani martyris & Carthaginenſis epiſcopi *ſuſcipienda decrevit, prout apud Labbeum tomo 4 Collectionis Conciliorum, col. 1262 videre eſt. Verùm ibidem col. 1265 etiam inter libros apocryphos recenſentur pariter* Opuſcula Tatii (*vel* Tarſi) Cypriani, apocrypha: *nec dubium eſt, quin pro* Tatii, *vel* Tarſi, *legendum ſit*, Thaſcii *vel* Taſcii, *uti legit Harduinus in ſua item editione Conciliorum, tom. 2, col. 942. Sed cùm dici nequeat, eadem Opuſcula ab eodem Pontifice, in eodemque decreto, modò probata, modò rejecta fuiſſe, neceſſe eſt hic aliquod mendum cubare. Eminentiſſimus Baronius tom. 2 Annalium, ad annum 261, num. 46 cenſuit, poſteriorem locum tantummodò accipiendum eſſe de tractatibus pro rejiciendo hæreticorum baptiſmate ab illo conſcriptis, quos in unum volumen collectos &* Opuſculorum *titulo inſignitos fuiſſe opinatus eſt.*

B

præter ſcripta de hæreticorum baptiſmo,

51 *Contrà Tillemontius, Notâ 52 cum nonnullis aliis contendit, nullum è* S. Cypriani *Opuſculis in laudato decreto reprobatum fuiſſe, & pro ſuppoſititiis habenda eſſe, quæ in contrariam partem ex Labbeo retulimus. Suppoſitionis autem manifeſtum indicium allegat adjectum nomen* Taſcii *parùm uſitatum, & in* Tatii *deformatum*; quaſi, *inquit*, ipſa impoſtura erubuerit damnare magnum Cyprianum, credique voluerit, non hunc, ſed alium quempiam eſſe, quem cenſurâ notaret. *Præterea alterum ſuppoſitionis indubitatum ſignum ait eſſe, quòd apud Gratianum ejuſdem Sancti Opuſcula inter eos ſolùm libros in eodem decreto referantur, quos Eccleſia non reprobat, ſed admittit. Attamen non modò in Labbei ac Harduini editionibus, ſed etiam in antiquiſſimo Florentino, ex quo Joſephus Blanchinus, & in Palatino-Vaticano, ex quo Juſtus Fontaninus idem decretum ediderunt, ſic legitur, ut tom. 4 Anaſtaſii Bibliothecarii, inter Prolegomena, pag. LXI & ſeqq. videre eſt, in quorum altero etiam* Taſſii, *in altero* Tarſi *pro* Tatii *ſcriptum eſt.*

C

quæ apocryphis meritò annumerantur.

52 *Porrò parùm refert, utrùm ea cenſura ſuppoſititia ſit, an ſincera; cùm aliunde conſtet, S.* Cypriani *Opuſcula in pretio ſemper habita fuiſſe ab Eccleſia Catholica, exceptis tamen iis, quæ de hæreticorum baptiſmatis inanitate conſcripſit, & in quibus errorem tutatus eſt, à S. Stephano jure reprehenſum, ac deinde ab univerſa Eccleſia ante S. Gelaſii Pontificatum jam reprobatum; ut minimè mirum videri debeat, ſi hic ea inter apocrypha rejecerit, imò potiùs mirandum, ſi ipſius Opuſcula generaliter admiſiſſet, erroneis illis non expreſsè exceptis. Nec propterea tamen magnum* Cyprianum *damnâſſe, ſed ejuſdem errorem proſcripſiſſe dicendus eſſet; quem Sanctus ipſe ex dictis in Commentario revocâſſe credendus eſt, & ante Gelaſium jam proſcripſerat Eccleſia. Ceterùm facilè potuit in cenſuram iſtam mendum aliquod irrepſiſſe, nam & nimis generalis eſt, & Baronii interpretatio ad minimùm valde incerta. Sed nec genuinam puto lectionem, quam Harduinus ſecutus eſt; ſecundùm quam inter libros, quos Gelaſius admittit, recenſentur* Item Opuſcula B. Cypriani martyris, & Carthaginenſis epiſcopi in omnibus recipienda. *Parùm quoque accuratè Natalis Alexander Hiſt. Eccleſ. Sec. 3, cap. 4, art. 4 ſcripſit, quaſi omnia Sancti Opera propter eumdem errorem à Gelaſio rejecta fuiſſent. Sic enim ibid. num. 15 habet:* In S. Cypriani Operibus cavendus eſt error de rebaptizandis hæreticis, propter quem unum Gelaſius in Romana ſynodo ea in apocryphorum cenſum retulit.

D

Incertum eſt, an liber de Spectaculis

53 *Præter Opera, quæ genuinos* S. Cypriani *fœtus eſſe, apud omnes conſtat, nonnulla alia illius nomine in Mss. editiſque libris circumferuntur; quorum aliqua dubia ſunt, alia ipſi certè afficta, de quibus hîc paucis agam, ſecutus ordinem, quo ea in Baluziana editione Veneta recenſentur. In primis occurrit* de Spectaculis *liber inſignis, nec* Cypriano *indignus, cui eum etiam multi adſcripſerunt. Favet his tum ipſa libri inſcriptio:* Cyprianus plebi in Euangelio ſtanti ſalutem; *tum perſona ſcribentis, qui ſeſe velut aliquem præſulem ab eccleſia ſua abſentem exhibet, & cui ægrè eſt, quòd nec coràm, nec quotieſcumque lubet, per litteras ſuos alloqui poſſit: quod in ſanctum Epiſcopum noſtrum vel in ſeceſſu latentem, vel exſulantem Curubi rectè convenit. Favent deinde temporis notæ: nam & vigente paganiſmo ſcriptus eſt, & de uſitato tunc more ſanctiſſimæ Euchariſtiæ à fidelibus domum ſuam ex eccleſia deferendæ, deque exorciſmis tum frequentibus meminit; quæ eadem illius ætate Carthagine viguiſſe, in Commentario vidimus. Favet denique, quòd hujus Opuſculi auctor Tertulliani libros de Spectaculis hinc & inde imitatus ſit, quos Sancto noſtro familiares fuiſſe, etiam alibi diximus.*

E

S. Cypriano adſcriptus,

54 *Sed & ſtylus libri ad Cyprianeum non parùm accedit, ut nonnullis eruditis non niſi perparùm ab illo diſcrepare videatur. Fatendum tamen eſt, hanc ſtyli differentiam minimè dubiam eſſe* Cyprianum *legere aſſueto. Neque etiam reperire hîc eſt eam dicendi vim & efficaciam ipſi tam propriam, nec ſacrorum textuum uſum, quo in Operibus ſuis mirum in modum excelluit. Adde, quòd præter* Cypriani *nomen nihil in eo Opuſculo legatur, quod hoc ad Carthaginenſes potiùs, quàm ad alterius eccleſiæ fideles conſcriptum fuiſſe ſuadeat. Imò verò, cùm auctor de ludorum in Urbe Roma, non alibi origine meminerit, & poſt multa ſub finem Operis gregem ſuum ad dignum Chriſtianis ſpectaculum, mundi ſcilicet fabricam, ſacraſque Litteras, provocans, dicat:* Hoc eſt ſpectaculum, quod non exhibet prætor aut conſul, ſed qui eſt ſolus & ante omnia, & ſuper omnia, immò ex quo omnia, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti *&c.; cùm, inquam, hæc ibi dicat, ſuſpicio eſſe poſſet, hunc librum ad Romanos potiùs, quàm ad Carthaginenſes ſcriptum fuiſſe; cùm hi non* conſulem, *ſed* proconſulem *haberent, ideóque hic, non ille, nominandus fuiſſe videatur. Quod verò ad* Cypriani *nomen attinet, potuit hoc à librario, qui librum ipſius eſſe opina-*

F

ba-

A batur, adscribi. Itaque Opusculum hoc inter dubia S. Cypriani relinquendum existimamus, donec in alterutram partem aliquid certius productum fuerit.

tati & liber de Laude martyrii

55 Præclarum pariter Opus est liber de Laude martyrii, stylo oratorio, magisque elaborato, quàm indubitata Sancti Opuscula, si epistolam ad Donatum excipias, conscriptus. Erasmus, & post hunc Joannes Fellus & Elias Du Pin, illum propterea S. Cypriano abjudicârunt, & cujusdam otiosi oratoris fœtum esse censuerunt. Contrà Baronius tom. 2 Annal. ad annum Christi 255, num. 37 & seq., Erasmum ob solam styli differentiam sic censurantem graviter reprehendit, & ex S. Augustino lib. 4 de Doctrina Christiana, cap. 21 probat, S. Cyprianum non eodem semper scribendi genere usum fuisse; sed modò submisso, ut in libro seu epistola 63 de Calice Domini ad Cæcilianum, modò temperato, ut in libro de Disciplina & Habitu virginum, modò etiam grandi, ut in hoc eodem libro, dum res ita posceret, ab eo factum esse, S. Augustinus ibidem observat. Idem Fellus Opusculum hoc inde præterea oppugnat, quòd de lue tum grassante in eo fiat men-

B tio, & tamen Moysi & Maximo & ceteris confessoribus inscriptum sit: nam cùm S. Moysem sub Decio anno 251 martyrio coronatum constet, pestem verò Fellus, imperante Gallo primùm exortam esse statuat, hinc infert librum illum esse scriptoris de rebus ab ætate sua remotis parùm instructi.

ad S. Moysem & socios confessores,

56 Ad hæc reponi potest cum Tillemontio, non probari, pestem illam sub Gallo primùm exarsisse, licèt tum acerbiùs grassata fuerit, ut etiam nos alibi observavimus; atque adeò ex hoc capite laudatum librum S. Cypriano abjudicari non posse. Baluzius in Annotatis alio responso utitur, negando scilicet libri inscriptionem Moysi & Maximo in plurimis codicibus optimis & vetustissimis, quos habuerit, reperiri; asseritque, in his tantùm simpliciter præmitti: Incipit de laude martyrii, vel aliquid simile. Hinc ipse in editione sua priorem illam inscriptionem, velut ab alio additam, prætermisit. Eamdem à tribus codicibus antiquis pariter abesse Joannes Fellus testatur. At necesse non est hùc recurrere, cùm S. Moysis, Maximi, Nicostrati, ceterorumque confessorum Romanorum epistola, quæ 26 est inter Cyprianicas,

C minimè inane argumentum præbeat, pro eodem libro sancto Martyri vindicando, quod Eminentissimus Bellarminus libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, in S. Cypriano haud dubiè insinuavit, dum ait, memoratos confessores in prædicta epistola de ea mentionem facere. Rem ipsam expono.

in Romano carcere detentos,

57 Confessores illi in epistola ista sua responsoria ad S. Cyprianum inter cetera hæc scribunt: Percepimus igitur, iterùm dicimus, frater Cypriane, magna gaudia, magna solatia, magna fomenta, maximè quòd & glorioſas martyrum, non dicam mortes, sed immortalitates glorioſis & condignis laudibus prosecutus es. Tales enim excessus talibus vocibus prosequendi fuerunt, ut, quæ referebantur, sic dicerentur, qualiter facta sunt. Ex tuis ergò litteris vidimus glorioſos illos martyrum triumphos, & oculis nostris quodam modo cælum illos petentes prosecuti sumus, & inter angelos ac potestates, dominationesque cælestes constitutos contemplati sumus. Sed & Dominum apud Patrem testimonium suum illis promissum perhibentem auribus nostris quodam modo sensimus. Certum igitur est, S. Cyprianum martyrum in cœlis gloriam, Christique apud Deum

Patrem testimonium inter alia ipsis proposuisse, ut AUCTORE eosdem ad martyrium vehementiùs excitaret. Jam C. S. verò geminam quidem sancti Martyris ad eosdem epistolam habemus, quarum altera 15, altera 25 est in editione Baluzii Veneta, quâ utimur; sed quamvis utraque quædam sit ad eumdem agonem exhortatio, in neutra tamen cælestis gloria martyrum aut Christi testimonium memoratur, ideóque aliud quoddam ejusdem Sancti Opusculum verbis præcitatis eos designâsse necesse est.

S. Cypriani sint,

58 Atqui utrumque istud in laudato libro de Laude martyrii occurrit. In primis de Christo apud Patrem suum testante ait: Et ut de ceteris taceam, hoc nos utique magis debet hortari, quòd confessio vocis unius Christi perpetua confessione fervetur, sicut scriptum est: „ Qui me „ confessus fuerit in terris coram hominibus, & „ ego confitebor eum coram Patre meo, & co„ ram angelis ejus. De martyrum quoque gloria ibidem multis disserit, & sub finem denique ait: O beati, quos à primordio mundi Domini Sanguis infecit, & quos meritò splendor iste niveî amictûs induerit, & candor stolæ ambientis ornârit! Videor denique ipse mihi jam cernere, proque arbitrio mentis humanæ ante oculos & aspectum divinum illud mihi & insigne concurrit; E videor, inquam, mihi jam cernere, ut ille verè nobilis numerus Christi sui gloriam, iterque comitetur. Ibit ante ora ejus felix caterva victorum, & se densantibus turmis, velut solis exortu totum illuminatum agmen inferet potestatem: & utinam perabjecto mihi istud videre contingat! Hæc, aliaque, quæ studioſus lector confessorum epistolam cum laudato libro conferendo deprehendet, magnam suspicionem movent, hunc ab illis lectum fuisse.

an auctoris ignoti.

59 Hinc laudatus Cardinalis Bellarminus illum inter dubia S. Cypriani Opera recensuit, non quòd illum talem judicaret, sed quòd Erasmus de eo dubitâsset. Sed nec stylum à ceteris illius Opusculis dissidere arbitratus est, nisi quòd magis elaboratus sit, quàm alia, sed non magis, quàm omnia; cùm epistola ad Donatum huic minimè cedat. Pro eodem sancto Martyri asserendo etiam observat Baluzius in Annotatis, illum ubique in omnibus codicibus antiquis (inter quos unum Seguierianum, litteris majusculis ante mille annos scriptum numerat) reperiri constanter inter ea Opera S. Cypriani, quæ nullam habent difficulta- F tem, quin sint Cypriani. Præterea laudat Flori Lugdunensis Excerpta ex Operibus S. Cypriani, in quibus varios locos ex eodem libro occurrere ait, cùm tamen cetera omnia certè Cypriani sint. Diffiteri tamen non possumus, quin præter diversitatem styli hinc & inde etiam nonnullæ phrases obscuriores in eo legantur, quas in Sancti Operibus indubitatis non facilè reperire est. Sed & in inferorum pœnis commemorandis morem gentilium non nihil sequitur, quod haud scio, an S. Cyprianum satis sapiat. Itaque, licèt multùm propendeam, ut laudatum librum ipsi adscribam, id tamen certò facere non ausim. Censuerunt quidem primùm Lovanienses ac deinde etiam Parisienses Operum S. Augustini editores, eumdem librum à sancto doctore in lib. 1, cap. 30 contra Gaudentium citari; sed quæ ipse ex S. Cypriano ibi memorat, propriè ac multò expressiùs habentur in epistola ad Donatum.

Liber de Rebaptismate, Cypriani non est: dubii sunt

60 Liber de Rebaptismate, qui in editione Baluziana sequitur, S. Cypriani certè non est, sed vel adversùs ipsum, dum de baptizandis hæreticis contenderet, scriptus, ut multis eruditis

AUCTORE C. S.

videtur, vel, ut alii volunt, contra eumdem errorem postea exaratus. Librum de Disciplina & bono pudicitiæ, *ac item alium* ad Novatianum hæreticum *de spe veniæ lapsis non neganda, quos Baluzius inter Opuscula* S. Cypriano *vulgò adscripta primo loco recensuit, Bellarminus ac Pamelius genuinos ejusdem fœtus esse censuêre contra Erasmum, aliosque, qui illos propter styli dissimilitudinem eidem abjudicârunt. Quod ad primum attinet, auctorem is certè habuit episcopum à grege suo absentem, quique eum continuis exhortationibus ad virtutum studia excitare solebat, prout ex ipso libri exordio indubitatum est. Scriptum esse persecutionum temporibus etiam colligere licet, dum in eo dicitur :* Persecutionem non potest timere (*virginitas*;) dum illam de securitate potest provocare. *Hinc Pamelius opinatus est, in secessu sub Decio editum esse : verùm hoc parùm verisimile est, cùm Pontius illius non meminerit, qui ex Operibus à Sancto editis utilitatem secessûs ejusdem tam studiosè commendavit, ideóque sine dubio maximè commemorâsset librum in ipso secessu conscriptum.*

B *liber de Disciplina & bono pudicitiæ,*

61 *Præter styli discrepantiam Tillemontius Notâ 28 in eo præterea deprehendisse sibi visus est aliquem de divina gratia locum, ex quo scriptor S. Augustino posterior judicari posset, nisi de persecutione ibidem fieret mentio, quam tamen ipsam ad Vandalos aliosve hæreticos forsan pertinere suspicatus est. Verùm ad hæc rectè reposuit Maranus, minùs probabilem esse hanc conjecturam, cùm in indubitatis* S. Cypriani *Operibus multò plura ejusmodi, ac fortè expressiora de divina gratia testimonia occurrant. Ceterùm notat Pamelius, librum hunc tum in insigni & vetusto codice Carthusiæ Colonienſis, teste Gravio, tum in codicibus Ludovici Carrionis, & S. Pantaleonis Coloniæ,* S. Cypriano *inscribi, auctorem verò multùm imitatum esse Tertullianum in libro de Pudicitia, & ex eo plurima transumpsisse : quod ad stylum autem spectat, ejusmodi breves sententias & enthymemata etiam in libro de Disciplina & habitu virginum reperiri, & ubicumque sanctus Antistes Tertullianum imitatus est. Illud certum est, præter styli dissimilitudinem, quo non semper eodem Sanctus usus est, nihil obstare, quo minùs ipsi adscribatur.*

& liber ad Novatianum,

62 *Alterum, qui ad Novatianum scriptus est liber, ob similem dictionis differentiam Erasmus, Tillemontius, aliique, alteri auctori adscribendum judicârunt, cetera nec* S. Cypriano *indignum,*

C *nec ab illius ætate remotum esse confessi. Certè auctor, qui in ipso libri exordio sese episcopum esse prodit, non nisi unam post eam, quam Decius suscitaverat, persecutionem memorat, in qua posteriore multos, qui in prima ceciderant, invictos stetisse asseverat. Quam ob rem Maranus eum post persecutionem Galli in pacificis Valeriani imperii primordiis scripsisse meritò autumavit. Eumdem Afrum fuisse, passim colligunt neoterici, quòd ad Felicissimi schisma, in Africa ferè unicè notum, alludere videatur, dum ait :* Quid ad ista respondeant perversissimi Novatiani, vel nunc INFELICISSIMI pauci? *S. Cornelii opus non esse, ut Erasmus suspicatus est, suadent ista ejusdem verba :* Sacramentum baptismatis, quod in salutem generis humani provisum, & soli Ecclesiæ cælesti ratione celebrare (*Christus*) per os suum præostendit. *Hæc* S. Cypriani *errorem de hæreticorum baptismo olent, à quo S. Cornelius remotissimus semper fuit.*

63 *At verò Maranus præter styli dissonantiam aliud quidpiam in eodem advertisse censet, ob quod sancto Martyri tribui non possit. Librum auctor sic exorsus est :* Cogitanti mihi, & intolerabiliter animo æstuanti, quidnam agere deberem de miserandis fratribus, qui vulnerati non propria voluntate, sed diaboli sævientis irruptione, adhuc usque, hoc est, per longam temporum seriem agentes, pœnas darent; ecce ex adverso ortus est alius hostis, & ipsius paternæ pietatis adversarius, hæreticus Novatianus *&c. Et rursus postquam dixisset, multos ex iis, qui in* prima acie, id est, Deciana persecutione, vulnerati fuerunt, ... postea, id est, secundo prœlio ... fortiter perseverâsse, *subjunxit :* Ecce, quàm gloriosos, quàm Domino caros, schismatici isti ligna, fœnum, stipulam appellare non dubitant, quorum pares, hoc est in eodem crimine lapsûs sui adhuc usque constitutos, nec ad pœnitentiam admittendos esse præsumunt. D *quem Maranus*

64 *Ex hisce verò Maranus duo infert : primum, auctorem libri episcopum fuisse, qui molestè ferebat, Novatianum sibi in lapsis pœnitentibus humaniter tractandis impiè adversari. Alterum, eumdem auctorem, dum scriberet, nondum pacem concessisse iis, qui sub Decio lapsi fuerant; atque adeò hunc* S. Cyprianum *non esse, quem constat, imminente Galli persecutione, in concilio Carthaginensi pacem lapsis, etiam ante expletam totam pœnitentiam, dandam esse decrevisse, ne persecutioni succumberent. Nec inanis est hæc Marani argumentatio; non tam certa tamen, quàm ipsi visa est. Nam primò quidem, quod priori loco de pœnitentia* per longam temporum seriem *producta legitur, ad litteram accipi non potest, nisi quis dicere voluerit, Novatianum hæresim suam sub Valeriano primùm spargere cœpisse, aut certè hujus rei notitiam tum tantùm ad auctorem libri pervenisse; quorum neutrum dici potest. Non primum, quia ex Commentario prævio constat, illum sub Decio unà cum schismate hæresim suam excitâsse. Non etiam secundum, quia nulla verisimilis ratio produci potest, ab quam episcopus Afer, qualem Maranus auctorem libri fuisse admittit, Novatiani hæresim, in Africa notissimam, & in concilio Carthaginensi damnatam, tamdiu ignorare potuerit. Videtur itaque scriptor de tempore minùs exactè locutus, & ista :* Adhuc usque, hoc est, per longam temporum seriem, *non ad Valeriani, sed ad Galli imperii primordia referenda esse.* *Sancto abjudicandum esse nova observatione sua* E

65 *Sed neque ex secundo textu certò inferri non evincit-*
potest, quod inde intulit Maranus; auctorem scilicet, dum scriberet, nondum pacem concessisse lapsis sub Decio. Non enim hanc ipsis à se datam inficiatur, sed eam hujusmodi pœnitentibus ad id usque tempus à Novatiano, ejusque asseclis tam duriter negatam esse affirmat, ut, si horum judicio standum esset, ne ad pœnitentiam quidem etiam tunc lapsi pœnitentes admittendi essent, Non satis quoque verisimile est, eumdem auctorem, jam imperante Valeriano, etiam cogitâsse, quid lapsis pœnitentibus agendum esset, cùm jam inde sub Decio in Carthaginensi æquè ac in Romano concilio decretum fuisset, lapsos ad pœnitentiam plenam, & hâc expletâ ad pacem admittendos esse; ac deinde præterea in altera Carthaginensi synodo, imperatore Gallo, statutum, ut propter instantem persecutionem lapsi omnes, qui à primo die lapsûs sui pœnitentiam agere cœperant, nec ab Ecclesia recesserant, eadem pace mox impertirentur. Quam ob rem, si episcopus ille Afer tum etiam reipsa cogitaverit, quid de lapsis facere deberet, F

di-

A *dicendus est de iis loqui, qui posteriori decreto non comprehenderentur : & hac ratione tota difficultas evanescit, cùm hujusmodi deliberatio aquè in* S. Cyprianum, *quàm alium quemcumque cadere potuerit. Marani igitur observatio magis quidem dubium facit, an laudatus liber non potiùs alteri, quàm* S. Cypriano *adscribendus sit, sed huic certò abjudicandum esse, non evincit.*

Alia Opuscula,

66 *Sequuntur deinde apud Baluzium varia Opuscula,* S. Cypriano *olim pariter adscripta, quæ ipsius non esse, eruditi critici satis consentiunt. Ex his liber* de Aleatoribus *cujusdam Romani Pontificis potiùs esse videtur, cùm auctor initio scribat:* Quoniam nobis divina & paterna pietas Apostolatûs ducatum contulit, & vicariam Domini sedem cæleſti dignatione ordinavit, & originem authentici Apostolatûs, super quem Christus fundavit Ecclesiam, in superiore nostro portamus, accepta simul potestate solvendi ac ligandi, & curatione peccata dimittendi. *Secundò librum* de Montibus Sina & Sion, *duasque sequentes Orationes, unam* pro Martyribus, *alteram* sub die passionis ejus *dictam,* S. Cypriani *nostri non esse similiter convenit; sed horum primus ignoto auctori,* B *posteriores verò duæ S. Cypriano Antiocheno, seu Nicomedienſi martyri solent attribui : utrùm rectè non examino.*

stylo soluto & ligato,

67 *Baluzius post Arnoldi abbatis Bonæ-vallis in diœcesi Carnutensi, qui circa medium seculi* 12 *floruit, tractatum de novissimis Domini in cruce verbis, subjicit librum* ad Cornelium Papam de cardinalibus operibus Christi usque ad ascensum ejus ad Patrem, *quem Pamelius* S. Cypriani *esse posse censuit, etsi fateatur, argumenta sibi deesse, quibus id confirmet. Sed oppositum jam ostendit Eminentissimus Bellarminus, cujus argumenta nil opus est hîc retexere, cùm hodiedum ei planè consentiant eruditi, & ex codicibus Mss. laudato abbati Arnoldo ab iisdem jam adjudicetur. Carmina,* Genesis & Sodoma *inscripta* Cyprianum *auctorem habere idem Pamelius arbitratus est, eò quòd à Georgio Fabritio ac Morelio & in codice Ms. bibliothecæ Victorinæ apud Parisios ipsi tribuantur; quodque aliquot phrases Cypriauicas in iisdem deprehendisse sibi videretur. Verùm hæ rationes exigui momenti sunt, neque memorata carmina sancto Martyre sat digna sunt, & ignoti cujusdam auctoris esse rectius creduntur.*

C *Nihil pariter suadet, alterum item Carmen ad Senatorem ex Christiana religione ad idola conversum, Sancto nostro vindicare, uti nec Hymnum* de Cruce Domini, *vel* de Pascha Domini, *ut Pamelius, vel* Lignum Vitæ, *ut Fabritius legerunt, quem, eodem teste Pamelio, codex Dunensis Victorino adscribit, & post cujus finem alter codex Cornelii Gualteri habet:* Cælii Cypriani episcopi & martyris hymnus de Pascha Domini nostri Jesu Christi, aut certè secundùm quosdam Victorini Pictabronensis (*id est,* Petabonensis *vel* Petavionensis) episcopi, *cujus nomine etiam in aliis Mss. codicibus exstare dicitur. In Baluzii editione Veneta Victorinum Pictaviensem præfert.*

de variis argumentis scripta,

68 *Librum* de Singularitate clericorum, *quem nonnulli Origeni, alii S. Augustino, falsò adjudicârunt, Baronius ad annum* 253, *num.* 44 *nemini æquiùs, quàm Sancto nostro attribui posse statuit, sed ab hac opinione dissentiunt Bellarminus, Pamelius, ceterique neoterici, qui etsi librum illum insignem ac utilem atque antiqui scriptoris esse passim agnoscant, stylum tamen ejusdem, & barbaras voces, quæ hinc & inde in eo occurrunt,* S. Cypriano *indignum esse meritò pronuntiant. Plura de hoc apud laudatum Bellarminum, Pamelium, Natalem Alexandrum Hist. Eccles. Sec.* 3, *cap.* 4, *art.* 4, *num.* 8, *Maranum* § 36, *Tillemontium & alios studiosus lector reperiet. Non magis* S. Cypriani *Operibus accenseri possunt* Expositio in Symbolum, *liber* Ad Vigilium episcopum de Judaica incredulitate, *& tractatus* Adversùs Judæos, qui insecuti sunt Dominum nostrum Jesum Christum. *Nam Expositionem illam, S. Hieronymo quoque olim afflictam, inter cujus Opera supposititia etiam nunc exstat, Ruffino Aquileiensi deberi convenit, illaque ipsa esse existimatur, de qua Gennadius in Catalogo virorum illustrium meminit, dum ait:* Proprio autem labore, imò gratiæ Dei dono, exposuit idem Ruffinus Symbolum, ut in ejus comparatione alii non exposuisse credantur.

AUCTORE C. S.

sancto Martyri nostro

69 *Alterum, quod sequitur Opusculum* de Incredulitate Judaica, *non nisi præfationem esse cujusdam Christiani senis, qui sese* Celsum *nominat, in Jasonis Christiani & Papisci Judæi dialogum, è Græco Latinè à se redditum, legenti manifestum est. Porrò vetustus is Dialogus Græcus est, cùm Origenes lib.* 4 *contra Celsum ejusdem meminerit. Tertium denique* adversùs Judæos *tractatum ob nimiam styli dissonantiam* Cypriano *tribui non posse critici pariter consentiunt.* Revelatio capitis B. Joannis Baptistæ *auctorem habet aliquot seculis* S. Cypriano *posteriorem; quippe qui non modò S. Athanasii & Theophili, Alexandrinorum antistitum, Theodosii & Marciani imperatorum, ac Marcellini comitis Chronici, sed Pipini quoque Aquitaniæ regis, in eadem meminit. Idem esto judicium* de libro de duplici martyrio: *nam licèt auctor sese sub medium seculi tertii scripsisse credi velit, dum ait:* Ecce, fratres dilectissimi, à Domini Redemptoris temporibus anni fluxerunt plùs minùs ducenti quadraginta, *impostoram suam deinde ipse manifestat, persecutionem Diocletiani veluti jam tum præteritam memorans, quodque etiam multo turpius est, belli Cæsarei contra Turcas meminit,* Si quis, *inquiens,* miles juratus in verba cæsaris, profugeret ad Turcam *&c.*

E

olim perperam

70 *Sequitur tractatus* De duodecim abusionibus sæculi, *S. Augustino olim etiam perperam attributus, quem* S. Cypriani *non esse, probant sacræ Scripturæ textus ex versione S. Hieronymi accepti.* Cœna *non modò sancto Martyre nostro,* F *sed nec Christiano homine digna est; fœtus scilicet cujusdam nugatoris, sacræ Scripturæ historiis ad ineptas fabellas suas abusi, ut mirum sit, illum* S. Cypriano *nostro umquam adscribi potuisse. Ad Sanctum quoque nostrum non spectat* Confessio S. Cypriani, *quæ Græcè ac Latinè exstat apud Baluzium, quæque inter apocrypha in decreto Gelasii recensetur; sed ea cognominis Sancti, Antiocheni seu Nicomedienſis Martyris, esse creditur, qui unà cum S. Justina virgine martyre ad diem* XXVI *Septembris Romano Martyrologio inscriptus est, quo die examinari poterit. Interim in Commentario prævio jam sæpe monuimus, hunc Sanctum cum nostro Carthaginensi à S. Gregorio Nazianzeno & à Prudentio poëta perperam confusum fuisse.*

attributa;

71 *Falsò denique* S. Cypriano *Carthaginensi adscriptus fuit liber* de Trinitate, *qui Novatianum pseudo-papam, de quo in prædicto Commentario multis egimus, auctorem habet, teste S. Hieronymo in Catalogo Scriptorum, in Novatiano dicens :* Scripsit . . . de Trinitate grande volumen, quasi ἀντεμὴν Tertulliani faciens, quod

AUCTORE C. S. plerique neſcientes, Cypriani exiſtimant. *De eodem libro dennò loquitur ſanctus doctor libro 2 adversùs Ruffinum, ubi negat illum* Cypriani *eſſe aut dici. Verba accipe:* Tranſit ad inclytum martyrem Cyprianum (*Ruffinus*) & dicit, Tertulliani librum, cui titulus eſt, DE TRINITATE, ſub nomine ejus Conſtantinopoli à Macedonianæ partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo: nam nec Tertulliani liber eſt, nec Cypriani dicitur; ſed Novatiani, cujus & inſcribitur titulo: & auctoris eloquium ſtyli proprietas demonſtrat.

tæi & epiſtolæ duæ, à Baluzio editæ.

72 *Præter Opuſcula jam recenſita Baluzius proximè poſt* S. Cypriani *epiſtolas ſubjecit tres alias velut dubias, quarum primam ex duobus codicibus vetuſtis Mss., uno bibliothecæ monaſterii S. Remigii Remenſis, altero bibliothecæ illuſtriſſimi Joannis Bohierii, ſecundam ex codice Fuxenſi bibliothecæ Colbertinæ, ac tertiam denique ex hoc item codice & altero Remenſi S. Remigii, depromptas eſſe affirmat. Prima Cornelii Papæ nomine ad* Cyprianum *exſtat, eſtque brevis ſed acris reprehenſio erroris de hæreticis rebaptizandis. Verùm, ut alibi jam diximus, non credimus, controverſiam illam S. Cornelium inter ac* Cyprianum *umquam motam fuiſſe, neque Ruffini auctoritatem hac in parte admittimus. Secunda, cujus inſcriptio hæc eſt:* Cyprianus plebi Carthagini conſiſtenti æternam in Domino ſalutem; *non modò à* S. Cypriani *ſtylo nimiùm differt, ſed etiam ejuſdem ætatem non ſapit, cùm adversùs ſacræ Scripturæ traditores ſcripta ſit. Tertia ſic exorditur:* Cyprianus benedicto & dilectiſſimo parenti Turabio in Domino æternam ſalutem; *eſtque conſolatoria ad eumdem de obitu filiæ dolentem. Eadem hæc epiſtola ſub nomine S. Hieronymi ad* Tyraſium *olim venit; ſed ab eruditis ipſi penitus abjudicata, inter ſuppoſititia ejuſdem Opera nunc relata eſt. Nec magis illam ad* S. Cyprianum *noſtrum ſpectare probat ſtyli inconcinni humilitas, & dictionis obſcuritas.* D

B E

DE SS. CRESCENTIANO, VICTORE, ROSULA, ET GENERALE, MARTYRIBUS *IN AFRICA.*

J. S.

Ex Martyrologiis.

Quatuor hi martyres in Faſtis memorati,

ADo *Viennenſis in Martyrologio ſuo, poſtquam ad hunc diem S. Cyprianum prolixo commendaverat elogio, ſubjungit hæc verba:* Referuntur autem cum beato Cypriano paſſi Creſcentianus, Victor, Roſula & Generalis. *Dubitant aliqui, an verè hæc ſint Adonis. Ego Adonis eſſe facilè crediderim, cùm inde videatur accepiſſe Uſuardus, qui ſic habet:* Referuntur cum eo (*Cypriano*) paſſi Creſcentianus, Victor, Roſula, & Generalis. *Notkerus magis rem affirmat his verbis:* Paſſi ſunt autem cum eo (*Cypriano*) Creſcentianus, Auctor *, Roſula & Generalis. *Eadem invenio in Ms. Sanctorum Florario, & apud alios recentiores. Baronius in Martyrologio Romano ita loquitur, ut non affirmet unà cum S. Cypriano, ſed eodem loco, paſſos eſſe hoſce Martyres. Verba ipſius huc transfero:* Paſſi ſunt etiam ibidem ſancti martyres Creſcentianus, Victor, Roſula & Generalis.

C

* *lege* Victor

2 *Attamen in Annalibus ad annum* 261 *num.* 47 *clarè præmiſſis Martyrologiis conſentit, ita ſcribens:* Quo die paſſus eſt S. Cyprianus apud Carthaginem, eodem quoque die & loco martyrium ſubiiſſe quatuor ſanctos martyres, Creſcentianum, Victorem, Roſulam & Generalem, teſtantur tabulæ eccleſiaſticæ. Adeo namque incaluerunt corda fidelium martyrio Cypriani, ut omnes optarent unà cum ipſo mori, ac pariter coronari. *Vera quidem ſunt hæc ultima, ideoque veriſimile eſt, non diu poſt S. Cyprianum in Africa paſſos eſſe prædictos Martyres. Attamen allegata Martyrologia non videntur ſufficere, ut eos S. Cypriani Socios fuiſſe, aut eodem die & loco paſſos eſſe credamus. Nam gemina data ſunt Acta martyrii S. Cypriani, eaque fideliſſimè ſcripta, in quibus nulla reperitur Sociorum ipſius mentio. Qua de cauſa neque hos ſimul cum S. Cypriano dandos cenſuimus, neque certo alicui loco aut anno affigendos, libenter ſententiam mutaturi, ſi quid præter exſpectationem afferatur certius.*

videntur in Africa paſſi, non tamen cum S. Cypriano.

F

DE

A

AUCTORE J. S.

DE SS. MARTYRIBUS SENATORE, VIATORE, CASSIODORO, EORUMQUE MATRE DOMINATA,

IN SANCTI MARCI CIVITATE CITERIORIS CALABRIÆ.

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA.

Cultus & martyrium Sanctorum: Acta fabulosa.

Hi Martyres in aliquot Martyrologiis memorati coluntur

B



Odex Usuardinus Bruxellensis, apud Sollerium nostrum in Auctariis Usuardi laudatus, hoc die ita habet: Et natale sanctorum martyrum Senatoris, Viatoris, Cassiodori fratrum, ac Dominatæ matris ipsorum. *Codex Florentinus ibidem addit provinciam, in qua sunt passi, hoc modo:* Apud Calabriam, sanctorum martyrum, Senatoris, Victoris *, Cassiodori, & matris eorum Dominatiæ. *Ferrarius in Catalogo generali urbem, in qua modò coluntur, etiam adjungit, ita de his scribens:* In Civitate S. Marci in Calabria SS. martyrum Dominatæ, ejusque filiorum, Senatoris, Viatoris, & Cassiodori. *In Catalogo Sanctorum Italiæ laudatus scriptor tale hisce Martyribus contexuit elogium:* Dominata nobilis matrona cum tribus filiis Senatore, Viatore, & Cassiodoro Argentani in Brutiis (Marcus ea urbs nunc in Calabria citeriore nominatur) illustri martyrio coronata est. Accusata enim apud præsidem cum filiis Christianæ religionis, & comprehensa, variè excruciata est: sed cùm omnes fortes in fidei confessione persisterent, tandem nobilem martyrii palmam adepti sunt. Quorum corpora à Christianis sepulta, postea in ecclesiam cathedralem translata, ibi honorificè condita sunt. Illos Argentanenses maximo honore prosequuntur, & hac die summa celebritate colunt. *Addit, se hæc habere* ex monumentis illius ecclesiæ, & Chronico Calabriæ: *observatque ab Usuardo annuntiatos esse hos Martyres; at id intelligendum de iis, qui Usuardum auxerunt.*

* *al.* ubique Viatoris

C

in civitate Sancti Marci, ubi corpora conservantur,

2 *Hieronymus Marafioti in Chronico Calabriæ lib.* 4 *cap.* 22 *affirmat, corpora Sanctorum martyrum* Dominatæ, Senatoris, Viatoris, & Cassiodori *in ecclesia cathedrali civitatis S. Marci modò conservari: atque hac de re consentiunt David Romæus in Catalogo Sanctorum regni Neapolitani, quem subdidit Opusculo de Quinque custodibus Surrentanis; Paulus Regius in Vitis Sanctorum ejusdem regni part.* 1 *pag.* 465 *in Irenæo episcopo martyre, ac demum Paulus Gualtieri in Sanctis Calabriæ lib.* 1 *cap.* 10, *ubi horum Sanctorum prolixius dat elogium. De possessione igitur corporum nulla apparet dubitandi ratio. De Sancti Marci civitate recentissimus topographus Franciscus Orlendius part.* 2 *Orbis sacri & profani lib.* 4 *cap.* 35 *num.* 13 *hæc scribit:* Sancti Marci civitas Calabriæ Citerioris, inter Consentiam & Temesam seu Tempsam sita, olim, teste Barrio, fuit Argentanum, antiquissimum Brutiorum oppidum. Episcopatûs sedes effecta est post medium seculi duodecimi, seu potiùs in locum Temesæ, seu Tempsæ successit. . . . . Cathedralis basilica Normannorum opus est, sancto Nicolao episcopo, in quem natio illa propensiore religione ferebatur, dedicata. Ibi recondita sunt sanctorum martyrum Senatoris, Viatoris, Cassiodori, & Donunatis (*imò* Dominatæ) corpora. *Hæc ferè sumpta sunt ex Ughello, qui episcopos S. Marci recenset tom.* 1 *Italiæ Sacræ col.* 876, *notatque civitatem S. Marci exiguam esse. Utrùm sit vetus Argentanum, ut aliqui jam laudati affirmant, quod tamen negant alii, hîc non inquiro. Ceterùm Ughellus perperam asserit, horum Martyrum nomina legi in Martyrologio Romano.*

E

die 14 *Septembris: translatio memoratur* 15 *Julii.*

3 *Ex dictis colligitur præcipuam horum Sanctorum festivitatem celebrari hoc die* XIV *Septembris, quo coronati dicuntur in Actis mox memorandis. Videtur tamen & translatio celebrata olim fuisse ad* XV *Julii. Certè translatio eorum illo die Fastis adscripta est, ut Sollerius noster in Prætermissis exposuit his verbis:* SS. Senatoris, Viatoris, & Cassiodori martyrum, & Dominatæ matris eorum translatio refertur in codicibus Florentinis tamquam hoc die, sed nescio quo anno facta. Eorumdem memoriam lego in Horologio Græco Romæ edito anno MDCLXXVII in usum monachorum Basilianorum pag. 464. *In dicto Horologio soli nominatim exprimuntur* Viator & Senator, *additurque* cum Sociis eorum. *Præmittuntur verò duo alii Sancti, & unus subjungitur: nullaque fit mentio translationis, ita ut non possit resciri, translationem ibi memorari, sed ea clarè exprimitur in codicibus Florentinis. Quidquid sit de festivitate, certum est, corpora ad ecclesiam cathedralem olim fuisse translata, sed non constat de anno aut seculo.*

F

Acta exstant Mss. Græca, eaque seculo XI *Latinè reddita;*

4 *Exstant Acta Græca horum Martyrum, eaque & Latinè sunt reddita. Græcorum geminum habeo apographum, alterum ex codice Ms. monasterii S. Salvatoris, Ordinis S. Basilii Messanæ, alterum ex codice Pontificio Alexandri VII. Latinum exemplar desumptum est* ex vetusto Ms. Sanctorum Passionario Neapolitani monasterii S. Mariæ Montis Oliveti, *hucque anno* 1638 *missum à P. Antonio Beatillo. Græca exemplaria in ver-*

AUCTORE J. S.

verbis non omnino consonant; at in factis ferè consentiunt, excepto tamen martyrii die. Nam Messanense Ms., ex monasterio Ordinis Basiliani, martyrio assignat diem XV *Julii, quo festivitatem notari in Horologio Ordinis Basiliani jam vidimus. Aliud verò Ms. Græcum, cui & Latinum consonat, diem martyrii exprimit verbis, quæ ex Latino huc transfero:* Martyrizati autem sunt sancti Senator, Viator, Cassiodorus & Dominata quarto decimo die Septembris. *Hæc Actorum differentia non oritur aliunde, quantùm suspicor, quàm quòd Actis minimè authenticis singuli inseruerint illum martyrii diem, quo Sanctum colebant. Porrò Acta illa apud scriptores memorata non inveni, nec incidi in auctorem ullum, qui iis fuerat usus ad enarranda Sanctorum gesta. Id equidem miratus sum, cùm seculo* XI *Latinè sint reddita per Jeroldum monachum, mihi aliàs ignotum, ut liquet ex præfatione interpretis ad Victorem summum Pontificem directa. Seculo* XI *hæc facta dixi, quia tam Victor II quàm Victor III illo seculo Romanæ præfuit Ecclesiæ: nam Victor I nequit designari, nec alium deinde inter Pontifices habemus Victorem. Diu ergo latuerunt in*

B *tenebris, at sine damno, quia planè sunt fabulosa, & luce indigna. Paucis id ostendam, summa rerum capita simul perstringendo.*

5 *Tres Fratres dicuntur floruisse tempore Antonini imperatoris, patremque habuisse Cassianum,*

sed ea prorsus mendacia sunt & omni fide indigna: *natum in Sardinia, regisque Sardiniæ, (hic in Latinis* Dictelmus, *in Græcis* Delchemus *scribitur &* Delmutus, *quantùm apparet ex apographis) ducem primarium; matrem verò* Dominatam, *prædicti Cassiani pagani Christianam conjugem, & stirpe nobili & Romana ortam. Occiso autem Cassiano à Gallis in bello, ut Acta fabulantur,* Dominata *hortata est Filios, ut secum Romam irent, ibique baptismum susciperent, episcopi instar ex sacris Litteris de fide disserens, & sic Filios convertens. Ingressi igitur omnes sunt navem, sed tempestate jactitati, & subsecuta deinde tranquillitate, venerunt* Cæsaream *&* ad S. Eusebium Cæsariensem episcopum, *ab eoque sunt baptizati. Deinde ortâ discordiâ inter Cæsarienses & Carthaginenses,* Senator *exercitui Cæsariensium præficitur, & Carthaginem expugnat. Quis non videat, hæc omnia esse mendacia hominis inepti*

C *figmenta? Nam fictitius est rex ille Sardiniæ, fictitius bello, in quo occisus esset Cassianus, fictitius haud dubiè Cassianus ipse. Æquè fictitium est bellum inter Carthaginenses, etiamsi quis Cæsaream Mauritaniæ designatam credat, & Eusebius episcopus mero etiam figmento illi attribuitur episcopus. Mitto cetera figmenta usque ad locum martyrii in Calabria assignatum, quæ non minùs inepta sunt, recensere. Nam dicta sufficiunt, ut quilibet historiæ peritus intelligat, similes fabulas non esse natas ex errore scriptoris imperiti, sed ex commentis malesani impostoris. Hic, ut clarior sit impostura, in fine* Florentium *se nominat, seque Sanctorum fuisse servum affirmare non erubescit.* D

6 *Itaque ex illis Actis nihil de sanctis Fratribus eorumque Matre certi habemus, & aliunde vix aliquid habere possumus. Verisimilia sunt, quæ num.* 1 *dedi ex Ferrario. Laudatus supra Gualterius prolixiori quidem elogio Sanctos honorare voluit, sed pauca datis à Ferrario addidit facta, & nullum ex hisce satis credimus certum. Ait traditionem esse, S. Petrum Apostolum unà cum S. Marco Euangelista venisse in Calabriam: ab his Apostolis conversam esse* S. Dominatam, *& cum tribus Filiis suis baptizatam: Sanctam deinde ab idolorum sacerdotibus accusatam, jussu præsidis comprehensam cum Filiis, promissis ac minis ab eo tentatam Sanctorum constantiam, sed frustra. Hinc in conspectu sanctæ Matris tres Filii sectione capitis vitam finierunt, Filiosque secuta est Mater. Addit, corpora noctu sepulta fuisse à Christianis in loco martyrii, ibique deinde conditam fuisse ecclesiam* S. Senatori *dicatam: verùm, constructa cathedrali ecclesia S. Marci, ad hanc translata fuisse ab ecclesia* S. Senatoris *prædictorum Martyrum corpora. Demum affirmat, Eminentissimum Sirletum, qui ecclesiæ S. Marci episcopus præfuit, in ea fuisse opinione, ut existimaret* S. Dominatam *fuisse ex primis, qui pro Christo sanguinem fuderunt. In titulo præfixo dicitur festivitas* SS. Dominatæ, Senatoris, Cassiodori *&* Viatoris *martyrum celebrari* XIV *Septembris, idque indubitatum est. At non æquè certum credo, eos fuisse cives oppidi S. Marci, licèt malim existimare in Calabria natos fuisse, quàm in alia quadam provincia. Monumentorum fide dignorum defectus non sinit plura de hisce Sanctis addere.* E

alia etiam, quæ de Sanctis asseruntur, non omnino sunt certa.

F

DE S. FELICE ET SOCIIS MARTYRIBUS

IN TUSCIA.

J. S.

Ex apographis Hieronymianis.

Martyres varii hodie simul memorantur in codicibus aliquot Hieronymianis, sed modo multùm diverso & ambiguo. Hæc ratio mihi persuasit, ut unum dumtaxat ubique nominatum, & duobus locis Tusciæ attributum, in titulo exprimerem, licèt plures haud dubiè sint admittendi, qui Sociorum nomine indicantur, & mox nominatim recensebuntur. Martyrologium Richenovense, tom. VII *Junii editum, non nisi unum annuntiat hoc modo.* In Tuscia, Felicis. *At Epternacense apud Florentinium in Annotatis sic habet:* Et in Tuscia Felicis, Demetri, & Zottæ, Setiri, Felicis, Honori, Demetri. *Ex hisce quatuor tantùm in suis codicibus invenit Florentinius, eosque sine loco ita memoratos:* Felicis. Honori. Demetri. Zeti. *Eosdem habet codex Corbeiensis, ubi sic*

A *sic exprimuntur* : Et Felicis, Honori, Demetrii, Zeti. *In Gellonenſi & Auguſtano mentio fit ſine loco* Saturi, Felicis, Honorii. *Labbeanum verò ſolùm meminit* Saturi, *&* Felicis. *Porrò certiùs præ ceteris admittendi videntur* Felix, Demetrius, Honorius *&* Zetus. *Utrùm verò adjungendi ſint* Setirus *aut* Saturus *à* Zeto *diſtinctus, alterque* Felix *& alter* Demetrius, *non adeo certum apparet. Ceterùm in codice Corbeienſi quatuor laudati Martyres poſt S. Cyprianum Carthagine annuntiatum ita mox ſubjiciuntur, ut videri poſſint etiam Carthagine annuntiari : verùm jam obſervavit Florentinius, videri lacunam eſſe admittendam in codice Corbeienſi & in ſuis ; credimuſque ex illis codicibus excidiſſe voces* in Tuſcia, *quas in Epternacenſi & Corbeienſi reperimus.* AUCTORE J. S.

DE S. CRESCENTIO MARTYRE,

ROMÆ.

J. T.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

De Sancti Actis, cultu, & reliquiis.

B SUB INITIUM SECULI IV *Acta Sancti, & Martyrologium Romanum,*

PLurimos inter glorioſos pugiles, *qui, Diocletianea durante perſecutione, ſuo ſanguine Chriſti fidem ſignârunt, reperitur etiam* S. Creſcentius *puer, S. Euthymii filius. Hujus Acta Mss. laudat Baronius in notationibus ad* XIV *Septembris, quæ ab Eccleſia Peruſina accepit & legit. Eadem nobis communicata ſunt ex tom. N. P. Gallonii apud PP. Oratores Romæ, quæ Pinius noſter die* XXIX *Auguſti, quâ de SS. Euthymio, uxore ejus &* Creſcentio *filio martyre agit, ad hunc diem illuſtranda retulit, quo eùm annuntiat Martyrologium Romanum hoc modo :* Romæ S. Creſcentii pueri, filii S. Euthymii, qui in perſecutione Diocletiani ſub Turpilio judice viâ Salariâ gladio percuſſus obiit. *Conſonant his laudata Acta, ex quibus de Sancti* Creſcentii *martyrio dubium eſſe nequit : ſi tamen quæ idem Martyrologium ad* XXIX *Auguſti habet, prout jacent, accipias, eum non Romæ, ſed Peruſiæ, non martyrem, ſed naturali morte defunctum fuiſſe dices.* Peruſiæ, *inquit*, S. Euthymii, Romani, qui Diocletiani perſecutionem fugiens, ibi, cum uxore & Creſcentio filio quievit in Domino. *Antilogiam hanc notat illuſtriſſimus dominus Petrus Gonzalez de Mendoſa quondam Granatenſis archiepiſcopus in Hiſtoria Salicenſi, quam Hiſpanicè conſcripſit, lib. 4 cap. 10 fol. 829 ; quæ tamen nulla erit, ſi Martyrologii verba ita intelligas, ut iis S. Euthymius Româ Peruſiam, ut Diocletiani vitaret perſecutionem, profectus, ibidem cum uxore filioque* Creſcentio *habitâſſe, ſoluſque in Domino quieviſſe ſignificetur, quod planè Peruſinæ eccleſiæ Actis conforme, nec omninò contra naturalem verborum ſenſum eſt.*

C 2 *De* S. Creſcentii *matris exitu nihil in Actis legitur, unde incertum eſt, ubi, & quo mortis genere vitam finierit. Superfuit, quando Turpii aut Turpilii juſſu* Creſcentius *Romam captivus ductus eſt : nam & ipſam Peruſiæ Turpio proconſuli traditam fuiſſe legitur, narraturque ingenuè confeſſam fuiſſe ſe cum marito & Filio ab Epigmenio presbytero baptizatam Chriſto nomen dediſſe. Hinc Ferrarius in annotatione ad Sancti* Creſcentii *geſta, quæ in compendium contracta exhibet,* Mirum eſſe, *inquit*, de matris S. Creſcentii exitu nullam in Actis illius fieri mentionem, cùm tamen ex iiſdem Actis illam unà cum filio Chriſtianæ fidei delatam conſtet. *Subjungit :* Fortè manus perſequentium fugâ evaſit ; *quod mihi minùs veriſimile apparet ; Quî enim perſequentium manus fugâ evaſiſſet, quæ jam capta, & proconſulis juſſu non ſecus ac Filius ejus virgis cæſa carceri, ab eo diviſa, incluſa fuit. Non inficior planè incertum eſſe, quid de ipſa,* S. Creſcentio *Romam abducto, actum fuerit ; ſed, ſi conjecturis locus eſt, malo credere eam Peruſiæ aut martyrio, aut miſeriis, plagiſque inflictis confectam, finiviſſe vitam, quàm poſt certamen adeò glorioſè inchoatum fugâ ſibi conſuluiſſe ; præſertim cùm tenerrimi Filii ſui vix duodecimum tum agentis annum id non pateretur exemplum. Sed ad* S. Creſcentium *redeamus.*

ex quibus incertum eſt, quid de S. Creſcentii matris exitu cenſendum ſit.

E

3 *Fixi ſuperiùs Sancti martyrium ſub initium ſeculi* IV. *Annum non deſignant Peruſinæ eccleſiæ Acta edenda ; ſed Tillemontius illud contigiſſe exiſtimat anno* 303. *Opinionis ſuæ rationem affert, quòd circa hunc annum Diocletianus & Maximianus, ſub quibus* S. Creſcentium *paſſum Romæ fuiſſe, Acta tradunt, in urbe Romana fuerint. Ut ut eſt non procul à vero me abberraturum putavi, ſi, relicto anno incerto, ſeculi* IV *initium determinarem, cùm illo tempore non paucos Chriſti milites ſanguinem ſuum pro veræ fidei defenſione ſub his imperatoribus profudiſſe paſſim traditum reperiamus. Martyrii diem Acta Peruſina exprimunt* XIV *Septembris, quo Sanctum in Martyrologio Romano & Ferrario annuntiari vidimus. Additur ſacrum corpus à muliere quadam, quam Sanctus Romam captivus ingrediens viſu donaverat, ſepultum fuiſſe in ea crypta, in qua Sanctorum multorum corpora condebantur. Fortè deſignatur cœmeterium Priſcillæ : nam corpus anno* 1606 *ex hoc cœmeterio conſentiente Urbano VIII PP. Romano, per reverendum admodùm patrem Mutium Vitelleſcum Societatis Jeſu præpoſitum Generalem fuiſſe exſtractum liquet ex inſtrumento authentico, quod habeo de tranſlatione ejus Dertuſam Tarraconenſis Hiſpaniæ civitatem. Obtinuit hanc gratiam à laudato Pontifice Eminentiſſimus & reverendiſſimus dominus Eſpinoſa S. R. E. diaconus Cardinalis titulo SS. Coſmæ & Damiani tum Dertuſenſis epiſcopus, ſed ad Granatenſem archiepiſcopatum nominatus.*

Martyrii tempus & locus ſepulturæ. Pars corporis Dertuſæ ;

F

4 *Integrum tamen corpus Dertuſenſes non habent ;*

AUCTORE J. T. *etiam Senis in Etruria.*

* *al.* X

bent; nam lectione nona (Acta non nisi lectiones sunt Sancto propria) dicitur ejusdem S. Crescentii *corpus Senas Etruriæ urbem archiepiscopalem, SS. Virginis & Matris cultu celebrem adeò, ut Deipara civitas dici meruerit, translatum ab Anifredo Senensi episcopo, qui illud à Stephano* IX* *dono acceperat; quod Ughellus in Italia sacra tom.* III *pag.* 626 *factum fuisse scribit anno* 1058 *quarto Idus Octobris, additque translationem memoratam in metropolitana Ecclesia antiquâ exhiberi picturâ, cui versus aliquot subscripti fuerint, quos vorax antiquitas adeò corrupit, ut legi nequeant. Antonius Macedo S. J. in Opere singulari, quod de Sanctis tutelaribus orbis Christiani in lucem edidit, pag.* 122 S. Crescentium *Senensis civitatis patronum cùm SS. Ansano, Savino & Victore à civibus electum fuisse tradit, & quotannis* XII *Octobris, quo Senas corpus translatum fuisse diximus, ut talem à Senensibus coli. Ex quo manifestè consequitur Dertusenses integrum* S. Crescentii *corpus non habere, sed dudum antè saltem notabilem adeò partem, ut non inoptè corpus dici possit, apud Senenses quievisse.*

B *Imò & in Montis Cælii monasterio.*

5 *Nec etiam, si Tamayo credimus, Senenses & Dertusenses integrum Sancti corpus asservant; in Martyrologio quippe suo ad* XIV *Augusti hæc habet:* In monasterio Minorum Montis Cælii in Carpetania honorificè quiescunt sacra lipsana, Româ adlata S. Crescentii pueruli, filii S. Euthymii, qui in persecutione Diocletiani sub Turpilio judice viâ Salariâ, abscisso capite, martyr inclytus cælum palmâ redimitus intravit. *Situm est monasterium illud Cælii Montis aut Cæli montis, teste Waddingo in Annalibus Minorum tom.* I. *pag.* 208 *&* 209, *in diœcesi Cantiana seu Coriana in profunda valle altissimis montibus circumcincta. Est autem Coria episcopalis civitas Hispaniæ, Legionensis regni, nunc sub archiepiscopo Compostellano à Rodericopoli sive Roderici civitate* 14 *milliaribus in Septentrionem dissita. Festum ejus ibidem celebrari ait* XIV *Augusti, licèt in Martyrologio Romano annuntietur ad* XIV *Septembris*, propter occurrentiam Exaltationis sanctæ Crucis. *Fidem facit ex illustrissimo domino Petro Gonzalez de Mendosa olim archiepiscopo Granatensi, qui loco superiùs laudato* S. Crescentii *reliquias ibidem testatur asservari & coli. Nunc Acta, prout ea*

C *accepimus, lectori exhibeo.*

ACTA

Ex tom. N. P. Gallonii apud PP. Oratores Romæ.

S. Euthymius cum uxore & filio S. Crescentio Diocletiani persecutionem vitat.

LECTIO I. Temporibus Diocletiani & Maximiani Romanorum principum orta est non parva persecutio Christianorum, quia, quocumque modo Christicolæ inveniebantur, acrioribus suppliciis submittebantur, & multi latitabant, qui occultè erant Christiani propter suprà nominatorum principum metum, & à certamine cessabant; inter quos erat vir nomine Eutimius Romanus *a*, qui cum sua uxore *b* & filio Crescentio ab Epigmenio *c* presbitero occultè baptizatus est, qui cùm audisset & vidisset, quòd multi Christiani trucidarentur, fugam iniit, relictis omnibus, quæ habuit, cum sola uxore & filio unico nomine Crescentio Perusiam *d* civitatem occultè ingressus est.

a b c

D *d*

2 LECT. II. At ubi per aliquod tempus moratus est, non palàm se dicebat Christianum, sed Christum quotidie veraciter colebat. Admonens assiduè sine cessatione Filium suum Christianissimam regulam servare, & omnia simulacra Deo inimica despicere, & verum Dominum Jesum Christum confiteri. Quomodo esset natus de Virgine & passus & crucifixus & die tertia surrexit, sicut mos est Christianis ad credendum *e*, undecimo ætatis Filii sui anno. Eutimius pater beati Crescentii confessione beatissima migravit ad Christum, cujus accipiens Filius suus sanctissimum corpus ejus inter sacra martyrum condidit, palam omnibus nuntians patrem suum esse verissimum Christianum. Quarto Kalendas Septembris, ut annuntiat sacra pag. ejus confessionem, in Domino migravit à seculo.

Mortuum patrem S. Crescentius sepelit, eumque Christianum fuisse prædicat,

e

3 LECT. III. Audiens Turpius proconsul civitatis Perusinæ de Christianissimo viro, qui Romæ latuit, & in sua civitate Christum colùit, iratus est valde & ait: Si audierint sacri principes nostri hominem nostræ civitatis Christum colentem, & non eum ad magnas angustias deductum contra suæ fidelitatis potentiam *f* nos esse damnandos judiciali sententia judicabunt. Qui præcepit matrem cum Filio ante se deduci. At, ubi deducti sunt, dicit eis Turpius: Verè & tu & Filius tuus, & maritus tuus, qui obiit, Christiani fuistis, & nostram civitatem condemnastis? Cui inquit vidua: Verè vir meus & ego cum Filio meo sub Epigmenio presbitero accepimus baptismum. Cui Turpius: Nonne dicitis glorioſum Deum Apollinem? Cui beatus Crescentius dixit: Non, sed dico, quia ipse est dæmon. Hinc iratus proconsul jussit ambos virgis cædi; cui & dixit, Deum noli blasphemare; & jussit eos separatim in carcerem recludi usque manè

quare à proconsule eum matre captus virgis cæditur;

E

4 LECT. IV. Mane autem facto, dixit Turpius ad senatores suos: Melius est enim ut insanum illum Puerum transmittamus Romam, ut ibi trucidetur, quàm nos in illum nostram exerceamus voluntatem, quia advena remansit nobis. Romæ fuit, Romam revertatur, & secundùm principis jussum puniatur. Cui dixerunt: Bene locutus es; fac ne in te principes irascantur. Crepusculo igitur orientis diei jussit ligari innocentem Crescentium in collo & ad urbem dirigi, cum summa quoque diligentia custodiri, dicens: Diligenter perpendite, ne per magicas artes fugam ineat.

Romam mittitur.

F

5 LECT. V. Scripsit itaque legationem in papiro dirigens Romam, cujus testis talis est: Sacratissimis atque invictissimis principibus seculorum, Diocletiano & Maximiano, Turpius per omnia, si quid audet dicere vestræ clementiæ vester fidelis proconsul, sicuti emptitium servum me rimari dignemini. De nephas. Puer, quem vobis per nostros affero, contra sacra deorum contaminatus est, edocens Christum, quem vestra sacra sedes condemnat; ideoque ad vos illum transmitto, ut aut vestræ voluntati placet majestatis, valeat principatus vester in eo. Cùm iret beatus Crescentius per viam urbis Romæ, prædicabat, & annuntiabat militibus suisque carnificibus, quomodo Jesus Christus natus & passus, & crucifixus & quomodo surrexit, & ascendit, & quomodo venturus erit in die novissimo judicare & reddere bonis bona & impiis pœnam.

Proconsulis ad Diocletianum & Maximianum litteræ.

6 LECT.

A

In ingreſſu civitatis Romanæ cæcam illuminat.

g

6 LECT. VI. Ut autem venit ad pontem Milvius *g* visâ Româ, ait : O Roma, quæ ſimilis tui civitas, ſi tu Jeſum confiteris, & duos deſuper te ejiceres dracones, qui te fugunt & ſuis te faciunt malis periclitari, ut demergaris in profundum ! Tu, quæ es pulchrior conctis. Cui milites dixerunt : Qui ſunt illi dracones, qui Romam ſubvertunt ? Creſcentius reſpondit : Diocletianus & Maximianus, qui filii ſunt inferni. Audivit cum mulier, quæ ſedebat prope viam, quæ habebat cæcos oculos, ait ad eum : Puer, eſt ille Deus verus, quem tu dicis Chriſtum ? Cui beatus Creſcentius ait : Ipſe eſt. Cui mulier : Poterit michi præſtare lumen, quod non habeo ? Ad hæc beatus Puer : Si placet, poteſt. Cui mulier : Ego te per illum oro ; & adoravit in terra ; & ſurgens ab oratione Puer beatus ait : Quid tibi eſt mulier ? Illa ait : Gratiâ Chriſti ſana ſum, & lumen video ; & Puer ſanctus in terra proſtratus ait : Gratias ago tibi Salvator mundi.

Coram Diocletiano ſiſtitur, & condamnatur.

B

7 LECT. VII. Territi ergò milites citiùs eum extra portam, quæ nuncupatur Salaria, deduxerunt, & adducunt eum ad tribunal Saluſtii ante Diocletianum, & attulerunt legationem Turpii. Ut autem legit. En Puer eſt, de quo legitur in papiro, reſponderunt milites. Ipſe dicit Diocletianus : Vis adorare noſtros deos, & dejicere Chriſtum tuum ? Tunc beatus Creſcentius cum magna conſtantia dixit : Nec credo, nec adoro alium niſi Chriſtum, quem pater meus docuit me. Iratus Diocletianus ait : Ejicite eum extra portam Salariam, & accipiat capitalem ſententiam, ut omnes infantes Romani ludant de iſto.

Capite plectitur & ſepelitur.

h

8 LECT. VIII. Et factum eſt, cùm veniſſet ad locum certaminis Athleta Dei, arripuit pſalmi verſiculum, ubi dicit : In capite libri ſcriptum eſt de me ; & cùm hoc dixiſſet, milites truncaverunt cervicem in via extra portam Salariam. Nocte autem facta, venit occultè fœmina illa, cui Deus per eum lumen reddidit, & tulit de via cadavera ſancta *h* ſeppellivitque in ea crypta, in qua multi Sancti condebantur. Ubi multis diebus fulgent ejus beneficia ad laudem Jeſu Chriſti.

Corpus Senas transfertur, ubi miraculis claret.

i

C

k

9 LECT. IX. Martyrizatus eſt autem puer beatus Creſcentius decimo octavo Kalendas Octobris, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto. Poſt verò multis temporibus tranſactis, venit Carolus primus *i* ſub tempore Stephani Pontificis, cui retulerunt iſta & multa alia. Audivit quoque epiſcopus Senenſis Antifredus nomine. Petiit ergò corpus ſanctiſſimi Creſcentii martyris per charitatem Stephani Papæ. In Senam *k* civitatem attulit, quarto Idus Octobris, atque cum magno honore condidit, ubi fulgent ejus mirabilia uſque in præſentem diem, Jeſu Chriſto Domino noſtro regnante, cujus eſt honor & gloria per infinita ſeculorum ſecula. A. N. P. GALLONII.

ANNOTATA.

a *De eo actum eſt in Opere noſtro ad 29 Auguſti.*

b *De illa egimus in Comm. prævio, qui conſuli poteſt.*

c *Vide, quæ de S. Epigmenio dicta ſunt 24 Martii.*

d *Antiquiſſimi nominis civitas eſt, unaque ex duodecim Etruriæ principibus, quam hoc tempore in Umbriam plerique rejiciunt, tamquam ejuſdem provinciæ caput.*

e *Lege :* Sicut mos eſt Chriſtianis filios ſuos à teneris inſtruere, ut credant.

f *Intellige :* contra leges & edicta ſua.

g *Extra Romam, non procul tamen ab ea diſſitus, celeberrimus eſt victoriâ, quam Conſtantinus magnus de Maxentio retulit, qui ibidem aquis Tiberinis ſuffocatus eſt.*

E

h *Ex his verbis conjici poſſet, ſi Acta tanti valerent,* S. Creſcentium *aliquos paſſionis ſuæ ſocios habuiſſe, atque hinc fortè Baronius in annotationibus ad* XIV *Septembris dicit :* De (Creſcentii *pueri*) martyrio, aliorumque ſociorum Acta manuſcripta legi, quæ ab eccleſia Peruſina accepimus.

i *Dixi in Comm. prævio num.* 4 *ex Ughello tranſlationem hanc factam fuiſſe anno* 1058 *ab Antifredo* XXXVIII *Senenſium epiſcopo, qui S. Creſcentii corpus à Stephano IX dono acceperat. At Nicolaus Colctus in Editione ſecunda Ughelli Antifredum hunc poſt Ambroſium Senenſium epiſcoporum Catalogo inſerit, prædictamque eccleſiam rexiſſe autumat anno* 886. *Opinionis hujus rationem affert, quòd hîc mentio fiat Caroli I, quem alium à Carolo Craſſo eſſe non poſſe exiſtimat, qui anno* 886 *à Stephano V Pontifice Romam evocatus fuit. Sed, præterquam quòd Carolus Craſſus non fuerit hujus nominis primus, hæc S. Creſcentii Acta tantam fidem non merentur, ut ex iis certò colligi poſſit, quo tempore prædicta tranſlatio contigerit. Hæc lectorem monendum cenſui, ne in comm. prævio certum tranſlationis hujus tempus à nobis determinatum fuiſſe arbitretur.*

F

k *Vetuſtiſſima & nobiliſſima Etruriæ civitas eſt Deiparæque cultu celebris.*

AUCTORE J. P.

DE S. MATERNO EPISCOPO

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

COMMENTARIUS.

§ I. Gravis controverſia de tempore miſſionis S. Materni in Germaniam & Gallias, cujus examini nonnulla præmittuntur.

SECULO IV *Occaſione Sancti expoſitur controverſia*

B *Celebris eſt, fuitque à multis ſeculis per Germaniam, Gallias ac Belgium noſtrum* S. Materni *memoria, atque eam præ ceteris peculiari veneratione, uti fuſiùs infrà exponam, recolunt tres præclariſſimæ diœceſes, Trevirenſis, Colonienſis ac Leodienſis; utpote quarum prior ipſum cum SS. Euchario & Valerio apoſtolum ſuum agnoſcit, & tertium poſt illos antiſtitem: poſteriores verò duæ fidei Chriſtianæ primordia ac ſedis epiſcopalis fundamenta ei accepta referunt. At celebrius multò per memoratas regiones nomen ipſius reddidit dudum inchoata & agitata vehementer inter eruditos quæſtio, de origine plurimarum in hiſce partibus, & eas inter jam dictarum eccleſiarum; aliis eam ad primum Chriſti ſeculum referentibus, aliis ad tertium.*

de origine plurimarum eccleſiarum.

2 *Eam materiam pertractaturus Jacobus Longuevallius Societatis Jeſu ſacerdos in Diſſertatione præliminari ad Hiſtoriam eccleſiæ Gallicanæ, univerſim proloquitur in hunc penè modum Gallicè:* Quæſtio agitatur, an Chriſtiana religio fundata fuerit in Galliis per Apoſtolorum diſcipulos ab ipſo æræ Chriſtianæ primo ſeculo, an verò ejuſdem fundatæ epocha differenda ſit ad medium uſque ſeculum tertium. Utraque opinio auctoritate non caret, & propugnatores habet veneratione dignos. Horum pars una aſſerendo antiquitatem Gallicanæ eccleſiæ, ſuum eſſe duxit dimicare fortiter pro patriæ ſuæ gloria, pars altera iſtam antiquitatem negando, decertaturam ſe putavit dumtaxat pro defenſione veritatis; nec immeritò credidit, tam illuſtri eccleſiæ haud quaquam opus eſſe fictis nobilitatis titulis. At verò contentionis fervor, qui in hujuſmodi diſputationes ſe ferè inſinuat, ſententiæ utriuſque patronos compulit ad extrema æqualiter reprehendenda: illi quippe eò devenerunt, ut propugnârint populares ingenti numero traditiones & inſtrumenta maximè improbata; hi verò, ut non ſemper acquieverint teſtimoniis fide digniſſimis. *Ita ille.*

C

Rationes, ob quas miſſio quorumdam Sanctorum

3 *Idem auctor inter utrumque extremum mediam viam eligens in ipſa Diſſertatione ſua rem ita expedit, ut neque nimium credulitati tribuiſſe videri debeat, neque nimium ſeveritati: aſſerit primùm, fidem Chriſtianam in Galliis fundatam per Apoſtolorum diſcipulos primo æræ Chriſtianæ ſeculo, ſed mox fatetur, eamdem fidem exiguos admodùm primo & ſecundo ſeculo ibidem progreſſus feciſſe; &, recitatis pro utriuſque aſſerti probatione exemplis ac teſtimoniis, concludit demum, valdè incerta eſſe, quæ narrantur ſeorſum de fundatis primo ſeculo Galliarum eccleſiis. Hanc autem concluſionem firmat rationibus generalibus, deductis primùm ex eo, quòd, ſi veræ ſint quæcumque circumferuntur de eccleſiarum in Galliis* E *primo ſeculo fundatoribus, quorum catalogum proponit bene longum, conſequens ſit, ut tum temporis nuſquam terrarum adeo floruerit quàm in Galliis Chriſtiana religio; ſecundò, quòd Acta pleraque aliaque inſtrumenta, quibus nituntur traditiones iſtæ, conſcripta fuerint poſt nonum dumtaxat ſeculum, ſintque fabulis conſperſa aut ſuppoſititia: tertiò, quòd catalogi epiſcoporum in pleriſque eccleſiis à ſe enumeratis tales ſint, ut nequeant ſtatui initia epiſcopatuum ante medium circitèr ſeculum tertium, niſi admittantur in omnibus penè eccleſiis eadem tempeſtate vacationes maximè diuturnæ.* Raræ ſunt, *inquit*, eccleſiæ præter Trevirenſem, Colonienſem ac Metenſem, in quibus ſufficienti numero reperiantur epiſcopi ad continuandam ſucceſſionem ab Apoſtolorum temporibus. Sed neque illarum (*Trevirenſis &c.*) aliarumque eccleſiarum epiſcoporum catalogi omni auctoritate prædíti ſunt neceſſariâ, ut ſecuros nos reddant.

figitur ſeculo 3, an applicari poſſint

4 *Sat recta hæc rerum diſpoſitio eſt, & ut aptiſſima ad conciliandos veterum ſcriptorum textus, in ſpeciem ſibi invicem contrarios, ſubinde à Majoribus noſtris uſurpata, ut videri poteſt tom.* V *Junii ad diem* XXX *in Animadverſionibus Papebrochii ad Diſſertationem Joannis Cordeſii, & illi oppoſitam ſuper hac materia Epiſtolam Petri à Marca ibidem excuſas. Apta ſanè eſt, ſed tunc potiſſimùm, cùm vel in genere inquiritur in prædicati apud Gallos Evangelii epocham, vel in primordia alicujus ſeorſum eccleſiæ, cui ad evertendam traditionem generales iſtæ rationes facilè applicentur; prout applicavit laudatus Longuevallius Lemovicenſi eccleſiæ, quam primo ſeculo à S. Martiale fundatam nonnulli contendebant. Imò prout applicârunt ex noſtris, Henſchenius tom.* III *Aprilis ad diem* XXX *S. Eutropio Santonenſi; Sollerius tom.* 2 *Auguſti ad diem* V *S. Memmio Catalaunenſi; Stiltingus tom.* 1 *Septembris ad diem* I *SS. Sixto Remenſi & Sinicio Sueſſionenſi; Limpenus eodem tomo ad diem* III *S. Manſueto Tullenſi epiſcopis, quos omnes à primo ſeculo ad tertium vel quartum revocandos monuerunt; idemque ſtatuendum de aliis paſſim primis harum partium epiſcopis, inſinuat loco non uno Sollerius in Obſervationibus ad Martyrologium Uſuardi.*

F

5 *Verùm, cùm juxta Longuevallii diſpoſitionem*

A *nem saltem ab aliquibus primo seculo jacta sint in Galliis fidei Christianæ fundamenta, redit quæstio, an illos inter agnoscendi sint SS. Eucharius, Valerius & Maternus; an contrà his, sicut mox enumeratis aliisque, ita applicari queant memoratæ rationes, ut similiter differenda sit eorum missio ad tertium usque seculum. Posse applicari asserunt non pauci recentiores; negant alii: prioribus annumerandus ipse Longuevallius. Is quidem, postquam absolutè SS. Crescentis & Trophimi per Apostolos in Gallias missionem sustinuisset, & contrà S. Martialis & unius alteriusve antistitum rejecisset ad seculum tertium (rectène utrobique nec ne, non examino) de aliis quibusdam subtimidè loquitur, ac demum ita concludit universim:* Supervacaneum sit ac tetricum discurrere in singulos episcopos alios, qui primo seculo traduntur ecclesias fundâsse in Galliis. Plurimorum Vitæ non nisi incertitudinem & contradictiones pariunt, quas coarguere, carò constat semper: veremur quippe, ne lædamus genii teneriores homines, quorum major est in Sanctos amor quàm intelligentia. *Ita ille in Dissertatione Gallicè conscripta. Nihilominus tom.* 1 *Historiæ pag.* 85 *satis apertè se significat adversari traditioni de missis per S. Petrum in Gallias SS. Eucharo, Valerio &* Materno. *Unde simul colligas, haud magno in pretio apud ipsum fuisse catalogos episcoporum, laudatos suprà sub finem num.* 3.

B

6 *Dionysius Sammarthanus tom.* 3 *Galliæ Christianæ novissimè editæ Leodiensium episcoporum seriem exorsus à* S. Materno, *præcipua, quæ pro ejusdem primo seculo missione, & contra hanc utrimque adducta sunt argumenta proposuit, protestatus interim, id à se factum non esse, ut ulli sententiæ præjudicium afferret; sed ut lectores difficultates edoceret. Lubens equidem lectores nostros remisissem ad laudati auctoris lucubrationem, evasurus eo pacto laboriosam certè discussionem & odiosam fortasse iis, qui Sancti nostri primo seculo apostolatum usque adeo certum esse volunt, ut de eo vel dubitare nefas esse significent. At verò cùm idem auctor controversiæ hujus puncta non nisi nudè & breviter perstrinxerit, cúmque præterea post Operis ipsius editionem in lucem prodierint à partium patronis dissertationes novæ, non abs re fore credidi, si eorumdem rationes & momenta paulò fusiùs expenderem. Accedit, quòd ad idipsum me utcumque impulerint decessores nostri,*

C *dum aliquoties in Opere indicârunt fore, ut ad hunc diem* gravissima illa quæstio *discuteretur.*

7 *Hunc autem mihi modum proposui: primò, ne æquo longiùs excurram, abstinebo, quantùm materia permiserit, à generali controversia de initiis illatæ in Gallias religionis Christianæ, ac Patrum veterumque scriptorum testimonia adhibebo dumtaxat, in quantum præcisè apta videbuntur ad eruenda primordia ecclesiarum Trevirensis, Agrippinensis & Tungrensis seu Leodiensis. Secundò, ut confusionem evitem, præmittam argumenta eorum, qui pro primo seculo decertant & hos primæ sententiæ patronos appellabo: dein subjungam, quæ opponuntur à parte adversa seu secundæ sententiæ patronis. Tertiò, ne ipsemet partium studio præventus fuisse meritò dicar, dabo operam, ut nihil prætermittam, nihil negligam, quod alterutri opinioni patrocinari creditur; imò, quamvis singulorum litigantium ordinem servare nequeam, cùm neque ipsi eumdem servârint omnes, argumenta tamen, ubi fieri poterit, ita proponam, ut ipsi potiùs loqui videantur quàm ego, non dissimulaturus interim, si quid minùs appo-*

modus in ea disquisitione servandus;

alibi obiter relata, hìc fusiùs discutienda:

AUCTORE J. P.

sitè prolatum ab ipsis, aut minùs rectè probatum putem: nulla tamen alterutrius sententiæ momenta aut monumenta improbabo, non additis rationibus, aut assignatis locis in Opere nostro, quibus improbata fuerint, ne in me cadat dictum, quod historicus nostri temporis ardens traditionis, juxta ipsum antiquissimæ, propugnator in adversarios contorquet his verbis: Mirum prorsus videri debet, reperiri hodiedum scriptorum turbam, qui absque dubio, quia invicem describunt, fundationem religionis Christianæ in Galliis rejiciunt ad tertium seculum & fabulis annumerant veras S. Petri aut ejus discipulorum missiones.

præcipuorum litigantium notitia.

8 *Quartò denique, singulis ritè perpensis, indicabo, quænam ex sententiis præplaceat, & juxta eam reliqua* S. Materni *gesta conabor disponere. Longum sit enumerare utriusque opinionis patronos omnes: verumtamen majoris lectorum commodi gratiâ, dabo præcipuos, per decursum hinc inde nominandos. Primam tenent Browerus in Annalibus, Bucherius in Belgio Romano, Gelenius in Opere de magnitudine Coloniæ Agrippinæ, Fisenus in Historia Leodiensi, Laguillius in Historia Alsatiæ, Bertholetus in Historia Luxemburgensi & alii, quibus addo, licèt in multis* E *dissentiat, eximium Hartzheim doctorem Colonien-sem in erudita lucubratione, quam Ms. habeo, directa ad illustrissimum ab Hontheim statim laudandum. Alteri sententiæ adhærent Launoyus in Dissertatione de loco Sulpitii Severi, Tillemontius in Monumentis Historiæ Ecclesiasticæ, Calmetus in Historia Lotharingiæ, Sollerius noster in Observationibus ad Usuardum, aliique plures cum illustrissimo Joanne ab Hontheim, Eminentissimi electoris archiepiscopi Trevirensis consiliario intimo & suffraganeo, cujus viri, patriâ Trevirensis, docta dissertatione, præfixa Historiæ diplomaticæ Trevirensi, impressæ anno* 1750, *plurimùm usus sum in hac disquisitione.*

§ II. Argumenta pro seculo primo deducta ex congrua verisimilitudine ac Patrum generalibus assertionibus; atque ad illa responsiones. F

Rationes à providentia divina & Patrum

PRimæ sententiæ assertores disputationem passim aperiunt per generalia pro antiquitate ecclesiarum Galliæ Germaniæque argumenta, atque inde & suam antiquitatem concludunt. *Verisimile non esse, aiunt, quòd Apostoli, quorum sonus in omnem terram exiit, qui pervaserunt ad Scythas, Æthiopes, Indos aliorumque barbarorum fines ultimos, neglexerint Gallos aliarumve regionum incolas, Italiæ tam vicinos, & ad quos ipsa locorum opportunitas ducebat atque invitabat. Id neque credi posse permissum fuisse à divina providentia, quæ Euangelium per orbem universum dilatari voluit, neque factum à S. Petro apostolo, cui Occidentis cura peculiariter incumbebat. Hujusce ratiocinii veritatem stabiliunt positivis testimoniis veterum scriptorum & Patrum, Justini potissimùm, Tertulliani & Irenæi episcopi Lugdunensis, quorum prior, passus martyrium circa annum* 166 *vel* 167, *scribit, jam tum suo tempore Christi cultum penetrâsse ad omne ge-*

AUCTORE J. P.

nus mortalium, quocumque nomine appellarentur; alter, qui ſeculo tertio inchoato floruit, diſertè affirmat, ſuo ævo in Chriſtum credidiſſe Galliarum diverſas nationes; tertius ſub ejuſdem ſeculi exordium martyrii palmam conſecutus, ita fatur: Etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis una & eadem eſt: & neque hæ, quæ in Germaniis fundatæ ſunt, eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Iberis, neque hæ, quæ in Celtis, neque hæ, quæ in Oriente, neque hæ, quæ in Ægypto; neque hæ, quæ in Lybia, neque hæ, quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ.

præſertim Juſtini, Tertulliani

10 *Præter tres iſtos Patres citant alios auctores antiquos, quibus ideo memorandis ſupersedeo, quia, ſi res iſtis confici nequeat, parùm ab his ad ſtabiliendam eccleſiarum Trevirenſis, Colonienſis ac Leodienſis antiquitatem adjumenti allatum iri exiſtimo. Itaque cùm conſtet per teſtes illos tres omni exceptione majores, Chriſti cultum ſeculo ſecundo penetrâſſe* ad omne genus mortalium; *in ipſum credidiſſe*, Galliarum diverſas nationes, *fundatas fuiſſe* in Germaniis *eccleſias, excludi non poſſe aiunt Treviros, pro quibus ſtant antiquiſſima traditio, Annales patrii, ſcriptores multi & catalogus epiſcoporum, de quibus ſingulis infrà redibit ſermo. Juvat iis addere eximii Hartzhemii in Ms. Diſſertatione ſua ad textum S. Irenæi obſervationem his verbis conceptam:* Affirmat (*Irenæus*) eccleſias, non unam, ſed permultas; non in prima dumtaxat vel ſecunda Germania, ſed in GERMANIIS. Dum Germanias plurium numero nominat, utramque cis-Rhenanam primam ſeu ſuperiorem & ſecundam inferioremve neceſſariò intelligit, Romano hujus ſeculi more, quo nullum in Germania trans-Rhenana ſeu barbarica legimus antiſtitem, nullam eccleſiam.

B

11 *Poſt hæc interjicit nonnulla, quibus monet, vocem* Germanias *eodem modo intellectam fuiſſe à Bucherio lib. 17 cap. 14 Belgii Romani, ubi diſſerit de epiſtola Leonis PP. I* ad univerſos Germaniarum atque Galliarum epiſcopos, *& ſic progreditur:* Non ait (*Irenæus*) natas hodie aut nudius tertius, ſed fundatas extare eccleſias. In iis jam doceri (*ait*) prædicari, & tradi idem Symbolum Apoſtolorum, quod in Oriente puer Irenæus audierat. Hæc, qui ſecundo ſeculo veluti aperta & nulli inficianda ſcribit contra hæreticos de eccleſiis jam in Germaniis fundatis, is minimùm exeunte primo aut naſcente ſecundo eccleſias eas natas in Germaniis dicit. Habemus ergo nos Agrippinenſes, Germaniæ ſecundæ incolæ, religionis Chriſtianæ primo æræ Chriſtianæ ſeculo exeunte apud nos prædicatæ & ſuſceptæ, dein eccleſiarum fundatarum auctorem ſupparem eumque graviſſimum ſcriptorem, doctorem Eccleſiæ, ex eccleſiarum in Germaniis jam fundatarum fide Catholicitatem Eccleſiæ Chriſti contra heri natos, & in orbis terræ angulo quopiam circumſcriptos hæreticos argumentantem & demonſtrantem; demum duobus ſeculis Sulpitio Severo & Gregorio Turonenſi majorem. Certò ergo errant, qui non niſi medio ſeculo tertio Germaniis aut Galliis Chriſti fidem prædicatam aut ſuſceptam ſcripſêre. *Hactenus laudatus auctor, cui aliiſque, quid ab adverſa parte reſpondeatur, priuſquam ulteriùs procedamus, audiendum.*

C

per allata aliunde veterum ſcriptorum

12 *Itaque ſecundæ opinionis aſſertores plerique non refragantur rationibus adverſariorum generalibus, quas Patrum textibus præmiſimus, & quamvis humanæ ſapientiæ viribus aſſequi nequeamus, cur permiſerit providentia divina, ut ad alias gentes citiùs perlata fuerit Chriſtiana religio, ſeriùs (uti ipſimet credunt adverſarii de Germanis quibuſdam) ad alias, facilè concedunt, eam ab Eccleſiæ primordiis perlatam fuiſſe ad Gallos; at eo modo perlatam fuiſſe volunt, quo traditur in Epiſtola ſub annum 570 per ſeptem Galliæ epiſcopos ad Radegundem conſcripta & relata à Gregorio Turonenſi lib. 9 Hiſtoriæ Francorum cap. 39 his verbis:* Itaque cùm in ipſo Catholicæ religionis exortu cœpiſſent Gallicanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia perveniſſent Trinitatis Dominicæ ſacramenta, ne quid minus hîc adquireret, quàm in orbis circulo prædicantibus Apoſtolis obtineret, B. Martinum peregrina de ſtirpe ad inluminationem patriæ dignatus eſt dirigere (*Deus*) miſericordia conſulente. D

& aliorum rationes

13 *Patres objectos alioſque varii vario modo exponunt; mitto eos, qui per* Galliarum diverſas nationes *non minùs intelligi velint diverſos Galliæ Ciſalpinæ incolas, quàm Tranſalpinæ. Etenim S. Irenæus certò de Tranſalpinis locutus eſt. Quapropter alios audiamus. Papebrochius tom. V Junii pag. 546:* Irenæus, *inquit*, atque Tertulliamus dici poterunt nihil aliud velle, quàm ubique gentium ab illis enumeratarum, jacta aliqua Euangelii ſemina, quæ tunc, cùm ipſi ſcribebant, adhuc erant in herba, inter perſecutiones utcumque germinantia. *Illuſtriſſimus ab Hontheim in Diſſertatione pag. X, recitatis pro opinione ſua laudatæ mox epiſtolæ, ac Sulpitii Severi, Gregoriique Turonenſis teſtimoniis, pergit in hunc modum:* His non repugnant nonnullæ conciliorum, Pontificiarumque epiſtolarum, Euſebii, Tertulliani, quin & Irenæi generales aſſertiones de verbi divini præconibus à beato Petro & aliis Chriſti diſcipulis in Gallias vicinaſque regiones miſſis, aut, ſi mavis, paucis etiam eccleſiis primo, vel ſaltem ſecundo ſeculo in iiſdem fundatis; iis ſiquidem (quatenus de Gallia loquuntur) cum Sulpitio, Epiſtola ſeptem epiſcoporum Galliæ, Turonenſi, aliiſque collatis, numquam conficietur, tam uberes jam ſecundo, minùs primo ſeculo, in ea Euangelicæ prædicationis fructus pullulâſſe, ut plurimi in ea tum epiſcopatus fuerint. E

& Irenæi generalibus aſſertionibus, deſumptæ

ac teſtimonia

14 *Porrò Sulpitius Severus, quo plurimùm hîc nituntur ſecundæ ſententiæ patroni ita habet lib. 2 ſacræ Hiſtoriæ:* Sub Aurelio Antonini filio perſecutio quinta agitata, ac tum primùm intra Gallias martyria viſa, ſeriùs trans Alpes Dei religione ſuſcepta. *Sulpitio jungunt auctorem Vitæ S. Saturnini apud Ruinartium in Actis Martyrum ſinceris & ſelectis; qui ſcribit ſequentia:* Poſtquam ſenſim & gradatim in omnem terram Euangeliorum ſonus exivit, parique progreſſu (*Buſquetus Hiſtoriarum Gallicanæ eccleſiæ lib. 1* lentoque progreſſu *juxta fidem manuſcriptorum legendum contendit: ſed parùm intereſt, utro modo legatur, cùm eadem maneat ſignificatio, ut liquet ex contextu*) in regionibus noſtris apoſtolorum prædicatio coruſcavit, cùm raræ in aliquibus civitatibus eccleſiæ paucorum Chriſtianorum devotione conſurgerent, ſed nihilominus crebra miſerabili errore gentilium nidoribus fœtidis in omnibus locis templa fumarent; ante annos L, ſicut Actis publicis, id eſt, Decio & Grato conſulibus (*ſub annum Chriſti 250*) ſicut fideli recordatione retinetur; primum & ſummum Chriſti Toloſa civitas ſanctum Saturninum habere cœperat ſacerdotem. *Auctor iſte, ſi rectè notatus ſit is character* L, *ſcripſiſſe debuit, ſicuti aliàs monuimus, circa annum Chriſti 300. At certè antiquum eſſe, conſtat*

F

A *ſtat ex Gregorio Turonenſi, utpote qui lib. 1 Hiſtoriæ cap. 28 ex eo deſcripſit poſtrema ejuſdem verba :* Decio & Grato conſulibus *&c*

ſic exponuntur,

15 *Verùm quid ad argumentum eximii Hartzheimii? Reponit illuſtriſſimus ab Hontheim*, Germaniarum *generale nomen non pertinere tantùm ad binas illas cis-Rhenanas provincias, ſed univerſim loca, quæ incolebantur à Germanis, diverſis nationibus in plures civitates ſegregatis, quæ tamen omnes inſtitutis ac moribus ut plurimùm iiſdem utebantur, dicta fuiſſe* Germanias, *ut diſertè docet Hertius in Notitia vet. German. part. 1, cap. 1, § 5, & innumeris probatur exemplis apud Tacitum, cujus aliquot loca recenſet : probabile autem non videri, S. Irenæum loco objecto in enumeratione diverſorum populorum initium duxiſſe à Germaniis cis-Rhenanis, inde ſaltum feciſſe ad Hiſpaniam, & hinc ad aliam Galliæ partem, quam ſcilicet Celtæ incolebant, redire voluiſſe : pronum itaque eſſe, ut ſtatuatur, ſancto Irenæo ſermonem fuiſſe de iis Germanorum nationibus, quæ Daciam Sarmatiamque reſpiciunt, quaſque ſignatiùs demonſtravit Tertullianus libro contra Judæos ſcribens*, in Chriſtum jam credere

B Hiſpaniarum terminos omnes, Galliarum diverſas nationes; & Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto jam ſubdita, Sarmatarum item Dacorum & Germanorum. *Id enim de Tertulliano ſibi perſuaſum eſſe ait illuſtriſſimus, ex ſtudioſè facta trium illarum nationum, Sarmatarum, Dacorum & Germanorum conjunctione, quarum ſitum, allatis topographorum variorum teſtimoniis conterminum fuiſſe comprobat. Imò Chriſti religionem in Orientali illa Germaniæ ora, Sarmatis ac Dacis contermina & à Tertulliano denotata, ſecundo ſeculo fundatam fuiſſe, probari affirmat aliunde etiam & concludentibus argumentis; ac demum remittit lectorem ad Hanſizium Germaniæ ſacræ tom. 1, cap. 1, & 2, eumdem Tertulliani locum declarantem & illis partibus applicantem.*

us ex illis pro miſſione Sancti primo ſeculo

16 *Utri rectiùs Patrum iſtorum mentem aſſecuti fuerint, pluribus non diſquiro. Hoc tamen mihi ſatis certum eſt, quòd etiam ab antiquis Colonia Agrippina adnumerata fuerit Galliarum eccleſiis. S. Athanaſius eam, in epiſtola ad agentes vitam ſolitariam*, ſuperioris Galliæ metropolim *nuncupat. Optatus Milevitanus, Conſtantinus*

C *Magnus & S. Auguſtinus, ubi ſcribunt de* Materno, *ſeculo* IV *Colonienſium epiſcopo, ubique Gallum epiſcopum appellant, nullibi Germanum. Verba dabimus* § 9. *Verùm ſepoſitis etiam iſtis, dum attentiùs rem conſidero, parùm, aut nihil ad propoſitum noſtrum pertinet, ſeu allegati Patres Germanos cis-Rhenanos reſpexerint, ſeu Germanos Orientales iſtos Dacis Sarmatiſque confines : imò vix operæ pretium judicâſſem illorum aſſertiones, nedum interpretationes hoc loco exhibuiſſe, niſi perſpicerem, collocari in iis vim majorem à primæ opinionis propugnatoribus. Demus ergo tantiſper, S. Juſtinum, dum ſcripſit ſub medium ſeculi ſecundi, penetrâſſe Chriſti cultum* ad omne genus mortalium, *noluiſſe excluſos Germanos cis-Rhenanos, Trevirenſes & his vicinos, quantumvis ad illius aſſerti veritatem ſufficere poſſit, ſi aliquam Germaniarum & Galliarum provinciam penetrârit memoratus cultus. Demus & Tertulliano & Irenæo de iiſdem ſermonem fuiſſe; inde conficietur, Chriſticolas in partibus illis exſtitiſſe, dum Patres iſti ſcriberent : quid tum?*

17 *At, inquis, diſertè dicit Irenæus* in Germaniis fuiſſe tum fundatas eccleſias. *Dicit : demus ergo ſimiliter in uno alterove loco inferioris & ſuperioris Germaniæ ſub finem ſeculi ſecundi collectionem Chriſtianorum ſtabilitam fuiſſe : nondum ſequitur primò, quòd magno numero Chriſtianorum conſtiterit iſta collectio; nam ante adventum S. Saturnini Toloſam raræ in civitatibus eccleſiæ* paucorum Chriſtianorum devotione *conſurgebant, uti habet biographus laudatus num.* 14. *Secundò non ſequitur, iis eccleſiis tum proprios præfuiſſe epiſcopos. Multo minùs denique ſequitur, Colonienſi præfuiſſe ſub initium ſeculi ſecundi* S. Maternum, *& Trevirenſi haud diu poſt medium primi S. Eucharium. Nam ne Lugdunenſes quidem, quos certò comprehendit S. Irenæus, duæ apud Celtas Galliæ populos eccleſias fundatas ſcribit, epiſcopum agnoſcunt ante S. Pothinum, Irenæi deceſſorem & anno circitèr* 177 *martyrem, quantumvis Italiæ tanto viciniores ſint, quàm Trevirenſes & Colonienſes. Proinde generalia iſta Patrum aſſerta, quantumcumque in favorem opinionis primæ interpretata, non apparent mihi ſufficientia ad ſtatuendam Sanctorum noſtrorum primo ſeculo miſſionem, niſi rationes & documenta particularia Trevirenſis, Colonienſis atque Leodienſis eccleſiarum ſolidiora reperiantur, quàm aliarum,* E *quarum primos epiſcopos ſeriùs collocarunt eruditi propter Sulpitii Severi, Gregorii Turonenſis, Actorum S. Saturnini & Epiſtolæ ſeptem epiſcoporum ad Radegundem auctoritates, quibuſcum aſſertiones Patrum conciliari facilè poſſe, licèt multarum eccleſiarum primi epiſcopi ad tertium uſque ſeculum differantur, quis neget?*

AUCTORE J. P. *nihil determinatè ſtatui poſſit.*

§ III. Argumenta quæſita à traditione, juxta primæ opinionis patronos antiquiſſima, & nixa Actis SS. Eucharii, Valerii & Materni ac Geſtis ſeu Hiſtoriâ Trevirorum; in horum ætatem inquiritur, & nec ſeculo IX anteriora reperiuntur, nec apta ad confirmandam traditionem.

F

Traditio objicitur multis monumentis firmata & præſertim Geſtis Trevirenſium

PLerique opinionis primæ patroni, *quod ſolemne eſt paſſim omnibus antiquitatem eccleſiarum ſuarum in dubium vocatam vindicare enitentibus, ad traditionem appellant pluriumque ſeculorum poſſeſſionem.* Treviri Eucharium, Valerium & Maternum à Petro miſſos omni tempore gloriati ſunt, *inquit Bucherius in Belgio Romano lib. 6, cap. 3, num.* 10. Vetus & conſtans traditio (*verba ſunt Laguillii lib. 4 Hiſtoriæ Alſatiæ ex Gallicis Latina*) cum monumentis plenam, ut videtur, fidem merentibus conjuncta docet, SS. Eucharium, Valerium & Maternum à S. Petro legatos fuiſſe in Alſatiam & adjacentes provincias. *Verùm cùm innumeris exemplis conſtet, traditiones in ſimili materia, poſt aliquot ſeculorum poſſeſſionem, ad lydium veræ critices lapidem admotas, continuò concidiſſe, utpote nulla idoneorum teſtium continuatione nulliſque indubiis*

AUCTORE J. P.

aut ſatis vetuſtis monumentis ſuffultas, conſignataſque dumtaxat litteris per ſcriptores à rerum geſtarum temporibus remotiſſimos, ac tum primùm à levi populo, aliiſve antiquitatis ſuæ plus æquo amantibus avidè adoptatas, viri eruditione ſpectabiles, occurrente non una ambigendi ratione de particularis hujus traditionis ſoliditate, fas ſibi eſſe exiſtimârunt fundamenta ejus penitiùs introſpicere; indagare, unde probetur, omni tempore *de ea miſſione gloriatos fuiſſe cum ceteris Treviros; & cujuſmodi naturæ ſint tantopere æſtimata monumenta examinare; quod & nos cum ipſis hìc proſequemur, ſumpto exordio ab Hiſtoria Trevirorum & Actis Sanctorum, de quibus agimus.*

19 *Hiſtoriam Trevirorum typis promulgârunt Acherius tom.* 12, *pag.* 196 *Spicilegii primæ editionis, ſecundæ autem tom.* 2, *pag.* 208 *ex Ms. codice abbatiæ S. Cornelii Compendienſis; Leibnitius inter Acceſſiones hiſtoricas ex tribus Mss., quæ nominat in præfatione; & Calmetus ad calcem tom.* 1 *Hiſtoriæ Lotharingicæ. Acta verò trium Sanctorum, quæ ab eodem ſeu iiſdem, ut mox apparebit, conflata ſunt auctoribus, à quibus ipſamet Hiſtoria, inſeruit Bollandus tom.* 2 *Januarii ad diem* XXIX, *quo recurrit feſtiva memoria S. Valerii, ubi de auctore ita cenſuit:* Res geſtas Eucharii, Valerii, Materni ſcripſit Goldſcherus Treviris in cœnobio S. Matthiæ monachus; ... qua ætate vixerit non reperimus; antiquiſſimum eſſe ex eo patet, quòd Herigerus abbas Lobienſis, qui anno CMXC Fulcuino ſucceſſit, XXXI Octobris anno MVII obiit, multa hinc ferè ad verbum deſcribat in Geſtis epiſcoporum Tungrenſium, ubi de Eucharo, Valerio atque Materno agit per XVI capita.

per varios editis, & Actis SS. Eucharii, Valerii & Materni, quæ antiqua putavit Bollandus,

B

20 *Hanc Bollandi conjecturam amplectitur Bertholetus part.* 2 *Diſſertationis pag.* 305, *tomo* 1, *eamque amplius extendens putat Goldſcherum (qui primus, ut ait, Actorum auctor non eſt, cùm ſub initium profiteatur, ſe ea, quæ de geſtis ſanctorum Patrum Trevericæ urbis refert, agnoviſſe certiſſima* Majorum relatione) *dediſſe illa juxta fidem ſcriptorum, qui fortaſſe pluribus ſeculis eum antecеſſerant. Tum recitatis ex ejuſdem biographi epilogo hiſce verbis:* Hæc de geſtis ſanctorum Patrum, poſt excidium Treviricæ urbis relictos cineres, diligentiùs perſcrutantes ſparſim in chartulis ſcripta invenimus, *quærit tandem, an ſolidiùs probari poſſit auctoritas ac proinde meritum dictæ Lucubrationis. Laguillius loco ſuperiùs citato ulteriùs procedit, atque ex iiſdem epilogi verbis ita ferè arguit:* Geſta Sanctorum à Goldſchero narrata ſunt ex Mss., excidio Trevirenſi ſurreptis; ſed quartum & poſtremum excidium, teſte Browero, contigit anno CCCCLI; igitur huic illa anteriora ſunt: *quæ ratiocinatio, ſi modò juſta foret, non parùm firmaret traditionem: quandoquidem in laudatis Actis, ſicut & in Hiſtoria, expreſsè dicantur miſſi fuiſſe à Petro Eucharius, Valerius ac* Maternus.

multo antiquiora Bertholetus & Laguillius.

C

21 *Longè abeſt, ut tantam hiſce Actis vetuſtatem concedant adverſarii: ætatem Goldſcheri monachi, Bollando non compertam, ipſi eruunt ex Joanne Trithemio tom.* 1 *Chronici Hirſaugienſis ita ſcribente ad annum* MXII *pag.* 154: Anno prænotato quinta die menſis Decembris moritur Theodorus monachus & ſcholaſticus monaſterii S. Matthiæ apoſtoli extra muros Trevirorum: *& paulò inferiùs:* Poſt quem Goldſcherus ejuſdem cœnobii monachus ſcholæ præfectus eſt, ... qui ſcripſit inter cetera ingenii ſui Opuſcula de laudibus ſancti Eucharii primi Trevirorum epiſcopi, diſcipuli ſancti Petri apoſtoli librum 1. De laudibus ſancti Valerii ſecundi epiſcopi lib. 1. De laudibus ſancti Materni Trevirorum tertii epiſcopi lib. 1.... Ad Hiſtoriam Trevirorum geſta ſui temporis addidit. *Unde colligimus, Goldſcherum floruiſſe dumtaxat ſeculo* XI, *nec primum fuiſſe Trevirorum hiſtoriographum; quod poſtremum, ut manifeſtiùs appareat, juvat ex eodem Trithemio, qui in præfatione enumerans auctores, à ſe conſultos, nominat Theodoricum & Goldſcherum monachos S. Matthiæ* in Geſtis Trevirorum, *exhibere ſcriptores de rebus Trevirenſibus eo ordine, quo Goldſcherum præceſſerunt.*

Ea auctores non habuerunt

D

22 *In primis ad annum* MXII, *loco mox citato, dicitur Theodorus Goldſcheri deceſſor ſcripſiſſe* in Geſta Trevirorum additiones uſque ad ſua tempora. *Ad annum* DCCCCLXXX, *pag.* 122, *Remigius abbas Mediolacenſis legitur compoſuiſſe* Cantum de ſanctis Eucharo, Valerio & Materno, primis Trevirorum epiſcopis dulci & regulari modulatione. *Ad annum* DCCCCLV, *pag.* 98 *traditur, Adelbertum, monaſterii S. Matthiæ Trevirenſis ſcholaſticum,* ad Geſta Trevirorum *addidiſſe* ſui acta temporis. *Ad annum* DCCCCIX, *pag.* 56, *notatur obitus Eberhardi monachi & ſcholaſtici in eodem monaſterio,* qui inter cetera ingenii ſui monimenta complura ad Hiſtoriam Trevirorum addidit; Vitam quoque ſanctorum Eucharii, Valerii & Materni primorum Trevirenſium pontificum, tam metro quàm proſâ elegantiori ſtylo conſcripſit. *Ad annum denique* DCCCLXXXV, *pag.* 37, *refertur item obitus Florberti monachi S. Matthiæ, qui* de Trevirorum excidio, quod Nortmanni nuper patriæ Moſellanæ intulerant, elegiaco verſu libros quinque *conſcripſit. His antiquiores rerum Trevirenſium, ad materiam noſtram ſpectantium, compilatores, aut trium primorum antiſtitum biographos, nuſquam aſſignatos reperio.*

ſeculo 9 anteriores;

E

23 *Ex adductis autem Trithemii verbis obſervo ſequentia: primò, quod & ante me obſervavit illuſtriſſimus Honthemius, Vitam SS. Eucharii, Valerii &* Materni, *editam à Bollando, adſcribendam potiùs eſſe Eberhardo monacho quàm Goldſchero; quia nimirum dicta Vita melius quadrant ea, quæ de Eberhardo tradit Trithemius, quæque ſupra retulimus ex Vita epilogo. Neque aliter cenſuiſſet procul dubio ipſe Bollandus, ſi aditus ipſi patuiſſet ad Chronicum Hirſaugienſe,* opus magnum, *ut loquitur Trithemius in præfatione ad Chronicum Spanheimenſe,* & in duobus voluminibus partitum; *quippe quod anno proximè elapſi ſeculi nonageſimo primùm publicæ luci datum eſt, & ex quo uno tum Eberhardi aliorumque notitiam, tum horum & Goldſcheri ætatem certiùs haurire poterat. Goldſcherum quidem noverat ex Trithemii Catalogo virorum illuſtrium Germaniæ; ſed nullâ temporis notâ deſignatum, eumque ſolum SS. Eucharii, Valerii &* Materni *encomiaſten; ut mirum non ſit, quòd ei Vitam attribuerit, &, ſi reſpexerit ad excidium Trevirenſe, vetuſtiorem crediderit quàm reipſa eſſet, atque Harigero anteriorem. Subſtituatur itaque Goldſchero Eberhardus, & quæ de Harigero, ſeculi* X *ſeneſcentis hiſtorico arbitratus eſt Bollandus, valdè congrua videbuntur rationi ac tempori. Nolim tamen ſpondere, Vitam à Bollando datam ita eſſe Eberhardo propriam, ut purus ſit hujus fœtus, neque ab altero interpolatus, ſed iſta potiſſimum obſervavi, quod aſſentiri nequeam Caſimiro Oudino tom.* 2 *Commentarii de ſcriptoribus col.* 1136 *exiſtimanti,*

quorum primus veriſimiliter fuit Eberhardus monachus S. Matthiæ.

F

A *ti, Goldſcherum ſua accepiſſe ex Harigero, quo erat junior. Neque enim mihi veriſimile apparet, recurſurum fuiſſe Goldſcherum ad illius Hiſtoriam, quando in proprio monaſterii ſui litterario penu poſſidebat Eberhardi & aliorum Lucubrationes de rebus Trevirenſibus & geſtis primorum antiſtitum, ad quas veriſimiliùs recurrendum fuerat Harigero, aut, ſi lubet, Notkero epiſcopo Leodienſi, cui æquè atque illi Geſta pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium attribuuntur. Porrò, an Goldſcheri Opus in tres libros diviſum alicubi exiſtat hodie, incompertum nobis eſt.*

Unde plurimum eorum auctoritati decedit.

24 *Secundò obſervo ex aſſignata, juxta Hirſaugienſis Chronici fidem, Eberhardi & aliorum epochâ, multum deperire prætenſæ vetuſtati memoratæ Vitæ, & tanto in pretio habitæ à Bertholeto & Laguillio, cujus ſimul ratiocinatio, relata num.* 20, *vim omnem amittit; quandoquidem non obſcurè pateat, mentionem fieri in epilogo de Trevirenſi excidio, quod contigit non quinto ſeculo, ſed nono. Audi de hoc excidio Reginonem, Prumienſis abbatiæ in Trevirenſi diœceſi monachum, ac teſtem ſynchronum:* Nortmanni... Trevirorum nobiliſſimam civitatem Galliarum Nonis Aprilis
B (*anni* 882) die ſacratiſſimæ cœnæ Domini occupant, in qua uſque ad ſanctum diem Paſchæ, feſſa ab itinere corpora recreantes, omne tentorium urbis circumquaque uſque ad ſolum demoliti ſunt; deinde civitatem flammis exurentes, Mediomatrico dirigunt aciem. *De reliquis civitatibus iſta præmiſerat:* Eodem anno (881) duo reges Nortmannorum Godefridus & Sigefridus... primo quidem impetu finitima loca depopulantes, Leodium civitatem, Trajectum caſtrum, Tungrenſem urbem incendio cremant. Secunda incurſione Ribuariorum finibus effuſi, cædibus, rapinis ac incendiis omnia devaſtant, Coloniam Agrippinam, Bunnam civitates cum adjacentibus caſtellis, ſcilicet Tulpiacum, Vilipiacum & Nuis igne comburunt.

Prætereà auctores pauciſſimis,

25 *Tertiò obſervo, Vitam toties memoratam, Geſtaque ſeu Hiſtoriam Trevirorum, cùm probari nequeant antiquiora eſſe ſeculo nono aut decimo, debiliſſima eſſe inſtrumenta ad firmandam traditionem veterem, adſtruendamque miſſionem à S. Petro factam ſeculo primo. Adde, quòd tam exigua eorumdem auctoribus poſt excidium relicta ſint adjumenta, ut niſi aliunde, quod minimè*
C *inſinuant, ſuppeditata ipſis fuerint, haud temerè ſuſpicari queas, integram penè Sanctorum Hiſtoriam profluxiſſe ex conjecturis, piis cogitationibus, vulgaribus traditionibus. Quàm exigua fuerint dicta adjumenta, eruimus non modò ex Vitæ epilogo, & expoſita devaſtationis atrocitate; verùm etiam ex biographis aliorum Sanctorum Trevirenſium, quorum verba exhibeo. Tom.* III *Martii pag.* 622 *auctor Vitæ S. Felicis anonymus ita conqueritur:* In hujus autem ter felicis Sancti mentione, ſicut in omnium ferè Trevirenſium Sanctorum recordatione, repetitam ſæpiùs hujus urbis vaſtationem cogimur plorare, per quam conſtat, ingentia ſanctorum Patrum noſtrorum Vitæ volumina ita penitus eſſe conſumpta, quòd (niſi ex pauciſſimis, ut ita dixerim, tanti pelagi guttis, in vetuſtiſſimis aliorum locorum ſchedulis, vel etiam in plumbeis, ac marmoreis tabulis, terræ penitus infoſſis, aliquatenus reformata fuiſſent) organa noſtra, velut ſuper flumina Babylonis noſtræ ſuſpenſa, jam dudum in horum laude Sanctorum conticuiſſent.

26 *Tom.* III *Maii, pag.* 52, *Stephanus abbas S. Jacobi Leodienſis in Vita S. Modoaldi Trevirorum*

AUCTORE J. P.

ut oſtenditur, inſtructi fuerunt

episcopi, conſcripta ſeculo XII, *defectum monumentorum incuſans, quòd minùs accuratè ſcribere conceſſum eſſet, ita pergit:* Fertur enim barbarorum gens tunc per omnes Galliarum fines furoris ſui fræna laxâſſe, divina & humana pari abolitione contemptui habuiſſe, urbes ditiſſimas ſubvertiſſe, ſanctuaria Dei profanâſſe, præclaros hominum labores exinaniſſe, monumenta Sanctorum, titulos ac nomina antiquorum heroum omnino deleviſſe; nulla veſtigia virtutum, nulla victoriæ, nulla laudis aut probitatis avorum noſtrorum nobis reliquiſſe, omnia gladio & incendio exterminâſſe. Verùm ſupra omnes urbes, tanto ſubjacentes excidio, facta quaſi vidua domina gentium, cum Threnis Hieremiæ lamentanda erat illa metropolis glorioſa Treviris, ... tantoque in ea miſerabiliùs plangenda erant antiquarum virtutum monimenta, quanto damnoſiùs multorum profectibus ſunt ablata. Ubi cùm antiquorum Faſtos exemplariorum abſumeret ignis, & ob hoc omnis veterum genealogiarum ſeries abolita fuiſſet, contigit etiam, omnem B. Modoaldi (*defuncti circa annum* 640) retrò actam parentelam uſque adeo poſterorum ſubtrahi memoriæ, ut &c. *His affinia habet de Normannorum in Trevirenſem & circumjectas civitates rabie Sigehardus San-Maximinianenſis ſeculo* X *monachus in Hiſtoria miraculorum S. Maximini Trevirenſis apud nos tom.* VII *Maii pag.* 32. E

inſtrumentis ad ea concinnanda,

27 *Sed quid aliò confugimus? Ipſemet Hiſtoriæ ſeu Geſtorum Trevirenſium ſcriptor, Eberhardum intellige, vel Theodoricum, vel quemlibet alium, clariſſimè innuit, ſe non modò ſcripſiſſe poſt excidium Normannicum, verùm & pauciſſimis inſtructum fuiſſe documentis. Narrata enim morte SS. Eucharii, Valerii &* Materni, *mox ſubjungit:* Deinde Auſpicius quidam regimen tenuit; dein inſignes per legitimas ſucceſſiones ſanctitate & gratiâ pollentes exſtiterunt Felix & *ceteri, quos enumerat viginti, quoſque omnes epiſcopos & martyres ſepultos credi aſſerit in eccleſia S. Eucharii. Tum in rem noſtram ita proſequitur:* Quorum autem imperatorum vel conſulum ſinguli claruerint temporibus, quoſque vita eorum habuerit exitus, quotque ſinguli annis adminiſtraverint officium pontificatûs, ſeu quantum quiſque ampliaverit eccleſiæ ſuæ reditus, quia totius Galliæ ab Hunnis & Nortmannis facta abolevit everſio, nec à nobis lectorum cujuſque requirat exactio; cùm & antea diris x perſecutionibus, ſub quibus vixêre, eorum memoriam fama ſcriptorum ſtudio minùs potuerit divulgando perpetuare. F

& fabulis conſperſa ſunt multis

28 *Atque iſta paulò fuſiùs in gratiam eorum, qui Vitam primorum præſulum & Trevirenſem Hiſtoriam tanti faciunt, iis etiam locis, quibus narrantur primi & ſecundi ſeculi geſta; haud curantes, plurima hæc inter occurrere fabulam ſpirantia & illorum ſeculorum hominibus ac moribus neutiquam conſona: prout patebit inferiùs, ubi præcipuas Vitæ partes diſcutiam. Accipe interim quorumdam eruditorum, quos citat Honthemius, ſuper illis judicia: Jacobus Sirmondus tom.* 4 *Operum pag.* 501 *in epiſtola ad Alexandrum Wilthemium,* In Geſtis, *inquit, pontificum Trevirorum,* fabuloſa permulta. *Acherius eorumdem editor tom.* 2 *Spicilegii pag.* 208: Hujus hiſtoriæ in iis quidem initiis futilitatem nemo eſt, qui non intelligat. *In priore editione monuerat, initia mendis futilibus & fabulis reſperſa eſſe. Martenius tom.* 4 *col.* 143 & 144 *Ampliſſimæ collectionis editurus Geſta Trevirenſium archiepiſco-*

AUCTORE J. P.

scoporum monet se prætermittere gesta primorum archiepiscoporum, quæ in editione *Acheriana & Leibnitiana*, aut fabulosa, aut valdè incerta, aut breviùs quidem perstricta sunt, *orditurque ab anno* 880. *His alios non addo, quia vel inter secundæ opinionis assertores recensiti sunt, vel eorum verba recurrent inferiùs.*

non fidem facere nequeant.

29 *Dicta hactenus sufficiunt, ut percipiat lector, tales lucubrationes infirmiora esse fundamenta, quàm ut iis traditio rei, tot seculis ab ejusdem scriptoribus remotæ, stabiliatur, in quod hic unicè inquirimus. At, inquis, horum Lucubrationum auctoribus adjumento saltem fuêre veteriores chartulæ excidio superstites, &* certissima majorum relatio, *ad quas provocant; & proinde, quantumvis iis collectis immiscuerint illi adjuncta fabulosa, nihil impedit, quominus substantia missionis à S. Petro retineatur, & admittatur ut vera. Equidem, licèt res minùs utrimque disputata esset, reponerem primò, non constare mihi de sufficienti chartularum istarum antiquitate, & auctoritate eorum, quos appellant, Majorum. Secundò neque constare, an in chartulis istis, vel Majorum relatione testimonium fuerit de missione*
B *a S. Petro; nam cùm allati biographi & Historici meritò suspecti sint in aliis, absque injuria etiam super hoc puncto requiri possunt testimonia magis indubitata. Malo tamen adhibere verba illustrissimi ab Hontheim, quibus ad idem argumentum in Dissertatione sua* § 3 *ita respondet :* Non repugno, si per substantiam traditionis intelligatur verbum Dei, per SS. Eucharium, Valerium & Maternum primùm nobis & vicinis nostris prædicatum fuisse. Renuo autem, si circumstantia temporis hujus prædicationis, si qualitas discipulorum D. Petri, ad hujus Historiæ seu traditionis substantiam referri velint. *Reliquum est igitur, ut indagemus, an exstent alibi antiqua & certiora hujus missionis indicia; nam si reipsa contigerit, vix credibile est, id ignoratum fuisse apud alios, aut à scriptoribus seculo nono anterioribus ad posterorum notitiam non fuisse transmissum.*

§ IV. Examinantur argumenta desumpta à testimoniis scriptorum aliorum & Martyrologiis antiquis.

C

Harigeri & aliorum recentiorum auctoritas

PRæter allegata Gesta Trevirensium, & Vitam primorum antistitum, in aciem producitur à primæ opinionis assertoribus longum agmen auctorum, missionem à divo Petro adstruentium. Horum antesignanus est Harigerus Lobiensis abbas cum Anselmo Leodiensi canonico & Ægidio Aureæ vallis monacho in Gestis Pontificum Tungrensium, Trajectensium & Leodiensium, quem subsequuntur Marianus Scotus, Otto Frisingensis, Albertus abbas Stadensis, Albericus Trium fontium monachus, singuli in suis Chronicis, & plures numero alii vel recentiores vel saltem non vetustiores, per decursum à nobis subinde nominandi. Neque tamen hi morari nos debent hoc loco; quandoquidem omnes seculo nono, multi decimo, plures undecimo juniores sint, atque adeo eorum auctoritas id evincere unum nata sit, traditionis famam, quam usque nunc ex nullo octo primorum seculorum probato auctore accepimus, celebrem fuisse iis temporibus, quibus viverent, & paulatim magno incremento invaluisse. Ne tamen omnibus prorsus neglectis supersedeatur, unum alterumve è præcipuis seligimus, paucis examinandos. D

non admittitur.

31 *Ad Harigerum quod spectat, verisimiliùs, uti num.* 23 *insinuavi, cùm de primis episcopis scriberet, usus est Gestis Trevirensibus post Normannicum excidium concinnatis, quod & de Mariano Scoto suspicatur illustrissimus ab Hontheim, atque collatis textibus nonnullis, eadem verborum phrasi conceptis, ostendit* § 4 *Dissertationis suæ. Præterea quantumcumque Harigeri & Ægidii Aureæ-vallis fidem extollat cum aliis Bertholetus, inficiari tamen non audet, hunc plùs æquo credulum fuisse, illum miraculis apocryphis ornâsse Historiam :* Quid refert, *inquit Gallicè,* narrari ab ipso identidem miracula apocrypha? Adjuncta fabulosa, veritati missionis admixta, ipsam missionem non destruunt. *Sed ad simile argumentum responsum est præcedente* §. *Plus negotii facessere hîc posset primo intuitu Marianus Scotus, non quidem propter ætatem suam; sed propter ejus, quem citat Methodium. Enimvero in Chronico suo, lib.* 2 *post narratam sub Nerone Sancti*
E *nostri cum Sociis à S. Petro missionem, addit expresè :* Huc usque Methodius episcopus. *Ejusdem quoque se verbis usum fuisse significat, ubi temporibus Vespasiani mortuum Eucharium memorat, & Adriani* Maternum.

Sicut nec Methodii, a Mariano Scoto citati, qui perperam à quibusdam

32 *Si modò quæras, quis sit iste Methodius, quo ævo scripserit, quam sedem occupârit; respondet Brouverus, qui tamen ejus auctoritati defert plurimùm, auctorem esse* temporis necdum explorati. *Confidentiùs bini Brouvero recentiores, quorum alter Methodium Mariani vixisse supponit seculo* IV, *alter non modò idem asserit, sed præterea ad hujusmodi quæstionem, in hunc ferè modum pronuntiat :* Respondebitur, eum à Mariano Scoto, qui floruit anno MLVIII, fieri plurimùm, citarique ad annos Neronis XIV, Vespasiani I, & Domitiani III: eum in Mss. S. Maximini martyrem appellari & episcopum Patarensem &c. *Sanè si verba à Mariano producta liquidò probari possent esse Methodii Patarensis episcopi, cessaret apud me controversia, ac, sepositio omni scrupulo, traditionem amplecterer, saltem quoad substantiam. Sed tanta ætas Mariani Methodio jam dudum meritò denegata est ab*
F *aliis, & nuper à nobis tom.* IV *Augusti pag.* 38, *ubi ad allatum in hac ipsa materia ejusdem Methodii testimonium, responsum est, illius testimonium non sufficere, fallique eos, qui scriptorem hunc cum Methodio Patarensi confundunt; cùm hic circa annum* 300 *martyrium consummârit, ille apud Marianum nonnulla referat, quæ dudum post dictum annum contigerunt, uti productis exemplis ibidem ostenditur.*

Patarensis episcopus creditus, non videtur seculo 10 *antiquior.*

33 *Plura addit Honthemius mox laudatus, cujus hæc verba transfero :* Non fuisse celebrem illum episcopum Patarensem, circa annum CCC martyrio coronatum, nec etiam quemcumque alium ex antiquis scriptoribus, inde dignoscitur, quòd in Chronico Mariani pag. CDX col 1 ad annum CDVIII referat mortem S. Augustini; quæ quinto sæculo evenit; quòd citet Historiam tripartitam, quam Epiphanius scholasticus sub finem sæculi VI ad requisitionem Cassiodori compilavit; quòd denique temporum intervalla ab Incarnatione Christi metiatur, qui mos computandi octavo demum seculo usu receptus est. Sed

A ne ante finem quidem fæculi x eum ſcripſiſſe, manifeſtum facit verſus ille, quem pag. CCCLXXV col. I pangit in laudem S. Celſi, à nobis jam ſuprà relatus his verbis: „Nomine & meritis Cel„ſus, animo ſublimis, ſed & genere clarus, non „ſegnis patriæ ſemper ubique vigens.„ Qui totidem literis deſumptus eſt ex lapide ſepulchrali hujus Sancti, circa annum DCCCCLXXIX demum detecto, cujus inventionis Hiſtoriam, unà cum hoc ſepulchrali titulo à Bollando ad diem XXIII Februarii editam, ſcripſit Theodoricus monachus S. Matthiæ, Geſtorum Trevirenſium aut compilator aut augmentator. *Hactenus illuſtriſſimus, qui deinde concludit, ſuſpicari ſe, Methodium iſtum* perſonatum eſſe ſcriptorem ad origines Trevirenſis eccleſiæ (cujus præcipuam notitiam affectat) ſecundùm ſiſtema monachorum S. Matthiæ auctoritate ſua firmandas theatro datum. *Quidquid de re ſit, talis non eſt Methodius iſte, qui mihi traditionem perſuadeat.*

Inter Martyrologia perperam objiciunt nonnulli

34 *Hinc confugiunt primæ ſententiæ patroni ad Martyrologia: cumulum ingentem adducit auctor anonymus epiſtolæ Gallico idiomate concinnatæ & datæ ad amicum anno* 1743 *ita inquiens:* Noviſti, domine, quòd juxta traditionem eccleſia
B noſtra (*Trevirenſis*) fundata fuerit per ſanctos Eucharium, Valerium & Maternum, proximos diſcipulos (*diſciples immediats*) Principis Apoſtolorum. Ita nobis perſuadent Martyrologia S. Hieronymi, Rabani, Uſuardi, Bedæ, Adonis, Notkeri & Romanum. *Bertholetus, qui epiſtolam iſtam tom. 6 Operis ſui inſeruit ejuſque auctorem canonicum Trevirenſem nuncupavit, ejuſdem penè ſententiæ eſt: tom:* I *pag. 76 in Obſervationibus in hunc modum ſcribit:* Ado, Beda, Uſuardus in ſuis Martyrologiis & Petrus Cluniacenſis meminerunt SS. Eucharii, Valerii, & Materni, ut fundatorum eccleſiarum Trevirenſis, Colonienſis & Tungrenſis temporibus Apoſtolorum. *Ibidem pag.* 114: Omnia Martyrologia IX & X ſeculi, Wandelberti, Rabani, Adonis, Uſuardi & Notkeri, meminerunt SS. Eucharii & Valerii, æquè ac Romanum Martyrologium, eoſque appellant S. Petri diſcipulos. *Iterum pag.* 306 *recitatis ex Vita Sanctorum verbis, quibus à S. Petro in Gallias miſſi dicuntur, mox ſubdit:* Eamdem rem confirmant ſcriptores plurimi: quales ſunt Marianus Scotus, Albertus abbas Stadenſis &c. Qualia ſunt Martyrologia S. Hieronymi, Rabani, Uſuardi, Adonis, Bedæ, Notkeri & Romanum, ubi verbis expreſſis dictum eſt:
C „Treviris depoſitio beati Valerii epiſcopi diſci„puli ſancti Petri.„

Hieronymiana,

35 *Iſtæ aſſertiones, quæ, ſi ſatis conſtaret de præcipuis earum partibus, magnum ſanè pondus adderent veteri traditioni, eo mihi mirabiliores viſæ ſunt, quò firmiùs credideram, nihil quidquam ex Hieronymianis, Rabani, & aliquot aliis adductis Martyrologiis hauriri poſſe pro diſcipulatu aut miſſione Sanctorum noſtrorum à S. Petro; maximè quia à nullis, quod ſciam, præterquam ab hiſce duobus primæ opinionis aſſertoribus, ea in ſubſidium vocata ſunt. Quapropter operæ pretium ducebam de novo perluſtrare ſingula. Adivi itaque Florentinium, Acherium, Martenium & noſtrum Sollerium, qui vetuſtiſſima & notæ melioris S. Hieronymo adſcripta apographa, cum aliis collata, publicæ utilitati prodiderunt; ut tamen diligenter ea perſcrutatus ſum, nuſquam occurrit mihi vel nomen Eucharii Trevirenſis vel* Materni, *nedum eorum à S. Petro miſſio.*

36 *Valerium inveni, ſed iis terminis conſtri-*

ctum, ut rear, annuntiationes magis traditioni obeſſe quàm prodeſſe: eæ apud laudatos editores pro varietate codicum variæ leguntur, ſuntque ſequentes: Treviris Valerii epiſcopi; Treviris depoſitio Valerii epiſcopi; Treviris depoſitio beati, *vel*, beatiſſimi Valerii epiſcopi; Treviris depoſitio B. Valerii epiſcopi & confeſſoris. *Quis inde conficiat, Valerium fuiſſe S. Petri diſcipulum eo ſenſu, quo prætendunt illi, vel vixiſſe ſeculo primo? Quòd autem rear, magis obeſſe traditioni quàm prodeſſe recitatas annuntiationes, ſuaſit obſervatio Sollerii in notitia Martyrologiorum verſatiſſimi; quia videlicet nullibi additur ſignum diſtinctivum* De antiquis, *quo appoſito in Hieronymianis primi duorum primorum Eccleſiæ ſeculorum epiſcopi paſſim gaudent, & quod in hoc ipſo laterculo S. Hippolito tribuitur, in vetuſtiori Hieronymiano apud Florentinium; in vetuſtiſſimo apud Acherium & in eo, quod Reginæ Sueciæ appellamus apud nos tom.* VI *Junii, ubique ad diem* XXIX *Januarii. Redeo ad eos, qui ad iſta Martyrologia appellârunt, & dico me non percipere, quo ex fonte iſta hauſerint: duo ſunt, quæ ſuſpicari fas eſt; primum, quòd auctores iſti perlegentes Bollandi Commentarium de S. Valerio, non modò exiſtimârint, omne id, quod in Faſtis ibidem enumeratis dicitur de ſolo Valerio, etiam inveniri de Euchario &* Materno *in omnibus, ſed & inſuper crediderint, legi in Hieronymi & Rabani Martyrologiis, quod in aliis de diſcipulatu S. Petri adſtruitur. At profectò hallucinati ſunt; id minimè elicitur ex Bollandi textu, quem quantùm huc ſpectat, ſubjungo integrum:* Valerii nomen pleriſque etiam vetuſtiſſimis inſcriptum eſt Martyrologiis. Ms. S. Hieronymi, Rabanus, Ms. S. Maximini: „Treviris depoſitio S. Valerii epiſcopi„. Uſuardus, Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Martyrologium Romanum variaque Mss.: „Eo„dem die Treviris depoſitio B. Valerii epiſcopi, „diſcipuli S. Petri apoſtoli„. *Alterum eſt, quòd fortaſſe Hieronymianum apographum habuerint, nobis incognitum; ſed, uti credam, donec de contrario convincar, recentiorum additionibus auctum. Idem de Rabani & aliis nonnullis Faſtis, de quibus infrà, dictum eſto.*

AUCTORE J. P. & miti reſponſo

37 *Tali reſponſo mitiùs à me exceptos reor traditionis defenſores, quàm nuperrimè à neoterico Henſchenium noſtrum, qui in materia non multùm abſimili auctores multos citaverat pro ſua ſententia, ipſorumque textus recitaverat, in quibus reipſa habebatur, quod prætendebat, ut non potuit diffiteri idem memoratus neotericus ita inquiens:* Celebris iſte hagiographus (*Henſchenius in Exegeſi de epiſcopatu Tungrenſi & Trajectenſi*) contendit, omnes S. Servatii ſucceſſores numero viginti vocatos fuiſſe epiſcopos Trajectenſes. Citat Gregorium Turonenſem, Baudemundum diſcipulum S. Amandi, Harigerum, Anſelmum, Notgerum, Ægidium Aureæ-vallis, auctorem Chronici Magni, Godeſchalcum, varia Martyrologia, demum diplomata imperatorum ac regum, qui ſucceſſoribus S. Servatii, titulum dederunt TRAJECTENSIS EPISCOPI non TUNGRENSIS. *Audi nunc quàm bellè difficultatem perrumpat, & Henſchenium explodat:* Unica obſervatio ſufficit, ut evaneſcat cumulus iſte citationum; quæ eruditionis ejus potiùs ſunt indicium (*fortaſſe mitiùs expono ſenſum Gallicum:* une montre de ſon erudition, & oſtentatio *dictum oportebat*) quàm veritatis probatio. Numquam negatum eſt, ſcriptores fuiſſe, qui illis (*epiſcopis*) dederint hunc titulum, difficultas eſt, an juſta ratione dederint.

corrigantur;

AUCTORE J. P.

Quid non dicturus erat hujuſmodi auctor, ſi id, quod aſſerebat Henſchenius, apud pleroſque vel ſaltem antiquiores & potiores auctores minimè reperiſſet?

corrigendi ſimiliter, dum Rabanum

38 *Idem, quod de Hieronymianis apographis dixi, cenſendum eſſe monui de Rabani & aliis pleriſque Martyrologiis, genuina volo, & in quantum producantur ad probandum de* S. Materno *diſcipulatum S. Petri. Etenim Rabanus, qui ſub medium ſeculi* IX *ſcripſit, nihil habet præter iſtas annuntiationes:* XXIX *Januarii:* Treviris. B. Valerii epiſcopi. XIV *Septembris:* Et depoſitio S. Materni epiſcopi. VIII *Decembris:* Et depoſitio S. Eucharii epiſcopi. *Idque in ſingulis, quæ vidi exemplaribus: quod addo, quia Launoyus veriſimiliter habuit corruptum Rabani apographum, quando in Diſſertatione de loco Sulpitii Severi, edita anno* 1651, *ita ſcripſit cap.* 29 *pag.* 119: Adeo parva eſt apud veteres Eucharii memoria, ut eum vetus Romanum Martyrologium, Uſuardus, Ado, Rabanus necdum vindicaverint. *Et pag.* 122: De omni Materno apud Uſuardum, Adonem, Rabanum, Notkerum ſilentium eſt. *Rectiùs de Beda judicavit idem Launoyus,*

B *dum illius Martyrologium (vulgatum ſcilicet ſub nomine ejus tom.* 3 *Operum, ac dein ſeorſum typis Plantinianis) purum non eſſe dixit, & meritò dubitari poſſe, an inter exſcribendum addita non fuerint, quæ leguntur de Valerio.*

& Bedam allegant, ex quorum genuinis

39 *Nam id Martyrologium abſolutè hodiedum Bedæ abjudicatur ab eruditis, nec jam paſſim ſub alio nomine venit, quàm Bedæ ſpurii & ſuppoſititii. Ipſemet Bollandus in præfatione ſua generali, præfixa tom.* I *Januarii cap.* 4 § VI, Non poteſt, *inquit*, id Bedæ meritò tribui, *& poſt allatas aſſerti hujus rationes, monet, citare ſe tamen illud* vulgatum Bedæ, *quia eo nomine tum innotuerat. Hinc intelligas, quæ mens ipſi fuerit, dum tom.* 2 *Januarii pag.* 117 *ſcripſit, quòd Beda vulgatus habeat ſequentia:* Eodem die Treviris depoſitio Valerii epiſcopi, diſcipuli S. Petri apoſtoli. *Adde, quòd idem Bollandus, quantumvis majorem iſti Martyrologio auctoritatem tribuendam cenſuiſſet, quàm tribuatur hodiè, de ſolo Valerio, quod & ſuprà innuebam, dixerit iſta legi ibidem, nentiquam de Euchario &* Materno, *qui nuſquam in dicto Martyrologio dicuntur* diſcipuli S. Petri. *Iis ergo, qui ab*

C *auctoritate venerabilis Bedæ probatum volunt, tres Sanctos miſſos fuiſſe à S. Petro, incumbit alterum ejuſdem Martyrologium aſſignare: ſed verear, ut id exſequantur ſucceſſu proſpero.*

Faſtis nihil eruitur.

40 *Certè in eo, quod Henſchenius & Papebrochius ante tom.* 2 *Martii ex octo antiquis Mss. ediderunt, ut genuinum Bedæ, à Flori auctariis diſtinctum, in eo, inquam, aut in ipſis, Flori auctariis, ne nomina quidem SS. Eucharii, Valerii &* Materni *Trevirenſium invenio. Exſtant & apud Martenium in Collectione ampliſſima tom.* 6 *col.* 638 *&* 650 *bina Martyrologia ſeu Calendaria antiqua, quorum alterum monaſterii S. Maximini Trevirenſis, ad omnes anni dies completum & ante annos octingentos exaratum, vocatur:* Libellus annalis domini Bedæ presbyteri; *ſed purum eſſe Bedæ fœtum aſſerere non audet editor;* Si tamen, *inquit*, non fallit titulus, Bedæ hoc Martyrologium variis Sanctorum præſertim Trevirenſium & circumvicinorum locorum acceſſionibus auctum eſſe fatendum eſt. *Alterum eſt deſcriptum ex Floriacenſi Bedæ Operum codice, cujus character, teſte eodem editore in Obſervatione prævia, circitèr nongentos annos repræſentat, paucoſque ſingulis menſibus Sanctos præferens,* D *ac magnam cum Bedæ metrico affinitatem habens, potiore jure huic attribuendum eſt. Sed qualiacumque ea demum ſint, nihil juvant traditionem; in poſteriori enim, ſicut nec in ipſo Bedæ metrico, non reperiuntur nomina Sanctorum noſtrorum: in priori verò ea leguntur commemorationes:* IV Cal. (*Februarias*) Treviris depoſitio S. Valerii epiſcopi & confeſſoris. XVIII Calendas Octobris... & S. Materni, *monetque editor, hoc ſcriptum eſſe* altera manu. VI Idus (*Decembris*) Natale S. Eucharii epiſcopi Trevirenſis. *Hinc ſatis liquet, nihil ex Beda præſidii poſſe repeti pro traditione. Conſulendi nunc Ado, Notkerus, Uſuardus & alii.*

§ V. Proponuntur argumenta petita ex Adone, Martyrologio Romano, & Bullis, ac diplomatis, & ſingulis ſubduntur reſponſa. E

In Adonis Martyrologio S. Valerius S. Petri diſcipulus dicitur;

Martyrologium ſuum compoſuit Ado anno circitèr 858, *aut fortè paulò citiùs, uti cenſet cum aliis Sollerius, iſque Ado primus eſt, qui Sanctorum diſcipulatui S. Petri utcumque videtur favere, quandoquidem apud eum die* XXIX *Januarii legantur iſta:* Eodem die depoſitio B. Valerii epiſcopi, diſcipuli S. Petri apoſtoli. *Utcumque, inquam, videtur favere. Nam de ſolo Valerio hæc leguntur, de* Materno *nulla mentio per totum Martyrologium, nec ulla etiam, ſi rectè judicârit Roſweydus, de Eucharo, cujus ille annuntiationem ad diem* VIII *Decembris hiſce verbis conceptam,* Ipſo die Treviris depoſitio S. Eucharii epiſcopi & confeſſoris, *ad Appendicem relegavit, ut Adoni non propriam. Iſtud de* S. Materno *& veriſimillimè etiam de Eucharo ſilentium, adeo mirum mihi apparuit, ut mox ſuſpicio incideret, an non ille ipſe Valerio adſcriptus S. Petri diſcipulatus Adoni acceſſiſſet aliunde. Imò, inquis, aliunde acceſſiſſe veriſimile non eſt ex eo, quòd, ſi quis ex amore in Trevirenſem eccleſiam Valerium ut S. Petri diſcipulum adjeciſſet Adonis Martyrologio, is profectò neque Eucharium neque* Maternum *fuiſſet neglecturus. Rectè ſanè: ſed contrà; ſi Adoni ipſi miſſio S. Valerii à S. Petro ſatis perſpecta fuit, quomodo latuit eum miſſio SS. Eucharii &* Materni *ab eodem Apoſtolo; vel cur eos,* certè S. Maternum, *ita præteriit, ut ne locum quidem conceſſerit in Martyrologio?* F

quomodo id exponant adverſæ ſententiæ patroni pleriique;

42 *Ceterùm, qui ſeſe opponunt iſti diſcipulatui, vario modo exponunt Adonis textum de S. Valerio. Sunt, qui eam à S. Petro miſſionem intellectam velint ſenſu improprio; non eo ſcilicet, ut Valerius miſſus fuerit ab ipſo S. Petro tum ſuperſtite, ſed ab aliquo ex ſucceſſoribus S. Petri, ſeu à Sede S. Petri, quo pacto de miſſione S. Martialis Lemovicenſium primi epiſcopi cenſuit Cordeſius in Diſſertatione ſua, inſerta à noſtris tom.* V *Junii à pag.* 538: Cum, *inquit ille num.* 18, Romana Eccleſia Petri Sedes fuerit ſemper appellata, illi, qui ab ea Sede legati ſunt, à Petro miſſi fuiſſe dicti ſunt; licèt à Petri ſucceſſoribus longa poſt tempora venerint: quod pluribus ſcriptorum locis mani-

A manifeſtum, confirmatur dignitate Bonifacii, à Gregorio II in Germaniam Euangelii gratiâ legati, qui Miſſus S. Petri dicitur in Caroli Martelli Epiſtola, & cap. 2, lib. v Capitularium. *Eadem penè mens fuit Caſtellani in Annotatis ad duos primos menſes Martyrologii Romani Gallicè redditi; etenim pag.* 451 *obſervans cum Sollerio ſuperiùs laudato, quòd in Hieronymianis apographis S. Valerius diſtinctus non ſit eâ formulâ:* De antiquis, *qui primi ac ſecundi ſeculi epiſcoporum character eſt, tandem ſic pronuntiat:* Itaque dum ab Adone titulo diſcipuli S. Petri inſignitur (*Valerius,*) eo id ſenſu accipiendum eſt, vel quòd à Sede S. Petri fuerit deſtinatus, vel quòd ſequeretur aut exſequeretur ea, quæ in Epiſtolis S. Petri obſervanda proponuntur.

quomodo Honthemius, juxta cujus expoſitionem

43 *Illuſtriſſimus ab Hontheim inter alias, quas oſtendit vias, elevandi roboris, ex Adone ab adverſariis quæſiti, aſſignat etiam ſequentem; potuiſſe nimirum deceptum fuiſſe Adonem populari iſto rumore, qui ſeculo* x *jam tum viguit. Attamen cùm in iſta hypotheſi non ſatis percipiam, cur præteriiſſet Ado SS. Eucharium &* Maternum, *magis placet altera illuſtriſſimi conjectura, hiſce verbis expreſſa:* Fortè etiam Valerii nomen, quod in S. Clementis Rom. Epiſt. I ad Corinthios legitur, ei (*Adoni*) anſam præbuit, ut noſtrum, ab illo utique diverſum, B. Petri diſcipulum ſcriberet. *In hac hypotheſi admitti poteſt, nihil aliunde Adoni adjectum fuiſſe, nihilque ſenſu improprio eſſe accipiendum. Præterea ſic utcumque concipitur, quomodo nec Eucharii meminerit Ado nec* Materni. *Quippe quos in Hieronymiano Martyrologio, cujus copiam ipſum habuiſſe contendit Sollerius, notatos non reperit, ſicut repererat Valerium. Imò cùm Ado Martyrologium ſuum conſcripſerit ante annum* 860, *uti poſt Mabillonium, Caſtellanum alioſque contendit Sollerius in Præfatione ad Uſuardum num.* 151, *ſi conjecturas conjecturis addere cuiquam lubeat, ſuſpicari non ineptè is poterit, famam de S. Valerii diſcipulatu S. Petri ab Adone inchoatam modo jam propoſito, dimanâſſe ad Uſuardum & Notkerum, ambos Adone, non tamen diu, recentiores, ejuſque locis multis deſcriptores, atque hinc etiam ad monachos S. Matthiæ Trevirenſes, nominatim Eberhardum, qui Vitas SS. Eucharii, Valerii &* Materni *compoſuit & anno* 909 *vivere deſiit. Ad iſtum modum conſtituta tantiſper origine famæ diſcipulatûs S. Petri in Valerio, haud difficulter concipitur, eumdem diſcipulatum attributum fuiſſe SS. Eucharo &* Materno *per dictos Trevirenſes monachos, utpote qui hiſce eamdem prærogativam debitam exiſtimarent, quam ſoli Valerio adſcriptam legerant in dictis Martyrologiis; nam, quod notandum eſt, neque apud Notkerum SS. Eucharii &* Materni *memoria eſt, neque apud Uſuardum, niſi in Auctariis.*

B

C

variæ formantur conjecturæ de origine traditionis.

44 *In eadem denique hypotheſi facilè aſſequimur, cur Wandelbertus eodem ſeculo nono Prumienſis in Trevirenſi diœceſi monachus, & Rabanus ex Fuldenſi monacho epiſcopus Moguntinus, nec Valerium, quem ille ſolum memorat, nec Eucharium aut* Maternum *titulo diſcipuli S. Petri ornaverint; quandoquidem, uti probat Sollerius in Præfatione ad Uſuardum, uterque Martyrologium ſuum concinnaverit ante Adonem. Et hinc ulteriùs obſervari poteſt, confirmari eamdem ipſam, in qua jam hæſimus, hypotheſim ex tanto duorum virorum adeo vicinorum ſilentio, neque parùm infirmari traditionis antiquitatem, niſi ei aliunde accedat robur; quod ab aliis ſeu editis ſeu Mss. Martyrologiis non videtur poſſe repeti, quia cùm hæc jam recenſitis poſteriora ſint, meritò cenſentur profluxiſſe ex Adone, aut ejus ſequacibus, quæ habent de tribus epiſcopis; vel, ſi vetuſtiora ſint, quale eſt Romanum Roſweydi, de iiſdem epiſcopis altum ſilent. Ne Belinus quidem, cujus Martyrologium impreſſum fuit Venetiis anno* 1498 *& Pariſiis* 1621 *ſub hoc titulo:* Martyrologium ſecundùm morem Romanæ curiæ, Maternum *aut Eucharium annuntiat.*

AUCTORE J. P.

Ejuſdem Honthemii reſponſum ad Martyrologium Romanum

45 *Si autem objicias auctoritatem Romani hodierni, cujus ad diem* XIV *iſta annuntiatio eſt:* Treviris ſancti Materni epiſcopi, diſcipuli beati Petri apoſtoli, qui Tungrenſes, Colonienſes & Trevirenſes alioſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit: *ſimileſque ferè ad dies* XXIX *Januarii, &* VIII *Decembris de Valerio & Eucharo; reſpondet illuſtriſſimus ab Hontheim:* Quæ quantaque reverentia habenda ſit Martyrologio Romano, & pientiſſimo juxtà ac doctiſſimo Cardinali, cujus ſtudio illud, quo hodie utimur, debemus, non ignoro. At ipſæ illæ, quas vir Eminentiſſimus antiquis Martyrologiis intulit, quaſque proprio ſuo Martyrologio, pluries jam tum recognito, emendationes adhibere adhuc conſtitutum habebat, ſatis evincunt, Martyrologiorum definitiones ipſimet irrefragabiles viſas non fuiſſe. *Quæ & aliorum ſententia eſt, & nominatim beatiſſimi Patris Benedicti* XIV, *hodie univerſam Chriſti Eccleſiam feliciter gubernantis, qui lib.* 4, *part.* 2, *cap* 17, *num.* 9 *&* 10 *de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum canonizatione, ſic ſcribit:* Poſtremò aſſerimus, Apoſtolicam Sedem non judicare, inconcuſſæ eſſe & certiſſimæ veritatis, quæcumque in Martyrologium Romanum inſerta ſunt ... Quod & optimè colligitur ex mutationibus & correctionibus à ſancta ipſa Sede demandatis. Enimverò, præter ſuprà expoſita, ſcimus Cardinalem Leandrum Colloredum multa parâſſe pro nova expurgatione Martyrologii Romani; at morte præreptum Opus abſolvere & typis edere non potuiſſe. Nec verò urgent Apoſtolicæ Litteræ Gregorii XIII Martyrologio Romano præfixæ, in quibus dicitur, emendatum fuiſſe Romanum Martyrologium, idque eſſe legendum in choro, nec aliud ulla in re minutum, auctum, aut mutatum eſſe edendum. Ex hoc etenim rectè non infertur, omnes & ſingulos errores fuiſſe à Martyrologio ſublatos; nec viris in eccleſiaſtica Hiſtoria peritis prohibitum dici poteſt confugere ad ſanctam Sedem, ſi novæ correctionis fundamenta ſuppetant: quod ex ipſa colligitur ſanctæ Sedis diſciplina, quæ etiam poſt Litteras Apoſtolicas ſuprà memoratas Gregorii XIII novas Martyrologii correctiones demandavit & admiſit.

E

F

multorum auctoritate confirmatur.

46 *Eodem capite proferuntur nonnulla magni ſanè momenti correctionum exempla, in quibus titulus* Sancti *quibuſdam attributus, poſtea mutatus fuit, vel nomen ipſum ejus, qui ut Sanctus memorabatur, è Martyrologio expunctum: neque tamen vel ſic auctoritatem ejus imminutam fuiſſe, cenſetur, ac proinde neque imminuendam hîc, ubi non de ſanctitate trium epiſcoporum, ſed de adjunctis dumtaxat temporis, quo Treviros venerunt, & perſonæ, à qua miſſi perhibentur, diſceptatur, quæque plurimùm pendet à fide auctorum vel monumentorum, unde in Martyrologium devenerunt; præſertim ſi res ſint tanto temporis intervallo à nobis disjunctæ. Launoyus in Diſſertatione de Loco Sulpitii Severi* § 29 Galeſinius, *inquit,* primus Maternum Romano inſeruit Martyro-

AUCTORE J. P.

tyrologio, quod recognovit (*seculo* XVI, *sedente Gregorio* XIII *PP.*) neque inseruit modò, sed eum beati Petri discipulum posuit. *Et post pauca:* In eo (*Martyrologio*) quod Patavii ante annum MD & Venetiis anno MDXLIX prodiit, nullus Maternus comparet, tantùm abest, ut aliquis ibi discipulus beati Petri dicatur. *Et certè laudatus Galesinius, in notationibus, in quibus passim assignat, unde „ quæ in Martyrologio habentur, petita sint, pro* S. Materno *ad nullos antiquos Fastos remittit, sed ad Tabulas tantùm Trevirenses, Democharem & Eisengreniam.*

Respondetur ad Bullas & diplomata

47 *A Martyrologiis progredimur ad Bullas Pontificias, ad quas similiter appellant nonnulli opinionis primæ assertores: verumtamen cùm Bullæ istæ, uti mox patebit, non superent seculum* X *& similem materiam operosè pertractârint nostri; præsertim Papebrochius in Responsionibus ad exhibitionem P. Sebastiani à S. Paulo part.* I *Art.* 2, §§. 10 *&* 14, *ubi sat clarè expositi, quid juxta theologos citra irreverentiam erga Sedem Apostolicam censeri possit de factis historicis, quæ ad rem fidei, morum & rituum non spectant, & quæ ex relatu dumtaxat alieno, & communi pro tempore opinione in similibus Bullis sine definitione referuntur; ne acta agam, recitabo simpliciter, quæ hìc habet illustrissimus ab Hontheim, unde & Bullas ipsas noverit lector, & ejus ad illas responsum; sic scribit:* Gravioris ponderis (*quàm aliorum scriptorum seculi* X *&* XI *testimonia, de quibus egerat*) videri possent nonnullæ Romanorum Pontificum Bullæ & imperatorum diplomata seculi X & XI, quibus B. Eucharius cum Valerio & Materno à S. Petro Treviros missus, & ab his Trevirensis ecclesia plantata asseritur. Eò pertinet Bulla Joannis XIII de XXII Januarii DCCCCLXIX apud Browerum Annal. Trevir. tom. I pag. CCCCLXXII, & in Bullario magno Rom. tom. IX pag. I edit. Luxemb. Alia Bulla Benedicti VII de XVIII Januarii DCCCCLXXV apud Browerum cit. tom. I pag. CCCCLXXVI. Tertia Leonis PP. IX de XIII Aprilis MXLIX apud eumdem pag. DXXVI. Diploma Henrici IV imp. de XIII Julii MLXVI in Zillesii Defensionali S. Maximini part. III pag. XLIII. Horum primus Joannes XIII, se hanc historiam PRIDEM AUDIENDO, IMÒ ET LEGENDO COMPERTAM HABUISSE asserit. Potuit nimirum illam facilè legisse in scriptis Eberhardi, monachi S. Matthiæ, anno DCCCCIX defuncti (*acceptis fortasse à Theodorico archiepiscopo Trevirensi, qui tum Romam venisse dicitur in Bulla*) neque enim dicit Pontifex, se eam IN ANTIQUIS SCRIPTIS legisse.

B

C

quæ pro traditione allegantur.

48 Erat ea scilicet sententia tunc in orbem satis sparsa; at opinio, quamquam ab uno vel pluribus, imò ab omnibus per plura secula credita fuerit, novum per hoc pondus non acquirit, manetque talis, etsi in cartas principum relata fuerit. Firmabimus id auctoritate Sirmondi tom. IV Operum pag. CCCCC, in alia quidem causa, Trevirica tamen, ad P. Alex. Wilthemium ita scribentis: „Quod igitur ad Dagoberti pro S. Maximino diploma spectat, idem, „ opinor, judicium esse debet, ac reliquorum „ omnium, quæ à Pontificibus vel à principibus prodeunt. Quæ singula in iis, quæ statuunt, „ aut quæ concedunt, vim ac auctoritatem obtinent; in ceteris, quæ sibi ab aliis exposita narrant, fidem non aliàm faciunt, quàm eorum „ fuit, qui exposuerunt. Incerta autem & falsa „ plerumque suggeri, haud dubium est.„ Quare & nullus eruditorum virorum hactenus existimavit, memorata Pontificum & imperatorum Diplomata (quamquam ea jam à centum & ampliùs annis in publica luce sint) ad hujus quæstionis decisionem multum conferre.

D

§ VI. Proferuntur ac discutiuntur Catalogi episcoporum Trevirensium, allati in subsidium traditionis disputatæ.

Catalogus episcoporum à Browero & aliis exhibitus

Supereſt, ut examinemus catalogos episcoporum, maximè Trevirensem, quo plurimum niti creditur disputata hìc traditio: quod ut ritè fiat, illum in quantum huc spectat, præmitto eo ordine, quo passim descriptus exhibetur ex Broweri Annalibus:

I.	Eucharius.	XIV.	Auctor I.
II.	Valerius.	XV.	Mauritius I.
III.	Maternus.	XVI.	Fortunatus.
IV.	Auspicius.	XVII.	Cassianus.
V.	Celsus.	XVIII.	Marcus.
VI.	Felix.	XIX.	Navitus.
VII.	Mansuetus.	XX.	Marcellus.
VIII.	Clemens.	XXI.	Metropolus.
IX.	Moyses.	XXII.	Severinus.
X.	Martinus I.	XXIII.	Florentius.
XI.	Anastasius.	XXIV.	Martinus II.
XII.	Andreas.	XXV.	Maximinus.
XIII.	Rusticus I.	XXVI.	Valentinus.
		XXVII.	Agritius.

E

En tibi, inquiunt nonnulli, qui pro traditione decertant, seriem episcoporum sex suprà viginti, qui Trevirensem ecclesiam gubernârunt usque ad Agritium, quem communi hodie eruditorum consensu constat gubernâsse eam anno 314, *contra calculos Broweri, Agritii primordia differentis in annum* 327: *idque profectò, addunt, plurimùm conducit ad hujus ecclesiæ gloriam, quæ inter tot tantasque persecutiones, devastationes, incendia conservavit peculiari prorsus beneficio nomina pastorum suorum; cùm aliæ pleræque Germaniæ Galliæque ecclesiarum tabulæ hiatus patiantur seculi unius passim aut alterius.*

F

non probatur vetustior Historiâ Trevirensi;

50 *Multa hìc rursus opponi possunt, opponunturque ab adversæ sententiæ patronis: ac primò quidem non usque adeo commendandus apparebit recitatus episcoporum catalogus, si primum ejus fontem, aut si vis, antiquissimum, unde depromptus est, monumentum inquirentibus sistendum sit in Historia Trevirensi (& verè in ea sistendum esse contendunt ipsi, nec contrarium evincunt adversarii) quæ neque ab ætate, neque ab auctoritate multum ponderis ei afferre nata est. Idem censeri potest de Mariani Scoti Methodio, incerti temporis auctore, &, ut suspicio est, Historiæ Trevirensis descriptore. Vide suprà num.* 32 *&* 33. *Illud tamen inter Mariani Methodium & nominatam Historiam discrimen est, quòd ille in sua enumeratione octo posteriorum episcoporum nomina supprimat & post* Marcum *adjiciat istas particulas:* Ceterique quàmplurimi; *ac præterea Celsum vel Serenum, in Historia Trevirensi non expressum,* Auspicio *successorem assignet. Neque dicas, in hisce minimè sistendum esse, sed ulte-*

rius

A *riùs procedendum ad* certiſſimam Majorum relationem *& vetuſtiores chartulas, excidio Normannico ereptas, de quibus ſuprà num.* 29 *: nam, quæ citato numero reſponſa ſunt, hîc ſimiliter locum obtinent.*

multa ſunt, 51 *Adhæc quid cenſeas de auctoribus, qui poſtquam fuſam, ſed fabulis refertam, Hiſtoriam de geſtis trium primorum antiſtitum concinnârunt, viginti circiter ſucceſſores ſubnectunt, martyres omnes, ſepultos omnes in eccleſia S. Eucharii, quorum nec originem, nec patriam, nec geſta ulla, nec initium aut finem epiſcopatûs, nec mortis genus, neque aliquid demum præter nomina ſe compertum habuiſſe agnoſcunt? Demus ipſa verba Hiſtoriæ Trevirenſis apud Calmetum & alios. Poſt enarratam* S. Materni *mortem capite* 26, *ſic inchoatur cap.* 27: Dein Auſpicius quidam eccleſiæ regimen tenuit; dein inſignes per legitimas ſucceſſiones ſanctitate & gratiâ pollentes exſtitérunt Felix (*& reliqui ſuprà enumerati uſque ad Agritium*) quorum octo ultimi (Navitus *ſeu* Avitus *&c.*) etiam Tungrenſi eccleſiæ præfuiſſe noſcuntur. Qui omnes diverſis temporibus non ſolùm in propria provincia, ſed & in extimis & ultimis induſtrii & illuſtres, non ſolùm confeſſione, quin & martyrio exiſtentes regna tyrannorum vicerunt, qui videlicet epiſcopi omnes in eccleſia S. Eucharii ſepulti eſſe creduntur. Quorum autem imperatorum vel conſulum ſinguli claruerint temporibus, quoſque vita eorum habuerit exitus, quotque ſinguli annis adminiſtraverint officium pontificatûs, ſeu quantum quiſque ampliaverit eccleſiæ ſuæ reditus, quia totius Galliæ ab Hunnis & Nortmannis facta abolevit everſio, nec à nobis lectorum cujuſquam requirat exactio; cùm & antea diris x perſecutionibus, ſub quibus vixêre, eorum memoriam fama ſcriptorum ſtudio minùs potuerit divulgando perpetuare.

B

C

quæ eum 52 *Nonne jam nunc, quod ex poſt dicendis clariùs patebit, ſuſpicari fas eſt, nomina iſta epiſcoporum aliunde accerſita, veriſimiliùs ex diptychis aliarum eccleſiarum, in catalogum Trevirenſem tranſlata fuiſſe in eum finem, ut, ſublato ducentorum ferè annorum hiatu, plauſibilior evaderet traditio miſſionis à S. Petro? Quippe ad hoc minùs idoneum videbatur, quod legitur eodem cap. Hiſtoriæ Trevirenſis; mortuo nempe* Materno, Treviros rectæ fidei credulitatem amiſiſſe & ad priſtinum paganiſmi vomitum ex maxima parte rediiſſe: *vel quod generaliùs dicitur à biographo S. Agritii apud nos tom.* 1 *Januarii pag.* 775 *his ſce verbis:* Sicut enim diligenti ſupputatione collegimus, ducentos & unum annos inter S. Materni ex hoc mundo glorioſum exceſſum & B. Agricii felicem in hanc urbem ingreſſum eſſe cognoſcimus; quo temporis ſpatio intercurrente, ceſſavit hujus ſedis epiſcopatus, paganis ipſam civitatem obtinentibus. *Hunc auctorem fuiſſe putat Honthemius monachum S. Matthiæ Trevirenſis Lambertum de Legia, ac floruiſſe medio ſeculo* XII. *Et profectò haud multò ſe antiquiorem eſſe abundè prodit, dum cap.* 5 *de re quaſi dudum tranſacta ſcribens, Ottonem I memorat, & iſto nomine tres exſtitiſſe monet imperatores.*

ad firmandam traditionem 53 *Hinc ſanè conjicias, vel dicto ſeculo non adeo celebrem fuiſſe famam de* S. Materni *uſque ad S. Agritium ſucceſſoribus, quin aliquibus non innotuerit, vel ſi innotuerit, admiſſam non fuiſſe ab omnibus; quid enim impuliſſet jam citatum biographum, ut duorum penè ſeculorum ſedis vacationem adſtrueret, ſi epiſcopos ejuſdem noviſſet, & verè ut talcs admiſiſſet? Sed, quod mireris, ne omnibus quidem Hiſtoriæ Trevirenſis continuatoribus ea epiſcoporum ſucceſſio cognita fuit, vel ſaltem fide digna apparuit. Adi caput* LXVII, *ex illis unum, qui ſeculo eodem* XII *geſta Brunonis, ab anno* 1102 *uſque ad* 1124 *Trevirorum antiſtitis, exaravit, ſic ſcribentem invenies:* Ita enim S. Sylveſter beato Agritio, quarto epiſcoporum Treberenſium, quorum nomina cognita habemus, ſcribit *&c. Equidem cum Calmeto crederem ex tam ingenua ſcriptoris domeſtici confeſſione confici,* necdum eo ſeculo excogitata fuiſſe nomina viginti epiſcoporum, qui S. Materno dantur ſucceſſores, & S. Agritio deceſſores; *niſi Harigerus & Marianus Scotus, ut ſileam hujus Methodium, neſcio quem, id prohiberent: quandoquidem Marianus ſeculo* XI *jam nominâſſet ex illis quindecim, additâ hâc clauſulâ:* Ceterique quàmplurimi; *Harigerus ſub exitum ſeculi* X *reliquos octo, qui Trevirenſem ſimul & Tungrenſem eccleſiam gubernâſſe crediti ſunt.*

AUCTORE J. P.

minùs aptum faciunt & interpolationis valdè ſuſpectam: 54 *Quapropter, niſi quis velit his etiam locis ſeculo* XII *aut ſeriùs interpolatos fuiſſe Harigerum & Marianum, in ſententia rejicientium ſeriem iſtam ſucceſſorum* S. Materni, *duo ſunt, qua malim dicere. Primum eſt, ejus inventorem fuiſſe monachum S. Matthiæ, veriſimiliùs ob mox dicenda juniorem Eberhardo, qui anno* 909 *defunctus ſcribitur, ſed vetuſtiorem Goldſchero, qui ab anno* 1012 *uſque ad* 1038 *continuandæ patriæ Hiſtoriæ curam habuit. Ita enim intelligo, quo pacto Harigerus, cujus obitus affigitur anno* 1007, *& à quo dictam Hiſtoriam viſam fuiſſe volunt, aliquot epiſcopos, Trevirenſi ſimul & Tungrenſi eccleſiæ ibidem adſcriptos, acceptârit; Methodius verò Mariani ſuos deprompſerit, atque iis præterea adjunxerit S. Celſum propter verſus in ſepulcrali lapide inventos anno* 979, *& ex Honthemio recitatos à nobis num.* 33. *Alterum eſt, quòd ipſemet fortaſſe Mariani Methodius conflaverit memoratam epiſcoporum ſeriem, eaque, ut percipias verè ignoratam fuiſſe à ſeculi* XII *Trevirenſibus monachis, ab horum dumtaxat ſucceſſoribus adoptata fuerit auctaque ex Harigero; quamvis in hac hypotheſi non videam, cur nomen S. Celſi omiſerint; vel cur adeo incauti fuerint, ut, poſtquam nomina epiſcorum inſeruiſſent cap.* 27, *non correxerint locum, quem dedimus num. præcedente ex cap.* 67, *illi epiſcoporum catalogo prorſus contrarium. Sed quocumque demum modo rem explices, ſufficienter conjicimus, ſeculo* XII *vel non omnibus, uti mox dicebam, etiam Trevirenſibus ſcriptoribus cognitos fuiſſe antiſtites iſtos* S. Materni *ſucceſſores, vel ut tales non fuiſſe univerſaliter admiſſos.*

E

F

cùm exſtent exemplaria vetuſta, 55 *Porrò ſuſpicionem de interpolatione catalogi Trevirenſis plurimùm auget teſtimonium Calmeti in Obſervatione prævia ad Hiſtoriam Trevirenſem, editam ad calcem tom.* 1 *Hiſtoriæ Lotharingicæ, quod ſic ſonat:* Vidimus autographum hujus Hiſtoriæ in abbatia S. Matthiæ Trevirenſi, idque contulimus cum antiquiore & contractiore Ms., quo veriſimiliter uſus fuit Theodoricus, quodque eſt quaſi fundamentum & baſis hujus Hiſtoriæ. Initium & Vitæ primorum epiſcoporum Trevirenſium Eucharii, Valerii & Materni iiſdem verbis leguntur in utroque Ms. ſed alibi variæ ſunt additiones ac correctiones, quas per decurſum aſſignabimus. *Tum inferiùs in margine ad cap.* 27 *monet, nullam fieri in antiquo Ms. Trevirenſi mentionem de ſucceſſione epiſcoporum à* S. Materno; *ſed poſt relatam Sancti hujus ſepulturam mox tranſiri ad hiſtoriam martyrii militum Thebæ le-*

AUCTORE J. P.

gionis, ac proinde deſiderari integrum cap. 27. Laudatus auctor id ipſum monuerat in Diſſertatione de epiſcopis Trevirenſibus præfixa memorato tom. 1 his penè verbis : Antiquum Ms. S. Matthiæ, viſum à nobis in eadem abbatia, non loquitur de viginti iſtis & uno S. Materni ſucceſſoribus epiſcopis.

in quibus inter S. Maternum & Agritium ſeculi 4 epiſcopum

56 *Fatetur quidem Honthemius, qui eodem hoc argumento utitur, inquiſiviſſe ſe apud S. Matthiæ monachos in allegatum a Calmeto antiquius Ms., nec inveniſſe; putat tamen aliò tranſlatum fuiſſe, vel fortaſſe adhucdum ibidem latère*, non facilè reperiendum, inter Mss. voluminum copiam, nullo ordine conſiſtentium, *ut ipſe loquitur*, nullis numeris aut titulis diſtinctorum, ſed ne in catalogos quidem ſeu indices relatorum. *Deinde addit :* De (*Calmeti*) viri ampliſſimi & religioſiſſimi fide eò minùs hæreo dubius, quòd alius vir eximius & harum rerum prudentiſſimus, ſimile Ms. Geſtorum exemplar, in quo pariter nulla epiſcoporum nomina inter Maternum & Agritium media ſunt, alio loco à ſe viſum, mihi retulerit. *His ſtantibus teſtimoniis, neque enim juſtam video rejiciendi ea rationem, conſequi mihi videtur, quod obſervabam ſuprà, inventorem diſputatæ ſucceſſionis, ſi monachus fuerit S. Matthiæ Trevirenſis, juniorem fuiſſe Eberhardo, quo non agnoſcitur ſcriptor antiquior Hiſtoriæ Trevirenſis : quandoquidem unum ſaltem alterumve, cui deſit hujus ſucceſſionis memoria, dictæ Hiſtoriæ exemplar reperiatur vetuſtius eo, quod Calmetus edidit, quodque ſibi probabile eſſe ait compoſitum fuiſſe à Theodorico, atque à Goldſchero continuatum. Imò eidem ſemper hypotheſi inhærendo, veriſimile mihi fit, quòd Geſtorum Brunonis archiepiſcopi ſeculo* XII *conſcriptor, faſſus ſit, cognita tantùm haberi nomina SS. Eucharii, Valerii &* Materni *uſque ad Agritium, quia alia non legerat in vetuſtiori Geſtorum exemplari, & novos, ſi viderit tamen, à recentioribus adſtructos, catalogos epiſcoporum negligendos putaverat, utpote nullo antiquiore & fide digno fultos teſtimonio.*

medius non legitur.

57 *Idem cenſeri poteſt de biographo S. Agritii laudato num.* 52; *vel non habuiſſe ſcilicet interpolatos iſtos catalogos* (*quod malim credere, quia non videtur multùm laborâſſe, ut certa ab incertis ſeu vera à dubiis diſtingueret*) *vel, ſi habuerit, ſatius ipſi viſum eſſe, admittere ſedis adeo diuturnæ vacationem quàm hujuſmodi catalogos, poſtmodum fortaſſe ab oculatioribus repudiandos, & traditioni de diſcipulatu S. Petri nocituros potiùs, quàm profuturos, ſi videlicet vetuſtiores & primigenii catalogi alicubi fortè latitantes detegerentur. Prout revera factum exiſtimat illuſtriſſimus ab Hontheim, idque graviſſimum ſententiæ ſuæ præſidium appellat. Nam § 5 Diſſertationis ſuæ producit catalogum, erutum è bibliotheca monaſterii S. Giſleni in Hannonia, unà cum litteris Gallico idiomate ad ſe conſcriptis anno* 1747 *per dominum Petrum Baudry monaſterii Priorem, qui in iiſdem teſtatur, catalogum iſtum, à ſe diligentiſſimè deſcriptum, reperiri ad calcem Actorum SS. Eucharii, Valerii &* Materni *in codice membraneo prædictæ bibliothecæ, ſignato D D D. Quod autem ad ejus ætatem attinet, videri ſibi ait exaratum non fuiſſe ſeriùs ſeculo* XI, *idque colligi tum ex membrana craſſiore, minúſque nitida ac depolita, quàm fieri conſueverat ſeculis poſterioribus, tum ex characteris vetuſtate. Dabimus eum § ſequenti.*

D

§ VII. Exhibetur antiquus catalogus, editis hactenus & ipſi traditioni contrarius.

Catalogus, ab Honthemio vulgatus nuperrimè,

Memoratus catalogus, quem & Mabillonius tom. 1 Annalium Benedictinorum pag. 487 *à ſe viſum innuit, & veterem appellat, nuda epiſcoporum Trevirenſium nomina abſque ulla temporis notâ exhibet, videturque ſub initium illæſus, at mutilus eſt ſub finem : cauſam allegat laudatus Baudry ſic ſcribens :* Quoniam catalogus iſte valdè antiquus eſt, collocatuſque in poſtrema codicis pagina, tempus omnia conſumens, & tegumenti aſpredo ita exederunt nomina quorumdam antiſtitum, ut plura ex toto deleta ſint, alia ex media parte : de iis loquor, quæ ſunt in averſa paginæ facie ; *id eſt, tegumento codicis proximâ. Haud abs re fuerit ipſum huc transferre integrum, ut exſtat apud Honthemium, § v Diſſertationis.*

E

& carens mediis inter Maternum & Agritium epiſcopis

59 INCIPIUNT PER ORDINEM NOMINA TREVIRORUM EPISCOPORUM.

Eucharius.	Niceci. . .
Valerius.	Ma. . . . .
Maternus.	Gun. . . . .
Agritius.	. . . . .
Maximinus.	Modualdus.
Paulinus.	Numerianus.
Bonoſius.	Baſinus.
Britto.	Liutvvinus.
Felix.	Milo.
Mauricius	Vuiomadus.
Legontius.	Rimbodus.
Severus.	Vuizo.
Quirillus.	He. ti.
Jamnecius.	. . . . ga. dus.
Emerus.	Bertolfus.
Marus.	Ra. bodus.
Voluſianus.	Rotgerus.
Miletus	Ruotbertus.
Modeſtus.	Heinricus.
Maximianus.	. . . . edericus.
Fibicius.	. . . . er. us.
Abrunculus.	
Ruſticus.	Rubert.

F

vetuſtate detritus quidem eſt in fine

60 *Ad hunc catalogum præter id, quod ad propoſitum noſtrum hìc propriè pertinet, tria advertimus. Primum eſt, quòd hinc inde, ut ſæpe obtingit in vetuſtis chartis, antiſtitum nomina alio modo quàm in ceteris catalogis conſcripta ſint, nec ubique eodem ordine collocata : ſic* Quirillus *alibi* Cyrillus *eſt ; ſic* Ruſticus *poſtponitur alibi* Nicetio. *Secundum, quòd* Auctor, *qui in aliis inter* Legontium & Severum; Hidulfus, *qui inter* Milonem & Vuiomadum; Hamelanus *ſeu* Hamelarius, *qui inter* Vuizonem & Hetti *ſtatuuntur, & qui certò creduntur præfuiſſe Trevirenſi eccleſiæ, hìc locum non habeant, neque ſpatium relictum ſit illis inſerendis. De Hidulfo, probabiliùs tamen collocando inter* Numerianum & Baſinum, *ſuſpicatur Honthemius id contigiſſe, quia abdicato epiſcopatu diem extremum clauſit in Mediano monaſterio, quoniam* frequens eſt, *inquit*, in veteribus epiſcoporum catalogis omiſſio illorum, qui in ſua ſede defuncti non ſunt : *ſed nec mi-*

A *minùs frequens librariorum in deſcribendis catalogis inadvertentia. Tertium eſt, quòd detrita & mutila, imò prorſus exeſa nomina haud difficulter reſtitui queant & aſſignatum vacuum repleri ex aliis catalogis, ſi* Rubert * *omnium poſtremum excipias, in quo equidem hæreo.*

* *l.* Rubert

Sed initio præferendus aliis;

61 *Honthemius intelligit Ludolfum, quem in aliquo Ms. Rudolfum legi, notat in margine, ab anno* 994 *uſque ad* 1008 *epiſcopum, atque inde credit, catalogum S. Giſleni antiquiorem eſſe catalogo, citato à Majoribus noſtris paſſim ſub nomine Reginæ Sueciæ; quandoquidem hic deſinat in Egilberto, electo dumtaxat ad Trevirenſes infulas anno* 1078. *Fateor, dum catalogum hunc Reginæ Sueciæ, à laudato illuſtriſſimo propoſitum è codice Ms. bibliothecæ Vaticanæ tom.* 3 *Operis ſui pag.* 962, *conſidero, mox video, duos ſucceſſores* Henrici, *quorum nomina in S. Giſleni mutila ſunt, fuiſſe* Theodoricum & Eckbertum; *at tam exigua affinitas mihi apparet inter vocem* Ludolfus, *quæ in Reginæ Sueciæ catalogo proximè ſequitur, aut, ſi mavis,* Rudolfus, & Ru-

* *l.* Rubert

bert*, *ut aliqualis relinquatur ſuſpicio,* Rubert * *coaluiſſe ex* Egilbert, *ac mediis inter Eckbertum*

B *& Egilbertum nominibus,* Ludolfus, Meingaudus, Poppo, Eberhardus, Udo, *fortaſſe præter paucas litteras prorſus deletis in S. Giſleni codice; quod facilius determinari poſſet, ſi dicti codicis conſulendi eſſet copia. De cetero lubens aſſentior Honthemio, magis genuinum eſſe catalogum bibliothecæ S. Giſleni; & probabilius reliquis omnibus antiquiorem, vel ex hoc capite, quòd careat viginti & ultra ſucceſſoribus* S. Materni *epiſcopis & martyribus.*

quibus præterea ratio temporis

62 *Cave tamen in me retorqueas, quod mox inſinuabam de inadvertentia librariorum; aliud enim eſt unum alterumve in longa ſerie prætermittere, aliud tantum numerum epiſcoporum unico tractu, & eorum præciſè, de quibus controverſia eſt, quoſque ignorârunt domeſtici duo ſcriptores ſeculi* XII, *Hiſtoriæ Trevirenſis continuator & biographus S. Agritii, laudati num.* 52; *verbo quos apud nullum ſeculo* IX *anteriorem memoratos invenias, ut Trevirenſes epiſcopos & martyres. Interim ſi Mariani Methodio credas,* omnes illuſtres, non ſolùm confeſſione, ſed etiam martyrio exiſtentes regna etiam tyrannorum vicerunt: *quæ ipſiſſima verba habes ſimiliter in Hiſtoria*

C *Trevirenſi cap.* 27, *dicta non modò de primis quindecim, verum etiam de octo poſterioribus, qui Tungrenſi ſimul & Trevirenſi eccleſiæ præfuiſſe aſſeruntur. Imo non deſunt, qui tam exiguo ſpatio temporis quindecim primos martyrio ſublatos volunt, ut Navitus, ſub annum* 128 *vel* 130 *ſubrogatus proximè* S. Materno *Tungris, poſt illorum obitum Trevirenſis etiam eccleſiæ ſuſceperit curam circa annum* 180 *vel etiam citiùs. Quæ quàm parum conſonent dicto Sulpitii Severi, primùm intra Gallias martyria viſa fuiſſe ſub Aurelio Antonini filio, nemo non videt. Præterea non facilè mihi perſuaſero, uſque adeo conſtanter ſæviiſſe Treviris & in locis vicinis perſecutiones, ut quindecim omnino epiſcopi ſublati fuerint iſtic tantillo temporis ſpatio, & ne unus quidem Tungris. Accedit, quòd intra annos Chriſti* 130 & 180 *imperium tenuerit Antoninus Pius per annos circiter viginti tres, quo tempore* pax ecclesiis fuit, *eodem Sulpitio teſte lib.* 2 *Hiſtor.*

ac ſtatus

63 *Revoca nunc in memoriam tempora antecedentia, & quàm diſpari modo cum tribus prioribus Trevirenſium præſulibus, ſi fides eorum biographo, ſi Mariani Methodio, ſi Harigero, ſi Hiſtorico Trevirenſi habenda ſit, fuerit actum, demirare:* Anno igitur Incarnationis Dominicæ LIV, *verba ſunt Hiſtorici apud Calmetum,* regni autem Claudii Cæſaris IX, Epiſcopatûs verò beati Petri apoſtoli in Roma anno VIII, ſanctus Eucharius, tertius in ordine LXX duorum diſcipulorum Domini, cum ſociis ſuis Valerio & Materno, ad prædicandum Gallicis gentibus directus, demum Treberim pervenit. Cujus infidelitatis aciem devincens, veræ religionis arcem obtinuit, & ejuſdem urbis pontificatum XXIII annis tenuit. (Obiit autem VI Idus Decembris ac) ſepultus eſt in eccleſia beati Joannis Euangeliſtæ, quam ipſe ante portam mediam conſtruxerat, & in circuitu ejus cœmeterium benedixerat. Poſt cujus obitum Valerius in miniſterium ſacerdotale ſucceſſit, illudque per XV annos ſanctè vivendo, & verbum vitæ prædicando probatiſſimè rexit. Cujus prædicationis tanta fuit inſtantia, ut jam tunc per Galliam & Germaniam Chriſtiani paganos & numero ſuperarent & religione. Obiit autem I Kal. Febr., ſepultus eſt & ipſe in eadem eccleſia juxta corpus S. Eucharii. Poſt cujus deceſſum beatus Maternus pontificalem ſuſcipiens apicem, XL annis talentum ſibi creditum fideliter multiplicavit. Hic Tungrenſes & Agrippinenſes ad fidem Chriſti convertit, & his tribus civitatibus pontificali jure præſedit. E

fidei Chriſtianæ

64 *Noli, quæſo, ſtudioſe lector, inhærere examini* (*cui poſtmodum locum dabimus*) *veritatis aut veriſimilitudinis ſingulorum hîc relatorum: ſed, quod huc ſpectat, attende quam expeditè, quàm quietè, quàm fructuosè tres iſti Viri ſancti apud Gentiles Euangelium propagâſſe, eccleſias & epiſcopatus fundâſſe, ac per annos circiter* 78 *gubernâſſe perhibeantur. Quando autem? Perturbatiſſimis temporibus, in mediis tyrannorum perſecutionibus, imperantibus Nerone, Domitiano, Trajano, Hadriano. Hi ſcilicet atrociſſimi cultorum Chriſti inſectatores, qui in omnes Romano imperio ſubjectas provincias diriſſima in Chriſtianos decreta direxerunt, vel antè directa obſervari juſſerunt, & qui ubicumque poſſent contra detectos Chriſtianos ſævitiem ſuam exercuerunt; interea temporis florentiſſimam Trevirenſem eccleſiam,* (*ut mittam alias per Galliam & Germaniam, in quibus Chriſtiani numero ſuperarent paganos*) *pacato oculo animoque aſpexerint: cum tamen dictorum tyrannorum ſucceſſores, aſſerente eodem hiſtorico, ita*

F *ſævierint in Trevirenſem eccleſiam, ut poſt mortem* Materni, *juxta aliquos iſtius hiſtorici interpretes, quindecim epiſcopi martyrii lauream adepti ſint per decurſum annorum* 50, *vel ſaltem omnes numero prorſus viginti duo ante præſulatum S. Agritii.*

adverſatur

65 *Hæc profectò concilient ii, apud quos Methodius auctor incerti temporis, ſed probabiliter ſeculo* X *non anterior, atque fabulis conſperſa Hiſtoria Trevirenſis tanti eſt, ut nihil auctoritatis obtineat Sulpitius Severus; nihil ſuſpicionis de ſuppoſitione catalogi tot epiſcoporum & martyrum injicere nata ſint, primùm ea, quæ leguntur in eadem Hiſtoria de amiſſa poſt* S. Materni *obitum Treviris rectæ fidei credulitate & reditu ad paganiſmum; ſecundo, quæ biographus S. Agritii tradit de duorum ſeculorum vacatione ſedis epiſcopalis; tertiò, quæ ſeculi* XII *continuator ejuſdem Hiſtoriæ profitetur de non cognitis ſibi epiſcoporum præter Eucharii, Valerii,* Materni *uſque ad Agritium nominibus; quartò denique catalogus vetuſtus è codice bibliothecæ S. Giſleni num.* 59 *recitatus, & exemplar antiquius ſæpe dictæ Hiſto-*

AUCTORE J. P.

ria visum à Calmeto, in quibus series viginti duorum aut trium episcoporum & martyrum non comparet.

sicut & silentium tot martyrum iis consentaneum

66 *Velim tamen, ut illi seriò edicant, quo fato accidisse putent, ut ne eorum quidem nomina videantur innotuisse seculi* X & XI *summis Pontificibus & imperatoribus citatis num.* 47, *qui, sicut ante nos observavit Honthemius,* dum Trevirensi ecclesiæ benefaciunt, se id meritis SS. Eucharii, Valerii, Materni, Agritii, Maximini, Paulini, Severi agere declarant, neutiquam in honorem Auspicii, Celsi &c. *Idem quæri posset de auctore gestorum, translationis & miraculorum S. Maximini seculo octavo, ut opinatus est Henschenius, exaratæ, editæque ab eo tom.* VII *Maii pag.* 21 *ex pervetusto Ms. Parisiensi S. Victoris. Nam auctor ille loco duplici honorifice meminit SS. Eucharii, Valerii,* Materni *& Agritii; de Auspicio ceterisque ita silet, ut merito censeas, ipsi incognitos fuisse, quandoquidem eorum memorandorum ratio esset sufficiens & locus aptissimus, ut perspiciet lector ex verbis ejusdem infrà recitandis. At, quod hisce difficilius est, edicant, quo fato acciderit, ut neque in hi-*

B *storiis aut monumentis ullis, neque in Fastis seculo* IX *anterioribus, neque in Martyrologiis classicis, genuina loquor & ab additionibus recentiorum purgata, tot illustrium episcoporum & martyrum ulla exstet notitia.* Mirum planè fateor, *inquit Sollerius tom.* 2 *Julii pag.* 464 *agens de S. Navito,* tot sanctos Trevirenses episcopos, qui solis tribus primis seculis ad unum supra viginti numerantur, martyrologis istis classicis, qui de aliis circumvicinis Sanctis meminerunt, negligi potuisse, si verè omnes sedem illam cum sanctitatis gloria occupârunt.

in antiquis monumentis

67 *Dicent fortasse, hujus silentii causam assignari in ipsamet Trevirensi Historia, persecutiones nimirum & urbis excidia; ac præsertim;* quia totius Galliæ ab Hunnis & Nortmannis facta abolevit eversio. *Sed unde eruerunt Historiæ Trevirensis auctor vel interpolator & Mariani Methodius ignota episcoporum Trevirensium toti antiquitati nomina, unde martyria? Juvat hic rursum proferre verba illustrissimi Honthemii:* Illud his tumultibus (*persecutionum*) effectum non est, quin aliorum verorum antistitum notitia nobis servata sit in documentis suo ævo venerabilibus

C & quidem totius ecclesiæ communibus. Eucharium loquitur Gregorius Turonensis; Valerium Hieronymi & alia classica Martyrologia; Maternum Eusebius, Optatus Milevitanus, aliaque; Agritium Acta concilii Arelatensis; Maximinum Athanasius, Hieronymus & cæteri; Paulinum iidem cum Hilario; Britonium concilia Valentinum & Romanum; Felicem Sulpitius Severus &c. Et solos illos viginti duos intermedios, atque una quidem, quod notandum, serie, tacebunt omnes? quis credat, aut absque idoneis testibus persuadeat vel parùm prudentibus? *Hactenus ille.*

atque in ipsissimet Fastis

68 *Laudatus illustrissimus recensens deinde ex viginti duobus vel tribus disputatis episcopis novem, qui in hodierno Breviario & Officiis ecclesiæ Trevirensis occurrunt, Celsum, Fortunatum, Navitum, Auspicium, Valentinum, Martinum, Marcellum, Metropolum, Severinum, pluribus probat, eorum nomina inscripta fuisse dictæ urbis Kalendariis aliisque ecclesiasticis monumentis post seculum* XI, *nec tamen seculo* XIII *annua festivitate celebratos fuisse omnes; novem jam enumeratos intellige; quod addo, quia non percipio, cur his potiùs quam ceteris concessa fuerit festivitas; quandoquidem à Methodio & historico Trevirensi omnes æqualiter dicantur illustres fuisse confessione & martyrio, nec quidquam ex antiquioribus scriptoribus proferatur, unde magis elicias novem nominatorum ut Trevirensium antistitum sanctitatem quàm aliorum, quorum annua festivitas non recolitur. Actum est de nonnullis memoratis novem episcopis in Opere nostro, & idem passim, quod probat Honthemius, observatum. Sic ad diem* VIII *Julii Sollerius S. Auspicium Trevirensem, de quo agit, non modò antiquis seu classicis Fastis non consignatum esse dixit, verùm nec in ipsis antiquioribus Kalendariis & Martyrologiis urbis Trevirensis & S. Maximini usquam memorari, ac primam ejus mentionem exstare in Usuardo auctо editionis Lubeco-Colonienſis anni* 1490 *his verbis:* Treviris, S. Auspicii episcopi & confessoris.

D

Trevirensibus

69 *Ad diem* X *Junii in Prætermissis, de S. Fortunato, cujus in laudato Usuardi auctario similiter ut confessoris memoria est, mentem suam satis candidè aperuit Papebrochius sic scribens:* S. Fortunatus, ut episcopus Trevirensis & confessor refertur in Kalendario & Lectionario illius E ecclesiæ anni MDCXLV & jubetur III lectio de communi recitari, ritu Officii simplicis. Acceptus est ille ex Chronico Trevirensi, sub initium valdè fabuloso, ubi post Mauritium nominatur Fortunatus, & uterque censetur sedisse circa annos CCXL & CCL, quando de iis agit Browerus. Nobis utriusque dubia existentia est, & diem sumptum putamus à die, quo obiit Amalarius Fortunatus, de quo mox infrà. *Hic sistimus; nam de singulis quid fuerit dictum repetere, vel quid deinde dicendum exponere tædium & nobis pareret & lectoribus, parúmque utilitatis conferret. Enimverò quò penitiùs rem hanc introspicimus, eò pretensa præsulum Trevirensium inter* Maternum *& Agritium successio magis dubia evadit ac minùs verisimilis, minúsque idonea, ut traditioni de missione* S. Materni *à S. Petro suppetias ferat.*

§ VIII. Catalogi episcoporum Tungrensium & Agrippinensium nihil roboris afferunt traditioni de missione S. Materni à S. Petro. F

Octo S. Materni Tungris successores, è catalogis Trevirensibus

Nihilo magis traditioni roborandæ idonei sunt catalogi Tungrenses ac Colonienses. Tungrenses enim auctorem vel testem non habent Harigero Lobiensi vetùstiorem, quem probabiliùs octo S. Materni *usque ad S. Servatium successores episcopos mutuatum esse diximus ab historico Trevirensi, Tungris eos unà & Treviris præfuisse significante. Adhæc laudatus Harigerus idem, quod historicus de viginti duobus aut tribus Trevirensibus fassus fuerat, per eadem penè verba, excipe martyrii lauream Trevirensibus adscriptam, de suis Tungrensibus affirmat. Sic habet:* Post ejus (Materni) decessum in pontificio sibi per ordinem successerunt, Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius, Martinus, Maximinus, Valentinus. Et hi, quorum imperatorum

torum vel consulum claruerint tempore, vel quos vita singulorum habuerit exitus, quotque annis administraverint singuli officium pontificatûs, vel quis illorum sepulturæ sit locus, nullius à nobis requirat exactio, cùm ecclesiarum totius Galliæ memoriam aboleverit facta per Hunnos subversio.

ab Harigero desumptos, Ægidius Aureæ Vallis

71 *Harigero incognita deprehendisse quædam se prodit in additionibus Ægidius Aureæ-Vallis duobus facilè seculis posterior. De Navito tradit sequentia:* Post decessum beati Materni in pontificio sibi per ordinem successerunt. Vir pretiosus & omni laude dignissimus beatus Navitus surrexit secundus episcopus. Hic multos convertit ad fidem; videntibus signa & miracula, quæ per eum Dominus faciebat. Qui postquam sacerdotium multis gubernâsset annis, scilicet sexaginta & ampliùs, in senectute bona migravit ad Dominum, sepultusque est in urbe Tungrensi. Floruit sub Apostolicis Euaristo, Alexandro, Sixto, Telesphoro, Hygino & Pio, cujus tertio anno obiit. *Dein post breve reliquorum elogium, repetit recitata num. præced. verba Harigeri, suppresâ tamen hâc clausulâ;* vel quis illorum sepulturæ sit locus, *& in hunc modum claudit caput 17 à se adjectum:* Qua subversione (*per Hunnos*,) imminente, beatus Servatius, de quo dicturi sumus, eorum corpora in urbe Tungrensi sepulta, apud Trajectum transtulit, & in cripta, ubi postmodum ipse sepultus est, cum aliis multis Sanctorum reliquiis, quas de Tungrensi urbe transtulerat, honorificè sepelivit. Non est autem prætereundum, quòd hi octo jam dicti episcopi etiam Trevirensi ecclesiæ præfuisse leguntur. *Hæc Ægidius, sed absque vade aut teste, & absque verisimilitudine, ut equidem reor, etiam in sententia repetentium primordia episcopatûs à primo seculo.*

& Joannes Placentius fabulis exornârunt,

72 *Hi enim obitum* S. Materni *illigant anno* 130, *ut habet Harigerus, vel* 128, *ut legerunt apud alios. Quo pacto igitur Navitus* Materni *successor*, postquam sacerdotium *seu episcopatum* gubernâsset annis sexaginta & ampliùs, *obiit anno tertio Pii PP., cujus annum primum nemo, quem sciam, serius collocat, quàm Christi* 158? *Plus ea ausus est Joannes Placentius Trudonensis, aut fortè non multò antiquior, quem secutus sit, scriptor imperitus, in Catalogo omnium antistitum* Tungarorum, Trajectensium & Leodiorum, *ubi narrato* S. Materni, *post SS. Eucharium & Valerium Trevirensis, dein Colonienses, postremò Tungrorum primi antistitis obitu, Navitum ait, ducis Galliarum filium, & Tungrorum regis ex fratre nepotem, à moriente* Materno *apprimè commendatum, omnium suffragiis electum esse* anno Salutis centesimo trigesimo primo, *& postquam vice sua gloriosè perfunctus esset* annis quadraginta, *obiisse* anno Salutis centesimo nonagesimo, duodecimo Calendas Octobris, *sepultumque esse Tungris. Enormis in annorum computu sua sponte error se prodit. Porrò, sicut de Naviti, ita & de* Materni, *quem Longobardum & Papiæ comitis filium fabulatur, atque de reliquorum septem antistitum usque ad S. Servatium, patria, genere, sedis tempore, rebus gestis adeo securè & imperitè pronuntiat, ut risum moveat cuilibet primis antiquitatis reique historicæ & chronologicæ rudimentis leviter tincto, prout mox fatebitur, quicumque ejus lucubratiunculam, sub annum* 1529 *typis Antverpiensibus vulgatam, adire voluerit, aut in hujus defectu consulere tom. 3 Galliæ Christianæ auctæ col.* 809, *ubi, quæ huc spectant,*

ex Ms. auctoris anonymi sub annum 1506 *exarato, in compendium contracta sunt & explosa.* AUCTORE J. P.

uti fatentur recentiores, qui mirè se torquent,

73 *Fullonius, qui cum Browero, Fiseno aliisque Trevirensibus & Leodiensibus scriptoribus fabellas istas, à paucis minùs oculatis admissas, procul amandandas meritò judicavit, addit de Ægidio Aureæ Vallis, temerè eum pronuntiâsse de duratione episcopatûs S. Naviti, nec dispicere se, unde ille auctor divinârit, quæ de ejusdem Sancti sepultura Tungris tradidit, vel ubi invenerit alia haud magis aliunde explorata, nec antè ab Harigero deprehensa, utique sagaciore & antiquiore. Sed mirum, quàm diversas in opiniones tum laudati tum alii scriptores conjecti fuerint per verba primùm Trevirensis historici, testantis, quòd Navitus post* Maternum *& quindecim hujus successores Trevirensi simul & Tungrensi ecclesiæ præfederit; secundò Harigeri, indicantis, quòd idem Navitus post* Materni *decessum absque medio in episcopatum Tungrensem successerit; demum Ægidii utrumque confirmantis. Aliqui enim, nihil horum auctoritati derogatum cupientes, successionem hoc ordine statuerunt. Defuncto* Materno *sub annum* 129 *vel* 130 *subrogatus est Treviris Auspicius; Tungris Navitus. Auspicio autem & aliis numero quatuordecim Trevirensibus martyrio coronatis, spatio annorum* 30 *juxta Chronici magni Belgici auctorem, vel* 50 *juxta alios, ut superiùs verbo insinuabam, superstes Navitus utriusque populi regimen suscepit, tenuitque ad annum usque* 180 *vel* 190, *neque enim de sedis duratione etiam inter hos convenit.*

ut verisimilem successionis viam reperiant.

74 *Aliis probabilius visum est, ecclesias, ut erant ætate* S. Materni, *unitas remansisse, ac proinde Auspicio & quatuordecim successoribus æquè in Tungrensi atque Trevirensi episcoporum catalogo locum concedunt; ad hæc Navitum* S. Materni *discipulum non agnoscentes & longiùs ab hujus temporibus removentes, post medium seculum tertium, quousque extendunt Auspicii & aliorum vitas ac sedis durationem, numerant non Tungrensem secundum, sed undevigesimum utriusque unitæ sedis antistitem. Alii denique planè in diversum abeunt; negant quippe Auspicium & reliquos quatuordecim umquam Tungrensi, Navitum verò & septem alios umquam Trevirensi ecclesiæ præfuisse; sed illos aiunt Treviris à* Materno *usque ad Agritium pastoralem curam obtinuisse; hos Tungris ab eodem* Materno *usque ad Servatium, atque ineptè ab Historiæ Trevirensis auctore Trevirensibus episcopis fuisse immixtos. Sunt præter illos, qui paulò aliter nodum intricatissimum dissolvere conantur, sed quia hi, quòcumque se vertant demum, tandem aliquando in unam aut alteram; jam relatam exponendi viam incidunt, iis referendis supersedeo. Hæc sufficiunt, ut advertas, quantopere se torqueant, atque inter se discrepent ii ipsi, qui missionem Sancti nostri à S. Petro factam credunt; ne scilicet eò compellantur, ut vacuum duorum penè seculorum in episcopalibus sedibus admittant: de iisdem episcopis sermo recurret § x.*

Colonienses catalogi puriores, contrà ac sentit Gelenius, inter S. Maternum

75 *Rerum Agrippinensium scriptores plerique, quamvis ecclesiæ suæ primordia itidem* S. Materno, *ut S. Petri discipulo, accepta referant, non adeo laboriosè devitant memoratum mox vacuum. Non defuerunt tamen, qui & illud utcumque replere conati sint. Sic Ægidius Gelenius lib.* 1, *syntagmate* 5, *de Magnitudine Coloniæ Agrippinæ* S. Materno, *quem* primum *vocat, mortuo sub annum* 128 *vel* 130, *duos quidem successores attribuit, sed quorum nomina & res gestas Colonien-*

AUCTORE J. P.

nienſibus cladibus obliterata fuerint; ſucceſſorem tertium ſtatuit B. Aquilinum ſub annum 237, *atque hinc pergit ad annum* 312, *quo* Maternum *ejus nominis ſecundum collocat, & hujus præſulatum exceptum fuiſſe ait ab Euphrata, ac dein à S. Severino, circa ſeculi* V *initia defuncto. Laudatus auctor ibidem ſyntagmate* 6 *ſeriem epiſcoporum non nihil ab hac diverſam exhibet; in ea eſt* S. Maternus primus; II *anonymus, à nonnullis creditus S. Paulinus martyr, cui ſententiæ non ſubſcribit;* III *anonymus, aliis Charentinus dictus, ſed hunc ipſe duodecimum dumtaxat ſtatuit;* IV *B. Aquilinus;* V *anonymus,* VI Maternus II, *quem tamen in antiquis catalogis omitti apertè profitetur, quod & de aliis verè profiteri potuiſſet, ut equidem colligo ex iis, quæ ei manifeſtè adverſantur.*

& S. Severinum vel potiùs Euphratam,

76 *Nam ut ſileam Magnum Chronicon Belgicum, in quo legitur poſt obitum* S. Materni *uſque ad Euphratam, inveniri neminem, qui eccleſiæ Colonienſi præfuerit; & Catalogum antiſtitum Colonienſium, concinnatum à Petro Merſæo Cratepolio, ubi dicuntur Ubii, defuncto* Materno, *ad paganiſmum & gentilitias abominationes tranſiiſſe, fuiſſeque ſine legitimo epiſcopo annis* 244; *iſta, inquam, ut ſileam, exſtat apud Henricum Meiboom juniorem tom.* 2 *de Scriptoribus rerum Germanicarum pag.* 4 *catalogus archiepiſcoporum Colonienſium, collectus per Levoldum à Northof ſeculo* XIV, *& eo tenore vulgatus, quo ipſe reperit,* nihil addendo, vel corrigendo, vel aliquid immutando; *in eo autem à* S. Materno *primo epiſcopo uſque ad S. Severinum nullus medius collocatur, ne Euphratas quidem, cui, quòd hæreticus fuiſſe crederetur, in catalogo locus conceſſus non eſt, & uſque ad quem, teſte Levoldo,* nullus Colonienſi eccleſiæ præfuiſſe invenitur.

quem nonnulli perperam hæreſi

77 *Huc accedit Vita S. Gereonis M. apud Surium ad diem* X *Octobris, in qua leguntur verba ſequentia:* Igitur S. Maternus, Trevirorum epiſcopus, Agrippinæ Coloniæ primus paſtor dignis gubernaculis rexit, cujus vitam multis claruiſſe virtutibus, geſtorum ejus ſcripta commemorant. Hujus ſedis antiſtes nobis cognitorum tertius, S. Severini confeſſoris Chriſti ſucceſſor nomine Evergiſlus. *Scio Vitæ hujus, ex antiquis tamen tabulis juxta mentem Baronii, collectorem Helinandum, Frigidi Montis ex Ordine Ciſtercienſi in epiſcopatu Bellovacenſi monachum, floruiſſe dumtaxat ſub initium ſeculi* XIII; *ſed quò junior eſt, eò apparet mihi aptior ad confirmandum id, quod volumus, nondum ſcilicet id temporis cognitos fuiſſe, quos producunt cum Gelenio aliqui* Maternum *inter & Severinum epiſcopos Colonienſes. Euphratæ autem non meminit Helinandus ob eaſdem veriſimiliter rationes, ob quas eum Catalogo ſuo excluſit Levoldus. Similes rationes etiam indicantur in Sermone hiſtorico de S. Severino, quem idem Surius ex antiquis Mss. edidit ad diem* XXIV *Octobris, hiſce verbis:* Actumque eſt mira omnipotentis Dei diſpenſatione, ut non Euphratæ ſceleſtiſſimæ perverſitatis doctori (*ſupra* mercenarium *hunc dixerat non* paſtorem) Severinus æterni Judicis præco ſuccederet; ſed, peſtiferi ſeminis auctore expulſo & exterminato, Materni, fortiſſimi Chriſtianæ fidei propugnatoris, & vigilantiſſimi propagatoris, nec fidei nec doctrinæ diſſimilis ſucceſſor exiſteret.

infectum fuiſſe,

78 *At rationes iſtas, ob quas Euphratæ nomen ex epiſcoporum albo eradendum putârunt hi atque alii ſcriptores, falſo nixas eſſe fundamento, plurimorum hodie & melior eſt opinio, negantium, dictum Euphratam vel hæreſi umquam fuiſſe infectum, vel condemnatum in concilio Agrippinenſi, quod anno Chriſti* 346 *celebratum eſſe creditur. Cùm idem Euphratas concilio Sardicenſi anni* 347 *non modò interfuerit cum pleriſque epiſcopis Gallis, per quos antea condemnatus fuiſſe legitur in Actis Agrippinenſibus; verùm etiam cum Vincentio Capuano epiſcopo delectus fuerit, ut nomine omnium Patrum Sardicenſium imperatorem conveniret, uti teſtatur S. Athanaſius, cujus cauſa agebatur, in epiſtola ad vitam ſolitariam agentes:* Miſſis, *inquit,* à ſancto concilio in legationem epiſcopis, Vincentio Capuæ, quæ metropolis eſt Campaniæ, & Euphrate Agrippinæ, quæ eſt metropolis ſuperioris Galliæ, ut pro ſynodi decretis imperator Conſtantius epiſcopos, quos ipſe ejecerat, in ſuas ſedes reverti pateretur, & in eam ſententiam à Conſtante pientiſſimo ad fratrem ſuum litteris datis, quibus epiſcopos illi commendabat.

ſcripſerunt, ſeculi 4 *epiſcopos,*

79 *Credibile non eſſe, aiunt Euphratæ defenſores, eum, qui anno* 346 *turpiter condemnatus & è ſede dejectus fuiſſet, quia Chriſti divinitatem abnagaverat, uti in iiſdem Colonienſibus Actis ſcribitur, poſt tam breve tempus è tot epiſcopis delectum fuiſſe, ut honorificentiſſima legatione fungeretur, dato etiam, quòd hæreſim depoſuiſſet; quapropter cùm de teſtimonio S. Athanaſii ſuſpicio ſuboriri nequeat, Baronius ad annum* 346 *Acta Colonienſis ſynodi* impoſturæ ſuſpicione vehementer laborare *credit; Henſchenius tom.* III *Maii pag.* 210 *arbitratur,* aliud nomen in textum irrepſiſſe, aut falsò ſuppoſitum à ſciolo aliquo, aut ab imperito librario longè à vero deformatum. *Sunt qui aliter hunc nodum diſſolvant, ut videre eſt apud eos, qui materiam iſtam pertractârunt; nos brevem hanc digreſſionem faciendam rati ſumus, ne, dum Levoldum, Helinandum alioſque hîc citamus, exiſtimet lector, admitti à nobis quæcumque ipſi retulerunt; decipi enim potuerunt Actis corruptis, at in eo tutò ipſis credi poteſt, dum à* Materno *uſque ad Euphratam, vel hoc excluſo, uſque ad Severinum epiſcopos ſibi ignotos aſſerunt.*

medium epiſcopum

80 *Addamus his alium de rebus ſacris Colonienſibus ſcriptorem, Erhardum Winhemium Carthuſianum, qui nullos à* S. Materno *uſque ad S. Severinum illi eccleſiæ epiſcopos præfuiſſe abſolutè ſignificat in Sacrario Agrippinæ, conſcripto & typis commiſſo Coloniæ ſub initium proximè elapſi ſeculi. Etenim is auctor pag.* 6 *& ſeq. illam urbem præ reliquis omnibus extollendam ſcribit, tum ob varias prærogativas, tum* quòd ſemper in ſuſcepta fide inconcuſsè permanens, etiam CCCXIII annorum ſpatio, ab obitu ſcilicet S. Materni uſque ad S. Severini tempora paſtore orbata, XV mediantibus Romanis familiis à Trajano in præſidiarios urbis eductis, præ aliis paſtores habentibus ſed deficientibus, deſuper adjuta perſeveraverit conſtans. *Dictum ſanè ſplendidè, ſed nec veriſimiliter, nec, ſi ad ſingula advertas, verè. Cùm certum ſit aliquem* Maternum, *ſeu primus is fuerit, ſeu ſecundus, Agrippinenſes inſulas geſtâſſe ſub annum* 313; *ac proinde inhærendo etiam Winhemii ſententiæ de* Materno *primo, circa annum* 128 *vel* 130 *defuncto, orbatam non fuiſſe paſtore eccleſiam illam ſpatio annorum* 313.

non exhibent.

81 *Denique, ut quàm omni fundamento deſtituta ſit Gelenii epiſcoporum primorum ſeries, ulteriùs percipias, audienda ſunt teſtimonia virorum, qui momenta Colonienſia diligentiſſimè perſcrutati ſunt, ac de quibus illuſtriſſimus Honthemius*

A *mius refert ſequentia in Diſſertatione ſua* § VI: De Colonienſibus Chronicis hæc ad me vir planè eximius, patriæque ſuæ antiquitatum ſtudioſiſſimus Joſephus Hartzheim S. J. doctor Colonienſis familiaribus literis perſcripſerat Coloniâ v Januarii MDCCXLIV. „Chronica Colonienſia anti„quiora ſeptem habeo non edita: unius Ma„terni meminêre; dein lacuna trium ſeculorum, „porrò Severinus comparet quarto ſeculo. Qua„re, ſi iis ſtandum, confiteri cogemur vegran„de intervallum, & quidem epiſcopis vacuum „inter Maternum & Severinum.„ Pari ſinceritate de omnibus antiquis monumentis P. Michaël Morckens, Carthuſiæ Colonienſis alumnus, in qua, teſte Bibliotheca Colonienſi mox laudati Hartzheim pag. CCXXXII, quinquaginta octo annis ſacræ aſceſi hiſtoriæ Colonienſis culturam conjunxit; is, inquam, Mörckenſius in Conatu Chronologico ad Catalogum archiep. Colon. anno MDCCXLV cum approbatione Ordinarii Coloniæ edito pag. v. „Nec poſt Maternum, ait, quic„quam reperio, ne nomina quidem ſucceſſorum, „& ea, quæ poſterior ætas adinveniſſe ſe jactat, „melior mens in erúdito hoc & critico ſeculo non
B „admittit.„

§ IX. Maternus, qui ſeculo IV celeberrimus fuit, veriſimiliùs à noſtro diverſus non eſt.

Maternus epiſcopus Colonienſis, qui ſeculo 4

C *Athedram Agrippinenſem ſub annum* 313, *ut* § *præcedente dicebam, fuiſſe occupatam ab antiſtite, cui nomen* Materno, *uſque adeo certum eſt hodiedum, ut cæcutiat in media luce, qui id auſit revocare in dubium; quapropter nolim exiſtimes, de eo hîc memorandâ in medium à me proferri, quaſi ſic probare intendam, quod perſpectum eſt eruditis omnibus; ſed in eum dumtaxat finem, ut quis quantuſque is vir fuerit exhibeam, & quid inde ad propoſitum noſtrum probabiliſſimè concludi queat, expromam. Accipe igitur compendium hiſtoriæ coævorum teſtimoniis comprobatæ, in qua* Maternus *Agrippinenſis perſonam egit in paucis illuſtrem. Menſurio Carthaginenſium in Africa epiſcopo vitâ functo, legitimis ſuffragiis ſucceſſor electus eſt & ordinatus Cæcilianus ejuſdem eccleſiæ archidiaconus: at cùm hic ſacra vaſa, quæ Menſurius, Romam vocatus, ante diſceſſum ſuum penes ſeniores eccleſiæ depoſuerat, repeteret, hi, theſaurum iſtum ſibi eripi non ſuſtinentes, in Cæcilianum inſurgunt, cum multorum criminum reum arguunt, & quidem vitioſam eſſe confingunt ejus ordinationem; quòd Felicem Apungitanum, à quo conſecratus erat, mentirentur fuiſſe traditorem; ſic vocabantur, qui in perſecutione ſacros Codices infidelibus comburendos tradiderant. Itaque à Cæciliani communione diſcedunt, ipſum in conciliabulo condemnant, & Majorinum à Donato, ſchiſmatis cognominis hac occaſione inchoati auctore, ordinatum ſubſtituunt.*

in cauſa Cæciliani contra Donatiſtas,

83 *Nihilominus plures Africani epiſcopi Cæciliano adhæſerunt, atque ingens utrimque oriebatur tumultus, ut tandem Donatiſtæ, miſſo ad Conſtantinum Magnum libello, epiſcopos Gallos cauſæ judices poſtulârint. Verba ſic refert Optatus Milevitanus lib.* I *de Schiſmate Donatiſtarum adver-*

sùs Parmenianum: Rogamus te, ô Conſtantine, optime imperator, quoniam de genere juſto es, cujus pater inter ceteros imperatores perſecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis eſt Gallia; nam in Africa inter nos, & cœteros epiſcopos contentiones ſunt: petimus, ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Datæ à Luciano, Digno, Naſſutio, Capitone, Fidentio & cæteris epiſcopis partis Donati. *Subdit Optatus:* Quibus lectis, Conſtantinus pleno livore reſpondit; in qua reſponſione & eorum preces prodidit, dum ait: „Petitis à me in ſeculo judicium; „cùm ego ipſe Chriſti judicium expectem.„ Et tamen dati ſunt judices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticus * ab Auguſtoduno civitate, Marinus Arelatenſis.

AUCTORE J. P.

* *al.* Reticius

84 *Sanctus Auguſtinus, qui hanc Cæcilianum inter & Donatiſtas controverſiam pertractat locis plurimis, quod hîc de judicibus dictum eſt, confirmat tom.* 2 *novæ editionis in epiſtola* 43 *aliàs* 162 *ad Glorium, Euſebium & alios:* Rogatus quippe, *inquit*, imperator judices miſit epiſcopos, qui cum eo (*Melchiade PP., ad quem cauſa judicium remiſerat Conſtantinus*) ſederent, & de tota illa cauſſa, quid juſtum videretur, ſtatuerent. *Sed ipſemet Conſtantinus epiſcoporum nomina diſertè exprimit in Epiſtola ſua ad Melchiadem PP. apud Euſebium lib.* 10 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 5, *in hunc modum ſcribens:* Placuit mihi, ut idem Cæcilianus unà cum decem epiſcopis, qui accuſare ipſum videntur, & cum decem aliis, quos ipſe ad ſuam cauſam neceſſarios eſſe judicaverit, Romam naviget, ut ibi coram vobis & coram Reticio, Materno ac Marino collegis veſtris, quos eâ causâ Romam properare juſſi, poſſit audiri, quemadmodum ſanctiſſimæ legi convenire optimè nôſtis.

ut oſtenditur ex auctoribus

E

85 *Rei Romæ pertractatæ modum ſic deſcribit laudatus Milevitanus:* Ad urbem Romam ventum eſt, & ab iis tribus Gallis, & ab aliis quindecim Italis: convenerunt in domum Fauſtæ in Laterano, Conſtantino quater & Licinio ter conſulibus (*ita in editione, anni* 1599; *Baronius legit:* Conſtantino & Licinio tertiùm conſulibus; *id eſt, anno Chriſti* 313) ſexto Nonas Octobris die, ſextâ Feriâ. Cùm conſediſſent Miltiades Epiſcopus urbis Romæ, Reticus & Maternus & Marinus epiſcopi Gallicani, & Merocles à Mediolano &c. His decem & novem conſedentibus epiſcopis, cauſa Donati & Cæciliani in medium miſſa eſt à ſingulis. In Donatum ſunt hæ ſententiæ latæ: „Quòd confeſſus ſit ſe rebaptizâſſe, „& epiſcopis lapſis manum impoſuiſſe, quod ab „Eccleſia alienum eſt.„ Teſtes inducti à Donato confeſſi ſunt, ſe non habere, quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium ſuprà memoratorum ſententiis innocens eſt pronunciatus, etiam Miltiadis ſententiâ, quâ judicium clauſum eſt his verbis: „Cùm conſtiterit Cæcilianum, „ab iis, qui cum Donato venerunt, juxta pro„feſſionem ſuam non accuſari, nec à Donato „convictum eſſe, in aliqua parte conſtiterit; ſuæ „communioni eccleſiaſticæ integro ſtatu retinen„dum meritò eſſe cenſeo.

F

ſynchronis Romæ cum Pontifice præſedit,

86 *De concilio etiam S. Auguſtinus ſermonem habet locis pluribus, & nominatim in Breviculo collationis diei tertiæ cap.* 12 *ita ſcribens:* Tum deinde lectæ ſunt etiam litteræ ſupradicti imperatoris ad epiſcopos datæ, ubi eis cauſſam Cæciliani injunxit audiendam; atque inde ex ordine legi cœpit etiam epiſcopale judicium Melchiadis Romani Epiſcopi & aliorum cum illo Gallorum

& Cæcilianum abſolvit:

AUCTORE J. P.

& Italorum episcoporum in eadem urbe Roma factum, ... ubi accusatores Cæciliani, qui missi fuerant, negaverunt se habere, quod in eum dicerent; ubi etiam Donatus à Casis nigris in præsenti convictus est, adhuc diacono Cæciliano, schisma fecisse Carthagine &c. *Sed Donatistæ, ut est hæreticorum ingenium, eâ sententiâ minimè contenti, novas querelas detulerunt ad Constantinum, qui, teste Milevitano, sic respondit:* O rabida furoris audacia! Sicut in causis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt.

ac dein concilio Arelatensi, ob eamdem causam congregato,

87 *Nihilominus eò schismatici suâ procaciâ & improbitate adegerunt imperatorem, ut amplioris examinis gratiâ anno proximè sequente cogeret concilium Arelate. Audi hîc denuò S. Augustinum epist.* 105 *aliàs* 166 *ad Donatistas:* Iterum vestri ad imperatorem venerunt, de judicio, in quo victi fuerant, murmuraverunt. Quomodò enim potest malus litigator laudare judices, quibus judicantibus victus est? Iterum tamen clementissimus imperator alios judices episcopos dedit apud Arelatem Galliæ civitatem. *Et epist.* 43, *alias* 162.: Dedit ille (*Constantinus*) aliud Arelatense judicium, aliorum scilicet episcoporum, non quia jam necesse erat, sed eorum perversitatibus cedens, & omni modo cupiens tantam impudentiam cohibere; neque enim ausus est Christianus imperator sic eorum tumultuosas & fallaces querelas suscipere, ut de judicio episcoporum, qui Romæ sederant, & ipse judicaret.

B

interfuit

88 *Porrò, dum S. Augustinus causam hanc aliorum episcoporum examini commissam fuisse ait, non sic intelligendus est, ut ii, qui judicium Romæ tulerint, ad Arelatensem synodum vocati non fuerint, sed ita, ut plures numero episcopi illis juncti fuerint ex orbe Christiano undequaque accersiti. Patet id non tantùm ex eo, quòd synodus habita sit in ipsa Arelatensi civitate, cui Marinus ex tribus Gallis unus præerat episcopus, verùm etiam ex subscriptionibus, quas canonibus subnexas habes apud Sirmondum tom.* 1 *conciliorum Galliæ & alios, in quibus ex Patribus Romani concilii leguntur Proterius Capuanus, Merocles Mediolanensis, Marinus jam memoratus Arelatensis, Reticius Augustodunensis &* Maternus *Agrippinensis episcopi; posterioris subscriptio ista legitur:* Maternus episcopus, Macrinus diaconus, de civitate Agrippinensium. *Eorumdem episcoporum nomina, & Marini quidem primo loco, præmittuntur epistolæ, quâ, post condemnationem Donati, & Cæciliani iteratam absolutionem, canones Arelatensis concilii S. Sylvestro Melchiadis successori oblati sunt confirmandi & promulgandi, & in qua simul insinuant Patres, quantopere desiderârint ipsiusmet Pontificis præsentiam. Sed hæc sufficiant, ut tandem ad id, quod intendimus, perveniamus.*

C

quique ob virtutes celebris exstitit, idem est

89 *Quis, jam relata vel obiter considerans, rationem utcumque accommodam producat, cur Vir adeo præstans, cujus apud Optatum Milevitanum & apud Eusebium tam honorifica memoria est in epistola Constantini imperatoris, cui ac binis sociis idem imperator ut viris* integritate vitæ suæ & laudabili instituto (*prout loquitur in altera epistola apud Sirmondum tom.* 1 *conciliorum pag.* 1) *spectabilibus, causam tanti momenti commissam voluit; qui non modò Romæ cum summo Pontifice litem eamdem dijudicavit, sed & Arelatensi concilio toti orbi notissimo interfuit ac subscripsit, ut vel ex his solis non potuerit non ejus nomen esse ubique celeberrimum; quis, inquam, rationem producat, cur Vir tam præstans solis Agrippinensibus, qui eo gloriari meritò potuissent, tamdiu ignotus fuerit, ut neque episcoporum catalogis antiquis insertus sit, neque in veteribus chronicis aut monumentis ejusdem civitatis vel minima ejus mentio occurrat? Quod tamen fateri coguntur hodie quicumque* Maternum, *in catalogis loco primo expressum, S. Petri discipulum fuisse prætendunt.* D

verisimiliùs, quem catalogi primo loco exhibent,

90 *Causabuntur fortasse hi persecutiones, hostium incursiones, excidia, in quibus deperierint diptycha Agrippinensia, atque unà intercideri memoria* Materni *hujus; sed, præterquam quòd ea memoria facilè restitui potuisset per tot assignata jam instrumenta alibi existentia; cur potius celeberrimi illius antistitis nomen per tot sæcula tenebris obvolutum mansisset, quàm proximorum ejusdem successorum Severini, Evergisili, Solini & cæterorum, quorum series conservata fuit, non obstantibus excidiis aut hujusmodi temporum rerumque vicissitudinibus? Perculerunt ista Cardinalem Baronium usque adeo, ut in Observatione ad Martyrologium Romanum die* XIV *Septembris existimâsse videatur, quòd* Maternus, *positus in capite Catalogi Colonienſium antistitum, is sit, qui floruit sæculo* IV: Cùm autem, *inquit,* omnes uno ore fateantur, hunc (*quem in textu annuntiat*) fuisse S. Petri apostoli discipulum, profectò necesse est dicere, duos ejusdem nominis, ejusdem Colonienſis ecclesiæ fuisse episcopos, scilicet majorem hunc, de quo hac die agitur, Petri discipulum, & minorem, qui claruit temporibus Constantini imperatoris. *Dein minoris sæculo* IV *existentiam ostendit iisdem instrumentis, quibus nos usi sumus, & ita prosequitur:* Miramur vehementer, quomodo in tabulis episcoporum Colonienſium, quas descripsit Demochares lib. de Sacrificio Missæ, unus tantùm adnumeretur Maternus, qui si (ut in illis idem ponit Demochares) præcessit Euphratem, qui ut Arianus damnatus est in concilio Agrippinensi, manifestè constat, illum non vixisse temporibus Apostolorum. *Sed in hac hypothesi recurrit eadem difficultas: nam si minor iste* Maternus *locum obtinuit in catalogo, ut quid neglectus est major, quem omnes (propter traditionem scilicet aliaque superiùs impugnata) uno ore fatebantur S. Petri discipulum, quem Colonienſes ut talem ac primum suum apostolum & episcopum venerabantur?* E

& quem posteri S. Petri discipulum appellâruut.

91 *Quapropter, ut aliquando super hac difficillima controversia mentem candidè ac plenè aperiamus, cùm constet* Maternum *aliquem exstitisse sæculo quarto, cùmque Agrippinenſes sicut & Tungrenſes primum suum episcopum à S. Petro primo sæculo in Gallias missum non probent documentis aut ratiociniis aliis, quàm quæ a Trevirensibus allegata jam examinavimus, ea nec satis solida nec satis antiqua nobis sunt, ut eorum assertioni subscribamus; contrà, quæ eis per adversarios opponuntur, solidiora & magis consona temporibus & scriptoribus antiquis ac fide dignis; quorum proinde sententia longè nobis præplacet. Credimus itaque,* S. Maternum, *quem Trevirenſes, ut tertium episcopum suum, Colonienſes verò ac Tungrenſes ut primum venerantur, probabiliùs alium non esse à* Materno *sæculi* IV *Agrippinensium episcopo, Constantini Magni legato, & Donatistarum judice, famamque de ejus à S. Petro missione ortam esse & invaluisse modo aliquo in responsis ad argumenta hinc inde exposito. Ad reli-* F

A *reliqua, quæ hîc objici vel quæri poſſunt, reſpondebimus §§. ſequentibus.*

§ X. Reſpondetur ad quaſdam objectiones contra jam electam ſententiam.

Bollandus S. Maternum & ſocios S. Petri diſcipulos dixit, quòd hanc controverſiam evitaret,

OBjiciet hîc fortaſſe nonnemo, *quòd per ſactam mox electionem ſententiæ negativæ præ affirmativa recedamus à placitis Majorum noſtrorum præſertim Bollandi, locis variis agnoſcentis SS. Eucharium, Valerium &* Maternum *S. Petri diſcipulos, & primi ac ſecundi ſeculi per Gallias fidei propagatores. Reſpondemus, verum id eſſe; nec tamen mirum. Nam vel ſic Majorum noſtrorum veſtigiis inhærere nos arbitramur, quos numquam puduit, ut ingenuos ſcriptores decet, propriam etiam ſententiam, antea Operi inſertam, immutare vel deſerere, poſtquam de oppoſitæ majori probabilitate aut ve-*
B *ritate melius inſtructi eſſent. Bollandus fluxu traditionis, quam pro fide Actorum, & Martyrologiorum, quæ ſuprà retulimus, vetuſtiorem veriſimiliter judicabat, eò facilius abripi ſe paſſus eſt, quò ſtudioſius quæſtiones quaſdam ac diſceptationes, quas inter etiam præſentem non obſcurè indicavit, evitâſſe ſe monuit in Præfatione generali, excuſa ante tom.* I *Januarii, ubi cap.* 2 § 6 *ſcribit in hunc modum :* Alter ſcopulus, ad quem ne affligerem aut quoquo modo appellerem navim, hactenus cavi, eſt de Galliarum apoſtolis diſputatio. Omnes ferè Gallicanæ eccleſiæ à Chriſti & Apoſtolorum ejus diſcipulis plantatæ apud ſe fidei primordia repetunt. Multis viris doctis etiam Gallis ea non probatur opinio. *Tum paucis refert, quid dicant hi, quidve iis opponi queat, & ſic pergit :* Cùm Vitam nactus ſum Sancti alicujus, quid de ejus ætate in ea tradatur, quid ab aliis ſcriptoribus adſtruatur, & quatenus id probem, expono. Pleniorem de ea re omni diſceptationem vel relinquo doctioribus, quorum nonnulli nuper de hac controverſia præclarè ſcripſerunt, vel alteri loco ac tempori reſervo.

C *vel quòd careret inſtrumentis, poſtea in lucem prolatis ;*

93 *Sanè vix dubito, quin vir ille, in arte critica minime rudis, ſi vidiſſet inſtrumenta, poſt ejus obitum è tenebris eruta, doctiſque recentiorum obſervationibus elucidata; atque animus fuiſſet revocare ad examen præſentem quæſtionem, vix dubito, inquam, quin aliter fuiſſet judicaturus de ætate SS. Encharii, Valerii, &* Materni, *& Vitam eorum, à Trevirenſibus conſcriptam, minoris facturus; quamvis eam tanti non fecerit, quanti voluit aliquis neotericus ; quandoquidem in ſuperiùs laudata Præfatione cap.* 3 §. 3 *dictam Vitam eas inter recenſuerit,* quæ ex fama (*ſunt*) conſcriptæ, longo poſtquàm Sancti deceſſerant tempore, aut ex monumentis non ita vel authenticis vel illuſtribus. *Ut autem confidentiùs ſtatuerem, quod mox de Bollando innuebam, animos addidit epiſtola, manu ejus propriâ exarata & die* XI *Aprilis anni* 1651 *directa Coloniam ad P. Jacobum Kitſraedt Societatis noſtræ ſacerdotem, in qua ſuper* S. Materno *ſe fluctuare apertè ſignificat.*

certè dubium habuit circa S. Maternum.

94 *Verba epiſtolæ huc ſpectantia iſta ſunt:* De S. Materno, quod aliàs quærebat Rev. veſtra, nihil habeo, niſi quod XXIX Januarii de S. Valerio edidi. Sed mihi ſemper hæret ſcrupulus, an Maternus, qui apud vos colitur, non ſit is, qui ducentis poſt alterum ferè annis epiſcopus Colonienſis fuit. *Notandum, quòd in ora epiſtolæ, recitatis verbis oppoſita, hæc poſita ſit interrogatio :* Quid ſentit R. adm. D. Gelenius ? *Ei ſubnexa eſt manu propriâ ejuſdem Gelenii, ut equidem judico ex charactere aliàs cognito, reſponſio ſequens :* Hoc D. Streithagen aliquando ſuſpicans & mecum altercans ſuper eo (*ſuppleo* mihi objecit.) Eſſet, meo judicio, convulſio omnis antiquæ traditionis Colonienſis & Trevirenſis. *Sic remiſſa eſt eadem epiſtola ad Bollandum. Unde colligas non modò fluctuâſſe hunc, non viſis, erutis deinde, inſtrumentis, ſed & ipſum Gelenium, cauſæ ſuæ diffiſum, ſubterfugiſſe ulterius ejus examen.*

S. Materni Treviris uſque ad Agritium ſucceſſores

95 *Quæres nunc, quid ſentiamus de aſſignatis in Hiſtoria Trevirenſi & Mariani Chronico ſucceſſoribus* S. Materni *Trevirenſibus uſque ad Agritium; quid de Tungrenſibus uſque ad S. Servatium expreſſis apud Harigerum in Geſtis pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodienſium? Reſpondemus, idem penè ſentire nos de Trevirenſibus, quod Honthemius & Calmetus; omnes* E *Sanctos fuiſſe vel certè pro magna parte epiſcopos, nullum tamen Treviris ante Agritium ; ſed quod jam antè ſuſpicari nos ſignificavimus, inſcriptos fuiſſe catalogo ab iis, qui primordia ſuæ eccleſiæ repetentes à SS. Eucharío, Valerio &* Materno, *juxta ipſos primo ſeculo epiſcopis ac diſcipulis S. Petri, lacunam ducentorum ferè annorum replendam opinati ſunt, ut ſic traditio evaderet plauſibilior ; quod in hunc modum facile factum fuiſſe potuit, ut primò in antiſtites ſuos adoptârint viros, quos in odore ſanctitatis apud ſe mortuos, vel iiſdem in partibus martyrio affectos intellexerant, vel quorum reliquias in aliqua diœceſios eccleſia honorari noverant. Secundò, ut epiſcopos aliarum civitatum, in Trevirenſi eccleſia, uti frequentiſſimum eſt, annuo cultu celebratos, ſuos fecerint.*

veriſimiliùs deſumpti ſunt

96 *Nec deſunt his conjecturis rationes veriſimiles. Nam ad primam fundamenta habemus in S. Celſo, qui paſſim quinto loco ſtatuitur in indicibus, & qui tamen in Ms. Hiſtoria Trevirenſi, edita à Calmeto, ſicut ipſe teſtatur in adnotationibus, recentiore manu adſcriptus eſt : imò qui* F *ramquam Trevirenſis epiſcopus non eſt agnitus à Theodorico S. Matthiæ monacho, ſcriptore ſeculi* XI ; *is enim in hiſtoria inventionis S. Celſi, factæ anno* 979, *in relatione miraculorum, quæ illam ſubſecuta ſunt, & in ſermone de ejuſdem ſolemnitate, impreſſis à Bollando tom.* III *Februarii, numquam epiſcopi eum titulo exornat. Secundæ conjecturæ fundamentum præbent variarum eccleſiarum diptycha. Sic Tullenſia inter primos antiſtes Manſuetum habent & Auſpicium; Metenſia Clementem, Felicem & Auctorem ; Colonienſia & Burdigalenſia Severinum, ut pronum ſit conjicere, alios non eſſe à ſynonymis, qui in Trevirenſi Catalogo locum occupant, prout de Manſueto & Clemente ſtatutum eſt tom.* I *Septembris pag.* 634 *& ſeqq.*

ex aliarum eccleſiarum indicibus aut diptychis.

97 *Præter illos Honthemius & Calmetus Marcellum arbitrantur accerſitum eſſe Cabilone in Burgundia; Fortunatum verò & Felicem eos eſſe, qui à S. Irenæo Lugdunenſi Valentiam miſſi ſunt ad prædicandum Euangelium. Sed cùm unicus dumtaxat Felix legatur inter eos, qui Trevirenſibus ante Agritium aliunde acceſſerunt, veriſimiliùs mihi ſit, hunc Metenſem fuiſſe epiſcopum. De For-*

AUCTORE J. P.

AUCTORE J. P.

tunato vide, quæ attulimus ex Papebrochio num. 69. *Ad Marcellum quod pertinet, nolim inficiari, rectè arbitratos fuisse viros eruditos, sed præter Cabilonensem, quem martyrem fuisse non episcopum ostendimus tom.* 2 *Septembris pag.* 195, *alii in Gallia episcopi synonymi fuerunt; Dienses in Delphinatu Marcellum episcopum suum colunt die* IX *Aprilis, Parisienses suum* I *Novembris, ut difficile sit etiam per conjecturas statuere unde suum mutuati sint Trevirenses; unde autem alios acceperint, ex conjecturis fortasse deprehendere posset is, cui grave non foret singularum ecclesiarum Galliæ vel Germaniæ diptycha perscrutari. Quamvis tamen non omnino abhorreat à verisimilitudine, nomina aliquorum episcoporum, qui post Agritium Treviris sederunt, fuisse duplicata; puta Felicis, Rustici, Auctoris, Mauritii, Maximini, quæ leguntur ante & post Agritii nomen in catalogis.*

Idem censemus de quibusdam ejus successoribus Tungrensibus.

98 *De Tungrensibus octo assignatis ab Harigero Lobiensi inter SS.* Maternum *& Servatium episcopis quid probabiliùs in jam electa à nobis sententia dici queat, utcumque expositum fuit tom.* 2 *Septembris pag.* 202 *in Sylloge de* S. Marcello episcopo & martyre Tungris vel Treviris in Germania; *ubi, postquam observatum esset, nihil præter nuda nomina octo illorum antistitum memorari à laudato Harigero, subnexa sunt sequentia:* Non adeo sinceri & prudentes fuere scriptores Harigero juniores, qui de iisdem varia tradideruut, quæ vel tamquam figmenta ab eruditis hodie rejiciuntur, vel tamquam opiniones incertæ in dubium vocantur. Imò non desunt viri docti, quibus S. Maternus tertius Trevirensium & primus Tungrensium antistes non distinguendus videtur à S. Materno Colonienſi episcopo, qui anno CCCXIV concilio Arelatensi subscripsit. Unde consequitur, ut inter illum & S. Servatium, qui anno CCCXLVII concilio Sardicensi interfuit, pauciores procul dubio quàm octo præsules ecclesiam Tungrensem rexerint, cùm unus alterve sufficiat ad annos complendos, qui inter Materni & Servatii episcopatum medii fluxerunt. Adeo ut de Sancto nostro (*Marcello*) nihil extra omnem controversiam positum sit quàm ejus cultus, cujus solius gratiâ locum hîc ei damus. *Porrò sicut cultum S. Marcelli, ita & reliquorum septem agnoscimus, at quinam ex iis à* S. Materno *usque ad S. Servatium medii fuerint Tungris episcopi, aut quas ecclesias rexerint ceteri, non liquet.*

Satisfit objectioni contra hanc opinionem petitæ

99 *Dices, istam in catalogis Tungrensibus, & præsertim Trevirensibus tot episcoporum factam imminutionem, alienam esse à statutis hinc inde in Opere nostro; neque enim solus Bollandus, sed & alii è decessoribus nostris episcopos istos, si non omnes, saltem pro majori parte admittendos crediderunt. Sic Henschenius tum alibi, tum maximè in Exegesi historica de episcopatu Tungrensi ac Trajectensi, præmissa tom.* VII *Maji, ex viginti tribus prætensis Trevirorum episcopis, octo quidem posteriores soli Tungrensi ecclesiæ adscribendos voluit, verumtamen reliquos saltem reliquisse visus est Trevirensibus. Responsum ad ista, in quantum Bollandum respiciunt, petendum est ex dictis suprà num.* 93 *& seqq., in quantum verò ad alios pertinent, idem ipsum pene hîc dari potest. Nam cùm Bollandus obitum* S. Materni *illigâsset initio seculi secundi, & ipsi vel nondum vidissent instrumenta, dein in lucem prolata, vel operosè non ponderâssent rationes eruditorum, oppositas Bollandianæ epochæ, ab hac sibi apertè recedendum non putârunt, priusquam rei fusiùs examinandæ adveniisset opportunitas. Interea tamen subdubiè passim processerunt, non rarò indicantes, vix dubitare se de interpolatione catalogorum.*

ex scriptis Majorum nostrorum.

100 *Sanè vel ex ipso loco objecto patet, quàm parvi fecerit catalogum Trevirensem Henschenius, dum octo episcoporum nomina ei* ineptè intrusa *expunxit, & quotiescumque occasio recurreret, Chronicon Trevirense* initio fabulosum *dixit. Ceterùm, quod de decessoribus nostris hîc objectum est, id de omnibus accipiendum non est: certè Sollerius in Observatione ad diem* XXIX *Januarii Usuardini Martyrologii ita locutus est, ut dubitare nequeas, quin jam tum censuerit, omnes è dicto catalogo expungendos esse assignatos* S. Materno *successores usque ad Agritium, & ad partes à nobis jam electas transierit. Nam postquam notâsset in proprio sensu accipi non posse, cùm apud Adonem Valerius scribitur* S. Petri discipulus, *mox addit:* Verùm hæc operosiùs discutientur aut in supplemento Januarii, aut XIV Septembris ad Vitam S. Materni, quem si tempore Constantini Magni floruisse memineris, Valerii hujus ætatem nullo negotio deprehendes. *Cùm enim eodem imperante Constantino floruerit etiam Agritius, prout constat ex concilio Arelatensi anni* 314, *cui ita subscribitur:* Agræcius episcopus, Felix exorcista de civitate Treverorum; *consequitur, ut Sollerius inter* Maternum *& Agritium mediis episcopis locum non dederit. Sed & illud sequitur, quòd eidem Sollerio certum fuerit,* Maternum *Trevirensem non fuisse distinctum ab eo, quem sub imperio Constantini Magni Colonienſem ecclesiam moderatum fuisse suprà ostendimus. Etenim ex hujus epocha non asseruisset, nullo negotio deprehendi posse ætatem S. Valerii Trevirensis episcopi, si dubitâsset de identitate ejusdem cum eo* Materno, *qui Valerio Treviris proximè successisse creditur. Cur autem hoc observem, docebit sequens §.*

§ XI. Joannis Launoyi negantis, S. Maternum umquam Treviris episcopum fuisse, sententia proponitur, & rejicitur.

Ratiocinium Launoyi.

Diximus suprà, probabilius nobis esse, S. Maternum, *quem colunt Trevirenses, Colonienses & Tungrenses ut episcopum suum, non esse alium* à Materno *seculi* IV *Colonienſi antistite. Restat una difficultas, quam movet Launoyus: an scilicet is* Maternus *revera Trevirensem ecclesiam gubernârit; hoc ipse in Dissertatione de loco Sulpitii Severi vindicato non obscurè negat* § 29: *Primò enim ait, quòd Baronius* nullum Maternum Trevirensem episcopum esse contendat, nullum agnoscat; in quo, *inquit,* non peccat, sed in eo, quòd duos hujus nominis Colonienses episcopos fuisse velit, unum, qui tempore Apostolorum, alterum, qui Constantini, vixerit. *Tum post pauca sic pronuntiat:* Ceterùm, si quæstio hæc monimentis, quæ ad octo priora Ecclesiæ secula pertineant, expendatur, unicus sub Constantino statuetur Maternus Agrippinensis episco-

A episcopus; sed illum postea fecerunt Trevirensem episcopum, ut in Actis sancti Gereonis & alibi: deinde beati Petri discipulum, ut in Gestis Eucharii, Valerii & Materni & apud Galesinium. *Equidem Baronium consului; at ne verbum quidem seu in Annalibus seu in Observationibus ad Romanum Martyrologium reperi, ex quo eruam, id contendisse Eminentissimum; cùm contrà* Maternus *in Martyrologio, uti paulò inferiùs fatetur ipse Launoyus*, Trevirensis episcopus indicetur. *Sed ad posteriora ejusdem Launoyi verba redeamus.*

ab Hartzhemio 102 *Vim eorum persensit eximius Hartzhemius, eamque fusiùs expositam in laudata Responsione sua ad illustrissimum Honthemium, elevandam proposuit. Postquam enim duobus primis paragraphis conatus est ostendere religionem Christi primo seculo exeunte Galliis & Germaniis illatam fuisse, eodemque, vel saltem ineunte secundo, Agrippinensibus notam fuisse & susceptam, tertio paragrapho concludit, missos igitur fuisse Evangelii præcones, sed an iis nomen fuerit Eucharii, Valerii &* Materni, *fatetur* non constare *ex ullo auctore suppare aut coævo, insinuans se id*

B *credere propter multorum seculorum traditionem. Quarto paragrapho, fatetur iterum, eorum primo seculo existentiam non* demonstrari *ex Martyrologiis antiquis aut vetustissimis catalogis Trevirensibus & Colonienſibus; admittit Gesta eorumdem fabulosis parergis fuisse deturpata; nec plus auctoritatis se tribuere ait Mariano Scoto, Methodio & Harigero; verè judicatum fuisse agnoscit, quòd medios inter* Maternum *seculi* I & Maternum *seculi* IV *episcopos ignoraverit antiquitas. At, inquit*, hæc omnia cùm volens largior exactæ disquisitioni tuæ, illustrissime domine, non possum tamen consentire paragrapho VI, quo ajebas, Maternum Agrippinensem, qui initio quarti seculi floruit, eumdem esse cum Trevirensi Agritii antecessore. *Hujus causam allegat argumento, ut ajunt, ad hominem, quod propriis ejus verbis, recisis tamen, quæ ad vim ejus percipiendam necessaria non sunt, huc transfero.*

fusiùs declaratum, 103 Unus solus Maternus nobis notus est ex monumentis antiquis ante seculum nonum, & hic Maternus, cujus nomen novimus ex coævis scriptoribus, floruit nascente seculo IV. Treveris sedisse Maternum ex vetustis catalogis con-

C stat, sed ex nullo auctore coævo, nullo suppare, nullo catalogo ante decimum sæculum scripto; nam qui à te, illustrissime domine, profertur antiquissimus omnium § V ex bibliotheca San-Guislenensi prope Montes Hannoniæ, is desinit in Rudolpho anno DCCCCXCIV ad Trevericam cathedram evecto; unde catalogus sex seculis posterior est Materno, de quo quæritur; totidem ferè seculis absunt ab ætate Materni, Vita, Chronica, Lectionaria, Breviaria, Martyrologia: quare intestatus & intestabilis videri debet criticis modernis Maternianus Treviricus episcopatus.

& quo impugnatur episcopatus Trevirensis S. Materni 104 Deest ergò Treverico Materno asserto testis omnis coævus aut suppar: nec nisi post sex secula nomen Materni Treverici in Fastos ecclesiæ Trevericæ saltem nobis notos relatum est. Atqui pari argumento, illustrissime vir, Maternum primi seculi utrique ecclesiæ detrahendum putas; quia nullo coævo, nullo suppare teste probatur talis viri ætas.... Quare si Launoyi argumento negante semel utar, tuoque postulato affirmanti existentiam hujus illiusve personæ, hoc illove seculo, incumbere probandi onus, & quidem per testes coævos aut suppares, admittere nequeo Agrippinensem Maternum, sæculi IV initio florentem, umquam in cathedra Treverica sedisse, donec certis argumentis id docear. Nam Golscherus, Helinandus, Harigerus sine testibus antiquioribus coævis aut supparibus non majorem fidem merentur, dum primo, quàm dum quarto seculo Maternum extitisse narrant. AUCTORE J. P.

multùm differt à nostris ratiociniis 105 *Ingeniosum sanè ratiocinium, & aptum urgere eos, qui ad eum gradum crisim suam eveherent, ut in rebus historicis fidem abrogandam statuerent omni ei, quod coævi vel suppâris testimonio non firmatur. Nos, cùm ei sententiæ ut probabiliori adhæremus, quæ Eucharii, Valerii &* Materni *missionem in Gallias retrahit ad seculum tertium, unumque* Maternum *Trevirensibus, Agrippinensibus & Tungrensibus communem admittit, non ita arguimus: missio ista seculo* I *caret testimonio scriptoris coævi aut suppâris, igitur facta non est: sed ita: similes missiones multorum in Gallias episcoporum ab eruditis meritò rejiciuntur, ut seriùs dumtaxat excogitatæ ex amore antiquitatis, quid ergo de hac particulari, quam rejiciunt etiam nec pauci nec ineruditi?*

contra Sancti existentiam seculo I; E 106 *Post laboriosum examen deprehendimus, Historiam dictæ missionis, seculo nono conscriptam, scatere apertis fabellis, pugnare cum moribus hominum primi seculi, cum assertis veterum scriptorum præsertim Sulpitii Severi; & quia talis est, requirimus testimonia antiquiora & solidiora, nec invenimus. Contrà advertimus catalogos episcoporum, dicta scriptorum etiam seculo nono recentiorum, aliaque monumenta talia, ut obsint potiùs traditioni quàm prosint: ut proinde his ecclesiis applicari queat, quod de plerisque aliis asserit Bucherius:* Profectò, *inquit*, nemo paulò in hisce versatior non videt, catalogos plerosque omnes antiquarum sedium in censendis primorum suorum antistitum ætatibus, ordine ac numero in incertum ferri, & pleraque poëtarum fabulis, quàm priscorum moribus similiora repetere: nullaque est paulò vetustior ecclesia, quæ originem suam jam inde à D. Petro arcessere non conetur. Tantus est antiquitatis amor. Hinc maximum historiæ chaos inductum, &, nescio quod, vacuum ducentorum penè annorum intervallum, cui scilicet explendo tanto brevior episcoporum numerus non sufficiat. Planè in Gregorii Turonensis sententiam concedo, majori Galliarum parti episcopos circa imperium Decii, F seu annum Christi CCL primùm Româ transmissos. *Hactenus Bucherius apud Chapeavillum tom. 2 in Addendis ad Disputationem historicam apud eumdem Chapeavillum tom.* I *subnexam.*

nec sufficit ad negandum ejus 107 *Nihil hujusmodi refragatur episcopatui Trevirensi* S. Materni *exeunte seculo tertio: non tempora, non hominum mores, non asserta vetera, non fabulosa adjuncta; ut diversa ratio sit, cur potiùs ad traditionem de missione ejus seculo primo certiora argumenta exigantur, quàm ad traditionem de ejus episcopatu Trevirensi seculo tertio aut quarto. Porrò illustrissimus Honthemius, quem respicit objectio Hartzhemii, unitatem* Materni *Trevirensis, Tungrensis & Colonienſis probat in Dissertatione sæpe laudata § 6, & quod, jam dedimus inter utramque traditionem, discrimen paucis insinuat.* Unicum, *inquit*, solum Maternum in Trevirensibus tabulis semper lectum fuisse, hodieque legi perinde ac in Tungrensibus, omnibus compertum est; unicum verò hunc eumdem esse cum Agrippinensi, probant cultus & traditio ecclesiarum Trevirensis, Colonienſis &

Leo-

AUCTORE J. P.

Leodienſis conſtantiſſima ac legitima; non talis, qualem de interpolatis epiſcopis impugnamus, quamque antiquitati adverſari probavimus; faciuntque de hujus memoratis tribus eccleſiis communis Antiſtitis cultu fidem earumdem eccleſiarum Breviaria & Lectionaria, Martyrologium Romanum Galeſinii, Molanus, Baronius laudans Bedam, auctum tamen, & alii ad diem XIV Septembris, quo die feſtum communis hujus Patroni in tribus illis eccleſiis peræquè celebratur.

episcopatum Trevirensem seculo 4.

108 *His addit illuſtriſſimus auctor catalogos Trevirorum antiquiſſimos; dein allegat Vitam S. Maximini Trevirenſis epiſcopi, ſecundùm judicium Henſchenii, qui eam edidit tom.* VII *menſis Maii pag.* 22, *conſcriptam ſeculo* VIII; *ubi* Maternus *inter S. Maximini* anteceſſores *numeratur. Profert etiam inſtrumentum anonymi alterius, quem ſcripſiſſe credit ante medium ſeculi* IX, *in quo dicitur Hetto Trevirenſis antiſtes monitus à* S. Materno, qui erat tertius Trevirorum archiepiſcopus, *ut monaſterium in Confluentia conſtrueret, & in eo corpus S. Caſtoris conderet. Habes hoc inſtrumentum apud Lambecium lib.* 2 *Commentariorum de Bibliotheca Cæſarea pag.* 391. *Quidquid de re*

B *ſit, rationem non video mihi ſufficientem, ut, in Launoyi opinionem concedens, abjudicem Trevirenſibus* Maternum *epiſcopum communem Colonienſibus & Leodienſibus, tum propter jam recitata, tum quia illa traditio talis eſt, ut non ſolùm ſcriptores exteri, ſed & ipſi domeſtici Tungrenſes ac Colonienſes, licèt in aliis diſcrepent, & errent ſæpe in numero atque ætate epiſcoporum ſuorum, in hoc tamen paſſim conſpirent, ut eum* Maternum, *qui primus epiſcopus Tungris, Coloniæ & in vicinis locis ac civitatibus Chriſtianam fidem prædicavit & propagavit, etiam dicant præfuiſſe Trevirenſibus, & apud hos conſervari ſacrum ejus corpus. Quid autem cauſæ fuerit, cur* S. Maternus *in monumentis ſeculi* IV, *recitatis* § IX, *appellatus fuerit epiſcopus* ex Agrippina civitate, de civitate Agrippinenſium, *non Tungrenſium vel Trevirenſium, mox ex veriſimili conjectura evolvere tentabimus.*

§ XII. Miſſio Sancti cum ſociis Româ in Gallias probabiliſſima eſt; incertum tamen, an ſub medium ſeculi III, an ſeriùs facta ſit; quis fuerit ſub hæc tempora Treviris ſtatus fidei Chriſtianæ.

C

Sanctorum Româ miſſio

POſt collocatam unius S. Materni *Colonienſis, ejuſdemque cum Trevirenſi ac Tungrenſi probabiliorem nobis epocham, ex qua, ut rectè obſervat Sollerius, nullo negotio eruitur ætas SS. Valerii & Eucharii, ratio inſtituti noſtri exigit, ut, in tanto veterum, qui ſaltem fide digni ſint, ſcriptorum ſilentio, ediſſeramus, quid nobis etiam probabiliùs ſtatui poſſe videatur de loco, unde, & anno, quo in Gallias miſſi ſint, quove ordine & modo populos inſtruxerint, atque eccleſias iſtas adminiſtrârint. Ac primò quidem, cùm tres Viros iſtos communi conſenſu primos apoſtolos & eccleſiarum ſuarum fundatores agnoſcant Treviri; Tungri verò & Ubii* Maternum, *vera nobis apparet conſtans apud eos traditio, quòd illuc à ſancta Sede Romana directi fuerint; conformiter ad ea, quæ ſub initium ſeculi* V *Innocentius I PP. ſcripſit in Epiſtola ad Decentium epiſcopum Eugubinum*, Manifeſtum *eſſe inquiens*, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam atque Siciliam, & inſulas interjacentes, nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis apoſtolus Petrus, aut ejus Succeſſores conſtituerint ſacerdotes.* D

ſtatuitur à recentioribus ſub medium ſeculi 3.

110 *Nam cùm iſta Pontificis aſſertio:* Petrus aut ejus Succeſſores, *uti disjunctivarum natura eſt, unius dumtaxat partis veritatem requirat, ut tota vera ſit, cúmque ut ſæpè dictum eſt, non videantur nobis SS. Eucharius, Valerius & Maternus conſtituti ab ipſomet S. Petro, relinquitur, ut dicamus, conſtitutos fuiſſe ab aliquo è S. Petri ſucceſſoribus Pontificibus: à quo autem, quis certò definiat? Conjicit Honthemius, miſſionem illorum contigiſſe circa illa tempora, quibus celebriorum in Galliis eccleſiarum primos epiſcopos Româ tranſmiſſos credunt eruditi, id eſt, circa imperium Decii ſeu medium ſeculum tertium, ut de pluribus teſtatur Gregorius Turonenſis. Calmetus Chriſtiana religionis apud Treviros epocham figi poſſe ait anno* 254, *atque Eucharo concedi epiſcopatûs annos viginti, totidem Valerio, ceteros* Materno *ſicque perveniri ad annum* 313. *Non prorſus repugno utriuſque viri eruditi diſpoſitioni; ſed, quominus etiam ei omnino aſſentiar, remoratur ætas magna.* S. Materni; *admittunt namque, hunc juxta eamdem traditionem unà cum binis deceſſoribus ſuis Româ veniſſe in Gallias; igitur ſi demus ei tum ætatis annos viginti quinque aut triginta, nonagenarius penè fuerit, dum anno Chriſti* 313 *à Conſtantino imperatore juſſus eſt ire ad concilium Romanum, & anno ſequenti ad Arelatenſe, qua ætate ravò ſit, ut quis ad tam longinqua itinera ſe accingat.* E

monumenta quædam iis ſocios jungunt SS. Sixtum & Sinicium,

111 *Si auctori Geſtorum Trevirenſium, & nonnullis non gravioris ponderis aliis ſcriptoribus, fides haberi major poſſet quoad ſocios miſſionis, quàm quoad tempus, alio equidem modo rem diſponerem & æquè ut minimùm veriſimili. Narrat enim prior in editionibus Calmeti & Leibnitii cap.* 20, *eum Eucharo, Valerio &* Materno *Româ ſimul in Gallias deſtinatos fuiſſe* Sinicium & Manſuetum, Clementem & Felicem atque Memmium alioſque quàm plures: *cap.* 21: Divertit, *inquit*, Clemens cum Felice Mediomatricùm, Manſuetus Tullum, Sinicius Rhemis, Memmius Catalaunum, ceterique in loca ſibi à Deo præordinata. *Eoſdem penè ſocios aſſignat S. Eucharii auctor Vitæ S. Memmii apud nos tom.* 2 *Auguſti pag.* XI, & S. Materno *biographus S. Manſueti, item apud nos tom.* 1 *Septembris pag.* 639. *Illis, inquam, ſcriptoribus, ſi in hoc puncto ſaltem fides haberi poſſet, non abſque fundamento conjiceremus, miſſionem Sanctorum noſtrorum factam eſſe ſub annum* 288, *ſub quem figenda nobis videtur miſſio S. Sixti, quem S. Memmii biographus Euchario etiam ſocium attribuit, & S. Sinicii, uti oſtendimus tom.* 1 *Septembris pag.* 122. F

miſſos in Gallias poſt annum dumtaxat 287:

112 *Nam Acta memoratorum SS. Sixti & Sinicii, quæ nihil habent, ut ſeculo* V *vel* VI *poſteriora credamus, clarè dicunt, quòd SS. Criſpinus & Criſpinianus poſtquam Sueſſionibus in Gallia martyrium ſubiiſſent, apparuerint Romano Pontifici, cum de ſuo martyrio certiorem fecerint, monuerintque, ut Euangelii præcones, qui tum* propter

A pter perſecutionem admodùm rari *erant* in Galliarum partibus, *illuc dirigeret; tum monitis paruiſſe dicitur Pontifex, & eò direxiſſe Sixtum ac Sinicium. Paſſio autem SS. Criſpini & Criſpiniani annectitur anno* 287 *vel* 288, *quia in eorum Actis, examinandis ad diem* XXV *Octobris, Rictius Varus, qui eis ſub imperio Diocletiani & Maximiani mortem intulit, etiam ſub idem tempus è vivis ereptus ſcribitur. Certè haud diu ante dictos annos eam contigiſſe, patet ex nominatis imperatoribus, qui nominantur etiam cum Rictio Varo in Actis SS. Sixti & Sinicii, ac alibi ſemper.*

ſed incertæ fidei ea ſunt, & difficultates utrimque

113 *In hac diſpoſitione conſulitur antedictæ longiori ætati* S. Materni; *verumtamen cùm nitatur dumtaxat monumentis incertæ fidei, nec Eucharii aliorumque ſociorum meminerint Acta SS. Sixti & Sinicii, nolim eam probabiliorem aſſerere, quàm alteram. Accedit, quòd ante annum* 288, *puta ſub annum* 286, *juxta calculos Browери in Annalibus, idem Rictius Varus Treviris immaniſſimè ſæviiſſe perhibeatur, & innumeros Chriſtianos non tantùm è Thebæa legione milites, ſed & civitatis ſenatores atque incolas utriuſque ſexûs*

B *martyrio coronâſſe, de quibus agendum veniet menſe Octobri ad diem quartum, quintum aut ſextum, quibus eorum cædes facta ſcribitur in tabula plumbea*, quæ ingruente vaſtatione Nortmannica circa annum DCCCLXXXII (*ut loquitur Honthemius tom.* 1 *Hiſtoriæ Trevirenſis diplomaticæ pag.* 221) juxta Sanctorum corpora, ad ſervandam eorum memoriam defoſſa eſt, & *detecta ſimul cum reliquiis anno* 1071. *Poſtrema ejuſdem tabulæ verba, ut eam ibidem exhibet laudatus auctor, iſta ſunt:* Ingreſſus eſt autem Trevirim Rictiovarus quarto Nonas Octobris, & eadem die occidit Tirſum (*qui Thebæa legionis, ut ſuperiùs dicitur*, ducatum gerebat) cum ſociis; ſequenti autem die Palmatium cum aliis principibus civitatis; tertia verò die cædem exercuit in plebem ſexûs utriuſque.

occurrentes rem dubiam faciunt.

114 *Quæ ſi vera ſint, & eo ſenſu admittenda, quo vult Browerus ad citatum annum, fides haberi nequit ſcribentibus, Sanctos noſtros unà cum SS. Sinicio & Sixto in Gallias demigrâſſe, niſi credamus, ingentem Trevirorum numerum Chriſti fidem fuiſſe amplexum, antequàm illuc accederent iidem Sancti, ideoque vocatos fuiſſe primos apoſtolos & antiſtites, quia exſtinctam in ea perſecutione penè*

C *religionem ſuſcitârunt, & novam quodammodò fundârunt eccleſiam. Mirum tamen, ſi ante perſecutionem illuc advenerint, quomodò Valerius &* Maternus, *etenim juxta Calmeti computum Eucharius jam tum è vivis exceſſerat, in tam generali atque atroci perſecutione tyrannorum manus effugiſſent; nam Valerius uti & Eucharius, ut ſuprà dictum eſt, conſtanter in antiquis documentis exhibentur, tamquam confeſſores, idque de* Materno *nequit eſſe dubium.*

Status fidei Chriſtianæ Treviris

115 *Utra demum ſententia verior ſit, ſatis apparet, paucos admodùm ſub annum* 288 *Treviris exſtitiſſe Chriſtianos, eoſque ſeu ad fidem converſi fuerint à Sanctis noſtris ante perſecutionem, cui ſe ſubduxerunt; ſeu poſt eamdem Chriſto nomen dederint, non habuiſſe niſi occultum religionis exercitium; quandoquidem iiſdem temporibus Maximianus in Chriſtianos acerbiſſimus imperator diu in his partibus reſederit, & Mamertinus orator in ſua panegyri, habitâ ad eumdem Treviris, de hac civitate in eum modum loquatur, ut idolis prorſus deditam percipias. Audi verba apud Browerum ad annum* 287: Rurſus ex acie cum triumpho rediſti, totamque hanc urbem, repentina tua in hoſtes eruptione ſolicitam, lætitiâ & exultatione, & aris flagrantibus & ſacrificiis & accenſis odoribus numini tuo, implêſti. Ita utroque illius diei tempore bis divina res pari religione celebrata eſt: Jovi, dum pro futuris vovetur; tibi, dum pro victoria ſolvitur. AUCTORE J. P.

ſub Maximiano Herculio ejique ad annum 292;

116 *Ea ſanè erat indoles Maximiani Herculii, ut, dato etiam, quòd deinceps non adeo ſeverè in Chriſtianos per Gallias diſperſos inquiſierit, numquam fuiſſet paſſurus, ut hi apertè ac publicè fidem ſuam profiterentur, iis in partibus, in quibus ejus juſſu tanta militum Thebæorum aliorumque fidelium clades facta erat paulò antè; nam ſicut à Browero Trevirenſium martyrum, ita & à pleriſque aliis ſcriptoribus affigitur anno* 286 *paſſio SS. Mauricii & Sociorum, quod examinabitur ad diem* XXII *Septembris. Porrò Maximianus in Galliis & pro majori parte Treviris hæſiſſe dicitur uſque ad annum circitèr* 292, *ut pronum ſit cogitare, haud numeroſum fuiſſe fidelium gregem, quos ad hæc uſque tempora fovebant ac regebant Sancti noſtri; at meritò conjectare licet, liberiorem deinde ipſis fidei propagandæ viam fuiſſe apertam; quando ſcilicèt Conſtantius Chlorus, Conſtantini Magni pater, circa mox* E *memoratum annum per Diocletianum & Maximianum Auguſtos creatus eſt cæſar cum Galerio, & pauco poſt tempore nactus totius Galliæ regimen, Treviris ſedem fixit.*

ac dein ſub Conſtantio Chloro.

117 *Is nempe benigno ſemper in Chriſtianos animo exſtitit, &* nòn modò amabilis, ſed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipuè quòd Diocletiani ſuſpectam prudentiam & Maximiani ſanguinariam temeritatem imperio ejus evaſerant. *Verba ſunt Eutropii lib.* 10 *Breviarii. Eutropio conſonat Lactantius lib. de Mortibus perſecutorum: ubi cap.* 15 *agens de perſecutione omnium graviſſima, ſub annum* 303 *inſtituta, litteras ait miſſas fuiſſe à Diocletiano ad Maximianum Herculium & Conſtantium Chlorum, ut hi in ſua quiſque imperii parte exſequerentur, quod ipſe jam Nicomediæ inchoârat.* Et quidem, *Lactantii verba ſunt*, ſenex Maximianus libens paruit per Italiam, homo non adeo clemens. Nam Conſtantius, ne diſſentire à majorum præceptis videretur, conventicula, id eſt, parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt, verum autem Dei templum, quod eſt in hominibus incolume ſervavit. *Tum cap.* 16: Vexabatur ergo univerſa F terra, & præter Gallias ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ (*Diocletianus, Maximianus & Galerius*) ſæviebant. *Æquè honorificum eidem Conſtantio teſtimonium præbuerunt Donatiſtæ, verba dedimus num.* 83 *ex Optato Milevitano.*

§ XIII. Ejuſdem materiæ proſecutio.

Ita affectas erat in Chriſtianos Conſtantius Chlorus,

PUlchris *omnino coloribus Conſtantium depingit Euſebius in Vita Conſtantini filii, cujus verba, quantumvis paulò longiora non abs re fuerit hîc tranſcribere. Sic habet apud Valeſium lib.* 1 *cap.* 17: Qualis autem exitus vitæ illi (*Conſtantio*) contigerit, cùm ſe talem erga Deum præſtitiſſet, quantumque diſcrimen inter illum & reliquos imperii conſortes, is, quem coluerat, Deus eſſe voluerit, quiſquis rem ipſam attentiùs expenderit, facilè cognoſcet. Poſtquam enim mul-

AUCTORE J. P.

ta regiæ virtutis indicia diutiſſimè præbuiſſet, unum quidem ſummum omnium Deum agnoſcens, eorum verò, qui plures deos colerent, impietatem condemnans, & ſanctorum hominum precationibus domum ſuam undique muniviſſet, reliquum deinceps vitæ tempus expeditè ac tranquillè ſumma cum gloria exegiſſe dicitur, compos ejus felicitatis, quam vulgò perhibent in eo poſitam eſſe, ut neque ab aliis afficiamur, neque alios ipſi afficiamus moleſtiâ. Ad hunc igitur modum toto imperii ſui tempore, quod æquabile perpetuò ac placidum fuit, univerſam familiam, conjugem ſcilicet ac liberos cum omnibus miniſtris uni omnium regi Deo conſecravit. Adeo ut multitudo eorum, qui in ipſius palatio ſimul verſabantur, nulla re ab eccleſia Dei differret. Inter quos erant etiam miniſtri Dei, qui continuis precationibus pro ſalute principis Deum venerabantur; cùm tamen vulgò apud alios nè ipſum quidem Dei cultorum nomen proferre fas eſſet.

119 *Similia tradit alibi de Conſtantio laudatus Euſebius, ſed hæc ad propoſitum noſtrum abundè ſufficiunt; etenim ex ſola poſtremæ periodi oppoſitione diſcimus, aliam planè faciem fuiſſe in*

at, ipſo reguante, nulli

B *Galliis, cùm illic verſatus eſt Maximianus, quippe apud quem, ſicut & reliquos collegas,* ne ipſum quidem Dei cultorum nomen proferre fas eſſet, *aliam verò, dum ibidem moratus eſt Conſtantius, cujus adunati domeſtici eccleſiæ Dei comparantur. Nam quamvis dicta oppoſitio accipi poſſit de tempore, quo ſub initium ſeculi* IV *cœpta eſt ſæviſſima imperatorum perſecutio, tamen ex ea non parùm firmatur id, quod diximus num.* 115 *de paucitate Chriſtianorum Treviris, dum hîc aut in vicinia hærebat Maximianus anno* 287 *& ſeqq. Ceterùm ex recitatis teſtimoniis non immeritò cenſent nonnulli, plures Galliarum martyres, quorum paſſio in Hiſtoriis provinciarum & civitatum refertur ad perſecutionem Diocletiani & Maximiani, palmam conſecutos fuiſſe, non in perſecutione iſta generali, incepta anno* 303, *ſed in particularibus, quas hiſtorici cum illa confuderunt, ità ut mors plerorumque conſignanda ſit initio imperii Diocletiani, & attribuenda præſertim Maximiano, cùm ſcilicet in Gallias profectus eſt contra Bagaudas, & eodem tempore etiam in Chriſtianos rabiem exercuit.*

C 120 *Si tamen abſolutè tenendum ſit, quorumdam martyrium pertinuiſſe ad perſecutionem*

vel pauci admodum, ipſo invito,

generalem, id profectò Conſtantio nequit adſcribi, ſed præfectis civitatum & provinciarum, aut populi in Chriſtianos concitati furoribus, quos ipſe fortè abſens reprimere non potuit, vel, evitandi majoris mali conſilio, non eſt auſus propter decreta Diocletiani, quibus non modò Galerius cæſar, præcipuus perſecutionis auctor, ſed & Maximianus Auguſtus tanta rabie obſecundabant. Eam cauſam de locis ſacris in Gallia everſis clarè allegat Lactantius: Conſtantius ne diſſentire à majorum præceptis videretur, conventicula, id eſt, parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt. Paſſus eſt, *inquit*, dirui, *non autem* juſſit, *vel* ipſe diruit. *Et hinc patet, Lactantium non pugnare cum Euſebio in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib.* 8 *cap.* 13 *ſic ſcribente:* Denique tum aliis in rebus humaniſſimum ſe ac beneficentiſſimum erga omnes præſtitit, tum concitati adversùs nos (*Chriſtianos*) belli nullatenus particeps fuit. Sed cùm veri Dei cultores, qui ſub imperio ſuo degebant, immunes ab omni noxa & calumnia ſervâſſet, nec aut eccleſiarum ædes ſubvertiſſet, aut quidquam adversùs noſtros eſſet molitus; tandem felicíſſimum ac beatiſſimum vitæ exitum conſecutus eſt. D

121 *Cùm autem & Lactantius & Euſebius univerſim affirment, homines Chriſtianos ſub ejus imperio incolumes & immunes fuiſſe ſervatos, conſequitur, ut, ſi abſolutè tenendum ſit, quod præcedente num. diximus, de pauciſſimis id martyribus intelligatur, qui primo impetu, abſente Conſtantio, inſcio aut certè invito, ceciderint. Ex deſcripta modò Galliæ univerſæ, quo tempore gubernabat Conſtantius, felicitate, facilè dignoſcimus, quis fuerit ſtatus urbis Trevirenſis, quanta libertas profitendæ fidei: quæ ſanè libertas non potuit non extendi magis, quando ſub annum* 305 *Conſtantius è cæſare Auguſtus & imperator factus eſt, nihilque proin obſtabat, quominus ſuum erga Chriſtianos favorem apertè ac plenè teſtaretur.* *paſſi ſint in Galliis, & fidei promulgandæ*

122 *Hæc quiſquis attentè conſiderârit, credat adhuc, ſi lubet, Browero & aliis, qui, ne Hiſtoriæ Trevirenſi refragentur, ſequentes, juxta illam, Trevirenſes epiſcopos martyrio affectos fuiſſe ſcribunt, Metropolum anno* 303, *dein poſt annos aliquot Severinum, Florentium &c. Sed ut ad Sanctos noſtros revertamur, quorum cauſâ paulò prolixiùs iſta digeſſimus, perſpicuum fit ſimiliter, patuiſſe eis ſub toto Conſtantii regimine latiſſimum campum ad exercendos labores apoſtolicos, promovendam religionem, augendumque notabiliter fidelium numerum. Imò cùm illa tempeſtate Treviris fixa ſedes eſſet Cæſaris aut Auguſti, Galliarum principatum habentis, vix dubium mihi eſt, quin & noti fuerint Conſtantio iidem Sancti & apud ipſum valuerint gratiâ.* *magna eſſet libertas* E

123 *Nam cum, teſte Euſebio,* inter eos, qui in ipſius palatio verſabantur, eſſent etiam miniſtri Dei; *quid vetat credere, his deſignari vel ipſos Sanctos, vel ſaltem eos ſacerdotes, quos ex illis tum epiſcopus ibidem conſtituerat? Quis autem è tribus, imperante Conſtantio, Trevirenſem epiſcopatum geſſerit, difficile ſit determinare. Certè Eucharius in ſententia Calmeti & aliorum, collocantium ejus in Gallias adventum circa medium ſeculi tertii, jam tum ad cœlos abierat, & fortè etiam, licèt eumdem adventum ſtatuamus ſeriùs. Quare mihi veriſimilius eſt, Valerio id temporis gubernandæ ejus eccleſiæ curam incubuiſſe, & remanſiſſe uſque dum ſuprema Galliarum poteſtas devoluta erat ad Conſtantinum Magnum. Quo temporis intervallo etiam mihi veriſimillimum eſt, excurriſſe* S. Maternum *ad Tungros, Colonienſes & circumjectos populos, apud quos Euangelium prædicaverit & prima epiſcopatûs jecerit fundamenta: donec, defuncto Valerio, Treviros vocatus ſit, atque ita tribus ſimul eccleſiis præfuerit epiſcopus; at quoniam immenſùm interea excreſcebat Chriſtianorum numerus, præſertim quando ad hunc acceſſit ipſe imperator Conſtantinus ſub annum* 311, *cujus converſioni adlaborâſſe creditur* S. Maternus, *credibile eſt, orâſſe hunc & exorâſſe, ut ſibi Treviris ſaltem ſubſtitueretur epiſcopus alter.* *Sanctis imperatori fortaſſe amicis. Horum ſucceſſio ſic diſponitur,* F

124 *Hoc pacto liquet, cur idem* Maternus, *anno* 313 *ad concilium Romanum miſſus, ſolo Agrippinenſium epiſcopi titulo ornetur, ipſeque eodem dumtaxat ſe ſubſcribat canonibus concilii Arelatenſis anni* 314, *quibus, ut antè memoravimus, Agritius Trevirenſis epiſcopus ſubſcriptus legitur. Sed & ex hac item ſubſcriptione ruit ille Broweriana Chronologiæ locus, quo Agritii epiſcopatûs initium rejicitur ad annum* 327 *propter traditionem aliquam, quâ idem Agritius juxta nonnullos patriarcha Antiochenus, juxta alios è cle-* *ut intelligatur, cur S. Maternus legatur epiſcopus tantùm Agrippinenſis*

A *clero dumtaxat Antiocheno, interventu Helenæ Conſtantini M. matris, jam è Palæſtina reducis, adeoque circa mox allegatum annum, credebatur Trevirenſi archiepiſcopatui præfectus à S. Sylveſtro PP. Huic Pontifici affictum diploma & monumenta alia, quibus ea traditio nitebatur, diſcuſſa & improbata ſunt alibi. Adiri poſſunt tom.* I *Januarii pag.* 773 *in Commentario prævio ad Acta S. Agritii; Hiſtoria patriarcharum Antiochenorum præfixa tom.* IV *Julii pag.* 38 *& ſeqq.; & tom.* III *Auguſti pag.* 550 *in Commentario prævio ad Acta S. Helenæ.*

& quomodo, relicta Trevirenſi ſede,

125 *Ad jam ſtatuta aliquam ſibi formant nonnulli difficultatem, ſed, meo judicio, leviſſimam. Proponit illam ac diluit Honthemius § 6 Diſquiſitionis:* Memini, *inquit*, à nonnemine etiam objectum fuiſſe, difficulter credi poſſe, Maternum ad Colonienſem cathedram tranſiiſſe, relicta Trevirenſi; eò quòd tranſitus ille videatur repugnare mori iſtorum temporum. His reponebam, exulare hîc omnem propriè dictam Materni tranſlationem, quæ ſtatui non poteſt, ubi ante converſionem Conſtantini ne diœceſis quidem in propria ſignificatione noſtris in partibus appa-
B ret; ſed hactenus indefinitus nulliſque limitibus circumſcriptus ager, verbo Dei per Eucharium & Valerium arctioribus, per Maternum latioribus terminis excultus & irrigatus, demumque ſub hoc pro majori nunc exultantis Eccleſiæ bono diviſus. Pone tamen, hanc tranſlationem dici debere: fuiſſet ea optimis ſaluberrimiſque conſiliis ſuſcepta, non talibus, queis Ariani aliique hæretici uſi ſunt, ambitionis nimirum & avaritiæ, quorum facinora anſam dedêre Patribus concilii Nicæni adversùs epiſcoporum tranſlationes ſtatuendi canonem, qui vel ipſe ſatis probat, minimè raros eo ævo fuiſſe tranſitus epiſcoporum de una eccleſia ad aliam, ſed frequentes potiùs.

Agrippinenſem ac Tungrenſem

126 *Nuſquam, quòd ſciam, definierat laudatus illuſtriſſimus, an* S. Maternus, *priuſquam S. Valerio ſucceſſiſſet Treviris, apud Tungros & Ubios Euangelii ſemina atque epiſcopatûs fundamenta jeciſſet; & inde, credo, difficultatem in eo ſitam eſſe putavit, quòd à Trevirenſi ad Colonienſem ſedem tranſiiſſet. At verò juxta diſpoſitionem noſtram difficultas eſſet, an non repugnaret mori iſtorum temporum, quòd* Maternus, *jam curam gerens eccleſiarum Tungrenſis & Agrippinenſis,*
C *etiam Trevirenſis regimen adierit poſt Valerii obitum, eaque difficultas per allatas ab illuſtriſſimo rationes facilè diſſolveretur. Contrà nihil difficultatis apparet in diſpoſitione noſtra pro tranſitu à Trevirenſi ſede ad Colonienſem & Tungrenſem, qualis nullo ſenſu hîc obtrudi poteſt, quandoquidem omnes ſimul eccleſias jam gubernaret, & parte tanti oneris per alium ſublevari tantùm voluerit ob allatas ſuperiùs rationes, in quo facto humiliationem & demiſſionem animi potiùs ſuſpicias, quàm vel leviſſimam ambitûs aut avaritiæ umbram tibi fingas.*

ſibi retinuerit.

127 *Adhæc in noſtra hypotheſi probabiliter etiam aſſequimur, cur Sanctus partem oneris in alium tranſlaturus non elegerit potiùs remanere apud Treviros quàm ad Tungros & Colonienſes reverti. Quippe, ſicut antea ad majus Dei obſequium & fidei Chriſtianæ emolumentum conducturum judicaverat, ſi curas ac labores divideret & fideles Trevirenſes paſtore ſuo orbatos conſolaretur, foveret ac regeret, ne defectu alterius epiſcopi, vel ſaltem ſufficiente auctoritate præditi, diſſiparentur, Conſtantino fortaſſe necdum ad fidem converſo; ſic poſtquam is converſus eſt,* & Materno *ſatis conſtitit de virtutibus S. Agritii ac dotibus ad epiſcopalem dignitatem requiſitis, æquum ratus eſt, huic gregem iſtum committere, ut ipſe curam ac laborem omnem impenderet ſolis Tungrenſibus, Colonienſibus ac vicinis populis, atque ita inchoatum opus perficeret. Nam licèt haud dubiè adlaboraverit etiam ſub initium Eucharo & Valerio ad Trevirorum converſionem, mirum videri non debuit, quòd paterno quodam ſtudio ac ſolicitudine afficeretur erga Colonienſes ac Tungros, utpote quos peculiari labore recèns Chriſto genuerat. Poſteriorem hunc rerum ordinem propoſuimus dumtaxat, ut deductum ex conjecturis noſtris, quibus ſicubi neceſſe ſit pluſculum concedere, hîc profectò fuit: interim, ſi quis meliorem & temporibus magis conſentaneum excogitârit, proponat, haud gravatè ei acquieſcemus; quod & de ſingulis antè dictis, & poſt dicendis intellectum volumus.* AUCTORE J. P.

§ XIV. Reliqua Sancti geſta, in Vitis & Hiſtoriis enarrata, fabuloſa eſſe oſtenduntur, vel fabuloſis adjunctis exornata.

E

Fabuloſa ſunt

FUsè diſſeruimus § III *de auctoribus Vitæ SS. Eucharii, Valerii &* Materni; *Geſtorum item tum Trevirenſium, tum Tungrenſium, Trajectenſium ac Leodienſium pontificum, ac deinde concluſimus exiguam hiſce lucubrationibus accedere poſſe auctoritatem ab ætate, quâ ſcripta ſunt, præſertim cùm fontes anteriores, unde profluxerint, nequeant aſſignari. Ex diſcuſſis autem & ſtatutis uſque nunc ſponte elucet, quis nobis ſenſus ſit de geſtis ipſis, quæ de Sanctis noſtris enarrantur; idem nimirum, qui eſt hodie ſcriptorum plurium, pleraque fabuloſa eſſe, vel ſaltem fabuloſis temporum & perſonarum adjunctis adornata; imo ejus naturæ eſſe nonnulla, ut fidem non facerent, etiamſi Sanctorum ſeculo primo in Gallias adventus ſolidiſſimis documentis probari poſſet; idque majore jure ſtatuimus de narrationibus, quæ temporis decurſu ab aliis excogitatæ & ſcripto aut typo commiſſæ ſunt. Demus de ſingulis ſpecimina.*

F

quæ de S. Materni natalibus

129 *De SS. Eucharii, Valerii, aut* Materni *natalibus nulla mentio eſt in Vitis; de ſolo Eucharo dicitur in Geſtis Trevirenſibus, fuiſſe Græcum,* ut nomen indicat. *Nihilominus ſilentium iſtud non obfuit, quominus* Materni *patriam & parentes invenerint alii. Placentii, eum Longobardum & Papiæ comitis filium ſcribentis, nugas retuli num.* 72. *Sed magis miros ei natales adſtruxit fabulator alter, iſque fidem obtinuit ſaltem apud paucos. Audi Gelenium de Coloniæ Agrippinæ magnitudine lib.* I, *ſyntag.* 5: Quis verò Maternus hic? Breviter dicam: „Adoleſcens „ille ex Naïm, annorum fortè novemdecim à „Chriſto Domino noſtro ſuo & ſalutis publicæ „natæ, anno XXXII in Autumno circa Idus Se„ptembris vitæ reſtitutus.„ *Dein ſubdit auctor, ſe dicta ab aliis & ſcripta referre, citatque in margine codicem Ms., cujus meminit Malbrancus lib.* 2 *de Morinis cap.* 7. *Et verè, dicit citato loco Malbrancus ſe anno* 1603, *cùm Namurci hoſpitaretur, incidiſſe in hujuſmodi codicem, at nihil ex eodem recitat. Sunt tamen Ge-*

AUCTORE J. P.

lenio vetuſtiores, apud quos referantur eadem. Sic in Martyrologio Germanico poſt Sancti elogium iſta ſequuntur: Arbitrantur nonnulli, ipſum fuiſſe viduæ filium à Chriſto ad vitam revocatum. *Idem habet Cratepolius de Sanctis Germaniæ; idem Browerus in Annalibus, ſed hoc ipſe non credit, ſicut nec aliud, quo dicitur* Maternus *poſtea aggregatus fuiſſe ad collegium ſeptuaginta duorum diſcipulorum.*

de præſentia S. Eucharii in Cœna ultima,

130 *Ad fabulas ſimiliter relegare potuiſſet idem Browerus, quod habet auctor Geſtorum Trevirenſium de S. Eucharo, quem, licèt natione Græcum crederet, tertium fuiſſe affirmat in ordine* LXXII *diſcipulorum, quemque ideo à S. Petro aliis epiſcopis, in Gallias miſſis, præfectum fuiſſe ait, quia cùm eodem S. Petro,* ab ipſo Domino in carne commorante, ſicut à majoribus, *inquit,* noſtris traditum accepimus, ſacræ fidei rudimenta percepit, qui & in illa ſanctiſſima Cœna, quâ diſcipulis ſuis Dominus pretioſa Corporis & Sanguinis ſui myſteria celebranda contradidit, conveſcentibus affuit, reſurgentemque à mortuis ac in cælos aſcendentem, cum Apoſtolis beata viſione videre promeruit, ſanctumque Spiritum, ac linguas omnium nationum in ignis accepit apparitione. *Conveſcentibus in Cœna affuiſſe, ait tantùm, non auſus dicere, quòd cum ipſis diſcubuerit. Prudenter quidem, cùm apud Euangeliſtas mentio ſit dumtaxat de duodecim Apoſtolis diſcumbentibus cum Chriſto. Sed prudentiùs omiſiſſet totum, cùm apud Marcum cap.* 14 *mentio tantùm fiat de duodecim Apoſtolis, qui Chriſtum ad locum Cœnæ comitati ſint:* Veſpere autem facto, venit cum duodecim. *Sed numquid etiam in ſententia eorum, qui, pro primo ſeculo ſtantes, S. Eucharii mortem illigant anno circiter* 73, *fabulam non ſpirat, quod narratur apud eumdem Geſtorum Trevirenſium auctorem cap.* 26? *Sic habet:* Obiit autem VI Idus Decembris, ac ſepultus eſt in eccleſia beati Joannis Euangeliſtæ, quam ipſe ante portam mediam conſtruxerat, & in circuitu ejus cœmiterium benedixerat.

B

de erecta eccleſia S. Joanni apoſtolo ſub annum 70,

C

131 *Numquid, inquam, iſtud fabulam non ſpirat, ſi verba ſumantur uti jacent, & uti accepta ſunt à Joanne Enen in Epitome Geſtorum Trevirorum, à Cratepolio in Annalibus, & ab aliis? Horum primus, defunctus ſub annum* 1519, *loquitur in hunc modum lib.* 2 *cap.* 1: Erat tempeſtate illa (*addit Cratepolius* anno Domini LXX) fœnatrix quædam nobiliſſima, nomine Albana, marito non fide viduata, habens filium unicum, quem extinctum morte, interveniente beato viro Eucharo, bonâ gratiâ repleto (id enim nomen ejus interpretatum reſonat) ſuſcitandum obtulit fide, quâ plena erat. Reſuſcitato filio in nomine ejus, qui filium viduæ ante portam Naïm à mortuis revocavit, eam in pace abire permiſit. Tum illa domum, quam præeminentem habebat, ſanctificante beato Eucharo, in eccleſiam deputavit, quam beatus Eucharius ſub nomine ſancti Johannis apoſtoli & Euangeliſtæ conſecravit. *Paulò inferiùs Eucharium in ea baſilica ſepultum eſſe aſſerit. Credant, qui voluerint; equidem etiamſi concederem, exſtitiſſe primo ſeculo Eucharium, & ei fuiſſe integrum conſtruere eccleſiam cum cœmeterio, numquam mihi perſuaſerim, fuiſſe intra annos* 70 *&* 73 *conſecratam S. Joanni Euangeliſtæ, qui per annos viginti quinque in vivis ſuperſtes fuiſſet, demortuus ſub finem ejuſdem ſeculi.*

132 *Quoniam Albanæ ejuſque filii ad vitam revocati mentio incidit, obiter obſervet lector, idem miraculum etiam attributum fuiſſe* S. Materno *in duabus Vitis S. Symmetrii M., quarum, neutram dare viſum fuit Henſchenio tom.* VI *menſis Maii, ubi de S. Symmetrio actum eſt, quia multis conſperſa ſunt fabulis:* Narrant, *inquit,* S. Symmetrium à S. Materno in infantia reſuſcitatum, eaque occaſione Albanam ejus matrem cum prole fidei ſacramenta ſuſcepiſſe, cui nomen dederit Symmetrius, ſextus comes Salmenſis Albanæ frater. *Dein recitat verſus nonnullos, in quibus eadem referuntur, ac demum concludit, fabuloſa eſſe omnia. Diſplicuerunt quoque Browero ad annum Chriſti* 50. *Aliter ſenſit Gelenius in pretioſa Hierotheca, cap.* 5, *ubi Symmetrium infantem à* S. Materno *reſuſcitatum* è Salmenſium familia regulum *nuncupat, & inde multa hariolatur de ſtemmatis ejuſdem antiquitate lib.* 2 *de Coloniæ magnitudine, Syntag.* 34. *Quæ & ſimilia explodit Henſchenius mox laudatus.*

D

& de reſuſcitato S. Symmetrio circumferuntur

alia pleraque incertæ fidei propter adjuncta fabuloſa.

133 *Diximus ſub initium hujus §, pleraque, quæ de Sanctis noſtris narrantur,* fabuloſa eſſe, vel ſaltem fabuloſis temporum & perſonarum adjunctis exornata. *Prioris generis putamus, quæ jam recenſuimus de natalibus* S. Materni, *ejuſque ad vitam per Chriſtum revocatione, de præſentia Eucharii in Cœna ultima &c.: poſterioris verò, quæcumque ad illos pertinentia perhibentur in Vitis aut Geſtis ſæpè memoratis. Quippe cùm omnia primo ſeculo, aut ſecundo non multum provecto, illigentur, adjuncta temporum admittere non poſſumus, nec per conſequens etiam perſonarum, niſi ut fabuloſa. Quod autem ſpectat ad ipſam rerum geſtarum ſubſtantiam, non inficiamur, eſſe multas, quæ, ſi à memoratis adjunctis depurentur, verè contigiſſe potuerint, imò veriſimiliter contigerint; quales ſunt converſiones innumerabilium gentilium, everſiones idolorum, miracula, virtutes & his ſimilia, quæ ipſis adſcribuntur, quæque ſeculo tertio & quarto, præſertim quando Conſtantinus M. imperavit, valdè quadrant. Sed an ſingula Eucharo adſcripta, ab eo verè patrata ſint, & ſimiliter à Valerio ac* Materno, *quæ ipſis peculiariter tribuuntur; imò an in illis non ſint geſta etiam quoad ſubſtantiam conficta, & quænam illa ſint, nemo facilè definierit. Id nempe evincunt negatores iſti & inepti fabulatores, vel, ut mitiùs dicam, encomiaſtæ nimiùm creduli aut plùs æquo tenaces popularium traditionum, ut, dum Sanctos ſuos, neſcio quâ antiquitatis & præeminentiæ ambitione, extollere geſtiunt, facta eorum tot tamque alienis à veriſimilitudine adjunctis farciant, ut in ſe alioqui veriſſima, omnem penè veri ſpeciem amittant, indignenturque meritò poſteri, ſe nihil deprehendere, ubi tutò pedem figant.*

E

F

Miraculum de S. Materno

134 *Quæret hìc non nemo, quis igitur ſenſus nobis ſit de celeberrima* S. Materni *per S. Eucharium baculo S. Petri apoſtoli reſuſcitatione, fusè expoſitâ in memoratis Sanctorum Vitis ac Geſtis, & hinc devoluta ad alios magno numero ſcriptores? Ad quæſtionem antequam reſpondeamus, juvat hiſtoriam, circa quam verſatur, ipſiuſmet biographi verbis lectorum oculis ſubjicere. Sic habet in Opere noſtro tom.* 2 *Januarii pag.* 918: Qui ſatis idoneè à magiſtro (*S. Petro apoſtolo*) inſtructi, injunctum ſibi mandatum alacri mente ſuſceperunt, & accepta benedictione ad ſupradictas regiones (*Galliam & Germaniam*) ire cœperunt. Pergentes per viam inceſſanter ſanam doctrinam cunctis euangelizabant, & multos ad ſoliditatem ſacræ fidei ſignis & virtutibus provoca-

A cabant. Cumque in quoddam Galliæ caſtellum, nomine Elegia, perveniſſent, ibique aliquantulum temporis commorantes, omnes ad credulitatem conſtanter incitarent, unus illorum, Maternus ſcilicet, febre correptus graviter ægrotare cœpit, atque creſcente eâdem infirmitatis moleſtiâ, non poſt multos dies vitam finivit.

in via defuncto 135 Qua orbitate B. Eucharius nimiùm contriſtatus, faciem ubertim lacrymis profudit, ſimulque ingemiſcens ait: O inimica & odioſa mors, quæ invidiâ diaboli in orbem terrarum introiſti, quare contra nos tam crudeliter exarſiſti? Cur, quod ſuperna pietas ad depellendam mortem infidelitatis deſtinavit, tu violenter abſtuliſti? Scio te, impiiſſima, in pretioſiſſima Chriſti morte occubuiſſe: & unde te iterum adversùm ſervos ejus erexiſti? Sed confido in Dominum meum Jeſum Chriſtum, quia, quod per nos fieri diſpoſuit, hoc auctor tuus impedire non poterit: & quod ipſe ad ſalutem credentium præordinavit, hoc inventor tuus diabolus pervertere non valebit. Hæc dicens lacrymas repreſſit, & corpus Diſcipuli terræ commendans, aſſumpto Valerio, cum celeritate Romam rediit, & cuncta, quæ ſibi in via acciderant, flebiliter magiſtro
B per ordinem narravit, dicens: Non poſſumus iterum remeare per viam, quâ miſiſti nos, & gentes prædictas docere, niſi Maternum diſcipulum tuum ſanctis precibus tuis reſuſcites à mortuis, ut virtus Domini noſtri Jeſu Chriſti gentibus illis manifeſtetur.

& ad vitam revocato, 136 Quem ille clementer conſolabatur dicens: Noli lugere, cariſſime, nec triſtis eſſe, quia, quem nunc mortuum doles, ipſum per gratiam Redemptoris noſtri citiùs reſurgere videbis, & tui itineris fidelem & incolumem Socium habebis: mortem enim, quam ille ad tempus corporaliter pertulit, hanc omnipotens Deus ad ſalutem plurimorum providit. Sed jam nunc accipe baculum meum, & cœptum iter perage, & cùm illuc perveneris, ipſum baculum ſuper corpus defuncti pone, dicens: Præcipit tibi Petrus apoſtolus in nomine Jeſu Chriſti filii Dei vivi, ut à morte reſurgas, & commiſſum miniſterium nobiſcum perficias. Sanctus verò Eucharius cum fratre Valerio imperium magiſtri gratanter ſuſcipiens, ad prædictum caſtellum veloci greſſu pervenit: atque ad ſepulchrum Fratris accedens, dilectiſſimumque theſaurum effodiens, baculum funeri
C ſuperpoſuit: & dum Apoſtoli verba, quæ mandaverat, retuliſſet, ſtatim Maternus, reſumpto ſpiritu, reſedit, dataque manu pontifici, vivus & incolumis coram populi multitudine de tumulo ſurrexit. In hoc oſtenditur prophetam dixiſſe: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis &c. Et in alio loco: Omnia poſſibilia ſunt apud Deum. Tunc omnes, qui aderant, laudes in cælum extulerunt, & multi ex paganis, Baptiſmi gratiam conſequentes, veritati fidei ſe conjunxerunt: ſicque impleta eſt præmiſſa Apoſtoli ſententia, quòd mortis illius occaſio multorum fieret ad ſalutem reſurrectio. In quo loco poſtea eccleſiam Chriſtiani conſtruxerunt, eique ex eo, quod ibi acciderat, nomen Reſurrectionis impoſuerunt.

poſt dies quadraginta, licèt ejus relatio 137 *Laudatus biographus tom. citato pag. 922: ſpatium temporis, quo* S. Maternus *in tumulo jacuit, indicat verbis ſequentibus:* Sicut quadraginta diebus jacuit in ſepulchro, ita etiam totidem annos manſit in ſacerdotali miniſterio. *Harigerus apud Chapeavillum:* Apoſtolica conſolatione firmati quadrageſimo defunctionis beati Viri die ad corpus cum fide regreſſi ſunt; *Hiſtoricus Trevirenſis:* Habens jam in ſepulchro dies quadraginta. *De cetero convenit inter illos de miraculi modo & ordine, in eo diſcrepant, quòd quiſque ſtylum ſuo genio accommodaverit, & id, quod unus pluribus verbis expoſuerat, alter paucioribus perſtrinxerit. Nunc ad quæſtionem. Neceſſe non eſt hîc repetere, quòd hiſtoria iſta non probetur nobis in adjunctis temporis & perſonæ S. Petri mittentis Sanctos in Gallias, & in Urbem reverſis baculum ſuum tradentis: alia ſunt, quæ rem integram ſuſpectam nobis faciant; ac primò quidem ex eo, quod idem miraculum, vix, aut ne vix quidem mutato ordine, aliis Sanctis affictum ſit ab hiſtoricis.* AUCTORE J. P.

ob varias rationes 138 *Sic in Vita S. Memmii Catalaunenſium epiſcopi, apud nos tom. 2 Auguſti pag.* XI, *narratur Sanctus iſte miſſus à S. Petro in Gallias cum Dionyſio Pariſienſi, Sixto Remenſi, Eucharo Trevirenſi, Sabiniano Senonenſi, Sinicio Sueſſionenſi epiſcopis & aliis ſex ejuſdem Ordinis viris, cum Donatiano item diacono & Domitiano ſubdiacono. Verùm cùm hi omnes ad decem & octo millia paſſuum proceſſiſſent, contigit, ut Memmii ſubdiaconus Domitianus obierit; quem poſtquam dolens ille ſepeliviſſet, Romam reverſus eſt, & acceptam* E *à S. Petro veſtem mortuo dein impoſuit & ſuſcitavit. In Actis S. Frontonis Petrocoriorum epiſcopi apud Buſquetum part. 2 Hiſtoriarum eccleſiæ Gallicanæ pag. 7; & ibidem in Actis S. Georgii Velaunorum antiſtitis, dicitur Fronto, in Gallias directus à S. Petro, ſub tertium peregrinationis diem amiſiſſe Georgium ſocium, ſed admoto baculo S. Petri, ad quem auxilium petiturus redierat, ſuſcitâſſe, idque adeo conformiter ad recitata ex biographo Sanctorum noſtrorum, ut ſi nomina, ſpatium itineris, & mutatas phraſes excipias, eamdem planè hiſtoriam fatearis. Idem fateberis, ſi operæ pretium duxeris, adire Surium ad diem* XXX *Junii, & obiter perlegere, quæ in Actis fabuloſis S. Martialis epiſcopi Lemovicenſis traduntur de Auſtricliniano per baculum S. Petri ejuſdem Martialis operâ reſuſcitato* in loco, qui Elſe vocatur. *Dubitare equidem non poſſum, quin hiſtoriam illam ab uno ſcriptore exornatam, mutuati ſint alii, & quique ſuo Sancto applicaverint.*

fictionis 139 *Porrò ut paucis abſolvam, quæ diſplicent præterea in recitata hiſtoria, non ſatis veriſimilis mihi eſt, Eucharo, viro apoſtolico ad omnem eventum paratiſſimo, adſcripta ad mortem apoſtrophe; nec magis accommoda tali viro ad Pontificem querela; ac ſi, mortuo* Materno *ſubdiacono, præcluſus eſſet ad gentilium converſionem omnis aditus; adhæc intempeſtivus & incredibilis Romam reditus poſt emenſum tam ingens viæ ſpatium; ac denique nimis arctum mihi apparet quadraginta dierum intervallum, ut ex Alſatia, in qua ſita eſt Elegia, aliis* Alegia, Legiacum, Hellum *ſeu* Helellum, *olim civitas, nunc pagus, Romam & hinc denuò confectis* F *negotiis in Alſatiam remigraverint, ut ut* veloci greſſu *iter inſtituiſſe perhibeantur.*

ſuſpecta ſit, contigiſſe potuit ſeculo 3, 140 *Browerus ad annos Chriſti* 49 *&* 50 *in confirmationem miraculi præter nominatas Vitas & Geſta producit teſtimonia Petri Cluniacenſis, Honorii Auguſtodunenſis, Thioſridi Epternacenſis & aliorum plurium, quos citat in margine; ſed quoniam hi prioribus recentiores ſunt, & res non adeo curiosè indagantes, facilè decipi potuerunt, licèt in rebus, ab ætate eorum minùs remotis, fides eis negari non debeat, hîc nihilo ampliùs valet eorum auctoritas ad confirmandum miraculum, quàm ad ſtabiliendam Sanctorum primo*

AUCTORE J. P.

mo ſeculo miſſionem, quam tradunt ſimiliter. Neque tamen inde concludas, omnino à me negari miraculum reſuſcitati Materni; *contrà enim, ſicut certò credo, miſſionem, mox dictam verè, ſed ſeriùs factam eſſe, ſic nihil video, quod cogat negare, reſuſcitatum fuiſſe Sanctum, ſi omnia reducantur ad ſeculum tertium, quo ſimile miraculum non minùs conducebat ad promovendos Evangelicos fructus, quàm ſeculo primo.*

& reipſa contigiſſe dicendum eſſet,

141 *Imò, ſi tutò admitti poſſent, quæ ad hanc materiam habet Cæſarius Heiſterbacenſis in Dialogis diſtinct.* 8 *cap.* 78, *omnis evaneſceret de veritate hujus miraculi diſceptatio: ſed is auctor hinc inde adeo mirabilia & incredibilia enarrat, ut facilè perſpicias, pronum fuiſſe in credulitatem. Audiamus interim quod ſpectat ad propoſitum noſtrum:* Bonæ memoriæ domnus Gerardus abbas Claræ-vallis, qui noſtris temporibus fuit, cùm tempore quodam viſitandi gratiâ pergeret ad clauſtrum, & apud religioſos fratres ſancti Matthiæ hoſpitaretur, eadem nocte dictis Matutinis, eccleſiæ cryptam ſolus intravit, & ad ſepulchra ſanctorum Eucharii, Valerii atque Materni, qui Trevirorum primi erant epiſcopi & & noſtrarum regionum apoſtoli, devotè oravit:

B maximè tamen petivit ſibi divinitus revelari, utrùm magis expediret in officio abbatiæ manere, vel illam reſignare. Cui glorioſi illi tres Præſules, in multo ſplendore ſimul apparentes, dixerunt: Frater, nequaquam officium tuum reſignes: quia in brevi cum palma martyrii ad nos pervenies. Sicque diſparuerunt. Manè, cùm eſſet profecturus, Præpoſitus S. Simeonis eum, ut ſecum in reditu hoſpitari dignaretur, rogavit: quod & promiſit.

ſa, quæ ſuo tempore facta narrat

142 Cúmque completa viſitatione rediret Trevirim, de promiſſione ſatis eum pœnituit, volens iterum orare ubi priùs, quædam neglecta in prima viſitatione ſperans ſibi denuò eſſe revelanda. *Quærit hîc, qui cum Cæſario loquens inducitur, Apollonius:* Quænam fuerunt illa? *Pergit Cæſarius:* Ubi anima ſancti Materni fuiſſet infra illos quadraginta dies, quibus ſepultus fuerat. Quid plura? Promiſſi ſui memor in domo Præpoſiti ſe recepit: & ſicut ipſe procuraverat, in ipſa nocte ſolito maturiùs ſurgens, & Matutinas decantans, monachis relictis & converſo aſſumpto, ad eccleſiam S. Eucharii perrexit, cryptam intravit: ubi ſub forma prioris viſionis

C præfatos Pontifices videre meruit. Ad quem S. Eucharius: Novi, ad quid veneris. Ecce Maternus, interroga eum. Quod cùm feciſſet, reſpondit ille: Anima mea per illos quadraginta dies fuit in paradiſo, & quia ſciebat, ſe ad corpus eſſe reverſuram, mercede ſibi in cæleſtibus præparatâ frui non potuit. Mane ergò in officio tuo: quia per palmam martyrii citò nobis ſociaberis. Quod ita factum eſt; nam à quodam miſero propter zelum Ordinis latenter interfectus eſt. Deinde beatus Pontifex adjunxit: Exiſtente me in paradiſo, nil actum eſt in mundo, quod non viderim. *Hactenus ille apud Triſſierum mox laudandum.*

Cæſarius Heiſterbacenſis,

143 *Ea relatio illius generis non eſt, cujus ſunt pleræque de Sancti geſtis conſcriptæ, quarum ſcilicet auctores à temporibus rei factæ remotiſſimi fuerunt; ſed litteris conſignata à coævo, ut ipſe innuit, & conſtat aliunde. Etenim Cæſarius ſeculo duodecimo exeunte monachum induit in Heiſterbacenſi abbatia Ciſterſienſis Ordinis, ſita ex oppoſito Bonnenſis urbis haud procul à Rheno, & ibidem circa annum ſequentis ſeculi* XXII *Dialogos ſuos compoſuit, uti affirmant quicumque de ætate ejus ſermonem habent. At eodem ſeculo* XII D *contigiſſe debuit relata apparitio, quandoquidem Gerardus Claræ-vallenſi Lingonenſis diœceſeos abbatiæ præfuerit abbas ſextus anno* 1170 *& ſequentibus uſque ad annum* 1175, *quo vel ſequenti crudeliter interfectus eſt Igniaci ab Hugone de Baſoches monacho, ut allatis teſtimoniis oſtenditur in Gallia Chriſtiana noviſſimè edita, tom.* 4 *col.* 801.

fidem mereretur.

144 *Nihilominus ut ut Cæſarius vicinus fuit temporibus, quibus illam apparitionem contigiſſe ſcribit, nolim ſpondere de ejus, ſicut narrata eſt, veritate. Certè anni quinquaginta vel etiam triginta non requiruntur, ut immutentur & accreſcant alicujus facti adjuncta, atque admittantur à viro pio quidem, ſed nimiùm credulo, qualem fuiſſe Cæſarium opinamur. Ipſemet Bertrandus Triſſier monachus Ciſtercienſis, qui tom.* 1 *Bibliothecæ Patrum Ordinis ſui inſeruit Dialogos Cæſarii, & hunc pluribus locis contra adverſarios vindicare conatus eſt, apparitionis dictæ relationem non modò ſuſpectam habuit, ſed nec dubitavit notare in margine, illam ejus partem fabuloſam eſſe, quâ Gerardus* S. Maternum *interrogâſſe, & hunc illi reſpondiſſe traditur; quia ſcilicet fuiſſet* curioſa, inutilis ac indigna B. Gerardo, martyre mox futuro, oratio, quâ peteret ſibi revelari, quid egerit, & ubi fuerit anima ipſius Materni per dies XL, quibus mortuus fuiſſe dicitur. *Sic habet in Notis ad cap.* 23 *Diſtinct.* 2 *Exordii Ciſtercienſis eidem Tomo inſerti, & in quo dicta apparitio refertur modo multo minùs veriſimili.*

E

Miraculi indicia ſupereſſe creduntur in Alſatia.

145 *De rationibus Triſſieri, uti & de tota apparitionis hiſtoria lectori judicium relinquimus. Si vera ſit præſertim ea parte, quam reprobat laudatus auctor, ſatis probatum eſt miraculum; ſi fabuloſa, miraculi traditioni non officit quidem, ſed traditio ipſa incerta manet, utpote, ſicut alia plurima, nullis teſtimoniis ſeculo nono vetuſtioribus confirmata. Viget tamen uſque nunc ejus fama in Alſatia, & miraculi indicia exſtare creduntur eo loco, quo contigit. Teſtatur id Beatus Rhenanus Seleſtadienſis lib.* 2 *Rerum Germanicarum verbis ſequentibus:* Apud Hellum, vicum tribus milliariis à Seleſtadio diſtantem, adhuc conditorium oſtenditur, in quo jacuerit mortuus aliquamdiu (Maternus) ſed mox vitæ reſtitutus, ut adhuc Treveros Agrippinenſeiſque

F erudiret. *Jacobus Wymphelingus & ipſe Seleſtadienſis in prologo ad Catalogum epiſcoporum Argentinenſium, editum anno* 1508, *poſt narratam* Materni *reſuſcitationem pergit in hunc modum:* Superædificata eſt ibidem eccleſia, ad quam in hodiernum diem populus confluit; præcipuè tamen Sabbatho ante Dominicam JUBILATE uſque in tertium diem, ob peccatorum veniam à ſummis Pontificibus illuc proficiſcentibus conceſſam. *Idem referunt Browerus in Annalibus ad annum Chriſti* 49 *& Laguille in Hiſtoria Alſatiæ lib.* 4.

§ XV.

A

§ XV. De baculo S. Petri, cujus attactu S. Maternus ad vitam revocatus creditur, cujusque partes hodiedum asservantur.

Stante nostra sententia, non evertitur traditio de baculo S. Petri.

QUoniam S. Materni *à morte revocatio, de qua § præcedente, passim facta perhibetur per attactum baculi S. Petri apostoli, isque baculus, seu potiùs ejusdem partes servantur hodie & summo pretio habentur locis infrà assignandis, juverit & de eo hîc sermonem instituisse, ne quis existimet, nos veritatem ejus impugnare voluisse superiùs, deducta qualicumque sequela ex eo, quòd missionem Sancti à S. Petro rejecerimus. Itaque sicut ipsam à morte revocationem negandam non censemus, licèt lapsu temporis vestita fuerit adjunctis temporum ac personarum, quæ nobis improbantur; sic neque putamus negari debere, baculo isto verè usum fuisse aliquando S. Petrum, ejusdemque attactu ad vitam rediisse* S. Maternum, *etsi non admittamus, eum ab ipso S. Petro traditum esse S. Euchario. Neque enim sequitur: Baculus* 1 *seculo ab ipso S. Petro huic personæ traditus non est; igitur non fuit umquam à quoquam traditus S. Petri baculus, etiamsi longa seculorum serie ut talis habitus ac veneratione summa conservatus fuerit. Ut talem autem habitum fuisse longa seculorum serie, ex ipsismet discimus, qui seculo nono & sequentibus gesta* S. Materni *ac Sociorum fabellis deturpârunt, effeceruntque, ut verum baculi S. Petri in has regiones determinare non possimus translationis modum. Audiamus, quid de ipso scribant alii.*

Detegitur quorumdam error de ejus translationis epocha.

147 *Sigebertus in Chronico ad annum* 953 *agens de Brunone Ottonis I imperatoris fratre & Colonienſium archiepiscopo*, Hujus studio, *inquit*, translata sunt, à Roma Coloniam corpora sanctorum Elisii (Elifii) Patrocli, Privati, Gregorii cum baculo S. Petri. *Eadem ferè habet auctor anonymus Chronici Turonensis apud Martenium tom.* 5 *Amplissimæ collectionis col.* 988; *eadem Albericus Trium fontium monachus item in Chronico, qui tamen mox subdit:* De isto baculo sancti Petri habetur plena narratio, quòd per eumdem Maternus fuerit resuscitatus, ac processu temporis de Treviri Metis translatus & in magna veneratione habitus; per istum tandem Brunonem de Metis fuit Coloniam translatus; deinde, ut habetur in sequentibus, Warinus Colonienſis archiepiscopus partem ejusdem baculi Erberto Trevirensi episcopo reddidit. *Et sanè errorem cubare in assignata per Sigebertum & alterum chronographum anonymum epocha perlati Româ Coloniam baculi, manifestum fit ex Vita dicti Brunonis, conscripta per Rotgerum jubente Folcmaro, Brunonis successore proximo, & typis vulgata à Leibnitio de Scriptoribus rerum Brunſvicensium tom.* 1 *pag.* 283, *in qua sic legitur:* Baculum & catenam sancti Petri, quâ diligentiâ, quo fervore, quo gaudio Coloniam, alterum Meti, alteram Româ adduxerit, omnes noverunt.

148 *Brouverus in Annalibus ad annum Christi* 49 *antiquius testimonium allegat existentiæ ejusdem baculi in hisce partibus: nam post narratam Sancti resuscitationem sic pergit:* Facit huic affirmandæ narrationi mos item in synodis provincialibus, hîc ante nongentos annos plùs minùs usitatus, quo præter autoritatem scripto testatam ecclesiastica decreta baculo sancti Petri seu sacrosancto confirmare suetum episcopis, addito baculi elogio: Cum quo B. Maternus à mortuis suscitatus exstitisset. *Citat in margine* Mss. synodalia sub Lothario ex æde primaria, *designans haud dubiè decreta synodi, cujus iterum meminit in iisdem Annalibus ad annum* 980, *quamque habitam existimat in Metensi civitate tempore Adventii ab anno circiter* 855 *usque ad* 873 *ejus sedis antistitis, quâ tempestate Lotharingiæ regnum tenebat Lotharius, imperatoris cognominis filius, sub annum* 869 *vitâ functus. Horum autem decretorum, quæ in membranis primarii templi Trevirensis asservari testatur, loco mox citato clausulam recitat in hæc verba:* Hæc ergò statuta, Dei omnipotentis spiritu promulgata, unusquisque nostrûm propria manu roboravit, & cum baculo S. Petri, quem à Romana sede per manum B. Clementis, Metensis ecclesiæ primi episcopi, in Gallias direxit, cum quo & B. Maternus à mortuis suscitatus exstitit, qui postmodùm Trevirensis ecclesiæ sanctissimus pontifex fuit; imò per clavem à S. Flodulpho * episcopo, beato Trudoni traditam, solidiùs ea confirmamus.

AUCTORE J. P. *Mavis delitisse seculo* 9 *colligit Brouverus*

* Clodulpho

149 *Non indagamus, quæ qualisve fuerit ista synodus, neque an verum sit, quod istic adstruitur de missione S. Clementis à S. Petro, dabitur alibi ejus rei discutiendæ locus. Quod huc spectat, evidenter patet, quòd, licèt recitata decretorum clausula utcumque firmet assertam à Brouvero antiquam in provincialibus synodis consuetudinem, prorsus repugnet ejusdem auctoris de allato in Gallias baculo sententiæ; quandoquidem ipse cum aliis passim allatum contendat à S. Euchario; synodus autem id attribuat S. Clementi. Advertit hoc ipsum laudatus auctor, atque idcirco eamdem decretorum clausulam, primo loco allegatam ad confirmandum morem antiquum, non potuit non improbare loco altero, utpote contrariam traditioni de perlato per Eucharium S. Petri baculo. En tibi ejus verba ad annum* 980: At quod cautionem habet necessariam, quo tempore apud Mediomatrices depositum hoc, incertum quo jure, delituit, corruptâ jam tum istic & abolitâ tantis cladibus ipsius rei gestæ memoriâ, sic sentiebant posteri, ceu baculum eum B. Clemens, Metensium primus episcopus, in Belgicam pertulisset. Cujus sententiæ, ut olim memini, synodus fuit antiqua Metis, si probè judico, Adventio sedente, contra sacrilegorum audaciam & insolentiam coacta.

ex Mss. decretis synodalibus, in quibus errorem alterum latere putat.

Quomodo baculus Metas pervenerit, incertum.

150 *Credamus, id verè ita accidisse, sed fateamur simul, verissimum esse, quòd hujusmodi traditiones, ubi favent particulari cuidam ecclesiæ, absque debito examine facilè acceptentur ac fidem inveniant. Porrò si credas auctori Gestorum Trevirensium apud Calmetum & Leibnitium, baculus iste Treviris Metas delatus fuit temporibus S. Servatii Tungrorum episcopi ob metum ingruentium hostium, & hîc, nequicquam repetentibus Trevirensibus, retentus usque ad imperium Ottonis primi; sed jam plus semel indicavimus, auctorem istum & ejusdem continuatores, in rebus ad anteriora secula spectantibus & aliunde non comprobatis, levioris apud nos au-*

AUCTORE J. P.

auctoritatis esse, quam ut juxta ipsos quidquam statuere lubeat. Accedit, quòd horum omnium ne mentio quidem fiat in Gestis seu Historia Trevirensi, editis ab Acherio.

Coloniam delatus & bifariam dissectus est sæculo 10;

151 *Pergamus itaque ad ea, quæ magis comperta sunt de baculi Coloniam ac dein pro parte Treviros translatione. Verba Rotgeri biographi dedimus num.* 147, *ex quibus certo concludimus, translatum fuisse baculum ad Colonienses intra annos Christi* 953, *cui passim alligatur initium archiepiscopatûs Brunonis, &* 965, *quo desiit vivere. Servatus est autem integer baculus Coloniæ usque ad tempora Warini archiepiscopi, qui sedem occupâsse legitur ab anno, juxta aliquos* 974, *juxta alios* 976, *usque ad* 985, *quique ad preces B. Egberti Trevirensium archipræsulis eumdem in duas partes dissecuit, atque alteram suæ ecclesiæ reservavit, alteram concessit Trevirensi.*

& pars altera ibidem remansit, altera Trevirensibus concessa est.

152 *Totius rei historia, accommodata tamen traditioni de discipulatu S. Petri, inscripta est thecæ, quâ baculi pars inclusa est Treviris, asservaturque cum veneratione in hunc usque diem. Dat eam Browerus verbis sequentibus:* Baculum
B. Petri, quondam pro resuscitatione Materni ab ipso transmissum, & ab Euchario huc delatum, diu hæc ecclesia tenuit, postea Hunnorum, ut fertur, temporibus, Metim cum reliquis hujus ecclesiæ thesauris deportatus, ibi usque ad tempora Othonis piissimi imperatoris senioris permansit. Inde, à fratre ejus Brunone archiepiscopo expetitus, Coloniam est translatus. Junioris autem Othonis imperatoris tempore, petente Egberto Trevirorum archiepiscopo, & annuente venerabili Werino Coloniæ archiepiscopo, ne & hæc ecclesia tanto thesauro fraudaretur, in duas est partes transfectus. Una, superior videlicet, huic ecclesiæ reddita, & à domino episcopo in hac theca recondita, reliqua cum apice eburneo ibidem retenta. Anno Dom. Inc. DCCCCLXXX Ind. VIII.

Ejus particula etiam Pragæ honoratur

153 *Ejusdem etiam baculi parte, Treviris obtenta, gaudet Pragensis ecclesia, ut discimus ex Diario reliquiarum, quæ in ejusdem metropolitana S. Viti ecclesia asservantur. Exstat illud in Phosphoro de Gloria & majestate dictæ ecclesiæ, typis edito ad annum* 1673 *per Thomam Joannem Pessinam de Czechorod, pag.* 501 *& ad diem* XXII *Februarii, quo recolitur memoria Cathedræ S. Petri Antiochiæ, hæc habet:* Pars
C inferior baculi S. Petri apostoli in latitudine trium digitorum, quam Carolus in Trevirensi ecclesia anno MCCCLIV obtinuit, & in baculum seu pedum archiepiscopi Pragensis recondi curavit, impetravitque ab Innocentio VI, ut in certis festivitatibus, nempe SS. Viti, Wenceslai, Adalberti, Dedicationis ipsius ecclesiæ; Natalis item Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, quatuor principalioribus B. V. Mariæ, videlicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis & Nativitatis, S. Petri apostoli, Omnium Sanctorum, dum eodem baculo archiepiscopus in Sacris utitur, quicumque iisdem Sacris interessent, haberent indulgentiam unius anni & unius quadragenæ, perpetuis temporibus duraturam.

illuc à Carolo IV imperatore

154 *Occasionem ac modum, quo illo thesauro aliisque reliquiis ditata fuit ecclesia Pragensis, ipse exponit Carolus IV imperator in litteris ex Trevirensi civitate ad capitulum metropolitanæ Pragensis destinatis, & laudato Phosphoro insertis pag.* 438, *unde ejus verba, quæ huc potissimùm pertinent, transcribo:* Honorabilibus decano, scholastico, D
totique capitulo sanctæ Pragensis ecclesiæ, devotis nostris dilectis. Carolus Dei gratiâ Romanorum rex semper Augustus & Bohemiæ rex. Devoti dilecti. Dum his diebus proximè transactis, post obitum felicis memoriæ venerabilis Balduini archiepiscopi Trevirensis, principis & patrui nostri carissimi, tristes de obitu ipsius in Moguntina civitate, in civitatem Trevirensem veniremus: consolator ille paraclitus Spiritus sanctus in tribulatione nos dignatus est inibi mirificè consolari, omnem ab oculis nostris abstergens lachrimam, mœstitiæque nostræ tristitiam convertens in lætitiæ & jucunditatis gaudium & solamen: dum nobis sanctarum reliquiarum pignora ibidem occurrunt, quæ dudum in votis regiis præcipua, ardenti desiderio gestabamus.

Treviris

155 Et quamquam magnas & innumerabiles pecuniarum quantitates ab electo & capitulo ecclesiæ Trevirensis justè & rationabiliter ac sine ulla reprehensione habere potuissemus; regalis tamen dignitas ipsas respuens, censuit thesauros hujusmodi cælestes, & spirituales, quos nec tinea demolitur, erugo non consumit, nec fures effodiunt vel furantur, videlicet reliquias infrà scriptas ab eisdem clero & capitulo, licèt invitis E
& cum dolore cordis eorum, obtinere. Et nisi pro tunc ipsa Trevirensis ecclesia destituta fuisset pastore, &, ut eò promptiores essemus partes nostras interponere, in promotione ecclesiæ prædictæ apud Sedem Apostolicam, eamque regiæ Celsitudini nostræ recommissam dignaremur habere, nequaquam præfatas reliquias habuissemus ab eisdem.

transmissa sæculo 14.

156 *Post hæc recenset magno numero reliquias eo pacto acquisitas, & eas inter partem memorati baculi:* Præterea habuimus, *inquit*, partem baculi B. Petri in latitudine trium digitorum, scilicet inferioris partis baculi, quam manu propria ferrâ præcidimus, quo resuscitatus fuit B. Maternus post quadraginta dies. *Denique interjectis pluribus subdit:* Præterea scire velitis, quòd intentionis nostræ sit omnimoda voluntas, ut partem illam baculi inferamus baculo pastorali archiepiscopi Pragensis, ut sicut pallio B. Petri vestiri dignoscitur, sic & suo baculo ipse archiepiscopus & successores sui in ipsa Pragensi ecclesia utantur temporibus perpetuis in futurum, quod novum erit in prædicta ecclesia Pragensi, F
nec alibi in toto orbe terrarum credimus posse huic simile reperiri; facturi nobis in præmissis omnibus & singulis & eorum quolibet, gaudium singulare. Datum Treviri sub annulo & sigillo secreto prædicti Henrici imperatoris die XVII mensis Februarii, regnorum nostrorum anno VIII. *Christi scilicet* 1354. *Per Henricum imperatorem, avum suum designat ejus nominis septimum, cujus sigillum & annulum similiter Treviris nactus fuerat.*

Creditur & in Suevia ejus servari particula.

157 *Insigni ejusdem baculi portione gloriatur etiam hodie Weingarttense in Suevia monasterium Ordinis S. Benedicti, ut testis est dicti monasterii quondam alumnus Gabriel Bucelinus in Germania sacra parte* 1 *pag.* 24, *unà insinuans, quâ occasione & quo tempore ista portio illuc devenerit:* Eum S. Petri baculum, cùm nec Colonienses nec Trevirenses postea (singulari utique Numinis voluntate, neque absque mysterio) servare potuissent, inter utramque tandem divisus (*est*) ecclesiam. Pars spectatissima, utque videtur suprema, Monasterio Suæviæ Weingarttensi cedens ibidem religiosissimè asservatur. *Huc usque*

Bu-

A *Bucelinus. Novimus baculum ad preces S. Egberti intra annos, ut ſuprà diximus, 953 & 965 diſſectum fuiſſe in partes binas, earumque alteram cuſtodiri Coloniæ, Treviris alteram; at quantamcumque adhibuerimus diligentiam, nihil invenimus, quo confirmaremus dicta laudati auctoris, penes quem proinde ſit eorum fides. Meminit ejuſdem etiam part. 2 laudati Operis pag. 304 in catalogo reliquiarum monaſterii ſui, verbis ſequentibus:* Litui ſive ſcipionis Apoſtolorum principis Petri, & quidem ſuprema ejus pars ferro obarmata; ejus, quem pro excitando à mortuis Materno diſcipulo per SS. Eucharium & Valerium in Germaniam miſerat.

§ XVI. Templa, quæ locis pluribus, ut traditio eſt, & præſertim in Alſatia ac Belgio condidit S. Maternus.

B

Traditio plurium locorum, ubi, ſilentibus antiquioribus,

templa à Sancto conſtructa memorat Ægidius Aureæ-Vallis, repugnat

Miratus ſum aliquando, cùm Vitas SS. Eucharii, Valerii ac Materni, *& Geſta Trevirorum atque Tungrorum perlegerem, quòd eorumdem auctores, alioqui valdè attenti in ſignandis annis imperii Claudii imperatoris & Pontificatûs S. Petri, quibus Sanctorum juxta ipſos in Gallias facta eſt miſſio; induſtrii in deſcribenda hiſtoria reſuſcitati* Materni; *eloquentes in extollendis laboribus apoſtolicis & fructibus prædicati Euangelii; ſoliciti in figenda ſingulorum epiſcopatûs duratione, Eucharii nempe annorum 23, Valerii 19,* Materni 40; *denique liberales in exponendis ceteris, quæ narrant; miratus ſum, inquam, quòd laudati auctores parci fuerint & incurii in aliis quibuſdam haud parùm ad gloriam, nominatim* S. Materni, *conducentibus: templa loquor plurima ab hoc Sancto, ut eſt traditio, poſt everſam idololatriam Deo, Beatiſſimæ Virgini Matri & S. Petro exſtructa variis in locis, quorum nulla apud ipſos eſt mentio. De una civitate Trevirenſi habet biographus in S. Euchario:* Interim civitas à pollutione idolorum mundatur, error ſuperſtitioſus abjicitur, deſtruuntur dæmonum aræ, fabricantur per loca Chriſti eccleſiæ, ... & quæ antea Creatorem ſuum non cognoſcendo erat adultera, ipſa ſe per fidem convertendo facta eſt Chriſti ſacratiſſima ſponſa.

C

159 *Haud facilè crediderim, alia iſtorum auctorum evaſiſſe notitiam, cùm & locis vicini eſſent, & Ægidius Aureæ-Vallis ſeculis duobus à temporibus Harigeri remotus, plura memoret ac nominet in Additionibus ad Geſta Tungrorum pontificum. Porrò templa à S.* Materno *erecta ex Ægidio & aliis collegerunt pleraque Foullonius in Hiſtoria Leodienſi tom. 1 pag. 27 & ſeqq., ac Bertholetus in Hiſtoria Luxemburgenſi tom. 1 pag. 119; ſed uterque de rei veritate ambigit. Prior loquitur in hunc modum pag. 29:* Ego licèt dubitare nefas putem, quin divus Maternus omnes fermè Tungrorum fines ac confinia Nerviorum prædicando Euangelio peragrârit, de tot tamen ædibus ſacris paſſim palámque exſtructis, quid aſſeram non habeo, ſi unam Tungrenſem exceperis, quam mihi & urbis celebritas & conſenſus populorum perſuaſit; neque enim convellere facile eſt inveteratas animis vulgi opiniones, præſertim ubi blanditur antiquitatis nomen, quod omnes, quaſi ad nobilitatis ſpeciem, affectant. Nec tamen ea erant tempora, ut facilè incertis auctoribus crediderim, templa in aperto Chriſtianis collocata, aliamque tunc in hoc ſolo Romano fuiſſe vivendi formam, quàm Romæ, cæteriſque in orbis Romani partibus, ubi pauciſſimæ ædes ſacræ palàm poſitæ; aliæ in cryptis aut intra parietes privatarum domuum clauſæ erant ad fallendam hoſtium Chriſtiani nominis curioſam crudelitatem.

AUCTORE J. P.

160 *Magis abſolutè pronuntiat Bertholetus citato loco in Annotatis, cujus verba Gallica ita ſonant:* Quidquid afferant de iſtis eccleſiis auctores nonnulli, pars ea hiſtoriæ teſtata non eſt, &, exceptâ Tungrenſi, aliæ poſſunt, imò debent vocari in dubium: *eaſdemque ſubdit rationes, quas Foullonius. Rectè ſanè; neque enim tot eccleſiæ congruunt primo ſeculo; at verò, an cauſa, ob quam uterque Tungrenſem eccleſiam hîc excipiendam velit, ſatis ſit veriſimilis, aliis eſto judicium. Nos interim plurimarum eccleſiarum à Sancto noſtro exſtructarum traditiones, quas ipſi improbant, ut primo ſeculo, ac proinde ſuæ ſententiæ non congruas, omnino veriſimiles exiſtimamus: imò per illas utcumque firmari credimus ſtatutam de* S. Materni *ætate epocham; cùm certum ſit, non modò mitiſſimè actum fuiſſe cum Chriſtianis, imperante in hiſce regionibus Conſtantio Chloro, ſed pleniſſimam ipſis fuiſſe poteſtatem erigendi templa, imperium tenente & ad fidem converſo Conſtantino Magno; hæc autem cura potiſſimùm reſpiciebat antiſtites, ut ipſe ſufficienter ſignificavit poſtea Conſtantinus, illos ad hoc ſanctum opus adhortans per litteras. Adeo ut nullus meritò inficiari queat, id etiam à* S. Materno *fuiſſe præſtitum; quapropter honor ejus exigit à nobis, ut, quæ ſuper iis tradita reperimus, referamus.*

primo ſeculo, congruit ſententiæ noſtræ de ætate S. Materni;

E

161 *Referamus, inquam; neque enim animus eſt adoptare ſingula, nedum propugnare: quandoquidem probè noverimus, traditiones iſtas de eccleſiis per Sanctum erectis, lapſu temporis & hominum imperitiâ aut amore antiquitatis conveſtitas fuiſſe fabellis & iis adjunctis, quæ cum epochâ noſtra non conſiſtant. Igitur, ut mentem noſtram plenè percipiat ſtudioſus lector, obſervet ſequentia: primò, dum ſuprà diximus, iſtas traditiones eſſe omnino veriſimiles, id intelligimus ſimpliciter de erectis templis, id eſt, de nuda rei traditæ ſubſtantia, & in quantum hæc congrua eſt temporibus, quibus vixit Sanctus. Secundò, ne compellamur ad ejuſdem rei repetitiones inutiles ac tædioſas, prorſus improbamus id, quod in verbis hinc inde recitandis adſtruitur de miſſione* S. Materni *à S. Petro. Tertiò, haud ſcrupulosè examinabimus, quæ traduntur de civitatum & locorum origine & nomenclatura, utpote ad ſcopum noſtrum non pertinentia. Quartò, dum in recenſendis eccleſiis alteram alteri præmittimus, non idcirco innuimus, quòd arbitremur illo ordine temporis fuiſſe exſtructas. Quintò denique, quia de quibuſdam locis alibi non agimus, eadem occaſione hîc adnotabimus quidquid de Sancti cultu aut reliquiis ad notitiam noſtram pervenerit.*

ſenſu tamen hîc expoſito.

F

162 *Ordimur ab Alſatia, in qua, ut ſuprà diximus num.* 134 *& ſeqq. creditur Sanctus à morte revocatus, eo loco, ubi eccleſiæ poſtea excitatæ hodiedum ſuperſunt veſtigia, convenarum religione & votivis peregrinationibus contrita. Franciſcus Guillimannus libro de Epiſcopis Argentinenſibus pag.* 41, *agens de primordiis fidei ibidem poſitis, ſic ſcribit:* Divo Materno debetur ea gratia,

In Alſatia, cujus Apoſtolus nuncupatur,

AUCTORE J. P.

tia, ea gloria. Is missu D. Petri Apostolorum principis, imperante Nerone, Româ in Galliam progressus cum sociis Euchario & Valerio, in Alsatia primus fuit, qui Christi Liberatoris nostri cultum religionemque & beneficia perdocefecit, inania & dolosa idola demonstravit, plurimos ex adcolis vana superstitione liberavit, ad sanam mentem & Dei veram cognitionem perduxit, nonnullas etiam sacras ædes constituit, magnis & illustribus miraculis dicta, facta comprobavit. Meritò igitur tamquam Christianæ fidei apud eos Apostolus & Princeps ab Alsatis colitur & præcipuo in honore Maternus habetur : quamvis episcopalem Treviris sedem cum iisdem suis condiscipulis constituerit, & Belgarum populos præcipuè frequentârit excolueritque. *En traditionem de fundatis ecclesiis, & testimonium de hodierno cultu.*

ecclesias erexisse perhibetur,

163 *Ex ecclesiis binas nominat Jacobus Wympheling us in prologo ad Catalogum episcoporum Argentinensium, easque S. Petro consecratas, alteram prope Molshemium, oppidum duobus circiter milliaribus Germanicis Argentorato distans, quæ usque in hunc diem Latinè Domus S. Petri, Teutonicè* Dompieter *nuncupatur, quamque Brouverus testatur, se vidisse, frequenti concursu & spe remediorum, quæ febricitantibus quærebantur, teri colique : alteram extra portam Argentinensis civitatis, quæ hodie in civitate est & collegiata, ac* S. Petri senioris *nomen habet ad discrimen recentioris. Utriusque ecclesiæ, ut à Sancto nostro erectæ, meminit item Laguillius in Historia Alsatiæ sub finem libri* 4, *sed mox subjungit, non invenisse se ejus traditionis satis solida documenta.*

& insignem cultum obtinuit.

164 *Quod scribit autem laudatus Wympheling us de cultu & veneratione Alsatarum in Sanctum nostrum, confirmatur in Breviario Argentinensi anni* 1489, *ubi ad* XVIII *Julii (nescio, qua ratione ad istum diem) præscribitur ejus Officium cum commemoratione S. Arnulphi episcopi Metensis; totum est de communi confessoris pontificis, exceptis lectionibus secundi Nocturni, quæ desumptæ sunt partim ex Actis, partim ex aliis, nescio quibus, non minùs fabulosis; & oratione, quæ ita habet :* Deus, qui sacerdotibus gloriosis oves tuas per florem doctrinæ cibare concedis, beato Materno confessore tuo atque pontifice succurrente, cujus hodie natalitia veneramur obsequiis, in cælis tibi assistere mereamur in latere dextero. Per Dominum.

Tungris templum Deiparæ & alia,

165 *Sunt & Coloniæ Agrippinæ templa, quæ à* S. Materno *constructa perhibentur, sed de iis agendi locus aptior erit infrà, ubi de morte ejus & corporis translatione. Itaque ad Tungros primùm descendimus & viciniora nobis loca. De prisca Tungrorum amplitudine, origine, nomenclatione ac nobilitate plura narrat Ægidius Aurea-Vallis, ut videri potest apud Chapeavillum in Additione ad caput* 13 *Harigeri, ubi & exordia religionis nostræ, adveniente & prædicante* S. Materno, *fusè describit, & in rem præsentem habet ista :* Damnatur cultura Jovis, Junonisque ac Veneris, extruitur templum B. Mariæ perpetuæ Virginis : emundantur delubra dæmonum; dedicantur ecclesiæ Sanctorum usque ad numerum septuaginta duarum congregationum. Sed & per suos episcopatus plurimas fundavit ecclesias. *Ægidio consonat collector Chronici magni Belgici, addens tamen de ecclesia Beatissimæ Virginis (quæ postmodùm à Nortmannis destructa est, ac dein restaurata, & insigni collegio canonicorum nobilitata :)* Ista dicitur prima ecclesia in honorem beatæ Mariæ consecrata ex ista parte Alpium : *& post pauca :* Fertur, quòd omnes ecclesias, quas beatus Maternus in illa diœcesi consecravit, beatæ Mariæ consecravit, quamvis pòst aliter ab aliis denominatæ sint.

ut scribunt nonnulli, plurima ædificavit.

166 *Laudatos Ægidium & chronistam Belgicum quoad ecclesiam Beatissimæ Mariæ Virginis, Tungris à* Materno *consecratam, secuti sunt Fisenus, Foullonius & recentiores alii; verùm quod illi asseverant de dedicatis ecclesiis usque ad numerum septuaginta duarum congregationum, hi passim silentio supprimunt, sive quòd sensum, verè obscurum, non sint assecuti, sive quòd tot ecclesias in una civitate, prout contextus innuit, constructas fuisse, juxta eorum sententiam primo seculo, incredibile visum sit. Et sanè, si id absolutè de tot diversis stricti nominis ecclesiis interpretandum sit, mihi æquè incredibile apparet pro tertio aut quarto seculo. Quare id, ut alia multa, gratis confictum esse reor ab aliquibus, alludentibus ad septuaginta duos discipulos, in quorum seriem intrudunt* S. Maternum, *vel, si quid veri subsit, per ecclesias intelligenda esse conventicula seu loca designata à Sancto, ut in iis sub patrocinio Sanctorum statutis temporibus fidei Christianæ leges exponerentur, & Dei laudes decantarentur. Huic expositioni videtur favere, quod habet cap.* 24 *ipse Ægidius, ubi narrans adventum S. Servatii ad civitatem Tungrensem, ait :* Illo die illuc convenerant septuaginta duæ congregationes in basilica S. Mariæ, præordinante Dei nutu, ut sic Servatio convenirent die illo.

Trajecti ad Mosam ecclesiam erexisse creditur S. Mariæ Virgini,

167 *Trajecti ad Mosam, quæ celebris est Belgii civitas & quondam episcopalis fuit, etiam à Sancto nostro positas fuisse ecclesias traditio est.* Trajecti ad Mosam à divo Materno templum divæ Virgini positum asserunt cives, *inquit Foullonius. Idem legitur in lectionibus propriis Officii, quod de Sancto præscribitur in Proprio Officiorum diœceseos Leodiensis anni* 1623, *& in Breviario anni* 1636 *verbis sequentibus :* Primus Tungris, Trajecti ad Mosam, Hoii, Dionanti, Walcuriæ & diversis circùm locis Deo in honorem Dei Genitricis semper Virginis Mariæ construxisse ecclesias... apud scriptores traditur. *Fisenus lib.* 1 *Historiæ Leodiensis pag.* 35 *binas apud Trajectum ecclesias memorat in hunc modum :* In vicino Mosæ trajectu, qui frequentari jam cœperat, positâ strenuè operâ, templum unum Servatori principique Apostolorum, Magnæ Dei Matri alterum condidit in ipsa via militari, inquit Ægidius. *Pervolvi diligenter Ægidii Additiones ad Harigerum, ubi de Sancto nostro mentio occurrit, & verè agit locis variis de templo S. Salvatoris atque Apostolorum principis; at nihil inveni de condita ecclesia* Magnæ Dei Matri in via militari. *Quapropter, siquidem laudatus Ægidius eam traditionem scripto reliquerit, dicendum est, quòd id vel in exemplari nostro omissum sit, vel oculos nostros subterfugerit. Sed parum interest, cùm ejus auctoritas tanta non sit, quæ traditioni obsit. Audiamus tamen, quid de altera ecclesia litteris consignârit.*

& alteram Domino Salvatori ac S. Petro, in qua S. Servatius

168 *Cap.* 13, *quod addidit ad Harigerum in Vita* S. Materni, *sic habet :* Cúmque prædicando & ægrotos sanando per villas & oppida transiret, pervenit Trajectum, ubi in strata publica, quæ appellatur Via regia, dedicavit ecclesiam in honore Domini Salvatoris & Apostolorum principis. *Dictum caput hisce verbis absolvit :* In Vita B. Servatii legimus, quòd ipse (S. Maternus) fundaverit ecclesiam Trajectensem, quæ

A quæ modò dicitur AD SANCTUM SERVATIUM, in honore S. Petri apoſtoli. *De eccleſia à* S. Materno *conſtructa aut fundata nihil legitur in Vita S. Servatii per Harigerum collecta; ſed in Additione ad illius caput* 24, *quam fecit ipſemet Ægidius, ut obſervat Chapeavillus, iſta leguntur:* In ſtrata publica, quæ appellatur Via regia, erat baſilica à beato Materno dedicata in honore S. Petri Apoſtolorum principis; hanc ingreſſus (*S. Servatius*) intimis lachrymis & verbis conſiderabat & dicebat: Hîc ſanctus Domini Maternus deambulavit, iſthic verbum vitæ pronunciavit, hîc ſedit, hîc oravit. *Idem Ægidius ſic incipit Additionem ſuam ad cap.* 28 *Vitæ S. Servatii:* Et cùm Trajectum perveniſſet in baſilica juxta aggerem publicum, à beato Materno quondam ibi conſtructa, imperat criptam in medio fieri; illuc univerſum Octaviæ (*ita Tungrenſem civitatem compellat*) tranſtulit theſaurum, ſuumque interlocat ſarcophagum. *Tum poſt narratum S. Servatii obitum ac celebratas exſequias;* Octavo, *inquit*, die ſepultus in præfata eccleſia juxta aggerem publicum. *Quæ poſtrema periodus pugnat cum dictis S. Gregorii Turonenſis, Harigeri, & ipſiuſmet*
B *Ægidii.*

ſepultus non fuit, ut probatur ex Gregorio Turonenſi

169 *Gregorius cap.* 72 *de Gloria confeſſorum ſepulturam S. Servatii hoc modo deſcribit:* Servatius verò Trajectenſis epiſcopus tempore Hunnorum, cùm ad irrumpendas prorumperent Gallias, fuiſſe memoratur, qui & ſepultus refertur juxta ipſum pontem aggeris publici: circa cujus ſepulchrum, quamvis nix defluxiſſet; numquam tamen marmor, quod ſupèr erat poſitum, humectabat. Et cùm loca illa nimii frigoris gelu ligentur & nix uſque in trium & quatuor pedum craſſitudinem terram operiat, tumulum ullatenus non attingit. Datur enim intelligi, verum Iſraëlitam hunc eſſe: nam illis inter muros aquarum, aquæ non ſunt perniciei ſed ſaluti; & circa hujus Juſti tumulum nix decidens non humoris cauſa eſt, ſed honoris; videaſque in circuitu montes niveos elevari, nec tamen attingere terminum monumenti: & non miramur, ſi terra operiatur nive, ſed admiramur, quòd attingere auſa non eſt locum beati ſepulchri. Nam plerumque devotio ſtudiumque fidelium oratorium conſtruebant de tabulis ligneis levigatiſque; ſed protinus aut rapiebantur à vento aut ſponte ruebant. Et credo idcirco i-
C ſta fieri, donec veniret, qui dignam ædificaret fabricam in honorem Antiſtitis glorioſi. Procedente verò tempore, adveniens in hanc urbem Monulphus epiſcopus, templum magnum in ejus honorem conſtruxit, compoſuit, ornavitque: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatum corpus magnis nunc virtutibus pollet. *Hæc Turonenſis in codice Ms. Leodienſi, quo uſus eſt Henſchenius tom.* III *Maii pag.* 217, *&, ſi exiguas vocum immutationes excipis, in eo, quo uſus eſt Ruinartius. Quæ manifeſtè oſtendunt, ſepulchrum S. Servatii non in baſilica, ſed nudo cælo expoſitum fuiſſe, ibidemque remanſiſſe uſque ad ſeculum* VI, *quo & Gregorius ipſe & S. Monulphus, hodiernæ Servatianæ eccleſiæ conditor, floruerunt.*

contra Ægidium Aureæ-Vallis. Henſchenii de his templis

170 *Harigerus, qui in S. Servatio cap.* 28 *ſimpliciter dixerat, ſepultum illum fuiſſe juxta aggerem publicum, cap.* 32 *agens de S. Domitiano eadem penè ſcribit, quæ Gregorius; Ægidius verò in Additione ad idem caput non modò eadem repetit, verùm etiam dictorum ſuorum teſtem appellat ipſum Gregorium. Et hinc rurſus liquet, quanti facienda ſint, quæ ſola nituntur Ægidii auctoritate. Henſchenius noſter in Exegeſi*

præliminari ad tomum VII *Maii cap.* 9 *differens de eccleſia cathedrali, quæ fuit Trajecti ante S. Monulphum, eamdem materiam paucis attigit, atque ſic diſpoſuit, ut in noſtra ſententia, mutatis tamen quibuſdam, ſat veriſimilis maneat traditio de conſtructis SS. Mariæ Virginis & S. Petri apoſtoli eccleſiis. Præmiſſis nonnullis de origine civitatis Trajectenſis, ita pergit:* Muros autem ejus non longum à ripa ſpatium occupâſſe, eò libentiùs credo, quòd omnino exiſtimem, extra mœnia fuiſſe locum, ubi juxta ipſum aggerem publicum ſepultus à fidelibus S. Servatius fuit, omnium conſenſu proximus ei areæ, in qua nunc Servatiana baſilica conſiſtit. AUCTORE J. P.

conjectura,

171 Etenim Romanis in uſu, imò lege fuit, efferre mortuos extra cinctus murorum: idque etiam Chriſtiani ferè tenuerunt, quamdiu ſub Romanis fuêre, ut cœmeteria extra urbes haberent, intra autem minimè. Eadem quoque occaſione, tum etiam ut ſacris ſuis cum minori ethnicorum offendiculo vacarent liberiùs, factum eſt primis Chriſtianiſmi temporibus, ut, quatenus perſecutiones ſinebant, ſua oratoria ibidem haberent: quale iſtic quondam à S. Materno conſecratum fuiſſe, Trajectenſium fert communis opinio, quam E optarem videre confirmatam antiquiori ac fideliori teſte, quàm ſit Jucundus (*qui ſeculo* XI *S. Servatii Vitam conſcripſit, fabulis permixtam*) ſequacem poſt ſe trahens Ægidium. Utut eſt, Conſtantino Magno libertatem Chriſtianis faciente, templa in omnibus Romani imperii civitatibus erigendi habendique, & ſuo omnes exemplo animante ad opus, non eſt credibile, Trajectenſes diu contentos fuiſſe ſuburbano illo, ſi quod fuit, oratorio: ſed æquum eſt credere, media, ut tunc erat, urbe extructam eccleſiam populi capacem. Hanc credere poſſumus, eo fuiſſe loco, ubi nunc eſt S. Mariæ collegiata eccleſia, ſive illa à principio fuerit Deiparæ ſacra, ſive poſtea hanc appellationem acceperit: neque enim alius locus ullus hujuſmodi prærogativam prætendit in inferiori atque ripenſi tractu, qui ſolus oppidum conſtituebat, antequam mœniis includeretur area, Servatiano ſepulcro ſacrata. In hac igitur dixerim, divinis operatum fuiſſe Sanctum brevi illo, quo inter Trajectenſes vixit tempore, in hac ordinatum Agricolaum, in hac cathedram pontificalem fuiſſe, uſque ad tempora S. Monulphi ſub epiſcopis undecim. *Hactenus laudatus Henſchenius.* F

noſtræ ſententiæ aptata traditionem veriſimiliter exponit.

172 *Hæc ſic diſpoſita, traditionem de eccleſiis, à Sancto noſtro hîc conſtructis, veriſimilem reliquunt, ſed, ut monui, quibuſdam mutatis aut certè aliter intellectis, quàm intellexerit Henſchenius. Is nempe tum hîc tum alibi juxta eam opinionem proceſſit, in qua* S. Maternus *ſeculo* I *ſtatuitur, & in qua proinde S. Petri eccleſiæ ſeu oratorii primordia illi quidem adſcribi poſſent, nequaquam autem eccleſiæ S. Mariæ Virginis initia, quæ meritò retrahit Henſchenius ad tempora Conſtantini Magni. At in noſtra ſententia de* S. Materni *temporibus, facilè utriuſque loci exordia ipſi attribuuntur, dicendo, quòd extra urbis ambitum non procul à loco, ubi pòſt ſepultus fuit S. Servatius, oratorium ſeu humilem eccleſiam erexerit S. Petro, quando primùm illuc pervenit, Conſtantino etiam tum gentili; alteram verò multò ampliorem SS. Mariæ Virgini in ipſa civitate; quando, Conſtantino ad fidem converſo, curam eccleſiæ Trevirenſis tranſtulit in Agritium, & ad ſuos Ubios, Tungros ac Trajectenſes rediit.*

AUCTORE J. P.

§ XVII. Variæ Belgii eccleſiæ, quæ S. Maternum fundatorem ſuum agnoſcunt.

Templa poſtea ſuiſſe ſcribitur

QUod Tungris & Trajecti præſtitiſſe creditur S. Maternus, *idipſum ei acceptum referunt ejuſdem Leodienſis diœceſeos civitates aliæ & oppida, atque imprimis* Hoyum, *aliis* Hujonum, Hujonium & Huum, *ſitum ad Moſam fluvium, æquali diſtantia quinque milliarium Namurco & Leodio. Sic ſcribit Magnus chroniſta Belgicus:* Fidelium multitudinem augeri conſpiciens, circuivit villulas diœceſis & venit Hoyum, & ibi eccleſiam beatæ Mariæ conſtruxit ad radicem montis, ubi & uſque hodie altare, quod ipſe erexit de lapide tartaro, inviolabile ſervatur ante fontes, ante quod dominus Theodinus XXIV Leodienſium epiſcopus ſepultus eſt. *Hujus eccleſiæ mentio eſt etiam apud Ægidium Aureæ-Vallis tum alibi, tum præcipuè in geſtis memorati Theoduini epiſcopi apud Chapeavillum tom.* 2 *pag.* 3, *ubi producitur ſequens ejus privilegium:* Ego Theoduinus Dei gratiâ Leodienſis epiſcopus notum eſſe volo tam præſentibus, quàm futuris, qualiter poſt libertatem Hoyenſis eccleſiæ, quam dominus Maternus beatæ memoriæ epiſcopus conſecrando primitiavit, adjecerim libertatem etiam villæ. Præfatam ſiquidem eccleſiam à fundamentis ad laquearia, à laquearibus & ultra reædificavi, quam etiam in auro & argento & gemmis & prædiis pro modulo meo ditavi, & de Agar Saram eſſe feci. *Hæc cum brevi elogio Theoduini, qui ad ſedem epiſcopalem paſſim evectus ſcribitur ſub annum* 1049, *confirmari ait Chapeavillus in Geſtis abbatum S. Laurentii, eorumque verba recitat in hunc modum:* Poſt Waſonem Theoduinus ſucceſſit, placidum Leodienſis eccleſiæ ſydus, qui baſilicam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ut magna devotione, ſic magna operoſitate, in Hoyo extruxit, in qua & ſepultus quieſcit ante altare, quod ibi B. Maternus extruxit.

Hoii,

174 *Ægidio & chroniſtæ Belgico aſſentiuntur rerum Hoyenſium hodierni ſcriptores, cùm de eccleſiæ prima fundatione eis ſermo eſt; at dicti altaris meminerunt pauci; imò nullam ejus hodie ſupereſſe memoriam, teſtis eſt Fiſenus in Hiſtoria Leodienſi pag.* 35. *Eodem loco ſubdit idem Fiſenus traditionem alteram de Joanne Trevirenſi* S. Materni *diſcipulo, quam paulò fuſiùs repetit in Paralipomenis florum eccleſiæ Leodienſis pag.* 585 *ſub hoc titulo:* S. Joannes Trevir diſcipulus S. Materni; *& dein, citato Magno Chronico Belgico, ſic pergit:* Treviris natus patre ſenatorii ordinis adoleſcens ſpes omnes, in rebus humanis ſitas, parenteſque ipſos reliquit, ut ad vitæ ſanctioris inſtitutum expeditus contenderet. Venit ad Maternum, cùm ille Hoji ſub annum Chriſti centeſimum Chriſtianam legem prædicaret. Venientem excepit apoſtolica caritate, præceptionibuſque adeo ſalutaribus illum ad omnem ſanctitudinem inſtituit, ut integerrimam duxerit vitam proximè ædem, quæ jam tum ea in urbe ad pedem prælatæ rupis Virgini Matri conſtructa erat. *Sed apertè hallucinatus eſt laudatus auctor, ſi iſta aliunde non habuerit, quàm ex Magno Chronico; neque enim hìc de Hoyenſi eccleſia agitur, ſed de Tungrenſi, ut patet ex verbis Chronici, quæ huc ſimiliter transfero.* Item filius cujuſdam conſulis Trevirenſis hoc tempore, nomine Joannes, ſeculum & parentes fugiens, à beato Materno juxta eccleſiam ſanctæ Mariæ TUNGRIS in arcta cella recluditur, ſanctè Deo ſerviens.

Dionanti,

175 *Hinc Dionantum, aliis Dinantum, progredimur, oppidum ejuſdem Leodienſis ditionis, de cujus converſione ad fidem ac primaria eccleſia à Sancto noſtro exſtructa ſcribit hoc modo Fiſenus in Hiſtoria Leodienſi pag.* 35: Dionantum quippe urbs tum erat (*quando illuc advenit* S. Maternus) longo ſitu, in anguſta valle Moſam inter & abruptas rupes, cui à Diana nomen fuiſſe commemorant. Hodie certè antrum urbe media oſtentatur, quod Dianæ ſacrum fuiſſe quondam, vulgus affirmat, & redditis oraculis celebratum. Ipſe locus is eſt, qui famæ fidem faciat. Exterminata impietate, ſincerum Numinis cultum aggreſſus ſtabilire Maternus, Memmium habuit adjutorem, Catalaunorum apoſtolum; quem ſacer mentis impetus extra diœceſis ſuæ fines Dionantum abduxerat. Communi conatu, cùm inferis bellum indixiſſent, geſſiſſentque feliciter, ædes ſacras condiderunt ſinguli & conſecrârunt. Virgini Parenti Maternus, Memmius protomartyri Stephano. *Eadem penè habent Foullonius ac Placentius, ſed ſine teſtimoniis. S. Memmii geſta diſcuſſa ſunt ad diem* V *Auguſti, ejuſque in Gallias adventus collocatus ſeculo* III.

Leffiæ, Cennaci, Andaini,

176 *Leffiæ quoque, quæ nunc abbatia eſt Ordinis Præmonſtratenſis in ſuburbio Dionantenſi, ubi in Moſam influit fluvius Leffia, à* S. Materno *templum conſtructum fuiſſe Magnæ Dei Matri, incolarum traditio eſt, uti teſtantur iidem Fiſenus & Foullonius. Addit ille in Floribus eccleſiæ Leodienſis, quòd in iſto templo* Maternus *SS. Mariæ Virginis imaginem, quam ſuis ipſe manibus effinxerat, collocârit, poſtea miraculis celebrem. Simile memorat idem auctor de Cennacenſi Leodienſis ditionis oppido, in quo & ædem optimæ Matri ſacram erexerit, & ejuſdem imagine ornaverit, quam perpetrata in noſtram ætatem prodigia illuſtrârunt. Browerus autem lib.* 2 *Annalium pag.* 163 *ex Ms. geſtorum Trevirenſium compendio inſigne miraculum adducit à Sancto patratum cùm Cennaci ageret; quinque ſcilicet eoſque, ut traditur, regios filios, ruinâ oppreſſos, divina virtute à morte ad vitam revocatos. Sunt, qui & Andaini, qui locus in Arduenna ſitus eſt & hodiedum ad S. Hubertum appellatur,* Saint Hubert, *templum à* S. Materno *poſitum volunt, atque divo Petro Apoſtolorum principi conſecratum.*

Namurci

177 *Sed mira ſunt, quæ circumferuntur de Namurcenſis eccleſiæ initiis. Audi Fiſenum pag.* 36: Namurcum etiam ſigna Chriſtiana intulit, ut illato bello cacodæmonem, iſthìc quoque ſua mendacia miſeris mortalibus ceu oracula venditantem, profligaret; ejus quippe ſimulacrum nomine NAM venerationi fuiſſe, ab antiquo fama eſt. Quod adveniente Materno, cùm obmutuiſſet, & nulla deinceps redderet oracula, amplexi Chriſtiana ſacra incolæ, Nammutum appellitârunt: ex quo urbi Namuco primùm, deinde Namurco parva litterarum mutatione manſerit nomen. Ita ferunt: nulla ejus à veteribus fides eſt. Quamquam ſub hoc tempus oracula toto pœnè terrarum orbe obmutuiſſe, conſtet. Porrò Dei Parenti ædem ſub ardua item rupe poſuiſſe Ma-

A Maternum, ac dicâſſe, nemo ambigit. Infixam intimis animi medullis dulciſſimam Matrem circumferebat: utilitatem enim laboribus ſuis nullam, nullam eorum fructibus perennitatem ſperabat, niſi ejus auſpiciis.

178 *Eadem quoad ſubſtantiam leguntur apud Foullonium, ſubditurque, oſtendi hodiedum* in divæ Virginis templo parvum columnæ cavum, quod idoli iſtius fuiſſe autumant, eodemque loco ſacellum à divo Materno ad divæ Virginis memoriam ædificatum. *Alia exſtare uſque nunc pietatis* S. Materni *monumenta, auctor eſt Joannes Baptiſta Gramaye in Hiſtoria Namurcenſi part.* 1 *ſeptenarii, ita inquiens:* Namurcenſis provincia... hæc illa, cui nomen fuit muta, mutatâque in religionem idololatriâ. Hæc illa, quæ omnium Belgii provinciarum prima Diſcipulum principis Apoſtolorum præconem nacta, exemplum Stratonis Tyrii imitata, oculos in occidentem converſa ſuperſtitionem, meruit prima fidei noſtræ orientis auroram aſpicere & venerari. Hæc illa, quæ quatuor à D. Materno dicata monſtrans altaria, doctrinæ ab eo perceptæ ita tenax fuit, ut per mille quingentos ampliùs annos nullo hæreſeos inquinata adulterio, nullis atheorum infecta fraudibus, integra perſeverat. *Non examino, quæ hîc effert ſtylo oratorio laudatus hiſtoricus; at quod ait de quatuor altaribus, non ſatis explicat, ut aſſignare queam, quibus in locis Namurcenſis provinciæ ſuperſint hodiedum ſingula. Unum tamen ipſe indigitat tom.* 2 *ejuſdem Hiſtoriæ ſect.* 26 *hiſce verbis:* Succedat (*collegio cathedralis eccleſiæ*) collegium canonicorum D. Virginis vetus illud, & quod de præeminentia longo tempore cum D. Albani collegio (*cathedralis eccleſiæ*) certavit. Monſtrant enim altare & locum, ubi S. Maternus, converſioni infidelium operam dans, rem divinam peregit.

in civitate,

179 *Alia in comitatu Namurcenſi à Sancto noſtro erecta templa enumerantur in ejuſdem diœceſios Sacrario, anno* 1619 *typis vulgato, pag.* 22 *ſequenti ordine:* S. Maternus, divi Petri diſcipulus, Namurcenſium apoſtolus, templa Haſterienſe, Walcurienſe, Namurcenſe, Namecenſe in Namurcena patria cælorum Reginæ dedicavit, quæ etiamnum hodie ejus in cultu perſtant integra. *Tum in aſſerti teſtimonium vocantur earumdem eccleſiarum archiva. De Haſterienſi, quod antiquum cœnobium eſt Ordinis S. Benedicti trans Moſam fluvium, idipſum affirmat Gramayus in Antiquitatibus comitatûs Namurcenſis ſect.* 3 *de præfectura Bovinienſi, producitque, in quo id confirmatur, diploma fundationis dicti cœnobii, conſcriptum, uti ipſe quidem putat, ſeculo* VII; *ſed id manifeſtè ſuppoſititium eſſe, è pluribus capitibus probatum eſt apud nos tom.* III *Aprilis pag.* 820, *quod proinde ſicut nihil detrahit veritati traditionis de fundata à* S. Materno *eccleſia, ſic nihil etiam ad illam confirmandam valet.*

ac ejuſdem comitatûs

B

C

180 *Idem Gramayus ſect.* 10 *agens de Walcurienſi oppido, ad præſens inſtitutum ſic habet:* Quoad rem ſacram, accepit hic locus in pago Arduanenſi, ut tunc loquebantur, ſitus, lumen fidei annunciante beato Materno, qui, ad meliorem frugem converſo Arbo horum locorum tyranno, eccleſiam Virgini Matri dedicavit, in eaque iconem ſuis, ut creditur, manibus delineatam repoſuit, miraculis clariſſimam & frequenti peregrinorum concurſu viſitari ſolitam. *Hæc item penè ad verbum leguntur in Sacrario citato num. præced. pag.* 13. *De Namecenſi autem templo, quod ſupra ultimo loco enumeratum eſt, nihil ulteriùs reperio. Ceterùm* S. Materni *annua feſtivitas recurrit per totam diœceſim Namurcenſem ad diem* XIX *Septembris, uti colligo ex Proprio Sanctorum, in quo ad præfatum diem præſcribitur Officium de eo recitandum ſub ritu duplici de Communi confeſſoris pontificis cum lectionibus ſecundi Nocturni propriis, ex memorata ſæpe ejus Vita depromptis.*

locis aliis, ubi colitur Officio die 19 *Septembris.*

AUCTORE J. P.

§ XVIII. Templa Coloniæ & Bonnæ à Sancto ædificata; miracula pluribus locis patrata.

Ecclesias Deo ejusque Matri, ac S. Petro

E

COloniam *Agrippinam per* S. Maternum *templis fuiſſe nobilitatam, unanimis incolarum conſenſus eſt; neque ejus rei ſilentium eſt apud ullum, qui de celeberrimæ hujuſce civitatis Chriſtianis primordiis conſcripſit. Bina nominat Ægidius Aureæ-Vallis in Additione ad cap.* 13 *Harigeri:* Pervenit Coloniam, *inquit*, in qua prædicatione ſua, deſtructo juxta Capitolium in porta cultu Martis, ac per civitatem templis diverſorum deorum, duas principales eccleſias cum aliis Sanctorum diverſis oratoriis, unam in honorem Domini noſtri, quæ nunc dicitur S. Cæciliæ; aliam B. Petri, quæ nunc dicitur S. Victoris,... ædificavit. *Et paulò inferiùs:* Fundavit per diœceſim Colonienſem multas Sanctorum diverſorum eccleſias, primò deſtructis idololatriæ templis. *Hunc ducem in iis, quæ habet de duobus templis Colonienſibus, ſecuti ſunt Fiſenus, Brouerus & Gelenius in Pretioſa Hierotheca Colonienſi cap.* 5. *Ea ipſa nominat ſimiliter auctor Magni Chronici, additque, quòd in S. Petri baſilica* S. Maternus *poſuerit ſedem epiſcopalem. Eiſengrenius verò lib.* 1 *Rerum Spirenſium, eccleſiam, nunc S. Cæciliæ nomine inſignitam, primùm beatiſſimæ Virgini dedicatam fuiſſe ait, & intra urbis mœnia conſtitutam, alteram verò extra mœnia S. Petro.*

condidit; non item ſacellum hodie à S. Servatio dictum;

F

182 *Gelenius de iiſdem eccleſiis denuò agens lib.* 1 *de Magnitudine Coloniæ ſyntag.* 5 *ea, quæ ex Chronico Belgico & Eiſengrenio dubium parere nata erant, ſic exponit:* Quæ nunc S. Cæciliæ dicitur, à B. Materno antiſtite Deo Optimo Maximo, Deiparæque erecta eſt, & ſeu metropolitica ſeu cathedralis dignitas illata in urbem ex ſuburbio, ut monumenta & Vitæ ſcriptores aſſerunt. *Hæc Gelenius, qui tamen paulò altiùs ipſemet templa ac Sanctorum nomina confudiſſe videtur hiſce verbis:* Coloniæ Agrippinæ majores fecit S. Maternus progreſſus, ædiculam in portu ædificâſſe traditur, quam S. Severinus reſtaurans, beati Servatii, hoſpitis memoriæ reliquit. Traditur etiam, Deo metropolitanam primam ad ipſam urbis foſſam ante Paphiæ deæ portam extruxiſſe, ubi nunc eſt divi Andreæ baſilica, olim dicta B. Matthæi in foſſa, id cùm alia monumenta, tum ſæpè & nuper effoſſum veſtigium operis oſtendit. Dum autem primo adventu baſilicam erectam dico, domos & cœnacula larga in titulum converſa intellige, qualia Baronius deſcribit ann. LVII num. c, tum alibi. *Facilè advertit ſtudioſus lector, cur poſtremum hoc addatur; quia ſcilicet primo ſeculo, cui* S. Materni

AUCTORE J. P.

episcopatum illigat laudatus auctor, non satis congruit tot basilicarum erectio. Sed reliqua perpendamus.

ut putavit Gelenius, qui etiam situm ecclesiæ S. Petri

183 *Primum, quod asserit de ædicula in portu, cui dein nomen S. Servatii, excitatâ à Sancto nostro, nullis aliorum scriptorum suffragiis suffultum deprehendo; contrà Erhardus Winhemius in Sacrario Agrippinæ disertè asseverat pag.* 305, *sacellum S. Servatii, quo nomine unum dumtaxat venit in serie ædium Colonienſium, ſitum in platea S. Joannis, conditorem habuisse ipsummet S. Servatium, qui id ex occasione, quòd ibidem in somnis columnam igneam vidisset, in honorem Dei exstruxit, & Portam cæli cognominavit; quod nomen dein exuit sacellum, & ipsius Servatii fundatoris assumpsit. Quod secundo loco adstruit, & lib.* 3 *syntag.* 137 *repetit laudatus Gelenius, basilicam S. Andreæ, olim sub nomine S. Matthæi, fuisse primam metropolitanam* S. Materni, *nullius similiter scriptoris testimonio firmatum novi, pugnatque non tantùm cum Chronico Belgico, in quo dicitur, quòd Sanctus ecclesiam dedicaverit S. Petro,* quæ nunc est S. Victoris, *in eaque posuerit sedem episcopalem; sed & adversariam sibi habet famam, quam hodie vigere apud Colonienses ipsemet fatetur lib.* 3, *syntag.* 1, § 4, *ubi agit de structura metropolitanæ ecclesiæ.*

B

traditioni adversantem designat.

184 *Fama autem, ut colligo ex ipso Gelenio, Winhemio & aliis, hæc est:* S. Maternus *primùm sibi ac sedi suæ excitavit humilem ecclesiam seu oratorium extra urbis, veteris scilicet, mœnia, & illud consecravit S. Petro. Dein rebus Christianis incrementum sumentibus, sedem transtulit in civitatem ad augustiorem ecclesiam, à se quoque Deo ejusque sanctissimæ Genitrici, erectam. Lapsu temporis S. Petri oratorium in civitatis ambitu conclusum est, & SS. Matthiæ ac Victoris, imò communiùs* S. Materni, *nomen obtinuit, atque hodiedum situm in parochia S. Pauli,* Antiquum summum, *Teutonicè,* Der alten thum, *à vulgo appellatur. Basilica beatæ Mariæ Virginis, deinde S. Cæciliæ titulo venit, habuitque cathedralis ecclesiæ dignitatem usque ad tempora Caroli Magni:* Nunc, *teste Winhemio,* collegium est, tam virorum, præpositum tamen & decanum non habentium, quàm virginum nobilium & patriciarum sub regula B. Augustini, per reformationem in clausura admodum stricta, disciplinatè satis viventium; quorum

C

abbatissa collegii totius caput, ut plurimùm comitissa est.

Alia templa Colonienſia,

185 *Plura de hac ecclesia collegiata vide apud laudatum auctorem pag.* 115 *Sacrarii, ubi fusè disserit de nomine per* S. Maternum *ei primùm impositio, atque unà indicat, quòd ecclesia parœcialis S. Petri illi contigua, etiam ejusdem* S. Materni *opus sit, & hoc quidem postremum absolutè asseverat pag.* 249, *ubi de parœcia S. Petri ei peculiaris sermo est. Addamus hîc ex eodem, quæ tradit de initiis collegiatæ ecclesiæ S. Andreæ pag.* 64: Primitus sub patrocinio S. Matthæi apostoli à S. Brunone ejus nominis primo, episcopo verò Colonienſi xxv fundata, sacratis Deo virginibus assignata, sed paulò pòst ab eodem in collegium canonicorum, Matthæi patrocinio in S. Andreæ commutato, conversa fuit. *Nihil prorsus de ea antiquitate, quam ipsi attribuit Gelenius. Porrò sedit memoratus Bruno episcopus post medium seculum* x. *Est & alia in civitate Colonienſi ecclesia eaque parœcialis sub titulo* B. Mariæ Virginis in littore, *cujus incunabula ad Sancti nostri tempora spectare videntur Gelenio lib.* 3, *syntag.* 22., *imò ipsiusmet Sancti opus esse, credi ab aliquibus affirmat, præsertim veterem ecclesiolam, quæ* nunc subterranea specus *est* seu cripta, S. Materni cella nuncupata, in qua referunt funus beati confessoris depositum *fuisse, ante translationem Treviros, de qua inferiùs.*

D

Sancto adscripta & unum Bonnæ,

186 *Nomina aut situm reliquarum ecclesiarum, quas per Colonienſem diœcesim erectas fuisse volunt à* S. Materno *plurimas, non comperi apud rerum patriarum collectores, præterquam unius, memoratæ à Cratepolio in Annalibus archiepiscoporum pag.* 2 *his verbis:* Apud Bonnam ecclesiam in honorem sancti Joannis Baptistæ dedicavit, quæ postea in virginum nobilium collegium evasit. *In margine indicat, vocari id* collegium Dedonis, *vulgo* Ditkirchen: *unde, teste Winhemio pag.* 267, *sub annum* 1313 *translatæ sunt sacræ virgines ad ecclesiam S. Agathæ, sitam in meditullio urbis Colonienſis, ubi usque nunc visitur parthenon Ordinis S. Benedicti.*

per ipsum ad fidem conversæ.

187 *Certè Bonna, quæ urbs est distans Colonià quatuor milliaribus Germanicis, & ordinaria sedes Colonienſis electoris,* S. Maternum, *primum suum apostolum agnoscit, uti conjicio ex Ægidio Aureæ-vallis ita scribente in Additione sæpe assignata ad cap.* 13 *Harigeri:* Cúmque per descensum Mosellæ & Rheni secus ripam castellis & villis prædicâsset, & dominos oppidorum & villarum convertisset, & maximè dominum Bonnensem, pervenit Coloniam. *Petrus Bertius lib.* 3 *Commentariorum rerum Germanicarum, perstringens originem Christianæ religionis apud Bonnenses, referri ait, quòd hîc docens* S. Maternus *aras & idola Mercurii subverterit, non aliis usus armis, quàm efficaci doctrinâ Christi. Gelenius item lib.* 1, *syntag.* 5, *verba Ægidii mox citati paulò auctius perhibens, sic loquitur:* Inter cætera verò opera S. Maternus non tacendum Bonnæ præstitit beneficium. Præerat istic, uti Vitæ scriptores tradunt, vel oppidi præses, aut legionum Romanarum ductor; hunc Christo lucratus, insignem istic ad præsens tempus servatam ecclesiam fundavit. Hinc promanare videtur tanta Bonnensis cleri potestas. *Sic ille, pergens dein potestatem istam pluribus describere.*

E

Miracula multa patrâsse scribitur;

188 *Sicut nihil sese offert, quominus plura, quæ hactenus ex particularium locorum traditionibus retulimus de ecclesiarum constructionibus, quoad substantiam credamus esse vera, etiamsi nulla eorum speciatim notitia relicta sit apud biographos & historicos, quos defectu aliorum vetustiores compellare cogimur, Eberhardum, Theodoricum, Goldscherum & Harigerum; sic nec ratio se prodit, cur meritò dubitemus, quin vera sit traditio, quâ creditur Sanctus divina virtute variis in locis, ad confirmationem fidei à se traditæ, miracula & prodigia patrâsse, eaque numero plurima, uti generatim saltem insinuant jam laudati auctores, dum sic scribunt:* S. Maternus pontificalem susciplens apicem, cœpit per civitates & regiones veram fidem, quæ est in Christo, constanter prædicare, magnis virtutibus quotidie crescere, signis ac miraculis longè latéque clarescere. *At paucorum dumtaxat explicatiorem notitiam ad nos similiter transmiserunt, quam præterea aliunde supplere concessum non est, silente hîc cum aliis ipsomet Ægidio.*

F

ex illis unum à multis relatum

189 *Itaque præter unum alterumve, occasione erectarum ecclesiarum suprà recitatum, & in quantum spectat ad adjunctorum verisimilitudinem,*

A *nem, lectoris judicio relictum, tria tantùm prodigia distinctè exposita reperimus, quorum primum hoc loco exhibemus, reliqua bina reservantes in paragraphum sequentem. Illud paucis his verbis proponit auctor Gestorum Trevirensium apud Leibnitium & Calmetum sæpè memoratos:* Hic Tungrenses & Agrippinenses ad fidem Christi convertit, & his tribus civitatibus pontificali jure præfedit, in quibus singulis fertur uno eodemque Paschali (*apud Acherium* Pentecostes) die divinum Officium celebrâsse. *Auctorem hunc descripsit Ægidius in Additione ad Harigerum cap.* 14, *indicans tamen, prodigium istud factum esse* angelo ducente. *Ex Ægidio autem id passim recitant recentiores, at non omnes idem super eo ferunt judicium. Credit Browerus ad annum* 92 *& adductis è Scriptura exemplis, atque expositis primorum fidei nostræ antistitum ritibus ac moribus, conatur etiam ei fidem conciliare apud alios, contra nonnullos, qui id incredibile esse adstruerent.*

fidem non invenit apud omnes; rationes, ob quas à neoterico scriptore,

B 190 *De Facti veritate judicium suspendit Foullonius; Fisenus magnopere se dubitare non dissimulat; utriusque autem ratio est, quòd Ægidium, antiquissimum juxta ipsos ejus testem, hominem agnoscant in prodendis mirabilibus justo leviorem. Accedit Bertholetus, qui lib.* 1 *Historiæ Luxemburgensis pag.* 121 *de facto ità disserit, ut facilè perspicias, quòd fidem ei non attribuat. Nam postquam dixisset, Ægidium auctorem esse alioqui alicujus ponderis, sed in materia miraculorum nimis credulum, mox Gallico suo idiomate subdit sequentia in Latinum versa:* Hoc ut exploratum nobis sit, ad unum tantùm attendendum, quod narrat; quòd scilicet S. Maternus Missam celebrârit eodem die Paschatis Tungris, Coloniæ & Treviris. Rectiùs locutus fuisset, si dixisset, quòd illic prædicârit; cùm Missæ cærimoniæ determinatæ non essent id temporis. Scio, Sanctum eodem tempore potuisse esse diversis in locis, quandoquidem nihil impossibile sit apud Deum; at hoc miraculum patratum esse à S. Materno, non probat Ægidius Aureæ-Vallis.

in dubium vocatur,

C 191 *Facilè assentior laudatis historicis in iis, quæ de nimia Ægidii credulitate pronunciant: imò plus dico; ejus auctoritas adeo exigua est apud me, dum refert res gestas primorum seculorum, ut nihil nisi ambigua fide ab eo recipiam, quod aliunde probatum non invenio. At non satis percipio, cur vapulet hîc, quia scribit, quòd* S. Maternus divinum Officium celebrârit, *curve rectiùs fuisset locuturus dicens, quòd* prædicârit; *quia Missæ cærimoniæ non erant determinatæ id temporis. An Ægidius vel verbo indicat, quòd* S. Maternus, *primo & secundo seculo juxta ipsum episcopus, iis cærimoniis usus sit, quæ postmodum ab Ecclesia constitutæ sunt? Nudè dicit, quòd* Officium divinum celebrârit, *unde illud non magis elicias, quàm ex iis, quæ leguntur apud venerabilem Bedam de S. Marco Euangelista in Martyrologio ad diem* XXV *Aprilis:* Videntes (*pagani*) eum die sancto Paschæ Missas celebrantem, miserunt funem in collo ejus &c. *An fortâsse carpitur Ægidius, quia dicit,* S. Maternum *tribus in locis, ac proinde* ter *uno eodemque die Paschatis celebrâsse? Sed quomodo probabitur, illum morem in tanta sacerdotum penuria non exstitisse primis seculis, qui viguit deinceps, & viget etiam hodie, ut propter multitudinem fidelium ab uno sacerdote iteretur sacrosanctum Missæ Sacrificium in diversis locis?*

AUCTORE J. P.

192 *Quapropter si factum, de quo agimus, in dubium vocari debuit, aut rejici ut fabulosum, nihil prorsus ad hoc valebant rationes à laudato historico allegatæ, satiusque erat inhærere terminis Foullonii & Fiseni, Ægidium scilicet non esse testem idoneum, qui fidem faciat. Sed neque satis assequor, cur Ægidius hîc traducatur, ut primus miraculi assertor, quandoquidem legatur in omnibus editionibus Gestorum Trevirensium, quorum auctores, licèt ad persuadendum nobis non magis idonei, certè Ægidio multùm antiquiores creduntur, & qui apud historicum Luxemburgensem aliosque, propugnantes missionem* S. Materni *à S. Petro apostolo, auctoritatem habent omni exceptione majorem.*

nobis non probantur.

§ XIX. Sancti virtutes, obitus, & corporis Coloniâ Treviros translatio.

E *Sanctum nostrum egregiis animi dotibus fuisse ornatum, atque peculiariter in ipso eluxisse, præter sanctitatem vitæ, doctrinam, prudentiam & summam in pertractandis rebus fidei dexteritatem, sufficienter colligimus ex Eusebio, Optato Milevitano ac Constantino imperatore citatis § 9; verùm præter generalia horum testimonia nihil nobis certò compertum est de ejus virtutibus. Compendium quidem peculiarium ejus virtutum aliarum exhibent biographus apud nos tom.* 2 *Januarii, & Harigerus apud Chapeavillum tom.* 1, *illudque tale, ut nihil absonum contineat, nihil incredibile; sed cùm non alios habeat testes præter illos, super quibus sensum nostrum sæpè aperuimus, cúmque adhæc hujusmodi nobis appareat, ut facilè quibusvis sanctis præsulibus & divinæ gloriæ promovendæ studio incensis pastoribus aptari queat, non possumus non suspicari, quòd piè excogitatum potiùs fuerit, quàm aliunde acquisitum. Quare transcribimus illud sub ea cautela,* F *quâ sæpè aliàs gesta Sanctorum ab auctoribus, nimio temporis intervallo remotis, nec sufficienti monumentorum auctoritate munitis, concinnata & valdè suspecta.*

Quamvis ea, quæ de Sancti

194 *Tale est apud biographum, & vix dissimile apud Harigerum:* Quantò quotidianis incrementis fidelium multitudinem plùs augeri conspexerat, tantò diligentiùs injunctum ministerium regulariter ordinare studebat. Hic etenim quamvis esset magnæ Vir auctoritatis & prudentiæ, nihil tamen ex proprio imperio, quasi libera utens potestate, exercuit; sed omnia humiliter atque simpliciter egit, communemque se subditis studio sanctæ dilectionis exhibuit; in omnibus etiam, quæ probabiliter gerebat, non suam, sed Christi gloriam quærebat, quique inter cetera sanctarum virtutum exercitia mitissimus existens, consolabatur afflictos, pavit ex his, quæ habebat, egenos, vestivit nudos, redemit captivos, suscepit peregrinos, errantibus viam salutis misericorditer ostendit, desperatis spem veniæ consequendæ clementer promisit, currentes viam mandatorum Dei semper ad anteriora im-

virtutibus,

AUCTORE J. P.

impulit, in eadem remorantes verbo exhortationis inſtigavit, & modò docendo, modò exhortando, modò ſuſtinendo, modò in periculis ſe objiciendo, omnibus indefinenter pio ſolamine occurrit. *Dein dicitur, his fultus virtutibus perveniſſe ad ſanctam & laudabilem ſenectutem, & annos quadraginta manſiſſe in ſacerdotali miniſterio, ſicut totidem diebus jacuerat in ſepulcro, quando ſcilicet per baculum S. Petri revocatus eſt ad vitam, de quo ſuperiùs actum eſt.*

prænunciata ipſi morte,

195 *Scimus*, S. Maternum *epiſcopatum tenuiſſe anno* 313 *&* 314, *ac depoſuiſſe credimus ante* 347, *quo Euphratas Colonienſium antiſtes Sardicenſi ſynodo interfuiſſe legitur; quo anno mortuus ſit, & an biographus ex traditione meliore, quàm aliàs, acceperit, quæ tum de longa ſedis duratione tradit, tum fuſiùs enarrat de Sancti obitu ejuſque adjunctis, ignoramus; ac proinde hæc, non niſi ſub ea cautela, quâ monuimus num.* 193, *tranſcribimus.* Is itaque ſolitus erat per nocturnam quietem, locum, ubi corpora Sanctorum requieſcunt, ſilenter frequentare, & ibidem diutiùs in oratione ſolus perſiſtere: unde

B

dum quadam nocte juxta morem eamdem eccleſiam intraret, ibique prolixiùs divinas laudes celebraret, circa mediam noctem cœpit ſomno gravari, & ab inſtantia precum, offendente ſæpiùs lingua, retardari; ille in ſubſellio, quod ibi erat, conſidens, infixis ad genua cubitis, at inter ſe utraſque manus ſanctum caput reclinavit, & paullulum ſomno cedens, celeriter obdormivit: ſtatimque apparuerunt ei per viſionem S. Eucharius & B. Valerius, clariſſimis vultibus ſplendentes, ſacerdotalibus infulis coruſcantes, coronas ſingulas, roſis & liliis ac ceteris odoriferis floribus mirabili arte intextas, in capitibus geſtantes, conſimile ſertum demonſtrantes & dicentes: Ecce Materne, ſicut olim tibi promiſimus, ita ante diem dormitionis tuæ viſitandi gratiâ ad te venimus. Nunc ergò gaude & lætare, quia die tertio ex hoc ſeculo migrabis, & ad inenarrabilia Domini tui gaudia introibis. En cerne præmii tui incorruptibilem coronam, quæ à paradiſo perpetuæ amœnitatis eſt ſumpta, & tibi à Chriſto per famulos ſuos deſtinata; cujus flos numquam marceſcit, cujus odor numquam à ſuavitate deficit, cujus perſeverantia finem non

C

novit; quam poſt corruptionem præſentis vitæ incorruptibiliter poſſidebis, & in conſpectu Regis regum cum ea laureatus æternaliter perſeverabis.

aliiſque hujus adjunctis,

196 His dictis mox diſparuerunt; ille autem à tenuiſſimo ſomno evigilans, valdè quidem lætus de oſtenſa ſibi viſione exſtitit, ſed tamen ſtatim adeſſe corporis moleſtiam ſenſit, acceſſitoque miniſtro, cum ejus juvamine ad cellam rediit, & ſeorſum familiaribus diſcipulis hoc, quod ſibi oſtenſum fuerat, retulit. Die autem craſtina, convocatâ ad ſe fratrum catervâ, cœpit eos ſtudioſè de fidei integritate admonere, & animos eorum ad cæleſte deſiderium delectabilibus verbis accendere, ac per totum diem ſalutaria monita eis dare non ceſſans, uſque ad octavam horam ſubſequentis noctis ſermonem exhortatorium protraxit; &, quod reliquum noctis ſupererat, in pſalmis & hymnis cum fratribus tranſegit. Poſt pullorum verò cantum, inſtante jam die, venit deſuper clara vox, cunctis, qui in ipſa cellula erant, audientibus, dicens: Materne dilecte Dei veni. Qui mox quaſi aſſuetam vocem audiens, converſus ad circumſtantes fratres ait: Valete, filioli mei, & viſcera mea: ego enim jam migrabo, & in præſenti ſeculo ampliùs vobiſcum non ero. Et hæc dicens communionem Dominici Sacramenti accepit, ſtatimque ſanctam animam exhalavit. Tunc, qui præſentes erant, fideles condignas exequias expleverunt, & ejus corpus non longè à reliquiis SS. Eucharii & Valerii honorabiliter poſuerunt, die XVIII Kal. Octob. *Hactenus biographus, & poſt eum, mutata dumtaxat phraſi, omiſſoque die obitûs, Harigerus.*

D

tranſlatione corporis Coloniâ Treviros

197 *Locus emortualis in apographis, quibus uſus eſt Bollandus, non ſignatus, clarè exprimitur in aliis Vitæ exemplaribus, & unà deſcribitur prodigioſa ſacri corporis tranſlatio, cujus neque in illis, neque in Harigero apud Chapeavillum ulla mentio eſt. Demus textum integrum ex memoratis & poſt aſſignandis exemplaribus:* Obiit autem apud Coloniam XVIII Kalend. Octobris anno Domini CXXX. Cujus obitu Treviri comperto, mox Coloniam profecti ſunt, Paſtorem ſuum repetentes. Aderant & Tungrenſes, qui ſimul cum Coloniis * eum ſibi retentare ſatagebant. * Certatum eſt diu ab utriſque. Interim quidam venerabilis ſenex in urbe apparens monuit cives, ut, à lite deſiſtentes, ſuis parêrent conſiliis, & corpus Pontificis in navi ponentes, deinde à littore fluctibus impellentes, quò Deus velit, abire ſinant. Mira res! Mox ut angelus conſuluerat, factum eſt, naviſque ſacro corpore onuſta, nullo ſe regente nauclero, angelico remige * contra fluctus dirigitur, & parvo horæ ſpatio, milliario confecto, in loco, qui ex triſtitia Colonienſium Ruigne (*aliis* Rowehe, Roze, Rawenkirch) tunc vocatus eſt, littori applicatur. Tunc Treviri corpus ſui Pontificis, à Deo ſibi deſtinatum, cum gratiarum actione ſuſcipientes, Trevirim revexerunt, & in eccleſia non longè à corporibus ſanctorum Eucharii & Valerii honorabiliter ſepelierunt.

**al.* Colonienſibus

** al.* tentabant

E

**al.* remigio

referuntur, incerta ſint,

198 *Ita habent, ſi minutias excipias, quarum notavi præcipuas, duo codices membranacei apud nos Mss. & ſignati P. Ms.* 14, *& P. Ms.* 19. *Item duo apographa Mss., quorum alterum deſumptum eſt ex codice Ultrajectino S. Salvatoris, alterum ex Ms. monaſterii B. Mariæ Munſterienſis Luxemburgi. Conſonant & Geſta Trevirenſia apud Calmetum, Acherium & Leibnitium, nec non ad ſingula penè verba Chronicum Magnum Belgicum, ac denique Ægidius Aurea-Vallis in Additione ad cap.* 16 *Harigeri. Accedunt Ms. Trevirenſe eccleſiæ cathedralis, cum Majoribus noſtris communicatum à Joanne Gamanſio Societatis noſtræ presbytero, ac Medulla geſtorum Trevirenſium, concinnata à Joanne Enen & Latinè reddita per Joannem Schekmannum: ſed in his contentio trium populorum de Sancti corpore paulò aliter proponitur. Seriem iſtam monumentorum & ſcriptorum, idem de loco emortuali atteſtantium, non eo animo adduxi, quòd ex tanto conſenſu tueri intendam ſingula in iis tradita: contrà enim, ut ex dictis perſpicuum fit, non poſſum non refragari anno emortuali, ibidem deſignato, cui ut equidem reor, refragatur ipſamet ſubjuncta tranſlationis hiſtoria.*

F

magis tamen congruunt quarto, quàm primo ſeculo; mortuum eſſe Coloniæ,

199 *Nam rationem non reperio ſat probabilem, ut cum media gentilitate, quæ certè illis in partibus dominabatur ſub annos* 128 *&* 130, *connectam concurſum iſtum Trevirenſium & Tungrenſium ad urbem Colonienſem, publicam trium populorum de ſacro corpore contentionem, ejuſdemque ſalvi & incolumis tranſlationem ad Tre-*

vi-

A *viros, quæ ſanè, ſi facta ſint, aptiùs quadrabunt ſeculo* IV. *Itaque teſtimonia iſta protuli propter neotericos nonnullos, aliàs non mulùm incredulos, qui obitum Sancti affigentes annis* 128 *vel* 130, *non modò tranſlationis hiſtoriam ad fabulas videntur relegare, verùm inſuper expreſſè negant, mortuum eſſe Sanctum apud Colonienſes, quia id, ut putant, aſſertum non eſt à vetuſtiore, quàm ab Ægidio Aureæ-Vallis, & quia Harigerus dicit, quòd* Maternus *ſepultus fuerit juxta S. Eucharium à fidelibus, qui illius morti interfuerant, ac proinde Treviris obiiſſe innuit. Etenim ut paucis utrique rationi reſpondeam, dubium non eſt, quin inter citatos ſcriptores ſint vetuſtiores Ægidio & nominatim auctores Geſtorum Trevirenſium, ut proin perperam ipſi affricetur hiſtoria ut primo inventori. Vide præcedentem § in fine.*

quod non ſat conſequenter negat ſcriptor neotericus

200 *Præterea ex Harigero, quem neque memoratis Geſtorum auctoribus anteriorem exiſtimo, non ſequitur, mortuum eſſe Sanctum Treviris. Nam licèt dicat, eum Treviris ſepultum fuiſſe à fidelibus, qui morienti adſtiterant, id ita exponi poteſt, ut ex his aliqui, præſertim domeſtici,*

B *corpus ſancti Paſtoris Coloniâ Trevirim comitati fuerint, ipſique ibidem parentârint. Repeto antè dicta, non defendo Ægidium, non Geſtorum Trevirenſium conſcriptores, alioſve: ſed miror ſcribendi normam hic à nonnemine uſurpatam; dum miſſionem* S. Materni *à S. Petro propugnat, nihil ei adverſatur ſilentium antiquorum, nihil rationes in contrarium allatæ. Traditio eſt, firmata teſtimoniis ſcriptorum, ſufficit, licèt hi multis ſeculis à re tradita remoti ſint, &, uti ipſe inficiari non audet, fabuloſis adjunctis hiſtorias ſuas conſarcinârint. Hìc interim, quia unus aut alter ſimilium ſcriptorum locum emortualem non exprimit & ſubticet tranſlationem corporis, nihil valet traditio, nihil obtinet aliorum plurium conſenſus.*

omnium penè conſenſu traditur;

201 *Plurium, inquam, nam præter enumeratos corpus* S. Materni *apud Colonienſes defuncti Trevirim tranſlatum fuiſſe tradunt Albericus Trium fontium monachus, Albertus abbas Stadenſis, Guilielmus Eyſengrenius, Petrus Merſæus Cratepolius, Gelenius & alii, quos pleroſque ipſemet neotericus, ubi* S. Maternum *S. Petri diſcipulum facit, in ſubſidium vocat. Accedunt auctaria Uſuardini Martyrologii Lubeco-Colonienſe, Greveni &*

C *Molani ad dies* XIV *Septembris &* XXIII *Octobris: Breviaria item Colonienſe anni* 1618, *ac Leodienſe anni* 1636, *nec non Lectionarium Trevirenſe, in quorum lectionibus de Sancto propriis deſcribitur ejus apud Colonienſes obitus & tranſlatio ad Trevirenſes. Præterea juxta ipſum neotericum reliquoſque omnes, qui miraculum ſuſcitati quondam in Alſatia* S. Materni *defendunt, plurimùm juvant ad ei traditioni fidem conciliandam conditorium, quod uſque nunc oſtendi ait Beatus Rhenanus apud Hellum vicum, in quo Sanctus aliquamdiu jacuerit mortuus, & veſtigia templi olim eo loco exſtructi, quæ, teſte Browero, hodie ſuperſunt, & convenarum religione & votivis peregrinationibus conteruntur. Quid cauſæ eſt igitur, cur minus robur habeant ſimilia monumenta, hodiedum exſtantia, ad confirmandam traditionem demortui apud Colonienſes Sancti ac dein Treviros tranſlati?*

& ex monumentis, quæ ſuperſunt,

202 *Enimverò, ut mittam veterem eccleſiolam, quæ nunc ſubterranea ſpecus eſt ſeu cripta,* S. Materni cella *nuncupata, &* in qua, *ut loquitur Gelenius,* referunt funus beati Confeſſoris depoſitum fuiſſe, *antequam Coloniâ Treviros tranſportaretur, celebris uſque hodie locus eſt, ubi navicula cum ſacro pignore Treviros devehendo quieviſſe creditur. Demus aliquot teſtimonia.* Ad Trevirorum verò Auguſtam, *inquit Eyſengrenius lib.* I *Hiſtoriæ Spirenſis,* ut ſepeliretur, tanto urbis Coloniæ gemitu, tam lugubri lamentatione fletuque mœrenti defertur, ut eo loci, quo tum temporis ager erat incultus, in perpetuam rei memoriam fanum, Materno ſacrum, exſtrueretur, atque ob facti eventum Rawenkirch nominaretur, quod templum hodie cultiſſimum cum optima villa corruptè Rodenkirch appellatur. *Gelenius in Hierotheca pag.* 22: In eo tamen loco, ubi navicula ſuum ſtitit curſum, ipſius S. Materni humata ſunt inteſtina, quæ Colonienſes perpetuo honorârunt monumento. Illic enim in iſtius rei memoriam ſacellum excitârunt, vulgo Rudenkirchen, quaſi Ruhen & Rewenkirchen, id eſt, quietis aut doloris eccleſiam nuncupatam. *De iiſdem loco ac reliquiis ſcribit ſimiliter Winhemius in Sacrario Agrippinæ pag.* 23; *neque de aliis intelligendum reor, quod legitur ſub finem lectionis* VI *in Breviario Colonienſi antè nominato:* Ejus reliquiarum portiuncula extra Coloniam ad Rhenum in vicino loco relicta, frequenti hodie- E
que concurſu celebratur. *Habeo & epiſtolam, datam ad Papebrochium noſtrum Calcariâ, civitate Germaniæ, die* XXX *Julii anno* 1689, *à viro, cujus ſubſcriptum nomen non ſatis diſtinguo, ſed qui teſtatur, ſe fuiſſe ſæpiùs in Ruhekirchen ſeu corruptè Rodekirchen, viſitarique ibidem à Colonienſibus partem reliquiarum* S. Materni *à die* XIV *Septembris uſque ad feſtum S. Michaëlis. His accedat Theodorus Rhay, Societatis Jeſu ſacerdos, in libro, cui titulus* Animæ illuſtres Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ *&c., ita ſcribens ad diem* XIV *Septembris pag.* 154: In Montenſi ducatu, præfecturâ Levenburgicâ, pago Rodenkirchen, duabus ſuper Coloniam Agrippinam leucis, feſtum S. Materni, Trevirenſium, Tungerenſium, Colonienſium epiſcopi, cujus viſcera iſtic quieſcentia quatuordecim dierum viſitatione populus Colonienſis (ſecundùm faciem Sanctorum jucundus) conſtanter, unà cum vicinis accolis, celebrat.

aliiſque de cauſis nobis prorſus veriſimile eſt.

203 *Ceterùm, ſepoſitis etiam hiſce monumentis, juxta noſtram ſententiam prorſus veriſimile eſt, obiiſſe Sanctum apud Ubios, non apud Treviros, cùm illis, non his, epiſcopus præfuerit annis vitæ poſterioribus, ut antè ſtatutum eſt. Sed* F
an eo prodigio iiſve adjunctis peracta ſit tranſlatio corporis, neque velim aſſerere, quia denuò teſtem non habeo antiquiorem ſeculo IX, *neque auſim negare abſolutè, quia conſtat ex Vitis aliorum Sanctorum, plurima contigiſſe non minùs prodigioſa. Hoc mihi certum, quòd nihil occurrat in miraculo tranſlati corporis magis incredibile, quàm in altero ſuſcitati in Alſatia Sancti, ut mox innuebam, & ſi pro rei factæ veritate recurrendum ſit ad traditionem, monumenta, auctores, primum ſolidiùs probatum mihi non eſt, quàm ſecundum. Demum ponamus, acceſſiſſe ad utriuſque rei geſtæ hiſtoriam adjuncta, poſtmodum conficta, nondum laborabimus, ut per conjecturas utcumque aſſequamur, quo pacto Trevirenſes potiti ſint ſacris exuviis, quove his deſtitui ſe paſſi ſint Ubii. Nam cùm Eucharius & Valerius Treviris defuncti & humati eſſent, fieri potuit, quod factum eſſe ſcribit auctor Chronici Belgici, ut ſcilicet rogârit Sanctus, ut poſt obitum Treviros tranſportaretur cum ſociis ſuis ſepeliendus, cui poſtremæ ſancti Parentis voluntati refragari noluerint vel auſi non ſint Colonienſes.*

AUCTORE J. P.

AUCTORE J. P.

§ XX. Locus primæ ſepulturæ; tranſlatio corporis ad metropolitanam Trevirenſem; publica ejus expoſitio; reliquiæ in aliis eccleſiis.

Corpus primò ſepultum juxta SS. Eucharium & Valerium,

PRetioſa S. Materni *lipſana primùm honorificè depoſita fuiſſe apud Treviros non longè à corporibus SS. Eucharii & Valerii, vidimus § præcedente. Browerus lib. 2 num. 98, locum depoſitionis fuiſſe, ait, ipſum oratorium, olim S. Joanni Euangeliſtæ conſecratum, quod* Cella *ſeu* baſilica S. Eucharii *deinde nuncupatum fuit, & ubi nunc extra civitatis ambitum cernitur baſilica S. Matthiæ ac celeberrimum Ordinis S. Benedicti monaſterium, ejuſdem Apoſtoli nomine inſignitum. Inde verò ſacra lipſana tranſlata fuiſſe, innuit laudatus annaliſta, ad ſacellum ſeptentrionale extra novam S. Matthiæ baſilicam, ſub nomine ipſius* S. Materni *exſtructum, ibidemque uſque ad hanc diem ſupra ſolum eminere tumulum ejus marmoreum. Idem de tumulo confirmat Lectionarium Officiorum Trevirenſium anno 1645 excuſum, idemque de ſacello.*

B

205 *Exſtat apud Calmetum inter probationes ad Hiſtoriam Lotharingicam tom. 1 col. 385 primæ editionis, inſtrumentum inſignis donationis ei ſacello ſeu templo factæ ſub annum 979 per Egbertum archiepiſcopum Trevirenſem, unde tranſcribo ſequentia:* Donamus & legamus (*villam* Longa-Suram) cum campis, arcis, ædificiis, decimis, curtibus, familiis, mancipiis utriuſque ſexûs, agris, pratis, vineis, paſcuis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, vicis, viis & inviis, exitibus, & reditibus, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, ac cum univerſis appendiciis & adjacentiis ſuis, Sancto Materno, cujus baſilica ad Aquilonem baſilicæ S. Eucharii confeſſoris propè conſtructa eſt: eâ videlicet ratione, ut à præſenti die divini Officii ſtabilitas vigilanti ſolertia in perpetuum ibidem permaneat, & omnibus horis nocturnis ante ſanctum altare lucernæ incenſæ lumen adeſſe perpetim non deficiat. Si qua verò perſona &c. *Unde intelligas, etiam tum eccleſiam fuiſſe potiùs, quàm exiguæ molis ſacellum. Eccleſiam ſimiliter appellat Gabriel Bucelinus part. 2 Germaniæ ſacræ pag. 224, ubi recenſens abbates cœnobii S. Matthiæ, citanſque Antonium Meſenich, ejuſdem cœnobii aſcetam & hiſtoricum, ſic ſcribit:* xx (*abbas*) Fridericus de Heinſenbergh. Sub hoc conſtructum dotatumque eſt altare S. Eliſabetæ in eccleſia S. Materni per nobilem ac ſtrenuiſſimum virum Henricum Schenck, vulgò Zizermundt dictum. E vita migravit MCCCXLIV, XVI Cal. Sept.

C

dein in eccleſia S. Materni,

206 *Quo tempore conditum ſit templum iſtud, quove in idem delatæ ſacræ exuviæ* S. Materni, *litteris mandatum non reperi; at certè ſeculo octavo corpus ejuſdem etiam tum quieſcebat juxta corpora SS. Eucharii & Valerii, ſi rectè notavit biographus S. Maximini, qui ſecundùm Henſchenii conjecturas dicto ſeculo floruit, quique ſic ſcribit apud nos tom. VII Maii pag. 22; ubi enarrat tranſlationem S. Maximini ex Aquitania Treviros.* Pòſt denique veniens (*populus Trevirenſis, corpus S. Maximini deferens*) in Trevirorum parochiam ad caſtellum, quod dicitur Boſius; ecce quædam femina, immundum habens ſpiritum, exclamabat Trevirorum populo, & ait: Quid feciſti nobis ſic? Numquid non ſufficiebant vobis ſancti Dei Eucharius, Valerius, & Maternus & B. Agritius, qui nos torquent indeſinenter, multaſque inferunt anguſtias, quia huc adduxiſti S. Maximinum? Et confeſtim curata eſt ab immundo ſpiritu... Deinde civitati appropinquaverunt Trevirorum. Tunc univerſus populus utriuſque ſexûs cum thymiamatis & incenſis & luminaribus & frequentia multa ornamentorum, obviàm contra ſuum exierunt pontificem. S. Paulinus igitur civitatis antiſtes in baſilicam S. Joannis, quam anteceſſores ejus ædificaverant, ferri eum imperavit. Videlicet SS. Eucharius, Valerius atque Maternus alium illic præparaverunt ſibi locum ad quieſcendum: ibique vir beatiſſimus in eccleſia, cujus ſuperiùs meminimus, honorificè conditus eſt. At ſancti Eucharius, Valerius, Maternus ex altera quieſcunt parte civitatis, infra eccleſiam, quam ſibi procul à civitate mirabili conſtruxerunt opere.

D

E

& inde tranſlatum fuit anno 1037 ad metropolitanam Trevirenſem.

207 *Poſteriora verba, quibus alia præmittere viſum fuit ob rationem allegatam num. 66, ſufficienter innuunt, tria Sanctorum corpora ſimul delituiſſe eadem in eccleſia, cùm ſcriberet auctor, juxta cujus proinde fidem haud ita diu gaviſum fuit templum* S. Materni *ſacro hoc theſauro, quoniam paulò poſt tempora Egberti archiepiſcopi, ſuprà memorati, eo ditata fuit ipſa Trevirenſis eccleſia metropolitana. Browerus lib.* XI *num. 62 tranſlationem innectit anno* 1037, *eamque refert hoc modo:* Poppo (*archiepiſcopus Trevirenſis*) XII Kalendas Novembris ſacrum divi Materni pignus ex monaſterio beati Eucharii, pompam inſigni veneratione epiſcopis cleroque ducentibus, ad ſummam ædem tranſtulit, templique partem, eximiis antè donariis atque ornamentis affectam, magnâ hominum ad ſpectaculum effuſâ multitudine dedicavit, atque inde priſtinus ſurgere divi Petri baſilicæ nitor, cultuſque ſacrorum intermiſſus, alacriùs repeti cœpit. *Ita ille: corrigendus tamen quoad diem tranſlationi aſſignatam tum ex ipſiuſmet verbis infrà recitandis, tum ex Scheckmanno lib. 3 fol. 42 verſo, & ex Lectionario Trevirenſi mox citando; utrobique enim clarè dicitur, peractam eſſe tranſlationem* X *Kalendas Novembris ſeu die Octobris* XXIII *anni* 1037. *Idem annus ſignatur etiam in libello de oſtenſione reliquiarum eccleſiæ metropolitanæ linguâ Germanicâ conſcripto, & typis vulgato ſub auſpiciis Richardi archiepiſcopi, qui ab anno* 1511 *uſque ad* 1531 *Trevirenſem eccleſiam gubernavit, & de quo mox recurret ſermo; additur, tranſlationi adſtitiſſe tres epiſcopos, Metenſem ſcilicet, Tullenſem &, quantùm conjicio ex nomine urbis Teutonico,* Wirden, *Virodunenſem, ac deinceps annuâ memoriâ celebratam fuiſſe tranſlationis feſtivitatem in eccleſia metropolitana. Plus dicit Browerus lib. 2 Annalium num. 98 ſic ſcribens:* Cujus rei memoriam priſcis tota diœceſi feriatam veteres Faſtorum libri cuſtodiunt hâc notâ: X KALEND. NOVEMBRIS TREV. TRANSLATIO S. MATERNI.

F

poſt octavum tamen, ut apparet, ſeculum,

208 *Certè etiam hodie in dicta diœceſi recoli quotannis tranſlationis feſtivam memoriam, habemus ex Lectionario aliquoties citato, ubi ad diem* XXIII *Octobris, Officium præſcribitur de tranſlatione* S. Materni, *recitandum ritu ſemiduplici cum lectio-*

ejuſque tranſlationis memoria Officio annuo ibidem recolitur.

A *lectionibus ſecundi Nocturni propriis, quarum quarta & quinta hiſtoriam continent tranſlationis Coloniâ Treviros, ſexta autem poſt aſſignatum primæ depoſitionis locum clauditur hoc modo:* Tandem ordinatione divina per inclytum Popponem archiepiſcopum ad majorem eccleſiam Trevirenſem, ſanctis Petro & Paulo apoſtolis dedicatam, tranſlatus eſt decimo Kalendas Novembris. Quo loco mirabilia magna operans, neutiquam primæ pauſationis obliviſcitur, utrumque locum incredibili miraculorum multitudine colluſtrans.

Anno 1190 novo altari impoſitum fuit,

209 *Ceterùm ſacer iſte theſaurus, uti intelligo ex Medulla Scheckmanni lib.* 3 *fol.* 43 *verſo, reconditus fuit in ea eccleſiæ parte, quæ poſt* Chorus S. Nicolai *fuit appellata, donec circa annum* 1190 Johannes archiepiſcopus Trevirenſis ejuſce nominis primus (*verba ſunt Scheckmanni*) dum chorum eccleſiæ novum erexiſſet & divo Petro novum ſtatuiſſet altare, quo illud reliquiis magnificentiſſimis potuiſſet ornare, tulit in Kalendis Maii ex altario divi Nicolai tunicam illam Domini Jeſu inconſutilem, recondiditque in novum per ſe beato Petro apoſtolo dicatum altare, unà cum corpore glorioſi pontificis ſancti Materni, munivitque firmiſſimè repagulis & vectibus ferreis, ne pateret facilè aggreſſus & apertio. Reliquit itidem memoratus & perpetuò memorandus pontifex altare duci * Nicolai ſatis ſuperque reliquiis (*etiam* S. Materni, *ut poſt videbitur*) magnæ æſtimationis onuſtum & refertum.

B

**divi*

& inde extractum anno 1512,

210 *In altari S. Petri eo, quo dictum eſt, modo occluſæ fuerunt Sancti noſtri ſacræ exuviæ uſque ad annum* 1512, *quo Maximilianus imperator cum illuſtriſſimo principum imperii comitatu Treviros adveniens, apud Richardum archiepiſcopum & electorem inſtitit, obtinuitque, ut tunica Domini, reliquuſque ſacer theſaurus in eo altari deliteſcens, recluderetur ac publicæ venerationi exponeretur. Poſtremum hoc habemus ex binis teſtibus coævis, & veriſimiliter oculatis, Joanne Enen ſacrarum Litterarum doctore, tunc ædis primariæ eccleſiaſte, ac dein epiſcopo ſuffraganeo, & Joanne Scheckmanno, Enenii interprete, ſub idem tempus in monaſterio S. Maximini cœnobita. Dicunt itaque, quòd archiepiſcopus cum nobiliſſimo canonicorum collegio ſeſe contulerit ad eccleſiam primariam præfati anni die* XIV *Aprilis, Feriâ quartâ Paſchatis, juſſeritque aperiri aram, in qua reperta fuerint tres ciſtæ; tumque poſt enumeratas reliquias, contentas in duabus prioribus, de tertia ad rem noſtram tradunt ſequentia:* In medio altaris tertia ciſta fuit lignea, tribus repagulis ferreis amicta, ſuper quam denarius argenteus, cui illud inſculptum ſive anagliphum habebatur: SANCTUS MATERNUS. In qua repertum corpus ſancti Materni cum capite ejus, qui Trevirorum tertius, Colonienſium, Tungrenſium primus præſul fuit. *Ita apud Scheckmannum lib.* 3 *pag.* 45.

C

aſſiſtentibus imperatore, electoribus, prælatis, principibus

211 *Sequenti pagina deſcribit pompam ac modum, quo reliquiæ poſt dies aliquot publicè expoſitæ fuerunt:* Celebrabantur, *inquit*, eâ die Majanâ tertiâ (*inventioni ſanctiſſimæ Crucis conſecratâ*) funerales obſervantiæ dominæ illuſtriſſimæ Mariæ Blankæ, ſereniſſimæ imperatricis, filiæ ducis Mediolanenſis cum magna (ut par erat) ſolemnitate, devotione, cultu. Intererat illuſtriſſimus, excellentiſſimus, invictiſſimus princeps ac dominus maximus, dominus Maximilianus Romanorum imperator ſelectiſſimus, ſemper Cæſar Auguſtus, cum ceteris ſacri imperii electoribus, archiepiſcopis, epiſcopis, primoribus, ſummatibus, ducibus, comitibus, baronibus, ambaſiatoribus & id genus reliquis, ut excuſum poſtea videbis. Exportatæ reliquiæ inventæ, tribus argenteis ciſtis ad chorum ſuper altare, quod tum locatum fuerat ante Cæſarei culminis potentiam. Auguſtalis claritas hiis principibus fulcita erat ſeu ſtipata: Electores imperii, quos chori principes vulgus forenſe nominat; Uriel Moguntinus archiepiſcopus, Richardus Trevericus archiepiſcopus, Philippus Colonianus archiepiſcopus, Ludovicus comes Palatinus cis Rhenum. Epiſcopi, duces & marchiones: Albertus marchio Brandenburgenſis, magiſter & dominus totius Ordinis Teutonicorum; Fredericus marchio de Brandenburg; Fredericus Bavariæ dux & comes Palatinus; Georgius epiſcopus Bambergenſis; Wilhelmus Argentinenſis epiſcopus; Ulricus dux Wirtembergenſis; Chriſtophorus marchio Badenſis; Mathæus epiſcopus Gurtzenſis; Hugo epiſcopus Tullenſis; Kaſimirus (&) Johannes marchiones Brandenburgenſes, Philippus (&) Erneſtus marchiones Badenſes. AUCTORE J. P.

eorumque legatis, publicè expoſitum fuit,

212 Nomina ambaſiatorum ſive legatorum & quorumdam magnatum: Legatio domini Papæ; legationis regis Franciæ ambaſiator, Claudius epiſcopus Marſilienſis; legationes regis Hiſpaniæ, regis Angliæ, regis Navarræ, ducis Wilhelmi de Bavaria, ducis Ferrariæ, epiſcopi Wormacienſis, epiſcopi Spirenſis, Lantgravii Heſſiæ; ambaſiator domini de Walachia in confinio Conſtantinopoleos. Item Lantgravia Heſſiæ, comes Hennenberg & multi alii præclari proceres, comites, barones, milites, domicelli, doctores, prælati, qui omnes hîc cùm brevitatis amore, tùm ob copiam penè innumeram ſubticentur. *In ora marginali calamo adſcripta ſunt verba ſequentia:* Hæc tum vidi præſens ego F. Chriſtophorus, tunc annorum circitèr XVIII; *additumque eſt inferiùs eâdem manu, tres ciſtas tapetibus pretioſis circumductas cum debito ornatu præcedentibus cereis magnis ex camera reliquiarum delatas fuiſſe per venerabiles & nobiles dominos canonicos, dominum Ottonem à Breythbach archidiaconum, dominum Chriſtophorum à Reineck, & tertium item canonicum, cujus ſibi nomen excidiſſe, ait ſcriptor.* E

ac viſitanti populo conceſſæ indulgentiæ, idque repetitur ſingulis ſeptenniis.

213 *Browerus lib.* 20 *Annalium num.* 48, *iiſdem de inventione & oſtenſione reliquiarum enarratis ſubjungit, quòd, ubi res ad finitimos longiúſque poſitos populos permanâſſet, Trevirim tunc religionis causâ confluxiſſe memorentur ad centum hominum millia. Poſt hæc ob frequentem peregrinantium accurſum, & procurante Richardo archiepiſcopo, & rogante toto capitulo metropolitano, inſignes viſitantibus dictam eccleſiam conceſſæ ſunt indulgentiæ à Leone X PP., ſtatutumque, ut ſeptimo quoque anno per continuos quatuordecim dies, incipiendo à die* X *menſis Julii, earumdem reliquiarum iteraretur publica exhibitio; uti fuſè enarrat Scheckmannus lib.* 3 *pag.* 41 & 42, *ubi denuò recenſens exhibendas reliquias, ſecundo loco ponit baculum S. Petri apoſtoli*, quo ſuſcitatus fuit S. Maternus; *octavo*, corpus odorum S. Materni epiſcopi, F

Reliquiæ Sancti

214 *Huc item pertinet, quod refert pag.* 50 *in hæc verba:* Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quingenteſimo decimo tertio, tertiâ decimâ die Aprilis, cùm jam reliquiis prænominatis conſtruere intenderent domini canonici majoris eccleſiæ Trevirenſis locum conſervationis inſignem, neceſſe habuerunt infringere altare divi Nicolai, quod in eadem eſt eccleſia. Quod ubi apertum fuiſſet, invenerunt ciſtam angulatim ferro munitam, &

AUCTORE J. P.

sigillatam sigillo feliciſſimæ recordationis domini Johannis, hujus nominis primi archiepiſcopi Trevirenſis, in qua ſubſcriptæ ſunt reliquiæ repertæ, & in feſto Philippi & Jacobi apoſtolorum, ubi celebratur ejuſce eccleſiæ dedicationis dies, denunciatæ populo & intimatæ.

aſſervantur etiam Treviris in eccleſia S. Paulini

215 *Tum longa ſerie eaſdem deſcribens, ait de Sancto noſtro:* De maxilla S. Materni epiſcopi cum duobus dentibus & aliæ reliquiæ ejuſdem involutæ panno. *Hinc demum progreditur laudatus auctor ad enumerationem reliquiarum, quæ in aliis urbis Trevericæ præcipuis eccleſiis ſervantur quàm plurimæ: at in iis (excipe eccleſiam S. Matthiæ) nullas Sancti noſtri aſſignat; credo, quia notabiliores dumtaxat producere intendit. Nam certè poſſidet aliquas ejus reliquias eccleſia collegiata S. Paulini, uti diſcimus ex libello impreſſo de ſolemni oſtenſione reliquiarum, quæ in eadem ſit annis biſextilibus Dominicâ proximâ tertio Idus Maii. Laudatus Scheckmannus pag. 56 agens de monaſterio S. Matthiæ, ejuſque baſilica atque unà dans catalogum præcipuarum reliquiarum, quarum illic* oſtenſio, *uti ipſe loquitur,* ſingulis annis bis celebratur, quartâ Feriâ in pœnoſa (*ſancta*) ebdomada manè circà nonam; item in Vigilia Pentecoſtes manè circa nonam, poſt prandium circa primam, *eas inter collocat* & S. Materni *reliquias; idem ſit in altero catalogo ſeorſum excuſo ſub annum* 1515, *ſed in neutro, quæ qualeſve hæ ſint, exprimitur.*

B

in monaſterio S. Matthiæ, & Luxemburgi civitate ejuſdem diœceſeos:

216 *Aſſervantur in eadem eccleſia & aliæ Sancti noſtri exuviæ, ſed eæ in ſecretis altarium abditæ ſunt ab anno* 1148, *quando illa de novo exſtructa, & per Eugenium tertium Pontificem, aſſiſtentibus & cooperantibus pluribus S. R. E. Cardinalibus ac epiſcopis, ſolemni pompa S. Matthiæ apoſtolo dedicata fuit Idibus Januarii, atque unà conſecratæ ſunt aræ ſeptem, pluribus Sanctorum reliquiis locupletatæ, & tres quidem* S. Materni; *primaria, quæ SS. Joanni Euangeliſtæ, Euchario, Philippo & Jacobo, ac S. Stephano protomartyri ſacra eſt; altera, quæ ad tumbam S. Matthiæ ſita eſt & in honorem ſanctæ Crucis ac ſanctorum apoſtolorum Matthiæ & Jacobi fratris Domini erecta; tertia verò, quæ in parte inferiori SS. Gregorio PP., Nicolao, Benedicto abbati atque omnibus Chriſti confeſſoribus dicata eſt. Hæc & alia ad eamdem rem pertinentia fusè deſcripta habes ad diem* XXIV *Februarii apud nos tom.* 3 *pag.* 453 *ex inſtrumento Treviris accepto, in quo & nomina leguntur quindecim Eminentiſſimorum Cardinalium, qui præter eas, quas conceſſerant ipſe ſummus Pontifex & Adelbero Trevirenſium archipræſul, ſinguli indulgentias contulerunt* omnibus (*verba inſtrumenti ſunt*) viſitantibus limina ſanctorum apoſtolorum Joannis & Matthiæ, Philippi & Jacobi & ſanctorum confeſſorum Eucharii, Valerii, Materni, Agritii & multorum aliorum Sanctorum, qui in noſtro monaſterio requieſcunt. *Alias Sancti exuvias non inveni in civitatibus aut locis Trevirenſi archidiœceſi ſubjectis, præterquam Luxemburgi in Munſterienſi Ordinis S. Benedicti cœnobio, ubi, teſtibus Rayſſio & Bucelino, viſuntur* S. Materni *chirothecæ.*

C

bis per annum recurrit ejus feſtivitas.

217 *Ex deductis hoc & præcedente § pronum eſt judicare quanto cultu & honore olim in eadem fuerit affectus, ut neceſſe non ſit in ejus rei teſtimonium producere Faſtos aut alia hujuſmodi antiqui cultûs monumenta. Hodierni autem cultûs non dubium indicium eſt Lectionarium Officiorum, in quo bini per annum dies deſignantur* S. Materno *ſacri,* XXIII *Octobris, quo tranſlationis memoria recolitur Officio ſemiduplici, ut ſuperiùs dictum eſt,* & XIV *Septembris, quo natalis ejus in cælis feſtivitas celebratur Officio ſub ritu duplici, ſed hoc anticipari poſſe, indicatur in Calendario, quod Lectionario præfigitur; haud dubiè propter concurrens eodem die feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis. Officium ferè totum, ut conjicio, deſumitur ex communi Confeſſoris Pontificis; nihil etenim notatur proprium præter lectiones ſecundi Nocturni, quæ partim ex Vita, partim ex traditionibus hactenus expoſitis & examinatis collectæ ſunt, ut etiam ſupervacaneum ſit eas hîc deſcribere. Itaque ad alios tranſimus, apud quos* S. Materni *cultus viget,* & *reliquiæ honorantur.*

D

§ XXI. Reliquiæ & cultus Coloniæ Agrippinæ, Tungris, Leodii, & Trajecti ad Moſam.

E

In diœceſi Colonienſi variæ ſunt reliquiæ,

DE *reliquiis* S. Materni *ſervatis apud Agrippinenſes nonnulla jam prælibavimus; puta de iis, quæ honorantur in eccleſia ipſi erecta haud procul à civitate, loco, quem Rodenkirche appellant; & de prodigioſo S. Petri baculo, utcumque ad Sanctum noſtrum pertinente, utpote quo ad vitam revocatus creditur, & cujus pars hodiedum cum aliis pretioſiſſimis cimeliis oſtenditur in ſacro theſauro eccleſiæ cathedralis. Si rectè ſcribat Gelenius in Sacris & piis Faſtis Agrippinenſibus ad* XIV *Septembris, notabiles ejus reliquiæ cuſtodiuntur etiam in eccleſiis B. Mariæ Virginis ad Indulgentias & B. Mariæ Virginis ad littus, & in utraque quidem pollex ſancti Epiſcopi, uti notat lib.* 3 *ſyntag.* 22 & 26 *de Magnitudine Coloniæ, citatque poſteriore loco Winhemium, qui verè id habet in Sacrario de eccleſia S. Mariæ ad Indulgentias; verùm de pollice aſſervato in eccleſia S. Mariæ ad littus nihil apud ipſum invenio.*

& inſignis eſt cultus S. Materni.

219 *Præclarum ſummæ Colonienſium erga Sanctum noſtrum venerationis indicium eſt hierotheca argentea, in qua anno* 1633 *reconditum fuit corpus S. Engelberti, quamque delineans ſeparato libello laudatus Gelenius, ſic habet cap.* 2: In latitudinis, quæ eſt unius pedis & medii, frontiſpicio exhibentur B. Petri, Apoſtolorum principis & B. Materni primi Colonienſium præſulis ſtatuæ, quas inter medium ponitur Chriſti Salvatoris ſimulachrum; averſam & ultimam latitudinis faciem ornat B. M. Virgo cum Magis Euangelicis, munera Θεοτόκῳ deferentibus. *Annua autem feſtivitate natalem ejus celebrant die* XIII *Septembris, ad quem tum annuntiatur in Uſuardi auctі editione Lubeco-Colonienſi aliiſque apud Sollerium, tum præcipitur Officium legendum ritu duplici in Breviariis diœceſeos. Bina habemus exemplaria excuſa, alterum anno* 1458, *alterum* 1618. *Omnia utrobique dicenda notantur de communi Confeſſoris Pontificis, præterquam, quòd in vetuſtiore lectiones primi & ſecundi Nocturni dentur propriæ, conflatæ, ut de Trevirenſibus dictum eſt, ex Vita & traditionibus; Reſponſorium ad octavam lectionem ſequens legebatur:* Laudemus Dominum in beati antiſtitis Materni meritis glorioſi. Ad ſepulchrum ejus ægri veniunt & ſanantur.

F

A tur. VERS. Venerabilis Deus, qui aſſiduis beatum Maternum miraculis choruſcare facit. *Oratio verò hæc :* Deus, qui diverſarum nationum populis præclaros veræ fidei conſtituiſti prædicatores, concede quæſumus, ut omnes, qui ad ſanctiſſimi doctoris noſtri Materni feſta conveniunt, præſentis vitæ proſperitatem & futuram æternæ beatitudinis gloriam conſequantur. Per Dominum. *Remanſit eadem Oratio in recentiore Breviario, at omiſſum eſt reſponſorium; lectiones autem ex Vita ad tres redactæ ſunt & ad normam Breviarii Romani pro ſecundo tantùm Nocturno aſſignatæ. Atque hæc ſunt, quæ de reliquiis & cultu in Colonienſi diœceſi notata reperi, venio ad Leodienſem.*

Brachium ejus & pedum epiſcopale Tungris; Leodii oſſa aliquot,

220 *Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 330 *ſcribens de eccleſia B. Mariæ Virginis Tungris, inſignes hìc ſervari memorat* S. Materni *reliquias, unum nempe brachium, ac præterea pedum ejus epiſcopale. Et de pedo quidem eadem traditio eſt apud Trevirenſes : etenim in Ms. hujus eccleſiæ cathedralis, de quo memini num.* 198, *poſt enarratam baculi S. Petri diviſionem Trevirenſes inter & Colonienſes, ita ſequitur :*

B Cùm autem Tongrenſes ipſius baculi ſaltem aliquam partem ſupplicarent ſibi dare, nec ad hoc Trevirenſes poſſent induci, de conſilio prudentum, ita providè ordinatum fuit, ut Tongrenſibus daretur ſancti Materni baculus, quo ipſe uti conſueverat officio paſtorali. Quod & factum eſt. *Gaudet ſimiliter inſignibus Sancti reliquiis eccleſia cathedralis Leodienſis, ex urbe Trevirenſi illuc delatis ſeculo* IX. *Hujus rei notitiam habemus ex Hiſtoria viſitationis reliquiarum factæ anno* 1489 *menſe Aprili, conſcripta ab auctore contemporaneo, adjectaque ad calcem capitis* 45 *Geſtorum pontificum Leodienſium apud Chapeavillum tom.* 3 *pag.* 213.

anno 1489

221 *Qua occaſione & auctoritate quibuſque præſentibus inſtituta fuerit dicta viſitatio, expoſuimus tom.* III *Septembris pag.* 108 *& ſeq. in Commentario prævio ad Acta S. Madelbertæ, cujus ſacræ exuviæ ibidem ſimiliter quieſcunt, quò brevitatis causâ lectorem remittimus, hìc unicè deſcripturi, quæ de* S. Materno *referuntur. Itaque memoratus anonymus, præmiſſa narratione viſitationis feretri S. Lamberti, factæ die* XIV *Aprilis, & SS. Petri & Andoleti MM. die* XVIII, Deinde, *inquit*, altera die ſequente idem D. cantor (*Henricus ex Palude*) virtute ejuſdem commiſſionis feretrum B. Materni confeſſoris viſitavit, in quo nonnulla oſſa ejuſdem Confeſſoris reperit, unà cum pluribus aliis reliquiis aliorum Sanctorum, & in eodem feretro ſcedulam talis tenoris : „In iſto feretro habentur oſſa S. Mater-„ni confeſſoris, primi epiſcopi Tungrenſis, ex „ Treviris Leodium tranſlatæ, unà cum quam-„ plurimis reliquiis ſanctorum Apoſtolorum, mar-„ tyrum, confeſſorum, virginum atque aliorum „ electorum, anno Domini octingenteſimo qua-„ drageſimo ſecundo per Otgherum decanum de „ licentia Stephani Papæ quarti.„

C

viſitantur,

222 *Inde pergit anonymus ad feretrum S. Madelbertæ, & expoſita ejus viſitatione, ſic ſcribit :* Quibus omnibus ſic viſitatis & decenter relocatis, idem dictus cantor ambo feretra ſuis ferramentis claudi & conclavari juſſit & ſimilibus ſcedulis etiam ab extrà poſitis & affixis, juſſit ambo feretra rubeo colore digniſſimè colorari, & ad ſuum locum priſtinum, prout poſita ſunt, collocari. *Demum, paucis interpoſitis, ita Hiſtoriam concludit :* Tandem omnibus his ſacroſanctis reliquiis digniſſimè in ſuis collocatis, claves feretri tam exteriores quàm interiores fuerunt per dominos meos decanum & capitulum portatæ & collocatæ in archiviis eccleſiæ in capſa ſuperiori, quæ intitulatur, MECHLINIA. *Eadem ad verbum refert antè memoratus Rayſſius pag.* 264, *citans Bzovium in Annalibus eccleſiaſticis ad annum* 1489. *Sed miror, non fuiſſe obſervatum mendum chronographicum, quod verìſimillimè oſcitantiâ deſcribentium irrepſit in ſchedulam, repertam in feretro reliquiarum* S. Materni; *ubi Stephanus IV conjungitur cum anno* 842; *cùm Stephanus V, dictus IV, poſt Pontificatum menſium ſeptem & dierum aliquot obierit menſe Januario anni* 817. *Subſtituendus igitur Stephano Gregorius PP. IV, qui ab anno* 827 *uſque ad* 843 *S. Petri Cathedram occupavit. Si quis tamen omnes ſchedulæ characteres retinere cupit, dicat is, dummodò ſatis veriſimile appareat, licentiam, à Stephano conceſſam ſub annum* 816, *fuiſſe exſecutioni mandatam anno* 842, *ſedente Gregorio.*

AUCTORE J. P.

inſigni pompa circumferuntur,

223 *Memoratæ Hiſtoriæ viſitationis reliquiarum ſubnectitur apud Chapeavillum citatum, relatio altera, ab eodem anonymo concinnata, de ſolemniſſima feſtivitate, eodem anno* 1489 *Leodii celebrata, quæ quidem potiſſimùm reſpicit S. Lambertum, atque idcirco dabitur fortaſſe integra, cùm de ipſo agendum veniet; verumtamen quoniam & Sanctus noſter aliquam in ea partem habuit, juverit ea ſaltem inde decerpere, in quibus ejus fit mentio. Orditur auctor extollendo ſolemnitatem ſuis diebus habitam, aſſerendoque talem non fuiſſe viſam antehac Leodii; tum pluribus deſcribit ejus occaſionem, apparatum ad eam prævium, ornatum eccleſiæ & civitatis, indictas preces peculiares, inſtituta jejunia, aliaque hujuſmodi, ac demum ſupplicationis, ad quam convenerant clerus univerſus, omneſque Ordines religioſi, depicta quaſi ſerie, ſic proſequitur :* Poſt omnium eo modo progreſſum, exeunt abbatiarum & eccleſiarum capellani reliquiarum latores, torres ex utroque latere deferuntur, nitent veſtibus, miratur populus, pronus adorat. Hinc ſancti feretrum Theodardi, à quatuor parvæ menſæ canonicis, & pari modo poſt eos à totidem S. Materni; aliud pretioſius ſancti Lamberti omni cum ſolemnitate cappas indutis rubeas portabantur.

E

F

& publicæ veneration exponentur. Sacellum

224 *Subſequitur & tertia ibidem ejuſdem auctoris relatio, quâ graphicè denuo depingit publicam reliquiarum, quæ ad introitum chori eccleſiæ primariæ in ornatiſſimo altari repoſitæ fuerant, oſtenſionem, magna ſolemnitate inchoatam die* X *menſis Julii anni* 1489, *&, affluente innumera populi frequentia, ſingulis penè diebus continuatam uſque ad feſtum S. Mariæ Magdalenæ, quo ſimili pompa priſtinis locis collocatæ ſunt. Relationi ſubjicit reliquiarum catalogum &, quo oſtenſæ ſunt, ordinem.* Pro quarta vice, *inquit*, feretrum S. Madelbertæ &c. Feretrum ſancti Materni, primi epiſcopi Tongrenſis, in quo ſunt multa oſſa corporis ejus, per Ogerum decanum de licentia Stephani Papæ quarti, anno Domini octingenteſimo quadrageſimo ſecundo Leodium tranſlata. *Hæc de reliquiis. Ceterùm idem anonymus ſub finem Catalogi ſacellum memorat in cathedrali eccleſia, nomine* S. Materni *inſignitum, & reliquiis ornatum; verba tranſcribo :* Item ſunt ultra præmiſſas ſanctiſſimas reliquias in eccleſia Leodienſi in ſummo altari & infra ſepta feretri S. Lamberti in cappella S. Materni & in cappella S. Ægidii diverſæ aliæ venerandæ reliquiæ,

AUCTORE J. P.

quæ propter earum multitudinem non fuerunt oſtenſæ.

& collegium canonicorum ibidem à S. Materno nuncupatum.

225 *Præterea in eadem S. Lamberti eccleſia etiam nunc collegium eſt Canonicorum, à* S. Materno *nuncupatum, cujus primordia & fundatorem perhibet in hunc modum Fiſenus ad annum* 1113 : Produxit eccleſia Leodienſis his temporibus virum gente nobilem, ſed religione, charitate Chriſtiana, juſtitiâque clariorem, Helinum nomine, quem S. Lamberti præpoſitum appellat Tranſmoſanus, alii abbatem S. Mariæ, multis præclarè factis nobilitatus eſt in poſteritatem perennaturis. Denos inferioris notæ canonicos, quibus à S. Materno nomen dedit, in æde principe collocavit; quos cum aliis ejuſdem conditionis, quos Parvæ menſæ (*titulo S. Ægidii*) canonicos appellant, rem divinam procurare voluit.

Feſtum ejus celebratur 19 Septembris;

226 *Feſtum* S. Materni, *quod prævenitur à Colonienſibus, differtur à Leodienſibus uſque in diem* XIX *Septembris, iſque mos obſervatus fuit à tribus certè ſeculis, & veriſimiliter pluribus; ad eum diem memoria ejus ſit in variis additamentis ad Uſuardum; ſcilicet in Ms. deſumpto ex Matricula Cartuſiæ Ultrajectinæ, & altero, quod* Ms. D. Du Cheval *appellamus: item in editione Lubeco-Colonienſi atque Greveno, & in his quidem, quia Sanctus ad alios dies annuntiatur Treviris & Coloniæ, ad diſtinctionem additur civitas hoc modo:* Ipſo die, commemoratio ſancti Materni archiepiſcopi & confeſſoris apud Tungerim. *Id ipſum etiam obſervatum eſt in Florario noſtro Sanctorum Ms. Conſonant Miſſale Leodienſe & Breviaria Trajectenſe & Leodienſe valdè antiqua. At in Tungrenſi Breviario vetuſto Officium ejus ſtatuitur ad diem* XXV *Septembris.*

B

ad quam Miſſale antiquum Leodienſe Miſſam,

227 *Miſſale typis Pariſienſibus prodiit anno* 1509, *habetque ad dictum diem* XIX *Septembris Miſſam de Sancto partim propriam, partim ex communi Confeſſoris Pontificis compoſitam. Accipe orationes:* COLLECTA. Deus, qui populo tuo ſanctum dediſti Maternum prædicatorem, concede, ut tanti Pontificis interceſſione & tuæ pietatis defenſione ab omnibus liberemur adverſis & tranquilla proſperitate in tua laude lætemur. Per Dominum. SECRETA. Sancti confeſſoris tui Materni nos Domine quæſumus annua feſtivitas pietati tuæ reddat acceptos, ut hæc piæ oblationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum. COMPLENDA. Sancti Materni confeſſoris tui atque pontificis ſupplicationibus, Domine, tribue nos foveri, ut cujus ſolemnitatem annuo celebramus obſequio, apud te interceſſionibus commendemur & meritis. Per Dominum.

C

& varia Breviaria Officium habent proprium;

228 *Breviarium Trajectenſe eccleſiæ S. Servatii, valdè antiquum, ſed in fine mutilum, dicta die Officium habet integrum de communi præter lectiones ſex primas, ex* S. Materni *Vita deſumptas, & orationem ſequentem:* Sancti Materni confeſſoris tui atque pontificis nos, Domine, tuere præſidiis, ut, cujus ſolemnia celebramus, ejus ſemper interceſſionibus & meritis commendemur. Per Dominum. *At Tungrenſe, quod pariter mutilum eſt nec minùs vetuſtum, & Leodienſe editum anno* 1558, *talia continent Officia de Sancto noſtro, ut ſi pſalmos demas & in Tungrenſi tertii Nocturni Lectiones, reliqua ſint propria penè ſingula. Hoc Officium, pauciſſimis mutatis, inſertum quoque fuit Proprio Sanctorum Leodienſis diœceſeos ad annum* 1623. *Orationem dedimus ex Breviario Trajectenſi, cetera paſſim accommodata ſunt ad eam opinionem, quâ Sanctus ſtatuitur divi Petri diſcipulus, & ad alia, quæ diſcuſſimus. En tibi ſpecimen in Hymno, qui canebatur ad utraſque Veſperas.*

D

unde hymnus ad utraſque Veſperas

229 Ad honorem Conditoris,
Cui vivunt omnia,
Diem magni Confeſſoris
Celebret Eccleſia,
In qua curſûs & laboris
Eſt adeptus præmia.
Primùm hic præordinatus
Divinâ Clementiâ,
Ad Germanos deſtinatus
Petri providentiâ,
Unus fuit ſociatus
Prædicandi gratiâ.
Qui inſiſtens votis plenis
Sermonis officio,
Prægravatus mortis pœnis,
Raptus eſt è medio,
Et diebus quater denis
Terræ tentus gremio.
Sed à morte ſuſcitatus
Sacro Petri baculo,
Et tot annis præſul datus,
Quem convertit, populo,
Quot diebus ſic humatus
Fuerat in tumulo.

E

deſcribitur.

230 Tandem curſu conſummato,
Corpus à Tungrenſibus
Expetitum planctu grato
Et Colonienſibus,
Rheno ſurſum obliquato,
Datur Trevirenſibus.
Serve Dei præelecte,
Tua per ſuffragia,
O Materne, Deum flecte,
Impetratâ veniâ,
Nos ſalutis ut perfectæ
Conſequamur gaudia.
Gloria & honor Deo
Uſquequaque altiſſimo,
Unà Patri, Filioque,
Inclyto Paraclito,
Cui laus eſt & poteſtas,
Per æterna ſæcula. Amen.

Officium recentius, aliaque ad cultum ſpectantia.

231 *Dubitamus tamen, an laudatum Officium uſurpetur hodiedum in ulla eccleſia diœceſeos Leodienſis. Etenim in Breviario, quod reverendiſſimi ac ſereniſſimi Ferdinandi epiſcopi-principis auctoritate, & utriuſque cleri conſenſu recognitum fuit, preloque vulgatum anno* 1636, *præcipitur quidem Officium* S. Materni, *dicendum ritu duplici ad diem* XIX *Septembris; ſed nihil datur proprium præter orationem ac lectiones; pro ceteris remittitur ad Commune de confeſſore pontifice. Videntur autem Leodienſes olim non tantùm hac die celebrâſſe præcipuam Sancti feſtivitatem, ſed præterea annuam recoluiſſe memoriam tranſlationis reliquiarum ad diem* XIX *Martii, ad quam, uti in Prætermiſſis monuimus, tom.* III *Martii pag.* 767, *inſcripta eſt Ms. Adoni Leodienſi monaſterii S. Laurentii, & Florario noſtro Ms., ſequens annuntiatio:* Leodii tranſlatio reliquiarum S. Materni epiſcopi & confeſſoris. *Quidquid ſit, ex dictis abundè conſtat, quòd Leodienſes æquè ac Trevirenſes, Colonienſes, aliique populi enumerati, ſumma ſemper veneratione ac pietate affecti fuerint erga* S. Maternum, *per quem fidem acceperunt & divinæ ſapientiæ puritatem, quæ longo tot ætatum lapſu perſeverat intaminata, quam-*

F

A *quamque* nos, *inquit Fiſenus*, apoſtolici illius Herois ſeri nepotes tenemus, veneramur, tenebimuſque in ævum ac venerabimur, cælo favente; atque ita, ut Chriſto per Maternum vivimus, ſic Materni vivet in nobis immortalis gloria, nulla umquam re claudenda, niſi æternitate.

§ XXII. Reliquiæ Sancti in Bohemia ac Hiſpania; miracula poſt obitum patrata, ac generatim dumtaxat enarrata.

Pragæ ob inſignes reliquias annua fit Sancti commemoratio.

B *Diximus* § XV, *gaudere Pragenſem eccleſiam portione prodigioſi baculi, per cujus contactum ad vitam revocatus fuiſſe fertur* S. Maternus, *& qua occaſione eo theſauro potita fuerit, oſtendimus tum ex Phoſphoro de Gloria ac majeſtate memoratæ eccleſiæ, tum ex Diario ſeu indice menſis ac dici, quo reliquiæ ibidem conſervatæ per anni decurſum honorantur: ex hoc autem Diario diſcimus, & alias in eadem eccleſia reliquias eſſe Sancti, earumque præcipuam veneration em haberi ad diem* XIV *Septembris, ad quam ita legitur:* XIV S. Materni epiſcopi, qui erat diſcipulus S. Petri Apoſtoli. De brachio fruſtum inſigne, allatum MCCCLVII. Aliud Aquiſgrano per Carolum (IV *imperatorem*) allatum MCCCLXXII. Item crucula ipſius pectoralis ex metallo. *Ob eaſdem haud dubiè inſignes reliquias annua fit in archidiœceſi commemoratio* S. Materni *ipſo die feſto Exaltationis ſanctæ Crucis cum oratione propria, quam hùc transfero ex Proprio Sanctorum per Bohemiam, Moraviam & Sileſiam, impreſſo Vetero-Pragæ ad annum* 1732. Deus, qui beatum Maternum confeſſorem tuum atque pontificem per merita beati Petri apoſtoli tui quadrageſimo die à morte reſuſcitâſti, & eumdem exinde per annos quadraginta pontificali inſula decorâſti; tribue quæſumus, ut, quem tot miraculis in terra coruſcare vidimus, ejus apud te precibus adjuvemur, & ab omni malo corporis & animæ liberemur. Per Dominum noſtrum.

C 233 *Servantur & in Hiſpania Sancti noſtri reliquiæ, cum aliis Sanctorum multis, ſeculo* XVI *per archiepiſcopum electorem Trevirenſem tranſmiſſæ ad regem Catholicum Philippum ejus nominis ſecundum, ac repoſitæ in celeberrimo regioque monaſterio S. Laurentii, quod* Eſcurial *vulgò appellatur, prout intelligimus ex documento, quod ibidem exiſtens Cuperus noſter menſe Februario anni* 1722 *manu propria deſcripſit ex ejuſdem monaſterii Ms. Lipſanologio. Verba Hiſpanica latinè reddita ita ſonant.* Item reliquiæ, quas ſuæ Majeſtati miſit archiepiſcopus Trevirenſis in magna hierotheca in formam libri cum ſeris ex argento inaurato. In antica tegumenti parte quatuor (*ſunt*) minora ſcuta (*eſcudos*) in nigro heteromallo acu picta auro & minoribus margaritis; in medio ſcutum grandius. In parte verò interiori numiſmata quatuor ex argento inaurato cum quatuor Euangeliſtis, atque in medio grande numiſma in modum ſolis cum reſurrectione Chriſti in medio. Quam (*hierothecam*) dictus archiepiſcopus Trevirenſis ſuæ Majeſtati miſit cum infrà dicendis reliquiis, impoſitis ſtragulo ex heteromallo rubro (*de camerſi*) cum fimbriis auro intertextis & coopertis panno bombycino rubro.

Regium monaſterium S. Laurentii in Hiſpania

coſtam ejus poſſidet, acceptam Trevviris

234 *Poſt hæc ordine Sanctorum reliquiæ aſſignantur & eas inter* Una coſta S. Materni archiepiſcopi Trevirenſis, longa quartâ ulnæ parte & duobus digitis, lata uno digito. *Reliquiarum catalogo ſubjicit Cuperus teſtimonia, ſeu potiùs fragmenta teſtimoniorum, monetque in margine magnam eorum partem à ſe ſtudio reciſam fuiſſe, veriſimiliter temporis lucrandi intuitu. Priori teſtimonio, quod ipſiuſmet Trevirenſis archipræſulis & principis eſt, ſequens initium eſſe ait:* Jacobus Dei gratia archiepiſcopus Trevirenſis, ſacri Romani imperii per Galliam & regnum Arelatenſe archicancellarius & princeps elector. *Poſt nonnulla de laude & patrocinio reliquiarum ac elogio regis Philippi ac ducis Albani, procedit ad enumerationem earumdem & locorum, unde deſumptæ fuerint, puta ex monaſterio S. Matthiæ prope Trevirim de reliquiis S. Matthiæ & S. Philippi apoſtolorum, S. Blaſii epiſcopi martyris & S. Modeſti epiſcopi Trevirenſis.* Præterea, *hæc inſtrumenti ipſa verba ſunt*, ex metropolitana noſtra Trevirenſi eccleſia ſubſcriptas addidimus venerandas reliquias. Primùm de S. Materno.... Feſtum depoſitionis S. Materni XIV Septembris: tranſlationis verò XXIII Octobris, quotannis cum magna totius populi frequentia & devotione celebratur. E

anno 1570.

235 *Sequuntur dein plura de reliquiis SS. Modoaldi archiepiſcopi Trevirenſis & Barbaræ virginis martyris, ex eadem metropolitana deſumptis. Item de reliquiis SS. Paulini, Felicis, Mari epiſcoporum, & Thebæorum martyrum, ſumptis ex eccleſia S. Paulini extra muros civitatis, ac tandem clauditur teſtimonium hâc formulâ:* In ſupradictorum omnium fidem nos præſentes propriæ manûs inſcriptione & noſtri ſigilli appenſione muniri voluimus. Datæ in civitate noſtra Confluentina anno Domini MDLXX die XXVII menſis Maji. Jacobus archiepiſcopus Trevirenſis, princeps Elector M. P. SSbt. *De ſecundo inſtrumento iſta notat laudatus Cuperus:* Sequitur aliud teſtimonium Latinum anni Domini MDLXX, die ultima menſis Junii, quâ aſſeruntur per deputatos ab illuſtriſſimo Principe ſupradicto miſſæ reliquiæ ſuprà memoratæ, apertæ & exhibitæ D. Viglio à Zwichen, eccleſiæ S. Bavonis apud Gandenſes Præpoſito &c., ac poſtea denuo recluſæ. *Nihil autem ex eo recitat præter ſequentem clauſulam:* Acta hæc ſunt Bruxellis in ædibus præfati reverendi domini Præpoſiti, cancellarii & præſidis, anno, menſe ac die ſuprafcriptis, præſente ac cooperante reverendo in Chriſto patre D. Gerardo abbate Boneffenſi; nobili ac eximio D. Jacobo Heſſel, equite aurato, regiæ Catholicæ Majeſtatis conſiliario; D. Urbano De Scharenborg, ſecretario regio; D. Henrico de Palude presbytero, aliiſque pluribus Catholicis & fide dignis, & me Giſleno Grafeo, regiæ Catholicæ Majeſtatis ſecretario ſubſcripto. De mandato reverendi clariſſimique domini Præpoſiti & præſidis, G. Grafeus ſubſcr. F

Miracula ad ſanctam ejus corpus plurima

236 *Inſtituti noſtri ratio & affectus erga Sanctum exigeret modò, ut quemadmodum, quâ potuimus accuratione, diſſeruimus de ejus geſtis, cultu, reliquiis, & ad hæc ſpectantibus, ad eumdem etiam modum lectorum oculis ſubjiceremus miracula ac beneficia poſt obitum ejus patrocinio impetrata, qualia, ſi ea conſideres, quæ gene-*

AUCTORE J. P.

generatim litteris mandata sunt, conjicies fuisse nec pauca nec communia. Audi epilogum Actorum SS. Eucharii, Valerii ac Materni *apud nos tom. 2 Januarii pag. 922:* Hæc de gestis sanctorum Patrum post excidium Trevericæ urbis relictos cineres diligentiùs perscrutantes, sparsim in chartulis scripta invenimus, quæ in unum redacta utilitati legentium tam præsentium quàm futurorum fideliter commendamus: & quamvis in præsenti libello pauca de eorum sanctissimis actis propter casum superiùs memoratum contineantur, credendum sine dubio est, multas virtutes, dum adhuc in corpore viverent, per eos Dominum exercuisse; quando nunc ad reliquias ipsorum hoc idem non cessat agere. Nam in eodem loco cæci frequenter illuminantur, ægroti sanantur, dæmones ab obsessis corporibus fugantur, variæque infirmitates tam corporis quàm animæ curantur: & quicumque illic pio desiderio ac fideli devotione venerit, ibique Dominum per merita ipsorum de quacumque necessitate exoraverit, non solum ea, quæ postulaverit, consequitur; verùm etiam & his potiora se percepisse lætatur, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

B

generatim perstringuntur: apparitio ipsius facta sæculo 9.

237 *Audi & periodum ultimam lectionis sextæ Officii, quod legitur Treviris die* XXIII *Octobris de translatione corporis* S. Materni: Quo loco (*in metropolitana*) mirabilia magna operans nequaquam primæ paufationis (*cœnobii S. Matthiæ*) obliviscitur, utrumque locum incredibili miraculorum multitudine collustrans. *Haud minùs honorifica de miraculis mentio est in Responsorio, quod suprà descripsimus ex antiquiore Breviario Coloniensi. Adde Scheckmannum in Medulla lib. 3 fol. 42 verso sic scribentem:* Meritorum ejus suffragia cùm omni morbo medentur, tum præcipuè febri. *Verumtamen quidquid laboris impenderim perscrutando seu Mss. libros seu impressos, nusquam succurrit mihi peculiaris beneficiorum aut miraculorum enarratio. Quapropter Commentario finem impono per unam Sancti apparitionem, quam sæculo* IX *factam lego in sæpè memoratis Gestis Trevirorum cap.* 40 *paucis hisce verbis:* Post Fortunatum Trevirorum ecclesiæ Hetti præfuit abbas Mediolacensis. Hic admonitus in visu à S. Materno, in XXIII anno Ludovici imperatoris, asportavit corpus S. Castoris de loco, qui vocatur Cardenna (Cordona) ad Confluentiam, ad monasterium, quod ipse construxerat. *Plura de his videri possunt tom. 2 Februarii ad diem* XIII, *quo S. Castoris illustrata sunt Acta.*

C

APPENDIX

JAm paragraphus septimus Commentarii nostri de S. Materno *prelum subierat, quando allata nobis sunt litteræ, die* XX *Februarii anni* 1752 *Treviris conscriptæ à laudato sæpe illustrissimo domino Joanne Nicolao ab Hontheim, episcopo Myriophitano, archiepiscopi electoris Trevirensis suffraganeo, in quibus sic scribit vir ille de Opere nostro optimè meritus:* Cùm nuper negotiorum causâ in abbatia Prumiensi essem, incidi in librum, quem AUREUM vocant, antiquiora monasterii documenta, & alia memoranda continentem. Est codex pretiosè compactus seculi XI. Visuntur in eo catalogi imperatorum, archiepiscoporum Trevirensium & abbatum Prumiensium. Primus desinit in Henrico IV, alter in Egilberto, tertii prima manus in Nizone; quæ omnia in idem tempus recidunt. Putavi, hunc Trevirensium præsulum catalogum cum revda P. V. communicandum, quia quoad immediatam successionem Materni & Agritii est similis San-Gislenensi, quem edidi in Dissertatione de Æra fundatæ ecclesiæ Trevirensis, ac proinde thesin, eadem Dissertatione stabilitam, non leviter firmat. *Firmat sanè catalogus iste illustrissimi sententiam, firmatque similiter ea præsertim, quæ nos in memorato nostro Commentario paragraphis* VI *&* VII *observavimus de viginti duobus vel tribus* Maternum *inter & Agritium episcopis, qui comparent in Broweri & aliorum catalogis antistitum Trevirensium, & pro quorum vero ibidem episcopatu non ostenduntur monumenta antiquiora Gestis Trevirorum & Mariani Scoti Chronico; in quæ tamen Gesta Trevirorum verisimiliter illati non sunt à primo eorumdem compilatore, sed postmodum imprudenter intrusi à continuatoribus & interpolatoribus, ut scilicet, sublatâ ducentorum penè annorum sedis episcopalis vacatione, ab aliis asserta, plausibilior evaderet traditio illa popularis de missione SS. Eucharii, Valerii &* Materni *à S. Petro apostolo, primo æra Christianæ sæculo; uti citatis locis probare conati sumus, tum ex ipsismet Gestis Trevirorum, tum ex aliis monumentis, quorum auctores, quamvis etiam domestici, vel ignorârunt pratenses istos episcopos,* S. Materni *successores, vel cognitos non admiserunt ut tales. Ea inter monumenta produximus mox laudatum catalogum, descriptum è codice membraneo bibliothecæ monasterii S. Gisleni in Hannonia, cui certè, quia mutilus erat saltem in fine, operæ pretium fuisset adjungere hunc Prumiensem, si tempori advenisset. Quapropter eum, lectoribus rem gratam præstituros nos arbitrantes, hîc subnectimus.*

D

E

NOMINA

EPISCOPORUM TREVIRENSIUM.

Ex libro aureo *monasterii Prumiensis fol.* 108.

S. Eucharius.
S. Valerius.
S. Maternus.
S. Agricius.
S. Maximinus.
S. Paulinus.
Bonosus.
Brito.
Felix.
Mauricius.
S. Legontius.
Severus.
Quirillus.
Jamnerus.
Emerus.
S. Marus.
Volusianus.
Miletus.
Modestus.
Maximianus.
Fabicius.
S. Abrunculus.
S. Rusticus.
S. Nicetius.
S. Magnericus.
Gundericus.
Sabaudus.
S. Modoaldus.
Numerianus.
S. Basinus.
S. Leutuuinus.
Milo.
Yviemadus.
Richbodo.
Vuizo.
Hetti.
Tietgaudus.
Beredolfus.
Radbodus.
Ruodgerus.
Ruopertus.
Henricus.
Deodericus.
Egbertus.
Leudolfus.
Meingaudus.
Poppo.
Eberhardus.
Udo.
Egilbertus.

F

DE

A

AUCTORE J. S.

DE S. JOANNE CHRYSOSTOMO,

EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO ET ECCLESIÆ DOCTORE,

PROPE COMANA IN PONTO,

COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Opera Chryſoſtomi in Commentario adhibenda; ut & Dialogus, cujus auctor Palladius epiſcopus, alter à Palladio Helenopolitano: an uterque fuerit Catholicus.

B E

AN. CDVII. *Opera Chryſoſtomi pro Commentario hoc adhibenda:*

Vitam celeberrimi Eccleſiæ doctoris, S. Joannis Chryſoſtomi, *Annalibus & Hiſtoriis eccleſiaſticis inſeruerunt ſcriptores plurimi poſteriorum ſeculorum, quorum ſtudio & labore utar more noſtro, ſingula videlicet examinando ſecundum antiqua monumenta. Inter hæc primum haud dubiè locum tenent ipſa* Chryſoſtomi *Opera frequenter impreſſa, ac nuper tredecim tomis recuſa Pariſiis operâ & ſtudio Bernardi de Montfaucon, monachi Ordinis S. Benedicti è Congregatione S. Mauri. Hac editione Græco-Latina, utpote ceteris pleniore & commodiore, ſic utendum ſtatui, ut alteram etiam Græco-Latinam Pariſienſem, quam Fronto Ducæus Societatis Jeſu adornavit, ſubinde ſim conſulturus, nec omnino neglecturus Græcam editionem Henrici Savilii, Etonæ in Anglia factam, quando loci cujuſdam ambiguitas id exigere videbitur. Ex Operibus autem* Chryſoſtomi *præ ceteris copioſam materiam dabunt Epiſtolæ, eodem prorſus ordine & modo impreſſæ apud Ducæum & Montfauconum, exceptis pauciſſimis, quæ apud utrumque extra numerum ſunt relictæ.*

C

& Dialogus Palladii de geſtis S. Joannis.

2 *Secundum locum inter ſcriptores, qui geſta* S. Joannis Chryſoſtomi *enarranda ſuſceperunt, meretur Dialogus ille de Vita* S. Chryſoſtomi, *quem dudum Latinè edidit Ambroſius Camaldulenſis, quemque anno* 1680 *accuratiùs Græco-Latinè vulgavit Emericus Bigotius, eruditus Gallus, ſub hoc titulo:* Dialogus hiſtoricus Palladii epiſcopi Helenopolis cum Theodoro eccleſiæ Romanæ diacono de vita & converſatione beati Johannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolis. *Hanc editionem Græco-Latinam nuperrimè recudit Bernardus de Montfaucon tom.* 13 *noviſſimæ editionis Operum* S. Chryſoſtomi. *Gemina hæc editio facit, ut Dialogum illum ne Latinè quidem Operi noſtro inſerendum cenſeam, præſertim cùm geſta Sancti in eo non enarrentur ordine ſuo, cúmque multa contineat ad* Chryſoſtomum *minùs ſpectantia, & aliqua etiam inutilia. Verumtamen quidquid in eo Opuſculo de ſancto Doctore refertur, ſuis locis transferam ad hunc Commentarium. Hac de cauſa in auctorem Dialogi diligenter eſt inquirendum.*

Hujus auctor Dialogi

3 *Bigotius in præfatione variorum ſcriptorum auctoritate evincit, auctorem hujus Dialogi eſſe epiſcopum quemdam nomine Palladium; tametſi mox viſuri ſimus hunc non eſſe Palladium Helenopolitanum, ut ipſe quoque agnoſcit. Totum Bigotii ratiocinium huc transfero.* Dialogus de vita Johannis Chryſoſtomi inter epiſcopum, & Theodorum Romanæ Eccleſiæ diaconum habitus eſt Romæ coram multis, & per plures dies. Hunc epiſcopum vocatum fuiſſe Palladium, & præfuiſſe eccleſiæ Helenopolitanæ, fidem faciunt hæc tituli verba, Διάλογος Παλλαδίου ἐπισκόπου Ἑλενοπόλεως, eadem in fine libelli repetita. Apud Savilium habetur elenchus auctorum, qui aliquid de Johanne Chryſoſtomo ſcripſerunt. Fuit autem excerptus Patavii ex codice vetuſtiſſimo Michaëlis Sophiani, & præfigitur apud eumdem Savilium Vitæ S. Johannis Chryſoſtomi, ſcriptæ ab auctore quodam anonymo, qui ſe eam concinnâſſe dicit ex omnibus, qui in dicto elencho nominantur, ſcriptoribus. Hos inter legitur Παλλάδιος ἐπίσκοπος Ἑλενοπόλεως, (*Palladius epiſcopus Helenopolitanus.*)

F

Palladius epiſcopus vocatur à Georgio & Photio,

4 Georgius Alexandrinus patriarcha, qui multa ex hoc Dialogo in Vitam Johannis Chryſoſtomi, à ſe ſcriptam, tranſtulit, ea omnia accepta refert Palladio epiſcopo: quæ eadem omnia in hoc Dialogo ſcripta leguntur. *Tum ſubdit verba Græca Georgii. At miſſis Græcis, Latina tantùm ſubjungam tam hujus Georgii quam aliorum, ut ſic brevitati conſulam.* „Quædam eorum, *inquit* „*Georgius*, ex Dialogo Palladii epiſcopi cum „Theodoro Romanæ Eccleſiæ diacono hauſimus. „Ille temporibus iſtis vixit Conſtantinopoli, & „interfuit omnibus, quæ acta ſunt. Poſtea verò „urbe, atque epiſcopatu ſuo deceſſit, abomina„tus communionem cum iis, qui inſidias ſtruxe„rant adverſùs beatum Johannem, atque con„tra ipſum, immò contra ſua capita ſententias „tulerant, nulla canonum habita ratione.„ Photius, qui hanc ſancti Johannis à Georgio com-

AUCTORE J. S.

positam Vitam legit, & ex ea quædam in sua Bibliotheca nobis reliquit, hæc habet. „Refert „quædam ex Palladio. Palladius ille episcopus „fuit, & Dialogi formâ pulcrè & studiosè res „Chrysostomi conscripsit.„ Theodorus Trimithuntis in Cypro insula episcopus (*infrà latiùs memorandus*) de nostri auctore Dialogi hæc habet: „Differit de Johanne, & de omnibus, quæ „ipsi acciderunt, cum Theodoro magnæ urbis „Romæ diacono vir quidam venerandus, Pal„ladius nomine. Ille primùm multos annos ere„mum incoluit, deinde ad episcopatum in Bi„thynia promotus fuit, & scripsit virtutes mul„torum patrum. Idem ipse communicavit cum „Johanne, & in obscura domuncula undecim „menses latuit.„ Ex his colligere licet, episcopum, auctorem hujus Dialogi, nominatum fuisse Palladium à Georgio Alexandrino, atque à Photio.

ab aliis etiam Helenopolitanus fuit creditus.

5 Addit Theodorus Trimithuntis episcopus, eum in Bithynia donatum episcopatu. Solus titulus codicis Græci Dialogi, & Indiculus, qui exstat apud Savilium, hunc episcopum fuisse Helenopolitanum tradunt. Hoc porrò animadvertendum est, in codice Florentino (est autem sexcentorum annorum) adscriptum haberi in margine, ἐν ἄλλοις γράφεται Ασπώνων (*id est*, in aliis scribitur Asponensis) è regione vocis Ελενυπόλεως: quæ notatio indicat, hunc ipsum Palladium, qui dicitur Helenopolitanus, etiam dictum fuisse ab aliis episcopum Asponensem. His adstipulari videtur Socrates, qui libro septimo cap. 26 Historiæ ecclesiasticæ, in catalogo episcoporum, qui ab uno episcopatu ad alium translati fuerunt, ait: „Palladius ab Helenopoli Asponam transla„tus est„.... Helenopolis est in Bithynia, Aspona verò in Galatia prima sub Ancyra metropoli. Mihi autem admodùm probabile videtur, auctorem hujus Dialogi nomen suum dedità operâ reticuisse, neque adscripsisse fronti Operis, aut narrationis corpori inseruisse.... Palladii nomen additum deinde fuit: ac tandem Palladius ab aliquibus episcopus Helenopolitanus, ab aliis episcopus Asponensis nominatus, ab aliis autem creditus est episcopus in Bithynia, & idem auctor Historiæ eremiticæ ad Lausum, quæ vulgò Lausiaca dicitur. *Huetenus Bigotius, qui deinde dubitat, an auctor Dialogi revera dicendus sit* Palladius, *& an fuerit* Helenopolitanus *episcopus, ut præfert titulus.*

Videtur ille omnino fuisse Palladius episcopus:

6 *Tillemontius tom.* XI *Monum. Eccl. in Palladio Helenopolitano art.* 12 *existimat, auctorem Dialogi revera* Palladium *fuisse dictum, sed diversum esse à Palladio Helenopolitano, qui auctor est Historiæ Lausiacæ. Hanc sententiam sequitur Remigius Ceillier in Opere Gallico de Auctoribus sacris tom.* 10 *in Palladio num.* 14. *Uterque opinionem suam iis probavit rationibus, ut mihi omnino videatur vera, & tutò sequenda. Conjectura Bigotii, qui suspicatur* Palladii *nomen non fuisse adscriptum Dialogo ab auctore suo, sed postea additum, prorsus incerta est, nec sufficeret illa nominis omissio, etiamsi certa esset, ad repudiandum* Palladii *nomen, cum Georgius Alexandrinus & Photius asserant, Dialogum fuisse conscriptum à Palladio episcopo. Non addunt illi, Helenopolitanum fuisse episcopum, ideoque erroris nequeunt convinci. Nulla igitur est ratio, quâ fidem ipsis de Palladii nomine abrogare possimus aut debeamus. Hinc mihi alia occurrit conjectura, quæ tamen ad propositum nostrum non est necessaria. Suspicor, Dialogo ab initio adscriptum fuisse nomen* Palladii episcopi, *sed omissum fuisse locum episcopatûs. Sic Palladii nomen Georgio & Photio potuit innotescere. Posteriores verò scriptores, cùm Palladium Helenopolitanum inter amicos* Chrysostomi *reperirent, ex fallaci conjectura hunc Dialogi auctorem credidisse, & sic locum episcopatûs falsò videntur Palladio apposuisse.*

at variis rationibus

7 *Porrò, quidquid sit de occasione illius erroris, dubitare nequeo, quin erratum sit, quando Palladio Helenopolitano attributum est Opusculum, quod alterius est Palladii. Primò enim Palladius Dialogi auctor canitie venerandus erat, sive senex, quando paulò post mortem* Chrysostomi, *sive circa annum* 408, *differebat cum Theodoro diacono, quem pag.* 36 *sic alloquitur:* Ipsa canities & dignitas nostra, ut de me ipso loquar, tibi sufficere debebant, ut vera esse crederes, quæ dicimus. *Theodorus verò pag.* 38 *ad hæc sic respondet:* Ignosce mihi, optime, nec mihi canos capillos testes profer: senuerunt enim etiam improbi *&c. Atqui Palladius Helenopolitanus anno* 408 *vix excesserat annos quadraginta. Nam Historiam Lausiacam edidit circa annum* 420, *ut modò consentiunt eruditi. Tunc autem natus erat annos quinquaginta & tres, ut ipse ait in Epistola prævia ad Lausum. Itaque auctor Dialogi erat ætate multò provectiore quàm auctor Historiæ Lausiacæ, & consequenter duo illi Palladii sunt diversi.*

evincitur, Palladium Dialogi auctorem

8 *Deinde Palladius Helenopolitanus Romam venit anno* 405, *ut in laudato Dialogo pag.* 26 *narratur his verbis:* Elapso mense (*post adventum aliorum episcoporum*) accessit Palladius episcopus Helenopolis absque litteris, qui & ipse fugisse se magistratuum furorem dicebat, & nobis omnia expressiùs declaravit *&c. Post horum & aliorum adventum coacta est Synodus Occidentalium episcoporum, indeque legati missi ad Arcadium imperatorem anno* 406 *cum litteris Innocentii Papæ, Honorii imperatoris & aliorum. Hi verò legati, ut legitur pag.* 31, *profecti sunt* cum Cyriaco, Demetrio, Palladio & Eulysio episcopis. *Verùm legati illi pessimè fuerunt excepti, reduceseque re infecta, nesciebant, ubi essent* Demetrius, Cyriacus, Eulysius, atque Palladius episcopi, *quemadmodum pag.* 34 *Theodorus diaconus Palladio nostro exponit. At quod Romæ ignorabat Theodorus, intellexerat Palladius noster, antequam Romam veniret, illique de singulis enarrat pag.* 194, *ubi de Palladio affirmat,* Palladium episcopum in vicinia Blemmyum aut Æthiopum custodiri, in oppido, Syene dicto. *Hunc autem esse Helenopolitanum, ostendunt socii, quibuscum Româ discesserat, & de quorum detentione ibi quoque differitur.*

alium esse à Palladio Helenopolitano.

9 *Ex hisce clarissimè patet, Palladium Helenopolitanum alium esse à Palladio, qui in Dialogo differit cum Theodoro. Etenim hic Palladius Romam primùm venit, mortuo* Chrysostomo, *id est, circa annum* 408: *nam pag.* 7, *interrogante Theodoro diacono:* Unde ad nos nunc advenis? *eidem respondet:* Ab Oriente scilicet. Nunc enim primùm Romam video. *Mortuum autem tunc fuisse Sanctum, Theodorus pag.* 36 *affirmat his verbis:* Simul declara nobis,... qui ejus vitæ finis: siquidem mortuus est, ut audimus. *Itaque, cùm obierit* Chrysostomus *anno* 407; *Palladius Dialogi auctor Romam non venit, nisi circa annum* 408. *Palladius igitur hic eò venit tribus ferè annis post Helenopolitanum, & postquam Helenopolitanus toto ferè biennio inde recesserat, & demum quando Helenopolitanus custodiebatur in*

AUCTORE J. S.

A *in oppido Syene prope Æthiopiam. Hæc tam manifestè evincunt, diversos esse Palladios, ut necesse non sit observare, tam Palladium nostrum quàm Theodorum in Dialogo de Palladio Helenopolitano ubique loqui tamquam de alio & de absente. Itaque cum in ipso Dialogo Palladius Helenopolitanus ab auctore Dialogi clarè distinguatur, inter amicos* Chrysostomi *alius quoque fuerit Palladius episcopus.*

Inter amicos Chrysostomi duo numerandi Palladii;

10 *Neque mirum videri debet, inter episcopos* Chrysostomo *faventes, duos fuisse Palladios, sicut inter eos & duos reperiemus Cyriacos; cùm quadraginta ipsi adhærerent episcopi, & horum pars major sit ignota. Epistola* 113 Chrysostomi, *inscripta* Palladio episcopo, *ad auctorem Dialogi forsan data est. Data enim est ad episcopum Constantinopoli latitantem, ut constat ex his verbis:* Nam cùm in occulto delitescatis, spatium habetis cum mente contrita precibus inhærendi. *Atqui auctor Dialogi diutissimè ibidem latuit, ut patebit ex mox dicendis. Contrà non constat, an Palladius Helenopolitanus manserit Constantinopoli post expulsionem* Chrysostomi. *Certè ibi non diu permansit, cùm Romam venerit anno* 405. *Scribebat autem* Chrysostomus *ad Palladium, à quo,*

B *ibidem latitare volente, litteras acceperat, ita ut verisimile sit, hasce ad alterum Palladium esse datas, eumque Dialogi esse auctorem. Verùm sive ad hunc Palladium, ut verisimile est, at non omnino certum, data fuerit illa Epistola; certè Dialogus variis locis probat, Palladium illius auctorem ex amicis fuisse ejusdem Sancti.*

auctor Dialogi frequenter adfuit Sancto,

11 *Theodorus pag.* 8 *ipsi dicit:* Credo autem te esse ex Johannis Constantinopolitani consortio. *Respondet Palladius:* Sic est, ut dixisti. *Idem pag.* 124, *& rursum pag.* 125 *affirmat, se adfuisse judicio, quo Antoninus Ephesinus damnatus, aliique episcopi depositi sunt à* Chrysostomo, *& pag.* 140 *addit:* Horum etiam Acta exstant, quæ servantur apud nos cum subscriptionibus viginti duorum episcoporum *&c. Deinde cum* Chrysostomo *erat hic Palladius anno* 403, *quando Sanctus in concilio ad Quercum fuit damnatus, ut liquet pag.* 66 *&* 67, *ubi dicit:* Eramus quadraginta episcopi cum Johanne episcopo *&c. Anno etiam sequenti, dum expulsus ex urbe fuit* Chrysostomus, *cum eo haud dubiè erat Palladius inter quadraginta episcopos pag.* 82 *&* 83

C *generatim memoratos. Erat idem Constantinopoli anno* 406, *quando ibi gravia passus est* Stephanus monachus, qui Romanorum epistolas *Constantinopolim* detulit: *nam de ejus cruciatibus dicit pag.* 197: Cujus rei ipse oculatus testis fui. *Videtur igitur Palladius Constantinopoli latuisse usque ad auditam ibi* Chrysostomi *mortem, eaque intellectâ, Romam petiisse, ubi fortasse obiit.*

ejusque causâ deinde exsulavit:

12 *Quidquid verò sit de commoratione ipsius Constantinopoli usque ad Sancti obitum, certum est, Palladium* Chrysostomi *causâ exsulâsse ab ecclesia sua, & amore pacis, in Occidentali ecclesia vigentis, Romam venisse, ut affirmat pag.* 7. *Etenim pag.* 8 *sic loquitur:* Sicut in resolutis membris animæ operationes ad saniores membrorum partes recurrunt; ita patitur infelix Orientis ecclesia. Resolutis enim ejus membris, neque ob pulsam concordiam munia sua exsequi valentibus, plerique de expeditis, & ejus desiderio accensis, exsules à patria erramus, qui sine periculo & tranquillè alumnam nostram incolere non possimus ob amorem veritatis, si quo modo paucos, qui adhuc supersunt, vitæ dies secundum Euangelium apud vos vivamus. *Ex hactenus dictis ha-*

bemus, Palladium hunc multis Chrysostomi *gestis fuisse præsentem, amicitiâ cum Sancto fuisse conjunctum, fuisse ætate provectum, & amore veritatis & defensione sancti Episcopi è patria & episcopatu suo exsulem. Si hæc omnia scriptis ipsius fidem historicam & historicè certam nequeant conciliare, nescio quo tandem opus futurum sit scriptore ad fidem faciendam; præsertim cùm tantùm non juramento dicta sua confirmet, & Theodorus diaconus gravissimè eum hortaretur ad vera narrandum, insinuans etiam facilè aliorum testimonio deprehendi posse, si narraret falsa.*

gravissimisque verbis declarat,

13 *Aliqua huc transfero.* Rogo te, *inquit Theodorus pag.* 8, ut Deo teste narres nobis verè ea, quæ singillatim scire avidè cupimus: de isto certus quòd, siquid præter veritatem nobis nuntiaveris, Deum habebis quæsitorem & judicem. Arguêris quoque etiam à nobis, qui aliter acceperimus. Non enim unus, aut alter, aut tres, aut decem, aut cujuscumque generis homines ea, quæ Constantinopoli contigerunt, nobis denarrârunt, sed plures; & ex illis alii episcopi, alii presbyteri atque ex ordine monachorum. *Idem rursus pag.* 35: Velis igitur, pater, & libenter velis coram Deo nobis dicere, unde E & illorum adversus Johannem odium *&c. Respondet ibi Palladius:* Ipsa canities & dignitas nostra, ut de me ipso loquar, tibi sufficere debebant, ut vera esse crederes, quæ dicimus. Quoniam verò id non fecisti, & bis me jam ad judicium Dei vocas, posthac saltem, omisso omni prætextu, aures mihi accommoda, ne in vanum decurrat oratio. Scio enim, quæ in Lege divinâ scripta sunt: Perdet Deus omnes, qui loquuntur mendacium. Et apud apostolum Johannem: Qui loquitur mendacium, non est ex Deo. Et rursus apud Davidem: Quoniam obstructum est os loquentium iniqua. Revera enim iniquè agit, qui fallit eum, cui persuadet: & qui credit mentienti, etiam iniquè agit, dum facilè credit. *Hisce plura mox addit.*

non nisi vera narrare se velle.

14 *Rursum Theodorus pag.* 38: Si de vulgari ac levis momenti negotio inquisitio esset, sacratissime pater, sufficeret adspectus tui species ad faciendam verbis tuis fidem. Sed quoniam cùm * de veritate inquiritur.... ignosce mihi, optime, nec mihi canos capillos testes profer *&c. Hisce aliisque de veritatis ratione habenda approbatis, subdit Palladius pag.* 39: Unde me tibi libenter permitto, qui trutinam tuam in neutram partem inclinare exploraverim. *Iterum Palladius pag.* 141 *fidem suam in narrando obtestatur his verbis:* Eadem mihi ac prius erit ratio veritatis. Non enim obliviscar vocem Domini dicentis: De omni verbo otioso reddent rationem homines in die judicii. Ego autem audacter addidero, & de omni otioso auditu. Itaque & te ipsum tuere cautiùs, ne siquid me non verè loqui animadvertas, non canis meis cedas, sed ipsi rerum veritati. Quid enim mihi ex iis, quæ hodie aut heri dicta sunt, utilitatis accedat, si mentiar: quæ in perpetuum coram exacto judicio confusioni mihi forent. Quomodo autem feram molarem detractionis lapidem in vertice mentis, in profundum gehennæ detractus propter eos, qui à mendaciis scandalum passi sunt. *Hactenus Palladius, de cujus sinceritate non videtur mihi dubitandum, neque tam multa de fide ipsius adducenda fuissent, nisi ea Eminentissimo Baronio fuisset suspecta; qua verò de causa, nunc exponendum.*

**redundat* cùm

15 *Nimirum Eminentissimus scriptor auctorem*

AUCTORE J. S.

Baronius utramque Palladium confundens,

Dialogi subindè confudit cum Palladio Helenopolitano, & partibus Origenistarum addictum credidit. Origenis erroribus infectum fuisse Palladium Helenopolitanum, variis rationibus inculcat ad annum 388 *num.* 103 *& sequentibus, ubi tamen num.* 110 *observat, diversos esse Palladium Helenopolitanum & Palladium Dialogi auctorem, ita scribens:* Licèt hunc, de quo agimus, Palladium diversum ab illo esse oporteat, qui in eo dialogo interloquitur, *addens etiam qualemcumque probationem nobis non necessariam. Verùm ad annum* 400 *num.* 61 *auctorem Dialogi cum auctore Historiæ Lausiacæ non obscurè confundit, & Palladium pro Origenista habet, sic differens:* Sed à quo Sozomenus ejusmodi est mutuatus historiam? Invenies planè eadem fermè & alia à Palladio, & ipso jam dudum Origenista, esse conscripta (*in Dialogo nimirum.*) Quantùm autem ipse ejusdem sectæ hominibus faverit, consule ipsius Lausiaca, ubi totus versatur in laude Isidori ac consodalium monachorum. *Hac imbutus opinione Baronius, Palladio nostro frequenter fidem abrogare nititur, eumdemque ex duobus unum factum ut Origenistam, & Origenistarum gratiâ mentientem in suis Annalibus compellat.*

B

Origenistam credidit.

16 *Verùm lubet magis in hisce consilium religiosissimi Baronii quàm opinionem sequi. Ad annum* 400 *num.* 62 *ita prudenter monet:* Quòd igitur à suspectis auctoribus tota historia de expulsis ab Ægypto monachis Origenistis (*ut volebat saltem Theophilus Alexandrinus, in hac re ipse suspectus*) esse accepta noscatur; quódque insuper ex utraque parte stare videas sanctissimos viros; necesse est, ut magnâ cautelâ attendat oratio, ne privato quodam affectu incedens, declinet in dexteram vel sinistram *&c. Non dubito, quin id pro viribus conatus sit facere vir pius & eruditus. At cùm homini etiam erudito & diligenti error possit obrepere, cúmque agatur de duobus* Chrysostomi *amicis, qui nec Sancto nostro, nec S. Innocentio Papæ, nec Constantinopoli nec Romæ, ubi ambo satis diu morati sunt, de hæresi videntur fuisse suspecti, omnino examinandas puto Baronii rationes, nec sequendam ipsius opinionem, nisi fuerit solidè fundata. Examinabo autem argumenta, etsi pleraque contra solum Helenopolitanum possint objici, eo ordine, quo*

C *proposita sunt à Baronio: nam si neuter videatur Origenista habendus, tantò minùs suspectus erit Dialogi auctor.*

Argumenta Baronii,

17 *Prima Baronii objectio est, quòd Palladius fuerit discipulus Evagrii Pontici, qui secutus dicitur errores Origenis.* Evagrii Pontici consuetudine (*inquit ad annum* 388 *num.* 103 *de Palladio*) Origenis erroribus imbutus est, *laudatque testes S. Hieronymum & S. Epiphanium, quorum verba afferam inferiùs. Respondeo interim ad argumentum de Evagrio, non negare me, errâsse Evagrium. Sed numquam in vita sua damnatum fuisse ut hæreticum, abunde probat Tillemontius tom.* 10 *in Evagrio art.* 8, *ubi multa affert ad excusandum Evagrium, de quibus judicare poterunt alii. Mihi ad defensionem Palladii sufficere videtur, quòd Evagrius de hæresi accusatus non sit, quamdiu vixit, ita ut ab ipsius consuetudine abstinendum sibi non crederet. Etenim ad Evagrium venit, sicut ad alios plurimos solitarios, ex quibus varii sunt Sancti, ut exercitationes & virtutes monachorum disceret, non ut fidei dogmatis imbueretur. Itaque non video, quâ consequentiâ ex commoratione aliquot annorum cum Evagrio inferri possit, Origenistam fuisse Palladium. Certè ita ratiocinatus non est* D S. Chrysostomus, *qui Palladium ex Ægypto reversum ad episcopatum Helenopolitanum promovit, ejusque operâ in gravibus negotiis usus est. Sic ratiocinatus non est S. Innocentius Papa & clerus Romanus, cùm Romæ honorificè exceptus fuerit Palladius. Sic ratiocinatus non est Constantinopolitanus ille episcopus, qui post pacem Ecclesiæ redditam, Palladium promovit ad ecclesiam Asponensem in Galatia. Quapropter nullius momenti videtur istud argumentum.*

18 *Deinde num.* 107 *objicit Hieronymi verba ex præfatione Dialogi contra Pelagianos:* Palladius servilis nequitiæ, eamdem hæresim (*Origenis*) instaurare conatus est *&c. Velim scire, unde noverit Eminentissimus scriptor, Helenopolitanum esse Palladium, de quo ibi loquitur Hieronymus, cùm non pauci eo tempore vixerint Palladii. Quidquid verò causæ Baronio fuerit ita existimandi, ego difficulter credere possum, S. Hieronymum tanto cum contemptu, quantum hæc indicant verba,* Palladius servilis nequitiæ *&c., locutum fuisse de episcopo* Chrysostomi *amico. Addit Baronius ex Epistola S. Epiphanii ad Joannem Hierosolymitanum hæc verba:* Palladium E verò Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc misericordiâ Dei indiget, cave, quia Origenis hæresim prædicat & docet, ne fortè aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris. *Tillemontius in Palladio art.* XI *observat, epistolam illam S. Epiphanii fuisse scriptam anno* 396, *& consequenter ostendit, minimè esse verisimile, S. Epiphanium loqui de Palladio Helenopolitano, qui in Ægypto mansit ab anno* 388 *usque ad* 399. *Quis enim credat, S. Epiphanium monuisse, ut episcopus Hierosolymitanus caveret à monacho, qui septem non octo annis in ipsius diœcesi non fuerat, & cujus unica tunc cura fuisse videtur, ut monachos consuleret, eorumque virtutes imitaretur? Verisimilius longè mihi est, Palladium hunc ne cognitum quidem tunc fuisse S. Epiphanio, episcopo Salaminæ in Cypro insula, ubi numquam fuisse videtur Palladius.*

ex conjecturis ferè

19 *Præterea S. Isidorus Peluseota plurimas ad varios Palladios scripsit epistolas. Alia enim datæ leguntur ad Palladium episcopum, alia ad diaconum, alia ad subdiaconum, alio ad lectorem ejusdem nominis, alia demum ad Palladium nullo titulo insignem. Inter hos Palladius diaconus reprehenditur lib.* 3 *epist.* 239 *ut lapsus* in errorem & hæresim. *Et lib.* 2 *epist.* 145 *eidem, opinor,* Palladio diacono *ita scribit:* Ne dum per inficiationem id auceparis, ut minimè errâsse videaris, in aliud peccatum incidas (nemo enim malo malum curat, incredibilis enim cujusdam absurditatis hoc quidem etiam apud externos ac prophanos esse censetur:) verùm per pœnitentiam allatâ peccato medicinâ, in eum statum te addines, ut non ampliùs pecces. *Idem Palladium diaconum, fortasse eumdem, objurgat, quòd desideraret episcopatum. Cùm autem S. Isidorus jam ante quintum seculum florere cœperit, verisimile apparet, Palladium diaconum, à S. Isidoro reprehensum, illum ipsum esse Palladium, quem Origenis sectatoribus annumerant Epiphanius & Hieronymus. At inde non intulerim, eumdem quoque esse commemoratum à S. Hieronymo in Epitaphio S. Paulæ his verbis:* Quidam veterator callidus, atque, ut sibi videbatur, doctus & sciolus *&c. Narrat Hieronymus eum quæstiones aliquot proposuisse S. Paulæ ad insinuandos eidem er-*

iisque incertis

F

A errores Origenis, sed nomen non exprimit.

petita, non videntur evincere,

20 Baronius vero credidit, se deprehendisse, illum non fuisse alium, quàm Palladium Helenopolitanum, ita differens: Cùm Origenistarum nullum alium nominet (S. Epiphanius,) nisi Palladium; certè, etsi alii essent eadem labe conspersi, tamen non alium quàm ipsum id muneris subiisse, ut Origenis deliramenta doceret, satis apparet. Quamobrem Origenistam illum, quem S. Paulam tentâsse Hieronymus scribit, neminem certè præter Palladium tunc in Palæstina morantem fuisse conspicio. *Ita quidem eruditissimus Annalista per conjecturam. At conjectura illa nequaquam mihi apparet verisimilis: neque Baronius ipse, opinor, in eam conjecturam incidisset, si magis attendisset ad ætatem Palladii, & ad commorationem ipsius in Ægypto. Etenim Palladius in Ægyptum venit* secundo consulatu Theodosii Magni imperatoris, *id est, anno* 388, *quando annos agebat viginti ferè & unum, eaque de causa cap.* 1 *dicit, se venisse in Ægyptum ad Isidorum presbyterum, dum erat* adolescens. *Nulla igitur verisimilitudine dici potest, illum hæreticas quæstiones ante id tempus Paulæ proposuisse.*

B *Ex Ægypto recessit anno* 399, *ut clarè colligitur ex epistola ipsius ad Lausum, & ex totius vitæ chronotaxi. Discessit autem ob morbum Alexandriam primùm, inde in Palæstinam, ac demum in Bithyniam, ubi eodem anno aut initio sequentis ordinatus est episcopus, quemadmodum narrat in Historia Lausiaca cap.* 43 *apud Rosweydum in Vitis Patrum. Poterat revera ad S. Paulam tunc accedere, in Bethleem commorantem. At verisimile non est, eum quæstionibus iis, quas refert Hieronymus, Sanctam tentâsse, cùm quia ægrotabat, tum quia exiguo tempore in Palæstina subsistere potuit: neque enim credibile est, ausum fuisse primo aut secundo congressu talia proponere matronæ piæ & doctæ, qualia nullibi in Historia sua commemoravit.*

Palladium Helenopolitanum fuisse Origenistam.

21 *Objicit tertiò Baronius, Palladium in Historia Lausiaca stylum convertisse contra S. Hieronymum, quem de invidia accusat. Respondeo, Palladium pauca de Hieronymo scripsisse, eidemque Sanctum illum, qui non paucos etiam Catholicos habebat obtrectatores, minùs fortasse fuisse cognitum, sed inde certò inferri non posse, Origenistam fuisse. Demum objicit Baronius, non*

C *paucos Origenistas in Historia Lausiaca fuisse laudatos à Palladio, indeque colligit, eum potiùs Catholici personam induisse, quando egit cum S.* Chrysostomo, *quàm Catholicum revera fuisse. Verùm non video, ex laudibus illis, quas aliquibus de erroribus Origenis utcumque suspectis attribuit Palladius, certò inferri posse, illum iisdem erroribus fuisse obnoxium. Quippe mores & monasticas eorum exercitationes virtutesque laudat Palladius; non verò doctrinam eorum Origenis erroribus fœdatam. Hieronymus ipse Origenem & Didymum non rarò laudavit, licèt doctrinam ipsorum malam vehementer improbet. Datis argumentis adjici posset, quòd Palladius ut Origenista accusatus fuerit in conciliabulo ad Quercum, contra* Chrysostomum *coacto. At constat, in illo concilio crimina fuisse objecta sine ullo fundamento, ita ut illa objectio nullam quoque vim habere possit.*

Uterque Palladius pro Catholico habendus videtur.

22 *Contrà judicium* Chrysostomi, *Innocentii, eorumque omnium, qui pro causa* Chrysostomi *steterunt, quique Palladium minimè habuisse videntur suspectum de hæresi Origeniana, majoris est ponderis ad bene de ipso sentiendum, quàm sint allata argumenta ad memoriam ipsius maculandam, cum quòd illa majori ex parte incertis tantùm nitantur conjecturis, tum quòd Palladius notior fuerit iis, qui ipsum ut Catholicum magni fecerunt, quàm aliis, qui eumdem accusârunt, ita ut priorum auctoritas prævalere deberet, etiamsi constaret, inter accusatores Palladii rectè numerari S. Hieronymum. Quapropter, si Majores nostri, auctoritatem Baronii subinde secuti sunt, & Palladium memorârunt ut Origenistam, mentem mutarent, si viverent. Quod verò spectat ad Palladium Dialogi auctorem; hunc nullus antiquorum accusavit de hæresi Origeniana, nullus fortè etiam recentiorum, nisi ipsum confundendo cum Helenopolitano. Necesse igitur non est, ulteriorem hujus apologiam adornare. Id unum observare placet, ipsum non minùs contrarium videri persecutoribus* Chrysostomi, *quàm addictum huic Sancto. Hinc fieri potuit, ut, licèt fide optima in scribendo uti vellet, aliquando facilè crediderit, quæ spargebantur de adversariis Sancti. Quare, si qua opus est cautione in Opusculo Palladii, illa maximè videtur adhibenda in iis, quæ contra inimicos* Chrysostomi *variis locis disserit.* AUCTORE J. S.

E

§ II. Alii scriptores Vitæ & gestorum S. Chrysostomi, de quorum fide & auctoritate disseritur.

De Sancto plura scribit Socrates; sed ea sine examine non admittenda,

Post Palladium primi de gestis S. Joannis Chrysostomi *satis latè scripserunt Socrates & Sozomenus, pauciora verò, sed minimè contemnenda, de eodem habet Theodoretus. Tres illi historici non quidem in Sancti gestis partem habuerunt; vixerunt tamen eo tempore, eaque fuerunt ætate, ut omnia haurire potuerint ex illis, qui adfuerant, resque gestas oculis lustraverant, ac partem etiam gestorum ipsi videre potuerint, præsertim Socrates, qui* Chrysostomum *haud dubiè Constantinopoli vidit & audivit, cùm ibidem natus sit & educatus, ut ait lib.* 5 *cap.* 24, *ibique etiam habitaverit, dum scribebat. Certè in proœmio libri* 6, *in quo agit de* Chrysostomo, F *monet, se ibidem scripturum res sua ætate gestas, visasque à se, vel auditas ex iis, qui viderant. Ex hisce igitur magna videretur Socratis auctoritas in illis, quæ refert de* S. Chrysostomo, *nisi clarum esset ex tota ipsius Historia, exiguam fuisse Socrati curam ad verum indagandum, & nisi se Sancto in variis locis iniquiorem præberet, ut rectè observavit Tillemontius in* Chrysostomo *art.* 1, *Hac de causa dicenti Socrati non statim credendum existimo, sed potiùs examinandum puto, an ipsius asserta cum relatis à Palladio congruant, an cum ipsa verisimilitudine subinde non pugnent, an calumniis inimicorum* S. Chrysostomi *aures non præbuerit nimis faciles, & demum an vera videantur singula, aut certè probabilia, quæ de gestis Sancti nostri more suo scriptis mandavit.*

uti nec dicta Sozomeni: ex hisce aliisque cosvis,

24 *Quod attinet ad Sozomenum, æquior hic fuit in Sanctum, quàm Socrates, illique pro gestis* Chrysostomi *haud dubiè præferendus est. Attamen, cùm Sozomenus plurima ex Socrate haurire consueverit, illumque nimia credulitate passim imitari; ipsius quoque dicta ad examen re-*

AUCTORE J. S.

vocanda sunt, ac cum certioribus aliorum scriptis conferenda. Socrate & Sozomeno accuratior est Theodoretus in illis certè, quæ narravit de S. Chrysostomo, *sed pauciora commemoravit, & inimicis Sancti parcere diligenter studuit. Hi itaque tres historici cum Palladio Dialogi auctore præcipuam subministrabunt materiam ad contexendum de Vita* Chrysostomi *Commentarium historicum, præter ipsa* S. Chrysostomi *Opera, quæ hunc in finem perlegere volui: nam ex illis non pauca de gestis Sancti hauriri possunt: ex his maximè elucescit, quibus fuerit moribus, quantaque animi fortitudine constantiâque viguerit in exsilio. Porrò alii quidam contemporanei scriptores, doctrinâ & sanctitate inclyti, de* Chrysostomo *honorificam mentionem fecerunt: quorum verba suis locis adducemus.*

quorum aliqui nominantur, enarranda sunt Sancti gesta.

25 *Henricus Savilius in Græca editione Operum* S. Joannis Chrysostomi *tom.* 8 *varias edidit Sancti Vitas Græcas, & pag.* 295 *recitat nomina viginti scriptorum, quos anonymus biographus, cujus ibi lucubrationem edidit, sibi præluxisse affirmat. Ex scriptoribus illis jam nunc memorati sunt Palladius, Socrates & Theodoretus. Sozomenus verò, quod mirum apparet, ibi cum reliquis non recensetur. Verùm ex coævis scriptoribus adduntur S. Proclus patriarcha Constantinopolitanus, cujus tempore corpus ipsius translatum est Constantinopolim; S. Nilus Magnus, & S. Isidorus Peluſiota. Hi tres Sancti* Chrysostomum *mirè laudaverunt; at Vitam ipsius non scripserunt. Nominantur apud laudatum Savilium duo alii contemporanei, nimirum* Cosmas, qui temporibus Chrysostomi diaconus erat ecclesiæ Apostolorum; *& S. Cyrillus Alexandrinus episcopus. Prior ex hisce ne notus quidem est eruditis, nec memoratur apud Photium. Notissimus verò est S. Cyrillus, sed ignota sunt illa, quæ de* S. Chrysostomo *narravit (exceptis paucis verbis:) si revera de eo scripsit, ut anonymus ille affirmat. Nam habet Græcè, prout ejus verba hîc reddo Latinè:* Post hos (*Socratem, Palladium & Proclum*) S. Cyrillus Alexandrinus post visionem istam, quam de ipso (*Chrysostomo*) vidit. Hujus schedas post multos annos inveniens papa Alexandrinus Georgius, & aliorum scriptorum Opera colligens, spissum perfecit volumen.

B

C

Vita Sancti per Georgium Alexandrinum Græcè edita, & antea Latinè:

26 *Alium hîc habemus de* S. Chrysostomo *scriptorem, qui primus gesta ipsius sic enarravit, ut Sancti Vitam composuerit reliquis omnibus prolixiorem. Edita ea est Græcè apud Savilium tom.* 8 *à pag.* 157 *usque ad* 265. *Eadem jam antè reddita erat Latina, & sic edita per Godefridum Tilmanum monachum Cartusianum. Vitæ hujus compendium dat Photius in Bibliotheca col.* 251, *ubi observat, humilem esse scriptoris stylum, eumque non omnino Grammaticæ præceptis conformem. In fine compendii sui col.* 266 *addit, quædam relata videri* præter historiæ fidem. *Verùm priùs inquiramus, quis sit ille Georgius: quod se ignorare fatetur Photius. Mirum id quidem, cum Georgium dicat episcopum Alexandrinum: nam inter patriarchas Alexandrinos post tempora* S. Chrysostomi *usque ad Photium unus tantùm reperitur Georgius, qui seculo* VII *Alexandrinæ ecclesiæ præfuit, post S. Joannem Eleëmosynarium, cui circa annum* 616 *successit, ut videri potest apud nos in Historia Chronologica patriarcharum Alexandrinorum tom.* V *Junii pag.* 68. *Fuit igitur hic scriptor duobus seculis Sancto posterior.*

27 *Post Georgium in laudato Indiculo recensetur S. Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, qui eodem seculo* VII *floruit. At, si hic Vitam aut elogium* Chrysostomi *conscripsit, illud hactenus ignotum est. Fortè laudatur S. Sophronius ob pauncula illa, quæ de* Chrysostomo *leguntur in Prato spirituali: nam hoc à quibusdam Sophronio fuit attributum. Post Sophronium in Indiculo illo sequitur* Joannes Damascenus. *Designatur haud dubiè S. Joannes Damascenus, qui seculo* VIII *floruit, aliaque non pauca scripsit: nam laudatus Savilius pag.* 942 *testatur, se habere Græcam Orationem panegyricam S. Joannis Damasceni de* S. Chrysostomo, *& initium illius recitat, uti etiam facit Leo Allatius de Simeonum scriptis pag.* 87. *Edita est hæc Oratio in nuperrima editione Operum Damasceni tom.* 2 *pag.* 886. *At Junior est S. Damascenus, quàm ut gesta* S. Chrysostomi *ex ejus Oratione panegyrica discere debeamus. Deinde apud memoratum anonymum sequitur* Martyrius patriarcha Antiochenus. *Floruit Martyrius seculo* V, *& consequenter satis propinquus erat temporibus* Chrysostomi *ad gesta ipsius rectè enarranda; sed nihil scriptorum ejus innotuit. Post quatuor alios jam memoratos sequitur* Evagrius Asceta. *Quisquis hîc designetur Evagrius, nulla ipsius scripta de* Chrysostomo *innotuerunt.*

D

alii, qui de Chrysostomo scripsisse dicuntur:

E

28 *Decimus quartus apud Savilium recensetur* Cosmas Vestitor, *aliis* Cosmas Vestiarius *dictus. Scripsit ille panegyrim de relatione corporis* Chrysostomi *ad urbem Constantinopolitanam. Hujus initium dat Savilius pag.* 944, *& Leo Allatius pag.* 94. *Opusculum Cosmæ Vestitoris habeo ex Ms. Medicæo regis Franciæ cum adjuncta interpretatione Latina, illudque laudabo in Posthuma Sancti Gloria. Oudinus de Scriptoribus ecclesiasticis tom.* 2 *col.* 400 *agit de Cosma Vestitore, quem credit vixisse tempore Leonis Sapientis sive seculo* IX. *At certa illius ætatis argumenta non adducit. Verisimile tamen est, Cosmam illius ferè ætatis esse, quia mox subjungitur in elencho Anonymi Leo imperator. Etenim Leo imperator, cognomento Sapiens, Orationem panegyricam de* S. Chrysostomo *composuit satis prolixam, quam Græcam edidit Savilius tom.* 8 *pag.* 267. *De illa pag.* 959 *notat sequentia:* Leo, cognomento Sapiens, hujus auctor libelli, cœpit imperare in Oriente anno Christi DCCCLXXXVI, regnavitque annos circiter XXIV. Et liber quidem hic fortasse rectiùs potuit omitti, cùm nihil sit aliud, quàm breviarium Georgii, non bono judicio collectum, & penè barbarè scriptum.

Opusculum Cosmæ Vestitoris de relatione corporis: Oratio Leonis Sapientis:

F

29 *Post Leonem ponitur* Nicetas σκλοφύλαξ (*sive* custos sacrorum vasorum) *nobis prorsus ignotus. Deinde* Nicetas Paphlago, *qui seculo* IX *floruit, multasque de Sanctis composuit orationes. At latent hactenus, quæ scripsit de* S. Joanne Chrysostomo. *Porrò in dicto scriptorum catalogo subjicitur* Eustatius Primi, *& mox* Basilius protothronus, *quos omnino ignoramus. Demum* Constantinus imperator Porphyrogenitus, *qui floruit seculo* X, encomium *Sancti concinnâsse dicitur. Illam Constantini Orationem de reditu corporis fuisse existimo. Certè Savilius pag.* 943, *& Allatius pag.* 111 *producunt initium Orationis, quam Constantinus Porphyrogenitus composuit de relato Constantinopolim* Chrysostomi *corpore.*

alii de Sancto scriptores ferè ignoti:

30 *Post omnes modò memoratos scripsit anonymus auctor, cujus Opusculum de vita* Chrysostomi *edidit Savilius tom.* 8 *pag.* 293. *De eo Savilius pag.* 963 *hæc observat.* Hujus libelli unicum

Anonymi Vita seculo X scripta, & Græcè edita.

A nicum invenimus exemplar in bibliotheca Cæsarea Viennæ, transcriptum ex codice vetustissimo Michaëlis Sophiani operâ Sambuci anno MDLVII Patavii . . . De auctore nihil habeo certi, quod dicam, nisi eum Constantino Porphyrogenneta imperatore, hoc est, anno Domini CML, posteriorem fuisse, ut ex præfixo auctorum indice statim patet. Multa certè habet communia cum Metaphraste, non dico, in re ipsa & argumento Operis, (hoc enim necesse est, cùm utrique eadem sit subjecta materia) sed etiam in verbis. Auctor certè, quisquis est, non aspernandus, Metaphraste uberior & copiosiór, Georgio certè multò γραμματικώτερος. *Hactenus Savilius, qui rectè observat, Anonymum illum scripsisse post Constantinum Porphyrogenitum. At inde non rectè colligit, eumdem scripsisse post annum* 950. *Etenim nescimus, quo anno Constantinus de* S. Chrysostomo *scripserit. Cúmque natus sit circa annum* 904; *juvenis eam Orationem componere potuit circa annum* 930 *aut* 940; *& consequenter anonymus paulò post scribere poterat jam ante annum* 950. *Sanè cum indici suo non inseruerit Metaphrastem, qui scripsit seculo* X *sub imperio*
B *Constantini, verisimile est, Anonymum illum paulò ante Metaphrastem, aut eodem ferè tempore cum eo, scripsisse. Quare ætas illius Vitæ figenda videtur circa medium seculi* X.

Metaphrastis Vita item Græcè edita: alia Theodori Trimithuntis episcopi:

31 *Vitam* S. Chrysostomi *à Metaphraste scriptam quarto loco Græcè edidit Savilius à pag.* 373, *observans pag.* 967, *se eam dare Vitam* ex regio codice Lutetiæ *descriptam, & ex altero utcumque emendatam. Præter Vitam Metaphrastes etiam scripsit translationem corporis Constantinopolim, de qua meminit Allatius pag* 124, *tale illius dans initium:* Ἀλλὰ πῶς &c. *Hujus exemplar Ms. habemus ex codice Medicæo regis Franciæ. Præterea Leo Allatius alias quasdam jam dictis adjungit Vitas* S. Chrysostomi, *nimirum pag.* 81 Theodori episcopi Trimithuntis, *cujus habemus exemplar Ms. ex codice Pontificio Alexandri VII. Dubitare nequeo, quin auctor sit ille* Theodorus episcopus civitatis Trimithuntenæ insulæ Cypri, *qui concilio VI, Constantinopoli anno* 680 *habito, subscripsit apud Labbeum tom.* 6 *col.* 1029. *Floruit igitur seculo* VII *jam adulto scripsitque post Georgium Alexandrinum, ac totis duobus seculis &* C *media post mortem Sancti, ita ut auctoritas ipsius nequeat in hisce magni esse momenti. Unicum quidem scriptorem laudat Palladium, nec videtur habuisse lucubrationem Georgii, cùm hujus fabulas non adoptaverit. At ipse tot tamque apertis figmentis Vitam illam fœdavit, ut eam sine tædio non potuerim perlegere, nec edendam censeam.*

Vitæ compendia, & elogia alia:

32 *Breve Vitæ* S. Joannis *compendium Græco-Latinum edidit Bigotius post Palladii Dialogum pag.* 229; *sed incerti illud est auctoris, nec caret erroribus aliquot. Aliud incerti auctoris Græci scriptum de translatione reliquiarum* S. Chrysostomi *memorat Allatius pag.* 120, *hoc recitans initium,* ἦχεν ἡμῖν ἡ λαμπρὰ &c. *Hujusce lucubrationis exemplar Ms. habeo, prout ab ipso Papebrochio nostro transcriptum est Florentiæ ex codice bibliothecæ Medicææ S. Laurentii. In hoc autem Opusculo, quo per decursum uti potero, non solùm agitur de ipsa corporis translatione; sed varia etiam exponuntur, quæ ante translationem contigerunt. Hisce Græcis accedunt alii quidam, qui eadem Oratione laudârunt Basilium, Gregorium Nazianzenum, &* Chrysostomum, *quod communem habeant festivitatem, ut*

AUCTORE J. S.

postea videbimus. Hosce, quia nobis prodesse nequeunt, breviter tantùm recensebo ex Bibliotheca Græca Joannis Alberti Fabritii, qui etiam agit de scriptoribus modò laudatis, iisque adjungit Chronicorum & Historiarum scriptores Græcos, laudandos à nobis, ubi eorum utemur scriptis. Apud Fabritium tom. 7 *pag.* 558 *illi recensentur Basilii simul & Gregorii* Chrysostomique *laudatores, Joannes Euchaitarum metropolita, Philotheus patriarcha Constantinopolitanus, Nicolaus Cabasilas, Theodorus Metochita, Matthæus Camariota, & Theodorus Prodromus.*

Vitæ Latinæ ad propositum inutiles: scriptores recentiores.

33 *Laudatus Fabricius aliquot etiam recenset scriptores Latinos, qui aliqua de gestis* S. Chrysostomi *enarrârunt. Alios quosdam enumerat Montfauconus tom.* 13 *Operum* S. Joannis Chrysostomi. *Satis erit ad propositum nostrum, si illos assignavero, ubi eorum auctoritate uti oportebit. Ad manum quoque habeo duas Vitas Latinas* S. Chrysostomi, *alteram ex codice Ms. S. Maximini Trevirensis; alteram ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris. Verùm illæ prodesse nequeunt cùm ferè nihil afferant præter ea, quæ ex Socrate, Sozomeno & Theodoreto corrasit auctor Historiæ Tripartitæ. Ex recentioribus Vitam* Chrysostomi E *prolixè & criticè scripsit Godefridus Hermant, quem Tillemontius tom.* XI *Monument. Eccl. in plerisque sequitur. At Tillemontium magis adducam, quàm Hermantium, quia Tillemontius auctores suos ita allegat, ut facilè perspici possit, quàm certa sint aut probabilia, quæ adducit, argumenta. Post hosce Vitam* S. Chrysostomi *Latino sermone contexuit Bernardus de Montfaucon tom.* 13 *Operum Sancti à se editorum. Hunc quoque præ oculis habebo: neque negligam Baronium, Pagium, Alexandrum, aliosque neotericos, qui de gestis* Chrysostomi *tractârunt.*

Fides Georgii Alexandrini aliorumque scriptorum medii ævi suspecta est:

34 *Enumeratis modò præcipuis auctoribus, qui de* S. Chrysostomo *egerunt; aliqua restant dicenda de fide, quam merentur Georgius Alexandrinus, aliique ipsum secuti. Savilius, qui Georgii, Leonis imperatoris, Anonymi & Metaphrastis Opuscula edidit, pag.* 941 *observat, neminem ex illis sobrio usum esse stylo, sed omnium illorum lucubrationes fabulosis fœdatas esse narrationibus, idque fusè de Georgio, de aliis brevius ostendit apud Guilielmum Cave in Historia litterariâ, ubi Dissertatio Savilii de scriptoribus rerum* Chrysostomi *impressa est pag.* 189. *Nihilo favorabilius est judicium Petavii nostri lib.* XI *Doctrinæ temporum cap.* 46, *ubi Georgium vocat* in Historia futilissimum & mendacissimum, *variosque ipsius errores chronologicos ostendit. Hisce consentiunt Hermantius, Tillemontius, reliquique passim historici, qui aliqua in scribendo crisi sunt usi, ac novissimè Montfauconus tom.* 13 *in præfatione pag.* 4, *ita de Georgio scribens:* Hic humili & ineleganti stylo innumera refert fabulosa, iis exceptis, quæ ex Palladio & Socrate mutuatus est. *Excipere etiam licet ea, quæ ex Theodoreto, Sozomeno aliisque scriptoribus coævis, partim cognitis partim ignotis, haurire potuit. Itaque ad enarrandam Sancti Vitam alia non habemus magni momenti subsidia præter ipsa Sancti Opera, Dialogum Palladii, scriptaque Theodoreti, Socratis, Sozomeni, & paucula ex aliis aliquot coævis ante memoratis.*

hinc illi breviter tantùm subinde attingendi.

35 *Attamen, quia instituti nostri est non solùm vera probare, quantùm possumus; sed falsa & improbabilia etiam refutare; asserta Georgii Alexandrini aliorumque biographorum breviter saltem examinabo; etenim multi scriptores ex Vi-*

tis

AUCTORE J. S.

tis illis non pauca de Chryſoſtomo *narrârunt, illique ipſi auctores, qui Georgio maximè adverſantur, ipſius auctoritate ſubinde uti voluerunt, quia multa etiam narravit vera. Potuit ſanè Georgius aliqua haurire ex monumentis modò ignotis, quæ à Palladio aliiſque erant prætermiſſa, eaque de cauſa non ſtatim repudianda ſunt omnia, quæ ab eo ſcripta ſunt, quæque non reperiuntur apud Palladium, aut alios coætaneos. Nam infirmum ſane erit argumentum, ſi quis Georgium eo ſolùm nomine mendacii accuſare voluerit, quòd aliquà referat à Palladio omiſſa; cùm ex ipſo ejus Dialogo clarum ſit, Palladium non omnia ſuſcepiſſe enarranda; ſed de ſola ferè Sancti perſecutione egiſſe. Leo Allatius de Simeonum ſcriptis pag. 46 Georgium Alexandrinum defendere utcumque voluit contra cenſuram Savilii, paucis verbis repudiantis omnia miracula, quæ attribuuntur* Chryſoſtomo. *Sanè quæ adferemus ex S. Nilo* Chryſoſtomi *diſcipulo, quæque Sozomenus & alii coætanei narrant, ſatis oſtendunt, ſubinde aliqua* Chryſoſtomo *contigiſſe naturali ordine ſuperiora. Nolim tamen contendere, ut vera admittenda eſſe omnia aut pleraque miracula,*

B *quæ Georgius aliique recentiores* Chryſoſtomo *adſcribunt. Verùm de hiſce poſtea. Nuncad Vitam Sancti enarrandam accedamus, ſolis ferè ad id uſuri ſcriptoribus contemporaneis, aut de iis, quæ biographi poſteriores addiderunt, breviter rationem reddituri.*

§ III. Sancti patria, parentes, annus natalis figendus circa 344.

Sanctus Antiochiæ nobili genere, patre Secundo, matre Anthuſa

De patria & parentibus S. Chryſoſtomi *Palladius in Dialogo pag. 40 ita habet:* Johannes ille genere quidem erat Antiochenus, . . . natus è parentibus, qui nobiliter vixerunt in officio magiſtri militum Syriæ; patri in lucem editus poſt ſororem. *Socrates lib. 6 cap. 3 nomina parentum addit, hæc ſcribens :* Joannes igitur oriundus fuit Antiochiâ, quæ urbs eſt Syriæ Cœles, patre Secundo, matre Anthuſa, nobili apud ſuos profapia. *De generis nobilitate conſentit Sozamenus lib. 8 cap. 2. Georgius apud Savilium pag.*

C *159 non modò primariam nobilitatem utrique parenti, Secundo & Anthuſæ attribuit, ſed amplas quoque divitias. Huic alii plures ſubſcribunt. At horum auctoritate non nitor, ut jam monui. Verùm* Chryſoſtomus *ipſe lib. 2 de Sacerdotio ſatis innuit, generis ſplendorem opeſque ſufficientes & amplas ſibi non defuiſſe. Verba ipſius dabo num. 110. In Menologia Græcorum, prout Latinum fuit factum ab Eminentiſſimo Sirleto ad 11 Octobris agitur de S. Publia diaconiſſa, illaque dicitur mater* S. Joannis *cognomento* Chryſoſtomi. *Hunc errorem latè refutat Baronius ad annum 362 : & Hermantius in Vita cap. 2, ſed nimis liberaliter vocat* opinionem novorum Græcorum. *Etenim, cùm illud in aliis Græcorum Faſtis aut Hiſtoriis non reperiam, non auſim errorem illum Græcis tam certò attribuere. Cujuſcumque ſit error ille omni caret fundamento : nam Joannes S. Publiæ filius numquam fuit epiſcopus, ut videri poteſt apud Theodoretum de S. Publia agentem lib. 3 Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 14.*

37 *Natalis* S. Chryſoſtomi *annus difficulter aſſignari poteſt, aut certò determinari, quia nullibi reperitur expreſſus apud ſcriptores antiquos. Baronius ad annum 362 num. 133 exiſtimat, Sanctum fuiſſe natum anno 354, quia Græci aliquot recentiores annos ætatis tantùm quinquaginta duos & menſes octo* Chryſoſtomo *attribuunt. Savilius apud Caveum pag. 191 Baronio ferè aſſentitur. Hæc ſententia exprimitur in Epitome Vitæ* Chryſoſtomi *apud Bigatium pag. 227. Attamen longè à vero abeſſe videtur tota illa chronotaxis. Sanè* Chryſoſtomus *viginti, ut plurimùm, annos habuiſſet, quando poſtulatus fuit ad epiſcopatum ſuſcipiendum ; & quando Baſilius ipſius ſodalis revera factus eſt epiſcopus, ſi natus eſſet anno 354 : nam res illa nequit probabiliter figi poſt annum 374, ut ſuo loco videbimus. Secundò Sanctus noſter à S. Meletio creatus creditur lector, idque non poteſt figi poſt annum 371, ut oſtendam num. 57. Atqui eo tempore annos, ut minimùm, habebat viginti & tres. Natus igitur eſt diu ante annum 354, aut potius 355, ut ex ætate ipſi aſſignatâ figendus eſſet annus natalis.*

D *natus eſt diu ante annum 354,*

38 Chryſoſtomus *ipſe in Opuſcula ad Viduam juniorem tom. 1 pag. 344 clarè meo judicio inſinuat, ſe natum eſſe ante annum 350, ſub cujus initium occiſus eſt Conſtans imperator, Conſtantini Magni filius, dum ita loquitur :* Atque, ut vetera omittamus, ex iis omnibus, qui ævo noſtro imperârunt (fuerunt autem novem) duo ſoli (*id eſt Conſtantius & Valentinianus I.*) communi morte vitam clauſerunt. Reliquorum autem hic quidem (*Conſtans*) à tyranno (*Magnentio,*) ille verò (*Julianus*) in bello, alius (*Jovianus*) domeſticorum cuſtodum inſidiis, alius autem (*Gallus cæſar*) ab illo ipſo (*Conſtantio,*) qui coronam ac purpuram impoſuerat, interfectus occubuit. *Mox addit mortem Valentis omnium maximè tragicam, utpote combuſti. Hiſce ſeptem adde duos viventes, Gratianum & Theodoſium, quorum tempore ſcribebat, & quorum conjuges in perpetuo timore vivere affirmat, & ſic habebimus imperatores novem, qui ætate* Chryſoſtomi *vixerant aut vivebant, dum hæc ſcribebat, non diu poſt eadem Valentis, anno 378 interfecti. Ex hac novem imperatorum enumeratione colligitur,* Chryſoſtomum *eſſe natum ante annum 350, ſive ante mortem Conſtantis, & poſt annum 340, quo Conſtantinus junior in bello contra fratrem Conſtantem cæſus eſt.*

imò & ante annum 350, ut colligitur ex loco ipſius

E

39 *Attamen ſcio, novem iſtos imperatores alio modo enumerari à Tillemontio Notâ 14 in* S. Chryſoſtomum, *& à Montfaucone in Monita prævio ad allegatum Opuſculum. Volunt illi omnes imperatores, de quibus* Chryſoſtomus *loquitur, fuiſſe defunctos, dum ſcribebat; ideoque inter memoratos novem numerant Conſtantinum Magnum, ejuſque filium Conſtantinum, quos ante ætatem Sancti defunctos fatentur. Contendunt nimirum, voces illas* ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ævo noſtro, *& ad litteram,* generatione noſtra, *aut* ætate noſtra, *non tam ſtrictè ſumendas, ut reſpicere non liceat ad præcedentes, & maximè ad celeberrimum Conſtantinum. Addunt, ſimili modo loquendi uſum eſſe* Chryſoſtomum *Hom. 15 in Epiſtolam ad Philippenſes, ubi Fauſtæ imperatricis & Criſpi cæſaris mortem refert inter ea, quæ facta ἐπὶ τ χρόνων ἡμετέρων* temporibus noſtris, *inquit. Reſpondeo, vel ſolum illum locum cum allegato collatum ſufficere, ad oſtendendum falſitatem ſententiæ Tillemontianæ, quam nimis facilè ſecutus eſt Montfauconus. Locum allego Græcum cum optima interpretatione Frontonis Ducæi, ubi tom.*

F

de novem imperatoribus ſui temporis,

A xi *pag.* 143 : μάλιϛα μὲν καὶ τὰ παλαιὰ ἐρῶ, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἔτι τῇ μνήμῃ φυλαττόμενα, ἅτε καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων γενόμενα τῶν ἡμετέρων. Ac potiſſimùm quidem vetera dicam, quæ tamen adhuc memoriâ non exciderunt, ſed & nonnulla, quæ noſtris contigere temporibus. *Hæc interpretatio genuina eſt, ut conſideranti patebit, & conformis eſt iis, quæ mox incipit narrare. Nam primò narrat Fauſtæ & Criſpi cædem, aliaſque tragœdias domûs Conſtantini Magni, & paulatim pergit ad recentiora ſuis temporibus facta, inter quæ refert mortem miſerabilem Valentis imperatoris.*

qui ſic exponendus eſt,

40 *Montfauconus tom.* xi *pag.* 317 *Græcorum verborum interpretationem dedit accomodatam magis ſententiæ, quam antè adoptaverat, quàm dictioni Græcæ. Namſic habet:* Ac potiſſimùm quidem vetera dicam : quæ tamen adhuc memoriâ non exciderunt, quippe quæ noſtris contigere temporibus. *Nequeo hanc probare interpretationem, etiamſi vox ἅτε aliàs explicari poſſit* quippe : Chryſoſtomus *enim clarè inſinuat, ſe facta duplicis generis narrare velle, dum antè dicit, ſe narraturum* καὶ τὰ παλαιὰ, & vetera, *& dum ſubdit,* B ἅτε καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων *&c.*; & quæ noſtris temporibus ſunt facta : *nam aliàs maximè recentia vocaret* vetera, *cùm de ipſo etiam ſui temporis imperatore loquatur. Accipe, lector, totum locum ſecundum voces Græcas expreſſum.* Maximè quidem & vetera dicam, nihilominus adhuc in memoria conſervata, & ea etiam, quæ noſtris temporibus ſunt facta. *Nunc mecum, lector, conſidera, quàm certum videatur,* Chryſoſtomum *in Opuſculo ad viduam non loqui de Conſtantino, ſed ſolùm de imperatoribus ſuæ ætatis. In loco objecto dicit, ſe* vetera *relaturum & recentia; & tamen orditur à factis Conſtantini, nec attingit vetuſtiora. Hîc verò ad viduam dicit, ſe* vetera *omiſſurum. Quis igitur credat, eum de Conſtantino loqui?*

ut novem iſtis imperatoribus

41 *In loco objecto loquitur de Criſpo cæſare, juſſu Conſtantini patris occiſo. Quis magis ad propoſitum* Chryſoſtomi, *viduam conſolantis, conducere poterat, quàm innocens Criſpus, juſſu patris peremptus, niſi intra ſuam ætatem ſe continere voluiſſet? Rurſum in loco objecto loquitur de Fauſta imperatrice per Conſtantinum maritum ſublata. Si igitur ad viduam loquatur de Conſtantino, cur tragicam Fauſtæ mortem tacet? Nam infortunia imperatricum ſuæ ætatis etiam enarrat. Præterea* Chryſoſtomus *in loco allegato ad Viduam determinat* novem *ſui temporis imperatores. At numerum certum non poterat determinare, niſi ſtrictè determinaret tempus, à quo enumerationem ſuam ordiretur. Loquitur igitur ſtrictè de tempore, quo vixerat : atque hinc orditur à cæde Conſtantis, qui revera primus ex illis erat occiſus. Mox memorat Julianum, tunc Jovianum, quem etiam in loco mox objecto* pharmacis venenatis *ſublatum aſſerit; deinde Gallum cæſarem, & demum Valentem cum exercitu ſuo caſum docet. Si de Conſtantino juniore loqui voluiſſet, non prætermiſiſſet, occiſum eſſe in bello contra fratrem Conſtantem, & primum omnium illum produxiſſet. Aliud quoque in ſententia Tillemontii eſt incommodum : nam inter novem imperatores ab ipſo enumeratos communi ſeu non violenta morte defuncti ſunt tres, Conſtantinus, Conſtantius, & Valentinianus. Fatetur ipſe Tillemontius, ſe neſcire, utrùm Conſtantium an Valentinianum annumerare debeat defunctis morte vio-*

lenta : Ambo enim, *inquit*, viſi ſunt obiiſſe morte naturali, & non violenta. *Hoc ipſum & nos dicimus, nec meritò negari poſſe credimus. Certè* Chryſoſtomus *neutrum memorat inter defunctos morte violenta Hom.* 15 *in Epiſtolam ad Philippenſes, de qua mox egimus.* AUCTORE J. S.

annumerentur duo viventes.

42 *Ultimum incommodum, quod ipſe quoque in ſua ſententia agnoſcit Tillemontius, hoc eſt, quòd nequeat oſtendere, de omnibus illis imperatoribus loqui* Chryſoſtomum, *prout fatetur ad ipſius propoſitum conducere. Hinc textum Græcum mutandum ſuſpicatur, ſuſpicaturque Valentinianum accenſeri forſan defunctis in bello. At nec in bello obiit Valentinianus, nec textum Græcum mutandum exiſtimo : & vel ſic de omnibus locutus fuerit Sanctus. Nam loquitur de duobus communi morte defunctis, de quinque morte violenta, & de duobus viventibus, quorum item ſortem minimè invidendam oſtendit. Audi, quo pacto eorum ſortem deſcribat, de uxoribus loquens :* Quod ad eorum autem, qui nunc imperant, uxores; altera ex priſtinis calamitatibus reſpirans, voluptati magnum habet dolorem admiſtum, eo quòd, qui rerum potitur (*Gratianus*) nimis juvenis ac inexpertus ſit, multoſque habeat undique inſidiantes : altera verò timore exanimata iis, qui capite damnati ſunt, miſeriorem vitam ducit, eo quòd vir ipſius (*Theodoſius*) ab eo tempore, quo diadema ſuſcepit, uſque ad hodiernum diem in bello & præliis verſetur *&c. Itaque in noſtra ſententia de omnibus novem loquitur Sanctus, & eo quidem modo, ut ex dictis ipſius omnes facilè agnoſcantur. Tota hallucinatio Tillemontii in eo ſita eſt, quòd crediderit* Chryſoſtomum *loqui de novem defunctis. At non dicit, niſi novem ſuo tempore imperâſſe, nec excipit viventes. De Valentiniano II, qui ſolum imperatoris titulum tunc puer gerebat, non loquitur, ut admittit Tillemontius. Hoc diverticulum æqui conſulat ſtudioſus lector, quia ſaltem facit ad explicationem verborum* Chryſoſtomi; *licèt aliàs tot verbis opus non eſſet ad probandum,* S. Chryſoſtomum *natum eſſe ante annum* 350.

natalis Sancti figendus videtur circa annum 344.

43 *Hermantius, Tillemontius & Pagius natalem Sancti figunt circa annum* 347. *Nullum mihi eſt dubium, quin hi ſcriptores longè magis accedant ad verum, quàm auctores antè laudati. Nihilominus, dum cogito Sanctum noſtrum ad epiſcopatum fuiſſe expetitum circa annum* 374, F *& ſodalem ipſius Baſilium tunc factum epiſcopum, malim exiſtimare, Sanctum fuiſſe natum circa* 344, *ut ſaltem triginta ferè annorum fuerit, quando conſilio prudentum epiſcopus deſignabatur. Tanto probabilior mihi apparet epocha illa, quantò debiliora ſunt, quæ afferri poſſunt ad natales Sancti ſeriùs figendos, quantoque plura occurrunt ad exiſtimandum, ætate provectiorem fuiſſe* Chryſoſtomum, *quàm illum crediderunt ſcriptores allegati. Certè Opuſcula, quæ jam circa annum* 372 *aut paulò pòſt ſcribere cœpit, ut videbimus, oſtendunt jam tum in ſacris Litteris exercitatum fuiſſe. At oſtendemus num.* 48, *annos ferè viginti quatuor natum fuiſſe, priuſquam ſacrarum Litterarum ſtudium exorſus eſt. Itaque ad annum vitæ trigeſimum veriſimiliter accedebat, quando priora ſcribere cœpit Opuſcula in domo materna. Præterea ætas matris, ante receſſum Sancti ad ſolitudinem ſeneſcentis, etiam probabiliter innuit, Sanctum non eſſe natum poſt annum* 344 *aut* 345. *Demum tota chronotaxis, ſuis locis elucidanda, inſinuabit, natales Sancti propinquiores videri an-*

AUCTORE J. S.

no 340 *quàm* 350. *Auctoritas verò recentiorum Græcorum, quæ hiſce ſola ferè opponi poteſt, nullius eſt momenti.*

§ IV. Moritur Sancti tum infantis pater : uterque parens probabiliùs erat Chriſtianus : Sancti præceptores, ſtudia, eloquentia.

Vix natus erat Sanctus, dum pater obiit,

GEorgius *Alexandrinus apud Savilium pag.* 159 *affirmat, parentes* S. Chryſoſtomi *fuiſſe gentiles, ſed baptizatos eſſe poſt* Joannem, *quem in pueritia aut adoleſcentia ſacro fonte ablutum innuit. Idem tradunt alii Georgium ſecuti. Verùm fictitia illa ſunt:* Joannes *enim baptizatus eſt, quando vigeſimum ætatis annum diu erat prætergreſſus, ut videbimus num.* 56. *Patrem verò Sancti obiiſſe, quando hic vix erat natus, docet ipſe lib.* 1 *de Sacerdotio, ſeu tom.* 1 *pag.* 363, *ita loquentem inducens matrem :* Ego, inquit, Fili, virtute patris tui non multo tempore, ita providente Numine, frui potui. Nam partus tui dolores excipiens illius obitus, te pupillum, me viduam præmaturè reliquit, additis viduitatis incommodis, quæ expertis ſolùm probè nota ſunt. *Idem Sanctus ad Viduam juniorem ſcribens tom.* 1 *pag.* 340 *ſatis inſinuat, parentes fuiſſe Chriſtianos his verbis :* Nam & ego aliquando, cùm eſſem junior, doctori meo (*Libanio aut Andragathio*) erat autem ille omnium hominum maximè ſuperſtitioſus, animadverti matrem meam in multis magnam excitâſſe admirationem. Nam cùm eos, qui ſibi aſſidebant, more ſuo interrogâſſet, quis ac cujus ego eſſem; ac reſponſum eſſet, me viduæ mulieris eſſe filium; de me quæſivit ætatem matris, & viduitatis tempus.

& mater viginti erat annorum, ambo Chriſtiani.

45 Cùm primùm verò audivit, quadraginta annos natam eſſe, vigeſimum verò jam annum agi, ex quo patrem meum amiſerit, obſtupuit planè, atque ad eos, qui aderant, converſus, clara voce exclamavit : Papæ ! quales mulieres apud Chriſtianos ſunt. *Hìc mater Sancti necdum baptizati clarè aſſeritur Chriſtiana, idemque fit veriſimillimum de patre. Ex eodem loco habemus, viginti ferè annorum fuiſſe matrem* Chryſoſtomi, *dum hic natus eſt, & dum paulò pòſt pater obiit. Hom.* XI *contra Anomæos tom.* 1 *pag.* 541 *aſſerit, ſe natum in eccleſia Antiochena, dum ait ſe non minùs diligere Conſtantinopolitanos Chriſtianos,* quàm eccleſiam illam, in qua, *inquit,* nati, educati & eruditi ſumus, *utcumque innuens parentibus Chriſtianis ſe natum, quia mox non urbem cum urbe, ſed eccleſiam cum eccleſia comparat : eccleſia autem ſolis conſtat Chriſtianis.*

Sanctus ſtudium eloquentiæ

46 *De ingenio & prioribus Sancti ſtudiis ita breviter habet Palladius pag.* 40 *:* Cùm autem eſſet ingenio ſollertiori, ſeſe in litterarum ſtudio exercuit ad ſacrarum Scripturarum miniſterium. Hinc decem & octo annos natus à ſophiſtis, qui voculas captant, deſcivit. *Ita quidem Palladii verba Latinè expreſſit Bigotius & poſt eum Montfauconus. Nolim tamen ex allatis verbis inferre,* Joannem *anno ætatis decimo octavo nuntium remiſiſſe litteris politioribus. Nam, ut rectè obſervat Tillemontius Notâ* 2, *verba Græca admodùm ſunt ambigua & fortaſſe corrupta, aut alio modo exponenda. Verba Græca ſic dedit Bigotius:* ἐκεῖθεν ὀκτωκαιδέκατον ἔτ☉ ἄγων τὸ σώματ☉ ἡλικίαν, ἀφηνίασε τὰς ☾ρισὰς τ̃ λεξειδρίων. *Georgius Alexandrinus apud Savilium pag.* 166 *locum exprimit hoc modo :* ὀκτὼ καὶ δέκατον ἔτ☉ ἄγων τ̃ ἡλικίας αὐτ̃ ἀφηνίασε τ̃ ☾ρισ̃ τ̃ λεξυδρίων. *Quid hiſce vocibus innuatur, non omnino liquet. Sanè nec* λεξείδριον *invenio, nec* λεξύδριον *: at* λεξείδιον vocula *ſignificat, ideoque ſuſpicor utroque loco legendum eſſe* λεξειδίων vocularum. *Verbum* ἀφηνιάζω *paſſim exponitur* frænos reſpuo, *ſive* imperium detrecto, *potiúſque legendum videtur* τ̃ ☾ρισ̃, *ut eſt apud Georgium, quàm* τὰς ☾ρισὰς, *ut editum eſt in Dialogo Palladii.*

non reliquit anno ætatis decimo octavo,

47 *Hoc modo ſumpta phraſis ſignificat,* Chryſoſtomum *anno ætatis decimo octavo noluiſſe ampliùs regi à præceptoribus inferioris notæ, qui ad ſolam vocum conſtructionem aut verborum elegantiam attendunt : neque aliquid præterea ex illo loco inferri poteſt, quocumque demum modo intelligitur. Novi quidem in epitome apud Bigotium pag.* 227 *hæc legi :* Octodecim annos natus receſſit à rhetore Libanio, atque à Meletio Antiochenſi archiepiſcopo baptizatur & lector ordinatur. *Scio & Leonem imperatorem apud Savilium pag.* 270, *imò & Georgium poſt allegata ipſius verba ſic loqui de* S. Joanne, *ut videantur credidiſſe, ipſum anno ætatis decimo octavo ab eloquentiæ & profanæ philoſophiæ ſtudio receſſiſſe, & ad Meletium venire tunc cœpiſſe. Fateor quoque, verba Palladii ita explicari poſſe, atque ex iis alios veriſimiliter in eam ſententiam fuiſſe deductos. Verùm quidquid ſit de mente Palladii, ſive ille in ea opinione fuerit, ſive ſolùm viſus ſit ita ſentire, quòd nimia brevitate Sancti ſtudia profana perſtrinxerit, ne quidem probabilis apparet illa opinio, aut potiùs certò falſa. Nam ex verbis num.* 44 & 45 *datis clarè conſequitur, Sanctum fuiſſe in ſchola doctoris Græci, (ſive hic fuerit Libanius rhetor, ut veriſimile eſt, quia erat* maximè ſuperſtitioſus, *ſive fortaſſe Andragathius philoſophus) quando mater ipſius vigeſimo anno, Græcè* viginti annis, *erat vidua; & conſequenter quando ipſe annos viginti jam habebat aut ſuperaverat : nam poſt natum Sanctum obiit pater, & fortaſſe mors illa tam citò ſecuta non eſt, ut aliquot menſes aut annus integer non intercurrerit.*

ſed veriſimiliter circa annum vigeſimum quartum.

48 *Præterea, ſi conſideremus,* Joannem *viginti annos natum ita ignotum fuiſſe ſuperſtitioſo doctori ſuo, ut ille rogaret, quis, & cujus eſſet filius, hinc facilè colligemus, viginti ferè annos fuiſſe natum, quando ſe ipſi inſtituendum dedit. Attamen veriſimile eſt, Sanctum pluribus annis fuiſſe ſub diſciplina præcipuorum eloquentiæ & philoſophiæ doctorum, Libanii & Andragathii : neque enim tanta doctrina, tantaque eloquentia, quanta in primis quoque* Chryſoſtomi *Opuſculis perſpicitur, exiguo tempore contrahitur : neque artes liberales accuratiſſimaque dialecticæ ac eloquentiæ præcepta deinde didicit* Chryſoſtomus, *poſtquam ſacris Litteris ſe totum tradidit. Itaque ſi conſideremus, quanto tempore ſtudium eloquentiæ continuaverint celeberrimi patres Baſilius & Nazianzenus; non exiſtimabimus* Chryſoſtomum, *nihilo illis inferiorem, ſive orationis elegantiam & perſpicuitatem ſpectemus, ſive accuratiſſimam in differendo dialecticam, paucis annis & quidem in adoleſcentia, ad tantum eloquentiæ culmen aſcendiſſe, ut neminem fortè ſuperiorem umquam habuerit in arte dicendi. Quapropter, quidquid de ætа-*

A *ætate Sancti crediderint alii, ego magis existimo,* Chrysostomum *sub Libanio & Andragathio artibus liberalibus operam dedisse usque ad annum ætatis suæ saltem vigesimum quartum, & annum Christi ferè* 368, *& tum demum adhærere cœpisse Meletio, atque inchoâsse studium sacrarum Litterarum: nihil enim invenio, quod huic chronotaxi repugnet, nisi scriptores Græcos medii ævi, qui sine judicio chronotaxim formârunt, & recentiores aliquot, qui eorum dictis facilè consenserunt.*

Magistros eloquentiæ Sanctus habuit Libanium & Andragathium:

49 *De præceptoribus Sancti nostri jam laudatis ita loquitur Socrates lib. 6 cap. 3:* In Rhetorica Libanium sophistam, in philosophia verò magistrum habuit Andragathium. *Consonat Sozomenus lib. 8 cap. 2 his verbis:* Cùm enim egregia esset indole, magistros habuit in arte quidem Rhetorica Libanium, in philosophia autem Andragathium. *Ex hisce Libanius fuit notissimus, diuque Antiochiæ docuit, ac* tunc temporis inter professores principem locum obtinebat, *teste Theodoreto lib. 3 Historiæ cap. 23: at simul impius erat, & gentilitiæ superstitioni addictissimus. Andragathius verò aliunde non innotuit. Quanti porrò* Joannis

B *eloquentiam faceret Libanius, laudatus Sozomenus declarat, ita scribens de Sancto:* Erat Antiochiæ ad Orontem presbyter quidam, nomine Joannes, nobili genere natus, vitâ integer, dicendi persuadendique artifex egregius, & omnium sui temporis oratorum præstantissimus, sicut Libanius Syrus sophista testatus est. Nam cùm moriturus esset, percontantibus amicis, quis in ejus locum succederet: Joannes, inquit, nisi Christiani illum subripuissent. *Hæc Libanius, quando* Chrysostomus *aliquot annis fuerat presbyter, Christianamque & sacram fecerat eloquentiam suam: nam, ut ostendit Tillemontius tom. 4 Imperatorum in Juliano art. 36, vixit Libanius saltem usque ad annum* 390. *Sola igitur vis veritatis hominem superstitiosum adegit ad commendandam adeo Sancti eloquentiam,*

prior Sancti eloquentiam

50 *Hanc dudum antè laudaverat, quando egressus è schola ipsius* Chrysostomus, *necdum amplexus erat certum aliquod vitæ institutum. Testis hujusce laudis omni exceptione major est S. Isidorus Pelusiota lib. 2 Epistolarum epist. 42 ad Ophelium, ubi epistolam Libanii ad* Joannem *suæ insertam recitat. Totam Pelusiotæ epistolam huc*

C *transfero:* Quòd, non dicam alii, (parvum enim id fortasse plerisque videri queat) verùm etiam ipse Libanius, qui eloquentiæ nomine apud omnes clarus ac celebris est, præclari viri Joannis linguam, ac sententiarum pulchritudinem, & argumentorum densitatem, ad stuporem usque miratus sit, argumento est ea Epistola, in qua non modò eum, qui tanta dicendi facultate præditus sit, beatum prædicat: verùm etiam eos, quorum laudes oratione celebrârat, & quidem qui imperatores essent, quòd ejusmodi laudum suarum præconem consecuti essent. Hujus autem Epistolæ hoc exemplum est.

elogiis celebravit,

51 Libanius Joanni S. Cùm pulchram tuam & elegantem orationem accepissem, viris quibusdam, qui & ipsi orationum opifices & architecti sunt, eam legi. Quorum nullus erat, qui non saltaret & clamorem ederet, eáque omnia faceret, quæ homines admiratione perculsi & attoniti facere solent. Ego igitur eo nomine voluptate affectus sum, quòd ad forensem operam, in qua artis specimen edis, demonstrativum quoque dicendi genus adjungis. Atque & te beatum duco, qui ad hunc modum laudare queas, & item eos, qui talem laudum suarum præconem nacti sunt, hoc est, & patrem, qui imperium dedit, & filios qui acceperunt. Atque hæc quidem scripsit Libanius. Plutarchûs autem perspicuitatem ac facilitatem germanum Atticismum esse censet. Sic enim, inquit ille, locuti sunt oratores. At verò Leontinus Gorgias primus hunc morbum in forenses orationes invexit, ut qui sublime ac tropicum dicendi genus amplexus sit, ac perspicuitatem labefactârit. Hic porrò morbus, inquit ille, admirándum quoque Platonem attigit. Quamobrem si hac in re Plutarcho fides habenda est (ut habenda est, *Græce additur*) præclarus ac celebris Joannes omnes superat, ut qui & Atticum se verbis præbuerit, & perspicuitatem, qualem haud scio an alius quisquam, adhibuerit. *Hactenus S. Isidorus Pelusiota, qui haud dubiè loquitur de Sancto nostro. Attamen latet hîc aliquis difficultas, ob quam Valesius in Annotatis ad Socratem pag. 75 existimat, litteras Libanii non esse datas ad* S. Chrysostomum.

AUCTORE J. S.

52 *Etenim, cùm oratio illa dicta videatur circa annum* 368, *quando in foro & judiciis versabatur* Chrysostomus, *non satis apparet, de quibus imperatoribus actum fuerit. Nam Valentinianus quidem, qui tunc imperabat, Valentem fratrem & Gratianum filium imperio aggregaverat, at non filios. Tillemontius Notâ 3 probabiliter suspicatur, Sanctum oratione celebrâsse imperatores dudum defunctos, Constantinum videlicet ejusque filios. Probabilius tamen mihi videtur, laudatos à* Chrysostomo *fuisse Valentinianum, Valentem & Gratianum, filiosque nominari Valentem & Gratianum, quia Valens filii instar Valentiniano, à quo imperium acceperat, obtemperâsse dicitur. Potuit illa oratio dici occasione assumpti anno* 367 *ad imperium Gratiani. Quidquid sit, auctoritas S. Isidori sufficit, ut credamus Libanii epistolam ad* Chrysostomum *fuisse datam. Verùm auctoritas Anonymi apud Savilium nequit sufficere, ut pro vero admittamus, quod ille asserit pag. 296, nimirum Libanium dixisse Juliano imperatori, neminem inter Græcos reperiri, qui* Joannem *eloquentiâ superaret. Nam cùm Julianus apostata occisus sit anno* 363, *necdum vigesimum annum attigerat* Chrysostomus, *quando postremùm cum Juliano locutus est Libanius, cui Sanctus eo tempore parùm videtur fuisse cognitus, ut colligitur ex dictis num.* 44. *De tanta igitur sancti Adolescentis eloquentia locutus non videtur cum Juliano. Verumtamen multò apertiùs fabulosa est longa historia, quam contexuit Georgius Alexandrinus pag. 161 & seqq., quamque tres alii biographi apud Savilium adoptârunt, de studiis* Chrysostomi *Athenis; ac celeberrima ibidem ipsius disputatione cum Anthemio. Nam ex monumentis vetustissimis abundè liquet, Sanctum Athenis non dedisse operam eloquentiæ, ibique verisimillimè numquam fuisse*

non tamen coram Juliano: Sanctus Athenis non studuit.

E

F

AUCTORE J. S.

§ V. Sancti amicitia cum Basilio, familiaritas cum S. Meletio, à quo instruitur & baptizatur : lector forsan ab eodem, forsan ab alio ordinatus : Sancti periculum.

Magna Sancti amicitia cum Basilio,

INter amicos S. Chrysostomi, *cùm studiorum tempore tum post liberalium artium studia absoluta, eminuit Basilius quidam, aliunde parùm notus, quocum deliberavit de communi & solitaria vita agenda. De illa amicitia Sanctus lib. 1 de Sacerdotio, tom. 1 pag. 362 ità scribit :* Mihi quidem amici complures fuere, iique germani & veri, qui amicitiæ leges & probè intelligerent & diligenter observarent. Horum vero complurium unus, qui cæteros omnes amicitiâ longè superabat, tantùm illos retro relinquere studebat, quantùm illi reliquos mediocriter erga me affectos. Is ex eorum numero erat, qui lateri meo perpetuò hærerent. Etenim iisdem tum disciplinis tum magistris operam dedimus : unum utriusque erat circa litteras studium, una solicitudo : par desiderium iisdem ex rebus natum. Neque enim solùm cùm ad magistros ventitaremus, sed etiam cùm illinc egressos, consilium inire oporteret, quod præstantius vitæ genus nobis capessendum esset, tunc etiam idem consensus apparebat. Erant & alia, quæ hanc concordiam firmam inconcussamque servarent. Neque enim ob patriæ amplitudinem alter adversùs alterum se efferre poterat: mihi non opes summæ erant, ille extremâ [non] premebatur inopiâ : imò & facultatum modum propositi paritas æmulabatur. Par generis conditio erat, omniaque ad sententiam nostram concurrebant. *Hactenus* Chrysostomus. *At velim, studiosus lector advertat, illud* non, *quod uncis inclusum addidi; necessariò addendum esse, ne Basilius pauper fuisse videatur. Græcum*, ὅτε neque, *sic utrique membro præponitur, ut neget nimias* Chrysostomi *divitias, & extremam Basilii paupertatem : idque liquet ex verbis mox sequentibus.*

B

C

cui ad vitam monasticam hortanti non statim paret,

54 *Porrò, licèt tantus esset amicorum illorum consensus, quamdiu deliberabant tantum, & neuter institutum aliquod vitæ eligebat, non statim tamen in idem consenserunt vitæ genus, ut explicat* Chrysostomus, *ita pergens :* Cùm autem proximum esset, ut beatus ille vir monachorum vitam veramque philosophiam amplecteretur, jam non par erat statera; sed ejus lanx, utpote levior, sublimis ferebatur; ego verò mundi cupiditatibus irretitus, lancem meam juvenilibus onustam cogitationibus deprimebam. Hic demum amicitia quidem firma, ut antè, manebat, sed consuetudo dirimebatur : neque enim unà versari poterant, qui non iisdem studiis tenerentur... Neque enim poterat is, qui judiciis & foro hærebat, & scenæ oblectamenta sectabatur, cum eo sæpe versari, qui libris deditus, in forum numquam ventitaret. *Ex his verbis habemus*, S. Chrysostomum, *postquam è scholis excesserat, non statim se totum dedisse studiis sacris, sed mensibus saltem aliquot, & fortasse anno uno altero in foro versatum esse, ut causas agere disceret, aut etiam ageret. Eo tempore, opinor, orationem illam dixit in laudem imperatorum, quam Libanius tantopere laudavit, ut dictum est num.* 50. *&* 51.

D

sed actis aliquamdiu in foro causis,

55 *Hinc Socrates lib. 6 cap. 3 de Sancto sic habet :* Cúmque causas agere jam pararet, considerans, quàm laboriosum quámque iniquum esset vivendi genus eorum, qui in foro versantur, tranquilliorem vitam sequi maluit. Quod quidem fecit exemplo Evagrii, qui sub iisdem cum illo præceptoribus eruditus, ad quietam vivendi rationem jam pridem se contulerat. Confestim igitur mutato habitu atque incessu, lectioni sacrarum Litterarum animum applicuit, & frequenter ad ecclesiam orationis causâ properabat. *Sozomenus lib. 8 cap. 2 brevius idem dicit his verbis :* Porrò cùm causas acturus, atque id genus vitæ sectaturus crederetur, ipse sacris Scripturis incumbere, & juxta leges Ecclesiæ philosophari constituit. *Tillemontius Notâ 4 quærit, cujus Evagrii exemplum secutus dicatur* Chrysostomus, *nec invenit ullum, quem hac in re sequi potuit. Suspicor Evagrium pro Basilio, cujus exemplum secutus est Sanctus, irrepsisse apud Socratem, sive lapsu memoriæ, sive transcribentium vitio. Certè nullus innotuit Evagrius, quem secutus sit* Chrysostomus. *At ipse apertè profitetur, se Basilii mores deinde secutum.*

E

iterum frequenter cum Basilio agit, & cum S. Meletio, à quo baptizatur,

56 *Relictis igitur judiciis, majorem iterum cum Basilio consuetudinem contraxit, & non solùm cum Basilio, sed etiam frequenter cum S. Meletio patriarcha Antiocheno. Palladius in Dialogo pag.* 40 *de hisce sic loquitur :* Ubi verò mente virili fuit, amore captus est sacrarum Litterarum. Præerat tunc temporis Antiochenæ ecclesiæ beatus Meletius confessor, genere Armenius, qui animadvertens Juvenis illius felix ingenium, & pulchritudine mentis illius captus, permittebat ei, ut secum assiduè versaretur, lumine prophetico prævidens Juvenis illius successum. *In his congressibus Meletius haud dubiè* Joannem *fidei dogmatis accuratè, & sacræ Scripturæ scientiâ instruxit. Eo etiam tempore sacris undis ablutus est, & deinde lector ordinatus. Textus Latinus apud Bigotium talis est :* Cùm verò tres annos assiduè apud eum mansisset, sacro lavacro ab eodem initiatus, lector promovetur. *Hæc verba obscurum relinquunt, quanto tempore post baptismum lector ordinatus sit Sanctus. Græca verò videntur insinuare, triennio ferè post susceptum baptismum ad officium lectoris promotum esse. Verba profero :* ὡς ὁ παρέδρευσε μυσαγωγηθεὶς τῷ τῆς λατρῶ παλιγγενεσίαν ἀμφὶ τὰ τρία ἔτη, προάγεται ἀναγνώσης. *Ad litteram hæc Latinè sic exprimuntur :* Ubi verò assedit * initiatus lavacri regeneratione circiter annos tres, promovetur lector. *Existimo triennium ferè statui inter baptismum & officium lectoris; indeque probabile est, Sanctum initio conversationis suæ cum Meletio baptizatum esse circa annum* 369, *lectorem verò factum anno* 371 *aut seriùs. At clarè non dicitur lector ordinatus à Meletio : nec deest qualiscumque ratio dubitandi.*

F

* *al.* assiduus fuit

deinde lector ordinatur :

57 *Certè Socrates lib. 6 cap. 3 asserit,* Joannem *nostrum à Zenone episcopo lectorem ordinatum, ita scribens :* Zeno episcopus Hierosolymis rediens, lectorem Antiochenæ ecclesiæ designavit. *Idem habent Georgius Alexandrinus, Leo imperator, aliique recentiores. Verùm Marcellinus in Chronico ad annum* 398 *illis contraria scribit.* Joannes, *inquit*, Antiochiæ natus, ibi-

A ibique à Meletio ejusdem civitatis episcopo, eodemque confessore, lector ecclesiæ ordinatus, per singulos officii gradus ascendit. *Socratem sequitur Baronius ad annum* 382 *num.* 72, *putatque* Chrysostomum *ordinatum lectorem à Zenone Tyri episcopo, aut à Zenone episcopo Majumæ. At Hermantius Meletio ordinationem attribuit, eumque sequens Tillemontius Notâ* 13 *Socratem erroris arguit ob duas rationes, quarum neutra est legitima.* Scimus, *inquit*, ex Palladio lectorem ordinatum esse à Meletio episcopo suo secundùm canones. *Nequeo tamen invenire, id Palladium dicere. Certè ubi paulò post dicit, ordinatum fuisse diaconum, clarè addit, id factum* à Meletio; *hîc verò ordinantem tacet, nec asserit, ab eodem ordinatum esse, apud quem tribus annis fuerat assiduus. Quod spectat ad canones, si Sanctus fuerit ordinatus à Zenone Tyri episcopo qui tunc sedebat, quique sedem metropolitanam obtinebat in patriarchatu Antiocheno, nihil actum est contra canones, cùm haud dubiè contigerit, quando Meletius erat in exsilio. Quare res mihi videtur utcumque dubia: solúmque moneo non esse ordinatum post anni* 372 *initium, si ordinatus sit à Meletio; nec ante annum* 372, *si Zeno ipsum ordinaverit.*

B 58 *Porrò*, licèt Chrysostomus *ad S. Meletium frequenter accederet ante ipsius exsilium, non minùs frequens erat tunc temporis cum amico suo Basilio, ut ipse testatur lib* 1 *de Sacerdotio post verba superiùs allegata.* Ceterùm, *inquit*, ubi & ipse à vitæ hujus fluctibus caput paululùm erexi, me ille ambabus apprehendit manibus: at ne sic quidem potuimus æqualitatem pristinam retinere. Etenim cùm ille nos tempore antevertisset, ardensque studium exhibuisset, rursus sublimior ferebatur, in altum valde sublatus. Attamen bonus cùm esset, amicitiamque nostram magni faceret, à ceterorum omnium contubernio se abducens, nobiscum omni tempore versabatur, quod antea ipsi in voto erat, sed, ut dixi, à segnitie nostra prohibitus fuerat. Quamobrem cùm antea repulsus, nos ad eamdem vitæ societatem accepisset, quod jam pridem desiderium parturiebat, confestim peperit, ac ne minimam quidem diei partem à nobis abesse patiebatur, sed assiduè hortabatur, ut domo uterque sua relicta, commune domicilium incoleremus, C quo impetrato, jam res in manibus erat. *Persuaserat* Chrysostomo *Basilius, ut consensisset in communem habitationem (sicut Græcè clariùs dicitur;) sed obstitit Sancti mater, quæ nolebat Filium à se separatum, quæque omnia ad piè domi vivendum eidem procurabat commoda. De hisce plura inferiùs.*

atque iterum urgetur à Basilio ad vitam communem.

59 *Interim videamus, in quale sanctus Juvenis inciderit periculum, ut inde discamus, quàm sinceras de singulis favoribus divinæ misericordiæ ageret gratias. Factum narrat Sanctus ipse Hom.* 38 *in Acta Apostolorum, quando jam erat Episcopus, atque ita loquitur:* Mota est tyrannorum suspicio in civitate nostra, dum adhuc adolescens essem. Militibusque omnibus circum civitatem foris positis, fortè libellos quærebant præstigiarum & magicos. Et, qui scripserat librum, incompactum projecit in flumen, captusque est. Et cùm ab illo requireretur, dare non potuit; sed per urbem vinctus ducebatur: auctis verò indiciis & probationibus, pœnas dedit. Tunc ego cùm in martyrium * ire vellem; transibam per hortos juxta flumen cum alio quodam, qui ut vidit supernatantem librum, primò se linteum

Sanctus sine culpa in periculum incidit;

* *i. e.* ecclesiam martyrum

videre putavit, ac descendens recepit. Ut accessit verò, librum esse vidit, & descendens cepit. Ego verò contendebam quasi de re communi reperta, ridebamque. Sed videamus, inquit ille, quid sit: revolutaque paginæ parte, magica descripta invenit. Accidit autem eodem tempore militem transire. Hinc verò socius, illo occultato, abiit, & timore tabescebat. Quis enim credidisset nos è flumine illum sustulisse, cùm omnes etiam non suspecti detinerentur? Abjicere non audebamus, ne videremur; pari timore prohibebamur, ne divideremus. Deo tamen juvante projecimus, & ab extremis periculis erepti sumus. *Hactenus Sanctus, qui utilem monitionem subjungit*, ut si quis, si non in paria, in alia tamen incidat, eorum memoriam semper servet... Hoc, *inquiens*, nobis magnam Dei amicitiam conciliat. AUCTORE J. S.

60 *Hermantius refert illud Sancti periculum lib.* 1 *cap.* 8, *creditque contigisse anno* 370. *Tillemontius verò art.* 6 *anno* 374 *idem factum innectit. Uterque tamen indubitanter affirmat, istud Sancti periculum accidisse, quando magica arte aliqui inquisiverant in nomen imperatoris, qui Valenti erat successurus. Verùm alter istud illigat* E *anno* 370, *alter anno* 374. *Existimo ego istud Valentis periculum incidisse in annum* 372: *at nescio, an satis clarum sit, istam occasionem à* Chrysostomo *designari, quamvis & Baronius crediderit non aliam insinuari, & factum quoque referat anno* 370. *Quin potiùs existimo, non insinuari à* Chrysostomo *tempus illud, quo magicis præstigiis deceptus Theodorus notarius tyrannidem affectabat. Etenim* Chrysostomus *de mago comprehenso ob scripta magica meminit; at quando nomen futuri imperatoris quæsitum erat magicis artibus, plures capti sunt, non ob scriptum librum magicum, sed quia in futurum imperatorem inquisiverant, aut cum Theodoro contra Valentem conspirabant. Secundò Valens imperator Antiochiæ præsens erat, quando magorum & Theodori molitiones detectæ sunt. At ne minima quidem voce insinuat* Chrysostomus, *Valentem fuisse Antiochiæ eo tempore, de quo loquitur. Tertiò magum unum per urbem circumductum & postea punitum narrat* Chrysostomus. *At historia Theodori, quæ narratur ab Ammiano lib.* 29 *cap.* 1 *&* 2, *longè majoris est momenti, plurimique ea occasione excruciati sunt & morte multati.*

tempus illius periculi variè assignatur,

F 61 *Præterea totum, quod dicit* Chrysostomus, *contingere potuit singulis annis, quibus Valens cum Valentiniano fratre imperavit ante tempus, quo imperium affectavit Theodorus. Etenim Ammianus fatetur*, salutem Valentis & antea sæpiùs per occultas coïtiones, & tunc in extrema demersam. *Idem lib.* 26 *cap.* 4 *asserit*, clandestinis præstigiis *attributum à multis morbum, quo Valentinianus & Valens initio imperii simul decumbebant; & in suspicionem vocatos Juliani apostatæ amicos, inter quos non pauci erant magi. Ad hæc Procopius, qui anno* 365 *tyrannidem arripuit, teste Ammiano lib.* 25 *cap.* 9, *sepulto corpore Juliani, statim* discessit, nec inveniri usquam potuit studio quæsitus ingenti, nisi quòd multo postea apud Constantinopolim visus est subitò purpuratus, *anno nimirum* 365. *Non diu ante hanc Procopii tyrannidem data est lex contra nocturnos magorum conventus, notata* v Idus Sept. *anni* 364. *Eodem anno comprehensi sunt Priscus & Maximus, philosophi gentiles, tamquam suspecti de magia.*

sed sine idoneo fundamento;

62 *Itaque cùm* Chrysostomus *istud periculum*

AUCTORE J. S. *ita ut incertum ſit.*

contigiſſe dicat, quando ſuſpicio erat tyrannorum, & quando libri magici quærebantur; cúmque illa æquè congruant anno 364 aut 365, quàm graviſſimæ illi magorum calamitati, quàm anno 374 figit Tillemontius, de anno, quo Sanctus in iſtud periculum incidit, nihil certi ſtatuo. Attamen magis exiſtimo, rem contigiſſe prioribus Valentis annis, quando Chryſoſtomus *viginti circiter ætatis annos numerabat, quàm ſerius. Nam ſuſpicio magiæ in Sanctum minùs cadere potuiſſet, dum jam erat lector, quàm dum non erat baptizatus. Ex hiſce ulteriùs infero, ex hiſtoria allegata nullum haberi fundamentum pro minori ætate* Chryſoſtomi, *argumentumque, quod ex ea ſumit Tillemontius Notâ 1, non eſſe ullius momenti. Erat Sanctus eo tempore μειρακιον* adoleſcens, *quod cum ætate viginti annorum optimè congruit, quódque etiam cum ætate viginti ſex aut viginti ſeptem annorum componi poſſe credit Tillemontius. Id quidem admittere poſſum. At non facilè admiſero, Sanctum adeo timuiſſe, ne de magia ſuſpectus fieret, poſtquam lector erat ordinatus, & quæſitus ad epiſcopatum. Nam tunc mores ipſius ſatis erant noti Chriſtianis, qui talem facilè depulſiſſent ſuſpicionem. Itaque hæc hiſtoria utcumque extra ordinem relata eſt, ſicut etiam officium lectoris, quod neutrum anno alicui certò aſſigi queat. At nunc videamus, quales fuerint Sancti mores poſt Baptiſmum.*

B

§ VI. Sancti Juvenis mores poſt baptiſmum: ſtudia ſacra ſub Diodoro & Carterio: ad vitam monaſticam trahit Theodorum & Maximum.

Sancti verecundia, modeſtia, & lenitas,

IN Prato Spirituali cap. 191 apud Roſweydum pag. 92 tale Sancti noſtri legitur elogium: Dicebant de S. Joanne Conſtantinopolitano archiepiſcopo, qui juſtè digniſſimè pro puritate doctrinæ & ſplendore venuſtiſſimi eloquii Chryſoſtomus cognominatus eſt, quòd, ex quo ſalutarem baptiſmum accepiſſet, numquam omnino juraverit, neque aliquem jurare compulcrit, neque mentitus ſit, neque alicui umquam maledixerit, neque ſcurrilia locutus ſit, neque jocos admiſerit. *Hiſce conſentit Palladius in Dialogo pag. 183, ubi refutat calumnias quorumdam, qui* Joannem *dicebant* contumelioſum, *hiſce verbis:* Probare autem mihi non potes, Johannem, ex quo baptizatus eſt, aut juràſſe aut quemquam adjuràſſe, aut maledixiſſe, aut mentitum, aut impreçatum eſſe, aut facetias ſuſtinuiſſe. *Plura deinde addit Palladius, ut oſtendat Sanctum non fuiſſe ſolitum alicui inferre contumeliam; ſed ea propriè ſpectant ad ætatem provectiorem. Poſteriores biographi apud Savilium de adoleſcente* Chryſoſtomo *narrant ſimilia.*

C

ab ipſo etiam humiliter aguita.

64 *Verùm huc ſpectat, quod Socrates, vanis rumoribus nimiùm credulus, lib. 6 cap. 3 ſcripſit in hunc modum:* Fuit autem, ut ferunt, ob nimium temperantiæ ſtudium acerbior; & ſicut ajebat quidam, qui cum illo ab ineunte ætate familiariter vixerat, iræ magis deditus quàm verecundiæ. *Nullus ignorat, quàm frequenter contingat, ut eadem facta ab aliis laudentur, reprehendantur ab aliis, pro affectu perſonarum, & pro diverſitate opinionum. Hinc nec S. Paulus, nec reliqui Apoſtoli, nec ipſe Chriſtus Dominus, qui omnia benè fecit, liber fuit à linguis calumniantium. Mirari igitur non poſſumus, Sanctum noſtrum ſimiliter expoſitum fuiſſe dicteriis hominum, præſertim cùm tot tamque potentes habuerit inimicos. Verùm* Chryſoſtomus *ipſe lib. 3 de Sacerdotio pag. 390 apertè fatetur, ſe juvenem iracundiæ obnoxium non fuiſſe. Nam, poſtquam multa dixerat de malis ex iracundia nascentibus, Baſilius eum ſic alloquitur:* Ego verò te ſic diſſimulantem non ulteriùs patiar. Quis enim ignorat, quantùm hoc morbo ſis alienus? *Tum* Chryſoſtomus *non inficiatur, id verum eſſe: ſed dominium ira humiliter attribuit vitæ ſuæ quietæ & ſolitariæ.*

D

Attamen animi magnitudo cum candore juncta forte fecit,

65 *Rurſum lib. 6 pag. 431 de ira ſubinde exſurgente ex* iniquorum virorum & facinorum memoria *loquitur, ſed ſtatim ſe illam compeſcere adjungit. Verba dabo poſtea. Nunc ſolùm obſervo,* Chryſoſtomum *pro modeſtia ſua addere utroque loco, timere ſe, ne non poſſet iram frenare, ſi iis jactaretur fluctibus quibus expoſita eſt vita epiſcoporum. Quis igitur credat, iracundiæ deditum fuiſſe ſanctum Juvenem, cùm in Opere, ubi defectus ſuos candidè aperit, iram compeſcuiſſe ſe fateatur, ejuſque mala fusè deſcribat, & adeo ab ira timeret, ut timorem illum alleget inter rationes epiſcopatum recuſandi? Neſcit diſtinguere ingenuum liberumque excelſi animi candorem inter & turpem iracundiæ affectionem: qui Juvenem talem, qualis erat* Chryſoſtomus, *iracundiæ deditum auſit dicere. Erat ſanè animo magno nobilique* Joannes, *& jam Juvenis æſtimare noverat cæleſtia bona humanaque, ut liquet ex primo Opuſculo ad Theodorum lapſum. Noverat mundana omnia præ cæleſtibus adeo contemnere, ut aurum argentumque pro luto, honores & gloriam pro fumo, voluptates & delicias pro ſomnio, ac demum peritura omnia bona pro imagine bonorum haberet & umbra inani.*

E

ut mundi amatoribus arrogantior videretur & iracundior.

66 *Ea magnanimitate cum animi candore conjuncta, factum eſſe exiſtimo, ut* ferocior *viſus fuerit iis etiam, qui ipſum ad epiſcopatum pertrahere cupiebant. Ex eadem veriſimiliter cauſa contigit, quod ait Socrates lib. 6 cap. 3:* In congreſſibus verò arrogantior videbatur iis, qui mores ipſius ignorabant. *Etenim, ſi, teſte Apoſtolo 1 Cor. 2,* Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritûs Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere; *quis mirabitur,* Chryſoſtomum *tanto rerum terrenarum contemptu arrogantiorem videri potuiſſe illis, qui divitias, qui honores, qui gloriam magni faciebant, quique conditionis ſuæ amplitudine non minùs delectabantur, quàm pueri ſua amant & admirantur crepundia? Neſciunt ejuſmodi homines, quanta ſit vis divini amoris. Exiſtimant, non poſſe ſeriò contemni mundanam illam felicitatem & ſplendorem, cui puſillos affixerunt animos. Hinc facilè ſuſpicantur & temerè credunt, generoſos mundi contemptores faſtu magis & inani gloria plenos eſſe quàm divino amore, gloriamque in ſpeciem ab ipſis contemni, ut homines in admirationem trahant, & majorem gloriam conſequantur. Tales revera erant multi gentilium philoſophi. Tales inter Chriſtianos reperti ſunt ſubinde aliqui. At nequaquam talis umquam fuit* Chryſoſtomus, *quem per totum vitæ decurſum ſui ſimilem videbimus; nimirum non arrogantem, ſed in loquendo liberum, non iracundum, ſed fervido contra peccata zelo animi-*

F

A *nimatum ; non ſuperbum , ſed mundanorum omnium contemptorem ſinceriſſimum.*

Sacris Litteris imbuitur à Meletio, donec is poſt duo exſilia

67 *His moribus erat* Joannes , *quando poſt baptiſmum frequenter ad S. Meletium ventitare pergebat. Huic autem conſuetudini finem impoſuit exſilium , in quod à Valente imperatore miſſus eſt ſanctus ille præſul. At non convenit inter ſcriptores de tempore , quod tertio Meletii exſilio dedit initium. Fuerat primùm relegatus à Conſtantio , revocatus deinde à Juliano. At rurſum à Juliano exſulare coactus eſt , & eccleſiæ ſuæ reſtitutus eſt à Joviano , ut refertur apud nos tom. 2 Februarii ad diem* XII *in Meletio* § 2 , 3 *&* 5. *Tillemontius quidem tom.* 8 *Notâ* 8 *in Meletium non acquieſcit Bollandi noſtri ſententiæ de tempore ſecundi exſilii , & mavult dicere , relegatum anno* 365 *à Valente , & ab eodem anno* 367 *revocatum. Verùm quàm improbabilis ſit illa ſententia brevi obſervatione ſtudioſus lector intelliget. Valens Catholicos perſequi cœpit poſt ſuſceptum baptiſmum. Atqui baptiſmum ſuſcepit anno* 367 *ab Eudoxio Ariano , qui ipſum contra Catholicos excitavit , ut ſcribit ipſe Tillemontius tom.* 5 *Imperatorum in Valente art.* 7. *Qua igitur veriſimilitudine Meletium anno* 365 , *quo Catholicis necdum adverſus erat , relegâſſe creditur ? Qua item veri ſpecie dicitur eumdem ab exſilio revocâſſe anno* 367 , *quo Catholicos perſequi cœpit ? Rationes opinionis tam improbabilis refutavit Boſchius noſter ante tomum* V *Julii in Patriarchis Antiochenis pag.* 55.

B

tertiò relegetur circa initium anni 372 :

68 *Tertium Meletii exſilium contigiſſe , quando Valens prima vice Antiochiam venit , exiſtimat Bollandus* § 6. *Tillemontius verò Notâ* 10 *in Meletium ex litteris S. Baſilii oſtendit , exſilio relegatum fuiſſe ante Paſcha anni* 372. *Sanè epiſtola Baſilii* 89 *novæ editionis , aliàs* 273 ; *ſcripta ponitur ante paſcha anni* 372 , *innuitque Meletium tunc in exſilio fuiſſe , cùm Baſilius dicat , Meletium* accuratiùs *edocendum de rebus* Orientalium *ab epiſtolæ illius latore : nam de rebus Orientalium edoceri non debuiſſet Meletius , ſi fuiſſet Antiochiæ. Contrà in Epiſtola* 68 , *olim* 77 , *Baſilii ad Meletium nihil legitur , ex quo colligi poſſit , Meletium tunc in exſilio fuiſſe. Itaque ex laudatis epiſtolis tertium Meletii exſilium videtur figendum ſub finem anni* 371 *aut initium* 372. *Ea autem epocha optimè congruit cum adventu Valentis in urbem Antiochenam. Etenim hunc adventum figendum ſub finem anni* 371 , *aut ſub initium anni* 372 , *omnino exiſtimo. Pagius ad annum* 372 *num.* 6 *contendit , ipſum eò non perveniſſe ante initium anni* 372 ; *ſed argumenta , quæ affert , non evincunt , Valentem veniſſe Antiochiam poſt finem anni* 371. *At res exigui eſt momenti , cùm dicat laudatus Pagius ;* Currentis itaque anni (372) initio Valens Antiochiam ingreſſus eſt.

C

tum Carterium & Diodorum habuit magiſtros,

69 *Ex hiſce habemus tempus , quo* S. Chryſoſtomus , *Meletio in exſilium pulſo , alios doctrinæ ſacræ magiſtros adire cœpit. De hiſce Sozomenus lib.* 2 *cap.* 2 *ita loquitur :* Hujus porrò philoſophiæ (*Chriſtianæ nimirum , & ſacræ Scripturæ*) magiſtros habuit eos , qui tunc temporis nobilibus illic monaſteriis præſidebant , Carterium ſcilicet ac Diodorum , qui & Tarſenſis eccleſiæ epiſcopus fuit , multoſque , ſicut accepi , libros poſteris ſcriptos reliquit , & ſacra volumina ad litteram expoſuit , repudiatis allegoriis. *Socrates lib.* 6 *cap.* 3 Chryſoſtomo *ejuſque ſociis eoſdem attribuit magiſtros his verbis :* Tunc temporis verò ſummo ſtudio ad virtutis apicem contendentes , monaſticam vitam ſub Diodoro & Carterio didicerunt : qui tunc quidem monaſteriis præerant. Poſtea verò Diodorus ad epiſcopatum Tarſi promotus , multos conſcripſit libros , ſimplicem dumtaxat atque obvium Scripturarum ſenſum inquirens , allegoricam verò earum interpretationem refugiens. *Ex hiſce magiſtris Sancti Diodorus notiſſimus eſt , minùs verò notus Carterius. De utroque pauca dicam.* AUCTORE J. S.

de quibus aliqua memorantur :

70 *S. Hieronymus in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum Diodorum hoc laudat elogio :* Diodorus Tarſenſis epiſcopus , dum Antiochiæ eſſet presbyter , magis claruit. Exſtant ejus in Apoſtolum Commentarii , & multa alia , ad Euſebii magis Emiſeni characterem pertinentia : cujus cùm ſenſum ſecutus ſit , eloquentiam imitari non potuit , propter ignorantiam ſæcularium litterarum. *Diodorum eleganti oratione celebravit* Chryſoſtomus *ipſe* , patrem *vocans , ipſiuſque vitæ auſteritatem , ac certamina , quæ ſuſtinuit pro eccleſia Antiochena , dum exſulabat ſanctus Meletius. Videri illa poteſt apud Bigotium poſt Dialogum Palladii , & in noviſſima editione Operum* Chryſoſtomi *tom.* 3 *pag.* 745. *Aliud ibi pag.* 750 *ſequitur* Chryſoſtomi *fragmentum , quo mirè laudatur Diodorus , quia ſervaverat eccleſiam Antiochenam , exſulante Meletio. Idem fuit amicus S. Baſilii , & aliorum Sanctorum , multúmque laudatus eſt , quamdiu vixit , & poſt mortem , donec exorta eſt hæreſis Neſtorii , cujus defenſores in Scriptis Diodori præſidium quæſiverunt, eaque occaſione viri maculata eſt fama. Plura de Diodoro videri poſſunt apud Tillemontium tom.* 8 *in ipſius titulo. De Carterio nihil invenimus , niſi ſit ille Carterius , quem celebrat Nazianzenus in Carmine* 47 *pag.* 108 , *ut ſuſpicatur Tillemontius tom.* 9 *in Nazianzeno art.* 25. *Res illa eſt incerta , nec aliud de Carterio dicit Nazianzenus , quàm quòd mentem ad cœlum elevaret , indeque apud cœlicolas magna ejus eſſet gloria.*

E

ad illos Sanctus pertrahit Theodorum & Maximum.

71 *Dum ſub hiſce magiſtris Litteras ſacras & vitæ monaſticæ exercitia diſcebat ſanctus Juvenis , duos magnæ exſpectationis juvenes , ſuos olim in ſchola Libanii ſodales , ad idem pertraxit vitæ inſtitutum. De illis Socrates lib.* 6 *cap.* 3 *ſic loquitur :* Perſuaſit etiam Theodoro & Maximo condiſcipulis ſuis , qui unà cum ipſo Libanium ſophiſtam audiverant , ut relicta profeſſione , quæ nihil præter quæſtum ſpectaret , ſimplicem potiùs ac tenuem vitam amplecterentur. Ex his Theodorus quidem Mopſueſtiæ in Cilicia poſtmodum epiſcopus fuit : Maximus verò Seluciæ in Iſauria. *Idem habet Sozomenus lib.* 8 *cap.* 2. *Ex iis autem Maximus in propoſito conſtans permanſit. Attamen pauca de ipſo innotuerunt , caque videri poſſunt apud Le Quien in Oriente Chriſtiano tom.* 2 *col.* 1013 , *ubi Maximus recenſetur inter epiſcopos Seleuſienſes in Iſauria. Etſi enim Maximus aliquis apud* Chryſoſtomum *ſubinde laudetur , iſque hic ipſe eſſe poſſit ; id tamen certum facere nequeo. De Theodoro , qui occaſionem præbuit Sancto noſtro zelum & ſtylum ſuum egregiè exercendi , plura ſunt dicenda.*

F

§ VII.

AUCTORE J. S.

§ VII. Theodoro, poſt inchoatam vitam monaſticam ad mundanam regreſſo, Sanctus duas ſcribit epiſtolas bene longas, & eumdem in viam reducit

Theodorus, ad vitam monaſticam reductus à Chryſoſtomo,

SOzomenus *de Theodoro ad vitam religioſam pertracto hæc tradit:* Theodorus verò Mopſueſtiæ in Cilicia poſthac epiſcopus fuit, vir tum in ſacris Litteris, tum in reliquis diſciplinis rhetorum, ac philoſophorum non mediocriter eruditus. Atque hic quidem cùm ſacræ philoſophiæ leges primùm didiciſſet, & ſanctorum virorum contubernio uſus eſſet, eam vivendi rationem probavit, civilem autem vitam damnavit.

B Verùm in eodem propoſito haudquaquam perſeveravit: ſed pœnitentiâ ductus, ad priorem vivendi rationem abripiebatur. Cúmque propoſitum ſuum confirmâſſet contrariis argumentis, quæ ex rhetorum exemplis deſumpſerat: erat enim multiplici eruditione præditus: in urbem reverſus eſt, rectiùs eſſe judicans, id aſſequi, quod cupiebat. Joannes itaque cùm eum negotiis vacare intellexiſſet, & de uxore ducenda cogitare, Epiſtolam ejuſmodi verbis ac ſententiis conſcriptam, quæ humanæ mentis captum excedunt, ad eum miſit. Quam ille cùm accepiſſet, pœnitentiâ tactus eſt: rurſuſque relictis facultatibus, & nuptiis renuntians, Joannis conſilio ſervatus & ad philoſophicam vitam regreſſus eſt. Ex quo non difficilè meo quidem judicio conjici poteſt, quanta perſuadendi vis in Joannis oratione inerat. Vicit enim illâ eos, qui pari dicendi ac perſuadendi facultate pollebant. *Hactenus Sozomenus, qui de una tantùm meminit* Chryſoſtomi *ad Theodorum Epiſtola, licèt duas ad eumdem à Sancto noſtro datas, omnes ferè ſcriptores conſentiant. At cùm repugnent aliqui, res hoc loco venit examinanda. Exſtant ambæ apud Montfauconum tom.* 1,

C *& prolixior eſt, quæ prima eſt impreſſa, prout prima fuiſſe creditur.*

qui hunc in finem ad ipſum ſcripſit,

73 *Montfauconus in Monito utrique Epiſtolæ prævio Valeſii opinionem primò breviter refutat his verbis:* Jure ab omnibus exploditur Valeſius, qui unam putans haberi Chryſoſtomi ad Theodorum Paræneſin, nempe ſecundam, auſus eſt circa prioris γνησιότητα dubitare. Certè Chryſoſtomum ne vel primoribus quidem labris attigegerit oportet, qui primam Paræneſin non inter elegantiſſimos ejus fœtus recenſeat. *Talis ſanè & mihi iteratò perlecta omnino videtur. Mox ad proponendam Tillemontii ſententiam ſic progreditur:* Unam igitur Epiſtolam ad Theodorum Mopſueſtenum hîc memorat Sozomenus, & quidem, ut videtur, ſecundam. Unam item ad eumdem Heſychius in ſynodo Conſtantinop. collat. v pag. 470 (*apud Labbeum tom.* 5 *Conciliorum.*) Unam pariter Theodorus Cæſareæ ibid. pag. 490, ſed multorum verſuum. *Hoc de prima potiùs, quàm de ſecunda intelligere vult ſcriptor laudatus. At ſecunda etiam eſt Epiſtola bene prolixa, licèt multò brevior ſit quàm prima.* Leontius tamen Byzantinus duas ad Theodorum Mopſueſtenum Epiſtolas ſive Paræneſes commemorat; pariterque Iſidorus Hiſpalenſis... His perſpectis, Tillemontius in eam omnino propendet ſententiam, ut putet, unam tantùm ad Theodorum Mopſueſtenum haberi Paræneſin, nempe ſecundam; primam verò ad alium cognominem miſſam arbitretur. D

non unam, ut aliqui volunt,

74 Præter auctoritatem verò, quam profert, Sozomeni, Heſychii, & Theodori Cæſarienſis, qui unam, ut vidimus, ad Theodorum Mopſueſtenum commemorant Epiſtolam, his rationibus & argumentis nititur Tillemontius. Qui fieri poſſit, ut in neutra Paræneſi nulla alterius Paræneſeos mentio occurrat, etiam ubi Chryſoſtomus iiſdem rationibus utitur & exemplis? Cur in primæ decurſu numquam compellatur Theodorus, cujus nomen in titulo ſolùm comparet; in ſecunda verò non infrequenter Theodori nomen profertur? Quod autem gravius exiſtimandum eſt: Theodorus in ſecunda memoratus nondum vigeſimum, teſte Chryſoſtomo, attigerat annum; contrà verò, eodem auctore Chryſoſtomo, ad quem prior Paræneſis mittitur, annos vitæ reliquos non plus quinquaginta ſperare poterat, etiamſi ad extremam proveheretur ſenectutem, quod E de viro ferè tantùm quadragenario dici poſſit. Ad hæc verò is, quem in priori Paræneſi alloquitur Chryſoſtomus, in aperta vitia & crimina proruperat, ut ex variis Orationis locis colligitur. At non eò uſque perniciei devenerat Theodorus Mopſueſtenus, qui ſi jam baptizatus in ea crimina lapſus eſſet, nequaquam potuiſſet ſecundùm canones in epiſcopum poſtea cooptari. *Hæc ſunt argumenta Tillemontii fideliter explicata, ad quæ rectè reſpondet Montfauconus, ut ibidem videri poteſt. Ego brevitatis gratiâ tantùm ea ex ipſo deſumam, quæ ſufficere videbuntur.*

ſed duas Epiſtolas

75 *Primò auctoritas Sozomeni, Heſychii & Theodori Cæſarienſis nequit multùm prodeſſe Tillemontio, cùm illi ſic memorent unam* Chryſoſtomi *ad Mopſueſtenum Epiſtolam, ut alteram non negent; ſed ſolùm de illa taceant: neque enim laudati viri catalogum texebant Operum* Chryſoſtomi, *ut neceſſe haberent omnia recenſere. Itaque hiſce longè prævalent S. Iſidorus Hiſpalenſis & Leontius Byzantinus. Prior in Opuſculo de Scriptoribus eccleſiaſticis, edito per Suffridum Petri, cap. 6 utramque Epiſtolam clarè deſignat his verbis.* Johannes Conſtantinopolitanæ ſedis ſanctiſ- F ſimus epiſcopus, cognomento Chryſoſtomus, cujus oratio & plurimam cordis compunctionem, & magnam ſuaviloquentiam tribuit. Condidit iſte Græco eloquio multa & præclara Opuſcula, quibus utitur Latinitas. Legi duo ejus de lapſis libellos, ſcriptos ad quendam Theodorum, lamentis & exhortationibus plenos, ut puta illum à bona converſatione dejectum. Et quia monachi vitam cum eo in uno eodemque monaſterio exercuerat, ideo converſationis ibi factæ eum in libris ipſis admonuit, provocans eum ad propoſitum, atque oſtendens, nulli peccatori vel impio, ſi ad pœnitentiam redeat, deſperandum.

bene prolixas:

76 *Leontius Byzantinus tom. 6 Bibliothecæ Patrum editionis Colonienſis pag. 476 de Theodoro Mopſueſteno ait:* Quem magnus Joannes, utpote ex propoſito monaſtici inſtituti lapſum, & qui promiſſionem abjuraverat, duobus funibus fortibus & prælongis lapſum in profundum intemperantiæ, extrahere ſtuduit. *Hiſce addo auctoritatem veterum codicum, de quibus Montfauconus ita diſſerit:* Utraque certè (*Epiſtola aut Paræneſis*) ad eumdem Theodorum inſcribitur in omnibus

AUCTORE J. S.

A bus manuſcriptis, quorum quidam remotiſſimæ vetuſtatis ſunt: πρὸς τ αὐτὸν Θεόδωρον, ad eumdem Theodorum, habent omnes; *nimirum pro ſecunda Epiſtola. Nam prima habet:* πρὸς Θεόδωρον ἐκπεσόντα, ad Theodorum lapſum: *ſive ad litteram*, ad Theodorum, qui exciderat, *ex vitæ nimirum religioſæ inſtituto. Itáque auctoritas ſcriptorum & codicum longè præponderat pro ſententia noſtra. Præterea ex datis inſcriptionibus colligitur, eam eſſe primam Epiſtolam, quæ inſcribitur*, Ad Theodorum lapſum: *idque etiam probari utcumque poteſt ex ipſis Epiſtolis, ſi utraque diligenter expendatur.*

argumenta Tillemontii,

77 *Nunc rationes Tillemontii examinemus. Miratur primò, alteram in altera numquam laudari. At Sanctus in ſecunda pag.* 41 *ſaltem innuit, ſe ſæpiùs ad Theodorum ſcripſiſſe, dum ita loquitur:* Scio me juſtos epiſtolæ limites exceſſiſſe: ſed ignoſce, non enim lubens hoc egi, ſed amoris doloriſque vi compulſus. Hic me affectus ad hanc etiam ſcribendam Epiſtolam neceſſariò induxit, vetantibus licèt multis ac dicentibus: Finem fac vanè laborandi, ac in petris ſerendi. *Hæc verba oſtendunt, ſæpiùs ad Theodorum ſcripſiſſe* Chryſoſtomum, *neque tamen ullius Epiſtolæ verba in hac allegantur, ita ut illa ratio Tillemontii ſit nullius momenti. Præterea, dum dicit ſe* epiſtolæ limites exceſſiſſe, *videtur loqui de prima illa longiore, de qua diſputamus; non verò de ſecunda, quam allegamus. Eam autem de prioris longitudine excuſationem afferre poterat, quòd Theodorus de tanta litterarum prolixitate aliquid reſpondiſſet. Sanè præpoſtera eſt prolixitatis excuſatio, niſi de prima intelligatur Epiſtola. Quis enim dicat de eadem Epiſtola:* Amor coëgit limites Epiſtolæ excedere, idemque coëgit hanc etiam Epiſtolam ſcribere? *Dicit igitur* Chryſoſtomus, *ſe* amoris doloriſque vi *in priori Epiſtola limites exceſſiſſe, & alteram hanc quoque addidiſſe.*

unam tantùm ad Theodorum ſcriptam contendentis,

78 *Altera Tillemontii ratio, quòd in contextu prioris Epiſtolæ Theodorum nomine ſuo numquam compellet, id verò ſubinde faciat in ſecunda, non eſt præcedente ſolidior. Etenim diverſo illo ſcribendi modo uſus eſt Sanctus pro arbitrio, prout eumdem quoque facere in Epiſtolis ad Olympiadem obſervat Montfauconus. Ea mutatione uti potuit, ſive ad eumdem ſcriberet, ſive ad diverſos. Tertia Tillemontii ratio, licèt eam magni faciat, æquè inepta eſt. Theodorus necdum erat viginti annorum in ſecunda Epiſtola pag.* 39. *At in prima Epiſtola pag.* 13 *Sanctus dicit:* Equidem non puto tibi plus quinquaginta annis vitæ ſupereſſe, ut ad extremam ſenectutem venias. *Hinc ille vult, quadragenarium ferè fuiſſe, ad quem primam* Chryſoſtomus *dedit Epiſtolam. At Montfauconus tom.* 13 *in Vita pag.* 93 *adducit locum* Chryſoſtomi *de Socrate, quem tom.* 10 *pag.* 29 *dicit* ad extremam *provectum eſſe* ſenectutem, *quando natus erat* annos ſeptuaginta. *Itaque, judice* Chryſoſtomo, *Theodorus viginti ferè natus annos, ante extremam ſenectutem quinquaginta tantùm alios ſperare poterat. Quare locus à Tillemontio objectus noſtræ potiùs favet quàm ipſius ſententiæ.*

refutamur.

79 *Demum aperta Theodori crimina in prima Epiſtola inveniſſe ſe credit Tillemontius, non item in ſecunda, indeque colligit diverſitatem duorum, ad quos datas exiſtimat. At Montfauconus hoc etiam argumentum abundè refutat; neque invenit tantam diverſitatem peccati, quod in Theodoro reprehendebat Sanctus.* Theodorus, *inquit*, qui ſacrum cœtum deſeruerat, negotia ſæcularia tractabat, voluptatibus deditus erat, Hermiones puellæ cujuſdam amore flagrabat. Non aliud de Theodoro crimen refert Chryſoſtomus: id tamen ille magni criminis loco habere videtur in priori Parœneſi, ubi hæc recenſentur. *Hæc ipſa non negantur in ſecunda Epiſtola; ſed hanc ſcripturus, intellexerat Sanctus, quibus excuſationibus uteretur Theodorus, videlicet quòd paternarum rerum ſolicitudinem gereret, & legitimis nuptiis uxorem vellet ducere. Nam haſce excuſationes ibidem refellit* Chryſoſtomus, *conſiliumque Theodori breviùs quidem, ſed non minùs improbat in Epiſtola ſecunda, quàm in prima, ita ut planè inutile ſit, quod de ſacris canonibus addidit Tillemontius. Nam ex utraque Epiſtola liquet, Theodorum à ſacro cœtu ſe ſegregâſſe, ad ſecularia verò negotia & ad nuptias tranſire voluiſſe. Hæc ſufficiunt ad depellenda Tillemontii argumenta. Verum ut zelus ſancti Juvenis ex hiſce primis ipſius Opuſculis magis pateat, ex utraque Epiſtola huc tranſfero varia invicem conſona.*

Sanctus in utraque Epiſtola Theodorum arguit,

80 *Primam Epiſtolam ſic orditur:* Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? Id longè opportuniùs nunc dicam, quàm ille quondam propheta. Licèt enim non urbes plurimæ, non gentes integræ deplorandæ mihi ſint; at animam defleo hujuſmodi nationibus dignitate parem, imò etiam preciosiorem. Nam vel unus, qui voluntatem Dei faciat, ſexcentis impiis melior eſt: ſanè tu melior antea eras innumeris illis Judæorum millibus. *Mox animam Theodori cum Judæorum templo comparans, ſubdit:* Hoc templum illo ſanctius erat: neque enim auro vel argento, ſed Spiritûs gratiâ fulgebat, ac pro arca ac Cherubim, Chriſtum ejuſque Patrem atque Paracletum habuit inhabitantem. At nunc non ita ſe habet; ſed deſertum quidem eſt, nudatumque pulchritudine illa atque decore, divino ineffabilique ornatu ſpoliatum, vacuum autem omni ſecuritatè atque cuſtodiâ; ita ut neque janua, neque vectis adſit, ſed pateat omnibus animæ exitioſis fœdiſque cogitationibus. Sive arrogantiæ, ſive fornicationis, ſive avaritiæ ſpiritus, ſive illis deteriores intrare voluerint, nemo prohibebit. Priùs verò, quemadmodum cælum his omnibus inacceſſum eſt, ita & puritas mentis tuæ... Quapropter nunc doleo lugeoque, neque finem lugendi faciam, donec in priſtino te ſplendore videro.

quòd vitam monaſticam reliquiſſet,

81 *Audiamus modò initium ſecundæ Epiſtolæ, quo refellitur excuſatio de ſuſcepta paternarum rerum ſolicitudine, aliàs non mala, ſed in Theodoro intempeſtiva.* Si fletus poſſent & gemitus per litteras exhiberi, his repletam Epiſtolam ad te miſiſſem. Equidem fleo, non quòd paternarum rerum ſolicitudinem geras, ſed quòd ex Fratrum te catalogo deleveris, quòd pacta cum Chriſto inita calcaveris. Ad hæc horreo, ſuper his angor, propterea timeo & tremo, gnarus horum contemptum magnam afferre condemnationem iis, qui in ſacram hanc militiam adſcripti, per ſegnitiem ordinem ſuum deſeruerunt. Quòd autem ſupplicium iis deſtinatum gravius ſit, vel ex re ipſa planum eſt. Privatum enim hominem nemo deſertæ militiæ accuſaverit; ſed qui ſemel miles effectus eſt, ſi in deſertione deprehendatur, extremo periculo ſubjacet. *Clarum eſt, Theodori peccatum ex eo repeti, quòd deſeruiſſet vitam religioſam; non verò, quòd conſtaret, ipſum in alia prolapſum eſſe crimina.*

82 *In Epiſtola* 1 *pag.* 22 *ait Sanctus:* Scio

AUCTORE J. S.

te nunc Hermiones formam mirari, nihilque in terris ejus pulchritudini par esse putare. Verùm, si velis, ô amice, tantò illâ elegantior & pulcrior eris, quantò luteis aureæ statuæ. *Hunc Hermiones amorem, licèt ibi non nominetur, Sanctus gravissimis verbis antè deplorat pag.* 4: Qui ad cælum pervenerat, qui vitæ vanitatem deridebat, qui formam corporum perinde atque lapidea simulacra respiciebat, qui aurum quasi lutum, delicias omnes quasi cœnum contemnebat; hic derepentè febri correptus insulsæ concupiscentiæ, valetudinem, robur & speciem omnem perdidit, voluptatumque servus effectus est. An non hunc deplorabimus, dic mihi, an non lugebimus, donec eum recuperemus? *Amorem illum titulo nuptiarum contrahendarum excusare conantem quomodo repellat Sanctus, ex secunda Epistola pag.* 38 *accipe:* Legitima res est conjugium, id ego confiteor: „Honorabile enim est connu„bium, & torus immaculatus. Fornicatores au„tem & adulteros judicabit Deus.„ Sed tibi jam non est integrum jura connubii servare. Eum enim, qui semel cælesti Sponso junctus est, si ab eo divellatur & uxorem ducat, adulterium admittere certum est, quamvis millies hoc ipsum nuptias voces: imò hoc tantò gravius adulterio est, quantò præstantior Deus homine. Ne quis te decipiat dicens: Uxorem ducere non vetat Deus. Id ego quoque novi. Sed adulterium prohibuit, & tu admittere volebas*, quod absit, ut nimirum connubio jungaris umquam. Ecquid miraris si nuptiæ pro adulterio computantur, quando contemnitur Deus?.... Nam, ut initio dicebam, si privatus esses, nemo te desertæ militiæ accusaret. Nunc autem tui juris non es ampliùs, qui tanto Imperatori militare cœpisti.

tarpique captus amore, uxorem ducere vellet,

B

*ἐθέλεις, vis

83 *In utraque Epistola* Chrysostomus *Theodorum vehementer urget commemorando pœnas inferni cælique delicias & ambarum æternitatem, quacum comparat brevitatem ac vanitatem rerum omnium præsentium. Pauca è multis recitabo. In Epistola* 1 *pag.* 12 *ita loquitur:* An non vidisti quosdam, qui in deliciis & ebrietatibus, & in reliquo hujus vitæ ludibrio mortui sunt? Ubi nunc sunt, qui tumidi superbiâ cum multis sequacibus per forum incedebant? Qui sericis induti vestibus & unguentum olentes, parasitosque alentes, schenæ semper affixi erant? Ubi nunc ostentatio illa & pompa? Abiit cœnarum sumptus, musicorum turba, assentantium clientela, risus immodicus, animi remissio, mentis effusio, vita mollis, otiosa, luxu perdita. Quò nunc evolârunt omnia? Quid factum est de corpore, quod pridem tanto famulitio, tantâ munditiâ abundabat? Perge nunc ad sepulcrum: contemplare pulverem, cineres, vermes: loci deformitatem intuêre, & amarè suspira. Atque utinam ad cineres damnum sisteret! Jam autem à sepulcro & à vermibus cogitatum transfer ad immortalem illum vermem, ad ignem inexstinguibilem, ad fremitum dentium, ad tenebras exteriores, ad afflictionem & angustiam, ad parabolam Lazari & divitis, qui tot pecuniis instructus, purpurâque indutus, ne stillam quidem aquæ postea in potestate habuit, in tanta calamitate constitutus. Hujus enim vitæ conditio somniis nihilo melior est. Quemadmodum enim qui metalla effodiunt, aut aliam quamdam pœnam luunt hac graviorem, si quando sub duris illis laboribus & acerbissimâ vitâ dormitantes, per somnium se viderunt in deliciis & rerum affluentia, experrecti postea, nullam somniis gratiam habent; sic & dives ille, cùm in præsenti vita, quasi in somnio, divitiis abundâsset, posteaquam hinc emigraverat, duro supplicio plectebatur. *Hæc, commemoratis inferni pœnis, felicitateque Beatorum in cælo, latè & eloquenter prosequitur Sanctus.*

memorans in utraque supplicia gaudiaque æterna,

C

D

84 *In Epistola* 2 *brevius quidem, ut cetera omnia, idem tamen frequenter argumentum adhibet:* Qui nunc contemnitur, *inquit pag.* 38, ipse est, qui tunc judicabit. Hunc semper cogita, nec non fluvium illum igneum... Qui enim semel igni traditus ab illo fuerit, nullum potest supplicii sperare finem. Et absurdæ quidem vitæ voluptates nihil ab umbris & somniis differunt: priusquam enim peccata ad finem deducantur, delectatio voluptatis exstinguitur, supplicia verò iis destinata nullum habent terminum. Suavitas illa brevissima est; cruciatus æternus. Dic mihi, quid in hoc mundo stabile est? An divitiæ, quæ sæpe ne quidem ad vesperam usque manent? Num gloria? Sed audi justum quemdam virum dicentem: „Vita mea velocior est cursoribus„. Sicut enim illi, priusquam steterint, exsiliunt, ita & hæc evolat, antequam veniat. *Et post alia non pauca, pag.* 41: Vidisti, Theodore, naufragia eorum, qui in hoc mari navigabant. Quamobrem fuge pelagus, fluctus declina, editumque locum occupa, ubi intercipi nequeas. Resurrectio futura est, judicium aderit, horrendum nos hinc egressos tribunal exspectat: „Omnes adsta„re oportet ante tribunal Christi„. Non frustra cum minis denuntiatur gehenna: non incassum tanta nobis parata sunt bona. Umbra, imò umbrâ inaniores sunt res hujusce vitæ, timoribus plurimis, multis periculis, extremaque servitute plenæ.

ac rerum præsentium vanitatem,

E

F

85 *In hac tamen Epistola addit incommoda conjugii, de quibus pag.* 40 *sic loquitur:* An vis de domesticis curis uxoris, liberorum, famulorum agamus? Grave est pauperem uxorem duxisse, grave opulentiorem. Alterum enim facultates, alterum viri auctoritatem libertatemque lædit. Molestum est liberos susce pisse, molestum est non susce pisse: illud * enim est frustra duxisse conjugem, hoc * amaræ servituti subjectum esse. Ægrotat puer, hinc non levis formido: immaturus decessit, hinc non consolabilis dolor: ad singulos ætatis gradus, curæ de ipsis, solicitudines & labores. Quid de domesticorum improbitate dicamus? Hæccine vita est, Theodore, ubi anima una in tot curas distrahitur, tot servit, tot vivit hominibus, sibi numquam? Nihil apud nos hujusmodi reperitur, dilecte, te testem appello. Brevi quippe illo tempore, quo ex fluctibus emergere voluisti, nôsti quantâ lætitiâ, quanto gaudio fruebaris. *Hæc Sanctus, ubi intellexerat Theodorum de conjugio cogitare.*

addens in secunda matrimonii incommoda:

* hoc
* illud

B

86 *In utraque etiam Epistola multùm laborat* Chrysostomus, *ut ne animos abjiciat Theodorus, nec de vita emendanda desperet: in utraque demum magnam erga Theodorum benevolentiam multumque amoris declarat. In prima pag.* 3 *hæc scribit:* Mulier illa, quæ drachmam unam invenerat, vicinas advocabat lætitiæ suæ participes, dicens, Congratulamini mihi. Ego verò amicos omnes & meos & tuos ad rem planè contrariam nunc convocabo: nec dicam, Congratulamini mihi; sed, Lugete mecum, eumdemque luctum assumite, & lamentabili nobiscum voce clamate. Extremam quippe jacturam fecimus; non quòd tot & tot auri talenta è manibus exciderint, nec quòd magna vis lapidum preciosorum: sed quòd

suum denique ac aliorum luctum declarat, hortaturque,

vir

A vir his omnibus precioſior, qui in hoc magno & vaſtiſſimo mari nobiſcum navigabat, neſcio quo pacto excuſſus, in ipſum perniciei profundum deciderit. *In Epiſtola 2 pag. 39 :* Multos per Dei gratiam magnoſque viros habes, qui vicem tuam dolent, qui te cohortantur, & pro anima tua formidant; ſanctum nempe Dei Valerium, ipſius omnimode fratrem Florentium, ſapientem & quidem Chriſti ſapientiâ Porphyrium, multoſque alios. Hi quotidie lugentes, nullum precandi finem faciunt, & jam diu optata conſequuti eſſent, ſi vel paululùm te inimici manibus ſubtrahere voluiſſes. Quomodò igitur non abſurdum fuerit, dum alii de ſalute tua non deſperant, & ut membrum recipiant ſuum, aſſiduè precantur, te ſemel lapſum nolle reſurgere, ſed jacere... Ne, quæſo, ne uſque adeo teipſum lædas, ne tantum nobis dolorem infundas.

ut ne deſperet ; ſed ad monaſterium redeat Theodorus : quod hic fecit.

87 *Primam Epiſtolam Sanctus ita claudit :* Tantùm ne deſperes, neque concidas. Hoc enim tibi in omni ſermonis congreſſu, ubicumque te videro, & aliorum etiam ore repetere non ceſſabo : quod ſi audieris, aliis ampliùs remediis non egebis. *Alterius Epiſtolæ finem ſimiliter ſubdo :* B Speramus autem te per Dei gratiam, quæ in tua poteſtate ſunt, præſtiturum eſſe, foreque ut te rurſum videamus in grege Chriſti florentem; valentemque vera valetudine, teque citiùs orationibus Sanctorum recipiamus, ô dilectum caput. Si quam noſtri rationem habeas, neque penitus nos è memoria tua ejeceris, nobis reſcribere digneris, hoc enim modo magnâ nos lætitiâ afficies. *Hactenus* Chryſoſtomus, *cujus zelus admirabilis optatum tunc habuit effectum, licèt fama Theodori, Mopſueſteni poſtea epiſcopi, non manſerit ſemper integra. Etenim rediit ad vitam religioſam Theodorus, ſcriptiſque non paucis inclaruit. At in hiſce viam ſtraviſſe hæreſi Neſtorianæ creditus eſt, damnatuſque eſt diu poſt mortem in concilio Conſtantinopolitano tempore Vigilii Papæ & Juſtiniani imperatoris.*

Utraque Epiſtola ſcripta eſt,

88 *Reſtat, ut inquiramus, quo tempore elegantes haſce ad Theodorum Epiſtolas ſcripſerit Sanctus. Eminentiſſimus Baronius ad annum 382 num. 71 Epiſtolas illas recenſet inter lucubrationes in eremo compoſitas à* Chryſoſtomo *: atque hanc opinionem ſecutus eſt Hermantius in Vita cap. 16. Verùm Tillemontius Notâ 5, Montfauconus in Monito prævio, & Ceillier tom. 9 Auctorum Sacrorum cap. 1 art. 2 ab ea opinione meritò recedunt, ſic tamen, ut Tillemontius opinionem illam non improbet pro prima Epiſtola, quam perperam credit ad alium ſcriptam. Montfauconus autem ex verbis* Chryſoſtomi *mox datis,* in omni ſermonis congreſſu, ubicumque te videro ; *ita ratiocinatur :* In loco igitur erat Chryſoſtomus, ubi cum Theodoro negotiis & voluptatibus immerſo congredi, ipſumque caſu offendere & videre poterat, atque adeo Antiochiæ. *Tillemontius verò tali utitur argumento. Theodorus unà cum* Chryſoſtomo *eloquentiæ operam dedit in ſchola Libanii ſophiſtæ. At hoc ab ætate Theodori veriſimile non eſt, ſi* Chryſoſtomus *ad ipſum ſcripſit in ſolitudine, ſive anno* 374 *aut ſeriùs : nam Theodorus necdum agebat annum vigeſimum, quando Sanctus ad ipſum ſcripſit, teſte ſecunda Epiſtola pag.* 39, Quando annum vigeſimum necdum agis. *Si autem anno* 374 *aut ſeriùs annum vigeſimum necdum agebat ; veriſimile non eſt ſecundum Tillemontium, Theodorum fuiſſe condiſcipulum* Chryſoſtomi *in ſchola Libanii, cùm ex ea* Chryſoſtomus *receſſerit anno* 368. *Argumentum illud probabile eſt, non omnino convincens ; cùm Theodorus in tenera ætate ad Libanii ſcholam ſe conferre potuerit. Quare aliud affero, quod ille etiam attigit.* AUCTORE J. S.

priuſquam in ſolitudinem ſe recepit Chryſoſtomus,

89 *Secundum Socratem, Sozomenum & Theodoretum, Theodorus unà cum* Chryſoſtomo *ſacras Litteras didicit ſub Diodoro, poſtea Tarſenſi epiſcopo. Theodoretus lib. 5 cap. 40 agens de Theodoro Mopſueſteno illud declarat his verbis :* Hic præſtantiſſimi quidem Diodori auditor, divini autem Joannis ſocius atque adjutor fuerat. *Atqui Diodorus unà cum Flaviano præcipuam curam geſſit eccleſiæ Antiochenæ ab anno 372 uſque ad 378, quando exſulabat S. Meletius epiſcopus, ut rurſum teſtatur Theodoretus lib. 4 cap. 25. Itaque Antiochiæ ſtudiis ſacris operam ſimul dederunt ſub Diodoro, ibique degebat* Chryſoſtomus, *quando Theodorum in ipſo melioris vitæ initio, ut videbimus, reſilientem in viam revocavit. Hiſce aliud addo argumentum.* Chryſoſtomus, *quando vixit in eremo, quatuor primis annis fuit ſub diſciplina Syri cujuſdam ſenis, & deinde duobus annis ſolus, ut habet Palladius in Dialogo pag. 41. At Diodorus, ad cujus diſciplinam revocavit Theodorum, ſenex tunc non erat : nam poſt aliquot annos ordinatus eſt epiſcopus,* & annis ſex & triginta epiſcopatum geſſit, *teſte Theodoreto lib. 5 cap. 40. Itaque Sanctus illas ſcripſit epiſtolas, priuſquam circa annum* 374 *ad ſolitudinem ſe reciperet.* E

circa annum 373, non anno 369,

90 *Nequeo tamen adſtipulari ſententiæ Tillemontii, Ceillieri, & Montfauconi de anno* 369, *circa quem ſecundam Tillemontius, alii ambas crediderunt exaratas. Nimiùm ſanè hîc feſtinavit Tillemontius, quem alii facilè ſecuti ſunt. Etenim Notâ 5* Chryſoſtomum, (*quem viginti annos natum antè dixerat ad ſcholam veniſſe Libanii*) *inde egreſſum dicit anno* 368, *& jam anno* 369 *auctorem facit Opuſculi tam inſignis, in quo de rebus ſacris, idque ex ſacra Scriptura tam eleganter & ſolerter diſputat, acſi vitam ſuam in Litteris ſacris conſumpſiſſet. Ego magis exiſtimo, Sanctum anno* 369 *ſacrarum Litterarum ſtudium ſolùm inchoâſſe. Secundò exſilium S. Meletii figendum eſt circa initium anni* 372, *ut vidimus num. 68. At veriſimile non eſt,* Chryſoſtomum *ſub Diodoro ſtuduiſſe, quamdiu Meletius erat Antiochiæ. Oportet igitur primam converſionem Theodori, quem ad Diodori diſciplinam perduxit* Chryſoſtomus, *figere anno* 372 *aut ſeriùs, & conſequenter Epiſtolas* Chryſoſtomi *ad Theodorum datas circa annum* 373. *In hac chronotaxi ſanctus Juvenis aliquot annos habuit ad diſcendas Litteras ſacras, antequam iis tam ſolerter uteretur, & aliquo tempore ſacra ſtudia continuare ſub Diodoro potuit cum Theodoro in viam reducto.* F

quo Sanctus necdum tantam habebat ſacræ Scripturæ peritiam.

91 *Quæ pro ſua chronotaxi adducit Tillemontius, nullius contra meam ſententiam ſunt momenti. Neque enim Socrates aut Sozomenus aſſerit, Theodorum eodem tempore cum* Chryſoſtomo *mundi vanitatibus renuntiâſſe. Neque mirari poterimus, ſi Theodorus junior* Chryſoſtomo *Libanium cum ipſo frequentaverit, ac deinde annis tribus quatuorve frequentare perrexerit. Theodorus* citò & ab ipſo principio, *ſive* in ipſo procinctu certaminis, *ut Sanctus loquitur pag. 36, à cœptis reſilierat. Potuit igitur* Chryſoſtomus *ſcribere eodem anno, quo ille Diodorum & Carterium frequentare cœperat, ſive id contigerit anno* 372, *ſive* 373. *Unicum igitur reſtat dubium, quid ſit ſacer ille cœtus, ex quo erant* Chryſoſtomus *& Theodorus : nam ſubinde* fratres

AUCTORE J. S. *vocantur, quod de monachis explicandum putat Tillemontius; at ſolùm de fidelibus rectè viventibus iſtud exponit Montfauconus in Vita pag. 93. Verùm exiſtimo,* Fratres *illos, qui erant ſub diſciplina Diodori & Carterii, non quidem omnes ſimul habitâſſe, cùm in domo materna habitaret* Chryſoſtomus; *voto tamen, ſaltem caſtitatem ſervandi, fuiſſe obſtrictos. Aliàs enim non capio, quâ ratione* Chryſoſtomus, *num. 82 laudatus, nuptias tam fortiter diſſuadere potuerit Theodoro, ut dicat ipſi* non *eſſe* integrum jura connubii ſervare, *ut dicat* cæleſti ſponſo *junctum, nuptiaſque ipſi non minùs quàm* adulterium *eſſe illicitas. Hæc & plura alia oſtendunt, fratres illos voto continentiæ fuiſſe obſtrictos.*

§ VIII. Sanctus, hortante Baſilio ad vitam monaſticam, matris precibus detinetur, & piè interim ac ſolitariè vivit in domo materna.

B

Chryſoſtomum, de vita monaſtica cogitantem,

DE *inſigni amicitia* Chryſoſtomum *inter & Baſilium jam varia diximus* § 5, *ubi num.* 54 *narravimus, multùm inſtitiſſe Baſilium, ut* Chryſoſtomus *ſecum amplecteretur vitam communem & monaſticam. Non abhorrebat ab eo propoſito Sanctus, & libenter amici acquieviſſet conſilio:* Verùm, *inquit lib.* 1 *de Sacerdotio, tom.* 1 *pag.* 363, aſſiduæ matris illecebræ obſtiterunt, quo minùs hanc illi gratiam redderem; imò verò, quò minùs id beneficii ab eo acciperem. Enimvero ubi illa odorata eſt, me id conſilii inire, dextrâ apprehenſum introduxit me in peculiare ſibi domicilium, ac me prope lectum, ubi me enixa fuerat, aſſidere juſſo, emiſſis lacrymarum fontibus, ipſis lacrymis miſerabiliora verba proferebat, his me gemebunda compellans: Ego, inquit, fili, virtute patris tui non multo tempore, ita providente Numine, frui potui. Nam partûs tui dolores excipiens illius obitus, te pupillum, me viduam præmaturè reliquit, additis viduitatis incommodis, quæ expertis ſolùm probè nota ſunt. Nullus enim ſermo illam tempeſtatem ac procellam exprimere poſſit, quam puella ſubit, cùm nuper è domo patris emiſſa, ac negotiorum imperita, repentè luctu intolerabili perculſa, ſolicitudinem ætate ac ſexu ſuo majorem ſuſcipere cogitur. Opus enim & ſervorum ignaviam emendare, nequitiam obſervare, cognatorum inſidias propulſare: publicanorum moleſtias, & in vectigalibus exigendis immanitatem fortiter ferre.

C

mater multis precibus in domo ſua detinet,

93 Quód ſi is, qui mortem obit, prolem relinquat; ſi ſit femina, magnam utique matri curam exhibet; ſed tamen ſumptibus & metu vacantem. At filius ſexcentis quotidie timoribus replet, multiſque ſolicitudinibus; mitto enim pecuniarum expenſam, quam multam facere cogitur mater, ſi liberaliter illum educare cupiat. Me tamen horum nullum ad alteras nuptias vel ad alterum in patris tui ædes inducendum ſponſum permovit. Sed in procella & turbine manſi: ferreamque viduitatis fornacem non evaſi, primò quidem ſuperno fulta ſubſidio: deinde non modico mihi in calamitatibus ſolatio erat, quòd vultum frequenter tuum aſpicerem, ac vivam defuncti imaginem ſervarem, quæ illum accuratè referret. Quapropter cùm adhuc infans eſſes, necdum loqui valeres, cùm maximè pueri parentes oblectare ſolent, magnæ mihi conſolationi fuiſti. Neque illud mihi vitio vertere poſſis, quòd licèt viduitatem fortiter tulerim, paternas tamen ob viduitatis incommodum tibi minuerim facultates, quod multis in orbitate infeliciter accidiſſe novi: nam illas tibi integras ſervavi, licèt nihil eorum ſumptuum prætermiſerim, qui ad liberalem inſtitutionem tuam neceſſarii erant; idque ex facultatibus meis, exque pecuniis, quas è domo paterna attuleram. D

ibique ei omnia ad piè & ſolitariè vivendum commoda præbet.

94 Ne verò putes me tibi exprobrantem hæc dicere: ſed pro his omnibus unam poſtulo gratiam, ne me altera viduitate involvas, neu ſopitum jam luctum denuò excites: verùm mortem exſpectes meam: hinc fortaſſe brevì emigrandum mihi erit. Nam juvenes quidem ad provectam perduci ſenectutem ſperare poſſunt; nos autem, qui conſenuimus, nihil aliud, quàm mortem præſtolamur. Cùm itaque me terræ tradideris, patriſque oſſibus admiſcueris, longas ſuſcipito peregrinationes, & quodcumque volueris pelagus trajicito: nemo tunc prohibiturus eſt. Cæterùm donec reſpiramus, contubernium meum ne reſpuas, neu in Dei offenſionem temere incurras, dum nos, nihil tamen læſus à nobis, tot malis involves. Etenim ſi conqueri potes, quòd te ad mundanas curas pertraham, ac negotiis proſpicere tuis cogam, ne leges naturæ, ne educationem, ne conſuetudinem, neu aliud quidpiam reverearis, ſed nos tamquam inſidiatores & inimicos fuge; ſin verò nihil non agimus, ut tibi otium paremus ad vitam inſtituendam, ſi minùs aliud vinculum, certè hoc unum te apud nos detineat. Nam etiamſi te à ſexcentis aliis amari dicas, nullus tibi tantam libertatem procurabit, quandoquidem nemo eſt, cui exiſtimatio tua æquè ac mihi cara ſit. E

Vivit igitur auſterè & ſolitariè in domo materna,

95 *Hactenus* Chryſoſtomus, *apud quem matris preces tantò maius pondus habebant, quantò minùs Filii pietatem ulla in re impediebat. Præterea parcè cum ipſa matre agebat, ſed ſumma cum animorum conjunctione, ita ut ſolitudinem in ipſa matris domo haberet. Nam lib.* 6 *pag.* 426 *de ſe Baſilio ita loquitur:* Ne itaque mireris, ſi forum multorumque conſortium fugientes, accuſatores multos non habeamus... Quis, quæſo, quis improbitatem meam revelare poterit? An tectum, an ædes? At ne vocem quidem emittere poſſint. An mater potiùs, cui res omnes meæ notæ ſunt? At ne cum illa quidem mihi conſortium * eſt, neque inter nos ulla umquam rixa ſuborta eſt. *Ita laudes ſuas modeſtè tegens, extremam ſimul ſolitudinem ſuam declarat Sanctus. Tantæ huic ſolitudini duras quoque corporis vexationes adjunxiſſe Sanctum, liquet ex verbis, quibus Baſilium alloquitur lib.* 3 *pag.* 389: Ne mihi enim hîc jejunium alleges, vel vigilias, vel humi cubationem, & reliquam corporis macerationem: nam quantùm ab his virtutibus abſimus, non ignoras. Etiamſi verò à nobis accuratè excolerentur, nihil hæc nos tanta animi ſegnitie præditos, ad hanc præfecturam (*epiſcopatum*) juvarent. Homini quippe in domuncula quadam incluſo, & ſua ſolùm curanti, hæc magnam afferrent utilitatem *&c.*... Nam delicatum cibum, potum, lectum deſpicere, multis facile eſſe videmus. *Non poſſumus meritò dubitare, quin memoratas virtutes exercuerit Sanctus, licèt humiliter neget ſe eas accuratè perfeciſſe.* F

* *al.* aliquid commune

Què

AUCTORE J. S.

A *atque in pravas animi affectiones*

96 *Quò porrò ſolitudinem ſuam dirigeret & corporis macerationem, videlicet ad pravas animi affectiones domandas, rectæque rationi ſubjiciendas, colligimus ex iis, quæ modeſtè declarat Sanctus lib. 6 pag.* 430 *&* 431, *ita ſcribens :* Nam præter illa, quæ dicta ſunt, quamquam multum nunc laborem ſubire oportet, ne ab animi affectibus omnino proſternar; attamen laborem ſuſcipio, nec certamen ſubterfugio. Etenim à vana quidem gloria nunc capior; attamen ſæpè reſipiſco, & me captum fuiſſe video : interdum verò in ſervitutem redactum animum increpo. Abſurdæ cupidines me etiam nunc inceſſunt, ſed quæ remiſſiorem flammam accendant, quòd externis oculis materia nulla igni apta ſuppetat. A maledictorum probro & auditu prorſus vaco, cùm nulli, qui me alloquantur, adſint : neque enim hi parietes emittere vocem queant. Sed nec ab ira temperare poſſum, etiamſi nullus adſit, qui exaſperet : iniquorum quippe virorum ipſorumque facinorum memoria animum mihi intumeſcere facit; verùm id non uſque in finem : ſtatim enim ipſum ardentem compeſcimus, & ad quieſcendum deducimus in nobis ipſis dicentes,

B admodùm inſulſum extremæque miſeriæ eſſe, dum noſtra omittimus mala, de alienis tam curioſos eſſe.

diligenter inquirit,

97 Verùm ſi ad turbam me conferam, innumeriſque tumultibus occuper, jam non hujuſmodi admonitione perfrui potero, neque cogitationes illas me probè inſtituentes reperire. Sed quemadmodum ii, qui per præcipitia, vel fluentis aliquibus, vel alio quodam modo ducuntur, proximam quidem perniciem prævidere poſſunt, auxilium verò nullum ſibi excogitare valent; ſic & ego, ſi in tantum ægritudinum tumultum incidam, ſupplicium quidem quotidie mihi augeri cernere potero; in meipſo autem cogitare, ut nunc cogito, ac furentes animi impetus frænare, non ita facile erit mihi, ut priùs erat. Mihi quippe anima eſt infirma, puſilla, captuque facilis, non his ſolùm affectibus, ſed & omnium acerbiſſimo, nempe invidiæ : neque illa contumelias, neque honores moderatè ferre novit; ſed & illis admodùm extollitur, & his valde deprimitur. Quemadmodum ergo feræ immanes, dum corpore bene valent ac geſtiunt, ſe adorientes facilè vincunt, ſi maximè ii infirmi ſint &

C imperiti; ſi quis verò illas fame macerârit; hinc evenit, ut illarum furor ſopiatur, viriumque magna pars exſtinguatur; ſic & animi affectus, qui imbecillos reddit, eoſdem rectæ rationi ſubjicit, ſi quis contrà diligenter aluerit, graviorem ſibi adverſus eos pugnam parat, & ita terribiles reddit, ut in ſervitute ac metu totam vitam ducat.

ut eas & vincat & exſcindat :

98 Quænam igitur belluarum harum alimenta; vanæ gloriæ quidem, honores & laudes; arrogantiæ verò, potentiæ & dignitatis magnitudo; livoris, aliorum celebritas; avaritiæ, largientium liberalitas; luxuriæ, deliciæ & frequens mulierum conſuetudo : & ſic aliud ab alio fovetur. Hæ porrò omnes belluæ me in rerum medium accedentem invadent, animam meam dilaniabunt, terrorem incutient, & gravius mihi adverſus illa bellum parabunt; hîc verò ſedenti mihi, magnâ tamen adhibitâ violentiâ ſubjicientur : ſubjicientur tamen per Dei gratiam, ita ut præter latratum nihil plus habeant. Ideo hanc domunculam incolo, nemini aditum do, cum nemine conſertium, colloquiumque miſceo. *Huc uſque* Chryſoſtomus *tantâ modeſtiâ animæ ſuæ hoſtes enumerans, quantâ diligentiâ ipſum cum illis de-certâſſe, quilibet aſceticæ vitæ utcumque peritus facilè perſpiciet. Etenim niſi ſtrenuum cum vana gloria, cum iracundia, cum invidia, ceteriſque affectionibus enumeratis, geſſiſſet bellum; non ita accuratè earum impetus obſervâſſet, non tantopere à belluis illis timuiſſet, nec ſingularum alimenta tam diligenter perſpecta habere ſtuduiſſet. Nam homines, qui refrænandis affectionibus ſuis non ſtudent, eas ne quidem nôſſe ſolent.*

non ita ſolus erat Sanctus, ut non loqueretur frequenter cum Baſilio.

99 *Ex hiſce, quæ attulimus, Tillemontius art.* 3 *ſuſpicatur*, Chryſoſtomum *eo tempore, quo tantam in domo materna captabat ſolitudinem, egreſſum ferè non fuiſſe, niſi ad S. Meletium, quem exſilio mulctatum credit ſub finem anni* 370, *& cujus exſilium nos figimus circa initium anni* 372. *Verùm non conſtat, an ante exſilium S. Meletii tam ſeverè ſe ſolitudini addixerit ſanctus Juvenis. Quare rectiùs dicemus, eum tunc temporis non egiſſe, niſi cum Diodoro & Carterio, quorum diſciplinæ ſe tradiderat, aut cum condiſcipulis ejuſdem ſcholæ, ac ſolùm ferè de rebus ſacris. Certè cum Baſilio frequenter loquebatur, ut liquet ex recitatis Sancti verbis num.* 58; *& rurſum ex iis, quæ Baſilius, epiſcopus conſecratus*, Chryſoſtomo *dicit lib.* 1 *de Sacerdotio tom.* 1 *pag.* 367, *ita de eo conquerens :* Attamen, ut dixi, nihil eorum crimini do, neque ſolitudinem exprobro, in qua nos conſtituiſti, cùm colloquia illa abſtuliſti, ex quibus & voluptatem & utilitatem non minimam ſæpè carpebamus... Etenim quòd non mediocre mihi damnum intuleris, ipſe nôſti, ſi modò meminiſſe velis ſermonum, tum quos exteri de nobis, tum quos nos de nobis ipſis perpetuò habuimus. Hi porrò ſermones erant, magnum nobis fore lucrum ex concordia, præſidiumque ex amicitia mutua. Aliique omnes dicebant, aliis etiam bene multis non modicæ utilitati fore concordiam noſtram. *Plura ſequuntur de fructu mutuæ illius concordiæ, uti & alia plura in eodem Opere leguntur de eximia illa inter* Chryſoſtomum *& Baſilium amicitia. Non ſic igitur ſolus erat in domo ſua Sanctus, ut non ageret cum amicis, qui ſibi idem vitæ genus præſcripſerant; ſed ut cum mundi amatoribus colloquia non miſceret de rebus profanis.*

E

§ IX. Chryſoſtomus & Baſilius quæruntur ad epiſcopatum : prior ſe occultat, alter, diſſimulante Chryſoſtomo, capitur & conſecratur : Sanctus factum ſuum excuſat.

F

Chryſoſtomum ad epiſcopatum provehere conantur epiſcopi :

QUæ modò narrabimus *de quæſito ad epiſcopatum* Chryſoſtomo, *promotoque ad illam dignitatem amico ipſius Baſilio, figuntur à Tillemontio Notâ* 7 *anno* 372. *Montfauconus in Vita pag.* 94 : Circa annum verò, quo hæc geſta fuere, Hermantio & Tillemontio adſtipulor, qui eadem ad annum Chriſti CCCLXXII vel circitèr referunt, putantque non ultra annum CCCLXXIV poſſe differri. Unum eſt, quod à tali computandi ratione avertere poſſit quòd nempe Joannes tunc XXV, vel ad ſummum XXVII, tan-

ORE S. tùm annorum eſſet, & Baſilius ejuſdem circitèr ætatis, quæ ad tantum ſuſcipiendum munus non idonea videatur. Sed licèt ætas, quâ epiſcopi ordinantur, major ut plurimùm requiratur, non deſunt exempla eorum, qui ante vigeſimum quintum annum epiſcopi adlecti & conſtituti ſunt, & alioquin ipſe Baſilius apud Chryſoſtomum ait in crimen à nonnullis vocatos fuiſſe eos, qui ſe ordinaverant, & qui Joannem, ut epiſcopum conſecrarent, fruſtra quæſierant; utpote qui, tot tantiſque relictis viris, *μειράκια*, heri ac nudiuſtertius in ſæcularibus curis volutatos, ut ad breve tempus ſupercilia contraherent, pullas veſtes induerent, vultûſque triſtitiam ſimularent, derepentè ad tantum honorem adduxerunt, quantum ne in ſomnis quidem aſſequi ſperaviſſent: quo arguitur, admodùm juvenes tunc fuiſſe Joannem & Baſilium ejus condiſcipulum. *Hæ rationes utcumque pro fixa epocha aliquibus fortè ſufficere videbuntur: attamen datæ epochæ nequaquam acquieſcendum mihi videtur.*

ctum ino

B 101 *Sanè, cùm ipſi Tillemontius & Montfauconus fateantur* Chryſoſtomum *non abiiſſe ad vitam ſolitariam ante annum* 374, *non ſatis capio, qua de cauſa maluerint anno* 372, *quàm* 374 *ſigere memorabile iſtud factum. Etenim veriſimile eſt, Sanctum periculo illo non opinato permotum fuiſſe ad urbem tandem deſerendam, ac vitam ſolitariam exercendam in loco deſerto, de quo dudum deliberabat. Quo enim modo poterat non timere, ne pertraheretur ad epiſcopatum, ſi maneret in urbe? Præterea rara exempla aliquorum, qui ante annum ætatis trigeſimum ad epiſcopatum promoti ſunt, non videntur ſufficere, ut ſtatim credamus, duos ſimul juvenes circa annum vigeſimum quintum ab epiſcopis Syriæ quæſitos fuiſſe, ut ad gradum tam ſublimem promoverentur, prætermiſſis aliis maturioris ætatis viris, quos non defuiſſe illo tempore, habemus ex ipſo* Chryſoſtomo. *Certè in Neocæſarienſi concilio anni* 314 *ſtatutum erat can.* XI, *ne quis presbyter ordinetur ante annum ætatis trigeſimum, etiamſi ſit vitæ probabilis: neque exiſtimo duorum ſimul conſecrationem contra canonem illum fuiſſe tentatam eodem ſeculo ab epiſcopis Syriæ, cùm nulla ſit ratio alicujus ponderis, quæ cogat Baſilii conſecrationem anno* 372 *ſigere.*

C 102 Chryſoſtomus *ipſe in libris de Sacerdotio, quantumvis frequenter de juventute ſua loquatur, omnino perſuadere videtur, nec ſibi nec Baſilio defuiſſe ætatem per canones requiſitam. Nullibi enim dicit, aliquid contra canones tentatum fuiſſe ab epiſcopis, à quibus ad epiſcopatum quærebatur. Quin potiùs lib.* 3 *pag.* 380 *videtur dicere, Baſilii electionem legibus eccleſiaſticis fuiſſe conformem. Nam, ubi dixerat, calumniatores de ſua conſecratione dicturos fuiſſe*, res tantas pueris inſipientibus commiſerunt, *addit id ob ſuam fugam dici non amplius poſſe:* Si enim, *inquit Baſilio*, tui causâ iſta protulerint, ſtatim illos ex ipſa re docebis non oportere prudentiam ætate metiri, neque ſenem ex canitie probatum habere, neque juvenem à tali miniſterio prorſus arcere, ſed neophytum: multum eſt autem inter utrumque diſcrimen. *Probabile mihi non apparet*, Chryſoſtomum *hîc contradicere canoni Neocæſarienſi, ſed illos nominare* Juvenes, *qui annos quidem habebant triginta, juvenes tamen videri potuerunt ad ſuſcipiendum ſublime epiſcopatûs officium. Quod ſpectat ad pauca exempla eorum, qui ante eam ætatem ordinati creduntur; neſcio, an omnia ſint ſatis certa; ſi qua verò in-*

a 374 *um.*

dubitata ſint, ex pauciſſimis exemplis ſolidum D *nequit deduci argumentum. Malim igitur exiſtimare*, Chryſoſtomum *paulò ante ſeceſſum ad eremum quæſitum fuiſſe ad epiſcopatum, & tunc fuiſſe annorum circitèr triginta. At certum eſt, factum illud contigiſſe ante ſeceſſum Sancti, ut ex verbis mox dandis colligitur; ideoque ſtandum eſt circa annum* 374.

Baſilius de epiſcopatu Chryſoſtomum conſulit; hoc autem diſſimulante,

103 *Nunc factum ipſum ſubjicio.* Chryſoſtomus *lib.* 1 *de Sacerdotio tom.* 1 *pag.* 364 *narrat, Baſilium inſtare perrexiſſe, ut ſimul ſolitariam vitam ducerent, atque ita pergit:* Hæc cùm inter nos verſaremus, illo frequenter inſtante, me abnuente, exortus ſubitò rumor utrumque turbavit; fama enim erat, nos ad epiſcopalem dignitatem promovendos eſſe. Quibus auditis, ego timore ſimul & hæſitatione perculſus ſum; timore, ne invitus raperer; hæſitatione, cùm identidem diſquirerem, quo pacto viris illis in mentem veniſſet de nobis quidquam hujuſmodi cogitare. Nam meipſum inſpicienti, nihil ſuccurrebat illo dignum honore: generoſus autem ille, me ſeorſim conveniens, cùm famam quaſi ignoranti aperuiſſet; rogabat, ut quemadmodum antè, hic etiam factorum conſiliorumque conſortes videremur: paratum ſe eſſe, ad utramvis viam [quam] amplecterer, ſive fugiendum; ſive conſentiendum eſſet, perſequendam. Ejus ego animum conſpicatus, damnumque ratus me univerſæ Eccleſiæ illaturum, ſi tam probo, tam ad multorum præfecturam idoneo juvene gregem Chriſti ob infirmitatem meam privarem, quod in animo erat, non detexi, etſi antea nullum conſiliorum meorum ipſi occultâſſem. Sed cùm reſpondiſſem ea de re conſultationem aliud in tempus rejiciendam eſſe, neque enim id in præſentia urgere, ſtatim perſuaſi nihil propterea curandum eſſe, fiduciamque indidi, me ejuſdem ſententiæ conſortem fore, ſi quando res hujuſmodi contingeret.

& in tempore ſe occultante, capitur & conſecratur epiſcopus:

104 Haud ita multo elapſo tempore, cùm is, qui nos ordinaturus erat, adveniſſet, ac me ipſe occultâſſem: horum ignarus ille, quaſi ad aliud negotium ducitur, jugumque accipit, ſperans me, ut promiſeram, perinde ſequuturum eſſe: imò potiùs ſe, me præeunte, ſequuturum. Etenim nonnulli ex iis, qui aderant, videntes eum, quòd comprehenſus eſſet, ægrè ferentem, ei verba dederunt, clamantes, abſurdum eſſe, eum, qui omnibus ferocior videbatur, me deſignantes, cum magna modeſtia patrum placito obtemperâſſe; illum autem multò prudentiorem & moderatiorem, ferocire, vanam gloriam appetere, ſubſultantem, reſilientem, repugnantem. His ille verbis obſequutus, poſtquam audivit me aufugiſſe, triſtis admodùm me adit, aſſidetque mihi, verba facere cupiens; verùm animi auguſtiâ detentus, cùm eam, quam paſſus fuerat, vim declarare non poſſet, in ipſo oris hiatu fari prohibebatur, mœrore orationem, antequam dentes tranſiliret, interrumpente. Illum ego intuitus lacrymis perfuſum, animoque turbatum, rei cauſam edoctus, multa cum voluptate in riſum prorupi, apprehenſumque dexterâ deoſculari conatus ſum, Deoque gloriam referebam, quòd machinamenta mihi rectè ac pro voto ceſſiſſent. Ille ut me lætum hilaremque vidit, ubi primùm ſe à nobis deceptum eſſe animadvertit, id longè graviùs indigniùſque ferebat. *Hactenus* Chryſoſtomus, *de modo, quo ipſe epiſcopatum fugit, & quo amicum ſuum Baſilium ad eam dignitatem diſſimulando perduxit.*

E

F

A

Hinc ille dolum exprobrat. At Sanctus respondet,

105 *Verùm cùm eo consilio non modò Basilium moderatè agentem, sed alios quoque offenderit Sanctus, operæ pretium erit, si investigemus, quæ objecta sint* Chrysostomo, *& quibus hic rationibus se defenderit. Basilius querebatur, se deceptum, proditum, callida dissimulatione circumventum.* Nos quippe, *inquit pag.* 367, animam nostram, ut ita dicam, tibi allatam in manibus tuis reposuimus: tu verò tantam adversus nos calliditatem adhibuisti, quantam si ab inimicis tuis cavendum tibi fuisset. Atqui oportuit, si consilium hujusmodi utile esse putabas, illius lucrum non fugere; sin damnosum, nos quoque, quos omnibus semper præferre dicebas, damno eripere. Tu verò nihil non egisti, ut eò incideremus; neque dolo vel simulatione opus erat adversus eum, qui sine dolo & simpliciter omnia dicere & agere apud te solebat. *Ad hæc pag.* 368 Chrysostomus, *præfatus virum* omnium amicissimum *sibi placandum esse excusatione, respondet astutiam non semper malam esse, sed subinde etiam laude dignam. Deinde id probat variis similitudinibus, & maximè exemplo medicorum, qui dolo prudenti ægrotos sanant. Subdit pag.* 370: Fraudis quippe magna vis, dum ne doloso consilio offeratur. Imò verò hæc minimè fraus appellanda est, sed œconomia, sapientia & ars quædam, quæ possit multos exitus in rebus arduis reperire, animæque delicta emendare.

B

Se dissimulatione rectè usum, nec Basilius ampla mercede,

106 *Mox verò lib.* 2 *pag.* 371 *incipit ostendere, magnum* lucrum ex *illa sua* œconomia *sperandum esse Basilio, nimirum quia episcopus agit,* quæ dilectionis erga Christum argumenta esse dixit ipse Christus, qui Apostolorum coryphæum sic alloquitur. „Petre, inquit, amas me„? Id illo confitente adjungit: „Si amas me, pasce o„ves meas.„ Interrogat discipulum Magister, num diligatur ab eo; non ut ediscat: quomodo enim ediscat, cùm omnium corda nôrit? sed ut nos doceret, quantùm cordi sibi esset hujusmodi gregis præfectura. Id cùm palam sit, illud item manifestum erit, magnam fore mercedem laboranti in iis, quæ magno apud Christum in pretio sunt. *Plura hisce addit, quibus ex amore, quo Dominus Ecclesiam suam prosequitur, eleganter ostendit, amplam bonorum Ecclesiæ pastorum fore mercedem. Deinde verò pag.* 372 *Basilium sic compellat:* Etiamne igitur nunc nobiscum contendes, quasi te malè in fraudem conjecerimus; cùm omnibus Dei bonis præficiendus sis, illa agens, quæ agenti Petro potentiam indidit, cæterisque Apostolis longè antepositi. Nam „Pe„tre, inquit, amas me plus his? Pasce oves „meas.„ Atqui poterat sic eum alloqui: Si amas me, jejunia exerce, humi cuba, vigilias cole, injuriâ affectis patrocinare, esto pupillis quasi pater, & matri eorum quasi maritus. Nunc verò his prætermissis omnibus, quid ait? „Pasce „oves meas.„ Illa enim, quæ suprà dixi, ex subditis multi facilè præstare possunt, non viri solùm, sed etiam mulieres.

C

& Ecclesia egregio privaretur episcopo.

107 At cùm de Ecclesiæ præfectura, deque concredenda tot animarum cura agitur, recedat à magnitudine tanti negotii totus femineus sexus, imò etiam virorum pars maxima. Agantur in medium, qui magno intervallo cæteris omnibus antecellunt, & qui secundum animi virtutem cæteris tantò sublimiores sunt, quantò universa Hebræorum gente Saül secundum corporis proceritatem, imò & longè majori spatio. *Hæc item egregiè probat. Cùm igitur charitatem, prudentiam, aliasque insignes Basilii dotes haberet perspectas, ut ait pag.* 377, Ego, quæ te spectabant, plùs quàm parentes tui, ut ipse fateris, noveram; *Sanctus luculenter ostendit, se dissimulando sine mendacio propositum suum, tam Basilio profuisse quàm Ecclesiæ. Nam Basilio se profuisse probat, quòd non impediverit, quo minùs in amplum multa merendi campum ingrederetur; Ecclesiæ verò, quòd ea occasione episcopum acceperit planè insignem. Tota autem dissimulatio in eo erat, quod non declarâsset Basilio, se velle episcopatum fugere, ne ille imitaretur exemplum.*

AUCT. J.

Fugam suam s sabat, cens, cem s esse:

108 *Porrò humilis* Chrysostomus, *qui tam favorabile de amico suo ferebat judicium, longè aliter de se ipso judicabat: episcopatum enim suum & sibi & Ecclesiæ noxium futurum existimabat, aut certè id verebatur, quia humiliter de se suaque capacitate sentiebat. Ubi Sanctus probaverat, charitatem in munere pastorali maximè ostendi; petebat Basilius:* Tu verò Christum non amas? *Sanctus verò respondit:* Et amo, & amandi finem numquam faciam: at vereor ne, quem amo, eum irritem. *Dicenti Basilio, id ænigma esse, rursum reposuit Sanctus:* Non est, inquam, ænigma, imò res admodùm clara & simplex. Nam si idoneus essem administrando muneri juxta Christi placitum, & tamen effugerem, argutè posses dicta mea refellere. Quia verò animi imbecillitas huic me officio inutilem constituit: cur objectione opus erit? Etenim vereor, ne, si gregem Christi benè valentem ac vegetum accipiam, deindeque ipsum incuriâ perdam, Deum adversùm me irritem, qui ita ipsum amat, ut ad ejus salutem in pretium sese tradiderit. *Hisce aliisque similibus amico suo Basilio satisfacere poterat* Chrysostomus.

E

cùmqu objicer fastum gantiæ contum episcop latam

109 *At volebat Basilius, ut ad aliorum quoque querelas & calumnias responderet Sanctus. Quæ autem illi jactitarent, explicat lib.* 1 *pag.* 366 *his verbis:* Nunc verò omnium ora aperuisti, teque ex inanis gloriæ amore cuncti dicunt hoc ministerium recusâsse, nec quisquam est, qui te ab hac criminatione eximat. *Et paulò inferiùs:* Nam alii te arrogantiæ, alii vanæ gloriæ accusant: qui autem reis minùs parcere volunt, & hæc utraque improperant, & præterea adjiciunt eam, quam iis, qui nos honore affecerunt, intulimus contumeliam: quos etiam dicunt hæc jure passos esse, imò graviora promeruisse; utpote qui tot tantisque relictis viris, pueros heri ac nudiustertius in secularibus curis volutatos, ut ad breve tempus supercilia contraherent, pullas vestes induerent, vultûsque tristitiam simularent, derepentè ad tantum honorem adduxerint, quantum ne in somnis quidem assequi speravissent. Atque ii quidem, aiunt, qui à prima ætate ad extremam usque senectutem ascesim sive exercitationem sectati sunt, in subditorum numero sunt; imperant autem illis ipsorum filii, qui ne leges quidem noverunt, huic exercendo magistratui positas. *Hæc præcipua sunt, quæ contra Sanctum dicebantur, quia quæsitus ad episcopatum se occultaverat. Verùm illa facilè poterant refelli.*

F

respondet Sanctus de contumelia ostenditque eorum

110 *De contumelia primùm respondet lib.* 2 *pag.* 378, *non curandum esse de illatis contumeliis, si quis aliàs* in Dei offensionem incurrere *coactus fuisset.* Illos quippe, *inquit*, qui Deo addicti sunt, & ad ipsum solum respiciunt, ita piè affectos esse debere censeo, ut id non pro contumelia habeant, etiamsi sexcenties sic inhonorentur. *Deinde negat, se vel cogitâsse de contumelia iis inferenda, aut fastu vel inanis gloriæ cupi-*

AUCTORE J. S.

cupidine episcopatum fugisse, ita mox pergens : Sin autem id ne cogitavimus quidem, sed alio longè consilio ab onere declinavimus; quorsum illos, quibus, si non approbationem, saltem veniam dare debuissent, criminantur, quòd animæ pepercerimus nostræ? Tantum enim abest, ut ipsis contumeliam irrogaverim, ut etiam recusando ipsos honore affecisse me putem. Neque verò paradoxum me dixisse putaveris; etenim mox hujus explicationem proferam. Tunc enim, si minùs omnes, saltem ii, qui maledictis delectantur, multa cùm de me ordinato, tum de iis, qui me elegerant, suspicari potuissent; verbi gratiâ, quòd ad divitias respicerent, quòd generis splendorem mirarentur, quòd adulatione nostra moti ad id nos cooptarint. Quòd autem pecuniâ adducti id egerint, dicere non possum, an quis suspicaturus fuisset. Christus quidem, dixissent, piscatores, tabernaculorum opifices & publicanos ad hujusmodi magistratum vocavit: hi eos, qui sibi quotidiano opere victum parant, respuunt; si quis autem exterorum literis operam det, otioséque vivat, hunc approbant & admirantur. Nam cur tandem eos,

B qui in Ecclesiæ negotiis mille sudores pertulerant, contemserunt, eumque, qui hos numquam expertus labores, totam ætatem in vanis exterorum disciplinis contriverat, statim in tantum honorem pertraxere? Hæc & similia dicere poterant, si hanc dignitatem accepissem. Nunc verò secus; omnis enim illis maledicendi occasio resecta est, nec mihi adulationem, nec illis accepta munera exprobrare possunt, nisi fortasse sint, qui ultro insanire velint.

honori rectè se consuluisse: tum calumniam de inani gloria repellit.

111 *Mox ostendit, se calumniis quoque exponendum fuisse in ipsa episcopatûs administratione, ita scribens pag.* 380 : Postquam autem ministerium attigissemus, numquam potuissemus quotidianas accusatorum calumnias refellere, etiamsi inculpatè omnia egissemus : ne dicam, nos hac ætate rerumque imperitiâ in multis necessariò aberraturos fuisse. At nunc illis criminationis hujusmodi occasionem sustulimus. Tunc autem probris eos innumeris obnoxios reddidissemus. Quis enim non dicturus erat, res tantas tamque admirandas pueris insipientibus commiserunt, Dei gregem pessumdederunt; res Christianorum jam risui ac ludibrio expositæ sunt.

C *Hactenus de contumelia electoribus non illata. Non minùs fortiter lib.* 3 *refellit Sanctus calumniam illorum, à quibus superbiæ & inanis gloriæ accusabatur ob fugam dignitatis episcopalis, quam maximam esse ostendit. Mox verò subjungit :* Porrò si id me gloriæ causâ feciſſe dicant, secum dissentiri ac pugnare palàm deprehendentur : nescio enim, quam aliam orationem quæsiviſſent, si nos ab inanis gloriæ crimine liberare voluissent. Nam si hujusmodi me umquam amor invasit, accipere potiùs, quàm fugere oportuit. Quare? Quia magnam id nobis gloriam attulisset. Siquidem virum hac ætate, qui nuper à secularibus curis se abdicaverit, usque adeo admirandum apud omnes derepentè videri, ut iis etiam, qui in hujusmodi laboribus totam ætatem contrivissent, anteferretur, & plura his omnibus suffragia acciperet; id certè magnam & admirabilem de nobis opinionem omnibus indidisset, nosque conspicuos & illustres exhibuisset. Nunc verò, paucis exceptis, maxima pars Ecclesiæ nos ne nomine quidem nôrunt; adeo ut ne omnibus quidem notum sit, quòd abnuerimus, sed paucis tantùm, quos tamen omnes non puto probè nôsse, quid gestum sit : verisimile autem est eorum multos aut nullatenus nos electos fuisse censere, aut post electionem depulsos fuisse, ut non sat idoneos visos, neque sponte aufugisse. *Hæc clara sunt & manifesta argumenta.* D

Deinde expositâ sublimitate muneris sacerdotalis, inceptum se ad illud

112 *Depulsâ sufficienter inanis gloriæ calumniâ, Sanctus tractare incipit de sublimitate dignitatis sacerdotalis, ac de dotibus & virtutibus episcopo necessariis; indeque sua humilitate alias invenit rationes, quibus dignitatem illam sibi fugiendam censuit. Pag.* 385 *expensis S. Pauli dotibus, & præ ceteris eximia illius charitate, subjungit :* Si quis possit hanc emittere vocem (*Pauli;*) si quis eâ præditus sit animâ..., is jure possit argui, si fugiat. At si quis tantùm ab hac virtute remotus sit, quantùm nos sumus; non cùm fugerit, sed cùm munus susceperit, odio dignus est.... Nam si satis est pastorem vocari, & munus utcumque accipere, nullumque adsit periculum, quivis pro lubito nos inanis gloriæ accuset : sin magna prudentia, si ante prudentiam magna Dei gratia, morum probitas, vitæ puritas, & major humanâ virtus requiritur in illo, qui talem curam suscipit; ne me veniâ privatum velis, si frustra ac temere me in perniciem dare nolim.... Novi animam meam, infirmam illam & exiguam, necnon ingentem rei difficultatem. *Hasce difficultates eloquenter mox exponit.* E

ob varias rationes, quas in suis defectibus

113 *Deinde pag.* 389 *aliam allegat rationem, quâ sibi fugiendum credidit sacerdotium. Ubi enim probaverat, cupiditatem episcopatûs expellendam esse ex animo sacerdotis, de se addit :* Nos autem (ne verò putes modestiæ causâ ullatenus apud te mentiri velle) magna hujusmodi cupidine tenemur : quæ res unà cum aliis omnibus non parùm nos exterruit, & in hanc fugam vertit. *His consona scribit lib.* 6 *pag.* 426, *ita Basilium alloquens :* Quòd autem non modestiæ causâ sic loquar, recordare, quoties tibi dixerim, cùm idem sermo sæpè inter nos incideret, si optio mihi daretur, ubinam magis splendescere vellem, in Ecclesiæne præfectura, an in monastica vita, me prius illud vitæ genus mille calculis antepositurum : neque enim finem faciebam umquam eos apud te suspiciendi, qui illo ministerio probè fungi possent. Quod autem illud, quod tanti faciebam, non declinaturus fuissem, si modò ritè administrando par fuissem, F nemo negaverit. Verùm quid faciam? Nihil enim minùs aptum ad Ecclesiæ præfecturam, quàm socordia & incuria, quàm alii exercitationem quandam admirabilem esse putant : ego verò illam ceu velamen ignaviæ meæ habeo, quâ defectuum meorum partem maximam obtego, neque sese prodere patior.

solerti repe- riebat candore,

114 Nam qui tanto est otio & tantæ quieti assuetus, quamtumvis magna sit præditus indole, peritiæ defectu statim perturbatur & angitur, ac non minimam virtutis ejus partem resecat exercitationis inopia. Cùm autem simul & tardioris ingenii, & verborum certaminumque hujusmodi expers fuerit, quæ sanè nostra conditio est, à lapidibus nihil differet, si hanc suscipiat administrationem. *Habemus hîc aliam rursum causam fugiendi episcopatum, quam mira sancti Juvenis modestia sibi finxit. Accipe & aliam à sola Sancti modestia profectam. Cùm lib.* 3 *pag.* 390 *exposuisset, quantopere ab iracundia alienus debeat esse sacerdos; Basilius loquentem sic interpellat :* Ego verò te sic dissimulantem non ulteriùs patiar. Quis enim ignorat, quan-

A quantùm ab hoc morbo (*iracundiæ*) ſis alienus? *Reſpondit Sanctus:* Quid igitur, inquam, ô vir beate, vis me huic rogo admovere, ac feram quieſcentem irritare? An ignoras, id nobis non noſtra virtute ſucceſſiſſe, ſed ex quietæ vitæ amore; eum verò, qui ſic affectus eſt, ſeorſum degentem, & uno alterove utentem amico, hujuſmodi incendium effugere poſſe; ſecùs verò, ſi in tot curarum abyſſum incidat? Tunc enim non ſe ſolum, ſed & alios permultos ad interitûs præcipitium ſecum trahit, & ad probitatis curam ſegniores efficit. Solet enim ſubditorum turba præfectorum ſibi mores ceu archetypum & quamdam imaginem ſpectare, ſeque ad illorum formam effingere. Quî ergo poſſit ille eorum tumores ſedare, ſi ipſe tumeat? *&c.*

quæque ingentem ei timorem

115 *Plura ex eodem Opere afferri poſſunt, quæ idonea ſunt ad inſignem Sancti humilitatem oſtendendam. At unum dumtaxat locum præcedentibus adjiciam. Lib. 6 pag.* 432 *ſic Baſilium alloquitur:* Tempus itaque eſt, ut quod unum mihi ſupereſt arcanum, id in te tandem effundam; quod fortaſſe multis incredibile videatur: neque tamen in medium proferre pudebit. Etiamſi enim, quod dicturus ſum, & malæ conſcientiæ, & innumerorum delictorum argumentum ſit; cùm is, qui nos judicaturus eſt, Deus omnia accuratè noverit, quid ultrà nobis ex hominum ignorantia conferri poterit? Quid eſt igitur illud arcanum? Ab eo ipſo die, quo mihi hanc ſuſpicionem injeciſti, ſæpè fuit periculum, ut hoc corpus mihi penitus diſſolveretur; tantus timor, tantuſque mœror animum meum occupavit. Mecum enim reputans Chriſti ſponſæ gloriam, ſanctitatem, ſpiritualem pulcritudinem, prudentiam, ornatum; meaque conſiderans mala, non ceſſabam illam deflere, meque miſerum dicere, ac frequenter gemens, hærenſque, talia mecum loquebar: Quis conſilii hujus auctor fuit? Quid tantum peccavit Eccleſia Dei? Quæ tanta res Dominum ejus exacerbavit, ut omnium ignominioſiſſimo mihi traderetur, & tantam pateretur infamiam? Hæc frequenter mecum revolvens, cùm indignitatis tantæ ne cogitationem quidem ferre poſſem, quaſi attonitus & ſtupore perculſus, nec videre nec audire quidpiam poteram.

B

incutiebant mira humilitate declarat.

C

116 Cùm me hoc animi deliquium deſereret; interdum quippe deſiſtebat; ſuccedebant lacrymæ & mœſtitia: tum poſt lacrymarum ſatietatem, iterum advehtabat timor, mentem turbans, tumultu replens ac concutiens. In æſtu tanto præteritum tranſegi tempus. Tu verò ignorabas, & in tranquillitate me verſari arbitrabare. At nunc tibi animæ meæ procellam revelare tentabo: hinc fortaſſe mihi, poſitis criminationibus, veniam concedes. Quî illam tibi, quî detegere poſſim? Siquidem clarè videre velles, non alio modo poſſem, quàm cor detegendo meum. Cùm autem id fieri nequeat, per obſcuram quamdam imaginem, pro facultate mea, mœſtitiæ meæ interim fumum tibi depingere conabor. *Deinde duas affert ſimilitudines, ut timorem ſuum iis declaret. Prima petitur à filia regis, corporis animique dotibus ornatiſſima, & à proco ſuo ardentiſſimè adamata, quæ viro ignobili nequiſſimoque ſponſa traderetur. Altera ab exercitu undique inſtructiſſimo, cui ad conflictum ineundum præficeretur adoleſcens* in agro *educatus*, qui præter paſtoritiam lyram & pedum nihil prorſus ſciat. *Ita Sanctus conſiderabat Eccleſiam, ut virginem nobiliſſimam, Chriſtoque amantiſſimam, ſe verò ut nup-*

tiis tantæ ſponſæ prorſus indignum. Conſiderabat Eccleſiam ut exercitum inſtructiſſimum, ſe verò ut adoleſcentem ruſticum, belli contra hoſtes Eccleſiæ gerendi prorſus imperitum. Si omnes tantopere meditarentur dignitatis epiſcopalis ſublimitatem & difficultatem, vireſque ſuas tanta metirentur humilitate; pauciores ſanè ad eccleſiarum præfecturas ultrò accurrerent. AUCTORE J. S.

Baſilius Chryſoſtomi amicus non eſt S. Baſilius Magnus,

117 *Reſtat examinandum, quis ſit Baſilius ille Sancti amicus, qui tunc ad epiſcopatum fuit promotus. Socrates quidem lib. 6 cap. 3 Baſilium Magnum Cæſareæ in Cappadocia epiſcopum deſignat. Verùm tam apertus eſt hic error, ut longiore refutatione opus non ſit, quia S. Baſilius Magnus nec juvenis erat, nec Antiochiæ degebat, dum hæc gerebantur; ſed multis annis Cæſareæ in Cappadocia fuerat presbyter, & aliquot annis ibidem epiſcopus, antequam ageretur de electione Baſilii, qui* Chryſoſtomi *diu amicus fuerat Antiochiæ. Hermantius in Vita cap. 12 ſuſpicatur, Baſilium* Chryſoſtomi *amicum non eſſe alium à Maximo Seleucienſi in Iſauria epiſcopo, quem Sanctus ad Diodori ſcholam pertraxit, ut dictum eſt num. 71. Poterat Maximus ille, inquit, utrumque habere nomen, & conſtat de ejus amicitia cum* Chryſoſtomo.

E

nec Maximus aut Baſilius Seleucienſis;

118 *Opinionem hanc refutat Tillemontius Notâ 8 hoc præcipuè argumento, quòd Seleucia Iſauriæ longè admodùm diſtet Antiochiâ, cùm tamen epiſcopatus Baſilii non longè abfuerit ab urbe Antiochena, ut videbimus. Le Quien in Oriente Chriſtiano tom. 2 col.* 778 *Maximum* Chryſoſtomi *amicum inſeruit catalogo epiſcoporum Seleuciæ Syriæ, quæ non multùm diſtat Antiochiâ. Verùm Seleucia illa non eſt* Seleucia ad Taurum, *ubi Theodoretus, ab ipſo laudatus, lib. 5 cap. 27 Maximum* Chryſoſtomi *amicum facit epiſcopum. Perperam igitur in illo catalogo recenſetur Maximus, rectiuſque ab eodem ponitur in catalogo epiſcoporum Seleuciæ Iſauriæ col.* 1013. *Verùm neque Maximus ille, neque Baſilius Seleucienſis, (ut viſum eſt Photio in Bibliotheca pag.* 378) *idem eſt cum Baſilio* Chryſoſtomi *amico. Nam, ut alia mittam argumenta, Sympoſius anno* 381 *Seleuciæ in Iſauria præerat, ut videre eſt apud laudatum Le Quien. Itaque cùm Baſilius ante annum* 381 *fuerit promotus, nequit idem eſſe cum Maximo Sympoſii ſucceſſore, neque cum Baſilio Seleucienſi, qui ad annum* 451 *uſque ſuperfuit, cùm fuerit in concilio Chalcedonenſi.*

F

ſed veriſimiliter Baſilius Raphanenſis in Syria:

119 *Eminentiſſimus Baronius ad annum* 382 *num.* 69 *duas ſuggerit alias ſententias, ita ſcribens:* Quiſnam verò fuerit ille Baſilius Chryſoſtomi perneceſſarius, haud quid certum habemus, quod firmiter affirmare poſſimus. Scimus tamen, eodem tempore in eadem Syriæ provincia, duos vixiſſe Baſilios, qui interfuerunt ſynodo Conſtantinopolitanæ, nempe Baſilium Raphanenſem in Syria, & alium epiſcopum Bibli in Phœnicia. *Quod Baronius de Bibli epiſcopo ſuggerit, mihi æquè ac Tillemontio non ſatis appareat probabile, cùm quia ille epiſcopatus erat in Phœnicia, & Antiochiâ longè diſſitus, tum quia non* Baſilius, *ſed* Baſilides *dictus legitur in ſubſcriptione concilii. At tanto probabilior & veriſimilior eſt alia Baronii ſententia de Baſilio Raphanenſi, quæ Tillemontio item placuit art.* 5, *& Montfaucono in Vita pag.* 94. *Certè apud Labbeum tom.* 2 *Conciliorum col.* 955 *inter epiſcopos Syriæ ultimus concilio Conſtantinopolitano anni* 381 *ſubſcriptus legitur* Baſilius Raphanenſis.

AUCTORE J. S.

Civitatem verò Raphanæas *memorat Cellarius tom. 2 Geographiæ antiquæ pag. 258 in Seleucide mediterranea, cujus caput erat Antiochia, locatque inter Antaradum Syriæ oppidum & fluvium Orontem, cui adjacet Antiochia, ita ut non longè admodùm ab hac metropoli videatur abfuisse. Hæc autem propinquitas facit rem verisimillimam.*

cùm roget Chrysostomum, ut sæpè ad se veniat.

120 *Etenim episcopatum Basilii non longè abfuisse Antiochiâ, colligitur ex* Chrysostomo *lib. 6 de Sacerdotio in fine, ubi Basilius Sanctum ita compellat:* Cæterùm te rogo & obsecro, ... manum mihi porrigas, illa dicens faciensque, quæ nos emendare possint. Ne animum inducas, ut ad brevissimum nos tempus deseras; sed nunc magis, quàm priùs, commune sit nobis contubernium. *Tum Sanctus:* Ego autem ad hæc subridens: & qua in re, tibi usui esse possim in tanta illa negotiorum mole? Cæterùm quia id tibi in voto est, bono animo esto, ô dilectum mihi caput. Quo enim tempore à curis hujusmodi tibi respirare licebit, adero tibi, teque consolabor, quantum in me erit, nulla in re tibi defuturus. Ad hæc ille magis illacrymans surgit. B Ego verò virum complexus, caputque deosculatus, ipsum deduxi, hortatus, ut, quod acciderat, fortiter ferret, his verbis: Fiduciam in Christo habeo, qui te vocavit, suisque præfecit ovibus, te tantam ex hoc ministerio acquisiturum fiduciam, ut nos illa die periclitantes in æterna tabernacula recipias. *Promissio* Chrysostomi, *qui nolebat procul ab urbe Antiochena recedere, sed vel apud matrem manere, vel in vicinis urbi montibus, innuit Basilium ipsum non abiisse ad aliam provinciam, ita ut verisimillimum sit, ipsum fuisse Raphanensem in Syria episcopum.*

§ X. Sanctus quadriennio in monasterio vivit sub disciplina severi senis, biennio solus in spelunca: qualis esset monachorum illorum vita.

C *Sanctus vitam amplectitur monasticam,*

Palladius in Dialogo pag. 41, ubi narravit, Chrysostomum *lectorem ordinatum, hæc subjungit:* Verùm impellente eum animo ut contentus non esset civitatis laboribus, in ardore juventutis, tametsi mens sana esset, ad vicinos montes adit. Hìc cùm in Syrum quemdam incidisset severissimæ continentiæ senem, duriora vitæ ejus instituta imitatur annis quatuor, quos apud ipsum, luctans cum voluptatum cautibus, exegit: quas ubi faciliùs, non tam labore quàm ratione superavit: tum secessit in speluncam solus, delitescere cupiens. Illic annos moratus est duos, quibus insomnis ut plurimùm perstitit, Christi Testamentum, quo ignorantiam expelleret, addiscens. Cùm toto illo biennio nec interdiu nec noctu decubuisset; proxima ventri ei fiunt emortua lumborumque vires præ frigore profligatæ. *Hactenus Palladius de monastica & anachoretica Sancti vita, quæ sanè austerissima fuit, sed ob adversam valetudinem ultra sexennium continuari non potuit. Georgius pag. 168 refert mortem matris* Chrysostomi *ante vitam ipsius* D *monasticam, bonaque ab eo post mortem matris relicta. At hæc & antiquis ignota, & parùm verisimilia sunt. De tempore, quo Sanctus ad montes recessit, omnino consentio Tillemontio & Montfaucono, qui factum illud referunt ad annum 374 aut initium 375, quia sic reperiuntur sex anni, antequam diaconus ordinatus est: hoc enim contigisse sub finem anni 380 aut initium 381, suo loco ostendemus. Senex ille Syrus, sub cujus disciplina quadriennio fuit Sanctus,* Hesychius *vocatur apud Georgium Alexandrinum, aliosque ipsum secutos.*

non sine gravi luctu carnis luctu.

122 *Porrò sanctum Juvenem non sine gravi luctu è domo materna recessisse, liquet primùm ex dictis num. 92 & seqq. Alia ab eo proposito deterrentia narrat insigni illa modestia, quâ semper de se loquitur, in Opere de Compunctione ad Demetrium lib. 1, seu tom. 1 pag. 132, ita scribens:* Cùm nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula monachorum accedere, solicitè quærebam & scisitabar, undenam necessariorum commeatus adfuturus esset, & num fieri posset, ut panis recens ac diurnus comederetur: an quis me coacturus esset eodem E uti oleo pro lucerna & pro cibo: an quis me impulsurus ad miseram leguminum escam, an assignaturus opus durum, ut est, fodere, ligna deferre, aquam comportare, & cætera omnia hujusmodi ministeria: &, ut summatim dicam, multa de quiete corporis perconctabar. *Hæc sanè moram injicere poterant Juveni nobili, diviti, delicatè enutrito, & commodis omnibus, quibus uti volebat, in domo materna assueto; licèt austeritates aliquas vitæ monasticæ ibidem exercere dudum cœpisset. Noverat enim cana prudentia Juvenis, longè facilius esse, aliqua pœnitentiæ opera assumere pro arbitrio, quando pietas & amor Dei ad ea peragenda invitat, quàm se totum alieno permittere arbitrio ad exsequendum dura severi magistri imperia. Attamen, cùm eximio Dei amore ferveret, sciretque Dei amantibus abnegandam esse propriam voluntatem, impellente verisimiliter etiam timore, ne invitus ad episcopatum traheretur, quælibet rupit vincula, ut tutiùs ac perfectiùs divinæ serviret Majestati.*

Qualis autem esset vita monachorum, quàm tranquilla, F

123 *Qualem in monasterio vitam duxerit Sanctus, utcumque colligere possumus ex iis, quæ ipse de monachis Antiochiæ vicinis, ad quos visendos hortatur Antiochenos, variis locis eleganter enarravit. Neque enim dubitare possumus, quin Vir animi maximi, qui in omnibus operibus suis ubique excelluit, summa etiam magnanimitate exercuerit labores vitæ monasticæ & monachorum virtutes, quas toties in ore postea habuit, tot orationibus celebravit; præsertim cùm à vitæ cœnobiticæ exercitiis ad duriores vitæ anachoreticæ labores se transtulerit; eosque non nisi necessitate virium reparandarum deseruerit. Audiamus igitur Sanctum de monachis Syriæ loquentem, ut discamus, qualem ipse in monasterio vitam duxerit. Hom. 68, aliàs 69, in Matthæum, tom. 7 pag. 673 confert vitam monachorum cum vita seculari,* Ut discatis, *inquit,* vitam, quæ dura & onerosa videtur, monachorum scilicet & eorum, qui seipsos crucifixerunt, longè dulciorem desiderabilioremque esse hac vitâ, quæ videtur suavior delicatiorque... Tantum inter utramque vitam inveniemus intervallum, quantum inter portum & fluctibus agita-

tum

A tum pelagus. Ex habitaculis ſtatim ab exordio horum felicitatem conſidera ; fora enim & urbes, tumultuſque in medio poſitos fugientes, vitam in montibus delegerunt, quæ nihil cum præſenti vita commune habet, quæ nihil humanum patitur ; non dolorem pro rebus ſecularibus, non mœrorem vel ſolicitudinem, non pericula, non inſidias, non invidiam, non livorem, non turpes amores, non aliud quidpiam ſimile. Jam hîc illi, quæ ad regnum cælorum pertinent, meditantur, in ſaltibus verſantes, montibus, fontibuſque, cum quiete multa : præcipuè autem Deo hærent, tuguriumque illorum omni tumultu vacuum eſt, anima omni morbo & pravo affectu libera, levis, expedita, & tenuiſſimo aëre purior.

quàm ſublimis, quàm intenta rebus divinis

124 *Mox pag.* 674 *ad ſingularia magis accedit :* Illi, qui luminaria ſunt orbis, *inquit*, cùm ſol ortus eſt, imò diu antequam luceat, è lecto ſurgentes, ſani ſunt, vigiles, expediti : nullus enim ibi dolor, vel ſolicitudo, vel ſopor ; non labor, non negotiorum turba, non quid ſimile... Surgentes igitur ſtatim læti & hilares, chorum facientes unum, læto vultu & conſcientiâ ſimul

B omnes quaſi uno ore hymnis univerſorum Deum celebrant, laudantes eum & gratias ipſi agentes pro omnibus, ſive propriis, ſive communibus beneficiis... Veſtis autem illis viris digna eſt.... Ut beati illi angeli, Elias, Eliſæus, Joannes, Apoſtoli, veſtiuntur, alii ex pilis caprinis, alii ex pilis camelorum : quidam pellibus tantùm amiciuntur vetuſtate tritis. Deinde poſt illa cantica, genua flectentes Deum precantur pro rebus, quæ multis ne in mentem quidem venire poſſint. Præſentium enim nihil petunt, illa quippe nihil curant ; ſed ut cum fiducia ſtare poſſint ante tribunal illud horrendum.... atque ut cum pura conſcientia & bonis operibus laborioſam hanc vitam emetiantur, & procelloſum hoc mare tranquillè tranſmeent. Dux eſt autem illis orationis, pater & præfectus. Deinde ſurgentes poſt ſanctas illas & frequentes orationes, oriente ſole ſinguli ad ſuum opus ſe conferunt, hinc magnum egenis proventum parantes. *Pag.* 675 *inſinuat*, divitum filios, & majorum inſignium nepotes (*qualis ipſe quoque erat*) iis veſtitos indumentis, quæ ne pauperum quidem ultimi ferre dignarentur.

& ſacris Litteris : quantâ humilitate ornata,

C 125 Pag. 676 : Neque ſolùm canentes vel precantes, ſed etiam libris intenti, jucundum videntibus præbent ſpectaculum. Soluto quippe choro, alius Eſaiam ſumens, cum ipſo loquitur ; alius cum Apoſtolis verſatur, alius ab aliis conſcriptos libros legit, ac de Deo philoſophatur, de univerſo, de viſibilibus, de inviſibilibus, de ſpiritualibus, de vilitate hujus vitæ, de futuræ magnitudine. Aluntur autem cibo optimo, non decoctis animalium carnibus, ſed eloquiis Dei. *Humilia illorum monachorum opera exponit* Chryſoſtomus *Hom.* 72, *aliàs* 73, *in Matthæum pag.* 705, *ipſorum humilitatem ita celebrans :* Vultiſne rurſum in virtutis civitatem eamus, ſanctorum tabernacula, montes dico, atque ſaltus ? Ibi namque ſublimem aliam humilitatem reperiemus. Homines quippe, qui vel à dignitate, vel à divitiis conſpicui erant, undique ſeſe deprimunt, à veſte, à domo, à miniſterio, atque ex his omnibus quaſi literis humilitatem deſcripſerunt. Quæ verò ad ſuperbiam incendunt, veſtium magnificentia, ædificia ſplendida, famulorum multitudo, quæ vel invitos ſæpè in ſuperbiam conjiciunt ; hæc, inquam, omnia illinc ſublata ſunt. Illi ipſi ignem accendunt, ligna ſecant, coquunt, hoſpitibus miniſtrant. Neminem illic contumelioſum audire contingit, neque contumeliis affectum videre, neminem cui præcipiatur, neminem præcipientem : ſed omnes miniſtri ſunt, ſinguli hoſpitum pedes abluunt, & magna hac in re eſt concertatio. Id porrò faciunt non inquirentes, quis ſit, an ſervus, an liber, ſed erga omnes hoc miniſterium implent. Nullus ibi magnus aut parvus. Quid igitur ? an confuſio ? abſit, ſed optimus ordo. Etiamſi enim quis parvus ſit, qui magnus eſt, ad id non reſpicit, ſed ſe illo inferiorem putat, & ideo major efficitur. Una menſa omnibus, ſervientibus, ſedentibus, eadem alimenta, indumenta, eædem domi *, & genus vivendi idem. Magnus ibi eſt, qui viliora opera abripit. Non eſt ibi meum & tuum, ſed hoc verbum inde exſulat, quod mille bellorum cauſa eſt.

AUCTORE J. S.

* *l.* ædiculæ

quantâ charitate conſpicua,

126 Ecquid miraris, ſi genus vivendi, menſa, veſtis una ſit omnibus, non ſecundum ſubſtantiam modò, hæc enim una in omnibus eſt, ſed ſecundum caritatem. Quomodo igitur ipſa contra ſeipſam ſuperbiat umquam ? Non eſt ibi paupertas, non divitiæ, non gloria, non infamia. Quomodo illuc receptum habeant ſuperbia & arrogantia ? Sunt enim & minimi & magni ſecundum rationem virtutis ; ſed, ut dixi, nemo hoc videt. Qui parvus eſt non angitur quaſi deſpectus : nemo quippe eſt, qui deſpiciat. Etiamſi verò eſſet, qui deſpiceret, in hoc maximè eruditur, ut contemni, deſpici, vilipendi aſſueſcant, verbis, rebus, cum mendicis & mutilis verſantur, & in menſa ipſorum multos hujuſmodi convivas videas ; ideoque cælo ſunt digni. Alius vulnera curat ægri, alius cæcum ducit, alius mutilum geſtat. *Hiſce humilitatis operibus alia quædam mox jungens, iis omnibus humilitatem monachorum animis facilè inſeri, docet his verbis :* Alioquin autem ipſa opera modeſtiam exhibere docent, nec ſinunt tumere. Quis enim, quæſo, terram fodiens, irrigans & plantans, ſportulas nectens, ſaccumque conſuens, vel alia quædam tractans, altùm unquam ſapiet ? Quis in paupertate vivens, & cum fame pugnans, hoc morbo laborabit ? Nemo certè. Ideo facilis illis eſt humilitas.

E

quàm duris pœnitentiæ operibus addicta,

F 127 *De auſtera monachorum vita multis locis agit Sanctus. At ſolùm aliqua huc transferam ex Homilia* 14 *in* 1 *ad Timotheum Epiſtolam, ubi tom.* XI *pag.* 628 *ſic loquitur :* Verè domus luctûs ſunt monaſteria, ubi cilicium & cinis, ubi ſolitudo, ubi nullus riſus, nec ſecularium rerum tumultus, ubi jejunium, ubi humi cubatio, ubi pura ſunt omnia à nidore, à ſanguine, à turbis, à tumultu, à perturbationibus. *Et pag.* 631 *:* Hi (*monachi*) ſemper ſobrii ſunt, ſine cibo ad veſperam uſque perſiſtentes, & hymnis operam dantes... Adveniente veſpera, hi à laboribus quieſcentes ad menſam accumbunt, non... apponentes opſonia multa odore fragrantia, ſed alii panem ſolum cum ſale, alii oleum apponunt. Alii verò, qui infirmiores ſunt, herbas & legumina habent. Deinde poſtquam paululùm ſederunt, hymniſque totum concluſerunt, ſinguli quieſcunt in ſtratis, ad quietem, non ad delicias adornatis. *De ſomni brevitate & moderatione pag.* 630 *hæc dicit :* Magnus enim Dei timor non ſinit eos in profundum ſomnum incidere, ſed quaſi in ſuperficie quieſcunt... Verùm, ut dixi, gallus cantavit, & ſtatim veniens præſul, & pede jacentem pulſans, omnes excitat. Neque enim

AUCTORE J. S.

nudos istic dormire fas est.

quàm perpetuò utilibus occupata, Sancti verbis exponitur.

128 *Post cantum matutinum quid agant, mox ibidem ita enarrat:* Postquam horas Matutinas & hymnos compleverunt, ad lectionem Scripturarum se conferunt: sunt etiam, qui libros scribere didicerunt. Singuli constitutum domicilium habentes, quietè semper agunt, nemine nugas proferente, nemine loquente. Deinde Tertiam, Sextam, Nonam, & Vespertinas orationes persolvunt, & in quatuor partes totam diem dividentes, singulis in partibus psalmodiâ & hymnis Deum honorant, aliis omnibus prandentibus, ridentibus, ludentibus, ciboque nimio sese dirumpentibus, hi hymnis dant operam. Nullum ferè mensæ & sensibilibus rebus tempus deputatur. Rursus post prandium eadem exercitia resumunt, postquam paulùm somno se dederunt. *Ex hisce colligi potest, qualem ferè vitam inter monachos istos duxerit* Chrysostomus, *qui satiari vix poterat illorum pia exercitia & virtutes commemorando. Multa ex ipso addi possunt, multaque enucleatiùs explicari: sed vereor ne justo fiam longior, si huic proposito diutiùs insistam, Ceterùm Georgius Alexandrinus pag.* 168 Chrysostomum *facit monachorum præfectum. At eam præfecturam non tacuisset Palladius.*

B

§ XI. Opuscula scripta, nimirum libri de sacerdotio, adversus Oppugnatores vitæ monasticæ, Comparatio regis & monachi.

Libri sex de Sacerdotio conscripti,

Quamvis meritò dubitare non possimus, quin S. Joannes *vilissima monachorum opera diligenter ac studiosè exercuerit. Non ita tamen omne tempus à precibus vacuum monasticis istis occupationibus absumpsit, ut subinde libris conscribendis operam non dederit. Hoc enim monachorum instituto nequaquam contrarium, multis verò erat utile; ideoque non rarò rogabatur, ut Opusculum aliquod componeret. Hinc dubitandum non videtur, quin superiores non modò permiserint, ut stylum utiliter exerceret, sed impulerint etiam, ut id faceret. Certè eruditi passim consentiunt, aliqua Opuscula à* Chrysostomo *scripta tempore vitæ monasticæ, sed in designandis illis Opusculis non æquè consonant. Ambrosius Camaldulensis, qui Dialogum Palladii de Vita* Chrysostomi *Latinè interpretatus est, & cujus interpretationem habemus in exemplari Ms., in hac sic habet, ubi refert Sanctum à Flaviano presbyterum ordinatum:* Presbyter.... consecratur, invitus licèt & multùm renitens. Notatur id ex his libris, quos de Sacerdotio adhuc solitarius scripsit. *Hanc ob causam Hermantius cap.* 14 *libros de Sacerdotio in solitudine à* Chrysostomo *scriptos existimat. Verùm, ut jam observârunt Tillemontius & Montfauconus, in textu Græco per Bigotium edito, ea non leguntur, ita ut potiùs videatur additio Ambrosii, quàm sententia Palladii.*

C

non postea in diaconatu, sed verisimillimè

130 *Socrates lib.* 6 *cap.* 3 *asserit, libros de Sacerdotio à* Chrysostomo *scriptos, postquam diaconus à Meletio ordinatus est. Tillemontius autem art.* 5 *ait, nihil sibi occurrere, quo minùs sequatur dictam Socratis opinionem. Montfaucons verò de tempore conscripti illius Opusculi nihil certi statuit. Baronius ad annum Christi* 382 *existimat,* S. Chrysostomum *libros de Sacerdotio exarâsse, postquam res peracta erat, ut fugæ suæ apologiam, notatque annum* vigesimum secundum *ætatis* Chrysostomo *cucurrisse,* cùm scripsit de Sacerdotio, & secessit in eremum. *Hæc sententia mihi omnino sequenda videtur, non pro ætate Sancti, quæ haud dubiè erat multò major, sed pro tempore Operis conscripti non diu post rem peractam, de qua agitur. Etenim propositum erat Sancto tum fugæ suæ, tum dissimulationis cum Basilio, apologiam texere, rationesque reddere Antiochenis, cur electioni suæ non acquievisset, & cur consilium illud suum intimo amico non manifestâsset, ut sic dicteria multorum & calumniæ cessarent. At verisimile non est, offensionem illam Antiochenorum, ortaque inde dicteria totis sex annis durâsse,* & Chrysostomum *tunc demum ad apologiam confugisse, ut factum tam diu præteritum excusaret: nam id tum potiùs fuisset memoriam facti renovare, quàm offensionem sedare.*

D

aut sub initium vitæ monasticæ,

131 *Præterea Sanctus diligenter narrat, quid Basilius, quid alii contra factum suum objecissent. At verisimile non est, aut ipsum ea omnia totis sex annis in memoria servâsse, aut post tantum tempus proferre voluisse ea, quæ tum Antiochiæ ferè memoriâ exciderant. Quapropter improbabilis mihi apparet sententia Socratis, cujus auctoritas nullius est momenti ipsi etiam Tillemontio. Montfauconus quidem in Monito prævio ita loquitur:* Neque enim audiendi sunt ii, qui volunt eodem ipso tempore, quo res peracta est, hæc scripsisse sanctum Doctorem. Siquidem vel ipsa ordiendi ratio aliquod elapsum tempus indicat, & series tota rem meditatam, & in otio adornatam præ se fert. *At ego non video, ex qua initii voce, si solum consideremus textum Græcum, inferri possit, à re peracta nòtabile tempus fuisse elapsum, quando apologiam suam scribebat* Chrysostomus. *Id unum mihi videtur ex Operis initio & fine probari, Basilium non ampliùs fuisse cum* Chrysostomo, *sed ad episcopatum suum fuisse profectum, quando Sanctus apologiam suam, sive libros de Sacerdotio edidit. Verùm si* Chrysostomus *querelas Basilii, & intellectas ex Basilio aliorum censuras mox annotaverit, ut iis per otium responderet, potuit post aliquot menses præclaram illam apologiam in lucem edere. Tota autem Operis series insinuat, scriptum fuisse, dum recens erat offensio ex declinato episcopatu nata. Qua de causa existimo,* Chrysostomum, *simulatque intellexit, quantùm multis displicuisset consilium suum, ad Apologiam se parâsse, eamque magnâ curâ elaboratam post aliquot menses edidisse. In ea cùm multa præclarè de Sacerdotio disputaverit; inde nomen Operi adhæsit.*

E

F

aut ante eam susceptam: laus hujusce Operis.

132 *Secundum hanc sententiam, quam verisimillimam credimus, libri de Sacerdotio scripti sunt circa annum* 375, *aut paulò ante vitam monasticam, aut initio hujusce vitæ. In hac autem sententia necesse non est, ut dicamus, dicta illa, quæ Basilio attribuuntur, ad componendum dialogum conficta esse; sed facilè intelligimus, ipsa ferè dicta Basilii stylo* Chrysostomi *potuisse exponi, uti & minutissima rerum inter utrumque gestarum adjuncta, imò & aliquorum Sancto obmurmurantium dicteria. Porrò hoc Opus de sacerdotio magna meruit elogia. S. Hieronymus illud tantùm ex Operibus* Chrysostomi *legerat, quando circa annum* 392 *scribebat de Scriptoribus ecclesiasticis. S. Isidorus Pelusiota lib.* 1 *epist.*

A 156 *ad Euſtatium libros illos tali commendat elogio:* Ego quidem librum, quem à me petiiſti, miſi: fructumque ex eo per te exſpecto, qui ab omnibus exigi conſuevit. Nullum enim, nullum inquam, pectus hujus lectio penetravit, quod non divino amore fauciârit; ut qui auguſtam quidem ac venerandam rem acceſſuque difficilem ſacerdotium eſſe oſtendat, verùm ſine ulla reprehenſionis labe conſectandam eſſe doceat. Siquidem ſapiens ille ac eruditus arcanorum Dei interpres Joannes, Byſantinæ eccleſiæ, atque adeo eccleſiarum omnium oculus, librum eum ita ſubtiliter & prudenter atque accuratè condidit, ut omnes, tam qui, ut Deo gratum eſt, ſacerdotio funguntur, quàm qui negligenter & ignavè ſacerdotalem dignitatem adminiſtrant, hîc & virtutes ſuas & offenſiones reperiant. *Aliorum elogia miſſa facio.*

Cùm Valens imperator monachos ad militiam cogere vellet;

133 *Alterius Opuſculi, pro monaſtica vita conſcripti, occaſionem allegat* Chryſoſtomus *ipſe mox laudandus, videlicet quòd monachi è cellis ſuis extraherentur, graviaque paterentur, ut videbimus. Tempus colligitur ex Hiſtoria Pauli Oroſii lib.* 17 *cap.* 33, *ubi narrat, Valentem quatuor annis ſolum imperâſſe,* Valentiniano mortuo, *addens ſequentia de Valente:* Illico velut effrenatâ libertatis audaciâ legem dedit, ut monachi, hoc eſt, Chriſtiani, qui ad unum fidei opus, dimiſſa ſecularium rerum multimoda actione, ſe redigunt, ad militiam cogerentur. *Conſentit S. Hieronymus in Chronico his verbis:* Valens legem dedit, ut monachi militarent. *Eodem hæc anno ponit, quo mortem Valentiniani I, quæ paſſim figitur anno* 375, *menſe Novembri. Itaque lex Valentis data videtur ſub initium anni* 376, *& quidem Antiochiæ, aut certè in Syria, ubi Valens erat ſub finem anni* 375 *& initium* 376. *Hinc dubitandum non videtur, quin perſecutio contra monachos cœperit in Syria anno* 376. *Inceptam fuiſſe circa Paſcha inſinuat S. Baſilius in epiſtola* 256, *olim* 200, *ad monachos illo anno data, quam ſic orditur:* Ego cùm audiſſem vehementem illam perſecutionem, quæ in vos excitata eſt, & ſtatim poſt Paſcha eos, qui ad judicia & pugnas jejunârunt, veſtris tabernaculis ſupervenientes, igni tradidiſſe labores veſtros, vobis quidem domicilium in cælis non manufactum præparantes, ſibi verò ignis theſaurum com-

C parantes, quo ad vobis nocendum uſi ſunt; ingemui ex hoc eventu, non veſtri, fratres, commiſereſcens, abſit; ſed eorum, qui ita ſunt à malitia abſorpti, ut eò uſque nequitiam ſuam extenderint.

Illique anno 376 è monaſteriis extraherentur;

134 *Ubi igitur circa Paſcha anni* 376 *cœpta erat illa Valentis perſecutio, quâ multi monachi occubuerunt, teſtibus Hieronymo & Oroſio, vir pius ad* Joannem *in monaſterio agentem accurrit, & ab ejus calamo, per libros maximè de Sacerdotio jam tunc cognito, contra tantum malum opem petiit. Secundum Baronii chronotaxim* Joannes *tum viginti annos vix ſuperaverat, ſecundum alios necdum annos agebat triginta. At ex noſtra ſententia annorum triginta ætatem uno alterove anno ſupergreſſus erat, quando calamum ſtrinxit contra tantam virorum potentûm impietatem. Audiamus modò ex ipſo Opere adverſus oppugnatores vitæ monaſticæ, quo modo acerbiſſimum illum nuntium exceperit, quâque ratione ad propugnandos vitæ monaſticæ cultores permotus ſit. Tom.* 1 *pag.* 45, *ubi aliqua præmiſerat de pœnis eorum, qui olim infeſti fuerant templo Hieroſolymitano,* non ſine cauſa *illa à ſe memorata dicit:* Sed quia accedens quidam nuncium attulit plenum amaritudinis, moleſtiæ, ingentiſque adverſus Deum contumeliæ. Quoſdam enim eſſe homines ait, qui hodieque eadem, quæ illi olim barbari, admittere auderent, imò longè iniquiora: eos quippe, qui philoſophiæ noſtræ capeſſendæ auctores ſunt, undique expellere, multiſque additis minis vetare, ne quidpiam hujuſmodi ullum umquam hominem doceant. AUCTORE J. S.

Sancto hæc nuntiantur

135 His auditis, ego ſtatim clamavi, & narrantem ſæpè perconctatus ſum, ludenſne hæc loqueretur? Apage, inquit ille, numquam enim in re tam ſeria jocarer, neque dicerem, vel confingerem ea, quæ plurimi redemiſſem: ac plurimis votis expetiiſſem, ut ne nunc quidem, quando facta ſunt, vel aure perciperem. Tunc porrò acerbiùs ingemiſcens: Verè, dixi, hæc tanto ſceleratiora ſunt iis, quæ Mithridates omneſque illi admiſerunt, quanto templum hoc eſt illo honorabilius & ſanctius. Sed quinam iſti, quæſo, aut unde ſunt, qui talia præſumunt? Quare, & qua de cauſa, quem reſpicientes finem, lapides in ſublime jaciunt; telaque in cælum jaculantur, ac cum Deo pacis bellum gerunt?... Quanam ſibi imminuta libertate, quâ ſublatâ licentiâ, quo principum auxilio hæc auſi ſunt? Illi enim Perſarum reges hæc volentes habuere, noſtri verò contraria penitus, ut mihi ipſe perſuadeo, & cupiunt & optant. Quapropter magno ſtupore plenus ſum, quòd imperatoribus piam religionem ſectantibus, hæc in mediis urbibus impunè fieri dicas. *Ita Sanctus, parcens utcumque Valenti, licèt non ignoraret Arianum eſſe, quia ſaltem erat Chriſtianus, ideoque monachos non debebat averſari. Gratianus verò, qui in Occidente imperabat, Catholicus erat & pius. At audiamus nuntium reſpondentem. Nam ex verbis illius legem Valentis veriſimiliter didicit Sanctus.*

in ſolitudine,

136 Quid verò, inquit ille, ſi his quoque mirabiliora dîdiceris, quòd ſcilicet horum auctores pii videri velint, & Chriſtianos ſe nuncupant, plurimi autem ex illis etiam initiati * ſint: imò eorum quidam, diabolo vehementer afflante, execrandâ linguâ ſuâ dicere auſus ſit, ſe à fide receſſurum & dæmonibus immolaturum: ſuffocari enim ſe videndo homines liberos, nobiles, vitamque deliciis plenam agere valentes, ad hanc

F duram vitæ rationem abduci. His auditis, ego acerbiori vulnere percuſſus ſum, & mala inde futura conjiciens, orbem ſimul flebam univerſum, Deumque compellabam his verbis: Tolle animam meam à me, & de neceſſitatibus meis erue me, atque ab hac mortali vita libera me, & ad locum illum transfer, ubi nullus hujuſmodi quidpiam proferet, neque ipſe audiam.... Videns autem me ille admodum lugentem: Non id, inquit, tempus poſtulat: neque enim his lacrymis eos, qui jam perierunt, & quotidie pereunt, recuperare umquam poteris: neque malum hîc finem habiturum puto. Sed providendum eſt, ut rogum iſtum exſtinguamus, hancque peſtem cohibeamus. Ac, ſi mihi morem geſſeris, his miſſis fletibus librum edes, quo ægris hujuſmodi ac ſeditioſis monita dabis ad ſuam omniumque hominum ſalutem. Hoc ego aſſumpto libro, medicaminis cujuſdam vice illum ægrotantium in manu ponam. Sunt enim ex horum numero plerique mihi amicitiâ juncti, qui patientur me ipſos adire ſemel & bis & pluries, novique illos citò ab hac peſte liberandos eſſe.

* *baptiſmo ſcilicet*

AUCTORE J. S.

137 Tu quidem, respondi ego, ex caritate tua vires metiris nostras: mihi verò nulla inest vis dicendi, & eâ, quæ inesse videtur, in hoc argumento uti pudet me: nec alium quemquam ita vereor, ut Gentiles omnes, tum eos, qui modò sunt, tum eos, qui pòst futuri sunt, quos ego non minùs pro vitæ segnitie, quàm pro doctrinæ ratione semper carpere solitus sum, ne jam ipsos mala nostra doceam. Nam si qui ex illis senserint apud Christianos esse homines adeo virtuti & philosophiæ inimicos, ut non modò labores ad eam adipiscendam refugiant; sed ne de illa quidem verba facere sinant; imò ne hac tantâ quidem insaniâ contenti, si quem hanc consulentem, deque illa differentem videant, hunc undique expellant; si hæc, inquam, illi senserint, timeo ne nos existiment non homines, sed feras, & monstra hominis formâ, dæmonasque quosdam noxios, ac communis naturæ inimicos, nec de sontibus modò, sed de tota simul gente talem sententiam ferant. Et ille ridens, Ludis, inquit, hæc dicens: ego enim opportuniora jam loquar. Num vereris, ne ex verbis tuis id ediscant, quæ illi jam dudum ex ipsis operibus edidicerunt? Nam ac si nequissimus aliquis spiritus omnium animos occupârit, per cunctorum ora hi sermones vertuntur; sive in forum te contuleris; sive in tabernas medicorum; sive in quamlibet urbis partem, ubi sedere solent ii, qui nihil operari volunt, videbis ingentem risum ab omnibus moveri.

rogaturque, ut scribat pro monachorum

B

138 Risûs autem ejus & comœdiæ argumentum est eorum, quæ adversus sanctos viros acta sunt festiva narratio. Quemadmodum enim bellatores, qui multas pugnas confecerint ac tropæa erexerint, gesta sua fortia narrare gaudent; sic & isti in facinoribus suis lætantur. Hunc sanè audias dicentem, Primus ego manus in illum monachum injeci, & plagas intuli; alium verò, At ego cellulam ejus ante alios inveni; alium, Ego judicem plusquàm omnes adversus illum concitavi. Jactat alius carcerem; carcerisque miserias: quódque per forum Sanctos traxerit, id laudis in parte constituit; alius item aliud: deinde omnes profusis cachinnis hæc prosequuntur. Et hæc quidem in Christianorum consessibus. Gentiles verò & hos irrident, & eos, qui ab illis irridentur; illos, quòd hæc perpetrârint; hos, quòd talia passi sint: omniaque civili quodam bello repleta sunt; imò hujusmodi bello longè atrociora isthæc sunt. Nam qui bellum illud gesserint, cùm postea illius reminiscuntur, auctores ejus maledictis insectantur, ac dæmoni cuidam malo cuncta, quæ in illo gesta fuerint, accepta referunt: & ii ampliore afficiuntur pudore, qui plura quàm alii perpetrârint; hi autem de suis ausibus gloriantur. Neque ideo tantùm hoc sceleratius illo bellum est, quòd adversus sanctos, qui neminem læserint excitetur; sed etiam quòd adversus homines, qui nemini malum facere noverunt, & ad patiendum solummodo parati sunt.

instituto: quod ille, persecutionis relatione motus,

C

139 Siste gradum, dixi ego, siste, satis jam hujusmodi narrationum, nisi me exspirare velis: sed modicum mihi hoc virium relinquens, missum me facito. Quod jussisti, penitus exequemur: tantùm nihil aliud jam dictis adjicias; sed digressus precare, ut excussâ mihi mœroris nebulâ, quamdam à Deo, qui impugnatur, opem consequar ad medelam inimicorum ejus. Id verò dabit haud dubiè, clemens cùm sit, ac mortem peccatoris nolit, sed ut convertatur & vivat. Sic illo à me dimisso, hæc scribere sum aggressus.

tandem facere proponit: primo autem libro describit

Hactenus Chrysostomus, *lucubrationis suæ occasionem exponens. Mox verò addit, se magis scribere in gratiam illorum, qui prædictas monachis contumelias inferebant, quàm causâ ipsorum monachorum, quandoquidem hi cælestia bona malis istis lucrentur, illi verò æternis se obnoxios reddant suppliciis. Quàm primùm enim probare incipit, persecutores ingentia sibi ipsis inferre mala, non verò Sanctis nocere. Deinde verò ostendit, quantis se periculis subducant, qui mundo renuntiant, & vitam religiosam amplectuntur, idque probat ex peccatis frequentibus criminibusque gravibus, quæ regnant in urbibus.*

D

impietatem illorum, qui monachos vexant:

140 *Librum verò illum concludit his verbis:* Ut enim alia omittam, hoc ipsum, quod nos ad hæc scribenda impulit, nonne vel solum sufficit ad præsentis morbi pestem indicandam. Si enim propriorum sensu peccatorum non affici, sed sine ullo dolore scelera perpetrare, extremus malitiæ terminus est, ubi tandem novos istos legislatores, recentis hujus absurdissimæque legis auctores statuemus, qui majori cum fiducia virtutis magistros, quàm alii malitiæ repelluut, eosque multo acriùs oppugnant, qui peccata emendare volunt, quàm eos, qui ipsi peccaverunt? Imò potiùs eos nec illibenter ferunt, nec criminantur; hos autem vix ferre possunt, quòdammodo & verbis & operibus clamantes, nequitiæ mordicus inhærendum esse, atque ad virtutem numquam redeundum; ita ut non modò eos, qui ipsi operam dant; verùm etiam eos, qui vocem pro illa emittere audent, ulcisci oporteat. *Ita Sanctus noster etiam tum Juvenis magna libertate murum pro domo Domini se opponebat potentibus adversariis. At libertatem illam timere nesciam nemo vehementer mirabitur, modò diligenter consideraverit, quantus Dei amor rerumque terrenarum contemptus in omnibus Sancti scriptis eluceat: neque enim hominum metu à Dei causa liberè defendenda abstinere poterat, qui nihil nisi Deum desiderabat.*

E

secundo patri infideli probat felicitatem filii monachi:

141 *Magis itaque miror, tantam fuisse humili aliàs Juveni fiduciam, ut ipsis quoque infidelibus felicitatem vitæ monasticæ probandam susceperit. Porro secundi & tertii libri argumenta Montfauconus in Monito prævio exponit his verbis:* In secundo libro patrem infidelem: sive nondum credentem in Christum, cujus filium Christianam religionem amplexatum, in montem recessisse monachorumque vitam suscepisse fingit, alloquitur: humanisque ratiociniis atque exemplis veterum Græcorum probat eum, qui omnia despicit, verè divitem esse, virtuteque clariorem effici, quàm opibus efficeretur, atque à nemine lædi posse. Licèt autem illud fingentis more proponat, in fine tamen libri ait, amicum sibi fuisse Ethnici viri filium, qui cùm Christianam philosophiam amplexus esset, patrem, se minis, vinculis, aliisque ærumnis ad priorem vitam revocare conantem, demum constantiâ suâ eò adduxerit, ut demum palinodiam caneret, atque filium illum cæteris anteferret, imò patris loco haberet.

F

tertio de instituto monastico agit cum patre fideli.

142 In tertio longè prolixiori oratione patrem fidelem alloquitur, monetque ne filium secedere volentem à sententia deducat: tum parentum incuriam circa filiorum salutem insectatur: quanta morum corruptio civitatem invaserit παθητικῶς describit: vix posse salutem curari in tanta vitiorum colluvie. Laudat monachorum vitam; historiamque affert juvenis à solitario in urbe educati, remque notatu dignam docet, nempe

Antio-

AUCTORE J. S.

§ XII. Alia Opuscula, videlicet liber de Compunctione ad Demetrium, alter ad Stelechium: tres libri ad Stagirium à dæmone vexatum.

Sanctus item in solitudine,

QUæ modò memoramus Opuscula, *in solitudine* à Chrysostomo *scripta probantur: & fortasse exarata sunt, antequam monasticam vitam suscepit defendendam; at hujusce ordinis nulla occurrit idonea probatio. Dicit quidem* Chrysostomus *pag.* 132, Cùm nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula monachorum accedere *&c., indeque rectè infertur, primum hunc de Compunctione librum in monasterio scriptum esse: at illud* nuper *fortasse tam strictè sumendum non est, ut necesse sit dicere, Opusculum esse exaratum anno* 375, *aut initio anni* 376, *priusquam* **E** *Sanctus scriberet contra oppugnatores vitæ monasticæ. Itaque in medio relinquo, utrùm sit compositum anno* 375, 376, *an anno* 377, *& solùm pro certo habeo, scriptum esse, quando Sanctus cum monachis degebat monachus. Illum verò ex duobus de Compunctione libris primum esse, qui ad Demetrium scriptus est, ex altero ad Stelechium certò evincitur: nam in eo pag.* 143 *Sanctus priorem laudat his verbis:* Quòd autem hæc non sint per hyperbolen dicta, videre poterit, quisquis ea legerit, quæ ad Demetrium eadem de re scripsimus.

crebris Demetrii precibus inductus,

146 *Ratio scribendi hunc librum ad Demetrium monachum, fuit iterata sæpiùs petitio Demetrii, ut* Chrysostomus *ipse declarat, ita librum exorsus tom.* 1 *pag.* 122: Cùm te video, beate Demetri, assiduè insistentem mihi, & multa cum vehementia de Compunctione sermones exposcentem, beatum te semper prædico, animique tui puritatem demiror. Neque enim fieri potest, quemquam in hujusmodi sermonis venire desiderium, nisi priùs sese probè purgaverit, atque omnibus sæcularibus curis superior evaserit. Quod facilè deprehendas ex iis, qui pari desiderio tenentur, in quibus tanta repentè mutatio efficitur, ut confestim in cælum transferantur: animam quippe mundanis curis, ceu vinculis gravissimis solutam, ita sinunt ad proprium naturalemque sibi locum advolare. Sed hoc multis quidem per totam vitam rarò contingit: te autem, ô divinum caput, hoc semper compunctionis igne flagrare novi. Cujus rei testes sunt noctes insomnes, lacrymarum fontes, solitudinis amor, in anima tua perpetuò residens & accrescens. Quænam igitur ex sermone nostro tibi accessio speranda? Nam vel hoc ipsum, quòd cùm ad verticem jam perveneris, putes te cum humi repentibus incedere, animamque tuam alis instructam, lapideam appelles, quódque frequenter dexteram meam contingens ac deosculans cum lacrymis dicas: Contere obduratum cor meum, quantæ pietatis, quanti fervoris signum esse putandum est? **F**

scribit librum præclarum de Compunctione

147 Certè si ut nos dormientes excitares, ad hoc argumentum pertraxisti, magnam illam tuam sapientiam providentiamque approbo; sin autem ut tibi consuleres, ratus te excitante opus habere,

Solitudinis item fructus videtur aliud Opusculum,

143 *Post laudatum Opus apud Ducæum tom.* 4, *& apud Montfauconum tom.* 1 *aliud sequitur minoris molis, quod in laudem vitæ monasticæ eleganter est scriptum. Huic Opusculo apud Montfauconum talis est titulus:* Comparatio potentiæ, divitiarum & excellentiæ regis cum monacho in verissima & Christiana philosophia vivente. *Montfauconus eidem sic præfatur:* Jam supra (*in Opere mox memorato*) lib. 2 num. 6 Chrysostomus monachum cum rege vel imperatore comparatum, illo fortunatiorem & potentiorem esse probavit. Idipsum autem in hoc Opusculo toto commonstrat; nempe eum, qui philosophiæ, sic enim passim monasticam vitam appellat, det operam, rege ditiorem & potentiorem esse, in bello fortiorem, hominibus demerendis ac beneficio ornandis aptiorem, in obitu beatiorem. Cùm igitur ejusdem argumenti sit hic libellus, atque tres priores, opportunè post illos una serie locatur. Savilius, qui inter spuria hoc Opusculum incautè posuerat, in notis postea suis id incogitanter ac temere factum esse declaravit, veréque Chrysostomo dignum Opus esse fassus est. Certè non modò Chrysostomi fœtum, sed etiam inter elegantiores numerandum esse censemus. *De tempore scripti Opusculi nihil addit hoc loco. At in Vita pag. 96 eodem ferè tempore scriptum putat, & Tillemontius art. 9 existimat, solitudinis fructum esse; idque mihi verisimile admodum apparet. Res tamen certa non est ex ulla temporis nota, & Opusculum istud etiam in diaconatu scribi potuit. At seriùs non videtur scriptum, quia non est dictum pro concione.*

in quo probi monachi felicitas regiæ fortunæ præponitur.

144 *Quidquid sit de tempore, Opusculum sic orditur:* Ego cùm intuear ex hominibus complures, quæ bona esse videntur, eo majori & amore & admiratione sectari, quàm quæ naturâ ac verissimè bona sunt: necessarium esse reor, brevi oratione de utrisque hîc agere, & componere inter se, tum quæ vulgo neglectui sunt, tum quæ magno mortales studio sequuntur, ut **C** utrorumque differentiam edocti, illa quidem ut seria ac salutaria magni faciamus, hæc autem tamquam nihil æstimanda contemnere discamus. *Tum divitias, gloriam, honores, aliaque principum commoda comparat accuratè cum bonis vitæ religiosæ monachorum; & tandem concludit:* Hæc omnia reputantes, atque edisCentes, oportet non divites admirari.... Ergo ubi conspexeris divitem veste ornatum, auro superbum, curru vectum, incessu magnifico incedentem, ne hominem beatum dixeris. Temporariæ enim divitiæ, & quidquid bonum esse videtur, unà cum vita hac corrumpetur. At monachum ubi videris solum incedentem, humilem, mansuetum, quietum, pacificum, hominem æmulare, fac videare imitator philosophiæ ipsius... Hæc enim verè sunt bona, salutaria, manentia *&c. Hæc non intelligent illi, qui hujusce mundi commodis, amoreque rerum terrenarum quasi ebrii, futura æternaque bona non satis considerant. In morte tamen & supremo judicio omnes fatebimur verissima esse, quæ sapientissimus Orator facundè more suo exposuit.*

Sanctus item in solitudine,

QUæ modò memoramus Opuscula, *in solitudine* à Chrysostomo *scripta probantur: & fortasse exarata sunt, antequam monasticam vitam suscepit defendendam; at hujusce ordinis nulla occurrit idonea probatio. Dicit quidem* Chrysostomus *pag.* 132, Cùm nuper ego decrevissem, relicta urbe, ad tabernacula monachorum accedere *&c., indeque rectè infertur, primum hunc de Compunctione librum in monasterio scriptum esse: at illud* nuper *fortasse tam strictè sumendum non est, ut necesse sit dicere, Opusculum esse exaratum anno* 375, *aut initio anni* 376, *priusquam* **E** *Sanctus scriberet contra oppugnatores vitæ monasticæ. Itaque in medio relinquo, utrùm sit compositum anno* 375, 376, *an anno* 377, *& solùm pro certo habeo, scriptum esse, quando Sanctus cum monachis degebat monachus. Illum verò ex duobus de Compunctione libris primum esse, qui ad Demetrium scriptus est, ex altero ad Stelechium certò evincitur: nam in eo pag.* 143 *Sanctus priorem laudat his verbis:* Quòd autem hæc non sint per hyperbolen dicta, videre poterit, quisquis ea legerit, quæ ad Demetrium eadem de re scripsimus.

crebris Demetrii precibus inductus,

146 *Ratio scribendi hunc librum ad Demetrium monachum, fuit iterata sæpiùs petitio Demetrii, ut* Chrysostomus *ipse declarat, ita librum exorsus tom.* 1 *pag.* 122: Cùm te video, beate Demetri, assiduè insistentem mihi, & multa cum vehementia de Compunctione sermones exposcentem, beatum te semper prædico, animique tui puritatem demiror. Neque enim fieri potest, quemquam in hujusmodi sermonis venire desiderium, nisi priùs sese probè purgaverit, atque omnibus sæcularibus curis superior evaserit. Quod facilè deprehendas ex iis, qui pari desiderio tenentur, in quibus tanta repentè mutatio efficitur, ut confestim in cælum transferantur: animam quippe mundanis curis, ceu vinculis gravissimis solutam, ita sinunt ad proprium naturalemque sibi locum advolare. Sed hoc multis quidem per totam vitam rarò contingit: te autem, ô divinum caput, hoc semper compunctionis igne flagrare novi. Cujus rei testes sunt noctes insomnes, lacrymarum fontes, solitudinis amor, in anima tua perpetuò residens & accrescens. Quænam igitur ex sermone nostro tibi accessio speranda? Nam vel hoc ipsum, quòd cùm ad verticem jam perveneris, putes te cum humi repentibus incedere, animamque tuam alis instructam, lapideam appelles, quódque frequenter dexteram meam contingens ac deosculans cum lacrymis dicas: Contere obduratum cor meum, quantæ pietatis, quanti fervoris signum esse putandum est? **F**

scribit librum præclarum de Compunctione

147 Certè si ut nos dormientes excitares, ad hoc argumentum pertraxisti, magnam illam tuam sapientiam providentiamque approbo; sin autem ut tibi consuleres, ratus te excitante opus habere,

AUCTORE J. S.

bere, nescio, quo pacto nos aliunde docueris, te non nostrâ egere operâ. Ut ut verò sit, tibi obtemperabimus & obsequemur nullis non rationibus permoti, tuâ nempe in Deum fiduciâ, studioso rogatu, amore nostri. Tu gratiam rependas velim precibus tuis, ut possimus & vitam emendare nostram, & in præsenti dignum quidpiam proferre, quod possit & jacentes animas erigere, & remissas constringere, restituereque. *Ita humiliter more suo loquitur* Chrysostomus, *qui mox diligenter disputare incipit de crebris hominum etiam piorum peccatis.* Vellem jam silere & sermonis cursum sistere, ita pudore afficior, vereorque ulteriùs progredi, *inquit pag.* 130, *mox addens:* Sed quid lucri ex silentio nostro, rebus ipsis pugnam illam (*cum Dei præceptis*) clamantibus, & illo, qui nos judicaturus est, omnia perspicuè cognoscente vel ante rerum eventum? *Pag.* 133 *hominum negligentiam, rerumque præsentium vanitatem docet his verbis:* Nullus hactenus, carissime, ita cælestium desiderio correptus est, ut corripi par erat. Alioquin quæ gravia videntur esse, umbram & risu digna esse putâsset. Sanè qui præsentia suspicit, numquam futurorum contemplatione dignabitur, qui autem illa despicit, & omnia nihilo meliora esse quàm umbras & somnia existimat, citò magna illa & spiritualia assequetur. *Hoc in ipso* Chrysostomo *perspicitur.*

B

ad Demetrium monachum.

148 *Librum satis prolixum & elegantem claudit eâdem modestiâ, & cum laude Demetrii, quâ eumdem inchoaverat, ita scribens:* Poteramus quidem sermonem longiùs producere, sed quia obedientiæ gratiâ solùm, & non alia de causa hæc à nobis dicta sunt, plus quàm satis erunt. Nam probè novi, te compunctionis virtutem perfectè tenere, & aliis eam posse vel silentem tradere, si vellent tantùm ad breve tempus cum pietate tua vivere, vitamque illam crucifixam videre: ita ut si velint ii, qui nunc vivunt, compunctionem edíscere, ad habitaculum tuum se conferant: qui verò pòst futuri sunt, gesta tua audiant oporteat: magnam enim ad id opem allaturam esse puto vel vitæ tuæ narrationem. Quamobrem obsecro, vices mihi rependas, processque tuas in mercedem tribuas; ita ut non modò de compunctione loquar, sed & rem ipsam operibus exhibeam. Quandoquidem doctrina sine opere non modò nihil lucri, sed etiam detrimentum magnum & condemnationem affert ei, qui cum tanta socordia vitam ordinat suam. „Non enim, inquit, omnis, qui dicit mihi, „Domine, Domine; sed qui fecerit & docuerit, „hic magnus vocabitur in regno cælorum.„

C

Alter ad rogantem Stelechium

149 *Alter de Compunctione liber, ad rogantem similiter Stelechium datus, verisimiliter scriptus est, non statim post præcedentem, sed postquam ille à multis erat lectus & approbatus. Ex desiderio tantorum virorum, scripta ad inflammandam pietatem suam à* Chrysostomo *postulantium, clarè liquet, quanti facerent, non profanam eloquentiam disertissimi Oratoris, sed divinam sapientiam juvenis Monachi, cui perfectus rerum mundanarum contemptus, ardensque Dei amor ignita suggerebat verba, in frigidis quoque pectoribus cælestem flammam accendere nata. Attamen cùm non ignoraret, quantùm abesset ab eo amore, quo suprema Majestas & infinita Bonitas amari digna est, non minùs verè quàm humiliter de frigore pectoris sui conqueritur, ita Opusculum exordiens:* Et quomodo fieri possit, sancte Dei homo Stelechi, quod imperas, ut ab anima ita infirma & frigida de Compunctione sermones edantur? Puto enim opus esse eum, qui in hac materia aliquid boni dicturus est, præ omnibus aliis hoc studio fervere & incendi; ita ut verba, quæ proferunt, candenti ferro vehementiùs in auditorum animos incidere valeant. Nobis autem ignis hujusmodi non adest, sed omnia interiora nostra sunt cinis & pulvis. Undenam, dic mihi, unde flammam accendamus illam, cùm neque scintilla adsit, neque ligna subjaceant, neque spiritus ad illam perflandam adveniat, ob caliginem nempe illam ingentem, quam vis peccatorum animæ nostræ obtendit? Ego quidem non novi, sed tuum est dicere, qui imperas, quo pacto jussum tuum in opus procedat, & congruentem finem assequatur.

D

liber de Compunctione,

150 Nos certè linguæ præbebimus ministerium; tu verò precare eum, qui sanat contritos corde, qui dat pusillanimis longanimitatem, qui suscitat de terra pauperem, ut hunc in nobis incendat ignem, qui humanam omnem infirmitatem solet absumere, ac somnum, segnitiem gravitatemque carnalem præscindere, animæque alas ad cælum sublimes erigere. Ab illa autem aspide, ceu ex quodam excelso vertice, omnem ostendit præsentis vitæ vanitatem ementitamque speciem. Qui enim neque illuc avolare, neque in illa specula sedere potuit, is neque terram, neque terrena negotia, ut videre par est, videre potest. *Huic exordio multa subduntur consona. At omnia brevitatis causâ mitto, & solum Opusculi finem subjungo, ut modestissimum Virum rursus de se audiamus loquentem:* Vobis itaque magnis, *inquit*, hæc satis sunt: nobis autem cum tot remediis necessitas superest valida, quæ possit superbiam & arrogantiam omnem de medio tollere. Ecqua illa est? Peccatorum multitudo, conscientia mala, quæ postquam nos occupavit, ne volentes quidem sinit ad sublimia erigi.

E

quem humillimis verbis concludit Sanctus.

151 Quare obsecro & rogo per fiduciam illam, quam ex bonis operibus apud Deum acquisivisti, nobis frequenter precantibus manum porrigas, quo possimus tantorum malorum sarcinam pro merito deplorare, & post luctum viam quamdam amicam, & ad cælum nos ducentem assequi, ne in infernum deducti, ubi nemo confiteri potest, ea patiamur, quæ patiuntur reprobi, nemine nos deinceps eripiente. Donec enim hîc erimus, & nos à vobis magnum percipere fructum poterimus, & vos nobis beneficia conferre maxima valebitis. Cùm autem illò advenerimus, ubi nec amicus, nec frater, nec pater juvare poterunt, neque nobis pœnas dantibus adesse; necesse demum erit in anxietate & densis tenebris, omnis consolationis expertes, immortale supplicium luere, omnia devorantis flammæ esçam numquam consumendam effectos. *Ita humillimus* Chrysostomus. *At nemo ex allegatis verbis inferat, ipsum vel unius gravioris peccati conscium sibi fuisse: nam profundam Sanctorum humilitatem parùm novit, si quis sic velit ratiocinari.*

F

Stagirius viri potentis filius,

152 *De tempore, quo scriptum est Opus majoris molis ad Stagirium monachum, à dæmone obsessum diréque vexatum, non convenit inter Tillemontium & Montfauconum. Ego illud in monasterio scriptum, aut certè inchoatum existimo, hujusque opinionis meæ rationes allegabo, ubi occasionem Operis scribendi ejusque argumentum exposuero. Erat Stagirius filius viri potentis, sed moribus valde corrupti, ut liquet ex lib.* 2 *tom.* 1 *pag.* 183, *ubi adulteria ipsius, fastusque & alia*

A *alia vitia perſtringuntur. Amabat tamen Stagirium, antequam amplexus erat vitam monaſticam, non ſic poſtea.* Nôſti enim, *inquit ipſi* Chryſoſtomus *loco aſſignato*, planè nôſti, cùm te ille nimiùm antea diligeret, teque omnium loco haberet, ex quo te ad monachorum vitam tranſtuliſti, affectus omnis ille quàm exſtinctus ſit. Rem enim ille te facere turpem, ac majorum ſuorum ſplendore indignam, gloriamque ſuam te deturpare dicebat: & niſi naturæ illum neceſſitas cohibuiſſet, te forſitan abdicâſſet. *Stagirius autem* ab infantia ſacras Litteras *didicerat, ut loquitur Sanctus lib.* 1 *pag.* 157, *& quando ſecularis erat, honeſtam duxerat vitam, ut teſtatur* Chryſoſtomus *lib.* 3 *pag.* 226.

ſit monachus ac deinde à dæmone arripitur:

153 *Deinde verò, relicto patre, ad vitam tranſierat monaſticam, ſed non ſtatim tanto cum fervore inter monachos Deo ſervierat, quantum poſtea, doctus dæmonis vexatione, conſecutus eſt. In monaſterio autem ipſum cum* Chryſoſtomo *vixiſſe, liquet ex verbis Sancti mox dandis. De arreptione ipſius à dæmone* Chryſoſtomus *pag.* 156 *ſic loquitur:* Cùm ab initio ſceleſtus ille dæmon animam invaſit tuam, atque cum cæteris

B proſtravit orantem, non equidem tunc præſens aderam, gratiaſque ago clementiſſimo Deo; didici tamen omnia diligentiſſimè, non ſecus acſi ipſe affuiſſem. Nam Theophilus Epheſius utriuſque noſtrûm amicus, profectus ad me, cuncta mihi per ordinem retulit, diſtortas manus, torvos oculos, oris ſpumam, horrendam illam & confuſam vocem, corporis tremorem, diuturnam ſenſûs privationem, viſumque terribile, quod ea nocte oſtenſum eſt. Suem enim quemdam ferociſſimum, maxima vi luti inquinatum, in te inſilire jugiter, atque tecum concertare aiebat. Cúmque is, qui juxta obdormiebat, ea viſione turbatus, experrectus eſſet, inveniſſe te rurſum à dæmone vexari.

hanc ob rem dolens Chryſoſtomus,

154 Cùm igitur hæc ille denunciaret, tantam fateor mœroris nebulam mihi offudit, quantam hic ipſe duriſſimus dæmon caritati tuæ. Poſtea verò quàm me ex acerbo ac diutino dolore collegi, nihil mihi jam in mundo grave, nihil dulce videbatur: ſed cùm olim vanitatem ſæculi contemptui habuerim, ac reprehendere ſolitus ſim, tunc maximè id paſſus ſum, majorque affectus, ac deſiderium ſubiit dilectionis tuæ: quippe ea eſt caſuum triſtium natura, quæ amicitiam peraugere conſuevit: idque ex eo liquet, quòd inimicitias quoque facilè revocare in gratiam poſſit. Nullus enim ferè tam immanis, tamque inſanus eſt, qui ſi videat gravi aliquo caſu angi inimicum, adverſus illum ſervare odium poſſit. Quod ſi inimicorum quoque miſeremur, eoſque amicorum habemus loco, cùm grave aliquid atque inſperatum illos perpeti videmus: conſidera, quæſo, diligenter, quid me pati, quove eſſe animo neceſſe fuerit, dum eum, quem ex omnibus maximè diligo, quemque non minùs quàm me carum habeo, vexari acerrimè, ac mœrore deficere audirem. Noli itaque putare nos vexationis tuæ immunes, fomenta tibi conſolationis admovere. Etſi enim à perturbatione illa, ac dejectione diaboli ſum Dei gratiâ liber, hujus tamen mœſtitiæ ac doloris æquas partes mihi tecum vendico: atque in hoc mihi credent, qui ita ut oportet, diligere noverunt. *Hæc de ſuo dolore in caſu amici Sanctus.*

C

ſcienſque multiplices mœroris cauſas,

155 *Ingentem verò ipſius ex variis cauſis mœrorem explicat pag.* 155 *his verbis:* Videtur itaque una eſſe cauſa mœroris tui, nequiſſimi ſci-

licet hujus dæmonis inſania: verùm ab hac veluti radice plurima triſtia oriri, ſi quis rectè perſpexerit, animadvertet. Quod non ex meipſo modò colligo, ſed ex illis, quæ, dum adeſſes coràm, te ſæpiùs conquerentem audivi. Primò te nuper, cùm ſæculari more viveres, nihil tale paſſum eſſe; ſed cùm teipſum mundo crucifixiſti, tunc in morbi ſenſum veniſſe, quæ ſanè res poſſit in perturbationem inque deſperationem conjicere. Secundò, quòd quàm plurimos noveris, dum delicatè viverent, hac peſte correptos: eos tamen parvo pòſt tempore ita ea infirmitate liberatos, ut perfectæ integritati reſtituti & uxores ducerent, & plurimos procrearent liberos, omnibuſque vitæ præſentis commodis fruerentur, nihilque poſtmodùm tale paterentur: contrà, tu cùm tantum tempus in jejuniis ac pernoctationibus, & reliqua vitæ auſteritate contriveris, nullam ærumnarum tuarum liberationem hactenus inveneris. Tertiò, quòd cùm ſanctus ille vir tantam in reliquis viris potentiam oſtenderit, nihil ejuſmodi potuerit in tua dilectione perficere, neque ipſe, neque ii, qui cum illo erant, illo etiam in hoc genere potentiores, verùm omnes, re infecta, abs te cum rubore diſceſſerint. Ad hæc alia ex parte nimiùm te angi dicebas, quòd ita animum tuum vis mœroris occupaverit, ut ſæpiùs parùm abſit, quin ad laqueum, fluvium & præcipitium accurras.

AUCTORE J. S.

E

quibus Stagirius obſeſſus affligebatur,

156 Quinto deinceps loco, quòd æquales tuos & contubernales, qui tecum vitam hanc inierunt, tranquillè agentes aſpicis: te verò ſæviſſimæ procellæ adhuc expoſitum, & quod omnium profectò miſerrimum eſt, carceri addictum. Neque enim his, qui ferro vincti ſunt, ita lacrymandum aſſerebas, ut iis, qui hujuſmodi catenâ colligati fuerint. Aiebas & aliud eſſe præterea, quod maximè te turbaret: vereri enim ac tremere, ne ſi iſta pater ſentiat, maximis injuriis atque incommodis afficiat ſanctos illos, qui te à principio ſuſceperunt: quippe ſummis viribus atque opibus fretum, atque indignatione concitatum, cuncta adverſus eos ſummâ audaciâ moliturum, parciturum nemini, qui ſibi ex illorum numero occurrerit. Et hactenus quidem potuiſſe matrem rem geſtam notitiæ patris ſubducere, repuliſſeque illum ſæpè, cùm de te inquireret: fore autem ut proceſſu temporis deprehendatur cauta hæc matris ſimulatio, jamque ille & ipſi, & monachis acerrimè immineat. Poſtremò, quod omnium malorum ſupremum culmen eſt, nullam tibi certam eſſe futurorum confidentiam dicebas, neque apertiùs ſcire, ſi quando futura ſit morbi hujus abſolutio atque liberatio, cùm ſæpius hac exſpectatione habita, rurſus in eamdem miſeriam incideris. *Hactenus* Chryſoſtomus *de cauſis maximi mœroris, quo Stagirius affligebatur.*

F

tres libros ad ipſum conſolandum & roborandum ſcribit,

157 *Hunc verò dolorem cùm lenire, afflictionemque illam acerbiſſimam Stagirio utilem reddere deſideraret* S. Chryſoſtomus, *nec virum adire poſſet, capitis dolore impeditus, tres libros ſatis prolixos ad ipſum conſcripſit, eoſque inchoavit verbis ſequentibus:* Oportuerat quidem, ô amantiſſime omnium Stagiri, nos tibi nunc adeſſe, atque in ærumnarum tuarum conſortium tranſire, & opere juvando, verbis exhortando, cunctaque reliqua pro virili noſtra parte inferendo obſequia, partem aliquam lenire mœroris: quoniam verò & corporis mala valetudo, & invectus in caput noſtrum dolor, domi nos manere compulerunt, nobiſque tanti lucri miniſterium abſtulerunt: jam quod reliquum eſt pro conſolatione

AUCTORE J. S.

tua, & pro utilitate noſtra, hoc, ut facultas feret, inducere non negligemus. Profuerit enim id tibi fortaſſe magis ad præſentes adverſos caſus fortiſſimè ferendos. Sin verò nihil tale perfecerimus, certè vel in nullo nos officium deſeruiſſe, nihilque omiſiſſe diligentiæ nos conſolabitur, meliorique animo eſſe in reliquum faciet. Is enim, qui cuncta impleverit, quæ ad levandos dolores maximè conferre arbitratus fuerit, etiamſi nihil aliud peragat, vel cogitationis ſaltem atque conſcientiæ accuſatione liberatur, criminumque onere depoſito ſolam mœſtitiæ ſarcinam perferre cogitur.

in primo oſtendens, vexationem illam eſſe ſignum Dei amoris,

158 Si igitur ex illorum eſſem numero, qui Deo familiariùs conjuncti, plurimùm apud illum poſſunt, numquam profectò orare & obſecrare pro mihi cariſſimo capite deſiſterem: quoniam autem hujuſmodi vires atque confidentiam mihi ſcelerum meorum multitudo abſtulit, verborum conſolationem tibi afferre conabor. Nam & iis, qui corporea mala valetudine laborant, cùm medicorum ſit fugare dolores, infirmitatemque compeſcere; non tamen famulis, qui ſunt in miniſterio, interdicitur verborum conſolatio: imò verò hi maximè ſunt, qui plurimis in conſolando verbis utuntur, cùm erga dominos bene affecti ſunt. Si quid itaque dictum fuerit à nobis, quod hunc immenſum dolorem tuum poſſit exſtinguere, factum erit, ut optamus: ſin verò hujuſmodi nihil invenire aut loqui potuerimus, voluntatem tamen noſtram, ac propoſitum ille approbabit, qui per beatum Paulum flere cum flentibus, humilibuſque condolere juſſit. *Hæc de conſilio ſuo ac de ratione Operis ſcribendi conſuetâ ſibi modeſtiâ Sanctus, mox addens cauſas mœroris Stagirii jam datas, ut ſic ingrediatur in materiam. Deinde verò multa eloquenter diſputat de providentia Dei, non malos tantùm, ſed bonos etiam in hac vita variis afflictionibus exercentis ad ipſorum utilitatem: & hanc ex diſputatis, quâ librum primum finit, elicit concluſionem:* Itaque quod divinæ derelictionis ſignum videtur, id ejus ſummi in te affectùs & amoris eſt argumentum.

B

ſecundoque & tertio contra nimium mœrorem diſſerens.

159 *Secundum verò inchoat hoc modo:* Et iſta quidem de Dei providentia, utque ille non averſans & execrans, ſed & admodum diligens hoc te exerceat modo, dixiſſe ſufficiat. Quoniam verò alia etiam ex parte vehementer te angi queſtus es, quòd ſæpenumero dæmon vel pelago, vel præcipitio, vel alio quovis lethi genere vitam tibi eripere ſuadeat: age de hujuſmodi quoque cogitationibus, paucis diſſeramus. Neque enim ſolius dæmonis eſt illud conſilium, ſed etiam mœroris; imò verò plus mœroris quàm dæmonis, fortaſſe verò mœroris ſolius. *Hunc porrò mœrorem auferre conatur, exemplis veteris & novi Teſtamenti adductis, multiſque rationibus allegatis. Inter alia autem Stagirio ob oculos ponit utilitatem ex afflictione illa jam tum obtentam.* Tanta enim audio, *inquit pag.* 180, tibi acceſſiſſe pietatis incrementa, ut non jam cum adoleſcentulis illis, ſed cum magnis admirandiſque viris virtute contendas. *&c. Tertius liber ad eumdem tendit finem, ut Sanctus profitetur initio, quod tale eſt:* Sufficere quidem poterant ea, quæ dicta ſunt, ad exſtinguendam mœroris flammam, atque perſuadendum meliore ac tranquilliore eſſe animo: verùm ut conſolatio ſit cumulatior, & hunc librum adjicere inſtitui. *Huc uſque de propoſito Operis ſanè elegantis, aptique ad afflictos quoſlibet conſolandum.*

C

160 *De tempore ſequendam opinor ſententiam Baronii & Tillemontii, qui exiſtimant inſignem illam lucubrationem in eremo perfectam à* Chryſoſtomo. *Socrates quidem libros* ad Stagirium, *Græcè* πρὸς Σταγείριον, *non* adverſus Stagirium, *ut verba Græca malè expreſſit Valeſius, ſcriptos aſſerit, poſtquam ad diaconatum promotus erat Sanctus: ſed ipſius auctoritas exigui omnino eſt ponderis, ut fatetur Montfauconus, licèt ejus opinionem ſequatur ob rationes, quas examinabimus. Allato Operis initio, quod dedi num.* 157, *ita in Monito prævio ratiocinatur Montfauconus:* Alloquitur (*iſtis verbis*) Stagirium Antiochiæ, tunc degentem; dumque ait ſe domi manere coactum ab infirmitate corporis, nec poſſe Stagirium adire, ſubindicat ſe eadem in urbe commorari: nam ſi tunc in deſerto & in montium receſſibus degiſſet, hoc ipſum, ut videtur, dicturus erat. *Verùm hoc ratiocinio mihi non videtur evinci, Antiochiæ fuiſſe* Chryſoſtomum, *dum ſcripſit ad Stagirium, nedum fuiſſe diaconum. Nam primò neceſſe non erat, ut* Chryſoſtomus *locum diceret, ubi degebat, cùm ille haud dubiè Stagirio eſſet cognitus. Secundò locus ille tam longè non aberat Antiochiâ, ut* Chryſoſtomus *non potuiſſet Antiochiam ad Stagirium venire, niſi corporis infirmitate fuiſſet impeditus.*

D

Credit nonnemo hoc Opus Antiochiæ in diaconatu ſcriptum:

E

at illud non evincunt allatæ rationes:

161 *Quod porrò ut certum ſupponit Montfauconus, Stagirium Antiochiæ tunc degiſſe, conjecturâ tantùm nititur incertâ, ex qua illud colligit Tillemontius Notâ* 12. Chryſoſtomus *lib.* 3 *pag.* 223 *ait Stagirio, eat ad xenodochium, ad carcerem, ad balnearum veſtibula, ad pauperum diverſorium, ut multiplicia morborum variarumque miſeriarum genera intueatur: indeque concludit Tillemontius, eum fuiſſe in urbe, ubi illa erant, & veriſimiliter Antiochiæ. Verùm incerta eſt illa conſecutio. Etenim, ſi omnino voluerit Sanctus, ut Stagirius loca illa adiret, & non potiùs ita locutus ſit, ut ipſe brevi oratione, Stagirius verò cogitatione, multorum ſimul miſerias percurreret, poterat Stagirius ad omnia loca ſe conferre, etſi non in ipſa urbe degeret, ſi ſolùm eſſet in monaſterio aliquo urbi ſatis vicino. Certè Stagirius multa adierat loca, ut ſanationem conſequeretur; ſed ſpe ſua fruſtratus, domum redierat, teſte* Chryſoſtomo *lib.* 1 *pag.* 179. *Cur igitur alia adire non poterat alia de cauſa, etſi non in urbe, ſed in monaſterio ſuo degeret? At ſupponamus tantisper, ipſum fuiſſe Antiochiæ; tanto erit certius, ibidem non fuiſſe* Chryſoſtomum. *Quis enim credat, Sanctum noſtrum non fuiſſe impeditum ſua infirmitate, quo minùs tres tantæ molis libros ſcriberet; tanto verò eidem impedimento fuiſſe infirmitatem, ut commorantem in eadem urbe amicum adire non poſſet?*

F

probabiliùs ſcriptum eſt in ſolitudine anno 377 *aut* 378.

162 *Nunc rationes ſubdo, quibus inducor ad credendum, in monaſterio potiùs, quàm in diaconatu, Opus illud fuiſſe exaratum. Primò* Chryſoſtomus *inſinuat, ſe monachum fuiſſe, dum Stagirius primùm à dæmone correptus eſt; nullibi verò innuit, ſe poſtea morbo coactum fuiſſe Antiochiam redire. At veriſimiliter non ſiluiſſet, ſi vitam deſerere monaſticam morbo fuiſſet coactus. Secundò ait* Chryſoſtomus *lib.* 2 *pag.* 181: Plurimoſque hîc, dum tua narrarent inſtituta, compunxerunt. *Atqui veriſimile non eſt, ſpectantia ad Stagirium narrata plurimis fuiſſe Antiochiæ, ne illa patri ipſius innoteſcerent. Illud* hîc *igitur non de Antiochia videtur intelligendum, ſed de monaſterio, in quo degebat* Chryſoſtomus. *Itaque probabiliùs exiſtimo, tres libros ad Stagirium ſcriptos eſſe anno* 377 *aut* 378, *antequam ad ſpelun-*

A *ſpeluncam ſe reciperet* Chryſoſtomus, *ut ſolus ibi habitaret; infirmitatem verò hanc, de qua initio loquitur, aliam fuiſſe ab illa, quâ Antiochiam redire coactus eſt, neque adeo fuiſſe gravem. Fateor tamen rationes, quas allegavi, non tam graves eſſe, ut tempus conſcripti Operis omnino ſit certum.*

Aliqua mirabilia incerta ex Georgio.

163 *Georgius Alexandrinus apud Savilium pag.* 169 *varia narrat ordine naturali ſuperiora, quæ vult* Chryſoſtomo *contigiſſe in vita monaſtica. Primò exponit apparitionem Apoſtolorum Petri & Joannis, quæ ſignificat eximiam Sancti in exponendis ſacris Scripturis peritiam, ſi vera eſt. Nam S. Joannes ei Scripturæ volumen tradidiſſe dicitur, Petrus claves. Totius verò viſionis teſtis citatur Heſychius, qui eam narrâſſe fratribus aſſeritur. Mox pag.* 170 *Georgius referre incipit aliqua miracula, nimirum nobilem Antiochenum capitis & oculi malo Sancti patrocinio liberatum: deinde Antiochenum alterum nobilem, Archelaum nomine, qui leprâ erat infectus, emundatum. Poſt alia quædam de ſecutis Sanctum ad vitam monaſticam, adjungit pag.* 173 *miraculum de oculo dextero reſtituto cuidam Eucleo, & mox*

B *aliud de ſanato ſanguinis fluxu Chriſtinæ: imò & ſævum leonem ſub fixa cruce occiſum affirmat. Verùm illa omnia magis incerta ſunt, quàm ut attentionem noſtram mereantur: neque plura de iis addenda cenſeo, cùm tacuerint veteres, fides verò Georgii non ſatis probata ſit. Hiſce igitur breviter perſtrictis, redeamus ad certiora.*

§ XIII Sanctus morbo coactus redit Antiochiam, ubi ordinatur diaconus: geſta tempore diaconatûs, & ſcripta varia.

Sanctus gravi infirmitate coactus, ex eremo redit Antiochiam:

C PAlladius *in Dialogo pag.* 41, *expoſitâ vitâ auſterâ* Chryſoſtomi *in ſpelunca habitantis, ita pergit:* Cùm autem ſibi opem ferre non poſſet (*in corporis infirmitate,*) rurſus eccleſiaſticum portum apprehendit. Atque id divinæ providentiæ opus fuit, quæ ad utilitatem Eccleſiæ eum per infirmitatem à monaſticæ vitæ laboribus retraxit, ut neceſſitate impeditus à ſpeluncis avelleretur. Inde poſtquam altari annos quinque miniſtrâſſet, à Meletio diaconus ordinatur. *Ultima verba ex Græcis rectiùs ſic reddemus Latinè:* Inde ordinatur diaconus à Meletio, & ſervivit altari annis quinque. *Sic in Epitome vitæ apud Bigotium pag.* 227: Rurſus redit ad Eccleſiam, & ordinatur diaconus, & claruit annos quinque. *Conſentit Socrates lib.* 6 *cap.* 3 *à Meletio ordinatum eſſe diaconum. Meletius autem, qui poſt mortem Valentis imperatoris ab exſilio reverſus erat Antiochiam, obiit anno* 381 *tempore concilii Conſtantinopolitani, ad quod profectus erat eodem anno, veriſimiliter verno tempore, cùm obierit circa menſem Majum aut Junium, quantùm apparet. Certè non videtur obiiſſe* XII *Februarii, ut credidit Bollandus, quia illo die fuit cultus.*

ibique ordinatur diaconus.

165 *Ex hiſce ſequitur, ordinationem illam non poſſe figi poſt priores menſes anni* 381. *Si modò conſideremus, Sanctum quinque annis fuiſſe diaconum, & annis duodecim presbyterum, antequam conſecraretur epiſcopus, quod factum menſe Februario anni* 398 *videbimus, nullum reſtabit dubium, quin ordinatio ad diaconatum contigerit anno* 380 *ad finem vergente, aut ineunte anno* 381. *Hinc exiſtimo,* Chryſoſtomum *anno* 380 *rediiſſe Antiochiam, & poſt reſtitutam eidem utcumque ſanitatem eodem anno* 380 *aut initio* 381 *diaconum ordinatum. Si ordinatio facta ſit anno* 381, *quinque annos diaconatûs & duodecim presbyteratûs habemus ante ordinationem epiſcopalem ſine augmento ſaltem notabili; ſi verò contigerit anno* 380, *ſeptemdecim illis annis aliquot menſes acceſſerunt.*

AUCTORE J. S.

Sententia Socratis, qui tribus annis dubitantem facit Sanctum,

166 *Socrates lib.* 6 *cap.* 3, *relatæ ordinationi hæc ſubjungit:* Poſthæc Meletio mortuo Conſtantinopoli; (illuc enim profectus fuerat Meletius propter ordinationem Gregorii Nazianzeni) Joannes à Meletianorum confortio recedens, nec tamen Paulini communionem amplexus, tres annos continuos in ſumma quiete vixit. *Hæc ut intelligantur à lectoribus minùs peritis, pauca breviter obſervanda ſunt de diviſione, quæ Meletii occaſione orta erat Antiochiæ, quæque eo etiam tempore durabat. Meletius tempore Conſtantii imperatoris Ariani electus fuit patriarcha Antiochenus, adnitentibus Arianis, qui eum ſuis partibus credebant addictum. Hinc, licèt Meletius ſtatim ſe palàm profiteretur Catholicum & orthodoxum, aliqui ex orthodoxis eum habebant ſuſpectum, nec cum Meletio communicare voluerunt. Ea de cauſa Lucifer Calaritanus, Sedis Apoſtolicæ legatus, anno* 362 *Paulinum Antiochenis ordinavit epiſcopum. Hac ordinatione duos eccleſia Antiochena habebat epiſcopos orthodoxos, & in duas partes Catholici erant diviſi, aliis adhærentibus Meletio, aliis Paulino. Multi laboraverunt fruſtra, ut eam tollerent diviſionem. Si credimus Socrati lib.* 5 *cap.* 5, *pax inter utramque partem inita erat ea conditione, ut mortuo alterutro, alter ſolus deinde Antiochenis Catholicis præeſſet, nullo in locum defuncti ſubſtituto. Verùm ea conditio, ſi facta eſt, certè non fuit ſervata poſt mortem S. Meletii, ſed in locum defuncti electus eſt Flavianus, nequicquam laborante S. Gregorio Nazianzeno, ne quis Meletio ſubſtitueretur.*

E

utrùm Flaviani epiſcopi partes ſequeretur, non eſt probabilis:

167 *Poterat igitur dubitare* Chryſoſtomus, *qui S. Meletio ſemper adhæſerat, an ſimiliter adhærere deberet Flaviano, cujus ſubſtitutione diviſio erat continuata; Sanctumque revera dubitâſſe, & neutri parti tribus annis ſe adjunxiſſe, vult Socrates. Verùm Tillemontius Notâ* 13 *Socratem refutat, tamquam improbabilia hîc narrantem, eaque occaſione multos ipſius de* S. Chryſoſtomo *errores recenſet. Inter hos ille eſt, quem ſtatim allegatis verbis ſubjungit hoc modo:* Tandem verò poſt obitum Paulini, ab Evagrio ejus ſucceſſore presbyter ordinatur. *Certum enim eſt, presbyterum ordinatum à Flaviano, antequam Evagrius Paulino ſucceſſerat: indeque veriſimile non eſt aut probabile, Sanctum totis tribus annis à communione Flaviani abſtinuiſſe, licèt fortaſſe aliquo tempore dubitaverit, utri epiſcopo, Paulinone an Flaviano, ſe adjungeret, quia electionem Flaviani, viri aliàs præclari, tamquam ſperatæ paci contrariam, multi improbabant. Georgius Alexandrinus pag.* 176 *ex datis, opinor, Socratis verbis aſſeruit, reverſum eſſe ad monaſterium poſt ordinationem ſuam, ibique manſiſſe annis tribus. Verùm reditus ille ad monaſterium non ſatis congruit verbis Palladii, qui aſſerit, Sanctum quinque annis altari miniſtrâſſe, innuitque utcumque, id eum feciſſe Antiochiæ, non in mo-*

F

AUCTORE J. S.

nasterio. Quare nec summa illa trium annorum quies, asserta à Socrate, nec reditus ad monasterium inde verisimiliter conflictus, satis sunt probabiles.

at magis apertè erat, cùm ab Evagrio ordinatum dicit:

168 *Imò Socrates etiam plus videtur insinuare, præsertim cùm subdat,* Chrysostomum *ab Evagrio presbyterum ordinatum; quo supponit, alienum fuisse à Flaviani communione. Hoc omnino falsum esse, evincunt ipsa* Chrysostomi *verba in primo Sermone, ubi presbyter erat ordinatus. Nam in eo tom. 1 pag.* 442 *de Meletio & Flaviano sic loquitur:* Sanè cùm priorem illum patrem amisissemus, qui & hunc nobis genuit, in angustia res nostræ erant... Verùm ubi hic advenit, & in clara luce visus est, effecit ut omnis illa angustia veluti nubes præterierit, & omnes molestiæ evanuerint. Neque semel nobis luctum illum exemit, sed adeo repentè, quasi idem ille beatus è tumulo redivivus in hunc thronum denuo ascendisset.

nam Flaviano constanter adhæsit.

B

169 *Rursus in Homilia de S. Meletio tom. 2 pag.* 522 *hæc habet:* Benignus enim & clemens Deus, misertus nostri doloris alium citò nobis dedit Pastorem, qui virtutes illius accuratè referret. Qui cùm sedem ascendisset, humili & lugubri veste nos statim exuit, & dolorem exstinxit, beati autem Meletii magis memoriam renovavit. *Hæc omnino sufficiunt, ut credamus* Chrysostomum *partes Flaviani, quem multis aliis locis multùm laudavit, semper fuisse secutum; licèt initio cautè fortasse processerit, & cùm amore vitæ solitariæ, tum odio divisionis ecclesiæ Antiochenæ, à consiliis conferendis diutiùs abstinere potuerit. Nimiæ etiam censuræ, quibus Meletiani Paulinianos impetebant, efficere poterant, ut illorum consortium fugeret Sanctus. Certè post aliquot annos in Homilia de Anathemate Meletianos suos gravissimis verbis ob censuras ejusmodi reprehendit, ut videri potest tom. 1 pag.* 691.

Zelus cujusdam diaconi ad instruendum ignorantes:

170 *Tillemontius art.* XI *factum aliquod laudabile, quod* Chrysostomus *narrat Hom.* 46 *in Acta Apostolorum de sodali suo, ad hoc tempus non modò revocandum, sed ipsi etiam* Chrysostomo *attribuendum suspicatur. Factum huc transferri meretur. Sanctus illic sic præfatur:* Dicam aliquid, quod uni familiarium meorum accidit. *Rectè hîc expressa sunt verba Græca ex editione Frontonis Ducæi,* εἶκω τι καὶ τινι τῶν ἐμοὶ συνήφων συμβάν. *At apud Montfauconum perperam sic exprimuntur.*

C

Dicam aliquid, quod & mihi & familiari cuidam meo accidit. *Nam illud* & mihi *non est in Græco. Res ipsa apud Montfauconum Latinè sic exponitur:* Cùm ira Dei incideret, & ille admodùm juvenis esset, atque in diaconorum ordine: absente tunc episcopo, cùm presbyterorum nullus curaret; una nocte confertim & temere baptizârunt multa hominum millia, & simpliciter baptizabantur omnes nihil scientes. Hos ille privatim accipiens, & centenos & ducentenos alloquebatur, de alia nulla re, quàm de mysteriis tantùm, quòd nempe non concederet accedere non initiatos. Hunc putârunt multi ambientem principatum hoc facere. At ille eorum opinionem nihili faciens, non perrexit diutiùs id agere, sed cessavit statim; *nimirum quando cessabat necessitas.*

non erat is ipse Chrysostomus, sed ejus sodalis.

171 *Factum laudat* Chrysostomus, *docetque illum non præbuisse justam offendiculi causam, quia legitima erat ignorantes instruendi ratio: rectè verò cessâsse, quando sublata erat necessitas. Ceterùm nequeo existimare, diaconum illum fuisse ipsum* Chrysostomum: *cùm enim dicat, id accidisse cuidam suo* sodali, *eum clarè videtur à se* D *distinguere: & consequenter incertum est, an res contigerit tempore diaconatûs* Chrysostomi, *an citiùs. Imò si consideremus tempora, facilè videbimus, rem non contigisse, quando* Chrysostomus *erat diaconus, sed potiùs tempore Meletii exsulantis. Nam asserit Sanctus,* absente tunc episcopo, *diaconum illum suscepisse curam ignorantes instruendi. At tempore diaconatûs* Chrysostomi *episcopus Antiochenus numquam abfuit tanto tempore, ut videatur oriri potuisse diacono necessitas illa instruendi ignorantes: illa verò facilè oriri poterat tempore exsulantis Meletii: eo etiam tempore* Chrysostomus *erat juvenis, qualem asserit fuisse sodalem suum, dum illa peragebat.*

Scripta varia edidit Sanctus, non dixit ad concionem tempore diaconatûs.

172 *Marcellinus in Chronico ad annum* 398 *de* Chrysostomo *ait:* Ubi (*Antiochiæ nimirum*) per quinquennium continuum diaconus, multos divinosque edidit libros. *Ex hisce Sancti Scriptis aliqua assignabimus inferiùs. Baronius ad annum* 382 *num.* 53 *& seq. existimat,* Chrysostomum *non solùm multa in diaconatu scripsisse, sed etiam varia perorâsse ad populum Antiochenum illo tempore. Verùm* Chrysostomus *ipse huic opinioni apertè est contrarius in laudato modò Sermone,* E *quem habuit, cùm presbyter fuit ordinatus: clarè enim ibi ostendit, se antea non dixisse ad concionem. Pauca huc transfero. Tom. 1 pag.* 427 *sic populum alloquitur:* Quandoquidem tantam aleam subivimus propter vos vestramque caritatem, quâ nihil violentius aut imperiosius, ut quæ nos non admodùm dicendi peritos ad dicendum pertraxit, effecitque ut ad doctrinæ stadium exiremus, licèt antehac hoc palæstræ genus numquam attigerimus, sed semper in auditorum ordine quieto silentio frui soleamus. *Circa finem iterum ait:* Opus quidem erat nobis & priùs tutelâ (*precum, quas petebat,*) dum soli vitam degeremus à negotiis liberam *&c. In Homilia* 16 *ad Populum Antiochenum tom.* 2 *pag.* 162 *dicit:* Ecce secundus hic annus est, ex quo vestræ differo caritati. *Illam verò Homiliam secundo item sacerdotii anno dictam esse videbimus suo loco. Itaque publicè ad populum non disseruit, quando diaconus erat* Chrysostomus, *ut jam observavit Tillemontius. At multa præclarè eo tempore scripta vulgavit, ex quibus aliqua investigabo.*

§ XIV Tractatus ad Viduam juniorem geminus: liber de Virginitate.

F

Liber ad Viduam juniorem

Inter priora Sancti scripta tempore diaconatûs numerandum existimo elegantem tractatum, quo Chrysostomus *consolatus est viduam Therasii viri primarii ætate juvenem, quique ea de causa inscribitur* ad Viduam juniorem. *Porrò hic tractatus fuit certò scriptus post tragicam Valentis imperatoris mortem, quæ enarratur pag.* 345, *ut non diu præterita. Nam de clade tunc accepta sic loqui incipit pag.* 344: Et quoniam hujus belli mentio incidit, magnum mihi viduarum agmen occurrit, quarum aliæ olim ex virorum quidem dignitate plurimum splendoris acceperunt, nunc verò repentè omnes nigrâ ac luctuosâ stolâ amictæ omne tempus in lacrymis ducunt. *Hinc nullum est dubium, quin de Theodosio loquatur,*

A *quatur, quando dicit uxorem ipsius timore quasi exanimatam*, eo quod vir ipsius ab eo tempore, quo diadema fuscepit, usque ad hodiernum diem in bello & præliis versetur, verecundiâque & probris, quibus undique afficitur, magis quàm ex calamitatibus tabescat.

Scriptus probabiliùs anno 381:

174 *Nam Theodosius bellum contra Gothos, quo Valens perierat, feliciùs prosecutus est, & cum ipsis conflixit anno* 379 *&* 380; *sed ante annum* 381 *tantas non retulerat de Gothis victorias, ut eorum compescuisset insolentiam, de qua* Chrysostomus *multa subjungit, ita pergens:* Quod enim antea numquam, nunc evenit, ut barbari propriam relinquentes regionem, multa stadiorum millia regionis nostræ percurrerint, & agris incensis captisque urbibus, domum redeundi omnem cogitationem abjecerint. *Multa alia de Barbarorum illorum insolentia subjunguntur. Quare cùm res Gothorum maximè labare cœpissent anno* 381, *& pax cum illis secuta sit anno* 382; *existimo tractatum illum fuisse conscriptum anno* 381. *Etenim figi nequit anno* 379, *quo Theodosius factus est imperator, nec anno* 380, *quo* Chrysostomus *æger Antiochiam rediit. Eligendus*

B *igitur annus* 381 *aut* 382; *& prior quidem mihi apparet probabilior, quia de Gothorum arrogantia tam multa dicuntur, ut ea vix dici potuisse videantur anno* 382. *De bello illo Theodosii cum Gothis videri potest Tillemontius tom.* 5 *Imperatorum in Theodosio.*

Hanc de morte mariti consolatur, hortaturque, alium ne cupiat.

175 *Occasio scribendi erat dolor illius viduæ, quæ post* annos quinque *matrimonii cum Therasio, viro nobili, pio & probo, quem brevi* ad præfectorum thronum *sperabat evehendum, hunc tam dilectum conjugem immatura morte amiserat. Hanc igitur viduam consolandam illo Opusculo suscepit Sanctus, postquam prima mœroris vehementia nonnihil deferbuerat, ut ipse circa initium declarat.* Audivimus enim, *inquit*, à patruo tuo, confidendum posthac esse: nam & famulas, quæ paulò honoratiores sint, audere de his rebus prolixos inferre sermones; imò externas quoque mulieres, atque eas, quæ aut genere tibi cognatæ, aut alia quavis ratione ad hoc munus obeundum sunt idoneæ. Quòd si illarum sermones admittis; valde confidimus, ac pro certo habemus fore, ut nostros non contemnas, sed quietem ac tranquillitatem, quoad poteris, ipsis audiendis adhibeas. *Porrò* Chrysostomus *non solùm piis rationibus viduam illam consolatur, sed non obscurè etiam hortatur, ut ne alium ducat maritum, in viduitate verò permaneat, solumque Deum quærat.* Donec igitur, quemadmodum dicebam, *ait pag.* 341, cum beato Therasio vivebas, eum ille tibi honorem tuorumque commodorum studium præstitit, cujusmodi à viro exspectanda erant. Nunc autem illius loco habes Dominum omnium Deum, qui cùm antea tibi affuit, tum verò id nunc multo impensiùs ac cumulatiùs faciet. *Pag.* 547: Cælum quære, & omnia quæcumque ad vitam illic degendam conducunt, ac nihil eorum, quæ hîc fiant, lædere te poterit, ne ipse quidem tenebrarum imperator, dummodo ne nobis ipsi noceamus. Nam etsi quis bonis spoliet, etsi corpus concîdat, nihil horum ad nos, modò animus nobis incolumis maneat. *Plura non adduco: at historica non pauca ex eodem Opusculo jam antè recitavi.*

Ad eamdem probabiliùs scripsit de non iterando Conjugio:

176 *Apud Montfauconum tom.* 1 *pag.* 349 *huic aliud subjungitur Opusculum, cui hic præfixus est titulus:* Ejusdem ad eamdem de non iterando conjugio. *Titulus ille insinuat, Opusculum istud quoque directum esse ad viduam Therasii. Præterea huic sententiæ favet argumentum ipsum de non iterando conjugio: nam quod in primo Opusculo variis locis suaserat, id in hoc multis omnino persuadere argumentis nititur. Verumtamen, quia Sanctus in illo Opusculo non unam nominatim viduam, sed omnes generatim alloquitur, Tillemontius art.* 12 *& Montfauconus in Monito pag.* 337 *existimant, non fuisse scriptum ad eamdem viduam, sed potiùs esse sermonem pro concione dictum. Montfauconus id colligit ex conclusione Opusculi, quia illud claudit hoc modo:* Quoniam ipsum (*Christum*) decet omnis gloria, honor & adoratio *&c.*, *sicut concludere solet homilias.* Hæc, *inquit*, concionis epilogum esse nemo non videt. Quare vel in titulo illud: Ad eamdem, à librario quodam temere adjectum est; vel, si eam orationem ad Therasii uxorem verè miserit Chrysostomus: ipsam postea homiliæ more concinnatam in cœtu recitaverit. *Verùm huic opinioni deinde minùs inhæsit in Vita pag.* 97; *sed dubitat, liberne sit an homilia.*

AUCTORE J. S.

nam id Opusculum, liber est, non homilia:

177 *Quidquid alii senserint, mihi videtur liber aut tractatus esse, non homilia ad populum. Neque enim solebat* Chrysostomus *ita totum sermonem ad unum hominum genus dirigere, sicut hic liber ad solas dirigitur viduas. Nihil etiam in toto tractatu invenio, quo evinci possit, sermonem dirigi ad circumstantem multitudinem. Quod verò spectat ad conclusionem, ipse Montfauconus de ea sic notat:* Hæc vulgata conclusio deest in Colbertino (*codice,*) estque fortasse additamentum librarii. *Major igitur suspicio est, additam esse conclusionem illam, quàm titulum. Præterea, etsi conclusio certò esset* Chrysostomi, *ex ea non fieret certum, homiliam potiùs esse, quàm librum. Certè in fine Commentarii in Epistolam ad Galatas similis reperitur clausula: neque tamen ex illa legitimè concluderetur, Commentarium illum, sicut modò exstat, ad populum fuisse peroratum. Poterat Sanctus laudem Sanctissimæ Trinitati adscribere in scriptis Opusculis æquè ac in homiliis, licèt illud non ubique fecerit. In hoc autem Opusculo mentio fit de Christo ante conclusionem, eaque occasione invitari etiam poterat ad ipsum cum Patre & sancto Spiritu laudandum. Itaque probabilius mihi apparet, titulum esse legitimum, & hoc quoque Opusculum in diaconatu exaratum, inscriptumque uni viduæ, ut* F *omnibus prodesset.*

E

in eo Chrysostomus dissuadet, at non improbat secundas nuptias.

178 *Ceterùm, quidquid sit de tempore scripti Opusculi, Sanctus solùm suadet, ut viduæ secundas nuptias non contrahant, sicut Apostolus virginitatem suadet, non verò præcipit. Hanc mentem suam jam antè declaraverat, & in fine iterum declarat his verbis:* Hæc non, quò necessaria judicaremus, attulimus; aut quò illas, quæ in viduitate permanere nolunt, condemnaremus; sed hoc unum cohortatione admonitioneque nostra agentes, ut ne terræ perpetuò affixæ hærere velint, sed semel solutæ in libertate maneant, ad cælum aspirent, cælestem vivendi rationem adhibeant, ac junctæ Christo ea omnia præstent, quæ iis conveniunt, quæ tantum nactæ sunt Sponsum: quoniam ipsum decet omnis gloria *&c.*

Liber de Virginitate certò ante episcopatum compositus,

179 *Montfauconus in Vita Chrysostomi pag.* 97 *post Opuscula modò memorata de alio molis majoris ita loquitur:* Longissimum & eximium de Virginitate librum, qui plusquam sexaginta octo paginas implet, emisisse Joannem putamus

AUCTORE J. S.

Antiochiæ, & antequam presbyter esset. Quòd enim Antiochiæ ediderit, ipse testificatur Homiliâ XIX in epistolam ad Corinthios his verbis: „Si autem præterimus ea, quæ dicenda essent „de virginitate, nemo nos negligentiæ damnet. „Integer enim liber in hunc locum à nobis est „editus: & cùm quàm potuimus accuratissimè „& diligentissimè omnia illic persequuti simus, „supervacaneum esse duximus, ea rursum hîc „exponere„. Locum porrò illum, quem Hom. XIX in Epistolam I ad Corinthios in argumentum sibi proponit, scilicet, „Bonum est homini mu„lierem non tangere„ &c., in hoc de Virginitate libro perpetuò versat & discutit; ita ut perinde certum sit, hunc de Virginitate librum in Homilia illa commemorari, ut certum est, ipso teste Chrysostomo, & fatente Tillemontio, Homilias in Epistolam I ad Corinthios Antiochiæ habitas fuisse... Indubitatum itaque est,... librum de Virginitate emissum Antiochiæ fuisse...

ac probabiliùs in diaconatu: B

180 Quo tempore autem illum scripserit, nusquam reperimus. Probabiliter tamen dici posse puto, ipsum, antequam presbyter esset, hunc librum adornavisse, cùm plus sibi otii esset. Postquam enim presbyter ordinatus fuit, concionandi officio frequentissimè fungebatur, ut non vacaret ipsi tam prolixos concinnare libros. Alioquin autem, si presbyter hæc scripsisset, in homilias, ut credere est, totum distribuisset, ut Homilias de Pœnitentia, de Incomprehensibili, de Lazaro &c. *Hoc ratiocinium certò evincit, librum illum Antiochiæ editum fuisse, aut certè, antequam Antiochiam relinqueret* Chrysostomus. *At dubitat ipse Montfauconus tom. 1 pag. 267 in Monito ante librum de Virginitate, utrum fortè editus non sit, quando in solitudine degebat Sanctus. Fateor, certò evinci non posse, in diaconatu editum esse. Attamen id mihi apparet verisimillimum, cùm quòd Sanctus toto diaconatûs tempore libros videatur scripsisse, ideoque otium habuerit sufficiens ad hunc cum aliis illi tempori innectendis concinnandum, tum quòd eo tempore de viduitate scripserit, quæ materia vicina admodùm est argumento de Virginitate. At in solitudine non videtur de tali materia egisse, nec totum tempus ita studiis impendisse.*

C *refutatur Tillemontius illud Opus episcopatui innectens.*

181 *Tillemontius Notâ 46 fatetur, librum de Virginitate videri commemoratum à* Chrysostomo *suprà laudato; illum tamen innectit tempori episcopatûs, quia* Chrysostomus *in eo num. 9, apud Montfauconum pag. 275 sic loquitur:* Ecquid igitur conjugium veto, qui conjuges non accusem? Stupra veto & adulteria, matrimonium non item: & illa audentes castigo, atque ab Ecclesiæ cœtu proscribo. *Existimat ille, non sic loqui potuisse Sanctum, nisi fuisset episcopus. Verùm ostendit Montfauconus in Monito,* Chrysostomum *aliis quoque locis tanta cum auctoritate locutum esse, antequam esset episcopus; nititurque ostendere,* Chrysostomum *ea dicere in persona S. Pauli, seu S. Paulum inducere loquentem. Mihi sanè non videtur necesse, ut eò recurramus. Loquatur* Chrysostomus *ipse: quid tandem significabunt verba illa,* Ab Ecclesiæ cœtu proscribo? *Hoc nimirum, meâ quidem sententiâ,* Ab Ecclesiæ cœtu proscribendos censeo & doceo. *Etenim satis usitatus est ille loquendi modus. Illa ipsa verba, quæ præcedunt:* Stupra veto & adulteria, *sic ferè exponenda sunt. Quippe sic loquens non significat, se legem ferre ad stupra prohibenda; sed docere se, ea esse vetita. Nullum igitur est dubium, quin ante episcopatum Sanctus ediderit insigne illud Opus de Virginitate: neque illud ulli tempori tam probabiliter innecti potest quàm diaconatui. In eo Sanctus non solùm virginitatem magnis elogiis extollit, sed egregia simul Virginibus dat præcepta ad rectè & sanctè vivendum.* D

§ XV. Liber in S. Babylam contra Julianum & gentiles: nequit ostendi, Sanctum in eo tractatu contra historiam S. Babylæ errâsse, ut aliqui credunt.

Liber in S. Babylam contra Julianum & gentiles circa annum 382 E

Postquam sacerdotes, monachos, viduas, virgines à S. Chrysostomo *ante dignitatem presbyteratûs susceptam instructos vidimus, aliaque ab eodem conscripta Opuscula, tempus est, ut & gentiles ipsius calamo impugnatos videamus. Etenim tempore diaconatûs calamum exercere cœpit contra gentiles, & nominatim Julianum imperatorem apostatam, & Libanium sophistam, suum olim in eloquentia magistrum, libro satis prolixo impetiit. Opusculum illud apud Ducæum habetur tom. 1 Operum* Chrysostomi; *apud Montfauconum verò tom. 2. Hîc verò pag. 573 Sanctus de combusto Apollinis prope Antiochiam templo, quod conflagravit tempore Juliani apostatæ anno 362, sic loquitur:* Ecce namque vigesimus annus ex illo tempore agitur *&c. Ex hoc loco Baronius, Tillemontius & Montfauconus rectè colligunt, librum illum* à Chrysostomo *scriptum esse circa annum* 382, *sive tempore diaconatûs.*

scriptus est; non ad concionem dictus.

183 *Hermantius quidem in Vita cap. 20 credit, seriùs esse compositum, quando Sanctus erat presbyter, quia putabat orationem esse pro concione habitam. At ea opinio est improbabilis: licèt enim* Chrysostomus *subinde sermonem aliquo modo dirigat ad populum, id aliàs etiam faciunt, qui Opuscula à multis legenda scribunt; ita ut ex eo nihil possit inferri. Contrà libri prolixitas satis ostendit, non fuisse pro concione dictum. Stylus quoque libri magis est quàm homiliæ: & pag. 560* Chrysostomus *apertè dicit, se hæc scribere, ubi sic habet:* Ideo enim vivis etiamnum testibus hæc scribo, ne quis me vetera quædam ignorantibus narrantem, magnâ licentiâ mentiri existimet. Ex iis enim, qui ea viderunt, & senes & juvenes adhuc superstunt, quos rogo omnes, ut si quid à me additum fuerit, accedant meque redarguant: sed quòd aliquid addiderim me arguere non possunt; quòd omiserim, possunt. *Nullum igitur est dubium, quin liber sit contra gentiles scriptus, non homilia coram populo habita.* F

In hoc Opere Sanctus magnam veritatis curam habuit,

184 *Præterea ex allegatis verbis liquet, magnam in hoc Opusculo curam fuisse sancto Diacono, ut non nisi vera narraret facta. Et sanè non sola Viri sanctitas nobis persuadere debet, magnopere advigilâsse* Chrysostomum, *ne quid falsi produceret; verùm ipsi quoque, quos impetebat, adversarii cautum quàm maximè in hac parte reddere poterant. Redarguendum suscipiebat Julianum imperatorem, cujus fama gentilibus omni-*

bus

A *bus erat cariſſima, & cujus vindices eſſe poterant, quotquot vivebant eruditi gentiles. Carpebat & ridebat viventem Libanium, ſophiſtam atate provectum, eloquentiâ multiſque ſcriptis celebrem, qui nec Julianum nec ſeipſum ſiviſſet inultum, ſi* Chryſoſtomus *falſa referendo occaſionem dediſſet, quâ ipſum ille viciſſim carpere & ridere potuiſſet. Summa igitur erat neceſſitas accuratæ veritatis, ne gentiles dicerent ſe impeti fictitiis hiſtoriis. Porrò, ſicut erat neceſſe, ut non niſi vera allegaret facta; ita tempore & loco videtur fuiſſe ſatis vicinus illis, quæ refert de martyrio & cauſa martyrii S. Babylæ, ad non errandum in paucis factis, quæ de iis allegat.*

ut neceſſè omnino erat. 185 *Quippe ſcribebat Antiochiæ, ubi res erat peracta. Scribebat annis circitèr centum & triginta poſt S. Babylæ martyrium. Toto tempore intermedio Antiochia ſuos habuerat epiſcopos cum clero. Quis igitur credat, nulla de martyrio S. Babylæ ſervata fuiſſe monumenta apud Antiochenos uſque ad tempora* Chryſoſtomi? *Quis prudens exiſtimet, virum tam religioſum, tam ſapientem, tam prudentem, incertis vulgi rumoribus uſum eſſe, ut religionem Chriſtianam contra gentiles eruditos, eloquentes, audaces propugnaret? Hæc ſanè mihi incredibilia apparent. Quin & incredibilia apparere debebant Tillemontio, qui obſervat,* hiſtoriam vitæ & miraculorum S. Babylæ tanti momenti pro tota Eccleſia viſam S. Chryſoſtomo, ut omni ſua uſus ſit eloquentia ad eam enarrandam, *eaque utatur ad gentiles confundendos. Sic enim loquitur tom. 3 Monum. Eccleſiæ, quando articulum de S. Babyla orditur.*

B

Attamen Tillemontius & Montfauconus creduni, 186 *Verumtamen Tillemontius loco allegato & in Annotatis, rurſumque tom. 3 Imperatorum Notâ 1 in Philippum, multos in* S. Chryſoſtomo *agnoſcit errores, talemque de S. Babyla refert hiſtoriam, ut gentiles Sanctum noſtrum non immeritò ridere potuerint, tamquam ineptum declamatorem, inſulſas fabellas allegantem, ſi credere malimus criſi Tillemontianæ, quàm diligentiæ* Chryſoſtomi *gentiles oppugnantis. Tillemontio ſanè credidit Montfauconus in Monito prævio: & licèt Boſchius noſter in Hiſtoria chronologica patriarcharum Antiochenorum pag. 16 & ſeqq. Tillemontium ſolidis rationibus refutaverit; Montfauconus, ignorata aut diſſimulata refutatione illa opinionis ſuæ, fixis ſemel veſtigiis inſtitit in Vita* Chryſoſtomi, *ubi pag. 98 ſuam & Tillemontii opinionem exponit his verbis:* Argumentum libri & hiſtoria martyrii S. Babylæ epiſcopi Antiocheni, declamatorio more exque rumore vulgi plerumque recenſita, tropis redundans, in qua veritatem ſæpè deſideres. Nam ut certum exiſtimo, S. Babylam pro Chriſto cæſum fuiſſe; ita genus

C

* *l.* cauſam & cauſa * martyrii ex populi rumore potiùs, quàm ex vera rerum geſtarum hiſtoria à Joanne proferri, non dubium eſt. Quis enim, quæſo, ille fuerit Romanorum imperator Chriſtianus, qui inita cum rege Barbaro pace ea conditione, ut filium ille ſibi educandum traderet, acceptum pro pignore pacis filium confeſtim jugulaverit, eaque de cauſa à beato Babyla eccleſiæ aditu intercluſus, eumdem ſanctum præſulem in carcerem trudi & obtruncari juſſerit? Hunc imperatorem quidam, ſive ſcholiaſtes ſive librarius, dicit eſſe Numerianum: quo quid ineptius? Nam vel Chriſtianum dicere Numerianum, vel interfectorem cujuſdam filii regis barbarorum, æquè cum vera pugnat hiſtoria...

187 Veriſimile igitur eſt hîc imperatorem Philippum memorari, qui imperii invadendi cauſâ cæſo Gordiano auguſto, poſtquam per tantùm ſcelus voti compos factus Antiochiam venerat, Paſchatis tempore ad eccleſiam, precum Myſteriorumque conſors futurus, accedebat. Quo comperto, S. Babylas, accedentem imperatorem repulit, eccleſiæ aditu interdixit, & pœnitentium loco ſe ſiſtere juſſit, donec pœnitentiâ abluto expiatoque ſcelere, ad communionem Eccleſiæ poſtea reciperetur. Hanc à ſancto præſule repulſam grato animo modeſtéque tuliſſe Philippum, narrat Euſebius, itemque pœnitentium locum adiiſſe; ac tum, poſteaquam tam grave peccatum ſecundum Eccleſiæ ſtatuta per confeſſionem depoſuerat, in eccleſiam admiſſum fuiſſe. Sub hæc autem, imperante Decio Chriſtianorum hoſte, S. Babylas pro Chriſto cervices dedit. Quod de pœnitentia deque Chriſtianiſmo Philippi ab Euſebio dicitur, non quaſi certum, ſed ceu à quibuſdam ab ſe auditum narratur, & à multis vocatur in dubium. Veriſimile porrò eſt, ex hiſtoria illa Gordiani, à Philippo cæſi, manâſſe illam, quam ſuperiùs ex Chryſoſtomo retulimus; ſed ita deturpatam deformatamque in omnibus ferè ſui partibus, ut alia penitus eſſe videatur. *Hactenus Montfauconus Tillemontium ſecutus. At velim mihi ignoſcant eruditi viri, ſi candidè edixero, totam hanc criſim non ſolùm videri injuriam in* S. Chryſoſtomum, *qui ſic in plurimos abſurdiſſimoſque lapſus eſſet errores; ſed eamdem æquè eſſe ridiculam, ſanoque judicio contrariam, ac omni deſtitutam fundamento.*

E

plurimis turpibuſque erroribus fœdatam eſſe. 188 *Accipe primùm, lector ſtudioſe, quot errores quàmque abſurdi & incredibiles attribuantur* Chryſoſtomo. *Etenim primò Philippus occidit imperatorem Romanum.* Chryſoſtomus *verò occiſum dicit barbari regis filium. Philippus, teſte Julio Capitolino, Gordianum occidi per milites juſſit.* Chryſoſtomus *manu imperatoris cædem ſcribit peractam. Philippus occidebat, ut ſolus imperaret.* Chryſoſtomus *imperatorem ad cædem illam perveniſſe dicit ex ſola crudelitate & perfidia, quâ innocentem peremit pro pacis pignore traditum. Itaque, ſi vera ſit conjectura adverſariorum,* Chryſoſtomus *abſurdiſſimam & Romano imperio ignominioſam commentus eſt, aut certè ſcripſit fabellam. Neque enim tam parùm erat verſatus in rebus hiſtoricis, ut hiſtoriam Gordiani & Philippi videatur ignorâſſe, aut ſic potuerit deturpare. Secundò, ſi credamus criſi adverſariorum, Philippus repulſam moderatè tulit, plurimamque ex ea utilitatem hauſit. At* Chryſoſtomus *de ſuo imperatore affirmat pag.* 544: Sine emendatione manſit. *Et pag.* 551: Neque enim ille quidpiam ex loquendi libertate ad imperatoris utilitatem lucratus eſt.... Acſi enim non ſatis eſſet necem patrâſſe, & in templum Dei impudenter inſiliiſſe, cædi cædem alteram adjecit. *Statuunt adverſarii martyrium S. Babylæ contigiſſe ſub Philippi ſucceſſore. At* Chryſoſtomus *clarè dicit, martyrium S. Babylæ illatum ab illo ipſo imperatore, quem ab eccleſia arcuerat. Hîc conſideret æquus lector, quàm glorioſum fuiſſet S. Babylæ, ſi imperatorem æquè mandatis ſuis habuiſſet obſequentem, ac Ambroſius obedientem in ſimili caſu habuit Theodoſium; perpendatque, an ejuſmodi factum ignorari potuiſſet Antiochiæ, ſi id omnino ibidem accidiſſet. Attamen non modò modeſtam illam imperatoris obedientiam ignoravit* Chryſoſtomus, *ſed* miſer ille *imperator, illo teſte pag.* 552, graviora prioribus

F

Hiſtoriam S. Babylæ, prout ſcripta eſt à Sancto,

AUCTORE J. S.

ribus posteriora adjunxit. Postquam enim juvenem illum peremerat, à cæde ad inferendam templo injuriam progressus est, ac rursus ulteriori via procedens, ad arrogantiam contra sacerdotium exhibendam se accinxit, Sanctumque ferro vinctum, & in carcerem conjectum sic ultus est, beneficio pœnas rependens &c. *Vides, opinor, lector, in quantos errores lapsus sit* Chrysostomus, *si recta sit adversariorum opinio.*

Ex Eusebio, incertis conjecturis expositio, credidit Tillemontius,

189 *At videamus, unde in eam opinionem deductus sit Tillemontius. Eusebius lib. 6 Historiæ cap. 34 ita scribit:* Interea cùm Gordianus sex totis annis Romanum imperium administrâsset, Philippus unà cum Philippo filio in ejus locum successit. Hunc utpote Christianum, fama est in postrema Paschæ vigilia precationum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri voluisse: sed episcopum, qui tunc Ecclesiæ præerat, non priùs illi aditum permisisse, quàm confessionem scelerum feciſſet, iisque, qui humanitus lapsi fuerant, & in pœnitentium ordine stabant, sese adjunxisset... Et imperator quidem libenter obtemperâsse dicitur, sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei operibus ipsis declarâsse. *Hunc locum Eusebii, famam referentis incertam, ita adoptat Tillemontius, ut simul annum, locum, & episcopum non nominatum, assignare se posse crediderit. Nam statuit, rem peractam anno 244 Antiochiæ, & S. Babylam fuisse episcopum illum, qui Philippo ingressum in ecclesiam interdixit. At nihil horum habet Eusebius.*

B

Philippum imperatorem à S. Babyla ab ecclesia pulsum anno 244.

190 *Auctor Chronici Paschalis, aliàs Alexandrini dicti, Babylæ Antiocheno rem attribuit, sed annum tacet. Nam apud Cangium pag. 270, ad Indictionem 14, Chronicon istud, multis fabulis inquinatum, habet sequentia:* Ex majorum porrò relatione & hoc de S. Babyla ad illos pervenit, uti his, qui ante hæc tempora vixere, narravit beatus Leontius Antiochiæ episcopus. Hic Decius sanctum Babylam, non solùm quòd Christianorum religionem profiteretur, interfecit: sed & quod imperatoris Philippi uxorem, atque adeo ipsum Philippum, utrumque Christianum, ab ædis sacræ ingressu arcere est ausus &c. *Idem auctor pag. 274 ad Indict. 3, martyrium S. Babylæ figit sub Caro imperatore, anno 284, sive duos ille Babylas Antiochenos episcopos faciat, sive in eodem sibi contradicat, quod non examino. Certè*

C

auctoritas illius Chronici ob multas fabulas, quibus redundat, nullius est momenti.

At verisimile non est, Philippum

191 *Quàm parùm sit verisimilis conjectura Tillemontii, stramineo hoc fundamento nixa, nunc considerabimus. Tillemontius tom. 3 Imperatorum Notâ 1 in Gordianum disputat ambiguè de tempore mortis ipsius. Vult ille Gordianum esse occisum mense Martio anni 244 contra Pagium, qui mortuum statuit post VII Kalendas Aprilis, quia exstat lex illo die ab eo data. Sententia Pagii ideo mihi probabilior apparet, quia Gordianus fuit occisus, dum redibat ab expeditione contra Persas, fatente Tillemontio. Atqui non est verisimile, expeditionem illam media hieme cœptam esse, ut fieri tamen debuit, si ab ea Gordianus redibat mense Martio. Itaque probabilius est, Gordianum occisum tempore æstivo, præsertim cùm sic inchoare potuerit septimum imperii annum, qui in aliquot nummis Gordiano attribuitur. Stante autem hac epocha mortis Gordiani, non poterat Philippus esse Antiochiæ ante Paschæ anni 244. Porrò, etsi crederemus Gordianum occisum mense Martio; ne sic quidem verisimile fieret, Philippum ante Paschа fuisse Antiochiæ. Certè antequam ex finibus Persarum cum exercitu discederet, mortuo Gordiano, pacem iniit cum Sapore Persarum rege, eamque juramento firmavit.*

D

Antiochiæ fuisse in Paschate anni 244.

192 *Hæc verò pax inter Philippum & Saporem paucis diebus coalescere non potuit: nam Sapor ad interiora regni se receperat, & Romanus exercitus cum Philippo erat prope Euphratem. Tam longè igitur invicem distabant Sapor & Philippus, ut conclusio & confirmatio pacis saltem aliquot hebdomadas absumpserit. Deinde Philippus cum exercitu erat trans Euphratem longè admodum ab urbe Antiochena. Quare nequeo concipere omnia illa, quæ narrat Tillemontius ipse in Philippo art. 2, peracta fuisse, & Philippum tamen fuisse Antiochiæ ante Paschа. Quin potiùs dubitare possumus, an Philippus Antiochiam omnino venerit: nam id à nullo auctore vetere assertum inveni. Quare, si vera sunt, quæ de pœnitentia Philippi narrat Eusebius, illa seriùs facta sunt, & Romæ potiùs quàm Antiochiæ. S. Fabiano Papæ ea verisimiliùs attribuuntur, quàm S. Babylæ, ut videri potest in S. Fabiano ad* XX *Januarii. Vel sola auctoritas* S. Chrysostomi *sufficere debet, ut credamus, S. Babylæ non obtemperâsse imperatorem, quem arcebat ab ecclesia: neque enim rem tantam ignorare potuisset, si facta esset. Itaque narratio Eusebii certò erit falsa, si quis velit, Antiochiæ facta esse, quæ ille ex sola fama asseruit.*

E

Credidit nimirum, Babylam certâsse cum imperatore Christiano;

193 *At Christianus erat imperator, de quo agit* Chrysostomus, *si credimus adversariis, qui id tamquam certum supponunt. Mihi verò id adeo non apparet certum, ut non dubitem reponere, certò esse falsum. Sanè* Chrysostomus *in libro contra Judæos & gentiles, tom. 1 Operum pag. 578 ita loquitur:* Gentiles erant imperatores, Augustus, Tiberius, Nero, Vespasianus, Titus, & post illum omnes usque ad tempus beati Constantini imperatoris: omnesque illi, alii minùs, alii vehementiùs Ecclesiam oppugnabant, tamen oppugnabant omnes. Quòd si qui eorum visi sunt mitiùs agere; hoc ipsum tamen quòd imperatores palàm in impietate viverent, materia bellorum erat &c. *Non disputo, an certa sit hæc sententia* Chrysostomi, *cùm aliqui Philippum excipiant, & de eo probabiliter in utramque partem disputetur. At ex allegatis verbis concludo,* Chrysostomum *in ea fuisse opinione, ut crediderit omnes imperatores ante Constantinum fuisse gentiles. Quæ igitur probabilitate dicemus,* Chrysostomum *de Christiano loqui imperatore, dum narrat imperatorem à S. Babyla ab ingressu ecclesiæ prohibitum? Potuitne sic loqui, si Christiani imperatoris historiam in Opere non diu ante scripto ipse narrâsset? Aveo intelligere, an adversarii nostri eâdem reverentiâ, quâ ipsi absurdissimos errores impingunt, contradictionem apertam Sancto sint adscripturi.*

F

at certum est, ipsius certamen fuisse cum gentili:

194 *Verùm gentilem fuisse imperatorem, quo de agitur, ex illo ipso libro, quem examinamus, clarè ostendam.* Chrysostomus *pag. 548 num. 7 & 8 comparat Christianorum nobilem libertatem cum turpi gentilium lucri amore, atque ita de gentilibus loquitur:* Itaque ubicumque contingit quempiam imperatorem creari, qui cum illis religione non consentiat, si quis idolorum templa ingrediatur, in muris passim videbit extensas aranearum telas &c. *Addit multa, ut ostendat, sola spe lucri idola gentilium fuisse culta. Tum de Christianis sic differit:* At nostra non hoc se habent modo, sed planè contrario. Cùm enim quis religione nobiscum consentiens imperatorium adit thronum, Christianorum res segniores evadunt;

A dunt, tantùm abeſt, ut humanis honoribus erigantur: cùm autem quis impius, nobis planè infeſtus innumeriſque nos malis afficiens, imperium tenet, tunc florent noſtra & ſplendidiora efficiuntur, tunc præmiorum & tropæorum tempus, tunc coronarum, præconiorum, ac fortitudinis exhibenda occaſio. *Quis niſi planè ſtupidus ad hæc verba attendere poterit, qui non videat, certamen S. Babylæ non fuiſſe cum imperatore Chriſtiano ſecundum* Chryſoſtomum, *ſed cum impio & gentili? Factum enim S. Babylæ extollit, ex eoque infert, res Chriſtianorum floruiſſe, dum imperabant gentiles. Itaque ſi* Chryſoſtomus *credidit, S. Babylæ rem fuiſſe cum Chriſtiano, non modò ineptus erit hiſtoricus; ſed ineptiſſimus quoque dialecticus. Certum igitur eſt,* Chryſoſtomum *de gentili agere imperatore: ideoque pag.* 555 *ait, Babylam* pro veritate *certâſſe, & pag.* 554 propter Chriſtum *eſſe paſſum. Neutrum dixiſſet, ſi pro diſciplina Eccleſiæ cum Chriſtiano certâſſet Babylas.*

voces quædam, quæ contrarium videntur innuere,

B 195 *Attamen Tillemontius Notâ* 1 *in Philippum contendit, non poſſe dubitari, quin* Chryſoſtomus *loquatur de principe Chriſtiano. Ad hoc probandum allegat voces & dictiones quaſdam, ex quibus id probabiliter poſſet inferri, ſi aliunde tam clarum non eſſet contrarium. Lubet huc objecta, & alia ſimilia verba transferre. Dicit pag.* 546: Quapropter ſe totum à terra in cælum transferens, quaſi illi Judici adſtaret, ipſumque imperantem audiret, ut nefarium illum ac ſceleſtum ex ovili expelleret, ſic ejecit, & à reliquis ovibus ſequeſtravit. * *Pag.* 545: Quaſi vile ac nullius pretii mancipium ab eccleſia expulit cum tanta firmitate animique conſtantia, quantâ paſtor ſcabioſam & morbidam ovem à grege arceat, cohibens ne morbus ejus cæteras oves afficiat.... Statim ergo imperanti præcepit ſubditus, & de omnium moderatore judicium tulit, atque damnationis ſententiam emiſit. *Demum pag.* 550 *ſic habet:* Interim ille injurium illum punivit, quatenus ſacerdoti fas erat, principum altos ſpiritus coërcuit, violatis Dei legibus opem tulit, ſupplicium pro cæſo juvene exegit, omnium ſuppliciorum graviſſimum, iis certè, qui mente valent. *Hiſce, quæ Tillemontius obſervavit, addo alia, nimirum imperatorem illum pag.* 553 *vocari* diſcipulum, *& quaſi filiis ac domeſticis aut potiùs propriis annumerari. Hæc*

C *partim objecta ſunt, partim poſſunt objici. At omnia illa veriſimilitudinem ſolùm aliquam imperatoris Chriſtiani præbent: at Chriſtianum fuiſſe non evincunt.*

poſt aliquot obſervationes,

196 *Ut igitur ad hæc reſpondeam, primùm obſervo, crimen imperatoris fuiſſe, quòd impudenter ingredi vellet eccleſiam Chriſtianorum; Babylam verò eidem occurriſſe in veſtibulo, eique quantâ poterat modeſtiâ inſinuâſſe, illicitum eſſe gentilibus templum ingredi Chriſtianorum. Receſſit imperator hac de cauſa, veriſimiliter quia tumultum populi verebatur, ſed Sanctum comprehendi juſſit, in carcerem duci, ac poſtea etiam occidi. Hoc eſt factum, quod* Chryſoſtomus *eloquenter verſat & amplificat. Cædem filii regis præcipuè videtur commemorâſſe, ut* audito ſcelere *illo*, reliquam *illius imperatoris* morum immanitatem *cognoſcamus, ut ait pag.* 542. *Priori crimini alterum, quod graviſſimis verbis amplificat pag.* 544, *addidit imperator, dum* ad eccleſiam Dei conceſſit. *Huic ſe oppoſuit S. Babylas, ut habet pag.* 545, & imperatorem ſubditus... ab eccleſiæ veſtibulo *ejecit*, & miſerum illum à ſacro limine repulit, *ut loquitur pag.* 547: impuden- AUCTORE
ter in ſacra ſepta inſilientem, omniaque confun- J. S.
dentem, ceu canem aut improbum famulum à dominicis atriis depellens, *inquit pag.* 550. *Fecit id* viriliter *quidem ac* generosè, *utpote* qui vitæ curam abjeciſſet, *eodem teſte pag.* 546; *moderatè tamen & modeſtè proceſſit, dum* imperatoris furorem reprimere auſus *eſt, ait pag.* 547. Neque enim, *ut habet pag.* 553, templi ſolùm causâ dolens hæc agebat; ſed etiam affectu erga imperatorem inductus.

accuratè exponuntur.

197 *Ex hiſce aliiſque habemus, S. Babylam ſic locutum eſſe cum imperatore, ut exhibuerit charitatem patris, ſapientiam doctoris & magiſtri, auctoritatem paſtoris, amorem ſubditi, judicis ſeveritatem, ac fortitudinem ſacerdotis. Hinc nomina hiſce correſpondentia* Chryſoſtomus *attribuit imperatori; non verò quia credebat Chriſtianum. Vocat* filium, diſcipulum, ovem, *quia ut filius tractabatur à patre, ut diſcipulus à magiſtro erudiebatur, ut ovis noxia à reliquis per paſtorem arcebatur. Dolebat Babylas ob peccatum unius è ſuis, quia ipſum ut imperatorem ſuum amabat. Dicitur imperator condemnatus & punitus, quia judicis ſeveritate habitus eſt ingreſſu* E *in eccleſiam indignus, & fortitudine ſacerdotali ab eodem ingreſſu eſt prohibitus. Hæc igitur minimè oſtendunt, Chriſtianum fuiſſe imperatorem illum. Quin potiùs abſurdum mihi apparet vel cogitare,* Chryſoſtomum *uſum eſſe contentione inter Chriſtianum imperatorem & epiſcopum, quæ hujus morte finem accepit, ut diſputaret contra gentiles, nam ea contentio ob pertinaciam impietatemque imperatoris longè magis pudenda fuiſſet Chriſtianis, quàm iiſdem ob epiſcopi fortitudinem glorioſa. Narrat igitur* S. Chryſoſtomus, *S. Babylam occurriſſe gentili imperatori, templum Chriſtianorum introeunti, aut certè ingredi volenti; ſicut in Oratione* 2 *in S. Romanum martyrem tom.* 2 *pag.* 610 *refert, S. Romanum in veſtibulo eccleſiæ ſe oppoſuiſſe tyranno ingreſſum tentanti.*

Alia Tillemontii objectio refellitur:

198 *At, ſi credimus Tillemontio, feciſſet S. Babylas contra conſuetudinem Eccleſiæ, ſi oppoſuiſſet ſe imperatori gentili vim meditanti. Reſpondeo, id verum fore, ſi diceretur vim vi repellere voluiſſe. Verùm id non aſſeritur: ſed verbis intrepidè ſimul & modeſtè monuit imperatorem, ne ingrederetur. Ne quidem clarè edicit* Chryſoſtomus, *utrùm obtemperaverit imperator: ſed Babylam laudat de officio peracto. Hic dicebat* F *imperatori: Non licet tibi ingredi, ita gentilem à Chriſtianis ſeparans, quantum in ſe erat. Præmium verò illius libertatis habuit martyrium, ſive imperator tunc receſſerit, ſive ingredi perrexerit. Fruſtra Tillemontius laudat Leontium epiſcopum Antiochenum Arianum circa medium ſeculi* IV, *ut perſuadeat, errâſſe* Chryſoſtomum; *ac Philippum imperatorem fuiſſe, cui eccleſiam interdixit S. Babylas. Neque enim credimus, Leontium ea narrâſſe, quæ ab eo narrata ait auctor Chronici Paſchalis, cujus verba dedi num.* 190. *Quippe ſi illa de facto S. Babylæ narrâſſet Leontius, nec* Chryſoſtomus *contraria affirmâſſet, nec ſuppar* Chryſoſtomo *Philoſtorgius Arianus, qui lib.* 7 *num.* 8 *docet, ab aliis Numerianum, ab aliis Decium fuiſſe creditum imperatorem illum, cujus ingreſſui in eccleſiam reſtitit S. Babylas.*

oſtenditurque nihil obſtare, quo minùs de Decio

199 *Porrò, cùm conſtet S. Babylam martyrio coronatum eſſe ſub Decio, non alius videtur quærendus imperator gentilis, niſi quis ſecundum admittere voluerit Babylam ſub Numeriano, eique hoc factum attribuere. Decio optimè congruit im-*

AUCTORE J. S.

manis illa crudelitas, quam imperatori suo attribuit Chrysostomus, *ideoque vix dubitandum videtur, quin de eo egerit. At Tillemontius tom. 3 Monumentorum Notâ 1 in S. Babylam asserit, Decium numquam Antiochiæ fuisse, quamdiu fuit imperator. Potest similiter objici, nusquam legi, per Decium fuisse occisum regis Barbari filium, ut* Chrysostomus *asserit de imperatore suo. Respondeo, nec itinera nec gesta Decii satis esse cognita, ut agnoscit ipse Tillemontius. Hinc nequit dici, Decium unquam Antiochiæ fuisse. Certè in Syria tempore Philippi exortus est Jotapianus tyrannus, quem occisum sub Philippo aut Decio constat. Præerat tunc illi provinciæ Priscus Philippi frater. Quis igitur tutò asserat, Decium ibidem non fuisse post occisum Philippum, ut Syriam sibi assereret contra Jotapianum aut contra Priscum: nam alteruter Syriam tenebat, quando Decius factus est imperator, nec verisimile est, Decium mox agnitum esse à Jotapiano tyranno, aut à Prisco fratre Philippi.*

vera esse possint, quæ narrat Chrysostomus.

200 *Verisimile etiam est, Decium, qui in Mœsia aut Pannonia imperator acclamatus est, antequam contra Philippum cum exercitu in Italiam pergeret, aut postmodùm, pacem cum aliquo rege barbaro fecisse, eamque postea rupisse, cæso ipsius filio. Demum, si constaret, Decium non esse tyrannum illum, de quo Sanctus agit, dicendum esset, illum quidem tyrannum nobis esse ignotum; satis tamen constare auctoritate* Chrysostomi *de causa martyrii S. Babylæ. Certè multò probabilius est, factum tam pudendum Romano imperio ab historicis fuisse omissum, quàm confictum à* S. Chrysostomo. *Hæc paulò longiùs protraxi, ut Sanctum vindicarem à turpissimis erroribus, qui temere prorsus & sine fundamento eidem attribuuntur: ac ex sola inscitia rerum gestarum illius temporis.*

§ XVI Synopsis S. Scripturæ, quam edidit Montfauconus, partim potest esse Chrysostomi; sed non est tota ejusdem auctoris.

C

Montfauconus primùm edidit Synopsim sacræ Scripturæ,

Montfauconus tom. 6 Operum S. Chrysostomi *produxit Synopsim quamdam sacræ Scripturæ, illiusque partem edidit, Sanctoque adscribendam ita censuit, ut nihil tamen certi statuere, sed judicium eruditorum exspectare se velle affirmet. In Vita Sancti pag. 98 de ea sic loquitur:* In hoc circitèr tempus (*diaconatûs*) referenda videtur Synopsis illa Scripturæ sacræ, cujus magnam partem edidimus: non enim integra ad ævum usque nostrum pervenit. Opus esse genuinum probavi in Diatriba, ad quam lectorem mittimus. Sanè Synopsim Scripturarum scripsisse eum, qui divinis Litteris addictus, earum lectioni & meditationi perpetuam dabat operam, facilè credatur. Alia verò argumenta, quæ in Diatriba attulimus, orbi litterario exploranda, & ad trutinam examinanda mittimus. *Ceillierus in Opere de Auctoribus sacris tom. 9 cap. 1 art. 7 § 4 Montfauconum planè sequitur, ejusque argumenta breviter exhibet. Judicium Isaaci Vossii contrarium sibi fuisse fatetur Montfauconus in laudata Diatriba tom. 6 pag. 308. Examinabo pro instituto Operis nostri argumenta Montfauconi, antequam de re tam incerta judicium meum qualecumque proferam.* D

202 *Orditur ille Diatribam hoc modo:* Exstat hæc Synopsis in duobus codicibus manuscriptis: quorum alter est bibliothecæ Coislinianæ, olim Seguerianæ num. 388, alter bibliothecæ Lugduni Batavorum, olim Isaaci Vossii. Prior est omnino recens, & circa typographiæ exordia, sed à perito nec indocto scriba exaratus ad fidem antiquioris; alterum etiam, etsi non licuerit oculis ipsis explorare, recentem quoque puto, fuitque ab imperitiore amanuense descriptus. Hi porrò codices ne ambo quidem totam Synopsim complectuntur, qualis ab auctore adornata fuerat; sed in alio alia deficiunt; in utroque autem tota Novi Testamenti Synopsis desideratur. Coislinianus initio exhibet præfationem, ab ipso scriptore concinnatam, & optimæ notæ: quam προθεωρίαν protheoriam inscribit. Hæc autem προθεωρία tota abest à codice Lugdunensi; viciissimque Lugdunensis multa habet, quæ in Coisliniano prorsus desunt; nimirum Synopsim in Leviticum, Epilogum in Synopses librorum Regum, Synopses in Paralipomena, in Esdram, in libros Esther, Tobiæ, Judith, Job, in librum Sapientiæ, in Proverbia. Ex hisce duobus Mss. prodit Synopsis isthæc, in qua nonnulla etiam ex Veteri Testamento desiderantur; nimirum Synopsis Psalmorum, & quinque Prophetarum minorum. In utroque porrò codice Synopsis Joanni Chrysostomo tribuitur: in titulis enim Coisliniani & Lugdunensis codicis Chrysostomi esse dicitur. *Hactenus Montfauconus. Verùm hæc novitas & discrepantia codicum, ex quibus Synopsim illam edidit, non favet opinioni ipsius de attribuenda* S. Joanni Chrysostomo *tota lucubratione illa. Ad Vossii, Synopsim* Chrysostomo *abjudicantis, judicium deinde sic respondet:* Opinor Vossium hæc perfunctoriè legisse, & ex styli fortasse ratione calculum tulisse: quam styli formam non potuit in tam compendiosa narratione deprehendere. Adhæc verò codex ille Vossianus Protheoriam illam in fronte Synopseos positam non habet: quæ sanè προθεωρία sat prolixa, & à sagaci viro scripta, quasdam suppeditat notas, quæ Chrysostomo Synopsim vindicare videntur. *Ita ille.* *ex duobus codicibus non admodùm vetustis, in quibus multa desunt.* E

F

Ratio, quâ Synopsim Antiochiæ scriptam credit,

203 *Audiamus aliqua ipsius argumenta. Primum sumit ex ultimis verbis, quæ sic habent:* Et tres ex Catholicis Epistolis. *Enumerantur ibidem libri Novi Testamenti. Hinc infert tres tantùm ab auctore Synopseos admissas fuisse pro Canonicis Epistolas Catholicas, videlicet Epistolam Jacobi, primam Petri primamque Joannis. Deinde observat, ex septem Epistolis Catholicis, quas omnes maxima Orientalis Ecclesiæ pars & tota penè Ecclesia Occidentalis* inter Canonicos libros *censebat, tres tantùm prædictas tempore* Chrysostomi *Antiochiæ pro canonicis fuisse agnitas. Ex duplici illa observatione infert, auctorem illius Synopseos* Antiochenum esse, *jamque hinc aliquam titulo conciliari* fidem, in quo dicitur esse Joannis Chrysostomi. Et verè, *inquit*, sanctus hic Doctor, qui Scripturæ sacræ libros omnes in Homiliis suis adhibet, quatuor illarum Epistolarum (*secundæ Petri, secundæ & tertiæ Joannis & Judæ*) loca nusquam affert, aut saltem hujusmodi loca in ejus scriptis nondum deprehendi. *Ita Montfauconus.*

204 *Respondeo ad observationem primam, illam*

A *inepta appareat ; cùm locus allegatus videatur mutilus :*

illam prorsus esse inutilem ad propositum, & consequenter totam hanc machinam collabi. Etenim clarum est, multa esse prætermissa in illa Protheoria tam ex Veteri Testamento quàm ex Novo. Nominat auctor scriptores Novi Testamenti Paulum, Joannem, Matthæum, Lucam, Marcum, omissis reliquis. Fatente tamen Montfaucono, inter auctores Novi Testamenti saltem agnoscit Petrum & Jacobum. Quo igitur modo probabit, non plures ab illo scriptore agnitas fuisse Epistolas Canonicas ex Catholicis quàm tres, præsertim cùm ipsa voces allegatæ insinuent, plures fuisse agnitas? Cur, obsecro, dixit ex Catholicis tres, *& non potius* Catholicæ tres, *sicut antè dicit,* Epistolæ quatuordecim Pauli; *si non plures quàm tres agnoverit Catholicas? Cur illarum Epistolarum auctores non nominat, sicut scriptores aliorum librorum Novi Testamenti antè nominavit, si nihil hîc exciderit? Quis non potiùs credat, tres ex Catholicis Epistolis Joanni antè nominato adscriptas fuisse, sicut Lucæ, qui inter Evangelistas erat nominatus, deinde* liber Actuum *adscribitur, quàm tres* ex Catholicis *Epistolis tantùm admitti, neque addi, quænam illæ ex septem, aut quorum sint auctorum? Certè hæc non*

B *erant viri sagacis, sed supinâ laborantis negligentiâ.*

multique alii S. Scripturæ libri in Protheoria sint omissi.

205 *At videamus, quo modo laudatus auctor tractaverit Testamentum Vetus. In enumeratione librorum Veteris Testamenti nusquam comparent libri Paralipomenon, Tobiæ, Judith, Esther & Job, nisi fortè pag.* 316, *ubi libri prophetici recensentur,* Job *legendum sit pro* Ruth. *Machabæorum libri expressis verbis non memorantur, hisce tamen insinuantur pag.* 315 : Deinde Antiochi Epiphanis gesta sequuntur *&c. Nam de Antiocho agunt soli libri Machabæorum. Jam verò in ipsa Synopsi de omnibus hisce libris agitur, præterquam de Machabæorum libris, qui cum Prophetis posterioribus prætermittuntur. Contrà Liber* Ruth *primò libris historicis, deinde propheticis annumeratur. Id fortasse ferendum esset, nisi auctor moneret,* in historiis etiam prophetiam *inveniri, ita ut nullo modo necesse esset, propheticis annumerare hunc librum, qui non magis videtur propheticus, quàm prophetici sint reliqui historici. Itaque admodùm imperfecta est illa Protheoria, qualis edita est: neque ex illa aliquid concludi potest ob crebras omissiones, sive hæ*

C *sint ipsius auctoris, sive transcribentium. Hinc similiter ruit aliud argumentum Montfauconi, qui ob prætermissam ibidem Apocalypsim iterum judicat, Opus* Chrysostomo *attribuendum.* Certè, *inquit,* Joannes Chrysostomus, qui auctor Operis fertur in titulo, numquam Apocalypsi usus est in Homiliis aliisque libris suis. *Magnam sanè quærendi occasionem imponit laudatus scriptor tam intrepidè id asserendo: at mihi otium non est relegendi iterum omnia Opera* S. Chrysostomi. *Novi tamen Apocalypseos verba subinde à Sancto nostro adduci, ut etiam verba quædam ex secunda S. Petri Epistola.*

Libros aliquot Novi Testamenti à Chrysostomo non fuisse habitos

206 *Primò hæc verba Apocal.* 20 ℣ 12, & libri aperti sunt, *recitantur à* Chrysostomo *in Psal.* 118, *tom.* 5 *pag.* 416, *ubi Montfauconus in margine assignat Dan.* 7. ℣ 10 : *nam & ibi eadem verba leguntur Latinè. Græca nonnihil differunt. Nam in Apocalypsi legitur,* βιβλία ἀνεῴχθησαν; *in Daniele apud Septuaginta,* βιβλοι ἠνεῴχθησαν; *apud* Chrysostomum, βιβλοι ἀνεῴχθησαν. *Epistolam* 2 *S. Petri laudat* Chrysostomus *Hom.* 23 *in Acta Apostolorum, ut observat ipse Montfauconus, in margine sic notans:* 2 Pet. 3. 10. *Longè plures locos assignat Ducæus ad marginem, cùm pro Apocalypsi tum pro secunda S. Petri Epistola. Verùm quisquis Montfauconi vestigiis insistere voluerit, contendere perget, loca pleraque ex aliis potiùs Scripturæ libris deprompta esse, quàm ex illis, de quibus disputamus, quia* Chrysostomus Scripturæ loca, prout memoriæ sese offerebant, *allegabat. Quin & cum eodem fortasse dicet, ex aliquot librorum illorum allegatis locis non sequi,* eam Scripturæ partem canonicam haberi, *aut habitam fuisse Antiochiæ tempore* Chrysostomi; *quia* illis temporibus non pauca erant in quibusdam ecclesiis, quæ legebantur quidem, sed canonica esse non reputabantur. *Inutile igitur fuerit plures locos assignare.*

pro canonicis, argumenta Montfauconi non evincum;

207 *Præterea, licèt admiserim Epistolam secundam Petri, duas posteriores Joannis, Judæ Epistolam, atque Apocalypsim Joannis, raro admodùm fuisse laudatas à* Chrysostomo; *hinc certò nequit colligi, illos sacræ Scripturæ libros non fuisse pro Canonicis à* S. Joanne *habitos. Etenim, si modò inspiciamus indicem generalem locorum Scripturæ sacræ, quæ adhibentur in duodecim tomis* S. Chrysostomi, *sicut habetur apud Montfauconum in fine tomi decimi tertii, videbimus alios aliquot libros nihilo frequentiùs laudari. Ex libro Ruth nullus assignatur locus, nisi unicus in Opere imperfecto, quod* Chrysostomi *non est. Nullus allegatur ibi ex libro* 1 *Paralipomenon, nisi unus ex Homilia, quam inter Opera dubia reposuit Montfauconus: nullus omnino ostenditur ex prophetia Abdiæ. Atqui de horum librorum auctoritate canonicâ nec Syri nec ulli Catholici dubitârunt umquam. Iidem quoque recensentur in Synopsi, de qua disputamus. Non minùs in illa Synopsi recensentur libri Tobiæ & Judith: nec tamen ullum illorum locum ex genuinis* Chrysostomi *Operibus habet index Montfauconi. Ex libro Esther unicum assignat locum. Sic alios quosdam Scripturæ libros rarò allegavit Sanctus, ut libros Josue, Judicum, secundum Paralipomenon & Cantica Canticorum. Fateor tamen me dumtaxat consuluisse indicem, cui non omnino fido. Nam libri Machabæorum ibi ne quidem comparent, licèt tres de Machabæis homilias contineat tomus secundus, atque aliis etiam locis Machabæos subinde laudet* Chrysostomus.

E

F

nam & alios aliquot libros rarò laudat Sanctus.

208 *Hæc igitur hunc in finem allata tantùm sunt, ut nemo existimet, libros illos, quos rarò aut numquam allegâsse deprehenditur* Chrysostomus, *idcirco ab eo pro canonicis habitos non fuisse: nam passim quærebat faciliores sacræ Scripturæ locos, aptioresque ad docendum; sed non curabat omnes ordine quodam adhibere libros. Ut studiosus lector perspiciat, quàm fragile sit argumentum, inspiciat indicem generalem locorum sacræ Scripturæ Operum S. Augustini. Ibidem rarò item assignatas videbit Epistolas canonicas & Joannis Apocalypsim, licèt maxima sit moles Operum S. Augustini. Inde tamen inferre non possumus, non agnovisse S. Augustinum canonicam auctoritatem illorum librorum: omnes enim Scripturis canonicis annumerantur ab ipso S. Augustino lib.* 2 *de Doctrina Christiana cap.* 8. *Quare inutile est illud argumentum Montfauconi ad propositum nostrum.*

Quatuor ex Epistolis Catholicis non fuisse Antiochiæ

209 *Itaque non ulteriùs inquiram, quoties libros illos laudaverit* Chrysostomus: *sed examinabo, utrùm solida sint argumenta, quibus Montfauconus probare nititur, quatuor ex septem Epistolis canonicis non fuisse in ecclesia Antiochena & apud*

AUCTORE J. S.

Syros admiſſus tamquam canonicas. Intrepidè id ille aſſerit his verbis : At eccleſia Antiochena quatuor illas ſuprà memoratas Epiſtolas Joannis Chryſoſtomi tempore non admittebat, imò priſtini tenax propoſiti, ne tempore quidem Juſtiniani imperatoris illas adhuc adoptaverat, id quod Syrorum proprium erat, ut modò videbimus. *Hæc opinio Montfauconi leviter prorſus eſt aſſerta, licèt paulò pòſt in eodem tomo 6 pag.* 417 *Homiliam in dictum illud :* In qua poteſtate hæc facis, *eo argumento Antiochiæ habitam contendat, ſic diſputans :* Innuit Tillemontius *Homiliam illam* poſſe Severiani eſſe, qui coram Chryſoſtomo archiepiſcopo Conſtantinopolitano tunc epiſcopus concionaretur ; ſed non advertit Tillemontius, hæc in eccleſia quadam dicta fuiſſe, ubi Joannis ſecunda & tertia Epiſtola inter canonicos libros non admittebantur, id quod de Antiochenâ eccleſia verum, certum, exploratumque eſt, ut jam vidimus in Diatriba in Synopſin ſuprà; de Conſtantinopolitana verò eccleſia nemo, quod ſciam, dixit. *Vides, opinor, lector, quàm confidenter hæc aſſerantur. At, ne dictorum confidentia te decipiat, oſtenſurum me recipio,* B *leviſſima prorſus & inepta eſſe argumenta, quibus opinio illa nititur, eamque eſſe improbabilem & fundamento deſtitutam.*

ut canonicas admiſſas, minimè probat

210 *Primum Montfauconi argumentum ex illa ipſa Homilia, cui allegata verba præmiſit, deſumptum eſt. Nam in illa num. 6 pag.* 430 *auctor incertus ita diſſerit :* Idem ille præco (*Joannes Evangeliſta*) in Epiſtola ſua ſcribit. Prima autem Epiſtola inter ea, quæ in Eccleſia recipiuntur, non inter apocrypha recenſetur : nam ſecundam & tertiam Patres extra canonem ponunt. Primam verò Epiſtolam Joannis eſſe, omnes conſentiunt. *Fatetur Montfauconus, Homiliam non eſſe* Chryſoſtomi, *ita loquens :* Chryſoſtomi certè non eſſe, arguit omnimoda ſtyli diverſitas, tanta ſcilicet, quantam vix alibi umquam deprehendas. *Verùm homiliam eſſe presbyteri Antiocheni, probat ex verbis allegatis in Monito prævio, quia, ſi ipſi credimus, eccleſia Antiochena non admittebat duas poſteriores Joannis Epiſtolas, ut videlicet probavit in Diatriba Synopſi præmiſſa pag.* 309. *Qua autem ratione id ibidem oſtendit? Ex iiſdem iterum verbis hoc modo : Homilia illa eſt presbyteri Antiocheni : in* C *Antiochena igitur eccleſia non admittebantur ſecunda & tertia Joannis Epiſtola.*

vitioſus Montfaucouii circulus :

211 *Aut ego dialecticam non intelligo, aut in vitioſo circulo ambulat Montfauconus, præſertim cùm alia argumenta, quæ idonea ſunt ad alterutram partem probandam, non attulerit. Fruſtra inferre nititur, Antiocheni aut Syri eſſe Homiliam, niſi certò aliunde oſtenderit, prædictas Epiſtolas in Syria fuiſſe rejectas, & in aliis omnibus eccleſiis admiſſas. Fruſtra item ex iiſdem verbis inferre conatur, in Syria & Antiochiæ admiſſas non fuiſſe poſteriores Joannis Epiſtolas, niſi certò aliunde oſtenderit, Homiliam in Syria habitam eſſe, & quidem à viro Catholico & fide digno ; ac demum verba illa non eſſe additionem marginalem, quæ poſtea in contextum Homiliæ tranſcriptione irrepſerit. Certè allata verba dictionem reddunt minùs expeditam, & vox,* ἀποκανονίζεσι, *alibi non facilè reperietur, ne inter barbaras quidem.*

nec auctoritas Coſmæ Ægyptii,

212 *Videamus modò, quid ulteriùs alleget Montfauconus in laudata Diatriba, ut oſtendat quatuor ex ſeptem canonicis epiſtolis rejectas fuiſſe in Syria. Affert auctoritatem Coſmæ Ægyptii,* qui tempore Juſtiniani imperatoris ſcribebat. *Ex eo autem producit hæc verba :* Apud Syros autem non niſi tres prædictæ reperiuntur, videlicet Jacobi, Petri & Joannis : aliæ quippe penes illos ne quidem habentur. *Ut intelligamus, quàm nullius ponderis ſit hæc auctoritas, ſolùm oportet legere, quæ profert de omnibus Epiſtolis Catholicis nugator Coſmas. Audiamus ipſum Montfauconum, qui Topographiam Chriſtianam Coſmæ Ægyptii edidit. Quippe in Præfatione cap.* 5 *hæc ſcribit :* Non perinde probandum, quod de Catholicis Epiſtolis habet Coſmas. *Qua de cauſa, obſecro?* Silentio autem mittimus, *inquit Coſmas,* Catholicas Epiſtolas jam inde à priſcis temporibus inter dubias ab Eccleſia reponi. Certè nemo ex iis, qui in divinas Scripturas Commentaria ediderunt, Catholicarum Epiſtolarum rationem aliquam habuit. Quin etiam quotquot librorum, qui in divina Scriptura locum habent, canonem texuerunt, illas inter dubia locârunt; nimirum Irenæus Lugdunenſis epiſcopus, . . . Euſebius Pamphili, Athanaſius Alexandrinus epiſcopus, & Amphilochius Iconii epiſcopus, amicus & familiaris B. Baſilii, in Iambis ſuis ad Seleucum ſcriptis, dubias illas pronuntiârunt. Similiterque Severianus epiſcopus Ga- E balorum in libro contra Judæos illas proſcripſit. *&c.* D

qui de Epiſtolis Catholicis planè nugatur, fatente Montfaucono,

213 *Hæc pleraque falſa ſunt. At audiamus Montfauconum ipſum, qui hunc opinionis ſuæ habet auctorem.* Hic ſanè Coſmas non accuratè rem agit. Nam quod ait, Epiſtolas Catholicas nullis veterum Commentariis illuſtratas fuiſſe, id perperam dicitur : Didymus enim Alexandrinus integros in ſeptem illas Epiſtolas Commentarios edidit, teſte Hieronymo . . . . De Irenæi quidem canone Scripturarum, ſi quidem illum umquam edidit, nihil ſupereſt. Quod ad Athanaſii verò canonem, miror Coſmam, qui Epiſtolas ejuſdem feſtales perlegerat, quarum fragmenta multa lib. x adfert, non advertiſſe canonem Scripturarum in trigeſima nona haberi, ubi Epiſtolæ ſeptem canonicæ inter Scripturæ ſacræ libros, & quidem nulli ſuſpicioni obnoxios, recenſentur. *Hactenus Montfauconus, qui hinc potuit colligere, quàm exiguam fidem mereatur Coſmas, cum in illo ipſo loco, quem allegat, tam clarè à vero aberret. Attamen hunc ſolum habet auctorem Montfauconus, hunc opinionis ſuæ ducem, eique adjunxit circulum mox improbatum.* F

ſcribitque contraria Athanaſio, Hieronymo, Nazianzeno,

214 *Malim ego audire Athanaſium, qui tom.* 1 *Operum ultimæ editionis pag.* 962 *ſic habet in catalogo librorum canonicorum :* Poſtea Acta Apoſtolorum, & Epiſtolæ Canonicæ, quæ Apoſtolorum vocantur, numero ſeptem : nempe Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una. *Malim item audire eruditiſſimum in ſacris Scripturis Hieronymum, qui in Epiſtola ad Paulinum ita loquitur :* Jacobus, Petrus, Joannes, Judas, ſeptem Epiſtolas ediderunt, tam myſticas quàm ſuccinctas, & breves pariter ac longas : breves in verbis, longas in ſententiis ; ut rarus ſit, qui non in earum lectione cæcutiat. *Conſonat canon* 60 *concilii Laodiceni ſeculo* IV *habiti. Nazianzenus quoque Carm.* 33 *ſeptem Epiſtolas canonicas genuinis Scripturis annumerat, uti & Cyrillus Hieroſolymitanus Catech.* 4. *Mitto Auguſtinum alioſque patres, quia Montfauconus ipſe non dubitat de canonica auctoritate illarum Epiſtolarum à pleriſque antiquis agnita. Verùm, inquiet aliquis, ex Euſebio lib* 3 *cap.* 23, *& ex Amphilochio in Carmine Iambico ad Seleucum, ſaltem habemus, uſque ad ſeculum* IV *ab aliquibus*

A *bus dubitatum fuisse de canonica auctoritate quatuor Epistolarum Catholicarum & Apocalypseos. Hieronymus ipse in Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum in elogio S. Joannis se dubitare ostendit de auctore duarum posteriorum ipsius Epistolarum. Hæc vera esse lubens admisero. At dubitationem illam deinde non diu viguisse apud Catholicos, depositamque à S. Hieronymo, tam ex hujus quàm aliorum scriptis ostenditur.*

aliisque Patribus: fuitque homo parùm doctus.

215 *Quod verò unicè facit ad propositum nostrum, nec Eusebius, nec Amphilochius, nec Hieronymus asserunt, apud Syros magis dubitatum de illis fuisse, quàm apud alias nationes. Hoc igitur Cosmæ non credimus, nisi fortasse intelligat Syros Jacobitas, hæreticos Eutychetis & Severi sectatores. Nec tanta fuit eruditio illius Cosmæ, qui ex mercatore monachus factus dicitur, ut necesse sit dicenti statim fidem habere, idque in eo ipso loco, ubi in varios labitur errores. Certè Syrus erat S. Ephrem, &* Chrysostomo *ferè contemporaneus, sive paulò antiquior. Ephrem tamen & Apocalypsim & secundam Petri Epistolam frequenter laudat, ut videri potest in Operibus ipsius nuperrimè recusis, præsertim in Græcis, ubi tom.*

B *1 pag. 76 ex tertia Joannis Epistola recitatur totus versus quartus, præmissis his verbis:* Ait enim Scriptura. *Itaque Cosmas Ægyptius aut non loquitur de Syris Catholicis, aut fallitur, totumque argumentum Montfauconi redigitur ad circulum vitiosum. Porrò argumentum tot vitiis laborans potuisset breviùs refutari, nisi ad* Chrysostomum *spectare credidissem inquisitionem illam, an, ut leviter asseruit Montfauconus, sanctus Doctor rejecerit sacræ Scripturæ libros, quos Athanasius, Nazianzenus, Cyrillus Hierosolymitanus, concilium Laodicenum, Ephrem Syrus, aliique Patres ante ipsum admiserant, quosque Hieronymus & Augustinus, Sancto nostro contemporanei, agnoverunt. Ceterùm quàm inutilis ad propositum Montfauconi sit tota illa machina, satis liquet: nam omnia, quæ certa esse deberent, ut argumentum aliquam vim haberet, sunt prorsus incerta, & pleraque etiam improbabilia.*

Alia argumenta ex similitudine

216 *Verùm Montfauconus alia addit argumenta, eaque meliora. Nimirum producit ex Synopsi loca aliquot sacræ Scripturæ, ostenditque ea ibidem illo modo exponi, quo exponuntur in aliis* S. Chrysostomi *Operibus. Primò maledictionem Chanaan Gen. 9 ℣. 25 & 26 in Gabaonitis completam docet Synopsis, idem quoque asserit* Chrysostomus *in caput 2 Isaiæ tom. 6 pag. 19.*

C Hæc est sententia Chrysostomo propria, *inquit Montfauconus*, quam apud cæteros ecclesiasticos scriptores non memini me legere; nempe maledictionem Chanaani in Gabaonitis impletam fuisse. *Secundò locum Gen.* XI ℣. 31, Tulit itaque Thare Abram filium suum *&c., alio modo, quàm habetur etiam in Septuaginta, affert* Chrysostomus *Hom.* 31 *in Genesim, & rursus ille locus sic allegatur in Synopsi: nam utroque loco* Nachor *cum Thare & Abram jungitur. At Nachor ibidem in sacræ Scripturæ exemplaribus non reperitur. Hinc Montfauconus:* Hanc porrò lectionem nusquam aliàs reperi, nisi apud Chrysostomum, quem certum est ita legisse in exemplari suo. *Verba ipsa, prout allegantur à* Chrysostomo, *subjungo:* Et accepit Tharra Abram & Nachor filios suos, & Lot *&c. Hæc tam singularis lectio ter in eadem Homilia deinde repetitur, &* habetur in omnibus omnino *Homiliæ illius exemplaribus*, cùm editis tum manuscriptis, *teste Montfaucono*, ita ut nihil dubii subesse possit, quin hic locus sic expressus fuerit in exemplari, quo Chrysostomus utebatur: quo usus est etiam auctor Synopseos, sive ipse Chrysostomus, ut ex hoc & ex præcedentibus argumentis probari videtur. *Ita ipse, & sanè verisimilis admodùm est hæc ratio. Hìc tamen observo, nomen Thare, apud* Chrysostomum *scribi* Θαρρα, *in Synopsi verò* Θαρᾶ: *at ea est levis mutatio nominis.* AUCTORE J. S.

interpretandi, locosque Sacræ Scripturæ alleganda,

217 *Tertiò in Compendio Deuteronomii habet Synopsis pag.* 337: Hic jacet illud: „Maledi„ctus omnis, qui pendet in ligno„ * Quia ergo maledictio prolata erat in eos, qui non servarent Legem: „Maledictus omnis, qui non manet in „ omnibus scriptis in hoc libro„ * de Lege loquitur Moyses: nec poterat Christus in hanc incurrere maledictionem, implevit namque Legem; maledictionem maledictione commutavit, suspensus in ligno. *Planè similia, sed fusiùs explicata, affert* Chrysostomus *in Epistolam ad Galatas cap.* 3, *sive tom.* 10 *pag.* 700, *ubi locos allegatos satis diu versaverat, ita subjiciens:* At Christus hanc maledictionem (*non servatæ Legis*) alterâ permutavit, quæ dicit: „Maledictus omnis, „ qui pendet in ligno.„ Quoniam igitur qui pendet, maledictus est, & qui Legem transgreditur etiam maledictus: non oportuit illum, qui maledictum illud erat sublaturus, obnoxium eidem fieri maledicto: verùm pro illo aliud suscipiendum erat maledictum, quod & suscepit, per quod illud aliud sustulit *&c. Hoc quoque argumentum minimè videtur contemnendum.* * Deut. 21 ℣ 23. * Deut. 27 ℣ 26.

admodùm probabilia sunt ad Synopsim Chrysostomo vindicandam:

218 *Plura deinde breviùs loca affert Montfauconus, quibus ostendit, Synopsim aliis interpretationibus* Chrysostomi *mirè consentire.* Initio Synopsis Geneseos dicit, filios Dei in Genesi dici eos, qui à Setho orti erant, & hunc locum Psalmi affert: Ego dixi dii estis. Idipsum verò pluribus dicit Homiliâ 22 in Genesim, allato eodem Psalmi loco. Ex Hebero Hebraïcam linguam nomen accepisse, dicit hîc eodem ferè modo, quo in Genesim (*Hom.* 30) pag. 300. *Utroque etiam loco observat, in Heberi familia mansisse antiquum idioma. Utroque loco observat, vocem* Βαβυλών *significare* confusionem. *Hoc observo, quia vox Hebraïca est* Babel, *Græca apud Septuaginta* Ζύγχυσις. Quod ad decimas spectat, quæ obtulit Abraham Melchisedeco, eadem breviùs hîc dicit, quæ in Commentario in Genesim p. 357, eodem allato B. Pauli loco. De filiabus F Lot idem hîc paucioribus dicit, quod pluribus narrat in Genesim p. 453, 454. Allegoriam de natalibus Phares & Zaræ eodem modo hic explicat, atque Commentario in Genesim p. 593, 594. Id quod circa finem Synopsis Geneseos dicit, Sicimam à Symeone & Levi captam fuisse, id ipsum narrat pluribus Homil. in Gen. p. 637. Hæc porrò lectio capitis 49, ℣ 10, quæ in Synopsi sic habet "ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται; donec „ veniat is, cui repositum est„; semper sic effertur à Chrysostomo: alii verò scriptores variant. Nam quidam hoc ipso modo legunt; alii verò: "ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. In Exodo, quod dicitur in Synopsi, manus Moysis extensas, quæ victoriam Israëlitis pepererunt, figuram Crucis fuisse; hoc ipsum refert Chrysostomus Homil. in illud: „Pater, si possibile est„ tom. 3 pag. 20. *Hactenus Montfauconus rectè & verisimiliter.*

aliæ observationes verisimilitudinem augentes.

219 *Hisce argumentis, quæ multum afferunt verisimilitudinis ad Synopsim* Chrysostomo *vindicandam, aliæ quædam adduntur observationes minoris momenti, nec tamen prorsus inutiles; ut*

AUCTORE J. S.

quòd auctor Synopseos, æquè ac Chrysostomus *Judæos non rarò impetat; legalem Sabbati observationem ab antiquis subinde omissam, ut & alia præcepta legalia, observet; Pauli Epistolas ostendat se magni facere & frequenter alleget. De stylo Operis sic disserit Montfauconus:* Stylum autem quod spectat, profluentem illam verborum & similitudinum copiam, qua uti solet Chrysostomus, in Synopsi & compendio exquirere, illud esset nodum in scirpo quærere. Verùm dictio Chrysostomi esse deprehenditur: ita pura, clara nitidaque est. Etsi verò res compendio referat, aliquando tamen interpretem agit, res explicat, & alia Scripturæ, maximéque Pauli, loca affert ad explanationem apta. Nec nimis jejuna Synopsis est, sed in Pentateucho maximè justa penè longitudine historiam texit, ut exemplaris loco hac in parte haberi possit. Verisimile autem est, ipsum ad usum suum totam Scripturam sic in Synopsim atque compendium redegisse. Si porrò Novi Testamenti Synopsis aliquando ex tenebris emerserit; inde nova, ut dixi, prodibunt argumenta, queis verus totius Synopseos auctor deprehendatur. *Ita ipse. Nunc meum de re tota*

B *judicium studioso lectori candidè exponam.*

Pars Synopseos, ex uno codice edita, videtur Chrysostomi: pars altera,

220 *Quæ allata sunt argumenta ad ostendendum consensum inter auctorem Synopseos &* Chrysostomum, *mihi sufficere videntur ad partem Operis probabiliter adjudicandam illi auctori, cui in codice adscribitur, sive* S. Joanni Chrysostomo; *imò etiam ad ei attribuenda illa omnia, quæ ex codice Coisliniano edidit Montfauconus. Nam illis quoque rectè congruunt, quæ mox de stylo & de interpretatione locorum aliquot dicta sunt. Omnia enim argumenta ex illa parte profluxerunt. At miror, Montfauconum non vidisse, eadem argumenta non militare pro iis, quæ ex solo desumpsit codice Lugdunensi. Miror, virum eruditum, & in Operibus* Chrysostomi *tantopere versatum, non observâsse differentiam styli, quæ clara mihi apparet & manifesta. Ego sanè, omnibus diligenter collatis & consideratis, dubitare nequeo, quin duorum scriptorum Opuscula in sua editione miscuerit Montfauconus, parsque Synopseos, quam edidit, spectet ad auctorem illius Synopseos, quæ S. Athanasio fuit attributa, quamque in Operibus S. Athanasii editam habemus tom. 2 pag. 126 novissimæ editionis Parisiensis, ubi Synopsis illa S.*

C *Athanasio abjudicatur in præfatione editoris.*

cùm eadem ferè sit cum illa, quæ olim S. Athanasio attributa fuit,

221 *Rationes hujusce opinionis ex ipsis Montfauconi dictis partim desumo. In Diatriba Synopsi prævia pag.* 308 *fatetur, hæc in solo codice Lugdunensi reperta esse,* nimirum Synopsin in Leviticum, Epilogum in Synopses librorum Regum, Synopses in Paralipomena, in Esdram, in libros Esther, Tobiæ, Judith, Job, in librum Sapientiæ, in Proverbia. *Deinde pag.* 513 *observat, omnia ferè hîc enumerata consonare cum Synopsi S. Athanasio attributa, ita scribens:* In libris verò Salomonis, in Sapientia, in Siracide, Esther, Tobia, Judith, eadem ipsa est, *hæc nimirum Synopsis cum illa, quæ attributa est Athanasio. Idem mox dicit de Synopsi Levitici, saltem* quoad magnam sui partem. *Eamdem ferè similitudinem pag.* 361 *notat de Synopsi in Paralipomena, & pag.* 362 *de Synopsi in Esdram, & pag.* 366 *de priori parte Synopseos in Job, ac demum pag.* 358 *de Epilogo in libros Regum. Hæc omnia collatione utriusque Synopseos vera esse deprehendi, exceptis tamen paucis. Nam Synopsis in Siracidem sive in Ecclesiasticum satis diversa est, ut utraque non videatur ejusdem auctoris. Ipse Montfauconus pag.* 381 *hanc differentiam ob-*

D *servat his verbis:* Quæ Synopsis (*Athanasio adscripta*) in Ecclesiasticum sive Siracidem longior hac, pauca habet ad verbum his similia. *Præterea Synopsis in Proverbia tota quidem est Athanasianæ similis, sed adjunctam habet recapitulationem alterius instar Synopseos. An hæc pars Coisliniano codici defuerit, uti & pars posterior Synopseos in Job, videre poterunt, qui codicem illum modò habent penes se. Ego interim ex dictis colligo, omnia illa, quæ ex solo codice Vossiano seu Lugdunensi edita sunt, exceptis fortè duabus partibus memoratis, consonare cum iis, quæ leguntur in Synopsi S. Athanasio olim attributa.*

ex illa videtur priori addita:

222 *Hinc certum est, alterutram ex altera accepisse magnam partem. Agnoscit & observat istud ipsum Montfauconus pag.* 313, Auguror-

E que, *inquit,* illum (*Athanasianæ auctorem*) Synopses librorum hujusmodi ex nostra Synopsi mutuatum esse. Nam illius Synopseos scriptorem nostræ Synopseos auctore ætate longè inferiorem esse, non dubito, nec dubitabit, puto, quisquam. *Nolim hîc disputare de antiquitate majori ant minori utriusque Synopseos: neque enim id necessarium est ad propositum nostrum. At candidè edicere ausim, improbabilem omnino esse conjecturam Montfauconi de translatis ad Synopsim Athanasii vulgò dictam partibus illis Synopseos recenter editæ. Contrà existimo, non deesse indicia satis evidentia ad asserendum, ex Synopsi Athanasiana in codice Lugdunensi suppletam esse illam, quam* Chrysostomo *attribuendam credit Montfauconus. Rationes hujusce opinionis studioso lectori examinandas subjungo.*

neque enim credibile est illa omnia ex uno codice deleta, & non potius in altero addita,

223 *Primò in codice Coisliniano desiderantur illa omnia, quæ in Synopsi Athanasiana reperiuntur. Cur illa magis quàm reliqua in codice illo prætermissa dicamus, si idem scriptor sit, qui reperta in Coisliniano codice composuit, & alia omnia Athanasianis similia? Non video sanè idoneam posse rationem afferri, cur illa omnia magis ex illo codice excidissent, quàm reliqua. Contrà haud difficulter dici potest, cur Athanasiana in codice Lugdunensi sint addita: nam collector aliquis, cùm videret in Synopsi Chrysostomiana multorum sacræ Scripturæ librorum deesse compendia, ex Athanasiana lacunas illas implere potuit, ut aliàs non rarò factum videtur in codicibus Mss. Dicendum igitur est, Athanasiana illa omnia in*

F *codice Lugdunensi reperta esse, quia ibi addita sunt; non verò inventa in altero codice, quia* Chrysostomi, *aut certè ejusdem non erant auctoris. Secundò Stylus illarum partium planè congruit cum stylo totius Synopseos Athanasianæ; non verò cum stylo Synopseos, de qua disputamus. Itaque partes illæ spectant ad Athanasianam Synopsim, in qua editæ sunt, & cui sunt conformes; non ad Chrysostomianam, cujus aliis partibus nullo modo congruunt. Hoc modò est ostendendum.*

præsertim cùm illa, quæ credimus addita,

224 *Auctor Synopseos Athanasianæ in Synopsi singulorum librorum explicat nomen libris impositum, illiusque rationes allegat. Hoc videre poterit, quisquis Synopsim Athanasianam voluerit inspicere. Contrà id nullibi fit in iis compendiis, quæ ad Chrysostomianam Synopsim certò pertinent. Inspice, lector erudite, apud Montfauconum Synopses Geneseos, Exodi, Numerorum, Deuteronomii, Josue, Judicum, Ruth, librorum quatuor Regum, Siracidis sive Ecclesiastici, Isaiæ, Jeremiæ, Ezechielis, Danielis, Oseæ, Joël, Amos, Abdiæ, Jonæ, Michææ, Nahum, quæ nihil habent cum Athanasianis commune, & videbis ipse*

A *ipſe, nullibi rationem aſſignari, cur Geneſis, Exodus, aliique libri ſua ſortiti ſint nomina. Conſidera deinde Synopſes Levitici, Paralipomenon, Eſdræ, Eſther, Tobit ſive Tobiæ, Judith, Job, Sapientiæ & Proverbiorum; & perſpicies, ubique ab initio rationem dari nominis libro impoſiti. Accipe pauca exempla. Synopſis Levitici ita orditur:* Leviticus vocatur hic liber, quia propriè & peculiariter totam Levitici miniſterii formam continet. *&c. Initium in Paralipomena tale eſt:* Paralipomena vocantur, quia multa in libris regnorum prætermiſſa in hiſce libris continentur. *Hiſce conformia ſunt initia Eſdræ ceterarumque ſynopſeon mox dictarum, idemque fit per totam Synopſim Athanaſianam, in qua omnia illa compendia reperiuntur, excepta parte poſteriore in Job, & additione quadam in Proverbia. Hic character clarè inſinuat, omnia illa ex Synopſi Athanaſiana in codicem Lugdunenſem tranſlata eſſe.*

ſtylo congruant cum Athanaſiana, non verò cum Chryſoſtomiana.

225 *Præterea in Synopſi Athanaſiana paſſim agitur de auctoribus, qui libros ſingulos conſcripſerunt, & habetur ratio chronologiæ. Hæc perſpicimus in illis, quæ ex ſolo codice Lugdunenſi edidit Montfauconus; non item in iis, quæ* Chryſoſtomo *probabiliter attribui poſſunt: nam in his*
B *neque auctores aſſignari ſolent, niſi hi legantur in ipſis titulis, neque ulla aſſignatur chronotaxis, niſi ſubinde in hiſtoriis referendis. Adhæc ſtylus alius eſt in editis ex codice Coiſliniano, alius in additis ex Lugdunenſi. Hic planè congruit cum ſtylo totius Synopſeos Athanaſianæ: ille liberiùs fluit, eſtque hominis eloquentis, multaque celerrimè percurrentis, at non rarò ſubſiſtentis ad aliquid interpretandum, aut locos aliorum librorum allegandos. Neutrum facit Athanaſianæ auctor Synopſeos, ſed paſſu ferè æquabili incedens, librorum nomen, auctorem, & contentum breviter enarrat. Demum Synopſis Athanaſiana in reliquis libris* toto cælo differt *à Chryſoſtomiana, fatente Montfaucono pag.* 313; *& tamen illa in omnibus partibus ſui eſt ſatis ſimilis & ejuſdem characteris. Nequeunt igitur partes illæ, quæ in Chryſoſtomiana editæ ſunt, ceteris hujus partibus eſſe conformes, ut revera non eſſe conformes jam ſatis oſtendi. Hac de cauſa prorſus mihi improbabile eſt, totam Synopſim, prout edita eſt à Montfaucono tom.* 6, *Opus eſſe* S. Joannis Chryſoſtomi.

C *Recenſentur partes, quæ attribui poſſunt Chryſoſtomo:*

226 *Illa verò, quæ in codice Coiſliniano invenit editor, probabiliter* Chryſoſtomo *adjudicari poſſunt, videlicet Conſpectus ſive præfatio Operis, Synopſis Geneſeos, Exodi, Numerorum, Deuteronomii, Joſuæ, Judicum, Ruth, librorum quatuor Regum ſive Regnorum, ut vocat, excepta tamen appendice illa chronologica, quæ inchoatur pag.* 358. *Si poſterior, & major pars libri Job, quæ inchoari poteſt pag.* 367, *inventa ſit in codice Coiſliniano, illam quoque nolim* Chryſoſtomo *abjudicare, uti neque Synopſin illam quaſi ſecundam Proverbiorum, quæ inchoatur pag.* 379. *At non clarè edicit Montfauconus, an partes illas invenerit in codice Coiſliniano; ſed potiùs contrarium, ſi accuratè locutus eſt pag.* 308. *Inter Synopſes* Chryſoſtomo *probabiliter attribuendas etiam eſt Synopſis Eccleſiaſtici pag.* 380, *niſi & illa Coiſliniano codici fortè defuerit, quod non dicit Montfauconus; ac demum omnium Prophetarum Synopſes, quæ exſtant. At quinque poſteriorum Synopſes omnino deſiderantur, uti & Pſalmorum, & aliorum aliquot librorum Veteris Teſtamenti. Nulla Novi Teſtamenti librorum* Chryſoſtomi *nomine hactenus innotuit.*

227 *Montfauconus tamen exiſtimat, totam ſacram Scripturam à* Chryſoſtomo *in Synopſim fuiſſe contractam. At non adducit ullas iſtius opinionis rationes, neque* Chryſoſtomus *in Protheoria aſſerit, ſe Novi Teſtamenti Synopſim concinnâſſe, aut totius Veteris; ideoque non auſim id pro certo habere. Potuit enim* Chryſoſtomus *eos libros primùm contrahere, quos ſibi ad propoſitum ſuum utiliores fore credebat, aliiſque deinde impeditus curis, Opus relinquere imperfectum. Certè, ſi dicta Synopſis revera ſit* Chryſoſtomi, *crediderim, potiùs concinnatam eſſe ad uſum proprium, quàm ad ipſam edendam aliiſque communicandam. Hinc facilè poterat imperfecta relinqui, quia aliæ graviores curæ urgebant. Hinc etiam fieri potuit, ut diu lateret, quòd edita non eſſet à Sancto, nec ſæpiùs exſcripta. Hinc demum valde dubium eſt, an in reliquos omnes Veteris Teſtamenti libros & in Teſtamentum Novum ſimiles Synopſes umquam ſcripſerit* Chryſoſtomus. *Socrates lib.* 6 *cap.* 3 *recenſet aliqua* Chryſoſtomi *Opera, in diaconatu ſcripta, ut* libros de Sacerdotio, *& ad Stagirium, quos antea ſcriptos ſuo loco probavi; deinde* de incomprehenſibili Dei natura, & de commanentibus mulieribus. *Verùm quæ de Incomprehenſibili natura Dei habemus diſ-* E *putata à* Chryſoſtomo, *dicta ſunt ad populum Antiochenum, quando erat presbyter, ſicut etiam* contra Judæos *varia tunc compoſita videbimus, licèt Socrates dicat,* librum contra Judæos *à Sancto ſcriptum, dum erat* in lectorum ordine. *Demum de cohabitatione mulierum cum clericis in epiſcopatu probabiliùs egit Sanctus, ut ſuo loco oſtendam.*

AUCTORE J. S. *incertum eſt, an totam Scripturam in Synopſim contraxerit.*

§ XVII. Sanctus presbyter conſecratur, & prædicare incipit: mira ipſius humilitas in prima Homilia elucet.

Sanctus presbyter ordinatus anno 386, F

DE *ſuſcepta à* S. Chryſoſtomo *dignitate presbyteratûs, ac geſtis in eo gradu, Palladius breviſſimè agit in Dialogo pag.* 42, *ita ſcribens:* Ceterùm cùm ejus ad docendum facultas jam inclareſceret, & populus ex ſæculi amaritudine dulceſceret ejus converſatione; à Flaviano epiſcopo presbyter ordinatur. Cúmque duodecim annos in eccleſia Antiochiæ effulſiſſet (*imò potiùs* effulgeret,) exactâ vitæ normâ clerum Antiochenſem illuſtrat; hos ſapientiæ ſale condiens, hos doctrinâ illuminans, illos Spiritûs ſancti laticibus irrigans. *De tempore iſtius ordinationis utcumque conſtat: nam cùm Sanctus epiſcopus fuerit ordinatus anno* 398, *die* XXVII *Februarii, ut videbimus ſuo loco, duodecim anni presbyteratûs nos ducunt ad priores menſes anni* 386. *Hunc quoque annum utcumque confirmant anni quinque diaconatûs: neque enim horum initium figi poteſt poſt menſes priores anni* 381. *Hinc Baronius ad annum* 386 *num.* 52 *ita habet:* Hoc item anno Joannes Chryſoſtomus, præcedentibus prophetiis, presbyter ordinatur. Colligimus id ex Marcellino comite, Leone auguſto, & ante hos ex Palladio in Dialogo, dum aiunt, ipſum duodecim annis egiſſe in presbyteratu, antequam crearetur epiſcopus, conſulibus Honorio quartùm & Eutychiano, anno Domini CCCXCVIII.

229 *Non examinat Baronius, quo ferè anni men-*

AUCTORE J. S.

ut certè circa initium illius anni :

mense consecratus sit Chrysostomus. *At Tillemontius Notâ 16 ambiguè disserit de parte illius anni, quâ ordinatio est figenda.* Chrysostomus *Hom. 16 ad populum Antiochenum tom. 2 pag. 162 auditores suos sic alloquitur :* Ecce secundus hic annus est, ex quo vestræ differo charitati, & neque centum Scripturarum versus vobis enarrare potui. *Hæc dicebat Sanctus tempore Quadragesimæ, quando Antiocheni in metu erant ob disjectas imperatoris statuas, quod factum figemus anno 387 mense Februario. In hanc quoque sententiam concedit Tillemontius, indeque colligit circa initium anni 386 figendam esse ordinationem. Imò nequit certò ostendi, non esse peractam paulò ante annum 386, sive ultimis mensibus anni 385, cui illam illigat Hermantius lib. 2 cap. 1. Certè anni duodecim presbyteratûs tam strictè numerandi non sunt, ut tres quatuorve menses nequeant addi, præsertim cùm Antiochiâ discedere debuerit Constantinopolim ante ordinationem episcopalem, ac duodecim annis Antiochiæ presbyter docuisse dicatur. Tillemontius quidem ex Homiliis illis in Genesim, quas in Quadragesima anni 386 habitas videbimus § 18, colligit Sanctum non diu*

B *ante Quadragesimam illius anni fuisse ordinatum; sed illa verecundia, quâ Sanctum tunc usum fuisse perspicimus, non evincit, ordinationem ita prope Quadragesimam esse figendam, ut non potuerit tribus aut quatuor mensibus præcedere, ut ibidem observabo. Omnibus tamen consideratis, uti certum apparet, Sanctum fuisse consecratum ante Quadragesimam anni 386, sic probabilius videtur, id non contigisse ante illum annum, ita ut ordinatio figenda videatur circa initium anni 386 : nam § 22 aliquot Homilias assignabo, dictas verisimiliter ante Quadragesimam.*

ordinatus est a Flaviano episcopo,

230 *De episcopo, qui* Chrysostomum *ordinavit, more suo parùm accuratus, sic loquitur Socrates :* Tandem vero post obitum Paulini, ab Evagrio ejus successore presbyter ordinatur. *Verùm hoc de Evagrio ordinatore satis refutavit laudatus Baronius, docens reliquos Græcorum historicos ordinationem Flaviano attribuere, subjiciensque hæc verba :* Certè quidem ipsum communicationis Flaviani fuisse, in ecclesiaque ejusdem ministrâsse, concionesque ibi ad populum habuisse, nemo inficias ire poterit : nam id ipsum Homiliæ tunc in ea dictæ testantur. *Nominatim Homilia in laudem S. Meletii, primo sacerdotii anno dicta, ostendit Meletii gregem, & consequenter Flaviani,* Joannis *nostri concionibus fuisse instructum, neque ullum ea de re est dubium. Porrò observat Baronius, fuisse quidem dissensiones inter Flavianum & Romanos Pontifices, imò & patriarchas Alexandrinos,* numquam tamen eò

C esse ista progressa, ut fuerit interceptione communicationis schisma conflatum, anathemative Flavianus subjectus. Nam spe concordiæ tolerata res est : atque eo modo, quo cœperat, ad plures annos producta. *Ad excusandum* Chrysostomum *interim dixisse sufficiat, ambigua admodùm fuisse jura utriusque partis, ita ut multi probè Catholici & Sancti episcopi, alii huic, alii oppositæ parti se adjunxerint : in illa verò parte mansisse* Chrysostomum, *in qua semper fuerat, ac demum perfeciisse, ut Flavianus cum omnibus episcopis Catholicis conciliaretur, quemadmodum referetur § 42, ubi plura de tota illa discordia videri poterunt.*

qui divinitus ad id monitus dicitur.

231 *Quæ de miraculis in ordinatione Sancti addit Baronius, habet non solùm Leo imperator, quem laudat; sed eadem prolixiùs ante Leonem scripsit Georgius Alexandrinus, aliique hunc deinde secuti sunt biographi. Rem totam compendio huc transfero. Cùm Flavianus hymnos recitaret nocturnos, dicitur illi apparuisse angelus, mandâsseque, ut* Joannem *crearet presbyterum. Deinde* Joanni *quoque apparuisse angelus asseritur, eique præcepisse, ut dignitatem presbyteratûs acciD pere non detrectaret. Demum in ipsa ordinatione super caput Sancti candida columba, ut fertur, visa est. Hæc summa est miraculorum, quæ multis exornantur adjunctis parùm verisimilibus, eaque de causa hîc omissis. Ipsa quoque miracula, propter silentium Palladii, aliorumque synchronorum, non satis certa videntur. Attamen illorum silentium efficere nequit, ut certò fictitia credamus : præsertim cùm ipse* Chrysostomus *in prima Homilia insinuet, se ad sacerdotium fuisse provectum, non* humano studio, sed favore divino, *ut videri potest num. 235. Aliquid igitur singulare; aliquid ordine naturali superius, ordinationem illam aut præcessisse aut honestâsse videtur. Præterea silentium Palladii aliorumque minùs urget, quia illi alia plurima ad Sanctum pertinentia omiserunt, gestaque ipsius in presbyteratu leE viter tantùm attigerunt. S. Nilus lib. 2 Epist. 294 refert singulares favores* Chrysostomo *divinitus concessos, quorum alii antiqui nullam etiam faciunt mentionem, ita ut non statim improbanda sint omnia, quæ illi non habent. Laudata S. Nili Epistola dabitur § 84.*

Sanctus primam habet Homiliam ad populum;

232 *Ordinatus presbyter* Chrysostomus, *mox cœpit munus exercere, ad quod erat destinatus, habuitque primam Homiliam ad immensam populi multitudinem. Natus tunc erat Sanctus secundum chronotaxim nostram annos saltem quadraginta, aut hosce potiùs paulò superaverat; & vel sic tamen iteratis vicibus* μειραχίσκον juvenculum *aut* adolescentulum *se nominat. Verùm ea modestissimi Viri propriæ ætatis extenuatio movere neminem debet, cùm in eadem Homilia de aliis qualitatibus suis non minùs humiliter loquatur. Ea scilicet est Sanctorum multorum humilitas, tam modestè ac dimissè de rebus suis loquuntur & sentiunt, ut alii non pauci, qui nec ornati sunt tanta humilitate, nec omnem illius virtutis in animos potentiam satis habent perspectam, vix intelligere valeant, qua demum ratione possint verè & sincerè dicere, quæ illi humiliter de se pronuntiant. Attamen necesse non est in gra-* F *tiam illorum humilia Sanctorum dicta supprimere, ac ne illorum quidem causâ, qui similia Sanctorum verba malignè interpretantur, ut mores eorum iniquè carpant. Neutrum faciet æquus & prudens lector, atque huic considerandum subjungo initium Homiliæ illius primæ, ubi Sanctus explicat ingentem suam admirationem de dignitate sibi collata.*

mira in ea Sancti, sua omnia

233 *Itaque tom. 1 Operum pag. 436 ita orditur :* Num vera sunt, quæ nobis acciderunt? num re ipsa gesta sunt, nec falsi sumus, neque quæ nunc fiunt, sunt nox & somnia? An verè dies est, & vigilamus omnes? & quis credat, quòd in die, cùm sobrii sunt ac vigilant homines, Adolescens infimæ sortis & abjectus, ad tantum dignitatis fastigium subvectus sit? Nam nocte talia accidere nihil sit incredibile. Tum enim quidam & corpore mutili, & adeo tenues, ut ne necessarius quidem suppetat victus, in somnis sibi videntur integris membris, & formosi, & regali frui mensa : sed quæ videbantur, somnus erant, & insomniorum ludibria : siquidem hæc est natura somniorum, vafra quædam ac versuta res est,

A est, ac prodigiorum artifex, gaudet novis & incredibilibus simulacris illudere. At verò nec interdiu, nec revera quis umquam videat hoc accidere. Verùm omnia nunc contigerunt, facta sunt, perfecta sunt, quemadmodum videtis; hæc, inquam, somniorum visis incredibiliora: & civitas tantæ magnitudinis, tam frequentata, populus & multus & admirandus ad meam inhiat exiguitatem, tamquam à nobis magnum quiddam ac præclarum auditurus. Atqui etiamsi mihi amnium more perennium proflueret oratio, sique verborum fontes essent in ore meo, protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concursu, metu sisteretur profluvium, & retro fluenta resilirent. Nunc verò cùm tantùm absimus à fluminum ac fontium copia, ut nec exiguæ pluviolæ mediocritatem obtineamus, quî fieri possit, ut me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus. *Hactenus* Chrysostomus, *qui mox ait, se timere, ne* exilia *illa, quæ* multo cum labore *excogitaverat, metu excidant, ideoque auditorum pro se preces flagitat.*

B *extenuantis,* 234 *Deinde pag.* 438: Cupiebam equidem primùm in ecclesia dicturus, procœmiorum primitias illi dicare, qui linguam nobis hanc dedit, nimirum Deo. *Hoc quàm rationi sit consonum, ostendit, & sic id ipsum prætereundo breviter facit. Attamen ab eo prohiberi se dicit verbis sacris:* Non est speciosa laus in ore peccatoris, *ista subjungens mira humilitate:* Quemadmodum enim in coronis non sat est flores esse puros, nisi pura sit & manus eas contexens: sic & in sactis hymnis oportet non verba tantùm esse pia, verùm etiam animum hymnos concinentem. At is mihi impurus est, fiduciæ vacuus, utpote multorum plenus scelerum. *Rursum pag.* 439, *productis ex Psalmo* 158 *verbis, quibus etiam bestiæ ad laudandum Dominum invitantur, hæc subdit:* Haud frustra neque temere, dum hæc loquor, intersilui. Quia & mentis cogitatio metu confusa est, ad amaras usque lacrymas gravemque ejulatum ferè perducta. Quid enim, obsecro, possit esse miserabilius? Scorpii, serpentes ac dracones invitantur ad laudandum eum, à quo conditi sunt: solus peccator ab hac sacra chorea submotus est, idque jure optimo. Mala & effera bestia est peccatum, non quidem in conserva corpora malum proferens, sed in ipsam Domini gloriam effundens malitiam. *Hisce nonnihil immoratus Sanctus, ad laudandum Flavianum episcopum progreditur.*

C *precesque postulantis humilitas.* 235 *Demum pari humilitate orationem concludit, atque auditores suos alloquitur:* Si qua vobis etiam nostri ratio est, neque enim jam nos ipsos in sacerdotum numero ponere audebimus, quando nec fas est abortivos partus cum legitimis ac perfectis numerare; quòd si qua, inquam, est apud vos & nostri ratio tamquam fœtûs cujusdam abortu ejecti, orate ut è supernis nobis multus accedat vigor. Opus quidem erat nobis & priùs tutelâ, dum soli vitam degeremus à negotiis liberam: at postquam in medium producti sumus; omitto quomodo, sive humano studio, sive favore divino: nihil enim vobiscum hac de re contendam, ne cui videar per dissimulationem & ironiam loqui; attamen quando producti sumus, ac jugum hoc validum graveque susceptimus, multis nobis opus est manibus, infinitis precibus, quò possimus depositum salvum reddere Domino, qui deposuit, in die illo, cùm ii, quibus talenta credita sunt, citabuntur, & judicio sistentur rationem reddituri. Orate igitur, ne nobis eveniat, quod evenit illis alligatis & in tenebras exteriores conjectis: sed simus in eorum numero, qui poterunt qualemcumque assequi veniam. *Hactenus modestissimus Orator. Ad allegata autem verba solùm observo, ausum non fuisse negare, se ad illam dignitatem* favore divino *evectum.* AUCTORE J. S.

§ XVIII. De aliquot Homiliis anni 386, quo contra Anomœos & contra Judæos concionari cœpit Chrysostomus.

Consilium auctoris in recensendis Sancti Operibus. E *Tillemontius & Montfauconus multa differunt de tempore, quo Homilias suas ad populum habuit* Chrysostomus. *At sæpè satis clara non reperiuntur indicia, quibus tempus determinatum singulis assignari valeat. Hinc factum est, ut illi scriptores non rarò in diversas abierint sententias, pluraque disputaverint, quàm potuerint certa facere. Hac de causa non solùm eorum rationes accuratè & sine præjudicio expendendas censeo, sed etiam diligenter investigandum, an non alia reperiri valeant indicia ordinis Operum* Chrysostomi, *quàm illi attulerunt hactenus, ut possim utcumque annis singulis eas assignare Homilias, de quarum tempore certa aut saltem valde probabili ratione satis constiterit. Video sanè difficilem me suscipere laborem, ac subinde non posse me sequi, quò laudati ductores conantur trahere, etiam quando illi consentiunt. Verumtamen fretus favore Sancti, quantùm potero, elucidabo, & conferendo relegendoque ipsius lucubrationes, pleraque ad ordinem & tempus, quo scripta videntur, revocare conabor. Ne tamen cogamur statim prolixas disputationes texere, certiores anni* 386 *Homilias primùm assignabo, uti & alias subinde de eadem materia dictas. De aliis verò, probabiliter anno* 386 *habitis, tractabo* § 22, *omnium ordinem brevi compendio oculis subjecturus circa finem hujus Commentarii.*

Sermones octo in Genesim, F 237 *Inter priores Homilias numerandos esse Sermones octo in Genesim, quos apud Montfauconum habemus tom.* 4 *à pag.* 645, *observârunt Tillemontius & Montfauconus, quorum sententiam satis certam existimo. Ratio præcipua petitur ex Sermone* 2, *quem Sanctus ita inchoat pag.* 651: Numquid meministis quæstionum, quæ vobis nuper sunt propositæ? In tantam enim arrogantiam & audaciam nos provexistis, ut quæstiones intrepidè aggrediamur. Imò nec audaciæ nec arrogantiæ id facinus est: non enim viribus nostris confidentes, sed antistitum precibus ac vestris omnia committentes, ad stadium nos accinximus. Tanta porrò vis est precum Ecclesiæ, ut licèt magis muti quàm lapides essemus, pennâ leviorem linguam nostram efficiant.... Propterea nos etiam quotidie confidenter ad certamen nos accingimus. *Hæc verba ostendunt, verecundè adhuc agere* Chrysostomum, *& non diu antè ad concionandum fuisse accitum. Quæstiones autem, quas memorat, proposuerat in Sermone primo.*

anno 386 in Quadragesima dicti, 238 *Porrò primus hic Sermo habitus est* in principio Quadragesimæ, *ut habet inscriptio, eaque de causa sanctus Orator initium duxit à laude jejunii, cujus bona breviter enumerat. Reliqui* ve-

AUCTORE J. S.

verò ſeptem in eadem Quadrageſima ſunt ſecuti, & variis diebus conſequentibus ſubinde Sermones illos continuavit. Certè quartum ſic orditur: Audiviſtis heri *&c. In quinto ſub initium dicit:* Heſterno die mulieres accuſavimus *&c. Itaque tertius, quartus & quintus tribus diebus conſequentibus habiti ſunt. Sextus quoque & ſeptimus duobus diebus ſunt dicti, ut ex initio ſeptimi liquet. Obſervationem Montfauconi, quam veriſſimam comperi, lectori hîc trado:* In his concionibus, *inquit in Vita pag.* 99, etiamſi inter primas, quas Chryſoſtomus habuit, numerentur, non modò eloquentiam, ubertatem in dicendo, nitidum genus verborum, & inventionis felicitatem admireris, quæ in cæteris omnibus ejus Operibus elucent, ubi ſtylum ſemper videmus populari aſſenſioni accommodatum. Sed etiam animadvertas, quantùm ad extemporaneam declamationem ſemper comparatus fuerit tantus Artifex, & quàm ad res quantumvis inopinatas ſtylo perſequendas præſto fuerit. *Tum exemplum adducit ex Sermone* 4 *num.* 3, *ubi antea meditatis non pauca præclarè ex tempore interponit Orator, carpens auditores, quia averſis à ſe oculis ad accendentem lucernas reſpiciebant.*

B

in quibus hortatur auditores, ut audita ſuis exarrent.

239 *Hæreticos in illis Sermonibus frequenter impugnat* Chryſoſtomus, *Manichæos præ ceteris, Marcioniſtas quoque & Valentinianos, nec gentiles præterit. Mores etiam inſtruit, ſed breviùs, quàm deinde paſſim fecit. Multùm quoque hortatur auditores, ut optatum ex ſermonibus ſuis fructum conentur colligere, dicta repetendo atque aliis communicando. Circa finem Sermonis* 6 *pag.* 673 *iſta inculcat his verbis:* Hæc igitur omnia retineamus, dilectiſſimi, ac domum reverſi duplicem menſam apponamus, unam ciborum, alteram ſacræ lectionis: & vir quidem ea, quæ dicta ſunt, repetat, uxor autem ediſcat, audiant liberi, neque famuli ea lectione fraudentur. Domum tuam effice eccleſiam: ſiquidem & liberorum & famulorum ſalutis eſt tibi ratio reddenda. Et ſicut à nobis exigentur rationes pro vobis, ſic ab unoquoque veſtrûm pro famulo, pro uxore, ac pro filio ratio repoſcetur *&. Similia repetit in Sermone* 7, *& cum planſu audita fuiſſe teſtatur pag.* 674 *ita loquens:* Cùm enim heri dixiſſem, quiſque veſtrûm domum ſuam eccleſiam efficiat, magna voce acclamâſtis, ac voluptatis, quâ vos illa verba perfuderant, ſignificationem dediſtis. *Præter octo Sermones iſtos, & alias Homilias in illa Quadrageſima veriſimiliter habuit* Chryſoſtomus; *ſed non conſtat ita certò de illis, de iiſque diſputabitur § 22.*

C

Homilia in laudem S. Meletii.

240 *Eodem anno* 386 *& in laudem Sanctorum dicere, & Anomœos, ſive Arianos Eunomii ſectatores, & mox etiam Judæos cœpit acriter impugnare. Ex Homiliis pluribus, quas de Sanctis Antiochiæ habuit, illa certè ad hunc annum pertinet, quâ S. Meletium epiſcopum Antiochenum celebravit* Chryſoſtomus. *Dicta illa eſt prope capſam reliquiarum S. Meletii, ut circa finem inſinuatur, & veriſimiliter menſe Maio, in ipſo die, quo ad vitam meliorem Meletius erat tranſlatus, ut rectè obſervat Tillemontius Notâ* 21. *Edita eſt apud Montfauconum tom.* 2 *pag.* 518, *unde initium huc transfero:* Sacrum hunc gregem oculis undique circumſpiciens, & univerſam civitatem videns hîc præſentem, neſcio quem priùs beatum pronuntiem, ſanctumne Meletium, quòd vel poſt mortem tanto honore fruatur; an veſtram caritatem, quòd tantam in veſtros paſtores benevolentiam etiam poſt deceſſum oſtendatis.... Quintus enim annus jam præteriit, ex quo ille migravit ad Jeſum, quem deſiderabat, ac perinde acſi heri & nudiustertius eum vidiſſetis, tam ferventi amore ad eum hodie acceſſiſtis. *Montfauconus, neſcio qua hallucinatione motus, ait* non in anniverſario obitûs die *Homiliam hanc fuiſſe habitam*, neque enim, *inquit*, dixiſſet Chryſoſtomus jam præteriiſſe annum quintum. *Verùm nullo alio die congruè magis dicere poterat, annum quintum præteriiſſe, quàm illo ipſo die, quo præterierat, ſive ipſo die obitûs annis quinque poſt mortem. De aliis Homiliis in laudem Sanctorum dictis poſtea agemus.*

D

Homilia prima contra Anomœos, poſt quam Judæos,

241 *Egregia* S. Chryſoſtomi *contra Anomœos certamina anno* 386 *cœpta jam dixi, uti etiam contra Judæos & feſta Judæorum ac jejunia obſervantes. Nam cœpta contra Anomœos certamina interrupit Sanctus, ut contra Judæos diceret. Hoc liquet ex prima Oratione contra Judæos apud Montfauconum tom.* 1 *pag.* 587. *Hanc enim ſic orditur:* Quod reliquum erat materiæ, de qua nuper vobis diſſerui, Deum comprehendi non poſſe, id hodie abſolvere, & dilucidiùs docere volebam. De hoc enim præterita die Dominica tantum verborum, tamque copioſè fecimus. *Tum repetit aliqua dicta ſua, quæ habentur in prima Homilia de incomprehenſibili Dei natura contra Anomœos, maximè pag.* 449 *&* 450. *Deinde verò teſtatur, ea mirum in modum auditoribus ſuis placuiſſe, ita loquens:* Proinde certa magno cum applauſu fiebat demonſtratio, theatrum incaleſcebat, cœtus auditorum inflammabatur. Neque verò ego me laudari gaudebam, ſed Dominum meum laudibus cumulari. Nam applauſus atque laus iſta animorum veſtrorum in Deum amorem commonſtrabant *&c.*

E

quorum feſta inſtabant,

242 *Poſt hæc rationem reddit, cur alios aggrediatur hoſtes, ſic proſecutus:* Volebam igitur & hodie in certamen illud deſcendere. Nam ſi veritatis hoſtes nulla capit ſatietas convitiorum in Beneficum: multò magis nos inexplebili cupiditate celebrandi Deum univerſorum ardere decet. Sed quid faciam? Alius graviſſimus morbus linguæ noſtræ medicinam flagitat, morbus in Eccleſiæ corpore inſitus. Is priùs eſt tollendus; dein domeſticorum priùs quàm exterorum cura gerenda: poſtea extraneorum habenda eſt ratio. Quinam eſt morbus iſte? Feriæ Judæorum miſerorum atque ærumnoſorum continuæ, & frequentes inſtant: Tubæ, Scenopegiæ, jejunia: & multi noſtri ordinis, qui ſe nobiſcum ſentire dicunt, partim ſpectatum illas ferias prodeunt, partim etiam unà celebrant, unà jejunant: quam pravam conſuetudinem nunc ab Eccleſia volo arcere. Nam verba contra Anomœos alio tempore fieri poterunt; nec quidquam damni propter moram facietis: Judæorum autem morbo correptos niſi jam curaverimus, dum præ foribus illorum feriæ propéque adſunt; vereor, ne fortè quidam, intempeſtiva conſuetudine magnâque ignorantiâ, illorum nequitiæ conſortes fiant, atque deinceps fruſtra de his verba faciamus. Si enim nihil audiendo hodie cum illis jejunârint: perpetrato peccato, remedium fruſtra adhibebimus. Quare ad præoccupandum impellor. Idem etiam medici in urgentibus & acutiſſimis morbis obſervant, quos priùs curare inſtituunt. Omnino autem hoc certamen priori eſt cognatum: quia enim impietas Judæorum & Anomœorum affine quid habet: certamina etiam nunc, prioribus affinia, nobis ſeſe offerunt.

F

243 *Qua verò occaſione zelus* Chryſoſtomi *con-*

A *contra Judæos, & Chriſtianos cum Judæis communicantes, magis exarſerit, declarat in eadem Oratione pag.* 591 *his verbis :* Nam ante hoc triduum, mihi credite, non mentior, matronam quamdam honeſtam, ingenuam, modeſtam, & fidelem vidi, quam homo quidam impurus, ſtolidus, opinione Chriſtianus, talia enim audentem, ſincerum Chriſtianum non dixerim, Hebræorum ædem intrare, ibique jusjurandum de negotiis ſibi controuerſis dare cogebat. Ut verò illa opem implorabat, & vim ſceleratam amoliri cupiebat; ſibi enim, quæ divinorum myſteriorum particeps facta eſſet, illum locum adire nefas eſſe : incenſus ego zelo atque ardens ſurrexi, nec illam porrò ad prævaricationem trahi ſum paſſus, eripuique ab iniqua iſta abductione. Poſtea eum, qui traxerat illam, Chriſtianuſne eſſet, rogavi. Cui confitenti graviter inſtiti, fatuitatem exprobrans, extremamque dementiam, & aſinis illum quidquam præſtare negavi, ſi Chriſtum ſe adorare profitens, ad Judæorum, qui ipſum crucifixiſſent, ſpeluncas quemquam traheret. Productoque longiùs ſermone, primùm prorſus non licere jurare, neque ad juſjurandum

B quemquam incitare, ex ſacro Euangelio docui. Deinde, non fidelem & initiatam, quin neque eum, qui nondum ſit initiatus, in iſtam neceſſitatem trahendum fuiſſe. Poſtquam diu multúmque loquutus, animum ejus ab errore opinionis liberavi, cauſam ſciſcitatus ſum, cur Eccleſiâ relictâ ad Judæorum collegia illam traxerit. At ille, multos ſibi dixiſſe, inquiebat, jusjurandum, quod ibi daretur, magis formidandum eſſe. Ob quæ ingemiſcebam, iràque incendebar, deinceps rurſus ridebam. Cernens enim diaboli aſtutiam, ingemui, quòd hominibus id perſuadere poſſet : conſideratâ verò eorum, qui deciperentur, ſocordiâ, excandui : & eorumdem quanta eſſet amentia, mecum reputans, riſi.

ſub finem Auguſti aut initium Septembris aggreditur: ſeptem diebus antè

244 *Porrò ex feſtis Judæorum, quæ inſtabant, quando hanc Orationem habuit* Chryſoſtomus, *colligi poteſt, dictam eſſe ſub finem menſis Auguſti aut initium Septembris.* Tubæ *enim, ſive Tubarum feſtum erat die* 1 *menſis Tiſri*, Scenopegiæ *ſive Tabernaculorum feſtum die* XV *ejuſdem menſis, atque eodem menſe varia erant Judæorum* jejunia, *nominatim die* X Expiatio *erat ſolemnis, illiuſque feſti causâ accuratum jejunium. Menſis autem ille Tiſri inchoatur menſe Septembri, modò citiùs modò ſeriùs, ſive cum novilunio illius menſis. Itaque, cùm Oratio habita fuerit aliquot ſaltem diebus ante feſtum Tubarum, neceſſe eſt habitam fuiſſe ſub finem Auguſti, aut menſe Septembri. Septem verò diebus ante hanc, ſive Dominica præcedente, habita eſt Homilia prima contra Anomœos jam memorata. Horum Arianorum numerus cùm non modicus eſſet Antiochiæ, ubi & epiſcopum habuerant Dorotheum, Theodoſii imperatoris juſſu in exſilium anno* 381 *miſſum; dudum contra eos diſputare deſideraverat* Chryſoſtomus, *qui in eadem Homilia indicat, qua occaſione iſtud diſtuliſſet, ac demum cœpiſſet, ita ſcribens pag.* 450 *:* Volebam rem prolixiùs agere : ſed quando nunc primùm in hæc certamina deſcendi, è re vobis fore puto, ſi præmiſſis contenti ſitis, ne eorum, quæ dicenda ſuperſunt, copia multo impetu ſuccedens, eorum memoriam detrahat. Planè, ſi Deus permiſerit, hoc argumentum diu tractabimus.

245 Equidem jam pridem vobis hos conferre ſermones cupiebam : ſed cunctabar & procraſtinabam, quia multos eo morbo laborantes vi-

debam nobis cum voluptate aures præbere : cùmque nollem prædam abigere, interim linguam ab his concertationibus coërcebam, ut cùm illos firmiùs detinerem, tunc in arenam deſcenderem. Quoniam verò per Dei gratiam illos audivi hortantes, ut in hoc certamen deſcenderem, me demum fidens ad pugnam accinxi, armaque arripui illa, quæ purgant rationem, & omnem celſitudinem, quæ extollitur contra ſcientiam Dei. Hæc porrò aſſumpſi arma, non ut ferirem adverſarios, ſed ut jacentes erigerem. *Hiſce alia ſubdit, quibus oſtendit, ſe non odio, ſed amore, contra Anomœos diſputare, & unicè de eorum ſalute eſſe ſolicitum. Hac porrò occaſione obſervare placet,* Chryſoſtomum *multò durioribus verbis Judæos impetere, quàm Anomœos; non alia, opinor, de cauſa, quàm quòd præcipuè contra Judæos diſputaret, ut Chriſtianos, eorum feſtis & jejuniis ſe immiſcentes, ab ea prævaricatione, commemoratis Judæorum ſceleribus, potentiùs deterreret; Anomœos verò diſputatione moderata magis convertendos ſperaret. Attamen ne Anomœos quidem tam molliter tractat in ſequentibus maximè Homiliis, ut ſubinde acriter non pungat.*

AUCTORE J. S. *contra Anomœos prima Homilia dicta:*

E *ſecunda contra Judæos Oratio: aliæ forſan perditæ.*

246 *Poſt decem aut plures dies à prima Oratione contra Judæos alteram dixit quinque diebus ante ipſorum jejunium, eamque pag.* 601 *ſic orditur :* Jam iniquum illud & immundum Judæorum jejunium in foribus adeſt... Iniquum igitur ipſorum jejunium poſt quinque deinceps dies inſtat : At ego ante decem dies vel plures cohortationem ad vos habui, ut fratres veſtros præmunirem. *Tum inſinuat, ſe tot diebus antè illam habuiſſe Orationem, ut ſinguli poſſent Chriſtianos ab eo Judæorum jejunio avertere, eademque de cauſa ſecundam hanc habere. Porrò hanc decem diebus poſt primam fuiſſe dictam, patet ex iis verbis num.* 3 : Non audiſti, in priore tractatu quàm clarè fuerit oratione demonſtratum, ipſas animas Judæorum & loca, in quibus congregantur, à dæmonibus habitari ? *Hæc enim oſtendit in primo Sermone num. 6. Non videtur igitur dubitandum, quin hi duo Sermones invicem ſint ſecuti, primique ex illis, quos contra Judæos habuit Sanctus. Verùm & alias plures menſe Septembri orationes contra Judæos dixit* Chryſoſtomus, *ut ipſe inſinuat in Homilia de Natali die Domini noſtri, quam eodem anno dictam videbimus, tom.* 2 *pag.* 361 *ita loquens :* Tempus autem tum erat F feſti Tabernaculorum & Jejunii,... idque à Judæis ſub finem menſis Septembris... celebrabatur. Tunc enim longis copioſiſque orationibus in Judæos uſi ſumus, importunum eorum jejunium accuſantes. *Hinc liquet, multos tunc de hac materia Sermones fuiſſe dictos à* Chryſoſtomo. *Attamen reliquos omnes, qui exſtant, ad annum ſequentem pertinere exiſtimo. Hinc cum Montfaucono ſuſpicor, ex iis aliquos eſſe deperditos, aut etiamnum latêre.*

§ XVIIII. Reliqua Chryſoſtomi contra Anomœos certamina aliis concionibus anni 386 ſubinde interrupta.

Sanctus poſt varia impedimenta, menſe veriſimiliter Novembri,

POſt certamina illa contra Judæos, & alias quaſdam de Martyribus conciones, arma contra Anomœos reſumpſit ſanctus Presbyter, qui ſe-

AUCTORE J. S.

cundum contra Anomœos Sermonem sic exorditur: Age iterum adversus infideles Anomœos certamen ineamus .... Nuper enim, cùm in hujus disputationis arenam descendimus, ut meministis, & eadem certamina inivimus; pugnæ contra Judæos nos statim exceperunt, quòd tutum non esset propria membra ægrotantia negligere. Nam Sermones contra Anomœos semper opportuni sunt. Tunc autem fratres nostros quosdam ægrotantes, & Judaïco morbo laborantes, nisi præoccupantes statim ex incendio Judaïco eruissemus, nihil juvare deinceps potuit admonitio, cùm jam illud peccatum circa jejunium admisissent. Post commissa adversus illos prælia, nos patrum spiritualium diversis ex locis adventantium frequentia rursum excepit. Neque enim tunc opportunum fuisset, illis ceu fluminibus in hoc spirituale mare confluentibus, nostrum Sermonem extendi. Post illórum profectum, martyrum memoriæ frequentes adventârunt: athletarum hujusmodi laudem negligi non oportuit.

resumit disputationes contra Anomœos:

B

248 Hæc autem dico & numero, ne putetis nos ex segnitie & desidia quadam certamina illa distulisse. Nunc itaque, quandoquidem à pugna cum Judæis liberi fumus, patresque in patriam suam reversi sunt, ac martyrum laudes nos satis delectârunt; age diuturnum vestrum audiendi desiderium expleamus. *Ita* Chrysostomus, *per* patres spirituales, *quorum adventus moram auxerat, haud dubiè designans episcopos, cùm honor dicendi ad populum ipsis fuerit datus. Porrò recensita impedimenta effecerunt, ut secundus hic contra Anomœos Sermo habitus tantùm videatur mense Novembri: nam post hunc tres solùm Sermones contra Anomœos invenimus ante* XX *Decembris, quo de S. Philogonio dictum videbimus. Attamen post quintum de Anomœis forsan duæ aliæ Homiliæ sunt dictæ, ut videbimus* § 52.

quatuor contra illos Homiliis dictis,

249 *Quatuor autem illæ Homiliæ consequenter contra Anomœos sine multis aliis intermediis videntur habitæ. In omnibus elucet mira Sancti charitas, & zelus ad destruendam hæresim ferventissimus. In secunda ex illis, sive in tertia Homilia contra Anomœos, pag.* 462, Deum precemur, *inquit*, ut nobis Spiritum gratiæ emittat, ut omni vento vehementiùs ingruens, hæresim radicitus evellat, nobisque laborem reddat leviorem. *Ad similes preces fortiter hortatur pag.* 470. *Post quintam in Anomœos Homiliam & fortè duas alias* § 52 *memorandas, pag.* 492 *de S. Philogonio Antiocheno præsule, qui colitur die* XX *Decembris, ita orditur:* Ego quidem & hodie destinâram, adversus hæreticos luctaturus vestes exuere, quodque restabat debiti, vobis persolvere; verùm beati Philogonii dies, cujus festum celebramus, ad ipsius benefactorum enarrationem linguam nostram evocavit.

C

20 Decembris dicit in laudem S. Philogonii.

250 *Hanc Homiliam quinque diebus ante Natalem Domini habitam esse, innuit* Chrysostomus *in ea num.* 4 *pag.* 498, *dum dicit:* Sufficit enim horum quinque dierum tempus, *nimirum ad conscientiam expurgandum, ut dignè celebrarent Natalem Domini. Interruptæ igitur rursum fuerunt concertationes contra Anomœos, non solùm una illa concione de S. Philogonio, sed etiam aliis multis, &, ut existimo, usque ad Februarium sequentis anni. Hoc minùs mirabimur, si cogitemus disputationem de incomprehensibili hic fuisse finitam.*

Resumpta disputatio contra Anomœos,

251 *Attamen deinde disputationes suas contra Anomœos resumpsit Sanctus per Homiliam, quam pag.* 501 *sic incepit:* Iterum Circensia, iterumque nobis imminutus est conventus: imò verò quamdiu vos adestis, fieri nequit, ut imminuatur. *Hanc porrò Homiliam non diu admodùm post præcedentes in Anomœos habitam fuisse,* Chrysostomus *satis insinuat num.* 2, *ubi docet, se hactenus contra Anomœos ostendisse, incomprehensibilem esse Dei naturam; nunc verò ostensurum, Filium Patri esse Consubstantialem. Ex initio, quòd* Circensia, (*Græcè ἱπποδρομία, quod* equorum cursus *ad litteram exponitur*) *tunc essent, existimat Tillemontius art.* 19, *die* III *Januarii habitam, quia eo die* ludi *notantur in Fastis apud Bucherium pag.* 281. *Montfauconus quoque in Monito pag.* 492 *dicit, ludos Circenses fuisse celebratos die* V *Januarii. Idem in alio Monito pag.* 966 *ait,* die tertia vel quarta vel quinta Januarii, nam his diebus ludi Circenses agebantur.

D

non prioribus diebus Januarii, ut aliqui volunt,

252 *Verùm sine fundamento illa videntur dicta: neque enim probari posse existimo,* Circenses *potiùs esse ludos quàm alios, qui illis diebus adscripta sunt Kalendario apud Bucherium. Sanè toties* Ludi *singulis mensibus notantur ibidem; ut ridiculum sit, ex notatis ibi ludis diem habitæ Homiliæ investigare. Videat studiosus lector illud Kalendarium apud nos recusum unà cum altero etiam antiquo tom.* VII *Junii pag.* 178; *& videbit,* Circenses *ibi distingui à* ludis. *Notatur ibi* circus privatus *die* 2 *Januarii, iterum notantur* Circenses XV *Januarii,* XX, XXIV, *& tandem ultima ejusdem mensis die;* ludi *verò aliis & pluribus diebus. Itaque observatio Tillemontii, ab aliis adoptata, planè inutilis est ad certam diem illi Homiliæ assignandam, præsertim cùm ludi Circenses etiam celebrarentur extraordinarii.*

E

sed paulò seriùs; per Homiliam, cujus initium, Iterum Circensia:

253 *Nequit tamen dubitari, quin illa Homilia sit habita non tanto tempore post priores contra Anomœos de incomprehensibili Dei natura, ut harum memoria excidisset. Quæ porrò post primam illam de Consubstantiali Filio cum Patre, sive de Gloria Unigeniti, ut has frequenter vocat Sanctus, videtur sequenti die dicta, idque certum credit Montfauconus, quia tale pag.* 513 *habet initium:* Ex bello reversi hesterno die sumus *&c. Verùm illa verba solùm evincunt, Sanctum præcedenti die contra hæreticos sive Anomœos disseruisse; at evincere nequeunt, Homiliam illam nominatim fuisse dictam, quam præmisit Montfauconus. Quin imò contrarium innuere videtur* Chrysostomus *in eadem Homilia pag.* 514: *nam explicaturus objectionem Anomœorum, quam ex responso Christi ad petitionem filiorum Zebedæi sumebant, quamque solvendam suscipiebat, ita loquitur:* Quia NUPER de Unigeniti potestate disseruimus *&c. Designat Sanctus Homiliam præcedentem, quæ de illo argumento prima est. At non videtur dicturus* nuper, *sed potiùs* heri, *si illa pridie erat habita. Existimo igitur aliam inter utramque fuisse mediam. Aliqua porrò contra Anomœos à Montfaucono edita est tom.* 6 *pag.* 255: *credidit enim seriùs dictam. At mihi quidem videtur huic tempori rectè congruere.*

F

hanc secuta videtur alia, tom. 6 edita, cujus initium: O violentiam:

254 *Initium huc transfero:* O violentiam! O tyrannidem! doctor noster (*Flavianus episcopus,*) qui ante nos præfatus est, plenam cùm haberet phialam, summis tantùm labris poculum degustandum nobis offert. Id autem fecit, non ob doctrinæ penuriam; nam fontis instar scaturire solet; sed, quemadmodum dixi, ut vestræ caritatis tyrannidem palàm faceret, quam erga tenuitatem nostram exhibere soletis. Ea de causa citò tacuit sermonemque concluſit, ut vestro desiderio gratificaretur; & toti solvendo debito nos ob-

AUCTORE J. S.

§ XX. Fervens Homilia contra Quartodecimanos, tertia Contra Judæos vocata, ad quam varia obſervantur: reliquæ Sancti contra Judæos Orationes.

Oratio tertia contra Judæos,

EXpeditis modò iis, quæ Sanctus ſolidè peroravit contra Arianos hæreticos, qui Filium Patri æqualem negabant, indeque Græca voce Anomœi *vocabantur; redibo ad ea certamina, quæ pari ſtudio contra Judæos habuit, ut Chriſtianos Judaïzantes ab eorum feſtis & jejuniis potenter avelleret. De duabus Orationibus, anno 386 circa Septembrem contra illos prævaricatores habitis, egimus* §18. *Hiſce tertiam adjunxit Montfauconus pag. 606, eamque ſimiliter circa Septembrem, aut certè non diu pòſt, habitam contendit. Tillemontius verò Notâ 25 rectiùs credit, aliquo tempore ante Quadrageſimam anni 387 dictam fuiſſe. Attamen hic etiam varia ibidem obſervat, quæ ſolùm ex titulo & mente* Chryſoſtomi *perperam intellectis proficiſci videntur, qualia etiam reperio apud Montfauconum, & huic inhærentem Ceillierum tom. 9 pag 86 & ſeqq. Hiſce de cauſis ſpectantia ad hanc Homiliam paulò prolixiùs explicabo. Nam laudati ſcriptores ſibi difficultates finxerunt, revera tantùm imaginarias.*

cujus titulus malè fuit expoſitus,

257 *Titulus Græcus hic eſt:* Εἰς τὰς τὰ πρῶτα πάσχα νηστεύοντας, *idque Latinè ſic exponit Montfauconus:* In eos, qui primo Paſcha jejunant. *At hæc verba non elucidant obſcuritatem tituli Græci. Laudatus Tillemontius credit, tituli verbis ſignificari, homines illos, contra quos Sanctus diſſerit, ſeriùs Paſcha celebrâſſe quàm Catholicos, eaque de cauſa coactos fuiſſe jejunare in Paſchate Catholicorum. Verùm falſa eſt hæc expoſitio, cùm agatur contra illos, qui citiùs jejunium inchoabant. Tillemontius ipſe in ſua opinione ſummam agnoſcit difficultatem, quia anno 387 Paſcha Chriſtianorum celebrabatur* XXV *Aprilis. Hanc etiam agnoſcit Montfauconus in Vita pag. 102, hæc ſubjungens:* Atqui ſecundum tabulas Paſchales anno CCCLXXXVII Paſcha incidit in XXV Aprilis, nempe quàm tardiſſimè poteſt occurrere. Quomodo ergo Judaïzantes illi poterant hoc anno in Paſchate jejunare, cùm Paſcha Judæorum numquam poſſit ultra vigeſimam quintam Aprilis occurrere? *Propter illud argumentum, quod ſingulis annis formari poteſt, & ex quo diſcere debuerat, titulum alio modo exponendum; demum ſuſpicatur, Antiochenos illo anno ſecutos non eſſe Alexandrinorum calculos, & Paſcha Antiochiæ citiùs celebratum.*

dicta eſt contra Quartodecimanos, Paſcha cum Judæis celebrantes,

258 *Verùm illa gratis dicuntur, neque ullo modo prodeſſe poſſunt. Nam quocumque demum die Paſcha illo anno celebraverint Chriſtiani, illud certò non celebrârunt ante Judæos; cùm hi ſuum Paſcha ſtato die celebrent, videlicet lunâ decimâ quartâ menſis Niſan, ſive in plenilunio; Chriſtiani verò numquam ſuum Paſcha celebrent ante illum diem, ſed illud habeant Dominicâ primâ poſt plenilunium, exceptis Quartodecimanis, qui il-*

A obnoxios conſtituit. Quia igitur & is nobis dicendi loco ceſſit, & vos noſtro ab ore pendere video, neceſſe tandem eſt, ut ad certamina nos exuamus. *Poſt pauca, quibus preces & attentionem auditorum flagitat, argumentum ſibi propoſitum ſic exponit:* In priore itaque concione, hoc dicto euangelico in medium adducto: „Pater „meus uſque modò operatur, & ego operor„ cùm hinc oſtendiſſem ejus cum Genitore æqualitatem,... ita ſermonem clauſi. Hodie autem opus eſt ea ſolvere, quæ adverſus hæc objiciunt hæretici. *Tum elucidanda ſumit verba ab hæreticis objecta Joan.* 5 ℣ 19: Non poteſt Filius à ſe facere quidquam *&c., & objectionem eloquenter repellit, ac demum ſolvit. Jam verò verba illa, quibus ſe uſum dicit, revera adduxit in Homilia* 1 *de hoc argumento pag.* 503. *At multos alios Scripturæ locos ibidem recitavit, ita ut certò non conſtet, an illam indicaverit Homiliam, an aliam quamdam deperditam. Id tantùm mihi dicendum videtur, laudatam Homiliam non minùs quàm ceteras contra Anomœos videri ſigendam ſub finem Januarii aut potiùs menſe Februario: nam multas alias Homilias menſe Januario dictas videbimus. Quod ait Montfauconus, dictam eſſe Homiliam illam, quando magnam auctoritatem habebat* Chryſoſtomus, *inutile eſt: potiùs tamen dixiſſet;* quando libenter audiebatur: *nam id ſolùm Homiliæ evincit. At neutrum* Chryſoſtomo *deerat poſt annuam prædicationem.*

B

deinde tres aliæ, tom. 1 *editæ.*

255 *Porrò Homilia illa, cujus initium:* Ex bello reverſi heſterno die ſumus, ex bello pugnaque cum hæreticis *&c.; & quæ jam dictam non minùs ſequi potuit quàm præcedere, aliam ſolvit Anomœorum objectionem, ex Chriſti verbis Matth.* 20 ℣ 23: Sedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis *&c. Hanc apud Montfauconum pag.* 525 *ſequitur alia, quæ eorumdem hæreticorum ſolvit objectionem, quam ſumebant ex precibus, quibus uſus eſt Dominus, dum reſuſcitavit Lazarum. Ultima demum contra Anomœos ex iis, quæ habitæ ſunt Antiochiæ, legitur pag.* 529, *multaſque ſimul Anomœorum objectiones ſolvit. Habita hæc eſt diebus non paucis poſt ceteras, ut liquet ex initio, ita ut ſigenda videatur poſt medium Februarium. Dictam tamen eſſe ante Quadrageſimam anni* 387, *oſtenditur ex iis, quæ num.* 2 *repetuntur compendio ex Oratione* de Unigeniti gloria, *cujus initium,* Iterum Circenſia. *Subjunxit Montfauconus duas alias contra Anomœos Homilias, ſed Conſtantinopoli dictas. Ceterùm Homilias illas, ut inter præſtantiſſima ſancti Doctoris Opera numerandas, meritò laudat Montfauconus in Vita pag.* 100.

C



E

F

AUCTORE J. S.

illud cum Judæis celebrabant, & quos in hac Oratione impetit Chryſoſtomus. *Itaque titulum Orationis malè intellexerunt Tillemontius & Montfauconus, indeque in varios lapſi ſunt errores. Nam Quartodecimani, contra quorum ſectatores Sanctus agit, numquam jejunare cogebantur in Paſchate Chriſtianorum, cùm Paſcha ſemper cum Judæis celebrarent luna 14 ante feſtum Paſchatis Chriſtianorum, & conſequenter jejunium Quartodecimanorum finitum eſſet ante finem jejunii Catholicorum. Hæc tam certa ſunt, & eruditis vulgò nota, ut mirer, laudatos ſcriptores, ad eam obſervationem non attendiſſe. Ex dictis igitur conſtat, non agere* Chryſoſtomum *contra jejunantes in Paſchate Chriſtianorum, & perperam expoſitum eſſe Orationis titulum.*

idcoque quadraginta dierum jejunium ante Catholicos inchoantes.

259 *Cùm autem* Chryſoſtomus *clariſſimè agat contra Quartodecimanos, titulus hæc ſignificat:* Contra eos, qui antè Paſcha Judæorum quadraginta diebus jejunant. *Verba Græca totum iſtud non habent; ſed Oratio ipſa oſtendit, iſta de re agere* Chryſoſtomum, *& Quartodecimanos impugnari, qui Paſcha celebrabant cum Judæis, & ante ſuum Paſcha quadraginta habebant jejunii*

B *dies, quemadmodum & diebus quadraginta ante Paſcha jejunabant Catholici. Superfuiſſe ſuo tempore Quartodecimanos aliquot Antiochiæ, varii locis in laudata Homilia aſſirmat Sanctus. Imò & num. 3 fatetur, eam conſuetudinem inchoandi jejunium quadraginta diebus ante Paſcha Judaïcum olim apud Antiochenos communem fuiſſe, nimirum ante concilium Nicænum, cujus decreto abrogatam damnatamque eſſe conſuetudinem Quartodecimanorum* Chryſoſtomus *mox oſtendit. Nulla igitur eſt dubitatio, quin Sanctus agat contra reliquias Quartodecimanorum, Paſcha eodem cum Judæis die celebrantes, ideoque Quadrageſimam ſuam inchoantes ante Catholicos. Cum autem anno 387, ut docet pag. 613, Paſcha Judæorum incideret in diem Dominicum, totis ſeptem diebus celebrabatur ante feſtivitatem Catholicorum, ac ſimiliter Quadrageſima Quartodecimanorum totidem diebus Catholicorum Quadrageſimam præcedebat. Ex dictis duo obſervo, primò* Paſcha *in titulo ſignificare* Paſcha Judaïcum, *quod frequenter in illa Homilia à Paſchate Chriſtianorum diſtinguit: ſecundò non agi contra eos,*

C *qui in ipſo Paſchate jejunabant, ſed qui prævio jejunio ante alios ad Paſcha ſe præparabant.*

Contra hos, miro incenſus zelo, Sanctus

260 *Hiſce de tota Homilia obſervatis, videamus, quanto ſtudio exarſerit* Chryſoſtomus, *ad Quartodecimanos ad Eccleſiam reducendos. In exordio Homiliæ ſtatim docet, ſe cœptam contra Anomœos diſputationem interrumpere, ut Quartodecimanos avertat à jejunio ante Catholicos inchoando, ita loquens:* Rurſus, neceſſarium quoddam & urgens negotium eorum, quæ nuper dicta ſunt, ſeriem interrumpens, ad ſeipſum orationem traducit, & à ſuſceptis cum hæreticis certaminibus hodie nos abducit. Nam nos quidem rurſus de Unigeniti gloria verba facere ad caritatem veſtram paratî eramus; ſed eorum, qui primo Paſcha jejunant, (*Græcè* τῶν τὰ πρῶτα πάσχα νηστεύειν βουλομένων, *quod exponi poteſt:* eorum, qui quàm primum Paſcha jejunare volunt.) importuna contentio doctrinam omnem noſtram cogit hodierno die totam in iis curandis occupari. *Tum breviter oſtendit illius diſcordiæ mala, atque ita pergit:* Ac ſcio equidem per Dei gratiam potiorem hujus gregis partem ab hac ægritudine immunem eſſe, & paucos morbum invaſiſſe: non tamen idcirco eſt curatio negligenda. Nam etſi decem tantùm, etſi quinque, etſi D duo, etſi unus tantùm eſſet ægrotus, ne ſic quidem negligi oporteret. Licèt enim vel unus ſit vilis & abjectus, frater tamen eſt, propter quem mortuus eſt Chriſtus, & magnam vilium rationem habet Chriſtus. *Non capio, cur Montfauconus crediderit,* negotium *illud de jejunio & Paſchate tam urgens fuiſſe circa menſem Septembrem. At urgens erat menſe Februario exeunte aut ineunte Martio, ne contentioſi illi iterum jejunium ſuum ante alios inchoarent.*

acriter diſſerit, docetque,

Lubet modò aliqua ex diſputatis adducere. Chryſoſtomus *pag.* 608 *de Quartodecimanis ſic loquitur:* Quos equidem ſciſcitarer lubens, quid ſit Paſcha, quid ſit Quadrageſima? & quid ſit Judaïcum, quid ſit noſtrum: aut quàm ob cauſam illud quidem ſemel annis ſingulis, hoc verò ſingulis in collectis celebretur: quid ſibi velint azyma, & alia his multo plura, quæ ad hoc pertinent argumentum. Tum verò probè cognoſcetis, quàm intempeſtiva illorum ſit contentio, qui ne rationem quidem reddere de illis poſſunt, quæ faciunt. *Hæc & alia ad eos perſtringendum* Chryſoſtomus, *qui per Paſcha Chriſtianorum, quod* ſingulis in collectis celebratur, E *intelligit Miſſæ Sacrificium & communionem Corporis & Sanguinis Chriſti, ut ſæpiùs inferiùs, ſecundum illud Apoſtoli:* Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus 1 *Cor.* 5 ℣ 7. *Hinc dicit num.* 5: Sanè catechumenus numquam Paſcha celebrat, quamvis jejunet ſingulis annis, quoniam oblationi non communicat, quemadmodum & qui non jejunat, ſi cum pura accedat conſcientia, Paſcha celebrat, ſive hodie, ſive cras, ſive alio quovis tempore communionis fiat particeps. *Hunc loquendi modum in tota Oratione ſervat* Chryſoſtomus, *& multa hunc in finem diſſerit pag.* 611, *ubi ait:* Non enim idem ſunt Paſcha & Quadrageſima: ſed aliud Paſcha, aliud Quadrageſima. Siquidem Quadrageſima ſemel in anno fit, Paſcha verò ter in hebdomada, nonnumquam etiam quater, vel potiùs quotieſcumque volumus. Eſt enim Paſcha non jejunium, ſed oblatio & Sacrificium *&c. Ita loquitur Sanctus, non improbans morem noſtrum, quo diem ſolemnem, quâ Reſurrectionem Domini celebramus,* Paſcha *vocare ſolemus, ſed quia Judæi & gentiles inde arripiebant anſam carpendi Chriſtianos, ut paulò inferiùs dicit.*

F *nec debere nec poſſe Chriſtianos Paſcha eo die*

261 *Occaſio autem arguendi Chriſtianos oriri poterat Judæis ex nomine* Paſcha, *quia Chriſtiani celebrabant Reſurrectionem Domini alio die, quàm* Paſcha *Judæis celebrandum præceperat Deus. Hinc pag.* 613 *oſtendit Sanctus, non poſſe Chriſtianos, etiamſi vellent, ſtabili die menſis Niſan mortem Domini & deinde Reſurrectionem celebrare, idque evidenter evincit, ſupponens mortem Domini Chriſtianis ſemper celebrandam eſſe die Veneris, Reſurrectionem die Dominico. Verba* Chryſoſtomi, *malè à Montfaucono intellecta, ſubjungo:* Nam ne nos quidem, *inquit,* etiamſi vehementer cupiamus & annitamur, diem illum omnino obſervare poſſe, quo crucifixus eſt, inde conſtat. Licèt enim tranſgreſſores Judæi non fuiſſent, neque ingrati fuiſſent, neque ſtupidi, neque deſides ac contemptores, neque à paternis ritibus excidiſſent; ſed eos etiamnum diligenter obſervarent; ne ſic quidem fieri poſſet, ut nos illorum veſtigiis inſiſtendo diem iſtum, quo crucifixus eſt, & Paſcha celebravit, aſſequeremur. Quo verò pacto, ego dicam. Quando crucifixus eſt, tum primus dies Azymorum erat, & Paraſce-

A sceve : hæc enim utraque fieri nequit ut perpetuò concurrant. Ecce namque primus dies Azymorum hoc anno in Dominicum diem incidit, & omnino necesse est, ut totâ hebdomadâ jejunemus, & cùm Passio præterierit, & Crux advenerit, & Resurrectio, nos adhuc jejunantes maneamus. Et sæpenumero istud accidit, ut post Crucem, post Resurrectionem, hebdomadâ nondum absolutâ, jejunium observemus. Ita nulla temporis est observatio ; *nimirum pro diebus mensis Nisan, secus pro diebus hebdomadæ post pleniluniun dicti mensis.*

celebrare, quo passus est Dominus,

262 *Nunc varia observanda veniunt ad verba allegata, quæ mirè torserunt Tillemontium, quæque Montfauconus alleganda credidit in Vita pag.* 102, *ubi hanc subdit observationem:* Hæc contra eos dicuntur, qui jejunium Judaïco more servabant, quique aliquando in ipso Paschate jejunabant, quando scilicet Judæorum calculus Pascha assignabat post Christianorum Pascha. Tunc enim Christiani illi, qui Judaïco ritu jejunium servabant, illo die jejunabant, quo ceteri Christiani Pascha celebrarent. *Ignoscat lector, si candidè edixero, tot hîc esse errores, quot*

B *asserta. Primò enim Sanctus, licèt agat contra Judaïzantes, illa non dicit de Judaïzantibus, sed de Catholicis, quos ostendit non posse Pascha celebrare cum Judæis, quia non semper est idem concursus dierum mensis cum diebus hebdomadæ. Sic itaque argumentatur. Resurrectio Domini nobis semper celebranda est die Dominico: sed hanc partem argumenti, ut notam, supponit. Atqui dies ille mensis Nisan, quo resurrexit Dominus, non semper cadit in Dominicum. Non possumus igitur semper eodem mensis illius die Resurrectionem celebrare.*

ut liquet ex simplici verborum ejus expositione.

Tum assumit exemplum anni, quo hæc dixit, eoque exemplo confirmat argumentum suum in hunc modum. Primus dies Azymorum incidit in Dominicum. Eo die necdum possumus celebrare Resurrectionem Domini, qui eo die necdum resurrexerat ; sed ea festivitas differenda est in Dominicum sequentem. Itaque cùm jejunemus usque ad festivitatem Resurrectionis, illis diebus mensis Nisan, quibus Dominus in Cruce obiit, & deinde resurrexit, nobis adhuc jejunandum est. Ita Sanctus ostendit, non posse à Christianis secundum leges Ecclesiæ Pascha eodem tempore celebrari cum Judæis, postquam antè ostenderat, Pascha Judaïcum abrogatum esse aquè ac reliquos eorum ritus. Secundò igitur non dicit, Quartodecimanos jejunâsse in Paschate Christianorum, quod numquam fieri poterat, cùm illi Pascha semper haberent ante Christianos; sed dicit, Christianis jejunandum in Paschate, quod illi cum Judæis celebrabant lunâ 14 *mensis Nisan: nam festivitas Resurrectionis ex calculo Christianorum semper celebratur seriùs, nisi error admissus esset in calculo. Ceterùm ex allegatis verbis ulteriùs liquet, Orationem istam esse dictam anno* 387, *quo primus dies Azymorum cadebat in Dominicum, & quo consequenter Judæi Pascha erant celebraturi totâ hebdomadâ ante Christianos.*

Quartodecimanorum rationes recitat & refellit Sanctus,

263 *Audiamus modò, quam consuetudinis suæ rationem allegarent Quartodecimani, & quo eam modo refutet Sanctus, agnoscens tamen, eam consuetudinem celebrandi Pascha eodem die cum Judæis aliquando etiam Antiochiæ viguisse.* Quis porrò sapiens est illorum sermo ? *ait num.* 3 : Vos, inquiunt, nonne hoc jejunium antea observabatis ? Hoc verò tuum non est mihi dicere : sed hoc ipse tibi jure dixerim, nos quoque sic antea jejunâsse, verumtamen temporum observationi præferendam concordiam censuisse. *Quàm id fuerit æquum, probat exemplo Apostoli, Veteris Legis ritus abjicientis, & ulteriùs ex decreto concilii Nicæni de Paschate, ita prosequens:* Trecenti Patres vel etiám plures, cùm in regione Bithyniæ convenissent, hæc decreverunt, *scilicet ut Pascha fieret eo tempore, quo illud celebrant Christiani. Et post magnificum Nicænorum Patrum elogium,* Atqui, *inquit,* ex his athletis collecta tum fuerat synodus universa, communique definitione fidei hoc quoque decreverunt, ut simul unoque consensu festum istud celebraretur... Vide, quid agas, dum tantos Patres condemnas, adeo fortes, adeoque sapientes. *Addit mox alia argumenta contra ritus Judaïcos, respondet ad objectionem petitam ab exemplo Christi, qui Pascha cum Judæis celebravit, docet quid sit verum Christianorum Pascha, quare institutum sit quadraginta dierum jejunium, ac demum ostendit verbis jam datis non posse Pascha Christianorum concurrere omnino cum Judaïco.*

AUCTORE J. S.

eosque hortatur ad concordiam cum Ecclesia ineundam.

E

264 *Mox hortatur, ut malam deponant consuetudinem, ita loquens num.* 6 : Ne igitur contendamus, neve illud dicamus : Tanto tempore jejunavi, & nunc morem mutabo ? Propter hoc ipsum muta, quòd tam multo tempore fueris ab Ecclesia divisus : ad matrem deinceps revertere... Est enim pudor & ignominia non in melius mutari, sed in importuna contentione persistere. Hoc Judæos etiam perdidit, qui dum veterem consuetudinem semper inquirunt, ad impietatem devolvebantur. *Hisce multa subdit de bono concordiæ & discordiæ malo, multa contra observationem rituum Judaïcorum, quos abrogatos docet,* quemadmodum demonstravimus, *inquit,* cùm hac de re multi habiti fuerint à me sermones (*nimirum contra Judæos circa Septembrem anni* 386) sed unum id quæro, ut in pace concordiaque cuncta faciamus, ne dum nos jejunamus ac populus omnis, & preces pro terrarum orbe fundunt sacerdotes (*in hebdomada sancta*) tu ebrietati domi vaces. *Hîc eos reprehendit non jejunaturos, sicut ante jejunaturos reprehenderat, nimirum quia quadragesimale jejunium inchoabant ante Ecclesiam, ante Ecclesiam finiebant. Hoc ipsorum schisma gravissimis verbis reprehendit usque ad finem Orationis.*

F

Habita est illa Homilia aliquot diebus ante Quadragesimam anni 387.

265 *Ceterùm, quod spectat ad tempus Orationis habitæ, omnia insinuant, dictam esse octo, ut minimum diebus ante Quadragesimam anni* 387. *Etenim illo anno, ut diximus, prima dies Azymorum erat Dominica. Illo anno* Chrysostomus *perrexerat mense Februario impugnare Anomœos, seu concionari* de Unigeniti gloria, *ut se feciisse eo tempore hujus Orationis initio dicit. Quod hinc argumentum sumit Montfauconus, ad figendam hanc Orationem circa Septembrem anni* 386, *prorsus ineptum est. Nam mense Septembri contra Anomœos non dixit* Chrysostomus ; *sed contra eos primam Homiliam habuit ante Septembrem ; reliquas diu post, videlicet Novembri & Decembri, ac demum Februario : neque enim illa certamina, licèt sæpè interrupta, omnino deposuisse videtur, nisi post ortam seditionem Antiochenam, quæ aliam concionandi dedit materiam. Æquè ineptum est aliud ipsius argumentum, ex hac ipsa Oratione petitum, & ex Oratione in Natalem Domini, ubi dicit se mense Septembri* multos prolixosque sermones contra Judæos *habuisse. Nam de illis in hac ipsa Homilia mentionem facit ut de diu præteritis. Demum ex dictis colligitur, lan-*

AUCTORE J. S.

laudatam Homiliam esse habitam sub finem Februarii aut Martii initium : cùm Paschа incideret in XXV *Aprilis , & Quadragesima sex constaret hebdomadis , ut postea certis evincam argumentis , Quartodecimani verò unâ hebdomadâ citiùs Quadragesimam inchoare vellent , sive* VII *aut* VIII *Martii.*

Liber contra Judæos & Gentiles

266 *Ab hac Homilia , quam contra Judaïzantes in tempore Paschali habuit , transeo ad alias , quibus alia Judæorum festa & jejunia imitantes corrigere Sanctus voluit. Sunt ea numero quinque , omnes contra Judæos dictæ , omnes circa Septembrem anni verisimiliter* 387 *, ut rectè advertit & ostendit Montfauconus in Monito pag.* 586. *Sanctus porrò hisce Homiliis insignem præmisit librum ,* contra Judæos & Gentiles *conscriptum , ad probandum ,* quòd Christus sit Deus. *Editus hic est apud Montfauconum tom.* I *pag.* 558 *, conscriptumque ante quinque illas Homilias , ostendit Montfauconus ex verbis , quæ circa finem leguntur pag.* 582 *:* Daniël autem hæc omnia apertè narrat ; universa nempe tollenda esse , hostiam , libamen , unctionem , judicium. Verùm hæc , quando adversus Judæos sermonem instituemus , clariùs fusiúsque explicabimus. *Quod hîc*

B *ostensurùm se promittit , insigni prorsùs modo ostendit in quinque illis Homiliis. Itaque* Chrysostomus , *qui anno* 386 *contra Judæos in arenam descenderat ex occasione num.* 243 *relata , deinde magis paratus & instructus ad certamen regressus est , ac librum præmisit satis prolixum , quo Judæos simul & Gentiles Christi divinitatem doceret. Hunc librum pro concione non dixit , sed solùm dedit legendum , ut patet ex prolixitate modoque scribendi.*

ad ostendendam Christi Divinitatem.

267 *Porrò Sanctus præfatur , se brevitatis curam habiturum , eoque usurum stylo sine lenociniis ,* ut *dicta sua* famulo , ancillæ , viduæ , institori , nautæ & agricolæ captu facilia sint *futura.* Primùm autem , *inquit ,* cum Gentilibus manus conseram. *Contra hos verò utitur argumento conversi per Christum ejusque discipulos orbis terrarum , repugnantibus frustra tyrannis , regibusque & imperatoribus. Tum incipit contra Gentiles & Judæos ostendere , omnia , quæ ad Christum spectant , in Veteri Testamento prædicta esse , videlicet futurum Deum , & hominem nasciturum in Bethleem , ceteraque ordine , non modò de Chri-*

C *sto , sed etiam de Ecclesia , de Apostolis , de Judæorum pertinacia & miseriis. Addit prædictiones Christi , Apostolorum gloriam , destructionem templi Judaici , frustratumque Juliani Apostatæ conatum ad illud instaurandum. Plura in ipso Opere legi possunt.*

Tum rursus contra Judæos concionari incipit ,

268 *Post editum hunc librum contra Judæos & Gentiles , quod fieri potuit mense Augusto aut initio Septembris , eodem mense primam ex quinque ultimis , sive quartam contra Judæos Orationem , propter instantia eorum festa , habuit* Chrysostomus , *eamque pag.* 616 *sic inchoavit :* Rursus infelices illi , mortaliumque omnium miserrimi Judæi jejunaturi sunt : rursus Christi gregem muniamus necesse est. *Et post pauca :* Nec mirum vobis videatur , si , cùm jejunium illud post decem & eo ampliùs dies venturum sit , nos ab hoc statim tempore munimus & armamus animas vestras. *Tum hujusce rei rationem reddit , ac deinde multis ostendit , impium Deique voluntati contrarium esse Judæorum jejunium , rituque eorum abrogatos. Attamen num.* 7 *dicit :* Hodie solùm eminus in illos jaculis velitati sumus , tantum loquuti , quantum satis erat ad depellendum periculum à fratribus nostris , imò multo etiam ampliùs. *Hæc sanè verba promittunt alteram contra Judæos Orationem , ad quam audiendam magna confluxit multitudo. Nam illam , quæ quinta est contra Judæos , pag.* 627 *exorditur his verbis :* Unde nobis hodie frequentior conventus factus est ? Ad efflagitandum , quod polliciti sumus , planè conveniistis ... Benedictus Deus , qui vobis tantum audiendi spirituales sermones inspiravit ardorem .... Quam ob rem & nos quoque propensiore studio , quod polliciti sumus , aggredimur ; & quæ promisimus , libentissimè præstamus. Itaque pugna nobis cum Judæis susceptа exitum , quem debuit , sortita est. Tropæum erectum est , & corona nobis parta est , & bravium ex superiore concione reportavimus. Siquidem hoc susceperamus agendum , ut demonstraremus quòd ea , quæ nunc fiunt ab istis , sint quædam transgressio Legis prævaricatioque , nec aliud quàm hominum adversus Deum commissa pugna bellumque : idque Deo auxiliante nobis accuratissimè demonstratum est. *Deinde prolixissimam disertissimamque Orationem continuat ad Judæos ulteriùs confutandos.*

D

E

nec vocis raucitate nec festo Martyrum ,

269 *In sequenti Oratione , adversus Judæos sexta , pag.* 649 *docet , ipso certamine contra Judæos sibi ardorem eos refutandi crevisse , mox tamen subjungens :* Sed quid faciam ? Videtis mihi vocem factam imbecilliorem , quæ tantæ sermonis rursum prolixitati par esse non possit , idemque mihi nunc accidere , quasi si quis miles , concisis aliquot ex hostibus , magnoque animo impressione facta in hostium condensatam aciem , pluribus prostratis , mox fracto gladio consternatus ad suos sese referat .... Quid igitur ? Fugiemus & nos ? At non permittit hoc vestræ caritatis tyrannis. Vereor & patris * præsentiam , & vestram vereor alacritatem : proinde ea , quæ supra vires sunt , aggrediar , omnia committens & precibus hujus & caritati vestræ. *Addit excusationem , quòd in festo Martyrum contra Judæos , & non in laudem Martyrum peroret :* Nam & ipsis martyribus , *inquit ,* hic sermo est exoptatior. *Pauca tamen de martyribus breviter perstringit , ac deinde prolixam contra Judæos Orationem prosequitur. Hanc porrò Orationem non fuisse habitam ante annum* 387 *, liquet ex iis , quæ leguntur pag.* 659 *de statuis Antiochiæ dejectis : nam id ante Quadragesimam anni* 387

F *contigisse videbimus. In fine demum hujus Orationis innuit , habitam esse tempore jejunii Judæorum.*

* *i. e.* episcopi Flaviani

hanc interrumpens disputationem ,

270 *Non multò post secuta est sequens Oratio , contra Judæos septima , circa festum Tabernaculorum , aut fortasse in illo ipso Judæorum festo , ut liquet ex initio , quod tale est pag.* 662 *:* Num vos pugnæ hujus cum Judæis susceptæ satietas cepit ? An vultis ut rursus hodie quoque materiam eamdem tractemus ? Quamquam enim multa sint jam dicta : attamen arbitror vos sic affectos , ut cupiatis iisdem de rebus iterum audire. Etenim qui non satiatur amore erga Jesum , is nec umquam satiabitur pugnâ adversus eos susceptâ , qui Jesum oderunt. Præterea autem nobis hic sermo necessarius est : supersunt enim adhuc festorum Judæorum reliquiæ. Sed quemadmodum eorum Tubæ * multò sceleratiores erant iis , quæ sonant in theatris , & jejunia quavis ebrietate & comessatione erant turpiora : ita & Tabernacula , quæ nunc apud illos figuntur , nihilo sunt honestiora diversoriis , in quibus scorta versantur ac tibicinæ. *Ubi horum dictorum rationem reddi-*

i. e. festum Tubarum

derat ,

A derat, & Judaïcarum cæremoniarum abrogationem multis oſtenderat, omnes graviſſimè hortatur, ut cohibeant accurrentes ad feſta Judaïca: Propter hoc enim, inquit pag. 671, nos tantum laborem ſuſcipimus; non ut fruſtra loquamur, neque ut plauſum ſtrepitumque referamus; ſed ut avulſos ad viam veritatis reducamus.

ſed cœptam anno 386 *perficit anno* 387.

271 *Octava demum & ultima Oratio, quæ* adverſus Judæos *inſcribitur apud Montfauconum pag.* 673, *aliquot diebus poſt feſta Judæorum dicta eſt, cùm tale habeat initium:* Præteriit jejunium Judæorum, imò potiùs ebrietas Judæorum. *Attamen hæc Oratio non eſt propriè habita contra Judæos, de quibus pauca tantùm, maximè initio, dicuntur; ſed tota ferè ſpectat ad mores corrigendos, ſublevandoſque eos, qui in feſtis Judæorum erant lapſi. Horum peccata Sanctus vult corrigi, non vulgari. Nunc pauca de tempore harum Orationum, in quibus mirificè elucet Sancti zelus. Obſervavi num.* 269, *ſextam non poſſe figi ante annum* 387; *omnes verò conſequenter fuiſſe dictas, liquet ex connexione. Itaque cùm ſciamus,* Chryſoſtomum *anno* 386 *circa menſem Septembrem cœpiſſe concionari contra Judaïzantes*

B *& Judæos; cúmque jejùnia eadem feſtaque Tubarum & Tabernaculorum in hiſce rurſum Orationibus impetat; dubitare vix poſſumus, quin cœpta anno* 386 *perficere voluerit anno* 387.

menſe Septembri & Octobri.

272 *Has igitur quinque ultimas inchoavit menſe Septembri, finivitque circa aut poſt medium Octobrem. Omnes fuiſſe dictas* minùs quàm viginti dierum ſpatio, *ait Montfauconus pag.* 586. *At id ego invenire non poſſum. Magis credo, menſem ferè totum iis fuiſſe inſumptum. Etenim quatuordecim dies ſunt inter feſtum Tubarum, quod* 1 *die menſis Tiſri, & Tabernaculorum feſtum, quod die* XV *celebratur. Judæi autem jejunare incipiunt ante feſtum Tubarum. Hinc clarum eſt, primam ex hiſce Orationibus habitam eſſe decem dies, ut minimùm, ante feſtum Tubarum. Ultima verò habita eſt, abſoluto aliquot diebus feſto Tabernaculorum. Qui modò computum inire voluerit, inter primam & ultimam facilè inveniet triginta ferè aut plures dies intermedios. Ceterùm rogare quis poterit, qua de cauſa, conciones contra Judæos anno* 386 *ſub finem Auguſti cœptas dixerim; anno autem* 387 *earum initium removeam uſque ad medium ferè Septembrem? Reſpondeo, feſta Ju-*

C *dæorum multo citiùs inchoata fuiſſe anno* 386 *quàm anno* 387, *ut colligitur ex Paſchate utriuſque anni. Nam quantò ſeriùs celebratur Judæorum Paſcha, tantò etiam ſeriùs reliqua eorum feſta.*

§ XXI Homiliæ de Anathemate, de Natali Chriſti, & aliæ quædam ſub finem anni 386 & initium 387 habitæ.

Homilia de Anathemate, anno 386 *habita,*

QUandoquidem *recenſui pleraque ſcripta* Chryſoſtomi, *quæ ſcimus anni eſſe* 386, *& aliqua etiam anni* 387 *ob connexionem cum præcedentibus; agendum modò reſtat de aliquot Homiliis ſub finem anni* 386 *& priores menſes ſequentis anni dictis. Inter has primo loco memoranda venit Homilia* de Anathemate, *ſive* de non ana-

thematizandis vivis vel defunctis. *Ea tom.* 1 *pag.* 691 *ſic inchoatur:* Nuper vobis de incomprehenſibilis cognitione Dei diſſerens, multa verba feci, ac tum Scripturarum vocibus, tum naturalibus ratiociniis demonſtravi, etiam ipſis inviſibilibus virtutibus inacceſſam prorſus eſſe Numinis comprehenſionem *&c. Hæc verba omnino evincunt, Homiliam illam fuiſſe habitam, quando de incomprehenſibili natura Dei contra Anomœos perorabat Sanctus. Ex quinque autem Homiliis, quas de eo argumento dixit* Chryſoſtomus, *prima habita eſt menſe Auguſto anni* 386; *aliæ quatuor Novembri & Decembri ejuſdem anni; ita ut dubitandum non videatur, quin menſe Novembri aut Decembri dicta ſit Oratio de Anathemate. Cùm autem dicat, oſtendiſſe ſe, ne angelis quidem comprehenſibilem eſſe Dei naturam, idque præcipuè tractaverit in tertia contra Anomœos Homilia, exiſtimo hanc de Anathemate mediam eſſe inter tertiam & quartam contra Anomœos, ſigendamque menſe Novembri exeunte aut Decembris initio: nam duæ aliæ contra Anomœos ſecutæ ſunt ante* XX *ejuſdem menſis, & fortè etiam aliæ.*

AUCTORE J. S.

E

exponitur breviter, qua occaſione de iſta materia

274 *Nonnemo dubitavit, an memorata Homilia legitimus ſit* Chryſoſtomi *fœtus. At illam dubitationem ſatis refutavit Montfauconus in Monito prævio. Tillemontius quoque Notâ* 106 *ſuſpicatur, initium huic Homiliæ aſſutum eſſe, & ſeriùs dictam eſſe Homiliam, cujus hanc ſolùm partem fuiſſe exiſtimat. Verùm ſuſpiciones illas refutat ſimiliter Montfauconus: neque enim ullam hiatûs aut lacunæ cujuſpiam indicium in tota reperitur Homilia; neque tam brevis hæc eſt, ut variæ non reperiantur breviores. Ut lector argumentum Tillemontii intelligat, breviter exponendum eſt, qua de re agat Sanctus. Diviſi erant Antiochiæ Catholici, & pars qualibet ſuum habebat epiſcopum, ut latiùs exponetur § 42: Euſtathiani habebant Paulinum, eique defuncto ſubſtituerant Evagrium. Meletiani, qui antè Meletium erant ſecuti, tunc epiſcopum habebant Flavianum. Ad hoſce loquitur* Chryſoſtomus: *hos acriter reprehendit, quòd Paulini ſectatores imperitè ac petulanter damnarent, cenſuriſque in eos gravibus uterentur, ita ut illos non minùs quàm Apollinarii ſequaces anathemate ferirent. Quàm temeraria eſſet hæc inconſulta multitudinis levitas, pluribus exponit Sanctus, illamque te-* F *meritatem graviter reprehendit. Imò etiam reprehendere videtur illos, qui Apollinariſtæ, quorum epiſcopus Antiochiæ erat Vitalis, inconſulto illo anathemate feriebant. Nam, licèt illi revera eſſent hæretici, malebat Sanctus, ut ſuavi charitate ad Eccleſiam reducerentur, quàm ut ſine ullo emolumento magis exacerbarentur: & vel maximè timere poterat, ne imperiti Catholicos pro hæreticis anathematizarent.*

egerit Sanctus, & quos carpat defectus.

275 *His breviter expoſitis, ſubjungo locum obſcurum, cujus causâ Tillemontius exiſtimat, Homiliam poſt mortem Paulini Euſtathianorum Catholicorum epiſcopi fuiſſe habitam.* Sed quid dicunt illi ad omnem malitiam audaces? Hæreticus, aiunt, ille factus eſt: inhabitantem habet diabolum, & loquitur contra Deum nequitiam, multoſque ſuadelâ vanâque fallaciâ in profundum exitii abducit: ideoque à patribus ejectus eſt maximè hujus magiſter, qui partem Eccleſiæ abſcidit, ſic aut propter Paulinum, aut propter Apollinarium loquentes. Nam de horum ſingulorum differentia, ſermo *multis novitatis notam pulcrè effugit, errorem in penetralibus præjudi-

* λόγος *al.* ratio

AUCTORE J. S.

catæ opinionis invaluisse arguens. *Leguntur hæc num.* 3, *creditque Tillemontius, Paulinum in verbis istis ut mortuum memorari, & ut magistrum illius, quem viventem anathematizabant. Verùm nec Montfauconus allegata verba sic intellexit; neque ego existimo, ea sic legitimè exponi posse. Magis credo, Apollinarium vocari magistrum Paulini: nam illius dogma revera diu erat damnatum, atque ipse quoque Apollinarius in concilio Constantinopolitano. Calumniabantur igitur Meletiani aliqui Paulinum, acsi factus esset Apollinarista, multosque seduceret; idque acriter reprehendit* Chrysostomus, *& meritò sanè: nam Paulinus probè erat Catholicus, iisque Catholicis præerat episcopus, qui numquam cum Arianis communicaverant. Fortè ex Catholicis Meletianis aliqui ad Paulini ecclesiam transiverant: fortè etiam Apollinaristæ aliqui redierant ad Paulinum. Primum exacerbare poterat Meletianos; alterum calumniæ occasionem dare. Quidquid sit vivebat Paulinus; & totum argumentum Tillemontii non nisi vitiosa obscuri loci interpretatione nititur.*

B *Homilia in Natalem Domini, habita ad festivitatem illam,*

276 *Eodem anno habita est Homilia in Natalem Domini nostri Jesu Christi, quæ dicta est die* XXV *Decembris, impressaque apud Montfauconum tom.* 2 *pag.* 354. *Propositum* Chrysostomi *in illa Homilia erat, populo Antiocheno persuadere, Christum revera natum* XXV *Decembris, ideoque festivitatem meritò institutam eo die apud Antiochenos, quo Romæ & in Occidente* multò antè, & ex antiqua traditione *celebrabatur, ut affirmat pag.* 355. *Romani* ad nos usque, *inquit*, illius notitiam nunc transmiserunt. *Nova illa institutio, non omnibus probabatur Antiochenis.* Nam multos, *inquit*, etiam nunc inter se de eo ipso disceptare probè novi: & hos quidem illum reprehendere, alios defendere: multus ubique de hoc die sermo, partim incusantium, quasi novus sit, partim eumdem propugnantium, tamquam antiquum ac vetustum, cùm & olim nativitatem ejus prophetæ prædixerint, & jam inde à primordio ab ipsa Thracia Gades usque incolentibus manifestus & celebris fuerit.

recenter Antiochiæ institutam, populo magis probandam.

C

277 *Itaque cùm hæ disceptationes amantem concordiæ, tum ipsa festivitatis dignitas Virum Christi amantissimum excitârunt, ut hac Homilia & festivitatem ipsam & concordiam de ea stabilire conaretur apud Antiochenos. Novitatem institutionis agnoscit, dicens:* Nondum decimus annus est, ex quo hic ipse dies manifestè nobis innotuit. Attamen, perinde acsi jam olim à multis annis nobis traditus esset, ita operâ vestrâ celebratus inclaruit .... Agedum igitur de hisce sermonem exordiamur. Si enim hic ipse dies adhuc in disceptatione positus tanta animi vestri propensione fruitur; utique, si notior atque adeo manifestus evadat, haud dubiè longè majorem hujusce studii vestri fructum percipiet. *Ex hisce liquet, cur* Chrysostomus *ostendere studuerit, Christum Dominum die* XXV *Decembris natum. Eo die dictam esse Homiliam, ex ipsa clarissimè patet. Habitam autem anno* 386, *colligitur ex iis, quæ dicit num.* 7: Ad quod nuper vos cohortatus sum, ad id etiam nunc, & in posterum semper vos cohortari non desistam. *Tum sequitur exhortatio, ut dignè accedant ad divina Mysteria, sive ad sacram communionem, qualis etiam reperitur in Oratione de S. Philogonio, quæ dicta erat* XX *Decembris anni* 386, *ita ut hanc omnino videatur designare, præsertim cùm ibi jam multa dicere cœpisset de festo Nativitatis. Videri* D *potest ea Homilia tom.* 1 *pag.* 497 *& seq.*

Homilia in abutentes verbis Apostoli,

278 *Circa idem tempus, quo Natalem Domini celebravit Sanctus, Homiliam habuit contra quosdam non rectè de fide sentientes, & abutentes illis Pauli verbis,* Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntiatur *&c. Edita est prædicta Homilia apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 300, *ubi tale habet initium:* Cùm nuper Pharisæi & Publicani mentionem faceremus, ac duos currus ex virtute & ex vitio jungeremus, utrumque ostendimus, quantum sit in humilitate lucri, & quantum in arrogantia damni. *Hæc verba, ut rectè observavit Montfauconus, clarissimè designant Homiliam quintam contra Anomœos, in qua sub finem ad humilitatem hortatur, sicut initio hujus, & ubi tom.* 1 *pag.* 489 *sic loquitur:* Ut autem discas, quantum bonum sit non altum sapere, duos finge currus, junge justitiam cum arrogantia; & peccatum cum humilitate *&c. Deinde adducit Pharisæum & Publicanum, ac utroque loco ostendit, Publicanum, licèt aliàs peccatorem, à Deo præpositum fuisse Pharisæo bona opera jactanti. Itaque cùm quinta illa Homilia contra Anomœos figenda sit mense Decembri, & saltem aliquot diebus ante* XX *Decembris, ut ostendi num.* 249, *hæc rectè figitur circa Nativitatem Domini, & verisimillimè inter Nativitatem & initium anni sequentis.* E

in qua humilitas multùm commendatur & Paulus extollitur.

279 *In hac porrò Homilia Sanctus ostendit malum superbiæ, & contrà humilitatis bonum.* Philosophiæ quippe nostræ fundamentum est humilitas, *inquit pag.* 301. Etsi innumera sursum ædifices, etsi eleëmosynam, preces, jejunium, omnesque virtutes congeras, nisi eam pro fundamento posueris, omnia frustra & incassum ædificâsti, citóque corruent, perinde atque ædificium illud super arenam exstructum. Nullum quippe opus bonum non illâ eget, nullum sine illa stare poterit *&c. Deinde allegata Pauli verba sumit exponenda, ostenditque illa hæreticis prodesse non valere. Hac autem occasione laudes S. Pauli Apostoli, cujus verba exponebat, latè prædicandas sibi sumpsit, ita ut hæc sit pars magna illius Homiliæ. Pauca accipe:* Quis enim non tum obstupescebat, *inquit pag.* 306, virum cernens catenâ constrictum? Tùm maximè dæmones fugiebant, cùm viderent eum in carcere degentem. Neque enim diadema regium caput perinde conspicuum facit, atque catenæ manus illius, non quidem suapte naturâ, sed per gratiam in ipsis efflorescentem. Hinc magna consolatio discipulis. Videbant enim corpus vinctum, linguam verò minimè ligatam; manus ligatas, sed verbum solutum, quod velociùs quàm solaris radius totum mundum percurreret *&c. In fine Orationis eleganter hortatur ad preces perpetuò fundendas.* F

Post hanc Homilia in Kalendas primo die anni 387 *dicta;*

280 *Porrò eximiæ laudes S. Pauli, quæ reperiuntur in præcedente Homilia, probabilem mihi rationem suggerere videntur, ad Homiliam Sancti* in Kalendas *inscriptam, quæ prima die anni Romani, seu prima Januarii habita fuit, figendam post præcedentem, sive Kalendis Januarii anni* 387. *Etenim in hac Homilia, impressa tom.* 1 *pag.* 697, *sub initium* Chrysostomus *ita loquitur:* Nuper autem cùm beatum Paulum encomiis celebraremus, ita exsultavistis, quasi ipsum præsentem vidissetis .... Volebam autem in idem quoque argumentum hodie descendere, sed ad alia quædam, quæ magis urgent, oratio nostra

AUCTORE J. S.

A noſtra provehitur, in quibus à tota hodie civitate peccatur. Eos enim, qui laudes Pauli audire cupiunt, priùs virtutis Pauli æmulos eſſe oportet, & hujuſmodi concione dignos. *Multa ſimul perſuadent, ut credam* Chryſoſtomum *hîc loqui de Homilia præcedente. Nam primò tam multa ibi tamque præclara de S. Paulo dixit, ut vix plura de eo dixiſſe videatur in ulla concione, in iis etiam, quas deinde unicè ad celebrandum S. Paulum habuit. Secundò agnoſcunt adverſarii, præcedentem Homiliam eſſe dictam non diu ante Kalendas Januarii, quod oſtendi nequit de ulla alia in laudem S. Pauli dicta. Tertiò ipſa materia Homiliæ ſuſpicionem noſtram auget; nam* Chryſoſtomus *primo prædicationis anno præcipuè intentus fuit ad peſſimas quaſlibet conſuetudines concionibus ſuis exſcindendas, ac totas Homilias in eum finem compoſuit: poſtea verò magis ſtuduit ejuſmodi abuſus in parte aliqua Homiliarum ſuarum reprehendere, & ſacrarum Litterarum expoſitionem ſimul proſequi.*

B *ad tollendos illius diei abuſus, ex gentilitia ſuperſtitione ortos.*

281 *Hermantius credidit*, Chryſoſtomum *fuiſſe locutum de Homilia contra Anomœos, in qua exponitur petitio filiorum Zebedæi. Tillemontius illam aſſignavit, cui tom.* 3 *pag.* 211 *titulus eſt*, Quales ducendæ ſint uxores. *Verùm in utraque breviter tantùm laudatur Paulus; & prior dicta eſt diu poſt Kalendas Januarii, imò probabiliùs menſe Februario: de altera ne quidem ſcitur, Antiochiæ habitam eſſe. Montfauconus in Monito prævio pag.* 966 *illorum conjecturam rejicit, exiſtimatque à Sancto inſinuatam fuiſſe unam ex illis Homiliis, quarum* hypotheſis ſeu argumentum erant Pauli laudes. *At non dicit* Chryſoſtomus, *ſe ſolas Pauli laudes pro argumento Homiliæ habuiſſe; nec ſcimus, an ulla ex illis Homiliis dicta ſit paulò ante Kalendas Januarii, neque id admodùm veriſimile eſt, cùm eo tempore nulla celebretur S. Pauli feſtivitas. Quapropter magis exiſtimo, deſignatam Homiliam mox dictam de verbis & laudibus Apoſtoli; & conſequenter Homiliam in Kalendas refero ad primum diem anni* 387. *Sanctus in illa Homilia ſermonem fortiter dirigit contra profanos ritus, Kalendis Januarii exerceri ſolitos, partimque gentilitios, partim ex gentilium ſuperſtitione relictos.* Fidentes igitur, *inquit pag.* 698, in pugnam procedamus. Nam & nobis hodie bellum indictum eſt, non Amalecitis invadentibus, ... aut aliis barbaris incurſantibus; ſed dæmonibus pompam in foro ducentibus. Diabolicæ enim pernoctationes, quæ hodie fiunt, & cavillationes & convitia, & ſaltationes nocturnæ, & ridicula hæc comœdia quovis hoſte deteriùs civitatem noſtram captivam faciunt *&c. Hæc aliaque vitia ibi ſic reprehendit Sanctus, ut eâdem operâ egregias doceat virtutes.*

C *Sequenti die Sanctus dicteria quorumdam*

282 *Die ſequenti Sanctus habuit Homiliam, quæ etiam ſequitur apud Montfauconum pag.* 707, *atque in ipſo titulo dicitur* poſtridie Kalendas Antiochiæ habita. *Initium hoc eſt:* Heſternum diem, cùm eſſet feſtum ſatanæ, feciſtis feſtum ſpiritûs, quia multo cum animi ſtudio recepiſtis ea, quæ à nobis dicebantur. *Et pag.* 708: Age itaque & hodie adverſus ebrietatem armemus linguam, iſtamque vitam madidam ac diſſolutam proſternamus... Quòd ſi poſt noſtram etiam admonitionem in iiſdem vitiis perſeveraverint, ne ſic quidem nos deſiſtemus illis, quod rectum eſt, conſulere... Siquidem hæc lex nobis, qui ſacri ſermonis adminiſtrationem ſuſcepimus, à benigno præſcripta eſt Deo, ne umquam, quod quidem in nobis fuerit, facere defatigemur. *Tum profert Jeremiæ exemplum, non ſilentis, etſi quorumdam dicteriis impeteretur; & mox ſubdit:* Meo quidem ipſius animo perſuaſi,... ſive quis attendat, ſive non attendat, facere ea, quæ præcipiuntur. Verùm quoniam ſunt nonnulli, qui multorum manus diſſolvunt, neque contenti, quòd ipſi nihil utilitatis afferunt vitæ noſtræ, etiam aliorum ſtudium ac fervorem refrigerant ſannis ac dicteriis, dum aiunt, Deſine bene conſulere, deſine monere: nolunt tibi auſcultare: ne quid ſit tibi cum illis commercii. Quoniam ergo ſunt quidam iſta loquentes, inhumanam hanc ſententiam, inſidiaſque diabolicas excutere volens è multorum animis, pluribus hac de re diſſero. *Pergit Sanctus referre dicteria quorumdam, qui viderant aliquos cauponam ingreſſos, poſtquam in concione fuerant; oſtenditque ſermonem ſuum idcirco non caruiſſe fructu; & demum, ſi fructu caruiſſet, ſibi lucrum ſermonis non defuturum.*

283 *Hæc dicteria videntur excitâſſe* Chryſoſtomum, *divino fervore plenum, ad contexendam longiſſimam Homiliam, & totam ad mores corrigendos tendentem, qualis hæc eſt, cùm ut exemplo ſuo non minùs quàm verbo auditores doceret, ne ob quorumdam dicteria à bene moncndo deſiſterent; tum ut pernicioſis iſtis nugatoribus ſpem omnem adimeret. Hac veriſimiliter de cauſa parabolam divitis epulonis & pauperis Lazari, molliſſimos etiam animos percellere natam, tractare cœpit in hac Homilia num.* 6, *ubi ſic habet:* Heri quidem Paulum illis oppoſuimus dicentem: Sive editis, ſive bibitis, ſive aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. (*Vide hæc verba in Homilia in Kalendas pag.* 706.) Hodie verò ipſum Pauli Dominum illis proferemus, non modò conſulentem aut monentem à deliciis abſtinere; verùm etiam inſultantem ac punientem eum, qui in deliciis vixerat. Nam hiſtoria de divite *nihil aliud quàm hoc declarat, ac Lazaro, deque iis, quæ utrique acciderunt. *Hîc igitur Sanctus hiſtoriam aut parabolam illam ſuè pertractare incepit, ut à deliciis deterreret, ac ſermonem tamdiu produxit, ut longa eſſet Homilia, etiamſi abſciſſa eſſent anteriora omnia, quæ mediocrem Homiliam facere poſſunt.*

*de divite ac Lazaro &c. nihil aliud &c.

ſecunda & tertia de Lazaro Homilia

284 *Porrò non contentus fuit Sanctus unica hac de Lazaro & divite concione; ſed poſt aliquot dies de eadem materia addidit alteram, deinde & tertiam & quartam, ut liquet ex ſingularum initiis.* Admiratus ſum caritatem veſtram, cùm nuper de Lazaro verba facerem, quòd & pauperis illius tolerantiam laudâſtis, & divitis immanitatem inhumanitatemque deteſtati eſtis, *inquit ſecundam exordiens. Et mox:* Quoniam igitur multa cum animi benevolentia ſermones illos excepiſtis, age, quæ reſtant, etiam vobis perſolvamus. *Tum ſubnectit multa documenta, præſertim ad mores ſpectantia, quæ ex allegata de Lazaro parabola hauriri poſſunt, ac num.* 3 *declarat, quàm ſit alienus à plauſibus audientium, dicens:* Multo majorem vobis habeo gratiam pro ſilentio, quàm pro plauſibus: propterea quòd plauſus quidem ac laudes me faciunt ſplendidiorem, ſilentium verò hoc vos reddit modeſtiores. Novi quòd hæc, quæ dicuntur, moleſta ſunt: verùm multum lucri & inenarrabilem fructum afferunt. *Hæc utilitas permovit ſacrum Oratorem, ut tertiam adderet de Lazaro Homiliam, quam pag.* 736 *ſic orditur:* Haudquaquam mediocrem nobis utilitatem attulit de Lazaro parabola, cùm

AUCTORE J. S.

divitibus tum pauperibus, ut quæ hos quidem docuerit facilè perferre inopiam, illos verò non passa sit efferri, sibique placere ob divitias... Age igitur & hodie denuo tractemus idem argumentum. *In hac autem Homilia multùm hortatur ad lectionem sacrarum Litterarum, aliaque tradit documenta moralia.*

deinde verò S. Babylam, ac mox etiam SS. Juventinum & Maximinum celebrat.

285 *Post tres Homilias de parabola divitis & Lazari, illud argumentum necdum deseruit* Chrysostomus, *sed festa martyrum, nimirum S. Babylæ episcopi Antiocheni* XXIV *Januari, & SS. Juventini ac Maximini martyrum eodem mense occurrentia, Sancto persuaserunt, ut quartam de Lazaro Homiliam ea de causa differret. Exstat Homilia de S. Babyla apud Montfauconum tom. 2 pag.* 531, *atque hoc habet exordium:* Volebam equidem hodierno die debitum reddere, quod nuper vobis, cùm hîc essem, promisi. Sed quid faciam? Beatus Babylas interveniens apparuit, & ad se ipsum nos vocavit. *Exstat ibi quoque Homilia de SS. Juventino & Maximino, non diu pòst secuta, cùm ita inchoëtur pag.* 578: Nuper beatus Babylas cum tribus pueris nos hîc congregabat: hodie verò par sanctorum militum

B in acie exercitum Christi constituit. Nuper quadriga martyrum, hodie biga *&c. Licèt verisimiliter pluribus vicibus de Sanctis illis dixerit* Chrysostomus; *verisimillimum tamen est, duas hasce Orationes invicem secutas, quia in posteriore de Juliano Apostata mentionem faciens, hæc verba adjungit:* De quo & nuper pluribus à me dictum est. *Nam revera de Juliani impietate multa leguntur in Homilia de S. Babyla.*

Homilia quarta de parabola Lazari & divitis.

286 *Æquè est verisimile, duas illas esse Homilias, quarum causâ quartam de Lazaro distulit Sanctus. Hujus initium tom.* 1 *pag.* 751 *ejusmodi est:* Quod supererat de Lazari parabola, necessum est ut persolvamus hodie. Nam vos fortasse creditis totum nobis absolutum esse. Atqui ego non utar ad fallaciæ occasionem vestra ignorantia, neque priùs desistam, quàm totum, quod mihi visum est, tractavero.... Oportebat quidem superiore conventu debitum hoc dissolvisse. Verùm non existimavimus esse tutum, beati Babylæ & bigæ sanctorum martyrum, qui post illum occurrerant, præclara gesta præterire: eoque distulimus solutionem, differentes in præsentem diem, ut totum debitum dissolvamus *&c.*

C *Debitum hoc non ita clarè, obscurè tamen insinuaverat in Homilia* 3 *pag.* 736, *ubi simul rationem reddit, cur diu eidem argumento insistat, ac futuræ concionis materiam sæpè prædicat, ita loquens:* Proinde ne vobis itidem, quod traditum fuerit, effluat; non confertim vobis inclinavimus doctrinæ poculum, sed in dies aliquot

* vos partiti sumus, passi vobis * interim hisce diebus interquiescere ab audiendi labore, quo simul & ea, quæ deposuimus, sic infigantur animo vestræ caritatis, ut excidere non possint; & ea, quæ dicentur, sedatis ac vegetis mentibus excipiatis. Eóque crebrò vobis prædicimus multis antè diebus argumentum, de quo sumus loquuturi, ut his in medio diebus sumpto libro, perpensâque rei summâ totâ, posteaquam intellexeritis, quid dictum sit, quid restet dicendum, mentem vestram instructiorem reddatis ad audienda, quæ pòst differentur. *Ita curabat Sanctus, ut non modò doceret utilia; sed etiam, ut ea auditorum animis altè infigerentur.*

287 *Hactenus recensui Homilias illas de Lazaro cum iis, quas ipse* Chrysostomus *illis interpositas fuisse docet. Attamen non negaverim, duas alias inter primam & secundam de Lazaro verisimiliter dictas esse. Certè Montfauconus post Tillemontium probabiliter existimat, Homiliam de Epiphania & Baptismo Christi, quam die* VI *Januarii habuit* Chrysostomus, *ad annum* 387 *pertinere. Ratio illorum petitur ex qualicumque similitudine inter hanc Homiliam, quæ legitur tom.* 2 *pag.* 367, *& Homilias non diu antè dictas in S. Philogonium & in Natalem Domini. Nam in tribus illis* Chrysostomus *auditores suos multùm hortatur, ut curent dignè ad divina accedere Mysteria. Quare verisimile omnino est, Homiliam de Baptismo Christi anno* 387 *habitam esse, præsertim cùm aliàs duæ tantùm Homiliæ invenirentur inter diem* 2 *&* XXIV *Januarii. Porrò Homiliam de Baptismo Sanctus orditur morali exhortatione, ut frequentes interfint divinis officiis & concionibus, hunc in modum:* Omnes vos in lætitia hodie, ego verò in mœrore sum solus. Nam cùm in hoc spirituale pelagus oculos meos converto, & immensas Ecclesiæ divitias contemplor, ac deinde perpendo fore, ut cùm primùm solemnitas ista præterierit, multitudo rursus ista resiliat ac discedat, crucior & animi dolore angor; quòd, cùm tam multos liberos pepererit E Ecclesia, non illis itidem in singulis collectis, sed in festo solummodo frui possit *&c.*

Anno 387 *verisimiliter locandæ Homiliæ in Epiphaniam,*

ac postridie in S. Lucianum.

288 *Sequenti die post hanc Homiliam habita est panegyrica illa in S. Lucianum martyrem & presbyterum Antiochenum, quæ impressa est tom.* 2 *pag.* 524. *Clarum id est ex hoc initio:* Quod hesterno die pertimescebam, evenit, & ad effectum jam perductum est: nempe ubi festum præteriit, simul etiam multitudo nobis abscessit, minorque nobis cœtus est factus. Hoc equidem prorsus eventurum sciebam: non tamen idcirco destiti à cohortatione. Licèt enim non omnes morem gesserint, qui hesterna luce audierunt, non tamen omnes etiam non obtemperârunt: neque verò parùm apud nos ad consolationem hoc valet. Quamobrem neque hodierno die ab hac admonitione desistam *&c. Peracta autem exhortatione illa ad frequentandum conciones, de S. Luciano num.* 2 *sic loqui incipit:* Heri itaque Dominus quidem noster aquâ baptizatus est, hodie verò servus sanguine baptizatur *&c. Hæc de duabus istis Homiliis sufficiant. Accedamus igitur ad mensem Februarium, à quo longè non abfuit Homilia quarta in Lazarum superiùs memorata.* F

Homilia contra nimium luctum in funeribus mortuorum:

289 *Post hanc apud Montfauconum tom.* 1 *pag.* 762 *sequitur Homilia* de Dormientibus *in illud Apostoli* 1 *Thess.* 4 ℣ 12: Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus. *Tota Homilia eò tendit, ut ne Christiani nimiùm doleant aut indecorè se gerant in obitu propinquorum suorum, scandalumque & offensionem præbeant ethnicis.* Pudet me, *inquit pag.* 765, mihi credite, & erubesco, cùm per forum video mulierum turbas, indecorè agentes, capillos vellentes, brachia genasque lacerantes; idque coram ethnicis *&c. Cùm hunc abusum tollere, tum nimium luctum mitigare morali hac Oratione conatus est Sanctus, idque verisimiliter sub initium Februarii: nam ex initio liquet, post quartam de Lazaro hanc fuisse secutam, cùm sic ordiatur:* Dies quatuor in explicanda vobis Lazari parabola consumpsimus, thesaurumque exhausimus, quem invenimus in corpore ulceribus scatente. *Et mox ait, se posse ex illa parabola etiam contra Manichæos disputare, sed ad aliud converti argumentum,* ne satietatem atque fastidium oratio *auditoribus* afferat. Nam, *inquit,* unius generis ci-

bo

A bo inſtructa menſa ſatietatem parit, variis verò eduliis frequentata appetitum excitat. *Hac quoque ratione permotum fuiſſe Sanctum exiſtimo ad differendum ſecundam partem certaminis ſui contra Anomœos, quâ probavit, Filium Dei Patri eſſe conſubſtantialem. Nam conciones de illa materia tantùm inchoatas poſt prædictam exiſtimo menſe Februario.*

alia menſe Februario dicta de Reſurrectione mortuorum,

290 *Hinc Homiliam* de Reſurrectione mortuorum, *quæ impreſſa eſt apud Montfauconum tom. 2 pag. 422, menſe item Februario hujus anni habitam exiſtimo, poſt duas aut plures de Conſubſtantiali contra Anomœos. Accipe Homiliæ principium:* De fidei noſtræ dogmatibus, deque gloria Unigeniti Filii Dei pridem apud vos diſſeruimus, obturantes hæreticorum ora, qui gloriam illi detrahunt, & à Genitore ſuo illum alienum dicunt. Hodie de moribus deque vita inſtituenda ſermonem in medium afferre, & in genere admonere decrevimus. Imò ſermo non moralis ſolùm, ſed etiam dogmaticus erit: paratus enim ſum, ut ad materiam de reſurrectione deſcendam. Quod ſanè argumentum varium eſt & copioſum: nam & in iis, quæ fidei ſunt, nos dirigit, &

B vitam noſtram componit, & divinam providentiam ab omnibus calumniatoribus vindicat *&c. Omnia illa in hac Homilia ſanè prolixa tractat* Chryſoſtomus. *Habitam ante Quadrageſimam anni* 387 *agnoſcit Montfauconus; ſed hic Homilias de Gloria Unigeniti abſolutas exiſtimat incunte anno, ego verò ſeriùs finitas credo, videlicet ante Quadrageſimam, ſi omnino fuerint finitæ, & non potiùs ob ſeditionem Antiochenam abruptæ.*

uti & alia prolixa de Viduis:

291 *Ad menſem Februarium cum Tillemontio art. 22 refero etiam Homiliam* de Viduis *in illud Apoſtoli:* Vidua eligatur non minùs ſexaginta annorum. *Edita hæc eſt tom. 3 pag. 311, taleque ibi eſt exordium:* Commodum, divini Spiritus gratia diſponente, contigit, ut is vobis Apoſtolicæ locus Epiſtolæ, quem hodierno die audiviſtis, legeretur. Habet enim cum iis, quæ nuper diximus, cognationem & connexionem haud mediocrem, ſi minùs in verbis, certè in ſententiis. Hoc enim illud eſt, quod nuper legebatur: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres: & de reſurrectione multa tum à nobis ſunt dicta *&c. Ex hiſce certum eſt, hanc de Viduis*

C *habitam eſſe non diu poſt Homiliam de Dormientibus ſuperiùs memoratam. Cùm autem hîc dicat, ſe multa de Reſurrectione dixiſſe; veriſimile quoque eſt, iis verbis deſignari mox dictam Homiliam de Reſurrectione: neque enim tam multa de Reſurrectione dixit in Homilia de Dormientibus, ut de illa ſola hîc loqui videatur. Ceterùm in laudata de Viduis Homilia Sanctus egregia dat documenta moralia, non viduis ſolum, ſed nuptis etiam, & cuilibet generi hominum profutura.*

duæ aliæ Homiliæ menſe Februario figendæ,

292 *Reſtant aliæ duæ Homiliæ, quas veriſimiliter figere poſſumus eodem menſe Februario, quia habitæ videntur, quando apud Antiochenos ſatis recens erat memoria Homiliarum in Lazarum, ad quem Sanctus in hiſce iterum recurrit. Hinc prior apud Montfauconum tom. 1 pag. 772 inſcribitur:* In terræ motum & divitem & Lazarum. *Altera ibidem pag. 790 longiorem habet titulum, in quo Lazari etiam fit mentio. Viguiſſe autem memoriam dictorum de divite & Lazaro, dum priorem Homiliam habebat* Chryſoſtomus, *ex ea colligitur num. 4, ubi ſic loquitur:* Jam oſtendere illum volo, qui deliciis hîc fruatur, & illic plectatur. „Dives erat quidam„. *Ex hoc parabolæ initio mox intelligebant auditores, quò tendaret, idque ſignis indicabant. Hinc omiſſis ſequentibus parabolæ verbis, auditores hoc modo alloquitur:* At tametſi hiſtoriæ narrationem antevertitis, exſpectate finem orationis: hæc enim mea laus eſt, veſtrumque præconium, ut jam, dum principia feruntur, vos ſegetes colligatis: aſſidua vos ſermonum auditio doctores reddidit. Sed quoniam vobiſcum & nonnulli peregrini ſunt ingreſſi, nolite currere, ſed eos, qui claudicant, exſpectate. *In ſequenti item Homilia num. 3 inſinuat, auditores ſuos illâ parabolâ fuiſſe imbutos.* Unum igitur, *inquit*, ex iis, qui per latam hanc portam intrârunt, & unum ex iis, qui per anguſtam & arctam viam inceſſerunt, vobis in medium proferentes, eorum, quæ à Domino dicta ſunt, veritatem oſtendamus, & eadem rurſus Domini parabola utamur. *Mox intellexerunt auditores, divitem & Lazarum iis verbis inſinuari, teſte* Chryſoſtomo. *Nam hæc ſtatim ſequuntur:* Ac ſcio equidem vos homines perſpicaces jam, quid dicturi ſimus, intelligere &c. *Itaque duæ illæ Homiliæ etiam ſpectant ad menſem Februarium.*

AUCTORE J. S.

nimirum prior in Terræ motum,

293 *Priori occaſionem præbuit terræ motus, à quo exordium ducit ſacer Orator, ita loquens:* Vidiſtis Dei potentiam? vidiſtis Dei benignitatem? potentiam quòd orbem terræ concuſſerit, benignitatem, quòd eum cadentem firmaverit: imò verò in utroque potentiam & benignitatem.... At enim terræ motus quidem præteriit: metus autem maneat: tranſiit illa tempeſtas, ſed timor non tranſeat: ſupplicationes ſpatio trium dierum obiimus; veruntamen ſtudium non reſtinguamus *&c. Prolixa admodùm eſt Homilia, tenditque præcipuè ad oſtendendam rerum mundanarum vanitatem, peccatorum gravitatem, & ad peccatores ad pœnitentiam & meliorem vitam pertrahendum. Porrò de terræ motu, quæ materiam huic Orationi ſuggeſſit, loquitur haud dubiè Sanctus in Homilia 3 ad populum Antiochenum tom. 2 pag. 46, ubi dicit:* Etenim terræ motibus ſæpiùs comprehendentibus & fame & ſiccitate, tribus vel quatuor diebus moderati & manſuetiores facti, rurſus ad priora redivimus, propterea-

E que hæc acciderunt. *Loquebatur* Chryſoſtomus *de ſeditione Antiochena, quâ omnes in ſummo erant metu, circa initium Quadrageſimæ anni* 387, *ita ut omnino videatur deſignare concuſſiones illas terræ, quarum causâ tribus diebus inſtitutæ erant ſupplicationes.*

in qua admirabilem zelum oſtendit Sanctus,

294 *Timebat* Chryſoſtomus, *ne parum conſtantem ex concione ſua de terræ motu fructum*

F *haurirent auditorum multi, aliquorum tamen ſperabat emendationem. Hinc num. 2 hanc ponit objectionem:* At enim, mihi dices, quid dicendo proficis? Proficio, ſi quis me audiat: ego quod officium meum eſt, id præſto... Et verò nunc in tantam multitudinem projectum ſemen fieri non poteſt, quin mihi ſegetes proferat. Tametſi omnes non audiant, dimidia pars audiet: & licèt non dimidia, pars tertia: & licèt nec tertia, decima: & licèt nec decima, licèt unus ex ea multitudine auditurus ſit, audiat: non enim exiguum eſt, vel unam ovem ſervari... Hominem non contemno, licèt unus ſit... Licèt ſervus ſit, contemnendus mihi non videtur: non enim dignitatem quæro, ſed virtutem: non dominationem aut ſervitutem, ſed animam. Licèt unus ſit, homo eſt,.... propter quem Unigenitus Dei Filius factus eſt homo. Dominus meus immolatus eſt, ac Sanguinem ſuum pro homine fudit, & illum ego contemnam?... Equidem

AUCTORE J. S.

dicere non ceſſabo, licèt nullus ſit, qui audiat: medicus ſum, adhibeo medicamenta: doctor ſum, mandatum mihi eſt, ut admoneam *&c. Hæc latiùs, & plura ad hoc propoſitum admirabili zelo proſequitur.*

in alteram quoque graviter reprehendens currentes ad ludos profanos.

295 *Vidit ſanè* Chryſoſtomus *ante alteram concionem, monita ſua à multis negligi. Hinc illa Chriſti verba Matt.* 7 ℣ 13, Intrate per anguſtam portam *&c. exemplo divitis & Lazari elucidanda ſumpſit. Exordium verò deduxit ab acerrima reprehenſione eorum, qui* ſatanico ſe Circenſium ſpectaculo *dederant* poſt tam multas cohortationes, poſt tam multas admonitiones & caſtigationes. Neque enim ceſſavimus, *inquit*, vobis in memoriam revocare tremendum illud tribunal, inevitabiles illas pœnas, ignem illum, qui numquam exſtinguitur, & vermem, qui numquam moritur. *Monet tamen, ſe* non omnes *accuſare, & num.* 2 *reprehenſionem lenit his verbis:* Aſperiore forſan reprehenſione uſi ſumus: ſi ſpectetur quidem paternus hic amor noſter, aſperiore; ſin autem gravitas delicti ſpectetur, ne quidem ſatis digna. Verumtamen quoniam lapſis manus eſt porrigenda, atque erga illos, qui tam
B negligentes fuerunt, paterna exhibenda eſt benevolentia, ne ſic quidem de illorum ſalute deſperamus: dummodo non ampliùs in eadem velint recidere, ... ſibique ipſis aditu Circenſium & & omnis ejuſmodi ſatanici ſpectaculi interdicant. Benignum enim, clementem, ac providum habemus Dominum, qui cùm naturæ noſtræ noverit imbecillitatem, ubi negligentiâ ſupplantati, in peccatum aliquod prolapſi fuerimus, unum id ſolum à nobis requirit, ut ne deſperemus, ſed à peccato reſiliamus, & ad confeſſionem properemus. *Noverat nimirum prudens Medicus & vulnera ſecare, ne putreſcerent, & nimium ſectionis dolorem ſuavibus fomentis delinire.*

§ XXII. Aliæ quædam aſſignantur Homiliæ, quæ videntur anno 386 illigandæ.

C *Homilia ſecunda de Ozia aut de Seraphim,*

HActenus proſecutus ſum Homilias illas, *quas primo circiter prædicationis anno habuit* Chryſoſtomus, *aut potiùs quas eo anno Sanctum habuiſſe, certa aut valdè probabili ratione oſtenditur. Neque enim dubium eſt, quin & alias habuerit inter Paſcha & menſem Auguſtum anni* 386; *ſed eas non æquè diſtinctis temporum notis aſſignare valemus. Attamen probabilis admodùm mihi videtur opinio Tillemontii, qui Notâ* 17 *exiſtimat, aliquas ex Homiliis, quæ de Ozia & de Seraphim tractant, quæque habentur tom.* 6 *pag.* 95 *& ſeqq., dictas eſſe primo prædicationis anno; ſed non omnes eo ordine habitas, quo reperiuntur editæ. Sanè in ſecunda pag.* 106 *verecundè adhuc agit* Chryſoſtomus, *& videtur primam ſuam Homiliam laudare.* Gaudeo, *inquit*, conſpiciens vos ad audienda ſacra eloquia concurrentes, idque indicium eſſe maximum judico veſtri in Dei cultu & pietate progreſſûs... Itaque, tametſi nobis menſa multam habet penuriam, ne ſic quidem eam occultabimus: ſed noſtra omnia in medium proferentes, apponemus vobis. Quod ſi paucula hæc ſunt viliaque, præbebimus tamen...

D *in qua prima omnium Homilia clarè allegatur,*

297 Audiſtis nuper, cùm nobis datum eſſet hoc honoris, ut apud caritatem veſtram diſſereremus, pſalmum illum legentibus nobis, qui peccatorem è ſacris ſeptis ejiciens, angelos ſupernaſque virtutes hortabatur ad laudandum univerſorum Deum. *Loquitur de Pſalmo* 148, *de quo multa dixit in concione prima, quando presbyter erat ordinatus, ut videri poteſt tom.* 1 *pag.* 438 *&* 439. *Itaque rectè collegit Tillemontius, Homiliam illam eſſe unam ex primis, quas habuit* Chryſoſtomus. *Montfauconus quidem in Monito prævio ad Homilias de Ozia, ſeu de Seraphinis tom.* 6 *pag.* 94 *argumenta Tillemontii ut leviſſima rejicit; ſed non video, cur ita loquatur. Mihi ſanè tam clara videntur, ut nullibi pro epocha Operum* Chryſoſtomi *clariora inveniam apud Montfauconum. Operæ pretium erit, id paucis oſtendere. Pſalmus, qui lectus erat, quando concionandi apud Antiochenos honor delatus erat* Chryſoſtomo, *ut hìc dicitur*, angelos ſupernaſque virtutes hortabatur ad laudandum univerſorum Deum. *Idem Pſalmus* peccatorem è ſacris ſeptis *ejiciebat, eodem teſte.*

omnino inter priores anni 386 *figenda eſt,*
E

298 *Audiamus modò aliqua ex Homilia* 1 *tom.* 1 *pag.* 439. *Dixerat ibi Sanctus:* Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Dixerat in Pſalmo* 148 utramque *invitari* creaturam, & quæ ſurſum eſt, & quæ infernè; *ſed* nequaquam *invitari* peccatorem *ad laudandum Deum. Tum num.* 2 *ſubjungit:* Ceterùm, ut vobis, quod dico, fiat evidentius, ipſum Pſalmum ab initio vobis prælegemus. „Laudate Dominum de cælis, laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.„ *Mox & alia ex eodem Pſalmo legit, obſervatque nullibi peccatorem invitari ad laudandum Deum. Clarum igitur & manifeſtum eſt, primum omnium* Chryſoſtomi *Sermonem, ut nuper habitum, laudari in Homilia ſecunda de Ozia, præſertim cùm Sanctus id ipſe quoque dicat his verbis:* Cùm nobis datum eſſet hoc honoris, ut apud caritatem veſtram diſſereremus. *Græcè legitur* ὅτε... διαλεχθῆναι κατηξιώθημεν, quando diſſerendi (*apud vos*) honore dignati ſumus. *Loquitur de honore concionandi ſibi primùm delato. Hinc, quia nuper concionari cœperat, circa finem Homiliæ comparat orationem ſuam* vino, quod recèns ſub torculari hauſtum eſt. *Niſi hæc clara ſint ad laudatam Homiliam inter priores* Chryſoſtomi *figendam, fruſtra meo judicio de ordine diſputabitur.*
F

fruſtra ſe opponente Montfaucono.

299 *Objicit tamen Montfauconus verba illa, quæ habentur num.* 3: Verùm de nominibus alio tempore diſſeram. *Dicuntur hæc occaſione mutati nominis* Abram *in* Abraham. *Cùm autem quatuor exſtent Homiliæ* de Mutatione nominum *tom.* 3, *Montfauconus ſic infert:* Certum itaque exploratumque habeo, hanc Homiliam eodem anno habitam fuiſſe, quo illæ de Mutatione nominum dictæ ſunt, quo etiam Homiliæ in Geneſim LXVII &c.... Quis verò ſit ille annus, nondùm potui probabili conjectura aſſequi. Hæc omnia in annum CCCLXXXVIII conjici fortè poſſent. *Verùm levior eſt hæc conjectura, quàm ut in comparationem venire poſſit cum allatis argumentis. Nam ſuſpicor, eo anno in Geneſim dicere voluiſſe Sanctum, ut revera cœpit, ibique de mutato Abrahæ nomine agere. At eam expoſitionem potuit* Chryſoſtomus *differre, quia urgentiora & magis neceſſaria tractanda ſe offerebant. Secundò Homiliæ illæ, in quibus de nominibus agitur, non tam certò omnes ſerìs dictæ ſunt, quàm*

A *quàm certum est, secundam de Ozia initio prædicationis habitam. Itaque dubitandum non est, quin ante Quadragesimam anni* 386, Chrysostomus *dixerit secundam Homiliam de Ozia.*

Secutæ tres aliæ in eumdem Isaiæ locum,

300 *Porrò Homilia illa, licèt secundo loco sit impressa, prima est ex illis, quas* Chrysostomus *habuit in locum Isaiæ,* Vidi Dominum: *nam rectè observârunt Tillemontius & Montfauconus, illas, quæ primo & quarto loco sunt impressæ, cùm cæteris non cohærere, & fortè Constantinopoli dictas. Secunda igitur de illo argumento est, quæ tertio loco impressa est pag.* 111. *Hanc à martyribus, de quibus dicturus erat Flavianus episcopus, orditur* Chrysostomus, *subditque* : Ipsi verò nunc de Ozia differemus jam pridem debitum æs alienum dinumerantes, diuturnosque audiendi nixus solventes. *Indicant hæc, non paucos dies inter utramque intercurrisse. In hac rursum Homilia modestè sua extenuat Orator, dum* pauperum mensam *cum iis comparat, & sub finem dicit:* Nam nostra quidem, qualiacumque sunt, habent juventutis indicia. *Tertia ex iis est, quæ quinto loco impressa est pag.* 131, *quamque orsus est hoc modo:* Age expositioni de Ozia cœptæ hodie finem

B imponamus. *Quarta demum in eumdem Isaiæ locum, quæ sexto impressa est loco pag.* 137 *&* de Seraphim *inscribitur, hoc habet exordium:* Vix tandem Oziæ pelagus emensi sumus. Vix autem sumus emensi, non propter itineris longitudinem, sed propter vestram, qui nobiscum navigatis, discendi cupiditatem.

dictæ omnes esse Quadragesimam:

301 *In illa igitur Homilia de Seraphinis loquitur, de quibus in prima Homilia loqui jam cœperat. Quo autem anni tempore habita sit, insinuatur num.* 3 *his verbis:* Sed ecce adventant jejunia, quæ pennas animæ leves reddunt *&c. Paschа anno* 386 *incidebat in diem* v *Aprilis: Quadragesima verò, sex tantùm constans hebdomadis, inchoabatur die Lunæ* XXIII *Februarii, ita ut hæc Homilia verisimiliter sit dicta pridie Quadragesimæ, sive die Dominico, qui erat* XXII *Februarii. Si modò supponamus,* Chrysostomum *quatuor aut quinque hebdomadas illis quatuor Homiliis impendisse, neque ullas alias inter has & omnium primam intercurrisse, prout nullæ videntur fuisse intermediæ, tota chronotaxis accuratè cohærebit. Nam ordinatus fuerit, & prædicare cœperit mense Januario, absolutaque mense Februario expositione*

C *loci Isaiæ, transierit ad Homilias in Genesim, de quibus egi num.* 237. *Hæc omnia tam aptè cohærent, ut non videatur dubitandum, quin quatuor laudatæ Homiliæ statim secutæ sint post omnium primam. Et sanè hasce jam* § 18 *inter certiores recensuissem, nisi opinio Montfauconi me tum ad rem examinandam minùs attentum fecisset.*

respondetur ad scrupulos Tillemontii.

302 *Tillemontius Notâ* 18 *agnoscit, quatuor dictas Homilias invicem aptè respondere. At scrupulum sibi movet ex tertia, quinto loco edita, in qua num.* 3 *hæc leguntur:* Quid autem hoc est? Quod pridem ab initio quærebamus: cur cùm in rebus externis inque prophetiis omnes soleant designare tempora vitæ regum, hic, eo prætermisso, tempus sumat, quo mortuus sit Ozias? *Nam hanc quæstionem propositam ipse non invenit. Duplici modo ad hunc scrupulum responderi potest: nam initio ejusdem Homiliæ clarè sibi quæstionem illam proponit, & ad eam circa finem post allegata verba respondet. Secundò illam quæstionem sibi proposuit, sed magis generatim, in Homilia prima, secundo loco editæ, num.* 2 *pag.* 109 *his verbis:* Operæ pretium est inquirere primùm, cur propheta nobis tempus designârit, neque enim hoc fortuitò temereve facit. *Hîc quæstionem proponit, eamque allegatis suprà verbis magis explicat, ac demum solvit. Alter scrupulus Tillemontii est, quòd in Homiliis hisce* Chrysostomus *magis liberè loqui videatur quàm in Sermonibus in Genesim, quos dixit in illa Quadragesima. Respondeo, me non reperire majorem libertatem in hisce de Ozia quàm in illis in Genesim: nam in prioribus frequentiùs de tenuitate sua Orator loquitur quàm in posterioribus. Aliter tamen loquitur, & multo liberiùs in duabus illis, primo & quarto loco impressis, quas ad hanc seriem non spectare, & multò seriùs habitas, jam observavimus.* AUCTORE J. S.

Homiliæ duæ de Prophetarum obscuritate,

303 *Ostendi* § 18, *octo Sermones in loca aliqua Geneseos dictos esse initio Quadragesimæ anni* 386. *Ad eamdem Quadragesimam pertinere credo duas præclaras & prolixas* de Prophetarum obscuritate *Homilias. Habentur illæ tom.* 6 *pag.* 168, *sed nullum iis annum assignat Montfauconus. Accipe prioris initium:* Propheticam vobis hodie volo mensam instruere, atque in pelagus sapientiæ Esaiæ meditor orationem immittere. Sed quid faciam? Dubito ac metuo, ne cùm è portu egressi fuerimus, atque ad profundum sententiarum prophetæ pervenerimus, quod nautis con- E tingit, qui navigationi assueti non sunt, vertigine laboremus... Non tamen ex natura maris, sed quòd inexperti sint, qui navigant, oboriuntur vertigines. *Hæc comparatio cum nautis inexpertis, timorque ille Oratoris, licèt non se tantùm, sed etiam auditores cum nautis inexpertis conferat, satis insinuat, Orationem primo prædicationis anno fuisse dictam: neque enim tantum timoris aut trepidationis postea insinuare consuevit. Sic sub initium Homiliæ* 2 *pag.* 181 *loquitur consuetâ tunc sibi modestiâ de concionatoris egestate, & reliquum de obscuritate Veteris Testamenti debitum ait se persoluturum,* Quia, *inquit,* ne mei quidem pauperis & mendici res contemnitis. *Hæc tanta Sancti modestia etiam congruit primo prædicationis anno: nam licèt semper mira fuerit humilitate ornatus, post aliquot annos non ita fuisset locutus de suis concionibus, sed majori utebatur auctoritate.*

præcipuè contra Manichæos dicta:

304 *Materia utriusque Homiliæ etiam huic anno est conformis. In priori multa disputat contra Judæos, aliqua etiam contra Anomœos, ut videatur præluisse certaminibus istis, quæ contra utrosque certavit, præsertim cùm nullibi dicat,* F *se antea contra illos disputâsse. Manichæos jam erat aggressus* Chrysostomus *in Sermonibus in Genesim. Hos iterum subinde in hisce Homiliis aggreditur, aut potiùs totas contra Manichæos dirigit, cùm hi inter rationes Vetus Testamentum calumniandi allegarent obscuritatem. At causas & rationes illius obscuritatis affert Sanctus, & sic Manichæorum objectionem refellit. Manichæos similiter impugnatos videbimus in Homiliis, quæ post hasce sunt secutæ. Itaque mihi dubitandum non videtur, quin Homiliæ de Prophetarum obscuritate, quas Antiochiæ habitas ostendit Montfauconus, dictæ sint anno* 386; *& consequenter nulli mensi aptiùs innecti poterunt quàm Aprili, Maio aut Junio, ob alias ante finem Augusti secutas. Secutæ invicem sunt post aliquot dies, ut liquet ex secunda pag.* 181.

tertia contra eosdem,

305 *Hanc verò excepit post aliquot dies Homilia illa, quâ Manichæorum blasphemia refutantur, & cui hic est titulus:* Adversus eos, qui dicunt, dæmones gubernare res humanas, & Dei punitiones iniquo animo ferunt, atque ob malorum prosperitates & justorum adversitates scandali-

AUCTORE J. S.

dalizantur. *In hac multa compendio repetuntur ex ſecunda de Prophetarum obſcuritate. Attamen Tillemontius Notâ 31 obſervat, verba illa S. Petri,* Exi à me, quia homo peccator ſum, *quæ cum aliis ex iſtâ Homilia allegantur, non fuiſſe reperta in ea. Verùm illa obſervatio, quæ tum accurata erat, modò locum non habet, quia Montfauconus dicta verba in Ms. antiquo invenit, atque Homiliæ inſeruit loco ſuo, ut videri poteſt tom. 6 pag. 195. Porrò Homilia, cujus titulum dedi, impreſſa eſt tom 2 pag. 246, luculentumque præbet teſtimonium inſignis zeli, quo ad dicendum accedebat Sanctus, & incredibilis ſtudii, quo audiebatur. Accipe igitur initium lector:* Verebar quidem, ne vobis tractatûs aſſiduitas verborum meorum faſtidium crearet: verumtamen contrarium eveniſſe video, nec vobis aſſiduitatem creâſſe faſtidium, ſed deſiderium auxiſſe, nec ſatietatem, ſed voluptatem addidiſſe: idemque peniteus, quod in profanis conviviis ebrioſis hominibus ſolet, accidiſſe. Nam & illi, quò plus infuderint meri, tantò magis ſitim accendunt: & nos quantò prolixiorem doctrinam vobis inculcamus, tantò majorem cupiditatem accendimus, majorem appetitum, ac vehementiorem amorem excitamus.

B

ex qua intelligimus propenſa populi in Sanctum ſtudia:

306 Quo fit, ut tametſi mihi ſummæ ſim conſcius paupertatis, liberales imitari convivatores non deſinam, & aſſiduam menſam vobis apponam, ac plenum ſtatuam doctrinæ craterem. Siquidem video vos, ubi totum illum exhauſeritis, ſitibundos rurſus diſcedere. Atque hoc quidem ab omni tempore jam innotuit, præſertim autem à Dominica ſuperiore. Numquam enim divina vobis eloquia faſtidium parere, dies ille præſertim indicavit, quo non debere vos mutuo vobis maledicere docebam, quo etiam tempore vobis tutiſſimam præbebam occaſionem accuſationis, cùm ad propria peccata maledictis inceſſenda vos cohortarer, non ad aliena curioſiùs inveſtiganda. *Hæc Sanctus, plura pergens repetere ex illa Homilia, & mox ſubjungens:* Tum nimirum, tum inexplebilem præ vobis amorem tuliſtis. Nam quoniam in prolixitatem ſermo noſter eſt productus, ac prolixitatem immenſam, & quanta numquam fuit, ſic ut metuerent multi, ne verborum multitudine animi veſtri alacritas exſtingueretur, contrarium penitus accidit. Ampliùs enim cor veſtrum incaleſcebat, amplius deſiderium exardeſcebat. Unde id conſtat? Majores quidem certè plauſus ſub finem fuerunt & clariores acclamationes, ... Initio quidem non admodùm mihi commovebatur hic cœtus: ubi verò longiùs ſermo productus eſt, & omnes argumenti propoſiti partes invaſit, ampliorque proſeminata doctrina eſt, tum nimirum ad majorem audiendi cupiditatem exarſiſtis, ac vehementior plauſus erupit. Quo factum eſt, ut tametſi me ad pauciora dicenda comparaveram, tum modum exceſſerim: imò verò numquam ego modum exceſſi: ſiquidem doctrinæ quantitatem non ex eorum, quæ dicuntur, multitudine, ſed ex affectu eorum, qui audiunt, ſoleo metiri.... Sed quoniam nonnumquam accidit, ut tanto in populo ſint imbecilles nonnulli, qui ſermonis prolixitatem aſſequi minimè poſſunt, ad hoc eos ſtatui cohortari, ut cùm audierint, quantum capere poſſunt, ... recedant, ne nobis ante tempus finiendi ſermonem neceſſitatem imponant. *Poſt hæc Sanctus erudite de providentia Dei diſſerere incipit, & dæmonis impotentiam oſtendit.*

C

307 *Hanc Homiliam, qua prolixa admodùm eſt, biduo poſt ſecuta eſt alia ſatis longa de diabolo, contra deſidiam hominum, qui ſe dæmonum tentationibus ſinunt decipi. Etenim ex tribus, quæ apud Montfauconum edita ſunt, illam fuiſſe ſecundam, quæ pag. 267 edita eſt tertio loco, ex diligenti collatione omnino exiſtimo. In illa enim, quam loco ſecundo edidit, alia duæ ſatis clarè allegari videntur, ut mox oſtendam. Secundæ huic eſt titulus:* Quòd ex deſidia improbitas, ex diligentia virtus oriatur: quódque nec improbi homines, nec ipſe diabolus homini vigilanti nocere poſſint. Demonſtratio autem petitur tum aliis multis ex locis, tum ex iis, quæ Adamo & Jobo contigerunt. *Sic verò Orator exorditur:* Ante heſternum quidem diem de diabolo nobis apud caritatem veſtram eſt inſtituta oratio. Alii verò eodem die, cùm nos hîc ea de re diſſereremus, in theatris ſedentes diaboli pompam ſpectabant... Quis ergo illos aberrare fecit? Quis à ſacro ovili ſegregavit? Num illos quoque diabolus decepit? Et vos & illi homines eſtis, ſecundum naturam loquor: eâdem utrique naturâ prædiți eſtis, iiſdem naturalibus cupiditatibus: quomodo igitur non idem veſtrum eorumque ſtudium? *Ita pergit oſtendere, homini eſſe liberum arbitrium, malaque voluntate peccari. Pro exemplis demum affert Adamum à diabolo victum, & Jobum diaboli victorem.*

D

quarta contra ignaviam;

quinta de diabolo tentatore, in qua laudantur præcedentes,

308 *Tam hæc quàm prima de diabolo Homilia laudatur in tertia, quæ rurſus biduo poſt ſecuta eſt, quæque edita eſt pag. 260 ſub hoc titulo:* Ad eos, qui objiciunt, cur è medio ſublatus non ſit diabolus; & quòd hujus malitia nihil nos lædat, ſi attendamus, & de pœnitentia. *Etenim Sanctus, poſt quædam de epiſcopi præſentia initio dicta, materiam tractandam proponit his verbis:* Verùm enimvero jam tempus eſt, ut menſam apponamus. Quæ porrò illa eſt? Reliquiæ nimirum eorum, quæ nuper caritati veſtræ dicta ſunt: adhuc enim, adhuc, inquam, de diabolo ſermonem habemus, quem ante duos hos dies inſtituimus, quem & mane ad eos habuimus, qui myſteriis initiantur, cùm de abrenuntiatione, deque aggregatione apud iſtos diſſereremus. Hoc autem agimus, non quòd delectet nos de diabolo verba facere, ſed quòd tuta ſit, quæ de eo doctrina profertur. Eſt enim inimicus & hoſtis noſter: illud porrò ſecuritatem magnam parit, ſi nobis res inimicorum planè ſint notæ. Diximus nuper eum per violentiam non vincere, neque per tyrannidem, neque neceſſitatem afferendo, nec cogendo: quoniam, ſi ita eſſet, omnes utique perderet: hujuſque rei protulimus argumentum porcos, in quos nihil agere dæmones potuerunt, antequam à Domino permiſſum eſſet; armenta Job & greges; neque enim hæc diabolus auſus eſt perdere, quouſque deſuper poteſtatem accepit. *Hæc leguntur in prima Homilia pag. 255 & 256 ſive num. 6.*

F

ita ut hæ quinque contra Manichæos eo ordine fuerint dictæ.

309 Unum igitur hoc primum didicimus, eum per vim aut neceſſitatem non vincere. Secundum poſt illud addidimus (*in altera nimirum Homilia*) eum, quamvis fraudibus vincat, non tamen hac ratione cunctis ſuperiorem evadere, & rurſus athletam ipſum in medium protulimus Job, cui licèt mille machinas admoverit, non eum tamen hac ratione ſuperavit, ſed & victus abſceſſit. *Exemplum illud Jobi vide in Homilia tertio loco edita num. 5, ubi eloquenter enucleantur Jobi certamina. At redeamus ad Sanctum, qui ita pergit:* Una jam reſtat quæſtio. Quænam illa tandem? Quòd licèt per vim, inquiunt, non vincat;

A cat; attamen fraudibus vincit : ideoque melius foret, ut penitus deletus esset : quamvis enim Job superior evaserit, Adam tamen deceptus est & supplantatus. *Hæc rursum ad eamdem Homiliam referuntur. Nam in illa repetitis vicibus num.* 3 *& seq. de victis Adamo & Eva, ac deinde de Jobo agitur victore. Itaque, licèt in hac, quam secundam malè posuit Montfaucon-nus, plura citentur, quàm in prima sola reperiantur, ideo non rectè dubitabimus, an omnes illæ tres intra paucos dies sint dictæ, sed solùm mutabimus ordinem. In prima ostendit* Chrysostomus, *mundum regi divinâ providentiâ, non tyrannide dæmonum. Secunda docet, diabolum non nocere nisi desidibus, & liberum stabilit arbitrium. Tertia demum repellit objectionem, docetque cur diabolus sit relictus, ac in fine pœnitentiam commendat.*

Ostenditur rationibus variis, quinque illas Homilias

310 *Quandoquidem clara videtur consequentia duarum Homiliarum de Obscuritate prophetarum, & trium de diabolo, sive illarum quinque de divina providentia, & contra Manichæorum errores; pauca adjungo de tempore. Ultimam fuisse dictam, quando Sanctus mane catechumenos in-*

B *stituerat, liquet ex verbis num.* 308 *datis. Hinc colligimus in Quadragesima dictam esse. Itaque & quatuor præcedentes in Quadragesimam inciderunt. Hanc verò fuisse Quadragesimam anni* 386, *conjicio ob rationes sequentes. Primò* Chrysostomus *se comparat cum nautis inexpertis. Id autem facere non poterat anno* 388 *aut serius, quando jam ultra biennium concionatus fuerat cum applausu omnium. Anno* 387 *non potuit has Homilias habere, cùm toto ferè Quadragesimæ tempore aliis concionibus fuerit occupatus. Habitæ igitur sunt anno* 386, *ut etiam innuit modesta facultatis suæ in dicendo depressio, quæ in his Homiliis observatur.*

fuisse habitas in Quadragesima anni 386.

311 *Accedit perpetua laudatio Antiochenorum, ac moderatio in reprehendendo maxima, ita ut initio Homiliæ de Desidia pag.* 267 *insinuet quidem, aliquos fuisse absentes ob ludos celebratos & malè egisse; sed id facit quasi aliud agendo, & ab omni aperta reprehensione abstinet. Non ita procedebat, ubi per annum ferè concionatus fuerat : sed acri oratione in abeuntes ad ludos solebat invehi. Demum quod dicit num.* 306, *Homiliam* 2 *de Prophetarum obscuritate prolixiorem fuisse quàm ullam aliam, verum erat anno*

C 386 *: nam omnes præcedentes sunt multo breviores. At id verè non dixisset anno* 388, *cùm Oratio* 5 *contra Judæos sit multò prolixior. Adde alia jam dicta, & dubitare meritò non poteris, quin relatæ Homiliæ pertineant ad annum* 386. *Habemus igitur Homilias tredecim ad primam Quadragesimam spectantes. Verùm sequentibus annis multò plures in Quadragesima à Sancto habitas videbimus. Fortè primo illo anno Flavianus episcopus aliquando ad populum dixit. Fortè & alias dixit ipse* Chrysostomus, *quæ ad nostram notitiam non pervenerunt.*

Alia Homilia eodem verisimiliter anno dicta,

312 *Attamen & alia fortè est causa, cur pauciores habeamus illius anni Homilias. Nam certum est, modò recensitis expletum non fuisse omne tempus post Pascha usque ad Augustum satis provectum. Cùm autem nullibi appareant Homiliæ, quæ illi tempori videntur congruere, nisi paucissimæ, suspicor,* Chrysostomum *in illa ipsa Quadragesima aut deinde fuisse morbo correptum, præsertim cùm inveniam Sancti morbum in Homilia, quam ex initio ad hunc annum pertinere existimo. Edita ea est primùm à Montfaucono*

tom. 6 pag. 278, *ubi Sanctus in hunc modum loqui incipit :* Infirmus quidem sum & egenus, atque ad dicendum imperitus, sed cùm vestrum cœtum intueor; infirmitatis obliviscor, paupertatem ignoro, imperitiam non novi : tanta nempe est caritatis vestræ tyrannis. Magnanimitatis porrò hujus vos auctores mihi estis, dum lapsos erigitis, quia ad audiendum proni estis, atque ab ore nostro pendetis. AUCTORE J. S.

quæ ostendit, Sanctum ægrotâsse.

313 *Hæc omnia primo anno congruunt, maximè tamen, quod de imperitia sua dicit, & de alacritate auditorum : neque enim ullibi deprehendi, Sanctum de sua in dicendo imperitia sic locutum esse in Homiliis, quas ad annos posteriores pertinere constat. Rarò etiam in iis reperias, auditores ita generatim ab audiendi studio laudari. Quare hanc Homiliam anno* 386 *ab infirmo dictam existimo. Quin & ulteriùs suspicor, iterum deinde coactum fuisse à dicendo abstinere, cùm in fine dicat :* Plura dicere vellem, sed hæc proferre infirmitas corporis vix permisit, quâ à vobis longo tempore avulsus sum. Longum mihi tempus fuit non numero dierum, sed secundum mensuram affectûs animi *&c. Morbus hic tam diuturnus necdum fuerat, ut explere posset totum* E *tempus anno* 386 *Homiliis vacuum. Hinc verisimile est, infirmitatem deinde etiam durâsse. Alias tamen aliquot Homilias eodem anno dictas, satis est verisimile.*

§ XXIII Seditio Antiochena ante Quadragesimam anni 387 : Pascha illo anno celebratum XXV Aprilis. Quadragesima sex tantùm constabat hebdomadis.

Gravis seditio, in qua Antiochiæ Theodosii imperatoris statuæ dejectæ, F

Perduximus sanctum Prædicatorem usque ad Quadragesimam ferè anni 387. *At priusquam ulteriùs progrediamur, figendum est tempus famosæ seditionis Antiochenæ, quæ multis concionibus illius Quadragesimæ materiam subministravit. Causam adjunctaque varia illius seditionis curiosiùs non investigabo, quia minùs conducunt ad propositum nostrum : sed tempus accuratè magis indagandum, cùm quia scriptores de anno dissentiunt, tum quia istius notitia omnino necessaria est ad chronotaxim scriptorum* Chrysostomi *rectè concinnandam. Factum breviter accipe ex Sozomeno lib.* 7 *cap.* 23 *:* Inter hæc . . . magistratibus . . . . è re publica visum est, ut tributa solito graviora à provincialibus exigerentur. Hanc ob causam ad seditionem concitatus Antiochenorum populus, statuas imperatoris atque uxoris ejus dejecit, & fune injecto per urbem traxit, contumeliosa insuper verba adjiciens, sicut à multitudine exacerbata fieri solet. Porrò cùm imperator multos Antiochenorum interficere ob id vellet, ad solum ejus rei rumorem plebs obstupefacta est. Jamque sedato furore, ipsos facti pœnitebat : & quasi mala, quæ nuntiabantur, jam adessent, gemebant omnes ac lugebant, Deumque precabantur, ut imperatoris animum placaret. *Addit, Flavianum episcopum legatione functum esse ad Theodosium imperatorem pro populo, ejus-*

AUCTORE J. S.

que patrocinio iram ab imperatore depositam. Ac profectò, *inquit*, ingens cædes consecuta esset, nisi imperator iram suam repressisset, sacerdotis intercessionem pro pietate sua reveritus.

certè contigit anno 387 *aut* 388,

315 *Tillemontius tom.* 5 *Imperatorum, Notâ* 27 *in Theodosium, de tempore hujusce seditionis fusè disserit, ac primùm certis argumentis ostendit, eam contigisse anno* 387 *aut* 388. *Deinde verò varias affert rationes pro utroque anno, atque annum priorem non sine dubitatione eligendum existimat. Pro alterutro anno mihi sufficient verba* Chrysostomi. *In Homilia* 16 *ad Populum Antiochenum tom.* 2 *pag.* 162 *dicit:* Ecce secundus hic annus est, ex quo vestræ differo charitati. *Ita loquebatur Sanctus in Quadragesima, quando metus populi ob seditionem necdum erat omnino sublatus. Atqui* Chrysostomus *prædicare cœpit anno* 386, *aut certè non ante finitum ferè annum* 385. *Secundus igitur annus prædicationis ipsius nequit incidere in aliam Quadragesimam quàm anni* 387 *aut* 388. *Cùm res eatenus certa videatur, plura hunc in finem non allego, plura tamen allegata videri possunt apud Tillemontium.*

B

nec dubitandum est, quin anno 387 *sit orta,*

316 *Præterea non video, meritò dubitari posse, quin seditio contigerit anno* 387. *Primam rationem suggerunt allegata modò* Chrysostomi *verba. Etenim Sanctus presbyter fuit ordinatus ante Quadragesimam anni* 386, *cùm initio illius Quadragesimæ habuerit Sermones in Genesim, ut dictum est* § 18. *Imò jam ante illam Quadragesimam habuit quatuor Homilias in verba Isaiæ,* Vidi Dominum *&c., ut ostensum est* § 22. *Hasce omnes præcessit prima Homilia & Sancti consecratio, ita ut hæc facta videatur mense Januario anni* 386. *Quapropter, cùm circa medium Quadragesimæ dixerit, secundum esse suæ prædicationis annum, id dicere non potuit nisi anno* 387: *nam eo tempore anni* 388 *tertius dudum currebat. Ad hanc rationem, quæ clara est & solida, accedit alia non minoris momenti.*

cùm id certis rationibus

317 *Pagius ad annum* 388 *num.* 3 *latè ostendit, Theodosium imperatorem sub initium anni* 388, *& nominatim mense Martio, non fuisse Constantinopoli, sed Thessalonicæ in Macedonia. Idem observat Tillemontius loco assignato. At Flavianus Theodosium invenit Constantinopoli, quando eum accessit, ut intercederet pro Antiochenis, ibique fuit Theodosius ab eo tempore, quo primum*

C

accepit seditionis nuntium, donec Antiochenis ignoverit, ut satis apparet ex tota relatione seditionis hujus apud Tillemontium tom. 5 *Imperatorum in Theodosio I art.* 30 *usque ad* 38. *Pagius mox laudatus num.* 3 *allegat tres Orationes Libanii, qui Antiochiæ tunc vivebat, quique asserit Theodosium tempore seditionis fuisse Constantinopoli. Idem satis clarè insinuat* Chrysostomus *in Homilia* 21 *ad Populum tom.* 2 *pag.* 216, *de adventu Flaviani ad imperatorem ita loquens:* Ut verò magnam civitatem illam ascendit, & regias ingressus est aulas *&c. Nullam aliam urbem, in qua Theodosius esse poterat,* magnam *vocâsset loquens populo Antiocheno, nisi Constantinopolim, in qua etiam erat aula imperatoris, quam ingressus est Flavianus. Sic in Homilia* 17 *pag.* 174 *eodem nomine designatur Constantinopolis, dum ita loquitur Sanctus:* Audiet imperator, audiet magna civitas, audiet & totus orbis.

clarè ostendatur.

318 *Rursum, ubi Hom.* 21 *pag.* 223 *recessum Flaviani ab imperatore post obtentam Antiochenis veniam narrat* Chrysostomus; *eo modo celebrat Theodosii clementiam, ut colligi ex verbis possit, Flavianum Constantinopoli ab imperatore recessisse:* Non enim hactenus tunc subsistit * piissimus imperator, *inquit*, sed & postquam ex urbe sacerdos (*Flavianus*) exivit, & pertransiit mare, misit ad eum quosdam, sciscitans & sataagens, ne fortè tempus tereretur, & civitati voluptatem diminueret, extra urbem (*Antiochiam*) solemnitatem (*paschalem*) celebrans. *Bosphorum transiverat Flavianus, quando nuntios misit Theodosius, ut iter Antiochiam maturaret. Discedebat igitur Constantinopoli, sitâ ad Bosphorum, fretum tam angustum, ut nuntii morantem trans fretum possent reperire. At id locum habere non poterat Thessalonicæ, aut in alia magna Orientis urbe. Plura afferri possunt ad ostendendum, Constantinopoli fuisse Theodosium eo tempore: at pluribus opus non est, cùm res sit minimè dubia. Certum igitur apparet, seditionem illam non contigisse anno* 388, *cùm illo anno Theodosius Constantinopoli non fuerit, saltem illo anni tempore, quo seditiosis veniam efflagitavit Flavianus.*

D

* *l.* subsistit

Difficultas contra datam epocham proposita ex decennalibus Theodosii,

319 *Restat itaque, ut examinemus rationes oppositas, quibus viri etiam magni, quales sunt Baronius, Petavius, Valesius, abducti sunt in contrariam sententiam pro anno* 388, *& quibus ipse quoque Tillemontius, licèt rationes jam allatas perspexerit, tantum detulit, ut qualemcumque dubitationem ubique insinuet. Pagius ad annum* 388 *num.* 2 *&* 5 *recenset præcipua illorum argumenta, eaque solvere conatur, cùm nostram sequatur sententiam. Primum tale est. Exactio pecuniæ, ex qua orta est seditio, facta est, quia Theodosius celebrare volebat quinquennalia filii sui Arcadii, & decennalia sua. Ad eam exactionis causam probandam hæc adducuntur tamquam Libanii verba apud Pagium:* Principi ob necessitatem imperii pecuniâ opus fuit, maximè cùm ipsi quidem decimus, filio autem quintus imperii annus procederent. Quo tempore solent imperatores aurum militibus largiri. *At decimus Theodosii annus tantùm inchoabatur* XIX *Januarii anni* 388, *licèt Arcadii annus quintus inchoaretur anno* 387. *Respondet ad hoc argumentum Pagius, errorem in numeros irrepsisse, nec quidquam ex eo loco concludi posse. Tillemontius verò observat, in Chronicis Marcellini & Idacii quinquennalia Arcadii celebrata notari ad annum* 387: *eaque de causa existimat, Theodosium eodem tempore decennalia sua celebrâsse, licèt annus ipsius decimus tantùm inchoaretur anno* 388, *die* XIX *Januarii. Responsio Pagii est desperantis de vera solutione. Melior est observatio Tillemontii, incerta tamen, cùm nequeat probari, Theodosium revera ante inchoatum imperii sui annum decimum decennalia celebrâsse.*

E

F

imaginaria potius videtur quàm vera;

320 *Supponamus igitur, Theodosium voluisse decennalia sua celebrare anno decimo ineunte, ut passim fieri solebat, sive mense Januario anni* 388; *non video, quid inde incommodi sit oriturum contra sententiam nostram. An fortè pecunia, quæ colligebatur ad sumptus ferendos, & ad distributiones militibus in ipsa festivitate faciendas, colligenda erat, postquam omnia illa erant peracta? Ita sanè ratiocinantur adversarii nostri, acsi in ea essent persuasione. Quippe seditio orta est mense Februario aut Martio. Si ergo exorta est anno* 388, *exactio pecuniæ, quæ seditioni occasionem præbuit, instituta est post festivitatem peractam factasque militibus distributiones. Quapropter non invenio, ex causa colligendi pecuniam aliquid contra sententiam nostram difficultatis: nam pecunia colligenda erat anno* 387,

ut

A *ut ea uſui eſſe poſſet menſe Januario anni ſequentis, & ſic ille locus Libanii confirmat ſententiam noſtram. Tres pecuniæ exigendæ rationes allegat Libanius, neceſſitatem reipublicæ defendendæ, decennalia Theodoſii & quinquennalia Arcadii. Si quinquennalia Arcadii celebrata ſunt menſe Januario anni 387, ceſſabat illa neceſſitas menſe Martio ejuſdem anni, ſed magis anno ſequenti. Idem eſt de decennalibus Theodoſii. Quare hæc ipſa Libanii verba, omnino inſinuant, figendam eſſe ſeditionem anno 387, ſive hoc, ſive ſequenti anno decennalia ſua Theodoſius celebraverit.*

eàm verba Libanii rectè expoſita epocham datam confirment.

321 *Ceterùm quod ſuſpicatur Pagius in Diſſertatione Hypatica ad annum 387, diſtributiones fieri potuiſſe militibus, poſtquam ſolemnitas erat peracta, quando anticipabatur, omni videtur carere fundamento: nam diſtributiones illæ erant pars magna ipſius ſolemnitatis, ut etiam advertit Tillemontius. Majori cum fundamento ſuſpicari quis poſſet, exactiones imperatorum aliquando tantùm factas eſſe poſt ſolemnitatem celebratam, ut exhauſtum diſtributionibus ærarium impleretur. Sanè non improbabile mihi apparet, Theodoſium eodem tempore pecuniam exegiſſe pro quinquen-*

B *nalibus Arcadii paulò antè celebratis, & pro decennalibus ſuis anno ſequenti celebrandis. Ipſa verba Græca Libanii, quæ rectè recitata non ſunt apud Pagium in laudata Diſſertatione pag. 263, huic conjecturæ præbent fundamentum: neque enim eodem modo loquitur de decimo anno Theodoſii & de quinto Arcadii. Dicit pecuniam fuiſſe imperatori neceſſariam πρὸς τὴν τῶν ὅλων σωτηρίαν καὶ μάλιςα δὴ τῷ μὲν εἰς ἔτος δέκατον, τῷ παιδὶ δὲ πέμπτῳ τῆς βασιλείας προϊόντος *&c.* pro omnium (*ſive reipublicæ*) ſalute & maximè huic pro anno quidem decimo, filio verò quinto imperii procedente. *Loquitur Libanius de anno quinto Arcadii ut præſente, & de decimo Theodoſii ut futuro, ſicut revera quintus Arcadii inchoatus eſt anno 387, decimus Theodoſii anno 388, uterque menſe Januario. Nec Græcè nec Latinè verba, quæ dedi ex Libanio tom. 2 pag. 526, rectè ſunt expreſſa apud Pagium. Verum quocumque modo verba Libanii ſumuntur, ſemper indicabunt, exactionem eſſe factam anno 387, & conſequenter ſeditionem eodem anno exortam.*

* *Legendum putem* προϊόντος.

Alia difficultas Tillemontii, multis ambagibus

C 322 *Alium Libanii locum ſibi objicit Tillemontius. Nam ille in Vita ſua pag. 73 dicit:* Porrò morbus ille capitis inveteratus, qui à tonitru concitatus fuerat, & per ſexdecim annos intermiſſus, denuo incubuerat *&c. Tum obſervat Tillemontius, intermiſſionem illius doloris figi à Libanio pag. 48 illo tempore, quo Valens venit Antiochiam, id eſt, anno 372, ut adjungit. Hinc inferendum credit, ſeditionem figi non poſſe ante annum 388, præſertim cùm inter capitis dolorem inſtauratum & ſeditionem Antiochenorum alia quædam Libanius referat. Tanti fecit Tillemontius eam difficultatem, ut ea maximè de cauſa ſententiam noſtram non videatur pro certa, ſed ſolùm pro magis probabili habuiſſe. Verùm reſpondeo, inutilem prorſus eſſe Tillemontii ratiocinationem, ex qua nihil concludi poſſit pro chronotaxi, etiamſi verba omnia vaniſſimi Libanii, qui ſanationem ſuam Æſculapio attribuit, ut vera velimus admittere. Tam pauca alia narrat Libanius inter Joviani adventum, & adventum Valentis Antiochiam, ut ferè de morbo ſuo, podagra & capitis dolore, tantùm loquatur, cumque videatur ordiri ab adventu Joviani, ſive ab anno 363, uſque ad Valentis adventum, ſive annum 372. Inter utrumque medii ſunt anni octo*

& aliquot menſes. Attamen morbum ſuum ſeptennio videtur circumſcribere, ſive ab anno ætatis quinquageſimo, quem ſibi attribuit pag. 46, morbum narrare incipiens, uſque ad quinquageſimum ſeptimum, quando ſibi morbum ablatum aſſerit pag. 48. AUCTORE J. S.

implexa, ſed nihil certi pro alterutra opinione aſferens:

323 *Deinde narrat, ſe Valenti Antiochiam venienti orationem dixiſſe. At non aſſerit, ſe eodem tempore, aut paulò antè ſanatum. Nihil enim obſtat, quo minùs anno integro & aliquot menſibus citiùs ſanatus credi poſſit. Præterea paulò ante dicit:* Fluctus hic per annos quatuor invaluit. *Deinde aſſerit, ſe utcumque recreatum medicamento, ſed* malum non uſquequaque expulſum. *Quis modò dicat, utrùm poſtea* ſexdecim annos, *quibus mali vis minor erat, numeraverit à ſanatione vera per medicamentum, an ab illa, quam Æſculapio mendax attribuit. Certè teſtatur ipſe pag. 5, ſe numquam à contracto ſemel in juventute capitis dolore omnino liberum fuiſſe. Itaque facilè potuit ſexdecim illos annos numerare à tempore diminuti medicamento mali. At ne id quidem neceſſe eſt, ut intelligamus ſexdecim illos annos ſententiæ noſtræ non repugnare. Si enim ſanatus fuerit uno tantùm anno ante ad-* E *ventum Valentis, ſive anno 371, jam ſexdecim illos annos habemus. Neque enim intermiſſionem mali ſui ita cum adventu Valentis connectit Libanius, ut inter utrumque annus intercedere non potuerit. Ex tota igitur illa ratiocinatione Tillemontii nihil eruitur certi.*

duæ aliæ objectiones ſolvuntur.

324 *Duas alias levioris momenti objectiones affert Pagius in Critica ad annum 388 num. 5. Prima petitur ex reſponſo Theodoſii ad Flavianum epiſcopum, qui petebat, ut filium mitteret Antiochiam. Reſpondet ei imperator apud* Chryſoſtomum *tom. 2 pag. 223:* Orate, hæc auferri obſtacula, hæc bella exſtingui, & ego veniam omnino. *Subdit Pagius:* Unde inferri poſſe videtur, ſeditionem Antiochenam hoc anno (388) contigiſſe, dum bellum adverſus Maximum tyrannum pararetur. *At reſpondet, Theodoſium varia geſſiſſe bella, verbaque illa de alio bello intelligenda. Imò, etiamſi omnino de bello contra Maximum verba eſſent intelligenda, nihil evincerent pro adverſariis. Etenim dubitari vix poteſt, quin perniciosa Maximi conſilia jam tunc nota utcumque eſſent Theodoſio, aut ſaltem valde ſuſpecta. Hæc enim dicebat Theodoſius menſe* F *Aprili. Maximus verò menſe Auguſto contra Valentinianum Alpes tranſivit. Valentinianus quoque varias ante exortum palàm bellum legationes ad Maximum miſerat, ut pacem conſervaret. Altera objectio eſt, quòd* Chryſoſtomus *de epiſcopo, qui imperatorem adiverat, dicat,* In caſtra ſe contulit. *Reſpondet Pagius, verba* intelligenda de caſtris, quæ prope Conſtantinopolim erant. *Verùm rectiùs obſervat Tillemontius, per vocem Græcam* στρατόπεδον (caſtra) *intelligi aulam imperatoris. Certè* adire caſtra *apud viros præſertim eccleſiaſticos, frequenter idem erat, atque adire aulam, in qua degebat imperator. Itaque nulla alicujus ponderis ratio contra ſententiam noſtram prolata eſt; nec ullum videtur dubium, quin ſeditio Antiochena contigerit anno 387.*

Paſcha anno 387 celebratum XXV *Aprilis.*

325 *Priuſquam pergamus ad menſem, in quo ſeditio exorta eſt, aſſignandum, duo alia examinanda. Paſcha eo anno in tabulis Paſchalibus figitur* XXV *Aprilis: nec dubitantem ullum inveni, quin eo die fuerit celebratum, ante Montfauconum. Hic verò repetitis vicibus in Monitis previis, & in Vita* Chryſoſtomi *aſſerit, Paſcha*

AUCTORE J. S.

anno 387 *Antiochiæ non fuiſſe celebratum die* XXV *Aprilis, additque ſubinde id fuiſſe à ſe demonſtratum. Verùm jam oſtendi num.* 257, *totum illius opinionis fundamentum planè ruinoſum eſſe, ortumque ex loco* Chryſoſtomi *malè intellecto. Non adducam niſi illam ipſam* Chryſoſtomi *Orationem, ex qua ille errandi occaſionem accepit, videlicet tertiam contra Judæos, in qua tom.* 1 *pag.* 613 Chryſoſtomus *ſic loquitur:* Ecce namque primus dies azymorum hoc anno (387, *ut ipſe Montfauconus obſervat*) in Dominicum diem (18 *Aprilis*) incidit, & omnino neceſſe eſt, ut totâ hebdomadâ jejunemus, *videlicet uſque ad Dominicum ſequentem, ſive diem* XXV *Aprilis, quo Paſcha erat Chriſtianorum, ſeu feſtum Reſurrectionis Dominicæ. Neſcio, quid clarius dicere potuerit* Chryſoſtomus, *ut intelligeremus, Antiochenos eo anno Paſcha celebrâſſe totâ hebdomadâ poſt Paſcha Judæorum, & conſequenter illud celebrâſſe ſecundum tabulas Alexandrinas in Eccleſia receptas.*

Quadrageſima erat jejunium quadraginta dierum,

326 *Non tam facilè dici poteſt, ad quot hebdomadas Antiochiæ extenderetur Quadrageſima tempore* Chryſoſtomi. *Hic quidem in laudata Oratione iteratis vicibus numerat* quadraginta dies *iſtius ante feſtivitatem paſchalem jejunii; nec difficile primo intuitu videtur dicere, quot hebdomadæ ad explendos quadraginta dies ſint neceſſariæ; nec tamen facilis eſt dubii ſolutio. Dabo igitur primùm ea, quæ ex* Chryſoſtomo *certa ſunt; deinde dubitandi cauſam explicabo. Certum eſt primò, Quadrageſimam fuiſſe jejunium dierum quadraginta. Nam* Chryſoſtomus *illud jejunium non modò* Quadrageſimam *frequenter nominat; ſed in laudata quoque Oratione pag.* 611 *etiam ſic loquitur:* Quam igitur ob cauſam jejunamus per hos dies quadraginta? *Tum ait, multos temere olim* ad ſacra Myſteria *acceſſiſſe, ſubditque:* Cùm igitur intelligerent patres, quantum ex temerario acceſſu detrimenti caperetur, convenientes quadraginta dies jejunii, precum, auditionis verbi Dei, & conventuum deſignârunt *&c. Idem Serm.* 1 *de Anna tom.* 4 *pag.* 699 *comparans tranſactum jejunium cum peregrino, qui abiit, de eo loquitur hoc modo:* Nam cùm apud nos dies quadraginta fuerit converſatum, comiter illud excepimus ac dimiſimus. *Itaque jejunium illud erat quadraginta dierum, indeque vocatur* Quadrageſima.

B

C

In qua diebus Dominicis & Sabbatis non jejunabatur.

327 *Secundò conſtat ex* Chryſoſtomo, *duobus hebdomadæ diebus Antiochiæ non fuiſſe jejunandum, Dominico videlicet & Sabbato. Notum eſt aliunde, illis diebus non fuiſſe jejunium apud Orientales. Pro Antiochena eccleſia teſtis accedit* Chryſoſtomus *Hom.* XI *in Geneſim, tom.* 4 *pag.* 84, *dicens, in* ſacræ Quadrageſimæ tempore, *quo loquebatur, etiam ſubinde quietis aliquid concedi, ut in rebus aliis.* Ita & nunc, *inquit,* qui in Quadrageſima jejunii curſum ſuſcepere, ... hoſce duos hebdomadæ dies Dominus quietem largitus eſt, ut & corpori aliquantulum jejunii laborem remittentes, & animam recreantes, exactis duobus illis diebus, in pulcrè cœpto itinere alacriter pergant ii, qui illud ſuſceperunt. Age igitur, quia hodie remiſſionis dies eſt *&c. Ex hac duorum dierum remiſſione oritur dubium, utrùm hi annumerari debeant diebus quadraginta, an verò ſine iſtis remiſſionis diebus numerus quadraginta dierum explendus fuerit per ſolos dies, quibus ſtrictum erat jejunium. Si quis attendat ad hodiernam conſuetudinem ferè univerſalem, ſtatim clamabit, ſolos jejunii dies fuiſſe computandos. Nam hodie Eccleſia Latina habet quadraginta ſtricti jejunii dies, non computatis Dominicis, quibus non jejunatur. Eccleſia verò Græca, ut quadraginta dies jejunii habeat, exceptis Sabbatis & Dominicis, jejunium ad octo hebdomadas protrahit. At non quærimus, quid modò fiat; ſed quid Antiochiæ factum ſit tempore* Chryſoſtomi.

D

Alii verò ſeptem cum Sozomeno, alii ſex, alii octo hebdomadas Antiochiæ jejunatum volunt.

328 *Tillemontius eumque ſecutus Montfauconus ſeptem integras hebdomadas Quadrageſimæ Antiochenorum attribuunt. Hermantius verò in Vita* Chryſoſtomi *lib.* 2 *cap.* 17 *hebdomadas octo. Hujus opinionem, ut antiquorum omnium auctoritate deſtitutam rejecit Tillemontius Notâ* 28 *in Theodoſium, dicens:* Thomaſſinus in Tractatu ſuo de jejuniis non invenit, in ullo Orientis loco tunc extenſam fuiſſe Quadrageſimam ultra ſeptem hebdomadas. *Argumentum deſumpſit Hermantius ex Homilia* 18, *poſt mediam Quadrageſimam facta, in qua dicitur pag.* 187 nondum viginti dies *eſſe, quòd balnea juſſu imperatoris eſſent occluſa. Verùm ea verba nihil evincunt, ut ex ordine Homiliarum videbimus, & Sanctus ſic loqui potuit, etſi credamus Quadrageſimam ſex tantùm hebdomadarum fuiſſe. Exigui etiam momenti eſt auctoritas Sozomeni, quem pro ſua opinione allegat Tillemontius. Scribit ille lib.* 7 *cap.* 19 *de varietate jejunii quadrageſimalis hunc in modum:* Quadrageſimam verò, quæ hoc feſtum (*Paſcha*) proximè antecedit, in qua populus jejunare ſolet, alii quidem ſex dierum ſeptimanis computant, ut Illyrii & Occidentales, totaque Africa & Ægyptus ac Palæſtina. Alii verò ſeptem hebdomadas computant; ut Conſtantinopoli & per cunctas in circuitu provincias uſque ad Phœnicen. *Hæc verba Sozomeni Antiochenos, utpote inter Conſtantinopolim & Phœniciam medios, annumerant iis, qui jejunabant ſeptem hebdomadas.*

E

Sex hebdomadæ cum diebus 40 *congruunt, non item ſeptem,*

329 *Verùm Sozomeni auctoritas nequit magna hîc eſſe, cùm quia & alia quædam parùm probabilia ibidem affirmat, tum quia conciliari non poſſunt ſeptem hebdomadæ cum quadraginta diebus, quos Quadrageſimæ attribuit* Chryſoſtomus. *Si enim omnes ſeptem hebdomadarum dies numeremus, dies habebimus quadraginta & novem; ſi Sabbata & dies Dominicos, quibus non jejunabatur, de numero detrahamus, dies tantùm habebimus triginta & quinque. Contrà, ſi ſex tantùm hebdomadas attribuamus Quadrageſimæ, quadraginta dies haud difficulter reperimus. Nam inchoanda videtur Quadrageſima à die Lunæ, ſexto ante Paſcha, finiendaque die Veneris Sancto, ita ut dies Sabbati ſeu pervigilium Reſurrectionis Dominicæ, non annumeratum fuerit Quadrageſimæ, licèt eo die jejunaretur, certè apud Latinos omnes, quia Paſchatis erat pervigilium. Porrò nullus opponat, in hac opinione jejunium triginta & ſex tantùm dierum fuiſſe apud Latinos, qui ſingulis hebdomadis tantùm ſex dies jejunio vacabant; apud Orientales verò, qui Sabbata etiam eximebant, triginta tantùm fuiſſe jejunii dies; aliter enim credo computatos ab antiquis Quadrageſimæ dies.*

F

quia videntur intelligendi dies continui quadraginta.

330 *Quadraginta conſequentes dies erant jejunio deputati, ſicut Moyſes, Elias, & demum Chriſtus Dominus quadraginta continuis diebus jejunaverant. Verùm humana fragilitas non poterat illos perfectè imitari, ſive omni alimento carere toto illo tempore. Poterat tamen toto illo tempore à cibis aliquot aliàs licitis abſtinere. Hinc lex abſtinendi à carnibus data eſt, vigetque totis quadraginta diebus, etiam Dominicis & Sabbatis. Itaque*

A *taque, ſicut rectè dici poterant quadraginta diebus jejunare Chriſtiani, licèt ſingulis diebus cœnam ſumerent; ita etiam ſatis propriè dicebantur jejunare quadraginta diebus, licèt aliqui horum dierum deputati eſſent jejunio minùs ſevero, ſive ſoli abſtinentiæ à cibis aliquot. Patres igitur, qui dicunt totos quadraginta dies jejunandum fuiſſe Chriſtianis, ſic commodè exponi poſſunt. Inter Opera S. Hieronymi tom.* 4 *tres habemus libros Paſchales Theophili Alexandrini epiſcopi,* Chryſoſtomo *contemporanei. In his initium & finis Quadrageſimæ aſſignatur col.* 705, 716 *&* 726. *In ſingulis autem aſſignantur quadraginta dies, excepto Paſchatis pervigilio, qui dies erat quadrageſimus primus. Conſulat curioſus lector locos aſſignatos, & videbit ubique aſſignari menſem & dies undecim, id eſt, dies quadraginta & unum, cùm menſes Ægyptiorum ſint triginta dierum.*

quia ſaltem toto illo tempore erat abſtinendum à variis cibis.

331 *Caſſianus Collat.* 21 *cap.* 24 *ſatis inſinuat, ſuo tempore ſex hebdomadis jejunatum fuiſſe in pleriſque eccleſiis, in aliquibus ſeptimam fuiſſe adjectam.* Quid cauſæ eſt, *inquit*, ut ſex hebdomadibus Quadrageſima celebretur, licèt in quibuſdam provinciis religionis forſitan propenſior

B cura adjeciſſe hebdomadam etiam ſeptimam videatur, cùm neuter numerus, die Dominico Sabbatoque ſubtracto, quadraginta dierum impleat ſummam? *Non implent illæ hebdomadæ ſummam quadraginta dierum ſtricti jejunii, atque ea de cauſa Græci poſtmodùm addiderunt hebdomadam octavam; Latini verò plerique dies quatuor, & ſic utrique invenerunt quadraginta illos dies. At* Chryſoſtomus *frequenter dicit, Quadrageſimam fuiſſe quadraginta dierum, eaque de cauſa exiſtimo, eam fuiſſe Antiochiæ ſex hebdomadarum, ſicut erat in Palæſtina, in Ægypto, in toto Occidente, & ſicut etiamnum obſervatur in eccleſia Mediolanenſi. Certè hæc ſententia mihi apparet probabilior: nam, etſi crederemus hebdomadam ſeptimam jejunio deputatam fuiſſe apud Antiochenos, dum ſcribebat Sozomenus, potuit illa conſuetudo recipi poſt annum* 387, *de quo agimus: nam ille annis facilè quinquaginta ſeriùs ſcripſit. Itaque ſecundum hanc opinionem chronotaxis ordinanda eſt. Imò hæc ipſa opinio mirè firmabitur ex Homiliis in Geneſim in Quadrageſima anni* 388 *dictis. Conſule dicenda § 27.*

C *Seditio Antiochena ſub initium Martii figenda.*

332 *De tempore, quo exorta eſt ſeditio Antiochena, ita ſtatuendum eſt. Ex* Chryſoſtomo *liquet, ortam eſſe diebus circitèr decem ante Quadrageſimam, ut jam obſervavit Tillemontius, & ordo Homiliarum inſinuat. In prima enim Homilia poſt ſeditionem, quæ ſecunda eſt inter Homilias ad Populum Antiochenum inſcriptas, tom.* 2 *pag.* 20 *Sanctus, de ſeditione loqui incipiens, ait:* Tacuimus diebus ſeptem, ſicut & amici Job. *Itaque tunc ſeptem dies tranſiverant ab orta ſeditione, niſi fortè dies illos recenſeat ab ultima ſua concione. Hoc non omnino improbabile eſt, etſi contrarium innuat per comparationem cum amicis Job, qui, viſa hujus calamitate, ſeptem dies tacuerunt. At quocumque modo verba intelligamus; quatuor, ut minimùm, aut quinque diebus poſt ſeditionem habita eſt illa Homilia. Tertia verò rurſum duobus ſaltem aut tribus diebus poſt ſecundam habita eſt, & in ipſa Dominica, quæ Quadrageſimam præcedebat, ut videbimus. Habemus igitur decem ferè dies ante Quadrageſimam, & ſic incidit ſeditio in hebdomadam Sexageſimæ, ut vocamus, ſive inter Dominicam Sexageſimæ & Quinquageſimæ; & conſequenter, cùm Paſcha illo anno eſſet* XXV *Aprilis, figenda eſt ſeditio ſub initium Martii.*

AUCTORE J. S.

§ XXIV. Ordo Homiliarum Chryſoſtomi ab illa, quæ ſeditionem præceſſit, uſque ad ſecundam hebdomadam Quadrageſimæ.

Homilia ante ſeditionem habita, in qua contra blaſphemantes agit Sanctus

ANtequam oriretur famoſa illa ſeditio, Chryſoſtomus *prolixam admodùm habuit Homiliam in illa Pauli ad Timotheum verba:* Modico vino utere *&c. Edita hæc eſt ante reliquas Homilias ad Populum Antiochenum tom.* 2. *Propoſitum Sancto erat oſtendere, quàm multa variaque documenta hauriantur ex paucis ſacræ Scripturæ verbis; idque præclarè præſtitit, diverſa corrigens vitia, ac virtutes iis oppoſitas commendans. Unum tamen præ ceteris inculcare hîc incepit, nimirum ut à blaſphemis verbis caveant, miroque zelo omnibus commendat,* ut in civitate blaſphemantes *non corrigant modò ſed etiam caſtigent. Hanc Homiliam memorat Sanctus ipſe in ſecunda pag.* 24 *his verbis:* Longam nuper apud caritatem veſtram extendi concionem, & omnes obſequentes cernebam, nullumque ex media reverſum via: gratiam vobis de illo animi ſtudio habeo, & laborum mercedem accepi: ſed & aliam tunc à vobis mercedem exegi. Fortè nôſtis & meminiſtis. Quæ verò merces erat? Civitatis blaſphematores punire & caſtigare Deum contumeliâ afficientes, & furioſos cohibere.

atque iterum in ſequenti: in hac etiam ortam ex ſeditione

334 Non ex me ipſo talia me dixiſſe arbitror; ſed Deum futura providentem in mentem noſtram verba miſiſſe. Si enim talia auſos puniſſemus, non talia nunc accidiſſent, quæ acciderunt... Propterea clamare & conteſtari non deſtiti, blaſphemantium furorem puniamus, ipſorum mentem caſtigemus,... ne communem Dominum contumeliis affici negligamus. Magnum civitati malum pariet talia deſpicere. Hæc prædicebam, hæc nunc acciderunt, & torporis illius pœnas pendimus. Deum contumeliâ affectum deſpexiſti: ecce permiſit imperatorem contumeliâ affici, & de extremis periculum omnibus impendêre, ut in hoc timore illius negligentiæ pœnas demus. *Ex hiſce clarum eſt, ſeditionem fuiſſe mediam inter duas has conciones. In hac porrò ſecunda, quæ habita paucis diebus ante Quadrageſimam, & antequam Flavianus epiſcopus Conſtantinopolim erat profectus, miſera civitatis facies vivis coloribus exprimitur.*

civitatis miſeriam deſcribit,

335 *Accipe, lector, initium:* Quid dicam, aut quid loquar? Lacrymarum præſens tempus, non verborum; luctuum, non ſermonum; precationis, non concionis. Tanta patratorum eſt magnitudo, tam immedicabile vulnus, tam vaſta plaga, & omni medicamine major, & ſuperno indigens auxilio.... Date mihi, ut præſentia lugeam. Tacuimus dies ſeptem,... concedite hodie, ut os aperiam, & hanc communem lugeam calamitatem... Unde tanta facta eſt mutatio? Nihil fuerat noſtra civitate venerabilius: nihil nunc eſt miſerabilius. Populus tam compoſitus & manſuetus,.. repentè tantùm nunc nobis

AUCTORE J. S.

reſiliit, ut tot mala fecerit, quot neque dicere fas eſt. Lamentor & lugeo nunc, non propter exſpectatæ comminationis magnitudinem, ſed propter nimiam patratorum inſaniam... Nihil civitate noſtra priùs erat beatius, nihil nunc injucundius... Supremo enim deſtituta auxilio, ſolitaria remanſit, omnibus ferè habitatoribus nudata... Omnes terram, quæ ſe tulit, tamquam laqueum fugiunt; deſerunt tamquam baratrum, tamquam ab igne reſiliunt... Ænigma nunc facta eſt miſeria noſtra: ſine hoſtibus fuga, ſine pugna tranſmigratio, & ſine urbis excidio captivitas. *Multò plura dabit de hiſce Homilia ipſa, ex qua liquet, quantus eſſet Antiochenorum timor, cùm dicat pag.* 23: Civitas tam magna & Orientalium caput è medio tolli terrarum orbe periclitatur.

populum tamen utcumque conſolatur.

336 *Attamen propoſitum* Chryſoſtomi *non erat terrere magis Antiochenos, ſed conſolari, ut more ſolito ad conciones accurrerent. Quapropter pag.* 23 *ſic eos alloquitur:* Sed præbete mihi animam veſtram, præbete mihi aliquantulùm aures: triſtitiam excutite: ad priorem conſuetudinem redeamus: ſicut conſuevimus ſemper cum
B lætitia huc advenire, ſic & nunc faciamus, omnia in Deum rejicientes. *Deinde verò longum contexuit ſermonem in illud Pauli ad Timotheum*, Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere, *oſtendens divitiarum ac rerum omnium mundanarum vanitatem, aliaque præclara tradens documenta. Plaudentes verò pag.* 25 *cohibet his verbis:* Non eſt theatrum eccleſia, ut ad delectationem audiamus... Quæ mihi horum plauſuum utilitas? quæ laudum & tumultuum? Laus mea eſt, ut vos omnia, quæ dicuntur, operibus exhibeatis. Tunc ego felix habendus & beatus; non quando cum applauſu exceperitis, ſed quando omnia cum alacritate feceritis, quæcumque à nobis audieritis. *Uno forſan alterove die poſt hanc Homiliam diſceſſit Flavianus, ut apud imperatorem pro Antiochenis intercederet.*

Tertia de ſtatuis Homilia, poſt quam diebus conſequentibus

337 *Certè Flavianus diſceſſerat, antequam habita eſt Homilia tertia, quam orditur à laude illius antiſtitis, ita loquens pag.* 35: Quando ad
C ſedem hanc derelictam & magiſtro vacuam reſpicio, gaudeo ſimul & lacrymo: lacrymo quidem, quòd præſentem non video patrem: gaudeo autem, quòd pro ſalute noſtra profectus abiit, tantùm populum à furore imperatoris erepturus. *Mox oſtendit charitatem Flaviani, qui ſenex, & tali tempore, ægrotante etiam graviter unica ſorore, tantum iter ſuſcipere non recuſaverat. Tum docet, quibus verbis & rationibus uſurus ſit epiſcopus ad imperatorem placandum, quem* benigniſſimum & mitiſſimum *vocat, undique conquirens argumenta ad ſpem bonam ipſis ingerendam. Interim commendat, ut precibus boniſque operibus inſiſtant, atque inſtans quoque jejunium in auxilium vocent ad impetrandum divino favore felicem illius periculi exitum. Prolixa eſt Homilia, & optimis monitis ac documentis referta. Habitam eſſe die Dominico ante jejunium poſtridie inchoandum, ex duabus ſequentibus colligitur. In ſequenti ſeu quarta pag.* 58 *ita loquitur:* Ecce hodie totam jejunii diem exegimus, & menſam in veſpera apponemus, non heſternæ ſimilem, ſed immutatam & honeſtiorem. *Hæc igitur dicta eſt primo jejunii die. Quinta verò pag.* 70 *habet iſta:* Etſi enim heri & nudiuſtertius de hac vobis locutus ſum materia (*de vitandis juramentis*) neque tamen hodie deſiſtam neque cras, neque perendie eadem monere. *Hæc verba evincunt, Sanctum duobus præcedentibus diebus concionatum fuiſſe. Hæc igitur quinta dicta eſt die Martis* XVI *Martii, quarta die Lunæ, tertia die Dominico* XIV *Martii: neque enim de aliis loquitur Homiliis.* D

dictæ quarta, quinta,

338 *Initio quartæ ſtatim declarat, non inutilem fuiſſe conſolationem, quâ auditores recreare in tertia conatus erat, ſic exordiens:* Benedictus Deus, qui dolentes animas veſtras conſolatus eſt, & vacillantes mentes confirmavit. Quòd enim congruam ceperitis conſolationem, per ſtudium hoc & audiendi promptitudinem demonſtraſtis. *Et mox pag.* 49 *de ingenti ad eccleſiam concurſu:* In urbe quidem viros cernere deſideramus, tamquam deſerta habitantes; in eccleſiam verò confugientes multitudine comprimimur. *Plura de hiſce Sanctus memorat, pergitque in hac Homilia partim conſolari, partim egregiis monitis inſtruere populum. Idem rurſum facit in quinta Homilia, in qua pag.* 66 *auditores his verbis alloquitur:* Non ſum equidem propheta, neque filius prophetæ: futurum tamen manifeſtè ſcio, & magna & clara voce proclamo, quòd ſi mutemur, & aliquam animæ noſtræ curam agamus, & ab improbitate abſiſtamus, nihil moleſtum ingruet & triſte: atque hoc manifeſtè novi ex Dei clementia *&c. Longam in fine exhortationem ſubdit contra juramenta.* E

ſexta, in qua pergit

339 *Alia iterum ſequenti die ſecuta eſt Sancti Homilia, quæ ſexta eſt, & die Mercurii habita, ut colligitur ex hiſce verbis pag.* 84: Facite igitur, quod & heri admonui, & hodie dicam, nec dicens quieſcam, contra jurantes mulctam definientes. *Nova bonæ ſpei argumenta Antiochenis affert in hac Homilia, quam exorditur hoc modo:* Multos quidem impendimus dies caritatem veſtram conſolantes: non propterea tamen ab hac deſiſtemus materia; ſed donec triſtitiæ vulnus remanſerit, conſolationis medicamentum imponemus. *Tum iſtius conſilii rationes allegat, variaſque ad conſolandum rationes. Hunc quoque in finem narrat, iter illorum, qui ſeditionem Theodoſio nuntiaturi abierant, fuiſſe retardatum.* Et conſidera, *inquit pag.* 75, providentiæ modum, quomodo & terruit & conſolatus eſt: ipſo enim die [1], quo omnia illa patrata ſunt facinora, ipſos quidem exire, tamquam omnia, quæ acciderant, imperatori nuntiaturos permittens, exeundi celeritate omnes perterruit. Poſtquam verò abierunt, & duos treſve dies contriverunt; cùm jam inanem eſſe antiſtitis noſtri profectionem putabamus, utpote qui poſterior eſſet futurus; tunc metum diſſolvit, & nos conſolatus eſt, illos, ſicut dixi, mediâ detinens viâ, efficienſque, ut ii, qui illinc ad nos proficiſcebantur, illorum per viam ærumnas nobis annuntiarent. F

populum conſolari;

340 *Hæc quidem Sanctus, ut ſpem faciat auditoribus, Flavianum ante illos nuntios, aut certè non diu pòſt perventurum ad imperatorem. Attamen id futurum non dicit; neque ita contigit. Nam qui Antiochiam miſſi ſunt poſt auditam ſeditionem, Flaviano in medio itinere occurrerunt, ita ut ſeditionis nuntii veriſimiliter Conſtantinopolim aliquot diebus perveniſſent, antequam hæc dicebat* Chryſoſtomus. *Neque id incredibile eſt: nam quatuordecim circitèr diebus præterita erat ſeditio, & totum iter ſex diebus deinde fuiſſe confectum videbimus. Hi itaque, licèt impedimentis aliquot fuerint retardati, intra octo dies eò pervenire potuerunt: nam* velut alati *Antiochiâ exiverant, teſte ipſo* Chryſoſtomo. *Quare ſolidiori fundamento nitebatur alia ratio, quam pag.* 76 *ſubjungit ab humanitate & clementia Theodoſii*

A *sii, qui olim in gratiam festivitatis Paschalis* omnes ferè carcerem habitantes *dimiserat. Addit etiam rationes morales, docetque pag.* 77, per singulos dies *tunc temporis populum fuisse in ecclesia congregatum ad conciones audiendas, & hesternæ Homiliæ rursus ibi mentionem facit.*

item septima, in qua resumit expositionem sacræ Scripturæ,

341 *Homilia septima die sequenti, sive die Jovis, habita est, ut ex initio colligitur pag.* 84, *ubi dicit:* Multa quidem & de multis heri apud vestram differui caritatem. *Post pauca verò ad populi consolationem prolata, pag.* 85 *subdit:* Sed hîc consolationis sermonem solvamus. Etenim quintam diem agimus vestram consolantes caritatem, & jam molesti videmur: attentis enim dicta sufficiunt, pusillanimis autem, etiamsi dictis plura addamus, nihil profuerit. Tempus verò nobis jam ad Scripturarum expositionem convertere doctrinam *&c. Quinque illi dies, quibus populum consolatus est, sunt continui à die Dominico usque ad diem Jovis, quo consolationem illam initio continuavit, ac finire voluit. Verùm Tillemontius Notâ* 29 *in Theodosium aliquid scrupuli contra hunc dierum ordinem movet, suspicaturque sextam & septimam eodem die dictas. Ratio est,*

B *quia* Chrysostomus *in hac septima sic habet initio:* Multa quidem & de multis heri differui... De multis verò si omnia vobis retinere haud est facile, illud omnium maximè vos meminisse rogo, quòd tristitiam nobis Deus non ob aliud indiderit, nisi propter solum peccatum. *&c. Etenim hoc argumentum fusè tractat in Homilia* 5 *num.* 4, *indeque colligit Tillemontius, quintam uno tantùm die ante septimam fuisse habitam, & consequenter sextam, quæ utrique intercedit, mane dictam esse die Mercurii, quo septima post meridiem est habita. At speciosa magis est quàm solida objectio: nam* Chrysostomus *in Sexta num.* 4 *iterum docuit, non esse homini dolendum, nisi ob solum peccatum. Pauca è pluribus inde huc transfero:* Ne igitur propter mortem tristeris, naturæ enim est: tristare propter peccatum, voluntatis enim est culpa. *Fundamento igitur caret illa objectio. Hac autem occasione lectorem moneo, me plures ejusmodi scrupulos omnino præterire, ne hic Commentarius in nimiam excrescat molem; at non omissurum difficultates solidis rationibus nixas.*

C *uti & octava, dicta die Veneris:*

342 *Post septimam mox secuta est octava Homilia, quæ dicta est die Veneris, & quidem sine ullo meo dubio, licèt repugnet Montfauconus in Vita pag.* 107, *& multos sibi scrupulos moveat Tillemontius, priusquam sententiam nostram amplectatur.* Chrysostomus *cœptam pridie explicationem initii Geneseos prosecuturus, ita incipit:* Audistis nuper, quomodo omnis Scriptura consolationem afferat & refrigerium, licèt historica sit narratio, Etenim illud, "In principio fe„cit Deus cælum & terram„ historiæ expositio erat: sed demonstravit oratio, & multâ plenam consolatione dictionem esse. *Hæc in Homilia septimæ ostenderat Sanctus. Illud autem* nuper, *cujus causâ octavam in Sabbatum rejicit Montfauconus, idem hîc est ac* heri. *Nam eamdem septimam iterum allegat pag.* 92, *ut* heri *dictam, his verbis:* Nunc autem interim dicemus, quod heri relictum fuit. *Et mox allegat verba in præcedenti non exposita:* Deambulabat Deus in paradiso *&c. Rursum pag.* 7 *de juramentis loquens, ita habet:* Sextus hic dies est, quod de hoc vos præcepto admoneo: in futurum vobiscum pacisci volo tamquam desistens, ut caveatis. *Erat igitur dies Veneris, quo hæc dicebat, cùm de juramentis loqui cœperit die Dominico. In illa porrò Homilia differt rursum quæstionem in septima pag.* 89 *promissam, cur liber Geneseos non ab initio mundi sit scriptus, hanc allegans rationem:* Ad finem nobis devenit hæc hebdomas, & materiam attingere metuo, deinde statim expositionem intercepturus: multis enim diebus opus habet hoc argumentum. *Nimirum jejunium hebdomadæ finiebatur die Veneris,* Chrysostomus *autem, etsi Sabbatis etiam & Dominicis in Quadragesima ad concionem frequenter dicebat, diebus tamen illis, quibus non erat jejunium, difficiles sacræ Scripturæ locos non videtur tractare voluisse, sed potiùs moralem tradidisse doctrinam, fortasse quia istis diebus plures accurrebant simpliciores.* AUCTORE J. S.

post hanc verò postridie habita est decima quinta,

343 *Quidquid sit causæ, cur difficilem illam quæstionem maluerit inchoare die Lunæ sequenti in Homilia nona, quàm die Sabbati, nequeo dubitare, quin hoc etiam die ad populum peroraverit Sanctus, atque Homiliam quidem illam habuerit, quæ decima quinta est impressa. Vidit Tillemontius illam à loco suo esse divulsam, sicut & aliæ quædam suo ordine non sunt positæ. At maluit credere, secundo Quadragesimæ Sabbato dictam esse quàm primo. Montfauconus verò in Vita pag.* 108 *contendit, hanc suo ordini relinquendam, uti & decimam quartam, & decimam sextam. Verùm is ordo mihi nequaquam videtur probabilis. Accipe igitur, studiose lector, tria indicia satis manifesta, ad dictam Homiliam* 15 *inter octavam & nonam figendam. Initium tale est pag.* 151: Oportebat & hodie, & superiore Sabbato (*nimirum ante Quadragesimam*) de jejunio facere sermonem: intempestivum hoc dictum esse cogitet nemo. Nam in diebus quidem jejunii consilio nihil opus est & admonitione, ipsa dierum præsentia etiam negligentissimos ad jejunii certamen excitante. E

quæ & primo Sabbato Quadragesimæ

344 Sed quoniam hominum multi jejunium aggressuri, tamquam longæ cuidam obsessioni tradendus sit venter, crapulæ & ebrietati præoccupantes indulgent: rursumque egressi tamquam ex longa quadam esurie, & gravi jejunii carcere soluti, cum multo dedecore ad mensas currunt, seu studentes sibi ortam ex jejunio utilitatem crapulæ excessu rursum perdere; operæ pretium fuit & tunc & nunc de temperantia instituere sermonem. *Ad hæc attentos lectores desidero. Quo Sabbato admonere oportebat illos, qui ante inchoatum jejunium crapulæ se dedere solent & ebrietati, nisi illo Sabbato, quod præcedit Quadragesimam? Nam postea fuisset sera monitio. Quo rursum Sabbato prima vice egrediuntur jejunio, qui jejunio liberati mox ad intemperantiam progrediuntur, nisi Sabbato primæ hebdomadæ? Itaque vel ineptè ratiocinatur* Chrysostomus, *vel Homiliam illam habuit primo Quadragesimæ Sabbato; ut etiam ostendit tota Homilia, quâ ostendit timorem illum, in quo adhuc erant Antiocheni, ipsis esse utilem. Quin & hunc timorem pro ratione allegat, quâ non censuit necesse de temperantia & jejunio verba facere.* F

& post octavam, & ante nonam

345 *Non minùs clarè apparet, Homiliam illam dictam esse sequenti die post octavam. In Octava habet verba data num.* 342, *ubi dicit se velle desistere contra juramenta perorare. Ad hæc verò verba apertissimè respicit in illa, quæ vulgò est decima quinta, quando dicit pag.* 158: Et quidem heri cum vestra caritate constitui, me non ampliùs de hoc mandato dicturum; quoniam omnibus superioribus diebus de illo sufficienter dictum est. Sed quid faciam? Donec vos correctos

AUCTORE J. S.

rectos videam, non poſſum à conſilio dando abſtinere. *Loquitur de juramentis, loquitur de Sabbato. Ad quam igitur Homiliam reſpiciemus, niſi ad octavam die Veneris habitam; cùm nulla alia exſtet, ad quam allegata verba referri poſſunt, faciente Tillemontio. Accipe modò, lector, indicium tertium, quo probatur, laudatam Homiliam habitam eſſe ante nonam. In illa pag.* 158 *contra juramenta laudat Zachariam prophetam ſecundum Septuaginta cap.* 5 ℣ 1 *his verbis*; Audiſtis prophetam de juramento hodie nobis loquentem? „Reſpexi oculis meis, & vidi (inquit.) „Et ecce falx volans longitudinis cubitorum vi„ginti, & latitudinis cubitorum decem. Et dixit „ad me: Quid tu vides? Et dixi: Video fal„cem volantem longitudinis cubitorum viginti, „& latitudinis cubitorum decem. Et ingredietur „domum (inquit) jurantis nomine meo, & de„ſtruet in medio, & ſuffodiet lapides & ligna.„

Falx oſtenditur.

346 *Hanc falcem volantem ibi pluribus eloquenter & terribiliter contra jurantes intorquet. Hùc igitur reſpicit in Homilia nona pag.* 105, *ubi jurantibus tale dat conſilium:* Ut autem ceterior fiat emendatio, hoc fac, quod dico. Scribe in pariete domûs tuæ, & in cordis tui pariete falcem illam volantem, & hanc ad maledictionem volare puta; & aſſiduè ipſam recogita *&c. Nulla alia hîc additur falcis explicatio. Quotus quiſque igitur noviſſet, de qua falce loqueretur? Quomodo intellexiſſent auditores, quid falx illa volans ſignificaret, niſi præceſſiſſet explicatio, quæ data erat paulò antè in Homilia vulgo* 15, *ſed verìùs nona. Quæ hiſce opponuntur apud Tillemontium & Montfauconum, nullius ſunt momenti: neque enim adverterunt ad argumenta jam data. Itaque nullum mihi ſupereſt dubium, quin illam Homiliam primo jejunii Sabbato habuerit* Chryſoſtomus. *At nullam novimus Homiliam ſequenti Dominico dictam.*

In ſecunda hebdomada Quadrageſimæ die Lunæ dicta eſt nona,

347 *Die autem Lunæ tractare cœpit quæſtionem in Homilia* 7 *propoſitam, ac eò uſque dilatam, in Homilia vulgò nona, quam &* nonam *vocabo. In hac pag.* 98 *ſic illam proponit:* Nuper itaque quærebamus, qua de cauſa poſt tot annos editæ ſint Scripturæ, *eaque de re tum prolixè diſſerit. Figenda eſt hæc Homilia die Lunæ in hebdomada ſecunda Quadrageſimæ. Initium tale eſt:* Et nuper ad vos & nunc ad vos verba facio. Utinam verò & ſemper vobiſcum, etſi non corporis præſentiâ, ſaltem caritatis vi: nec enim mihi eſt alia vita, niſi vos, & ſalutis veſtræ cura... Ideo & omnes vos in mente mea circumfero, nec verò hic tantùm, ſed & domi. Etſi enim multus eſt populus, & brevis cordis mei menſura, ſed lata eſt caritas, & non in nobis anguſtiamini: ſequentia verò non addam: neque enim nos apud vos anguſtiamur. *Tum laudat Antiochenos, quia intellexerat, multos operam dare ad pravam juramentorum conſuetudinem evellendam, & ſubjungit:* Propterea vos in corde meo aſſiduè gero, propterea non ſentio docendi laborem, auditorum lucro relevatus. *Attamen conqueritur, multos ad hanc concionem non veniſſe, quòd, cùm corporis infirmitate non poſſent jejunare, non auderent pranſi ad eccleſiam venire. Hanc itaque noxiam formidinem tollere conatur, docetque non eſſe à concionibus abſtinendum ob omiſſum ex neceſſitate jejunium.*

verìſimiliter poſtridie decimæ.

348 *Decimam Homiliam ſequenti die Martis dictam exiſtimo, quia ſub finem nonæ Sanctus dicit, alia plura dici poſſe, ſed illa ſe* in craſtinum *differre. Etenim in decima eamdem* Chryſoſtomus *tractat materiam, utilemque fuiſſe non jejunantibus admonitionem ſuam initio declarat, ita exorſus dicere:* Gaudeo & gratulor omnibus vobis, quòd admonitionem noſtram, quam pro non jejunantibus, & propterea abſentibus nuper feci, re præſtitiſtis. Arbitror enim multos jam pranſos hodie adeſſe, & pulcram hanc nobis implere concionem: & hoc conjicio, eò quòd amplius nobis theatrum factum ſit, & major audientium conventus *&c. Illud* nuper *igitur ſe veriſimiliter ad præcedentem dumtaxat extendit diem, ut in Homilia* 8, *de qua num.* 342: *nulla enim eſt ratio, cur dicamus diem aliquem intermedium concione caruiſſe, cùm illa in Homilia nona pro ſequenti die eſſet indicta. In fine hujus Homiliæ contra juramenta perorat, quod in Quadrageſimâ necdum intermiſerat. Poſt Homiliam decimam novus terror Antiochenos perturbavit, &* Chryſoſtomum *ſilere coëgit, ut habet Homilia* XI *pag.* 15. *Hinc oritur dubium, an Homilia illa ſequi debeat, ut habent editiones, an verò alia quæpiam.*

§ XXV. Proſecutio earumdem Homiliarum uſque ad Paſcha.

Terror Antiochenorum ob nuntios ab imperatore miſſos,

UT autem ordinem rectè conſtituamus, neceſſe eſt, *ut obſervemus, qua de cauſa tantopere perturbati fuerint Antiocheni, ut populum congregare ac docere non potuerit* Chryſoſtomus. *Non alia ſanè erat, quàm quòd aliqui poſt auditam ſeditionem miſſi ab imperatore veniſſent Antiochiam & judices exſpectarentur de ſeditione inquiſituri. Hinc non potuit ad populum dicere* Chryſoſtomus, *quia Antiocheni, ut loquitur in Homilia* XI *pag* 115, infinitis tota die rumoribus *erant* pulſati, perturbati, & undique circumacti, & ſingulis ſatagentes diebus, & curioſè ſciſcitantes: Quis venit è caſtris (*id eſt, ab aula imperatoria?*) Quid verò veniens nuntiavit? Numquid verum an falſum, quod dicitur? & noctes ſine ſomno tranſigentes, & civitatem reſpicientes cum lacrymis tamquam mox perituram. Propterea, *inquit*, & nos ſuperiores hos dies tacuimus, quoniam civitas noſtra omnis erat exhauſta, omnes in ſolitudines tranſmigraverant, & reſidui triſtitiæ nube caligaverant. *Hîc perturbationis initia ſolùm narrat Sanctus & leviora: graviora verò, quæ ſecuta ſunt, dum inchoata fuere judicia, referuntur in Homilia* 13, *& præſertim in Homilia* 17, *quam primam dixit poſt ſublata judicia, quantùm exiſtimo.*

qui ſevera mandata ferebant, judiceſque venturos præceſſerant.

350 *Diem ipſum, quo primi illi nuntii imperatoris mandata pertulerunt, ratione ſatis veriſimili me aſſignaturum confido. Quid fecerit Theodoſius, audita ſeditione, exponit Libanius Orat.* 13 *ad Theodoſium, ſeu tom.* 2 *Operum Libanii pag.* 407 *his verbis:* Quomodo igitur hic princeps ſe geſſit? Caſtigat quidem animadverſione quadam remedium continente.... Dum hæc ſanciret: Ne videlicet certamen equeſtre fieret in circo: néve ad theatrum quiſquam iret; néve eſſet, qui oblectaret, neque qui oblectaretur: & ut parvi oppidi nomine urbs magna vocaretur: poſtremò ut quivis à balneorum deliciis abſtineret... Ad judicium verò de quibuſdam ſtatuendum mittit eos, quorum juſtitiæ conſcius & certus erat. *Judices hi erant Hellebichus &*

Ca-

A *Cæsarius, ambo variis præfecturis functi, ut videri potest apud Tillemontium tom. 5 Imperatorum in Theodosio art. 34. Adventum horum judicum innotuisse Antiochenis notabili tempore, antequam in urbem venerunt, liquet ex eodem Libanio Orat. 21 pag. 528. Venerant igitur aliqui ante illos imperatoris mandata perferentes, idque etiam colligitur ex datis* Chrysostomi *verbis de perturbatione Antiochenorum. Cùm autem illorum adventus interruperit conciones* Chrysostomi, *nequit statui post diem Martis aut Mercurii secundæ hebdomadæ jejunii, cùm silere tunc cœperit.*

Ubi Antiochiam venerunt die XX *Martii,*

351 *At prima imperatoris mandata Antiochiam perlata fuisse Sabbato primæ septimanæ, mihi magis persuadeo, quia video aliqua saltem ex illis jam tum executioni mandata. Audiamus* Chrysostomum *in Homilia vulgò* 15, *quam illo Sabbato habitam ostendi. Dicit, se multos frustra impendisse sermones, ut* theatra & spectacula *profana dimitterent Antiocheni:* Sed ecce nunc, *inquit pag.* 152, tacentibus nobis & nihil de hoc dicentibus, sponte orchestram obstruxerunt, & circus inaccessibilis factus est. *Ignorabat tum quidem, aut dissimulabat, si forte noverit, qua de causa id factum esset; quia verisimiliter magistratus mandatum imperatoris necdum vulgaverant, ne Antiochenorum timor & fuga augeretur. Verùm, postquam omnis inquisitio cessabat, veram causam docuit* Chrysostomus *in Homilia* 17 *pag.* 175, *ubi sic habet:* At quæ ab imperatore profecta sunt, contristant? Sed nec illa profectò gravia: verùm & ipsa multum attulerunt emolumenti. Quid enim molesti, dic mihi, factum est? Quòd orchestram obstruxerit, quòd circum inaccessibilem fecerit, quòd nequitiæ fontes excluserit & obruerit?... Propterea tristaris, carissime? Imò ideo & gaudere & lætari oportet, & gratias imperatori agere: quoniam ipsius ultio, correctio fuit, & pœna, eruditio, & ira, doctrina. An quia balnea nobis occlusa sunt? Sed hoc non intolerabile... An quòd civitatis abstulit dignitatem, nec ampliùs ipsam metropolim appellari permisit? *&c.*

Ut factum esse, ac fieri potuisse ostenditur,

C 352 *Videmus, omnia illa esse facta mandato imperatoris. Orchestra autem & circus occlusa sunt Sabbato primæ hebdomadæ, & haud dubiè balnea eodem die. Mandatum igitur imperatoris Antiochiam venerat Sabbato primo Quadragesimæ, quod incidebat in* XX *Martii, cùm sex tantùm hebdomadas Quadragesimæ fuisse dixerim. Multa hisce contraria scripsit Tillemontius, multa Montfauconus; sed nullam contra hanc chronotaxim allegârunt rationem, quæ parit difficultatem. Qui ipso die seditionis Constantinopolim summa celeritate abiverant, intra octiduum eò pervenire potuerunt. Alii poterant eadem celeritate Constantinopoli Antiochiam proficisci, ac mandata Theodosii perferre: nam Cæsarius, peracto Antiochiæ judicio, sexto die Constantinopolim pervenit, teste Libanio Orat. 20 pag. 519. Atqui intra seditionem & primum Sabbatum Quadragesimæ sexdecim, ut minimùm, numerandi sunt dies. Itaque inutiliter utriusque urbis distantiam metitur Tillemontius Nota* 31 *in Theodosium, ut ostendat mandata imperatoris seriùs Antiochiam venisse, cùm ipse agnoscat, totum iter sex diebus à Cæsario confectum.*

Discussa opinione contraria.

353 *Frustra ratiocinatur, quando observat, Flavianum episcopum in media via occurrisse Hellebicho & Cæsario, judicibus ab imperatore delegatis, ut probet, hosce tantùm venisse Antio-*

chiam die Lunæ tertiæ hebdomadæ: neque enim via media tam strictè intelligenda est, ut ex hac de die adventûs certò statui possit: neque supponere debuit Tillemontius, nullos imperatoris nuntios venisse Antiochiam ante judices ipsos. Nihilo magis supponere debuit, mandatum imperatoris de orchestra, circo & balneis occludendis per ipsos judices fuisse perfectum. Etenim prudentiæ non minùs erat quam severitatis, loca illa, in quibus tantæ civitatis populus congregabatur, prius occludere, ne novæ contra judices ipsos orirentur seditiones, & ne Antiocheni metu pœnæ omnino rebellarent.

AUCTORE J. S.

Durante illo terrore, dicta Homilia 16.

354 *Prædictis terroribus & rumoribus agitati sunt Antiocheni, donec habita est Homilia decima sexta, quæ figenda est Sabbato aut Dominico post secundam jejunii hebdomadam, id est,* XXVII *aut* XXVIII *Martii. Hoc liquet ex ipsa Homilia, in qua pag.* 168 *ita legitur:* Secundam jejunii septimanam expedivimus. *Nam jejunium secundæ septimanæ Sabbato finiebatur; sed verba illa æquè dici poterant Dominico. Habita est Homilia tempore perturbationis tantæ, ut pag.* 161 Chrysostomus *dicat:* Nisi multa à patribus vi compulsus fuissem, neque surrexissem, neque locutus fuissem, dolore obtenebratus ex pusillanimitate vestra: sed neque nunc in me ipsum redire possum: sic animum mihi indignatio & tristitia obsidet, quando post tantam doctrinam gentilibus opus habuistis doctoribus, qui hortarentur & monerent, ut præsentem generosè timorem ferretis. *Titulus & initium Homiliæ causam tantæ indignationis Sancti utcumque exponunt. Titulus sic habet:* Nunciata ad præfectum populatione, & omnibus de fuga consultantibus, cùm intrâsset præfectus in ecclesiam, & consolatus fuisset, habita est præsens Homilia. *Initium est:* Præfecti quidem providentiam laudavi, quoniam tumultuantem conspicatus civitatem, & omnes de fuga deliberantes, ingressus, vos consolatus est, & in bonam spem adduxit. Pro vobis autem rubore pudoreque affectus sum, quòd exterioris post multos prolixosque sermones illos consolationis indigueritis. *Hanc increpationem Sanctus acerrimè prosequitur, & mox in jurandi consuetudinem, ut malorum causam, invehitur. Deinde vincula & tribulationes S. Pauli multis extollit, ut vincula timentibus addat animos. Num.* 2 *multa repetit breviter ex Homilia vulgò* 15 *dicta, & nominatim falcem illam volantem hoc modo:* Ex his igitur omnibus sanè multis illa mihi maximè reminiscimini, quæ de volante falce dicta sunt, in jurantis domum divertente, lapides & ligna subruente, & omnia consumente. *Ex hisce liquet, Homiliam illam esse dictam, dum in maximo timore erant Antiocheni. Dictam tamen puto, antequam judicia exercerentur; & illo ipso die, quo judices ingressi sunt urbem, ita ut præfectus ille, qui populum consolatus est, verisimiliter sit unus ex judicibus, nisi fortè urbis præfectus turbatum, instante illorum ingressu, populum consolari voluerit. At magis credo fuisse unum ex judicibus.*

B

E

F

Mox iterum siluit Sanctus ob severa judicia:

355 *Quicumque ille fuerit, post hanc Homiliam iterum silere coactus est* Chrysostomus, *quia terrore judiciorum & nimio carceris metu omnes erant perculsi. Illa multorum comprehensione & acri examine cœpta sunt in tertia Quadragesimæ hebdomada die Lunæ, & per tres aut quatuor durârunt dies, quantùm ex* Chrysostomo *potest colligi. In Homilia* 13 *pag.* 133 *de illo tempore Sanctus sic loquitur:* Quale præteritum vidimus quatriduum, & quale nunc videmus præsens?

AUCTORE J. S.

Quanta in illo obſcuritas tum erat? quanta nunc in præſenti tranquillitas? Tremendum in civitate tribunal illud, & omnium corda concuſſit, & nocte fecit diem nihilo eſſe meliorem, non radiis exſtinctis, ſed triſtitia & timore oculos offuſcantibus veſtros. *Tillemontius vocem* τετράδα quatriduum *explicat de feria quarta, ſive de die Mercurii: nec improbabilis eſt ea expoſitio, cùm vox Græca talem expoſitionem admittat, & Homilia die Mercurii ſit habita, ita ut oppoſitio præſentis diei Mercurii cum præterito ſaltem æquè probabilis ſit, quàm præſentis quatridui cum quatriduo præterito. Hac de cauſa nequit determinari, an tribus aut quatuor diebus duraverint judicia. At finita eſſe die Jovis ſuſpicor, ac Sabbato figendam Homiliam illam, quam poſt finita judicia primam dixit* Chryſoſtomus.

Illorum judiciorum terror

356 *De ſeveritate illorum judiciorum multa narrat Sanctus in Homilia jam laudata. Pauca huc transfero:* Poſtquam enim civitatis major pars præ timore & comminatione illa ad deſerta & fauces montium & occulta locorum tranſmigravit, metu ipſos undique cogente; & vacuæ mulieribus erant domus, vacuum viris forum, vix
B autem duo vel tres euntes in medio ſimul videbantur, & ipſi tamquam animati mortui circumeuntes; abibamus in forum judiciale geſtorum finem viſuri: & collectas civitatis reliquias cernentes, illud omnium maximè admirati fuimus, quòd multitudine circa fores morante, tamquam præſente nemine, ſilentium erat profundiſſimum, omnibus inter ſeſe reſpicientibus, & nemine aſſiſtentem interrogare, aut quidquam audire ab illo audente. Proximum enim quiſque ſuſpectum habebat: quoniam multi jam præter omnem ſpem ex medio rapti foro intus coërcebantur: & omnes pariter in cælum aſpiciebamus, & manus extendebamus cum ſilentio ſupernè ſubſidium exſpectantes *&c.*.. Et hæc quidem erant præ foribus.

& ſeveritas. Homilia 17,

357 Poſtquam verò interiorem aulam introivimus, rurſus alia his terribiliora vidimus, milites armatos enſibus & clavis *&c. Multa addit de miſerabili ſpectaculo mulierum nobilium pro ſuis ſupplicantium, de flagris & verberibus eorum, qui torquebantur, ita ut exclamare cogeretur pag.* 135: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, *& ſeveritatem extremi judicii in memoriam revocaret.* Atqui, *inquit*, civitatis primates, qui tunc
C judicabantur, erant: *multique pro ipſis intercedebant.* Verumtamen nihil eorum judices interiùs cauſas audientes tunc inflexit: ſed unum ſolum reſpiciebant, ut diligens commiſſorum quæſtio fieret. *Multò hiſce plura ibidem legi poſſunt apud* Chryſoſtomum, *qui egregia de vanitate rerum mundanarum documenta ex ſimilibus proponere ſolet. At videamus modò, quorum maximè operâ ſeveritati tantæ finis demum ſit impoſitus. Refert hoc Sanctus in Homilia* 17, *quam hac de cauſa primam figo poſt judicia peracta: neque enim veriſimile eſt de ulla alia re tractâſſe* Chryſoſtomum, *priuſquam Antiochenos illâ Homiliâ erat conſolatus. Tota quoque Homilia, & præſertim initium, hunc ordinem indicat. Hoc enim orditur modo pag.* 170: Opportunè omnes hodie ſimul concinuimus: „Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui „facit mirabilia ſolus.„ Etenim miranda & opinionem excedentia facta ſunt negotia. Urbem totam & populum tantum jam ſubmergendum, & ſub undas agendum, & perdendum funditus, ſtatim uno temporis momento ab omni naufragio liberavit... *Modum accipe.*

358 *Tunc, ait pag.* 172, vertices montium habitantes monachi propriam exhibuere philoſo- D
phiam. Namque tot annis in cavernis ſuis con- *quæ docet monachos & ſacerdotes*
cluſi, nemine advocante, ſuadente nemine, poſtquam nubem tantam civitatem circumſtantem viderunt, tabernacula ſpeluncaſque ſuas derelinquentes, undique confluxerunt, velut angeli quidam de cælo profecti... Nec hoc ſolum erat mirabile, ſed quòd ad principes ipſos accedentes cum fiducia loquebantur pro reis, & omnes ſanguinem effundere parati erant & capita deponere, ut captos ab exſpectatis tribulationibus eriperent: & dixerunt ſe non priùs receſſuros, quàm judices parcerent civitatis populo, vel ſe ſimul cum reis ad imperatorem legatos mitterent. Religioſus eſt, inquit, qui noſtro orbi dominatur, fidelis, cum pietate vivens. Nos igitur ipſum omnino reconciliabimus: non permittemus vobis, neque concedemus enſem polluere, nec ullius abſcindere caput. Si verò non abſtineatis, & nos cum ipſis omnino moriemur *&c. Deinde pag.* 175 *de ſacerdotibus, ex quibus ipſe haud dubiè unus fuit, ſic loquitur:* Nec monachi tantùm, verùm & ſacerdotes eamdem præſtiterunt animi magnitudinem, noſtramque ſalutem diſpenſârunt. Et alius quidem E
(*Flavianus*) in caſtra * ſe contulit... Alii verò *i. e. ad aulam
hîc remanentes, & eadem, quæ monachi, exhibentes, propriis manibus judices continentes, non ſinebant ingredi, priuſquam de judicii fine promitterent. Et cùm renuentes quidem videbant, multa fiducia & ipſi viciſſim utebantur. Ut autem annuentes viderunt, pedes & genua complexi, & manus exoſculati, utramque virtutem ſuperabundanter exhibuere, libertatem & manſuetudinem.

pro reis interceſſiſſe, ut judicia finirentur,

359 *Interceſſio illa monachorum & ſacerdotum eodem die finem judicii impetravit, effecitque ut nullus morte ulteriùs puniretur; ſed omnia ad imperatorem referrentur. Monachorum fortitudinem cum puſillanimitate gentilium philoſophorum comparans, utrumque declarat pag.* 173: Etenim (*monachi*) ante prætorii januas totos dies (*imò* totum diem, *Græcè* διημέρευον) agebant ſedentes, abducendos de carnificum manibus eripere parati. *Ex hoc facto, quod piis magis quàm doctis monachis condonabimus, ſatis colligitur, nullum ab eo tempore occiſum. Alterum clariùs dicit* Chryſoſtomus *his verbis:* Monachi... malum diſſolvêre non multis diebus, ſed brevi temporis momento... Hi die una & deſcenderunt (*de montibus ſuis*) & diſſeruerunt (*coram judicibus,*) & ſolverunt calamitatem (*judiciorum*) & ad propria reverſi ſunt tabernacula. *At nullus hinc inferat, judicia uno tantùm die durâſſe, & ſecundo ſic fuiſſe finita: nam ignoramus, quot diebus judices fuiſſent occupati ante monachorum adventum. Præterea, qui erant in carcere, aut in exſilium miſſi, tunc liberati non ſunt; ſed eorum cauſa imperatori permiſſa, ut liquet ex* Chryſoſtomo *pag.* 179, *ubi commendat, ut pro illis Deum precentur Antiocheni.* F

poſt illa prima eſt habita,

360 *Porrò voluerunt monachi adire imperatorem, ut pro Antiochenis intercederent, teſte* Chryſoſtomo *pag.* 174. Sed judices, *inquit*, ipſorum ſapientiam (*Græcè* φιλοσοφίαν, *id eſt*, virtutem) reveriti, & ſenſûs altitudine * perculſi, hanc eos * magnanilongam obire viam non permiſêre: ſed ſi dum- mitate
taxat ipſorum voces haberent in ſcriptis, ſe cum litteris diſceſſuros, & imperatorem exoraturos, ut omnem iram dimitteret, ſpoponderunt, quod & fore exſpectamus. Etenim cùm ſententia diceretur, ingreſſi multæ ſapientiæ * verba dixerunt, * philoſo-
ac per litteras imperatori ſupplicaverunt, & poſt phiæ

has

AUCTORE J. S.

A has ſumptas in litteris voces judices abierunt... Et quæ ſunt hîc nunc geſta, audiet imperator, audiet magna civitas, audiet & totus orbis, quòd tales Antiochenorum urbem habitent monachi, ut Apoſtolicam exhibeant fiduciam. *Hactenus* Chryſoſtomus. *Ex judicibus autem Conſtantinopolim profectus eſt Cæſarius, veriſimiliter ſub veſperam diei Veneris in tertia hebdomada Quadrageſimæ. Certè ipſum diſceſſiſſe ſub veſperam, aſſerit Libanius pag.* 519, *addens tanta uſum celeritate, ut ſex diebus ad Theodoſium pervenerit. Solùm dubito, utrùm ipſo die, quo judicia ceſsârunt, profectus ſit; an verò ſequenti, ut omnia magis ordinarentur, quæ ad imperatorem perferenda erant. Æquè dubium mihi apparet, an* Chryſoſtomus *Homiliam laudatam, quæ decima ſeptima eſt impreſſa, die Veneris dixerit, an Sabbato. Hoc tamen apparet veriſimilius, quia ſequentem malim figere die Dominico, dum media erat Quadrageſima, ſive poſt tertiam hebdomadam.*

ac poſtridie decima octava, dicta in media Quadrageſima:

B 361 *Impreſſa hæc eſt decima octava, ac tale habet initium:* Multos vidi gaudentes, & inter ſe dicentes: Vicimus, ſuperavimus: jejunii dimidium profligatum eſt. Tales autem hortor non propterea gaudere, quia profligatum ſit jejunii dimidium, ſed illud conſiderare, ſi peccatorum ſit profligatum dimidium. *Deinde docet, quale debeat eſſe jejunium, ac divitiarum rerumque omnium mundanarum vanitatem oſtendit, præſenti exemplo eam ſic elucidans pag.* 182: Ecce enim pauperes quidem omnes evaſerunt, populus periculo liberatus eſt... Qui autem rempublicam tractabant,... & alia adminiſtrabant, ipſi carcerem nunc habitant, de extremis timent,... omnibuſque nunc miſeriores ſunt, non propter periculorum magnitudinem, ſed quia præteritum tempus in deliciis egerunt. Multi namque, cùm eos hortaremur & moneremus, ut generosè res adverſas ferrent, dicebant: Nil umquam tale meditati ſumus, nec talia philoſophari novimus: propterea magna indigemus conſolatione. *Poſt multa de vanitate, pag.* 187 *reprehendit eos, qui in flumine ſe lavabant, quòd balnea eſſent occluſa, eoſque ſic alloquitur:* Nondum viginti dies balneis excluſus egiſti *&c. Hoc loco abuſi ſunt Hermantius & Tillemontius, prior ut octo hebdomadas Quadrageſimæ attribueret, alter, ut Homiliam transferret ad quintam hebdomadam Quadrageſimæ, cui hebdomadas ſeptem adſcribit. At, cùm balnea occluſa ſint primo Quadrageſimæ Sabbato, ut oſtendi num.* 351 *& ſeq., in ſententia noſtra decimus ſextus currebat dies à balneis concluſis, quando hæc in media ſex hebdomadarum Quadrageſima dicebat* Chryſoſtomus; *in illorum verò opinione plus quàm viginti dies præterierant. Itaque hæc optimè cohærent cum chronotaxi noſtra.*

C 362 *Poſt hanc Homiliam mox die Lunæ ſecuta eſt illa, quæ vulgò undecima ponitur. Hæc pag.* 114 *ſic inchoatur:* Cùm præteritam tempeſtatem, & præſentem cogito tranquillitatem, non deſino dicere: Benedictus Deus, qui facit omnia, & ipſa tranſmutat, qui fecit lucem de tenebris *&c. In hac Sanctus reſumit materiam in Homilia* 10 *tractatam de mundi creatione, & tunc interruptam ob turbas Antiochiæ ante judicum adventum excitatas, ut dictum eſt num.* 348. *Hac de cauſa num.* 2 priùs dictorum memoriam *renovat. Nam duodecim circiter dies poſt dictam Homiliam* 10 *præterierant, quando habebat undecimam, quæ veriſimiliter eo ordine in collectione Homiliarum poſita eſt ob connexionem argumenti, quod tractatur. Undecimam ſequitur duodecima, ſequenti die Martis habita, ut clarum eſt ex initio pag.* 123, *quod ſubjungo:* Et heri dixi, Benedictus Deus, & hodie hoc ipſum rurſus dicam. Etſi enim gravia præterierunt, tamen gravium memoria ne prætereat, non ut doleamus, ſed ut gratias agamus. *In hac tamen Homilia num.* 2 *aliquid argumenti contra Tillemontium, & conſequenter contra ordinem Homiliarum à me concinnatum, ſe reperiſſe credit Montfauconus, quia Sanctus dicit:* Tribus igitur præteritis diebus unum cognitionis Dei modum quærebamus &c. Hodiè verò pauliſper in hanc rurſum philoſophati materiam, ad alium tranſibimus ſermonem.

mox conſequentibus diebus undecima, duodecima,

ut contra Montfauconum oſtenditur,

363 *Obſervat nimirum pag.* 108 *in Vita, tribus illis diebus dictas eſſe Homilias nonam, decimam & undecimam. Rectè id quidem: nam ea de re meritò dubitari nequit. Rogat deinde:* An non Chryſoſtomi dictis vim infert Tillemontius, cùm decimam inter & undecimam vult inſeri decimam quintam & decimam ſextam? *Hoc argumentum, ſi quid valeret, etiam ordinem noſtrum ſubverteret, cùm tres Homilias, videlicet decimam ſextam & duas ſequentes inter decimam & undecimam poſuerim medias. Verùm pro nobis ipſe Montfauconus reſpondet, dum mox ſubdit:* Ceterùm cùm dicit Chryſoſtomus, tribus præteritis diebus, non intelligitur de tribus poſtremis diebus, in quibus ſcilicet concionatus erat. *Hæc verba præcedentibus contraria ſunt, iiſque longè meliora. At fateor, non videri eam Montfaucono mentem, ſed vitium impreſſionis veriſimiliter eſſe, cùm in præfatione ad tomum* 2 *velit,* Chryſoſtomum *loqui de tribus ultimis diebus, quibus erat concionatus. Verùm cùm ipſe fatetur, Homiliam decimam in ſecunda jejunii hebdomada dictam eſſe, undecimam verò in quarta hebdomada, ut & duas ſequentes, & quidem poſt judicia illa terribilia, de quibus multa narrantur in Homilia* 13, *explicanda ſunt verba* Chryſoſtomi *de tribus Homiliis, in quibus agitur de cognitione Dei per creaturas. Illam autem materiam, quam aſſumpſerat, ut oſtenderet, neceſſe non fuiſſe, ut ſacræ Litteræ ab initio mundi ſcriberentur, abſolvit in hac Homilia, & aliqua adjungit contra juramenta.*

E

ac decima tertia, quam ille ineptè ante judicia poſuit.

F 364 *Secuta eſt die Mercurii Homilia* 13, *in qua Sanctus multa refert de judiciorum, quæ præteritâ hebdomadâ erant peracta, ſeveritate & rigore, oſtenditque calamitates hominibus utiles eſſe ad ſalutem. Orditur hoc modo pag.* 133: Abeodem principio, & iiſdem proœmiis, quibus heri & nudiuſtertius cœpi, & hodie incipiam. Dicam & nunc, Benedictus Deus *&c. Simile ferè eſt exordium Homiliæ* 17, *quam dictam credimus Sabbato præcedenti. At Tillemontius illam ſuſpicatur poſteriorem hiſce tribus, quia Sanctus dicit* heri & nudiuſtertius *tali exordio ſe uſum. Apta eſſet hæc obſervatio, niſi poſt Homiliam* 17 *ſecuta eſſet decima octava, quam alio modo orditur* Chryſoſtomus. *Itaque Tillemontius rectè fatetur, decimam ſeptimam videri dictam ſtatim poſt judicia, illique ſubjungere nobiſcum potuiſſet decimam octavam, ſi noviſſet balnea fuiſſe clauſa primo Sabbato Quadrageſimæ. At ordinem ſubinde turbavit, quia hoc non advertit. Dum porrò conſidero, quàm multa de judiciis hîc referat* Chryſoſtomus, *non poſſum ſatis admirari, qua demum ratione tres haſce Homilias, aliquot diebus poſt abſoluta judicia habitas, ante adventum ipſorum judicum Hellebichi & Cæſarii locare potuerit Montfaucon-*

AUCTORE J. S.

nus. Si vigilans hæc scripserit, saltem oculos non habuit apertos ad omnia considerandum. Quis enim alioquin non videat, ante judicum adventum judicia peragi non potuisse? Ceillierus tom. 9 pag. 117 *incommodum illud vidit, atque alios judices, qui ante Hellebichum & Cæsarium Antiochiæ judicia exercuissent, adducendos credidit. At id nihil est, nisi errorem nimis evidentem alio errore obvelare: nam de aliis in illa causa judicibus nusquam mentio apud* Chrysostomum *aut Libanium. Contrà clarum est ex Libanio Orat.* 21 *in Hellebichum, in hujus judicio facta esse illa, quæ refert in Homilia* 13 Chrysostomus, *ut ea de re nullum sit dubium. Objiciunt etiam ordinem illum Homiliarum, qui est in editis, in Mss. codicibus repertum esse. At id argumentum nullius est ponderis: nam ipse Montfauconus coactus est ordinem immutare in posterioribus Homiliis. Collectores videntur undecimam statim post decimam collocâsse ob continuationem ejusdem argumenti, & fortasse temporis ordinem ignorârunt.*

365 *Hactenus certa aut saltem verisimillima invenimus indicia temporis, quo dictæ sunt singulæ Homiliæ. At non æquè clara se offerunt signa, ad reliquas hujus Quadrageſimæ certis diebus illigandas. Homilia in editis decima quarta verisimiliter habita est non diu post decimam tertiam; at probabilius non ipso die Jovis sequente, sed circa finem hebdomadæ quartæ. Etenim ex ipso initio verisimile est, Sanctum uno saltem die à dicendo abstinuisse ob exortam iterum perturbationem.* Non parùm *inquit pag.* 140, civitatem nobis heri diabolus perturbavit; sed & Deus nos iterum non parùm consolatus est. *Causam perturbationis explicat titulus præfixus hoc modo:* Populo omni ab angustia liberato, & constituto in fiducia, quidam rursus civitatem confictis rumoribus tremendis turbaverunt, & convicti sunt. De hoc igitur habita est Homilia *&c. Titulis illis non multùm quidem fidendum existimo, cùm verisimiliter postea sint additi. Attamen hic titulus tam aptè cum toto Homiliæ contextu congruit, ut saltem sit verisimilis. Quales fuerint rumores sparsi, exponit etiam* Chrysostomus *in Homilia* 21 *(apud Ducæum* 20*) pag.* 214: Multis namque post communis patris peregrinationem in carcere habitantes terrentibus, & dicentibus: Non lenitur rex *, & de totius civitatis subversione cogitat, & alia multa his plura divulgantibus, victi nihilo tunc ex hac fama timidiores redditi sunt: sed nobis dicentibus, Hæc falsa, & diaboli fraudis opera sunt, animos vestros consternare volentis, Nihil egemus, aiebant, verborum consolatione *&c. Victi illi per judices erant in carcerem missi. Itaque rumores illi fuerunt sparsi post judicia aliquo tempore peracta.*

366 *Hinc monet Sanctus in laudata Homilia* 14, *ejusmodi timoribus non abjiciendum animum.* Cùm igitur videris, dilecte, *inquit pag.* 141, tentationem nunc quidem exstinctam, rursum autem accensam, ne animo concidas, neu refugias; sed bonam spem teneas *&c. Novus autem ille timor effeciſſe videtur, ut Sanctus iterum fortiùs contra juramenta sermonem dirigeret, quàm fecerat diebus præcedentibus.* Etenim, *ait pag.* 150, nascente miseria hac, quæ civitatem detinet, hanc incepi admonitionem. Et illa quidem jam debet finiri: nos verò non unum explevimus mandatum *&c. Porrò ex hac quoque Homilia colligitur, aut Homiliam aliquam totam, aut partem alicujus ignotam esse, cùm pag.* 141 *sic loquatur:* Etenim antea * vos rogavi, ut Joannis caput ab-

Homilia 14 dicta post turbatam pridie falsis rumoribus urbem.

B

ex illa liquet, aliam aut saltem alicujus partem excidisse.

* imperator

C

*Gr. Πρώην nuper

sciſſum adhuc calido cruore distillans sumentes, sic domum quisque suam redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum vocem emittentem, & dicentem: Odio habete jugulatorem meum juramentum *&c. Dixit igitur in aliqua Homilia* Chrysostomus, *mortem S. Joannis Baptistæ ex juramento Herodis ortam esse. At id modò non invenitur. Itaque excidit aliqua Homilia non diu ante hanc dicta, aut certè ex aliqua præcedentium pars illa, in qua historiam eam tractaverat.*

D

367 *Post hanc Homiliam infirmitas aliquot dierum* Chrysostomum *coëgit à concionibus abstinere, ac domi manere. Fuit interim aliqua martyrum festivitas, cui adesse non potuit propter infirmitatem. Testatur illa ipse in Homilia* 19, *quam sic orditur pag.* 188: Epulis sanctorum martyrum excepti estis his præteritis diebus, spirituali celebritate repleti exsultâstis honestis exsultationibus;... sed nos & invitos infirmitas domi manere cogebat. Tamen, etsi solennitati non interfuimus, de voluptate participavimus... Talis est enim caritatis vis, non fruentes pariter cum fruentibus gaudere facit. *Ex his liquet, Sanctum ægrotâsse, antequam habuit Homiliam* 19, *& consequenter postquam habuerat decimam quartam: nam hanc secuta est decima nona, ut mox ostendam. Necdum omnino convaluerat, quando ob adventum quorumdam monachorum, opinor, ad ecclesiam venit, & Homiliam* 19 *habuit. Quippe datis modò verbis subjungit:* Propterea & domi sedens gaudebam vobiscum, & morbo nondum solutus surrexi, & cucurri ad vos, ut desiderabiles facies vestras intuerer, & præsentis festivitatis particeps fierem: festivitatem enim maximam esse puto præsentem diem propter fratrum præsentiam nostrorum, qui urbem nobis adornaverunt, & Ecclesiam honestârunt. Populus linguâ quidem nobis diversus, fide verò consonus.

Post mortem aliquot dierum,

E

368 *Quales fuerint fratres illi, quorum causâ necdum bene sanatus* Chrysostomus *ad ecclesiam venit, & hanc Homiliam dixit, non convenit inter Tillemontium & Montfauconum. Tillemontius in* Chrysostomo *art.* 27 *existimat, fuisse episcopos & presbyteros, qui venerant ex regione longinqua, ideoque Græcè non loquebantur. Montfauconus verò in Vita pag.* 110 *ait, fuisse rusticos sive agricolas, de quibus agitur. Utrumque æquè mihi improbabile apparet ex verbis* Chrysostomi, *qui monachos clarè videtur designare. Etenim eos laudat à modesta vita, à castitate, à laboribus, ab optima philosophia, & à multis aliis ornamentis, quæ minimè congruunt vulgaribus agricolis, nec omnia etiam episcopis aut presbyteris, sed solis monachis, qui diversa illa ornamenta in suis personis conjungebant. Pauca ad propositum huc transfero.* Horum quemque cerneres, *inquit pag.* 189, nunc quidem boves jugantem aratorios, & aratrum trahentem,... nunc autem sacrum ascendentem suggestum & subditorum animos arantem: nunc quidem agri spinas excidentem falce, nunc verò sermone ex animis peccata extergentem... Hi sunt maximè, qui nobis optimam philosophari videntur philosophiam, non ex habitu, sed ex sententia virtutem suam exhibentes. *Et pag.* 190, *ubi dixerat, illos longè sapientiores esse gentilium philosophis, subdit:* Multæ mens ipsis philosophiæ spiritualis est plena. *Eorum mox sobrietatem laudat;* Quoniam omnes delicias expulerunt, & nequissima ebrietatis fluenta fugaverunt, & tantum comedunt, quantum ad vivendum sufficit. *Hæc aliaque ostendunt, monachos fuisse: nam hos ejusmodi laudibus frequenter*

cùm multi monachi venissent Antiochiam,

F

A *ter exornat. Nec mirari debemus, si inter monachos Syros multi non noverant linguam Græcam, ut de his innuit.*

Sanctus habuit Homiliam 19,

369 *Nunc paucis ostendam, qua ratione hæc Homilia intelligatur dicta post decimam quartam. In posteriore pag.* 197 *contra juramenta fortiter agens, sic loquitur :* Vidisti falcem? Vidisti caput Joannis? Audisti historiam de Saüle? Audisti captivitatis Judaïcæ modum? *&c. Falcem illam jam in prima hebdomada ex Zacharia protulerat, & num.* 2 *in hac Homilia repetierat. Caput S. Joannis Baptistæ ante protulerat, & repetierat in Homilia* 14. *Historiam Saülis, cujus juramento Jonathas tantùm non periit, fusè tractaverat in Homilia* 14. *In eadem num.* 6 *ait :* Licebat & aliam narrare historiam, & ex illa demonstrare graviorem hac & majorem calamitatem unum fecisse juramentum. *Loquitur de juramento Sedeciæ regis, & de historia captæ & eversæ Hierosolymæ, eamque ibidem omittit, ne Homilia fieret nimis prolixa. At historiam ibi dilatam fusè narrat in Homilia* 19. *Itaque clarum est, Homiliam* 19 *esse quasi prosecutionem decimæ quartæ, pro illa nimirum parte, in qua contra juramenta utroque loco prolixè disputatur. Tillemontius*

B *suspicatur, Homiliam* 19 *esse habitam Dominicâ Passionis, sive secundâ ante Pascha. At non dubito, quin serius habita sit : nam una tantùm superest ante Pascha, neque in illa dicit* Chrysostomus, *se morbo fuisse impeditum.*

circa Dominicam aut in ipsa Dominica Palmarum figendam.

370 *Montfauconus in Vita pag.* 110 *contendit, Homiliam* 19 *dictam esse post Pascha, & quidem Dominicâ quintâ, sive Dominicâ ante Ascensionem Domini. Pro illa opinione affert titulum, quem sic exprimit Græcè :* τῇ Κυριακῇ τῆς ἐπισωζομένης πρὸς τὰς ἀπὸ τ χώρας *&c., ac Latinè reddit hoc modo :* Dominica servatæ ad homines agros colentes *&c. Tum notat, voce* ἐπισωζομένη *apud Cappadoces* Ascensionem *designari, indeque apud eosdem nominari Dominicam. At apud Ducæum & alibi legitur* Ζωζομένης servatæ, *ut ipse Montfauconus Latinè posuit. Quapropter existimo, nihil ex titulo haberi posse certi, quandoquidem nesciamus, quando tituli illi sint additi. Certè ne probabile quidem est, ipsius* Chrysostomi *esse titulos. Quod addit Montfauconus, Flavianum in Homilia* 19 *memorari illis verbis pag.* 188, Hoc honesto duce vos circumagente *&c.; est im-*

C *probabile, cùm ille totâ Quadragesimâ abfuerit. Flavianus à* Chrysostomo *passim vocatur* pater. *At* dux *vocari potest, quicumque in aliqua festivitate primas agit partes. Itaque Montfauconus pro sententia sua duas attulit voces ambiguas, & nihil præterea; Homiliam verò, quæ quasi prosecutio est decimæ quartæ, plus quàm duobus mensibus ab eadem separat, ac demum* Chrysostomum, *qui tempore Paschali destitit dicere contra juramenta, post quinque hebdomadas ad eamdem materiam improbabiliter reducit. Figenda igitur est Homilia* 19 *circa Dominicam Palmarum, aut in ipsa Dominica, & sic intelligimus, cur in duabus ultimis Quadragesimæ hebdomadis tam paucas habeamus Homilias.*

Vigesima Homilia, contra simultates & juramenta pugnans,

371 *Post aliquot dies, quibus* Chrysostomus *verisimiliter à dicendo abstinuit, ob vires necdum satis firmas, secuta est Homilia* 20 *apud Montfauconum, quæ apud Ducæum ponitur vigesima secunda. Dicta hæc est, non decem, ut aliqui volunt, sed duobus aut tribus diebus ante Pascha, ut ex ipso colligitur principio.* Ad finem jejunii jam tempus deproperat. Quare & nos majori studio virtuti operam demus.... Nihil nobis lucri erit ex multis laboribus & sudoribus jejunio insumptis, nisi cum pura conscientia sacrâ mensâ frui possimus. Ob hoc enim jejunium & Quadragesima, & tot dierum synaxes*, auditiones, preces & doctrinæ susceptæ sunt *&c. Mox pluribus prosequitur, non solum jejunium sufficere, sed jejunium aliosque in* Quadragesima *labores suscipi, ut vitia emendentur, & sacra Communio in Paschate pura cum conscientia peragatur. Deinde contra diversos defectus disputat, & præcipuè contra inimicitias ac simultates, in fine etiam adversus juramenta differit breviter, sed magna cum severitate.* Quadraginta dies jam præterierunt, *inquit pag.* 213; si Pascha quoque sacrum præterierit, nulli jam deinde veniam dabo, non admonitionem, sed vim imperii, & severitatem non contemnendam adhibebo... Jam igitur denuntio & protestor, si conveniam singulos, & experimentum sumam, nam haud dubiè sumam, quòd, si deprehendam aliquos, hæc vitia (*Græcè* vitium) non correxisse, pœnam irrogabo : edicam, ut foris extra sacra Mysteria consistant, idque non eo animo, ut foris maneant, sed ut, postquam se emendaverint, intus recepti, cum pura conscientia sacrâ mensâ fruantur. *Ex his liquet primò,* E *Flavianum* Chrysostomo *multum auctoritatis attribuisse.*

habita est paucis diebus ante Pascha,

372 *Secundò ex allegatis verbis clarum etiam apparet, Pascha proximum fuisse, quando hæc Sanctus perorabat. Nam illæ voces,* Quadraginta dies jam (*Græcè* λοιπὸν deinceps) præterierunt, *idem significant, ac* Quadragesima jam præteriit, *præsertim cùm sequatur,* Si Pascha quoque (*Græcè* τοίνυν igitur) sacrum prætereat. *Finiebatur Quadragesima die Veneris sancto, & Sabbatum erat pervigilium Paschatis. Ex hisce Homilia videri potest habita die Veneris sancto. Attamen nolo verba tam strictè sumere, ut id omnino certum putem : nam auditores mentem Sancti percipiebant, ita ut sic loqui posset, etsi aliquot dies Quadragesimæ superfuissent. Certè eodem ferè modo loquitur initio Homiliæ* 30 *in Genesim tom.* 4 *pag.* 293, *cùm tamen illa habita sit in principio hebdomadæ sanctæ. Verùm nullo modo assentiri possum Tillemontio & Montfaucono, qui Homiliam istam figunt* decem diebus ante sanctam & vivificam Domini nostri Jesu Christi resurrectionem ex mortuis, *quia hæc verba in aliquot codicibus titulo fuerunt addita.* Benim *additionem illam tanti non facio, ut dubitem dicere falsam &* Chrysostomo *contrariam. Memorat Sanctus finem Quadragesimæ, nec ullibi distinguit inter* Quadragesimam, *&* quadraginta jejunii dies. *At adversarii ex Quadragesimâ revera Quinquagesimam finxerunt : quod tunc demum probabo, si quis mihi ostendere potuerit,* Chrysostomum *distinguere inter quadraginta dies jejunii & Quadragesimam. Accipe, lector, initium Homiliæ* 30 *in Genesim :* Ecce tandem ad finem sanctæ Quadragesimæ venimus, & jejunii navigationem perfecimus. *Ita loquitur, quia ultima inchoata erat hebdomada, & non aliter hìc loquitur de quadraginta diebus finitis.*

non verò diebus decem ante illam solemnitatem.

373 *Accipe, lector, & aliam probationem, ut perspicias illam sententiam esse improbabilem.* Chrysostomus *pag.* 210 *auditores ita alloquitur :* Quæ omnia cum cognita habeamus, liberemus nos ipsos à pœna & supplicio, & PRÆSENS festum cum omnibus jam dictis revereamur, & quod illius gratiâ ab imperatore optamus adipisci, id etiam aliis concedamus. Nam ex multis audio, imperatorem, Paschale festum reverítum, civi-

AUCTORE J. S.

tatem in gratiam recepturum, omnesque offensas remissurum &c. *Hortatur, ut invicem offensas condonent in reverentiam præsentis festi Paschalis, sicut imperator ejusdem festi gratiâ urbi erat condonaturus. Quis modò non videat, Pascha fuisse proximum, quando hæc dixit, cùm vocaverit* præsens festum ? *Non aberat igitur decem diebus. Præterea, quod asserit de imperatore, haud dubiè intellectum erat ex nuntio per Flavianum præmisso. Nam, ut in Homilia* 20 *pag.* 223 *legitur, Flavianus in itinere nuntium præmisit, ut illa citiùs intelligerent Antiocheni. Cùm autem Flavianus tantùm potuerit Constantinopoli discedere circam Dominicam Passionis, ut mox dicemus, nuntius ille adesse non poterat nisi paucis diebus ante Pascha, & certè non poterat totis decem diebus Pascha prævenire. Itaque ultima hæc Quadragesimæ Homilia non decem, sed paucissimis diebus ante Pascha est dicta.*

Duæ Catecheses in eadem Quadragesima

374 *Parrò ne quid omittamus de laboribus in hac Quadragesima à Sancto exantlatis, recensendæ etiam sunt duæ Catecheses, sive conciones ad Catechumenos institutæ, quas Tillemontius in* Chrysostomo *Notâ* 30 *&* 33 *ad sequentem annum amandavit, dubitante Montfaucono in Monito prævio tom.* 2 *pag.* 224. *Unica ratio Tillemontii priorem alìo amandandi oritur ex falsa hypothesi, quòd Quadragesima septem haberet hebdomadas: nam secundum illam opinionem prior Catechesis revera incidit in tertiam hebdomadam, quando propter judiciorum terrorem concionibus non erat locus. At in nostra opinione figi debet secundâ hebdomadâ Quadragesimæ. Etenim Sanctus pag.* 226 *declarat,* triginta dies *supereſſe ante Catechumenorum baptisma, idemque repetit pag.* 231. *Verùm utitur numero rotundo, ita ut fortè superfuerint duo treſve dies ultra triginta. Et sic Catechesis illa fuerit dicta prioribus diebus secundæ hebdomadæ: nam longa ad fugiendæ juramenta exhortatio ostendit dictam esse anno* 387.

sint dictæ.

375 *Altera, ut liquet ex initio pag.* 234, *secuta est post* decem *circitèr dies, ita ut dici potuerit die Sabbato aut Dominico post tertiam Quadragesimæ hebdomadam. Hanc autem similiter spectare ad annum* 387, *colligitur ex his verbis pag.* 241 : Cùm enim ii, qui imperatori contumeliam intulerant, ad tribunal trahebantur, & de extremis periclitabantur, tunc matres & C uxores monilia aurea, & margaritas deponentes, ornamentumque omne & vestimenta aurea, vilem & abjectam vestem sumentes, ... sic Judices exorabant. *Hæc ut recentissimè facta* Chrysostomus *memorat. Nam præmittit:* Quæ utilitas tibi in die illa de margaritis istis veniet? Et quid opus diem illam (*Judicii*) commemorare, cùm liceat & ex præsentibus hæc omnia demonstrare ? *Tum verba mox data subjicit de abjectis per mulieres pretiosis indumentis. Et rectè quidem* præsentia *vocat, cùm ante pauciſſimos dies essent facta. At nequaquam* præsentia *vocâsset, si Homilia habita esset toto anno serius. In hac Catechesi de juramentis non agit Sanctus, neque id mirandum, cùm loqueretur ad Catechumenos, de multis simul necessariò monendos, eosque de juramentis antè satis monitos.*

Quanto cum fructu per illam Quadragesimam contra juramenta dixerit,

376 *Vidimus, quanto studio quantâque constantiâ* Chrysostomus *in Quadragesima, de qua egimus, perniciosam jurandi consuetudinem exagitaverit. Itaque æquum est, ut etiam breviter dicamus, quos tanti laboris collegerit fructus. Testatur id ipse in Homilia de Debitore decem millium talentorum eodem anno habita tom.* 3 *pag.* 2 *his verbis:* Nos autem unam chordam pulsavimus per totam Quadragesimam, dum legem vobis de juramentis recitavimus, & Dei gratiâ effectum est, ut pleraque auditorum à nobis ora in hac legis melodia ita instituta sint, ut depulsa prava consuetudine, pro eo quòd antea Deum jurabant, jam nihil, nisi EST, NON EST, & CREDE MIHI, in lingua sua circumferant, idque in omni colloquio, adeo ut inter mille negotiorum necessitates ulteriùs progredi non sustineant. *Non hoc tantùm evicerat* Chrysostomus, *sed alterum etiam, quòd perpetuò commendaverat, ut invicem corrigere in juramentis conarentur. Hinc omnes, qui eatenus pravam consuetudinem non abjecerant, se tacente, corrigendos speraſ.* Deprehendi enim, *inquit*, tantam esse hujus rei curam, ut & domi & in mensa viri cum mulieribus, servi cum ingenuis certamen * de hujus præcepti observatione contendant, & beatos dixi, qui ad istum modum convivia celebrarent. *Addit de his plura, quæ legi ibidem poterunt.* D

*certamine

quantúmque Sanctus profuerit populo, cui condonavit Theodosius.

377 *Felicissimè quoque Antiochenis cessit illa morum emendatio : nam Theodosius imperator omnes injurias ipsis condonavit, ac civitatem in gratiam recepit. Multum ad id contulit Flavianus episcopus, hanc ob rem ad imperatorem profectus, multum* Chrysostomus *ipse cùm suis concionibus populum continendo & spem fiduciamque suggerendo, ne ad consilia desperata laberentur, tum ipsis apud missos ab imperatore judices patrocinando. Felicis rei nuntium attulit Flavianus, aut potiùs in itinere,* quoniam lentiùs ibat, alium quemdam velociter equitare doctum se prævertere rogavit, & bona civitati nuncia afferre, ne ex reditûs sui tardatione tristitia prolongaretur. *Flavianus haud dubiè Constantinopoli mansit, donec eò advenisset Cæsarius : nam Libanius Orat.* 20 *Cæsario maximè attribuit conciliationem imperatoris. At Cæsarius tantùm discessit Antiochiâ uno alterove die ante mediam Quadragesimam, & sex diebus iter confecit. Quare Flavianum dimittere non potuit imperator, nisi uno aut duobus diebus ante Dominicam Passionis aut circa illam Dominicam, maximè si allatas à Cæsario litteras & judicia studiosè examinaverit. Venit tamen Flavianus ante Pascha Antiochiam, fortè in ipso Paschatis pervigilio. Hinc* Chrysostomus *Homiliam* 21, *apud Ducæum* 20, *de reditu Flaviani dixit in ipsa festivitate Paschali, mirè celebrans episcopi charitatem, & mansuetudinem imperatoris.* E F

§ XXVI. Homiliæ S. Chrysostomi post Pascha usque ad finem anni 387, & Quadragesimam anni 388.

Aliquæ Homiliæ post Pascha dictæ & modò perditæ,

Peracta solemnitate Paschali, Chrysostomus *aliquot habuit Homilias, aut perditas aut ignotas. Nam & contra gentiles eo tempore disputavit, & varios Martyres oratione celebravit, ac demum rusticam plebem monuit, ut juramenta fugerent. Successit postea Homilia prima in Annam Samuelis matrem, quæ edita est tom.* 4 *pag.* 699. *Hanc Sanctus habuit mense Majo, Dominicâ fortasse secundâ aut tertiâ post Pascha : de jejunio etiam in exordio loquitur, ut nuper transacto,*

A *acto, hortaturque auditores ut illius ſemper memores, ſobrios ac temperantes ſe præbeant. Tum recenſet ſermones poſt Quadrageſimam habitos, quos* multos *dicit, hoc modo pag.* 701.: Nam reverſo à longinqua illa peregrinatione patre * noſtro, neceſſarium fuit omnia commemorare, quæ in comitatu * acciderant, ac deinde cum gentilibus diſputare, ut hos vi calamitatis ad meliorem frugem revocatos, qui deſerto gentilium errore ſeſe ad nos contulerant, pro virili confirmaremus ac doceremus, quantis tenebris liberati, ad tantam lucem veritatis accurriſſent. Poſt illa rurſus multis diebus martyrum feſtivitatibus potiti ſumus: neque tempori conveniens fuiſſet, nos, qui juxta martyrum ſepulcra verſaremur, earum laudum, quæ martyribus debentur, exortes diſcedere.

* Flaviano

* *i. e.* aula imperatoris

primus Sermo in Annam Samuelis matrem,

379 Succeſſit his ad abſtinendum à juramento cohortatio; cùm enim totam ruſticorum nationem in urbem ingreſſam cerneremus, hos illo inſtructos à nobis viatico cenſuimus dimittendos. *Habemus hîc ordinem Sermonum octo fortaſſe aut decem. At hi multas non poterant abſumere hebdomadas, cùm Sermones de Martyribus haberentur ſingulis diebus, quibus eorum feſtivitates celebrabantur. Porrò quod dicitur de Sermone ad ruſticos, Montfauconus detorquet ad Homiliam* 19 *ad Populum, ut obſervavi num.* 370; *ſed prorſus improbabiliter. Nam tunc monachi urbem erant ingreſſi, eorumque occaſione ad populum dicebat Sanctus, non ad monachos ipſos, qui erant* populus linguâ, *ut ibi dicitur*, diverſus; *poſt Paſcha verò ruſticos eadem exhortatione excepit, quam totâ Quadrageſimâ habuerat ad Antiochenos. Præterea in feſtivitate martyrum, quæ præceſſit Homiliam illam* 19, *ægrotaverat Sanctus: in hiſce verò martyrum feſtivitatibus eorum laudes oratione celebravit, neque hîc de ulla infirmitate meminit. Alia igitur hîc ad ruſticos memoratur concio, eaque poſt Paſcha menſe Majo habita. Cæterùm in hoc primo de Anna Sermone* Chryſoſtomus *prolixè diſſerit de providentia divina, aliaque utilia dat documenta.*

& quinque ſequentes, ex quibus unus excidit,

380 *Poſt primum de Anna Sermonem ſecutus eſt alter, fortaſſe ſequenti Dominica. Hunc pag.* 711 *ſic orditur:* Nihil precationi par eſt, cariſſimi, neque quidquam fide potentius. Utrumque nobis nuper (*perperam* heri *apud Ducæum*) declaravit Anna *&c. Orationem, manſuetudinem, aliaſque virtutes exemplo Annæ in hoc Sermone commendat Sanctus. Poſt aliquot dies tertium dixit de Anna Sermonem, ut patet ex hoc illius initio pag.* 721: Niſi videor aliquibus faſtidio & oneri eſſe, volo idem argumentum rurſum attingere, de quo vobis nuper diſſerui: voſque ad Annam introducere, atque in pratum virtutum illius inducere ſermonem. *Quartum etiam de Anna ſubjunxit Sermonem, in quo Canticum ipſius* 1 *Reg.* 2 *cœpit exponere. At hunc Sermonem non habemus: dictum tamen fuiſſe, clarum eſt ex duobus ſequentibus, qui modò numerantur quartus & quintus de Anna. In quarto pag.* 733 *dicit Sanctus:* Quid ſignificent hæc verba: Confirmatum eſt cor meum in Domino, nuper me apud caritatem veſtram diſſeruiſſe ſcitis. Supereſt, ut nunc ea, quæ deinceps ſequuntur, interpretemur. *Tunc incipit ſequentia exponere verba*, Exaltatum eſt cornu ejus *&c. In quinto dicit, ſe omnia* paulatim *perſcrutari, &* ſingulas *explicare* dictiones, ut ne minimum quidem nos, *inquit*, quantùm fieri poteſt, effugiat. Siquidem propterea duas integras diſſertationes in duo ſola ejus dicta inſumpſimus. *Tum affert verba jam data Cantici, ex quibus priora expoſuit in Sermone deperdito, poſteriora in eo, qui nunc eſt quartus.*

AUCTORE J. S.

381 *Sex igitur Sermones de Anna habuit* Chryſoſtomus, *quibus Hiſtoriam Annæ* 1 *Reg.* 1 *& initium Cantici ſequentis fusè elucidavit. Ex his Sermonibus modò quintus & ultimus poſt Pentecoſten dictus eſt, ut liquet pag.* 741, *ubi* Chryſoſtomus *dicit, ſe regredi ad argumentum* feſtivitatis *tempore interruptum.* Quemadmodum enim, *inquit*, in Pentecoſte intempeſtivum erat, omiſſa beneficiorum per id tempus in nos collatorum commemoratione, inceptum antea contextum continuare; ita nunc exacta Pentecoſte, opportunè hiſtoriam in manus reſumptam proſequemur, priſtinum de Anna argumentum tractaturi. *Porrò Homilia illa in Pentecoſte dicta modò non exſtat, cùm in iſta adduxiſſet exemplum filii prodigi, ut hîc teſtatur pag.* 739; *illud verò exemplum nullibi reperiatur in Homiliis, quas habemus de Pentecoſte. An ſimiliter exciderint poſteriores de Anna Sermones, certò edici nequit. Nam vix dubitare poſſim, quin* Chryſoſtomus *propoſuiſſet totum Annæ Canticum paulatim enucleare. At magis exiſtimo, morbum iſti conſilio interveniſſe, quàm totum fuiſſe expoſitum. Certè morbo ſatis diuturno circa id tempus correptum fuiſſe* Chryſoſtomum, *mox videbimus.*

uti & Homilia in Pentecoſte habita:

ultimus in Annam Sermo xx *Junii dictus:*

382 *Antea lubet obſervare, Sanctum in ultimis Sermonibus de Anna vehementer ſuiſſe conqueſtum de paucitate auditorum, quòd multi accurrerent ad ludos circenſes. Accipe quarti initium pag.* 729: Haud ſcio, quibus verbis debeam uti hodie: cùm enim videam collectas parùm frequentari, Prophetas affici contumeliâ, Apoſtolos deſpici, Patres contemni, eamque contumeliam, quâ ſervi appetuntur, ad ipſum eorum Dominum pertranſire, libet quidem accuſare, ſed eos, qui accuſationem hanc audire deberent, non hîc video. Vos ſoli adeſtis, quibus hac admonitione nihil opus eſt. Verumtamen ne ſic quidem ſilendum eſt nobis: nam & indignationem, quam nobis moverunt, mitigabimus, unáque cum verbis ejiciemus; & illos ipſos ad ruborem ac verecundiam compellemus, tot in eos accuſatoribus immiſſis, quot nunc auditores eſtis. Si enim veniſſent, noſtras ſolùm objurgationes audirent: nunc fugitantes noſtram increpationem, eadem hæc à vobis audituri ſunt omnia. *Deinde hortatur, ut auditores omnia dicta ſua abſentibus referant, atque acriter diſſerit contra illos, qui ad ludos circenſes malunt, quàm ad conciones ſacras venire.*

deinde verò correptus eſt morbo, coactuſque

383 *Inter hæc pag.* 730 *dicit, congregationes fieri* ſemel in hebdomada, *nimirum diebus Dominicis. Ex hac autem obſervatione colligitur, quartum de Anna Sermonem incidiſſe in Dominicam ante Pentecoſten, quintum in Dominicam poſt Pentecoſten, quæ tunc erat* xx *Junii, cùm Pentecoſte anno* 387 *fuerit* xiii *Junii. Ex hiſce & ſequenti Sermone admodùm veriſimile eſt*, Chryſoſtomum *poſt* xx *Junii in morbum eſſe lapſum, illoque menſe non ampliùs eſſe concionatum & forſan majore parte Julii. Quapropter ſub finem Julii habitam exiſtimo Homiliam in Parabolam de debitore decem millium talentorum, quam tom.* 3 *pag.* 1 *orditur à declaratione morbi præteriti tenerique in auditores amoris hoc modo:* Quaſi ex longinqua peregrinatione ad vos reverſus eſſem, ita me hodie affectum ſentio: cùm enim nullum amicorum conſortium eſſe poteſt, nihil commodi affert eorum præſentia. Quamobrem nos, qui domi verſabamur, peregrè verſan-

AUCTORE J. S.

fantibus nihilo hac in parte feliciores fuimus: nimirum qui ſuperiore tempore nulla vobiſcum colloquia habere potuimus: ſed danda eſt venia, cùm illud non inertiæ, ſed infirmitatis ſilentium fuerit.

aliquo tempore à dicendo abſtinere:

384 Gratulamini igitur, me ab ea infirmitate convaluiſſe, ego verò gaudeo, quòd vos cariſſimos mihi recuperavi. Erat mihi inter ægrotandum ipſo morbo gravius, quòd hujus dilecti cœtûs particeps eſſe non poteram: nunc verò reſtituta valetudine, ipſa ſanitate mihi optabilius eſt, quòd veſtræ caritatis deliciis perfrui ſecurè liceat. Non enim febris tantum ardorem invehit febricitantium corporibus, quantum animis noſtris amicorum abſentium deſiderium, & ut illi phialas & pocula, & frigidos fontes, ita iſti amicorum vultus exoptant. Nôrunt illi, qui amare conſueverunt. Age igitur, quando morbum depoſuimus, invicem expleamur, ſi modò fieri liceat, ut hîc ullam ſatietatem inveniamus. Dilectionis enim natura ſatietatem non novit, & ex uſu amicitiæ majores flammas accipit: quod ipſe alumnus dilectionis Paulus teſtatum reliquit, qui ita dixit: Nulli quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis. Illud enim debitum ſemper quidem fundatur, numquam autem ſolvitur. Hic perpetuò debere pulcrum eſt, & in laude poſitum.

B

poſt morbum habet Homiliam de Decem millium debitore,

385 *Deinde aſſerit*, per totam Quadrageſimam *ſe contra juramenta dixiſſe, ut hoc anno factum vidimus*, & ad aliud præceptum *ſe tranſire*, quod eſt de contemptu iræ, *ait pag.* 3. Didicit os tuum non jurare, *inquit*, diſcat etiam convitium omne adverſari, majoremque curam ad hoc præceptum adhibere, quandoquidem & majore labore opus eſt. *Hanc materiam ſibi tractandam jam propoſuerat Dominicâ ante Quadrageſimam in Homilia* 3 *tom.* 2 *pag.* 47, *ubi dicit ſe tria mandata velle proponere, quorum duo prima ſic exprimit:* Nemini detrahatis, inimicum habeatis neminem. *Utrumque ſatis frequenter attigerat in Quadrageſima & poſt Paſcha, ac ſubinde etiam fusè de iis tractaverat. At in præſenti Homilia eadem charitatis præcepta magis & ſtudioſiùs cœpit inculcare, ſic tamen, ut in prolixa illa Oratione alia etiam morum documenta eleganter immiſceat. Ut autem præcepta charitatis ſuaviùs inſtillaret per exempla, mox tractandam ſuſcepit hiſtoriam Davidis & Saülis, de qua tres habuit Homilias, tom.* 4 *pag.* 748 *& ſeqq. impreſſas. In prima poſt initium ſic hunc declarat ordinem:* Nuper igitur Parabolam vobis de centum denariis, ac decem millibus talentorum enarrantes, oſtendimus, quantum eſſet malum injuriarum meminiſſe....

C

ac mox tres conſequentes de Davide:

386 Sed hodiè de diverſo argumento dicere tentabimus. Oportebat enim, ſi fieret, quod æquum erat de humanitate ac manſuetudine verba facientem, ex ſeſe iſtius præclaræ philoſophiæ exempla præbere, atque ita ſimul & verbis eam docere, & factis ad eam inſtituere. Quoniam autem nos ab hac virtute longo abſumus intervallo, uno quopiam è numero Sanctorum in medium producto, oculiſque veſtris ſubjecto, perſpicuam quamdam ac potentem adhibebimus exhortationem, ut quaſi ad archetypi cujuſdam æmulationem adhortemur & vos & nos ipſos. *Ita loquitur Vir humilis, qui eximiam Davidis manſuetudinem egregiè celebravit tribus Homiliis conſequenter dictis, nimirum tribus Dominicis ſub finem Julii aut initium Auguſti: nam initium ſecundæ oſtendit, hanc eſſe proſecutionem primæ, & in tertia pag.* 771 *dicit, ſe redire* ad Davidem, *ut cœptam perficiat picturam. Cur autem tamdiu uni inhæreret materiæ, declarat initio primæ Homiliæ, nimirum* quia non ſatis eſt ad correctionem unius duorumve dierum admonitio. Verùm, *inquit*, oportet frequenter ac diebus compluribus hanc rem tractare, ſi modò non ad ambitionem ac voluptatem, ſed ad fructum & utilitatem, munus hoc concionatoris geſturi ſumus... Nam hic mihi videtur optimus eſſe docendi modus, ſi non priùs deſiſtamus conſulendo quacumque de re, quàm viderimus admonitionem ad effectum perveniſſe. *Initio tertiæ acriter, & magna auctoritate reprehendit illos, qui ad ſpectacula currere ſolebant.*

D

non diu poſt dicta videtur Homilia de Dilectione inimicorum.

387 *Tillemontius art.* 29 *eodem ordine recenſet Homilias de Davide: ſed poſt illas ponit duas alias, alteram contra Anomœos, alteram de Reſurrectione mortuorum. At cùm nullas illius ordinis rationes alleget, nec Montfauconum conſentientem habeat; dixiſſe ſufficiat, utramque à me ſuo loco datam: neque enim neceſſe exiſtimo, alibi dicta repetere. Poſt Homilias de Davide unam alteramve Homiliam de dilectione inimicorum ſecutam exiſtimo, antequam Judæorum feſta rurſum exagitare cœpit Sanctus. Una certè, quæ eſt tom.* 3 *pag.* 157, *videtur non diu poſt Homilias de Davide habita, licèt Conſtantinopoli dictam exiſtimet Montfauconus in Monito, quia num.* 4 *in ſimilitudinem adducitur aula & curia imperatoria. At ea ratio nullius eſt momenti, cùm Antiochenis nota ſatis eſſet aula & magnificentia imperatorum. Gravior ſanè eſt ratio, quâ illam poſt Homilias de Davide dictam credamus. Etenim agit in ea* Chryſoſtomus *de dilectione inimicorum in illum Apoſtoli locum Rom.* 12 ℣ 20, Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum *&c. Ad hanc autem virtutem auditoribus perſuadendam exempla ex Hiſtoria Davidis multa adducit, ſed breviſſimè tantùm facta perſtringendo, ut facere ſolet, quando hiſtoriam ipſam antè ſatis expoſuit. Præterea æſtas erat & magnus calor, quando hanc Homiliam habuit* Chryſoſtomus, *ut dicitur pag.* 159. *Hoc autem convenit tempori, in quo verſamur. Attamen neceſſe eſt, ut inter hanc & tertiam de Davide aliqua fuerit intermedia, cùm pag.* 163 *dicat, ſe* ſuperiori concione *hortatum auditores, ut unuſquiſque fratrem ad eccleſiam ſecum pertraheret, quod in illa non invenitur.*

E

Ubi verò Judæos oppugnaverat Orationibus quinque;

388 *Porrò poſt abſolutam materiam de inimicorum dilectione*, Chryſoſtomus *menſe Septembri contra Judæos & Judaizantes rurſum acriter diſputare cœpit, ut oſtendi* § 20 *num.* 271 *& ſeqq. In prima autem Oratione illius temporis contra Judæos, inter omnes quarta, tom.* 1 *pag.* 616 *ait, rurſum appropinquare Judæorum jejunia, rationemque mutandi argumenti pulchra ſimilitudine ſic explicat:* Quandoquidem & paſtores quamdiu noxia beſtia moleſta non eſt, ſub ilicem aut populum porrecti, fiſtulâ canunt, ſinentes oves liberè pro ſuo arbitratu paſcere. Verùm ſimul atque ſenſerint alicunde luporum incurſionem imminere, mox abjectâ fiſtulâ fundam arripiunt, & omiſſo calamo, fuſtibus & faxis obarmant ſeſe, proque ovili conſiſtentes, magno clamore ingentique ululatu vociferantes, frequenter ipſo clamore feram, priuſquam irrumpat, abigunt. Itidem & nos ſuperioribus diebus in Scriptura, velut in prato ludentes choreaſque ducentes, nihil in enarratione attigimus contentioſi ſermonis; eo quòd nullus eſſet, qui nobis obturbaret, aut moleſtus eſſet. *Hæc verba oſtendunt primò, non dixiſſe Sanctum paulò antè contra Anomœos.*

F

A

redit ad moralem materiam, dicitque in Pſalmum 41.

389 *Ex iis ſecundò colligimus, poſt quinque Orationes contra Judæos, quæ ante medium ferè Octobrem finitæ non ſunt, ſecutam eſſe Homiliam in Pſalmum* 41, *quam habemus impreſſam tom.* 5 *pag.* 130. *Etenim ibidem de præmiſſis Homiliis & de mutato rurſum concionum argumento loqui incipit hoc modo:* Vos quidem nos nuper admirabamini, quando verba fecimus de Melchiſedec (*in ſeptima contra Judæos*) propter eorum, quæ dicta ſunt, longitudinem: ego autem vos admirabar propter veſtram in audiendo attentionem & ſapientiam, & quòd, cùm prolixior ſe obtuliſſet oratio, nos ad finem uſque conſequuti eſtis. Quamquam non ſolùm erat longa oratio, ſed magnam etiam in ſe habebat difficultatem. Sed neque longitudo, nec rei difficultas vicit veſtram animi alacritatem. Age ergo vos pro illo labore remuneremur, dilucidiùs hodie vobiſcum colloquentes. Neque enim ſemper intendendus auditorum animus; facilè enim diſrumpitur: nec rurſus ſemper remittendus ac relaxandus; hinc enim rurſus redditur otioſior. Ideo utendum eſt vario docendi genere; & nunc quidem populariori, & ad delectandam concionem accommodatiori oratione utendum eſt, nunc autem acriori, & ad contendendum aptiori. Quemadmodum ergo tunc dicebam (*in prima ſeu quarta contra Judæos*) quòd dum lupi gregem invadunt, relictâ fiſtulâ, fundam in manum ſumunt paſtores; ita nunc, dum feſta Judæorum præterierunt, qui ſunt quibuſvis lupis immaniores, relictâ rurſus fundâ, redeamus ad fiſtulam; & à contentioſiore dicendi genere ceſſantes, aliqua alia apertiora aggrediamur, ipſius David citharam in manum ſumentes *&c. Ita* Chryſoſtomus, *deinde eleganter ac piè diſſerens in illa Davidis verba:* Quemadmodùm deſiderat cervus *&c. Ex dictis figenda eſt hæc Homilia poſt medium Octobris.*

B

Deinde ordo Homiliarum obſcurus & incertus:

390 *Hactenus totum ferè* Chryſoſtomi *ordinem inveſtigare conati ſumus. At ea inveſtigatio nunc multò facta eſt difficilior: neque enim ullam invenio Homiliam, quam ſub finem anni* 387 *aut initium* 388 *dictam fuiſſe oſtendere poſſum. Multæ quidem formari poſſunt conjecturæ, videlicet de explicatis eo tempore Pſalmis aliquibus, de morbo, quo impeditus fuerit Sanctus, de perditis aliquot hujus temporis Homiliis, pluresque aliæ; ſed hæ ſatis incertæ apparebunt. Nam potuit quidem alia in Pſalmos, quæ modò non habemus, tunc Sanctus commentari, & ad populum dicere. At continua Pſalmorum explicatio ſeriùs videtur cœpta. Morbi indicia non habemus ſatis probabilia. Itaque ceteris probabilior hæc erit conjectura, ſi exiſtimemus aliquas illius temporis Homilias excidiſſe, exſtare alias. Certè non paucas invenio apud Montfauconum tom.* 3 *Homilias, quæ nulli anno aptiùs illigari poterunt, quàm tempori inter Octobrem anni* 387 *& Quadrageſimam anni* 388. *Haſce igitur, ne maneant indictæ, hoc loco recenſere placet.*

C

Homilia de Eleëmoſyna,

391 *Prima occurrit Homilia* de Eleëmoſyna *tom.* 3 *pag.* 248, *quæ ſaltem hiemali tempore dicta fuit, quia variis locis de* frigore *in ea fit mentio. Antiochiæ etiam habita fuit, ut colligitur ex loco num.* 6, *ubi pecunia dicitur famis tempore miſſa Hieroſolymam ab incolis* hujus civitatis... per Paulum & Barnabam, *ut factum narratur ab Antiochenis Act.* XI ℣ 30. *Itaque Homiliæ ſubjungo initium, ut ex eo induſtriam Sancti charitatem lector perſpiciat:* Legationem quamdam juſtam, *inquit*, utilem, vobiſque congruentem apud vos obiturus acceſſi hodie, non ab alio quopiam orator conſtitutus, quàm à pauperibus, qui veſtram hanc civitatem incolunt; non verbis, non calculis, non ſenatuſconſulto miſſus, ſed miſerabilibus acerbiſſimiſque ſpectaculis. Nam cùm ad cœtum veſtrum properans per forum & angiportus tranſirem, videremque multos mediis in biviis jacentes, alios exſectis manibus, alios effoſſis oculis, alios ulceribus vulneribuſque inſanabilibus plenos,... extremæ inhumanitatis eſſe duxi, ſi apud caritatem veſtram de his verba non facerem,... hac tempeſtate maximè tanto urgente frigore. *Ex hoc initio Montfauconus colligit, Homiliam eſſe dictam ex tempore. At hoc non facilè crediderim, quia accuratior & eruditior eſt de eleëmoſyna diſputatio, quàm ut videatur extemporalis. Initium fortè ex tempore additum eſt. Verùm ne hoc quidem certum: neque enim ignorabat* Chryſoſtomus, *ſe viſurum miſerias pauperum mox relatas; eaſque haud dubiè ſæpiùs viderat.*

AUCTORE J. S.

tres aliæ in locum Apoſtoli: Habentes eumdem ſpiritum &c.:

392 *Poſt illam porrò Homiliam ſecutas eſſe tres alias de verbis Apoſtoli* 2 *Cor.* 4 ℣ 13, Habentes eumdem ſpiritum fidei *&c., veriſimilis ex collatione mihi oritur ſuſpicio. In illa pag.* 257 *graviter pungit illos, qui pauperes carpunt ob otium, cùm ipſi otioſi ſint* in theatris, *præmiſſis his verbis:* Dicam aliquid oneroſum & moleſtum: ſcio fore ut vos ſuccenſeatis: attamen dicam; non enim ut offendam, ſed ut emendem, dico. *In prima verò ex ſequentibus pag.* 260 *orditur à reprehenſionis excuſatione his verbis:* Sapientiſſimi medici, ubi vident ulcus egere ferro, admovent quidem ſectionem, ſed hoc faciunt non ſine affectu & commiſeratione: verùm & mœrent & gaudent non minùs quàm ipſi, qui ſecantur; mœrent quidem propter dolorem, quem ſecando inferunt; gaudent autem propter ſanitatem, quæ hoc modo comparatur. *Tum utitur exemplo Pauli, quocum gaudet, quòd contriſtati eſſent ad pœnitentiam.* Luculentior eſt hodie, *inquit*, noſter conventus, feſtivius noſtrum theatrum, numeroſior fratrum chorus, hæc ipſa alacritas triſtitiæ illius eſt fructus. *Hæc nonnullam ingerunt de ſequela ſuſpicionem, eaque augetur, quia in hac quoque eleëmoſyna prolixè commendatur, & aliis plænè rationibus quàm in præcedenti. In ſecunda item de allegatis Apoſtoli verbis, & rurſum in tertia, ad erogandam eleëmoſynam ſub finem auditores exhortatur. Has autem tres de verbis Apoſtoli invicem ſecutas, clarè videbit ſtudioſus lector, ſi initium ſecundæ & tertiæ conſideret. Omnibus verò præmiſſam fuiſſe illam de Eleëmoſyna, perſuadet materiæ ſimilitudo: nam Sanctum diu inſiſtere uni rei commendandæ, jam ſæpè vidimus.*

E

alia in verba Pauli: Utinam ſuſtineretis *&c.*

393 *Quidquid porrò ſit de ſequela, omnes ſaltem Antiochiæ ſunt habitæ, ut probat Montfauconus: nulla etiam aliquid habet, quo minùs congruat tempori, in quo verſamur. Nihil ſimiliter habet incongruum hnic tempori alia Homilia, quæ mox ibidem ſequitur pag.* 291 *in hæc Pauli verba:* Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ 2 *Cor.* XI ℣ 1. *Hanc* Chryſoſtomus *ita orditur:* Omnes equidem amo Sanctos, maximè verò beatum Paulum, vas electionis, tubam cæleſtem, Chriſti pronubum. Id verò dixi, meumque erga illum amorem in medium protuli, ut ejuſdem vos participes efficerem. *Rurſum ſuſpicio non infundata mihi videtur, ſi credamus, hanc Homiliam fuiſſe dictam poſt tres modò memoratas. Ratio eſt, quia tota eſt compoſita ad commendandam S. Pauli humilitatem, atque ad oſtendendum, neceſſitate ſola factum eſſe,*

F

AUCTORE J. S. *ut Apostolus non rarò se ipse laudet. Hæc igitur est quasi antidotum ultimæ ex tribus præmissis : nam in ea Paulus sæpissimè adducitur, & frequenter ea afferuntur loca, ubi laudes proprias coactus est recensere. Plures non invenio Homilias, quas ad hæc tempora verisimiliter transferendas censeo. Attamen certum est, totum tempus usque ad Quadragesimam anni* 388 *iis impleri non potuisse.*

§ XXVII. Homiliæ 67 in Genesim totam, cœptæ Dominicâ ante Quadragesimam, anno verisimiliter 388 ; aliæ complures Homiliæ iis interpositæ.

Ante Quadragesimam anni 388 B *Transeo ad Quadragesimam anni* 388 *: in Dominica enim illam præcedente cœptam existimo expositionem totius libri Geneseos, sexaginta & septem Homiliis absolutam, sed aliis concionibus aliquando interruptam. Nullam quidem hujus chronotaxis rationem, quæ id sola planè evincere possit, invenire potui : nec Tillemontius nec Montfauconus annum huic Operi certum assignare potuerunt. Attamen multa simul eam mihi chronotaxim adeo persuadent, ut non modo probabilem credam, sed etiam vix dubitare possim, quin recta sit & vera. Primò enim* Chrysostomus *in prima Quadragesima, quâ prædicavit, mox aliqua ex Genesi elucidanda suscepit, ita ut verisimile sit, Sanctum voluisse ad expositionem Geneseos primùm procedere. Secundò expositio Geneseos aliis multis Homiliis fuit interrupta ; idque prioribus annis, quibus concionatus est Sanctus, magis congruit, quàm posterioribus, ut videbimus. Tertia & præcipua ratio est, quia totus junioris in concionandi munere* Chrysostomi *stylus & genius relucet tam in hisce in Genesim Homiliis, quàm in illis, quibus Geneseos expositionem interruptam novimus. Ex hoc enim charactere colligimus, Genesim fuisse expositam ante librum Psalmorum, ante Matthæi & Joannis Euangelia, ac demum ante Pauli Epistolas.*

C 395 *Tum ulteriùs ita ratiocinamur. Si ex Operibus Sancti detrahamus expositionem omnium librorum modò enumeratorum, aliaque omnia, quæ anno primo & secundo Antiochiæ, aut deinde Antiochiæ vel Constantinopoli concionatus est Sanctus ; non reperiemus Homilias sufficientes ad implendum unius anni cursum ; imò etiam ne vel unicam quidem Quadragesimam implere poterimus, ut ex diligenti perscrutatione & consideratione certum mihi videtur & indubitatum. Hinc Tillemontius & Montfauconus nullas pro anno* 388 *& tribus sequentibus produxerunt Homilias, nisi perpaucas, quas omnes ad annos præcedentes pertinere, suis locis ostendi. Atqui verisimile non est aut probabile,* Chrysostomum *tanto tempore à concionando abstinuisse, aut omnes ferè tanti temporis Homilias excidisse. Necesse est igitur, ut dicamus,* Chrysostomum *tunc cœpisse integros sacræ Scripturæ libros exponere, & initium duxisse à Genesi, cùm ex charactere & stylo hic liber ante reliquos omnes videatur expositus.*

cæpta expositio in Genesim, ut ex variis

396 *Cùm autem stylum & characterem dico, non loquor de majore aut minore sermonis elegantia aut puritate ; sed de methodo, qua prioribus annis in concionando usus est* Chrysostomus, *& de dictis aliquot eidem tunc admodùm familiaribus : atque hos characteres ita in expositione Geneseos relucere assevero, ut in nullis alterius libri commentationibus iidem reperiantur. Consideret studiosus lector initia Homiliarum primi & secundi anni, quas magna saltem ex parte recensui ; passim inveniet, prolixa texi exordia, priusquam orator perveniat ad illud, quod præcipuè tractandum suscepit aut exponendum. Adeat deinde Homilias in Genesim, ac similem exordiorum prolixitatem in illis deprehendet, maximè tamen in illis, quas ferè consequenter dixit in Quadragesima. Adeo perspicua est illa prolixitas præfationum, ut amici quidam* Chrysostomum *de ea monendum censuerint eodem anno, quo Genesim exponebat, & quando jam Homilias triginta duas in Genesim habuerat. Testatur id Sanctus ipse in Homilia de Ferendis reprehensionibus tom.* 3 *pag.* 115, *ac prolixitatis istius rationes allegat pag.* 120. *Prima est, quòd loqueretur ad multitudinem hominum occupatorum, quibus dicta sua studebat proœmiis* intellectu facilia *reddere. Altera est, quòd aliqui negligentes essent in accedendo ad concionem.* Necesse itaque, *inquit,* eos, qui accedunt, laudibus ornare, eos verò, qui absunt, reprehendere. *Tertia ratio est, quia ex antè dictis aliqua erant repetenda ; dum quæstio aliqua non potuerat tota exponi.* D *colligitur, maximè ex methodo, & longioribus exordiis,*

E 397 *Hasce quidem rationes tunc allegabat* Chrysostomus. *Attamen vela paulatim contraxit, & amicorum consilio cessit, ut clarè perspici potest in omnibus Sancti commentationibus, quibus Psalmos, Euangelium Matthæi, Acta Apostolorum, atque Epistolas S. Pauli exposuit : neque enim longiora illa proœmia in illis reperiuntur, nisi rarissimè. In expositione Joannis, quæ post Genesim secuta videtur, aliquid ex more illo pristino adhuc retinuerat. In ipsa quoque Genesis expositione diligens lector deprehendet, longiora esse exordia in triginta duabus prioribus Homiliis, quæ dictam amicorum* Chrysostomi *monitionem præcesserunt, quàm in posterioribus, quæ eamdem sunt secutæ. Hic character Homiliarum in Genesim tam manifestus videtur, ut necesse non sit observare voces aliquot translatas, aut modos loquendi ita familiares* Chrysostomo *prioribus illis annis, ut frequentissimè recurrant tam in Homiliis in Genesim, quàm in aliis istorum annorum. Sanè sæpissimè dicit, se mensam apponere, convivium parare, thesaurum in sacris Litteris absconditum quærere, effodere, aut quid simile. Cum medico, cum agricola, cum patre, cumque aliis hominum generibus frequenter se comparat. Auditorum diligentiam passim laudat aut negligentiam reprehendit. Hæc verò omnia, aliaque similia styli utcumque luxuriantis, quæ observari possunt, in expositione aliorum sacræ Scripturæ librorum non inveniæ, nisi rarissimè, excepta tantùm expositione Joannis. Itaque dubitare vix possim, quin expositio Genèseos aliorum librorum expositiones præcesserit, & inchoata fuerit anno* 388.

quæ monitus paulatim contraxit, ac demum omisit.

F 398 *Incidebat anno* 388 *Pascha in diem* IX *Aprilis. Prima autem Homilia dicta sex hebdomadis ante Pascha, sive die* XXVII *Februarii, ac Dominicâ, quæ Quadragesimam præcedit, ut liquet ex initio aliisque Homiliæ locis. Secùnda id etiam clarissimè indicat pag.* 8 *his verbis :* Undè cùm mecum cogito repentinam mutationem hodie factam, & repeto memoriâ hesterni diei perturbationem, admiror & obstupesco jejunii vires & po-

Prima Homilia XXVII *Februarii dicta : aliæ*

potentiam. *Primam verò, quâ necdum Geneſim explicat, ſed jejunium eloquenter commendat, ſic exorſus eſt:* Gaudeo & lætor, videns hodie eccleſiam Dei filiorum ſuorum multitudine ornari, voſque omnes multa cum jucunditate concurriſſe. Nam cùm alacres vultus veſtros intueor, voluptatis, quæ in animabus veſtris eſt, conjecturam capio maximam... Eapropter & ipſe hodie ingenti alacritate ſurrexi, unà vobiſcum lætitiæ ſpiritualis particeps futurus, & volens adventûs ſanctæ Quadrageſimæ, remedii, inquam, animarum noſtrarum, vobis annuntiator eſſe. *Secunda Homilia, in qua Geneſim exponere incipit, & Manichæos, Marcioniſtas & Valentinianos aggreditur hæreticos, mox die ſequenti fuit ſubſecuta; uti & tertia, & quarta continenter diebus ſingulis.*

ſecutæ ſingulis ferè diebus,

399 *At in quinta non invenio mentionem heſternæ concionis, ita ut fortè die uno alterove ceſſaverit, aut de alia materia egerit. Verùm quintam rurſum ſecutæ ſunt ſexta, ſeptima, octava & nona diebus continuis. In quinque prioribus auditorum alacritatem laudat: in ſexta verò acerrimè objurgat illos, qui* ad ludum equeſtrem *ſe contulerant. In decima rurſum non meminit de heſternis dictis. Quare iterum fuerit unius fortè diei interruptio. Id certum eſt, Homiliam* XI *dictam fuiſſe in Sabbato aut Dominica poſt ſecundam Quadrageſimæ hebdomadam. Nam in prolixo exordio monet Sanctus, duobus hebdomadæ diebus non jejunari, dicitque ibidem pag.* 84, *ſe tradere velle doctrinam faciliorem,* Quia hodie, *inquit,* remiſſionis dies eſt. *Itaque in duabus primis hebdomadis tres dies caruerunt Homiliis ordinariis in Geneſim, aut etiam quatuor, ſi undecima illa die Dominico fuit habita. Poſt Homiliam* XI *rurſum ad alia divertit Sanctus, & contra Judaïzantes Homiliam ſaltem unam habuit, & ad catechumenos quoque dixit, prout ipſe indicat iis verbis, ut videatur plures interruptionis dies inſinuare. Attamen duodecima vel ſic poteſt dicta eſſe die Lunæ tertiæ hebdomadæ: nam verba mox danda explicari poſſunt de die Dominico præcedente, & de interrupta in prioribus hebdomadis Geneſeos expoſitione.*

ſubinde tamen interruptæ per Homilias perditas

400 *Accipe igitur, lector, initium Homiliæ* 12, *indeque perſpice, quàm ſolicitè ſingulorum vulnera curare ſtuderet Sanctus:* Age, *inquit,* promiſſum noſtrum hodie impleamus: & conſuetam doctrinam tractantes, dicenda nunc iis, quæ ſuprà dicta ſunt, contexamus. Scitis enim nos ſemel atque iterum hoc facere decreviſſe, & ad hoc paratos fuiſſe; ſed curam fratrum, quam gerimus, in illorum admonitionem linguam noſtram aliò rapuiſſe. Quandoquidem interdum infirmis fratribus, quibus conſuetum erat ſequeſtrare ſe ab hoc ſpirituali conventu, & mutilare nobis ſanctæ feſtivitatis gaudia, ſuaſimus conſulendo & exhortando, ne diutiùs ab ovili Chriſti abſint, & extra caulam hanc ſpiritualem aberrent, nomine quidem & appellatione nobis juncti, revera autem Judæos ſectantes, qui adhuc umbræ aſſident, lucernæque addicti ſunt, poſtquam Sol juſtitiæ illuxit. Interdum etiam nondum initiatos, qui in cœtu aderant, hortati ſumus, ut ad ſpiritualem vocationem accurrant, excuſſoque omni ignaviæ ſomno, ferventi deſiderio, & ingenti alacritate paratos ſe ad ſuſcipienda regia munera præſtent, & properent ad eum, qui remiſſionem donat peccatorum, & liberaliter innumera bona ſuppeditat. Itaque poſtquam eorum, qui circa Paſchæ feſtum errabant, quique per hanc minimi, ut putabant, momenti obſervationem, magnum ſibi damnum inferebant, congruentem curam geſſimus, idoneo adhibito vulneri medicamento, & non initiatis ea de re probè commonitis; reſtat ut omnibus vobis hodie ſpirituale paretur convivium. *Hactenus* Chryſoſtomus. *At conciones hîc memoratæ videntur excidiſſe.*

AUCTORE J. S.

die uno aut duobus: hoc modo conſequentur dictæ

401 *Poſt duodecimam ſecuta eſt decima tertia, ſed fortè non ſtatim die ſequenti: nam in proœmio non meminit de heſternis, ſed de dictis* nuper. *Id tamen indicium non eſt omnino certum, quia jam antè vidimus* nuper *ſubinde dici à* Chryſoſtomo, *etiamſi loquatur de die præcedente. Præterea ſe quotidie concionari ſolere initio indicat, cùm ſic ordiatur pag.* 99: Videns veſtrum inexplebile deſiderium & multam aviditatem, mentemque attentam, nec non omnes ad ſpiritualem hanc doctrinam advolantes; quamvis valde ſim meæ inopiæ mihi conſcius, frequenter tamen & quotidie inopem & tenuem hanc menſam vobis proponere ſtudeo. *Et paulò pòſt* alacritatem *auditorum* quotidie increſcere *affirmat. Non facilè igitur interrumpebat expoſitionem Geneſis, nec dicit in decima tertia, tunc fuiſſe interruptam. Hoc itaque dubium eſt. Certum verò eſt, decimam quartam & ſequentem continua dierum ſerie eſſe ſecutas, cùm in ſingulis illud inſinuetur. Certum item videtur, decimam quintam dictam eſſe non ante diem Veneris aut Sabbatum tertiæ hebdomadæ, cùm in ea pag.* 121 *dicat:* Neque hoc attendamus, ſi dimidium Quadrageſimæ tranſierit. *Verùm ne longior dierum enumeratio tædioſa magis fiat quàm utilis, generatim obſervo, nullam deinceps fieri mentionem ſatis claram interruptarum Homiliarum in Geneſim in hac Quadrageſima uſque ad trigeſimam ſecundam, quæ dicta eſt in Hebdomada Sancta die Mercurii.*

priores triginta duæ in ſex Quadrageſimæ hebdomadis:

402 *Attamen cùm enumerationem fecerimus uſque ad finem circitèr tertiæ hebdomadæ; & ſic videam unum aut duos dies plures eſſe ante hebdomadam Sanctam quàm Homilias, neceſſe eſt, dicamus, diem ſaltem unum ab hiſce Homiliis ceſsâſſe Sanctum, fortè ad catechumenos inſtituendos. Multò plures vacarent dies, ſi ſeptem hebdomadas attribueremus Quadrageſimæ, ſed ea opinio ex ordine harum Homiliarum iterum non ſatis ſit veriſimilis. Etenim vigeſima quarta ſpectat ad penultimam hebdomadam, cùm in ea pag.* 228 *Sanctus ita loquatur:* Nam ſi ſermo meus in vobis proficit, ... nunc maximè dum adhuc ſanctæ Quadrageſimæ tempus vobis reliquum eſt puſillum, poteritis peccata abſtergere... Non enim multis diebus opus habet Dominus, neque tempore: ſed, ſi voluerimus, & in duabus hiſce hebdomadis corrigere peccata noſtra poterimus. *Hæc* Chryſoſtomus *veriſimiliter die Lunæ illius hebdomadæ. Atqui undecim priores Homiliæ ſpectant ad primas duas hebdomadas. In tribus igitur hebdomadis mediis tantùm ſuperſunt duodecim Homiliæ, pro quibus habent in ſua opinione dies viginti unum aut duos; nos verò duas hebdomadas. Attamen rurſum in vigeſima quarta* Chryſoſtomus *pag.* 229 *meminit de ſuis* quotidianis admonitionibus; *ipſæque Homiliæ inſinuant, pleraſque continuis diebus dictas eſſe, nec ullam fuiſſe interruptionem notabilem. Tillemontius ipſe Notâ* 36 *agnoſcit, Homiliam* 15 *juxta ordinem ſuum incidere in hebdomadam tertiam, & tamen dictam eſſe in media Quadrageſima.*

ex illis ultimo die Mercurii hebdomadæ Sanctæ.

403 *Homilia* 30, *licèt ex initio videatur dicta poſt Quadrageſimam, habita eſt ſub initium hebdomadæ Sanctæ, & die Lunæ, ut exiſtimo.* Ecce tandem, *inquit pag.* 293, ad finem ſanctæ

AUCTORE J. S.

Quadrageſimæ venimus, & jejunii navigationem perfecimus. *Verùm per finem intelligè ultimam partem, ſive hebdomadam poſtremam, oſtendunt additæ ſimilitudines naucleri, curſoris & athletæ, qui*, ubi ad finem veniunt, magis enituntur & vigilant; *præſertim cùm ſubjungat:* Eodem modo & nos faciamus oportet, quia in magnam hanc hebdomadam Dei gratiâ pervenimus, nunc maximè jejunii curſus intendendus, & ferventiores fundendæ preces, faciendaque diligens & pura peccatorum confeſſio *&c. Poſt hanc ſecutæ ſunt diebus continuis duæ ſequentes. At poſt Homiliam* 32 *hanc Geneſeos expoſitionem diu interrupit* Chryſoſtomus, *tractavitque materiam tempori ac feſtis accommodatam, ut ipſe teſtatur initio ſequentis Homiliæ poſtea laudandæ.*

Homilia de Juda proditore, forìè ab iis, quæ exſtant, diverſa.

404 *In Cœna Domini, ſive die ſequente Homiliam* 32 *in Geneſim*, Chryſoſtomus *dixit de Proditione Judæ. Duas de hoc argumento habemus Homilias tom.* 2 *pag.* 376 *&* 386 *impreſſas. Eadem ferè in utraque tractantur, ita ut ſolum ferè principium ſit mutatum. Si alterutra hoc anno habita eſt, haud dubiè ea eſt, quæ loco ſecundo eſt edita, & cujus hoc eſt initium:* Volebam, dilecti, de patriarcha rurſus ſermonem habere, & inde vobis ſpirituale convivium apponere: ſed ingratus proditoris animus, ad illius pertractandum facinus linguam noſtram pertrahit, & diei opportunitas, ut de inſania ſceleris ejus agamus, nos cohortatur. Hodie quippe Dominus noſter Jeſus Chriſtus à proprio diſcipulo Judæorum manibus traditus eſt. *Per* patriarcham *deſignat Abrahamum, cujus hiſtoriam tractare cœperat in expoſitione Geneſeos. Attamen aliqua eſt difficultas, quæ ſequelam hujus Homiliæ reddit ambiguam. Nam in ea pag.* 387 *dicitur:* Ideo quarta jam die apud vos ſermonem habeo de oratione pro inimicis. *At in præcedentibus in Geneſim Homiliis de ea re non egerat. Hinc non modò incertum, ſed etiam minus probabile exiſtimo, hanc Homiliam ad hunc ſpectare annum.*

Æquè incertum eſt, an alterutra ex Homiliis de Cruce & latrone, quæ ſequuntur pag. 403 *&* 411, *hoc anno fuerit habita. Prima haud dubiè ſecuta eſt alterutram de Juda, cùm in illa pag.* 409 Chryſoſtomus *dicat, ſe* jam quinto die *monere auditores de oratione pro inimicis: nam in utraque de Juda id quarto die agebat. Illa igitur ex dictis huic anno non videtur affigenda. In ſecunda pag.* 419 *dicit:* Imitemur igitur & nos Dominum, & pro inimicis precemur. Quæ heri monui, eorumdem & nunc commonefacio, ſciens præclari facti magnitudinem. Imitare tuum Dominum: ille crucifigebatur, & pro crucifigentibus orabat. *In hac quidem nihil invenio, quod hoc anno dici non potuit; at nihil quoque continet, cur hoc potiùs quàm alio anno dicta credatur, præſertim cùm in illis feſtivitatibus* Chryſoſtomus *haud dubiè ſingulis ferè annis fuerit concionatus. Quare id ſolum eſt certum*, Chryſoſtomum *utroque die ad concionem dixiſſe. Quippe in Homilia* 33 *in Geneſim pag.* 331 *cauſas interruptæ expoſitionis ita recenſet:* Nam ſanctæ feſtivitatis adventus feriem nobis interpellavit: neque enim par erat, ut, dum Crucem Domini celebraremus, de aliis ſermonem afferremus. Menſa autem vobis proponenda erat ſuis congrua temporibus. Et idcirco, quando venit dies traditionis, continua doctrinæ ſerie refecta, præſentibus, quæ urgebant, nos accommodantes, in proditorem linguam laxavimus: deinde de Cruce aliqua in medium protulimus.

uti & Homilia de Cruce,

406 Poſtea, illuceſcente Reſurrectionis die; neceſſarium erat, ut de reſurrectione Domini caritatem veſtram doceremus: & ſequentibus diebus per ea miracula, quæ tunc facta ſunt, reſurrectionis demonſtratio iterum afferenda erat: quando etiam Apoſtolorum Acta explanare cœpimus, inde vobis continua proponentes convivia, & crebris quotidianiſque admonitionibus eos, qui nuper baptiſmi gratiam acceperant, exhortantes. *Hactenus* Chryſoſtomus; *at non exſtant omnes conciones hîc memoratæ; aliquas tamen aſſignabo. Homilia contra Ebrioſos & de Reſurrectione, quæ impreſſa eſt tom.* 2 *pag.* 437, *dicta videtur in feſto Reſurrectionis, cùm hoc habeat initium:* Jejunii ſarcinam depoſuimus; ſed ne jejunii fructum deponamus. *In titulo quoque legitur dicta* in ſancta & magna Dominica Paſchæ. *Verumtamen pauca dicuntur de Reſurrectione Domini; & pleraque diriguntur contra ebrietatem. Dictam verò eſſe hoc anno, liquet ex illis verbis pag.* 438: Abſtineamus ab ebrietate. Non dico, Abſtineamus à vino; ſed, ab ebrietate abſtineamus. Non vinum efficit ebrietatem: eſt enim Dei creatura: Dei porrò creatura nihil efficit mali: ſed voluntas maligni efficit ebrietatem. *Nam in prima Homilia in Principium Actorum tom.* 3 *pag.* 52 *huc reſpicit, dum dicit:* Sicut nuper de ebrietate verba faciens non vinum accuſabam, quippe cùm omnis creatura Dei bona *&c.*

exſtat tamen Homilia contra ebrioſos in Paſchate habita.

Sanctus poſt Quadrageſimam pergit quotidie concionari.

407 *Porrò tota hebdomada Paſchali ſingulis diebus Sanctum perorâſſe exiſtimo, quia id ſe facturum inſinuat in Homilia de Reſurrectione aut potiùs contra ebrioſos pag.* 445 *his verbis:* Tollamus igitur ubique peccatorum principia. Idcirco quotidie continuâ doctrinâ perfruimini. Idcirco ſeptem dierum ſpatio conſequenter collectam agimus, ac ſpiritualem menſam vobis apponimus, ut noſtrâ operâ divinis eloquiis perfruamini, ut vos ſingulis diebus inſtruamus, atque adverſus diabolum armemus. *Nuper baptizatos maximè alloquitur Sanctus, atque illorum gratiâ quotidie ſe concionaturum affirmat. At non habemus Homilias illâ hebdomadâ dictas. Verùm Dominica ſequenti, opinor, habuit Homiliam in Principium Actorum, editam tom.* 3 *pag.* 50. *In hac autem prolixo admodùm utitur exordio, ut auditores excitet ad conciones frequentandas, ita incipiens:* Quid hoc ſibi vult? Quò nobis feſta longiùs progrediuntur, eò minores collectæ fiunt.... Præcedenti Dominica civitas hîc aderat univerſa *&c. Hæc fusè proſequitur* Chryſoſtomus, *& pag.* 53 *innuit, ſe pergere velle in quotidianis concionibus, dicens:* Non impero, ut ſeptem decemve diebus ab operibus abſtineas, ſed duas mihi diei horas ut commodes, reliquas ipſe tibi habeas. *Hìc, velim, æquus lector conſideret, quantus eſſet* Chryſoſtomi *ad concionandum fervor, quàm indefeſſum planè ſtudium. Etenim quotidie per Quadrageſimam & hebdomadam Paſchalem ad populum dixerat; & vel ſic auditores ad quotidianas conciones invitat.*

In Principium Actorum Homilias

408 *Quam porrò materiam ſibi tractandam proponeret, exponit num.* 3 *pag.* 54 *his verbis:* Superioribus apud vos diebus de Apoſtolicis verbis, deque Euangelicis diſſeruimus, cùm de Juda verba faceremus. Diſſeruimus & de prophetici. Hodierno die volumus de Apoſtolorum Actis verba facere ... Priùs ſciamus opus eſt, quis librum ſcripſerit.... Diſquirendum nobis eſt, quis ſcripſerit, & quando ſcripſerit, & de quibus, & qua de cauſa præceptum ſit, ut ille in hac ſolennitate legeretur. Nam toto fortaſſis anno legi li-

librum non auditis. Enimverò hoc quoque nôsse prodest. Ac deinde quærendum est, qua de causa hunc tittulum præ se ferat, ACTA APOSTOLORUM. *Expositâ hoc modo futurarum Homiliarum materiâ, probat negligendos non esse sacrorum librorum titulos, ac moralem exhortationem subjungit ad neophytos.*

quarum secunda excidit,

409 *Homilia, quæ illam secuta est, docebat, quis sit scriptor libri Actorum. At excidit illa, vel hactenus latet. Existimat quidem Montfauconus tom.* 3 *pag.* 757, *partem illius Homiliæ insertam esse prolixissimæ Homiliæ de Assumptione Christi, quam ibi edidit, quia num.* 8, 9 *&* 10 *exponitur & probatur, quis auctor sit libri Actorum, dicitque illam partem verè esse* Chrysostomi. *At ea conjectura planè improbabilis mihi apparet. Neque enim stylum* Chrysostomi *in illa parte magis invenio, quàm in reliqua Homilia; sed omnia breviùs sunt exposita, quàm soleat exponere Orator noster. Itaque, sicut fatetur Montfauconus Homiliam totam non esse* Chrysostomi, *ita non dubito asserere, nihil in tota mihi apparere* Chrysostomi; *sed Homiliam Hierosolymæ dictam esse ab auctore, qui* Chrysostomum *legere potuit, non imitari.*

habuit quinque: ex his quatuor edite.

410 *Quæ tertia fuit in Principium Actorum Homilia, & secunda à Montfaucono edita tom.* 3 *pag.* 60, *brevi pòst secuta est, ac docet, cur liber ille nominatus sit* Acta Apostolorum, *datque differentiam inter acta & miracula, atque indicia ostendit veri Apostoli, præter alia documenta moralia. Deinde Homilia quarta, ex Notis tertia, vehementer commendat lectionem sacræ Scripturæ, & pag.* 74 *argumenta Homiliarum quatuor sic recenset:* Primo die non esse temere prætereundas inscriptiones dicebam ... In hoc desiit priori die tota doctrina. Post illam secundo die, qui libri esset illius auctor, quæsivimus, & invenimus Dei gratiâ Lucam euangelistam. *Et mox:* Prima igitur die de inscriptione, secunda verò die de eo, qui librum scripsit, tertia die heri differuimus apud eos, qui advenerant, de initio Scripturæ, & ostendimus, ... quid sit Actum, quid sit Miraculum, & quid sit conversatio, quid signum & prodigium ac virtus, & quantum inter utraque sit discrimen ... Hodiè reliquum inscriptionis operæ pretium est dicamus, & quid significet Apostoli nomen, ostendamus. *Quintam & ultimam de principio Actorum Homiliam, quæ in editis quarta est, pag.* 81 *sic orditur:* Majorem debiti partem, quod ex occasione inscriptionis Actorum Apostolorum contraximus, superioribus vobis diebus exsolvimus: sed quoniam modicum adhuc reliquiarum quippiam restat, hoc quoque vobis hodierno die numeraturus exsurgo. *In hac autem Sanctus docet, cur in Pentecoste liber Actorum legatur, eamque hujusce consuetudinis dat rationem:* Statim post crucem, resurrectionem Christi annuntiamus: porrò demonstratio resurrectionis miracula sunt Apostolica: atqui nihil aliud est liber iste, quàm Apostolorum schola miraculorum. Quod igitur Dominicæ resurrectionis maximè fidem facit, hoc statim post Crucem & vitæ largitricem Resurrectionem patres legi statuerunt. *Videbit facilè studiosus lector,* Pentecosten *vocari, non festivitatem Pentecostes; sed tempus illud, quod inter festivitatem illam & festum Paschale est intermedium. Eo tempore has Homilias, & plures alias habuit Sanctus.*

411 *Modico pòst intervallo ad caput* 9 *Actorum progressus, conversionem S. Pauli exposuit* Chrysostomus, *indeque occasione mutati nominis* Sauli *in* Paulum, *disputare cœpit de mutatione nominum. In hac Homilia de Mutatione nominum prima post longum exordium, quo queritur numerum auditorum minui, pag.* 100 *propositum suum his verbis exponit:* Totum igitur debitum inscriptionis vobis persolvimus, inscriptionis, inquam, Actorum Apostolorum. Ut igitur initium libri attingeremus, ordo exigebat... Verumtamen non finit Paulus, ut hanc seriem ordinis sequar, sed ad se suaque rectè facta linguam nostram invitat. Cupio namque videre illum introductum Damascum, non ferreâ catenâ, sed Dominica voce vinctum, *Et paulò pòst:* Propterea misso exordio, ad medium propero transilire: nam Paulus & in Paulum amor hunc dare saltum nos coëgit. Ignoscite mihi: vel potiùs nolite ignoscere; sed & amorem istum æmulamini. *Mox insinuat, medium ferè fuisse tempus inter Paschatis & Pentecostes festa, quando Homiliam habuit, ita loquens num.* 4. Nam si, dum solam vobis inscriptionem legimus & enarramus, dimidium solennitatis (*Pentecostes sive quinquaginta dierum inter duo jam dicta festa*) consumpsimus *&c. Sequenti die secundam habuit de Mutatione nominum Homiliam, in cujus exordio pag.* 107 *queritur, se auditoribus omnibus non posse satisfacere, quòd aliqui prolixos admodùm sermones desiderarent, alii de nimia prolixitate conquererentur. Deinde pag.* 109 *ait, se acturum* de re, quæ cœpit quidem hesterno die proponi, non potuit autem solutio quæstionis afferri... Quid illud porrò est? De nominum impositione quæstio erat, quæ Deus Sanctis imposuit.

AUCTORE J. S. *Deinde conversionem Pauli enarrans, de Mutatione nominum*

disputat; ac de illo argumento Homilias, quarum aliquæ excidisse videntur,

412 *Post secundam hanc de Mutatione nominum, secuta est Homilia, quæ apud Montfauconum tom.* 4 *pag.* 687 *edita est post Sermones* 8 *in Genesim. Etenim in exordio pag.* 688 *clarè laudat Homiliam* 1 *de Mutatione nominum, ut* superioribus diebus *dictam. Deinde pag.* 691 *multa recitat ex secundâ, tamquam* nuper *dicta; pergitque ad mutatum Abrahami nomen, in quo desierat circa finem secundæ, ubi dicit:* Restat enim, ut ad Abraham, & ad filios Zebedæi, Petrumque veniamus; sed ad alterum Sermonem ista differemus. *Porrò hæc verba mihi persuadent, unam certè Homiliam, & fortè plures, latêre de Mutatione nominum: neque enim dubitare possim, quin item discreverit de mutatis nominibus Petri, Joannis & Jacobi; cùm id se facturum allegatis verbis insinuet. Nam in ultima quoque de hoc argumento Homilia pag.* 133 *innuit, se de Petro, Joanne & Jacobo disputâsse, cùm rationem mutati eorum nominis breviſſimè dicat, ac statim subjungat:* Sed ne eadem rursus memorando molestiam pariat oratio nostra, his omissis, illud dicam, ipsa Sanctorum nomina seorsim semper religiosis & piis viris veneratione digna esse, ac peccatoribus formidanda. *Noluit* eadem rursus *dicere* Chrysostomus. *Egerat igitur de mutatis Apostolorum illorum nominibus; at nulla comparet Homilia, in qua argumentum istud more suo exponit. Videtur ergo dicendum, unam aut plures excidisse.*

dixit varias: exstant ex his quinque:

413 *Quidquid autem de hisce fuerit, non diu pòst secuta est Homilia de Fercndis reprehensionibus & mutatione nominum, quam habemus tom.* 3 *pag.* 115. *Hanc ita orditur:* Reprehenderunt nos amicorum quidam, quòd prolixiora sermonum initia faceremus. An jure vel injuriâ reprehenderint, tunc intelligetis, cùm audita defensione nostra, quasi in publico tribunali sententiam feretis. Ego verò priùs, quàm id ostendam,

ECTORE J. S.

dam, ob reprehenſionem gratias ipſis refero: nam ex mei cura atque ſtudio, non ex malo animo illa proficiſcitur: amicum verò, non cùm laudat modò, ſed etiam cùm reprehendit & corrigit, tunc me amare dixerim. *Mox multa diſputat de utilitate reprehenſionum; deinde rationes prolixitatis ſuæ in proœmiis allegat, ac tum de mutato Pauli nomine breviter, de converſione verò ipſius prolixè diſſerit. In ſequenti Homilia, cujus initio de paucitate auditorum conqueritur, rurſum attingit mutationem nominum; ſed ſimul diſſerit in principium Epiſtolæ* 1 *ad Corinthios:* Paulus vocatus Apoſtolus. *Hanc porrò Homiliam poſt memoratas eſſe ſecutam, inſinuat pag.* 133 *his verbis:* Nam ſi recordamini, tres integros dies de ſolo hoc nomine (*Pauli*) diſſeruiſſe me ſcitis, dum cauſas afferrem, ob quas, cùm Saulus antea vocaretur, Paulus deinde vocatus eſt *&c. Hæc verba tamen non evincunt, nullas alias Homilias inter hanc & præcedentes fuiſſe medias; ſed potiùs innuunt, alias interceſſiſſe.*

verisimiliter & tunc Homiliæ de Pentecoſte & Aſcenſione habitæ.

B

414 *Hinc ſuſpicor, ultimam hanc fuiſſe dictam poſt feſtum Pentecoſtes, ac* Chryſoſtomum *in feſtis Aſcenſionis Domini & Pentecoſtes alias habuiſſe Homilias, ſive illæ modo exſtent, ſive cum aliis non paucis ſint deperditæ. Quæ exſtat tom.* 2 *pag* 447 *de Aſcenſione Domini Homilia, nihil habet, quod huic anno repugnet; ſed caret probabili temporis nota. Quæ ibidem ſequuntur pag.* 457 *&* 468 *de ſancta Pentecoſte, hoc item anno dici potuerunt. Prima autem inchoatur à querela* Chryſoſtomo *tum temporis maximè familiari, atque hoc modo:* Rurſus feſtivitas, rurſuſque feſtus conventus, ac rurſus Eccleſia filiorum multitudine gloriatur. Hæc multorum librorum parens, eademque filiorum amans. Sed quid prodeſt amor filiorum, quandoquidem in feſtis ſolùm, non perpetuò dilectos filiorum vultus intuetur *&c. Hæc ſanè querela, quam longiùs proſequitur, ſuſpicionem aliquam ingerit. Attamen nihil certi hinc erui poteſt: nam & ſecunda eidem anno ſatis congruit. Veriſimiliter etiam aliquot in feſtis Martyrum Homilias eodem anno habuit* Chryſoſtomus. *Verùm tempus eſt, ut redeamus ad expoſitionem Geneſeos, poſt Pentecoſten menſe forſan Junio reſumptam.*

Reſumpta Geneſeos expoſitio per Homilias ferè quotidianas,

C

415 *Hanc autem expoſitionem magno reſumpſit animo per Homiliam* 33, *in quâ ſic loqui incipit:* Cùm alacrem veſtrum conventum, & ingens audiendi deſiderium hodie videam, volo debitum ſolvere, quo erga caritatem veſtram obſtrictus ſum. Et ſcio ejus fortaſſe vos oblitos eſſe, eo quòd multi dies interceſſerint, ſermoque noſter ad alia interim ſit deductus. Nam ſanctæ feſtivitatis adventus ſeriem nobis interpellavit.... Nunc igitur neceſſarium eſt, ut debiti memor ſim, & vobis ſatisfaciam. *Agit in illa Homilia de Abrahamo & Lot, ac prioris humilitatem lenitatemque extollit. Hinc trigeſimam quartam pag.* 339 *inchoat his verbis:* Didiciſtis heri, cariſſimi, eximiam patriarchæ humilitatem, vidiſtis lenitatem egregiam. *Sequenti rurſum die habuit trigeſimam quintam bene longam, & ſic* ferè quotidie *pergebat de Geneſi ad populum dicere, ut ipſe aſſerit in trigeſima ſexta pag.* 362, *idque ex eo etiam liquet, quia frequentiſſimè heſternæ concionis meminit. In quadrageſima prima pag.* 410 *multùm conqueritur*, multos ex *illis* ipſis, *qui* aderant, totos dies in ſpectandis ludis equeſtribus perdere, *& quidem* nobis, *ait*, quotidie concionantibus. *Poſt hanc ſecutæ ſunt Homiliæ* 42 *&* 43.

416 *Verùm deinde interceſſit una ſaltem alia Homilia de muliere Samaritana Joan.* 4, *& forſan etiam aliæ: interruptio tamen non fuit diuturna. Totum id habemus ex Homilia* 44, *quæ ſic inchoatur pag.* 447: Heri nos argumentum de muliere Samaritana ſatis docuit ineffabilem Domini longanimitatem, & excellentem erga illam providentiam, atque illius gratum animum. *Tum aliqua repetit ex illa Homilia, quæ creditur excidiſſe. Nam, quæ exſtant inter Spuria de Samaritana Homiliæ, abjudicantur* Chryſoſtomo. *Mox pag.* 448 *dicit:* Age igitur, ſi videtur, & hodie ad ſeriem eorum, quæ priùs dicta ſunt, veniamus. *Dein repetit quædam ex præcedenti in Geneſim Homilia, & interpretationem proſequitur. Hanc porrò ſine interruptione deinde proſecutus videtur uſque ad Homiliam* 53, *paſſim tribus, aut pluribus etiam, diebus continuis populum docens, ut clarum eſt ex frequenti mentione concionis heſternæ. Id ipſe confirmat pag.* 523 *his verbis:* Ea enim de cauſa quotidie vobis concionamur, ut aliquid lucri faciatis, & virtutes veſtræ creſcant, noſque lætemur veſtrum videntes profectum. Numquid enim temere & in vanum dicere volumus, ut à vobis laudum fructus recipiamus, & ut plaudentes manibus recedatis? Non

D

quibus interveneruntpaucæ aliæ

E

hoc ſpectamus, abſit, ſed veſtram utilitatem. Mea maxima laus eſt & ſummus plauſus, ſi quis à vitiis ad virtutem convertatur *&c.*

modò perditæ,

417 *Ante Homiliam* 54 *dixit de converſione S. Matthæi apoſtoli, ut liquet ex illius initio, quod ſic habet pag.* 521: Vidiſtis heri publicani bene affectum animum, & Domini ineffabilem miſericordiam, & Judæorum ſtupiditatem immenſam. Vidiſtis, quomodo omnes nos erudierit beatus Matthæus, ſtatim obediens *&c. At hæc de S. Matthæo Homilia non magis nota eſt, quàm prædicta de Samaritana. Quæ autem hîc fuit interruptio, brevis admodùm fuit: nam in Homilia* 54 *pag.* 523 *reſumens Geneſim, ait:* Audiſtis nuper *&c. Deinde in hac & in quatuor ſequentibus Homiliis, quas habuit quinque diebus continuis, interpretationem Geneſis proſequitur. Ante Homiliam* 59 *interceſſit alia quædam contra cæremonias Judaicas dicta, ſed hactenus ignota. Docet id prædictæ Homiliæ principium, his verbis conceptum pag.* 569: Vidiſtis heri & noſtri omnium Domini eximiam clementiam, & diſcipulorum philoſophiam, & Judæorum ingratum animum? Vidiſtis quanta cum patientia eorum impudentem audaciam obmuteſcere coëgit, cùm ſuos excuſaret diſcipulos, monſtrans ipſos, qui legem vindicare volebant, legis voluntatem ignorare, & irradiante veritate, adhuc umbræ aſſidere velle? Vidiſtis, quomodo jam inde ab initio obſervationes legales auferre ſtudebat, docens eos, exorto Sole juſtitiæ, lucernæ lumen nihil jam efficere poſſe? *Hæc aliaque ibidem ſequentia ſatis oſtendunt, Homiliam fuiſſe dictam contra cæremonias & feſtivitates Judæorum. Hinc veriſimile fit, dictam eſſe menſe Auguſto, quando feſta & jejunia Judæorum appropinquabant. Cum hac autem chronotaxi rectè congruit ſeries Homiliarum modò data, quæ ducere poteſt uſque in menſem Auguſtum, nec ſufficere videtur uſque ad Septembrem, quia paſſim tres, quatuor aut quinque Homiliæ uniçâ hebdomadâ fuerunt dictæ, & fortaſſe etiam ſex. Ceterùm* Homiliam hîc memoratam amiſimus, *inquit in annotatis Montfauconus, qui & rectè addit, in ea haud dubiè actum fuiſſe de accuſatione Judæorum*, quòd *Apoſtoli* fame laborantes Sabbato ſpicas vellerent & comederent, *prout narrantur Matth.* 12 *&*

F

Marc.

A *Marc.* 2, *ubi Discipulos suos Christus excusat.*

finita expositio totius libri mense Septembri aut Octobri:

418 *Post Homiliam istam deperditam postridie ad Genesim rediit* Chrysostomus, *ac novem ultimas Homilias partim interpolatis, partim continuis diebus habuit, atque ita expositionem Geneseos finivit Homilia sexagesima septima. Alias hisce posterioribus fuisse interpositas, nullibi insinuat Sanctus. Attamen aliquarum Homiliarum exordia iis verbis concepta sunt, ut potuerit facilè una alterave alia concio hisce intercedere. Neque improbabile est, aliquas de Sanctis eodem anno à* Chrysostomo *fuisse habitas. Cùm hac de causa, tum etiam quia clarè non videmus, quot diebus aliquando cessaret* Chrysostomus, *nequit certò dici, quo mense tota Geneseos expositio sit finita. Attamen vix possim dubitare, quin mense Septembri aut Octobri finem imposuerit huic interpretationi. Photius in Bibliotheca cod.* 172 *pag.* 386 *&* 388 *agit de Homiliis S.* Chrysostomi *in Genesim; sed in non paucos incidit errores, neque enim numerum rectè exprimit, neque tempus, quo sunt habitæ. Credit, in episcopatu compositas, ac totius libri Actorum interpretationem Homiliis in Genesim fuisse interjectam. At sola*

B *ferè expositio tituli libri Actorum hoc anno data est à* Chrysostomo; *libri verò ipsius interpretatio diu pòst secuta est. Antiochiæ quoque, non Constantinopoli, habitas esse Homilias in Genesim, satis ostendit Montfauconus in præfatione, idque ulteriùs liquet ex allatis suprà rationibus, quibus expositionem illam huic anno illigamus.*

stylus Chrysostomi in hisce minùs nitidus quàm in aliis quibusdam.

419 *De stylo ex Photio Montfauconus in Præfatione § 3 sic loquitur:* Photius . . . ait, ejus dictionem istiusmodi esse, ut in iis observetur consueta Chrysostomo claritas, puritas, splendor & copia dicendi, sententiarum frequentia, & aptissimarum similitudinum abundantia; sed eas remissiore & humiliore dicendi genere scriptas; tantúmque Homiliis seu Commentariis in Acta stylo inferiores, quantùm illa in Acta Commentaria inferiora sunt Commentariis in Epistolas Pauli, & in Psalterium. *Hisce Photii observationibus Montfauconus hoc loco subscribit, additque longissimas subinde texi periodos, ita ut sententia relinquatur imperfecta. At defectus ille oriri potuit exscribentium vitio. Ipse quoque Montfauconus id observat tom.* 9 *in Præfatione ad Homilias in Acta, ibique meritò dubitat, an stylus Homiliarum in Acta melior sit &*

C *accuratior quàm stylus harum in Genesim Homiliarum. Verùm de hisce satis.*

§ XXVIII. Interpretatio Euangelii Joannis secuta videtur expositionem Geneseos circa annum 389; illam verò interpretatio Euangelii Matthæi circa annum 390.

Homiliæ 2 *in illud:* Salutate Priscillam & Aquilam.

QUo longiùs progredimur in recensendis Chrysostomi *Operibus, eò incertiora se offerunt chronotaxeos vestigia, quæ sequamur. Hujusce mutationis ea mihi videtur causa, quòd Sanctus, quò diutiùs pro concione dixit, eò minùs de se, de concionibus suis, ac de auditoribus fuerit locutus, ita ut ea paulatim deficiant indicia, quibus ordo priorum annorum utcumque innotesceret. Post expositam totam Genesim verisimiliter aliquot Homilias habuit de particularibus sacræ Scripturæ locis, antequam alium librum susciperet exponendum. Tales apparent duæ in illud Apostoli,* Salutate Priscillam & Aquilam, *quæ leguntur tom.* 3 *pag.* 172 *&* 180. *Nam præter prolixam commendationem lectionis sacræ Scripturæ, quæ toto anno* 388 *familiaris fuit* Chrysostomo, *multùm differit, ut ostendat, nihil supervacaneum esse, nihil negligendum in sacris Litteris, sicut antea frequenter fecit eodem anno. Sunt & alia, quæ idem suadent, sed res minoris est momenti, quàm ut incertas accumulare velim conjecturas. Hac de causa prætereo alias ejusdem tomi Homilias, quæ forsan dictæ sunt post expositam Genesim, & transeo ad librum integrum, cujus expositionem sub finem anni* 388, *aut initium sequentis, à* Chrysostomo *inchoatam conjicio.*

Expositio Euangelii Joannis ante expositionem Matthæi figenda,

421 *Tillemontius & Montfauconus iis rationibus ostenderunt Homilias in Joannis & Matthæi Euangelia habitas esse Antiochiæ, ut ea de re nullum superesse debeat dubium. At neuter inquisivit, utrum Evangelium priùs exposuerit* Chrysostomus, *licèt ambo videantur supposuisse, Matthæi expositionem præcessisse. Ego quoque cum illo præjudicio de Homiliis in Matthæum agere jam cœperam; neque mentem mutavi, nisi post multam dubitationem, atque inquisitionem satis diuturnam. Verùm ex repetita sæpiùs collatione utriusque eas tandem rationes inveniisse me credo, ut non dubitem affirmare, Homilias in Joannem præcessisse, hisque posteriorem esse Matthæi expositionem. Prima ratio petitur ex stylo utriusque Operis. Etenim hìc quoque locum habere potest observatio num.* 396 *data de longioribus exordiis, quæ prioribus prædicationis suæ annis contexere solebat* Chrysostomus, *antequam attingebat materiam, quam præcipuè tractandam sibi proponebat. Reprehensus ideo fuit ab amicis, ut vidimus num.* 397, *nec tamen omnino consuetudinem illam mox deposuit; sed semper in expositione Geneseos aliqua præfari perrexit, breviùs tamen. Eumdem morem utcumque retinuit Sanctus, dum Homilias in Joannem habuit, ut videre poterit studiosus lector, modò singularum initia attentè consideret, maximè verò priorum. In Homiliis verò in Matthæum, modò pauciissimas è prioribus excipiamus, statim orditur ab expositione Euangelii, ut postea* F *semper facere perrexit, quando Epistolas S. Pauli & Psalmos exposuit.*

tum ob stylum magis concionatorium,

422 *Quare ea styli mutatio in Homiliis* Chrysostomi *observanda mihi videtur. Quantò diutiùs Antiochenos docuit, tantò magis à methodo concionatoris ad characterem interpretis accessit. Totus fuit concionator duobus primis annis, ac frequenter ab una materia ad aliam transivit. Tertio anno Genesim exposuit stylo ferè concionatorio, cœptamque expositionem aliis Homiliis non rarò interrupit, sic tamen, ut interpretationem totius libri ad finem eodem anno perduxerit. In explicando Joannis Euangelio magis assumpsit characterem interpretis, nec tamen deposuit personam concionantis, cùm & ibi auditores frequenter alloquatur more dicentis ad concionem. In Matthæo exponendo, licèt ubique ad mores rectè informandos intentus sit, pressiùs inhæret interpretationi, præceptaque moralia deducit ex locis Evangelii expositis, atque ita ferè perrexit in explicandis S. Pauli Epistolis. Hæc igitur est prima ratio, cur Homilias in Joannem priùs dictas existimem, nimirum quia illarum stylus magis accedit ad me-*

thо-

AUCTORE J. S.

thodum Homiliarum in Geneſim, magiſque diſtat ab Homiliis in Epiſtolas S. Pauli dictis.

423 *Altera ratio, quæ ſtatim in oculos magis incurrit, hæc eſt. Homiliam* XI *in Joannem tom.* 8 *pag.* 62 *ſic inchoat Sanctus*: Unam à vobis gratiam petam, antequam ad verba veniam Euangelica; ſed rogo, ne poſtulatum negetis. Neque enim grave quidpiam vel oneroſum requiro, neque accipienti mihi ſolùm utile erit; ſed & præbentibus vobis; imò fortè vobis longè utilius. Quid igitur à vobis poſtulo? Ut unâ Sabbatorum, vel in ipſo Sabbato, illam Euangeliorum partem, quæ vobis in concione legenda eſt, præ manibus ſinguli accipientes, domi ſedentes frequenter legatis, ac dicta ſæpè exploretis & examinetis: ac, quid clarum, quid obſcurum ſit, annotetis, quid in verbis pugnare videatur, licèt non pugnet: ſicque omnibus frequenter expenſis, ad concionem accedatis. *Hæc deinde pluribus verbis commendat, neque ullo verbo inſinuat, ſe aliàs auditoribus ſuis tale dediſſe conſilium.*

cum quia Sanctus ipſe dicta ſua in expoſitione Joannis

424 *Idem multò breviùs monet Hom.* 1 *in Matthæum tom.* 7 *pag.* 13 *his verbis:* Ut porrò faciliùs hæc addiſcere poſſitis, rogamus & obſecramus, ad quod etiam in aliis Scripturarum libris (*Græcè* in aliis Scripturis) fecimus, ut illam Scripturæ clauſulam, quam interpretaturi ſumus, prælibetis, ut lectio cognitionem præcedat, id quod in eunucho contigit, quodque multam præbeat facilitatem. *Non invenio conſilium illud auditoribus à* Chryſoſtomo *datum in Homiliis in Geneſim, quamvis lectionem ſacræ Scripturæ ibi frequentiſſimè commendet. Quapropter, id Sanctum puto primùm commendâſſe in Homilia* XI *in Joannem, atque eò reſpexiſſe, quando expoſitionem Matthæi inchoabat. Ex hac igitur obſervatione colligitur, Joannem fuiſſe à* Chryſoſtomo *expoſitum ante Matthæum.*

videtur allegare in Homilia in Matthæum.

B

425 *Montfauconus tom.* 8 *in Præfatione rectè obſervat, Homilias in Joannem aliis paſſim breviores eſſe, ac præſertim Homiliis in Matthæum; creditque, ſe in iis deprehendiſſe* novum prorſus concionandi ritum, inſolitam *quoque* differendi rationem; *ſed* ſtylum eumdem, dictionem prorſus ſimilem. *Verùm de hac diverſitate jam dixi. Addo tamen, Anomœos hæreticos frequentiſſimè in illis Homiliis oppugnari ac refutari, quia Euangelium Joannis plurima ad illos oppugnandos ſubminiſtrat argumenta, ſicut viciſſim hæretici illi ſua ex Joanne præcipuè mutuabantur, quæ Sanctus egregiè refellit. Obſervat inſuper laudatus editor ex Homilia* 31 *pag.* 182, *dictas has eſſe ſub auroram. Inſinuat revera ibidem* Chryſoſtomus, *ſe concionari tempore matutino. At non video, ex una rectè inferri, omnes matutino tempore dictas. Multò minùs admiſerim, quod ex allatis obſervationibus atque ex brevitate adhortationum moralium* § 2 *colligit Montfauconus, Homilias in Joannem non eſſe dictas coram* univerſo populo, ſed iis tantùm viris ac mulieribus, qui ferventiores eſſent, quique ingenio valerent, poſſentque in quotidianis cum hæreticis velitationibus lucifugarum argumenta, ex Euangelio Joannis ut plurimùm petita, Chryſoſtomi monitis inſtituti confutare. *Exiſtimat nimirum, haſce in Joannem Homilias ita ad ſelectos aliquot matutino tempore habitas, ut curſum aliarum concionum non interrumperent.*

Homiliæ in Joannem in quibus frequens cum Anomœis certamen,

C

426 *Verùm hæc conjectura nequaquam mihi veriſimilis apparet aut probabilis, quia in hiſce quoque Homiliis frequenter oſtendit Sanctus, ad quodlibet hominum genus ſe loqui, nec tam jejunus eſt in morum diſciplina, quàm contendit Montfauconus; vitia enim acriter inſectatur, aut virtutes vehementer commendat, in omnibus paſſim Homiliis, & ſubinde ſatis prolixè. In prima ſtatim Homilia & alia dat præcepta moralia & contra profana ſpectacula fortiter perorat; nec hortatur auditores, ut ad concionem veniant ad diſcendum artem pugnandi contra hæreticos, ſed ad vitam emendandam. Ne catechumeni quidem ab illis concionibus erant excluſi, ut colligitur ex verbis* Chryſoſtomi *pag.* 6: Scitis autem, *inquit*, quotquot initiati eſtis, quæ pacta nobiſcum (*videlicet tempore baptiſmi*) inieritis; imò quæ cum Chriſto, quando ille ipſe eſt, qui vos initiat: quid illi dixeritis; quæ de ſatanica pompa cum illo verba habueritis; quomodo ſatanæ & angelis ejus ſimul abrenuntiaveritis *&c. Non ita loqueretur ad ſolos diligentiores & ſelectos; non diceret*, quotquot initiati eſtis, *ſi non adfuiſſent alii, quàm baptiſmo initiati.*

D

427 *Poſtquam in Homilia* 2 *iterum ad attentionem & diligentiam hortatus erat, tertiam pag.* 16 *ſic exorditur:* Supervacaneum jam eſſet vos de attentione concioni adhibenda monere: tam citò nempe admonitionis fructum re & opere exhibuiſtis. Concurſus enim, diligens attentio, præpropera cum impulſu feſtinatio ad interiorem occupandum locum, unde faciliùs vocem noſtram audire poſſitis, perſeverantia, quâ vel in anguſtia poſiti recedere non vultis, donec ſpirituale theatrum ſolutum fuerit, plauſus, ſtrepitus, cæteraque ſimilia, & fervorem animi & intentam concioni mentem indicant. Quapropter ſuperfluum eſſet hac de re monere; ſed illud dicere & monere operæ pretium fuerit, ut hoc animo eſſe perſeveretis: nec modò hìc idem ſtudium exibeatis; ſed etiam domi vir uxorem, pater filium de his alloquantur: ſua hi dicant, & paria ab illis exigant, omneſque hoc mutuum pignus in medium afferant. *Multa alia afferri poſſunt, quæ oſtendunt, Homilias in Joannem non minùs ad univerſum populum habitas, quàm reliquas omnes* Chryſoſtomi: *nec ea de re dubitabit ſtudioſus lector, qui illas voluerit diligenter perlegere.*

coram univerſo populo ſunt dictæ.

E

428 *Dictas verò Antiochiæ has Homilias, jam oſtenderunt Tillemontius & Montfauconus. Quare unica ad id probandum nobis ſufficiet obſervatio. In Homilia* 7 *in primam Epiſtolam ad Corinthios tom.* 10 *pag.* 53 *affert* Chryſoſtomus *verba Joan.* 7 ℣ 28, Et me ſcitis, & unde ſum ſcitis, *aliaque in ſpeciem iis oppoſita Joan.* 8 ℣ 19, Neque me ſcitis, neque Patrem meum, *ſubditque:* Sed quis ſit modus hujus & illius lectionis, in Euangeliis dictum eſt; &, ne illud frequentiùs verſemus, eò remittimus lectores. *Utrumque autem locum excuſſit, & apparentem contradictionem amovit in Homilia* 50, *aliis* 49, *in Joannem apud Montfauconum pag.* 294. *Itaque certum eſt, Homilias in Joannem fuiſſe dictas, & in gratiam lectorum editas, priuſquam* Chryſoſtomus *expoſuit laudatam Apoſtoli Epiſtolam. Hanc verò Antiochiæ certò expoſitam, ſuo loco videbimus. Itaque, cùm etiam præceſſerint expoſitionem Matthæi, neceſſe eſt dicamus, non diu poſt expoſitam Geneſim ſecutas eſt Homilias in Joannem, ſub finem nimirum anni* 388 *aut initium* 389. *Sunt ea numero octoginta & octo in editione Græca & apud Montfauconum. At apud Ducæum & in aliis editionibus tantùm numerantur octoginta & ſeptem, quia ibidem prima Homilia datur ut præfatio totius Operis.*

Antiochiæ certò habitæ ſunt, inchoatæque videntur ſub finem anni 388,

F

429 *Por-*

non minùs quàm omnes aliæ,

A *& intra annum omnes absolutæ.*

429 *Porrò Homiliis illis octoginta & octo annum ferè attribuendum, suadent varia. In prima pag.* 5 *innuit, spatium* dierum quinque *inter unam & alteram concionem fuisse intermedium. In Homilia* 25 *pag.* 143 *bis per hebdomadam se concionari significat his verbis :* Neque enim quotidie, sed bis tantùm in hebdomada : idque per brevem dici partem, ut laborem levemus, vos concioni adesse & attendere hortamur. *In tertia verò pag.* 16 *unum dumtaxat hebdomadæ diem concioni attribuit, ita loquens :* Verùm ex septem his diebus unum rogo communi Domino nostro consecretis. *Erat igitur subinde frequentior, subinde minùs frequens in concionando, prout aliàs prolixior erat, aliàs brevior, attemperans se majori aut minori auditorum studio, ne fastidium generaret. Hanc brevitatis suæ rationem allegat in Homilia* 2 *pag.* 13 *his verbis :* Scio multos dictorum longitudinem fastidire. *In Homilia* 58 *pag.* 342 *ait :* Neque enim hodie has, cras alias Scripturas legimus, sed semper easdem. *Insistebat igitur perpetuò Joannis Euangelio exponendo, certè sine interruptione notabili, cúmque ut plurimùm bis per hebdomadam diceret, Dominicis videlicet &*

B *Sabbatis, poterat Homilias* 88 *absolvere intra anni spatium. Imò malim existimare non integrum annum Homiliis istis impensum à* Chrysostomo, *quàm eorum cursum ultra annum fuisse extensum, cùm frequenter soleret concionari in Quadragesima. Fortè in Quadragesima habita fuit Homilia* 64, *in qua pag.* 387 *dicit :* De hoc quotidie disserimus, & nihil proficimus. *Si revera sub finem Quadragesimæ Homiliam illam dixit Sanctus, omnes verisimiliter absolverit circa medium anni* 389. *Certè ante finem illius anni omnes absolutas existimo.*

Observatio Tillemontii, quæ, si quid valet, chronotaxi nostræ congruit:

430 *Tillemontius art.* 142 *laudat hæc verba* Chrysostomi *ex Homilia* 34 *(aliàs* 33*) pag.* 200: Non enim longè à consummatione absumus, sed ad finem jam mundus vergit. Hoc prænuntiant bella, ærumnæ, terræ motus, hoc exstincta caritas. *Ex hisce verò ait, tunc fuisse tempus bellorum, terræ motuum, aliarumque calamitatum; observatque, ea* non malè convenire anno 394. *Verùm non video, ex eo aliquid solidi pro chronotaxi posse colligi : nam* Chrysostomus *facta variis annis simul recensere poterat. Verba Apostoli ad Philippenses* 4 ℣ 5, Dominus propè est,

C *adducebat & explicabat, ut timore futuri judicii auditores ad pœnitentiam excitaret. Quare non rectè ex allegatis verbis inferemus, omnes illas calamitates eodem anno contigisse, aut* Chrysostomum *fuisse in ea opinione, ut crederet finem mundi instare. Attamen hæc non observo, quòd relatæ calamitates minùs contigerint initio anni* 389, *quàm anno* 394. *Gravissimum certè bellum anno* 388 *gestum est inter Theodosium & Maximum tyrannum, qui captus est & occisus. Gallia quoque varia eodem anno vidit bella. Cometes anno* 389 *apparuit terribilis, aliaque ejusdem anni prodigia referuntur ab ipso Tillemontio in Theodosio I art.* 50. *Si quid igitur tribuendum sit observationi datæ, ea chronotaxi nostræ aptè congruit.*

verba Suidæ de Expositione Joannis & Matthæi elucidata.

431 *Suidas in Lexico col.* 1258 *Homilias in Joannem, uti & in Matthæum mox memorandas, recenset inter elegantiora* Chrysostomi *scripta his verbis :* Hic multa scripsisse fertur, in quibus excellunt Sermones de Sacerdotio, tum sublimitate & elocutione, tum lenitate & elegantiâ verborum. Cum his certant, & his propemodùm sunt pares etiam illi Sermones in Psalmos, & in Joannis Euangelium Annotationes, &

in Matthæum, Marcum & Lucam Commentarii. *Quod hîc dicitur de Commentariis in Matthæum, Marcum & Lucam, non ita intelligendum putem, acsi* Chrysostomus *in Marcum & Lucam seorsum integros scripsisset Commentarios; quandoquidem hi nusquam comparent, nec unquam fuerunt noti. Verùm existimo, Suidam loqui de Homiliis in Matthæum, quibus Euangelia Marci & Lucæ simul utcumque elucidantur, quia* Chrysostomus *Marci & Lucæ Euangelia cum Euangelio Matthæi concilianda suscepit. Si quas tamen in Marcum quoque ac in Lucam Homilias composuit* Chrysostomus; *illæ nobis notæ non sunt : nam inter spuria Sancti Scripta habentur, quæ olim in aliquot editionibus nomine* Chrysostomi *vulgatæ sunt Homiliæ in Marcum & in Lucam. Cetertùm de Homiliis in Joannem, quas habemus, sine dubio loquitur Suidas. Nam, licèt recentiores aliqui, inter quos est Montfauconus in Præfatione § 5, non tantam in illis invenerint eloquentiam, quia breviores sunt, ex illa judiciorum diversitate nihil evincitur. Addit Montfauconus :* Ab aliis quoque scriptoribus cum laude memorantur hæc in Joannis Euangelium Commentaria, à concilio nempe Chalcedonensi, E à Theodoreto, ab Ephræmio Antiocheno apud Photium, & à Facundo Hermianensi. *Horum verba ibidem videri possunt.*

Homiliæ in Matthæum ab aliis 91, *ab aliis* 90 *numeratæ,*

432 *Ab Euangelio Joannis ad Matthæum transeamus, quemadmodùm feciss* Chrysostomum *existimo ob rationes suprà datas. In hoc etiam Opere dissentiunt editores de numero Homiliarum. Nam Latini etiam antiqui olim numerârunt Homilias nonaginta & unam in Matthæum. At recentiores in exemplaribus Græcis tantùm invenerunt nonaginta : indeque intulerunt, Homilias tantùm nonaginta in Matthæum fuisse compositas. Quin & rationem illius diversitatis allegant, contenduntque, Homiliam* 19 *in duas fuisse divisam à Latinis. Hoc certum est, in Græca editione Savilii unam dumtaxat esse Homiliam* 19, *quæ apud Ducæum & antiquiores editores in duas est divisa, facitque Homiliam* 19 *&* 20. *Montfauconus tom.* 7, *ubi Homilias in Matthæum edidit, divisionem Græcam adeo certam credidit, ut duas Latinorum Homilias conjunxerit secundum editionem Græcam, & sic nonaginta tantùm Homilias ediderit. Attamen, consideratis omnibus, ea divisio usque adeo mihi non apparet melior & certior, ut probabiliùs existimem,* Chrysostomum *Homilias nonaginta & unam in Matthæum concinnâsse, quàm nonaginta tantùm. Rationes afferam, & judicium de re tota æquo lectori libenter permittam.*

F

Anianus libros 91 *asserit in Matthæum compositos, idque est probabilius.*

433 *Anianus Pelagianus, qui Homilias in Matthæum primus in sermonem Latinum transtulit, ut ostendit ipse Montfauconus in Præfatione § 5, Homilias numerat nonaginta & unam. Nam in Epistola ad Orontium episcopum, ibidem data § 6, de Commentario* Chrysostomi *in Matthæum sic loquitur :* Jubes enim, beatissime, ut Commentarium sancti Joannis Constantinopolitani episcopi, quem in Matthæo euangelista nonaginta & uno libro explicuit, in Latinam linguam, quo possim sermone, transfundam. *Ita ille annis non multis post mortem* Chrysostomi. *At non capio, qua de causa interpres ille numeret libros nonaginta & unum, si nonaginta tantùm à* Chrysostomo *sint compositi : Homilias enim vocat libros. Itaque mihi magis verisimile apparet, Homilias nonaginta & unam revera in Matthæum à* Chrysostomo *conscriptas; Græcam verò Homiliam* 19, *quam ut decimam nonam & vigesimam dederunt Lati-*

AUCTORE J. S.

ni, ex hisce duabus revera esse constatam, sed partem aliquam prioris excidisse, & fortè initium, aut solum ferè titulum posterioris. Suspicor sanè, excidisse adhortationem moralem Homiliæ 19: nam moralis sermo, qui post vigesimam sequitur, unicè spectare videtur ad locos Matthæi in illa expositos, nec attingit verba Matthæi, quæ elucidata sunt in Latina 19. Post hanc si modò sequeretur ordinaria exhortatio, Homilia esset justæ molis, qualis etiam est vigesima Latina, etsi credamus decimam nonam illius partem non esse, sed potiùs esse Homiliam diversam, & parte posteriore truncatam.

Illæ certò Antiochiæ sunt habitæ,

434 *Verùm, quidquid ea de re fuerit, pergamus ad inquirendum tempus, quo habitæ sunt Homiliæ in Matthæum. Tillemontius art.* 142 *& Montfauconus in præfatione § 1 consentiunt, omnes fuisse dictas Antiochiæ, dum presbyter erat* Chrysostomus. *Hoc tam certum videtur & clarum, ut mirer aliquos dubitare potuisse. Primò in Homilia 7 pag.* 116 *Sanctus ita loquitur:* Vos certè, cùm de primo confessu agitur, vos totum orbem præcedere contenditis, quoniam civitas vestra prima

B Christianorum nomen adhibuit. *Constat autem ex Actibus Apostolorum cap.* XI ℣ 26, *Christianorum nomen primùm usurpatum esse Antiochiæ,* ita ut cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani. *Ex hoc loco certum est, priores saltem Antiochiæ fuisse dictas. Accedit creberrima laus monachorum in montibus degentium, nec modò in priore aut media Operis parte, sed vel maximè in Homilia 72 aut 73. Hæc autem commendatio monachorum montes incolentium congruit Antiochiæ, in cujus vicinia multi monachi eo tempore montes incolebant, præsertim cùm Sanctus auditores hortetur, ut monachos accedant, eorumque mores considerent. At nescimus, tot monachos prope Constantinopolim fuisse tempore* Chrysostomi; *nec monachos tantopere ibidem ab eo celebratos novimus.*

& ante Homiliam in Epistolam ad Corinthios.

435 *Tertiò clarissimè ostendit Sanctus, Antiochiæ se loqui in Homilia 67 aut 68 pag.* 665. An non audîstis, *inquit*, quomodo meretrix illa, quæ lascivîâ omnes superabat, omnes postea pietate vicit? Non de illa loquor, quæ in Euangeliis fertur, sed de illa, quæ nostro ævo ex Phœniciæ civitate omnium nequissima fuit. Hæc quippe meretrix apud nos erat, primasque in scena tenebat, cujus nomen ubique celebrabatur: nec in

C nostra urbe tantùm, sed usque ad Cilicas & Cappadocas. *Illius conversionem huc non spectantem mox subjicit. Quod huc pertinet, solùm observo, Antiochiæ sic loqui Sanctum potuisse, non Constantinopoli. Nam Antiochia Phœniciæ, Ciliciæ & Cappadociæ tam erat propinqua, ut verisimilia sint relata. At omnes istæ provinciæ longissimè distabant Constantinopoli. Mitto argumenta alia, unamque dumtaxat adjungo observationem, quæ etiam servire poterit ad tempus propiùs assignandum.* Chrysostomus *Antiochiæ exposuit Epistolam 1 ad Corinthios, ut proprio ipsius testimonio ostendam § 29. At exposuit Matthæum, priusquam exposita est memorata ad Corinthios Epistola. Quippe in expositione Hom. 27 pag. 242 adducens verba Christi Matth.* 18 ℣ 7, Necesse est, ut veniant scandala, *observat, illa prædictione non labefactari liberum hominis arbitrium, additque:* Sed hæc pluribus differuimus in ipso loco, *nimirum laudati Euangelii. Videat igitur studiosus lector Homiliam 59, secundum Latinos 60, in Matthæum, & perspiciet, ibidem prolixè agi de allegatis Christi verbis Matth.* 18 ℣ 7. *Itaque* Chrysostomus *Matthæum jam erat interpretatus,* D *quando Antiochiæ elucidabat primam ad Corinthios Epistolam.*

Verba Sancti, quæ objiciuntur,

436 *Contra rationes allegatas objicitur, quòd* Chrysostomus *in aliquot harum Homiliarum locis magna cum auctoritate loquatur, acsi esset episcopus. Illud nominatim profertur, quod sub finem Homiliæ 82 aut 83 pag.* 789 *habetur. Nam ibi Sanctus ministros divinorum Sacramentorum ita alloquitur:* Non parvum vobis supplicium deputatum est, si quem improbum vobis notum ad hujus mensæ participationem admittatis. Sanguis ejus exquiretur de manibus vestris. Quamvis dux quispiam sit, quamvis præfectus, sive is ipse, qui diademate redimitur, si indignè accedat, cohibe: majorem tu, quàm ille potestatem habes. *Et paulò pòst. pag.* 790: Si non audes, mihi adduc: nec permittam hujusmodi ausus. Animam * potiùs amittam, quàm indigno Sanguinem Dominicum præbeam: & sanguinem potiùs profundam, quàm tremendum Sanguinem dem*, cui non par est... Hæc de iis, qui manifesti sunt, dicta sint. *Tillemontius Notâ* 112 *agnoscit difficultatem in his verbis, dicitque non videri hæc dici potuisse ab alio, quàm ab episcopo.*

* *i. e.* vitam

nihil evincunt, nec sunt episcopi, sed liberi prædicatoris.

E 437 *Verùm nihil ego hîc invenire possum præter ingenuam & prædicatore dignam libertatem. Nihil enim monet Vir sanctus, quod sub gravi peccato faciendum non erat administris sacrosancti Corporis & Sanguinis Domini; nec video episcopalem dignitatem esse necessariam, ut quis vera dicat & moneat. Ego sanè magis miror* Chrysostomum *in Homilia 20 ad Populum, dicta in Quadragesima anni* 387, *ubi tom. 2 pag.* 213 *sic loquitur:* Jam igitur denuntio & protestor, si conveniam singulos, & experimentum sumam (nam haud dubiè sumam) quòd si deprehendam aliquos hæc vitia non correxisse, pœnam irrogabo, edicam, ut forìs extra sacra mysteria consistant *&c. Hæc sanè magis videntur esse episcopi. Attamen nullus dubitat, quin presbyter fuerit* Chrysostomus, *dum hæc peroravit. Quare objectio illa nullius est momenti. Pergamus igitur ad annum propiùs inquirendum.*

Tillemontii conjectura de tempore expositi Matthæi,

F 438 *Tillemontius art.* 142 *suspicatur, sub finem presbyterii compositas esse Homilias in Matthæum, sed rationem allegat mihi minimè probatam. In Homilia 72, aut 73, pag.* 703, *locum exponens Matth.* 23 ℣ 6, *ubi Pharisæi dicuntur amare* primos consessus, *ita loquitur:* Hæc, etsi parva videantur esse, grandium tamen sunt causa malorum. Hæc & civitates & ecclesias everterunt. Neque à lacrymis abstinere possum, cùm primos consessus audio & salutationes, & cogito, quanta hinc mala Dei ecclesiis pariantur: quæ jàm vobis recenseri opus non est. Seniores quippe id à nobis edisce non debent. *Existimat Tillemontius,* Chrysostomum *loqui de ecclesia maximè Antiochena, quæ ab ordinatione Paulini, facta anno* 362, *usque ad obitum ipsius, anno* 388 *defuncti, & ulteriùs usque ad obitum Evagrii, qui Paulino fuit suffectus, id est, usque ad annum* 391 *aut* 392, *sub duobus divisa erat episcopis Catholicis. Facilè credidero, Sanctum, licèt generatim loquatur, eò maximè oculos intendisse.*

nullo nititur fundamento;

439 *At non placet observatio, quam addit Tillemontius, Sanctum de hisce loqui* tamquam de rebus transactis & quidem vetustis. *Nec placet, quod inde infert, videri* Chrysostomum *illa scripsisse post mortem Paulini & Evagrii sub finem presbyterii sui. Non placet, inquam, data observatio, nec con-*

A *consecutio addita, quia* Chrysostomus *non mansit Antiochiæ, nisi usque ad annum* 397 *ferè finitum, id est, quinque aut sex annis post mortem Evagrii. Præterea, quando mortuus est Evagrius, necdum sublata est divisio, sed ea etiam durabat, discedente Constantinopolim* Chrysostomo. *Non poterat igitur de illa divisione loqui Sanctus, tamquam de re præterita & quidem vetusta; sed solùm divisionis initium ut vetustum considerare poterat, eaque consideratione tantò magis lacrymas fundere, quantò minùs præterierant mala, nata ex divisione illa vetusta. Quare locus ille planè ineptus est ad ordinandam hujus Operis chronotaxim.*

quæ verò Montfauconus de hisce

440 *Montfauconus in Præfatione § 1 datam Tillemontii rationem rejicit; sed aliam substituit nihilo meliorem, imò longè deteriorem.* In postremos, *inquit*, illius presbyteratûs annos harumce Homiliarum tempus conjicere possumus, quantùm auguror conjecturâ, videlicet ab anno cccxc ad cccxcviii. Nam annis præcedentibus cccLxxxvi, cccLxxxvii, cccLxxxviii Antiochenos juramentis assuetos hac de re perpetuò carpebat & insectabatur, ut videas in Homiliis ad Antiochenos, de Incomprehensibili, contra Judæos, & in aliis benè multis. At in his in Matthæum concionibus vix semel aut bis hanc rem leviter tractat; neque ultrà jurandi consuetudinem apud illos vigere meminit. *Hæc Montfauconi ratio solùm evincere potest, Homilias in Matthæum non esse dictas ante Pascha anni* 387. *Nam tunc finivit perpetuas monitiones contra juramenta, ut observavi num.* 376. *Eliminatam perpetuis illius Quadragesimæ concionibus jurandi consuetudinem rarò attigit deinceps Antiochiæ* Chrysostomus, *ita ut non nisi memoriæ lapsu reliquam partem anni* 387, *ac totum annum* 388 *isti argumento attribuere potuerit Montfauconus.*

B

rectè observavit, nostræ congruunt chronotaxi,

441 *Veriora sunt, quæ inferiùs addit his verbis:* Annis quippe cccLxxxvi, cccLxxxvii, cccLxxxviii tantum Homiliarum concionumque numerum habuit Chrysostomus, tum quæ hactenus supersunt editæque fuerunt, tum quæ ab ipso memorantur, & temporum injuriâ perierunt, ut nullo modo potuerit hisce annis, nec fortasse sequenti, Matthæo explanando incumbere. Nam præter Homilias illas viginti duas ad populum Antiochenum, sexaginta septem in Genesim, sex septemve de Incomprehensibili, totidem contra Judæos, novem in Principium Actorum & de Mutatione nominum, tot alias hisce tribus annis habuit conciones, vix ut intelligatur, quomodo hoc decursu temporis toties potuerit concionari *&c. Hæc ratio planè evincit, expositionem Matthæi non fuisse inchoatam ante ultimos menses anni* 388; *at non probat, inchoari non potuisse sub finem illius anni, aut anno* 389. *Recensui enim Homilias multò plures, omnibusque tempus facilè inveni, & vel sic annum* 388 *necdum omnino implere potui ante expositionem Euangelii Joannis.*

C

quâ initium expositionis figitur sub finem anni 389 *aut initium* 390.

442 *Quapropter dicta Montfauconi nos tantùm perducunt usque ad posteriores menses anni* 388. *At, cùm etiam Homiliæ in Joannem, ut ostendi, expositionem Matthæi præcesserint, nos illæ perducere poterunt usque ad finem ferè, aut certè posteriores menses anni* 389. *Itaque expositionis Matthæi initium non videtur probabilius figi posse, quàm sub finem anni* 389 *aut initium* 390. *Numerus verò Homiliarum* 90 *aut* 91 *facilè annum totum & plus etiam temporis implere potuit, ita ut illarum finem probabiliter locare possimus circa finem anni* 390, *aut anno* 391. *Hac ratione non omnia Sancti Opera rejicientur ad posteriores Antiochenæ prædicationis annos, sicut pleraque eò rejicere cogeremur in opinione Tillemontiana.*

Præstantia Homiliarum in Matthæum.

443 *Montfauconus in Præfatione ad Homilias in Matthæum varia rectè observare mihi videtur. Ex hisce aliqua huc transfero.* Homiliæ in Matthæum, *inquit*, morali omni disciplina refertæ, universam Christianæ vitæ & instituti summam præ se ferunt. Hic omnes virtutis adeundæ & exercendæ modi, universæ fugiendi vitii rationes afferuntur & explanantur: nec quidquam prætermittitur, quod possit aut ad sanctam aut ad improbam vitam pertinere; ut altera suscipiatur, ab altera totis viribus declinetur. Nullus in orbe Christiano liber est tot tantaque referens Christianæ ethices præcepta. Nusquam Chrysostomus tanta usus est inventione, facundia, sagacitate ad mores informandos, eliminanda vitia, Christianas familias rectè componendas. *Deinde § 2:* Non concionatorem modò, sed etiam interpretem agit Chrysostomus. Sicubi enim series verborum Euangelii, quam explanationi suæ præmittere solet sanctus Doctor, aliquam præ se ferre videtur difficultatem circa tempus vel occasionem rerum gestarum, aut circa Euangelistarum, eadem ipsa narrantium, dicendi inter se varietatem; ea ille omnia sagaciter excutere solet. Temporum rationem observat & explorat, occasionem vel editi signi & miraculi, vel gestæ rei diligenter scrutatur; diversorum sententias circa res obscurè plerumque significatas affert & examinat; si confutandæ sint, id mira exsequitur dexteritate atque ingenii acrimoniâ. Si qua verò inter Euangelistas in narrando discrepantia esse statim videatur; id ille pro virili excutit, ostenditque illam, quæ verbo tenus esse videtur, dissonantiam nullam revera esse.... Ad hæc verò Scripturæ litteram, si quid præ se ferat difficultatis, explicat ille, & quidem rectè appositéque... In omnibus Homiliis moralia præcepta gravesque admonitiones extremam semper concionis partem occupant. Ibi ille subditi sibi populi vitia recenset, illumque ad virtutem capessendam acuit. *Hæc nobis sufficiant; sed plura videri possunt apud Montfauconum.*

D

§ XXIX. Homiliæ Chrysostomi in Epistolas S. Pauli, nimirum ad Romanos, & geminam ad Corinthios.

F

Expositio Epistolæ ad Romanos probabiliter figitur anno 391:

Postquam satis disseruimus de expositis per Chrysostomum *Joannis & Matthæi Euangeliis, ad Epistolas S. Pauli progredimur: harum enim elucidationem deinde secutam credimus, cœptamque sub initium anni* 391 *tam latè sumptum, ut ad menses aliquot extendatur: neque enim ulla habemus indicia temporis, quo dictæ sunt hæ Homiliæ. At dictas esse post expositæ Euangelia, conjicio primò ex stylo, qui semper magis recedit à methodo concionatoris, magisque accedit ad stylum interpretis. Præterea constat, ipso* Chrysostomo *teste, Epistolam primam ad Corinthios ab eo expositam esse, postquam in Euangelium utrumque jam erat commentatus, ex quo verisimile fit, omnium Epistolarum Apostoli interpretationem non fuisse inchoatam, nisi post expositionem Euange-*

AUCTORE J. S.

liorum. Secundò argumentis idoneis mox oſtendam, Antiochiæ ſcriptas eſſe Homilias in Epiſtolam ad Romanos, non Conſtantinopoli. Tertiò Chryſoſtomus *ipſe mihi perſuadet, Epiſtolam ad Romanos ex omnibus S. Pauli Epiſtolis primam fuiſſe, quam Commentariis illuſtrandam ſuſcepit. Itaque ordo, quem hactenus concinnavi, exigit omnino, ut hujus Epiſtolæ expoſitionem referam ad annum* 391.

certò compoſitam dictamque Antiochiæ.

445 *Tillemontius art.* 142 *dubitat, utrùm Antiochiæ an Conſtantinopoli dictæ ſint laudatæ Homiliæ, prout dubitaverat Savilius in Notis tom.* 8 *pag.* 225. *Uterque tamen in eam propendet ſententiam, ut Antiochiæ habitas credat, ſecundum regulam criticam Photii, qui elegantiora & accuratiora* Chryſoſtomi *ſcripta Antiochiæ compoſita aſſerit. Verùm hæc regula tam certa non eſt, ut non fallat, ſicut ipſe Tillemontius agnoſcit. Quare certiora ſunt argumenta, quæ ad id oſtendendum aſſignavit Tillemontius, & adhibuit Montfauconus in Præfatione ad Homilias in Epiſtolam ad Romanos, tom.* 9 *editas, pag.* 418. *Primò* Chryſoſtomus *in Homilia* 8 *pag.* 508 *eumdem paſtorem ſibi & ſuis auditoribus attribuit. Verba accipe:* Non omnes vides intra eoſdem parietes, in uno eodemque eccleſiæ ſepto,... ſub eodem paſtore, ſimul clamantes, ſimul dicta audientes? *&c. Sic inducit loquentes, quibus diſcordiam exprobrabat, auditores; & mox ad illam objectionem reſpondens, hæc habet verba Græca, minùs accuratè ibi Latinè data:* ὁρῶ μὲν γὰρ, ἃ ὁρῶ, καὶ οἶδα ὅτι ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἐσμεν, καὶ τὰ ποιμένα *&c.* Video enimverò, quæ video, ſcioque nos ſub eodem tecto eſſe & paſtore. *Ita ſanè loqui poterat Antiochiæ, ubi Flavianus epiſcopus erat paſtor; non item Conſtantinopoli, ubi ipſe erat paſtor & epiſcopus.*

B

aliquot indiciis oſtenditur.

446 *Secundò in Homilia* 30, *pag.* 743 *inſinuat, ſe loqui in eo loco, ubi S. Paulus fuerat.* Nam ſi nos, *inquit*, poſt tantum temporis ſpatium illò ingreſſi, ubi Paulus manebat, ubi ligatus eſt, ubi ſedit & diſſerùit, quaſi alis aſſumptis erigimur, & ad dici illius recordationem ex locis ipſis remittimur* * *&c. Hæc nequaquam Conſtantinopolitanis congruebant, cùm non ſciamus, S. Paulum umquam fuiſſe Byzantii. Nam quando in Græciam aut Macedoniam ex Aſia proficiſcebatur aut ex illis provinciis revertebatur, ſemper per mare iter inſtituiſſe legitur. Verùm Antiochiæ frequenter & diu fuit S. Paulus, ita ut Antiochenos aptè ſic alloqui poſſet* Chryſoſtomus. *Unum tamen ne Antiochenis quidem omnino congruit, illud videlicet,* Ubi ligatus eſt: *neque enim novimus Paulum Antiochiæ umquam fuiſſe in vincula conjectum. Quapropter ſuſpicor, vocem Græcam* ἐδέθη ligatus eſt, *corruptam eſſe, legendumque potiùs* ἐδεήθη oravit: *nam ſæpè apud Antiochenos oravit Apoſtolus. Montfauconus exiſtimat,* Chryſoſtomum *ita loqui, quia Antiocheni facilè adire poterant locum aliquem, in quo Paulus fuerat vinctus. At nullum invenio locum Antiochiæ tam vicinum, qui Pauli vinculis nobilitatus fuit. Malim igitur credere, unam excidiſſe litteram è voce Græca. Quidquid ſit, allegata verba non fuerunt prolata coram Conſtantinopolitanis, ideoque neceſſe eſt dicamus, illa Antiochiæ peroràſſe* Chryſoſtomum.

* tranſmittimur

C

Objecta à Tillemontio Sancti verba

447 *Contra allegata argumenta Tillemontius objicit verba quædam ex Homilia* 29, *quibus* Chryſoſtomus *videtur ſe paſtoribus annumerare, & eo quidem modo, inquit, ut verba difficulter congruere poſſint presbytero. At ego minimè perſpicio, cur ſic loqui non potuerit* Chryſoſtomus, *ad quem Flavianus epiſcopus omnem ferè docendi populi curam tranſtulerat. Loquitur ibi Sanctus de bono paſtore, docetque quantis difficultatibus obnoxium ſit paſtoris officium. Tum auditores alloquitur his verbis:* Propterea vos, laborem cognoſcentes, cooperamini precibus, ſolicitudine, alacritate, amicitiâ, ut nos veſtra gloriatio, & vos noſtra ſitis. *Et mox:* Hæc porrò à me dicta ſunt de optimis paſtoribus, non de meipſo, & de noſtrî ſimilibus: ſed ſi quis talis ſit, qualis Paulus erat, qualis Petrus, qualis Moyſes. Hos itaque imitemur & præfecti & ſubditi. Licet enim ſubdito pro parte paſtoris numerari, domi, in amicos, in domeſticos, in uxorem, in filios. *Hæc verba Tillemontium impediverunt, quo minùs pro certo haberet, Homilias in Epiſtolam ad Romanos Antiochiæ dictas eſſe.*

D

non oſtendunt, ab ipſo jam Epiſcopo illa fuiſſe dicta.

448 *At inanis mihi videtur iſte ſcrupulus: nam paſtor revera erat* Chryſoſtomus, *eumque haud dubiè pro paſtore habebat populus Antiochenus, quem quinque aut ſex annis doctrinâ ſuâ egregiè paverat, dum ita loquebatur. Agnoſcebat quidem ſanctus Doctor Flavianum ut epiſcopum, paſtorem, & patrem: ſed non ignorabat, ſe ab eo electum ad populum perpetuò paſcendum: neque ignotum erat populo, cujus maximè doctrinâ paſceretur. Itaque Vir humilis amovet à ſe laudem iſtam, quam optimis paſtoribus attribuerat; cùmque non ſua auctoritate, ſed alienâ, officium paſtoris pro magna parte tot annis obiviſſet; nec paſtorem clarè ſe dicit, nec negat; ſed ſolùm monet, allegatas paſtorum laudes ſibi non convenire. Multis aliis locis eodem ferè modo Antiochiæ locutus eſt, de quibus aliqua videri poſſunt apud Montfauconum.*

E

Epiſtola illa ante reliquas videtur expoſita

449 *Porrò Epiſtolam ad Romanos non modò Antiochiæ expoſitam eſſe, ſed etiam ante reliquas Pauli Epiſtolas, conjicio ex verbis* Chryſoſtomi, *qui præfationem ſuam in hoſce Commentarios ſic orditur pag.* 425: Cùm Epiſtolarum S. Pauli lectionem frequenter, ac ſæpè ter quaterve per ſingulas hebdomadas audio, quando ſanctorum martyrum memoriam celebramus, gaudeo & exſulto, tuba fruens ſpirituali, deſiderioque ardeo, cùm amicam mihi vocem auſculto; ſeréque mihi videor illum præſentem ac diſſerentem conſpicere; ſed angor ac diſcrucior, quòd non omnes tantum virum, ut par eſſet, cognoſcant, & uſque adeo quidam ignorent, ut nec numerum quidem Epiſtolarum ejus ſciant. Illud verò non hinc evenit, quòd diſcere non valeant, ſed quòd nolint cum ſancto viro frequenter verſari. Neque enim nos, quæ ſcimus, ſi qua tamen ſcimus, ex ingenii acrimonia novimus: ſed quòd ejus ſcripta aſſiduè tractemus, illumque affectu maximo complectamur. Nam qui amant, amatorum acta pluſquam alii omnes nôrunt, utpote qui de iis ſolliciti ſint *&c. Hæc verba videntur eſſe ordientis explicationem Epiſtolarum S. Pauli, præſertim cùm de ordine illarum Epiſtolarum mox etiam multò plura diſſerat, quàm ad ullam aliam Epiſtolam. Accedit initium primæ Homiliæ pag.* 429, *ubi Sanctus inquirit, cur Paulus magis quam Moyſes, Matthæus, aliique Euangeliſtæ, nomen ſuum omnibus præpoſuerit Epiſtolis, exceptâ ſolùm Epiſtolâ ad Hebræos: illa enim inquiſitio ad ſingulas Epiſtolas erat opportuna; ſed non ampliùs erat neceſſaria, ubi ſemel idonea erat allata ratio. Hæ rationes me movent, ut exiſtimem Pauli expoſitionem à* Chryſoſtomo *inchoatam fuiſſe per Homilias in Epiſtolam ad Romanos.*

F

AUCTORE J. S.

A *per Homilias 32, mirè jam olim laudatas.*

450 *Homilias illas, numero triginta & duas, præter præfationem, quæ aut pars primæ Homiliæ videtur esse, aut brevis Homilia alia, maximi semper fecerunt tam antiqui quàm neoterici. Montfauconus illas numerat* inter elegantiores & præstantissimas Chrysostomi conciones, *adducitque hunc in finem sequentia S. Isidori Pelusiotæ verba lib. 5 Epist. 32 :* In Commentario maximè in Epistolam ad Romanos sagacissimi Joannis sapientiæ thesauri deprehenduntur. Puto enim (ac ne quis me ad gratiam loqui existimet) si divinus Paulus, Atticâ usus linguâ, semetipsum interpretatus fuisset, non alio modo expositurum fuisse, quàm memoratus conspicuus Vir. Ita nempe sensu, elegantiâ, & verborum proprietate ejus interpretatio ornatur. *Porrò cùm Julianus Pelagianus contra S. Augustinum objecisset auctoritatem* S. Chrysostomi *ad negandum peccatum originale, S. Augustinus longè rectiùs adducit ejusdem Sancti verba ex Homilia* 10 *ad peccatum originale asserendum, nec sine insigni elogio* Chrysostomi. *Verùm quia alios quoque Sancti nostri locos laudat Augustinus, mensque* Chrysostomi *de peccato originali clara est, videri interim potest*

B *Montfauconus, & Augustinus suo loco uberiùs laudandus, qui hæc habet lib. 1 contra Julianum cap. 6.*

Antiochiæ item exposita utraque Epistola ad Corinthios :

451 *Utramque ad Corinthios Epistolam Antiochiæ etiàm exposuit* Chrysostomus. *De prima id ipse testatur in Homilia 21, apud Montfauconum tom. 10 pag. 188, ubi duritiam aliquorum reprehendens, ita loquitur :* Et hæc Antiochiæ, ubi primùm appellati sunt Christiani. *In Homilia 26 ad Secundam ita loquitur* Chrysostomus *de Constantinopoli, ut satis apertè insinuet, se ibidem non fuisse, quando Homiliam illam habuit. Ostendit nimirum, sepulcra sanctorum Christi servorum majori in honore haberi, quàm regum & imperatorum; atque ita pergit pag. 625 :* Atque id non Romæ solùm fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinopoli. Nam & hîc quoque Constantinum Magnum filius ita demum ingenti honore se affecturum existimavit, si eum in piscatoris vestibulo conderet. *Non ita de Constantinopoli locutus esset Sanctus, si illic fuisset præsens, ut jam observârunt Tillemontius art. 143, & Montfauconus in Præfatione tom. 10 pag. VII. Restat igitur, ut dicamus utramque ad Corinthios Epi-*

C *stolam Antiochiæ expositam esse. Verisimile quoque est, harum interpretationem esse secutam post expositam Epistolam ad Romanos circa annum 392. In priorem ad Corinthios Homilias habemus quadraginta & quatuor cum brevi præfatione, quæ pars videtur Homiliæ 13; in Secundam Homilias triginta, quarum prima præfationem includit.*

utriusque expositio multùm laudata : verùm errores,

452 *Utriusque Epistolæ interpretatio ob elegantiam & accurationem ab eruditis multùm laudatur, & meritò. Homilias tamen in priorem Epistolam ab aliquibus præferri, testatur in Præfatione Montfauconus. At præfatiunculam iis Homiliis præpositam in dubium revocat Tillemontius, &* Chrysostomo *indignam pronuntiat. Hoc certum est, in paucis præfatiunculæ versibus tres legi errores, eosque contrarios sacræ Scripturæ. Verba hæc sunt :* In hac quoque (*de Corintho agitur*) dæmon exiit, quem Judæi adjurantes, gravia ab illo passi sunt : in hac item quidam pœnitentiâ ducti libros magicos combusserunt, & visa sunt quinquaginta millia : in hac demum Gallione proconsule in tribunali sedente, Paulus verberatus est. *Non facilè enimvero crediderim, hæc versatissimi in sacris Litteris esse* Chrysostomi : *nam ex Actis Apostolorum cap. 19 constat, duo priora facta Ephesi contigisse, non Corinthi, & modo paululùm diverso. Judæi enim illi,* Sceuæ principis sacerdotum septem filii, *qui dæmonem adjurabant, non leguntur eum expulisse, sed malè excepti ab homine,* in quo erat dæmonium pessimum. *Deinde pretium librorum, qui combusti sunt, erat* denariorum quinquaginta millium. *Hîc verò dici videtur, tot libros esse combustos. In tertio, quod narratur Act. 18, quódque Corinthi revera contigit, perperam dicitur Paulus coram Gallione proconsule verberatus, cùm ibi verberatus sit Sosthenes princeps Synagogæ. Hæc* Chrysostomi *esse nequaquam crediderim.*

qui in præfatione legantur; non videntur esse Chrysostomi,

453 *Montfauconus quidem § 1 non audet hos errores* Chrysostomo *planè abjudicare, cùm* non infrequenter, *inquit,* memoriâ labatur, & alium pro alio Scripturæ librum commemoret. *At non invenio, id rectè probatum, sed nimis facilè assertum & sine idoneo fundamento. Certè quod ibi affert argumentum, nihil omnino probat. Ait* Chrysostomum *in Commentario Epistolæ ad Galatas tom. 10 pag. 660 memoriæ lapsu* Milesios *posuisse* pro Ephesiis. *In loco allegato* Chrysostomus *loquitur de sermone, quem Paulus habuit* E *Mileti Act. 20,* Attendite vobis & universo gregi *&c. ℣ 28, dicitque Paulum verba feciisse* τοῖς Μιλησίων πρεσβυτέροις, Milesiorum presbyteris *aut* senioribus. *Id verò ibi in Annotatis corrigit, dicens :* Ephesiorum seniores alloquebatur, quos Miletum evocaverat. *Verùm non video, hac opus esse correctione. Nam misit quidem Paulus Ephesum, ut Ephesii venirent Miletum : at non solos allocutus est Ephesios, sed etiam Milesios, imò verisimiliter longè plures concioni aderant Milesii quàm Ephesi : Miletus enim clara erat civitas, & caput Ioniæ, teste Plinio lib. 5 cap. 29. Paulus igitur non minùs loquebatur Milesiis quàm Ephesiis, ordiensque sermonem non dirigit ad solos Ephesios, sed ad omnes Asianos præsentes, dicens ℣ 18 :* Vos scitis, à prima die, quà ingressus sum in Asiam *&c.* Milesios *igitur non memoriæ lapsu posuit* Chrysostomus, *sed quòd concio Mileti habita esset, ideoque maxima verisimiliter pars concionis fuissent Milesii. Hæc paucis, ne quis temere in citandis sacris Scripturis accuset* Chrysostomum, *aut relatos mox errores eidem facilè attribuat.*

sed cujusdam interpolatoris.

454 *Attamen nolim totum illum prologum* Chrysostomo *abjudicare; cùm, quia excepto illo loco,* prologus tam aptè concinnatus est, *inquit Montfauconus,* ut mihi ipse Chrysostomus loqui videatur; *tum quia ante alias Pauli Epistolas similia præfatus est Sanctus. Quare suspicor, ineptam esse cujusdam additionem, initio fortè ad marginem scriptam, ac deinde in textum insertam. Certè, si locus ille rescindatur, qui nihil prorsus facit ad propositum, aptissimè cohærebunt cetera. Accipe, lector, antecedentia & consequentia, ut id perspicias.* Multa autem in hac urbe passus est Paulus, & Christus in illa apparens ei, dixit : "Ne taceas ; sed loquere : quia „ multus est mihi populus in hac civitate." Et mansit ibi duos annos.... Videns ergo diabolus civitatem magnam & populosam, veritatem accepisse *&c. Omnia sequentia sic rectè congruunt antecedentibus.*

AUCTORE J. S.

§ XXX. Sanctus item Antiochiæ ſcribit in Epiſtolam ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes; utramque ad Timotheum, ad Titum, & probabiliter etiam ad Philemonem.

Expoſitiones reliquæ Antiochenæ quinque ultimis annis figendæ:

PRæter tres *S. Pauli Epiſtolas, quas à* Chryſoſtomo *Antiochiæ expoſitas vidimus, ſex alias ibidem illuſtratas exiſtimo, uti & librum Pſalmorum, aut totum aut magna ex parte. Tanta hæc eſt ſcriptorum moles, ut tres facilè tomos impleret, ſi tota Pſalmorum expoſitio ad notitiam noſtram perveniſſet. Quare illis occupare ſe*
B *potuit* Chryſoſtomus *ab anno* 393, *ad quem circiter perducit expoſitio trium priorum Pauli Epiſtolarum, uſque ad finem ferè anni* 397, *quando Conſtantinopolim tranſlatum videbimus. Potuit, inquam, iis occupare ſe quatuor aut quinque annis poſterioribus, quibus docuit Antiochenos, præſertim cùm & alias ſubinde Homilias huic continuæ interpretationi integrorum librorum veriſimiliter interpoſuerit, licèt illæ majori ex parte exciderint. Jam verò, quantumvis multùm inveſtigaverim, nullo tamen modo reperire potui, quo ordine reliquas* Chryſoſtomus *Epiſtolas expoſuerit. Nihilo magis invenio, an expoſitio Pſalmorum ſit poſtremum Opus Antiochiæ elaboratum. Quare ſatis mihi erit, ſi oſtendere potuero, quænam adhuc habeamus Antiochiæ ſcripta, & in Pauli Epiſtolis ſequar ordinem, quo editæ ſunt.*

compoſitus Antiochiæ Commentarius in Epiſtolam ad Galatas,
C

456 *Hoc ordine primus occurrit præclarus Commentarius in Epiſtolam ad Galatas, impreſſus tom.* 10 *pag.* 657. *Hic Commentarius in Homilias diviſus non eſt, indeque ſuſpicio oriri poteſt, non eſſe dictum ad populum, ſed aut populo prælectum, aut editum, ut legeretur; cùm alia omnia, quæ Sanctus in novum Teſtamentum edidit, in Homilias ſint diviſa. Attamen totum iſtum Commentarium per partes in eccleſia aut populo prælectum, aut concionantis more pronuntiatum exiſtimo, & quidem Antiochiæ, ubi certò exaratus eſt. Etenim in cap.* 1. *pag.* 673 *movens quæſtionem, cur Paulus non ſit vocatus cum aliis Apoſtolis, auditores ita alloquitur:* Fortaſſis inhiantes avetis hoc ab initio audire, cur tandem non eum cum duodecim Apoſtolis vocaverit. Verùm ne ego digreſſus ab eo, quod magis urget, prolixiorem faciam ſermonem, oro caritatem veſtram, ne omnia ex me velitis diſcere, ſed ex vobis etiam ipſis inquiratis, Deum obſecrantes, ut vobis patefaciat. Quamquam & nos ſuper hac re aliàs ſumus loquuti, cùm de mutato Pauli nomine apud vos diſſereremus, cauſamque redderemus, ob quam Deus priùs dictum Saulum, Paulum appellârit. Quæ ſi vobis è memoria exciderunt, ex eo libro hæc omnia cognoſcetis. *Hæc ſanè ſunt loquentis ad populum Antiochenum: nam Homilia, quæ aſſignatur, videtur eſſe prima de Mutatione nominum, dicta Antiochiæ anno* 388, *& impreſſa tom.* 3. *pag.* 98, *aut certè una ex iis, quæ de Mutatione nominum ibidem ſequuntur.* D

iſque videtur ad populum dictus:

457 *Hoc igitur certum eſt indicium, Antiochiæ ſcriptum eſſe Commentarium in Epiſtolam ad Galatas, ita ut neceſſe non ſit, alia hunc in finem adducere argumenta. Ex eodem loco veriſimillimum fit,* Chryſoſtomum *Epiſtolam ad Galatas æquè ac alias coram populo expoſuiſſe: eâdem enim exponendi methodo utitur, qua in ceteris Epiſtolis: interpretationi verò ſuæ immiſcet præcepta moralia, ac diſſertationes contra varios hæreticos, ut ſolet facere in Homiliis. Quare vehementer ſuſpicor, Commentarium hunc in Homilias revera fuiſſe diviſum; ſed ab editore ſublatam diviſionem ut minimè neceſſariam. Quidquid ſit,* In hoc certè Commentario, *inquit Montfauconus in Præfatione,* Chryſoſtomus longè accuratiùs Apoſtoli dicta explorat & explicat, quàm in multis aliis Homiliis & Commentariis, Anomœos non ſemel egregiè refellit, necnon Marcioniſtas & Manichæos. Contra Antiochenos multos declamat, qui Judaïcos ritus ſectabantur *&c.*

Homilia aliâ in hanc Epiſtolam Antiochiæ
E

458 *Porrò in laudatam ad Galatas Epiſtolam & aliam Homiliam compoſuit* Chryſoſtomus, *ut exponeret nominatim illa Pauli verba Gal.* 2. ℣ 11, Cùm autem veniſſet Cephas (*Græcè* Petrus) Antiochiam, in faciem ei reſtiti, quia reprehenſibilis (*Græcè* reprehenſus) erat. *Eamdem materiam tractat* Chryſoſtomus *in Commentario paulò breviùs. At nullum invenio indicium temporis, quo dicta eſt Homilia illa particularis, niſi quòd fuerit habita, quando locus ille lectus erat in eccleſia. Certum tamen eſt, Antiochiæ habitam eſſe, cùm Sanctus dicat pag.* 364: Sed & in laudem urbis veſtræ cedunt, quæ dicentur. Illa quippe certamen excepit, illa pugnam: imò verò non pugnam, ſed quæ videbatur eſſe pugna, cæterùm pace quavis utilior exſtitit. Non enim ita membra noſtra nervorum amplexibus inter ſe junguntur, ut Apoſtoli caritatis erant inter ſe vinculis copulati. *Hæc clarè oſtendunt, Homiliam eſſe dictam Antiochiæ, ubi res contigit.*

veriſimiliter prioribus annis habitæ.

459 *Inſinuant etiam opinionem* Chryſoſtomi, *in tota Homilia multis expoſitam ac egregiè probatam, nimirum omnia facta eſſe, collatâ operâ inter Petrum & Paulum, ut Judaïzantes corrigerentur. Illud miror, cur editor verba Apoſtoli, de quibus agitur, partim dederit ſecundum textum Græcum, partim ſecundum vulgatam editionem Latinam. Etenim cùm Græcè habeatur* reprehenſus *&* Petrus, *Latinè* reprehenſibilis *&* Cephas; *ipſe Latinè dicit* Petrus, *&* quia reprehenſibilis erat, *cùm Græcè habeatur:* quia reprehenſus erat. *At intelligere poterat, multos ſine culpa eſſe reprehenſos; ideoque verba Græca ſtrictè erant exponenda Latinè, ne lectionem* Chryſoſtomi *mutaret. Certè, dum hìc ſcrupuloſiùs, quàm ſolet, vocem ex Latina vulgata mutuatus eſt, obſcuriorem Latinis auribus reddidit orationem* Chryſoſtomi, *etiam in Commentario Epiſtolæ ad Galatas. Ceterùm ſuſpicor, laudatam Homiliam à* Chryſoſtomo *dictam in prioribus prædicationis ſuæ annis.* F

Epiſtola ad Epheſios Antiochiæ expoſita;

460 *Epiſtola ad Epheſios Homiliis viginti & quatuor Antiochiæ etiam expoſita eſt, ut rectè oſtendit Tillemontius art.* 144 *& Notâ* 113: *quem ſequitur Montfauconus in Præfatione tom.* XI, *ubi Homiliæ illæ ſunt impreſſæ. Ratio præcipua petitur ex Homilia* XI, *in qua ſub finem* Chryſoſtomus *graviter perorat contra ſchiſma, quo diviſa erat eccleſia Antiochena, & de quo jam va-*

ria

A *ria diximus. Attamen nequeo assentiri conjecturæ Tillemontii, existimantis parti Eustathianæ superfuisse episcopum, quem suspicatur Evagrium anno 392 defunctum, quando ita contra illud schisma perorabat Sanctus. Contrà Eustathiani videntur episcopo caruisse, quando* Chrysostomus *illa disseruit: atque ea, opinor, est causa, cur tam gravibus verbis illorum causa improbetur.* Ideo hæc dicimus, *inquit pag.* 88, hæc loquimur, ne illo die liceat vobis dicere: Nemo nobis dixit, nemo distinxit, ignoravimus, nullum existimavimus esse peccatum. Propterea dico & protestor, Ecclesiam scindere non minus esse malum, quàm incidere in hæresim. Dic mihi, si quis alicui regi subjectus, ad alium quidem non defecerit, neque se alicui regi dediderit, sed illius acceptam & detentam purpuram à fibula totam demiserit, & in multa fragmenta disruperit, an minùs punietur, quàm qui ad alterum defecerunt? *Hæc satis clarè videntur insinuare, nullum fuisse episcopum illis, qui nolebant eo tempore cum Flaviano episcopo communicare, sed sub aliquot presbyteris aut aliis Eustathianæ partis ecclesiasticis fuisse divisos.*

B *& quidem, ut videtur, postquam Eustathiani carebant episcopo,*

461 *Hoc etiam colligitur ex iis, quæ subjungit de personis schismati addictis.* Dicite quotquot adestis: nam magna ex parte hoc est delictum mulierum: absentibus narrate hoc exemplum: eas terrete. *Et pag.* 89: Ex iis enim, qui hæc faciunt in Ecclesiam, alii quidem aut numquam accedunt, aut semel in anno, & tunc temere & quomodocumque. Alii autem frequentiùs quidem, sed ipsi quoque temere & leviter differentes, & de nihilo nugantes. Alii autem, qui videntur seriò agere, hi sunt, qui sunt auctores hujus calamitatis... Ea res est adulterium... Si hæc ergo de nobis vos suspicamini (*non fuisse videlicet legitimè constitutos*) parati sumus cedere regendi munus, cui voletis; modò una sit Ecclesia. Si autem legitimè creati sumus, persuadete, ut deponantur, qui sedes præter leges ascenderunt. *Hæc insinuant, plures fuisse doctores Eustathianorum: idque conforme est historiæ illius divisionis: nam post mortem Evagrii diu sine episcopo Eustathiani aliqui schisma continuârunt. At nullus ex illis verbis,* Parati sumus cedere regendi munus, *colligere debet,* Chrysostomum *tunc fuisse episcopum. Nam ita loquitur de se, quia simul cum Flaviano regebat & docebat ecclesiam. Apertissimè id dicit pag.* 87 *his verbis:* Non dominamur vestræ fidei, ô dilecti, nec domini more hæc imperamus: doctrinæ verbi præfecti sumus: non est autem nobis mandatus magistratus, nec data auctoritas. Consiliariorum admonentium locum tenemus. Consiliarius dicit, quæ à se procedunt, non necessitatem afferens auditori, sed in ejus potestate dimittit, ut facienda eligat, quæ dicta sunt.

C *eùm Sanctus magno zelo declamet contra Eustathianos,*

462 *Ex hisce certum est, presbyterum tunc fuisse* Chrysostomum. *Eadem verisimillimè insinuant, episcopo tunc privatos fuisse Eustathianos; & consequenter dicta ea esse post mortem Evagrii circa annum* 393. *Huic epochæ satis concordant, quæ de bellis & calamitatibus referuntur sub finem Homiliæ* 6; *nam anno* 392 *occisus est Valentinianus imperator, indeque ortum est bellum gravissimum inter Theodosium imperatorem & Eugenium tyrannum anno* 394 *finitum, occiso Eugenio. Barbari quoque anno* 391 *&* 392 *contra imperium bella gesserunt, ut refert ipse Tillemontius, qui ob bella & terræ motus ibi memoratos ad annum* 395 *Homilias illas differendas suspicatur. Verùm, quidquid sit de uno aut altero anno; audiamus insignem* Chrysostomi *zelum ad abolendum schisma Antiochenum ex Homilia* XI *mox laudata, in qua pag.* 88 *ad æmulos suos ita loquitur:* Nam si nos vis ulcisci, ego tibi do modum, quo absque damno tuo ulciscì, imò verò non absque damno, sed cum minori saltem damno possis ulcisci. Colaphos mihi impinge, conspue in publico occurrens & plagas inflige... Horrescis hæc audiens, horrescis, si dixero, Colaphos mihi impinge: & Dominum tuum discerpis, nec horrescis? Membra Domini dilaceras, & non contremiscis? Ecclesia est Domus paterna, unum corpus, & unus spiritus. AUCTORE J. S.

463 Sed vis me ulcisci, ad me usque consiste. Cur pro me Christum ulciscèris?... Hoc est extremæ insaniæ. Non per ironiam dico, quod sum dicturus, neque temere, sed ita ut sentio & sum affectus. Vellem unumquemque eorum, qui vobiscum in nos ulcerato sunt animo, & nobis malè volunt, & propter hunc suum animi dolorem seipsos lædunt, & aliò vadunt, nobis in ipsa facie plagas infligere, & nudatos flagris cædere, sive jure sive injuriâ accuser, & iram in nos immittere potiùs, quàm ea, quæ nunc audent, facere. Si hoc fieret, nihil esset hominem nihili & nullius æstimationis hæc pati. Alioquin autem ego injuriâ & contumeliâ affectus Deum rogarem, & vestra peccata dimitteret: non quoniam tantam habeo fiduciam, sed quoniam qui est affectus injuriâ, quando rogat pro eo, qui fecit injuriam, magnam habet fiduciam... Si autem non possim ego, alios Sanctos quærerem & rogarem, & hoc efficerent. Nunc autem quem rogabimus, Deo à nobis affecto contumeliâ? *Mirabitur æquus lector insignem Sancti charitatem. Magis etiam mirabilia sunt, quæ de amore vinculorum S. Pauli in eodem habet Opere; sed aliqua ex illis alia occasione dabimus.* *divisionem ecclesiæ Antiochenæ continuantes.*

D

464 *Transeo ad Epistolam ad Philippenses, quam item Antiochiæ à* Chrysostomo *expositam credo, licèt Montfauconus contrariam sententiam amplexus sit in Præfatione tom.* XI *pag.* 188, *ubi dedit Homilias quindecim, in hanc Epistolam exaratas, & præfationem* Chrysostomi *satis prolixam, ut credatur alia brevis Homilia. Ratio sententiæ meæ, quæ mihi certa videtur, petitur ex Homilia* 15 *pag.* 319, *ubi* Chrysostomus *loquitur de aliquot imperatorum defunctorum miseriis, de vivente autem, qui erat Theodosius Magnus, ita prosequitur:* Alter verò, qui nunc rerum potitur, nonne, ex quo diadema gestat, perpetuò versatur in laboribus, in periculis, in molestiis, in mœroribus, in calamitatibus, in insidiis? *Hæc optimè congruunt Theodosio, qui singulis ferè annis ad bellum profectus est, plurimisque adfuit præliis, partim contra barbaros imperium invadentes, partim contra tyrannos, Maximum & Eugenium. Dolores idem & calamitates expertus est, dum Gratianum occisum intellexit, postea Valentinianum II Italiâ pulsum, atque eumdem post aliquot annos circumventum & occisum, & dum audivit indignam Antiochenorum rebellionem, ac postea Thessalonicensium, ut mittam alia minora. Arcadius verò, cui allegata verba improbabiliter attribuit Montfauconus, juvenis erat, & per legatos pauca tantùm bella gessit, ita ut de eo sic loqui non posset* Chrysostomus. *Præterea ordo ipse Theodosium clarè designat. Nam ubi tacitis nominibus de aliis pauca dixerat, Valentem ejusque successorem, qui Theodosius est, ita insinuat:* Eorum verò, qui succes- *Epistola ad Philippenses:*

E

F

se-

AUCTORE J. S.

ferunt, alter quidem (*nempe Valens*) combustus est... Alter verò, qui nunc rerum potitur *&c. Itaque loquitur de Theodosio vivente. Theodosius mortuus est mense Januario anni* 395. *Quapropter existimo, Epistolam ad Philippenses expositam esse post prædictam ad Ephesios anno* 393 *aut* 394.

Item Antiochiæ exposita.

465 *Quod pro sua sententia allegat Montfauconus, nullam mihi videtur difficultatem habere contra nostram. Ait*, Chrysostomum *assumere personam episcopi in Homilia* 9, *ubi* Ille, *inquit*, inter sacerdotes & populum judex sedere videtur. *Et ibi pag.* 272 *dicit:* Sed quid agam? Pater sum. *Verùm non loquitur ut judex* Chrysostomus, *sed contra obtrectationes & dicteria populi sic defendit sacerdotes, ut addat prudenter, nolle se* sacerdotes criminibus *liberare, si qui excedunt, sed populi non esse judicium ferre de sacerdotibus. Ubi verò se patrem dicit, populum alloquitur, non sacerdotes, ut in tota Homilia.* Patrem *verò non in hac tantùm Homilia, sed aliàs frequenter se Antiochiæ vocavit* Chrysostomus, *ut suum erga populum declararet amorem. Audi igitur, qua occasione se patrem dicat.* Oportebat, *inquit*, vos in hac dubitatione relinquere, nullamque

B afferre quæstionis explicationem; sed hanc à vobis pœnam exigere pro ea, quâ in Scripturis utimini, negligentia. Inde enim omnia hæc existunt. Propterea in aliorum peccatis acerbi inquisitores sumus, de nostris autem ne cogitamus quidem, quoniam Scripturas non tenemus, quoniam in divinis legibus non erudimur. Erat igitur hæc à vobis pœna repetenda. Sed quid agam? Pater sum. Multa etiam ultrà, quàm oportet, filiis gratificantur patres *&c.*

Utraque ad Timotheum expositæ

466 *In utramque Epistolam ad Timotheum Antiochiæ etiam commentatus est, quantùm existimo cum Montfaucono. In priorem habet Homilias octodecim, in posteriorem decem. Prima ratio Montfauconi in Præfatione tom.* XI *pag.* 546 *petitur ex laudatione monachorum: nam ea frequentes sunt in Homiliis Antiochenis, non item in Constantinopolitanis. Videri potest Homilia* 14 *in Priorem, in qua monachi prolixè laudantur, imò & repetitis vicibus invitantur auditores, ut eos invisant:* Perge ad Sanctorum tabernacula, *inquit pag.* 629, quasi à terra in cælum, ita licet ad monasterium sancti viri confugere *&c. Media ferè pars hujus Homiliæ de monachis est, eorumque mores egregiè describuntur. Tillemontius ipse, vitam monachorum prope Antiochiam tempore* Chrysostomi *degentium describens art.* 6 *&* 7, *frequenter laudat memoratam Homiliam, ita ut tunc non dubitaverit, quin dicta sit Antiochiæ. At hujus judicii oblitus videtur, quando art.* 144 *Savilio utcumque acquiescit, has Homilias Constantinopolim amandanti, ob rationem inferiùs refutandam, ipsique Tillemontio non probatam.* Aliud argumentum inde mutuamur, *ait Montfauconus*, quòd licèt in his concionibus de episcoporum officio passim agatur, quia Paulus Timotheum episcopi munere fungentem alloquens, quid exercere episcopus, quid vitare debeat, perpetuò decantat; nihil tamen innuit Chrysostomus, nihil in tanto concionum decursu vel carptim tangit, quo possimus vel suspicari, illum tunc episcopum fuisse. Quod tamen in aliis Commentariis, ubi par occasio non habebatur, sæpè fecit.

videtur Antiochiæ.

467 *Hæ rationes ad primam ferè tantùm Epistolam pertinent: neque enim in Homiliis ad secundam de monachis agitur aut de officio episcopi. Attamen dubitare nequeo, quin post expositam primam, statim ad secundam perrexerit.* D *Suadet hoc brevissima præfatio, ubi quærit, cur* secundam ad Timotheum Epistolam *scripserit Paulus, & de priore sic meminit*, ut etiam de priore Epistola significavit. *Nimirum necesse non erat multa præfari, quia spectantia ad Timotheum docuerat in præfatione ad primam. Porrò & alia ratio me movet, cur potiùs Antiochiæ quàm Constantinopoli utramque expositam credam: video enim ultimis Antiochenæ prædicationis annis hasce facilè exponi potuisse, nec defuisse tempus sufficiens, cùm perpetuò ibi concionaretur* Chrysostomus; *Constantinopoli verò multis aliis negotiis occupatus erat Sanctus, ut patebit per decursum, ubi recensebimus gesta Sancti Constantinopolitana.*

Hoc certum est de Epistola ad Titum;

468 *Epistolam ad Titum item Antiochiæ Homiliis sex exposuit* Chrysostomus, *ut ostendit Tillemontius art.* 144, *& Montfauconus in Præfatione sua tom.* XI *pag.* 728, *ubi hasce dedit Homilias. Res clara est ex Homilia* 3 *pag.* 746, *ubi adhærentes superstitiosis Judæorum & Gentilium ritibus perstringit his verbis:* Quid de iis dixeris, qui unà cum illis (*Judæis*) jejunant, qui Sabbata servant; de iis, qui ad consecrata E illa loca pergunt, in Daphnem, inquam, atque in spëluncam Matronæ dictam, in locum illum Ciliciæ, Saturni appellatum? *Hæc Antiochiæ dici poterant, ubi judaizantes frequenter perstringit, & cujus suburbium erat* Daphne: *at Constantinopoli ea non dixisset, cùm loca nominata longo nimis intervallo ab ea urbe distarent. Scrupulum tamen movet Montfauconus ex Homilia* 1 *pag.* 735. *Defendit ibi* Chrysostomus *episcopos, innumeris dicteriis expositos, atque iis utitur verbis:* Sic etsi quis ex subditis talis sit, atque ex criminationibus hujusmodi labores nobis mœroresque intulerit, ulciscimur non audemus: id enim à paterno animo procul est; sed necesse est molestiam ferre, donec ille ad sanam mentem reducatur. *Videtur hîc episcopis adnumerare se* Chrysostomus. *At antè & pòst multa habet, ubi de solo loquitur episcopo. Loquitur igitur de se quoque, non quia episcopus erat; sed quia iisdem expositus erat obtrectationibus, eodemque præditus animo paterno, ut ulciscì nollet. Quare modus ille loquendi non facit rem dubiam, certumque est ex allato argumento, Antiochiæ compositas esse prædictas Homilias.*

de Epistola ad Philemonem verisimile.

469 *Magis obscurum est, quo loco* Chrysostomus *Homilias illas tres composuerit, quas habemus in Epistolam ad Philemonem apud Montfauconum tom.* XI *pag.* 772. *Diligens sanè est minimæ hujus Epistolæ expositio. At fatetur laudatus editor, nullam sibi occurrere loci aut temporis notam. Ego verò vel hac ipsa de causa magis credo, Antiochiæ expositam esse memoratam Epistolam, cùm quia in Operibus Constantinopolitanis sæpè aliquid insinuatur de episcopali dignitate aut de aula imperatoria, tum quia tempus facilius videtur inveniri Antiochiæ quàm Constantinopoli. At leves hæ sunt rationes, ideoque res valde incerta. Savilius in Notis ad* Chrysostomum *pag.* 225 *laudat Photii verba, dicentis ex Commentariis* Chrysostomi *in Epistolas S. Pauli eos, qui ceteris accuratiores sunt, esse Antiochiæ compositos; minùs verò diligenter elucubratos esse, qui exarati sunt Constantinopoli. Hoc autem criterio usus Savilius est, quando non invenit argumenta certiora, & sic Homilias in Epistolas ad Ephesios, ad Philippenses, utramque ad Timotheum, & ad Philemonem annumerat Constanti-*

no-

A *nopolitanis. Verùm illud criterium adeo mihi incertum & fallax apparet, ut prorsus ab eo abstinendum censuerim. Cùm enim Photius nullibi edicat, quænam ex Epistolis S. Pauli sint præ ceteris magis accuratè elucidatæ, scire non possumus, an judicium Savilii cum Photii judicio hisce de rebus consentiat.*

Refutatur Savilius figens aliqua Opera Constantinopoli.

470 *Meritò etiam dubitamus, an Photius ipse, utpote plus quàm quatuor seculis* Chrysostomo *posterior, rectè noverit distinguere inter Opera ipsius Antiochena & Constantinopolitana. Ratio Photii est, quòd* Chrysostomus *in episcopatu plures habuerit occupationes, ideoque minùs otii ad meditandum, quæ exponeret. Verùm reponi facilè potest, Sanctum Constantinopoli ideo non adeo frequenter concionatum esse quàm Antiochiæ, ubi in Quadragesima singulis ferè diebus ad concionem dicebat, & subinde etiam extra Quadragesimam sæpiùs in hebdomada. Contrà Constantinopoli numquam videtur quotidianas habuisse conciones; sed semel aut bis in hebdomadâ dicebat ad populum, quamdiu minùs distractus fuit externis negotiis; deinde verò multò rariùs concionatus est, ut suis locis videbimus. Itaque non*

B *facilè admittam*, Chrysostomum *Constantinopoli passim minus paratum ad dicendum accessisse quàm Antiochiæ: ac Photii criterium, quod fallere in multis dudum observavit Tillemontius art.* 144, *uti & Montfauconus locis variis, prorsus inutile existimo. Cæterùm quatuor reliquas S. Pauli Epistolas, de quibus necdum memini, Constantinopoli à* Chrysostomo *expositas esse suis locis ostendam.*

§ XXXI. Interpretatio Psalmorum, non tota ad nos perducta, item Antiochiæ conscripta & ad populum dicta, annis verisimiliter posterioribus.

Interpretatio Psalmorum

C INter *Scripta Antiochena* S. Joannis Chrysostomi *numeranda etiam venit Expositio Psalmorum, ab antiquis æquè ac neotericis mirè laudata; cujus partem edidit Montfauconus tom.* 5: *nam totam Psalmorum Expositionem necdum habemus editam, quia pars major aut perdita est, aut latet in tenebris. Verba Suidæ, Expositiones Psalmorum elegantioribus* Chrysostomi *Operibus adnumerantis, dedi num.* 431. *Photius cod.* 174 *agit de Homiliis* Chrysostomi *in Genesim, variaque Sancti Opera inter se comparat, eumque locum adducit Montfauconus in Præfatione in Psalmos* § 4. *At neutro loco verba Græca accuratè expressa sunt Latinè. Hac de causa dabo versionem Montfauconi tom.* 13 *pag.* 278, *ubi Photius, exactius demum Latinus, ita habet:* Tantò tamen inferior est dictio (Chrysostomi *in Genesim*) in humile loquendi genus delapsa, stylo Homiliarum in Acta, quanto istæ à Commentariis in Apostolum & in Psalmos superantur. Ubique enim in Operibus suis puritate, splendore, sagacitate cum suavitate conjuncta, atque artificio usus est, in his maximè Commentariis hujusmodi splendet ornamentis, exemplorum u-

bertate, enthymematum copiâ, & (sicuti opus est) gravitatè: atque, ut uno verbo loquar, dictione, constructione, methodo, sententiis, ac reliquo apparatu, has Expositiones mirè exornavit. AUCTORE J. S.

472 *Hæc de variis simul dicuntur. At de Opere in Psalmos nominatim deinde sic loquitur:* Commentarios autem in Psalmos quandonam fecerit, scitu difficile est; nisi quis fortasse dixerit, vim & præstantiam sermonis miratus, ipsum potiùs in otio degentem, quàm in publicis versantem negotiis, hæc emisisse. Si qua autem dicta, quæ vel interpretatione, vel profundiore speculatione egerent, non ita diligenter ab eo explanata fuerint, nihil mirum. Nam ea quidem, quæ auditorum captui accommodata erant, vel quæ ad eorum salutem & utilitatem pertinebant, numquam prætermisit. Quamobrem mirari subit beatissimum illum Virum, quòd semper in omnibus suis hunc sibi scopum proponeret, auditorum nempe utilitatem; cætera autem vel non curaret, vel levissimè attingeret. Sed & auditorum utilitati solùm advigilans, illud contempsit, ita ut * alicui, ipsum vel sensus quosdam ignorâsse, vel ad profundiora quædam penetrare refugisse, vel id genus alia præteriisse, videri posset. *Sensus Photii est, Sanctum neglexisse ob auditorum utilitatem, quod aliqui possent suspicari, ipsum aliqua ignorâsse aut præteriisse. Montfauconus in Præfatione* § 4 *non dubitat dicere*, in Operibus Chrysostomi nihil præstantius, nihil ad mores instituendos aptius *esse Psalmorum Expositionibus. Et mox ibidem num.* 2: Hæc vulgata fuit omnium opinio, has (*Expositiones*) inter præstantissima illius Opera censeri. Id ipsum porrò existimaturi sunt, quotquot exploraverint, quotquot attentè legerint. Nam hîc, omni superfluitate resecta, inventionis ipsius sancti Doctoris specimina passim reperias. Ea verò in re cæteris omnibus oratoribus, quotquot vel sacri vel profani fuerunt, antecellere deprehenditur, ut argumentum omni ex parte, singulari quodam inexspectatoque modo convertat, sic apto tamen, sic genuino, & ad rem, qua de agitur, accommodato, ut nihil suprà. Ad disciplinam item morum hi Commentarii apprime idonei sunt, nullum ethices articulum hîc non tractatum invenias: occasioneque sumpta ex Psalmorum argumentis, omne genus virtutum hîc commendatur, vitia omnia exagitantur. Exemplis semper iisque frequentibus, & ad rem, quæ tractatur, aptatis, modò fugiendum peccatum, modò amplectendam virtutem esse suadetur. *Hactenus Montfauconus de præstantia Operis.* *multis laudibus ornata,* **pro* ita ut, *lege* quod E F

473 *Idem observat* § 1 *tantæ molis Opus esse, ut duos tomos bene spissos implere debuisset, si integrum ad nos pervenisset. Verùm* vix tertia pars Operis *ad notitiam nostram pervenit, videlicet quinquaginta & octo Psalmorum expositio, atque absunt longissimorum Psalmorum Commentarii. Attamen præter expositionem Psalmorum illorum quinquaginta & octo, quos ibi lector enumeratos inveniet atque integrè expositos, Sanctus etiam aliquot habet Homilias, videlicet in Psalmum* 3, *cujus titulum exponit, (sed de hac aliqui dubitant, an sit* Chrysostomi:) *in principium Psalmi* 41, *de qua egi num.* 389, *& duas Constantinopoli dictas in illud Psalmi* 48, Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo. *Hisce aliam adjungit Montfauconus pag.* 525, *dictam in Sabbato hebdomadæ Sanctæ, sive in pervigilio Paschatis, in illud præcipuè,* Lauda anima mea Dominum *non tota ad nos pervenit.*

AUCTORE J. S.

Psalm. 145. *Clarum non est, quo anno aut loco illa fuerit dicta; at* Chrysostomo *planè digna, & probabiliùs saltem Antiochiæ habita, quia num.* 6 *memorantur* monachi in montibus degentes. *Aliam quoque breviorem ibi subjungit editor pag.* 535 *in Psalmum* 50, *sed ut dubiam, & meritò, cùm videatur stylo differre à genuinis* Chrysostomi *Homiliis: multò enim breviùs multa allegantur & attinguntur in Homilia illa, quàm soleat* Chrysostomus *tractare materiam sibi propositam. Dat etiam Montfauconus pag.* 539 *breve proœmium in librum Psalmorum; sed illud* Chrysostomo *abjudicat, prout multa alia in Psalmos exarata, quæ mox ut* spuria *subnectit.*

Probabile est, omnes Psalmos à Sancto expositos,

474 *Porrò dubitari potest, an* Chrysostomus *revera omnes Psalmos exposuerit. Etenim non tantùm hoc tempore pars major desideratur; sed nec Photius plura habuisse videtur* Chrysostomi *scripta in Psalmos, quàm nos modò habeamus, imò & pauciora habuit, ut colligitur ex ipsius verbis apud Montfauconum in Præfatione § 6. Existimat tamen Montfauconus ibidem, totum Psalterium à sancto Doctore Commentariis illustratum esse, eamque sententiam, saltem ut probabiliorem,*

B *sequendam existimo. Primum argumentum desumit laudatus editor ex ordine Psalmorum, quorum habemus Commentarios. Etenim novem consequenter Psalmorum expositio ad nos pervenit, à quarto videlicet usque ad duodecimum item expositum; deinde rursum septem habemus continuo Commentario elucidatos à quadragesimo tertio usque ad quadragesimum nonum. Tertia series inchoatur à centesimo octavo, pergitque usque ad centesimum decimum septimum. Quarto demum, omisso Psalmo* 118 *omnium longissimo, reliquorum continuam usque ad finem habemus expositionem.* Sic igitur in partes distractæ Expositiones in Psalmos ad nos usque devenerunt, *ait Montfauconus*, ita ut laciniæ singulæ multos Psalmos habeant. Hincque jam conjicitur, etiamsi nullum aliud adesset ad rem probandam argumentum, totum Psalterium fuisse à Chrysostomo explanationibus illustratum: nam si delectu habito hos explanare, alios prætermittere voluisset, illæ series Psalmorum consequenter positorum non haberentur, sed alium hinc, alium inde, sumpsisset explanandum. *Verisimilis admodum apparet hæc conjectura, præsertim cùm omnium posteriorum*

C *Psalmorum habeamus Expositiones: neque enim invenimus,* Chrysostomum *umquam posteriorem alicujus libri sacri partem suscepisse explicandam, prætermissa parte priore: neque ullibi in his Commentariis insinuat Sanctus, aliquot solùm Psalmos expositurum se, alios verò se prætermittere aut prætermissurum.*

certumque est aliquos saltem excidisse.

475 *Verisimile igitur est, Commentarios Psalmorum per partes fuisse editos, & in variis voluminibus; ex hisce verò partibus alias ad nos pervenisse, alias latère aut esse deperditas. Nam plura* Chrysostomum *in Psalmos edidisse, quàm modo habemus, ipse quoque est testis. In Commentario Psalmi* 140 *pag.* 427 *affert initium Psalmi* 62, Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, *obiterque ex illo pauca ad propositum suum exponens, mox adjungit hæc verba:* Sed ne eo, qui est præ manibus, relicto, alium obiter introducamus, transmisso auditore ad ea, quæ de illo dicta sunt, ad ea, quæ sunt nobis proposita, accedamus. *Exposuerat igitur Psalmum* 62, *illaque Expositio jam tum erat edita. Itaque certum est, has Expositiones editas esse per partes, & non omnes partes nobis innotuisse. Hisce argumentis aliquid ex Photio addit Montfauconus, ubi ille videtur dicere, se inveniisse fragmentum* Chrysostomi, *interpretantis Psalmum* 59. *At locus est minùs clarus. Verumtamen vera apparet hæc Photii observatio, etiam pro toto Psalterio:* Unde animadvertere licet, etiamsi nos non invenerimus, divinum tamen illum Virum ipsum interpretatum esse. *Hæc ille quidem de toto Psalmorum libro non dicit: at de toto Psalterio verum esse existimo, cùm ob rationes jam allegatas, tum quia videbimus Antiochiæ id præstare potuisse Sanctum: nam ibidem hosce scriptos, & ad concionem dictos esse Commentarios, modò ostendere incipiam.* D

Psalmos fuisse Antiochiæ expositos,

476 *Tillemontius Notâ* 107 *dubitanter disserit de loco, ubi composita est Psalmorum expositio, magis tamen propendet in eam partem, ut Opus illud Antiochiæ adscribat. Hanc autem sententiam complectitur, & confirmat Montfauconus in Præfatione § 1. Sanè non video, hac de re meritò dubitari posse. Primò in Psalmum* 110 *pag.* 271 *ita loquitur sanctus Doctor:* Multa autem videri possunt & privatim, & in domo, & in civitatibus facta miracula. Sed quæ sunt generalia, & omnibus manifesta & cognita, & quæ E fiunt in unaquaque generatione, videamus. Quot Juliano imperante, qui omnes impietate superavit, dum oppugnaretur Ecclesia, facta sunt? quot Maximino? quot ante istos imperatores? Sed si vultis ea etiam, quæ in nostra generatione evenerunt, nempe cruces repentè in vestimentis impressæ, Apollinis templum fulmine dejectum, sancti martyris Babylæ, qui in Daphne erat, translatio, & aperta adversus dæmonem victoria, quæstoris imperatoriæ pecuniæ inopinata mors, & admirabilis ipsius imperatoris cædes, ipsius, inquam, Juliani, qui omnes impietate vicerat, & avunculi illius interitus, vermium fontes, aliaque innumerabilia: fames, siccitas & sterilitas, aquarum penuria, quæ unà cum eo civitates invasit, & alia ubique innumera. Ea quoque, quæ in Palæstina tunc evenerunt, cognovistis. Quando enim illud templum, divinâ sententiâ dirutum, rursus ædificare volebant Judæi (*sub Juliano*,) ignis, qui è fundamentis exsiliit, omnes abegit, & id testatur opus, quod mansit imperfectum.

ex dictis in Psalmum 110 *ostenditur:*

477 *Hæc omnia Antiochiæ, ubi pars magna contigerat, notissima erant, non ita Constantinopoli, ubi Daphnem, Apollinis ibi templum, S. Babylam, ejusque translationem plerique verisimiliter non noverant; ac certè minùs noverant, quæ Juliano, ejus quæstori, & ipsius avunculo, item Juliano dicto, contigerant. Ea Antiochenis narraverat variis vicibus* Chrysostomus, *videlicet in libro de S. Babyla tom.* 2 *pag.* 562 *& seqq. In Homilia* 4 *de Laudibus S. Pauli tom.* 2 *pag.* 492 *omnia etiam ferè prosequitur, ac nominatim duorum obitum ita refert:* Post quæ ipsius regis (*Juliani*) avunculus, qui profano attactu consecrata Deo vasa temeraverat, vermibus exesus interiit. Præpositus quoque regalis ærarii ob aliam, quam Ecclesiæ intulerat, injuriam medius repentè diruptus est. Tunc etiam regionis nostræ fontes, qui priùs flumina ipsa cursu inundante vincebant, subitò in se resiliendo fugerunt, numquam hoc antè perpessi, nisi postquam loca illa rex sacrificiis ac victimis inquinavit. *Mitto alia, quæ ibidem legi possunt: nam clarum est ex jam allegatis,* Chrysostomum *ea tam breviter non dicturum fuisse ad Constantinopolitanum populum,*

A *lum, cui pleraque erant ignota; ideoque dicendum esse, ipsum in Expositione Psalmi* 110 *loqui ad Antiochenos.*

idque ex ipsa Operis mole confirmatur.

478 *Aliud argumentum subjicit Montfauconus, his verbis conceptum:* Nullum unquam tanti otii Opus emisit Chrysostomus; Opus, inquam, magno labore concinnatum, quod vix posset duobus amplis voluminibus comprehendi, si quidem integrum ad nostram usque ætatem perveniſſet. Quomodo autem potuit Constantinopoli tantum otium nanciſci, ubi præter solitum concionandi officium, ... præter episcopales illas curas in præcipua illa & populosissima totius Orientis diœcesi, cui regendæ sanctus Antistes assiduo & infatigabili studio advigilabat; aliis etiam iisque graviſſimis ex transverso accidentibus negotiis penè obrutus erat. Et quomodo potuerit sex annorum spatio inter tot tumultus atque curas hos tam amplos Commentarios, exploratis etiam veterum interpretationibus adornare? *Hoc argumentum nullam mihi relinquit dubitationem, modò aliam addamus observationem. Etenim potuisset quidem fortasse* Chrysostomus *illo tempore, quo fuit Constantinopoli, cum omnibus curis officii e-*

B *piscopalis conjungere Commentarios in Psalmos, eosque ibidem perficere, si alias Scripturas ibidem interpretari non esset aggressus. Verùm exposuit ibi Acta Apostolorum, & quatuor S. Pauli Epistolas, ut suis locis ostendam. Homiliæ autem in hosce libros dictæ, si conjungantur cum aliis separatis item assignandis, ita implebunt omnes episcopatûs annos, ut non relinquendum sit spatium vacuum concionibus illis, quas in Psalmos habuit. Nam hæ, ut minimùm, ducentæ fuerunt: at dubito, an multò plures quàm ducentas Constantinopoli umquam habuerit; itáque assignabo pleraſque, ut nullibi notabile spatium sit futurum vacuum, ita ut nec otium ibi fuerit exponendis Psalmis.*

Interpretationem Psalmorum ad populum fuisse dictam,

479 *Tillemontius Notâ* 107 *dubitat, an Psalmorum Expositiones ad concionem dixerit* Chrysostomus, *in eamque propendet opinionem, ut suspicetur scripto tantùm commendatas, ut ab unoquoque legi possent. At conjecturam illam improbabilem egregiè refellit Montfauconus* § 2, *ubi multos adducit locos, qui loquentem ad populum & non solùm scribentem ostendunt* Chrysostomum. *Itaque, ne prolixior sim in re satis demonstrata,*

C *eò lectorem remitto, & pauca è multis huc transfero. Expositionem Psalmi* 7 *sic orditur pag.* 49: Oporteret quidem Scripturarum & historiarum adeo accuratam habere cognitionem, ut longiore ad earum doctrinam oratione non egeremus. Sed quoniam alii quidem in rebus sæcularibus occupati, alii verò seipsos socordiæ dedentes, ea non audiverunt, necesse est paulò longiori uti oratione, Psalmi argumentum explanantes: sed attendite diligenter. *Quid* longior oratio, *nisi loquentem designat? Quid illud* Non audiverunt, & Attendite, *nisi auditores? Quid totus contextus nisi concionem? Ad Psalmum* 43 *pag.* 146 *ter repetit vocem* Audite. *Psalmum* 44 *expositurus, ita loqui incipit pag.* 160: Vellem nunc adesse omnes Judæos & Gentiles, & hoc libro à Judæis accepto Psalmum ita legere. *Hæc sanè scribentis non sunt, sed concionem alloquentis, librumque Psalmorum eidem ostendentis. Idem liquet ex verbis ibi sequentibus, quibus edicit, cur Judæos & Gentiles concioni adesse vellet, mox subjungens:* Sed sive adsunt, sive non, nos nostro officio fungamur, & aggrediamur interpretationem.

480 *Idem rursum liquet ex verbis Sancti ad Psalmum* 49 *pag.* 228: Sed ea, quæso, quæ dicuntur, attendite *&c. Rursum in Psalmum* 109 *pag.* 249: Mentem tuam excita, arrectæ tibi sint aures: Judæos primùm invadimus. *Psalmum* 137 Confitebor tibi Domine *&c. pag.* 405 *sic exponere incipit:* De hoc apud vos sæpe disserui. Quocirca eo prætermisso, veniemus ad id, quod est proximum. *Quid clarius dici potest, ut intelligamus loquentem? Etenim si Commentarios solùm scripsisset, non iis scripsisset solis, apud quos sæpè disseruerat, sed omnibus legere volentibus. Loquentem similiter indicant verba data num.* 475 *in Psalmum* 140, *& recitata num.* 476 *in Psalmum* 110. *Mitto igitur sexcenta alia, quæ afferri possunt ad ostendendum, omnes Psalmorum Expositiones pro concione fuisse dictas. Attamen scrupulos Tillemontii breviter examinemus. Objicit hæc verba in Psalmum* 47 *pag.* 200: Ita etiam significavit Hebræus per dictionem, quam vestrâ causâ adjecimus in lectione contextûs: *eaque credit legentibus potiùs scribi, quàm dici audientibus. At contrarium est verum. Nam dicit, se vocem Hebraïcam adjeciſſe* in lectione contextûs, *id est, quando contextum exponendum prælegebat, prout factum videri potest pag.* 199. *Præterea, Hebraïcam vocem se adjeciſſe non dicit* in gratiam lectorum, *sed præsentes alloquens, dicit,* in gratiam vestram, ὑμῶν χάριν. *Hæc itaque sunt populum alloquentis, non scribentis. Altera objectio est, quòd aliquot Psalmorum Expositio brevior sit, quàm ut integram faciat Homiliam; aliorum verò tam longa, ut unica vice dici non potuerit. Vera hæc sunt, sed nullam habent difficultatem: nam poterat facilè, Psalmo brevi exposito; alium quoque aut illius partem explicare; longiorem verò per partes interpretari, uti fecit in exponendis reliquis sacræ Scripturæ libris.*

AUCTORE J. S. *ex variis locis evincitur.*

Non in diaconatu, sed in presbyteratu,

481 *Restat examinandum, quo ferè tempore in Psalmos scripserit & dixerit* Chrysostomus. *Montfauconus* § 3, *considerata hujus Operis amplitudine, in eam ducitur conjecturam, ut suspicetur scriptum fuisse tempore diaconatûs, antequam anno* 386 *presbyter erat ordinatus, & concionandi munus susceperit. Rationem hujus conjecturæ exprimit his verbis:* Magni certè otii Opus fuit diuturnique laboris. Otii autem parum habuit Chrysostomus ab eo tempore, quo cœpit concionari, perque annos duodecim concionatus

F est: & numquam ab hoc officio destitit; sæpè etiam cum morbis conflictatus. *Hæc lubens ut vera admittam, sed aliam prorsus conclusionem formabo. Per annos ferè duodecim Antiochiæ concionatus est* Chrysostomus. *Necesse igitur est, ut materiam populo prædicandam annis ferè duodecim etiam præparaverit. Parùm toto illo tempore otii habuit ad alia agenda, multum ad Homilias concinnandas, & præparanda, quæ diceret ad concionem. Porrò enumeratione Operum* Chrysostomi *non potui implere nisi annos circiter novem, & ne hos quidem ita, ut subinde spatium non relinquatur vacuum, vel quia Sanctus subinde ægrotavit, vel quia non paucæ ex Homiliis singularibus exciderunt. Itaque ut annorum ferè duodecim conciones habeamus, Expositiones Psalmorum reliquis oportet adjungere: nam illis duos facilè & fortasse tres annos impendere potuit.*

in quo tempus non defuit,

482 *Accipe, lector studiose, brevi compendio totum cursum Antiochenæ prædicationis. Anno* 386 *aliqua ex Isaïa & ex principio Geneseos exposuit, contra Anomœos & Judæos acriter disputavit, aliasque plures habuit Homilias parti-*

AUCTORE J. S.

culares. Anno 387 *de rebus moralibus & contra Anomœos initio dixit, in Quadrageſima Homilias occaſione ſeditionis Antiochenæ habitas, poſt Paſcha varios ac nominatim de Anna & Davide ſermones habuit, deinde etiam contra Judæos diſceptavit. Anno* 388 *in Quadrageſima Geneſim exponere cœpit, interruptamque multis aliis Homiliis Geneſeos expoſitionem finivit eodem anno. Secuta videtur interpretatio Euangelii Joannis, cui ferè aſſignamus annum* 389, *quemadmodum Homiliis in Matthæum tribuimus annum* 390. *Nequis verò dicat, ſingula Euangelia uno anno explicari non potuiſſe, videat Homilias in Geneſim cum intermediis, quæ numero ſuperant Homilias in Matthæum aut in Joannem, octo circitèr menſium ſpatio dictas. Attamen credamus, Expoſitionem Matthæi protractam eſſe uſque ad medium, imò etiam uſque ad finem anni* 391; *vel ſic tempus abundans fuerit* Chryſoſtomo *ad interpretationem Pſalmorum præparandam & dicendam. Nam ſupererunt ſex anni, quos dividere poſſumus ita, ut tres circitèr attribuamus ducentis ferè Homiliis, quas (ſi Commentarium in Epiſtolam ad Galatas dividamus) dixit in decem antè recenſitàs Pauli Epiſtolas; alios ferè tres expoſitioni Pſalmorum datos credamus. Ita utcumque implebimus duodecim Antiochenæ prædicationis annos. Neque illi anni tam erunt pleni, ut aliquot Homiliæ ſeparatæ, quæ etiamnum ſunt enumerandæ, facilè addi non poſſint.*

B

poſterioribus annis Pſalmi ſunt expoſiti.

483 *Ceterùm, ſi de tempore inchoatæ & finitæ Pſalmorum Expoſitionis conjecturam facere licet, atque obſervationem num.* 422 *datam de ſtylo* Chryſoſtomi *à concionatorio ſemper magis magiſque recedentis & ad ſtylum meri interpretis paulatim accedentis; neceſſe eſt, dicamus, interpretationem Pſalmorum inter ultima Opera Antiochena habendam, figendamque non modò poſt expoſitâ Joannis & Matthæi Euangelia, ſed etiam poſt decem S. Pauli Epiſtolas Antiochiæ elucidatas. Hoc pacto inchoari potuit anno* 394 *aut* 395 *& perfici anno* 397, *qui poſtremus eſt prædicationis Antiochenæ. Aſſignato tempori optimè congruit querela* Chryſoſtomi *de infidelitate Barbarorum, de quibus in Pſalmum* 119 *pag.* 331 *ita loquitur:* Hic autem mihi videtur (*David in Pſalmo*) ſubindicare Barbaros. Et ideo alius quoque interpres hoc ſignificans dicebat: "Libera animam „meam à labio mendaci.„ Talia enim ſunt verba, tales doli, & tales inſidiæ, plena omnia fraude & maximo ſcelere. *Sic, inquam, meritò de Gothis loqui poterat* Chryſoſtomus *anno* 396 *aut* 397. *Nam Gothis frequenter victis pacem dederat Theodoſius Magnus. At, eo defuncto, Alaricus Gothorum rex, qui poſtea Romam cepit, anno* 395 *&* 396 *Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam & Græciam miſerè devaſtavit.*

C

§ XXXII. Ultimum Opus Antiochenum veriſimiliter eſt Expoſitio Iſaïæ uſque ad medium caput 8, quæ ad populum dicta videtur.

QUandoquidem conſtat, Chryſoſtomum *nihil tale cogitantem Antiochiâ diſceſſiſſe, aut vi potiùs & dolo inde abductum eſſe; dubitare vix poſſumus, quin egregius Interpres Opus aliquod abrumpere coactus ſit, illudque aut imperfectum relinquere, aut perficere Conſtantinopoli. Hac de cauſa credere nequeo, Expoſitionem Pſalmorum, quæ tota Antiochiæ videtur perfecta, extremam eſſe lucubrationem Antiochenam* Chryſoſtomi; *ſed alterius libri ſacræ Scripturæ interpretationem, abſolutis Pſalmis, ab eodem ſuſceptam exiſtimo, & diſceſſu inopinato abruptam. Talis mihi ſanè apparet laudatiſſima Expoſitio Iſaïæ Prophetæ, quæ imperfecta manſit, perductaque eſt ſolùm uſque ad medium ferè capitis octavi. Ipſa Operis imperfectio in hanc conjecturam præcipuè me impellit: nam ſic intelligimus, cur non fuerit perfectum, videlicet quia* Chryſoſtomus *non poterat ampliùs dicere ad Antiochenos, quos à facilioribus Scripturæ libris paulatim perduxerat ab obſcuriores; nec exiſtimabat expedire, ut ad Conſtantinopolitanos ab initio diceret continuas in ſacros libros Homilias, nedum ut ordiretur ab obſcurioribus. Altera ratio petitur ex ſtylo, qui merum ferè interpretem refert, ita ut Tillemontius art.* 32 *velit, Commentarium eſſe ſcriptum legentibus, & numquam dictum ad populum.*

D

Veriſimile eſt, imperfectam Iſaiæ expoſitionem Antiochiæ factam,

E

dictamque ad populum, licèt Tillemontius

485 *Montfauconus quoque tom.* 6, *ubi hoc Opus imperfectum in Iſaiam edidit, in Præfatione* § 1 *Tillemontio aſſentitur, multam tamen indicans dubitationem. Lubet aliqua ipſius verba huc transferre.* Hic Commentarius, *inquit*, non modò inter γνήσια, ſed etiam inter præſtantiſſima computandus, ſi ſtylum ſpectes, ſi orandi genus, ſi ethica præcepta & morum inſtitutionem Quæritur primò, num hæc umquam concionando dixerit Chryſoſtomus, an verò ſibi tantùm ſcripſerit, atque in ſcriniis ſervârit. *Et mox reſpondet:* Primam quæſtionem, num videlicet hæc præſente populo concionando protulerit, ſolvere, non ita facile eſt. Certè non paucis in locis populum alloqui videtur, id quod animadvertere eſt per totum ſecundum caput, & in tertio quoque capite. *Tum affert duos locos, qui id clarè non evincunt, ſubditque:* Alia bene multa occurrunt in hoc Commentario, quæ concionantem Chryſoſtomum exhibere videntur.

& Montfauconus ſolùm ſcriptam credant:

F

486 Vix tamen putaverim hæc, ut hodie jacent, in cœtu populi dicta umquam fuiſſe: nullum enim in toto Commentario prooemium comparet, qualia ſolet adhibere Chryſoſtomus, orationis faciendæ & ornandæ auctor locupletiſſimus; nullus epilogus, nulla in fine moralis exhortatio, Chriſti vel Trinitatis laude terminata: qui mos tamen perpetuus eſt Chryſoſtomi in concionibus. Imò verò, etſi multa ſint, quæ concionanti & cœtum alloquenti competere videantur, etſi multa afferantur ex Scriptura, quæ ad perſuadendum maximè valeant, hîc tamen non habentur tales ἀποσροφαὶ, quales conſpicimus in Expoſitionibus in Pſalmos. Quamobrem difficilè crediderim, hæc in cœtu populi vel dicta vel lecta fuiſſe. *Hactenus Montfauconus, cujus ſententiæ me aſſenſurum credidi, imò jam aliquâ ſcripſeram ad illam opinionem confirmandam, figendumque tempore diaconatûs Commentarium in Iſaïam. Verùm contraria ſententia longè probabilior demum mihi apparet, quia concionantem* Chryſoſtomum *in illo Opere multis locis clarè deprehendo, nullibi verò ſe convertentem ad lectorem agnoſco*

nam Sanctus in eo paſſim

487 *Hoc paulò pluribus oſtendere placet, quia ab hac quæſtione pendet etiam tempus compoſiti Commentarii: niſi enim dictum crederem ad populum, non exiſtimarem ſcriptum in fine presbyteratûs. Accipe igitur, ſtudioſe lector, rationes ſex-*

A *ſententiæ meæ. Primò in toto Commentario, diligenter hunc in finem relecto, nullam invenire potui ſententiam, nullam periodum, ac ne vocem quidem unicam, quâ aptè non potuit uti interpres coram multitudine congregata; nihil quoque reperio, quod ſcribentem potiùs indicet quàm loquentem. Veriſimile igitur eſt, non minùs hunc Commentarium fuiſſe pro concione dictum, quàm reliquas* Chryſoſtomi *ſacræ Scripturæ interpretationes. Secundò Interpres ubique ſermonem dirigit ad populum, videturque ubique præſentes alloqui, neque modò in expoſitione capitis ſecundi & tertii, ſed ab initio uſque ad finem. Pauca afferam è multis ad id oſtendendum. Hæc clariora erunt iis, qui Opera ante presbyteratum ſcripta attentè legerint. In caput* 1 *ait pag.* 16: Ut diſcas, qualiſcumque ſit ira Dei & vindicta, eam non in malum, & ut pœnæ inferantur, ſolùm infligi, ſed ut ii, qui puniuntur, ad meliorem frugem revocentur... Non ergo cùm caſtigamur, ſed cùm peccamus, nos dolere par eſt. *Rurſum inferiùs:* Illud verò nobis non parùm utile erit, cùm Judæi à nobis petent vocis* Emmanuel *interpretationem: Eſaïas namque dixit Chriſtum ſic vocan-*
B *dum fore, & tamen numquam ſic vocatus eſt. Reſpondeamus ipſis &c. Hæc omnia ſunt alloquentis populum.*

populum alloquitur 488 *Verba populum clariſſimè alloquentis item ſunt hæc in caput* 2 *pag.* 23: Si autem dixit, Domum Dei Jacob, ne turberis, dilecte; etenim Unigenitus Dei Filius, Deus Jacob erat. *Mox ibidem:* Quòd autem hæc non captiosè dicamus, quæ dicta ſunt, vel impudentioribus fidem facere poſſunt. *Rurſus ibidem:* Ad hæc Judæi ſupra modum impudentes ne hiſcere quidem poterunt. *Deinde pag.* 27: Quòd ſi Judæi de talibus accuſantur, quam nos veniam conſequemur, quam defenſionem, qui poſt tantam gratiam & ineffabilem honorem, ſpemque immortalem, in parem, quam illi, decidimus inopiam? Multi namque jam ſunt, qui hoc morbo laborant *&c. Similia ſunt hæc pag.* 46: Si igitur Judææ mulieres ob talem ornatum tantas ſubiere pœnas,... an non perſpicuum eſt, nos graviora paſſuros eſſe, qui in eadem peccata incidimus? *Cur utroque loco Sanctus dicit* nos, *licèt primo agat de auguriis, ſecundo de ornatu nimio mulierum, in quæ peccata certò non in-*
C *cidebat? Induit perſonam auditorum, ut reprehenſionis acerbitatem tollat, ut aliàs frequentiſſimè facere ſolet. Eodem modo rurſum loquitur pag.* 47: Cùm igitur eadem ſcelera admittimus, quæ admiſerunt illi, qui ſupplicio affecti ſunt, nec eadem, quæ illi patimur, ne confidamus, ſed magis timeamus... In hiſce porrò non ſine cauſa ſum immoratus; ſed quia noxius ille morbus in hominum ædes ingreſſus eſt ob mulierum mollitiem, amor videlicet ornamentorum *&c.*

tamquam præſentem: 489 *Manifeſtè auditores alloquitur pag.* 51 *his verbis:* Scitis igitur alios Scripturæ libros multis hodieque ne de nomine quidem notos eſſe; Pſalmorum autem Opus omnes in ore ferre. *Pag.* 56: Et quid miraris, ſi iniquitas terræ fertilitatem obtundat hominumque fecunditatem, quando etiam propter nos corruptibilis facta eſt? *Rurſum pag.* 65: Et ut diſcas, rem non conjecturâ tantùm niti, ſed hunc illi morem fuiſſe, ex alio quoque propheta id palam facere tentabo..... Verùm hæc ſtudioſis relinquentes; ut colligant & apponant, & utriuſque prophetiæ conſonantiam addiſcant, uti jam dixi, eam, quam nobis propoſuimus, jam accuratè tractemus, pro virili noſtro ſingulas dictiones expendentes. Ita enim & nobis & vobis dilucidiora erunt ea, quæ dicta ſunt. *Neſcio, an quid clarius afferri poſſit, ut intelligamus Sanctum loqui ad multitudinem. Ita pag.* 85 *petit, ut attentus ſit auditor,* Hæc porrò omnia, *inquiens,* in ſequentibus ſubindicavit. Animum autem adhibe. *At vereor, ne tædium pariam, ſi omnia accumulare voluero. Quare multa id genus alia prætermitto.* AUCTORE J. S.

diu poſt diaconatum compoſitus hic Commentarius. 490 *Verùm alio argumento nunc oſtendam, diu poſt diaconatum* Chryſoſtomi *compoſitum eſſe hunc Commentarium. Expoſitionem capitis ſeptimi pag.* 73 *orditur hoc modo:* Id quod ſæpè dixi, id & nunc dicam, prophetias olim non ideo emiſſas fuiſſe ſolùm, ut Judæi futura diſcerent, ſed ut edocti lucrum inde perciperent *&c. Hæc verba oſtendunt,* Chryſoſtomum *diu concionatum eſſe, antequam hæc proferret: loquitur enim de dictis in concione. Atqui concionatus non eſt ante presbyteratum. Diu igitur erat presbyter, quando hunc compoſuit Commentarium. Rurſum pag.* 81 *&* 82 *ita loquitur:* Prophetia erat id, quod dicebatur, & ſub umbra annuntiari debebat, ut ſæpè dixi, ob ingratum audientium animum, ne omnia clarè diſcentes, libros omnes comburerent. *Hoc autem non modò* E *dixit, ſed etiam probavit in Homilia* 1 *de Prophetarum obſcuritate tom.* 6 *pag.* 174 *& ſeqq. Idem probatur ex iis, quæ habet in caput* 6 *pag.* 63 *& ſeqq., ſi conferantur cum quatuor Homiliis de Ozia & Seraphim, quas dixit primo presbyteratûs anno, ut oſtendi § 22. Etenim de Ozia ejuſque peccato in tribus diſſeruit Homiliis, ut rationem redderet, cur à morte ejus tempus propheta indicaret. At in hoc Commentario breviter tantùm eadem aſſerit, utpote antea abundè diſputata. Contrà in ultima ex illis Homiliis, prætermittit in expoſitione verborum Iſaiæ* 6, Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium, *qualis fuerit viſio, cur videatur* ſedens, *cur* ſuper ſolium. *De hiſce verò omnibus eleganter ac eruditè hìc diſſerit. At non omiſiſſet, opinor,* Chryſoſtomus *de iis in laudata Homilia ad populum loqui, ſi jam in diaconatu compoſitus fuiſſet iſte Commentarius.*

Reſpondetur 491 *Argumenta, quibus Tillemontius art.* 32 *& Montfauconus in Præfatione § 1 uſi ſunt, ut oſtenderent, Commentarium in Iſaiam ſcriptum fuiſſe, non dictum, non ſunt magni momenti.* Nullum, *inquit Montfauconus,* in toto Commentario *alicujus Homiliæ* proœmium comparet,... nullus F epilogus, nulla in fine moralis exhortatio, Chriſti vel Trinitatis laude terminata. *Reſpondeo, proœmio item carere Homilias pleraſque* Chryſoſtomi *in Matthæum, in Epiſtolas S. Pauli, in Acta Apoſtolorum, & vel maximè Expoſitiones Pſalmorum: nam Homiliæ iſtæ paſſim inchoantur ab interpretatione loci ſacræ Scripturæ, ad quem in præcedenti Homilia Sanctus pervenerat. Itaque proœmia non ſunt neceſſaria, ut credamus, Iſaiam in publica concione à* Chryſoſtomo *expoſitum. Quod ſpectat ad epilogum, exhortationemque in fine; illa ſimiliter non obſervantur in Commentario in Pſalmos & in Epiſtolam ad Galatas, ita ut nequeat dici, niſi ex conjectura, ubi loqui cœperit, ubi ſermoni finem impoſuerit* Chryſoſtomus. *Hæc autem contigiſſe videntur, quia editor diviſiones Homiliarum, ac laudationes Chriſti ac ſanctiſſimæ Trinitatis, tamquam non neceſſarias lectoribus, videtur abſcidiſſe, ut continua interpretatio appareret clariùs. Si quid valet illud ex epilogo argumentum Montfauconi, valet etiam in Expoſitionibus Pſalmorum, quas tamen coram populo dictas credit.*

AUCTORE J. S. *ad objectiones Montfauconi.*

492 *At, inquit laudatus editor,* Hic tamen non habentur tales apostrophæ *ad auditores*, quales conspicimus in Expositionibus in Psalmos. *Fateor, prolixiores subinde sermones morales ad populum reperiri in Psalmorum Explicatione, quàm in hoc Commentario. At nec ibi perpetuò tam prolixæ sunt: neque hìc desunt observationes morales satis longæ ad populum erudiendum. Quare illa differentia admodùm exigua est: & parùm evinceret, etiamsi esset major: nam* Chrysostomus *methodum concionandi & interpretandi frequenter variavit. In Orationibus contra Judæos vix alia miscet documenta moralia, quàm ut ab iis cavcant Christiani, & eorum ritus aversentur. Ad refutandos autem & confundendos Judæos opportuna admodùm erat Isaïæ expositio. Itaque mirandum non est, si hìc brevior est in adhortando, præsertim cùm per totum decursum moralia admisceat. Sic in Joannem, ubi hæreticos frequentissimè impugnat, brevior solet esse in moralibus, longior in Matthæum. Itaque vim non habent datæ objectiones contra argumenta à nobis producta, quæ & loquentem arguunt interpretem, idque facientem diu post diaconatum.*

B *Verba verò à Tillemontio allata nostræ potiùs*

493 *Tillemontius assumit verba, quæ de pace imperii Romani leguntur pag.* 25. Quòd si alicubi nunc bella gerantur, ea procul sunt & in extremis imperii Romani limitibus, non per singulas urbes & regiones, ut olim. Tunc enim, ut jam dixi, vel in una gente innumeræ sæpè seditiones oriebantur, & diversa bella. Nunc autem quantum terræ spatium sol respicit à Tigride usque ad Britannicas insulas, ipsa tota, & cum illâ Africa, Ægyptus, & gens Palæstinorum, imò quodcumque Romano imperio subjacet, in pace degit. *Hæc* Chrysostomi *temporibus*, maximè ante annum CCCLXXVII, *convenire dicit Tillemontius, indeque suspicatur, Opus esse compositum aut in solitudine aut in diaconatu. Verùm similibus conjecturis deceptum aliquoties Tillemontium jam vidimus. Degebat anno* 377 *in solitudine* Chrysostomus, *poteratque ea de imperio Romano dicere, non nego. At tam Juvenis de Isaïa interpretando non cogitabat, opinor. Certè non poterat dicere,* Quod sæpè dixi, id & nunc dicam, & Ut sæpè dixi *&c; ac si jam tum rationes de prophetiis earumque obscuritate frequenter allegâsset. Post annum* 377 *minùs magnificè de imperio Romano locutus fuisset* Chrysostomus *ob Gothicum bellum, clademque Valentis anno* 378 *acceptam, præsertim cùm anno* 383 *secuta sit tyrannis Maximi & cædes Gratiani. Hinc modo multùm diverso de statu imperii Romani locutus est* Chrysostomus *tom.* 1 *pag.* 344 *in Opusculo ad Viduam juniorem, quod scripsit in diaconatu.*

C *favent sententiæ: altera ejusdem objectio inepta.*

494 *Verùm allegata verba optimè congruunt anno* 397, *cui nos Commentarium innectimus: nam relevata erat imperii Romani gloria multis Theodosii victoriis, & eo anno nullum in imperio Romano bellum gestum invenio. Cúmque annis* 395 *&* 396 *Hunni & Gothi aliquot provincias vastâssent, rectè subjungit* Chrysostomus, *permisisse* ad castigationem ignavorum *Christum*, ut Barbarorum adhuc incursiones essent. *Verùm, subdit Tillemontius, non videtur tantum otii habuisse* Chrysostomus, *postquam creatus est presbyter, ut tantum Opus fuisset aggressus. Inepta rursum observatio. Nam, si Genesim, Si Evangelia Joannis & Matthæi, si pleraque Pauli Epistolas, si demum maximum Psalmorum librum suscepit exponendum; cur, iis absolutis, Isaïam non æquè aggressus esset exponere, idque otii defectu? Objectio verisimilis esset, si Interpretatio esset susceptа præter conciones ordinarias. Verùm cùm ostenderim, ad populum quoque dictum esse hunc Commentarium, non est amplius de otio quærendum.*

D

§ XXXIII. Homiliæ aliæ incerto tempore Antiochiæ habitæ, aliquæ etiam loci incerti.

Homiliæ septem de laudibus S. Pauli,

TAndem pervenimus *ad finem annorum duodecim, quibus populum Antiochenum studiosissimè erudiit* Chrysostomus. *Attamen necdum omnes enumeravimus Homilias ipsius Antiochenas; sed restat breve spicilegium, ut etiam recenseamus Homilias aliquot hactenus indictas, quia notis certi temporis sunt destitutæ. Agmen hìc meritò ducent Homiliæ septem, de laudibus S. Pauli, quas apud Montfauconum habemus tom.* 2 *pag.* 476 *& seqq. Quartam ex hisce Antiochiæ dictam esse, clarè indicant verba ex illa num.* 477 *data, aliaque ibidem pag.* 492 *&* 493 *legenda. Has septem Homilias ex Græcis Latinas fecit Anianus Pelagianus, quòd crederet, in iis reperiri aliquod subsidium hæresi Pelagianæ contra Augustinum aliosque Catholicæ fidei defensores. Verum S. Augustinus, suo loco laudandus, eorum inutiles conatus irrisit, ostenditque* Chrysostomum *æquè hæresi Pelagianæ contrarium, ac alios sanctos Patres.*

E

verisimiliter Antiochiæ dictæ.

496 *Montfauconus in Admonitione prævia, ut* certum *tradit,* has *omnes septem* conciones Antiochiæ habitas fuisse. *Attamen non video, id certis argumentis evinci posse. Omnes Antiochiæ sunt dictæ, si dictæ sunt consequenter. Hoc quidem verisimile est, quia mira est in singulis argumenti varietas: nam in omnibus eumdem laudat Sanctum, in singulis diversam adducit laudum materiam. Hæc tanta argumenti diversitas fortè non reperiretur, si diversis essent habitæ temporibus, & maximè si earum pars dicta esset Constantinopoli. Quare probabile est, omnes consequenter Antiochiæ habitas. De anno nihil est certum: neque assentior Montfaucono, credenti unam ex illis dictam esse ante Homiliam in Kalendas, ut dictum est num.* 281.

F *Homiliæ de Pœnitentia, ex quibus aliquæ invicem secutæ,*

497 *Homilias de Pœnitentia novem edidit Montfauconus tom.* 2 *pag.* 279 *& seqq.; ex hisce verò sex priores certò attribuit* Chrysostomo, *posteriores tres inter genuinas quidem edidit; sed cum qualicumque dubio ob minorem styli elegantiam: alii etiam ediderunt plures hoc titulo; sed non omnes videntur* Chrysostomi. *Porrò Montfauconus credit, pleraque dictas esse Antiochiæ; sed fatetur, se certa non invenire indicia, quo ordine fuerint pronuntiatæ, nisi quòd tertia secundam statim sit secuta. Hoc certum videtur, quia secunda varia docet pœnitentiæ genera, eaque ut nuperrimè dicta repetuntur in tertia pag.* 295. *Verùm has duas præcessit alia de Pœnitentia generatim dicta, eaque mihi videtur esse, quæ quinta est apud Montfauconum pag.* 309, *ubi sic inchoatur:* Læta nobis hodie ac festiva celebritas, solitoque illustrior coetus. Quænam ergo causa? Jejunii præclarum opus hoc esse novi, jejunii non præsentis, sed exspectati. *Hanc autem ante prædictas duas esse habitam, existimo hac de causa. Laudat hìc Sanctus jejunium ac pœnitentiam generatim, ut diabolo terribilia ac Deo grata, vim-*

A *vimque pœnitentiæ oſtendit exemplo Petri, & maximè Ninivitarum. Huc igitur videtur reſpexiſſe, dum ſecundam exorſus eſt hoc modo pag.* 287 : Vidiſtis ſuperiori Dominica pugnam & victoriam; pugnam quidem diaboli, victoriam autem Chriſti? Vidiſtis, ut pœnitentia laudaretur, & diabolus plagam non ferret, ſed trepidaret & horreret.

partim ſaltem in Quadrageſima,

498 *Itaque veriſimile eſt, has tres conſequenter Antiochiæ dictas, ibique ſecutam quartam, in qua circa initium pag.* 302 *Sanctus ita loquitur :* Hac quarta jam die ad pœnitentiæ modum hunc paſcimus gregem, neque vel hodie digredi paramus. *Poſtrema verba inſinuant, necdum voluiſſe Sanctum Homilias de pœnitentia abrumpere, ita ut ſexta Montfauconi pag.* 316 *edita, poſt quatuor laudatas ſecuta eſſe poſſit, maximè cùm dicta ſit poſt mediam Quadrageſimam, ut liquet pag.* 317. *Sanè ſi conſideramus argumenta quinque jam dictarum Homiliarum de Pœnitentia, invicem apriſſimè ſequentur, videnturque habitæ Dominicis Quadrageſimæ, ita ut prima ſit dicta Dominicâ, quæ Quadrageſimam præcedit. Hoc etiam conforme eſt conſuetudini* Chryſoſtomi, B *qui ſolebat diebus Dominicis Quadrageſimæ plerumque, intermiſſa tantiſper ſubtili Scripturarum expoſitione, faciliora tractare ad mores inſtituendos. Nolim tamen dictam conjecturam ut omnino certam dare, nec quidquam certi de anno ſtatuere. Id ſolum addo, in ſingulis ferè reperiri certa aut probabilia indicia, quòd dictæ ſint Antiochiæ.*

& Antiochiæ ſunt habitæ, anniſque potiùs prioribus

499 *In quinta, quæ nobis prima, ſub finem pag.* 316. *ait Orator :* Quare neceſſe eſt dicendi finem facere : nam cupio patris (*id eſt, Flaviani epiſcopi*) audire vocem. Quoniam ipſi quidem quaſi paſtorales pueri ſubtili calamo ſibilamus, veluti ſub quercu aut fago quadam ad umbram ſacrorum horum ſedentes. Hic autem veluti muſicus optimus, auream citharam modulatus, ſonorum concentu univerſum excitat theatrum. *Ex his certum eſt, Homiliam eſſe Antiochiæ dictam: verbaque allata optimè congruunt primo prædicationis anno* 386, *quo tam verecundè agere ſolebat* Chryſoſtomus. *Tertia, quæ ſecundam certè ſecuta eſt, Antiochiæ item habita eſt, ut colligitur ex his verbis pag.* 294 : Is enim laudum eſt cumulus civitati noſtræ, non tumultum & ſuburbia, non domos deauratis trabibus & triclinia, C ſed diligentem populum habere atque excitatum. *Etenim de Conſtantinopoli ſi locutus eſſet, aulam, ſenatum, aliaque plura afferre poterat. Præterea anno primo rurſum optimè quadrant allegata verba : nam initio prædicationis multus erat in laudanda populi diligentia. In quarta non invenio indicia tam clara, utrùm Antiochiæ, an Conſtantinopoli dicta ſit.*

quàm poſterioribus.

500 *Tillemontius art.* 37 *Antiochiæ habitam credit anno* 396, *quia pag.* 304 *hæc dicuntur :* Quandoquidem & nos cum exagitabamur vexati fame, peſte, grandine, ſiccitate, incendiis, hoſtium incurſu, nonne quotidie eccleſia multitudine convenientium anguſtabatur ? *Hunnorum, à quibus anno* 395 *vexatus eſt Oriens, incurſiones deſignari credidit Tillemontius. Verùm ſæpè fallunt ejuſmodi conjecturæ, & bellum quoque fuit in Oriente anno* 385, *ut refert ipſe Tillemontius in Theodoſio I art.* 14. *Non ſatis notæ ſunt calamitates ſingulorum annorum ad argumentum ex iis formandum, quod ſit ſatis certum. Itaque nolui aliquid certi ſtatuere, neque de ordine, neque de tempore hujus Homiliæ ; imò ne de loco quidem : nam quarta illa dicta eſſe poteſt poſt tres alias de Pœnitentia, & æquè Conſtantinopoli ac Antiochiæ, quemadmodum & prima Montfauconi & ſexta. Quare de hiſce nihil addo, niſi primam fuiſſe dictam, poſtquam Sanctus ægrotaverat, eaque de cauſa aliquo tempore ruri degerat. Fateor, & hanc poſſe figi ante ſecundam, & ſic quatuor priores Montfauconi conſequenter dictas eſſe poſſe ; ſed incertum id eſſe fatetur ipſe Montfauconus, & ſecunda magis videtur locanda poſt quintam, quæ certò dicta, quando* Chryſoſtomus *necdum diu prædicaverat.* AUCTORE J. S.

Homilia de Cœmeterio & de Cruce, quam ſecuta eſt

501 *Tomus ſecundus offert alias non paucas Homilias necdum memoratas. De duabus in Proditionem Judæ dictis jam memini num.* 404, *ubi & alias duas attigi ibidem pag.* 403 *ſequentes de Cruce & Latrone. De his breviter dico, tam ſimiles eſſe, ut una potiùs ſit leviter mutata. Exiſtimo priorem Antiochiæ, ſecundamque, ſive priorem parùm mutatam & auctam Conſtantinopoli dictam eſſe. Alia ibi habetur pag,* 397, *dicta* de Cœmeterio & cruce, *quæ extra urbem habita eſt, in Martyrio, ſive in aliqua martyrum eccleſia. Poſt hanc non totis viginti diebus ſecuta eſt Oratio panegyrica* de Sanctis martyribus Bernice & E Profdoce virginibus, & Domnina matre earum, *hoc titulo edita tom.* 2 *pag.* 634. *Etenim hanc ita orditur Sanctus :* Nondum elapſi ſunt dies viginti, ex quo memoriam Crucis celebravimus, & ecce martyrum memoriam celebramus. Tunc dicebam : "Contrivit portas æreas, & vectes ferr„reos confregit„ *&c.*

altera de Bernice, Proſdoce & Domnina : de hiſce etiam alia :

502 *Hæc verba indicant Homiliam de Cœmeterio & cruce, in qua num.* 2 *de iſtis diſſeruit. Itaque, cùm laudatæ Martyres Antiochiæ celebrarentur, ambæ Homiliæ eodem anno ibidem ſunt dictæ, prior die Veneris ſancto, ut modò loquimur, ſive in feſtivitate Paſſi Domini ut ex ipſa clarum eſt ; altera duabus circiter hebdomadis poſt Paſcha. Tillemontius Notâ* 34 *ambas retulit ad annum* 392, *quia credidit S. Domninam ejuſque filias Antiochiæ cultas fuiſſe die* XIV *Aprilis, eique facilè aſſenſus eſt Montfauconus. Verùm Antiochena non videtur, quæ illo die in Martyrologiis reperitur Domnina ; ideoque dies æquè ac annus incertus eſt. De Domnina ejuſque filiabus accuratiùs apud nos agi poterit ad* IV *Octobris. Alia brevior Homilia item Antiochena ſequitur de iiſdem Martyribus pag.* 646.

F

aliquæ jam antè memoratæ.

503 *Antiochenam quoque agnoſcimus Homiliam in feſto Aſcenſionis Domini dictam extra civitatem, cui pag.* 447 *præfixus eſt hic titulus :* In Aſcenſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti Sermo, recitatus in martyrio Romaneſiæ, ubi martyrum corpora ſub pavimento prope cadavera hæreticorum condita, ablata fuerunt, & editiore loco ſeparatim ſepulta. *Vel ſola mentio epiſcopi, qui martyrum corpora, ut dicitur pag.* 448, ſeorſum in puro mundoque loco collocavit ; *ſufficit, ut intelligamus, prope Antiochiam fuiſſe habitam Homiliam. Idem probari poteſt ex initio : ſed annus inde erui nequit, ſecundum mox dicta. Porrò ſequuntur ibidem pag.* 457 *duæ Homiliæ* de ſancta Pentecoſte, *de quibus, uti & de prædicta, antè breviter memini. At non invenio indicia ſatis certa loci, in quo illæ ſunt dictæ.*

Homiliæ plures de Sanctis.

504 *Homilias panegyricas de Sanctis Antiochiæ dictas, præter enumeratas antea, habemus tom.* 2 *ſequentes. Gemina de S. Pelagia virgine Antiochena & martyre, de qua apud nos ad* IX *Junii actum eſt, ubi & utraque data, impreſſa eſt pag.* 585 *& ſeqq. Mox pag.* 592 *ſequitur*

Homi-

AUCTORE J. S.

Homilia de S. Ignatio episcopo Antiocheno & martyre; in qua circa initium dicitur : Nuper puella planè adolescens & virgo, beata martyr Pelagia, magna cum lætitia convivium nobis exhibuit: hodie celebritatem illius beatus hic ac generosus martyr Ignatius vicissim excepit. *Hæc igitur dicta est post aliquam de S. Pelagia, sed anno incerto. Acta S. Ignatii apud nos data & elucidata sunt ad diem* 1 *Februarii. De S. Eustathio episcopo item Antiocheno similiter disseruerunt Majores nostri ad* XVI *Julii. Hunc quoque* Chrysostomus *celebravit Antiochiæ anno incerto panegyrica Oratione, quæ edita est pag.* 603.

inter has Sancto attribuenda est utraque de S. Romano.

505 *Mox ibi subjungitur Laudatio S. Romani martyris Antiocheni gemina pag.* 611. *Harum alterutra verisimiliter dicta est paucis diebus post Homiliam de S. Eustathio. Certe utrumque Sanctum laudavit* Chrysostomus, *ut mox videbimus. Verùm observat Montfauconus in secunda de S. Romano non perspici stylum* Chrysostomi, *idemque observaverat Tillemontius art.* 137. *Fateor illius Homiliæ stylum magis videri turgidum, quàm soleat esse stylus* Chrysostomi. *Attamen verba sub finem pag.* 622 Chrysostomum *utcumque insinuant.* Voluissem equidem, *inquit*, in hujus martyris argumento exsultantem orationem ad finem usque deducere: at justi spatii tempus advenit, & ut fileamus hortatur: nam . . . necessaria sunt patris documenta, ut dicta illa perficiantur. *Hæc sanè insinuant Flavianum præsentem & concionaturum. Invenire autem nequeo, alium presbyterum sub Flaviano concionatum esse, quamdiu illud munus obivit* Chrysostomus. *Magis igitur credo, ipsius revera esse Homiliam: neque enim dictio multùm differt à stylo aliarum quarumdam* Chrysostomi *Orationum in Sanctos. Neque mirandum est, si junior* Chrysostomus *in laudationibus aliquando stylum plusculùm elevaverit.*

Homilia in verba Jeremiæ: Domine non est *&c.*

506 *Post Homilias de S. Eustathio & de S. Romano secuta est alia, tom.* 6 *pag.* 157 *impressa, in verba Jeremiæ cap.* 10 ℣ 23, Domine non est in homine via ejus *&c., quibus abutebantur hæretici, & nominatim Manichæi, ad oppugnandum liberum hominis arbitrium. Nam ibi pag.* 158 Chrysostomus *rationes allegat, cur modò faciliora tractet, modo difficiliora, eaque occasione tres Homilias isti prævias sic enumerat:* Propterea nuper, cùm de Petro & Paulo disseruimus, & de exorta inter ipsos Antiochiæ controversia; pugnámque illam, quæ inter eos esse videbatur, pace quavis utiliorem vobis ostendissemus, cúmque ad præruptam & asperam vos illam viam deduxissemus; quoniam defatigatos vidimus, sequenti die ad aliud argumentum vos traduximus, dum beati Eustathii præconia narravimus, & post illum generosi martyris Romani laudes percurrimus, cùm illustrius nobis factum est theatrum, amplior applausus, ac major strepitus acclamantium. *Ex hisce quatuor Homiliarum sequelam habemus. De prima egi num.* 458 *occasione Epistolæ ad Galatas, in qua narratur illa Principum Apostolorum controversia. Hic solùm de omnibus addo, certò Antiochenas esse, nec mihi dubium apparere, quin dicta sint aliquo ex prioribus Antiochenæ prædicationis annis, quando solebat* Chrysostomus *ita transire ab una materia ad alteram, atque auditoribus familiariter consilii sui rationes reddere, prout etiam facit in Homilia de Petro & Paulo, ubi & peregrinationis suæ cum Flaviano episcopo meminit pag.* 36 *: nam omnia illa non solent reperiri in Homiliis posteriorum annorum.*

507 *Redeo ad tomum secundum, ubi pag.* 622 *& seqq. tres habentur Homiliæ de Sanctis Machabæis. Harum duas priores duobus consequentibus diebus Antiochiæ habuit* Chrysostomus. *In prima ferè sola laudatur Machabæorum mater, ut Sanctus ipse observat in secunda pag.* 628 *his verbis :* Heri siquidem in solius matris laudes sermonem totum impendimus. *Cur tam brevis sit Homilia, pag.* 631 *innuit hoc modo :* Sed jam tempus est, ut finem dicendi faciamus, quò pluribus illi laudibus à communi doctore (*Flaviano*) cumulentur. *Mentio illa Flaviani concionaturi non modò Antiochiam indicat, sed etiam, verisimillimè annum aliquem ex prioribus concionantis* Chrysostomi: *neque enim ullibi invenio mentionem dicturi ad populum Flaviani, nisi in Homiliis, quæ ad annos priores videntur pertinere. Tertia de Machabæis Homilia ob nimiam brevitatem, & qualemcumque styli differentiam, ut dubia est data; ibique etiam fragmentum* Chrysostomi in Machabæos *ex S. Joanne Damasceno.*

Homiliæ duæ de Machabæis, & tertia dubia:

Homiliam de SS. Martyribus secuta est illa,

508 *Post Homilias dictas, aut aliam quamdam de Machabæis, subsecuta est Homilia prolixior de Martyribus, cui pag.* 650 *hic præponitur titulus :* Cùm episcopus martyrum diem ruri celebratum abiisset, habitus est in urbe Sermo in martyres, & de compunctione cordis & eleëmosyna. *In illa de Flaviano, & de nuper celebrato Machabæorum festo meminit Sanctus pag.* 651. *Multus in eadem est sermo de martyrum reliquiis. Acriter verò perstringuntur, qui Sacra-sanctum Christi Corpus indigne præsumunt suscipere. Hinc intelligitur, paulo post secutam esse Homiliam, cui pag.* 658 *est hic titulus :* Rem esse periculi plenam cùm iis, qui dicunt, tum iis, qui audiunt, ad gratiam concionari *&c. Hanc ita orditur :* Satis, opinor, vos nuper increpavimus, ac profundiorem plagam inflximus. Itaque necesse est hodie medeamur, ac mitiora medicamenta quædam apponamus. *Et post pauca :* Diximus, quid sit, Reus erit Corporis & Sanguinis Domini, eadem nimirum pœnas daturum, quas & illi, qui Christum crucifixere, sustinebunt. *Hoc revera in præcedenti dicit pag.* 654 *num.* 3, *ita ut sequela sit certa.*

quæ ostendit, non esse ad gratiam concionandum.

509 *Ambæ hæ Homiliæ pœnitentiam vehementer commendant, & accuratum conscientiæ examen, antequam ad sacram Mensam quis accedat. Non itaque revocat in posteriore, quæ in priore fuerant dicta, sed potiùs confirmat & magis explicat. Occasionem autem secundæ narrat pag.* 660 *his verbis :* Atque hæc non sine causa nunc conqueror, sed quoniam permulti eorum, quæ dicta sunt, acerbitatem non ferentes, cùm hinc recessissent, accedentes indignabantur & exclamabant. "Avocas nos, aiebant, à sacra mensa, „ & à Communione repellis„. Idcirco hæc dicere sum coactus, ut intelligatis me non avocare, sed potiùs convocare, non repellere nec arcere, sed per ipsas reprehensiones magis allicere. *Et mox :* Non est igitur ob ea, quæ dicta sunt, succensendum, sed ea approbanda sunt & laudanda. Quòd si fortè imbecilliores sint quidam, neque defensionem hanc nostram ferant, ita cum illis agam, ut moneam me non à me ipso latas leges exponere, sed de cælo delapsas Litteras legere, ac proinde necessarium esse, ut, cùm hoc mihi creditum sit ministerium, aut, quæ continentur illis, confidenter ac liberè cuncta dicam, & utilitatem ubique, non voluptatem, quæram auditorum, aut eorumdem odium reformidem,

&

A & hoc intempestivo beneficio salutem meam simul & illorum prodam.

Aliæ de martyribus, & de Sanctis variis:

510 *Post istam Homiliam sequitur apud Montfauconum pag. 667 alia perbrevis de Martyribus, in agro Antiocheno dicta, ut liquet ex toto contextu, maximè circa finem, ubi hortatur, ut modestè* ad urbem *revertantur. Aliqui hanc mutilam credunt: neque id improbabile apparet. Antiochena quoque est prolixior* Chrysostomi *Oratio in S. Julianum Anazarbenum martyrem, quæ sequitur pag. 671: nam corpus S. Juliani erat Antiochiam translatum, & mentio suburbii Antiocheni Daphnes fit pag. 677. De S. Juliano egerunt Majores nostri ad* XVI *Martii. In agro item Antiocheno* S. Chrysostomus *celebravit S. Barlaamum martyrem, cujus memoria Martyrologio Romano inserta est ad* XIX *Novembris. Homilia illa satis prolixa pag. 681 est impressa.*

Secuta alia in locum Pauli: Nolo vos ignorare *&c.*

511 *Post laudatam Homiliam die sequente aliam habuit in illa Apostoli verba* 1 *Cor.* 10 ℣ 1, Nolo vos ignorare fratres *&c., editam tom.* 3 *pag.* 228. *Nam pag.* 229 *ita loquitur:* Horum omnium vos testes estis, qui in certaminibus beati Barlaam heri oblectati, . . . leves & expediti

B domum rediistis. *Verno tempore videtur dicta hæc Oratio, cùm in ea paulò antè* Chrysostomus *dicat:* Ego hanc anni tempestatem maximè diligo, non quia liberati sumus hieme, nec quòd æstate fruamur zephyro suaviter afflante; sed quia adsunt spirituales portus, qui nos frequenter excipiunt, festi nempe sanctorum martyrum dies. *Ex allegatis duo colligimus, nimirum Antiochiæ hanc quoque Homiliam esse habitam; priorem verò de S. Barlaam non esse dictam mense Novembri, sed veris tempore aut initio æstatis.*

Laudatio S. Drosidis, ac SS. Martyrum Ægyptiorum,

512 *Redeamus ad Orationes panegyricas. Quæ tom.* 2 *pag.* 688 *habetur, S. Drosidis martyris Laudatio, certò Antiochena est, cùm pag.* 690 *mentio fiat Flaviani: at extra urbem dicta est, ubi erant hujus sanctæ Martyris reliquiæ, ut ibidem dicitur. Ceterùm sancta Drosis aliunde parùm nota est: aliqui tamen credunt, nomen ipsius in aliquot Martyrologiis reperiri ad* XIV *Decembris, sed non parum corruptum. De eo in Opere nostro disputari poterit suo loco. Apud Montfauconum pag.* 699 *sequitur* Laudatio martyrum Ægyptiorum, *quam Tillemontius opinatur Constantinopoli potiùs quàm Antiochiæ dictam, ut observat Montfauconus in Monito prævio, rem tamen relinquens incertam. At mihi videtur mentem* Chrysostomi *non rectè intellexisse. Nam credunt Homiliam fuisse habitam* occasione reliquiarum ex Ægypto eam in urbem, in qua hæc concionatus est Chrysostomus, translatarum. *Verùm non loquitur* Chrysostomus *de translatis corporibus, sed de martyribus Ægyptiis, qui non solùm in Ægypto, sed in aliis quoque provinciis sunt passi. Celebrat nimirum Ægyptios martyres, qui ad metalla effodienda fuerant condemnati, eaque de causa in Syriam missi, ibique martyrio coronati.*

C

qui vivi, in Syriam erant translati: alia de martyribus.

513 *Non dicit, ex Ægypto allata esse martyrum corpora aut reliquias, sed* ex Ægypto martyres *haberi, ex Ægypto missos esse* religionis athletas, *ex Ægypto missos esse* viros, qui urbibus, quæ illis obvenerint, post obitum etiam præstent securitatem. *Hæc omnia vivos martyres designant, non defunctorum corpora, licèt hæc Antiochiæ aut certè in vicinia conservarentur, & magni fierent, ut subjungit* Chrysostomus. *Itaque nullum mihi est dubium, quin hæc Homilia sit dicta apud Antiochenos. Verùm aliam de S. Phoca, utpote Constantinopoli dictam, transilio. Sequitur deinde pag.*

711 *Homilia* Chrysostomo *satis à Montfaucono asserta, cui hic præfigitur titulus:* Laudatio Sanctorum omnium, qui martyrium toto terrarum orbe passi sunt. *Ita hanc orditur Sanctus:* Nondum septem dierum elapsus est numerus, ex quo sacram Pentecostes solemnitatem celebravimus, & nos rursus martyrum chorus assecutus est. *At nulla invenio indicia loci, in quo hæc habita fuit. Ex hoc ipso tamen magis fit verisimile, Antiochenam esse Homiliam, quandoquidem Constantinopolitanæ passim aliquid habent, quo locus possit innotescere. At quocumque loco fuerit dicta, certò* Chrysostomi *est, cujus in ea stylus agnoscitur.* AUCTORE J. S.

Homilia post terræ motum ab ægrotante habita:

514 *Post hanc sequitur pag.* 717 Homilia post terræ motum. *Dicta hæc est ab Oratore ægrotante, ad quem auditores accesserant, imò etiam à decumbente, ut videtur; licèt Montfauconus in alia sit opinione, concionemque in ecclesia aliqua habitam credat extra urbem. Sic incipit Orator:* Etsi adversa valetudo impedierit, quominùs vobiscum spiritualem chorum ageremus, vos tamen itineris labor non deterruit. Licèt enim labor ille vos multo sudore perfusos huc adduxerit: at verbi doctrina cùm ægritudinem meam in bonam E valetudinem mutavit, tum laborem vestrum per psalmodiam recreavit. Idcirco neque ego ob infirmitatem linguam coërcui, neque vos defatigationis ergò audire abnuistis. *Hæc omnia insinuant, venisse auditores ad Oratorem ægrotantem; hunc verò, non obstante morbo, brevem ad illos habuisse sermonem. Mox quoque innuit, se decumbentem loqui. At adducenda sunt verba aliqua Græca, quia Latina in alienum detorta sunt sensum:* οὐκ ἀπεσερήθην ὑδὲ ζήμερον τῆς καλῆς ταύτης ἑορτῆς· ἀλλ' ἕως μὲν ἄρτι τῇ κλίνῃ ἤμεν προσκλωμένοι. Non privatus sum ne hodie quidem pulcra hac festivitate. Sed hactenus quidem lecto fumus affixi; Deus tamen non permisit, ut fame penitus deficeremus. Ut enim vobis fames est non audire, sic & mihi fames non concionari. *Clarè videtur dicere, se lecto affixum; non omnino tamen ea festivitate, cui interesse non potuerat, privatum esse, quia venerant auditores, ad quos brevem hunc habuit Sermonem. Itaque existimo, extemporalem esse adhortationem ægrotantis* Chrysostomi *ad paucos circumstantes, qui terræ motibus exterriti ad ipsum confugerant. De tempore aut loco nihil in ea invenio. Fortè dicta fuerit Constantinopoli anno* 398, *ut observabo num.* 553.

F

aliæ Homiliæ dubiæ.

515 *Alia brevis Homilia subditur pag.* 721, de Juda proditore *inscripta, quæ certò est Antiochena, quia Daphne suburbium in ea memoratur; sed fortasse non est* Chrysostomi, *ut ipse observat Montfauconus. Hic editor ut dubias subjecit sequentes, videlicet pag.* 724 *de S. Basso episcopo & martyre, pag.* 730 *de S. Petro apostolo & S. Elia propheta, pag.* 741 *de S. Abraham patriarcha, pag.* 749 *de S. Thecla virgine & martyre, pag.* 751 *sex Orationes de Fato & providentia, & demum pag.* 778 *duas de Precatione. Has igitur omnes transilio: neque enim ullam ex illis* Chrysostomo *ausim asserere. Rationes verò, ob quas admodùm dubiæ videantur, videri poterunt in Monitis prævis apud Montfauconum loco assignato. Porrò relatas modò Homilias omnes de Sanctis, aliasque cum iis memoratas ad priores prædicationis Antiochenæ annos referendas putem, cùm quia illis annis maximè videtur de Sanctis peroràsse, tum quia Homiliæ aliæ enumeratæ familiarem concionandi methodum, quâ prioribus annis usus* Chrysostomus, *præ se ferunt.*

AUCTORE J. S. *Sanctus à Diodoro Tarsensi ordinatus,*

516 *Cetera Homiliis Antiochenis addendus est Sermo perbrevis in laudem Diodori Tarsensis episcopi, dictus anno incerto, sed certò Antiochiæ, cùm Diodorus aliquot annis ante episcopatum* Chrysostomi *sit defunctus. Editus primùm est hic Sermo ab Emerico Bigotio, ac deinde recusus apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 747. *Diodorus* Chrysostomum *prior laudaverat, ut ille initio Sermonis exponit his verbis*; Sapiens ille ac generosus doctor, super depositâ infirmitate corporis, cùm ad sedem hanc ascendisset, à me sermonis fecit exordium, Joannem Baptistam, & vocem Ecclesiæ, & virgam Moysis, & alia cum his multa me appellans. Ille tunc laudavit, vos exclamâstis: ego procul sedens amarè ingemui... Ego ingemiscebam, quòd laudum mole obruerer.

Ipsum vicissim pro concione laudat.

517 Laudum enim magnitudo, non minùs quàm peccata, mordere solet conscientiam: & cùm quis sibi nullius boni conscius, alios audit multa magnaque bona de se prædicantes, & præsentem opinionem, & futurum diem reputat, in quo omnia nuda & aperta erunt: quódque is, qui tunc judicabit, non ex vulgi opinione, sed ex ipsa rerum veritate judicabit... Hæc omnia
B cogitans, crucior laudibus, & bona opinione vulgi, magnum perspiciens illam inter & futurum judicium discrimen... Hæc igitur omnia mecum reputans, amarè gemebam. Ideo celeriter hodieque præsto sum, ut à vobis auditoribus hujusmodi opinionem excutiam. *Tum incipit laudes sibi datas ad Diodorum deferre, dicitque pag.* 748: Nam Joannis quidem nomen ad nos, animus ad ipsum pertinet: nos ejus appellationem habemus, ipse ejus philosophiam nactus est. *Istud verò de Diodoro usque ad finem ostendere conatur, de se nihil adjungens. Aliud Homiliæ cujusdam fragmentum in laudem Diodori ibidem pag.* 750 *ex Facundo Hermianensi subjunxit Montfauconus.*

§ XXXIV. Virtutes aliquæ Chrysostomi, quæ innotescunt ex concionibus Antiochenis.

C *Sanctus humilitatem Christianis quam maximè necessariam censuit,*

Quamquam ex enumeratione Operum, quæ Sanctus Antiochiæ composuit, non pauca de virtutibus ipsius jam innotescant; lubet tamen ex recensitis modò scriptis aliqua huc congerere, ut magis pateat, quanta humilitate, quanta charitate in Deum & homines, quanta fortitudine ac constantiâ, & quibus demum virtutibus Antiochiæ vitam suam exornaverit sanctus Presbyter. Ab humilitate, cujus jam varia data sunt specimina, tantò libentiùs ordiar, quantò eam frequentiùs commendavit Chrysostomus, *præsertim cùm inimici deinde superbiam & arrogantiam modestissimo Viro objecerint. Primùm quàm necessaria sit Christiana humilitas, declarat in Homilia de Profectu Euangelii tom.* 3 *pag.* 301: Hæc cùm sciamus, dilecti, *inquit*, etiamsi in ipsum virtutis fastigium pervenerimus, nos omnium extremos existimemus... Philosophiæ quippe nostræ fundamentum est humilitas. Etsi innumera fursum ædifices, etsi eleëmosynam, preces, jejunium, omnesque virtutes congeras, nisi eam pro fundamento posueris, omnia frustra & incassum ædificâsti, citóque corruent, perinde atque ædificium illud super arenam exstructum. Nullum quippe opus bonum non illa eget, nullum sine illa sta-
re poterit. Sed etiamsi continentiam dixeris, etiamsi virginitatem, etiamsi pecuniarum contemptum, etiamsi quidvis aliud, omnia immunda, exsecranda & abominanda, absente humilitate, sunt. Ubique igitur illam in verbis, in operibus, in cogitationibus assumamus, & cum illa hæc ædificemus. *Similia frequenter aliis locis dat monita.* D

eamque virtutem studiosè semper exercuit.

519 *Quod autem aliis prædicabat, ipse exsequi studiose conabatur. Vidimus variis locis humilia ipsius verba ante presbyteratum. Vidimus* § 9, *quanta humilitate episcopatum fugerit. Vidimus* § 17, *quibus verbis usus sit, dum presbyter erat ordinatus. Pergo ad alia necdum data. Tom.* 2 *pag.* 455 *ait:* Tunc & nos rapiemur, *sed mox ita dicta corrigit:* Non equidem me ipsum in numerum ac calculum rapiendorum (*obviam Christo*) referens, dixi NOS: non equidem ita sum expers sensûs ac rationis, ut propria ignorem peccata. Et nisi jam metuerem conturbare lætitiam præsentis festivitatis, flerem sanè amarissimè istius dicti memor, & mea peccata in memoriam revocans. *Tom.* 4 *pag.* 339 *humilitatem verbo & facto docet, ita loquens:* Vera autem humilitas est, quando cedimus iis, qui nobis videntur esse minores, & eos veneramur, qui E nobis inferiores esse videntur. Quod si rectè sapimus, nullos etiam nobis esse minores arbitrabimur, sed nos superari ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico non de nobis, qui innumeris immersi sumus peccatis: sed etiamsi quis sibi plurimorum bene gestorum conscius sit, nisi apud se sentiat, se omnium esse postremum, nulla ei futura utilitas ex omnibus bonis suis operibus. *Similia alia prætermitto.*

Ardentissimus Dei amor,

520 *Humilitatis pariter erat & amoris Dei, quòd probrosa & gravia pro Deo pati desideraret. Hoc animo dicebat tom.* 1 *pag.* 453: Vocet me quivis ex illis infidelem, non indignè fero... Et quid dico, vocet me infidelem? Me stultum in Christo appellet: & hac de re quasi de corona gloriabor: etenim cum Paulo in partem ejusdem appellationis venio. Ait quippe: "Nos stul„ti propter Christum„. *Rursum tom.* 7 *pag.* 243: Contingat mihi & contumeliis affici & contemni propter Deum potiùs, quàm honorari ab omnibus regibus: nihil enim, nihil utique huic honori par est. *Altiori sanè incedit cothurno, ac divino amore quasi ebrius loquitur tom.* XI *pag.* 53, *agens de vinculis S. Pauli.* Nihil est enim æquè præclarum, *inquit*, atque vincula propter Christum, atque catenæ sanctis illis manibus impositæ. Vinctum esse propter Christum est præclarius, quàm esse Apostolum, quàm esse doctorem, quàm esse Euangelistam. Si quis amat Christum, novit quod dicitur. Si quis in Dominum insanit, & ejus amore utitur, novit vim vinculorum. Maluerit esse vinctus propter Christum, quàm habitare cælos. Quovis auro splendidiores eis ostendebat manus; & quovis regali diademate. Non enim tam splendidum facit caput vitta ex gemmis composita ei imposita, quàm catena ferrea propter Christum. Tunc erat regiis ædibus carcer præclarior. Quid dico regiis ædibus? ipso quoque cælo: habebat enim vinctum Christi. Si quis Christum diligit, novit hanc dignitatem, novit hanc virtutem, novit, quantum generi hominum sit gratificatum, quòd propter ipsum sit vinctus. Hoc fortasse est præclarius, quàm sedere à dextris ejus: hoc est magnificentius, quàm sedere super duodecim sedes, vinctum esse propter Christum. Et quid dico de rebus humanis? Me pudet conferre divitias & ornatum aureum cum vinculis. Sed magna illa mis- F
sa

A sa faciens, etiamsi res nullam haberet mercedem, hoc solum est magna merces & sufficiens remuneratio, hæc gravia pati propter eum, qui amatur. Sciunt, quod dicitur, qui amant, si non Deum, at homines: qui magis lætantur, si malè patiuntur pro iis, quos amant, quàm si honorentur.

quo flagravit Chrysostomus,

521 Hoc sancti chori solùm est intelligere, Apostolorum, inquam. Audi enim beatum Lucam dicentem, eos rediisse gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. Atque aliis quidem videtur esse ridiculum; si probro & contumeliâ esse affectum, sit esse dignitatem assequutum, si probro esse affectum, sit lætari. Iis autem, qui sciunt Christi desiderium, hoc esse existimatur omnium beatissimum. Si quis mihi offerret totum cælum, aut illam catenam, ego illam præferrem. Si quis me apud superos collocaret cum angelis, aut cum Paulo vincto, eligerem carcerem. Si quis me faceret unum ex potestatibus, quæ sunt circa cælos, aut circa thronos, aut talem esse vinctum, potiùs optarem talis esse vinctus. Et jure quidem. Nihil enim est illâ catenâ beatius. Vellem nunc esse in illis lo-

B cis, in quibus dicuntur manere illa vincula, & videre, virosque illos admirari propter Christi desiderium. Vellem videre catenas, quas pertimescunt quidem & horrent dæmones, reverentur autem angeli. Nihil est melius quàm malè pati propter Christum. Non tam beatum prædico Paulum, quòd raptus sit in paradisum, quàm quòd conjectus sit in carcerem. Non tam eum dico beatum, quòd audierit arcana verba, quàm eum censeo beatum propter vincula: non tam beatum dico, quòd raptus sit in tertium cælum, quàm propter illa vincula. *Hactenus* Chrysostomus, *qui sic loqui non poterat, nisi anima ipsius felici vulnere divini amoris vehementer fuisset sauciata.*

ex incenso pro Christo patiendi desiderio

522 *Neque etiamnum sistit: neque ego aurea Amantis verba lectori subtrahenda censeo, sed pauca tantùm brevitatis causâ resecabo:* Mihi est optatius, *inquit*, malè pati pro Christo, quàm honorari à Christo. Hoc magnus est honor, hoc est gloria, quæ omnia exsuperat. *Allatoque exemplo Christi, pro servis & peccatoribus passi, rursum exclamat:* O beata vincula! ô beatas manus, quas ornavit illa catena! Non erant adeo honorandæ Pauli manus, quæ claudum, qui erat

C Lystris, erexerunt & fecerunt surgere, ut quæ indutæ erant vinculis. Si ego fuissem illis temporibus, tunc maximè eas essem amplexus, & pupillis meis admovissem: non cessâssem deosculari manus, quæ dignæ sunt habitæ, quæ pro Domino meo vincirentur.... Si quis mihi dederit nunc, ut suscitem mortuos; non hoc elegerim, sed catenam. Si ab ecclesiasticis curis essem remotus, & esset mihi corpus sanum ac validum, non recusârim hanc susci pere peregrinationem, ut solùm viderem catenas, ut carcerem, in quo fuit vinctus. *Deinde Christi testimonio valorem vinculorum probat, & pag.* 55 *subdit:* Dignus quoque est habitus Petrus hac catena.... Si quis ergo mihi diceret: Quid malles, an esse angelus, qui Petrum pupugit; an Petrus, qui salvus evasit? Mallem esse Petrus, propter quem venit angelus. Illa mihi prodessent vincula... Revera est maxima gratia (*pati pro Christo*) & major illis omnibus, quàm solem & lunam sistere, quàm mundum movere. Hoc majus, quàm vincere aut expellere dæmones...

luculenter cognitus,

523 Non propterea bonum est vinctum esse propter Christum, quòd ea res regnum conciliet, sed quòd ea fiat propter Christum. Non propterea beata prædico vincula, quòd transmittant in cælum, sed quòd ea sint propter Dominum cæli. Quanta est gloriatio scire, quòd propter Christum sit vinctus!... Vellem hæc perpetuò effari, vellem hærere catenæ, etsi reipsa sum privatus; at ratione per affectionem animam eâ circumdare. *Vides, opinor, studiose lector, Virum vinculis purissimi ardentissimique amoris constrictum. At necdum à Pauli vinculis abscedit* Chrysostomus, *neque ego adhuc* Chrysostomi *suavissima verba desero.* Parùm mihi concedite, *inquit pag.* 57, & permittite, ut dum à verbis abscesserim Apostolicis & in factis Apostolicis me expleverim deliciis, in Pauli catena convivari: date mihi in ea paulò ampliùs versari. Apprehendi vinculum, nemo me abducet. Tutiùs ego nunc sum vinctus desiderio, quàm ille tunc ligno. Hoc nemo solvit vinculum: est enim à Christi desiderio. Hoc neque angeli, neque regnum cælorum potest solvere. Licet audire ipsum Paulum dicentem: "Neque angeli, neque princi-
„ patus, neque instantia, neque futura, neque
„ altitudo, neque profundum, potest nos sepa-
„ rare à Caritate Christi,,.

AUCTORE J. S.

E

factisque abundè probatus.

524 *Mox multa subtiliter de carcere Apostolorum differit, atque iterum pag.* 64 *subjungit:* Quid agam? Volo tacere, sed non possum... Volo cœptam interrumpere orationem: ea verò non sinit. Nam... apprehenso admirabili carceris poculo eorum, qui vincti sunt propter Christum, non possum cessare, non possum silere. *Hactenus* Chrysostomus, *qui multa de vinctis pro Christo subjungit, & in sequenti quoque Homilia eamdem materiam attingit. At data verba mihi videntur sufficere, ut ardentissimam divini Viri charitatem possimus agnoscere; præsertim cùm tota ipsius vita allegatis verbis sit conformis. Nam sive* Chrysostomum *spectemus in domo materna solitarium, sive in eremo monachum, sive Antiochenæ ecclesiæ diaconum, sive docentem Antiochenos presbyterum, sive in cathedra Constantinopolitana rectorem, sive in exsilio multis calamitatibus affectum, modò dicta ipsius & facta maturè expendamus, ubique reperiemus tam prosperis quàm adversis superiorem, miroque ardore ad Deum rectà volantem.*

Chrysostomi tenera charitas

525 *Ab eximio Sancti amore in Deum transeo ad dilectionem proximi, ex illo tamquam ex fonte profluentem. Amorem suum erga Antiochenos declarat tom.* 3 *pag.* 362, *ubi Homiliam de controversia inter Petrum & Paulum sic exorditur:* Unum à vobis abfui diem, & perinde quasi anno integro separatus à vobis fuissem, ita tristis mœstusque permansi. Atque hæc vera esse ex iis, quæ vobis acciderunt, ipsi cognoscitis. Ut enim lactens puerulus à maternis avulsus uberibus, quocumque tandem abductus fuerit, crebrò se huc illucque convertit, & matrem suam circumspicit: sic ego quoque procul à materno sinu translatus, crebrò circumspiciebam, & undequaque sacrum hunc vestrum cœtum requirebam. Sed ea me res tamen satis consolabatur, quòd dum amantissimo patri (*episcopo Flaviano*) parêrem, id mihi accideret, & conceptum ex separatione mœrorem obedientiæ præmium abstergebat. Est enim hoc mihi vel quovis diademate illustrius, & coronâ glorioſius, ubique cum genitore peregrinari. Hoc mihi ornatus est & securitas; ornatus quidem, quòd sic eum mancipârim, & ad amorem meum pellexerim, ut nusquam sine Filio velit apparere; securitas autem, quòd dum præsentem intuetur atque certantem, omnino suarum etiam precum auxilium nobis suppeditet. *Hæc verba simul & aman-*

F

AUCTORE J. S.

amantem populi, & observantem episcopi sui, & modestum exhibent Chrysostomum.

ac dilectio Antiochenorum,

526 *Charitatem suam non minùs testatur tom.* 2 *pag.* 279, *ubi post morbum, cujus causâ* ruri *fuerat* commoratus, *ut dicitur pag.* 280, *suos redux sic alloquitur:* Num, quæso, memores nostrî fuistis, quanto tempore à vobis abfuimus? Nam ipse quidem vestrî nusquam oblivisci potui, sed urbem dimittens, memoriam vestrî non dimisi: quemadmodum enim, qui corporum præstanti forma capiuntur, quócumque recesserint, secum desideratan faciem circumferunt: haud secus ipsi venustate animarum vestrarum tacti, eam mentis vestræ speciem semper nobiscum circumferimus. Et quemadmodum pictores coloribus variis mixtis corporis imagines effingere consueverunt: ita & ipsi studium vestrum in collectis, in audiendo alacritatem, benevolentiam erga Concionatorem, cæteraque omnia officia, veluti colores virtutum varios immiscentes, atque ipsum animarum vestrarum charactorem imprimentes, mentisque apponentes oculis, ea speculatione satis nostræ peregrinationis accepimus solatii. Hæc & sedentes, & surgentes, & ambulantes, & quiescentes, &
B introëuntes, & exeuntes, continuò versabamus, caritatem vestram vel in somniis intuentes, neque interdiu solùm, sed etiam noctu iisdem cogitationibus quasi deliciis enutriebamur, illud cum Salomone scientes: "Ego dormio, & cor meum „ vigilat„. Idipsum & nobis contingebat: nam somni quidem necessitas palpebras ipsas contrahebat, tyrannis verò amoris vestri oculos nostræ mentis excitabat: atque sæpenumero per somnum vobiscum loqui mihi videbar. Etenim consuevit anima, quæ interdiu cogitat, eadem in somnis per phantasiam cernere, quod & nobis tunc accidit: & vos carneis oculis minimè videns, oculis caritatis cernebam, corporeque absens, affectu præsens eram; meæ aures semper clamore vestro personabant. Quare & corporis ægritudine ibi diutiùs cogente immorari, & aëris salubritate ad carnis sanitatem proficiente, id vis amoris vestri non tolerabat, sed exclamabat, neque priùs molestando cessavit, quàm nobis suaserit ante præfixum tempus exsurgere, & sanitatem, & voluptatem, & omne quodcunque est bonum, conventum hunc vestrum existimare. Huic igitur morem gerentes, maluimus redire,
C tametsi morbi reliquiæ restarent, quàm corporis infirmitatem prorsus deponere satagentes, de cætero caritati vestræ molestias inferre. Nam & illic manens criminationes vestras audiebam: continuæ enim literæ has nobis afferebant, animumque adhibui criminantibus non minùs, quàm laudantibus. Nam animæ scientis amare illæ criminationes fuerant, absentiam nostram accusantes. Propterea surgens cucurri; propterea numquam mea vos mente quivi excludere. *Hactenus* Chrysostomus, *cujus allata hactenus verba quàm tenerrimum amoris affectum insinuant. Plura id genus prætermitto, ut fortem quoque & prudentem* Chrysostomi *amorem videamus.*

quos increpabat quidem ob defectus,

527 *Adeo non semper auditores suos laudabat* Chrysostomus, *ut illos sæpè etiam increparet, quando deerant officio suo, & quidem multò frequentiùs, atque acriter reprehenderet. Vel sic tamen prudens Orator insignem frequenter innuit dilectionem. Queritur tom.* 7. *pag.* 374, *ab aliquibus maledicta & convitia in se jaci, pergitque hoc modo:* Ego enim, etsi sexcenties maledicas, puro tibi corde pacem dico sinceraque mente, nec quid mali de te possim dicere: paterna quippe gero viscera. Si te quandoque carpam, curâ tui permotus id facio. Tu verò clanculùm mordes, & cùm me in dominica domo non excipias, vereor ne mihi mœrorem augeas: non quia contumeliâ affecisti, non quia ejecisti, sed quia pacem repulisti, & grave illud tibi supplicium attraxisti. Etiamsi enim pulverem non excutiam, etiamsi non avertar, comminatio tamen immota manet. Ego namque pacem vobis sæpè repeto, neque dicendi finem faciam. Quòd si me cum contumeliis excipiatis, neque sic pulverem excutiam: non quòd Domino non paream, sed quia amore vestrî vehementiùs ardeo. D

sed cum charitate.

528 *Loquitur contra eos, qui immodestè se gerebant in ecclesia, & sic Concionatorem quasi expellebant, ut patet ex antecedentibus & consequentibus verbis.* Ideo lugeo, *inquit infrà*, & lugendi finem non faciam... Suscipite ergo nos, sicut Paulus præcepit. Neque enim de mensa loquebatur ille, sed de voluntate & animo. Hoc & nos à vobis postulamus, caritatem & amorem illum ardentem & sincerum. Quòd si hoc non fertis, saltem vos mutuò amate, præsentem deponentes negligentiam. Hoc nobis ad consolationem satis est, si videamus vos rectè agentes E & meliores effectos. Sic majorem ego caritatem exhibebo, si ferventiùs amans, minùs amer à vobis. *Ita sacer Orator, cupiens à suis diligi, quia id illis erat utile.*

Auditorum utilitatem, quærebat, non plausum.

529 *Prudens ille populi Amator non plausum desiderabat audientium, sed utilitatem & emendationem, ut frequentissimè declarat.* Laudâstis ea, quæ dicta fuere, *ait tom.* 1 *pag.* 471, cum magno tumultu & plausu admonitionem accepistis. Sed ut nobis laudes ipsis operibus exhibeatis, non longum tempus quæritur ad obsequentiam demonstrandam: exhortationem oratio sequatur: hanc quæro laudem, hunc per opera ipsa plausum. *Acriùs insurgit tom.* 7 *pag.* 232, *ita loquens:* Hæc dicta laudâstis: sed plausibus, tumultu, & sonitu non opus est mihi. Unum volo tantùm, ut cum quiete & sagaci attentione, quæ dicuntur, audientes, dicta exsequamini. Hoc mihi plausûs & laudis loco est. Si verò ea, quæ dicuntur, audias, & non facias ea, quæ laudas, majus erit supplicium, gravior accusatio, nobisque pudor & irrisio. Non enim theatrum sunt hæc, non tragœdos nunc spectatis, ut solùm F plaudatis. Magisterium est hìc spirituale. Quapropter unum studium est, ut, quæ dicuntur, opere compleatis, & obedientiam gestis commonstretis. Tunc enim omnia assequuti erimus: at nunc penè desperare cogor.

hinc acer erat in objurgando,

530 Nam & privatim eos; qui me convenerunt, hæc monere non cessavi, & vobis in commune loquutus, nihil tamen hinc fructûs hactenus perceptum video.... Ideo & nos lugemus & plangimus. Ac si perseverantes vos videro, vos demum sacrorum liminum aditu interdicam, necnon participatione immortalium Mysteriorum, quemadmodum fornicatores, adulteros, & eos, qui de cædibus accusantur. *Hæc tam gravia contra jurantes intorquet. Contra eosdem jam anno* 387 *tales intentaverat minas, ut dictum est num.* 371. *Addit mira libertate:* Ne quis dives, ne quis è primoribus infletur, vel supercilia attollat. Hæc omnia mihi fabula sunt, umbra & somnium. Nullus enim eorum, qui opulentiores sunt, mihi tunc patrocinabitur, cùm accusabor & rationes dare cogar, quòd non cum debita vehementia leges Dei vindicaverim. *Ejusmodi reprehensiones deinde tamen non rarò leniebat.*

531 *Hinc*

A *at reprehensionis acrimoniam sæpe deinde leniebat:*

531 *Hinc tom.* 8 *pag.* 66 *Homiliam* 12 *in Joannem sic orditur:* Fortè plus, quàm par erat, vobis nuper oneroſi & moleſti fuimus, acriori uſi ſermone, & longa contra multorum deſidiam oratione habita. Verùm ſi id mordendi ſolùm causâ feciſſemus, jure nobis ſinguli ſuccenſerent; ſi verò utilitatem veſtram ſpectantes, auditorum gratiam inire non curavimus; etiamſi illam profectûs veſtri curam, quam geſſimus, acceptam habere nolitis, amori ſaltem noſtro veniam concedatis oportet. Admodùm enim timemus, ne nobis cum ſtudio multo concionantibus, vobis autem dictis attendere negligentibus, graviores vobis rationes reddendæ ſint. *Hac de cauſa dolorem ſuum iterum declarat in Homilia ſequenti pag.* 71: Numquid fruſtra currimus, & fruſtra laboramus? Num ſupra petras ſemen jacimus? Num ſecus viam vel inter ſpinas jacta ſemina latent? Anxius ſum & timeo, ne inutilis nobis agricultura ſit; etiamſi nullum in hujuſce laboris mercede detrimentum paſſurus ſim... Attamen, licèt hanc firmam conſolationem habeamus, licèt de retributione fidamus, quando vos nihil opere proficere videmus, nihilo meliùs afB ficimur, quàm agricolæ, qui gemunt & lacrymantur. Hoc doctoris miſericordia, hoc patris cura eſt. *Et mox ait, ſe meliora de ipſis confidere, ſubditque:* Hæc vobis dicimus, ut ſtudium veſtrum augeamus, & vitæ probitatem in dies accreſcere curemus. *Similia multis aliis locis repetit.*

pauperum cauſam frequenter agit,

532 *Eadem charitas impellebat* Chryſoſtomum *ad cauſam pauperum frequenter ac fortiter agendam, diviteſque immiſericordes & avaros graviſſimis verbis perſtringendos. Teterrimam avari imaginem diſertis verbis pingit tom.* 10 *pag.* 78 *& ſeq., cum feris & dæmonibus avaros comparans. Tum addit pag.* 80: Scio multos eſſe, qui ob hæc verba nos odio habent. Ego verò illos non odi, ſed eorum miſereor, & eos, qui ſic affecti ſunt, lacrymis proſequor: etiamſi percutere velint, libenter id tulerim, ſi ab hac feritate abſtinere velint. Neque enim ego ſolus, ſed etiam propheta nobiſcum hujuſmodi homines ab humana cognatione expellit. *Tantò autem liberiùs poterat pro aliis poſtulare, quantò minùs aliquid pro perpetuo concionandi labore deſiderabat, patrimonio ſuo victitans. Hinc ita loquitur tom.* 10 C *pag.* 401: Et ſcio quidem, quòd multi ex iis, qui unà aſſident, nos rurſus reprehendent, cùm de his diſſeramus, dicentes: Ne, rogo, ne ſis gravis & moleſtus auditoribus; ſed permitte libero arbitrio & voluntati auditorum... Sed hæc verba non feram. Neque enim Paulum pudebat pro his aſſiduè eſſe moleſtum, & mendicantium more loqui.

diviteſque avaros ea de cauſa objurgat.

533 Nam ſi hoc dicerem, Da mihi & depone in meis ædibus, pudendum fortè eſſet, quod dicerem, imò verò ne tunc quidem. Nam, Qui altari, inquit, aſſident, altaris ſunt participes. Cæterùm fortaſſe quiſpiam me reprehenderet, ut qui pro me verba facerem. Nunc autem ſupplico quidem pro egentibus: imò verò non pro egentibus, ſed pro vobis, qui præbetis; & ideo loquor liberè.... Non ergo erubeſcam, ſed liberè dicam: Date egentibus, & majori voce, quàm qui egent. Nam ſi quiſpiam poſſet oſtendere & probare, quòd hæc dicentes, ad nos ipſos traheremus, & prætextu pauperum ipſi lucraremur, non ſolùm probro ac dedecore digni eſſemus, ſed qui vel à mille fulminibus feriremur, & qui hæc agerent, ne mererentur quidem vivere. Si autem Dei gratiâ pro nobis minimè moAUCTORE leſti ſumus, ſed ſine ſumptu vobis poſuimus Eu- J. S. angelium; non laborantes quidem ſicut Paulus, ſed contenti propriis, dicam cum omni fiducia, Date egentibus; nec ceſſabo hoc dicere, & eorum, qui non dant, ero gravis accuſator. Si enim eſſem dux exercitûs, & milites haberem, non me puderet alimenta petere pro militibus: valde enim amo veſtram ſalutem. *Hactenus Amator pauperum.*

Eximia Sancti fortitudo:

534 *Lubet etiam paucis oſtendere, quanta animi fortitudine vigeret præſtantiſſimus Presbyter. Egregium ſanè exemplum dat in Homilia, poſt terræ motum dicta tom.* 1 *pag.* 775, *ubi ſic loquitur:* Alii quidem omnes ob terræ motum timore correpti erant, ego verò propter cauſam terræ motûs. Satiſne capitis, quid dixerim? Illi quidem pertimeſcebant, ne concideret civitas, & interirent: ego verò, quòd nobis Dominus iratus eſſet, metuebam. Non enim grave eſt mortem obiiſſe, ſed grave eſt Dominum irritâſſe... Noli umquam ſupplicium timere, ſed ſupplicii parentem peccatum *&c. Tom.* 7 *pag.* 790 *ſic alloquitur eos, qui ſanctiſſimi Sacramenti ſunt diſpenſatores:* Sed etiamſi præ ſtultitia ille (*indignus*) E ad Communionem accedat, cohibe illum, ne timeas. Time Deum, non hominem. Si timeas hominem, ab illo irrideberis; ſi Deum, etiam hominibus venerabilis eris. Si non audes, mihi adduc, nec permittam hujuſmodi auſus. Animam potiùs amittam, quàm indigno Sanguinem Dominicum præbeam: & ſanguinem potiùs profundam, quàm tremendum Sanguinem dem, cui non par eſt. *Hæc de virtutibus ſancti Presbyteri interim nobis ſufficiant, licèt plura addi poſſint ex Operibus ipſius.*

fructus prædicationis Antiochenæ,

535 *Lubet tamen Sozomenum audire, de fructu prædicationis Antiochenæ loquentem lib.* 8 *cap.* 2: Erat Antiochiæ ad Orontem presbyter quidam, nomine Joannes, nobili genere natus, vitâ integer, dicendi perſuadendique artifex egregius, & omnium ſui temporis oratorum præſtantiſſimus, ſicut Libanius Syrus ſophiſta teſtatus eſt... Multos porrò, qui in eccleſia ipſum audiebant, ad virtutis ſtudium impulit, & in doctrina fidei ut idem cum ipſo ſentirent, effecit. Nam cùm vitam ageret planè divinam, ad æmulationem virtutis ſuæ auditorum animos excitabat. Poſt hæc verò facilè eos adducebat, ut eamdem ſecum F ſententiam amplecterentur: quippe qui non arte quadam aut eloquentiæ vi iſtud ageret; ſed ſincerè, tamquam veritatis ſtudioſus, ſacras Scripturas exponeret. Etenim oratio, quæ operibus exornatur, meritò videtur fide digna. Si verò operibus deſtituta ſit, oratorem impoſtorem eſſe arguit, ac ſuorum ipſius dictorum reprehenſorem, tametſi is in docendo magnæ ſit diligentiæ. Porrò Joannes utraque laude ex æquo floruit. Nam ejus quidem vivendi ratio & converſatio, gravis fuit ac ſevera; dictio verò perſpicua ſimul ac ſplendida.

quia Sancti vita cum eloquentia congruebat.

536 *Et poſt alia quædam:* Vicit enim illa (*perſuadendi vi*) eos, qui pari (*imò ſimili*) dicendi ac perſuadendi facultate pollebant. Hac ipſa populum etiam ad ſe pertraxit, eò maximè quòd peccantes crebrò coargueret in eccleſia, & adverſus eos, qui injuriam feciſſent, tamquam ipſe injuriâ affectus, commoveretur. Quæ res grata quidem erat multitudini; moleſta verò opulentioribus ac potentioribus, à quibus ferè delicta committi ſolent. *Hactenus Sozomenus, Sancto noſtro ætate proximus. Quàm irreprehenſibilis*

AUCTORE J. S.

fuerit vita Chryſoſtomi *toto tempore, quo vixit Antiochiæ, colligitur etiam ex Dialogo Palladii. Nam, eo teſte pag.* 49, cùm *poſtea inimici ipſius* miſiſſent primùm Antiochiam, adoleſcentiæ ejus (*imò & juventutis & haud dubiè etiam presbyteratûs*) delicta *perquiſituri*, defecerunt ſcrutantes ſcrutationes, & nihil invenerunt. *Georgius Alexandrinus pag.* 180 *duo narrat miracula, videlicet filium Euclæ mulieris primariæ febri divinitus liberatum, & conjugem præfecti, qui Marcioniſtæ fuiſſe dicuntur, ex dyſenteria ad integram ſanitatem, ſimulque ad fidem cum marito perductam. Nihil quidem in hiſce prodigiis eſt, quod fidem ſuperet: ſed auctor tantam non meretur fidem, ut ea, tacentibus antiquioribus, pro certis habere poſſimus. Ceterùm quanti fieret* Chryſoſtomus *ab Antiochenis, luculenter patebit ex modo, quo clanculùm abductus eſt Conſtantinopolim.*

§ XXXV. Chryſoſtomus juſſu Arcadii imperatoris dolo evocatus Antiochiâ, Conſtantinopolim perducitur, ibique conſecratur epiſcopus.

Defuncto Nectario epiſcopo Conſtantinopolitano,

DE *modo, quo* S. Joannes *ad epiſcopatum promotus eſt, conſentiunt ſcriptores. Socrates lib.* 6 *cap.* 2 *tempus, quo deceſſor ipſius obiit, aliaque tunc Conſtantinopoli facta, exponit his verbis:* Nectarius Conſtantinopolitanus epiſcopus extremum diem obiit, Cæſario & Attico conſulibus (*id eſt, anno* 397:) quinto Calendas Octobris. Statim igitur de ordinando epiſcopo contentio exorta eſt, aliis alium poſtulantibus. Cúmque hac de re conſilium ſæpiùs initum fuiſſet, placuit tandem, ut Joannes Antiochenſis eccleſiæ presbyter Antiochiâ accerſeretur. Fama enim de illo increbuerat, eum doctrinâ ſimul & eloquentiâ pollere. Modico igitur temporis ſpatio interlapſo, imperator Arcadius communi omnium ſuffragio, cleri videlicet ac populi, eum accerſit.

C *Palladius in Dialogo pag.* 42 *de hiſce habet ſequentia:* Dum hæc ad Chriſti fidelium gubernationem optimè ſic ſuccedunt (*concionante*) Chryſoſtomo *Antiochiæ*) moritur beatus Nectarius, epiſcopus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ.

Chryſoſtomus, ab Eutropio commendatus,

538 Tunc concurrunt quidam, qui non quærebantur, ambientes epiſcopatum viri quidam minimè viri; presbyteri quidem dignitate, ſed ſacerdotio indigni; alii prætorium fatigantes, alii donis corrumpentes, alii verò ad plebis etiam genua procumbentes. Super his commovetur orthodoxorum populus, imperatorem ſollicitans, ſacerdotii peritum requirens. Summam autem rerum tenebat Eutropius eunuchus, præpoſitus ſacri cubiculi. Cùm Johannem optaret præponere civitati (ejus enim virtus nota ei fuerat, cùm imperatoris negotia ipſum ad interiorem Orientem abduxiſſent) efficit ipſe, ut imperator litteras ſcribat ad comitem Orientis, ut ſine ſtrepitu, nihil conturbans Antiochiam, Johannem emitteret. Is ſtatim, acceptis litteris, hortatur ipſum, ut extra civitatem uſque ad martyria juxta portam Romanenſem dictam, ſiſtat ſe: & publicæ rhedæ impoſitum, eunucho ad id miſſo cum milite magiſtri tradit. Sic adductus ordinatur epiſcopus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ. D

dolo Antiochiâ eductus, Conſtantinopolim ducitur:

539 *Sozomenus lib.* 8. *cap.* 2. *hiſce conſentit, & aliqua magis explicat hoc modo:* Cùm igitur apud notos quidem uſu ipſo & conſuetudine, apud eos verò, quibus erat ignotus, famâ ac rumore per univerſum orbem Romanum clariſſimus evaſiſſet, tum orationum, tum virtutis causâ; idoneus viſus eſt, qui Conſtantinopolitanam Eccleſiam gubernaret. Quod cùm populus ſimul & clerus uno conſenſu decreviſſent, imperator quoque comprobavit, miſitque, qui eum adducerent. Epiſcoporum præterea ſynodum convocavit, ut eo pacto illuſtriorem redderet ejus ordinationem. Non multo pòſt Aſterius comes Orientis, cùm imperatoris litteras accepiſſet, Joannem ad ſe accivit, quaſi quidpiam ab eo poſtulaturus. Qui cùm veniſſet, confeſtim Aſterius eum unà ſecum in vehiculum impoſuit, & concito curſu Pagras uſque eum deduxit, quæ ſtatio eſt ita dicta. Ibi cùm Joannem illis, qui à principe miſſi erant, tradidiſſet, Antiochiam reverſus eſt. Prudenter autem hoc negotium curâſſe viſus eſt; antequam Antiocheni quidquam reſcirent, qui & aſperi erant in ſeditionibus, nec unquam ſua ſponte Joannem dimiſſuri videbantur, priuſquam mali quidpiam aut patrâſſent ipſi, aut paſſi eſſent. *Porrò diſceſſus ille Sancti quo menſe aut die contigerit, nullibi expreſſum lego. Attamen neceſſe eſt, illum figamus circa finem anni* 397 *aut initium ſequentis. Nam epiſcopum ordinatum videbimus* XXVI *Februarii anni* 398. *Aliquot autem hebdomadæ itineri longiſſimo attribuendæ ſunt, & Conſtantinopoli moram ordinationi injecit Theophilus Alexandrinus, ut modò videbimus.* E

ibi tamen conſecrationi ipſius obſiſtit Theophilus.

540 *Laudatus Sozomenus ad propoſitum noſtrum ita pergit:* Porrò cùm veniſſet Conſtantinopolim, cúmque epiſcopi, qui vocati fuerant, jam adeſſent, ordinationi ejus impedimentum attulit Theophilus, favens Iſidoro, qui tum quidem presbyter erat ſub illo conſtitutus, & pauperum ac peregrinorum curator in urbe Alexandria. Cæterùm ab ineunte ætate apud Scetim egregiè philoſophatus fuerat, ſicut à quibuſdam viris, qui cum illo verſati fuerant, accepi. *Socrates eadem ferè narrat, & cauſam adducit, ob quam Iſidoro faveret Theophilus.* Utque ejus ordinationi, *inquit*, plus accederet auctoritatis, ex imperatoris mandato adfuerunt cùm alii complures epiſcopi, tum Theophilus Alexandrinus. Qui quidem ſummo ſtudio laborabat, ut Joannis quidem gloriam detereret, Iſidorum verò presbyterum ſuum ad epiſcopatum urbis regiæ promoveret. Hunc enim præcipuè diligebat, propterea quòd periculoſum quoddam negotium ipſius cauſâ ſuſcepiſſet. Quodnam verò illud fuerit, jam dicendum eſt. Dum Theodoſius imperator adverſus Maximum tyrannum bellum gereret, Theophilus per Iſidorum munera mittens ad imperatorem, binas ei tradidit epiſtolas, mandans ut victori munera ſimul ac literas offerret. Quibus mandatis obſequens Iſidorus, cùm Romam veniſſet, eventum belli exſpectabat. Verùm ea res diu latêre non potuit. Nam lector, qui eum comitabatur, epiſtolas clàm ſurripuit. Quo facto conterritus Iſidorus, illico aufugit Alexandriam. Hæc fuit cauſa, cur Theophilus Iſidoro tantopere ſtuderet. *Hæc quidem Socrates. At vix dubito, quin ſit tantùm rumor popularis, aut mera potiùs fabula.* F

541 *Certè Sozomenus, aliàs nimis facilè di-*

A *ſtudens promovere Iſidorum, neſcimus qua de cauſa,*

ſta Socratis adoptare ſolitus, cauſam illam ſolùm refert ut jactitatam ab aliquibus, ſed non audet veram dicere. Palladius omninò ſilet de conatu Theophili pro Iſidoro, quamvis narret, Theophilum S. Chryſoſtomo *fuiſſe contrarium. Tempus ipſum, quod aſſignatur à Socrate, videtur maximè ipſius relationi contrarium. Nam bellum cum Maximo geſſit Theodoſius, eumque vicit anno* 388. *Venit tunc Romam Iſidorus, ſi Socrati credimus. At Palladius in Hiſtoria Lauſiaca cap.* 1 *teſtatur, ſe veniſſe in Ægyptum & Alexandriam* ſecundo conſulatu Theodoſii Magni, *id eſt, anno* 388, *ibique inveniſſe* quemdam virum admirandum, & omni ex parte ornatum ſermone, moribus & ſcientiâ, nempe Iſidorum, qui erat & presbyter, & xenodochus Alexandrinæ eccleſiæ. *Hæc data apud nos ſunt ad* XV *Januarii tom.* 1 *pag.* 1016, *ubi de S. Iſidoro illo eſt actum. Jam verò ſi conſideremus maximam diſtantiam, quæ eſt inter Romam & Alexandriam, difficulter illa conciliare poterimus. Res quoque ipſa non eſt veriſimilis, cùm propter eximiam Iſidori pietatem, tum quia Theophilo illa cautio minimè erat neceſſaria, cùm remotiſſimus eſſet à loco, ubi*

B *bellum gerebatur, & conſequenter nihil timere deberet, ſive Theodoſius, ſive Maximus fuiſſet victor. Meram itaque fabellam exiſtimo, ab adverſariis Theophili confictam. Tillemontius ſuſpicatur, alium fortaſſe fuiſſe Iſidorum, quem Theophilus ad munera victori offerenda deſtinârat, ut videri poteſt Notâ* 6 *in Theophilum.*

at certò contrarius Chryſoſtomo,

542 *Palladius pag.* 43 *aliam adducit rationem, cur* Chryſoſtomo *adverſaretur Theophilus, ita ſcribens:* Ab initio igitur Theophilus Alexandrinus epiſcopus, cùm ad ejus ordinationem veniſſet, irreprehenſibilem ejus loquendi libertatem videns, ejus ordinatione exanimatus eſt. Vafer enim eſt ex ipſo adſpectu occultum cujuſque hominis conſilium & mentem dignoſcere. *Et poſt alia pag.* 44: Sic & Theophilus, ex quo in Johannis adſpectu non invenit, quod oculis ſuis reſponderet aut gratum eſſet; conjecturâ, non certâ ſcientiâ, contrarium ſuſpicatus eſt. *Hæc quidem Palladius, neque ea diſplicuerunt Tillemontio art.* 40. *Verùm fatendum eſt, Palladium juſto acerbiorum videri poſſe in Theophilum, præſertim cùm ſtatim ſequentia addat:* Mos ipſi talis

C quando ſua eum conjectura fefelliſſet, omnibus imperare volens ut ſtupidis, ſatius judicans inſipientibus imperare, quàm ſapientibus parêre. A ſalubri tamen providentia volens nolens ſuperatus eſt. *Ita ille, quem non negaverim ſincerè dixiſſe, quæ ſibi perſuaſerat. Certum quoque eſt, Theophilum multa peccâſſe deinde in* Chryſoſtomum. *Attamen, cùm exiſtimem, non ita clarè edixiſſe Theophilum, qua de cauſa Iſidorum, virum ſanè probum & dignum,* Chryſoſtomo *præferret, nolim ego de intentione ipſius ferre judicium: forſan enim Iſidorum præferebat, ut meliùs ſibi cognitum, aut ut ſibi magis addictum, & eccleſiæ ſuæ presbyterum.*

in cujus ordinationem tandem conſentit: illa figitur

543 *Placet igitur cautio Sozomeni, ſic loquentis:* Verùm ſive hac de cauſa, ſive tamquam virum bonum, ordinare illum (*Iſidorum*) voluerit Theophilus; tandem Joannis electioni aſſenſum præbuit, Eutropium veritus, imperialis cubiculi tunc præpoſitum, qui Joannis ordinationi magnopere favebat. Hic enim palàm ei denuntiâſſe dicitur, ut aut reliquorum ſacerdotum ſuffragiis accederet, aut iis, qui accuſare ipſum volebant, reſponderet. Quippe multi tum aderant, qui coram ſynodo eum accuſârant. *Socrates cap.* 2 *idem aſſeverantiùs dicit.* Verùm, *inquit*, qui in palatio erant, Joannem prætulerunt. Et quoniam multi Theophilum accuſabant, & libellos varia crimina continentes epiſcopis, qui tum aderant, offerebant, Eutropius præpoſitus imperialis cubiculi acceptos libellos oſtendit Theophilo, eligere eum jubens, utrum mallet, Joannemne ordinare, an de criminibus ipſi objectis judicium ſubire. His perterrefactus Theophilus, Joannem ordinavit. Ordinatus igitur Joannes in epiſcopali ſede conſtituitur quarto Calendas Martii, conſulatu proximè inſequenti, quem Romæ quidem imperator Honorius, Conſtantinopoli verò Eutychianus præfectus prætorio, editionibus ludiſque celebrârunt. *Conſulatus ille deſignat annum* 398. *Hoc igitur anno, die* XXVI *Februarii ad epiſcopatum evectus dicitur* Chryſoſtomus. *Cùm autem Paſcha eo anno inciderit in* XVIII *Aprilis, ſecundum datum calculum res peracta eſt die Veneris ante Dominicam Quinquageſimæ.*

26 Februarii anni 398.

544 *Pagius tamen in Critica ad annum* 398 *num.* 20 *ſe opponit, atque ita loquitur:* Socrates dum illum non ad Chryſoſtomi ordinationem, ſed ad ejus entroniſmum manifeſtè refert, & ex E dicendis patebit, epiſcopos Conſtantinopolitanos Joannis ſucceſſores diebus Dominicis aut feſtis ſolemnioribus ſemper conſecratos fuiſſe. *Verùm Tillemontius Notâ* 43 *refutat Pagium, dicitque:* Axioma eſt, quod propria auctoritate ſtatuit: nihil enim citat. Nos verò dicere non dubitamus, ordinationem S. Chryſoſtomi ſatis clarè fixam eſſe die Veneris, ut ex ea probari poſſit falſitas regulæ illius. *In Epitome Vitæ* S. Chryſoſtomi *apud Bigotium pag.* 228 *dicitur* Chryſoſtomus *ordinatus* archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Arcadio imperante, vigeſimo quinto menſis Decembris, Indictione quarta. *At illa epocha planè vitioſa eſt, ut liquet ex Indictione quarta, quæ ſub Arcadio non cucurrit ante Septembrem anni* 405. *Tota quoque illa Epitome varios continet errores. Quare ſtandum videtur hîc calculo Socratis,* XXVI *Februarii figentis ordinationem Sancti.*

§ XXXVI. Homiliæ aliquot F Chryſoſtomi habitæ Conſtantinopoli anno 398, quo veriſimiliter ſatis diu ægrotavit.

Sanctus Conſtantinopoli incipit concionari: ſed prima Homilia perditur:

Vix dubitari poteſt, quin celeberrimus ille Prædicator illo ipſo die, quo epiſcopus fuit conſecratus, Sermonem habuerit ad populum Conſtantinopolitanum. At prima ipſius Homilia aut perdita eſt aut latet hactenus. Secundam verò habemus tom. 1 *pag.* 541, *ubi de prima ſic loquitur:* Tunc enim (*in prima*) de armis David & Goliath apud vos philoſophabamur, oſtendentes, hunc quidem omnigena gravique armatura undique munitum, illum autem armis nudum, fide munitiſſimum, & hunc quidem exſtrinſecus fulgidum thorace & ſcuto, illum autem intus ſpiritu & gratiâ radiantem; atque hanc ob cauſam à puero certamine victum juvenem, à nudo ſuperatum armatum, à paſtore proſtratum militem, à paſtoralis lapidis natura bellici aeris naturam

AUCTORE J. S.

ram contritam, & labefactatam. Proinde & nos lapidem illum in manus accipiamus, angularem illum & spiritualem, inquam. *Hæc sequentiaque insinuant*, Chrysostomum *in prima Homilia promisisse, se disserturum contra hæreticos, maximè Anomœos, usuremque hunc in finem sacris Scripturis. Nam pag.* 542 *ait :* Pollicebamur vobis nihil ex ratiociniis dicturos. *Et mox :* Proinde quia tanta rationum infirmitas est: age Scripturis contra adversarios pugnemus.

in secunda hæreticos maximè Anomœos aggreditur,

546 *Quod autem in prima Homilia promiserat, in hac secunda præstare cœpit, disputans ita contra Anomœos, ut alios quoque hæreticos & Judæos non negligat. Hac de causa ait, se argumenta sumpturum ex veteri Testamento.* Ita enim, *inquit*, non illos tantùm, sed & multos alios hæreticos, simul prosternere poterimus, videlicet Marcionem, Manichæum, Valentinum, Judæorumque cœtus omnes. *Porrò observo*, Chrysostomum, *quando Constantinopoli cœpit concionari, iterum usum esse familiari illo auditores alloquendi modo, quem usurpavit prioribus annis apud Antiochenos. Nam laudatam Homiliam sic exorditur :* Unum apud vos diem differui, & in
B de tantùm vos dilexi, quantùm si ab initio vobiscum essem educatus : ita sum vobis caritatis vinculis conjunctus, acsi plurimo tempore fructus dulcissimæ consuetudinis à vobis percepissem. Quod fit, non quia ego admodùm ad amicitiam & caritatem sim idoneus, sed quia vos desiderabiles, omniumque maximè amabiles. Quis enim non admiraretur igneum zelum, caritatem absque simulatione, benevolentiam in præceptores, concordiam inter vos, quæ sanè omnia satis essent, ut vel lapideam animam vobis conciliarent?

quorum magnus ibi erat numerus :

547 Propterea non minùs vos amamus, quàm ecclesiam illam, in qua nati, educati, & eruditi sumus : soror enim illius hæc est, vosque cognationem illam opere declarâstis. Quamvis autem illa tempore sit antiquior, hæc tamen fide ferventior est; & illic major conventus est ac celebrius theatrum, sed hic major patientia, majorisque fortitudinis indicium. Nam video undequaque hic lupos obambulare, ovile autem non imminui. Circumdant sanctam hanc navim continuò tempestas & hyems, procellarumque vis : non submerguntur tamen, qui in ea navigant. Undecumque invadunt hæreticæ flammæ, & qui
C in medio sunt camino, rore spirituali perfruuntur. *Non mirabitur lector, plures fuisse auditores Antiochiæ, quàm Constantinopoli, si consideraverit verba* Chrysostomi, *Hom.* 86 *in Matthæum de Antiochenis ita loquentem, tom.* 7 *pag.* 810: Per Dei gratiam putò eos, qui hic congregantur, ad centum mille pertingere. *Noli tamen existimare, illos simul omnes venisse ad ecclesiam.*

tertia item contra Anomœos habita,

548 *Crevit continuò Constantinopoli numerus auditorum* Chrysostomi. *Nam Homiliam tertiam, in Paralyticum & contra Anomœos dictam, ita exorsus est tom.* 1 *pag.* 547 : Benedictus Deus : singulo quoque conventu video arvum crescere, agros comatos florere, aream impleri, multiplicari manipulos; tametsi non multi dies præterierunt, postquam sementem hanc jecimus. Ecce verò quamprimum dives nobis obedientiæ spica germinavit. *Mox pag.* 548 *clarè ostendit, hanc Homiliam præcedentis esse sequelam, ita loquens :* Quando igitur & vos pauco ex labore magnum nobis præbetis proventum, magna cum attentione ad hanc accedimus agriculturam, & eorum, quæ antea dicta sunt, reliquias vobis distributuri venimus. Tunc igitur ex veteri Testamento disputationem illam texuimus, quæ de D
gloria Unigeniti Filii Dei habebatur : nunc ex eodem hoc ipsum faciemus : tunc illud afferebamus, quod dicebat Christus : "Si credideretis Moysi, cre„deretis utique & mihi„. (*Vide illa verba in præcedenti allata num.* 2.) Nunc autem dicimus hoc à Moyse dictum : "Prophetam vobis sus„citabit Dominus Deus„ *&c. Sub finem hortatur, ut diligenter interfint concionibus, quemadmodum prolixiùs fecerat in præcedenti.*

uti & quarta de Paralytico,

549 *Non diu post dictam modò Homiliam, in qua agitur de paralytico, qui post morbum triginta & octo annorum ad piscinam à Christo sanatus est, dicta est alia de Paralytico, qui per tectum dimissus ad Christum, ibique sanatus est. Edita hæc est tom.* 3 *pag.* 32, *ubi tale est exordium :* Cum in paralyticum juxta piscinam in lecto jacentem nuper incidissemus, multum & ingentem thesaurum invenimus, non terram effodientes, sed ejus animi sensa scrutantes : thesaurum invenimus, non aurum & pretiosos lapides continentem, sed tolerantiam, philosophiam, patientiam, & multam in Deum spem, quæ auro quovis & lucro quovis est pretiosior. *Hæc revera tractavit in dicta Homilia, ita ut non pos-* E
simus dubitare, quin hæc paucis pòst diebus illam sit secuta. Nam & in illa sic disserit contra Anomœos aliosque hæreticos, ut egregia simul tradat documenta moralia, & in hac moralia sic docet, ut adversus gentiles & adversus Judæos & adversus multos hæreticos, *sicut dicit pag.* 37, *de Evangelistarum concordia disputet, atque Anomœos deinde rursum aggrediatur, ostendens Christi divinitatem.*

quæ non fuit dicta post duas alias diebus continuis habitas;

550 *Porrò si interpretationem Latinam dumtaxat spectaremus, dicendum esset, tribus diebus continuis concionatum esse Sanctum : nam illa sic habet num.* 8 *pag.* 45 : Hæc igitur omnia, & quæ hesterno die ac nudiustertius dicta sunt, diligenter memoriâ teneamus. *At verba Græca non ita sunt interpretanda.* Ταῦτα οὖν ἅπαντα, καὶ τὰ πρώην καὶ τὰ πρὸ ἐκείνης εἰρημένα τῆς ἡμέρας μετὰ ἀκριβείας κατέχωμεν, *inquit* Chrysostomus. *Latine autem ea sic reddenda :* Hæc igitur omnia, & quæ nuper, & quæ ante illum diem dicta sunt, diligenter memoriâ teneamus. *Itaque hortatur Sanctus, ut memoriâ teneant, quæ dicta erant in tribus ultimis Homiliis, non tribus ultimis diebus. Etenim cura episcopalis non permittebat, ut ita* F
continuis diebus concionaretur Constantinopoli, sicut fecerat Antiochiæ, etiam in Quadragesima : nam in Quadragesima verisimillimè habita est Homilia ista. Testem habemus Chrysostomum *ipsum, qui Hom.* 44 *in Acta Apostolorum de consuetudine sua concionandi in episcopatu sic loquitur :* Ecce per gratiam Dei nos triennium jam habemus, non quidem nocte & die hortantes, sed post tres fæpè dies, aliquando post septem, hoc facientes. *Concionabatur igitur* Chrysostomus *aliquando semel, aliquando bis in hebdomada, quando aliis negotiis non erat omnino impeditus.*

alia contra dictos hæreticos in verba Christi habita,

551 *Aliam quoque Homiliam contra Anomœos eodem anno à* Chrysostomo *habitam existimo in illa Christi orantis verba :* Pater, si possibile est, transeat à me calix iste *Matth.* 26, *ex quibus Anomœi argumentum mutuabantur contra æqualitatem Filii cum Patre. Edita illa est tom.* 3 *pag.* 15, *dubitatque Montfauconus, Antiochiæne dicta sit, an Constantinopoli. Ego verò Constantinopoli dictam credo, quia planè videtur conformis proposito* Chrysostomi, *qui, ut dictum est num.* 546,

A 546, *Anomœos ex Veteri etiam Testamento refutandos credidit, ut simul refellerentur Marcionistæ, Manichæi & Valentiniani. Nam in hac Homilia frequenter adducit locos Veteris Testamenti, & memoratos hæreticos pag. 22 ita nominat:* Si enim his omnibus gestis, malignum os diaboli per Marcionem Ponticum, & Valentinum, & Manichæum Persam,... sermonem de dispensatione potuit, quantum in ipsis erat subvertere *&c. Præterea objectionem illam Anomœorum Antiochiæ refutavit in alia Homilia, quæ apud Montfauconum tom. 1 pag. 501 est septima contra Anomœos, ut videri potest pag. 508 & sequentibus. Hic verò verba illa explananda suscipit ut necdum exposita, nimirum quia Constantinopoli non erant explicata.*

& quidem Constantinopoli; sed post unam aut plures intermedias.

552 *Itaque dubitandum non videtur, quin hæc Homilia habita sit Constantinopoli, ubi & alias contra Anomœos anno 398 dictas verisimile est, quandoquidem* Chrysostomus *promiserat, se disputaturum contra memoratos hæreticos. Fateor tamen, non videri habitam statim post præcedentes: initium enim tali suspicioni repugnat.* Profundam, *inquit*, sectionem nuper infliximus

B iis, qui prædantur, & alios per avaritiam fraudare conantur: non ut eos vulneraremus, sed ut eos corrigeremus; non quòd homines odio prosequamur, sed quòd improbitatem aversemur. *Quam his verbis Homiliam designet, non constat. Porrò non paucas ejusdem tomi Homilias eodem anno habitas existimo. At quia illarum ordinem nequeo reperire, illas deinde extra ordinem recensebo: atque interim ad alia transeo.*

Homiliæ primùm editæ à Montfaucono non sunt anni 398.

553 *Montfauconus tom. 12 pag. 323 & seqq. undecim dedit Homilias antè ineditas, & Constantinopoli dictas, quas omnes dicit habitas anno* 398 *&* 399, *& quidem* ante fugam cædemque *Eutropii. Verùm rationes non allegat de omnibus, nec in Monito prævio pag. 319 asserere audet, omnes fuisse habitas eo ordine, quo sunt editæ. At ego intelligere nequeo, qua ratione* certum *sit, ut loquitur, habitas esse omnes ante lapsum Eutropii, quomodo* certissimum, *omnes annis* 398 *&* 399 *habitas, si non cônstet de ordine, cùm pleraque nullam habeant temporis notam. Quin imò adeo pro certo non habeo, ante lapsum Eutropii prædictas Homilias esse habitas, ut ipsam primam exsilio Eutropii posteriorem sim*

C *ostensurus* § 38. *Credidit Montfauconus, in ea agi de aliquo terræ motu. Verùm ostendam, non terræ concussionem, sed lapsum Eutropii in illa Homilia commemorari, dictamque esse mense Februario anni* 399. *Siqua Homilia habita est tempore terræ motûs anni* 398; *poterit illa esse, quæ ab ægrotante dicta est, ut ostendi num.* 514: *nam verisimile admodum est, Sanctum anno* 398 *Constantinopoli ægrotâsse.*

Ex Homilia in verba Apostoli post morbum dicta,

554 *Certè apud Montfauconum tom. 3 pag.* 150 *Homilia legitur post morbum satis diuturnum habita, quam dictam Constantinopoli omnino mihi persuadeo. Ratio est, quia idem ferè hujus Homiliæ est exordium cum exordio Homiliæ de Debitore decem millium talentorum, quam anno* 387 *Antiochiæ habuit Sanctus, ut dictum est num.* 383. *Utriusque Homiliæ* exordium prorsus simile *fatetur Montfauconus in Monito prævio. Attamen non audet inde inferre, hanc Constantinopoli dictam esse,* Cùm, *inquit*, Chrysostomus Antiochiæ frequenter adversa valetudine laboraverit, ut ex multis ejus Homiliis arguitur; & alioquin eadem in urbe Antiochia non modò procœmia, sed etiam conciones integras, retracta-

tas & parumper mutatas, intercurrente quodam annorum spatio, repetere solitus sit, ut jam sæpè vidimus. *Ita quidem vir eruditus loquitur. At hæc propiùs tangunt* Chrysostomum, *quàm ut dicenti statim credere audeam. Quin potiùs existimo, me satis pervolvisse Opera* Chrysostomi, *& Monita Montfauconi illis prævia, ut asserere possim, nullibi probâsse Montfauconum, nullibi probare potuisse, quòd hîc leviter asserit de repetitis Antiochiæ integris concionibus.* AUCTORE J. S.

in qua ferè repetitur exordium alterius Antiochenæ,

555 *Credidit ille quidem, ambas Homilias de Juda proditore, ambas item de Cruce & latrone fuisse Antiochiæ dictas, & sic sanè integræ propemodum Homiliæ fuissent in eadem urbe repetitæ. At non ostendit, ambas fuisse in eadem urbe dictas; neque id ego verisimile existimo. Imò dubitari potest, an etiam Constantinopoli fuerint repetitæ, cùm illarum diversitas tam sit modica, ut videatur oriri potuisse ab exscribentibus in variis codicibus. Verùm, quidquid sit ea de re, fuerint illæ repetitæ Constantinopoli, ut satis est probabile; certè non alias alicujus momenti repetitiones* Chrysostomi *in scriptis Antiochenis reperire potui, nisi quòd in explicatione librorum sacrorum aliquando pauca aliis verbis repetat ex iis, quæ in* E *Homiliis particularibus fusiùs probaverat. Quapropter laudatam Homiliam in illa Apostoli verba,* Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, *omnino Constantinopoli figendam existimo. Præterea verisimile mihi est, morbum Sancti, post quem hanc habuit Homiliam, contigisse anno* 398, *antequam ullum sacræ Scripturæ librum pro concione ibi interpretandum suscepisset* Chrysostomus, *& quando adhuc abstinebat à gravibus illis reprehensionibus, quibus vitia Constantinopolitanorum deinde exagitare cœpit Sanctus.*

verisimile est, Sanctum anno 398 *ægrotâsse.*

556 *Exordium tale est:* Quasi longo veniam ad vos intervallo, sic affectum hodierno die me sentio. Quamquam enim domo conclusus propter corporis infirmitatem manebam: tamen perinde quasi alicubi procul à vestra caritate translatus degerem, sic animo afficiebar. Qui enim sincerè diligere novit, cùm in congressum venire non datur ejus, quem diligit, quamvis eamdem urbem incolat, non aliter afficitur, ac si in aliena regione versaretur. Hoc nôrunt, qui verè diligunt. *&c. Hæc aliaque sequentia indicant non modò charitatem* Chrysostomi, *sed etiam congruunt primo anno prædicationis Constantinopolitanæ, cùm quia per totam Homiliam ab omni objurgatione abstinet, tum quia statim etiam addit sequentia:* Ac vos quidem gaudere nunc omnes scio, quòd ægritudinem deposuerimus: ego verò gaudeo non modò quòd ægritudinem deposuerim, sed quòd optatos vultus vestros rursum intueri possim, & caritate vestra secundum Deum oblectari. *Congruunt hæc primo anno, quo tam amicè & familiariter Constantinopolitanos alloqui cœpit* Chrysostomus, *ut etiam fecerat Antiochiæ. At utroque loco paulatim severiùs agere cœpit; licèt magna semper usus sit* **charitate.** F

AUCTORE J. S.

§ XXXVII. Sancti in episcopatu vita sobria, austera & solitaria: semper solus cibum sumit, nec reditus episcopales pro se usurpat: hospitalitatem tamen exercet.

Sanctus semper solus comedebat

QUa ratione Chrysostomus *clericorum vitam emendandam ab initio episcopatûs susceperit, mox videbimus, ubi exposuerimus, quo ad se spectantia ordinârit modo, ut exemplo non minùs doceret quàm verbo. Palladius variis locis aliqua breviter memorat de more vivendi* Chrysostomi. *Primò eam sibi legem indixit, ut semper solus comederet, neque accedens ad aliena convivia, neque alios ad mensam suam invitans. Hoc inimici postea* Chrysostomo *crimini verterunt; at laudârunt amici. Hac de causa rationes illius consuetudinis allegat Palladius pag.* 101, *ubi Theodorus interrogat hoc modo:* Dic nobis lubenter, quæ causa fuerit, cur solus ille cibum sumeret, & an verè solus, ut aiunt, ederet. *Respondet Palladius:* In confesso quidem est, quòd solus ederet. Sed nollem, lepidissime Theodore, quæ sunt guloforum infantium, quæsivisse te. Vir enim cùm sis, virorum virtutes exquirere debes; quemadmodum esset intrepidus, qualis esset in pecuniis, in temperantia, in mansuetudine & justitia, in eleëmosyna, prudentia atque fortitudine, in oblivione vel memoria..... Ipse verò solus edebat, ut ex parte novi, has ob causas.

ob rationes varias, ex quibus hæ sunt,

558 Primùm quidem vinum non bibebat ob capitis calorem; nisi fortè per æstum rosaceo uteretur. Secundò, quia stomachus ejus ob quamdam infirmitatem inordinatus erat, ita ut edulia benè præparata ipsi injucunda viderentur; & requireret alia, quæ non adessent. Deinde aliquando edere obliviscebatur, ad vesperam usque differens; partim curis ecclesiasticis occupatus, partim divinis contemplationibus abstractus. Contendebat enim, ut nihil divinarum Scripturarum sibi impervium esset. Talia autem aut inediam aut levem cibum amant. Porrò mos est convivis, nisi quis cum ipsis sudet aut forbeat, aut indecenti risu cachinnetur, summis digitis tepidum poculum gestans, mensæ comitatem in maledictum vertere. Ad summam autem, ut puto, & verissimè, valde parcus erat erga convivas luxuriosos, sacrilegium ratus sumptus, qui in tales fierent, simul & œconomis furandi occasiones præcidens, ne decuplarent pretia opsoniorum in brevibus, necessitates pauperum sibi vindicantes.

nimirum ne aliquos invitando aliis invidiæ occasionem daret,

559 Præterea civitatis multitudinem considerans, videbat, aut omnes honoratos debere se tali honore dignari, ut Christi dispensatorem, aut nulli rem illam præbere. Respiciens quoque & ad mensæ tumultus, & ad magnitudinem impensarum, exhorruit rem illam, longum vale dicens ejusmodi maledictis; illud de Actibus Apostolorum sibi succinens: Viri fratres, non licet „ nobis ministrare mensis; sed constituamus vi„ ros religiosos ad hoc opus; nos verò vacemus „ prædicationi & orationi.„ *Hactenus Palladius, qui prolixam subjicit disputationem ad probandum* Chrysostomi *consilium. Ex ea huc aliqua transferam, ut de moribus & intentione* Chrysostomi *inde quid lucis affulgeat. Ostendit primò, non esse episcopo epulis instruendis quærendam hominum amicitiam aut inanem gloriam, imò ne eum quidem in finem*, ut non malè audiat. *Ad objectionem verò, ex mandata episcopo hospitalitate petitam, hæc reponit pag.* 105: Oportet autem hospitum susceptorem, & prudentiam serpentis habere, & simplicitatem columbæ,... ne lupum pro ove admittens, aut ursum pro bove, damno lucrum permutet.

aut omnes vocando per vices, ipsis parùm emolumenti,

560 Primò autem locum probare debet, in quo constitutus est, an desertus, an frequens; deinde ingenium suum, an possit absurdos mores tolerare: tunc dignoscere, qui beneficio affici debet, an dives sit an pauper, an sanus an infirmus, an cibo egeat an vestibus: in his enim actuosa misericordia occupatur. Beatus enim Abraham non consules, non duces, non præcellentes hujus terreni sæculi viros,.... sed desertum habitans locum, eò convenientes excipiebat... Porrò si quis civitatem optimè moratam habitans, qualis Constantinopolis, in qua omnes sunt hospitum susceptores, superfluò fortè quis è presbyteris, relicto prædicationis ministerio, examinandis opsoniorum brevibus vacaret, oblitus sui, cauponem pro doctore se reputans. *Hoc ratiocinium longiùs protrahit, ostendens, institutionem populi pro concione multò præstantiorem esse ea hospitalitate, quæ in mensa exhibetur. Certum autem est, non potuisse sanctum Doctorem tanta sedulitate populum docere, si voluisset quotidie convivas aliquot in mensa habere, eosque non solùm epulo, sed suâ quoque præsentiâ honorare.*

sibi verò ingens pretiosi temporis damnum crearet:

561 *Porrò cùm pag.* 118 *Theodorus hæc objiceret:* Potuit... solos episcopos vocare, & ex his præsertim religiosiores; &, si minùs hos, saltem proprium clerum, imitans Dominum, vescentem cum duodecim Apostolis. *Respondet Palladius:* Valde consentanea respondisti, hominum veracissime: si quidem passi fuissent clerici cum Johanne prandêre, qui post horam & post diem interdum edebat: ipsi verò multo cum apparatu tantas epulas quàm celerrimè sectabantur. *Et pag.* 120: Etsi enim ille se mensis devovisset, an tot magistratibus & honoratis sufficere poterat, tam magnam civitatem habitans, singulis aut propter benedictionem, aut propter inopiam, aut propter gulam, apud ipsum vesci postulantibus? Ubi autem locum habuisset Dei meditatio, populi procuratio, scientia Scripturarum, sollicitudo viduarum, virginum solatium, infirmorum curatio, afflictorum auxilium, errantium conversio, contritorum cura, carcere detentorum visitatio? *Ad hæc aliaque rursum Theodorus pag.* 121: Poterat eos quoque certo tempore curare, & ecclesiasticarum rerum curam habere, ne in eo malè audire videretur, qui in cæteris magnus erat. *Tum Palladius:* Hoc nempe est, quod in sacerdote requiritur, videre, ne malè audiat, seu potiùs, ut largiter sermonem præbeat, curam, zelum, atque reliquum sacerdotalem affectum... Quomodo autem os, in divinis eloquiis exercitatum, & auris divina oracula audire assueta, mensæ loquacitatem tolerâsset?

accedit amor vitæ sobriæ ac solitariæ,

562 *His similes rationes affert Palladius pag.* 169, *ubi exponit, cur ad convivia aliorum non accederet.* Patrum imitator Johannes, *inquit*, ut legitimus filius, non autem spurius, putrescentem variis cupiditatibus hominum gregem sanare desiderans, ad arctius vitæ genus sui judex & legislator fuit, constanti proposito se roborans, à cor-

A conviviis & conventibus facetorum, ridiculariorum, ſcurrarum, recedens, mentis ſuæ oculum ſpiritali armatura muniens, ne per epulas, & intempeſtivos ſermones ingreſſum nacta vecordia caſtimoniam deleret. . . Ideo inſidiis appetitus eſt: gravis enim ipſis erat, qui luceret ut lucerna lippientibus oculis. *Rurſum pag.* 183 : Quem (*Chriſtum*) pro viribus imitans optimus Johannes, & ipſe turbis ſe ſubducebat, eiſque maximè delectabatur, qui veraciter aliquid dicere vellent. *Tum Theodorus :* Quid autem ad hoc dicis, quòd contumelioſus fuiſſe dicitur, nec ſolùm multitudinem fugiſſe, ſed vel unum, aut duos ? *Reponit Palladius :* Bene quidem : etiam unus inutilis & agyrta, turba eſt. *Et pag.* 186 : Quo autem modo dixiſti, contumeliam eum feciſſe, ejuſmodi eſt. Primò quidem, numquam conſueverat cuivis obvio facetus & urbanus eſſe, multò minùs contumeliam facere.

quam ſequebatur veræ virtutis æſtimator,

563 Si verò quoſdam è germanis diſcipulis ſuis, aut clericis aut epiſcopis, vidiſſet propter rei abſtinentiam, aut propter rectum corporeæ alicujus virtutis opus ſuperbire, ipſos objurgans, contrariis nominibus appellabat; veluti aquæ potorem, ebrioſum; & nihil poſſidentem, plus habendi cupidum; & miſericordem, furem nominans. Hæc enim gratioſa eſt inſtitutionis forma erga veros diſcipulos, per ea, quæ non inſunt, ea, quæ inſunt, approbare. Ceterùm hoc certum eſt, temperantem adoleſcentem pluris æſtimabat, quàm intemperantem ſenem; & ſenem diſcendi cupidum, quàm adoleſcentem indoctum; & idiotam nihil poſſidentem, quàm doctum pecuniæ avidum; atque ſæcularem virtute præditum, quàm monachum inertem ac otioſum. Quæ fortè contumelias vocant, qui honores ſectantur.

B

ut omnibus magis prodeſſet.

564 *Deinde refutatâ magis illa inimicorum calumniâ, pag.* 191 *oſtendit,* Chryſoſtomum *feciſſe, quemadmodum facere debet optimus animarum medicus, qui non ſtudet placere paucis divitibus, ſed omnibus ſimul prodeſſe.* Hoc enim vitæ inſtitutum, *inquit,* Magiſtro convenit, tempus cum multitudine non terere, ſed quietè & ſollicitè perquirere variam morum atque ingeniorum differentiam, ſicut periti medici faciunt. Nam illi ſæpè libris immorantes, morborum cauſſas prædicunt, & remedia tradunt, tantùm cum ægris verſantes, quantùm ſufficit ad inveniendam cauſſam morbi, &, ad remedium adhibendum, nec cum ipſis ludentes, nec prandentes. Hæc enim medicæ virtutis profeſſio non eſt, cum ægris convivari aut ludere, ſed eos ad ſanitatem reducere. *Rectè hæc ac prudenter Palladius. Porrò non miretur æquus lector, ſi hiſce diutiùs immorari videar. Etenim in illo* Chryſoſtomi *conſilio tantò major ſolidæ virtutis ſplendor mihi apparet, quantò illud magis diſplicuit vanis aliquot ſui ac mundi amatoribus.*

C

Attamen illud Sancti conſilium non paucis

565 *Socrates, qui tantò iniquior ſolet eſſe in* Chryſoſtomum, *quantò addictior eſt Novatianis, lib. 6 cap.* 4 *de hiſce ita diſſerit :* Ut multi audientium criminationibus (*contra Sanctum*) fidem accommodarent, id præcipuè faciebat, quòd Epiſcopus cum nemine umquam veſci vellet, nec vocatus ad convivium accedere. Qua potiſſimùm ex cauſa gravis adverſus illum calumnia invaluit. Ceterùm quo conſilio ſolus cibum capere inſtituerit, nemo umquam pro certo potuit exponere. Nam qui illum defendere cupiunt, aiunt illum imbecillioris fuiſſe ſtomachi, & moroſum ac difficilem in ſumendo cibo; atque idcirco ſolitum comedere ſolitum. Alii dicunt, propter diſtrictioris vitæ diſciplinam id ab illo factum eſſe. Sed utcumque ſe res habuerit, non parum momenti attulit hujus accuſatoribus ad ſtruendam in eum calumniam. Populus tamen ob conciones, quas ille in eccleſia habebat, ei favebat, eumque ſingulari amore proſequebatur, ſpretis iis, qui accuſare illum conabantur. AUCTORE J. S.

potentioribus & clericis diſplicuit,

566 *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 9 *item agnoſcit, vehementer aliquos calumniatos eſſe Sanctum ob dictam cauſam.* Tentârunt etiam ejus vitam criminari apud populum, eaque potiſſimùm ratione fidem dictis ſuis adſtruere, quòd ille cum nemine cibum ſumeret, nec ad convivium vocatus accederet. Hujus autem rei cauſam nullam aliam afferre poſſum, præter eam, quam quidam vir, ut opinor, minimè mendax, interroganti mihi retulit; eò quòd ſcilicet ob aſſiduam in virtutis ſtudio contentionem capitis & ſtomachi ægritudine laborans, prandiorum cœtus ac frequentiam detrectaret. Et iſti quidem hinc potiſſimùm adverſus eum calumnias texebant. *Ex dictis liquet, quantopere offenderentur aliqui ex clericis & divitibus Conſtantinopolitanis ſolitaria illa comeſtione Sancti; nec dubitari poteſt, quin epiſcopi illi, qui malebant aulam imperatoriam frequentare, quàm diligentem gregis ſui curam habere, in eadem fuerint ſententia. Illorum porrò ea de re judicium non fuiſſe omnino ignotum* Chryſoſtomo, *veriſimillimum eſt. Attamen ille omnia contempſit, cogitavitque cum Apoſtolo :* Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. E

ita ut tantò magis ſuſpicienda ſit Sancti conſtantia,

567 *Conſideret modò æquus lector, quanta fortitudine, conſtantiâ, magnanimitate, honoris & gloriæ contemptu, opus fuerit ſancto Præſuli, ut conſilium amore Dei cœptum conſtanter exſequeretur. Poterat aulæ imperatoriæ, cujus tanto ambitu Conſtantinopolim tranſlatus erat, gratioſus eſſe. Poterat procerum amicitiam facilè ſibi conciliare, utpote ditiſſimi epiſcopatûs opibus abundans. Poterat epiſcopis & clericis venerabilis eſſe & amabilis, cum eruditione & eloquentiâ omnes ſuperaret, ſi eorum moribus ſe omnino accommodare, iiſque familiaris eſſe voluiſſet. Poterat ipſe lautâ ac delicatâ menſâ, jucundaque amicorum ſocietate frui. Feciſſet hæc* Chryſoſtomus, *ſi gloriam, honorem, vitæ hujus commoda & oblectamenta, ſibi ſectanda credidiſſet, ſi per viam latam maluiſſet incedere, quàm per arctam & angustam ad regnum cœlorum contendere, ſi, quæ ſui erant, magis quæſiviſſet, quàm quæ ſunt Jeſu Chriſti. Verùm ab ea mente longiſſimè aberat Sanctus, qui ad altiora ſe natum noverat, quàm ut corporis ſui commodis inutilia præſtaret ſervitia, aut popularis auræ vile fieret mancipium. Hinc ſtudioſè conſiderandum erat, quid perpetuus hominum convictus ad finem ſibi propoſitum commodi afferre poſſet, quid contrà incommodi ac detrimenti.* F

qui ſolitariam elegit menſam ut utiliorem, ſe Deo & hominibus præberet.

568 *Hac autem conſideratione procul dubio longè majora damna ex aliorum in menſis ſocietate oritura ſibi prævidit Sanctus, quàm lucra aut commoda. Sanè non poterat eodem tempore linguam relaxare ad inutiles confabulationes, & flammam divini amoris in corde ſuo cœleſtibus contemplationibus paſcere. Non poterat cum familiaribus convivium ad multas horas protrahere, eaſque ſimul impendere ad viſitandum ægros captivoſque, ad conſolandum afflictos & miſeros, ad erudiendum pro concione populum, ad meditandum in hunc finem ſacras Scripturas, ac demum ad ſuſcipiendum perficiendumque negotia quælibet eccleſiaſtica.*

AUCTORE J. S. *Non poterat census ac reditus ecclesiæ suæ effundere ad exstruenda sumptuosa convivia, pecuniâque expensâ deinde uti, ut famelicis cibos, nudis vestes procuraret, ut ægris solatia, egentibus quibuslibet præberet subsidia. Demum non poterat familiaritate sua divitibus, proceribus, episcopisque & clericis tantùm prodesse, quanta ex illa profluxisset utiliorum operum jactura. Hisce, opinor, de causis* Chrysostomus *mensam elegit solitariam ac sobriam, fugitque congressus hominum, ut omne tempus, omnes facultates, ac se totum divino servitio, & saluti populorum devoveret.*

Censibus ecclesiæ pro se non utitur Sanctus.

569 *Ut porrò reditus ecclesiæ servarentur in causas pias, nihil ex iis pro se accipiebat Sanctus, teste Palladio pag.* 166, *ubi sic habet:* Johannes tamen, utpote missus, qui exemplo esset, ut ita dicam, venturis episcopis, quomodo vivere debeant, decreverat secundum Paulum suis stipendiis prædicare pœnitentiam, nihil ecclesiasticarum rerum attingens, quotidianum dumtaxat cibum sumebat, talem semper curam fugiens. Aiunt autem, verecundiâ affici visum, dum sensibili vesceretur cibo. Quemadmodum enim in pomis, cùm ea ad summam pervenerint maturitatem, in
B ramo permanere non sustinent, domini manum poscentia: sic & in Sanctis, cùm supra modum cælestium rerum pulcritudine capti sunt, ante definitum vitæ exitum frui promissa beatitudine festinant. *Ad hæc cùm reposuisset Theodorus*, eadem *de* Chrysostomo *famâ fuisse vulgata, addit:* Hoc autem dico, nihil oneri ecclesiæ futurum fuisse victum Episcopi, si ab ecclesia eum accepisset beatus Johannes. *Verum id esse agnoscit Palladius pag.* 168; *sed utile fuisse* Chrysostomi *exemplum ostendit, ita differens:* Quoniam autem, qui post nos futuri sunt, nobis ut magistris utentur, legem nostram & consuetudinem sibi proponentes; non nobis ipsis tantùm vivere necesse est, sed ei, qui pro nobis mortuus est & resurrexit: atque populi infirmitatem roborantes exemplo nostro ad temperantiorem & frugaliorem vitam adducere, nos ipsos corripientes.

cibum quotidianum curâ S. Olympiadis accipiens.

570 *Hæc satis manifestant*, Chrysostomum *ne quotidianum quidem victum sumpsisse ex bonis Ecclesiæ. Verbis verò mox datis*, Quotidianum dumtaxat cibum sumebat, *nimirum* Chrysostomus, *non dicitur victum accepisse ex bonis Ecclesiæ, sed liberalitate S. Olympiadis, de qua antè agitur. Idem clariùs dicitur pag.* 165, *ubi, dicente Theodoro de S. Olympiade*, Dicitur etiam ipsa multùm curâsse beatum Johannem; *sic respondet Palladius:* Ecquid dignum ejus virtute in eum præstitit? nisi quòd non permisit quotidiano eum cibo distrahi: quod quidem minimum non est Christi operariis, interdiu noctuque de rebus Christi sollicitis. *Similia servitia admittebat Sanctus, ut liberiùs saluti animarum prospiceret. De S. Olympiade, vidua nobilissima & ditissima, quæ non solùm* Chrysostomo, *sed aliis quoque pluribus liberaliter servire studuit, frequenter redibit sermo. Nomen ipsius Martyrologio Romano insertum est ad* XVII *Decembris, ubi insignes ipsius virtutes latiùs exponi poterunt.*

Hospitalitatem tamen commendabat,

571 *Porrò nolim ex relatis inferat aliquis, curam hospitalitatis neglectam fuisse à* Chrysostomo. *Sanè non erat Sanctus ille ex iis, qui dicunt, & non faciunt. Hospitalitatem autem gravibus verbis frequenter commendavit Constantinopolitanis, ut videri potest in Homiliis in Acta Apostolorum Constantinopoli dictis. Prolixa ad hanc virtutem est adhortatio in Homilia* 45, *ubi pag.* 342 *dicit:* Et, ut ne sis incredulus, supplicium (*Christus*) decernit non recipientibus, honores recipientibus, *hospitio videlicet. Et paulò pòst:* Hæc quippe omnia oportet habere eum, qui peregrinos excipit, fervorem, hilaritatem, liberalitatem. *Et pag.* 344: Sit Christi pandochium nostra domus... Circumcurrimus undique, trahamus, venatum abripiamus: majus beneficium accipimus, quàm damus. *Plura non affero, quia in ipso Opere quæri facilè possunt. Verùm fecisse* Chrysostomum, *quæ de hospitalitate docuit, habemus ex Theodoreto in Opere, cujus compendium superest apud Photium cod.* 273, *ex quo col.* 1515 *hæc recitat:* Si hospites curandi, omnia factus, benignum se exhibet. *Sic postea videbimus, à* Chrysostomo *invitatum fuisse S. Epiphanium, ut hospitaretur in episcopali domo, sed venire noluisse, uti & Theophilum Alexandrinum, multosque hujus comites. Alios benè exceptos omitto.*

& exercebat, sed sine sumptibus superfluis.

572 *Attamen omnino dicendum videtur*, Chrysostomum *de sumptibus, qui ad excipiendos hospites mensamque instruendam adhiberi solebant, multum detraxisse, quòd mallet prudenti administratione bonorum ecclesiasticorum multis prodesse, quàm profusa liberalitate in eos, qui minimè indigebant, magnificentiæ nomen venari. Habemus istud ex Palladio pag.* 46, *ubi ita loquitur:* Post hæc œconomi tabulas scrutatur, & reperit sumptus Ecclesiæ inutiles, & horum subsidium cessare jubet. Venit inde ad examinandos sumptus episcopi, & invenit immodicam profusionem: atque illorum profusos sumptus ad nosocomium transferri jubet. *Non sequebatur igitur Vir humilis magnificentiam decessoris sui Nectarii. Hinc verisimiliter contigit, ut deinde Acacius Berœensis episcopus se neglectum quereretur. De eo Palladius pag.* 48 *sic habet:* Contigit autem, ut id temporis Acacius, episcopus Berœæ, qui advenerat Constantinopolim, haudquaquam bonum hospitium nancisceretur, ut dicebat, & ob hoc mœrens, irâ intumescebat, quasi neglectus à Johanne. *Nimirum religiosa Sancti parcimonia non omnibus placebat, licèt ille optima procul dubio intentione uteretur.*

§ XXXVIII. Varii conatus Chrysostomi ad clerum & populum emendandum: scripta hunc in finem aliaque præclarè præstita.

Duo Opuscula de illicita cohabitatione

QUod primum ad correctionem clericorum Chrysostomus *tentâsse videtur, Palladius pag.* 45 *ita exponit:* Rarò autem adhibens etiam pedum increpationis, intendit sermonem adversus fictam sororiam, ut vocant, vitæ societatem (*id est, cohabitationem clericorum cum mulieribus*) revera autem adversus inverecundam & improbam vitam cum mulieribus illis, quæ dicuntur subintroductæ, ostendens, si malorum detur optio, meliores illis lenones esse. Illi enim longè à medicorum officina habitantes, apud se morbum habent, sed volentibus. Hi autem in salutis officina habitantes, etiam sanos impellunt ad morbum. Inde pars cleri minimè religiosa, quæque morbo illo tenebatur, commota est. *Quàm ferventi studio malam illam consuetudinem exterminare conatus sit* Chrysostomus, *ostendunt duo Opuscula hunc in finem conscripta, quæ apud Montfauconum edita sunt tom.* I *pag.* 228 *&* *se.*

A *ſequentibus. Prioris hic eſt titulus :* Adverſus eos, qui apud ſe habent virgines ſubintroductas. *In hoc clericos ipſos alloquitur. Alterum verò, in quo ſermonem ad mulieres dirigit, hanc habet inſcriptionem :* Quòd regulares feminæ viris cohabitare non debeant.

in epiſcopatu compoſita.

574 *Utrumque hoc tempore ſcriptum eſſe, non in diaconatu, ut voluit Socrates, evincunt primò allegata Palladii verba. Idem confirmatur ex articulo octavo accuſationum apud Photium pag.* 55, *qui talis eſt,* Quòd ſycophantiis plenum librum in clerum conſcripſit : *primum enim ex prædictis Opuſculis clarè iis verbis indicatur, licèt non calumnietur Sanctus, ſed pericula, mala, ſcandala illius cohabitationis ſolùm ob oculos ponat, frivolaſque rationes, quibus illa colorabatur, refutet. Non fuiſſe pro concione dicta illa Opuſcula, innuit Sanctus ipſe in ſecundo pag.* 253, *ubi* libellum *vocat. In eodem pag.* 255 *priorem allegat. Unde conſtat, eo ordine ſcriptos eſſe, quo eos recenſui. Secundus autem inſinuat, quantam de ſacris quoque virginibus curam geſſerit* Chryſoſtomus. *Hinc Tillemontius art.* 48 *inſignem Sancti librum* de Virginitate *ad hæc quoque tempora*

B *revocat. At illum fuiſſe Antiochiæ editum, & veriſimiliter in diaconatu, oſtendi num.* 179 *& ſeqq.*

Contra avaritiam & gulam in concionibus diſſerit :

575 *Palladius poſt data mox verba, de conatu Sancti ad clerum populumque corrigendum ita pergit :* Poſt ejuſmodi ſermonem, aggreditur injuſtitiam, deſtruens malorum omnium metropolim avaritiam, ut ædificium juſtitiæ conſtrueret. Hoc enim proprium eſt ſapientum architectorum, priùs mendacii ædificium deſtruere : deinde veritatis jacere fundamenta, ut dicitur apud Prophetam : "Conſtitui te ſuper gentes & regna, ut „ evellas & plantes, ut deſtruas & reædifices: „ illud quidem ut agricola, hoc autem ut architectus. Ex eo rurſus perturbatur pars eorum, qui marſupia ſpectant. *Quàm vehementer avaros, injuſtos, raptores, quámque frequenter in Homiliis ſuis exagitaverit Sanctus, in ipſis ejus Operibus quilibet videre poteſt. Redeo ad Palladium, qui hæc ſubjungit* : Poſt hæc curam victûs eorum (*nimirum clericorum*) habet, hortans eos, ut contenti ſint ſuis opſoniis, nec divitum nidores ſequantur : ne, dum ducem habent fumum, intemperantiæ igni tradantur, adulatorum & paraſitorum vitam ſectati. Hinc plerique è lurconi-

C bus emergere incipiunt, & copulantur calumniæ artificibus. Poſthæc œconomi tabulas ſcrutatur, & reperit ſumptus Eccleſiæ inutiles, & horum ſubſidium ceſſare jubet.

ex reſectis ſumptibus noſocomia ædificat :

576 *Contrà, ex his & ex ſumptibus proprio uſui ſubtractis augebat ſumptus ad uſum infirmorum & pauperum deſtinatos. Nam Palladius mox aſſerit, noſocomio data eſſe, quæ illis ſubtrahebat, itáque proſequitur :* Cùm autem neceſſitas invaleſceret, plura noſocomia ædificat, præponens presbyteros pios duos; præterea & medicos, & coquos, atque bonos opifices è cælibum ordine ad eorum miniſterium, ut advenientes hoſpites, & morbo correpti curarentur; idque cùm propter bonum ipſum, tum propter gloriam Servatoris. *Allata verba Latina, quibus Græca reſpondent, ſic mihi videntur intelligenda, ut in dictis noſocomiis reciperentur hoſpites ſive peregrini, etſi morbo non laborarent, & infirmi tam Conſtantinopolitani quàm alii. Tillemontius art.* 45 *credidit, ſolis peregrinis infirmis deſtinata fuiſſe ea noſocomia. Agnoſcit tamen fuiſſe Conſtantinopoli xenodochium, in quo recipiebantur peregrini. De eo meminit* Chryſoſtomus *Hom.* 45 *in Acta Apoſtolorum, ubi hortatur Conſtantinopolitanos ad hoſpitalitatem egenis exhibendam.* Eſt, *inquit tom.* 9 *pag.* 346, communis domus Eccleſiæ, quam xenona vocamus. *Et pag.* 347 : An, ſi à communibus Eccleſiæ pecuniis alantur (*peregrini pauperes*) id vobis prodeſſe poterit? ... Hac enim ratione nihil facies, omnia ei remittens. Ideo commune domicilium eſt ab Eccleſia aſſignatum, ut hæc non dicas... Cur ergo non adjuvas mediocritatem ejus? *&c. Plura ibidem de hoſpitalitate videri poſſunt. Nos ad Palladium redeamus.*

viduas hortatur ad modeſtiam :

577 Poſt hoc, *inquit*, advocat viduarum ordinem, undequaque quærens, quænam inter eas non rectè viverent : &, ſi quas inveniſſet corpori deditas, admonebat, ut aut jejunarent, abſtinentes à balneis atque exquiſitis veſtibus, aut protinus ad ſecundas nuptias concederent, ne lex Domini injuriam pateretur. *Idem pag.* 66 *exponit, quibus rationibus increparet viduas, quas ne ætas quidem ingraveſcens vanitatem dedocuerat :* Quid, *inquiebat*, ætate jam anus, etiam corpus repubeſcere cogitis, cincinnos veluti meretriculæ gerentes in fronte, contumeliâ afficientes etiam honeſtas reliquas, & decipientes eos, qui E vobiſcum loquuntur, idque viduæ? *Similia non rarò repetebat* Chryſoſtomus, *atque ita divites aliquot viduas, quæ vanitati deditæ erant, ſibi inimicas reddidit.* Solebat enim, *teſte Palladio*, Beatus ille exemplo Pauli & publicè & privatim honeſtum & decorum edocere, præſertim tales aſſiduè increpans. *At ea libertas bonis quidem placebat; non item vanis & improbis. Verùm eo animo erat Sanctus, ut Deo placere vellet, non hominibus.*

nocturnam orationem omnibus commendat :

578 *Palladius pag.* 47 *præcedentibus hæc ſubnectit :* Deinde hortabatur populos, ut in nocturnis precibus aſſidui eſſent; horum autem uxores domi manerent, eas interdiu orare exhortans, quòd viri interdiu non vacarent. Hæc autem omnia angebant negligentiores è clero, noctem totam dormire ſolitos. *Ad orationem nocturnam miro fervore Conſtantinopolitanos exhortatur* Chryſoſtomus *in Homilia* 26 *in Acta Apoſtolorum, ubi tom.* 9 *pag.* 212 *eos ita alloquitur :* Non ideo facta eſt nox, ut per totam dormiamus & otiemur. Hoc teſtificantur artifices, negotiatores, mercatores. Eccleſia Dei mediâ ſurgit nocte. Surge & tu & vide ſtellarum chorum, profundum ſilen- F tium, quietem multam. Obſtupeſce de Domini tui providentia. Purior tunc eſt anima, levior, ſubtilior, ſublimis, expedita. Tenebræ ipſæ, ſilentium multum, in compunctionem inducere poſſunt. *Et pag.* 213 : Hîc verò mihi & ad viros & ad mulieres ſermo eſt. Flecte genua, ingemiſce, Deum precare, ut tibi ſit propitius : nocturnis ille precibus magis flectitur, cùm requici tempus in luctum verteris... Hoc fac & tu vir, non ſola mulier. Sit eccleſia domus viris & mulieribus conſtans... Si tibi ſint liberi, excita illos & ſit omnino noctis tempore domus eccleſia : ſi verò ſint teneri, nec vigilare poſſint, unam alteramve emittant orationem, & quieſcant. Tantùm ſurge, & illud in conſuetudine pone. *Verumtamen non hortatur hiſce Sanctus, ut noctu ad eccleſiam veniant; ſed ut domi orent : idque clarum eſt pag.* 214, *ubi dicit :* Non te cogo, ut ſub dio circumeas,... ſed in ipſo penuario vel cubiculo flecte genua.

atque hymnorum cantum :

579 *Theodoretus, cujus quinque libros, de laudibus* Chryſoſtomi *conſcriptos, compendio recitavit Photius in Bibliotheca col.* 1514 *& ſeq., memi-*

AUCTORE J. S.

nit de instituta per Chrysostomum *modulatione Psalmorum*. Cujusnam est, *inquit col.* 1515, illa concinna modulatio Psalmorum, in hanc usque diem publicè instituta? *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 7 & 8 *insinuat, hymnos illos nocturnos à Sancto fuisse institutos occasione Arianorum, qui similia factitare cœperant, quique chorum Catholicorum vi quoque & pugnâ adorti sunt, ita ut Arcadius imperator eorum violentiam cohibuerit.* Ecclesia verò, *inquit Sozomenus*, magnopere florebat,... & in cultu divini Numinis ampliùs proficiebat. Sed & populus Constantinopolitanus matutinis ac nocturnis hymnis exinde promptiùs uti cœpit hanc ob causam. Nam cùm Ariani, quibus regnante Theodosio ademptæ fuerant ecclesiæ Constantinopoli, extra urbis mœnia conventus ecclesiasticos agerent, noctu in publicis porticibus primùm congregabantur. Et in cœtus divisi, antiphonatim psallebant, clausulas quasdam juxta ipsorum dogma compositas adjicientes. Primâ autem luce, eadem publicè canentes, pergebant ad loca, in quibus collectas celebrabant. Atque id facere consueverant in celebrioribus quibusque festivitatibus, & primo ac septimo cujusque hebdomadis die. Tandem verò cantica quoque adjecerunt, quæ ad rixam & contentionem spectarent. Ubinam sunt, qui tres dicunt esse unicam potentiam? & alia hujusmodi hymnis suis intermiscentes.

B

occasione Arianorum cœptum,

580 Joannes itaque, veritus ne quis ex ecclesia sua per hæc in fraudem induceretur, plebem, quæ sub ipso erat, ut similiter psalleret incitavit. Qui brevi tempore illustriores facti, Arianos & multitudine & apparatûs splendore longè superârunt. Nam & crucium argentea signa, præcedentibus cereis, eos anteibant: & eunuchus imperatricis huic rei præpositus erat, qui idoneum ad hæc sumptum & hymnos ad canendum præpararet. Hinc Ariani seu invidiâ moti, seu vindictæ cupiditate, Catholicos pugnâ adorti sunt. Ac nonnùlli quidem ex utraque parte ceciderunt. Brisо verò, id enim nomen erat imperatricis cubiculario, saxo in fronte percussus est. Quâ re imperator commotus, hujusmodi Arianorum conventus deinceps inhibuit. Catholici verò, cùm ex hujusmodi causa hymnos eo, quo diximus, modo canere cœpissent, in hunc usque diem ita perseverârunt. Ex his rebus, & ex ecclesiasticis concionibus, populi quidem benevolentia erga Joannem in dies augebatur. *Hactenus Sozomenus. Eadem habet Socrates lib.* 6 *cap.* 8, *in hoc tamen dissentiens, quòd dicat sumptus ab Eudoxia imperatrice suggestos, cùm id à Brisone factum dicat Sozomenus.*

C

mirè florentem efficit:

581 Chrysostomus *ipse in Homilia* 5 *ex undecim antè ineditis, quas tom.* 12 *edidit Montfauconus, pag.* 349 *cantum Psalmorum mirificè laudat, ita loquens:* Ecce namque ingressus Psalmus voces miscuit, & ut unum cum harmonia canticum efferretur, effecit. Juvenes & senes, divites & pauperes, mulieres & viri, servi & liberi, melos unum omnes emisimus. Si enim citharœdus diversos nervos arte temperans, sonos multos unum efficit, quid mirum si & Psalmi & spiritualis cantici vis id ipsum fecerit? Neque enim nos solùm præsentes, sed etiam mortuum cum vivis miscuit. Ille namque nobiscum psallebat beatus propheta.... Loquitur propheta, & omnes respondemus, omnes unà canimus. Neque licèt hic servum videre, nec liberum, nec divitem, nec pauperem; sed pellitur illa sæcularis inæqualitas: unus chorus ex omnibus congregatur: æqualitas quoque multa in vocibus est, ac cælum terra imitatur. Tanta est Ecclesiæ nobilitas. Neque enim dici potest, dominum quidem cum multa confidentia psallere, servum autem reprimi: neque rursum, divitem quidem linguam movere, pauperi autem silentium imperari; neque iterum, virum quidem cum fiducia canere, mulierem verò tacere & sine voce stare. Sed omnes pari æqualitate fruentes, commune offerimus sacrificium, communem oblationem. Neque plus habet hic quàm ille, nec ille quàm hic; sed omnes in eodem honore, & una vox à diversis linguis ad orbis Creatorem emittitur. *Ita Sanctus, qui multa quoque de diurno nocturnoque Psalmorum cantu loquitur in Homilia post terræ motum habita, & apud Montfauconum tom.* 2 *pag.* 717 *impressa.*

D

divites verò modestè agere docet.

582 *Ut porrò conjungam omnia, quæ de conatibus Sancti ad emendandam urbem Constantinopolitanam conjunxit pag.* 47 *Palladius, subjicio reliqua.* Posthæc, *inquit*, apprehendit gladium reprehensionis adversus divites, abscessus animi eorum secans, humilitatem ipsos edocens, & cum hominibus reliquis modestè agere, Apostolico sermoni morem gerens, qui est ad Timotheum. "Divitibus hujus sæculi præcipe, non „sublime sapere, neque sperare in incerto divi„tiarum „. *Ejusmodi admonitionibus referta sunt Sancti Homiliæ.* Cùm igitur, *ait Palladius*, res ita se haberent, ecclesia in dies efflorescente in melius, & tota civitate in pietatem transformata, animabusque castitate & psalmodia exsultantibus, non tulit bonorum osor dæmon fugam eorum, qui ab ipso tenebantur, quos Domini sermo per Johannis prædicationem ab eo amoverat; ita ut qui circi amore insaniebant & theatralium spectaculorum, relictis diaboli atriis, cursim ad caulas Servatoris accederent, capti amore fistulæ Pastoris ovium amantis.

E

Zelus Sancti ad clerum emendandum,

583 *Socrates & Sozomenus consentiunt de conatu* Chrysostomi *ad clerum corrigendum, & de fructu, qui ex concionibus ipsius oriebatur. Audiamus primò Sozomenum lib.* 8 *cap.* 3, *ubi hæc scripsit:* Porrò Joannes, simulatque in episcopatu collocatus est, ante omnia clericorum suorum vitam emendare studuit: & in processus ac victum ac reliquam eorum conversationem diligenter inquirens, redarguebat illos & corrigebat. *Ex illo studio aliquid offensionis enatum fuisse, indicat cap.* 8 *his verbis:* Potentium autem hominum & clericorum odium in eum gliscebat ex loquendi libertate, quâ adversus eos utebatur. Hos enim ille, quoties injustè agentes viderat, reprehendebat. Illos verò, operibus & impietate, & fœdis voluptatibus corruptos, ad virtutem revocabat. *Hæc datis antè ex Palladio rectè consonant. Theodoretus quoque consentit apud Photium col.* 1514, *qui compendio dicit scripsisse Theodoretum,* Quomodo sacerdotium & summum sacerdotium ad antiquam normam omnino * revocare niteretur. *Hæc de insigni fervore* Chrysostomi. *An verò hic justo vehementior fuerit, deinde examinabimus.*

F

* *Gr.* omni studio

& mirus concionum fructus.

584 *De fructu Sozomenus cap.* 5 *ita loquitur:* Interea Joannes Constantinopolitanam ecclesiam egregiè administrans, multos tum ex gentilibus, tum ex hæreticis alliciebat. Confluebat ad illum quotidie multitudo, partim eorum, qui utilia ex eo discere, partim eorum, qui periculum ejus facere cupiebant. Capiebat autem ille universos, utque idem cum ipso de Divinita-

A nitate ſentirent, eis perſuadebat. Porrò populus tantopere ejus ſermonibus inhiabat, nec illis ſatiari ullo modo poterat, ut, quoniam ſeſe mutuò impellentes ac prementes periclitabantur, dum ſinguli propiùs nitebantur accedere, ut illum dicentem exactiùs audirent de proximo; ipſe in medio omnium conſiſtens, ex lectorum ſuggeſtu populum ſedens docuerit. *Magnum ex ſermonibus* Chryſoſtomi *fructum fuiſſe, inſinuat quoque Socrates, licèt paſſim in Sanctum iniquior, lib. 6 cap. 4 ita ſcribens:* Quales porrò fuerint ejus conciones, ſeu quæ ab ipſo editæ, ſeu quæ ex ore dicentis à notariis exceptæ ſunt, quàm illuſtres & ad alliciendos auditorum animos accommodatæ, quid nunc attinet dicere, cùm liceat iis, qui voluerint, eas pervolvere, & uberem ex illis fructum percipere? *Hactenus ille, cujus dicacitatem ſtatim examinabimus.*

Miraculum, quo hæretica convertitur.

585 *At priùs huc transfero prodigium, quod mulieri hæreticæ, Catholicam ſe fingenti, accidiſſe narrat Sozomenus lib. 8 cap. 5:* Hic verò, *inquit*, opportunum mihi videtur, miraculum quod illius temporibus accidit, Hiſtoriæ noſtræ inſerere. Vir quidam ex ſecta Macedonianorum,

B uxorem habebat ejuſdem ſectæ. Hic, cùm Joannem aliquando docentem audiiſſet, quomodo de Divinitate ſentiendum ſit, fidem ejus amplexus eſt: uxoremque hortari cœpit, ut idem ſecum ſentire vellet. Sed cùm illa priore conſuetudine & familiarium ſibi mulierum congreſſibus quaſi captiva teneretur, nec maritus crebris admonitionibus quidquam proficeret, tandem ille: Niſi, inquit, in Divinis myſteriis mecum communicaveris, nec vitæ conſors mihi eris in poſterum. Tum mulier id ſe facturam pollicita, conſilium ſuum aperit ancillæ, quam ſibi fidam eſſe judicabat; eamque ſibi ſociam adjungit ad fallendum maritum. Allapſo igitur tempore Myſteriorum, intelligunt fideles quid velim dicere, mulier, quod acceperat, retinens, quaſi Deum oratura, caput ſubmiſit. Ancilla verò, quæ ei adſtabat, id quod domo attulerat, clanculùm ei tradidit. Quod cùm mulier dentibus admoviſſet, inſtar lapidis obduruit. Tum mulier, verita ne quid ſibi gravius eveniret, tanto erga ſe patrato miraculo; confeſtim ad Epiſcopum pergens, ſeipſam accuſavit: ſimulque lapidem oſtendit, qui morſûs veſtigia retinebat, materiâ quâdam prorſus

C ignotâ, & colore inuſitato præditum: cúmque effuſis lachrymis poſtulâſſet, ejuſdem fidei cum viro deinceps permanſit. Quod ſi cui fortè hæc minùs credibilia videntur, teſtis eſt lapis ipſe, qui in theſauro eccleſiæ Conſtantinopolitanæ etiamnum ſervatur.

§ XXXIX. Inſignis Chryſoſtomi modeſtia & humilitas in epiſcopatu: charitas proximi, aliæque virtutes, ex quibus orta eſt mira ipſius in loquendo libertas.

Chryſoſtomus calumniis appetitus,

SI *omnibus Sanctis cum Apoſtolis, Prophetis, & cum ipſo etiam Chriſto Domino, qui omnia bene fecit, commune fuit, amicos habere & inimicos, laudari ab aliis, ab aliis vituperari, variiſque impeti calumniis, nequaquam mirari poſſumus, eam quoque* Chryſoſtomi *fuiſſe ſortem. Id tamen vehementer miramur, non defuiſſe hiſtoricos, qui poſt mortem Sancti, poſt Sanctitatem ipſius à calumniis vindicatam, poſt famam ipſius ab adverſariis reſtitutam, mores ejuſdem acerbo calamo carpere non dubitaverunt, ipſumque ut, nimis ſeverum, iracundum, violentum traducere. Quapropter, ut horum calumniæ clariùs refutentur, varias Sancti virtutes ex Operibus ipſius Conſtantinopolitanis colligere ſtatui, quemadmodum ex Operibus Antiochenis eximias ipſius virtutes jam deduxi § 34. Ex iis enim ſtudioſus lector primùm intelliget, Sanctum in omnibus vitæ ſtatibus fui ſemper ſuiſſe ſimilem. Deinde etiam facilè perſpicere poterit, ex quibus orta fuerit mira illa loquendi libertas, & qualiſcumque in delinquentes ſeveritas, quæ tot calumniis occaſionem præbuerunt.* AUCTORE J. S.

etiam in epiſcopatu humilitatem coluit,

587 *Quanti Chriſtianam humilitatem faceret* Chryſoſtomus, *quámque neceſſariam Chriſtianis omnibus crederet hanc virtutem, indicat in Homilia 30 in Acta Apoſtolorum tom. 9 pag. 237, auditores ſuos ita alloquens:* Vis verè magnum E quidpiam facere: ne umquam præſumas tamquam de magnis operibus... Nihil humilitati par: hæc mater eſt, radix, nutrix, fulcimentum & vinculum bonorum. Sine illa abominandi, execrandi & impuri ſumus. Eſto enim quis, ſi placet, qui mortuos ſuſcitet, claudos erigat, leproſos mundet cum arrogantia; nihil hoc impurius, nihil magis impium, nihil ſceleſtius. Nihil tui ipſius eſſe reputa. Facultatem verbi & doctrinæ gratiam habes? Ne ideo te putes plus quàm alios habere. Ideo maximè humiliari te oportet, quia pluribus dignatus es donis. *&c. Deinde contra illos, qui ad plauſum populi ſermones ſuos accommodant modeſto candore pag. 239 ſenſa ſua ſic explicat:* Credite mihi, non abs re dicenti, cùm prædicans laudibus excipior, illo quidem tempore humanum quid patior. Cur enim vera non dixerim? Lætor & effundor. Ubi verò domum reverſus, cogito plaudentes nullum excepiſſe fructum: ſed, ſi quid utilitatis accipiendum erat, illud ex plauſu & laudibus periiſſe, diſcrucior & ingemiſco, lacrymor, acſi omnia fruſtra dixerim, ita affectus *&c. Mox multa ſubjungit ad illam plaudendi licentiam omninò abrogandam. At dum illa de re loquebatur, rurſum iteratò applaudebant.* F

eamque & verbis, & petendis ſuarum precibus,

588 *Preces ſubditorum ſuorum magna humilitate variis locis flagitat* Chryſoſtomus. *In Epiſtolam 2 ad Theſſalonicenſes Hom. 4, ſeu tom. 11 pag. 533 id prolixè facit, variiſque utitur rationibus, ut perſuadeat.* Nemo, *inquit*, ex immodica humilitate tanto nos privet auxilio. Neque enim eodem animo dicimus, quo dicebat Paulus. Nam ille quidem hæc dicebat, volens conſolari diſcipulos: nos autem, ut magnum quid & bonum conſequamur. Et valde credimus, ſi velitis omnes unanimes ad Deum manus extendere pro noſtra vilitate, futurum ut omnia nobis rectè ſuccedant. *Et mox:* Nunc autem cùm gratia Dei aucta ſit, & inter ſubditos inveniamus multos, imò longè plures, qui ea in re imperantem longè ſuperant, ne nos hoc commilitio privetis. Erigite manus noſtras, ne reſolvantur: aperite os noſtrum, ne obſtruatur: Deum rogate: propter hæc rogate. *Rurſum pag. 534:* Veſtris precibus valde egeo. Nemo me, ut dixi, ex immodica humilitate hac privet ope & auxi-

lio

AUCTORE J. S.

lio. Planè credo futurum, ut veſtræ preces multùm poſſint, quæ cum tanto conſenſu fiunt. *Eadem humilitate ſubditorum preces poſtulat Hom.* XI *in Epiſtolam* I *ad Theſſalonicenſes. Utroque loco humillimis verbis inſinuat, ſe etiam pro ſuis preces fundere.* Nos autem, *inquit pag.* 504, & pudore ſuffuſi ſumus & fiduciam non habemus (*ad monendum & orandum pro aliis.*) Sed quoniam ad hoc conſtituti & ordinati ſumus, hoc agimus, cùm indigni quidem ſimus & adſiſtere, & vel ultimorum diſcipulorum locum tenere. Quoniam autem etiam per indignos operatur gratia, non propter ipſos, ſed propter eos, quibus ſunt profutura, noſtra afferimus.

Faciſque ſemper oſtendit.

589 *Miranda quoque modeſtia utitur Sanctus in Homilia* 4 *in Epiſtolam ad Hebræos, etiamſi ibidem pari fortitudine ſuperſtitioſam quamdam exſequiarum conſuetudinem omnino abrogandam decernat, & inobedientibus minetur excommunicationem.* Nam, *inquit tom.* 12 *pag.* 49, etiamſi nos ſimus miſeri & nihili, & digni, qui deſpiciamur, ſicut revera digni ſumus, non tamen nos ulciſcimur, neque iram referimus, ſed ſalutis veſtræ curam gerimus... Ignoſcite, nemo
B vincula contemnat eccleſiaſtica. Non eſt enim homo, qui ligat, ſed Chriſtus, qui nobis dedit hanc ligandi poteſtatem... Nam nos quidem uti volumus poteſtate ad ſolvendum. Imò verò vellemus, ne hoc quidem nobis eſſe neceſſe. Nullum enim volumus eſſe apud nos vinctum: non adeo ſumus infelices & miſeri, etiamſi ſimus planè nihili. Sed, ſi neceſſe habuerimus, ignoſcite. Non enim lubentes nec volentes, ſed magis quàm vos victi dolentes, vincula injicimus. *Hæc non modò Sancti humilitatem, ſed etiam charitatem oſtendunt. Quantùm autem neglexerit hominum de ſe exiſtimationem, quando id exigebat divinum ſervitium; tum alia plurima oſtendunt, tum verba ipſius, quæ ſequuntur pag.* 50: Melius eſt enim, *inquit*, ut vos me ſuſpicemini audacem, ſævum, & arrogantem, quàm ut vos faciatis ea, quæ Deo non placent. *Hæc ſufficiant de ſincera miniméque fucata* Chryſoſtomi *epiſcopi humilitate.*

Ardentiſſimum Sancti de ſalute

590 *Poſteriora inſignem quoque ipſius charitatem oſtendunt. Innumeris hanc aliis locis Operum ſuorum declarat. At pauca tantùm adducere placet. In Homilia* 44 *in Acta Apoſtolorum tom.* 9
C *pag.* 335 *ingentem dolorem de exiguo auditorum ſuorum profectu indicat his verbis:* Cùm autem animo deficimus, videntes vos nihil proficere, an non major pars virium noſtrarum concidit? Quid enim, quæſo, factum eſt?... Objurgamus, increpamus, lacrymamur, dolemus, etſi non palam, at in corde... Niſi quis me putaret auram ſuperfluam captare, quotidie me videres fontes lacrymarum emittere. Harum verò conſciæ ſunt domuncula & ſolitudo. Credite namque mihi, de ſalute mea deſperavi (*id eſt, multùm timuit, opinor:*) & dum veſtra lugeo, non ceſſo etiam mala mea plangere. Sic vos mihi omnia eſtis. Si ſentiam vos in virtute augeri, præ voluptate mala mea non ſentio: ſin nihil proficere videam, præ mœrore rurſum mea miſſa facio. Lætus quidem ſum de bonis veſtris, licèt mille malis onuſtus: mœſtus de triſtibus, quæ vobis accidunt, etſi innumera eſſent præclarè geſta mihi. Quæ ſpes enim Doctori, grege corrupto? qualis vita? qualis exſpectatio? cum qua fiducia ſtabit ante Deum?.... Utinam vobis ſalutem nactis, dem ego de vobis rationem, & accuſer, quòd officium meum non impleverim. Non enim ita curo, ut per me vos ſervemini, ut curo ut à quovis ſervemini. D

& profectu ſubditorum ſtudium:

591 Non nôſtis ſpiritualium partuum tyrannidem, quomodo is, qui ita parturit, millies in fruſta concidi peroptat potiùs, quàm unum ex genitis perire vel corrumpi videat... Poſſumus & nos dicere, nos nihil ſubterfugiſſe: attamen dolemus.... Etſi potuiſſemus dicere: Quid mihi curæ eſt? Ego quod meum erat feci. Ego mundus ſum à ſanguine. At hoc non ſufficit ad conſolationem. Si poſſet cor noſtrum diſcindi & patere, videretis vos omnes illic eſſe in magna latitudine, mulieres, filios, viros. Tanta quippe eſt caritatis virtus, animam cælo latiorem reddit. "Capite nos, inquit Paulus, neminem læſimus, „non anguſtè in nobis eſtis„. Hoc & nos nunc dicimus: Capite nos. Totam in ſe Corinthum ille habebat, & dicebat: "Dilatamini & vos, non in „anguſtia eſtis„ Sed hoc non ego dicere poſſem. Nam bene novi, quòd vos me diligatis & capiatis. Sed quid lucri vel ex mea vel ex veſtra caritate, quando ea, quæ Dei ſunt, in vobis non rectè procedunt? Hinc majoris cauſa doloris, majoris perniciei occaſio. In nullo poſſum
E vos incuſare: "Teſtor enim vobis, quia ſi fieri „potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis „mihi„. Viciſſim daremus non modò Euangelium, ſed etiam animas noſtras. Amamus & redamamus. At hoc non quæritur. Amemus ergo Chriſtum primò: primum quippe mandatum eſt *&c. Hactenus ardens ille ſubditorum, at minimè mollis amator.*

quos dolebat non tantùm proficere, quantum cupiebat:

592 *Ex tanta porrò charitate oriebatur inſatiabile ſtudium ſubditos in via virtutis promovendi, ut illa ipſa verba, quæ dedi, abundè indicant, & ſexcenta alia Homiliarum loca. In Homilia* 39 *pag.* 230 *ita loquitur:* Sæpè ſtatui ego ſilere, videns nihil ex ſermonibus noſtris vobis lucri accedere. Fortè tamen accedit, & ego, quòd inſatiabilis & cupidus ſim, id ipſum patior, quod ii, qui circa pecunias inſaniunt. Nam ſicut illi, quantumvis accumulent, nihil ſe putant habere: ſic & ego, quia ſalutem veſtram admodùm cupio, donec videro vos profeciſſe, nihil me feciſſe puto, quòd multùm deſiderem, ut ad ipſum culmen aſcendatis. Vellem ita ſe habere; idque ex affectu meo, non ex veſtra ignavia proficiſci. Sed timeo, ne fortè bene conjectem... Quid ergo faciendum? Non enim objurgandum F
eſt tantùm. Obſecro & oro, ne id ſolùm ſpectetis, ut in eccleſiam veniatis, ſed ut etiam domum regreſſi, accepto contra vitia pharmaco, ſi non à nobis, ſaltem à Scripturis, congruentia habeatis remedia.

indeque aliquando liberè reprehendebat.

593 *Tantum vitia corrigendi ſtudium efficiebat, ut acriùs ſubinde inveheretur in peccata, quàm ut id ſine offenſione audirent, qui vanitatis erant amantiores quàm virtutis. Ita in Homilia* 7 *in Epiſtolam ad Coloſſenſes acerrimè perſtrinxerat divites, qui in luxum profuſi erant, in pauperes verò immiſericordes: deinde intellexerat multos fuiſſe offenſos. Sequentem igitur Homiliam ita orditur:* Scio multos eſſe offenſos eâ, quæ hanc præceſſit, diſceptatione. *Et poſt pauca contra avaritiam dicta, ſubdit:* Ne ægrè feratis: non enim lubens, neque temerè volo habere inimicos. Sed velim vos eò venire virtutis, ut ego de vobis audiam, quæ oportet. Quamobrem non ſunt, quæ dixi, auctoritatis, neque imperii, ſed triſtitiæ & doloris. Ignoſcite, ignoſcite: nolo me indecorè gerere de iis diſſerens, ſed cogor. Non pro dolore pauperum hæc dico, ſed

pro

A pro veſtra ſalute. Peribunt enim, peribunt, qui Chriſtum non aluerunt. Quid enim ſi alis pauperem? Sed, quamdiu ſic luxui & deliciis indulges, ſunt omnia ſupervacanea. Non enim quæritur, multane dederis, ſed num minus dederis, quàm ferant facultates. *&c. Vides, lector ſtudioſe, Sanctum quidem ſe excuſare; at ipſum eo id facere modo, ut non revocet rectè dicta, ſed magis confirmet. Similia homines vanos & avaros offendebant: maluiſſent enim blanda quàm vera audire. Verùm* Chryſoſtomus *ſubditos ſuos amabat propter Deum, malebatque Deo placere quàm hominibus.*

Nam ne Deum offenderet,

594 *Teſtem hac de re habemus* Chryſoſtomum *ipſum tam aliis locis, quam in Homilia 9 in Epiſtolam 1 ad Theſſalonicenſes, in qua tom.* XI *pag.* 494 *ita loquitur;* Nam ſi lapidibus appetiti prophetæ non ſilebant: multò magis nobis ferendæ ſunt inimicitiæ: & non eſt vobiſcum loquendum ad gratiam, ne, ſi vos deceperimus, ipſi diſcindamur. *Sequentem deinde Homiliam iis orditur verbis, ut ſatis liqueat, liberam illam & ſinceram Sancti charitatem aliquibus diſplicuiſſe.* Neceſſe eſt, *inquit*, ut, qui præeſt, multas habeat ſimultatum occaſiones, ſicut medici neceſſe habent in multis moleſti eſſe ægrotis, & cibos & medicamenta parantes, quæ voluptatem quidem non habent, ſed multam utilitatem: & ſicut patres crebrò filiis ſunt moleſti; ita etiam doctores, & multò magis. Nam medicus quidem, etiamſi ab ægrotis habeatur odio, à cognatis tamen & propinquis ejus placidè excipitur; & ſæpè ab eo, qui ægrotat. Pater quoque tam naturâ quàm externis fretus legibus, magna facilitate ſuo utitur in filios imperio, & ſi invitum caſtigaverit & increpaverit, nemo eſt prohibiturus; ſed nec ille ipſe eum audebit ex adverſo aſpicere. In ſacerdote autem magna eſt difficultas. Atque primùm quidem debet imperare ac præeſſe volentibus, qui ei gratiam habeant, quòd imperet. Fieri autem non poteſt, ut hoc citò accidat.

B

hominibus diſplicere non metuebat; nec proſpera amans,

595 Nam qui arguitur & reprehenditur, cujuſmodicumque ſit, omnino mittens habere gratiam, eſt infenſus. Similiter faciet is, cui ſuadetur, qui monetur & rogatur. Si itaque dixero, Pecunias tuas effunde in egentes, dixi quid grave & moleſtum. Si dixero, Seda iram, animi exſtingue furorem, nefariam compeſce libidinem, ex deliciis aliquam partem amputa, ſunt omnia gravia & moleſta. Et ſi caſtigavero ſocordem & ignavum, aut abduxero ab eccleſia, aut ei communibus precibus interdixero, dolet, non quòd ab iis exciderit, ſed propter commune probrum ac dedecus. *Hactenus* Chryſoſtomus, *multò rectiùs exponens originem inimicitiarum, quibus impetitus eſt, quàm eam expoſuerunt ſcriptores poſtea refutandi. Ex iiſdem quoque verbis abundè liquet, non ignorâſſe Sanctum, libertatem ſuam in monendo, arguendo, increpandoque multis odio fuiſſe. Verùm excelſo animo laudes amicitiaſque hominum non curabat, qui terrena omnia pro nihilo habebat. Audiamus loquentem Homiliâ 9 in Epiſtolam ad Hebræos tom.* 12 *pag.* 100, *ut intelligamus, quanti omnem mundi gloriam faceret.* Quid enim, *inquit*, ſunt res humanæ? Cinis & pulvis, & tamquam pulvis ante faciem venti, fumus & umbra, & folium, quod circumfertur, & flos, & ſomnium, & narratio, & fabula, ventus, & aër mollis temerè diffluens, penna non conſiſtens, fluentum prætercurrens, & quæ ſunt, quàm hæc, magis nihili. *Habent in hiſce vani amatores mundi, quæ meditentur. Habent omnes, quod admirentur in* Chryſoſtomo, *tot nimirum quæſitas fuiſſe rerum nihili ſimilitudines, ut rerum mundanarum vanitatem altiùs animo ſuo infigeret. Neque ſemel ita locutus eſt, ſed frequentiſſimè.*

C

AUCTORE J. S.

nec mundi adverſa formidans. Hiſce inſtructus doctrinis,

596 *Porrò ut carebat amore rerum tranſeuntium, ita vacuus erat timore illorum omnium, quæ adverſa & mala nominat humana infirmitas, quæque ſapiens ille rerum Æſtimator ut multorum bonorum originem conſiderabat, ſi quis iis ſapienter uti novit. Jam dudum ante exſilium ea ſenſa habebat, quæ in exſilio præclarè integro libro expoſuit, videlicet neminem lædi, niſi à ſe ipſo. Sic variis locis loquitur: at ſatis ea de re loquentem audiemus, quando conſentientia iis verbis agentem videbimus. Tanta igitur erat magnitudine animi, ut nihil in vita magnopere timendum, nihil fugiendum crederet, præter peccatum. Hac verò mente præditus, liberrimè unumquemque monebat pro officio ſuo, & delinquentes arguebat. Faciebat id quidem cum dolore, faciebat tamen. Audiamus loquentem Hom.* 23 *in Epiſtolam ad Hebræos tom.* 12 *pag.* 217: Unuſquiſque eſt valde ſolicitus, quomodo ſuis addat pecuniis: nemo quomodo ſuam ſervet animam... Hæc digna ſunt lamentationibus, hæc accuſatione, hæc reprehenſione. Sed hæc nolebam dicere: verùm dolor me cogit, ignoſcite: cogit me luctus multa dicere, quæ nolebam....

E

& flagranti ſalutis omnium zelo, liberrimè monebat.

597 Fleamus, ô dilecti, fleamus, ingemiſcamus. Sunt fortaſſe quidam, qui dicunt, Nihil aliud nobis dicit, quàm lamentationes, nihil aliud quàm fletus. Nollem, credite, nollem, ſed laudes perſequi & encomia. Nunc autem eſt horum tempus. Non eſt grave, ô dilecti, lamentari; ſed digna facere lamentationibus... Ne puniaris, & non lugeo! ne moriaris, & non defleo... Sed non poſſum eſſe pater, ſi non fleam: pater ſum amans & benevolus... Utinam liceret videre ipſum ardorem mentis, & videres, quòd magis uror quàm quævis mulier & quævis puella, quæ immaturam paſſa eſt viduitatem. Non ita luget illa ſuum maritum, neque pater filium, ut ego hanc, quæ eſt apud nos, multitudinem, nec ullum video profectum. *Hæc interim de eximiis* Chryſoſtomi *virtutibus ad propoſitum noſtrum ſufficiunt. Nam ſi quis diligenter expendat inſignem Sancti modeſtiam & humilitatem, ſi immenſam in ſubditos omnes ſinceramque charitatem; facilè intelliget, acres ipſius reprehenſiones non ex ſuperbia, arrogantia, aut nimia iracundia fuiſſe ortas; ſed ex ferventi ſtudio ſalutis omnium ſubditorum, quos ut bonus Paſtor omni modo in viam virtutis reducere, & ad æternam felicitatem perducere conabatur. Nunc Socratis aſſerta, ſecutique ipſum in quibuſdam Sozomeni, examinabimus.*

F

AUCTORE J. S.

§ XL. Chryſoſtomus Novatianos inſectatur : horum causâ acerbior in Sanctum videtur Socrates, cujus aſſerta examinantur, uti & aliqua Sozomeni.

Chryſoſtomus cùm Antiochiæ tum Conſtantinopoli

QUanto magis conſidero omnia, quæ de S. Chryſoſtomo & de Conſtantinopolitanis Novatianorum epiſcopis ſcripſit Socrates, tantò mihi veriſimilius apparet, ſcriptorem illum, Novatianorum ubique patronum, & procul dubio Novatianum, acerbiori in Sanctum ſtylo uſum eſſe, quia ipſius contra Novatianos zelum habebat perſpectum. Certè Chryſoſtomus, qui omnes ſui temporis hæreticos æquè ac Judæos & gentiles in ſcriptis ſuis aggreſſus eſt, Novatianos ſimiliter impetiit. Jam Antiochiæ, dum exponebat Epiſtolam S. Pauli ad Epheſios, tom. XI pag. 105 de ipſis dixerat; Ubi ſunt, qui dicuntur CATHARI, id eſt, mundi, qui omni ſorde pleni ita ſe audent nominare? At plures Novatiani erant Conſtantinopoli, ubi & epiſcopum habebant, & tolerabantur in urbe. Hos igitur aggreſſus eſt Chryſoſtomus in Homilia 6 ex undecim antè ineditis, quam Montfauconus dedit tom. 12 pag. 353, ubi illo inſignitur titulo: Homilia habita in eccleſia Apoſtolorum in die Theodoſii imperatoris, adverſus eos, qui ſe Catharos appellabant, poſtquam duo alii epiſcopi locuti fuerant. Mutila eſt Homilia, ita ut videatur excidiſſe pars illorum, quæ contra Catharos ſive Novatianos in ea fuerunt diſputata, præſertim quia contra ipſos pag. 355 ita loqui incipit, ut videantur alia præceſſiſſe, & revera paulò antè duas paginas deeſſe credat editor.

contra Novatianos diſputavit:

599 Audiamus tamen aliqua: Quænam ergo, inquit, eſt hæc arrogantia? quænam jactantia? quænam inſania? Homo cùm ſis, te Catharum ſive purum eſſe dicis, & te purum eſſe perſuaſum habes? Et quantum hoc inſaniæ eſt? Nam cùm te purum dicis, perinde facis, acſi quis diceret, mare fluctibus eſſe purum. Sicut ergo ei fluctus numquam deficiunt, ita neque nobis peccata. An non nôſti quinam ſimus? Gaudentes; mœrentes; divites, pauperes; contumeliâ affecti, laudati; pulſi, bello impetiti, requie fruentes; eſurientes, ſatiati: ſexcenti ſunt animi motus ac perturbationes, ſexcentæ negotiorum circumſtantiæ, ſexcenti corporis morbi, ſexcentæ rerum inæqualitates: & audes dicere te in euripo procellarum talium purum eſſe? Et quid impurius fuerit eo, qui ita affectus ſit? Poſt plura ad hoc propoſitum dicta, ſubdit: Vos autem veſtramque caritatem rogo, hæc omnia cogitantes, ab illorum jactantia vos eximatis, & illorum arrogantiam vitetis: & cum omni ſtudio curetis admiſſa peccata abluere, & accedentia depellere... Et quomodo id eventurum ſit, audi. Si in eccleſiam nos conferamus, ſi de peccatis noſtris ingemiſcamus, ſi ipſa peccata confiteamur &c. Novatianos rurſum refutat in Homilia 20 in Epiſtolam ad Hebræos tom. 12 pag. 186, ubi ſolvit argumentum, quod illi ſumebant ex verbis S. Pauli malè expoſitis.

600 Socrates ipſe ſatis indicat, Chryſoſtomum allaborâſſe, ut Novatianos compeſceret Conſtantinopoli. Verùm adeo addictus erat iſtis hæreticis, ut figmenta quædam ſuæ relationi immiſceat. Nam lib. 6 cap. 22, ubi Siſinnium Novatianorum epiſcopum celebrat variis laudibus, de geſtis inter ipſum & Chryſoſtomum ſic loquitur: Cùm aliquando à Joanne epiſcopo reprehenderetur (Siſinnius,) Joanneſque diceret, civitatem non poſſe duos epiſcopos habere; reſpondit Siſinnius: Nec profectò habet. Hîc cùm Joannes indignaretur, ac diceret: Solus, ut video, vis eſſe epiſcopus. Subjecit Siſinnius: non hoc dico, ſed quòd apud te ſolum epiſcopus non ſim, qui tamen epiſcopus ſum aliis omnibus. Quo reſponſo exaſperatus Joannes, Faciam, inquit, ne in poſterum concioneris; hæreticus enim es. Cui Siſinnius facetè reſpondit: At ego, inquit, mercedem tibi ſolvam, ſi me tanto labore liberaveris. Mollitus eo dicto Joannes, Ego, inquit, non faciam, ut ne in poſterum concioneris, ſi quidem moleſtum tibi eſt concionandi munus. Hoc ultimum Chryſoſtomi reſponſum ne vel umbram quidem habet veriſimilitudinis: adeo à moribus Sancti abhorret. Ex tota verò relatione, quam haud dubiè ab aliquo Novatiano accepit Socrates, id unum tutò admitti poſſe exiſtimo, Chryſoſtomum conatum eſſe efficere, ne liberè concionaretur Siſinnius; at id ipſum perficere non potuiſſe.

eorumque epiſcopum compeſcere ſtuduit.

Huic autem cùm faveat contra Chryſoſtomum Socrates,

601 Idem ſcriptor cap. 25, ubi refert mortem Chryſoſtomi, ineptiſſimum Novatianorum contra abſolutionem pœnitentium argumentum adoptat, Chryſoſtomum carpens his verbis: Vir, ut antea dixi, propter abſtinentiæ ſtudium iracundiæ magis indulgens quàm verecundiæ: & qui ob ſingularem ſanctimoniam immodica oris libertate perpetuò uſus eſt. Porrò mirari non immeritò ſubit, cur, cùm tanto ſtudio flagraret temperantiæ, eam tamen contemnendam eſſe in concionibus ſuis docuerit. Nam cùm à ſynodo epiſcoporum ſemel dumtaxat iis, qui poſt baptiſmum peccâſſent, conceſſa fuiſſet pœnitentia, ipſe pronuntiare non dubitavit: Licèt millies pœnitentiam egeris, accede. Ob quam doctrinam, tum à familiaribus ſuis reprehenſus eſt, tum etiam à Siſinnio Novatianorum epiſcopo, qui librum quoque adverſus hoc dictum conſcripſit, & ob id ipſum graviter exagitavit. Verùm hæc diu antè contigerant; *diu nimirum ante mortem* Chryſoſtomi. *Valeſius in Annotatis pag. 82 ad hunc locum iſtud rectè obſervat.* Ex hoc loco certiùs, quàm ex ullo alio colligi poteſt, Socratem Novatianum fuiſſe. Nam & Chryſoſtomi ſententiam perperam interpretatur, & Siſinnio Novatianæ partis epiſcopo palàm favet adverſus Joannem Chryſoſtomum.

ejuſque argumento utatur, Novatianum ſe oſtendit.

602 Imò etiam utitur argumento Novatianorum, qui dictitabant, remiſſione peccatorum per pœnitentiam, quaſi veniam peccatoribus concedi ad peccandum. Nugæ hæ ſunt hæreticorum, ab omni recta ratione abhorrentes. Quis enim ſapiens dicat, ſacerdotem, qui peccatori ſeriò pœnitenti abſolutionem impertit, permittere ipſi, ut peccata repetat, præſertim cùm abſolutionem non impertiatur, niſi ſeriò proponenti peccata numquam repetere? Quin potiùs ſacerdos pœnitenti dicit cum Chriſto Joan. 5 ℣ 14: Ecce ſanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Tillemontius art.* 49 Chryſoſtomum *ita contra Socratem defendit, ut ipſum potiùs nimis ad Socratis & Novatianorum ineptias ap-*

pro-

A *propinquantem facere videatur, quàm verè defendere.* Non inveniet (*Socrates*) S. Chryſoſtomum promittere umquam abſolutionem illis, qui illam ſemel violârunt, *inquit Tillemontius, qui varia deinde addit, ſed omnino nihil, quo intelligi poſſit loqui de pœnitentia publica aut ſolemni, quæ non iterabatur.*

At malè & ineptè contra Socratem Chryſoſtomi verba

603 *Itaque illa Tillemontii excuſatio, mihi potiùs videtur gravis accuſatio* Chryſoſtomi, *quem videtur facere tam durum & immiſericordem, tam Chriſti præceptis & Eccleſiæ moribus contrarium, ut perpetuò quidem ad pœnitentiam hortantem fingat, ſed poſt pœnitentiam ſemel relapſis veniam deinceps non indulgentem. Tam iniqua videtur hæc excuſatio, ut mallem accuſari à Socrate, quàm ſic excuſari. Verùm ipſa accuſatio Socratis, quantumvis frivola ſit, ſatis oſtendit, quàm ineptè tulis expoſitio attribuatur verbis* Chryſoſtomi, *quámque immeritò duritia & immiſericordia tanta attribuatur Sancto; præſertim cùm inimici* Chryſoſtomum *ſimiliter accuſaverint de nimia facilitate peccatoribus ignoſcendi. Quippe inter octodecim accuſationum capita, quæ* Chryſoſtomo *ab Iſaacio, obſcuri nominis epiſcopo, in*

B *conciliabulo objecta narrat Photius col.* 58, *hoc erat ſeptimum:* Quòd licentiam peccatoribus præberet, dicens: "Si iterum peccâſti, iterum pœ„nitentiam age, & quoties peccaveris, veni ad „me: & ego te ſanabo„. *Inepta quidem hæc eſt accuſatio, præſertim cùm proferatur contra* Chryſoſtomum, *qui toties tantaque vi homines à peccando deterret, ut nullus ei hac in parte palmam præripuerit.*

exponit Tillemontius; cùm Sanctus

604 *Attamen hæc ipſa accuſatio luculenter oſtendit, quàm ineptum ſe defenſorem, aut accuſatorem potiùs, hìc exhibuerit Tillemontius. Nam illa verba,* Veni ad me, & ego te ſanabo, *non poſſunt aliter explicari quàm de remiſſione peccatorum, ſeriò pœnitentibus danda. Sic multis aliis locis remiſſionem peccatorum confeſſione & pœnitentiâ obtinendam promittit. Videri poſſunt verba num.* 599 *data. Accipe, lector, & alia. In Homilia* 3 *de Davide & Saüle tom.* 4 *pag.* 668 *&* 669 *graviter objurgat illos, qui profana ſpectacula adiverant, vultque ut tamquam excommunicati maneant extra eccleſiæ ſepta, donec ſatisfecerint. Deinde pag.* 770 *ita loquitur:* Quapropter equidem hortor rogoque, ut priùs confeſſio-

C ne ac pœnitentiâ aliiſque remediis omnibus ſeſe à peccato ex theatricis ſpectaculis contracto perpurgent, atque ìta divinos audiant ſermones. *Ibidem pag.* 175 *in Homilia* 20 *in Geneſim de gravibus peccatoribus ita loquitur:* Attamen qui hæc fecit, ſi voluerit, ut decet, uti conſcientiæ adjumento, & ad confeſſionem facinorum feſtinare, & ulcus oſtendere medico, qui curet & non exprobret, atque ab illo remedia accipere, ac ſoli ei loqui, nullo alio conſcio, & omnia dicere cum diligentia, facilè peccata ſua emendabit: confeſſio enim peccatorum, abolitio etiam eſt delictorum.

non modò ad pœnitentiam & confeſſionem frequentem

605 *Si quis hæc aliaque plurima, quæ de pœnitentia ac confeſſione peccatorum in Operibus ſuis habet* Chryſoſtomus, *reſtringere ita voluerit, ut ea intelligere contendat de confitentibus prima vice, ineptiſſimus ſanè erit: neque enim verba ſua reſtringit ſanctus Doctor. Contrà frequenter inſinuat, pœnitentiam & confeſſionem ſuo tempore iterari ſæpiùs conſueviſſe, quemadmodum hodieque fieri ſolet. In Homilia contra Judaizantes tom.* 1 *pag.* 611 *rationem dat, cur inſtitutum ſit quadraginta dierum jejunium his verbis:* Multi quondam temere ac ſine judicio, præcipuè verò hoc tempore, quo Chriſtus ea tradidit, ad ſacra Myſteria accedebant. Cùm igitur intelligerent Patres, quantum ex temerario acceſſu detrimenti caperetur, convenientes quadraginta dies jejunii, precum, auditionis verbi Dei, & conventuum deſignârunt, ut in his diebus omnes per preces, per eleëmoſynam, per jejunium, per vigilias, per lacrymas, per confeſſionem, ac per cætera omnia diligenter expurgati, ita pro captu noſtro cum conſcientia pura accedamus. *Quis non videat,* Chryſoſtomum *hìc confeſſionem exigere, ut quis ad ſacra Myſteria accedat, ſi conſcientiam habeat peccatis onuſtam? Quis etiam non perſpiciat, annuam ſaltem confeſſionem ab ipſo requiri? Non igitur negabat abſolutionem illis, qui in peccata erant relapſi poſt pœnitentiam.*

AUCTORE J. S.

invitet, ſed abſolutionem etiam promittat.

606 *Sic frequentem confeſſionem aliis locis inſinuat, & nominatim in Epiſtolam ad Hebræos Hom.* 9, *in qua rurſum refutat Novatianorum dogma, docetque, qualis debeat eſſe pœnitentia & confeſſio.* Iterum lapſi ſumus, *inquit pag.* 98, & ne ſic quidem punit, ſed dedit medicamentum pœnitentiæ, quod ſufficit ad delenda & abſtergenda omnia peccata noſtra, ſi modò vide- E rimus, cujuſmodi ſit medicamentum, & quomodo id ſit applicandum... Primum eſt ex ſuorum peccatorum condemnatione, & ex confeſſione. *Deinde poſt varia expoſita de confeſſione bona, pag.* 100: Nunc autem cùm ea didiceritis, per quæ rectè agitur pœnitentia & remiſſio, & quòd omnia poterimus effugere, ſi ea utamur, ut oportet, quamnam aſſequemur veniam, ſi ne in mentem quidem nobis veniant noſtra peccata? Nam ſi hoc eſſet, omnia eſſent confecta. Sicut enim, qui oſtium eſt ingreſſus, eſt intus; ſic qui propria mala cogitat; ſi illa ſupputet, omnino veniet ad eorum curationem. Sin autem dicat; Sum peccator; ea autem per ſpecies non cogitet ac ſupputet; & non dicat; Hoc & illud peccatum admiſi, numquam ceſſabit, ſemper quidem confitens, curam autem nullam gerens correctionis. *Mitto alia multa, quæ de iteranda peccatorum confeſſione, & de remiſſione obtinenda, variis locis habet* Chryſoſtomus, *ita ut capere nequeam, quomodo allata ſuperiùs verba proferre potuerit Tillemontius; niſi fortè verba illa vitiosè impreſſa fuerint. Ego certè illa ſenſu commodo explicare nequeo, nedum cum mente* Chryſoſtomi *conciliare.* F

Calumnia illa Novatianorum videtur orta

607 *Inquiramus modò, unde nata videatur illa Novatianorum & inimicorum* Chryſoſtomi *accuſatio. Quantùm conjecturâ aſſequi poſſum, deſumpta ea eſt ex Homilia de Pœnitentia octava, edita apud Montfauconum tom.* 2 *pag.* 340, *apud Ducæum verò tom.* 4 *pag.* 487: *nam ibidem multus eſt* Chryſoſtomus *in extollenda Dei clementia, atque in commendanda utilitate pœnitentiæ & confeſſionis. Comparat primò eccleſiam cum arca Noë, eâque præſtantiorem oſtendit.* Etenim, *inquit*, arca animalia excipiebat, & animalia conſervabat; eccleſia verò animalia excipit & immutat: exempli causâ... huc ingreſſus accipiter, exit columba; ingreſſus lupus, exit ovis; ingreſſus ſerpens, egreditur agnus, non mutatâ naturâ, ſed exploſâ nequitiâ. Ideo frequentem de pœnitentia moveo ſermonem. Eſt enim pœnitentia moleſta & formidabilis peccatori, medela delictorum, conſumptio iniquitatum, effuſio lacrymarum, fiducia apud Deum, armatura contra diabolum, gladius ejus caput abſcindens, ſpes ſalutis, deſperationis profligatio. Hæc ho-

AUCTORE J. S.

homini cælum aperit.... Peccator es, ne desperes. Non desino vos jugiter hisce medicamentis allinere.... Si in peccatis sis, ne desperes; hæc dicendi nullum finem facio. Si quotidie peccas: quotidie pœnitentiam age... Inveteratus es hodie à peccato? Renova te ipsum per pœnitentiam.

ex aliqua Sancti Homilia,

608 Licetne, inquies, per pœnitentiam salutem consequi? Planè licet. Totam vitam in peccatis contrivi, &, si pœnitentiam egero, salvus ero? Prorsus eris. Id unde liquet? Ab ipsa Domini tui erga homines benignitate... Nam malitia quidem tua mensuram habet, remedium verò mensuram non habet; malitia tua, qualiscumque sit, humana est malitia; Dei verò clementia est immensa: confide fore ut ea tuam vincat malitiam... Hæc dico, non ut vos segniores reddam, sed ut diligentiores efficiam. *Hisce alia addit similia, ut lapsos ad pœnitentiam perducat, ac nominatim alloquitur illos, qui eundo ad profana spectacula peccaverant, & deinde etiam raptores ac fornicatores. Mox verò se convertit ad illos, qui inordinato pudore à confessione peccatorum suorum deterrentur; docetque eam esse fallaciam diaboli, qui pudorem aufert in peccando,*

B

in pœnitentia verò pudorem incutit. Facinus perpetrat, *inquit pag.* 343, & non pudore afficitur, & de verbo erubescit? Diaboli astutia est: in peccato non sinit eum erubescere:... in pœnitentia verò erubescere facit; novit enim eum præ pudore pœnitentiam non acturum esse. Duo mala facit, ad peccatum pellicit, & à pœnitentia arcet. Cur te jam pudet? Cùm fornicareris non erubescebas, cùm remedium admoves, pudore suffunderis? cùm te ipsum à peccato liberas, erubescis?.... Cùm peccator fieres, non erubescebas; cùm justus efficeris, erubescis? "Dic tu „iniquitates tuas primus, ut justificeris„. Non dixit, ut non plectaris supplicio, sed, ut justificeris.

in qua Dei misericordia multùm fucrat commendata.

609 *Tum affert exemplum boni latronis, se peccatorem in cruce confessi, & statim justitiam adepti; subditque:* Admodum benignus est Deus, Filio non pepercit, ut servo parceret: tradidit Unigenitum, ut ingratos servos redimeret: Sanguinem Filii sui in pretium deposuit... Ne mihi rursum dicas: Peccavi multùm, quomodo potero salutem consequi? Tu non potes: Dominus tuus potest; atque ita potest, ut deleat peccata tua. Attende diligenter: ita delet peccata,

C

ut ne vestigium quidem eorum maneat. *Hæc sanè non poterant non displicere Novatianis hæreticis. Nihilo magis ipsis placere poterat comparatio potestatis regum & sacerdotum, quam ita instituit pag.* 344: Medicamenta paro medicorum remediis præstantiora, quæ ne reges quidem adornare possunt. Quid rex potest? E carcere eruere, à gehenna autem eximere non potest; pecunias largiri, animam verò servare non valet. Sed in manus pœnitentiæ vos trado, ut vim ejus ediscatis, ut discatis peccatum non ei prævalere, neque ullam esse iniquitatem, quæ vim ejus superare possit. *Hactenus* Chrysostomus; *qui mox latè ostendit, nullum esse peccatum, quod pœnitentiâ deleri nequeat.*

Nam Sanctus benignè peccatores ad pœnitentiam trahebat,

610 *Itaque mirari non possumus, Novatianis hanc aut similem* Chrysostomi *Homiliam displicuisse. Quin imò inimicos* Chrysostomi *ex similibus quoque verbis colorem aliquem calumniis suis quæsivisse, non ita vehementer mirabimur, si consideremus, quàm multa inepta planè & frivola eidem objecerint. Nam si Sanctus eodem semper modo misericordiam Dei erga pœnitentes extulisset, ejusmodi sermones potuissent efficere, ut* D *aliqui peccatum minùs horruissent. At sapiens ille Medicus nunc lenibus utebatur medicamentis, ut peccatores ad pœnitentiam attraheret; aliàs ferrum & ignem intentabat, ut subditos à peccando deterreret, atque omni modo homines conabatur ad viam virtutis adducere, & à semita peccatorum abstrahere. Hæc autem concionandi methodus non poterat meritò accusari: neque benignitas Sancti in pœnitentes de peccatis. Certè S. Augustinus in libro de Agone Christiano cap.* 30 verè Catholicæ sanctitatis *esse dicit, peccatoribus misericordiam exhibere.* Nusquam enim, *inquit*, tam vigere debent viscera misericordiæ, quàm in Catholica Ecclesia, ut tamquam vera mater, nec peccantibus filiis superbè insultet, nec correctis difficilè ignoscat. *Hæc ille contra duritiam Luciferianorum.*

quemadmodum S. Augustinus faciendum monet.

611 *Deinde cap.* 31 *Novatianos non minùs acriter perstringit his verbis:* Nec eos audiamus, qui negant Ecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miseri, dum in Petro petram non intelligunt, & nolunt credere datas Ecclesiæ claves regni cælorum, ipsi eas de manibus amiserunt... Qui nomen suum si vellent agnoscere, E MUNDANOS se potiùs quàm MUNDOS vocarent. Nolentes enim, si peccaverint, corrigi, nihil aliud elegerunt, nisi cum hoc mundo damnari. Nam quibus veniam peccatorum negant, non eos aliqua sanitate * custodiunt, sed ægris subtrahunt medicinam. *Hæc sufficiunt contra Novatianum argumentum Socratis: nam, si in aliqua synodo statutum sit, quemadmodum vult Socrates, ut lapsis semel tantùm pœnitentia concederetur, statutum illud fuit de pœnitentia solemni, quæ ob gravissima crimina imponi tum solebat, quæque non iterabatur; non verò de pœnitentia vulgari, de qua loquitur* Chrysostomus; *nisi fortè Socrates conciliabulum aliquod memoret Novatianorum, ceteris minùs rigidorum. Porrò ex hisce tam ineptis criminationibus Socratis facilè videbit studiosùs lector, quàm nullam fidem mereatur in iis, quæ de iracundia & nimia* Chrysostomi *libertate venenato calamo conscripsit.*

* *al.* sanctitate

Socrates & Sozomenus, Sanctum nimiæ iracundiæ accusantes,

612 *Audiamus tamen dicta hominis, præmissa cautione jam data.* His moribus, *inquit cap.* 4, præditus Joannes, & ad episcopatùs honorem provectus, majori, quàm par erat, severitate in subditos usus est, dùm clericorum suorum vitam, sicut sperabat, corrigere vellet. Statim igitur in ipso episcopatûs exordio, cum ecclesiasticis viris asperior visus esset, in odium illorum venit, multique eum aversari, & tamquam iracundum vitare cœperunt. *Sozomenus hisce nimis de more credulus, temerè cap.* 3 *ita philosophatur:* Nam cùm ad redarguendum suopte ingenio proclivis esset, & adversus eos, qui injuriam fecissent, justa indignatione commoveretur, eos affectus multò magis auxit in episcopatu. Natura enim licentiam nacta, linguam ad arguendum facilè impellebat, & iram adversus delinquentes promptiùs incitabat. *Eo ratiocinio explicare voluit scriptor ille, unde oriretur nimia* Chrysostomi *severitas, nimiaque in arguendo & reprehendendo libertas. At priùs examinare debuisset, an revera in iis modum excessisset sanctus Episcopus; nec tam facilè Socrati atque inimicis* Chrysostomi *credere.*

F

refutantur: cùm Sanctus non ex iracundia, sed ex odio peccatorum,

613 *Quis enim ignorat, Sanctorum zelum passim calumniis impeti ab illis, quorum vitia reprehenduntur, & quorum pernicioſa libertas justis vinculis coërcetur? Sanè, si mentem Sancti in Homiliis passim expressam consulamus,* abundè vi-

A *videbimus, eum nec arrogantiâ nec iracundiâ immoderatâ incitatum fuisse ad vitia subditorum reprehendenda, sed odio delictorum, sed ingenti cura de omnium salute, sed sincera & forti charitate, quâ malebat subditorum animas salvas facere, quàm eorum laudibus applausibusque frui, ac se omnibus cum eorum detrimento charum reddere. Hæc satis colliguntur ex deductis suprà* § 19. *Palladius in Dialogo pag.* 175 *docet, quid* S. Joannem *incitaret ad vitia acriter perstringenda. Noverat ex sacris Litteris, quantum immineat periculum pastoribus illis, qui subditorum correctionem negligunt.* Ejusmodi periculum, *inquit*, nequaquam dormiens infidelitatis somno, neque voluptatis pigritiâ piger, beatus Johannes ante oculos habens, altiùs tubâ clamabat, non obscurum edens sonum, sed apertam planè scientiam dans diabolici gladii, fugere omnes hortabatur.

& pro officio pastoris sibi commisso,

614 Quicumque autem conscientiam puram, veluti signum in animæ fronte habuerunt, per gratiam Dei cum vobis Romanis fidelibus servati sunt: qui verò rursus inquinatam, populos ac sacerdotes in mutuum certamen accenderunt. *Deinde ostendit, præcipuos veteris ac novi Testamenti Sanctos mirâ in vitiis reprehendendis libertate usos, eaque de causa persecutionem passos,*

B *interque ipsos adducit Christum ipsum Dominum nostrum, cujus in reprehendendo libertas certè mala non erat, etiamsi improbi quidam ac superbi eâ offenderentur.* Ne igitur, *inquit pag.* 179, admiseris eos, qui cum quadam increpatione Sanctorum loquendi libertatem culpant. Gentilium enim & judicio suo sapientum ista consuetudo est, qui amore hujus vitæ etiam martyrum constantiam irrident. Neque enim vel gladium obtusum, vel otiosam esse loquendi libertatem oportet. Et quemadmodum ab unguento fragrantia separari non potest, sic neque à loquendi libertate benevolentia. Ac siquidem coram famulis aut amicis aut suis reprehensio fieret, coram quibus erubescere molestum est, fortè accusandus esset, qui liberè redargueret; quippe qui tempus & locum ignoraret.

peccata generatim & publicè reprehenderet.

615 Si autem in ecclesia, velut in macello, proborum encomia fiunt & increpationes negligentium; quid exasperamur adversus increpationes, quæ sine nomine & utiliter fiunt? .... Hoc igitur modo in ecclesia liberè loquebatur Johannes: immò potiùs furientibus parcebatur virtutis cibum, peccatum manifestis reprehensionibus exterminans... Porrò si qui superbiæ aut vesaniæ morbo laborantes, velint etiam voluptates suas eum laudibus efferre; hanc consuetudinem non habent Dei servi. Qui enim indignatur ob vituperatam avaritiam & fornicationem, aut aliam quámvis fœdam libidinem, nihil aliud re ipsa dicunt, quàm hujusmodi pernicioſum virus debere admittere. *Hactenus Palladius, cujus verba satis ostendunt, Socratem adoptâsse calumnias inimicorum* Chrysostomi; *Socrati verò nimis facilè adhæsisse Sozomenum. Hæc autem sufficiunt ad retundendam generalem illam accusationem. Veniamus modò ad particularem contra diaconum Sancti institutam.*

C

Quæ illi de Serapione diacono scribunt,

616 *Socrates cap.* 4 *ita pergit:* Incitabat autem illum Serapio ejus diaconus, ut omnium animos à se alienaret. Qui quadam die coram universo clero contenta voce Episcopum sic allocutus est: Numquam istis dominari poteris, ô Episcope, nisi unâ virgâ omnes abegeris. Hoc ejus dictum cunctorum odium adversum Episcopum excitavit. *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 9 *ita habet:* Odium porrò clericorum adversus illum auxit Serapion, quem ipse archidiaconum constituerat, homo Ægyptius, promptus ad iracundiam, ad contumeliam paratus. *Ita quidem illi. At talem fuisse Serapionem, qualem Socrates & Sozomenus describunt, nequaquam est verisimile: neque enim facilè credidero,* Chrysostomum *adeo fuisse deceptum. Hoc sanè constat, Serapionem amicitiâ Sancti constanter gavisum esse. Nam primò diaconum consecravit, deinde presbyterum, ac demum, teste Socrate cap.* 17, Heracleæ in Thracia episcopum constituit. *Hanc autem primariam Thraciæ sedem Serapioni attribuit* Chrysostomus, *postquam ille variis vicibus fuerat accusatus, ut videbimus, ita ut videatur Serapionis innocentiam omnino habuisse perspectam.*

AUCTORE J. S.

non sunt verisimilia:

617 *Qua occasione Severianus Gabalorum episcopus, qui inter præcipuos* Chrysostomi *hostes locum habuit, in Serapionem exacerbatus fuerit, postea videbimus. At ea videtur fuisse causa tot calumniarum, quibus Serapion æquè ac ipse* Chrysostomus *fuit impetitus. Verba verò mox data, quæ Serapioni attribuit Socrates, nequaquam sunt verisimilia, nisi fortè dicta fuerint in cœtu Novatianorum, & de clericis Novatianis. Hos omnes urbe exigendos suadere poterat Serapion. At omnes simul Catholicos exigere, aut iis præsentibus tale consilium dare Episcopo, non erat hominis sani: insanum verò tamdiu placuisse* Chrysostomo *nullus credet, modò sano sit judicio.* E

clericos aliquos Sanctæ deposuit,

618 *Redeo ad Socratem, qui sic prosequitur:* Haud multò post Episcopus multos variis de causis ecclesiâ ejecit. Illi verò, sicut in violento dominatu fieri solet, contra eum conspirârunt, eumque apud populum calumniati sunt. *Sozomenus cap.* 3 *dicit:* Quosdam etiam ecclesiâ ejecit. *Hisce accedit Theodoretus lib.* 5 *Historiæ cap.* 28 *ita scribens:* Porrò magnus Joannes, simulatque Ecclesiæ gubernaculis admotus est, iniqua quorumdam facinora liberè cœpit reprehendere... Sacerdotes quoque, ut juxta Ecclesiæ leges viverent, commonebat; eos verò, qui leges illas transgredi auderent, ad altare accedere prohibebat, nefas esse dicens, ut sacerdotum honore fruerentur ii, qui verorum sacerdotum vitam nollent imitari.

sed ob gravia crimina.

619 *Palladius pag.* 65 *inter accusatores* Chrysostomi *fuisse dicit duos diaconos, quos ille* ex ecclesia ob enormia scelera *ejecerat.* Erat autem, *ait*, eorum crimen, hujus quidem adulterium, illius verò homicidium. *Hunc eumdem cum Joanne diacono, qui primus est Sancti accusator apud Photium col.* 54, *suspicatur Tillemontius. Porrò ejusmodi homines Ecclesiâ à Sancto ejectos non dubitamus. At innocentes fuisse ejectos, nemo probat. Magnum quoque fuisse expulsorum numerum, non existimamus, cùm alios enumeratos aut assignatos non inveniam, nisi fortè Martyrius archidiaconus illis sit addendus, de quo agitur inter accusationum capita apud Photium col.* 55. F

AUCTORE J. S.

§ XLI. Quàm latè se ad omnes homines & ad plures provincias extenderit charitas & cura Sancti, qui pro conversione hæreticorum & idololatrarum varia præstat.

Mira Sancti de omnibus afflictis aut ope indigentibus cura,

THeodoretus, *apud Photium col.* 1515 *compendio datus, miram Sancti charitatem ad juvandos omnes ope indigentes tali celebrat clogio:* Alius illum rapiens in auxilium trahit, alius judicatus patronum vocat, alius famelicus cibum orat, nudus vestem, alius illum exuit, alius dolens consolationem petit, alius ligatus solvi postulat, alius trahit illum ad morborum inspectionem, peregrinus hospitium efflagitat, alius sese sistens debitum deplorat, alius arbitrum & pacificatorem domesticarum turbarum accersit; nec servus ad alium fugit, amaram domini indignationem exponens. Vidua clamat, Miserere; alia viduitatem deplorat. Multæ * ac variæ Patri [quotidie] re nata in singulos pro singulis mutationes. Rapitur quis, & patronus Pater: fames vexat, & nutritor ex patrono fit: aliquis ægrotat, & in medicum Pater mutatur: dolore aliquis concidit, & nosocomii Curator solatium adfert. Si hospites curandi, omnia factus benignum se exhibet. Et quid singula attinet, quæ per omnem ejus vitam gesta sunt, commemorare, cùm de solo sacerdotio referre nequeam; tanta homines operum salutarium varietas suprà dicta non reliquit. *Hæc ille de eximia Sancti charitate.*

B

* millenæ

Sollicitudo variarum ecclesiarum. Gothis Constantinopoli

621 *Idem Theodoretus lib.* 5 *Historiæ cap.* 25 *de cura ecclesiarum ita loquitur:* Neque verò urbem dumtaxat regiam hujusmodi curâ ac sollicitudine gubernabat; sed & universam Thraciam, quæ in sex provincias divisa est; & Asiam totam, quæ ab undecim præsidibus regitur; Ponticam præterea iisdem legibus exornavit, quæ totidem rectores habet, quot Asia. *Relatæ hîc provinciæ hodierno patriarchatui Constantinopolitano omnes inclusæ sunt. Verùm longiùs etiam se porrexerunt* Chrysostomi *studia: nam & Gazæ in Palæstina & in Phœnicia magno zelo contra idololatriam bella moventem deinde videbimus. At priùs audiamus, quid ad conversionem Gothorum præstiterit Constantinopoli. Laudatus Theodoretus cap.* 30 *de iis scribit sequentia:* Præterea cùm Scytharum gentem (*Gothos eo nomine indicat*) Arianæ perfidiæ laqueis irretitam teneri cerneret, ipse quoque machinas omnes adhibuit; &, ut prædam caperet, hac arte usus est. Ejusdem enim cum ipsis linguæ presbyteros & diaconos ac lectores cùm ordinâsset, unam illis ecclesiam adsignavit; eorumque operâ multos à pristino errore revocavit. Nam & ipse eò sæpiùs veniens concionem habebat, utens interprete quopiam, qui utramque linguam calleret; & eos, qui dicendi facultate prædíti essent, ut idem facerent, hortabatur. Et hæc quidem intus in ipsa urbe agere non desinebat; multosque, qui decepti fuerant, venabatur, Apostolicæ prædicationis veritatem eis ostendens. *Ecclesiam Gothorum anno* 400 *à militibus combustam, quando Gothi, Gainæ adhærentes, in eam confugerant, refert Sozomenus lib.* 8 *cap.* 4; *nec dubium videtur, quin fuerit illa ipsa ecclesia, quam Gothis attribuerat* S. Chrysostomus.

C

D

ad fidem conversis ecclesiam tribuit: in eaque subinde concionatur.

622 *Eruta nuper è tenebris est* Chrysostomi *Homilia, quâ Gothorum conversio Constantinopoli confirmatur. Edita ea est apud Montfauconum, inter antè ineditas octava, tom.* 12 *pag.* 371, *ubi hic præfigitur titulus:* Ejusdem Homilia, habita in ecclesia S. Pauli, Gotthis legentibus, postquam presbyter Gotthus concionatus fuerat. *Accipe etiam aliqua ex Homilia ipsa:* Vellem hodie adesse Græcos, ut, quæ lecta sunt, audirent, & discerent, quanta sit Crucifixi virtus, quanta crucis potestas, quanta Ecclesiæ nobilitas.... Non nunc illa (*Christiana dogmata*) in Judæa solùm, sed etiam apud Barbaram linguam, ut hodie audistis, splendidiùs, quàm sol ipse, fulgent. Et Scythæ, & Thraces, & Sarmatæ, & Mauri, & Indi, & ii, qui ad extrema orbis sedes habent, iis, quæ scripta sunt, in linguam suam translatis, philosophantur. *Et pag.* 372: Non ergo quis putet, id pudori esse Ecclesiæ quòd barbaros in medio surgere & loqui præceperimus. Hoc enim Ecclesiæ ornatus & decor, hæc demonstratio est virtutis, quæ in fide sita est *&c. Plura videri possunt in ipsa Homilia satis prolixa, quæ commendat Ecclesiam. Superfuisse Constantinopoli aliquos Gothos Catholicos, postquam inde Gainas eorum dux cum suis expulsus est, colligo ex Epistola, quam ad Gothos monachos in exsilio scripsit* Chrysostomus, *ut videbimus* § 75: *de iisdem mox etiam fiet mentio.*

E

Gothis iuxta Istrum degentibus

623 *De Gothorum, qui prope Danubium degebant, conversione Theodoretus cap.* 31 *ita loquitur:* Jam verò cùm accepisset (*Sanctus*) Scythas quosdam Nomadas, qui ad Istrum tentoria fixerant, salutem quidem sitire; sed, qui latices ipsis præberet, neminem reperiri; viros conquisivit, qui Apostolicos labores æmularentur, eosque Barbaris illis præfecit. Ego certè litteras ejus perlegi, ad Leontium Ancyræ episcopum scriptas, quibus & Scytharum conversionem ei significat, & viros mitti postulat idoneos, qui salutis viam eis demonstrent. *De horum conversione & episcopo ad ipsos misso loquitur* Chrysostomus *ipse in Epistola* 14 *ad Olympiadem, apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 600 *ita scribens:* Narraverunt mihi Marsi ac Gotthi monachi, apud quos Serapion episcopus perpetuò delitescebat, Moduarium diaconum venisse, illud afferentem, admirandum illum episcopum Unilam, quem non ita pridem ordinavi, atque in Gotthiam misi, multis ac magnis rebus gestis, diem suum extremum clausisse; ac regis Gotthorum litteras attulisse, quibus, ut ad eos episcopus mittatur, petit.

F

episcopum mittit.

624 *Quid de iis tum faciendum censuerit* Chrysostomus, *suo loco videbimus. Interim videmus, Unilam episcopum à Sancto pro Gothis longè Constantinopoli dissitis ordinatum fuisse, ita ut non videatur dubitandum, quin illi sint Scythæ ad Istrum degentes, de quibus loquitur Theodoretus. Quo anno Unilas sit missus, non invenio: at non potest res contigisse diu ante aut post annum* 400, *cùm contigerit in episcopatu, & aliquo tempore ante exsilium* Chrysostomi. *Fortè etiam aliqui ad Gothos instruendos missi sunt à* Chrysostomo, *antequam Unilas, qui verisimiliter Gothus*

A *thus erat Constantinopoli conversus, episcopus ordinaretur.*

Agit contra Marcionistas in Syria: lex Arcadii

625 *Laudatus Theodoretus post allegata verba mox ita prosequitur:* Sed & in regione nostra (*Syria*) vicos quosdam Marcionis hæresi laborare cùm didicisset, episcopo, qui tunc præsidebat, litteras scripsit, hortans, ut morbum illum repelleret, & imperialium legum auxilium offerens. Qualiter igitur ecclesiarum curam ac sollicitudinem, juxta divinum Apostolum, animo suo circumtulerit, ex his abundè cognosci potest. *Baronius ad annum* 398 *num.* 78 *existimat, severissimam contra Eunomianos & Montanistas legem ab Arcadio imperatore conditam esse, suadente* Chrysostomo. *Lex ipsa ibi poterit videri: at præmissa à Baronio verba huc transfero:* In sublimem jam thronum Joannes evectus, primùm omnium curavit, ut Catholicæ fidei in omnibus prospectum esset, auctorque exstitisse putatur, ut severissima lex adversus Eunomianos detestabiliores ceteris, & Montanistas, post dies sex tantùm à sua ordinatione sanciretur. *Verisimillima est hæc conjectura, præsertim cùm Sanctus in Homiliis suis Anomœos, sive Eunomianos mox*

B *fuerit aggressus, ut vidimus § 36.*

contra Eunomianos & Montanistas,

626 *Attamen Tillemontius art.* 52 *quædam* Chrysostomi *verba opponit Baronio, ex iisque concludit, Sanctum non vehementer fuisse sollicitum de novis legibus contra hæreticos obtinendis. Accipe verba assignata, lector studiose, & considera, an ex iis rectè concludat aliquid, quod conjecturæ Baronii adversetur. Habentur illa apud Montfauconum tom.* 2 *pag.* 705, *atque ita sonant:* Psalmus siquidem hodie in aciem contra hæreticos nos educit: non ut illos stantes prosternamus, sed ut jacentes erigamus. Ejusmodi namque nostrum est bellum: non ex vivis mortuos reddit, sed ex mortuis vivos efficit, mansuetudine ac multa redundans benignitate. Non enim factis insector, sed verbis persequor; non hæreticum, sed hæresim: non hominem averfor, sed errorem odio prosequor, & avellere conor. Non est mihi bellum susceptum cum substantia; Dei siquidem opus est substantia: sed corrigere mentem volo, quam diabolus corrupit. Sic & medicus, dum ægrotum curat, non corpus oppugnat, sed corporis vitium tollit.

fortè impellente Chrysostomo lata.

C

627 Sic igitur ego quoque, si cum hæreticis bellum gessero, non cum hominibus bellum gero, sed errorem expellere volo, ac putredinem expurgare. Mihi consuetum est persecutionem pati, non persequi; vexari, non vexare. Sic & Christus vincebat, non cruci affigens, sed cruci affixus; non alapis cædens, sed alapis cæsus. *Hæc quidem* Chrysostomus, *ostendens se amore potius quàm odio moveri ad impugnandos hæreticos. Verùm eodem charitatis affectu poterat excitari ad leges contra eos obtinendas, quia vexatio dat intellectum, eoque modo multi facilius convertuntur quàm erudita disputatione. Sanè, si* imperialium legum auxilium, *teste Theodoreto, obtulit contra Marcionistas; si edicta imperialia impetravit contra idololatriam, ut mox videbimus, si* Novatianis & Quartodecimanis multas ecclesias *ademit, ut dicetur* § 48; *non video, cur non potuerit Arcadio auctor esse legis prædictæ. Certè id ex allegatis verbis nullo modo potest colligi.*

Idololatriam exscindere conatur in Phœnicia;

628 *De zelo Sancti contra idololatriam Theodoretus cap.* 29 *hæc habet:* Porrò cùm didicisset, incolas Phœnices circa cultum simulacrorum adhuc insanire, monachos quosdam zelo Dei ferventes collegit; eosque imperialibus edictis munitos, adversus idolorum templa direxit. Pecunias verò, quæ artificibus templa diruentibus, eorumque ministris præbebantur, non ex regiis thesauris depromebat; sed opulentis & fide ac religione insignibus matronis persuadebat, ut hos sumptus liberaliter suppeditarent, benedictionem, quæ ex hujusmodi largitione proveniret, iis ostendens. Hac ratione dæmonum templa, quæ adhuc supererant, solo æquavit. *Baronius ad annum* 399 *num.* 59 *recitat legem Arcadii imperatoris,* ut illa templa idolorum diruerentur, quæ essent in agris. *Data est illa lex* XIII *Julii anni* 399, *ibique videri potest. Observat Tillemontius art.* 56, *hanc legem Damasci nominatim publicatam esse. At labitur memoriâ, dum Damascum vocat Phœniciæ metropolim, cùm illa urbs non sit Phœniciæ, sed Cœle-Syriæ. Verùm hinc liquet, in aliis quoque provinciis factum esse, quod de Phœnicia narrat Theodoretus. Cetera* S. Chrysostomum *mirè sollicitum fuisse de conversione gentilium in Phœnicia, quando degebat exsul in Armenia, suo loco videbimus.*

& mandatum imperatoris pro S. Porphyrio impetrat.

E

629 *Auxilium insuper* S. Chrysostomus *præstitit S. Porphyrio Gazensi episcopo ad exstirpandam idololatriam Gazæ in Palæstina. Verùm hoc loco tantùm referam, quo modo per Sanctum fuerit obtentum, ut jussu imperatoris templa idolorum Gazæ clauderentur; ad annum verò* 401 *latiùs disputabo de eversis, opem rursum conferente* Chrysostomo, *ibidem templis, quia chronotaxim hujus historiæ, cum aliis quoque connexam, quàm rectè ordinaverat Henschenius noster, mirè involvit & corrupit Tillemontius. Mandatum verò de templis claudendis rectè uterque innectit anno* 398, *quo S. Porphyrius Marcum diaconum legavit Constantinopolim cum litteris ad* Chrysostomum *datis. Factum narravit Marcus ipse in Vita S. Porphyrii, apud nos data tom.* III *Februarii, ubi cap.* 4 *pag.* 650 *Marcus ita scribit:* Videns autem sanctus Pater noster Porphyrius nefaria, quæ quotidie fiebant ab idololatris, statuit me mittere Byzantium, ut peterem ab imperatoribus, ut diruerentur templa simulacrorum: Gazæ enim adhuc maximè celebrabatur, quod vocatur Marneium. Et scriptis litteris ad sanctissimum Episcopum Constantinopolitanum, cujus laus & gloria memoratur ab omnibus, navigavimus, & spatio viginti dierum eò pervenimus: & redditis litteris B. Joanni, ore eum omnia docui.

F

quo templa idolorum clauduntur Gazæ.

630 Cùm primùm autem audivisset, id significavit Eutropio cubiculario, qui tunc erat assiduus apud imperatorem Arcadium. Cúmque ei legisset epistolas beati episcopi, & petiisset ab eo, ut concurreret cum litteris; acceptis ab eo promissis, exiit, & dixit mihi: Quieto animo esto, ô fili. Spero enim in Dominum Christum, quòd suam, sicut solet, sit facturus misericordiam. Ego verò non cessabam quotidie eum admonere: ille autem mittebat & instabat Eutropio. Septem verò pòst diebus pronunciatur edictum imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazæorum civitatis, & ne consulerentur ampliùs. Traditur autem hic jussus in manus cujusdam Hilarii, hominis Subadjubæ magistri. Ego verò tribus pòst diebus egressus sum Byzantio, & spatio decem dierum pervenio in civitatem Gazæorum, septem diebus præveniens Hilarium. Inveni autem sanctissimum Porphyrium ægrotantem: postquam verò ei tradidi responsum beatissimi Jo-

an-

AUCTORE J. S.

annis episcopi Constantinopolitani, & id legit, lætitiâ affectus convaluit à febre. Dicebat autem, se in morbum incidisse ex multâ afflictione idololatrarum. *Hactenus ille scriptor, qui mox subjungit, quomodo advenerit Hilarius & templa fuerint clausa. Rem fuisse peractam anno* 398, *liquet ex episcopatu* Chrysostomi *& officio Eutropii. Nam prior ante illum annum non fuit episcopus. Eutropius verò consulatum iniit initio anni sequentis, & non diu post omnino de gradu dejectus est, ut videbimus* § 43.

§ XLII. Sanctus operam suam confert ad conciliandas Flaviano Antiocheno ecclesias omnes : accipit reliquias aliquot Sanctorum, maximaque cum solemnitate aliquas transfert.

B

Diuturna divisio ecclesiæ Antiochenæ,

JAm variis locis mentionem fecimus de diuturna illa controversia, quæ ecclesiam Antiochenam in duas divisit partes, effecitque ut duo episcopi Catholici in eadem sederent urbe. Cœpta illa erat unà cum ordinatione S. Meletii anno 361, *quia ille multis erat suspectus de hæresi Ariana, licèt revera probè esset Catholicus. Pulso deinde in exsilium Meletio per Constantium imperatorem Arianum, anno* 362 *ordinatus est Paulinus item orthodoxus : atque huic adhæserunt Catholici illi, qui Meletium recusabant ut suspectum, aut certè ut illegitimè ab Arianis ordinatum. Inter duos hosce episcopos, qui singuli varias habebant ecclesias suis partibus faventes, pax aliqua videtur demum composita. Verùm recruduit divisio post mortem S. Meletii anno* 381 *defuncti, quando in ejus locum ordinatus est Flavianus. Nam Flaviani ordinationem improbavit Ecclesia Romana cum Occidentalibus ecclesiis, uti & Alexandrina cum Ægyptiis & Cypriis. Eam verò ratam habuerunt pleræque ecclesiæ Orientales. Mansit ea divisio etiam post mortem Paulini : nam in hujus locum*

C

suffectus est Evagrius anno 388, *defunctoque Evagrio circa annum* 392, *necdum sublata est divisio.*

quæ non erat sublata ante episcopatum Chrysostomi,

632 *Theodoretus lib.* 5 *cap.* 23 *dicit*, diuturnam *illam* simultatem *durâsse* septemdecim annos, *illam nimirum ordiens ab ordinatione Flaviani sive anno* 381, *& consequenter finiens anno* 398. *At memoriâ lapsus est, quando ait, id factum esse tempore Innocentii Papæ, qui Pontifex non fuit ante annum* 402. *Palladius in Dialogo pag.* 51 *videtur* viginti annos *dissensioni inter Flavianum & Theophilum Alexandrinum attribuere. At suspicor, eum rotundo numero usum esse, ut annos ferè viginti significaret, quia fortè numerum annorum accuratè non noverat. Socrates lib.* 5 *cap.* 15 *conciliationem Flaviani cum Alexandrina primùm & mox cum Romana Ecclesia ponit sub Damaso Papa, qui jam anno* 384 *defunctus est. Verùm Socrates ipse lib.* 6 *cap.* 9 *iis contraria scribit, acceditque ad tempus mox assignandum, quo Sozomenus & Palladius rem peractam affirmant. Ex dictis colliget studiosus lector, quàm parùm fidere possimus scriptoribus modò relatis pro figendo tempore, etiamsi illi non longè abfuerint à factis, quæ examinamus.*

D

hujus maximè operâ tota ferè extinguitur,

633 *Certè Sozomenus lib.* 8 *cap.* 3 *initio episcopatûs* Chrysostomi *Flavianum cum Romana Ecclesia conciliatum operâ* Chrysostomi *& Theophili scribit his verbis :* Neque verò suam ipsius duntaxat, sed & reliquas ubique locorum ecclesias, tanquam bonus & excelso animo præditus, corrigere conabatur. Proinde in ipso episcopatûs sui exordio, cùm Occidentales & Ægyptii sacerdotes Paulini gratiâ ab Orientalibus episcopis adhuc dissiderent, & publicum quoddam discidium ob eam rem totius imperii Romani ecclesias obtineret, ipse Theophilum rogavit, ut suam ipsi operam commodaret, & Romanum Episcopum Flaviano reconciliaret. Quod cùm placuisset, electi sunt ad id negotium Acacius episcopus Beroeæ, & Isidorus ; is cujus gratiâ Theophilus Joannis ordinationi adversatus fuerat. Hi Romam delati, cùm legatio ipsis ex animi sententia successisset, in Ægyptum navigârunt. Inde Acacius in Syriam reversus, Ægyptiorum & Occidentalium antistitum literas pacificas attulit Flaviano. Serò tandem hunc in modum ecclesiæ ea dissensione liberatæ, in pristinam rursus concordiam redierunt. Antiochiæ verò ii, qui Eustathiani dicebantur, aliquandiu perstitere collectas seorsum celebrantes, etiam sine episcopo. Evagrius enim, qui Paulino successerat, brevi temporis spatio supervixit, uti jam diximus. Atque idcirco, ut opinor, episcopis facilis fuit reconciliatio, cùm nullus superesset adversarius. Populus verò, ut mos est vulgi, paulatim sese adjungens iis, qui sub Flaviano conventus ecclesiasticos agebant, progressu temporis majori ex parte in unum coaluit. *Hactenus Sozomenus.*

E

conciliato Flaviano cum Ecclesia Romana.

634 *Hujus relationem utcumque confirmat Palladius, pag.* 50 *ita alloquens Theodorum :* Tu verò & ipse nôsti hominem (*de Isidoro presbytero loquitur*) quando cum Acacio veniens, Flaviani cum Theophilo communionem attulit, viginti annos abruptam beati Evagrii causâ. *Evagrium solum nominat, opinor, quia ille fuerat ultimus episcopus Flaviano oppositus. Eodem teste pag.* 39 *Acacius Beroënsis* Romam venit, ferens ordinationis Johannis episcopi decretum. *Theodoretus lib.* 5 *cap.* 23 *ait*, egregios quosdam

F

episcopos... cum aliquot presbyteris & diaconis Antiochensis ecclesiæ *ab ipso Flaviano Romam missos.* Horum omnium, *inquit*, princeps erat Acacius, Beroeæ urbis Syriæ episcopus, vir ubique gentium terrâ marique celeberrimus. Hic unà cum reliquis Romam veniens, diuturnam simultatem, quæ septemdecim annos duraverat, sedavit, pacemque inter ecclesias composuit. *Ex hisce omnibus liquet, ad concordiam componendam concurrisse varios. At, cùm* S. Chrysostomus *omnium dissidentium tunc esset amicus, facilè credi potest, ipsius maximè operâ factum esse, ut Theophilus & Flavianus in legationem consentirent.*

Sanctus reliquias verisimiliter S. Phocæ, ex Ponto acceptas,

635 *Martyrum aliquot reliquias primo aut secundo episcopatûs anno accepit* Chrysostomus, *eaque occasione aliquas habuit Homilias, celeberrimaque fuit reliquiarum translatio, quam imperatrix Eudoxia voluit suâ præsentiâ honorare, ipseque imperator sequenti die ad solemnitatem accessit, ut habemus ex Homiliis duabus ante ineditis, quas tom.* 12 *dedit Montfauconus à pag.* 330. *Certum ex illis est, reliquias fuisse ex ecclesia magna Constantinopolitana delatas ad ecclesiam suburbanam S. Tho-*

A *S. Thomæ tunc dicatam : at ex illis Homiliis nequit colligi, cujus martyris ea essent reliquæ. Attamen verisimile apparet, agi de reliquiis S. Phocæ martyris Sinopensis : nam has ad* Chrysostomum *ex Ponto perlatas, constat ex alia ejusdem Homilia tom. 2 pag. 704 edita. Hanc Sanctus ita orditur :* Splendida nobis hesterno die facta est civitas, splendida & illustris ; non quia columnas, sed quia martyrem habuit cum pompa incedentem, qui ad nos ex Ponto advenit. Vidit vestram hospitalitatem, & vos benedictione cumulavit... Beatos illos, qui convenerant prædicavi, quique suavis ejus odoris participes fuerant ; & eos, qui aberant, miseros appellavi. Verumtamen, ne damnum eorum fiat irreparabile, rursum ipsum altera die prædicamus, ut & ii, qui ob negligentiam abfuerunt, à martyre impertitam duplicent diligentiâ benedictionem. *Hæc ostendunt, præcessisse alteram Homiliam in adventu reliquiarum dictam ; at illam nuspiam editam invenio.*

laudato priùs Sancto, solemni pompa transferri curat,

636 *Sequentia verò indicant, transferendas fuisse magna cum solemnitate S. Phocæ reliquias, trajiciendumque multo cum lumine maris sinum, ita ut omnino videatur insinuari maxima illa solemnitas, quæ mox enarrabitur, præsertim cùm* B *prædicat Orator*, imperatores *solemnitatis fore participes. Certè* Chrysostomus *auditores suos sic alloquitur :* Abfuisti heri ? Saltem hodie adesto, ut eum in proprium videas locum deduci. Vidisti eum per forum ductum ? Cerne jam ipsum per mare navigantem, ut elementum utrumque ejus benedictione repleatur. Nemo ab hac sacra solemnitate absit : non virgo domi remaneat : non mulier ædibus se contineat. Exhauriamus urbem, & nos ad sepulcrum martyris conferamus : nam & imperatores unà nobiscum choreas ducunt. Quamnam igitur veniam meretur privatus, cùm regia palatia deserant imperatores, & martyris sepulcro assideant. *Et mox pag. 705 :* Iterum mare ecclesiam efficiamus, cum lampadibus illuc prodeuntes, & ignem humectantes, & aquam igne complentes. Nemo pelagus reformidet : mortem martyr non reformidavit, & tu aquam pertimescis ? *Deinde Sanctus ad confutandos Anomœos hæreticos sermonem dirigit. Omnia autem, ad quæ auditores hortatur, in translatione abundè peracta esse, docet Homilia modò assignata tom. 12 pag. 330.*

C *assistente translationi imperatrice,*

637 *Titulus Homiliæ hic est :* Cùm imperatrix media nocte in magnam ecclesiam venisset, indeque reliquias martyrum tulisset, misissetque per medium forum usque ad Drypiam ; cùm martyrium ab urbe distaret novem signis seu milliaribus, dicta est in martyrio ipsa præsente cum tota civitate & magistratibus. *Homiliam verò cum vehementi admiratione ita orditur Sanctus :* Quid dicam & quid loquar ? Exsulto & insanio ; sed insaniâ, quæ ipsâ sapientiâ melior est. Volans & choreas agens, sublimis feror : ebrius tandem sum ex hac voluptate spirituali. Quid dicam & quid loquar ? Martyrumne virtutem ? an caritatis alacritatem ? an imperatricis zelum ? an principum concursum ? an diaboli infamiam ? *&c. Et mox pag. 331 :* Mulieres in thalamis versantes & ecrâ molliores, relictis ædibus & tectis, cum robustissimis virorum alacritate certabant, tantum itineris pedibus emensæ, non juvenes modò, sed etiam anus : neque naturæ infirmitas, neque solitæ vitæ mollities, neque celebritatis pompa, impedimento fuere. Principes rursum, relictis curribus, lictoribus & satellitibus, plebi sese admiscuere. Ecquid mulieres principesque memorem, quando illa ipsa, quæ diadema gestat & purpurâ induitur, per totam viam ne tantillum quidem à reliquiis separari voluit ; sed ancillæ instar Sanctos sequebatur, thecam & velum superpositum tangens, & humanum fastum omnem calcans : atque in tanti theatri medio à populo videbatur illa, quam ne eunuchis quidem omnibus illis, qui in imperatoria aluntur aula, conspicere licet. Sed martyrum amor penè tyrannicus & caritatis flamma ipsi, ut larvas omnes illas abjiceret, suasit. AUCTORE J. S.

638 *Rursum pag. 332 post expositam reliquiarum virtutem de solemnitate sic pergit :* Propterea exsulto,... quia desertum civitatem effeciistis, postquam ex urbe exiistis... Mare ab urbe ad hunc usque locum extensum est. Mare à fluctuum procellis liberum, naufragium non habet, à scopulis vacuum est... Neque aberraverit, qui hoc mare fluvium ignis vocaverit : ita nempe lampades, quæ noctu frequentes ac continuæ ad usque martyrium hoc ferebantur, fluvei ignei imaginem videntibus exhibebant *&c. Ad imperatricem laudandam redit pag. 333, modestum ipsius habitum ita exponens :* Imperium quidem, diademata, & omnem hinc oriri solitum fastum constantissimè abjecit : induit verò pro purpura humilitatis vestem, per quam magis resplendet... Hæc namque sola imperatrix cum tanto honore, studio atque pietate martyres comitata est, plebi intermixta, cùm satellitium omne amovisset, & ferè omnem vitæ & conditionis inæqualitatem cum multa exsuperantia abjecisset. Ideo non minùs quàm martyres populo profuit. Quemadmodum enim reliquias aspiciebant omnes ; ita ejus assiduitatem mirabantur & divites & pauperes, videntes illam sine intermissione per tantum viæ spatium ossibus inhærentem, nec umquam defessam vel resilientem, sed arcæ semper adstantem. *quam in Homilia tunc habita ob eam pictatem* E

639 *Demum sermonem ad ipsam convertit Eudoxiam, ita loquens :* Propterea te beatam prædicare non cessamus... Sed te beatam prædicabunt omnes, quòd Sanctos hospitio excipias, quòd ecclesiis patrocineris, quòd zelo par sis Apostolis... Ideoque nos non aberrabimus, si te, cùm quia tu ecclesiarum omnium portus es, & præsenti regno uteris ad futurum regnum acquirendum, ecclesias erigens, sacerdotes honorans, hæreticorum errorem dissolvens, martyres excipiens, F non ad mensam, sed animo tantùm *&c. Hasce Eudoxiæ laudes omittere nolui, etiamsi postea Sanctum fuerit persecuta. Nam in aliis quoque occasionibus videbimus, piam satis fuisse Eudoxiam, honoremque sacerdotibus exhibere solitam. Felix sanè fuisset, si audire* Chrysostomum *semper voluisset, eique potiùs obedire quàm affectibus animi inordinatis, quibus gloriam suam deinde maculavit. Laudat eam demum* Chrysostomus, *quòd curâsset, ut imperator sequenti die, & non eodem, veniret*, ne tantus equitum numerus, *inquit*, neve armatorum militum tumultus, ætate provectis virginibus senioribusque viris molestiam pareret. *multùm laudat Chrysostomus :*

640 *Quare auditores quoque hortatur, ut adsint, his verbis :* Quoniam igitur celebritas isthæc spiritualis in sequentem quoque diem extendi debet ; idem rursus studium exhibeamus ; ut sicut hodie illam Christi amantem cum civitate vidimus ; sic die crastino religiosum imperatorem cum exercitu videamus accedentem, & idem sacrificium Deo cum pietate offerentem *&c. Adfuit revera postridie Arcadius, ut liquet ex Homilia ibidem* se- *ad eamdem solemnitatem postridie venit Arcadius.*

AUCTORE J. S.

sequente pag. 335, *cui talis præfigitur titulus :* In sequenti die, adveniente imperatore in martyrium seu ecclesiam Apostoli & martyris Thomæ, quæ sita est in Drypia, cùm recessisset ante concionem, hæc Homilia habita est ad populi cœtum. *Exordium subjungo :* Benedictus Deus : quantæ sunt martyrum virtutes ! Heri nobis illi totam civitatem cùm imperatrice ; hodie imperatorem cum exercitu & pietate multa nobis attraxerunt, non vinculis, sed catenâ caritatis.... Ideoque & ipse diademate, & satellites omnes, alii clypeis, alii lanceis depositis, & fastu illo depulso, cum dimisso animo accessere omnes, quasi à terra in cœlum ingressi. *Reliqua ibidem videri possunt. Nunc aliqua sunt observanda.*

Conjectura de ecclesia, ad quam translatæ sint illæ reliquiæ :

641 *Primò non invenio, ubi sit locus* Drypia *dictus, in quo erat ecclesia S. Thomæ, ad quam portatæ sunt hæ reliquiæ. Aberat ab urbe novem* Ϛημεῖα, *idque novem milliaria explicat Montfauconus, ut vox non rarò sumitur. Aliàs dici potest ad nonum ab urbe lapidem, quia lapides aut alia signa ponebantur ad singulos mille passus. Secundò ecclesia illa in Drypia sita erat ad mare, nam tota via erat juxta mare extensum. Non a-*

B *liud autem mare intelligendum existimo, quàm fretum istud ; quod inter Constantinopolim est & Pontum Euxinum, quodque* Stenum *olim appellârunt Græci, ut ostendit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 167, *ubi etiam docet tractum illum maritimum, qui à Galata usque ad Pontum Euxinum extenditur, à freto subinde* Stenum *dici. Assignat autem pag.* 188 S. Phocæ monasterium virorum, *situm ἐν τῷ καλουμένῳ στενῷ* in Steno dicto, *quod prædicto freto adjacet, quodque Codinus à Basilio Macedone exstructum scribit pag.* 58. *Transmittendus igitur fuit angustus ille sinus, qui Constantinopolim à Galata dividit, atque urbis portum constituit. Fateor tamen conjecturam de loco non esse certam.*

erant hæ verisimiliter S. Phocæ, fortè & aliorum :

642 *Verùm quidquid sit de loco ecclesiæ, probabilissimum est, translatas fuisse in illa solemnitate S. Phocæ martyris reliquias : nam ea, quæ facta vidimus, optimè conveniunt cum iis, ad quæ facienda in Homilia de S. Phoca hortatur Sanctus. Attamen non inficior, aliquid mihi occurrere, quod suspicionem ingerat, in celebri illa solemnitate non solas S. Phocæ reliquias fuisse translatas. Etenim* Chrysostomus *in utraque Homilia de plu-*

C *ribus semper loquitur martyribus, & nullum nominatim exprimit, ita ut variorum reliquiæ simul videantur translatæ. Aliunde etiam habemus, reliquias aliquot trium aliorum martyrum ad* Chrysostomum *fuisse missas à S. Vigilio episcopo Tridentino.*

certè trium aliorum martyrum reliquias accepit Sanctus.

643 *Certè Majores nostri tom.* VII *Maii pag.* 38 *illustrârunt Acta Sanctorum martyrum Sisinnii, Martyrii & Alexandri, qui anno* 397 *in agro Tridentino coronam adepti sunt, ibique dederunt Epistolam S. Vigilii episcopi Tridentini, cui in codice Vaticano hic erat titulus :* Incipit Epistola S. Vigilii de laudibus beatissimorum martyrum Sisinnii, Alexandri & Martyrii, quorum reliquiæ per Jacobum virum illustrem ad Joannem episcopum urbis Constantinopolitanæ pervenerunt. *Eadem verba iterantur in fine Epistolæ, ubi vocatur* Joannes sanctus episcopus Constantinopolitanus, *observatque Papebrochius noster, rationem temporis exigere, ut non alius intelligatur quàm* Chrysostomus. *Itaque horum etiam & fortasse aliorum martyrum reliquiæ in solemnitate illa transferri potuerunt.*

D

§ XLIII. Quomodo Sanctus egerit cum Eutropio cubiculario, qui anno 399 consul factus, ac deinde relegatus est & occisus.

Cùm Eutropius ad magnam evectus potentiam,

C *Eleberrima apud scriptores est historia Eutropii eunuchi, qui ex vilissima & servili conditione ad summos paulatim ascendit honores, & præcipuam in aula Arcadii auctoritatem aliquot annis habuit. Verùm ad consulatum tandem evectus, diu in illo culmine stare non potuit, sed tantò gravius cecidit, quanto altius erat elevatus. Vidimus* § 35, *Eutropii maximè consilio factum esse, ut* Chrysostomus *ad episcopatum pertraheretur. Vidimus num.* 630, *cum Eutropio Sanctum egisse, ut idololatria Gazæ exterminaretur. Ex hisce colligimus, amicitiam inter* Chrysostomum *& Eutropium fuisse initio episcopatûs. At cùm Sanctus perversos Eutropii mores brevi haberet perspectos, ipsum sinceris monitis in viam reducere studuit : noverat enim sincerè amare, non turpiter adulari. Eodem modo cum Arcadio & Eudoxia processit* Chrysostomus, *qui* tum imperatori, tum augustæ, utilia monita suggerebat, *teste Theodoreto lib.* 5 *cap.* 28. *Verùm Eutropius illis Sancti monitis adeo non obtemperabat, ut potiùs exacerbaretur in Monitorem, & ad pejora paulatim progrederetur. Habemus hæc ex ipso* Chrysostomo, *qui Homiliam in Eutropium dixit, quando ille ad ecclesiam confugerat. Edita illa est apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 381.

E

sæpe monitus esset à Chrysostomo,

645 An non assiduè tibi dicebam, *inquit Eutropio*, fugitivas esse divitias ? Tu verò nos non ferebas. An non dicebam, eas ingratum domesticum esse ? Tu verò credere nolebas.... Nonne dicebam tibi, cùm me indesinenter objurgares vera monentem, me tibi potiùs amicum esse, quàm adulatores ; me, qui arguerem, majorem tui curam gerere, quàm eos, qui tibi per omnia obsequerentur ? Nonne & hoc addebam, fide digniora esse vulnera ab amicis, quàm voluntaria

F ósculà inimicorum ? Si mea vulnera tulisses, haudquaquam tibi illorum ósculà hoc exitium attulissent : mea enim vulnera sanitatem afferunt, illorum ósculà morbum immedicabilem tibi conciliaverunt.... At non tales nos, sed & tunc, quamvis ægrè ferentem non destituimus.... Theatra magnis obsequiis à te culta, quorum causâ sæpiùs nobis infensus fuisti, & prodiderunt te & perdiderunt. Attamen numquam destitimus his te verbis alloqui : Cur ista facis ? In Ecclesiam debaccharis, & te ipsum in exitium præcipitem agis : & tu hæc omnia monita negligenter prætercurrebas. *Hæc* Chrysostomus, *qui deinde etiam insinuat, Ecclesiam* indesinenter *impugnatam fuisse ab Eutropio.*

legem tulit contra asylum ecclesiæ,

646 *Quid autem fecerit contra honorem Ecclesiæ, Socrates & Sozomenus utcumque explicant. Prior lib.* 6 *cap.* 5 *ita habet :* Eutropius eunuchus, præpositus imperialis cubiculi, & qui consulatûs dignitatem ab imperatore primus ex omnibus eunuchis acceperat, cùm de nonnullis, qui ad ecclesiam confugerant, pœnas sumere vellet, operam dederat ; ut lex ab imperatoribus pro-

promulgaretur, jubens, ne quis ad eccleſias profugeret, ſed, ut ubicumque ad eas confugiſſent, inde abſtraherentur. Verùm Dei vindicta continuò ſubſecuta eſt. *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 7 *de Eutropio iſta ſcribit :* Hic enim cùm præpoſitus eſſet imperatoriis cubiculariis, primus ac ſolus ex omnibus, quos aut vidimus aut auditione accepimus, conſulis ac patricii honorem adeptus eſt. In hac verò potentia conſtitutus, cùm nec futurum tempus animo reputaret, nec conſuetas rerum humanarum viciſſitudines ſibi ob oculos proponeret, ſupplices divini Numinis, qui ipſius causâ ad eccleſiam confugerant, inde extrahere conatus eſt, atque inter cæteros Pentadiam uxorem Timaſii, quem illè magiſtrum militiæ, antea potentem & cunctis formidabilem, perpetuo exſilio in Oaſim Ægypti deportaverat, affectatæ tyrannidis crimen ei impingens. Verùm hic quidem, ſive ſiti oppreſſus, ut à quodam viro accepi, ſive metuens, ne quid pejus pateretur, dum per arenas regionis illius vagaretur, mortuus repertus eſt. Eutropius verò legem ferri curavit, quâ vetabatur, ne quiſquam ad eccleſiam confugeret; & qui jam confugiſſent, expelli jubebantur.

imò plures honori eccleſiæ contrarias.

647 *Legem aliquam contra honorem Eccleſiæ latam recitat Baronius in Annalibus ad annum* 398 *num.* 88, *ibique data notatur illo anno* VI Kalend. Auguſt. *Ejuſmodi legem Eutropii conſilio conditam, inſinuat ipſe* Chryſoſtomus *pag.* 383, *quando ita loquitur, dum ille ad eccleſiam confugerat :* Dices : At præcluſit hujus loci refugium legibus ſcriptis, quibus hoc irritum facere conatus eſt. At nunc re ipſa didicit, quale ſit, quod fecit; & ſuomet facto legem ſuam primus abrogavit, factus orbis totius ſpectaculum. *Porrò dubium mihi videtur, an lex illa, quam loco aſſignato recitat Baronius, eadem omnino ſit cum iſta, quam contra aſylum eccleſiæ latam dicunt laudati ſcriptores. Etenim non videtur illa lata contra omnes ad eccleſiam fugientes, ſed potiùs contra varia hominum genera, quæ clero cupiebant adſcribi. At in illa lege non videtur ordinari, ut homo quilibet, qui ad locum ſacrum fugerit, inde expellatur, aut abſtrahatur.* Chryſoſtomus *certè meminit de pluribus legibus Eccleſiæ contrariis. Præterea Sozomenus lib.* 8 *cap.* 7 *dicit :* Et lex, quæ promulgata fuerat, ex monumentis publicis penitus ſublata eſt. *Itaque magis exiſtimo, eam non exſtare. Hactenus de lege Eutropii conſilio lata, ob quam ipſum à Deo punitum multi exiſtimant.*

Verùm, cùm Arcadius ob rationes

648 *At breviter modò videamus, quid cauſæ fuerit Arcadio ad Eutropium, quem tantopere elevaverat, quemque dignitate patricia & conſulatu anni* 399 *ornaverat, ſubitò de gradu dejiciendum. Aliqui ſcriptores, quos laudat Tillemontius in Arcadio art.* 13, *præcipuam cauſam ruinæ Eutropii attribuunt Gothis ducibus, Gainæ & Tribigildo. Hoc certum eſt, perfidos iſtos duces multa molitos eſſe contra Arcadium, multoſque ab ipſis excitatos eſſe motus, ut videbimus. At non æquè conſtat, an illi id fecerint ad Eutropium dejiciendum : & multo minùs probabile apparet, ſoli ipſorum ambitioni id datum ab Arcadio, ut Eutropium dejiceret; præſertim cùm illam cauſam ne quidem attingant Socrates, Sozomenus, Philoſtorgius, ipſeque* Chryſoſtomus; *ſed alias allegent rationes. Primus ſolùm dicit, offenſum ab Eutropio imperatorem : alter imperatricis Eudoxiæ injuriam allegat :* Chryſoſtomus *cauſam non exponit, ſed culpam Eutropii generatim*

agnoſcit in Homilia de capto Eutropio tom. 3 *pag.* 390, *ſubitam rerum mutationem ita exponens :* Sed venit peccatum, & omnia proſtrata ſunt : famuli judices, adulatores carnifices, effecti ſunt : qui manus ejus oſculabantur, ipſum ab eccleſia abripuerunt : qui heri manum ejus oſculabatur, hodie inimicus illius eſt. Quare ? Quia heri non verè illum diligebat. Venit tempus, & larvæ deprehenſæ ſunt. *&c.* A UCTORE J. S.

649 *Philoſtorgius à Gothofredo editus, prout in compendium contractus eſt, lib.* XI *num.* 6 *ſubitam Eutropii ruinam ita exponit :* Quo tempore (*Eudoxia*) jam duorum liberorum mater erat, ab Eutropio contumeliâ affecta, ſic quidem, ut ei minaretur, ſe eam regiâ propediem expulſurum, liberos utraque manu tenens maritum acceſſit, ſimul & infantes oſtentans, lacrymarum nubem emiſit, aliaque fecit, qualiacumque mulier irata muliebri arte, ad ciendum affectum convenientiſſima, marito commovendo facere ſolet. Arcadium verò miſeratio infantium ſubiit, ex ſympathia unà cum matre ejulantium, iraque incenſa fuit. Et verò tum & irâ, & exinde verborum atrocitate Arcadius imperator [revera] erat. Unde ſtatim Eutropium omni honore exuit, opeſque ei abſtulit, inque Cyprum inſulam in exſilium miſit. *Mox & mortem ſubjungit. Attamen compendii auctor hanc addit obſervationem :* Et hæc quidem Philoſtorgius de Eutropio ait. Alii verò alias cauſas dignitatis ademptæ, exſiliique tandem & mortis narrant. *aliquas, variè à variis relatas,*

650 *Zozimus lib.* 5 *Hiſtoriarum pag.* 793 *dolo Gainæ factum ait, ut Eutropius, poſtulante Tribigildo, qui in armis erat, & varias Minoris Aſiæ provincias percurrebat, dignitate exueretur. At non paucos errores eoſque manifeſtos ibi miſcet Zozimus, ut mox videbimus. Præterea, ſi Zozimo credimus, Tribigildi* poſtulata hæc erant : Ut malorum omnium maximus auctor Eutropius ſibi dederetur, in quem ipſe ſtatueret, quidquid vellet. *At conſtat, nec eo tempore, nec poſtea, Eutropium Tribigildo fuiſſe deditum; ita ut minimè credibile ſit, voluiſſe Arcadium metu Tribigildi Eutropium dejicere, nec tamen barbaro ſatisfacere omnino voluiſſe.* His auditis *Tribigildi poſtulatis, ait Zozimus,* Arcadius & arceſſit Eutropium, & abrogata dignitate dimittit. *At hoc non petebat Tribigildus. Subjungit :* Eutropius ſe curſu Chriſtianorum ad eccleſiam confert, quæ ab illo jus aſyli habebat. *Imò potiùs, cui jus aſyli auferre erat conatus.* *Eutropium omni dignitate exutum*

651 *Rectiùs igitur Socrates cap.* 5, *poſtquam dixerat, legem contra aſylum eccleſiæ fuiſſe latam, ita pergit :* Vix enim lex propoſita erat, cùm Eutropius in offenſionem veniens imperatoris, ipſe quoque ad eccleſiam confugit. Epiſcopus igitur, dum Eutropius ſub menſa altaris jaceret metu perculſus, ſedens in ambone, unde etiam antea concionari ſolebat, quo faciliùs ab omnibus exaudiretur, objurgatoriam in eum habuit orationem. Quo facto viſus eſt adhuc quorumdam animos à ſe alienare, quòd hominem adverſa utentem fortuna non modò miseratus non eſſet, verùm etiam corripuiſſet. *Sozomenus quoque lib.* 8 *cap.* 7 *ita habet :* Nec multò poſt (*legem de abrogando aſylo*) Eutropius calumniâ appetitus, quaſi imperatoris conjugem contumeliâ affeciſſet, primus ipſe legem tranſgreſſus eſt, & ex palatio ſeſe proripiens, ſupplex ad eccleſiam confugit. *relegaret, ipſe primus ad eccleſiam fugit.*

652 Quo quidem tempore Joannes in illum ſub ſacra menſa jacentem eleganti quadam oratione invectus eſt, tum potentium hominum ſuperci- *Sanctus orationem habet in Eutropium,*

AUCTORE J. S.

cilium deprimens; tum populo ostendens, nihil esse in rebus humanis, quod eodem in statu diu permanere possit. Hi ergo, qui Joanni infensierant, hoc illius factum criminati sunt, quòd, cùm ejus vicem miserari debuisset, qui de capite periclitabatur, eum reprehenderat, insultans adversæ illius fortunæ. *Hactenus Sozomenus. Huic autem facilè crediderim, non defuisse homines aliquos, quibus displicuerit oratio* Chrysostomi *in Entropium. At eos magis fuisse offensos, quòd viderent fastum suum libera voce deprimi, aut levitatem suam meritò reprehendi, quàm Entropii causâ, omnino mihi persuadeo. Nam in Entropium quidem benignissimum se exhibet, eumque servare se velle luculenter ostendit. Si qua verò immiscerat, quæ dolorem ipsius utcumque augere poterant; ea profert, ut mitiget animos auditorum in Entropium nimis exasperatos, vel ut alios fragilitatem humanæ conditionis doceat, superbiamque dedoceat & arrogantiam. Etenim sanctus Orator perpetuò imminebat in occasionem ostendendi vanitatem rerum humanarum; hæc autem hunc in finem aptissima erat.*

B *vanitatem rerum mundanarum eo exemplo,*

653 *Quare sic orditur:* Semper quidem, nunc verò maximè opportunum est dicere, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ubi nunc inclytus ille consulatûs splendor? ubi illustres illæ faces? ubi applausus illi ac choreæ, epulæque & festi conventus? ubi coronæ & aulæa? ubi strepitus urbis, & illæ Circensium faustæ acclamationes, spectatorumque adulationes? Omnia illa perierunt: procella vehemens folia dejecit, arborem spoliatam reddidit, jam radicitus vacillantem: tantaque vis venti impacta est, ut cùm nervos ejus universos concusserit, tum ipsam funditus prosternere minetur. Ubi nunc fucati illi amici? ubi compotationes & cœnæ? ubi parasitorum examen, & merum per totam diem exhaustum, variæque coquorum artes, & potentatûs cultores illi, ad gratiam omnia dicere ac facere assueti? Omnia illa nihil nisi nox & somnium fuerunt, & appetente die evanuerunt: flores fuerunt verni, & vere exacto emarcuerunt omnia: umbra erant, & præterierunt: fumus erant, & soluta sunt: bullæ erant, & dirupta sunt: aranceæ erant, & lacerata sunt.

C *neque infidelitatem amicitiarum*

654 Quapropter spirituale hoc dictum occinimus, frequenter dicentes, " Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. „ Hoc enim dictum in parietibus, in vestibus, in foro, in ædibus, in viis, in januis, in atriis; sed potissimùm in ipsa cujusque conscientia continenter inscriptum esse oportet, omnique tempore cogitationi obversari: quandoquidem negotia fraudulenta & personata ac mimica veritatis opinionem apud plerosque sibi paraverunt: hoc dicto, in prandio, in cœna, in cœtu hominum, quemque proximum suum compellare oportebat, idemque ab illo vicissim audire, nempe " Vanitas vanitatum, omnia vanitas. „ *Hactenus de vanitate rerum omnium, ad quam demonstrandam deinde iteratis vicibus regreditur. Mox pergit ad infidelitatem illorum, qui Eutropio adulati erant, & ipsum tunc deserebant, aut etiam persequebantur. Cum eorum verò levitate constantiam Ecclesiæ ita comparat*: At non tales nos, sed & tunc quamvis ægrè ferentem non destituimus, & nunc collapsum protegimus ac curamus. Ecclesia à te hostiliter habita, expanso sinu te suscepit... Et Circensis quidem multitudo, exhaustis in se tuis facultatibus, gladium in te acuit. Ecclesia verò importuno tuo furore exagitata, ultro citróque cursitat, si quo pacto te ex his cassibus implicitum extricare queat. Et hæc nunc dico, non quo prostrato insultem, sed quòd eos, qui adhuc stant, tutiores reddere cupiam; nec ut plagas vulnerati refricem, sed ut nondum vulneratos in sanitate conservem *&c.* D

ostendens: ac populum Eutropio iratum

655 *Deinde, expositâ miseriâ, & ingenti timore Eutropii, iterum rationem dictorum illorum dat pag.* 383 *hoc modo:* Hæc dico non exprobrandi causâ, neque insultans ejus infortunio, sed ut vestrum animum molliam, & ad commiserationem pertraham, eóque inducam, ut præsenti hominis pœna sit contentus. Quoniam enim multi sunt è nostris adeo inhumani, ut nos etiam incusent, qui cum sacrario exceperimus; illorum duritiem nostris sermonibus mollire volens, miserias illius traduco. Quid enim, quæso, est, dilecte, quod indignè fers? Dices, quia in ecclesiam confugit, qui eam indesinenter impugnabat. Atqui hoc potissimùm nomine glorificandus erat Deus, quòd permisit eum in tanta constitui necessitate, ut & potentiam ecclesiæ & clementiam disceret; potentiam, eo quòd in tantam inciderit mutationem ob bella, quæ ipsi intulerat; clementiam verò, quòd ipsum objecto nunc scuto protegat, & alarum obtentu tueatur, præteritarumque injuriarum oblita, sinus ei amantissimè pandat.... quòd hosti captivo parcat, & ab omnibus desertum ac contemptum sola ut amantissima mater suis velamentis occultet, imperatoris simul iræ, & intolerabili populi furori se opponens: hoc ipsum est eximium altaris ornamentum. E

mitigare studens, ad servandam reo vitam.

656 *Pergit pluribus populum mitigare, ac deinde majora parat, ita loquens pag.* 384: Num igitur mollivi vestros animos, aut indignationem expuli? num inhumanitatem exstinxi? num ad commiserationem adduxi? Equidem adduxisse me opinor, idque ex vultibus vestris ac lacrymis colligo. Quandoquidem igitur petra cordis vestri in pinguem & fertilem agrum versa est: age, jam fructum quoque misericordiæ proferentes, ubereseque commiserationis spicas præ nobis ferentes, procumbamus imperatori ad genua; vel potiùs deprecemur benignissimum Deum, ut molliat iram imperatoris, & cor illi tenerum dare dignetur, quo hanc gratiam integram ab ipso auferre possimus. *Mox docet, imperatorem utcumque jam mitigatum esse, & rursus ita hortatur: pag.* 385: Ne igitur quis vestrûm accendatur, neve ægrè ferat, sed potiùs mitissimum Deum deprecemur, ut reo vitam proroget, eumque ex impendente cæde eripiat, ut ipse errata sua corrigat: & communi opera interpellemus clementissimum imperatorem pro ecclesia & altari, unum hominem sacrosanctæ mensæ donari obsecrantes. *&c. Hæc sanè mitissimè & piissimè* Chrysostomus; *nec minori fortitudine Eutropium susceptit defendendum, quamdiu mansit in ecclesia, ut liquet ex Homilia de capto Eutropio, quam præcedenti subjunxit in sua editione Montfauconus.* F

Quamdiu in ecclesia mansit Eutropius.

657 *Dicta est Homilia illa, postquam Eutropius erat captus, quia exiverat ecclesiâ, sive quòd sperâsset clàm egressurum se & evasurum, sive quòd alicujus dolo fuerit circumventus: neque enim expositum invenio, qua de causa fuerit egressus. At egressum fuisse, & idcirco captum testatur* Chrysostomus *pag.* 386 *his verbis:* Ne dicas eum, qui proditus est, ab ecclesia proditum esse. Nisi deseruisset ecclesiam, captus non fuisset. Ne dicas, ipsum

A ipſum confugiſſe & proditum fuiſſe: non eccleſia ipſum dimiſit, ſed ipſe eccleſiam dimiſit. Non intus proditus eſt, ſed foris. Cur reliquit eccleſiam? Te ſervatum volebas? Altare complecti oportebat: non hi muri, ſed Dei providentia te tutum præſtare poterat. *Hinc titulus Homiliæ eſt*, Cùm extra eccleſiam deprehenſus Eutropius abreptus fuit. *Deceptus igitur aut mentitus fuit Zozimus, quando ſcripſit, Eutropium vi ab eccleſia abſtractum eſſe. Fateor tamen, milites vim minitatos eſſe. At mira* Chryſoſtomi *fortitudo minas eorum irritas reddidit, miſerumque ſervavit, quamdiu ille non eſt egreſſus.*

contra milites vim minitantes,

658 Ante dies aliquot, *inquit pag.* 386, obſeſſa fuit eccleſia: venit exercitus, qui ignem oculis emittebat, neque tamen olivam marcidam reddidit: nudabantur enſes, nemoque vulnus accepit: imperatoria oſtia in anxietate verſabantur, & eccleſia in tuto poſita erat, etiamſi huc bellum eruperit. Hîc quærebatur is, qui huc confugerat: illorumque furorem non formidantes adſtitimus. *Et poſt multa in laudem Eccleſiæ prolata iterum pag.* 387: Aderatis illo die, ac vidiſtis, quanta moverentur arma: militaris furor igne vehementior erat: noſque ad aulam B imperatoriam properabamus. Sed quid? Per Dei gratiam nihil eorum nos terruit. Hæc porrò dico, ut & vos imitemini. Cur non perterriti ſumus? Quòd nullum præſentium malorum formidaremus. Quid enim grave eſt? an mors? Nequaquam gravis eſt illa, citiùs enim ad tranquillum portum deveniemus. An bonorum publicationes? "Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar". Num exſilia? "Domini eſt terra, & plenitudo ejus". Num calumniæ? "Gaudete & exſultate, cùm dixerint omne malum verbum adverſum vos mentientes, quoniam merces veſtra multa eſt in cælis". Videbam gladios, & cælum cogitabam. Exſpectabam mortem, & in mentem veniebat reſurrectio: has infimas ærumnas cernebam, & ſuperna præmia numerabam: inſidias obſervabam, & ſupernam coronam meditabar: certaminum argumentum ſatis erat ad conſolationem. Abducebar utique, ſed id mihi contumeliæ non erat: una quippe contumelia eſt peccatum *&c.*

Sanctumque ad imperatorem ducentes,

C 659 *Quæ hûc narrat* Chryſoſtomus, *facta videntur eodem die, quo Eutropius ad eccleſiam confugerat, & antequam Sanctus habuit Homiliam in Eutropium, ad mitigandos populi animos dictam. Milites autem, qui vim tantam Eccleſiæ minabantur, id feciſſe videntur injuſſu Arcadii, & fortaſſe mandato Gainæ Gothorum ducis, ſi ille tunc erat Conſtantinopoli. Quin imò, invito imperatore, illa fuiſſe facta, inſinuat* Chryſoſtomus *pag.* 388, *humanarum rerum & divitiarum vanitatem ex illo facto ſic oſtendens:* Vidiſtiſne divitias, quas ſemper fugitivas dixeram, non modò fugitivas, ſed etiam homicidas? ... Cùm milites, cùm gladii aderant, cùm urbs incendebatur, cùm diadema nihil poterat, cùm purpura contumeliis afficiebatur, cùm omnia furore plena erant, ubinam divitiæ? ubi vaſa argentea? ubi argentei lecti? ubi domeſtici? In fuga omnes. Ubi eunuchi? Omnes ſe proripuerunt. Ubi amici? Larvas ponebant. Ubi domus? Claudebantur. *&c. Abductus igitur fuit* Chryſoſtomus *ad imperatorem, quia ſeditioſis reſiſtebat, & Eutropium tradere recuſabat. Sperabant veriſimiliter illi, ſe imperatorem illato timore permoturum ad mandatum aliquod, quo aut* Chryſoſtomus *Eutropium tradere cogeretur, aut vim eccleſiæ inferre juberentur.*

defenſus eſt à Chryſoſtomo,

660 *Verùm decepti illi fuerunt: nam præſentia fortiſſimi Antiſtitis effeciſſe videtur, ut Arcadii auctoritas tandem prævaluerit. Certè* Chryſoſtomus *in Homilia in Eutropium pag.* 385 *exponit geſta eo tempore his verbis:* Jam enim ex illo die, quo huc confugit iſte, non parva eſt facta mutatio. Poſtquam enim cognovit imperator, eum ad aſylum hoc ſe recepiſſe, affluente exercitu & concitato ob ejus crimina, depoſcenteque hominem ad ſupplicium, longam habuit orationem, quâ militarem indignationem compeſceret, poſtulans, ut non culparum modò, ſed etiam rectè factorum rationem haberent... Cùm autem illi de integro urgerent ad vindictam læſi imperatoris, clamantes, exſilientes, ad mortem depoſcentes, haſtas vibrantes; tum verò fontes lacrymarum clementiſſimis ſuis oculis effundens, & ſacroſanctæ menſæ, ad quam perfugerat, religionem illis incutiens, ægrè tandem iram eorum ſedavit. *Vix dubitare poſſum, quin hæc præſente* Chryſoſtomo *ſint peracta. Itaque ordo rerum geſtarum ita concinnandus eſt. Arcadius gravibus verbis objurgavit Eutropium, omnique dignitate privavit. Hic verò mortem timens ad eccleſiam fugit. Ubi hoc innotuit militibus, hi ad arma concurrerunt, ac vim eccleſiæ minati ſunt, recuſante* Chryſoſtomo *reum tradere. Deinde Sanctum ad palatium abduxerunt, ipſumque imperatorem terruerunt: ſed tandem mitigati ſunt.* E

at deinde, relictâ eccleſiâ, captus eſt: altera ea de re Homilia.

661 *Poſt diem unum alterumve* Chryſoſtomus *orationem habuit coram tanta auditorum multitudine, acſi fuiſſet ſolemnitas Paſchalis, ut dicit pag.* 384, *eaque oratione populum inducere ſtuduit, ut vitam Eutropio exorarent apud imperatorem. Deinde Eutropius eccleſiam deſeruit, & captus eſt atque in exſilium abductus, eaque occaſione* Chryſoſtomus *alteram habuit Homiliam de capto Eutropio. Dubitant tamen aliqui, & meritò quidem, an illa tota ſit* Chryſoſtomi, *cùm pars poſterior ſancto Doctore non videatur digna. Verùm meritò dubitare non poſſumus, quin pars prior, in qua de Eutropio agitur, omnino ſit* Chryſoſtomi, *cujus ſenſa in illa pulchrè relucent. Si verò ſtylus utcumque conciſior videatur, quàm ſoleat eſſe ſtylus* Chryſoſtomi, *hoc attribuere poſſumus argumento, de quo agit, & fortaſſe Homilia ex tempore habita fuit. Pars verò poſterior, in qua exponitur illud Pſalmi* 44, Aſtitit Regina à dextris tuis, *non ſatis videtur cohærere cum prima, magiſque exiſtimo, priori aſſutam eſſe, quàm à* Chryſoſtomo *compoſitam aut dictam, ſaltem eodem tempore.* F

§ XLIV. Exſilium Eutropii figendum menſe Januario anni 399: bellum Tribigildi cœptum anno 398: chronotaxis molitionum Gainæ & belli cum eo geſti.

Lex de exſilio Eutropii data XVII *Januarii,*

REſtat, *ut examinemus, quo tempore lapſus ille Eutropii contigerit. De anno nullum eſt dubium: nam anno* 399 *conſulatum ſuſcepit: eodemque anno in Cyprum primò relegatum, deinde*

AUCTORE J. S.

verò revocatum, & Chalcedone occisum, consentiunt scriptores. Verùm de mense dissentiunt, cùm tamen lex Arcadii, quâ Eutropius omni dignitate spoliatur & in Cyprum relegatur, data notetur XVI Kalend. Febr., *id est, die* XVII *Januarii anni* 399, *eaque sufficere videatur ad lapsum Eutropii figendum mense Januario. Eo revera mense lapsum Eutropii figit Pagius ad annum* 399 *num.* 3, *ubi etiam satis aptè respondet ad objectionem Baronii, qui circa tempus Paschale, & ad argumentum Gothofredi, qui factum istud in Quadragesima figendum credebat. Pagium ego ipse secutus sum in S. Pulcheria, sive tom.* III *Septembris pag* 505: *at ibidem necesse non credidi, sententiam meam multis rationibus stabilire, aut argumenta Tillemontii, ab ea longè recedentis, fusè examinare, quia res ea magis pertinet ad hunc locum. Itaque epocham datam hîc magis probabo, & contraria argumenta refutabo.*

Rebellio Tribigildi, cujus gesta

663 *Tillemontius in Arcadio Nota* 22 *varia colligit, ut ostendat, lapsum Eutropii contigisse potiùs sub finem anni* 399, *quàm sub initium. Verùm omnia, quæ allegat, non modò dubia mihi apparent, sed pleraque etiam falsa. Primò supponit, ad postulationem Tribigildi dejectum esse Eutropium, ut asserit Zozimus. At id non modò dubium, sed etiam parùm probabile est, quia omnes antiqui eam causam tacent præter Zozimum frequenter mendacem. Secundò contendit, rebellionem Tribigildi cœptam esse tempore verno anni* 399, aut potiùs media æstate, *inquit: sed mox redit ad tempus vernum, ut statuat belli finem circa finem æstatis, eumque interitu Eutropii ab Arcadio obtentum. At ea chronotaxis nequit conciliari cum multitudine rerum à Tribigildo, & contra ipsum gestarum, quas Tillemontius ipse narrat in Arcadio art.* 14. *Quapropter necesse est, dicamus bellum Tribigildi cœptum esse anno* 398, *finitum verò sequenti anno. Accipe, studiose lector, quid factum in illo bello. Tribigildus dux erat Gruthungorum & Ostrogothorum, cum quibus locatus erat Nacoliæ in Phrygia, quando rebellare cœpit, instigante clanculùm Gaïna, præcipuo Gothorum ductore. Primò Nacoliam ipsam vastavit, ac mox alias Phrygiæ urbes: nam* plurimas Phrygiæ urbes occupavit, magnamque hominum stragem fecit, *inquit Philostorgius lib.* XI *cap.* 8. *Eutropius, audita illa rebellione, muneribus placare studuit Tribigildum. Frustratus verò hac spe Eutropius, contra Tribigildum misit agmen militare, cui præfecit Leonem.*

compendio dantur, non anno 399,

664 *Leo autem, transmisso Bosphoro, cum agmine suo diu hæsit in Bithynia, non ausus progredi. Tribigildus verò, populatâ Phrygiâ, Pisidiam invasit, eamque similiter vastavit. Verùm, dum ex Pisidia in Pamphiliam ducere suos tentat, in angusta via per collectam à Valentino quodam manum ad tantum adductus est periculum, ut vix cum trecentis evaserit. Aliud Tribigildi periculum subdit Zozimus pag.* 792 *dicens, ipsum cum trecentis, quos servaverat, inter duos Pamphyliæ amnes inclusum fuisse. At hoc omisit Tillemontius. Interim cum altero exercitu in Asiam missus est Gaïnas; isque Leonem præmittit adversus Tribigildum. At hic agmen Leonis improvisò aggreditur & cædit adeo, ut ipse quoque Leo in fuga occubuerit. Hæc omnia æstati includit Tillemontius, additque reditum Tribigildi ex Pamphylia in Phrygiam ante exsilium Eutropii. Nam, dum Tribigildus & Gaïnas erant in Phrygia, ruinam Eutropii fuisse postulatam pro conditione pacis existimat. Eutropium verò iis petentibus in Cyprum primò relegatum, indeque postea revocatum, & ante finem anni* 399 *Chalcedone occisum scribit.*

sed in æstate anni 398, *cœpta videtur,*

665 *Verùm locorum distantias non satis considerâsse videtur Tillemontius, quando ea omnia tribus aut quatuor mensibus incluserit usque ad exsilium Eutropii. Ipsa Zozimi relatio, quam præ ceteris amplectitur, prolixius intervallum exigere videtur: & Claudianus, ex cujus verbis argumenta sumit, omnino videtur indicare, Tribigildum in armis adhuc fuisse, quando in Cypro jam exsulabat Eutropius. Quapropter multò rectiùs & probabiliùs chronotaxim sic disponemus. Phrygiam vastare cœpit Tribigildus anno* 398, *tempore æstivo, agmenque Arcadii cum duce Leone sub finem illius anni profligavit, ac liberè populari perrexit usque ad exsilium Eutropii, mense Januario anni* 399 *figendum.*

duravitque adhuc exsulante Eutropio.

666 *Ejusmodi rerum ordinem Claudianus exigit. Etenim dum ille scribebat librum secundum in Eutropium; exsul hic erat, & Tribigildus, cæso antè Leone, populari pergebat, pace necdum inita. Primum dicit lib.* 2 *pag.* 108 *his verbis:*

At vos egregiè purgatam creditis aulam,
Eutropium si Cypros habet *&c.*

Idem variis modis dicit pag. 106 *&* 107. *Alterum non minus clarè, relata pag.* 119 *Leonis clade, effatur pag.* 122, *inducens Orientem sic loquentem:*

Nec jam mihi Caucasus hostes,
Nec mittit gelidus Phasis. Nascuntur in ipso
Bella sinu. Legio pridem Romana Gruthungi,
Jura quibus victis dedimus, quibus arva domosque
Præbuimus, Lydos Asiæque uberrima vastant
Ignibus, & si quid tempestas prima reliquit,
Nec duce, nec numero freti; sed inertia nutrit
Proditioque ducum, quorum per crimina miles
Captivis dat terga suis, quos teste subegit
Danubio, partemque timet, qui reppulit omnes.

De Gaïna ne quidem meminit Claudianus, ita ut hic contra Tribigildum profectus videatur, quando Eutropius de gradu jam erat dejectus. Hanc suspicionem confirmabunt ea, quæ de Gaïna nobis erunt explicanda.

Objectiones Tillemontii ex Claudiano,

667 *Quæ Tillemontius objicit, ut ostendat, Tribigildum anno* 399 *rebellare cœpisse, hausta sunt ex Claudiano malè intellecto. Ait primò, Claudianum initio libri* 2 *in Eutropium memorare festivitates aliaque, facta verisimiliter, quando consulatum suscepit Eutropius; bellum verò Tribigildi postea ab eodem enarrari. Verùm inepta planè est ea observatio. Nam & exsilium Eutropii ibidem præmittit bello Tribigildi. An inde inferemus, Eutropium in exsilium fuisse actum ante istud bellum, imò etiam ante ipsas festivitates causâ consulatûs sui datas? Nam & his exsilium præmittit. Secundò objicit, Eutropium munera obtulisse promissaque fecisse Tribigildo rebellanti; sed ea fuisse rejecta ab illo, teste Claudiano pag.* 116, *ubi hæc addit verba.*

Nam quis non consule tali
Vilis honor?

Erat igitur consul Eutropius, inquit Tillemontius, dum Tribigildum rebellantem donis placare studebat. Respondeo, designatum fuisse consulem pro anno sequenti, si vera dicat Claudianus. Sicut ipse Claudianus toto libro primo mirè debac-

cha-

A *chatus est in Eutropium consulem designatum; ita & hic Tribigildum inducit futurum consulatum eunuchi contemnentem. Quare chronotaxi Tillemontianæ nullo modo prodest Claudianus.*

668 *Verùm & Zozimum in auxilium advocat. Nam ille pag.* 795 *asserit, Gaïnæ cum imperatore pacisceuti traditum esse Aurelianum*, qui ejus anni consulatum gerebat. *Aurelianus autem consulatum gessit anno* 400. *Hæc sanè ratio suaderet, apertam Gaïnæ rebellionem usque ad annum* 400 *differre, si auctoritas Zozimi tanta esset, ut aliis præponderaret. At ea de causa necesse non esset, quidpiam mutare in data epocha exsilii Eutropii, cùm hæc ab illa Aureliani calamitate non dependeat. Objicit tertiò Tillemontius Chronicon Paschale, quod habet, S. Pulcheriam ex Eudoxia natam esse* XIX *Januari, anno* 399. *Atqui, ut narrat Philostorgius num.* 649 *laudatus, Eudoxia duas habebat filias, quando venit ad Arcadium de Eutropio conquestura. Itaque seriùs videtur contigisse lapsus Eutropii, cùm Pulcheria secundum Tillemontium sit secunda Arcadii filia, imò & meo judicio prima.*

Zozimo, & Philostorgio petitæ,

B 669 *Respondeo, tenuem admodùm esse auctoritatem illius Chronici, multis erroribus inquinati, maximè pro factis seculi* IV. *Porrò in S. Pulcheria tom.* III *Septembris pag.* 505 *ostendi, natales S. Pulcheriæ potiùs figendos esse anno* 396 *aut* 397, *quàm tempore per Chronicon Paschale designato. Eò igitur lectorem remitto. Nihil præterea attulit Tillemontius, quod alicujus sit momenti. Quapropter nulla est idonea ratio, cur credamus epocham legis, quâ Eutropius mense Januario in exsilium pulsus est, corruptam esse. Præterea cùm nihil sciamus de gestis ab Eutropio in consulatu; ex eo etiam verisimile fit, ipsum post aliquot dies festivitatum fuisse dejectum, Prosper in Chronico ad hunc annum id clarè dicit his verbis:* Cum hoc (*Theodoro*) consulatum inierat Eutropius eunuchus, qui mox honore & vitâ exutus est.

refutantur: testatur etiam Prosper,

670 *Hoc item fit verisimile ex iis, quæ de nece Eutropii narrat Philostorgius lib.* XI *num.* 6, *post relatum ipsius exsilium ita prosequens:* Nec multò pòst, cùm nonnulli eum accusâssent, quòd consul factus ornamentis iis usus esset, quibus nemini præter imperatorem uti licebat, ex Cypro revocatus est. Cúmque judices Pantichio (*inter Chalcedonem & Nicomediam*) consedissent, Aurelianus verò præfectus prætorio, & alii, qui præcipuos magistratus gerebant, ad exercendam quæstionem constituti essent, Eutropius convictus criminis, cujus accusabatur, capite pœnas dedit. *Si hæc fuit causa mortis Eutropio illatæ, fuerit verisimiliter & causa offensionis primæ Arcadii. Etenim, cùm variis vicibus* S. Chrysostomus *dicat, Eutropium in imperatorem fuisse injurium; satis verisimile est, ipsum ea de re jam tunc fuisse accusatum, quando Arcadii gratiâ primùm excidit. Iis verò ornamentis usum esse statim ab inito consulatu, idque ab Eudoxia observatum esse, suspicari possumus. Quidquid sit, vix credidero, motum Tribigildi causam fuisse exsilii. At minùs improbabile videtur, Gaïnæ & Tribigildi postulatis ab exsilio revocatum & capitis damnatum.*

Eutropium sub initium consulatûs relegatum.

C 671 *Nunc chronotaxim ulteriorum Gaïnæ machinationum, quæ tandem in apertam tyrannidem eruperunt, examinabimus, postmodum narraturi, quàm strenuè se crudeli homini opposuerit* S. Chrysostomus. *Marcellinus comes in Chronico ad annum* 399 *ita habet:* Gaïna comes apud Constantinopolim ad præparandum civile bellum barbaros suos occultè admonet: ipse valetudinem simulans urbe digreditur. Cœpto adversus Byzantios prælio, plurimi hostium cadunt, cæteri fugientes ecclesiæ nostræ succedunt; ibique retecto ecclesiæ culmine, jactisque desuper lapidibus obruuntur. *Idem ad annum* 400: Bellum navale contra Gainam tyrannum inter Cherronesum & Hellespontum gestum est: multa millia Gothorum cæsa vel demersa sunt. Gaina comes de hoc bello fugiens evasit. Ipso tamen anno occisus est mense Februario. *Hic mensis est mendosus, ut omnes passim notant. Vides, opinor, lector, bellum istud in duos annos dividi. Eadem videtur mens Socratis: nam lib.* 6 *cap.* 6 *de fine belli sic loquitur:* Ceterùm hoc bellum finem accepit consulatu Stilichonis & Aureliani, *id est, anno* 400. *Quandoquidem finem belli innectit anno* 400, *insinuat, cœptum fuisse ante illum annum. Tota series rerum gestarum, si maturè consideretur, favet huic opinioni. Verumtamen Tillemontius Notâ* 28 *in Arcadium, & Pagius in Critica ad annum* 400 *omnia in unum annum congerunt, aut potiùs in paucos menses. Verùm illi non videntur satis considerâsse multitudinem rerum gestarum, quas omnes inter medium Julii & finem anni contigisse statuunt.*

Aperta Gaïnæ Gothi rebellio cœpta anno 399:

AUCTORE J. S.

D 672 *Accipe, lector, breve compendium eorum, quæ à die* XII *Julii usque ad* III *Januarii gesta ponunt Tillemontius & Pagius. Ego verò magis existimo, annum totum dictis mensibus adjiciendum esse. Gaïnas per Gothos suos Constantinopolim occupare conatus est. Hinc declaratur hostis, & Constantinopolitani occidunt Gothos omnes in urbe repertos. Hoc factum* XII *Julii fignt ex Chronico Paschali. Tum Gaïnas Thraciam populari cœpit; sed urbes munitas cùm capere non posset, in Chersonesum duxit, ut per Hellespontum in Asiam trajiceret. Verùm Arcadius, ubi intellexerat id ipsum moliri, Fravitam ducem cum exercitu misit in Hellespontum provinciam, ut se trajectioni barbarorum opponeret. Ubi vidit Gaïnas Fravitam sibi ab altera Helleſponti parte oppositum; multa ad transitum tentandum parare coactus est, longasque in Chersoneso moras traxit: neque enim naves habebat, quibus barbaros suos per fretum transveheret. Contrà Fravita non modò exercitum habebat in littore opposito, sed etiam classem navalem. Itaque, teste Zozimo, in silva Chersonesi ligna cecîdit, atque ita inter se connexuit, ut iis homines & equos imponeret ad fretum trajiciendum.*

nam series rerum gestarum ab initio rebellionis

E 673 *Inopia commeatûs tam audax & temerarium suggessit consilium. At illa inopia efficere non poterat, ut tot trabes, quot erant necessariæ ad exercitum transvehendum, brevi tempore cæderentur, ad fretum transferrentur, ac demum aptè connecterentur ad tot homines equosque vehendum. Paratis tandem omnibus, Gaïnas transitum tentavit, sed Fravita navibus instructus in ipso occurrit freto, multaque Gothorum millia occidit, aut mari demersit. Hinc fractus animo Gaïnas, ex Chersoneso in Thraciam se recepit, ac per Thraciam versus Istrum perrexit, obvia quæque diripiens, Romanosque, quos secum habebat, occidens.* Cum Barbaris verò, *inquit Zozimus pag.* 798, trajecit Istrum, ad sua reverti, atque ibi deinceps vivere cogitans. *At alium ibi invenit hostem. Nam princeps Hunnorum, qui sedes habebant trans Istrum, Gothos invadere collecto exercitu statuit. Gaïnas verò, cùm non nisi pugnando evadere posset,* non semel, sed multoties *manus*

usque ad mortem Gaïnæ

cum

AUCTORE J. S.

cum Hunnis conſeruit, & ſtrenuè aliquot præliis reſtitit, *ſed tandem* etiam Gainas ipſe... interfectus eſt.

674 Tum princeps Hunnorum ad Arcadium miſit occiſi caput, quod Conſtantinopolim advenit die III *Januarii anni* 401, *ut habet Marcellinus & Chronicon Alexandrinum. Fravita verò, poſtquam viderat Gothos receſſiſſe, venit Conſtantinopolim, ibique pro anno* 401 *conſul deſignatus eſt. Chronicon Alexandrinum pugnam navalem, quâ victi ſunt Gothi, figit anno* 400; *die* XXIII *Decembris, & cum eo Pagius. At fatetur Tillemontius, eam epocham defendi non poſſe: nam Gainas, cujus caput die* III *Januarii ſequentis portatum eſt Conſtantinopolim, non paucis certè hebdomadis, & veriſimiliter aliquot menſibus poſt illam pugnam vixit. Fravita quoque non poterat conſul deſignari, poſtquam reverſus erat Conſtantinopolim, ſi illo die pugnâſſet in Helleſponto. Itaque illa pugna multò citiùs contigit, & ſic Tillemontius nullum ſuæ chronotaxeos habet auctorem.*

675 Quare omnino mihi videtur ſequenda Marcellini ſententia, reſque hoc ferè modo ordinanda. Gainas, poſtquam anno 399 *hoſtis declaratus erat Conſtantinopoli, Gothique ibidem occiſi, reliquam æſtatis partem inſumpſit vaſtando miſerè Thraciam. Ingruente hieme, contendit in Cherſoneſum, ut æſtate ſequente Aſiam ſimiliter vaſtaret. Paratis hiemali tempore omnibus ad trajiciendum, tentavit tranſitum, ſed magna cum clade repulſus eſt. Hoc fortè* menſe Februario *contigit: nam verba Marcellini, quæ mendosè edita ſunt, leviuſcula mutatione ſic exponi poſſunt, ut voluerit ſcribere, Gainam menſe Februario anni* 400 *navali prælio victum, ac deinde eodem anno occiſum. Verùm, ſive illam cladem acceperit menſe Februario, ſive ſeriùs, & ſub initium æſtatis, reliquum tempus dandum eſt itineri ipſius cum exercitu ad Iſtrum, variiſque præliis cum Hunnis, à quibus ſub finem anni victus occiſuſque eſt; cùm occiſi caput* III *Januarii venerit Conſtantinopolim. Tota hæc chronotaxis optimè cohæret, conſonaque eſt Marcellino & Socrati. Ex ea rectè intelligitur, quomodo Thracia devaſtari, reliquaque omnia fieri potuerint per Gainam, quæ eidem attribuunt ſcriptores, ac præ ceteris fusè refert Zozimus. Secundum hanc quoque chronotaxim optimè exponi poterunt geſta* S. Chryſoſtomi *in Aſia, omniaque, quæ de cauſa Antonini Epheſini venient enarranda. Quod de conſulatu Aureliani objicitur, examinabimus infrà, ubi* Chryſoſtomum *pro Saturnini & Aureliani ſalute ſollicitè laborâſſe videbimus.*

ucquit ſex menſibus incluſi:

ſed ad annum & ſex ferè menſes extendenda eſt.

B

C

§ XLV. Quid Sanctus apud Gainam egerit pro Saturnino & Aureliano : compeſcit Gainam, qui pro Gothis Arianis petebat eccleſiam : ad eumdem legatur ab Arcadio.

Gainas conſpirans cum Tribigildo terret Arcadium,

POſtquam Tribigildus deprædationes ſuas aliquo tempore continuaverat in Aſia, Gainas impetravit, ut ipſe contra Tribigildum dux ſtatueretur. Hoc quidem modo occultus inimicus imperii cum aperto hoſte conjungebatur. At Arcadius magis ſtudebat Gainam demereri, quàm ab ejus inſidiis cavere, ut ſcriptores conſentiunt. Ubi verò ſatis vaſtata erat Phrygia, in qua tam Gainas quàm Tribigildus exercitum habebat, ambo verſus Thraciam anno 399 *duxerunt*, Gaines in Bithyniam; alter verſus Helleſpontum, *inquit Zozimus pag.* 794, rebus omnibus, quæ ſemet offerrent, Barbarorum comitantium direptioni conceſſis. Poſteaquam ille Chalcedonem, hic Lampſaco finitima tenebat; extremo in periculo tum Conſtantinopolis, tum ipſum Romanum imperium verſabatur. *Hiſce conſona ſcribunt alii. Et ſanè non poterat non eſſe magnus Arcadii timor, cùm tantos non haberet exercitus, quos Gothis opponeret, quantos illi habebant; nec milites aut duces æquè exercitatos. Legatos igitur Arcadius mittit ad Gainam.*

D

676 Verùm homo inſolentiſſimus voluit, ut ipſe imperator veniret Chalcedonem, ſecum tractaturus. Fecit hoc Arcadius: atque ita in eccleſia S. Euphemiæ pax in ſpeciem inita eſt, & utrimque juramento firmata. Arcadius omnia concedere cogebatur Gainæ, qui renuntiatus eſt equitum peditumque Romanorum præfectus. Verùm etiam petiit viros, maxima dignitate conſpicuos, ſibi tradendos: atque in illud ipſum etiam conſenſit Arcadius. De illis Socrates lib. 6 *cap.* 6 *ita habet:* Cúmque ille obſides ſibi tradi poſtulâſſet duos ex ſenatorii ordinis primoribus conſulares viros, Saturninum & Aurelianum, quos quidem conatibus ſuis obſiſtere poſſe exiſtimabat; imperator temporis neceſſitati cedens, invitus eos tradidit. Et iſti quidem pro republica mortem oppetere parati, imperatoris mandato libenter ac forti animo obtemperârunt, & procul à Chalcedone, in loco, qui Hyppodromus dicitur, barbaro obviàm proceſſerunt, parati perpeti, quidquid illi placuiſſet. Sed illi quidem nihil perpeſſi ſunt mali.

duraſque pacis conditiones eidem imponit,

E

petitis Saturnino Aurelianoque &c.

677 Breviùs Sozomenus lib. 8 *cap.* 4 *hoc modo:* At ille (*Gainas*) Saturninum & Aurelianum conſulares viros, quos adverſari ſibi ſuſpicabatur, dedi ſibi poſtulavit. Cúmque accepiſſet, iis pepercit. *Uterque traditionem horum virorum præponit colloquio imperatoris cum Gaïna. At Zozimus traditionem poſtponit colloquio, itáque rem refert, acſi Arcadius in colloquio illorum traditionem conceſſiſſet. Præterea* ad mortem *traditos aſſerit, & duobus memoratis tertium adjungit Joannem, de quo alii non meminerunt. Malim credere, Saturninum & Aurelianum, tamquam obſides, à Gaïna poſtulatos, ſive eos ante colloquium ſive in ipſo colloquio poſtulaverit, quàm ad mortem; ſed timuiſſe Conſtantinopolitanos, ne eos occideret. De duobus (nam tertius ad nos minùs attinet) ſic loquitur Zozimus:* Hi erant, Aurelianus, qui ejus anni conſulatum gerebat; & Saturninus conſularis. *Et mox:* Quúmque viros illos Gaines accepiſſet, eiſque gladium admoviſſet, eatenus tamen, ut cutem tantummodo ſtringeret, ſatis habuit eos exſilio dumtaxat pœnas luere. *Ita ille. Quid porrò videatur de gladio viris illis admoto, non inquiro.*

F

Aurelianus non erat illo anno conſul.

678 Id ſolùm obſervo, Aurelianum non videri conſulem fuiſſe anno illo, quo traditus eſt Gainæ; ſed anno ſequenti. Fortè conſul erat deſignatus, aut etiam ſuffectus. At malim credere, errâſſe Zozimum, prout in multis aliis fallitur, quàm ordinarium illius anni conſulem fuiſſe Aurelianum; ſi ille id omnino dicere voluerit illis ver-

A *verbis ὁ τὴν ὑπατον ἔχων ... τιμήν, id est*, consularem habens honorem. *Certè Saturninus, qui consul fuerat anno* 383, *ab omnibus nominatur ante Aurelianum, præterquam apud Zozimum. Præterea in Legibus anni* 400, *consulatus Stiliconis & Aureliani constanter notatur, etiam illo tempore, quo fuisset in exsilio, si exsilium contigisset illo anno. Contrà anno* 399, *quo præfectus erat prætorio Aurelianus; nulla reperitur lex ad Aurelianum data iis mensibus, quibus exsulare potuit; sed altera ad ipsum data legitur mense Januario de pœna Eutropii, ut videri potest in Codice Theodosiano apud Gothofredum tom.* 3 *pag.* 312; *altera de Majuma*, data VI Non. Octobr., *eodem anno. Prior data est ante Aureliani exsilium, quod verisimiliter inchoatum est mense Majo vel Junio: nam mense Julio in apertam tyrannidem erupit Gaïnas, hujus exsilii auctor. Altera data est, postquam redierat Aurelianus, quod contigisse videbimus circa mensem Augustum.*

ut ex legibus datis etiam fit verisimile.

679 *Lex* XVIII *de Pœnis apud Gothofredum tom.* 3 *pag.* 316 *data est* VIII Kalend. Augusti *eodem anno* ad Eutychianum, *quia Aurelianus, opinor, etiam tum in exsilio erat, & verisimiliter detentus à Gaïna. Hæc porrò lex totam chronotaxim nostram admodùm facit verisimilem: lata enim videtur, ne multi, qui Gaïnæ fuerant amici, familiares aut affines, metu pœnæ ad ipsum transfugerent. Nam lata est duodecim circiter diebus post apertam Gaïnæ tyrannidem; atque ita habet:* Sancimus ibi esse pœnam, ubi & noxa est. Propinquos, notos, familiares procul à calumnia submovemus, quos reos sceleris societas non facit: nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulteriùs progrediatur metus, quàm reperitur delictum *&c. Legem hanc dejecti Eutropii occasione latam credidit Gothofredus. Verùm jam sex menses præterierant ab exsilio Eutropii, ita ut multo verisimilius sit, latam esse ob tyrannidem Gaïnæ, ne multi agmen ipsius augerent, calumniam veriti ob amicitiam aut familiaritatem, quam cum ipso habuerant. Hæc sufficiant ad confirmandam chronotaxim antè datam; aut potiùs ad solvendum argumentum, quod contra chronotaxim satis firmatam prolatum fuit.*

Saturninum & Aurelianum

680 *Nunc examinemus, quid pro Saturnino & Aureliano effecisse videatur* Chrysostomus. *Tillemontius art.* 18, *& Montfauconus in Monito ad Homiliam mox laudandam, existimant, ope* Chrysostomi *vitam iis conservatam, quando traditi sunt Gaïnæ. Baronius verò ad annum* 400 *num.* 46 *credit, ipsos per Sanctum exsilio liberatos post apertam tyranni rebellionem, quando ad ipsum legatus est* Chrysostomus. *Hæc sententia mihi probabilior apparet, tum ex titulo Homiliæ, tum ex ipsa Homilia, in qua de his agit* Chrysostomus. *Habetur illa apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 405 *sub hoc titulo:* Homilia, cùm Saturninus & Aurelianus acti essent in exsilium, & Gainas egressus esset è civitate; & de avaritia. *Certè opinioni nostræ favet, quòd habetur de Gaïna civitate egresso: hic enim, quando per suos Constantinopolim occupare tentavit, antè egressus est, ut cum Gothis in vicinia degentibus in civitatem irrumperet. Hac de causa Tillemontius Notâ* 25 *in Arcadium contendit, titulum hac ex parte mendosum esse.*

exsilio liberavit Sanctus,

681 *Nam existimat, Saturninum & Aurelianum in exsilium missos esse, quando Gaïnæ fuerunt traditi. Respondeo, eos verisimiliter in urbe aliqua fuisse depositos, ubi tamquam obsides custodirentur à Gothis; indeque ad aliud exsilium longiùs amandari potuisse, quando Gaïnas videbat, sedes sibi mutandas esse, aliòque migrandum cum suis. Quare verba illa,* Cùm acti essent in exsilium, *facilè exponi possunt,* post exsilium, *sive,* Postquam acti erant in exsilium: *nam verba* Chrysostomi *insinuant, eos fuisse liberatos ea, in qua erant, calamitate, nimirum detentione illa in exsilio. Accipe, lector, initium Homiliæ, ex quo id videtur colligi:* Multo tempore sîtui, *inquit Sanctus,* & post longum temporis spatium ad caritatem vestram reversus sum. Verùm id non accidit ullâ vel animi socordiâ, vel corporis desidiâ, sed abfui tumultus componens, fluctus atque tempestatem sedans: eosque, qui jam demergi cœperant, ad portum & in tranquillum porrecta manu reducere studens. Sum enim communis omnium pater, eóque necesse est curam agere non tantùm eorum, qui stant, sed eorum quoque, qui collapsi sunt: non illorum tantùm, qui secundis navigant ventis, sed & illorum, qui tempestate jactantur: non eorum modò, qui in tuto sunt, verùm etiam illorum, qui periclitantur.

AUCTORE J. S.

E

682 Harum sanè rerum gratiâ reliqui vos ad temporis spatium, obambulans, exhortans, obtestans, supplicans, ut à dominis ea calamitas depelleretur. Posteaquam autem inamœnis illis ac tristibus finis est impositus, denuò me ad vos recepi, qui in tuto estis, qui multa cum tranquillitate navigatis. Ad illos profectus eram, ut tempestatem sedarem: ad vos reversus sum, ne qua tempestas exoriatur. Ad illos discesseram, ut eos à molestiis liberarem: ad vos redii, ne in molestias incidatis. Quemadmodum enim oportet habere curam, non eorum modò, qui stant, sed eorum quoque, qui lapsi sunt: ita rursus non lapsi tantùm nobis debent esse curæ, sed & stantes: illi, ut erigantur, hi, ne cadant: illi, ut ab urgentibus malis liberentur, hi, ne incurrant in ærumnas imminentes. Nihil enim est in rebus humanis stabile, nihil inconcussum, sed ea sunt quasi mare vesaniens, quotidie parturiens naufragia stupenda gravissimaque. Omnia tumultuum ac turbarum plena sunt, omnia scopuli & præcipitia, omnia rupes sub aquis latentes, omnia terrores, discrimina, suspiciones, tremores & angores. Nemo cuiquam fidit, à suo quisque proximo metuit. *Hactenus* S. Chrysostomus, *ad cujus verba modò nonnulla observabo.*

& quidem eo probabiliùs tempore,

F

quo Gaïnas jam apertus erat hostis:

683 *Primò abfuerat Sanctus multo tempore, ut eos servaret. At nullus asseruit, eum ad Gaïnam fuisse profectum, quando illum accesserunt Saturninus & Aurelianus, & si omnino illis tunc adfuisset, necesse non erat, ut diu abesset, cùm ille conventus habitus sit non longè ab urbe, sed prope Chalcedonem. At novimus Sanctum ad Gaïnam fuisse missum, dum ille Thraciam populabatur. Eo tempore longè abesse poterat,* obambulans, exhortans, obtestans, supplicans. *Gaïnam enim comitatus videtur, donec impetrâsset,* ut à dominis ea calamitas depelleretur, *Græcè* λυθῆναι τὴν συμφορὰν. *Certè mox innuit, se impetrâsse, quod petebat, dicens:* Posteaquam autem inamœnis illis ac tristibus finis est impositus *&c. Hæc verba etiam insinuant, illos manibus tyranni fuisse omnino liberatos: nam quamdiu in ipsius erant potestate, non modò erant in statu tristi, sed etiam in perpetuo periculo. Hæc aliaque faciunt, ut existimem, tantum effecisse* Chrysostomum *apud Gaïnam, ut Saturninum & Aurelianum restituerit. Mirum id esse non inficior. At non regum modò piorum, sed barbarorum quoque corda*

AUCTORE J. S.

in manu Dei ſunt ; & mox videbimus, quanta veneratione Gaïnas Chryſoſtomum, *fortiſſimè ſibi antea reſiſtere auſum, ad ſe accedentem exceperit.*

in Homilia tunc habita infideles amicitias improbat,

684 *Quod porrò Sanctus in laudata Homilia ſubjungit de odiis occultis, non ad Gaïnam hoſtem apertum, ſed ad Conſtantinopolitanos ſpectare videtur.* Non eſt, *inquit*, amicus tutus, non frater firmus. Sublatum eſt caritatis bonum; civile bellum occupat omnia, civile, & non apertum, ſed obumbratum. Innumeræ ubique larvæ, ſimulatæque facies. Multa ovium vellera, innumeri ubique lupi ſub his occultati, ut jam inter hoſtes aliquis tutiùs vixerit, quàm inter eos, qui videntur amici. Qui heri adulabantur, qui manus oſculabantur, hodie repentè comperti ſunt eſſe hoſtes, abjectiſque larvis facti ſunt omnibus accuſatoribus acerbiores. Pro quibus heſterna die gratias agebant, hos nunc incuſant & calumniantur. *Hiſce Sancti querelis haud dubiè occaſionem dedit Gaïnæ tyrannis : neque enim dubitare poſſumus, quin multi calumnias paſſi ſint illius causâ. Eódem igitur haſce querelas tendere exiſtimo, quò tendebat lex Arcadii num. 679 data, nimirum*

B *ut accuſationes calumniæque, quibus amici & familiares Gaïnæ periclitabantur, finem acciperent. Tantum veræ amicitiæ & charitatis defectum avaritiæ attribuit Sanctus, gravique oratione hanc inſectatur.*

libertoſque à ſe viros illos, apertè declarat.

685 *Porrò hæc proſecutus ſum hoc loco, licèt alia, ad quæ mox accedam, tempore præceſſerint, ut conjungerem ea, quæ ad Saturninum & Aurelianum ſpectant. De eorum reditu Conſtantinopolim aliqua innuit Zozimus pag. 799, aſſerens, Eudoxiam auguſtam ea de cauſa contra* Chryſoſtomum *fuiſſe exacerbatam. Hoc an verum ſit, non examino : neque contendere velim, viros illos in ipſa legatione* Chryſoſtomi *inferiùs referenda certò reductos eſſe. At ſive in illa legatione, ſive in alio itinere* Chryſoſtomi, *libertatem ipſis procuratam, data Sancti verba videntur omnino evincere. Se autem pro illis laborâſſe, iterum declarat pag. 406, ad querelas eorum, qui dicebant divites ab eo ſemper impugnari in concionibus, ſic reſpondens :* Num ego cum illis bellum gero? Num adverſus illos armor? An non potiùs pro illis cuncta tum dico, tum facio? Ipſi verò adverſus ſe ipſos gladios acuunt. An non

C id declaravit ipſa rerum experientia, quòd ego quidem increpans & aſſiduè objurgans, quærebam illorum commodum? Sed illi veriùs ſunt hoſtes, qui nobis hæc loquentibus culpam impingunt. *Hæc oſtendunt, Sanctum non minùs ſtuduiſſe commodis divitum quàm pauperum; ſed ſinceram ipſius & liberam charitatem fuiſſe calumniis expoſitam.*

Cùm Gaïnas eccleſiam pro Arianis poſceret in urbe,

686 *Videamus modò, quid* Chryſoſtomo *negotii interceſſerit cum Gaïna, quando hic pacem ſimulabat, & ante apertam tyrannidem degebat Conſtantinopoli. Socrates lib. 6 cap. 5 more ſuo factum improbat, ita ſcribens :* Gaïnam præterea tunc magiſtrum militum Joannes epiſcopus, ſolita libertate utens, contumeliosè reprehendiſſe dicitur, propterea quòd ab imperatore petere auſus eſſet, ut ex eccleſiis intra urbem regiam poſitis una Arianis, ejuſdem cùm ipſo fidei cultoribus, attribueretur. *Plura de hiſce Sozomenus lib. 8 cap. 4., ubi poſt relatum Gaïnæ cum Arcadio pactum, ſic pergit :* Sed cùm præter meritum res ei proſperè ſucceſſiſſe viderentur, eam ille felicitatem moderatè non tulit. Verùm quoniam prior temeritas ex voto ipſi ceſſerat, Eccleſiam quoque perturbare aggreſſus eſt. Erat enim Chriſtianus è ſecta Barbarorum, qui Arii opinionem ſectantur. Perſuadentibus igitur epiſcopis ejus ſectæ, ſeu potiùs ipſe ambitione ductus, poſtulavit à principe, ut ſuæ ſectæ hominibus una ex eccleſiis urbicis traderetur. Injuſtum enim, ac præterea indecorum eſſe querebatur, ut ipſe, qui magiſter erat Romanæ militiæ, extra urbis mœnia orandi causâ proficiſceretur. D

Chryſoſtomus, re intellecta,

687 Quod ubi comperit Joannes, non ampliùs quievit. Sed aſſumptis epiſcopis, qui tum fortè Conſtantinopoli morabantur, in palatium perrexit. Et coram principe, ipſo quoque Gaïna adſtante, multis verbis in eum invectus eſt : patriam illi & fugam objiciens, & in memoriam revocans, quomodo tum ab imperatoris parente ſervatus, jurâſſet ſe Romanis amicum, ipſique ac legibus, quas nunc abrogare conabatur, fidum perpetuò manſurum eſſe. Quæ cùm diceret, legem à Theodoſio datam proferebat, quâ vetuerat, ne hæretici intra urbis mœnia collectas celebrarent. Poſt hæc ad imperatorem converſus, ſuaſit, ut legem, quæ adverſus reliquas hæreſes lata fuerat, ratam ſervaret. Satius eſſe dicens imperio cedere, quàm, prodita Dei domo, piaculum admittere. Et Joannes quidem cùm ad hunc modum conſtanter ac liberè locutus eſſet, nihil in eccleſiis ſibi commiſſis novari paſſus eſt. *Hactenus Sozomenus, cujus relatio in pleriſque cum Theodoreti relatione conciliari poteſt. In leviuſculis tamen adjunctis utcumque diſſonant. Nam ſecundum Sozomenum* Chryſoſtomus, *comperta poſtulatione Gaïnæ, ultro acceſſit ad Arcadium; ſecundum Theodoretum ab ipſo fuit accerſitus. Varia quoque ſinguli habent, ab altero prætermiſſa, ſed quæ ſimul conſiſtere poſſunt.* E

apud Arcadium agit, ne conſentiat,

688 *Audiamus itaque Theodoretum lib. 5 cap.* 32 : Sed & aliunde, *inquit*, fiduciam ejus licet perſpicere. Gaïna quidam natione Gothus, ſed animo magis barbarus, & inſolentiâ faſtuque tyrannico præditus, eo tempore magiſter erat militiæ : ex gente ſua quamplurimos ſub ſe habens, & pedeſtres atque equeſtres Romanorum copias ductans. Metuebant autem illum, non alii ſolùm omnes, ſed ipſe etiam imperator, quippe qui tyrannidem eum moliri ſuſpicaretur. Hic cùm eſſet Ariana labe inquinatus, unam ſibi eccleſiam ab imperatore dari poſtulavit. Imperator verò, deliberaturum ſe dixit, daturumque operam, ut F deſiderio ejus ſatisfieret, promiſit. Mox divino Joanni ad ſe accerſito petitionem Gaïnæ indicat, ejuſque potentiam commemorat, & tyrannidem eum meditari non obſcurè innuit; hortaturque ut hac donatione animum barbari compeſcat. Verùm generoſus ille Vir imperatori ita reſpondit : Noli iſta promittere, imperator, nec ſancta canibus dari jube. Neque enim umquam adduci poſſum, ut eos quidem, qui Deum Verbum palam prædicant ac laudant, ejiciam : iis verò, qui illum blaſphemant, eccleſiam Dei tradam. Nec verò barbarus ille metum tibi injiciat, imperator. Sed ubi ambos nos accerſiveris, me atque illum, tu quidem tacitus auſculta iis, quæ dicentur. Ego verò linguam ejus comprimam, faciamque, ne deinceps ea poſtulet, quæ non expedit dari.

ipſique deinde Gaïnæ os obſtruit.

689 His auditis, imperator magnopere gaviſus eſt, & poſtridie utrumque acciri juſſit. Et Gaïna quidem promiſſa ſibi dari flagitabat. Magnus autem Joannes reclamabat, dicens non licere imperatori, qui pietatem profiteretur, adverſus res divinas quidquam præſumere. Cúmque ille æquum eſſe diceret, ut ipſe quoque ædem ſacram, in qua

A qua precaretur, haberet: Omnes, inquit magnus Joannes, tibi apertæ sunt ædes sacræ, nec ullus aditum prohibet, si orare volueris. Tum Gaïna: At ego, inquit, alterius sum sectæ; & cum consortibus meis unam ut habeam ecclesiam peto: idque jure mihi petere videor, quippe qui multa pro Romanis bellorum discrimina pertulerim. Ad hæc Joannes: Sed habes, inquit, præmia laboribus tuis multò majora. Nam & magister militum, & consulari veste ornatus es. Consideres oportet, quid olim fueris, & quid nunc sis: & quanta quidem fuerit prior egestas tua; quanta verò nunc rerum omnium copia: quibus vestimentis usus sis, priusquam Istrum trajiceres; & quibus nunc induaris. Perpende igitur, quàm exigui sint labores tui, & quàm ampla sint præmia: nec ingratus esse velis erga eos, qui te honoribus auxerunt. Hujusmodi usus sermonibus Doctor ille orbis terrarum, os Gaïnæ obturavit, & tacere eum compulit. *Hæc Theodoretus.*

Legatur Sanctus ad Gaïnam jam hostem, ac bene excipitur:

690 *Porrò non modò Constantinopoli tanta erat* Chrysostomi *fiducia, sed illa etiam clariùs demonstrata est, quando barbarus ille reipublicæ hostis fuerat declaratus. Nam Theodoretus ita pergit:* Aliquanto pòst tempore Gaïna in apertam tyrannidem erupit: collectoque per Thraciam exercitu, vastare omnia ac prædari cœpit. Quibus nuntiatis, omnes metu perculsi sunt, tam magistratus quàm privati. Nec ullus erat, qui prælio congredi cum eo vellet; nullus, qui legationem ad eum obire tutum crederet, cùm singuli barbarum ejus ingenium reformidarent. Tunc ergo, omissis reliquis omnibus, quippe qui metu perculsi essent, fortissimum hunc Virum rogârunt, ut legatus ad Gaïnam proficisceretur. Qui nec susceptam adversum eum altercationem considerans, nec ortam ex ea re simultatem, statim alacri animo perrexit in Thraciam. Porrò Gaïna de Legati adventu certior factus, & pristinam ejus pro pietatis defensione fiduciam memoriâ repetens, libenti animo obviàm ei processit longissimè, ejusque dextram oculis suis imposuit, & filios suos sacris illius genibus admovit. Adeo virtus infestissimo cuique reverentiam ac terrorem injicere solet. *Hactenus Theodoretus. At pacem hac legatione obtentam non dicit; certumque est, Gaïnam deinde hostem fuisse usque ad mortem.*

B

Gaïnæ Arcadius non dedit thesaurum ecclesiæ.

C

691 *Ceterùm inter Opera* Chrysostomi *apud Ducæum tom. 6 pag. 324, & apud Montfauconum tom. 8 inter spuria pag. 14, exstat Sermo in S. Thomam apostolum, in quo videtur mentio fieri de Gaïna ejecto ex Thracia & occiso. Observant editores, Sermonem illum nomine* S. Chrysostomi *contra Monothelitas citari in duobus conciliis; prout etiam notat Tillemontius Nota 26 in Arcadium. Videtur sanè Oratio esse dicta circa initium seculi* V; *sed stylus non est* Chrysostomi, *ut omnes observant. Quod verò ex illa infert Tillemontius, videri Arcadium dedisse Gaïnæ thesaurum ecclesiæ Apostolorum; nequaquam est probabile, nec ex illa Oratione colligi potest. Sanè* Chrysostomus *non permisisset, ut hoc fieret; nec Arcadius id eo tempore fecisset, invito* Chrysostomo.

AUCTORE J. S.

§ XLVI. Homiliæ Chrysostomi in Epistolam ad Colossenses & aliæ quædam ad annum 399 spectantes.

Expositio Epistolæ ad Colossenses cœpta est

Quamquam ad annum 399 etiam spectare videtur accusatio Antonini episcopi Ephesini, coram Chrysostomo *facta, de ea necdum agere statui, quia causa illi finis non est impositus ante medium ferè annum 400; sed interim præcipua Sancti scripta ad hunc annum pertinentia recensebimus. Prima se offert expositio Epistolæ S. Pauli ad Colossenses, quæ cœpta est circa finem anni 398 aut initium 399, ut ex duabus notis invicem collatis clarè videtur colligi. Nam in Homilia 2, tom. XI pag. 339 indicat, paulò antè varios fuisse terræ motus. Hi autem fuerunt sub finem anni 398, postquam consul designatus erat Eutropius, & ante initum ab eo consulatum, sive ante Kalendas Januarias anni 399.* Quis exspectâsset ea, *inquit*, quæ nunc fiunt in diversis locis, terræ motus, & urbium eversiones? *Audiamus modò Claudianum lib. 2 in Eutropium pag. 108, hosce terræ motus eorumque tempus describentem:*

D

Induerat necdum trabeas: mugitus ab alto
Redditus, infernas rabies arcana cavernas
Vibrat, & alterno confligunt culmina lapsu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit,
Pronus & in geminas nutavit Bosphorus urbes. *&c.*

E

sub finem anni 398 aut initium 399,

693 *De hisce terræ motibus loqui* Chrysostomum, *liquet ex Homilia 7, in qua pag. 374 lapsus Eutropii, ut recens admodum, clarè insinuatur his verbis:* Et, si vultis, examinemus, non priora, sed præsentia, num omnia instar pulveris & aquæ esse reperiamus. Quid enim vis nos dicere? magistratus & principatus? Nihil enim in hac vita videtur magis esse æmulandum. Sed magis inveneris pulverem in aëre stantem, quàm hæc, nunc maximè. Cui enim non sunt subjecti? Iis, qui ipsos amant, eunuchis, iis, qui pecuniæ gratiâ faciunt omnia, iræ populi, potentiorum indignationi. Qui heri sublimis in tribunali habebat præcones alta voce clamantes, & multos præcurrentes, & in foro superbè & gloriosè incedentes, est hodie vilis, humilis, abjectus, ab omnibus illis desertus & nudus, tamquam pulvis eventilatus, tamquam unda, quæ præteriit *&c. Hæc apertè insinuant Eutropium de consulatu reliquisque honoribus dejectum mense Januario, die* XVII. *Optimè igitur congruunt hæ duæ notæ. Nam Homilia secunda septimam aliquot hebdomadis præcessit; sicut terræ motus præcesserunt consulatum & magis lapsum Eutropii. Utramque notam consideravit Montfauconus, exposuitque eo modo, quo & nos utramque explicamus. Verùm etiam ex utriusque collatione discere debuerat, Eutropii lapsum contigisse sub initium anni, neque enim probabile est, multos menses intercurrisse inter Homiliam secundam & septimam: neque ullum habemus exemplum in* Chrysostomo *hiatûs tam diuturni in expositione alicujus libri sacri.*

F

AUCTORE J. S.

conſtatque Homiliis duodecim,

694 *Tota hujus Epiſtolæ expoſitio conſtat Homiliis duodecim, ex quibus priores aliquot veriſimiliter dictæ ſunt ante finem anni* 398, *reliquæ prioribus menſibus anni* 399. *Luxum in iis vehementer inſectatur ſanctus Orator, aliaque Conſtantinopolitanorum peccata. Hæreticos etiam varios ſubinde impugnat. Vincula Pauli in Homilia* 10 *mirè extollit, breviùs tamen, quàm fecerat Antiochiæ, ut dictum eſt num.* 520. *Hac autem occaſione Eudoxiam pag.* 402 *attingit his verbis:* Sed ſi contingeret, & Paulum eo tempore vinctum, & imperatricem ingredi eccleſiam, omnes ab illâ in eum converterent oculos, & meritò. Videre enim hominem humanâ naturâ ſuperiorem, & qui nihil habet hominis, ſed eſt angelus in terra, eſt admirabilius, quàm videre ornatam mulierem. Nam hæc quidem licet videre & in ſpectaculis, & in pompis, & in balneis, & multis in locis, & ubique *&c.*

certò habitis in epiſcopatu.

695 *Ceterùm Conſtantinopoli dictas eſſe Homilias, clarum eſt ex locis variis. In tertia iteratis vicibus ſe dicit epiſcopum* Quamdiu *inquit pag.* 349, in hac ſede ſedemus, quamdiu præſidemus, habemus & auctoritatem & virtutem, etiamſi ſimus indigni. *Et rurſum pag.* 350 *:* Legatione ergo fungimur: honore autem frui volumus; non propter nos, abſit: ſcimus enim, quàm ſit vilis; ſed propter vos, ut vos, quæ dicimus, diligenter audiatis; ut utilitatem accipiatis, ut non cum focordia & negligentia ea, quæ dicuntur, attendatis. Non videtis, quomodo legatos cuncti circumſtant & obſervant? Nos autem Dei legationis munus obimus apud homines. Si autem hoc vobis durum videtur; non nos, ſed ipſe epiſcopatus: non iſte aut ille, ſed epiſcopus. Nemo me audiat, ſed dignitatem.

Homilia prima ex antè ineditis, non poſt terræ motum,

696 *Porrò Homiliis iſtis interjectæ fuerunt duæ in Eutropium dictæ, & § 43 memoratæ. Hiſce accedit alia, non diu poſt lapſum Eutropii dicta, quæ prima ponitur inter undecim antè ineditas, quas tom.* 12 *dedit Montfauconius a pag.* 323. *Editor quidem pag.* 319 *exiſtimavit, Homiliam illam fuiſſe habitam ante finem anni* 398 *poſt terræ motus à Claudiano memoratos, de quibus in hac agi credidit. Verùm ingentem urbis Conſtantinopolitanæ motum, quem peperit lapſus Eutropii, in Homilia illa luculenter expoſitum invenio; ſed nihil de terræ motu. Decepit Montfauconium vox* σεισμός, *quæ frequenter pro terræ motu ſumitur, non tamen ſemper: nam voce illa generatim ſignificatur* motus, concuſſio, *aliquando etiam* tremor. *Titulus Homiliæ hic eſt:* Homilia habita in martyrio ſive in eccleſiâ, quæ eſt in Antiqua veteri petra, ubi pauci ob delapſam pluviam convenerant: quòd frequenter conveniendum ſit, neque oporteat eos, qui in peccatis ſunt, de ſalute deſperare, ſed pœnitentiam exhibere. *Exorditur Sanctus à paucitate eorum, qui aderant; dicitque non pluviæ aut luto attribuendum, quòd multi abſint, ſed* ſæcularibus curis affixos, & pecuniarum amore, qui omnia peſſumdat, vehementiùs incenſos, à præclara *illa* feſtivitate abfuiſſe.

ſed poſt lapſum Eutropii non totis 30 *diebus,*

697 *Deinde avaritiam ita oppugnat:* Quò uſque hæc pecuniarum rabies?.... Si autem gehennam deſpicis,... ſaltem præſentia id tibi ſuadeant. An non ſcitis, qualem fructum amor pecuniæ nuper exhibuerit? An non hujuſce rei monumenta ob oculos habetis? An non manet adhuc tanti exitii demonſtratio? Urbs tota plena eſt tanti naufragii reliquiis: & quocumque etiam procul abieris, quaſi navi magna demerſa, alius tabulam, alius remum, alius velum, alius ſarcinarum partem penes ſe ſervat & circumfert. Sic in eo, qui nuper accidit, terræ * motu, alius domo, aliùs agris, alius mancipiis, alius argento, alius auro relictis & diſtributis, latum exhibuere calamitatis ſpectaculum, effeceruntque, ut tanti motûs ubique monumenta diſpergerentur. Et alius quidem inſomnes tranſigens noctes, cùm tot peccata ex tali habendi cupiditate accumulâſſet, domo & urbe relicta, fugitivus extra fines ſe contulit, rebus ad victum neceſſariis privatus, quotidie ſe in extremo periculo videns, gladios, carnifices & baratra imaginans, mille mortibus graviorem vitam ducit. Alii verò ejus bonis & poſſeſſionibus fruuntur, & qui pridem illi adulabantur, nunc ipſi inſidias ſtruunt. An hæc non ſatis fuerint vel ad eum, qui omni ſenſu careat, ad ſanam mentem reducendum? Verùm poſt tantam plagam, poſt tantam tempeſtatem, poſt tantam everſionem, poſt tantam & talem mutationem, quæ non ante totos triginta dies invecta eſt, tantâ rurſus inſaniâ correpti eſtis; & quam veniam, & quam excuſationem habueritis? *Hactenus* Chryſoſtomus, *clariſſimè deſignans lapſum Eutropii non totis triginta diebus præteritum, ejuſque exſilium.*

* *vox hæc redundat*

ſive menſe Februario anni 399 *habita eſt.*

698 *At in verſione Latina pro* terræ motu *ſubſtituendum eſt* motu. *Præterea, ubi Montfauconus habet,* Alius domo, alius agris, alius mancipiis, alius argento, alius auro relictis & diſtributis; *ita corrige:* Hic quidem domum, ille verò agros, alius mancipia, aliùs argentum, alius aurum partiti *&c. Græcè enim ſic habetur:* ὁ μὲν τὴν οἰκίαν, ὁ δὲ τοὺς ἀγρούς, ὁ δὲ τὰ ἀνθράποδα, ὁ δὲ τὸ ἀργύριον, ὁ δὲ τὸ χρύσιον διανειμάμενοι *&c. Nam vox* διανέμομαι, *à qua* διανειμάμενοι, *non ſignificat* relinquo *aut* diſtribuo aliis, *ſed* partior; *eamque ſignificationem exigit comparatio Eutropii cum fracta navi, cujus fruſta varii acquirunt. Itaque dicta eſt illa oratio triginta ferè diebus poſt lapſum Eutropii, ſive menſe Februario anni* 399. *Ceterùm major pars Homiliæ, cui in medio aliquid deeſt, concinnata eſt ad animandum peccatores, ne deſperent, ſed ad eccleſiam accedant, & pœnitentiam de peccatis agant.*

Quarta & quinta ex ineditis,

699 *Quæ ibi ſequuntur Homiliæ, ſecunda & tertia, jam recenſitæ ſunt* § 42, *habitæque citiùs. Verùm quarta veriſimiliter circa id tempus eſt dicta. Hac talem pag.* 340 *habet titulum:* Homilia hortatoria, habita in templo S. Anaſtaſiæ adverſus eos, qui non adfuerant: ac demonſtratio de agonibus & certaminibus beati & juſti Jobi. *Elegans eſt Homilia, in qua Jobi exemplo ad varias virtutes auditores excitantur. Quinta ejuſdem rurſum ferè temporis videtur. Nam & in hac auditores excitat ad frequenter conveniendum, & ad divitiarum contemptum eos excitare ſtudet. Accipe, lector, verba pauca, quæ habet pag.* 348: Sed ô pecuniarum tyrannis, quæ multos fratrum noſtrorum ab hoc ovili amovet! Nihil enim aliud eos hinc amovet, quàm gravis ille morbus & numquam exſtincta fornax. *Mox de extremo judicio contra illos loquitur, ita ut gemitus auditoribus exprimeret, illique vultum percuterent. Cantum Pſalmorum in hac quoque commendat Homilia, cujus titulus eſt pag.* 347: Ejuſdem Homilia habita in templo S. Irenes de ſtudio præſentium & de ignavia abſentium. Quòd ſit pſallendum, & quòd mulieribus ſexus non impedimento ſit ad virtutis curſum.

item ſexta, ſeptima & octava.

700 *Utrùm ſexta eodem anno ſit habita, planè dubito. Verùm ſi alio dicta ſit anno, nullum eidem tempus aſſignare poſſumus. Titulus pag.* 353 ex

A *explicat totum Homiliæ argumentum his verbis:* Homilia habita in ecclesia Apostolorum in die Theodosii imperatoris adversus eos, qui se Catharos appellabant, postquam duo alii episcopi loquuti fuerant. *In laudem Theodosii hæc habet pag.* 254: Neque parvo erga beatum Theodosium officio obstricti sumus; non quia imperator, sed quia pius ille erat; non quia purpurâ amictus, sed quia Christo indutus erat *&c. Prosequitur hunc in modum, & victorias ipsius contra Maximum & Eugenium tyrannos breviter attingit. Post hanc subditur pag.* 356 Homilia habita in templo Sanctæ Anastasiæ, *quam Montfauconus in codice Ms. invenit post Homiliam in festivitate Paschali habitam, & mox latiùs memorandam. At idcirco non facilè ipsi assensero, hanc fuisse eo ordine dictam in hebdomada Paschali. Nam quæ inter has nona est, post dictam in die Paschali prima fuit, ut clarè videbimus. Quapropter vel ante Pascha hæc fuit habita, vel paulò diutiùs post Pascha. Eodem ferè tempore octavam, de qua jam meminimus num.* 622, *habitam existimo: nam utraque ferè ejusdem est argumenti, in utraque nempe extollitur mira fidei propagatio in Ecclesia. Utraque satis probabiliter figi potest inter Pascha & Pentecosten.*

B 701 *Quæ in ipsa festivitate Paschali anno* 399 *habita fuit, data est à Montfaucono tom.* 6 *pag.* 272, *& ab eodem iterum inventa inter alias undecim ineditas. Varia hæc ad propositum nostrum suggerit. Primùm, cùm die* VI *Aprilis, sive die Mercurii ante Pascha, nimio imbre messis periclitaretur, institutæ sunt supplicationes, de quibus* Chrysostomus *pag.* 273 *ita loquitur:* Ante tres dies, irrumpente pluvia ingenti, atque omnia secum trahente, & ab ore, ut ita dicam, agricolarum mensam rapiente, comatas spicas dejiciente, cæteraque omnia per humidæ materiæ copiam devastante, litaniæ & supplicationes fuere, totaque civitas nostra quasi torrens ad loca Apostolorum currebat: advocatosque implorabamus sanctum Petrum & beatum Andream, par illud Apostolorum; Paulum item & Timotheum. Post hæc verò, cùm ira sedata esset, audacter trajectis pelago fluctibusque, ad coryphæos accurrimus, Petrum fundamentum fidei, & Paulum vas electionis, festum celebrantes spirituale, eorumque certamina prædicantes, tropæa victoriasque contra dæmonas. *Hæc facta sunt die Mercurii hebdomadæ sanctæ. Non dicit Sanctus, illo die ortum esse messis periculum; sed eo die cessâsse. Inter Homilias* Chrysostomo *olim attributas habetur aliqua de laudibus SS. Petri & Pauli apud Montfauconum tom.* 8 *inter Spuria pag.* 7. *Posset quis existimare, eam hac occasione fuisse dictam; sed stylus non est* Chrysostomi, *ut agnoscunt editores.*

Sanctus ob messis periculum supplicationes habet:

C 702 *Porrò post supplicationes prædictas ipso die Veneris sancto fuerunt ludi Circenses, sive cursus equorum, & die sequente spectacula theatralia. Utrisque ludis interfuerunt Christiani nonnulli, idque ægerrimè tulit* Chrysostomus, *ita ut in ipsa festivitate Paschali hâc Homiliâ acerrimè in illos fuerit invectus.* Hæccine, *inquit pag.* 272, ferenda? hæccine toleranda? Post longa sermonum curricula, post tantam doctrinam, quidam, nobis relictis, ad spectaculum concertantium equorum transfugerunt, atque ita debacchati sunt, ut totam urbem vocibus clamoribusque repleverint inconditis, multumque risum moventibus, imò potiùs luctum afferentibus. Ego itaque domi sedens, & crumpentem vocem audiens, graviora patiebar, quàm ii, qui tempestate jactantur.

Populum acerrimè objurgat, quòd ad ludos profanos

AUCTORE J. S.

703 *Et mox de die, quo hæc facta sunt:* Hæccine agit populus Christi amans, ... ne ipsam quidem diem reveriti, in qua symbola salutis generis nostri consummata sunt? Verùm in Parasceve, cùm Dominus tuus pro orbe crucifigebatur, & sacrificium tale offerebatur, paradisus aperiebatur, & latro in antiquam inducebatur patriam; maledictio dissolvebatur, peccatum delebatur, diuturnum tollebatur bellum, Deusque reconciliabatur cum hominibus, atque omnia mutabantur; in illa die, in qua jejunare oportebat, confiteri, & gratias precando referre ei, qui tot bona orbi contulit: tunc tu, ecclesiâ relictâ & sacrificio spirituali, fratrumque cœtu atque jejunii gravitate, captivus à diabolo ad illud spectaculum abductus es. *Mox quoque addit, id factum esse,* uno tantùm interposito die *post supplicationes jam dictas. Deinde pag.* 274: Nec tibi satis fuit priore die id egisse, etiam in sequenti, cùm à nequitia pristina paulùm quiescere oportuisset, ad theatra iterum constendisti, à fumo currens ad ignem, teque in aliud deterius barathrum conjecisti. Senes canos suos dehonestabant, adolescentes juventutem suam præcipitabant, patres filios suos eò adducebant, jam à principio ætatem nequitiæ expertem in improbitatis barathra inducentes; ita ut non aberret quispiam, si illos, non patres, sed filiorum interfectores appellet, qui nequitiâ suâ animam liberorum in exitium impellant.

in ultimis diebus hebdomadæ sanctæ accurrisset,

E

excommunicationem minitans:

704 *Pergit acri sermone turpitudinem illorum spectaculorum & manifestissimum animæ periculum, si quis ea videat, exponere, ita ut auditores commoverentur ad dolorem. Demum pag.* 276, *ubi paucos spectaculis illis interfuisse insinuaverat, ita minatur:* Ideo prædico, & perspicua voce clamo: si quis post hanc cohortationem atque doctrinam, ad iniquam theatrorum perniciem defecerit, non illum intra hæc septa recipiam, non administrabo ei Mysteria; non permittam, ut sacram Mensam attingat. Sed quemadmodum pastores oves scabie plenas à sanis sequestrant, ne cæteris morbum communicent; ita & ego faciam ... Ut enim primò cohortatione & consilio usus sum; sic & nunc post tantam adhortationem & doctrinam, necesse est demum sectionem etiam infligere. Etenim annus tandem est elapsus, ex quo in vestram civitatem advectus sum: neque cessavi hac de re vos frequenter cohortari. Quia igitur quidam in hac sanie permanserunt; age demum sectionem inferamus ...

F

imò sub pœna excommunicationis

705 Quamvis enim viles admodùm ac miserabiles simus; attamen à divina gratia dignitatem accepimus, quâ possimus hæc efficere. Ejiciantur ergo hujusmodi homines ... Si verò perhorruistis hanc audientes sententiam: video namque omnes ingemiscentes & compunctos; resipiscant, & sententia soluta est. Quemadmodum enim alligandi potestatem accepimus; sic & solvendi, ac rursus sententiam ferendi ... Nemo itaque ex iis, qui in eadem permanent fornicatione, in ecclesiam veniat; sed à vobis corripiatur, & communis sit hostis. "Si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & ne commiscemini cum illo". Hoc autem facite: neque colloquamini, neque domi recipiatis, neque mensæ participes admittatis, neque ingressûs, vel egressûs, neque in foro cum illis versemini: & sic facilè illos recuperabimus. *Addit pag.* 278

AUCTORE J. S.

rationes alias hujuſce ſeveritatis, nimirum quòd rationem de omnibus eſſet redditurus.

acceſſum ad ejuſmodi ludos prohibens.

706 Quamobrem, *inquit*, non finem faciam omnia agendi & dicendi, etiamſi vos mœrore afficere oporteat, etiamſi moleſtus videar & oneroſus; ut poſſim adſtare ante tribunal illud horrendum, nullam habens maculam aut labem, vel quid hujuſmodi. *Ceterùm dubitat Montfauconus, an ſententiam excommunicationis revera tulerit* Chryſoſtomus, *an ſolùm fuerit comminatus. Reſpondeo, nullum mihi eſſe dubium, quin Sanctus revera ſententiam tulerit, non in eos, qui jam obnoxii erant, ſed contra illos, qui impoſterum theatra adirent, ita ut adeundo theatra in ſententiam modò latam inciderent. Nam id clarum videtur ex verbis. Non excommunicavit igitur illos, quos objurgat; ſed vetuit ſub excommunicatione latæ ſententiæ, (ut loquuntur theologi) ne quis deinde ſpectaculis illis turpibus intereſſet.*

Secuta deinde Homilia nona ex nuper editis

B

707 *Bono animo videntur excepiſſe Conſtantinopolitani, ſaltem plerique, eximium hunc Sancti zelum. Certè id utcumque colligitur ex Homilia, quæ poſt prædictam prima fuit ſecuta. Hæc apud Montfauconum tom.* 12 *pag.* 382 *nona ponitur, & talem habet titulum:* Ejuſdem, quòd non oporteat ad circum vel ad theatra aſcendere: & dum illis moleſtiam creâſſet, deinde in conventu ſequenti poſt illam Dominicam cùm conceſſiſſet epiſcopo cuidam, qui ex Galatia venerat, concionandi facultatem, & ipſe tacuiſſet, atque in hoc quoque illos offendiſſet, hanc habuit Homiliam in magna eccleſia, in illud: "Pater „meus uſque modò operatur, & ego operor„. *Hactenus titulus, qui Homiliæ contextum compendio explicat. Sanctus orditur hoc modo:* Nuper valde vos pupugi de theatris & de equeſtribus ludis loquens.

in qua laudat auditores de ſtudio audiendi:

708 *Tum gaudium ſuum de fructu illius reprehenſionis declarat, fructumque illum probat hoc modo:* Etenim qui ſic increpati fueratis, ut doleretis & animo deficeretis, adveniente Dominica illam inſequente ſplendidius nobis theatrum exhibuiſtis, numeroſiorem conventum & majorem alacritatem. Omneſque ſuſpenſi eratis, ſicut hirundinum pulli à nido pendentes, & ad linguam noſtram inhiantes. Deinde quia fratri noſtro, qui ex Galatia venerat, quem & propter ipſam Eccleſiæ legem, peregrinos ita ſuſcipere jubentem, & propter venerandam canitiem honorabamus, locum ceſſimus, ut concionaretur, occlamantes recedebatis, graviter ferentes, quaſi jam diu fame premeremini, & linguam noſtram ita ſecantem exoptantes. *&c. Mox etiam declarat uberiùs, quantùm lætetur,* ſe tam gratos habere auditores, qui non modò plaudere, ſed etiam corrigi volunt, qui increpati non reſiliunt, ſed ad increpantem confugiunt. *Maxima verò pars ſermonis contra Eunomianos dirigitur ex allegatis in titulo Chriſti verbis.*

C

decima & undecima ex iiſdem,

709 *Quæ ibidem ſequitur Homilia* 10, *ad idem quoque tempus referenda eſt. Titulum hunc habet pag.* 387: Ejuſdem Homilia habita in eccleſia Apoſtoli, poſtquam epiſcopus (*alius*) paucis concionatus fuerat, in illud: "Meſſis quidem multa „operarii autem pauci„. *Laudat epiſcopum illum, conqueritur de aliquorum abſentia:* Neque enim, *inquit pag.* 388, multos tantùm hîc adeſſe vellem, ſed omnes, & neminem in eccleſia deſiderari. Quapropter quamdiu extra caulam illi ſunt, dirumpor & doloribus diſcindor. *Explicat deinde prædicta verba, & maximè agit de propagatione Euangelii. Homilia* 11 *pag.* 395 habita *eſt, ut habet titulus,* poſtquam alius admodùm ſenex concionatus fuerat, de Eleazaro & de ſeptem pueris, *Machabæis videlicet.* Chryſoſtomus *initio Homiliæ laudat ſenem illum, ſeque vocat* Juvenem νέον, *licèt quinquagenario major eſſet. Quin & ſenectutem ipſius tanti faciebat, ut eam reveritus tacere cogitaverit.*

D

in qua iterum laudatur alacritas auditorum.

710 *Cur autem non tacuerit, exponit his verbis, quibus unà auditorum ſuorum alacritatem commendat:* Sed quod ſæpè dixi, nunc etiam dicam: neque veſtram fero tyrannidem, neque horum neceſſitatem. Ideo rurſus ad conſuetos curſus me comparo, rem difficilem, nempe loquendi, cum facilitate multa tractans, non propter facultates meas, ſed propter veſtram audientium alacritatem. Nam nuper ad tantam profunditatem deductus ſermo, non ſuffocatus eſt, & tantum pelagus emenſus, non naufragium paſſus eſt.... Veſtro nempe audiendi ſtudio ad tranquillum portum appellebamus. Statim enim atque à lingua ſermo proferebatur, omnes ſupinis illum manibus excipiebant, etiamſi multam haberet difficultatem.... Neque enim in petram, neque in ſpinas, neque ſecus viam cadere ſinebatis; ſed omnia in pingue & profundum arvum excipiebatis, in profundum nempe mentis veſtræ. Ideo ſingulis diebus comatas ſegetes videmus, zephyri loco Spiritûs auris innutritas; & theatrum nobis quotidie ſplendidum effectum. *Hæc oſtendunt, Conſtantinopolitanis pleriſque non minùs, quàm olim Antiochenis, gratas fuiſſe* Chryſoſtomi *conciones.*

E

Homilia gemina in illud: Ne timueris *&c.*

711 *Porrò habentur & aliæ quædam Homiliæ, maximè tom.* 3, *quæ forſan hoc anno ſunt dictæ. At cùm notas temporis non habeant ſatis certas, hoc loco duas tantùm commemorabo, quæ videntur habitæ poſt turbas Conſtantinopoli per Gainam excitatas. Utraque edita eſt tom.* 5, *utraque in illa Pſalmi* 48 *verba:* Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo *&c. Utraque vanitatem rerum humanarum nativis coloribus repræſentat. At quæ ponitur ſecunda, fortaſſe prima eſt dicta, & habita eſt, poſtquam alius breviter perorâſſet, ut ex titulo & ex initio liquet pag.* 418. *Hunc porrò oratorem ubi laudaverat Sanctus, ita pergit:* Age ergo nos quoque, tumultuum, qui jam contigerunt, procellâ liberati, tamquam fluvialibus quibuſdam aquis, aures noſtras lectione Scripturarum abluamus. Ita faciunt & nautæ, poſtquam tempeſtatem evaſerunt, & multum pelagus emenſi, ad tranquillum portum pervenerunt, demiſſis velis, depoſito remo, & exſcenſu à navi facto, balneis, cibo, potu, ſomno ac deliciis corpus refocillant, ut vegetius illud & aptius ad reliquam navigationem reddant. Hos imitemur nos quoque, ac nupera illa perturbatione, tumultu, fluctibuſque perfuncti, tamquam ad quietum quemdam portum animam noſtram ad Scripturarum lectionem appellamus. *Tumultus & fluctus hîc memoratos non alios eſſe ſuſpicor, quàm quos excitavit Gainas, quando Conſtantinopolim occupare voluit; ita ut Homilia dicta videatur prima poſt ſedatos illos tumultus.*

F

dicta videtur poſt ſedatas turbas à Gaïna excitatas.

712 *Altera pag.* 504 *prolixior eſt, dictaque videtur, poſtquam animi auditorum ad tranquillitatem magis erant reducti, ut initio inſinuatur. In hac de divitiis pag.* 507 *ita loquitur Sanctus:* Sæpè namque non cum homine deſinunt, ſed etiam ante hominem. Nôſtis vos innumera exempla in hac urbe circa intempeſtivam hujuſmodi divitiarum jacturam: & didiciſtis, vivente poſſeſſore poſſeſſionem periiſſe: divitiarum enim finis

A nis est mutatio in paupertatem. *Deinde pag.* 508. *observat, divitem rapacem odio esse omnibus, etiamsi plures ipsi adulentur, idque probat his verbis:* Quòd autem hæc illo modo se habeant, ingruente vento, cadentibusque foliis, cùm scilicet mutatio rerum advenit, tunc ementiti amici comperiuntur, tunc assentantium larvæ noscuntur, tunc manifestus evadit simulantium chorus, tunc schena aperitur. Aperiuntur ora omnium dicentium: Scelestus ille, improbus, perditissimus. Quid ais? An non heri ipsi adulabaris; an non manus ejus osculabaris? Hæc larva erant: venit tempus, & larvam posui mentemque aperui. Quid ergo times; quæso, eum, qui à tot hominibus accusatur?

utraque de vanitate divitiarum.

713 *Hæc videntur insinuare Gainam urbe exclusum & hostem declaratum, de quo haud dubiè ita loquebantur, qui antè ipsi fuerant adulati. Quare utraque Homilia videtur dicta, antequam* Chrysostomus *ad Gainam legaretur. Certè in hac pag.* 509 *indicat, aliquos ægrè tulisse, quòd toties loqueretur* contra divites *&* contra raptores. *In Homilia verò post illam legationem dicta tom.* 3 *pag.* 406 *id ipsum indicat his verbis:* Hanc ob

B causam & nos, quæ priùs dicebamus, nunc dicere non desinemus, tametsi nuper complures incusabant nos, talia loquentes: Itáne numquam desines adversus divites armatam habere linguam? *&c. Hactenus de scriptis anni* 399.

§ XLVII. Antoninus Ephesinus episcopus apud Chrysostomum accusatur: causa illa in annum secundum usque ad mortem Antonini protracta: Sanctus in Asiam profectus: horum omnium chronotaxis.

Antoninus episcopus Ephesinus ab Eusebio episcopo

C *De accusatione Antonini episcopi Ephesini apud* Chrysostomum *solus ferè ex antiquis agit Palladius in Dialogo, cujus relationem dabo, priusquam ex aliis adjuncta temporis rerumque elucidanda suscipiam. Rem pag.* 125 *ita narrare incipit:* Tertia decima Indictione venerunt Constantinopolim Asiani episcopi necessitatum quarumdam gratiâ: ii nobiscum commorabantur, præsentibus etiam aliis ex Scythia episcopis, Theotimo scilicet, atque ex Thracia Antimone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, metropolitis omnibus ac senibus, usque ad viginti duorum episcoporum numerum. Et omnibus congregatis, atque communicantibus, Eusebius quidam è Cilbianis jugis, episcopus Valentinopolitanus, congregatam synodum cùm observâsset, unâ sabbati adveniens, libellos tradidit synodo; præposito scilicet, ut consequens erat, Johannis nomine, contra Antoninum, episcopum Ephesi, septem capitula inferens.

de septem criminibus accusatur:

715 Primum quidem, quòd conflatis sacris vasis argentum in usum filii feciisset. Secundum, quòd ablatum de ingressu baptisterii marmor in balneum suum transtulisset: deinde columnas ecclesiasticas, à pluribus annis jacentes, intra suum statuisset triclinium. Quartum, quòd puer ejus cædem patrâsset, quem adhuc haberet in ministerio irreprehensum. Quintum, quòd prædia Ecclesiæ relicta à Basilina, Juliani imperatoris matre, vendidisset, sibique vindicâsset. Sextum, quòd dimissa uxore sua, cum ea rursus congressus esset, filiosque ex ea procreâsset. Septimum, quòd pro lege & constituto haberet ordinationes episcoporum vendere juxta rationem reditum. Adsunt & qui dederunt, quique ordinati sunt, & ipse qui accepit: ac præterea probationes habeo. *Hæc accusator Eusebius secundum Palladium, qui pag.* 124 *ait, se toti judicio adfuisse.*

ac tardante Chrysostomo pacemque suadente,

716 *Audiamus modò, quàm moderatè accusationem exceperit* Chrysostomus, *quámque tardè potiùs quàm præcipitanter processerit:* Patienter feras me, obsecro, *ait Palladius Theodoro pag.* 127, ut hinc quoque Johannis moderationem admireris, qui sedato interim zelo, dixit Eusebio: Eusebi frater, quoniam sæpe fit, ut accusationes, quæ fiunt à perturbatione animi, faciles probationes non habeant: sine te exorari, ut cesses Antoninum fratrem scripto accusare, nobis causas molestiæ corrigentibus. Ad hæc irâ accensus, durioribus usus est verbis adversus Antoninum, totus se efferens, & in accusatione per- E
sistens. Hortatur Johannes Paulum episcopum Heracleæ; nam is Antonino favere videbatur; ut eos in amicitiam compelleret. Surgensque, ecclesiam ingressus est, unà cum episcopis. Erat enim Sacrificii tempus: pacemque populo ex more precatus, sedit cum reliquis episcopis. Clàm autem subingressus accusator Eusebius, coram omni populo & episcopis libellum alium offert, eadem continentem, adjurans Johannem horrendis juramentis, quibus salutem quoque imperatorum complexus est, multa cum perturbatione; ut putarent populi ejus imprudentiâ perterriti, eum à Johanne petere, ut vitam sibi ab imperatore impetraret. Johannes verò, ut vidit instantiam hominis, studens imperturbatum tenere populum, libellum recepit, lectisque divinis eloquiis, Pansophium, Pisidæ episcopum, orat, ut divina dona offerat: ipse cum reliquis episcopis egressus est. Nolebat enim animo turbido Sacrificium facere, his Euangelii obtemperans: Quando offers munus tuum, & reliqua.

accusatio repetitur.

717 Et post dimissionem populi, considerans apud se, & sedens in baptisterio cum reliquis epi- F
scopis, accusatorem coram omnibus advocat, dicens ei: Rursus eadem tibi dico, quòd multi mœrore vel irâ compulsi multa & dicunt & scribunt, quæ probare non possunt. Si igitur manifestè ea nôsti, de quibus illum accusare vis; neque enim si possis, repellimus; neque trahimus, si non possis: antequam legatur libellus, elige, quod expedit: postquam enim lectus fuerit, & in aures omnium venerit confectis Actis, non amplius licebit, cùm sis episcopus, abolitionem petere. Post hæc rursus ille in proposito persistit. Tum jubent legi libellum: lectaque sunt suprà dicta capita. Dicunt seniores episcopi Johanni: Audite tenorem libelli, etsi unumquodque uniuscujusque capitis maximè impium est, & undequaque sacris legibus interdictum, ne videamur in his, quæ leviora sunt, tempus omne insumere; ab eo, quod est horribilius, fiat inquisitio. Si enim illud inventum fuerit verum, nullus de capitibus reliquis erit contradicendi locus: cùm illius capitis radix omnem iniquitatis speciem progerminet, juxta illum, qui ait: Radix omnium malorum est avaritia. Qui enim super innocentes

mul-

AUCTORE J. S.

munera accepit, & Spiritûs ſancti diſtributionem argento vendere non dubitavit: quo pacto jam parcet ſacris vaſis, aut lapidibus, aut prædiis eccleſiæ.

Cauſam examinat Sanctus, & cùm teſtes abeſſent,

718 Tunc Johannes quæſtionem inchoat, dicens Antonino: Quid ad hæc dicis, frater Antonine? Negavit ille neceſſariò. Quomodo enim poſſet ſub exordium ipſum confuſionem ſuam confiteri? Interrogati ſunt, qui dederunt, negârunt & ipſi. Poſt hæc cùm inquiſitio ad horam uſque octavam diligenter ageretur, ex indiciis quibuſdam judicium formatum eſt. Poſtremò, ut par erat, ventum eſt ad teſtes, coram quibus & hi dederant, & ipſe acceperat. Non aderant teſtes: opus erat eorum præſentiâ. Difficultatem ſiſtendorum teſtium reſpiciens Johannes, ut purgaret Eccleſiam, & teſtibus parceret, per ſe in Aſiam ire ſeſe ultro offert, & examen peragere. Antoninus, viſa Johannis ſtrenuitate atque incorrupta integritate, utpote ſibi conſcius, adiit quemdam è proceribus, cujus prædia, quæ in Aſia erant, ipſe curabat: orat ut inhibendum Johannem procuret, ne in Aſiam abiret, promittens teſtes ſe exhibiturum. Qui ſtatim molitur, ut hæcce ad Johannem epiſcopum è palatio denuntiarentur: Abſurdum eſt te, qui ſis epiſcopus, & animarum noſtrarum inſpector, in tanta tumultûs exſpectatione, relinquere civitatem, & peregrinationem in Aſiam obire, cùm facilè teſtes deduci poſſint. Erat autem exſpectati tumultûs cauſſa Gaïna barbarus. Enimverò, ne longior ſim, perſuadetur illi, ut maneat, curam ſimul habens & judicii & moleſtiæ teſtium. Interim lucrum inſperatum reo fuit ad adventum teſtium dilatio, quos aut pecuniâ, aut potentiâ fugare poterat.

B

cum ſynodo judices in Aſiam delegat:

719 Prævidens iſta Johannes, cum præſente ſynodo deliberat quoſdam è præſentibus epiſcopis in Aſiam mittere ad interrogandos teſtes. Derepente igitur tres epiſcopi electi ſunt, qui mitterentur: Syncletius, metropolitanus Trajanopolis; Heſychius, epiſcopus Parii, & Palladius Helenopolis. Cùm in Actis interlocuta eſſet ſynodus, ut qui intra duos menſes non occurriſſet Hypepis, Aſiæ civitate, jura ſua perſecutus non fuiſſet, quia vicini eſſent & qui arguebantur, & reliqui epiſcopi, qui cum Syncletio judicare debebant, is excommunicatus eſſet. Poſt hæc deſcenderent Smyrnam dicti Syncletius & Palladius. Heſychius autem, qui amicus erat Antonini, ſimulavit morbum: & per litteras illico ſignificârunt utriſque partibus adventum ſuum, ut concurrentes in dictam civitatem implerent promiſſa. Illi autem cùm ſe mutuò corrupiſſent, partim auro, partim jurejurando, amici facti erant ante adventum judicum. Cùm autem dicis cauſsâ ad civitatem Hypæpinorum veniſſent, ſperabant rurſum eludere judices dilatione teſtium, quaſi peregrè profecti eſſent ob varias cauſſas.

C

ſed culpâ accuſatoris res protrahitur, & reus moritur.

720 Poſt hæc judices accuſatorem rogant: Intra quot igitur dies adducturus es teſtes? & exſpectabimus. Ratus ille eos aëris inclementiam ægrè ferentes, diſceſſuros; erat enim æſtatis ipſe ardor; ſcripto promittit intra quadraginta dies, aut producturum teſtes, aut pœnas canonum ſubiturum. Dimiſſus igitur ad inquirendos teſtes, omiſſa inquiſitione, Conſtantinopolim venit, ibi delitescens. Exſpectabant judices, ut par erat, ad quadrageſimam diem: & cùm nullibi ille compareret, ſcribunt omnibus Aſiæ epiſcopis, eum denuntiantes excommunicatum, ſive ut deſertorem, ſive ut calumniatorem. Ceterùm poſt hoc alios etiam triginta dies perſtiterunt: & cùm non compareret, diſceſſerunt, & Conſtantinopolim redierunt. Illic cùm ipſum offendiſſent, facinus illi exprobrârunt. Rurſus ille infirmitatem corporis prætexens, pollicebatur teſtes ſe adducturum. Quæ cùm in longum tempus ſic abirent, moritur Antoninus, cum quo litem habebat Euſebius. *Hactenus Palladius, cujus relationem ſi rectè expendamus, facilè videbimus, cauſam illam non paucis diebus tractatam eſſe Conſtantinopoli, antequam eligerentur deputati judices, qui in Aſia teſtes examinarent. Nam clarum eſt, plures ibi habitos eſſe epiſcoporum conventus, licèt illos non diſtinguat Palladius. Certè alio die accuſatio inſtituta eſt; alio die monitum accepit* Chryſoſtomus, *ne ex urbe diſcederet, alio rurſum die epiſcopi ſunt electi, qui in Aſiam proficiſcerentur: neque veriſimile eſt, hæc tribus diebus continuis eſſe peracta. Lectis verò judicibus, duos menſes accepit Euſebius ad teſtes producendum. Hiſce deinde adjecti rurſum quadraginta dies. Poſt hos aliis diebus triginta exſpectârunt judices in Aſia. Reverſi demum Conſtantinopolim, Euſebium ibi invenerunt. Eoque iterum teſtes promittente, ac infirmitatem allegante pro excuſatione, tandem moritur Antoninus. Itaque hiſce omnibus uſque ad mortem Antonini, octo facilè aut decem menſes attribuere poſſumus.*

D

E

Chryſoſtomus ipſe Epheſum navigat.

721 *Verùm mors illa litem necdum finivit. Nam & novus Epheſiis dandus erat epiſcopus, & vivebant illi epiſcopi, qui datâ pecuniâ epiſcopatum ſibi comparaverant. Audiamus igitur Palladium, qui pag.* 133 *ita proſequitur:* Rurſus ab Aſia venit decretum ad Johannem, partim à clero civitatis Epheſiorum, partim ab epiſcopis, poſtulationem cum horribili jurejurando continens. Quoniam ſuperioribus temporibus inordinatè, & leges, & nos gubernati ſumus, oramus Venerationem tuam, ut deſcendas, & formam Deo dignam imponas eccleſiæ Epheſiorum, à longo tempore afflictæ, partim quidem ab Arii ſectatoribus, partim ab iis, qui cum avaritia & dominandi libidine Catholicos ſe eſſe gloriantur. Quia permulti inſidiantur, ut lupi graves, epiſcopalem ſedem pecuniis rapere feſtinantes. Johannes in tanta corporis infirmitate, etiam tempore hiberno, nihil moleſti ſibi ob oculos proponens, ut rebus totius Aſianæ diœceſeos ægris mederetur, vel propter imperitiam, vel propter ſolitudinem paſtorum, alacritate animi roboratus, ingreſſus navim, urbe diſceſſit. Irruente interim ſævo aquilone, metuentes nautæ, ne in Proconneſum ejicerentur, poſito velo in partem navis quæ vento verberabatur, Tritonis promontorium prætervehuntur: & ibi jactis ancoris manſerunt, auſtrum exſpectantes, ut Apamiæ applicarent. Cùm igitur biduum jejuni perſtitiſſent, in navicula agitati, tertia die Apamiam devenere, ubi eum exſpectabant, Paulus, Cyrinus & Palladius: hos enim viæ comites aſſumpſerat Johannes, pedibuſque, confecto itinere Epheſum perveniunt. *Hæc Palladius, cujus relatio in ordinem chronologicum utcumque redigenda videtur, priuſquam ad geſta Sancti in Aſia progrediamur.*

F

Cauſa Antonini duravit ultra annum,

722 *Tillemontius Notâ* 49 *initium hujus cauſæ, ſive accuſationem Antonini, figit anno* 400, *menſe Maio: deinde Notâ* 51 *iter* Chryſoſtomi *in Aſiam anno* 401, *menſe Januario aut Februario; finem verò totius cauſæ non diu poſt Paſcha ejuſdem anni. Secundum hanc chronotaxim tota cauſa non duravit integro anno ſive duodecim integris menſibus. Verùm longiore tempore cauſa illa durâſſe videtur, quia Palladius pag.* 137 *dicit:*

A *cit:* Neque uno die facta est disquisitio, ... sed per biennium. *Græcè habetur* ἐπὶ δύο ἔτη, ad duos annos. *Et pag.* 135 *ante finitam causam dicit:* Quoniam causſa ista biennio maxima ex parte examinata est *&c. Hæc verba vix possunt cum chronotaxi Tillemontiana conciliari: videntur enim exigere, ut causæ saltem annum integrum & partem aliquam alterius attribuamus, seu menses, ut minimum, tredecim aut quatuordecim.*

finitaque est post Paschas; sed non statim post istud festum.

723 *Quapropter existimare malim, causam fuisse inchoatam circa Martium aut Aprilem, finitam verò circa Maium aut Junium anni sequentis: nec quidquam protulit Tillemontius, quod huic nostræ conjecturæ repugnat. Credit nimirum verba illa num.* 720 *data,* Erat enim æstatis ipse ardor, *designare mensem Julium, dicique de tempore, quo duo menses effluxerant à prima accusatione. At neutrum est certum. Imò potiùs* æstatis ipse ardor *futurus erat illo tempore, quo ulteriùs erant exspectaturi, & plus temporis, quàm duorum mensium effluxerat, quando ulterior dilatio ad testes producendos petebatur ab Eusebio, ut verbis relationi interjectis observavi. Seriùs quoque ex itinere Asiatico rediit* Chrysostomus, *quàm*
B *credidit Tillemontius. Nam, ut infrà videbimus, dicit quidem, se abfuisse Paschali tempore; sed nullibi affirmat, se paulò post Pascha rediisse.*

Non anno 400, ut aliqui volunt,

724 *De anno, quo causa illa fuit inchoata, nihilo magis Tillemontio consentire possum. Habet tamen rationes non contemnendas, quæ omnino me impellerent ad ipsius opinionem sequendam, nisi aliæ in contrarium viderentur præponderare. Palladius in Dialogo, prout hic editus est, dicit accusationem ab Eusebio institutam* tertia decima Indictione, *quæ non cœpit currere ante mensem Septembrem anni* 399, *ideoque figenda esset anno* 400 *circa Martium aut Aprilem, si illam Palladii epocham presse crederemus tenendam. At constat eruditis, in notandis Indictionibus frequentissimè errari, ita ut ex sola Indictione solidum nequeat haberi argumentum, ubi aliæ non concurrunt notæ chronologicæ. Error autem Indictionis oriri potuit non solùm à scribente, sed etiam ab eis, qui Dialogum transcripserunt, cùm exigua sit litterarum differentia inter vocem* τρισκαιδέκατος decimus tertius *& vocem* δυοκαιδέκατος duodecimus. *Itaque non sola Indictione hîc standum existimo, sed alia quoque adjuncta considerare oportet. Tam multa autem mihi occurrunt, quæ persuadent, causam Antonini anno* 399 *fuisse inchoatam, finitam verò anno* 400, *ut ea longè præferenda existimem.*

C

sed anno 399, at variis argumentis

725 *Primò episcopi illi, qui à* Chrysostomo *depositi sunt in Asia, ut videbimus* § 48, *restituti sunt ab inimicis* Chrysostomi, *quando depositi fuerant* ante quadriennium, *teste Palladio pag.* 137, *cujus Græca verba sunt* πρὸ τετραετίας. *Hoc quadriennium exactè invenitur in sententia nostra, secundum quam depositi sunt à* Chrysostomo *post Pascha anni* 400, *restituti verò circa idem tempus anni* 404. *Secundò S. Porphyrius episcopus Gazensis venit Constantinopolim anno* 401, *ibique mansit ad aliquot hebdomadas usque ad peracta Paschalia festa. Atqui* Chrysostomus *erat Constantinopoli, quando venit Porphyrius, nec inde discessisse videtur, quamdiu ibidem Porphyrius mansit. Itaque anno* 401 *non ivit in Asiam* Chrysostomus, *cùm eò profectus sit hiemali tempore, & Pascha non celebraverit Constantinopoli eo anno, quo profectus est in Asiam. Tertiò dum* Chrysostomus *deposuit Asianos aliquot episcopos, videtur satis confidere potuisse amicitiæ & benevolentiæ imperatoris: nam, deposítis ob simoniam episcopis, exo-*

raturum se pro ipsis imperatorem promisit, ut videbimus num. 731. *Verùm, quando advenit Porphyrius,* Chrysostomo *iratus erat imperator adeo, ut Sanctus dicat, se non posse loqui cum imperatore, ut dicetur num.* 753 *& seq. Hinc colligo,* Chrysostomum *usque ad iter Asiaticum aulæ imperatoriæ satis gratiosum fuisse; sed eidem offensam fuisse Eudoxiam ante adventum Porphyrii, & consequenter hujus Sancti adventum itinere Asiatico esse posteriorem.* AUCTORE J. S.

ostenditur, figenda est accusatio Antonini,

726 *Quartò* Chrysostomus *baptizavit Theodosium Arcadii filium, ante Pascha anni* 401 *natum, & non multò post baptizatum. Etenim in Sermone post reditum ab exsilio tom.* 3 *pag.* 429 *de Eudoxia imperatrice ita loquitur:* Memor erat, memor certè erat & filiorum & baptismatis: „Recordor per manus tuas filios meos fuisse ba„ptizatos„. Hæc imperatrix: *inquit* Chrysostomus, *referens curam Eudoxiæ, ut ab exsilio reduceretur, citansque verba Epistolæ ipsius ad se scriptæ. Tillemontius hæc verba observavit, sed credidit exponi posse de solis filiabus Arcadii & Eudoxiæ. Verùm Theodosius inter omnes erat præcipuus. Quare non videtur Eudoxia ita generatim locutura fuisse de liberis suis à* Chrysostomo *baptizatis, si* E *eam gratiam alterius manibus accepisset Theodosius. Objicit Tillemontius etiam hæc verba Adonis in Chronico pag.* 157 *de Severiano Gabalorum episcopo dicta:* Hic juniorem Theodosium ex sacro fonte suscepit. *Verùm illa verba nihil evincunt contra sententiam nostram: nam suscipere è sacro fonte Theodosium potuit Severianus, & baptizare* Chrysostomus. *Certè nequeo cum Tillemontio verba* ex sacro fonte suscipere *sic interpretari, ut idem significent, ac* baptizare. *Itaque, si omnino Adoni tanta hîc auctoritas deberur, quantam eidem attribuere conatur Tillemontius loco assignato, & rursum in Arcadio art.* 21, *allegata ipsius verba nobis minimè obstant. Attamen miror, auctoritatem Adonis tanti hac in re fieri à Tillemontio, Theophanem verò, non loco tantùm, sed etiam tempore propinquiorem Theodosii baptismo, prorsus negligi. Verùm non ita sentiret, opinor, Tillemontius, si non credidisset* Chrysostomum *abfuisse, quando sacro fonte tinctus est Theodosius, ita ut nec auctoritas Adonis, nec ulla alia ratio, sed sola chronotaxis, quam vitiosam existimo, ipsum impulerit ad abjudicandum* Chrysostomo *Theodosii baptismum.*

F

ejusque & aliorum antistitum causa finita anno 400.

727 *Quintò inchoatam esse causam Antonini Ephesini anno* 399, *colligitur etiam ex chronotaxi nostra, quam dedimus de rebellione Gaïnæ Gothi. Nam tumultus exspectabatur, dum primùm accusatus est Antoninus, ut liquet ex verbis Palladii num.* 718 *datis.* Erat autem exspectati tumultus causa Gaïna barbarus. *Hæc verba insinuant illud tempus, quo cum exercitu suo Gaïnas versus Constantinopolim tendebat, ante initum cum Arcadio contractum. Atqui id contigisse anno* 399, *circa mensem Aprilem aut Maium, ostendi* § 44. *Eo igitur ferè tempore ab Eusebio primùm accusatus est Antoninus. Quapropter tota illa causa sic ordinanda videtur. Circa Aprilem aut Maium anni* 399 *concilium episcoporum habitum est Constantinopoli, in quo Eusebius Antoninum accusavit. Tractata est primùm causa aliquot diebus Constantinopoli, deinde electi sunt judices, qui in Asiam proficiscerentur, testes audituri. Hi primùm exspectârunt testes duobus mensibus, deinde insuper diebus quadraginta, & post alios triginta dies redierunt Constantinopolim. Horum itaque reditus figendus est quinque circiter mensibus post*

AUCTORE J. S.

initium causæ circa mensem Septembrem aut Octobrem. Secuta est mors Antonini, quæ contigit sub finem anni 399 *aut initium sequentis. Post hanc anno* 400, *verisimiliter mense Januario aut Februario, ab Ephesiis invitatus est* Chrysostomus. *Hic verò hiemali tempore, fortè mense Februario aut Martio, iter suscepit. Abfuit ultra* centum dies, *reversumque putem, non paulò post Pascha, quod nullibi apud antiquos dicitur, sed tempore æstivo, & fortasse transacta magna æstatis parte.*

§ XLVIII. Gesta Sancti in Asia: numerus episcoporum tempore illius itineris depositorum: Gerontius Nicomediensis item depositus.

B *Sanctus Ephesum profectus, cum concilio episcoporum* 70

EX *verbis Palladii num.* 721 *datis habemus,* Chrysostomum *in Asiam partim per mare, partim terrestri itinere profectum esse, postulantibus id Ephesinis, ut huic ecclesiæ prospiceret, ac toti provinciæ Asianæ, cujus metropolis est Ephesus. Sozomenus lib.* 8 *cap.* 6 *docet, non solam Asiam strictissimè sumptam, sed alias quoque Minoris Asiæ provincias opus habuisse correctione, ita scribens:* Porrò Joannes, cùm audiisset Asiæ & finitimarum provinciarum ecclesias ab indignis sacerdotibus gubernari; & alios quidem donis ac muneribus, alios verò gratiâ corruptos, sacerdotia vendere, Ephesum perrexit. *De episcopis ibi à* Chrysostomo *congregatis, & ordinatione Ephesini episcopi, sic loquitur Palladius pag.* 134: Et congregatis Lydiæ episcopis, Asiæ atque Cariæ, numero septuaginta, ordinationem (*novi episcopi Ephesini*) faciunt, cùm plures spontanea alacritate occurrissent, maximè è Phrygibus, ut oris sapientia fruerentur. *Heraclidem fuisse ibi ordinatum, consentiunt scriptores. Illum Palladius pag.* 139 *nominat* virum encycliis disciplinis optimè institutum, & divinarum Scripturarum peritum, qui in eremo monasticam vitam egerat, & qui per tres annos diaconus fuerat.

C *Heraclidem Ephesi ordinat episcopum.*

729 *Sozomenus cap.* 6 *consentit his verbis:* Ephesinæ autem ecclesiæ, cujus episcopus tum fortè mortem obierat, Heraclidem præfecit, virum origine Cyprium, qui olim quidem monachus fuerat apud Scetim, & discipulus Evagrii monachi, tum verò unus erat ex Joannis diaconis. *Socrates lib.* 6 *cap.* XI *plura habet; eaque admodum verisimilia.* Fortè contigit, *inquit*, ut episcopus Ephesiorum eo tempore migraret è vita. Quam ob causam necesse habuit Joannes eò proficisci, ut episcopum ordinaret. Cùm igitur Ephesum venisset, & alii alium ad episcopatum promovere studerent, & eorum causâ, quibus quisque suffragabatur, acriter inter se contenderent, cernens Joannes utramque partem pervicaciter altercari, suisque hortationibus nullatenus obsequi velle, jurgium illorum sine ullius offensa dirimere statuit. Ipse ergo Heraclidem quemdam diaconum suum, genere Cyprium, ad episcopatum illum promovit. Atque ita tandem ambæ partes, pertinaci contentione depositâ, quievere. Hanc ob causam coactus est Joannes in urbe Ephesо diutiùs morari. *Alia hujusce electionis relatio est in iis, quæ Valesius addidit libro* 8 *Socratis pag.* 333, *ibique dicitur* Seditio Ephesi orta, . . . eo quòd Heraclides sacerdotio indignus videretur. *Verùm, quisquamque sit illius relationis auctor, verisimile est, eum confudisse, quæ postmodùm contigerunt, cum factis tempore ordinationis: nam Heraclides revera accusatus deinde est unà cum* Chrysostomo, *depositusque & carceri inclusus. Utrùm justæ fuerint accusationes, hîc non inquiro. At saltem* Chrysostomus *virum bonum credidit, & non alios habuit accusatores & judices, quàm* Chrysostomus *ipse.* D

730 *Postquam Heraclides ordinatus erat, resumpta est causa illorum, qui ab Antonino ipsius decessore erant ordinati. Nam Palladius pag.* 135, *relata Heraclidis ordinatione, hæc subjungit:* Dum hæc geruntur, accessit ad nos episcopos, prolixi sermonis causa, Eusebius accusator *&c. At hìc corrigenda est interpretatio Bigotii. Palladii enim verba hæc sunt:* προσῆλθεν ὁ τῆς μακρηγορίας ἡμῖν αἴτιος τοῖς ἐπισκόποις πᾶσιν Εὐσέβιος *&c.* Accessit, qui nobis prolixi sermonis est causa, ad omnes episcopos, Eusebius *&c. Verùm audiamus sequentia:* Accessit . . ., *inquit*, . . . Eusebius accusator sex reliquorum episcoporum, rogans ut ad communionem admitteretur. Contradicunt quidam episcopi, adduntque, calumniator cùm esset, non oportere ipsum admitti. Post hæc supplicat, dicens: Quoniam causa ista biennio maxima ex parte examinata est, & ad testium adventum facta est dilatio: rogo pietatem vestram, ut hodie jamjam testes producam. Etsi enim Antoninus mortuus est, qui nummos accepit, & ordinavit, attamen supersunt & qui dederunt, & qui ordinati sunt. Justum visum est præsenti synodo rem perquiri. Incipit causa à lectione Actorum, quæ priùs facta fuerant. Ingressi sunt testes: ingressi & sex illi, qui pecuniam dederant, & ordinati fuerant. Et initio quidem negabant. Instantibus autem testibus partim laïcis, partim presbyteris, quibus confidere videbantur, necnon mulieribus quibusdam, qui etiam pignorum, seu munerum species dicebant, & loca, & tempora, & quantitatem; cùm verò * eorum conscientia recta non esset, ultro confitentur, levi adhibita necessitate: dedimus, confessum est: & ordinati sumus: talem putantes esse consuetudinem, ut videremur à curia liberari. *Deinde sex episcopos, simoniam confessos,* E * verò *abundat.*

731 Et nunc oramus, si fas est, simus in ministerio Ecclesiæ: sin minùs, aurum, quod dedimus, recipiamus. Quidam enim è nobis uxorum supellectilem dedimus. Ad hæc Johannes synodo pollicitus est: quod ad curiam quidem attinet, ego eos, Deo juvante, liberabo, exorato imperatore. Vos autem mandate, ut ab heredibus Antonini ipsi accipiant, quæ dederunt. Præcepit synodus, ut aurum acciperent ab heredibus Antonini, & communicarent intra altare: essent autem jam non sacerdotes, sed ex sacerdotibus. * Ne si ista concederentur, mos fieret Judaïcus aut Ægyptius, vendendi atque emendi sacerdotium. *Ita Palladius, qui mox pag.* 137 *dicta sua confirmat his verbis:* Horum omnium exstant Acta & judicum nomina: neque uno die facta est disquisitio, ut mentitus est Theophilus, (*hac de causa* Chrysostomum *accusans*) sed per biennium, *sive duos annos non integros.* Atque acquieverunt, qui fuerant depositi, ut à futuro judicio liberarentur; ita ut unus ex iis factus sit publicorum negotiorum defensor: & in eorum locum suffecti sunt alii, non conjugati, vitâ & doctrinâ ornati. *Porrò depositionem illorum episcoporum sine ulla violentia à* Chrysostomo *peractam* *deponit, aliosque pro ipsis ordinat.* F * *i. e.* Sacerdotio privati

A *ctam, Asianique non ingratam fuisse, testatur Palladius pag.* 223 *ita loquens :* Novi quidem sex episcopos meritò à Johanne depositos, ut sacerdotalis dignitatis emptores, de quibus superiùs dixi. Quis lacrymatus est? Cujus è naribus stillavit unguis? Quæ aranei tela conscissa est? Quis domo sua pulsus est? Quis vel obolo multatus est? Quis verò Asiæ circulator, aut opifex, aut agricola, aut sutor, aut plebeius gratanter non audiit, quod acciderat pro vindicandis sacris legibus?... Ubi enim Deus operatur, omnia fiunt in patientia. *Hæc ille, ut moderationem* Chrysostomi *opponat violentiæ, quâ usi sunt ipsius accusatores & judices.*

In illo concilio sex tantùm videntur depositi,

732 *Numerus episcoporum, qui in concilio illo Ephesino depositi sunt, ambiguæ dubitationi est obnoxius, cùm ipsi antiqui variè admodùm de numero sint locuti. Apud Palladium pag.* 124 *ita loquitur Theodorus :* Theophilus (*Alexandrinus* Chrysostomi *adversarius*) temeritatem suam maximè honestare sive operire volens, in libello suo ait, beatum Johannem dominandi libidine permotum, die una sexdecim episcopos deposuisse, & suos loco illorum ordinâsse. *Respondet Palladius :*
B Nihil à suis moribus alienum fecit mirificus ille, & cùm contra Johannem scripsit, & cùm falsa scripsit.... De his autem, qui in Asia depositi sunt, non sexdecim, sed sex tantùm episcopis, ut coram Deo judice dicam, nihil de numeri quantitate subtraham *&c. Post expositam rem totam pag.* 140 *rursum dicit :* Hæc autem sunt, quæ in Asia gesta sunt, de quibus interrogâsti, eo quòd Theophilus scripserit, sexdecim episcopos à Johanne depositos fuisse. Certò scias, quòd sex fuerint. Horum etiam Acta exstant, quæ servantur apud nos cum subscriptionibus viginti duorum episcoporum, qui ab initio (*Constantinopoli*) causam audierunt, & septuaginta eorum, qui deposuerunt, & causam (*Epheso*) terminârunt. *Hæc verba mihi persuadent, sex tantùm episcopos in illo septuaginta episcoporum concilio depositos esse.*

plures tamen tempore totius itineris :

733 *Attamen facilè crediderim, multò plures fuisse depositos, priusquam Constantinopolim reversus est Sanctus. Nam Palladius loqui solùm videtur de episcopis Ephesi in concilio depositis; non verò de aliis in eodem itinere de dignitate meritò dejectis. Socrates lib.* 6 *cap.* 15 *generatim dicit :* Joannes multos in Asia deposuerat episcopos, tunc cùm Heraclidis ordinandi causâ profectus est Ephesum. *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 6 *ait :* Ac tredecim episcopis depositis, partim in Lycia & Phrygia, partim in ipsa Asia, alios in eorum locum substituit. *De Gerontio Nicomediensi similiter depositio cum Sozomeno inferiùs agemus. Vel solum illud Gerontii exemplum abundè probat, non omnes à Palladio enumeratos episcopos, quos deposuit* Chrysostomus. *Nam sex illi, de quibus ille loquitur, ordinati erant ab Antonino Ephesino : quod non convenit Gerontio. Præterea in concilio Chalcedonensi apud Labbeum tom.* 4 *col.* 700 Philippus reverendissimus presbyter Constantinopolitanæ magnæ ecclesiæ dixit : Sanctæ memoriæ Joannes episcopus Constantinopolitanus quindecim episcopos deposuit, profectus in Asiam, & pro eis alios ordinavit. *Si hisce quindecim addatur Gerontius, qui non erat in diœcesi Asiana, sed in Pontica; habebimus episcopos sexdecim, quot depositos dicebat Theophilus. At certè calumniabatur Theophilus, si dicebat* die una *illos fuisse damnatos. Hanc verò calumniam maximè refutare voluisse videtur Palladius, qui non omnia*

narrat; sed aliqua etiam dissimulat, ut vel ex hoc loco clarum mihi videtur. AUCTOER J. S.

734 Chrysostomus *in Homilia, quam habuit post reditum ex Asia, tom.* 3 *pag.* 412 *dicit, se* in Asia *fuisse* ad corrigendas ecclesias. *Socrates de illo itinere cap.* 11 *hæc addit :* Qui cùm obiter Novatianis & Quartadecimanis multas ecclesias ademisset, Constantinopolim rediit. *Ex hisce variæ fieri possunt conjecturæ ad implendum numerum sexdecim episcoporum, quos à* Chrysostomo *depositos invidiosè asseruit Theophilus, eosque revera dejectos de dignitate suspicor, & quidem omnes in provinciis Ephesinæ ecclesiæ subjectis, præter Gerontium Nicomediensem. Nam & episcopi Lyciæ & Phrygiæ, in quibus provinciis aliquos depositos asserit Sozomenus, Ephesino tamquam primati erant subjecti. Ex illis porrò quindecim saltem sex ob simoniacam ordinationem fuisse damnatos, habemus ex Palladio. Fortasse reliqui novem Quartadecimani fuerunt aut Novatiani, quos numerare noluerit Palladius, quosque cum aliis miscere potuit Theophilus, ut invidiam augeret contra* Chrysostomum. *Quidquid verò sit de numero & crimine aliorum, diversa haud dubiè fuerunt judicia, primúmque depositi sunt sex Simoniaci, quorum causa jam Constantinopoli fuerat inchoata.* *hi fortè fuerunt partim Quartadecimani, partim Novatiani,*

735 *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 6 *depositionem Gerontii episcopi Nicomediensis mox narrat post præcedentia, ita ut videatur insinuare, illam eodem anno contigisse. Attamen dubitare non possumus, quin Sanctus eam ob causam convocaverit episcopos Bithyniæ, quorum caput erat Nicomediensis, aut potiùs diœcesis totius Ponticæ, sub qua erat provincia Bithyniæ. Audiamus Sozomenum :* Sed & Gerontium, *ait*, Nicomediensi ecclesia expulit. Hic enim cùm diaconus esset sub Ambrosio Mediolanensis ecclesiæ episcopo, nescio quid passus, utrùm fucum facere volens, an dæmonis arte & vanis imaginibus deceptus, retulerat quibusdam, se noctu Onoscelidem comprehensam, capite raso, in pistrinum conjecisse. Qua de causa Ambrosius eum, utpote qui indigna ministro Dei locutus esset, domi ad tempus manere, & pœnitentiâ expiari jusserat. At Gerontius, cùm & optimus esset medicus ac diligentissimus, & ad dicendum ac persuadendum, parandosque amicos aptissimus, quasi Ambrosium deridens, Constantinopolim perrexit. Illic brevi temporis spatio in amicitiam quorundam, qui in palatio plurimùm
F poterant, sese insinuavit : nec multo pòst Nicomediensis ecclesiæ episcopatum adeptus est. Ordinavit autem illum Helladius Cæsareæ Cappadocum episcopus, hanc illi gratiam referens, eo quòd suffragio suo splendidam in palatio militiam filio ipsius comparâsset. Quæ cùm didicisset Ambrosius, scripsit Nectario episcopo Constantinopolitano, ut Gerontio sacerdotium adimeret, nec se, & ecclesiasticam disciplinam contumeliâ afficeretur. Verùm Nectarius, quamvis omni studio id perficere conatus, nunquam tamen obtinere potuit, universis simul Nicomediensibus ei fortiter resistentibus. *præter Gerontium Nicomediensem, sacerdotio indignum,*

736 Johannes verò cùm illum deposuisset, ejus loco Pansophium ordinavit. Hic uxoris Arcadii imperatoris pædagogus fuerat, vir pius quidem & placidis moribus ac moderatis, Nicomediensibus tamen minimè gratus. Itaque seditionem crebriùs excitantes, tum privatim, tum publicè, Gerontii beneficia recensebant, & uberrimam utilitatem, quam ex illius arte medica percipiebant : dexteritatem denique ac sedulitatem, quâ erga omnes ex æquo, tam pauperes, quàm divites u- *cui Pansophium substituit.*

AUCTORE J. S.

tebatur. His alias quoque ejus virtutes adjiciebant, utpote amici ac benevoli. Nec secus ac in terræmotu aut siccitate, aut alia quapiam calamitate cælitus invecta, per plateas civitatis suæ & Constantinopolis circumeuntes psallebant, Deoque supplicabant, ut illum episcopum haberent. Tandem verò coacti, illum quidem cum luctu ac gemitibus dimiserunt : Pansophium verò cum odio ac metu susceperunt. *Hæc Sozomenus, ex cujus relatione satis liquet, quàm indignus sacerdotio esset Gerontius.*

Aliqui ex episcopis depositis postea Sanctum accusárunt :

737 *Inter capita accusationum, quas contra* Chrysostomum *formârunt ipsius inimici, apud Photium col. 59 habetur depositio trium episcoporum, Gerontii nimirum, Faustini & Eugnomonii*, qui se injustè à Joanne episcopatu motos querebantur. *De* Proæresio *etiam* Lyciæ episcopo *ibidem fit mentio col. 55. Quin & illic accusatur*, quòd una ordinatione quatuor simul episcopos creârit. *Adeo omnia Sancti gesta æmulis ipsius deinde accusandi occasionem præbuerunt. Facilè igitur credere possumus laudato Sozomeno, verbis jam datis hæc addenti :* Exinde hi, qui depositi fuerant, & illorum necessarii, Joannem
B accusare cœperunt, quòd rerum novarum in ecclesiis auctor fuisset, & contra morem institutumque majorum, ordinationum jura immutâsset. Ac præ dolore animi atque indignatione ea quoque reprehendebant, quæ omnium judicio præclarè gesta erant à Joanne.

Alia in itinere Asiatico fortè gesta.

738 *Cæterùm ad Asianum quoque iter* Chrysostomi *pertinere possunt verba S. Procli, illum in Oratione 21 sic laudantis :* In Epheso artem Midæ nudavit : in Phrygia matrem, quæ dicebatur deorum, sine filiis fecit. *At obscurum est, quid per* artem Midæ *intelligat Proclus. Tillemontius art. 61 credit, innotuisse per* Chrysostomum *omnia secreta cultûs Midæ. At nullibi invenio, Midam inter fictitios deos cultum. Quare magis existimo, per* artem Midæ *designari artes illicitas aurum comparandi, qualis ars est simonia : nam fabula Midæ, tactu suo omnia in aurum vertentis, haud dubiè orta est ex ipsius avaritia, quâ artibus quibuslibet lucrum ille captabat. Hanc sanè avaritiam Midæ imitantur simoniaci, qui sacerdotia vendere non dubitant. Phryges* Rheam *colebant & matrem deorum dicebant, aliàs* Cybelem *dictam, & aliis quoque nominibus insignitam. Hanc sine filiis fecit* Chrysostomus, *cultum ipsius destruendo.*
C

§ XLIX. Æmulatio Severiani episcopi contra Chrysostomum : hic ad suos reversus magno amore excipitur : Severianus occasione Serapionis à populo expulsus, eidem conciliatur à Sancto.

Sanctus concionari sinit Antiochum Ptolemaïdis episcopum,

EO *tempore, quo* S. Chrysostomus *fuit in Asia, jacta videntur prima semina illius discordiæ, quâ Sanctus injustissimè demum è sede & urbe sua episcopali expulsus est. Certè Severianus Gabalorum in Syria episcopus, qui inter præcipuos numeratur Sancti inimicos, ea occasione usus dicitur ad captandam gratiam multorum,* D *quos deindè à* Chrysostomo *alienare studuit : & verò illius præsertim machinationibus attribuendum videtur, quòd Eudoxia imperatrix, quæ huc usque Antistiti suo satis addicta fuerat, etiam postea maximè fuerit contraria. Res paulò altiùs repetenda est ex Sozomeno, qui lib. 8 cap. 10 ita ad propositum nostrum scribit :* Accessit autem illi alia quoque simultatis causa adversus imperatricem, auctore Severiano Gabalorum Syriæ episcopo. Hic enim, & Antiochus episcopus Ptolemaïdis, quæ urbs est in Phœnice sita, ambo eruditi, & ad populum in ecclesia docendum idonei, eodem tempore exstiterunt.... Cæterùm Antiochus cùm prior venisset Constantinopolim, eloquentiæ causâ magnam laudem retulerat ; collectisque abundè pecuniis, ad civitatem suam redierat.

& Severianum Gabalorum, cui & ecclesiam suam committit.

740 Cujus exemplum secutus Severianus, cùm post illum venisset, & Joannem fortè benevolum nactus esset, sæpè in ecclesia concionatus, magnam sui admirationem excitavit, multumque honoris & auctoritatis adeptus est ; ipsique adeo imperatori & augustæ familiaris extitit. Et cùm Joannes in Asiam proficisceretur, ecclesiam suam ei E commendavit. Illum enim amicum & studiosum sui existimabat, eo quòd assentationibus ipsum palparet. Verùm ille auditoribus gratificari, & populum demulcere impensiùs studebat. Quæ cùm audisset Joannes, æmulatione succensus est, Serapione, ut aiunt, cum in id incitante. *Hactenus Sozomenus, cui addit interpres,* hujusmodi ex causa. *At ea verba non sunt in Græcis, & plane redundant : nam sequentia pertinent ad tempora reditus Sancti posteriora. Socrates lib. 6 cap. 11 eadem ferè de Antiocho & Severiano narrat. Quare ea tantùm, quæ præ ceteris ad propositum spectant, huc transfero :* Postea verò, *inquit,* Severianus audiens Antiochum Constantinopoli ingentem quæstum fecisse, exemplum ejus imitari studuit. Cùm igitur diu se exercuisset, multasque conciones elucubrâsset, venit & ipse Constantinopolim. Ibi libenter exceptus à Joanne, initio quidem eum palpabat eique assentabatur : & ab eodem amabatur vicissim & colebatur. Florebat interim in concionibus ; eaque de causa multis proceribus civitatis, ipsique adeo imperatori familiaris effectus est. *Quamvis arte dicendi* Chrysostomo, *longè inferior esset Severianus, multis verisimiliter magis placebat, quia minùs vitia carpere solebat.*
F

Redux ex Asia, Homiliam habet ad populum,

741 *Porrò Socrates post data verba narrat iter* Chrysostomi *in Asiam, & mox subjungit :* Interim verò, dum ille ibi moram faceret, Severianus Constantinopoli carior in dies auditoribus fiebat. Neque ea res Joannem latuit : quippe cui cuncta celeriter nuntiabantur. Cùm itaque Serapio, cujus paulò antea fecimus mentionem, Joanni id suggessisset, & ecclesiam à Severiano perturbari retulisset, æmulatione (*imò potiùs curâ gregem suum in pace conservandi*) accensus est Joannes : qui... Constantinopolim rediit. Et ipse quidem injunctam sibi ecclesiarum curam de integro gerebat. *Maximâ Constantinopolitanorum lætitiâ exceptus est* Chrysostomus, *ut liquet ex Homilia, quam post reditum suum habuit, quamque Latinè tantùm habemus. Laudat suos, quòd charitatem in absentem quoque conservaverint, ita ut qualiscumque Severiani eloquentia nequaquam nocuerit* Chrysostomo *apud multitudinem.* Ego autem, *inquit tom. 3 pag. 411,* non quadraginta dies tantùm, sed & quinquaginta & centum,

A tum, & amplius (*abfui*,) & inveni vos lætantes & philoſophantes, & in Dei timore perſeverantes.... Ideoque etſi ampliori tempore demoratus ſum foràs, non me pœnitet, quia confidebam de veſtræ caritatis affectu & integritate fidei : ſciebam enim uxorem mihi deſponſatam caſtitate eſſe munitam.... Et cùm paululùm mihi infirmitas corporis accidiſſet, non me inquietavit veſtra abſentia, ſed ſecurus de vobis, ægrotationis meæ exſpectavi medelam... Nam etſi tardavi parumper à vobis, non hoc ad detrimentum veſtri, ſed ad divitias puto proficere veſtras : quæ enim per me, imò magis per gratiam Dei correcta ſunt, veſtra corona eſt, veſter profectus eſt...

à quo magna cum lætitia fuit exceptus.

742 Quid ergo faciam ? quomodo indicabo exſultationem mentis meæ ? In teſtimonium voco conſcientiam veſtram, quoniam video ex adventu meo gaudio eſſe repletam. *Poſt alia de populi & ſua dilectione, mox de gaudio declarato pridie in adventu ſuo ita loquitur :* Quid dicam deſiderio veſtro & favori, quem heſterna oſtendiſtis die, quomodo voces veſtræ cum gaudio cælum penetrârunt ? Ipſum ſanctificantes aërem, civitatem feciſtis eccleſiam. Honorabar ego, & Deus

B glorificabatur : hæretici confundebantur, eccleſia verò coronabatur : quia magna lætitia eſt matri, cùm exſultant filii : & grande gaudium paſtori, cùm exſultant agni gregis. Veni ad gaudia virtutum veſtrarum : audivi quia cum hæreticis colluctati eſtis, & quia iniquè egerunt in baptiſma, redarguiſtis. *Ita ipſos laudare pergit, & ſe excuſat, quòd in Paſchate abfuerit : at nullum invenio verbum de Severiano aut ejus concionibus, ſaltem in laudem, ita ut ſervitium illud ipſius non videatur magni feciſſe. Fortè etiam tacito nomine ipſum tangit, quando dicit pag.* 412 : Florere video vineam, & nuſquam ſpinæ, neque ſentium ulla veſtigia : exſultant oves, & nuſquam lupus. Quod ſi etiam alicubi repertus fuerit, demutatur, & fit ovis. Tanta enim veſtra eſt fides & caritas, ut æmulatione veſtra cæteros provocetis. Ipſe Dominus vos conſervavit, & ipſe me reduxit, & in infirmitate poſitus orationum veſtrarum ſenſi auxilium, quas mihi quotidie in ſuffragium poſtulo. *Mox ad charitatem illorum redit, ita loquens :* Peregrinatio mea coronavit

C civitatem veſtram. Et quia diligebatis ex initio, nunc omnibus manifeſtum eſt : ſic enim me abſentem tamquam præſentem habuiſtis. Nam in Aſia cùm eſſem ad corrigendas eccleſias, hinc illò venientes nuntiabant nobis, dicentes : Inflammâſti civitatem *&c.*

Inter Severianum & Serapionem diaconum

743 *Ex datis hactenus* Chryſoſtomi *verbis veriſimile eſt, molitiones Severiani ſatis fuiſſe perſpectas Sancto noſtro; at hunc maluiſſe diſſimulatione uti, quàm querelis de æmulo ſuo. Verùm non diu poſt gravior exorta eſt diſcordia inter Severianum & Serapionem* Chryſoſtomi *diaconum, eaque ad ipſum quoque perlata eſt Sanctum. Socrates factum illud primus narravit, ſed ſolita uſus acerbitate contra Serapionem. Attamen verba ipſius audiamus, ut iis debitam addamus correctionem.* Serapionis verò faſtum & arrogantiam, *inquit cap.* XI, nemo erat, qui ferre poſſet. Nam quoniam apud epiſcopum Joannem plurimum libertatis ac fiduciæ erat conſecutus, ultra debitum modum omnibus inſultabat. Unde etiam odium adverſus Epiſcopum gravius exarſit. Quodam etiam tempore prætereunti Severiano honorem, qui epiſcopo debetur, non præſtitit : ſed in ſede ſua, ſicut erat, permanſit; oſtendens eo facto Severiani præſentiam à ſe quidem parvi fieri. Hanc Serapionis contumeliam non tulit Severianus; ſed contenta voce coram omnibus dixit : „ Si Serapio moriatur Chriſtianus, Chriſtus ho„ mo factus non eſt„. Hanc nactus cauſam Serapio, Severianum Joanni apertè reddidit inimicum; priùs quidem ſententiæ membrum reticens, hoc eſt : Si Serapio mortuus fuerit Chriſtianus. Id verò ſolum à Severiano dictum eſſe affirmans : Chriſtus profectò homo factus non eſt. Multos autem ſuæ factionis viros producebat, qui id ita dictum fuiſſe teſtificarentur. Joannes itaque nihil cunctatus, Severianum urbe expellit. *Hactenus auctor ille Novatianus, qui more ſuo adoptavit calumnias hac occaſione contra Serapianem ſparſas. Tam verò parùm ille in fidei Catholicæ dogmatis verſatus eſt, ut non videatur advertere, quàm gravis blaſphemia lateat in dicto, quod Severiano attribuit. Sanè tam impium illud eſt & blaſphemum, ut neceſſe non fuerit Serapioni, priorem partem omittere, ad oſtendendum verba illa non epiſcopo tantùm indigna eſſe, ſed etiam quovis homine Chriſtiano.*

AUCTORE J. S.

E

744 *Audiamus Sozomenum de eadem hiſtoria ſcribentem cap.* 10 : Cùm Joannes reverſus eſſet ex Aſia, fortè accidit, ut Severianus alicubi præteriret; Serapio verò eum conſpicatus minimè aſſurgeret, de induſtria oſtendens iis, qui aderant, ſeſe illum contemnere. Ea re commotus Severianus, exclamavit protinus his verbis : Si Serapio moriatur Chriſtianus, Chriſtus numquam homo factus eſt. Ob hæc à Serapione accuſatus Severianus, urbe expulſus eſt à Joanne, tamquam contumelioſus, & impiè locutus in Deum. Harum enim rerum teſtes quidam inducti ſunt. Quidam verò ex Serapionis familiaribus, integrum dictum ſupprimentes, id ſolum à Severiano dictum eſſe affirmârunt, quòd Chriſtus homo factus non eſſet. Joannes porrò utrumque Severiano objecit : neque enim, aiebat, ſi Serapio non moriatur clericus, ideo Chriſtus homo factus non erit. *Hæc Sozomenus, utcumque mitigans dicta Socratis; plura tamen adoptans, quàm vera eſſe exiſtimo. Primò dubitari poteſt, an ex contemptu factum ſit, ut Severiano non aſſurrexerit Serapion : neque enim crediderim, Serapionem illud eſſe confeſſum. Et revera id contingere poteſt ex inadvertentia aut leviori negligentia. Secundo nequaquam veriſimile eſt, Serapionem aut ipſius familiares mutilâſſe dictum blaſphemum Severiani. At fortè id Severianus dixit, quia ſecundum dicti membrum præcipuè accuſabatur.*

gravis naſcitur diſcordia, accuſaturque Severianus,

F

745 *Tertiò difficultatem aliquam patitur expulſio Severiani ex urbe, cùm eam non haberet auctoritatem* Chryſoſtomus, *ut Severianum vi poſſet expellere. Fortè aliquid lucis affulgere poterit ex articulo 7 accuſationum contra* Chryſoſtomum, *qui apud Photium col.* 53 *hic eſt :* ὅτι κατὰ Σεβηριανὸν ζυσκολὴν ἐποιήσατο, κινήσας καὶ αὐτῷ τὰς δεκανάς ; quòd inſidiarum adornatione appetiiſſet Severianum, commovens contra ipſum decanos. *Vox* decani *ambigua hîc eſt, cùm ſignificationes habeat varias. Tillemontius art.* 63 *intelligit illos*, qui pauperum ſepulturæ habent curam. *At non putem eo modo vocem* decanos *hîc exponendam.* Chryſoſtomus *in Homilia* 13 *in Epiſtolam ad Hebræos* decanos *memorat, ut verſantes in aula imperatoris, ibique infimum locum tenentes, ubi* lictores *interpretatur Montfauconus. Sunt & aliæ vocis illius ſignificationes, quæ videri poſſunt in utroque Cangii Gloſſario. Quæcumque ſit hoc loco vocis interpretatio ; ex alle-*

qui, orto tumultu, ex urbe fugere cogitur :

AUCTORE J. S.

allegatis verbis habemus, tumultum populi ortum esse contra Severianum, idque etiam habemus ex verbis ipsius Chrysostomi *num.* 748 *dandis. Hunc verò populi tumultum, cujus timore fugit Severianus, (nisi fortè vi expulsus sit, & à populo trans Bosphorum deportatus)* S. Chrysostomo *imputârunt calumniatores ipsius, hosque secutus est Socrates, cujus dicta adoptavit Sozomenus. Verùm à tali violentia semper abhorruit* Chrysostomus, *& quàm longè ab hoc concitando abfuerit, patebit ex verbis, quibus Severiano populum conciliavit.*

verùm, quidquid dicant Socrates & Sozomenus,

746 *Socrates post verba de expulso Severiano allegata, sic pergit:* Quibus cognitis, Eudoxia augusta Joannem quidem graviter reprehendit; Severianum verò Chalcedone Bithyniæ quamprimum revocari jussit. Et hic quidem statim adfuit. Joannes verò ab illius familiaritate se removit, nec ulli ipsum ad hoc hortanti obtemperavit. Donec tandem Eudoxia augusta in ecclesia Apostolorum filium suum Theodosium, qui nunc feliciter regnat, tunc temporis admodùm puerum, ad genua Joannis abjiciens, & per illius caput crebrò eum obtestans, ægrè ab illo obtinuit, ut
B Severianum in amicitiam suam admitteret. Ad hunc modum ambo isti palàm quidem reconciliati sunt: intus tamen alter adversus alterum exulcerato animo permansit. Hæc Joanni adversus Severianum causa jurgii fuit. *Sozomenus eadem nonnihil mitigata tradit his verbis:* Imperatrix verò simulatque hæc gesta fuerant, ex Severiani fautoribus rescivit: statimque eum Chalcedone revocavit. Sed Joannes, quamvis multis eum obsecrantibus, colloquium ejus detrectavit; donec augusta in ecclesia Apostolorum, impositò Joannis genibus Theodosio filio, illum identidem obsecrans atque adjurans, ægrè in gratiam reduxit cum Severiano. Et hæc quidem ita gesta esse accepi. *Verum non dubito, quin fabulosa sint, quæ dicuntur de Eudoxia filium Theodosium interponente ad pacem conciliandam, nisi fortè post primum* Chrysostomi *exsilium Eudoxia studuerit pacem inter* Chrysostomum *& Severianum conciliare, eoque tempore quid simile contigerit.*

Chrysostomus, petente Arcadio, benignum se præbet,
C

747 *Certè sanctus Præsul hoc tempore facilem se præbuit ad pacem cum Severiano instaurandam, petente Arcadio imperatore, ut id faceret. Testis est brevis ille* Chrysostomi *Sermo, qui inscribitur,* De recipiendo Severiano, *Latinè tantùm editus, quo Sanctus Severianum studiosè in gratiam populi reduxit. Illum tom.* 3 *pag.* 412 *ita orditur:* Sicut capiti corpus cohærere necessarium est, ita ecclesiam sacerdoti, & principi populum; utque virgulta radicibus, & fontibus fluvii, ita & filii patri, & magistro discipuli... Adornate me, filii, & imponite mihi obedientiæ vestræ coronam: facite me apud omnes beatum judicari, & doctrinam meam magnificate per obedientiam vestram... Pater enim sum, & necesse est me filiis consilium suadere... Pater sum, & pater nimis super filios tremens, ita ut sanguinem meum pro vobis fundere paratus sim.... Hæc autem præmitto, ut cum omni affectu, quæ dicimus, audiatis; neque aliquis vestrûm incipiat perturbari. Loquimur rem, quam dignum est in ecclesia loquî, & quam dignum est libenter audiri. Pro pace loquimur ad vos... Pro pace loquimur, pro qua Filius Dei descendit ad terras... Pro pace loquimur, pro qua Filius Dei passus est *&c. Tam multa præmittit, primùm ut gratiam populi sibi conciliet, deinde ut nomen pacis amabile ostendat; antequam ad rem ipsam pervenit, ne statim reclamarent.* D

ac brevi oratione populum cum Severiano conciliat,

748 *Mox paulatim obsecrando ad propositum suum accedit, ita pergens:* Nolite mihi incutere pudorem, nolite legationem meam fœdare: acquiescite mihi, quæso vos. Multa dudum tristia gesta sunt in ecclesia. Deum confiteor, sed non laudo perturbationes, seditiones non amplector. Sed omittamus jam hæc: definite, conquiescite, cohibete animos, refrænate iracundiam. Sufficit jam, quòd laboravit ecclesia: finis sit, desinat turbatio. Hoc enim & Deo placitum, & piissimo principi acceptum est. Oportet enim & regibus obedire, maximè cùm & ipsi obtemperent ecclesiasticis legibus. Dicit enim Apostolus: "Principi-„bus & potestatibus subditi estote„ quantò magis religioso principi, & pro ecclesia laboranti? Si ergo præparavi animos vestros ad suscipiendam legationem meam, recipite fratrem nostrum Severianum episcopum. *Assensit mox populus orationi charitate & arte prorsus insigni; cùm Sanctus ita pergat:* Habeo gratiam, quòd sermonem meum laudibus prosequuti estis. Dedistis mihi fructus obedientiæ.... Retribuat vobis Dominus præmium benignitatis, & obedientiæ mercedem. E
Nunc enim veram hostiam pacis obtulistis Deo, quia nemo turbatus est audito hoc nomine, sed cum caritate suscipitis: simul ut sermone loquuti sumus, omnem ex animo fugâstis iracundiam. Suscipite ergo eum pleno pectore, apertis manibus. Si quid triste gestum est, omittite; quia tempus pacis, recordatio dissensionis nulla est, ut sit gaudium in cælo, gaudium in terra, lætitia & exsultatio spiritualis in ecclesia Dei. Et oremus de reliquo, ut pacificam Deus custodire dignetur Ecclesiam, pacem fixam & perpetuam dare *&c.*

ita ut pax fuerit restituta.

749 *Ex hoc Sermone certum est, sinceram pacem desideratam fuisse à* Chrysostomo, *& ex ipsius certè parte sincero animo initam: neque enim ea de re dubitare nos sinit eximius Sancti candor. Ex eodem etiam Sermone liquet, petente imperatore gratiam Severiano præstitam à* Chrysostomo, *cui verisimiliter Severianus utcumque satisfecit, temerarium dictum suum improbando, & fortè subitæ indignationi attribuendo. Quidquid sit, sequenti die brevem quoque Sermonem habuit Severianus, qui in ea dicit* nequaquam fide, sed invidiâ diaboli, *ortam fuisse dissensionem, ita ut videatur suspectus fuisse ob dictum illud temerarium, & revera blasphemum.* Chrysostomum *pag.* 414 *communem vocat patrem, ab eoque se* hesterno die *dicit* in verbo pacis *exceptum. Ceterùm pacem plurimùm commendat, dicitque in fine:* Vidit satanas firmitatem fidei, stabilitatem in ea pietate dogmatum septam; vidit & bonorum operum fructibus abundantem: & ideo pro his omnibus ad insanian venit, & rabie furoris exarsit, ut scinderet amicitiam, & evelleret caritatem, ut disrumperet pacem: sed pax Domini semper sit nobiscum. *Potuit hæc sincerè eo tempore dicere. At certum est, ipsum postea multa contra* Chrysostomum *molitum esse. Fortè etiam Sanctus ipse non tanta familiaritate deinde complexus est Severianum, nec toties ipsum concionari permisit, quia citò animadvertit, amicitiam ipsius non esse sinceram.* F

A

§ L. Exponit utramque Epistolam ad Thessalonicenses : S. Porphyrium benignè excipit & juvat ad idololatriam excidendam : Eudoxia Sancto irata.

Utraque Epistola ad Thessalonicenses

751 *Utramque Epistolam S. Pauli ad Thessalonicenses Constantinopoli expositam esse à* Chrysostomo, *consentiunt Tillemontius & Montfauconus : neque id obscurum est aut dubium, cùm Sanctus non semel in illis Homiliis clarissimè loquatur ut episcopus. In priorem Homilias habet undecim, in secundam quinque. Impressæ hæ sunt apud Montfauconum tom.* XI *Operum* Chrysostomi *à pag.* 425. *In priorem Hom.* 8 *pag.* 484 *ita loquitur Sanctus :* Unusquisque quidem ex vobis de sua timet anima : ego autem sum obnoxius reddendæ rationi hujus præfecturæ, ita ut ego omnium maximè effugere nequeam. *Item Hom.* XI *pag.* 504 : Orate etiam pro nobis. Nam etsi non magnam nec admirandam à nobis accipitis utilitatem, sed tamen propter ipsum honorem, propter ipsam appellationem . . . Propterea nos quoque dicimus : Orate etiam pro nobis, non temere hoc dicens, sed vestras preces valde desiderans. Si enim sum obnoxius omnium vestrûm curam gerere, & sum redditurus rationem : multo magis debeo vestras assequi preces. Propter vos sum magis obnoxius reddendis rationibus, & vos ergo mihi debetis majus dare auxilium.

B

Constantinopoli exposita,

752 *In secundam Hom.* 4 *pag.* 534 *studiosè item subditorum preces efflagitat, & has addit rationes :* Ad id enim, quod est vobis utile, sumus collocati, & de rebus vestris sumus soliciti. Rogate unusquisque & privatim & publicè . . . Acrem enim & vehementem habemus hostem : unusquisque enim vestrûm res suas curat, & de eis est sollicitus : nos autem simul omnium. Stamus in ea parte belli, quæ laborat. Adversus nos diabolus armatur vehementiùs. In bellis enim ante alios omnes belli ducem sternere conatur adversarius *&c. Pergit enixissimè preces flagitare, & alias addere rationes ad movendos auditores, ut pro se orent. Rursum pag.* 536 *ita loquitur :* Multos ex vobis genui, sed postea fuerunt dolores partûs. *Et mox :* Nam etsi alius sæpè genuit, ego autem curis dilanior. Neque enim ex nobis generamus, sed totum est Dei gratiæ. *Ex his habemus, dictas esse hasce Homilias, quando jam multos baptizaverat* Chrysostomus, *& verisimiliter posteriores habitas esse post Pascha anni* 400, *quando multi fuerant baptizati, absente in Asia* Chrysostomo, *ut ipse dicit in Homilia post reditum tom.* 3 *pag.* 412. *Præterea habitæ videntur Homiliæ illæ, quando aliquam turbationem timebat* Chrysostomus, *eaque verisimiliter de causa in illis frequentiùs, quàm in aliis Operibus, & studiosiùs auditorum preces postulat.*

C

verisimiliter anno 400.

753 *Quare conjicio, Expositionem Epistolarum ad Thessalonicenses compositam esse anno* 400, *& partim saltem post iter Asiaticum : Eudoxiam verò imperatricem* Chrysostomo *fuisse iratam, antequam tota Expositio fuerit finita. Etenim id alia etiam suadent. Nam Homiliam* 10 *sic exordiuntur :* Necesse est, ut, qui præest, multas habeat simultatum occasiones, sicut medici necesse habent in multis molesti esse ægrotis. *Hujusce rei rationes latè reddit, ostenditque episcopos esse diligendos, ista subjungens pag.* 496 : Nemo seditionem agitet, nemo contendat : qui Christum diligit, cujusmodicumque sit sacerdos, eum diliget, quòd per eum sit veneranda assecutus Sacramenta. *&c. Hæc aliaque, in iisdem Homiliis occurrentia, abundè insinuant, apud potentes aliquot in offensa fuisse* Chrysostomum, *dum explicuit laudatas Epistolas. Præcipuam autem ex hisce fuisse Eudoxiam, facilè mihi persuadeo ; nam illa* Chrysostomo *infensa erat, quando anno* 401 *mense Martio Constantinopolim venit S. Porphyrius, de quo mox agam. Demum verba* Chrysostomi *in secundam Epistolam Hom.* 5 *pag.* 543, cùm me in mense semel, aut bis, aut ne semel quidem audiant, *aptissimè dici poterant sub finem anni* 400 *aut initium sequentis, non item aliis temporibus tam aptè. Nam multò frequentiùs concionari solebat* Chrysostomus : *sed creberrima habuit impedimenta anno* 399 *&* 400, *ita ut sæpè abesse cogeretur, & ad multos consequenter menses anno* 400 *abfuerit.*

AUCTORE J. S.

E

S. Porphyrius Gazensis anno 401, *mense Februario,*

754 *Vidimus* § 41, *quàm studiosè* S. Chrysostomus *anno* 398 *juverit Marcum diaconum, quem S. Porphyrius Gazensis Constantinopolim miserat ad opem imperatoris obtinendam contra idololatras. Anno* 401 *S. Porphyrius ipse, Constantinopolim venit mense Martio, ut templa idolorum penitus posset destruere. Res in Vita S. Porphyrii tom.* III *Februarii pag.* 651 *narratur hoc modo à Marco diacono S. Porphyrii comite. Venit Porphyrius ad Joannem Cæsareæ in Palæstina episcopum, eumque rogavit, ut secum navigaret Constantinopolim. Ille primùm dixit :* Non est aptum tempus (*ad navigandum*) jam enim imminet conversio hiemalis. *Ex his verbis liquet, hiemale tempus fuisse, quando navigationem susceperunt : nam ulteriùs instanti Porphyrio mox acquievit Joannes, & post aliquot dies simul solverunt. Dies assignatur vigesimus tertius mensis ; at mensis non exprimitur. Henschenius in Annotatis observat, designari vigesimum tertium mensis* Peritii, cujus dies XXIII apud Gazæos incidit in XVII Februarii. *Deinde* spatio decem dierum, *id est* XXVII *Februarii, appulerunt* ad Rhodum insulam. *Ibi consuluerunt S. Procopium anachoretam, prophetiæ dono insignem. Hic autem episcopos ita allocutus est :* Primùm convenite sanctissimum episcopum Joannem, & cum eo preces ad Deum fundite, & ei rem exponite : & ipse est vobis consulturus ea, quæ ipsi revelavit Dominus. Non potest enim loqui in palatio, quoniam ei irascitur imperatrix Eudoxia. Ipse ergo vos commendabit Amantio cubiculario dominæ, viro pio, & qui habet in honore sacerdotes : ipse vos introducet ad imperatricem. *De hac addit :* Est enim prægnans, & hic est mensis nonus. *Hæc verba ostendunt, non integro mense post hoc colloquium figendos esse natales Theodosii junioris.*

F

navigat Constantinopolim, eòque venit IX *Martii :*

754 *Mox sequitur in Vita :* Et solventes illo die, navigavimus : & post alios decem dies pervenimus Byzantium. Et accepto hospitio, die sequenti ivimus ad sanctissimum archiepiscopum Joannem. *Itaque die* IX *Martii venerunt Constantinopolim, & die* X *adierunt* Chrysostomum. *Pergit Vita :* Cùm verò cognovisset, quinam essemus, nos excepit magno honore & observantiâ. Nos autem rogavit, quanam de causa hunc viæ labo-

AUCTORE J. S. laborem sustinuimus, & ei narravimus. Et cùm cognovisset, recordatus est, nos longo antè tempore hoc rogâsse litteris. Et cùm me agnovisset, benignè est complexus. Rogat verò nos, ne angamur animo, sed spem habeamus in Dei misericordia. Dixit autem nobis: Ego quidem non possum loqui cum imperatore, cum enim in me irritavit imperatrix, quoniam eam reprehendi propter possessionem, quam cùm concupiisset, eripuit. Et mihi quidem non est hoc curæ, quòd irascantur. Seipsos enim læserunt, non me. Nam etsi lædant meum corpus, animæ multò magis proderunt: hoc tamen relinquamus Dei misericordiæ. De nostro autem edicto, si videatur Domino, cras accersam eunuchum Amantium, qui est eunuchus imperatricis, & multum potest apud eam, & est verè Dei servus, & ei rem exponam, & est magnum studium adhibiturus, Deo annuente. Nos verò, cùm ille sic nobis promisisset, & nos Deo commendâsset, ivimus in nostrum hospitium.

benignè à Chrysostomo exceptus & adjutus est.

755 Die autem sequenti (XI *Martii*) ivimus ad Sanctum, & invenimus apud eum cubicularium Amantium: rei enim nostræ curam gesserat: & , eo accersito, de re nostra eum docuerat. Postquam autem ingressi sumus, & cognovit Amantius nos esse eos, de quibus cum ipso fuerat locutus, surgens adoravit sanctissimos episcopos, facie inclinata in terram... Porrò autem eis quoque jussit sanctissimus episcopus Joannes ore proprio cubicularium docere de re sua. Sanctissimus autem Porphyrius ei omnia narravit de idololatris, quemadmodum liberè & confidenter faciunt res nefarias *&c. Mox opem suam addixit Amantius apud Eudoxiam augustam, justitque Porphyrium sequenti die ad eam accedere, ac sic episcopis valedixit.* Nos quoque, *inquit Marcus*, cùm multa spiritalia locuti essemus cum sanctissimo archiepiscopo Joanne, isque nos Deo commendâsset, recessimus. *Obtinuerunt omnia hoc modo, quæ petebant, agente Amantio apud Eudoxiam, Eudoxiâ verò ipsâ apud Arcadium, prout ibidem legi potest.* De Chrysostomo *hæc solùm addit Marcus num.* 43: Et ibamus quotidie ad sanctissimum Joannem archiepiscopum, & fruebamur sanctissimis ejus eloquiis, dulcioribus super mel & favum. *Verùm stabilienda modò est chronotaxis Henschenii, & Vita ipsa S. Porphyrii contra objectiones Tillemontii.*

C

Objectio Tillemontii contra chronotaxim

756 *Etenim scriptor ille tom.* 10 *Monum. Eccl. in S. Porphyrio agnoscit quidem manifestissima veritatis indicia in hac Vita relucere: attamen Notâ* 1 *multas in ea reperit difficultates, formatque objectiones non paucas, quas conatur ipse solvere. Inter objectiones autem præcipuam credit illam, quam petit ex chronotaxi propria; sed ea vim nullam habet in chronotaxi nostra. Itaque ut amoveat difficultatem ex vitiosa chronotaxi sua natam, statuit, & probare conatur, S. Porphyrium duobus mensibus citiùs discessisse, quàm ipsius discessum figit Henschenius. Ratio prima, quâ nititur probare, mense Decembri discessisse S. Porphyrium, hæc est.* Imminet conversio hiemalis, *quod ante discessum dicebatur Porphyrio, ut dixi num.* 753, non potest, *inquit*, aliud significare quàm solstitium hiemale. *At meo quidem judicio nullus umquam probare poterit, quod tam asseveranter dicit Tillemontius: neque putem, aliud significari per conversionem hiemalem, quàm instabilitatem hiemalis temporis. Itaque non debuerat ex vocibus significationis incertæ argumentum mutuari Tillemontius, præsertim cùm Vita non sit scripta Latinè, ideoque scire non posset, an voces Græcæ accuratè essent Latinè expositæ. Non habebat Vitam Græcam Henschenius, quando dedit Latinam interpretationem Gentiani Herveti, at eam deinde accepimus ex bibliotheca Cæsarea.* D

refellitur, verbaque exponuntur,

757 *Quare ipsa verba Græca huc transfero:* ἡ γὰρ χειμέριος τροπὴ λοιπὸν ἐπιλαμβάνεται. *Hæc verba ita Latinè exponi possunt:* Nam hiemalis tempestas (*sive* mutatio) nunc apprehendit *navigantes videlicet. Certè vox* τροπὴ *apud Plutarchum, in variis Lexicis laudatum, ita sumitur, dum dicit,* γενομένης περὶ τὸν ἀέρα τροπῆς, Facta aëris mutatione, *sive* coorta tempestate. *Deinde etsi vox* τροπὴ *etiam* solstitium *aliquando significet; necdum tamen vocem illam pro solstitio usurpatam inveni, quando ita ponitur, sicut in verbis allegatis. Nam additur* ἡλίου solis, *aut vox ponitur in numero plurali* τροπαὶ, *qualia exempla afferuntur in Lexico Henrici Stephani. Præterea, vocem* τροπὴ *de tempestate aut instabilitate hiemali potiùs exponendam esse, persuadent alia. Primò enim navigantibus nocere nequit solstitium, sed multùm nocent procellæ hiemales. Secundò, si consideremus intervallum temporis, quo Constantinopoli subsitit S. Porphyrius; diemque* XVIII *Aprilis, quo domum rediit; clarè videbimus, ipsum non venisse Constantinopolim die* VII *Januarii, ut vult Tillemontius, sed probabiliùs die* IX *Martii, ut statuit Henschenius. Vidit ipse Tillemontius, in quas deductus fuerit angustias chronotaxi sua: nam fatetur, non esse verisimile, Porphyrium duobus mensibus mansisse Constantinopoli post expedita negotia sua; non tamen invenire potuit rationes idoneas, quibus ostenderet, id fieri non debuisse, si exactam concinnavit chronotaxim.* E

chronotaxis verò ipsa abundè se defendit,

758 *Accipe breviter, lector studiose, quàm concinnè omnia cohæreant apud Henschenium. Discessit Porphyrius Cæsareâ* XVII *Februarii, & itinere viginti dierum venit Constantinopolim, sive* IX *Martii. Die* X *Martii accessit* Chrysostomum; *die* XI *hunc simul & Amantium, sequenti* XII *primùm ad Eudoxiam: rursum ad Eudoxiam vocatus est die* XIII, *& tunc ei dixit num.* 42 *in Vita:* Labora propter Christum, & ipse pro tuo labore est tibi daturus filium *&c. Et mox num.* 44: Paucis autem pòst diebus parit imperatrix masculum. *Dies non additur: at conjicit Henschenius, natum esse* X Kalendas Aprilis, *indeque contigisse, ut Socrates, omissa voce* Kalendas, *scriberet, natum esse die* X *Aprilis: nam ex hac Vita liquet, natum esse ante diem* X *Aprilis. Idem colligitur ex prædictione S. Procopii, qui die* XXVII *Februarii dicebat, nono mense gravidam esse Eudoxiam. Porro* cùm impleti essent septem dies à puerperio, *secundum Henschenium, die* XXX Martii, *rursum Eudoxia advocavit Porphyrium, dixitque infantem baptizandum* paucis pòst diebus, *monuitque, ut tunc adessent, libellum supplicem oblaturi. Baptizatum verò fuisse post paucos illos dies Theodosium, colligitur clarè ex Vita num* 47, *ubi habetur:* Cùm autem dies præteriissent, (*nimirum pauci ab Eudoxia prædicti*) venit dies, in quo erat illuminandus novus imperator Theodosius *&c. Tum baptismus enarratur. Hîc tamen vitilitigat Tillemontius, quærens aliquod effugium. Nam dicit, non asseri à Marco, baptismum revera fuisse datum puero post dies paucos, sicut futurum dixerat Eudoxia. Verùm quiscumque attentè legerit assignata verba, videbit, baptis-* F

A *ptiſmum fuiſſe collatum Theodoſio tempore ab Eudoxia prædicto, ita ut certò collatus ſit ſub initium Aprilis.*

cùm omnia aptè cohæreant in noſtra, non in Tillemontiana.

759 Die autem ſequenti *poſt baptiſmum, ut dicitur num.* 50, *iterum ad Eudoxiam vocatus eſt S. Porphyrius, ac rurſum poſtero die accepit reſcriptum deſideratum, quo jubebantur everti idola. Itaque hæc omnia contigerunt ante Paſcha,* XIV *Aprilis eo anno celebratum. Demum poſt celebratum Paſcha valedixerunt imperatrici, & diſceſſerunt die* XVIII *Aprilis, ut dicitur num.* 54. *Hæc omnia aptè inter ſe connectuntur, ita ut nulla dies deficiat, nulla redundet. Unum fortè objici poſſet ab aliquo minùs attento, quod habetur num.* 52: Cùm tranſegiſſemus verò reliquum hiemis, & feciſſemus ſanctos dies feſtos Paſchales, & diem Reſurrectionis, parabamus nos ad navigandum. *At candidè agnoſcit ipſe Tillemontius, hæc verba exponenda eſſe de toto tempore, quo fuerant Conſtantinopoli negotiis ſuis occupati.* Et ſanè, *inquit*, difficulter credi poteſt, ipſum (*Porphyrium*) fuiſſe duobus menſibus Conſtantinopoli poſt abſoluta negotia ſua *&c. Verba Græca omnino favent datæ expoſitioni. Nam hæc*

B *ſunt :* διατρίψαντες δὲ τὸ ὑπόλοιπον τῦ χειμῶνος *&c*, conſumpto verò reliquo hiemis *&c. Venerant poſt mediam hiemem, & reliquam hiemis partem negotiis ſuis ibi impenderunt. Omnia ſic rectè cohærent, & conſequenter duo menſes redundant in chronotaxi Tillemontiana.*

Altera objectio Tillemontii petitur ex chronotaxi ipſius antè refutata.

760 *Altera objectio Tillemontii contra Henſchenium, quæ ſola meo quidem judicio ipſum impulit in chronotaxim jam refutatam, petitur ex itinere* S. Chryſoſtomi *in Aſiam. Etenim hoc iter ipſe figit anno* 401, *& quidem menſe Januario. Non poterat igitur Porphyrius* Chryſoſtomum *Conſtantinopoli invenire eodem anno, menſe Martio. Verùm* § 48 *oſtendi, iter illud figendum eſſe anno* 400, *& ſic tota illa difficultas evaneſcit. Cœpit Tillemontius ab anno* 398 *facta ad chronotaxim Vitæ* Chryſoſtomi *ſpectantia uno anno ſeriùs figere, quàm oportebat, indeque conſequenter adventum Porphyrii ſuo loco amovere debuit. Nimirum rebellionem Trebigildi, quam nos figimus anno* 398, *diſtulit uſque ad annum* 399. *Hoc poſito principio, Gainæ rebellionem, quam credimus contigiſſe anno* 399, *non potuit figere ante annum* 400. *Cúmque tempore tumultus exſpectati ex rebellione Gainæ inchoata ſit cauſa Antonini Epheſini; iter* Chryſoſtomi *in Aſiam ſecundum ſuam chronotaxim neceſſariò differre debuit in annum* 401. *Hinc Porphyrium Conſtantinopolim ducere coactus eſt duobus menſibus citiùs, quàm eò revera pervenit. Hinc & in aliud incidit incommodum. Nam coactus eſt dicere, Theodoſium juniorem menſe Januario natum eſſe, non integris decem menſibus poſt Arcadiam ſororem, cujus nativitatem tom.* 5 *Imperatorum in Arcadio art.* 20 *ipſe figit die* III *Aprilis anni* 400. *Conſideret æquus lector, quàm improbabile ſit Theodoſium novem menſibus & duabus ferè aut tribus hebdomadis poſt ſororem ſuam eſſe natum. Interim vitioſam chronotaxim ſuam, tamquam præcipuam difficultatem, contra ſinceritatem Vitæ S. Porphyrii objicit. Addit alias minoris momenti difficultates. At has ſuo loco examinandas modò prætereo, quia ipſe Tillemontius agnoſcit, Vitam pro ſincera habendam.*

Diſceſſûs Porphyrii dies rectè fixus

761 *Lubet tamen examinare, an Tillemontius rectè Henſchenium, cujus ſententiam ſecutus ſum, corrigere tentaverit in die diſceſsûs S. Porphyrii Cæſareâ. Nam nos exiſtimamus, ipſum diſceſſiſſe*

die XVII *Februarii, huncque diem concurrere cum* XXIII *die menſis Gazæorum* Peritii. *At notat Tillemontius, potiùs figendum fuiſſe* XVIII Februarii, *quia in Vita num.* 21 *Marcus ipſe dicit:* Præcedunt autem quinque diebus eorum (*Gazæorum*) menſes Romanos. *Loquitur ibi Marcus de menſe Lydenæo (aliàs* Audynæo) *qui concurrit cum Januario, ac quinque diebus præcedit. Sic apud illos menſis Xanthicus quinque diebus præcedit Aprilem noſtrum, ut colligitur ex Vita num.* 54. *At illud non poteſt dici de omnibus Gazæorum menſibus: nam ſinguli horum menſes ſunt dierum triginta, ac poſt abſolutos menſes duodecim addunt quinque dies intercalares; ut oſtendit Noriſius in Opere de annis Syro-Macedonum diſſert.* 5 *cap.* 2, *ubi & pag.* 480 *ſchema exhibet, ex quo liquet, ultimum Gazæorum menſem*, Hyperberetæum *dictum, totis octo diebus inchoari ante Octobrem noſtrum. Quare verba Marci generatim ſumenda non ſunt; ſed tantùm intelligi poſſunt de tribus menſibus, quando non eſt annus biſſextilis. Videri poteſt ſchema apud Noriſium aſſignatum.*

E *ab Henſchenio* XVII *Februarii, malè à Tillemontio* XVIII.

762 *Illud ſolum obſervo, ut liqueat Henſchenii calculum eſſe accuratum, menſem Peritium ſex diebus currere ante Februarium, quia Januarius, quem Audynæus præcedit quinque diebus, habet dies triginta & unum. Contrà Dyſtrus Gazæorum quatuor tantùm dies præcedit Martium noſtrum, quia Februarius, quando non eſt biſſextilis, habet dies ſolùm viginti & octo. Rurſum Xanticus quinque diebus præcedit Aprilem, quia Martius habet dies* 31. *Quod monui de Dyſtro quatuor tantùm dies ante Martium currente, colligitur ex ipſa Vita in fine, ubi dicitur obiiſſe S. Porphyrius* ſecundo menſis Dyſtri. *Nam memoria Sancti Faſtis inſerta eſt die* XXVI *menſis Februarii. Ex quo liquet, Martium quatuor diebus Dyſtro poſteriorem eſſe. Itaque erravit Tillemontius ipſe, dum credidit errâſſe Henſchenium, eumque corrigere voluit in chronologica ſcientia, hac ex parte ſibi non ſatis nota.*

Eudoxia ſub initium anni 401 *Sancto irata.*

763 *Porrò vidimus num.* 753 *&* 754, *Eudoxiam imperatricem* Chryſoſtomo *fuiſſe offenſam, dum S. Porphyrius venit Conſtantinopolim, quia reprehenſa fuerat à Sancto propter ereptam alicui poſſeſſionem. Nata videtur illa offenſa, vergente ad finem anno* 400, *aut ſub initium ſequentis, quia tamquam recens exponitur à* Chryſoſtomo. *Pagius in Critica ad annum* 401 *num.* 26 *hac de cauſa baptiſmum Theodoſii junioris* Chryſoſtomo *abjudicat, addens tamen ſilentium Marci in Vita S. Porphyrii. Verùm tanta non fuiſſe videtur ira Eudoxiæ, ut voluerit filium ſuum ab alio baptizari, quàm ab ipſo urbis Epiſcopo, quem maximi ſemper fecerat. Poteſt offenſa aliqua facilè impedire, ne quis gratium qualemcumque petere velit à perſona ſibi offenſa, prout hîc contigit* Chryſoſtomo. *At perſona utcumque alicui irata non æquè facilè ipſum impediet, quo minùs obeat officium ordinarium, præſertim ſi illum aliunde magni faciat, & ab omnibus paſſim magno in honore haberi ſciat. Silentium Marci opinioni meæ prodeſt magis quàm obeſt: nam ille de* Chryſoſtomo *ſilere poterat, quia ordinarius Conſtantinopoli erat baptiſmi collator. Si quis verò alius baptiſmum contuliſſet, illum nominare fuiſſet magis operæ pretium. Quare magis credo Eudoxiæ, liberos ſuos à* Chryſoſtomo *baptizatos dicenti, ut obſervavi num.* 726, *quàm Pagio Theodoſium ſine juſta cauſa excipienti.*

764 *Quod porrò ſpectat ad offenſam Eudoxiæ,*

AUCTORE J. S.

AUCTORE J. S.

Factum dubium ex Georgio,

Georgius Alexandrinus aliqua narrat facta, quæ illi occasionem præbuerint, sed omnia saltem sunt incerta & falsis adjunctis fœdata, licèt non videantur singula æquè improbabilia. Primò narrat pag. 95, Eudoxiam à Theodorico patricio, viro admodùm opulento, petiisse, ut pecuniam sibi mutuam daret; Chrysostomum *verò, rogante Theodorico, institisse apud imperatricem, ut ab exigenda illa pecunia abstineret, idque impetrâsse: deinde Theodoricum magnam pecuniæ vim dedisse* Chrysostomo *in usum xenodochii Constantinopolitani; quod audiens Eudoxia ægerrimè tulerit, ita ut irâ fuerit accensa in* Chrysostomum. *Hæc susè refert Georgius, miscens adjuncta non pauca parùm probabilia. Eminentissimus Baronius ad annum 401 num. 61 idem factum brevius narrat ex Leone Augusto, nec ullam de veritate insinuat dubitationem. Lubens agnosco, non improbabile videri, donationem aliquam pro nosocomio, aut certè in usus pauperum, factam à Theodorico; eâque offensam fuisse Eudoxiam. Verùm rem eo planè modo peractam, quo narratur à Georgio, ex quo alii hauserunt, mihi non facilè persuasero.*

B

alterum verisimiliter fictitium,

765 *Modo etiam magis improbabili Georgius pag. 203 & seq. narrat prolixam historiam de vidua Alexandrina, cui nomen Callitrope. Hanc ex Leone brevius dedit Baronius num. 60. Rem tradam compendio. Paulacius Ægypti præfectus exegerat à Callitrope aureos quingentos. Defunctus præfecturâ rediit Constantinopolim, quò secuta est Callitrope, repetens nummos ipsi datos. Apud prætorem urbis agit, ac nihil obtinet. Accedit per amicum ad Eudoxiam, quæ centum aureos à Paulacio prò mulcta postulat, ex iisque triginta & sex tantùm dat viduæ. Hæc igitur recurrit ad* Chrysostomum, *qui dicitur accersisse Paulacium, eumque tam diu retinuisse, mandante nequidquam imperatrice, ut hominem dimitteret, donec ille quingentos aureos viduæ restitueret. Additur ad ornamentum fabulæ (vix enim dubitare possim, quin fabula potius sit, quàm vera historia) milites ab Eudoxia missos ad Paulacium vi è manibus Episcopi abstrahendum, sed eos aspectu minantis angeli territos, re infecta, rediisse. Verùm* Chrysostomi *non erat viros primarios violenter detinere, ut debitum solverent. Res utcumque probabilis appareret, si diceretur vinculis excommunicationis adstrictum fuisse iniquum ac violentum*

C

debitorem; sed istud Georgius non affirmavit.

tertium compendio datum:

766 *Tertiam historiam, apud Baronium num. 56 ex Leone datam, refert Georgius pag. 215 & seqq.; sed eo loco & ordine, ut illa potius anno 402 figenda esset, quàm citius, ita ut non potuerit occasionem præbere offensioni, quâ benevolentia Eudoxiæ in* Chrysostomum *refrixerat sub initium anni 401. Hac de causa laudatus Baronius existimat, factum istud citius contigisse, quàm referant biographi, cùm omnino sibi persuaserit, illud ipsum esse, quod Marcus in Vita S. Porphyrii breviter attigit verbis num. 754 datis, ubi Eudoxiam à Sancto reprehensam ait* propter possessionem, quam cùm concupiisset, eripuit. *Verùm, priusquam dicamus, illud ipsum à Marco insinuari, quærendum est, an historia à biographis relata satis appareat certa, aut saltem verisimilis ac probabilis. Ad hoc examinandum necesse est, factum ipsum compendio recitare. Narrat Georgius, Theognostum senatorem exsilio relegatum fuisse, bonis ipsius fisco adscriptis præter unam vineam, ibique mortuum. Hujus viduam consolabatur* Chrysostomus, *& ex bonis Ecclesiæ eam alebat cum liberis. Interim Eudoxia tempore vindemiæ ad suburbana egreditur, transitque per vineam illius viduæ, ac racemum in ea abscindit comeditque. Porrò, si credimus Georgio, lex erat antiqua, quâ prædium qualecumque, per quod transit imperator aut imperatrix, si ex illius fructibus manducaverit, in jus transeat imperatoris; antiquus verò illius prædii dominus pro eo accipiat aut aliud simile aut pretium æquivalens. Itaque Eudoxia jussit vineam illam asseri secundum legem juri imperiali.* Chrysostomus *verò, re intellecta, dicitur multis verbis institisse apud Eudoxiam, ut vineam restitueret; neque eidem acquievisse, simile prædium, aut justum pretium offerenti, ita ut in dura etiam erumperet verba. Quin imò & in festo Exaltationis sanctæ Crucis, cùm imperatrix veniret ad ecclesiam, dicitur fores ecclesiæ sibi soli clausas reperisse, quòd eas* Chrysostomus *venienti imperatrici jussisset occludi. Additur, manum exaruisse cuidam adstanti, cùm janitorem ecclesiæ gladio ferire vellet, illum tamen sanatum, postquam se laverat, mandante Sancto. Hactenus compendium historiæ, aut potiùs fabulæ: nam figmentum alicujus poëtæ magis videtur esse, quàm vera historia.*

D

E

quod fabulosum & à moribus Sancti alienum est.

767 *Certè lex illa, quâ Eudoxia vineam vendicâsse dicitur, prorsus videtur fictitia.* Chrysostomus *verò totus fingitur alius, quàm revera fuit. Neque enim Vir mitissimus litigâsset cum Eudoxia pro re nihili. Quid enim intererat viduæ, vineamne illam haberet aut aliam æquè utilem? Non litigâsset Sanctus sine ulla utilitate contra legem imperii: nam si revera talis lex exstitisset, qualem fingunt biographi, culpanda non erat Eudoxia, nedum ecclesiâ excludenda. Si id umquam à* Chrysostomo *factum esset, fortè tacuisset Palladius; at minimè tacuissent Socrates & Sozomenus, ad facta ejusmodi attentissimi. Quapropter non dubito asserere, totam illam Georgii relationem adeo mihi fabulosam videri, adeo à moribus* Chrysostomi *absonam injuriosamque in Sanctum; adeo etiam ab indole Arcadii, qui exclusionem Eudoxiæ non ægrè tulisse fingitur, ut vix aliquid magis apertè fabulosum in tota lucubratione Georgii reperiam. Pessimè profectò meriti sunt de sancto Episcopo, qui illum fictionibus suis aliquando exhibent, non modò magnanimum, fortem, & constantem, qualis revera fuit; sed imprudentem quoque non rarò & violentum, qualis numquam fuit, sed qualem subinde finxerunt impudentissimi calumniatores. Hisce igitur repudiatis, quæ pluribus argumentis, si opus esset, falsitatis convinci possent, ad scripta Sancti redeamus.*

F

§ LI. Acta Apostolorum exposita Homiliis 55: hæ Chrysostomo asseruntur, cœptæque sunt in Paschate anni 401.

Homilia 55 in Acta Apostolorum: de harum stylo

TEmporis ordo nos deduxit ad prolixum Chrysostomi *Opus in Acta Apostolorum, quem librum exponere cœpit anno 401, mense Aprili, sive tempore Paschali, totamque expositionem absolvit Homiliis quinquaginta & quinque. Has dedit Montfauconus tom. 9, præmissa præfatione ad dubia aliquot examinanda. Orditur autem hoc modo:* In nullum incidimus S. Joannis Chrysostomi Opus, à consueto & eleganti tanti Artificis stylo ita alienum, ut sunt Homiliæ in Acta. Ha-

Oc-

A ctenus orationis poliendæ & ornandæ auctorem locupletiſſimum vidimus : hîc Oratorem conſpicimus plerumque humilem, jejunum, intricatum. Sicubi autem priſtinum eloquentiæ gradum reſumat, ſubinde recidit in abjectum & ſtrigoſum dicendi modum. Hinc ſuborta diſſenſio fuit inter criticos, aliis Homilias haſce Chryſoſtomo vel abjudicantibus, vel ut ſuſpectas habentibus; aliis illas ut omnino elegantes defendentibus; aliis, quibus nos aſtipulamur, plerumque inculcas illas, ſed γνησίας & verè Chryſoſtomi eſſe pugnantibus. *Hactenus Montfauconus. Verùm omnia ipſius dicta plus exaggerationis mihi habere videntur quàm ſoliditatis.*

nimis conqueritur Montfauconus:

769 *Hinc malim audire eumdem Montfauconum in Vita* Chryſoſtomi *pag.* 138 *ſic loquentem:* Hinc fortaſſe accidit, ut aliis diſtentus negotiis Chryſoſtomus, minùs culto, jejuno, & plerumque intricato ſtylo has conciones ſcripſerit, maximèque initio Homiliarum, ubi quædam videntur olêre aut ſonare peregrinum. Nam in ethica adhortatione, quæ Homilias claudit, hîc ſemper ſui ſimilis eſt, imò etiam alias conciones ſuperat. *In Præfatione etiam pag.* 4 *ait,* non multas eſſe
B apud Chryſoſtomum conciones informandis moribus aptiores. *Hac de cauſa, opinor, Photius aſſeruit, Homilias in Acta tantò elegantiores eſſe Homiliis in Geneſim, quantò illæ cedunt Homiliis ejuſdem Sancti in Pſalmos & in Epiſtolas S. Pauli. Verba ejus jam data ſunt num.* 419, *& prolixiùs citantur apud Montfauconum. Ex dictis autem colligo, non eſſe tantopere conquerendum de ſtyli humilitate: nam, cùm adhortationes morales magnam ſingularum Homiliarum partem occupent; ſi hæ non cedant aliarum Homiliarum partibus ethicis; imò ſi in hiſce, judice Montfauconо, alias etiam conciones ſuperet, non habemus hic Oratorem* plerumque humilem, jejunum, intricatum; *ſed in magna Operis parte ſui ſemper ſimilem, mores egregiè informantem, & ſe ipſum frequenter ſuperantem.*

dubitavit Eraſmus, an Opus eſſet Chryſoſtomi,

770 *Velim modò ſcire, quinam ſint illi critici, qui Homilias in Acta* Chryſoſtomo *abjudicârunt, ut aſſerit Montfauconus: nam neminem nominat: neminem quoque nominatum invenio apud Savilium, ex quo ille exaggerationes ſuas hauſit: neminem indicavit Tillemontius, qui de hiſce agit Notâ* 51. *Dubitantem omnes illi adduxerunt Eraſmum, Opus* Chryſoſtomo *planè abjudicantem neminem. Si Eraſmus in Epiſtola ad amicum aliquando dixit:* Nihil umquam legi indoctius. Ebrius ac ſtertens ſcriberem meliora: *quis imprudentem adeo cenſuram magni faciat? Quis non potiùs credat, ebrio aut dormitanti ſimilia excidiſſe verba, quàm ſobrio vigilantique atque omnia maturè conſideranti? Certè Eraſmus ipſe, poſtquam haſce Homilias ex Græcis Latinas fecerat, moderatiùs locutus eſt, dixitque* ſubdubitare ſe, quòd
C ſtylus haberet conciſum quiddam & abruptum, id quod à phraſi Chryſoſtomi videbatur alienum. Si docti tamen, inquit, cenſebunt Opus Chryſoſtomo dignum, ſe libenter hoc, quidquid eſt, ſuſpicionis poſiturum. *Ita Eraſmi verba adduxit Savilius tom.* 8 *pag.* 624, *ubi & Opus* Chryſoſtomo *aſſeruit, quemadmodum & Tillemontius & Montfauconus fecerunt.*

ſed alii id Sancto indubitanter tribuunt: videtur minùs elegans

771 *Montfauconus attribuit multis* Chryſoſtomi *occupationibus, quòd in exponendis Actorum Apoſtolicorum verbis jejunior ſolito fuerit & humilior. Nolim quidem hanc rationem omnino improbare. Attamen exiſtimo, Sanctum de induſtria brevitati ſtuduiſſe, quia librum exponebat maxi-*

ma ex parte hiſtoricum, quemadmodum brevis eſt in verbis Geneſeos exponendis. Occupationes item allegat Montfauconus, ut oſtendat, mirandum non eſſe, ſi tumultuarium aliquid in hoc Opere deprehendatur. *At mihi magis placent, quæ ſubdit hoc modo:* Alia verò perplexæ & nonnullis in locis hiulcæ ſeriei cauſa non abs re affertur, quòd videlicet librarii, qui dicta ſancti Doctoris excipientes deſcribebant, in tumultuariis illis, & ex tempore prolatis concionum partibus alii aliud conſcriberent. Hinc haud dubiè orta eſt illa tanta varietas, quæ in codicibus, has Homilias efferentibus, obſervatur. Ut enim in ima pagina aliquoties monuimus, tanta in manuſcriptis occurrit lectionum diverſitas, ut, ſi omnia exſcripſiſſemus, novam ſeriem, concionibus longitudine penè parem, attuliſſemus.

iſtud Opus, quia non ab ipſo Sancto editum & correctum.

772 *Hæc meo quidem judicio præcipua ratio eſt minoris elegantiæ, videlicet quia Sanctus ipſe Opus illud non correxit aut edidit, prout edidit Opera Antiochiæ compoſita, & aliqua veriſimiliter Conſtantinopolitana. Qui enim verba dicentis veloci calamo excipiunt, facilè aliqua prætermittunt, aut minùs accuratè exarant. Dubitat Tillemontius, utrùm Homiliæ illæ omnino pro* E *concione fuerint dictæ, an ſolùm præparatæ. At ea dubitatio caret fundamento: toties enim ſermonem ad populum dirigit Sanctus, toties pro re nata ex tempore aliqua profert, ut clarum ſit, Homilias coram populo fuiſſe habitas. Verùm neque ex ſcriptis* Chryſoſtomi *editas putem, neque ab ipſo reviſas aut correctas, quando ſunt editæ, fortaſſe poſt exſilium aut etiam poſt mortem Sancti.*

Homilias in Acta Caſſiodorus aliique memorant:

773 *Jam verò tam certum mihi & manifeſtum apparet, Homilias in Acta Apoſtolorum opus eſſe* Chryſoſtomi, *ut exiſtimem non multùm in Sancti hujus Operibus verſatum eſſe, ſi quis in illis nequit agnoſcere modos loquendi* Chryſoſtomo *familiares, totumque Sancti genium & ſtylum. Verùm cùm hæc diligenti lectione meliùs poſſit deprehendi, quàm brevi diſputatione oſtendi, aliis utar argumentis ad idem oſtendendum. Caſſiodorus, qui uno tantùm ſeculo poſt* Chryſoſtomum *floruit, de Inſtitutione divinarum litterarum cap.* 9 *ita habet:* Sed in Actibus Apoſtolorum ſancti Joannis epiſcopi Conſtantinopolitani in Græco ſermone Commenta reperimus, quæ amici noſtri in duobus codicibus, quinquaginta quin- F que Homiliis, juvante Domino, tranſtulerunt. *Enumerat ille Homilias quinquaginta & quinque, quot modò habemus, ita ut objici non debeat calculus Photii, quinquaginta numerantis. Nam Photius etiam erravit in numero Homiliarum in Geneſim, & aliàs frequenter in enumerandis alicujus Operis partibus errantem deprehendi. Nolim tamen aſſerere, eos eſſe Photii errores, cùm magis veriſimile ſit, numeros in ipſius Opere deſcribentium negligentiâ ſubinde eſſe corruptos. Hic autem tale mendum facilè potuit irrepere, cùm pro* νε', 55, *ſolùm ſcribendum fuerit* ν', 50, *omiſſâ unicâ litterâ. Opus* Chryſoſtomi *in Acta Apoſtolorum laudârunt etiam Damaſcenus, Oecumenius & alii, quos jam memoravit Savilius.*

vel initium oſtendit, illas eſſe Chryſoſtomi,

774 *Vel ipſo Homiliæ primæ initio innuitur,* Chryſoſtomi *eas eſſe Homilias.* Multi perinde ignorant, *inquit,* an hic liber exſtet, & quis ſit ejus auctor. Quæ mihi potiſſimùm cauſa fuit, ut hoc opus aggrederer, quò hujus rei ignaros inſtituerem, nec tantum latêre theſaurum ſinerem. Non minùs enim nobis quàm ipſa Euangelia utilis eſſe poterit: tantâ nimirum plenus eſt philoſophiâ,

AUCTORE J. S.

tanta dogmatum ſinceritate, miraculorumque copiâ, eorum maximè, quæ à Spiritu ſancto patrata ſunt. Ne itaque deinceps hunc librum prætercurramus, ſed cum maxima accuratione exploremus. *Eadem ferè diu antè dixerat Antiochenis, quando ex Actis Apoſtolorum aliqua exponere cœpit, tom. 3 pag. 54, ubi hæc leguntur verba:* Multis quidem certè nec notus eſt liber iſte *&c. Et mox:* Priùs ſciamus opus eſt, quis librum ſcripſerit. *Quemadmodum hîc eodem modo Actorum librum exponere cœpit, quo de illo primùm loqui cœperat Antiochiæ; ſic alia plurima ſibi familiaria expoſitioni huic immiſcuit: eoſdem enim hæreticos, Judæoſque & gentiles frequenter exagitat, ſicut facit in aliis quoque Operibus: eumdem quoque zelum contra juramenta, quem ſecundo Antiochenæ prædicationis anno exhibuerat, hîc reſumpſit Conſtantinopoli. Hoc autem paulò latiùs lubet oſtendere, quia ſimul ſpectat ad virtutem Sancti declarandam.*

qui in illis zelum contra juramenta, qualem oſtenderat Antiochiæ, B

775 *Incipit agere contra jurandi conſuetudinem in Homilia 8 pag. 66, atque ita loquitur:* Ponamus itaque nobis quotidianas leges, & à facilibus incipiamus. Juramentorum frequentiam abſcindamus, frenum imponamus linguæ. Nemo per Deum juret. Nullus hîc ſumptus eſt, labor nullus, non diuturna meditatio; ſufficit velle, & totum perfectum eſt. Nam conſuetudinis res eſt. Etiam oro & obſecro, talem curam adhibeamus. Dic, quæſo, mihi, ſi pecunias inferre juberem, an non ſinguli pro viribus alacriter conferrètis? Si me in extremis periculis viderètis, an non de carne veſtra exciſam partem, ſi fieri poſſet, daretis? In magno nunc ſum periculo; ita ut, ſi in carcere eſſem, ſi mille plagas excepiſſem, ſi in metallis agerem, non magis dolerem. Manum ergo porrigite. Cogitate, quantum ſit periculum, quòd ne vel hoc minimum; minimum verò dico, quantùm ad laborem, poſſitis perficere. Quid dicam tunc accuſatus? Cur non hortatus es? Cur non præcepiſti? Cur non legem poſuiſti? Cur non obtemperantes non cohibuiſti? Non ſatis erit mihi dixiſſe, Admonui.

reſumit, excommunicationem minitans C

776 *Et mox:* Timeo, ne intempeſtivæ & nimiæ indulgentiæ in futuro illo die rationem reddamus. Ideo magna & clara voce omnibus prædico & teſtificor, ut, qui ſic prævaricantur, quique ea, quæ maligni ſunt, loquuntur (hoc eſt enim juramentum) ne limina eccleſiaſtica aſcendant. Præſtitum verò tempus ſit vobis hic menſis, ut corrigamini.... Scio quoſdam eſſe, qui nos irridebunt: at melius eſt nos nunc irrideri, quàm tunc uri. Ridebunt ſanè inſani. Quis enim, quæſo, ſanæ mentis de ſervato præcepto ridebit? Quod ſi irrideant, non nos, ſed Chriſtum irridebunt.... Ecce rurſus dico & teſtificor: rideat & ſubſannet, qui voluerit; (In hoc poſiti ſumus, ut rideamur, ſubſannemur, omniaque patiamur: Purgamenta mundi ſumus, ſecundum beatum Paulum:) ſi quis noluerit hoc præceptum perficere, hunc verbo quaſi tubâ prohibeo, ne limina eccleſiaſtica pertranſeat, ſive princeps ſit, ſive ille ipſe, qui diademate cingitur. Aut me ab hoc principatu dejicite, aut manentem ne in pericula conjicite. In hunc thronum aſcendere non audeo, niſi quid magni præſtitero *&c.*

nolentibus ſe corrigere, eamdemque monitionem repetens

777 *Poſt alia ad ſuadendum idonea, pag. 69 comminationem de excommunicatione eorum, qui nollent ſe corrigere in jurandi conſuetudine, repetit his verbis:* Ecce iterum denuntio & clara voce clamo: nemo jocum eſſe putet. Excludam & arcebo non obtemperantes, & donec in hoc throno ſedebo, nihil illius juſtificationibus præferam. Si quis me dejecerit, jam non obnoxius ero. Donec verò obnoxius ſum, non poſſum negligere, non tam metu ſupplicii, quàm propter veſtram ſalutem, quam admodùm cupio: pro illa crucior & doleo *&c. In Homilia 9 iterum prolixè diſputat contra jurandi conſuetudinem, ſed ſine comminatione excommunicationis, quia, inquit pag. 76,* Hodie neceſſe eſt, ut vobis manſuetiùs loquamur: quia enim audîſtis, magna pars rei à vobis perfecta eſt. *Ibidem etiam pag. 79* ut princeps & epiſcopus *loquitur. De Juramentis iterum diſputat ſub finem Homiliæ 10. In Homilia 11 de illis diſſerere incipit hoc modo:* Interim legem de juramento implete ac firmiter tenete: & qui ſervat, non ſervantem manifeſtum faciat, incuſet, vehementerque increpet. Præfinitum enim tempus prope eſt, & rei perquiſitionem faciam, deprehenſumque ſegregabo & excludam. D

uſque ad emendationem plerorumque, de qua exſultat. E

778 *Deinde pag. 95 inſinuat, adhortationes ſuas de hiſce multum profuiſſe auditoribus, ita loquens:* Etiam obſecro per caritatem, per dolorem partûs, quo vos parturivi. "Filioli mei, (quod „ ſequitur non addam) quos iterum parturio, „ (neque dicam) donec formetur Chriſtus in vo„bis „. Credo enim Chriſtum in vobis formatum eſſe. Sed alia vobis dicam. "Fratres mei dilecti „& deſiderati, gaudium & corona mea „. Credite mihi, me non aliter dicturum eſſe. Si quis mihi coronas regias gemmis ornatas capiti meo nunc imponeret, non ita gauderem, ut gaudeo in profectu veſtro: imò nec ipſum imperatorem ita gaudere puto, ut ego de vobis gaudeo. Quid dico? Si, omnibus adverſis gentibus expugnatis, victor rediret, ac præter ſolitam coronam, alias acciperet coronas & diademata victoriæ ſymbola, non puto illum de tropæis ita gaviſurum eſſe, ut ego de profectu veſtro gaudeo. Nam ita exſulto, acſi mille coronas capite geſtarem, ac jure merito *&c. Hæc multorum emendatio effeciſſe videtur, ut in ſequenti Homilia de juramentis non agat, niſi breviſſimè; ac breviter tantùm exhortationem reſumat in fine decimæ tertiæ, ubi ſic loquitur pag. 109:* Ne ſimus ergo negligentes, dilecti, ſed multam adhibeamus diligentiam: qui ſeſe emendârunt, ut id, quod emendatum eſt, conſervent.... Qui autem adhuc retro relicti ſunt, ut reſurgant, & curent id, quod deficit, implere. Interimque ii, qui ſe emendârunt, illis, qui nondum id potuerunt, quaſi in pelago nantibus, manus porrigentes, ipſos in portu à juramentis vacuo recipiant *&c. Hactenus de fervore Sancti contra pravam jurandi conſuetudinem.* F

Ex verbis Sancti, quibus plauſus abrogare ſtudet,

779 *Optimè etiam* Chryſoſtomi *mentem perſpicere licet ex iis, quæ de plauſibus auditorum egregiè diſputat in Homilia 30. Sæpè antea breviter declaraverat, iſtos applauſus ſibi diſplicere, hîc verò prolixiore ſermone illam conſuetudinem omnino abrogare tentat. Pauca ex pluribus, quæ habet pag. 239, huc transfero:* Sæpeque cogitavi legem proferre plauſus prohibentem, & perſuadere vobis, ut cum ſilentio audiatis, & cum decenti modeſtia. Sed ſuſtinete, quæſo, ac credite mihi; ac, ſi placet, hanc firmemus legem. ne cui auditorum liceat loquentem plauſibus interpellare; ſed, ſi admirari voluerit, ſilens admiretur: nemo prohibebit: omnis cura, omne ſtudium ſit, ut dicta excipiantur. Quare applauſiſtis? Hac de re legem pono: vos verò ne audire quidem ſuſti-

A fuſtinetis. Id multorum cauſa bonorum erit, philoſophiæque diſciplina. Externi philoſophi differebant, nemine umquam plaudente; & Apoſtoli concionabantur, neque uſpiam legitur, ipſos loquentes ab auditoribus fuiſſe plauſu interpellatos. Magnum hoc nobis lucrum erit: ſed ſtabiliamus illud, & cum ſilentio omnes audiamus, omniaque dicamus. Etiamſi poſt plauſum diſcederemus, quæ audivimus retinentes, neque ſic etiam utilis laus eſſet. Verùm non ulteriùs diſquiram, ne quis me ruſticitatis accuſet. Quia verò nihil hinc lucri, imò potiùs damnum, ſolvamus impedimentum; animæ ſaltus illos tollamus exſcindamuſque. Chriſtus in monte concionatus eſt; & nemo quidpiam dixit, donec finem dicendi fecit. Nihil damni facio iis, qui plaudere vellent: imò id efficio, ut magis admirentur.

colligitur, Homilias haſce ab eo ad populum dictas:

780 Multo melius eſt, cum ſilentio audientem, in mente & memoria omni tempore plaudere, domi, in foro; quàm amiſſis omnibus, domum redire vacuum, nullam habentem plauſuum cauſam. Quomodo enim non ridiculus erit auditor, quomodo non adulator & irriſor putabitur, qui rectè loquutum eſſe doctorem declarat, nec quid dixerit, proferre poteſt? Hoc adulationis eſt..... Nihil ita decet eccleſiam, ut ſilentium & modeſtia. Tumultus ad theatra pertinet, ad balnea, ad pompas, ad forum... Hæc, oro & obſecro, omnes ſciatis. Omnes circùm modos exploro, queis potero veſtris prodeſſe animabus. Non exiguus ille mihi modus videtur, qui non vobis tantùm, ſed etiam mihi proderit. Non ſinet nos proſterni, neque laudes & gloriam amare, neque oblectantia loqui, ſed utilia *&c. Hæc & plura de illis* Chryſoſtomus, *cui ante finitam Homiliam iterum applauſerunt. Attamen effectum habuiſſe videtur illa adhortatio: neque enim de plauſibus mentionem invenio in poſterioribus Homiliis in Acta, neque in ſecuta deinde expoſitione Epiſtolæ ad Hebræos. Porrò ex allegatis verbis clariſſimum eſt, hæc eſſe dicta ad populum, ita ut mirer, ea de re dubitare potuiſſe Tillemontium.*

B

dictaſque ab eo Conſtantinopoli, ex aliis probatur.

781 *Porrò ex datis Sancti verbis num* 775 *&* 776 *liquet, epiſcopum fuiſſe, & num.* 778 *ſic loquitur de imperatore, ut ex illis colligatur, epiſcopum fuiſſe Conſtantinopolitanum. In Homilia verò* 52 *pag.* 395 *nomen quoque ſuum exprimit, dicens:* Non ſum Joannes, ſed vocor. *Quin & Juliani Apoſtatæ temporibus vixiſſe ſe teſtatur Hom.* 41 *pag.* 311, *dum dicit:* Noſtris quippe temporibus acciderunt ea, quæ beatum Babylam ſpectant, quæ Jeroſolymis geſta ſunt. *Nam loquitur de miraculis ſub Juliano factis, dum ille oſſa S. Babylæ transferenda curavit, & dum conatus eſt inſtaurare Hieroſolymis templum Judæorum. Itaque tempus, nomen, epiſcopatus Conſtantinopolitanus, ſtylus & ſenſa toti Operi inſerta, omnia demum conſentiunt,* Chryſoſtomum *eſſe revera auctorem Homiliarum in Acta Apoſtolorum. Nullum verò alicujus momenti argumentum hiſce opponi poteſt, ita ut nulla de auctore Operis debeat eſſe dubitatio. Æquè certum eſt, Conſtantinopoli haſce Homilias fuiſſe habitas, atque ea quoque de re eruditi conſentiunt.*

C

Expoſitio Actorum inchoata in Paſchate,

782 *Inchoatam verò videri tempore Paſchali expoſitionem Actorum, obſervavit Tillemontius Notâ* 50, *quia in Homilia* 1 *pag.* 10 *hæc leguntur. Inquirit Sanctus, cur non æquè in Pentecoſte baptizarentur catechumeni, quàm illo tempore, quo loquebatur ad populum. Reſpondet verò hoc modo:* Reſpondebimus, *inquit*, gratiam eamdem tunc fuiſſe (*lege* eſſe,) quæ nunc eſt, ſed mentem ſublimiorem nunc eſſe, quòd jejunio præparetur. *Loquebatur igitur Paſchali tempore, in quo conferebatur baptiſmus, & cui prævium eſt jejunium. Hoc ſuppoſito expoſitionis initio, in quod Tillemontio & Montfaucono aſſentior; priori nequeo conſentire de anno, quem ille ſtatuit* 400. *Et ſanè Tillemontius ſolùm videtur expoſitionis initium anno* 400 *fixiſſe, quia credidit,* Chryſoſtomum *in Paſchate anni* 401, *quem ego longè præferendum exiſtimo, non fuiſſe Conſtantinopoli. Itaque ſcriptor ille ſecutus eſt chronotaxim à ſe poſitam, & jam antè refutatam, non ipſas notas chronologicas, quas in hoc Opere ſuggerit* S. Chryſoſtomus. *Haſce tamen ſententiæ ſuæ conatus eſt accommodare. Noſtra verò chronotaxis, ſecundum quam hæc expoſitio in Paſchate anni* 401 *inchoata eſt, cum dictis* Chryſoſtomi *optimè congruit, ut modò palàm facere ſtudebo.*

AUCTORE J. S.

783 *Primò* Chryſoſtomus *in Homilia* 44 *pag.* 335 *explicans caput* 20 *Actorum, ubi* ℣ 31 *Paulus dicit:* Propter quod vigilate, memoriâ retinentes, quoniam per triennium nocte & die non ceſſavi, cum lacrymis monens unumquemque veſtrûm; *ita de ſe loquitur:* Quid enim, quæſo, factum eſt? Ecce per gratiam Dei nos triennium jam habemus, non quidem nocte & die hortantes, ſed poſt tres ſæpè dies, aliquando poſt ſeptem hoc facientes. *Ultima verba Latinè æquè exponi poſſunt,* per tres ſæpè dies aut per ſeptem hoc facientes: *nam Græcè habetur,* διὰ τριῶν δὲ πολλάκις ἡμερῶν ἢ δι' ἑπτὰ *&c. Atqui anno* 400 *non expleverat* Chryſoſtomus *triennium in epiſcopatu, quem ſuſcepit anno* 398, *die* XXVI *Februarii. Quapropter illa à Sancto omnino videntur dicta anno* 401. *Reſpondet quidem Tillemontius, intelligendum eſſe triennium inchoatum, non expletum. At illa reſponſio ejus chronotaxi potiùs eſt neceſſaria, quàm mentem* Chryſoſtomi *rectè declaret. Certè in Homilia contra Ludos tom.* 6 *pag.* 276 *non loquitur de anno incompleto, quando dicit:* καὶ γὰρ ἐνιαυτὸν ἔχω λοιπὸν *&c. ad litteram,* Etenim jam annum habeo *&c. Sic hîc:* καὶ ἡμεῖς λοιπὸν τριετίαν ἔχομεν *&c.* Et nos jam triennium habemus *&c. At priora verba dixit in Paſchate anni* 399, *ſeu die* X *Aprilis, quando jam anno integro, & ſex ferè hebdomadis fuerat Conſtantinopoli; poſteriora verò, quando triennium & ſeptem aut octo menſes ibidem fuerat.*

D E F

& quidem anno 401, *ut variis*

argumentis, & maximè ex terræ motu

784 *Alterum argumentum, quo evincitur certiùs, Commentarium in Acta fuiſſe cœptum anno* 401, *petitur ex terræ motu, quo agitata eſt Conſtantinopolis anno* 400. *Teſtis hujuſce terræ motus eſt Syneſius epiſcopus Ptolemaïdis in Epiſtola* 61, *in qua meminit Aureliani conſulis, quando tempore illius terræ motûs Conſtantinopoli diſcedebat. Diſceſſus igitur æquè ac terræ motus contigit anno* 400, *quo conſulatum geſſit Aurelianus.* Atque antea, *inquit*, quo tempore diſcedebam ab urbe, terram movebat Deus in die ſæpiùs, ſupplicesque Deum precabantur homines, proni complures: nam ſolum concutiebatur. Quo tempore ratus mare terrâ tutius eſſe & pelagus, tendo curſu ad portum *&c. De hoc terræ motu meminit* Chryſoſtomus *in Homilia* 41, *pag.* 311 *ita loquens:* An non meminiſtis, idipſum etiam noſtris temporibus accidiſſe. Dic enim mihi. Nonne anno ſuperiore concuſſit Deus civitatem totam? Quid verò? Nonne omnes ad baptiſmum accedebant? Nonne ſcortatores, molles & corrupti homines, relictis domibus & habitaculis,

AUCTORE J. S.

converſi & pii effecti ſunt? Ubi autem tres dies tranſierunt, rurſus ad priſtinam reverſi ſunt nequitiam. *Si terræ motus contigit anno* 400, *ſi Homilia ſequenti dicta eſt anno: dicta igitur fuit anno* 401.

contra Tillemontium

785 *Vidit ſequelam Tillemontius chronotaxi ſuæ incommodam: & variis modis nodum ſolvere conatus eſt, ſed fruſtra. Ait primò, alterum potuiſſe contingere terræ motum anno* 399: *ſed nimis frigida hæc eſt reſponſio. Ait ſecundò, annum Conſtantinopoli cum Indictione ſimul inchoatum fuiſſe die* 1 *Septembris, allegatamque Homiliam veriſimiliter dictam eſſe menſe Septembri aut etiam ſeriùs, ita ut tunc alius eſſet annus, quàm quo fuerat terræ motus. Verùm quod dicit de annis inchoatis die* 1 *Septembris, non facilè admiſero, nec ipſum juvare poſſet, ſi verum eſſet. Etenim, etſi primus Græcorum menſis eccleſiaſticus ſit September, prout nos annum eccleſiaſticum inchoamus à prima Dominica Adventûs; putem tamen Conſtantinopolitanos à Calendis Januariis anni principium deſumpſiſſe, quando novi, conſules inibant conſulatum, atque eum loquendi, annoſque diſtinguendi modum* Chryſoſtomo *uſitatum eſſe. Tillemontius ipſe art.* 19 *agens de Homilia* in Kalendas *Januarii habita, ita titulum poſuit:* Concionatur contra abuſus initii anni. *Et* Chryſoſtomus *in illa Homilia tom.* 1 *pag.* 699 *minimè negat, illum eſſe primum anni diem, ſed reprehendit eos, qui ex illo die quaſi augurium captabant pro reliquo anno. Et pag.* 700 *ita habet:* Ubi annum expletum videris, gratias age Domino, qui te ad hanc annorum circuitionem perduxit. Compunge cor tuum, vitæ tuæ tempus tecum reputa: tecum ad hunc modum verba facito: Dies avolant & prætereunt, anni finiuntur *&c. Hæc itaque ſatis inſinuant, annum Romanum fuiſſe uſitatum, ut annus alter ab altero diſtingueretur.*

B

oſtenditur.

786 *Attamen, ſi omnino ita locutus fuiſſet* Chryſoſtomus, *ut dixiſſet menſe Septembri, anno præcedente facta eſſe, quæ facta erant Aprili aut Maio præcedente, necdum id ſatis juvaret Tillemontium. Etenim jam in Homilia* 7 *pag.* 58 *de eodem terræ motu* Chryſoſtomus *loquitur, nec de eo loquitur ut de re nuperrima, ſed ut de facto, cujus non erat recens memoria. Verba accipe:* Si meminiſtis, *inquit*, quomodo, cùm

C

Deus concuſſit civitatem noſtram, omnes attoniti erant *&c. Hæc veriſimiliter Sanctus dixit menſe Maio, cùm prima Homilia habita ſit menſe Aprili. Si autem terræ motus uno tantùm aut duobus menſibus fuiſſet præteritus, non addidiſſet,* Si meminiſtis. *Itaque ex hoc etiam loco referendus eſt ad annum præcedentem, præſertim cùm diſceſſus Syneſii tempore iſtius terræ motus, ſatis inſinuet, non contigiſſe illum hiemali tempore: neque enim hiemali tempore tam velociter ad mare cucurriſſet, aut navem tam citò paratam habuiſſet: neque etiam de hiemali tempore meminit Syneſius, quando dicit ſe mare tunc terrâ tutius credidiſſe. Itaque figendus eſt terræ motus non initio anni* 400 *neque etiam in fine, ſed in æſtate, aut certè extra menſes brumales. Expoſitio verò Actorum referenda eſt ad annum* 401. *Hinc continuata videtur ſine ulla notabili interruptione, quod fieri non potuiſſet anno* 400. *Vel ſic tamen finitam non exiſtimo ante annum* 402, *quia Homiliæ quinquaginta & quinque novem facilè aut decem menſes abſumere debuerunt, ſi aliquando duas, aliàs unam tantùm, ſingulis hebdomadis habuerit Sanctus.*

787 *Ceterùm in Homilia* 24 *aliqua habet* Chryſoſtomus *de paucitate eorum, qui viderentur ſalutem conſecuturi Conſtantinopoli. Multa profert, ut oſtendat paucos probatos eſſe præferendos multis non rectè ex norma legum Chriſtianarum vitam inſtituentibus. Deinde pag.* 198 *hæc ſubjicit verba:* Quot putatis in urbe noſtra eſſe, qui ſalutem conſequentur? Moleſtum quidem eſt, quod dicturus ſum, dicam tamen. In tot millibus non ſunt centum, qui ſalutem conſequantur: ſed de illis etiam dubito. *Hæc verba ingentem in urbe illa ampliſſima morum corruptionem, quam ibidem latè inſectatur Sanctus, clarè inſinuant. Attamen non exiſtimo, ſic intelligenda eſſe, ut* Chryſoſtomus *crediderit, ex omnibus Chriſtianis, quos* centum mille *Conſtantinopoli eſſe pag.* 93. *conficit, non ſalvandos centum.*

D

Verba Sancti de paucitate ſalvandorum

788 *Verùm hic mihi videtur ſenſus eſſe; inter tot Chriſtianos vix centum reperiri poſſe, qui ita viverent, ut ſatis certa de illorum ſalute ſpes concipi poſſet. Nam quod Latinus interpres dicit,* Qui ſalutem conſequentur, *Græcè eſt* σωζομένους. *Et mox:* ὃκ ἔστιν ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἑκατὸν εὑρεῖν τοὺς σωζομένους. *Quod ita ad litteram Latinè exprimo:* Non eſt in tot decem millibus centum reperire, qui ſalvantur. *Hinc ait*, de illis etiam dubito: *neque enim ſalus illorum, qui videntur rectè vivere, omnino certa eſt. Attamen non negat, ex aliis, qui necdum ſatis bene vivebant, aliquos etiam ſalvandos. Nam pag.* 196 *dicit;* Magna ſunt pœnitentiæ pharmaca: nemo de ſe deſperet: *idque ibi latiùs proſequitur.*

exponuntur.

E

§ LII. Homiliæ 34 in Epiſtolam ad Hebræos: Aliæ quædam Homiliæ Conſtantinopoli ante primum Sancti exſilium dictæ, aut temporis & loci incerti.

Expoſitio Epiſtolæ ad Hebræos figenda

F

POſtremum Chryſoſtomi *Opus in libros ſacros videtur Expoſitio Epiſtolæ S. Pauli ad Hebræos, quam anno* 402 *inchoatam exiſtimo, poſtquam Actorum Apoſtolorum interpretatio erat abſoluta. Conſentientes hîc habeo Tillemontium art.* 145 *& Montfauconum in Præfatione tom.* 12, *ubi edidit Homilias haſce triginta & quatuor, quibus expoſita eſt tota Epiſtola. Nam uterque exiſtimat, ad poſteriores epiſcopatûs annos referendam eſſe hanc Epiſtolam. Hoc verò colligunt ex titulo, eidem tam in manuſcriptis codicibus, quàm in editis præfixo, qui ſic habet:* Sancti patris noſtri Joannis Chryſoſtomi, archiepiſcopi Conſtantinopolitani, enarratio in Epiſtolam ad Hebræos, ex notis poſt ejus obitum à Conſtantino presbytero Antiocheno edita. *Præterea jam annis aliquot apud Conſtantinopolitanos concionatum fuiſſe Sanctum, antequam hanc explicaret Epiſtolam, colligitur ex Homilia* 9, *quam pag.* 92 *ſic orditur:* Audiviſtis, quantùm reprehenderit Hebræos, volentes ſemper de iiſdem diſcere; & meritò. "Nam „cùm deberetis eſſe magiſtri propter tempus, rur„ſus opus habetis, ut vos doceamini, quænam „ſint elementa initii eloquiorum Dei„. Vereor, ne hæc quoque vobis dicere ſit tempeſtivum, quòd

cùm

A cùm deberetis esse magistri propter tempus, ne discipulorum quidem locum teneatis *&c. Episcopum fuisse* Chrysostomum, *dum hæc scripsit, mox ostendam.*

circa annum 402. Episcopum fuisse Sanctum,

790 *Ex hisce igitur liquet, Expositionem hujus Epistolæ posteriorem esse Homiliis in Acta, conjiciendumque esse in annum* 402, *quo nullum aliud habemus Sancti Opus, quod alicujus sit molis. Episcopum autem fuisse* Chrysostomum, *dum Epistolam ad Hebræos exposuit, colligitur ex Homilia* 4 *pag.* 48, *ubi excommunicationem comminatur illi, qui præficas adduceret ad funera Christianorum.* Non aliter enim dico, *inquit*, quàm sum affectus: qui velit, irascatur, eum longo tempore arcebimus ab ecclesia, tamquàm idololatram. *Et paulo post:* Illis autem infelicibus & miseris mulieribus per vos prohibemus, ne umquam ingrediantur in fidelium funera, quæ efferuntur, ne revera ipsas cogamus sua mala deflere, & erudiamus eas non in alienis hoc facere, sed suas potiùs deplorare calamitates. Etenim pater quoque benevolus, quando habet insolentem & immodestum filium, non illi soli suadet, ne consuetudinem habeat cum improbis, sed

B illos quoque terret.

dum has habuit Homilias, clarum est.

791 Ecce ergo nos quoque & vos & illas per vos hortamur, ut nec vos illas vocetis, neque illæ accedant. Et faxit quidem Deus, ut sermo aliquid efficiat amplius, & valeant minæ. Sin autem, quod absit, contemptui simus habiti, necesse habemus de cætero minas deducere ad effectum; vos quidem erudientes legibus ecclesiasticis, illas autem, ut illis convenit. *Et pag.* 49: Si quis autem contemnit, quæ sunt apud nos vincula, cum rursus Christus erudiat, dicens: "Quæcumque ligaveritis super terram, e-„runt ligata & in cælo, & quæcumque solveri-„tis super terram, erunt soluta & in cælo„. *Rursum:* Neque enim hæc dicimus volentes ostentare potestatem. Quomodo enim? qui optamus, ut nec ad eorum veniatis experientiam; sed de vobis dolentes & plangentes. Ignoscite, & nemo vincula contemnat ecclesiastica. Non est enim homo, qui ligat, sed Christus, qui nobis dedit hanc ligandi potestatem *&c.*

Hæ Homiliæ certò sunt Chrysostomi, sed fortè post mortem ipsius editæ.

C 792 *Erasmum, qui rursum de hoc Opere dubitationem injecit, satis refutat Montfauconus in præfatione his verbis:* Erasmo autem nemo assentitur: qui cùm in titulo videret, μετὰ τὴν κοίμησιν, POST OBITUM; dixit, "titulum i-„psum satis verecundè fateri, Opus hoc non „esse Chrysostomi„. In his quippe Homiliis Chrysostomi stylus, dictio, sales, ethica præcepta, à lectore perito statim percipiuntur. Erasmus verò levissimè non semel censuras hujusmodi protulit, quæ res seriò tractantibus levissimæ visæ sunt. *Hisce addo gravissimum testimonium Cassiodori, qui lib. de Institutione cap.* 8 *ita habet:* Ad Hebræos verò Epistolam, quam sanctus Joannes Constantinopolitanus episcopus triginta quatuor Homiliis Attico sermone tractavit, Mutianum virum disertissimum transferre fecimus in Latinum. *Habemus apud Montfauconum non modò Homilias triginta quatuor Græcas, sed illam ipsam quoque Mutiani scholastici interpretationem Latinam, ita ut nullum de auctore illarum Homiliarum possit esse dubium. Cetcrùm observat Montfauconus in præfatione num.* 4, *miram fuisse lectionum varietatem in codicibus Græcis. Id verò contigisse existimo, quòd non ipse* Chrysostomus *Homilias hasce ediderit; sed id alii fecerint aut tempore exsilii, aut potiùs post ipsius mortem.*

AUCTORE J. S.

Homilia in illud: Si furierit inimicus tuus *&c.*

793 *Porrò, enumeratis modò præcipuis* Chrysostomi *Operibus, restant Homiliæ aliquot Constantinopoli habitæ, quas hoc loco lubet recensere, quia certo anno nequeunt illigari. Prima se offert tom.* 3 *pag.* 157 *Homilia bene prolixa & elegans, cui hic est titulus:* Adversus eos, qui ad collectam non occurrerunt, & in dictum illud Apostoli: "Si furierit inimicus tuus, ciba illum„, & de inimicitiarum memoria. *Dictam hanc esse Constantinopoli, colligitur ex iis, quæ num.* 4 *de aula imperatoris dicuntur.* Fieri nequit, *ait pag.* 162, ut ex alio congressu conventuve tantum lucrum reportes, quantum ex eo, quòd hîc versaris; sive judiciale forum commemores, sive curiam, sive ipsam regiam. *Rationem subjungit, ita pergens:* Non enim gentium urbiumque regimen, neque ducatum exercituum his, qui huc ingrediuntur, committimus; sed alium principatum augustiorem ipso regno; vel potiùs non committimus nos, sed Spiritûs gratia....

in æstate Constantinopoli habita anno incerto.

794 Docentur absurdis passionibus imperare, pravas libidines regere, iram moderari, invidiam subigere, inanem gloriam in servitutem redigere. Non perinde veneratione dignus est imperator in regio considens solio & diademate redimitus, atque homo, qui rationem in solium dominatûs servilium passionum subvehit, & imperio, quod in illas exercet, tamquam splendido quodam revinctum caput habet diademate. *&c. Hæc aliaque multa profert* Chrysostomus, *ut excitet auditores ad frequentandum conciones: ordiens enim à paucitate, qui convenerant, tali adhortationi mediam facilè partem Homiliæ impendit, laudes & applausus auditorum se nihili facere dictitans, nisi videret eos in pietate progressum facere. Refutat eos etiam pag.* 159, *qui* æstatem *ac nimium æstum pro excusatione non conveniendi afferèbant. Habita igitur est Homilia tempore æstatis, sed anno incerto.*

Tres Homiliæ de nuptiis

795 *Tres alias Homilias, consequenter Constantinopoli dictas, invenio tom.* 3 *pag.* 193 *& seqq. De nuptiis & matrimonio in illis agitur, modis tamen diversis. Primæ titulus hic est:* De verbis illis Apostoli: Propter fornicationes autem unusquisque suam uxorem habeat. *In hac autem Sanctus vehementer improbat lascivas nuptiarum pompas, ac deinde adversus adulteria disserit,* F *refutatque errorem illorum, qui putabant, non esse adulterii crimen, si quis matrimonio junctus cum muliere non maritata peccatum commiserit. Post aliquot dies secuta est secunda, cui pag.* 203 *hic præfixus est titulus:* In illum locum: "Mu-„lier alligata est legi, quanto tempore vixerit „vir ejus: si autem dormierit, libera est, cui „voluerit, nubere, tantùm in Domino. Beatior „autem est, si sic manserit„. *Hanc verò esse præcedentis sequelam, ex initio clarè discimus. Sic enim orditur Sanctus:* Nuper nobis beatus Paulus de conjugio conjugiique juribus legem tulit, Corinthiis sic scribens ac dicens: "De qui-„bus autem scripsistis mihi; bonum est homini „mulierem non tangere. Propter fornicationem „autem suam quisque uxorem habeat, & suum „quæque virum habeat„. Ea propter & nos totum sermonem in hoc insumpsimus. Itaque necesse est hodie de eodem argumento iterum vobiscum differere, quandoquidem de eodem etiam ipse Paulus hodie differit. *In hac autem Homilia docet Sanctus, inseparabile esse matrimonium,*

nec

AUCTORE J. S.

nec licitum esse, quacumque de causâ repudiatam, vivente marito, ducere uxorem. Hinc Homilia etiam inscribitur, de libello repudii. Disserit quoque iterum contra adulteria, & totum explicat locum in titulo allegatum.

& matrimonio

796 *Tertia, quæ pag.* 211 *titulum habet,* Laus Maximi, & quales ducendæ sint uxores, *secuta est, postquam ab uno conventu, in quo alius episcopus erat concionatus, abfuerat* Chrysostomus, *ut ipse docet, ita exordiens:* Quòd quidem proximæ collectæ interesse mihi non contigerit, dolui: quòd verò ipsi tum magis opiparam mensam nacti sitis, gavisus sum. Meus enim in trahendo jugo compar nuper prosciisso sulco ubere lingua insperfit etiam semina, omnique diligentia vestras excoluit animas. *Tum mirificè laudat eloquentiam illius, qui in titulo* Maximus *dicitur, quique ab aliquibus creditur Maximus Seleucienſis episcopus, quem in juventute sua ad vitam religiosam traxit* Chrysostomus, *ut dictum est num.* 71. *At, quidquid sit de loco episcopatûs, episcopum fuisse credimus, quia sæpè Constantinopoli aliorum locorum episcopos concionari sinebat* Chrysostomus, *& quia ille vocatur* in trahendo jugo compar. *Itaque ex hoc loco colligimus, Homiliam hanc Constantinopoli fuisse habitam, ubi & duas præcedentes ea de causa collocamus, quia has illa brevi secuta est.*

B

brevi invicem secutæ sunt Constantinopoli.

797 *Etenim, ubi Sanctus consuetâ sibi modestiâ suam dicendi facultatem, cum illius episcopi eloquentia collatam, mirè extenuaverat, subjungit:* Attamen nihilo segnius orationem aggrediar: nôstis enim à Paulo docti, & saturari & esurire, & abundare, & egere, mirari divites, nec tamen pauperes contemnere . . . Quòd autem hæc non loquar ad gratiam, proximo, quem nuper ad vos habui, sermone satis apparuit. Cùm enim multa verba faceremus de conjugio, docentes merum esse adulterium dimittere uxores, aut dimissas, vivo etiamnum priore marito, ducere, allegaremusque legem ab ipso Christo latam, . . . animadverti multos, demisso capite, cædere sibi faciem, ac ne vultum quidem posse attollere: ad quod spectaculum sublatis in cælum oculis, Benedictus, dixi, Deus, quòd non mortuis inclamemus auribus, sed nostra verba vehementer tangant auditorum animos. *Tum laudans illum dolorem, declarat velle se de eodem agere argumento,* ut quibus cordi sunt nuptiæ, maturè de hoc negotio deliberent. *Deinde in majori parte Homiliæ, quæ longissima est, præclarè docet, qualitates ac virtutes mulierum maximè considerandas esse volentibus uxorem ducere; allatoque Abrahami exemplo, ea occasione de hospitalitate etiam differit. Ceterùm Homiliis Constantinopoli incerto tempore dictis annumerandæ etiam sunt ex Homiliis sex* de Seraphim *prima & quarta.*

C

Homilia incerti loci de angusta porta &c.

798 *Hactenus recensui Homilias aliquot anno incerto Constantinopoli, ut videtur, habitas. Pergam modò alias commemorare, de quibus probabili satis conjectura statui nequit, utrùm Antiochiæ, an Constantinopoli sint habitæ, licèt certò videantur* Chrysostomi. *Inter has prima se offert tom.* 3 *pag.* 25 *præclara Homilia hoc titulo insignita:* De instituenda secundum Deum vita, & in illud: Angusta est porta *&c.* Item explicatio orationis, PATER NOSTER. *Dubitationis aliquid ab Hallesio ingestum de auctore hujus Homiliæ meritò rejicit Montfauconus. In hac Sanctus num.* 2 *miro fervore vana hominum studia improbat, ita loquens:* Vellem utique sublimem quamdam reperire speculam, quæ universa mihi hominum genera oculis subjiceret; vocemque dari mihi, quæ posset ab universis terræ finibus exaudiri, ut Davidicum illum sonum ederem: "Filii hominum, „ usque quò gravi corde? ut quid diligitis vani„ tatem, & quæritis mendacium „? dum terrena cælestibus, temporanea æternis, corruptibilia incorruptibilibus anteponitis. *Agit deinde de precandi modo, ac totam explicat orationem Dominicam.*

D

alia de ferendis tribulationibus:

799 *Altera ibidem habetur pag.* 140 Chrysostomo *sanè dignissima, sive elegantiam spectemus, sive materiam Sancto familiarem, ita ut suspicionem qualemcumque Hermantii de suppositione, apud Montfauconum satis refutatam, meritò negligamus. Titulus est:* In dictum illud Apostoli: "Non solùm autem, sed & gloriamur „ in tribulationibus, scientes, quòd tribulatio pa„ tientiam operatur „ & reliqua. *Agit autem de tribulationibus totius Ecclesiæ & particularium personarum, ita ut suspicio esse possit, dictam esse anno* 403, *quando ipse persecutionem patiebatur. At ea conjectura nimis est incerta, cùm illud argumentum sæpè tractaverit. Conclusio pag.* 149 *talis est:* Hæc igitur omnia cùm nobis explorata sint, dilectissimi, generosè quæcumque accidunt adversa toleremus, quòd, cùm ita Deo visum fuerit, ad utilitatem nostram id fiat: neque spem abjiciamus; nec animis concidamus, afflictionum impressione prostrati, sed fortiter stantes, pro collatis in nos beneficiis perpetuò gratias Deo agamus *&c.*

E

alia in dictum: Oportet hæreses esse, *alia in Eliam & viduam:*

800 *Alia loci & temporis æquè incerti, sed certò* Chrysostomi, *Homilia sequitur pag.* 240 *hoc titulo:* In dictum illud Apostoli: Oportet & hæreses esse in vobis, ut qui probati sunt, manifesti fiant. *Locum hunc egregiè exponit, & pauperum curam commendat. Hujus initio meminit de Homilia alia, quam excidisse existimo, ita loquens:* Satis nuper hoc spirituale theatrum incaluit, cùm Jerosolymam oratione vobis inducerem, & plorantem & proprias calamitates annuntiantem. Vidi enim oculos vestros lacrymarum flumina parturire: vidi ex affectu vestro singulorum animos gemitibus oppletos atque turbatos *&c. Rursum alia anni incerti sequitur pag.* 328, *cui titulus:* In Heliam, & in viduam, & de eleemosyna. *Hoc unum de tempore constat, dictam esse non diu post jejunium quadraginta dierum; sic enim orditur:* Diebus illis, quibus jejunabamus omnes, cùm sæpenumero sermonem instituere de eleemosyna statuissem, superveniente vespera sum impeditus, quæ nobis cursum orationis interrupit. *Tum dicit, se illo die de eleemosyna dicturum: atque idcirco Historiam Eliæ & viduæ Sareptanæ deinde exponendam assumit, tamquam opportunam ad propositum suum.*

F

alia de futurorum deliciis & præsentium vilitate.

801 *Alia Homilia, quam loci æquè ac temporis incerti puto, sequitur pag.* 337. *Existimat quidem Montfauconus, eam Antiochenis annumerandam esse, quia extra urbem dicta est. At incerta est ea conjectura: nam Constantinopoli etiam subinde extra urbem concionabatur* Chrysostomus, *ut satis liquet ex* § 42. *Titulum hunc habet:* De futurorum deliciis & præsentium vilitate. *Dicta est tempore æstivo, cùm sacer Orator ita ordiatur:* Vehemens æstus est, & molestus ardor. Attamen alacritatem vestram non debilitavit, nec audiendi cupiditatem repressit. *Tum observat, diligentes ejusmodi incommodis non terreri, negligentes verò ne maximis quidem commodis ad audiendum attrahi; pergitque hoc mo-*

A *modo :* Vos autem tales non estis ; sed iis, qui nostram incolunt urbem, multò meliores estis : siquidem vos urbis caput ac vertex estis, adeo erecti ac vigiles, & qui ea, quæ dicuntur, perpetuò persequi studiosè soletis. Hoc mihi theatrum regum aulis est augustius. Nam illic quidem ea, quæ tribuuntur, unà cum hac vita finiuntur *&c. Et mox :* Nolo enim mihi commemores eum, qui sedeat in curru, supercilia attollat, multoque sit satellitio cinctus, neque cingulum & vocem præconis. Nolo mihi magistratum inde designes ; sed ab animi statu : si affectibus imperet, si vitia subigat, si non invidiâ tabescat, si non inanis gloriæ perturbatione distrahatur, si egestatem non metuat & tremat, si non in deterius mutationem, si hoc timore non exanimetur. Talem mihi magistratum ostende : hoc enim est gerere magistratum. Quòd si hominibus quidem imperet, sed affectibus animi serviat, hunc ego dixerim plùs quàm omnes homines esse servituti obnoxium *&c. Hæc tantam, ut minimùm, suspicionem ingerunt de Homilia prope Constantinopolim dicta, quantam observatio Montfauconi de ea dicta prope Antiochiam. Locus itaque incertus est.*

B 802 *Post hanc autem mox duæ aliæ sequuntur temporis hactenus incerti ; at hæ consequenter sunt dictæ ; Priori pag.* 344 *titulus est :* Quòd non oporteat peccata fratrum evulgare, neque inimicis imprecari. *In hac autem iteratis vicibus mentionem facit de Homilia diei præcedentis :* Heri quidem certè audiistis, *inquit*, quo pacto virtutem orationis laudârim, quo pacto eos, qui negligenter orabant, vituperârim, nec ullum tamen eorum palàm notavi. *Et pag.* 347 : Disseruimus apud vos hesterno die de orationis virtute : ostendi, quo pacto tum temporis diabolus, ut maleficus est, insidias struat. *Et pag.* 338 : Audiistis heri, quo pacto tres pueri vincti impetum ignis repressérint, quo pacto flammam calcârint, quo pacto fornacem superaverint, quo pacto virtutem elementi devicerint ? *Hæc porrò dum attentè considero, & insinuatam his verbis Homiliam quæro, eam tandem inveniisse me suspicor. Etenim allegata verba optimè congruunt Homiliæ* 5 *de Incomprehensibili Dei natura, editæ tom.* 1 *pag.* 480, *habitæque anno* 386 *mense Decembri, ut ostendi num.* 248 *& seqq. Si non fallat hæc conjectura, ambæ hæ Homiliæ spectant ad mensem Decembrem anni* 386, *dictæque sunt Antiochiæ.*

Duæ Homiliæ invicem secutæ,

C 803 *Quare pauca huc affero ex laudata contra Anomœos Homilia, ut liqueat, quàm aptè allegata verba illi congruant. Hortatur Antiochenos tom.* 1 *pag.* 488, *ut orent pro Anomœis, subditque hanc rationem :* Magnum enim telum oratio, thesaurus indeficiens, divitiæ inexhaustæ *&c.* Orationem dico, non hanc levem & segnitie plenam, sed ferventem, quæ animo dolente, & intenta mente funditur *&c. Deinde pag.* 489 : Verùm quisnam ille frigidus multorum sermo ? Vereor, inquiunt, pudore suffundor, neque possum vel os diducere. Satanica est hæc verecundia, segnitiei obtentus. Tibi namque diabolus aditum ad Deum occludere tentat. *Demum pag.* 490 *de tribus pueris in camino orantibus sic loquitur :* Orationis vis vim ignis exstinxit *&c. Itaque sat clarè illam Homiliam videtur designare.*

quæ omnino post quintam

contra Anomœos

804 *In sequenti Homilia simul de publicano & Isaaco meminit* Chrysostomus, *dum tom.* 3 *pag.* 356 *ita loquitur :* Sed quam tandem ob causam publicanum tam citò exaudivit Deus, Isaac autem viginti annos orare permisit, eique pro uxore sua supplicare ? . . . Sunt enim vobis hesternæ doctrinæ reliquiæ persolvendæ. *Hæc dicta de Isaaco, quæ vocat* hesternam doctrinam, *clarè ostendunt, Homiliam illam fuisse secutam post illam de non evulgandis fratrum peccatis, jam memoratam. In hac enim pag.* 351 *docet, Isaacum viginti annis orâsse pro uxore sterili. Quod verò additur de publicano, difficultatem non habet. Nam de publicano citò exaudito meminit in quinta contra Anomœos pag.* 490, *& rursum in principio Homiliæ, de qua agimus, & cui tom.* 3 *pag.* 354 *titulus hic est :* Non oportere quemquam de se ipso desperare, aut preces contra inimicos fundere, aut animo deficere, quamvis petens non accipiat *&c. Hæc igitur secuta est post duas jam memoratas, neque ullum ea de re mihi superesse videtur dubium.*

AUCTORE J. S.

Antiochiæ anno 386 *videntur dictæ.*

805 *Nam & initium huic sequelæ optimè congruit.* Magnas, *inquit Sanctus*, vobis ago gratias, quòd cum animi alacritate habitos de precibus sermones exceperitis . . . Id mihi non ex plausibus laudibusve tantùm, sed & ex iis, quæ fieri à vobis cernebam, persuasum est. Cùm enim, ut E adversus inimicos preces minimè funderetis, vos cohortarer, ac dicerem nos, dum id agimus, Deum irritare, . . . multos inter vos cernebam faciem percutientes & pectus, graviter ingemiscentes, manus in cælum tendentes, veniam à Deo propter ejusmodi preces fusas postulantes. Tum verò ego sublatis in cælum oculis Deo gratias egi, quòd tam citò nobis doctrinæ fermo fructum protulisset. *Plura non affero : nam ex dictis abundè probatum videtur, duas hasce Homilias invicem secutas post quintam contra Anomœos, in qua docet pro illorum conversione orandum : in hisce verò hortatur, ne orent contra inimicos, quales revera erant Anomœi. Poteram igitur has Homilias sub finem anni* 386 *suo loco memorare ; sed satis mihi fuit, illas ibi breviter assignare, quia sequelam seriùs observavi.*

Homilia alia loci incerti :

F 806 *Homiliam incerti temporis & loci, quæ tamen certò sit* Chrysostomi, *unicam offert tomus quintus, ubi habetur pag.* 525 *hoc titulo insignita :* Homilia habita in magnam hebdomadam, in qua docetur, cur ea magna hebdomada appelletur : & in illud : Lauda anima mea Dominum : ac de custode carceris in Actis. *Initium tale est :* Confecimus jejunii navigationem, & per Dei gratiam ad portum jam pervenimus : sed ne ideo negligenter agamus, quòd ad portum appulerimus : imò ideo majorem curam adhibeamus, quia finem attigimus. *Deinde docet, vocari hebdomadam* magnam, *quam aliàs* Sanctam *dicimus, propter ingentia beneficia nobis illâ hebdomadâ à Deo collata. Mox quoque pag.* 527 *ostendit, Sanctos nobis psalmos canentibus adesse, multaque eleganter disserit, ut cantum hymnorum precesque internas æquè ac ore prolatas auditoribus suis commendet.*

alia contra Manichæos :

807 *Plures incerti loci Homilias continet tomus sextus. Prima, eaque prolixa & elegans, habetur pag.* 145 *hoc titulo :* In propheticum dictum illud : "Ego Dominus Deus feci lumen, & „tenebras : faciens pacem, & creans mala.„ *Dicta est, postquam alius quispiam, quem initio multùm laudat, breviter peroraverat ; & quando* celebres *erant* ludi Circenses. *Manichæos impugnat, docens omnia à Deo creata, omniaque rectè utentibus bona esse & utilia. Amorem suum erga S. Paulum apostolum luculenter declarat pag.* 149 *his*

AUCTORE J. S.

verbis : Lecta ſunt etiam ſtigmata Pauli, vulnera, carceres, abductiones ad judicia, naufragia, vincula, catenæ, inſidiæ diverſæ ac continuæ, quotidianæ mortes, fames, ſitis, nuditas, inſtantia quotidiana. Sed quid faciam? Magno cum impetu me proripiens hinc aufugiam neceſſe eſt, ne rurſus nos detinens Paulus à propoſito argumento abducat. Nam, ut ſcitis, ſæpenumero alibi me incedentem & converſum occurrens in medio ſermone detinuit, & ita cepit, ut in ipſo finire ſermonem ſuaderet *&c.*

alia quatuor loci æquè dubii.

808 *Altera item prolixa Homilia, ac digna* Chryſoſtomo, *ſequitur pag.* 287, *ubi hic præfigitur titulus :* Chryſoſtomi de perfecta caritate, de mercede operum pro merito tribuenda, deque compunctione. *Monet Savilius apud Montfauconum laudatus*, multa reperiri in Homilia octava in primam ad Theſſalonicenſes affinia iis, quæ hac in Oratione habentur. *At credit*, eumdem de iiſdem rebus eodem penè modo diverſis temporibus dixiſſe. *Id ego etiam facilè credidero, præſertim cùm non admodùm multa ſint ſimilia. Poſt illam porrò Homiliam pag.* 299 *ſequitur alia, cujus initium Græcè, reliqua Latinè tantùm edita ſunt,*

B *hoc titulo :* Ejuſdem, de continentia. *Habita hæc eſt ad recèns baptizatos. Mox verò pag.* 302 *ſequuntur aliæ duæ,* De conſolatione mortis *inſcriptæ, & Latinè ſolùm editæ. Omnes illas tres* Chryſoſtomo *ſine dubitatione attribuit Montfauconus, quia ſtylus & inventio* Chryſoſtomi *in Latina quoque verſione videtur deprehendi. Attamen obſervo, clauſulam illam, quâ ſanctiſſimæ Trinitati laudem & gloriam adſcribit* Chryſoſtomus, *ab uſitata ipſius forma diverſam eſſe in hiſce tribus. Sed hoc facilè contingere potuit, quia interpretes non omnia verba Græca Latinè exprimere curaverunt.*

§ LIII. De Homiliis aliquot dubiis, de Commentario in Danielem Prophetam, de Liturgia Chryſoſtomi.

Inter dubia Sancti Opera locanda eſt Homilia in ſanctum Paſcha

C PRæter *ſcripta* Chryſoſtomi *ſatis certa, quæ recenſui uſque ad perſecutionem infrà memorandam, alia quædam reperiuntur ejuſdem nomine edita, de quibus dubitatur, an ſinceræ ſint ipſius lucubrationes, multóque plura, quæ omnino creduntur ſpuria Sanctoque ſuppoſita. Inter dubia jam memoravi num.* 497 *Homilias aliquot de Pœnitentia; imò ibidem § 33 omnes recenſui, de quibus dubitatur in duobus prioribus tomis. Duas aut tres invenio tom.* 3 *huc ſpectantes. Prima autem pag.* 750 *inſcribitur :* In ſanctum Paſcha concio. *Montfauconus ibidem hæc præmonet :* Hanc Homiliam inter ſpuria ablegavit Fronto Ducæus. Illam contrà melioris eſſe notæ dixit Savilius in notis. Ut genuinam etiam habuere alii docti viri, inter quos Tillemontius. Notat Savilius, in ea multa haberi iis ſimilia, quæ in Homilia contra Ebrioſos & de Reſurrectione leguntur ſuprà tom. 2 pag. 441 . . . , quæ loca in notis indicantur. In principio etiam Homiliæ quædam habentur eadem, iiſdemque penè verbis, quæ in Homilia de Cœmeterio & de Cruce pag. 398. Alia quoque leviora hinc inde deprehenduntur, quæ in aliis Chryſoſtomi Operibus habentur. Hæc forte Frontonem Ducæum virum ſagacem induxerunt, ut hanc Homiliam inter ſpurias ablegaret. D

ob repetitiones crebras alibi dictorum ;

810 Putavit haud dubiè eſſe centonem ex variis Chryſoſtomi locis conſarcinatum, non cogitans Chryſoſtomum eadem ipſa, quæ pridem dixerat, ſæpè repetere, & aliquando Homilias integras retractatas, mutatiſque initiis ad conciones adhibere ſuas. Non dubito certè, hanc Homiliam à Chryſoſtomo verè habitam dictamque fuiſſe. Cùm enim annis octodecim concionatus ſit, recurrente Paſchatis ſolemnitate, eadem ipſa aliquando repetierit: neque enim in promptu eſt cuivis concionatori, qui tam longo temporis curriculo in Paſchate quotannis oraverit, nova ſemper efferre, & ex priùs dictis nihil umquam admiſcere. *Ita quidem Montfauconus : at numquam probari poterit*, Chryſoſtomum *toties eadem in Homiliis ſuis repetiiſſe, quàm hìc & alibi leviter aſſerit.*

neque etiam Sanctus frequenter eadem repetiit.

811 *Non ſatis quoque conſideravit ditiſſimam atque uberrimam* Chryſoſtomi *venam, quando inſinuavit, in promptu non fuiſſe nova ſemper efferre. Sanè iiſdem rationibus, ſi quid valent,* Chryſoſtomo *etiam attribui poterit Sermo* 2 *in Aſcenſionem Domini, quem inter ſpuria locavit tom.* 3 *pag.* 778. *De illo tamen ob repetitiones minoris momenti pag.* 776 *ita pronuntiat :* Nam libenter crediderim eſſe centonem ex variis Chryſoſtomi locis conſarcinatum. *Idem de hac Homilia credere poterat, cùm in hac multò plura aliunde deprompta ſint quàm in alia. Aut certè utramque poterat dubiam relinquere, prout utraque mihi dubia apparet, non ſolùm ob repetitiones, ſed etiam ob methodum diſputandi probandique minùs ſolidam, ſtylumque languidiorem, quàm paſſim ſit ſtylus* Chryſoſtomi, *maximè in hortationibus moralibus.* E

Homilia verò in Aſcenſionem, edita tom. 3,

812 *Quæ apud Montfauconum ſequitur Homilia admodùm prolixa, hoc titulo pag.* 758 *impreſſa ;* In aſcenſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in principium Actorum 2, *certiùs* Chryſoſtomo *abjudicari poteſt. Attamen Montfauconus illam edidit inter dubia potiùs quàm ſpuria Opuſcula, quia exiſtimat, partem aliquam ad* Chryſoſtomum *pertinere. Verùm illa Montfaconi conjectura idoneo carere videtur fundamento, ut jam inſinuavi § 27; quando diſſerui de Homiliis* Chryſoſtomi *in Principium Actorum. Etenim Montfauconus in præfatione docet, quinque Homilias à* Chryſoſtomo *Antiochiæ habitas, ſecundamque ex illis prolixæ huic de Aſcenſione partim inſertam. Opinionem ſuam his verbis probare nititur :* Ex his (Chryſoſtomi *verbis, quæ allegaverat*) liquidum eſt, Homiliam ſecundam in principium ſeu in titulum Actorum illam eſſe, in qua diſquirebatur, quis eſſet auctor libri Actuum Apoſtolorum. *Hactenus rectè : nam* Chryſoſtomus *id clarè dicit.* F

non probatur partim eſſe Chryſoſtomi,

813 *Subdit verò :* Neque minùs conſtat, illa omnia, quæ articuli 8 & 9 infrà complectuntur, ad hanc homiliam pertinere. *Audiamus, quo modo id probetur.* Nam ibi, *inquit*, primò quæritur, quid ſignificet titulus ille ACTA APOSTOLORUM : deinde pluribus diſquiritur, quis ſit iſtius libri auctor, probaturque eſſe Lucam : eſtque diſſertatio illa verè Chryſoſtomo digna : neque dubitare licèt, ni fallor, eam ad Homiliam jam memoratam pertinere. *Verùm totum hoc ratiocinium tam parùm ſapit ſanam dialecticam, ut non modò dubitare liceat, an* Chryſoſtomi *ſint illa, quæ eidem attribuit laudatus ſcriptor ; ſed*

A *ut etiam ipſa Montfauconi verba contrarium potiùs evincant. Etenim num.* 8 *exponitur primò, fatente Montfaucono, quid ſignificet titulus* Acta Apoſtolorum. *At id* Chryſoſtomus *non expoſuit in ſecunda Homilia, quæ perdita eſt; ſed in tertia, quæ edita eſt tom.* 3 *pag.* 60, *ubi* ſecunda *vocatur, quia hæc latet; & rurſum in quarta, quæ ibidem ſequitur.* Deinde pluribus diſquiritur, *inquit*, quis ſit iſtius libri auctor. *Hæc probatio melior eſſet, ſi in magna Homiliæ parte de illo argumento ageretur, & non præceſſiſſet expoſitio tituli, ac demum, ſi non ſequerentur multa alia, quibus initium Actorum exponitur.*

ſed inter ſpurias locanda eſt.

814 *Verùm auctor unico argumento, ex primis libri verbis rectè deducto, breviter oſtendit, Lucam eſſe illius libri auctorem. At ea brevitas minimè congruit verbis* Chryſoſtomi, *qui tom.* 3 *pag.* 74 *de Homilia ſecunda in Principium Actorum ita loquitur:* Poſt illam ſecundo die, qui libri eſſet illius auctor, quæſivimus, & invenimus Dei gratiâ Lucam euangeliſtam, multiſque vobis demonſtrationibus, rem in quæſtione poſitam probavimus, quarum aliæ clariores, abſtruſiores aliæ fuerunt. *Hæc verba oſtendunt, ma-*

B *gnam ſaltem Homiliæ partem compoſitam fuiſſe ad probandum, S. Lucam eſſe libri auctorem: non verò rem unico argumento eſſe peractam, ut ſit in laudata Homilia. Quare non dubitem aſſerere, Montfauconum in margine illius ſuppoſititiæ Homiliæ pag.* 764 *perperam notâſſe num.* 8: Hæc, quæ numeris 8, 9, 10 feruntur, verè Chryſoſtomi ſunt. *Velim ſanè ſcire, unde colligatur, ea, quæ num.* 9 *&* 10 *diſſeruntur de Theophilo, cui Lucas Acta inſcripſit, & de Chriſti apparitionibus,* Chryſoſtomi *eſſe: neque enim ullam invenio rationem à Montfaucono allegatam. Quapropter multò rectiùs circa finem præfationis Homilia vocatur* cento, à Græculo quopiam variis ex locis conſarcinatus. *Potuit auctor ex ſcriptis* Chryſoſtomi *aliqua mutuari, ſed nimis temerè divinabimus, ſi aſſignare velimus, quid quantumque deſumpſerit ex Homilia omnino nobis ignota.*

Homiliæ aliquot dubiæ in tomo 5.

815 *Cùm tomus Operum quartus, nec dubia offerat nec ſpuria, tranſeo ad quintum, ubi primo loco ponitur Expoſitio Pſalmi tertii, aut potiùs ſolius tituli, eaque variis rationibus ſic impugnatur ab Haleſio, ut meritò dubitet Montfauconus, an ſit* Chryſoſtomi. *Rationes apud ipſum videri poſſunt in præfatione* § 8, *ubi adducit*

C *Haleſii verba, totam ut ſpuriam abjicientis. Mihi ſanè, ſi non certò ſuppoſititia, ſaltem admodùm apparet dubia. Deinde in eodem tom.* 5 *pag.* 535 *edita eſt Homilia in Pſalmum* 50, *hoc inſignita titulo:* Ejusdem in Davidem regem & Paulum Apoſtolum, & in varia dicta Pſalmiſtæ *&c. Non quidem abſona & omnino à ſtylo* Chryſoſtomi *aliena eſt brevis hæc Homilia.* Vix tamen crediderim, *ait Montfauconus*, eſſe verum Chryſoſtomi fœtum: nam ſcriptor iſte nimis eſt jejunus, exclamationibus tamen & interrogationibus abundans, ac neſcio quid olet peregrinum. *Si omnino* Chryſoſtomi *ſit Homilia, partem potiùs aliquam longioris ſermonis crediderim, quàm Homiliam integram. Porrò ibi pag.* 539 *breve ſequitur in Pſalmos proœmium, ut dubium quoque editum. Attamen præmonet Montfauconus, non videri omnino* Chryſoſtomi.

Homilia in Natalem Chriſti laudata à S. Cyrillo.

816 *Homilia in Natalem Chriſti diem, impreſſa tom.* 6 *pag.* 392 *longiori diſſertationi occaſionem dare poteſt, cùm fuerit laudata à S. Cyrillo Alexandrino duobus locis, & vel ſic inter dubia ab aliis, ab aliis inter ſpuria ablegetur.*

Attamen non invenio rationes magni momenti allegatas ad Homiliam illam Chryſoſtomo *abjudicandam. Nemo ſtylum vehementer accuſat, nemo contendit illum à ſtylo* Chryſoſtomi *valdè videri diverſum: duo ſolùm obſervata invenio apud Tillemontium Notâ* 114. *Primò ait,* Eadem ſæpe repetuntur: *nimirum quia quinquies repetuntur hæc verba:* Quid dicam, aut quid loquar? *Verùm frivola eſt hæc objectio: nam in ſignum admirationis illa verba præmittit Orator, quoties tranſit ad alia nativitatis mirabilia enarranda. Secundò obſervat, verba priora à S. Cyrillo citari, tamquam dicta de beatiſſima Virgine Maria; nunc verò eadem in hac Homilia legi de Bethleem. Hoc quoque obſervat Montfauconus, indeque concludit,* centonem *videri*, modò Athanaſio, modò Chryſoſtomo tributum. *At minimè accuratum eſt, quod dicit, hanc Homiliam aliquando* Athanaſio *attributam eſſe. Nam Homilia* Athanaſio *olim attributa, & ab ipſo Montfaucono inter ſpuria ipſius edita pag.* 410, *habet initium & alia quædam ex hac deſumpta, ut ipſe ibidem advertit. Verùm hæc numquam* Athanaſio *attributa fuit.* AUCTORE J. S.

videtur ſub initium aliquid mendi habere;

817 *Unica igitur contra hanc Homiliam difficultas eſt, quòd non de ſanctiſſima Virgine hîc dicta videantur, quæ de illa dicta laudat S. Cyrillus lib. ad Reginas apud Labbeum tom.* 3 *Conciliorum col.* 118. *Verùm ob hanc difficultatem aſſerere nolim, merum* eſſe centonem, ubi is, qui illam variis ex locis conſarcinavit, ut faciliùs fucum faceret, duo illa loca à Cyrillo allata inſeruerit, *ſicut loquitur Montfauconus. Nam ſi quis tali uſus eſſet dolo, ut Homiliam* Chryſoſtomo *ſupponeret, ſtuduiſſet utique de beatiſſima Virgine dicere, quæ de illa laudaverat Cyrillus. Quapropter longè mihi probabilius apparet,* Chryſoſtomi *revera eſſe Homiliam; ſed verba quædam excidiſſe ante locum à S. Cyrillo laudatum: nam verba non multa excidere debuerunt, ut viderentur ad Bethleem referri, quæ Sanctus de Virgine pronuntiaverat. Levis omnino vocum reſciſſio, aut vocum aliquot corruptio, totam hanc mutationem inducere potuit. Locus modò ita habet:* Hodie Bethleem cælum imitata eſt, quæ ſtellarum quidem loco angelos canentes excepit, ſolis autem loco juſtitiæ Solem incircumſcriptè complexa fuit. Neque hîc quæſieris, quomodo hoc factum ſit: ubi enim Deus vult, ſibi naturæ ordo cedit. Voluit enim, potuit, deſcendit, ſalvavit, omnia Dei nutum ſequuntur. Hodie qui eſt, gignitur, & rurſum qui F eſt, fit id, quod non erat; nam, cùm Deus eſſet, fit homo; ab ea tamen, quam habebat, Deitate non excidit: neque enim cum Deitatis jactura factus eſt homo: neque rurſum per ſuccedentia incrementa ex homine factus eſt Deus: ſed Verbum exſiſtens, natura propria ob ſui impatibilitatem manente immutata, factum eſt caro.

ſed Chryſoſtomo adjudicanda.

818 *Hæc omnia adduxit Cyrillus, exceptis prioribus, ordiens ab illis vocibus,* ſolis autem loco *&c. Cùm autem Orator poſt priora verba à Cyrillo adducta mox ſubdat:* Neque hîc quæſieris, quomodo hoc factum ſit: ubi enim Deus vult, ſibi naturæ ordo cedit *&c.; ſatis innuit, ſe locutum fuiſſe de conceptione aut partu Virginis. Nam miraculum Virginis ſine corruptione parientis deinde pag.* 393 *&* 394 *latè proſequitur, ſilentioque religioſo venerandum docet, non verò curiosè inveſtigandum. Hæc igitur mihi perſuadent, Homiliam* Chryſoſtomi *eſſe, præſertim cùm & alius locus à Cyrillo citetur, cúmque ſtylus cum ſtylo, quo in ſimilibus feſtivitatibus uſus eſt* Chryſoſtomus, *ſatis congruat. Fatetur Tillemontius, auctoritatem*

AUCTORE J. S

Cyrilli, tempore tam propinqui, majorem esse debere, quàm ut liceat de auctore Homiliæ dubitare, modò constet, hanc ab eo fuisse citatam. At non video, cur ea de re meritò dubitare possimus, cùm non paucula verba, sed locos satis notabiles adduxerit, eosque disjunctos, sicut in Homilia longè invicem distant. Maneat igitur ea Chrysostomi *Homilia, sed in quam circa initium aliquid mendi irrepserit.*

Homilia de Legislatore dubia; spuria verò, quæ illam sequitur.

819 *Non ausim idem ferre judicium de Homilia ibi sequente pag.* 403, *cui titulus*: Unum & eumdem esse legislatorem & veteris & novi Testamenti *&c. Illam acriter ut spuriam impugnant Savilius, Tillemontius & Montfauconus, quibus præivit Fronto Ducæus, illam primo loco inter spurias edendo. Montfauconus, præmissis Savilii & Ducæi verbis, allegat styli differentiam, allegoriarum frequentiam, seriem intricatam, aliaque nonnulla, quæ* Chrysostomo *insolita videntur. Non inficior, illa sufficere posse ad dubitandum de auctore, non obstante judicio Photii, qui Homiliam Sancto nostro attribuit. Attamen non adeo notabilia mihi illa omnia videntur, ut omnino necesse sit, lucubrationem illam* Chrysostomo *latâ sententiâ prorsus abjudicare. Certius apparet,* Chrysostomi *non esse Homiliam, quæ sequitur mox apud Montfauconum pag.* 417, *etsi illam* Chrysostomo *non planè indignam crediderit primus editor Cotelerius. Habita est, ut præfert titulus,* in dictum illud: "In qua potestate hæc facis? „ *estque admodùm prolixa. Cujus sit, quove dicta loco, non inquiro.* Chrysostomi certè non esse, *ut rectè ait Montfauconus*, arguit omnimoda styli diversitas, tanta scilicet, quantam vix alibi umquam deprehendas.

B

duæ aliæ dubiæ, tredecim aliæ spuriæ.

820 *Duas quoque Homilias ut dubias edidit Montfauconus tom.* 12. *Ex illis prima pag.* 415 *habita est* in illud: "In principio erat Verbum„. *Pugnat auctor contra Eunomianos sive Anomæos, & contra Macedonianos. At stylus minùs est floridus & amœnus, quàm ut videatur* Chrysostomum *habere auctorem, ut jam observavit Montfauconus. Idem ille censet de brevi Sermone mox pag.* 422 *sequente, cui titulus:* De mansuetudine. *Quia ut observat, in ea* frustra quæras sales, tropos, vim elegantiamque dicendi, quæ in sancti Doctoris scriptis passim occurrunt. *Ipsius de utraque Homilia judicio lubens assentior. Demum tom.* 13 *tredecim edidit Sermones, ex Anglia acceptos, & plerosque perbreves. Ex hisce autem omnibus primum dumtaxat* Chrysostomo *attribuere audet, ut videri potest in Monito pag.* 185. *Et sanè dubito, an hunc ipsum Sermonem sancto Doctori satis certò adscribere possimus. Nam principium quidem tale est, ut à stylo* Chrysostomi *non multùm abludere videatur. At pars major Sermonis nequaquam videtur stylo & methodo* Chrysostomi *consona. Dicit quidem Montfauconus in Monito pag.* 185: Chrysostomi omnino esse videtur. Stylus sancti Doctoris hîc eminet: morales adhortationes pro more suo adjicit: & tres affert causas, cur Deus permiserit justos, ut Abrahamum, Moysem & Davidem, in peccata incidere.

C

et nominatim de prima contra Montfauconum probatur.

821 *Verùm non solet* Chrysostomus *judicia Domini ita examinare, quodque de Abrahamo pag.* 206 *dicitur, vel solum mihi sufficere videtur, ad Sermonem istum* Chrysostomo *abjudicandum.* Sic igitur, *dicit auctor*, Abraham quoque non credens peccavit, & pœnas à Deo immissas subiit: " Et serviet semen tuum annos quadringen-„ tos; „ *Gen.* 15. ℣. 13. *Numquam de Abrahamo, cujus sexcentis locis fidem celebrat, ita locutus fuisset* Chrysostomus; *neque ita de illo loquitur, quando allegatum locum exponit in Homilia* 37 *in Genesim. Celebratur paulò antè Abrahæ fides* ℣ 6 *his verbis.* Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam. *Omnia verò, quæ sequuntur, hisce sunt conformia. Ineptè igitur Græculus ille, quiscumque fuerit, incredulitatem in Abrahamo quæsivit. Longissimè hæc absunt à mente* Chrysostomi, *uti & alia quædam in eodem Sermone habentur, quæ numquam existimo dicturum fuisse* Chrysostomum. *Quapropter tam primum illum Sermonem, quàm duodecim sequentes, sancto Doctori nostro suppositos omnino credo.*

D

Homilia de Melchisedeco spuria.

822 *Examinanda supereſt unica Homilia, non inter dubias, sed sine ullo scrupulo inter genuinas edita à Montfaucono tom.* 6. *pag.* 265. *Titulus est:* Ejusdem Homilia de Melchisedeco. *Observat Montfauconus, hanc erutam fuisse ex codicibus Anglicanis, editamque primùm Upsaliæ ab Erico Benzelio. At miror, non advertisse Montfauconum, totam illam disputationem, exceptis paucis in fine additis, jam datam fuisse in Homilia* 1 *de Prophetarum obscuritate, quæ habetur eodem tomo* 6. *pag.* 168. *Initium dumtaxat levissimè mutatum est. Accipe, lector, utriusque initium.* Propheticam vobis hodie volo mensam instruere, atque in pelagus sapientiæ Esaïæ meditor orationem immittere. Sed quid faciam? *&c. Alter verò de verbis S. Pauli agere volens, ita* Chrysostomi *dictionem mutavit:* Apostolicam hodie vobis mensam apponere volo, & ad pelagus vocis illius D. Pauli sermonem extendere paro. Sed quid faciam? *&c. Habemus hîc ineptum plagiarium, qui deinde* Chrysostomi *Homiliæ duos numeros exscribere ad litteram pergit, pauciſſimis vocibus mutatis. Substituit nempe pro Isaïa prophetam Paulum Apostolum, mutatque voces consequenter mutandas. Quàm verò ineptè, considera.*

E

& inepti est plagiarii.

823 *Dixerat* Chrysostomus, *se orationem* in pelagus sapientiæ *immittere velle. Plagiarius dixit, se velle orationem extendere* ad pelagus vocis Pauli, *& nequidem addit de qua Pauli voce agat. Porrò post duos numeros ex* Chrysostomo *sumptos, pauca addit num.* 3 *contra Melchisedicitas hæreticos. At ea disputantur stylo planè diverso, jejunoque & arido. Hæc à plagiario addita existimo: nec puto id negandum ab ullo, qui in Operibus* Chrysostomi *versatus sit, modò laciniam illam planè frigidam attentè consideraverit. Inveniet ibi quoque vocem* Θεοτόκος, *quâ numquam fortè usus est* Chrysostomus, *licèt sanctissimam Virginem sæpe agnoscat Dei Matrem. Vox enim* Θεοτόκος *ante Nestorium parùm usitata fuit: sed Patres agnoscebant rem ea voce significatam. Itaque Homilia illa de Melchisedeco ad spuria videtur ableganda.*

F

Commentarium in Danielem licèt brevem & hiulcum,

824. *Inter dubia* Chrysostomi *scripta etiam numerandus venit Commentarius in Prophetiam Danielis, à Cotelerio primùm editus, ac deinde recusus apud Montfauconum tom.* 6 *pag.* 200. *Hoc certum est, Opus illud, si omnino* Chrysostomi *est, relictum esse imperfectum. Cotelerius credidit, lucubrationem esse sancti Doctoris nostri, dum hæc præfatur:* Interpretatio in Danielem prima fronte plerisque videtur supposititia, qui forsan, ac meritò solennes illas doxologias, consuetam perspicuitatem, aliasque librorum melliti Patris dotes desiderabunt ac requirent. Incredibile certè memoratu, quàm pleraque omnia hîc aut imperfecta, aut per-

A perturbata, magisque tentata quàm perorata, epitomes denique ac eclogarum præferentia speciem. Verumtamen, ut, quod res habet, dicam, inter centones, ardens purpura elucet, in turbidis rivulis limpidissimi fontis venæ scaturiunt. Quare ita censeo, Chrysostomum, quem in universam scripturam Commentarios scripsisse prodidit antiquitas, hujusce prolis patrem esse: sed illam piè expositam in eas incidisse manus, quæ in tollenda parùm operæ posuerunt; eoque factum, quòd inficianda parenti soboles appareat. *Hisce ita planè assentitur Tillemontius art.* 153, *acsi rem non ulteriùs examinâsset.*

Chrysostomo attribuunt varii: non tamen sine scrupulo:

825 *Montfauconus in Monito prævio, ubi allegaverat verba Cotelerii jam data, hæc subjungit:* Verùm certè est, in tam hiulca, tam strigosa, tam compendiosa narratione, qualem hîc omnes haud dubiè animadversuri sunt, aliquot dictionis Chrysostomi vestigia comparere, verba ipsi familiaria usurpari, imò etiam explicandi modum à sancti Doctoris sententia non discedere, ut cùm dicitur, abominationem desolationis positam esse tempore Hadriani Augusti, quæ est ipsissima Chrysostomi opinio, ut diximus in nota. At vitia & intricata series, quæ non paucis in locis deprehenditur, hinc haud dubiè procedit, quòd unus tantùm codex Ms. hujus Operis compareat, qui codex multis in locis mendosus est. Quòd verò tam compendiosæ hîc explanationes offerantur; illud Chrysostomi interpretandi modo admodùm repugnat: qui uberiorem ubique præfert dicendi copiam. Unde fortasse dubitabunt quidam, utrùm Chrysostomi sit hic Commentarius, meque fateor non sine aliquo scrupulo hoc Opus inter germana illius Opera ponere. Verùm potuit Chrysostomus hasce notulas primò scripsisse, ut ampliores deinde explanationes aggrederetur, ac cum Tillemontio existimo, posse hunc Commentarium inter γνήσια Opera connumerari. *Hactenus Montfauconus, qui similia repetit in præfatione totius tomi. Ceillierus tom* 9 *Auctorum sacrorum prædictis omnino subscribit.*

fortè scriptus fuerit paulò ante exsilium: nam imperfectus est.

826 *Porrò hæc doctorum virorum judicia effecerunt, ut Commentarium variis vicibus pervolverem. Verùm nullibi in illo invenire potui totum* Chrysostomum. *Verba quidem & modos loquendi Sancto familiares multis locis invenias, præsertim in expositionibus priorum capitum, masculam verò illam atque uberem* Chrysostomi *eloquentiam in illo Commentario frustra quæras, uti & eximiam hortandi excitandique animos virtutem, quâ mirè excelluit. Hac de causa non possum non dubitare de auctore istius Operis; neque existimo, Opus esse perfectum. Non displicet tamen conjectura de brevibus hisce observationibus à* Chrysostomo *scriptis, ut deinde prolixiori Commentario Prophetiam pro concione exponeret: nam satis verisimile est, Sanctum, quando librum aliquem sacrum exponere meditabatur, primò breves in illum scripsisse annotationes, ut totum contextum funditus haberet perspectum: deinde verò aut meditatum, aut etiam ex tempore, longiores deduxisse Commentarios, atque adhortationes morales addidisse. Si ita se res habet, scriptus fuerit hic Commentarius circa finem episcopatûs, secutoque deinde exsilio imperfectus relictus. Hæc pro conjectura.*

Liturgiam à Chrysostomo contractam, docet S. Proclus,

827 *Supereſt demum Liturgia* Chrysostomi, *de qua breviter saltem agendum, cùm variæ ipsius nomine circumferantur. De Liturgia à* S. Chrysostomo *contracta agit S. Proclus episcopus Constantinopolitanus, Sancti discipulus, in Tractatu de traditione divinæ Missæ, inter Opera S. Procli edito pag.* 580, *ubi recenset Liturgias S. Clementis Papæ, S. Jacobi episcopi primi Hierosolymitani, S. Basilii Magni, ac demum* S. Joannis Chrysostomi. *Monet verò Basilium &* Chrysostomum *populi negligentiâ ac tædio, quo à prolixiore Liturgia solebant abesse, permotos fuisse, ut breviorem facerent.* Quamobrem, *inquit pag.* 581, & divus Basilius medica quadam ratione usus, breviorem eam concisioremque reddidit. Haud verò multò pòst Pater ille noster, aureâ præditus linguâ Joannes, de ovium salute, ut pastorem decet, strenuâ curâ solicitus, naturæ humanæ socordiam ignaviamque respiciens, fibras omnes ac radices satanici prætextus hujus prorsus voluit evellere. Et idcirco multa præcidit, & concisiori pressiorique oratione Sacrum conficiendum statuit, ne sensim homines, qui libertatem quamdam & inertiam quàm maximè complectuntur, fallacibus adversarii rationibus decepti, ab ejusmodi Apostolica hac & divina absterriti traditione, eam omitterent, quemadmodum hoc ipsum multis variis sæpè in locis accidisse, ad hunc usque diem deprehendimus. E

ita ut dubitandum non sit, quin aliquam compoſuerit.

828 *Hæc omnia videntur sufficere, ut indubitanter credamus, Liturgiam aliquam* à Chrysostomo *concinnatam esse. Verumtamen Tillemontius art.* 47 *huic auctoritati opponit silentium Leontii Byzantini; illudque alicujus momenti esse credit; licèt revera nullius sit valoris, ut mox patebit.* Leontius Byzantinus, *inquit*, citat Liturgiam S. Basilii; nihil dicens de illa S. Chrysostomi, quamvis etiam esset aliqua occasio de illa loquendi. *Verùm si consideremus verba Leontii paulò attentiùs, facilè videbimus ineptum esse argumentum. Locus allegatus est ex opere Leontii contra Nestorium & Eutychetem lib.* 3 *cap.* 18, *apud Henricum Canisium tom.* 4 *Antiq. lection. pag.* 74, *ubi Leontius arguit Theodorum Mopsuestenum, quòd aliam concinnâsset Missam, blasphemiis fœdatam,* neque reveritus illam Apostolorum, *nec* illam Magni Basilii in eodem spiritu conscriptam. *Quæ, obsecro, hîc erat occasio loquendi de Liturgia sive Missa* S. Chrysostomi? *Etenim Theodorus Mopsuestenus sex septemve annis ante* Chrysostomum *fuit episcopus, & consequenter maximè est verisimile, Theodorum ante* Chrysostomum *aut eodem ferè tempore Liturgiam suam composuisse. Non erat igitur memoranda* Chrysostomi *Liturgia Leontio, accusanti Theodorum, quòd præcedentes Liturgias contempsisset. Æquè ad propositum nostrum inutile est silentium Palladii, Socratis, Theodoreti, aliorumque, quos de Liturgia* Chrysostomi *siluisse, objicit Ceillierus in* Chrysostomo *art.* 13 § 4. *Cùm enim nullus eorum vel decimam partem scriptorum* Chrysostomi *recenseat, quid silentium ejusmodi scriptorum apud eruditos efficere poterit contra auctoritatem scriptoris contemporanei, clarè & apertè loquentis? Quapropter dubitandum non est, quin* Chrysostomus *Liturgiam aliquam concinnaverit.* F

Edita nomine Chrysostomi Liturgia,

829 *At non æquè certò dici potest, utrùm ea ad nos pervenerit sine ulla mutatione. Variæ quidem* Chrysostomi *nomine circumferuntur Liturgiæ; sed certò probari nequit, ullam ex eis esse* Chrysostomi. *Unam edidit Jacobus Goar in Euchologio pag.* 58, *eique multas addidit observationes. Verùm non audet asserere,* Chrysostomi *esse Liturgiam illam, licèt ipsius nomine eam ediderit, credideritque præcipuas partes* à Chrysostomo *fluxisse. Savilius Liturgiam Græcè edidit huic penè in omnibus consonam, eamque recudit Montfauconus*

AUCTORE J. S.

tom. 12. *pag.* 776. *Hanc autem, sive prout edita est apud Goarum, sive prout ex Savilio eam recudit Montfauconus, non esse totam* Chrysostomi, *clarum est; cùm in illa* Chrysostomus *ipse invocetur cum aliis Sanctis ipso posterioribus apud Goarum pag.* 61, *apud Montfauconum verò pag.* 778. *Hac de causa Montfauconus tom.* 13 *pag.* 183, *ubi plura de Liturgia* Chrysostomi *disputat, fatetur, editam à se Liturgiam potiùs posteriorum temporum esse, quàm* Chrysostomi. *In Monito autem Liturgiæ prævio ita loquitur:* Imò verò, quæ Chrysostomus diversis in locis de Liturgia sui temporis refert, mirè diversa sunt ab istis inferioris ævi Liturgiis, ut videre erit in diatriba nostra de Liturgia tomo sequenti, ubi omnia, quæ sparsim in Operibus suis Chrysostomus retulit, accuratè referentur. *Verùm existimo Montfauconum nimis credidisse verbis Savilii, quæ allegat. Certè hîc plura promittit, quàm in diatriba, mox tom.* 13 *assignata, præstare potuit.*

quæ habet ipsius Chrysostomi nomen:

830 *Profectò si quis attentè consideraverit allata à Montfaucono ex Operibus* Chrysostomi, *pauciſſima reperiet, quæ faciunt ad propositum nostrum. Etenim Liturgiam concinnavit* Chrysostomus, *quando erat episcopus. Itaque ex iis, quæ Antiochiæ dixit, quando erat presbyter, nihil habere possumus ad cognoscendam Liturgiam à* Chrysostomo *compositam. Interim Montfauconus locos multò plures affert ex Operibus Antiochenis, quàm ex Constantinopolitanis. Secundò ea solùm conducere possunt ad cognitionem Liturgiæ* Chrysostomi, *quæ de ipsa Liturgia aut Missa fuere prolata. At Montfauconus affert multa, quæ extra illud tempus ab episcopo aut diacono fiebant in ecclesia. Hæc igitur omnia si omittamus, vix panca inveniemus, quæ ad rem faciant. Quare facilè quidem admiserim, Liturgiam, prout à Goaro, Savilio & Montfaucono edita est, non pervenisse ad nos* à Chrysostomo *sine mutatione, quia in illa memoratur ipse* Chrysostomus, *Sanctique aliqui juniores; at non video, id evinci ex illis, quæ coacervavit Montfauconus: neque enim video aliquid ab ipso allatum esse, quod in Liturgia non invenerim.*

aliæ fortè antiquior.

831 *In Operibus* Chrysostomi, *prout edita sunt à Ducæo, & postea à Morello, tom.* 4 *pag.* 522 *edita est Liturgia nonnihil diversa hoc titulo:* Sancti Joannis Chrysostomi sancta Missa, à Desiderio Erasmo Roterodamo in gratiam episcopi Roffensis versa. *In hac autem nec* Chrysostomus *memoratur, nec ullus Sanctus, qui non sit illo longè antiquior. In hac quoque nihil reperire potui, quod non congruat cum paucis illis, quæ de Liturgia ex Operibus Constantinopolitanis* Chrysostomi *collegit Montfauconus. Itaque existimo hanc alterâ vetustiorem esse, propiúsque accedere ad puram* Chrysostomi *Liturgiam. Hanc tamen aliquid etiam mutationis passam, omnino persuasum habeo. Etenim ad id existimandum sufficere mihi videtur vox* Θεοτόκος Deipara, *variis locis repetita, quam post damnatum Nestorium additam suspicor, ubi de sanctissima Virgine in Liturgia fiebat mentio. Nam si* Chrysostomus *ipse vocem illam toties Liturgiæ inscruisset; non prætermisissent Patres monumenti tam vulgaris auctoritatem citare contra Nestorium, quod numquam feciſſe videntur. Leviuscula aliæ ejusmodi additiones aut mutationes in eadem fieri potuerunt justis de causis. Attamen vix dubito, quin illa* Chrysostomi *Liturgiam propiùs referat, quàm edita à Montfaucono, in qua pag.* 778 *memoratur Joannes Eleëmosynarius, plusquam duobus seculis* Chrysostomo *posterior. Cetertùm duas quoque Liturgias Syriacas habemus nomine* Chrysostomi *insignitas, quas edidit Renaudotius in Collectione Liturgiarum Orientalium pag.* 242 *& seqq.: sed ipse editor observat, eas magis differre à Græcis, quàm ut credibile sit, auctoris esse* Chrysostomi

Plurima Opuscula Sancto perperam adscripta.

832 *Porrò editores Operum* Chrysostomi *multa collegerunt, quæ Sancti nomen mentiebantur, sive in codicibus Mss., sive in editis. Verùm spuria illa ac supposititia scripta examinare non lubet, ne prolixum hunc Commentarium ea quoque disputatione prolixiorem faciam. Nihil igitur dicam de Opere imperfecto in Matthæum, nihil de multis Homiliis aliisque Opusculis, quæ ad spuria amandârunt eruditi. Videri ea possunt apud Montfauconum in singulis ferè voluminibus sub finem edita, ubi & prævia editoris reperiuntur Monita. Nihil quoque dicere statui de Eclogis* Chrysostomi, *quas Montfauconus dedit tom.* 12, *ubi etiam assignat in margine, ex quibus Sancti Operibus singula fuerint collecta. Restant tamen aliqua Sancti Opera, quæ memorabo iis temporibus, quibus videntur composita. Nunc verò ad persecutionem illam, quâ in exsilium pulsus est, paulatim acceſſuri, præcipuas illius causas examinabimus.*

§ LIV. Origo dissensionis inter Theophilum Alexandrinum & monachos Ægyptios. Theophilus persequitur S. Isidorum Hospitalarium: deinde monachos multos, qui Constantinopolim delati à Chrysostomo excipiuntur.

Invidia incitavit Chrysostomi persecutores,

Theodoretus lib. 5 *cap.* 34 *relaturus ea, quæ passus est* Chrysostomus, *ita præfatur:* Verùm invidia splendorem ejus sapientiæ ferre non potuit. Itaque consuetis utens artibus, Constantinopolim, seu potiùs orbem terrarum ejus eloquentiâ ac doctrinâ privavit. Ego verò ad hanc historiæ partem delapsus, qualiter affectus sim, nescio. Nam dum injurias ei illatas narrare cupio, eorum, qui injuriarum auctores fuêre, reliquæ omnes virtutes mihi pudorem injiciunt. Quocirca ipsorum etiam nomina tegere conabor. Hi ergo cùm diversas haberent odii ac simultatis causas, coruscantem quidem ejus Viri virtutem intueri noluerunt. *Ita Theodoretus, reveritus famam quorumdam* Chrysostomi *persecutorum, qui revera præclaris operibus nomen adepti erant. Maculam quidem hi persequendo* Chrysostomum *contraxerunt. Verùm cùm Sancti etiam non pauci in peccata sint lapsi, eaque deinde pœnitentiâ ac bonis operibus deleverint: cúmque alii multi ex errore non rarò mala commiserint; quæ minimè feciſſent, si omnia satis habuiſſent perspecta; non statui illos imitari, qui calamum in persecutores* Chrysostomi *nimium mihi videntur acuisse; sed potiùs ea moderatione examinare singula, ut innocentia Sancti pateat, & inimicorum ipsius famæ, quantùm fieri potest, parcatur.*

834 *Caput illorum, qui* Chrysostomum *persecu-*

A *quorum caput erat Theophilus Alexandrinus.*

secuti sunt, fuit Theophilus Alexandrinus episcopus, vir magni nominis, sed justo vehementior contra illos, quos aliqua in re contrarios habebat, ut ex variis factis luculenter colligitur. Ad persequendum autem Sanctum nostrum hisce gradibus adductus est. Primò odium concepit contra S. Isidorum presbyterum xenodochio Alexandrino præfectum, quem antea amaverat. Cùm verò Isidorus in eremum se reciperet, honorificéque ibidem exciperetur à monachis, hosce similiter adeo persequi cœpit, ut fugerint Constantinopolim, atque opem Chrysostomi *implorârint. Hinc, cùm Sanctus consueta sibi charitate monachos excepisset, eosque Theophilo reconciliare studuisset, vehemens Theophili indignatio in ipsum accensa est* Chrysostomum. *Ita brevissimè exponi potest occasio, quâ Theophilus Sanctum cœpit persequi. Multa de hisce scribunt Palladius, Socrates & Sozomenus. Ex his Palladius quidem, reliquis aliàs præferendus, justo acerbior videtur in Theophilum, ita ut verisimile sit, ipsum facilè credidisse rumoribus quibusdam contra Theophilum sparsis. Nam suos quoque inimicos habebat Theophilus,* B *indeque vix dubitari potest, quin de illo multa in vulgus sparsa sint falsa, sicuti constat, multa mentitos esse* Chrysostomi *inimicos. Non omnia igitur huc transferam, quæ de Theophilo narrat Palladius, cùm quia ad propositum nostrum necessaria non sunt, tum quia aliqua fortasse sunt fictitia, leviterque ab ipso adoptata.*

Hic primò persequitur Isidorum presbyterum;

835 *Hoc tamen pro certo habendum videtur, Theophilum sine justa causa exacerbatum fuisse in S. Isidorum presbyterum, de quo apud nos actum est ad* XV *Januarii. S. Isidorus Pelusiota lib.* 1 *epist.* 152 *ad Symmachum docet, odium Theophili adversus Isidorum fuisse causam, quâ usus est ad persequendum* Chrysostomum; *dumque* insano lapillorum amore flagrantem, atque aurum pro numine habentem Theophilum, *ibidem nominare non dubitat, non obscurè innuit, ex avaritia Theophili odium adversus Isidorum fuisse exortum. Hinc admodùm verisimilis est odii causa, quæ recitatur à Palladio pag.* 51 *his verbis:* Huic igitur Isidoro mulier quædam vidua è magnatibus dat mille aureos; adegitque jurejurando per Servatoris mensam, emptis vestibus pauperiores Alexandriæ feminas contecturum clam Theophilo, ne is nummos illos caperet, atque comparandis lapidibus insumeret. Lapidum enim furor quidam Pharaonius ipsum possidet ad ædificia (*exstruenda*) quibus nihil indiget Ecclesia. *Hoc, ut subdit, rescivit Theophilus.* Cùm igitur Isidorus eos nummos accepisset, impendit pauperculis & viduis mulieribus. Alicunde id novit Theophilus .... Isidorum evocat, moderatè interrogans, an ea ita se haberent. Non negavit Isidorus, reique totius administrationem fassus est. Quo ille audito, scenam mutat, & qui paullò antè in interrogatione moderatus ac lenis apparuerat, momento pòst, audito Isidori responso, totus intumuit mutata subinde facie. C

deinde monachos, ad quos ille fugerat, ut Origenistas

836 *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 12 *alias quoque allegat rationes iracundiæ Theophili: at omnes æquè sunt frivolæ, ita ut certum sit, sive una sive plures fuerint ejusmodi causæ, Theophili avaritiam & violentiam fuisse causam persequendi Isidorum. Hunc autem, si credimus Palladio, gravissimâ primùm impetiit calumniâ, ac deinde ecclesiâ ejecit. Isidorus verò, agens annos octoginta,* cursu petit montem Nitriæ ad monachorum ordinem, ubi commoratus fuerat adolescens, *inquit Palladius pag.* 54. *Isidorus optimè exceptus fuit à monachis, & aliqui ex illis pro eo intercesserunt apud Theophilum, qui ea de causa illos quoque persequi violenter cœpit, si Palladio, aliisque credimus. Mitto violentias, quas ea occasione contra monachos exercuisse dicitur, utpote ad propositum nostrum non necessarias, & fortè ex rumoribus incertis non parùm exaggeratas. Hoc certum est, Theophilum congregâsse concilium episcoporum, in eoque ut Origenistas fuisse damnatos aliquot monachos, quos deinde curavit expellendos, quique Constantinopolim venerunt. At non æquè certò constat, an Origenistæ revera fuerint, aliis id affirmantibus, negantibus aliis.*

damnat in concilio episcoporum.

837 *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 12 *dicit, quæstionem de Origenistis denuo excitatam à Theophilo* ob privatas inimicitias, ... *dum, inquit,* insidias struit Ammonio, Dioscoro, Eusebio atque Euthymio, qui LONGI vulgò dicebantur: quos quidem, cùm fratres essent, celebres exstitisse inter eos, qui apud Scetim philosophabantur, ex superioribus cognovimus. Hi enim præ cæteris Ægypti monachis Theophilo cari erant: eosque in contubernio & familiari congressu, ut plurimùm, habebat. Denique Dioscorum etiam Hermopolis episcopum constituit. Odium verò adversus eos concepit ex inimicitiis ab ipso susceptis cum Isidoro; *nimirum quia pro Isidoro intercedebant. Hac de causa eos per Theophilum expulsos asserit, nihil dicens de illorum in concilio damnatione. Palladius multis locis quatuor istos fratres ut viros Sanctos mirè celebrat; vehementerque pag.* 54 *&* 55 *in Theophilum invehitur, quòd ipsos pro Isidoro intercedentes malè tractâsset. Tum subdit:* His non acquiescens Theophilus, mittit ad vicinos episcopos, & adversus monachos cogit concilium, neque ad defensionem vocatis ipsis, nec facta illis dicendi potestate, tres viros è præcipuis excommunicat, veritus simul contra multitudinem pœnam decernere, prætexens dogmatum perversitatem *&c. Quinam essent hi tres, colligitur ex Epistola Theophili ad S. Epiphanium, tom.* 4 *Operum S. Hieronymi editionis anni* 1706 *col.* 830, *ubi ait:* Egredientes de cavernis suis Origenis colubros Euangelico ense *truncatos. Et mox nominantur tres* calumniatores veræ fidei, Ammonius, Eusebius & Eutinius, *suprà* Euthymius *dictus, quos dicit Constantinopolim navigâsse. Tres illi etiam damnati ut Origenistæ dicuntur in Epistola S. Hieronymi ad Ctesiphontem tom.* 4 *col.* 476, *ubi & de aliis fit mentio: sed trium illorum frater Dioscorus episcopus damnatis non annumeratur.* E F

Damnationem laudârunt SS. Hieronymus & Epiphanius;

838 *De damnatione porrò illorum fratrum non modò neotericorum, sed etiam antiquorum, diversa admodùm est sententia. S. Hieronymus illam mirè laudat variis locis, uti & S. Epiphanius. Varias Hieronymi ad Theophilum Epistolas exhibet tomus* 4 *col.* 797 *& seqq. In illa, quæ ibidem est* 58 (*aliàs* 68) *dolet Hieronymus, Origenistas necdum à Theophilo damnatos. In sequenti* 59, (*aliàs* 70) *eidem gratulatur de illis damnatis, ibique hæc subjungit:* Dolebamus te nimium esse patientem, & ignorantes magistri gubernacula, gestiebamus in interitum perditorum. Sed, ut video, exaltâsti manum diu, & suspendisti plagam, ut ferires fortiùs. *Iterum Hieronymus laudat Theophilum ea de re in epistola* 61, (*aliàs* 71.) *Attamen ibidem col.* 599 *ex verbis Hieronymi satis colligitur, ipsum non fuisse instructum de modo, quo in concilio fratres illi fuerant damnati.*

839 *Nam dicit:* Simulque obsecro, ut, si quæ

AUCTORE J. S.

synodica habes, ad me dirigas: quò possim tanti pontificis auctoritate firmatus, liberiùs & confidentiùs pro Christo ora referare. *Itaque non videtur Hieronymus legisse gesta illius synodi, solaque auctoritas Theophili videtur impulisse Hieronymum, ut rectè damnatos crederet. Missa tamen ad Hieronymum est generalis Epistola, de eorum damnatione ad omnes Catholicos scripta, ut liquet ex Epistola S. Epiphanii, qui illam misit, ibidem edita. Applaudit Epiphanius damnationi: sed nec ipse quidquam videtur sciviſse de modo procedendi, præterquam ex illa Epistola, quam eidem transmiserat Theophilus, scribens Epistolam ibidem* III (*aliàs* 67) *quando jam intellexerat, tres fratres navigâsse Constantinopolim, ut habet dicta Epistola col.* 830.

at non videntur sciviſse modum.

840 *S. Isidorus Pelusiota non ita videtur sensisse de fratrum illorum damnatione, secutaque expulsione. Nam in Epistola* 152 *jam laudata sic loquitur:* Vicina Ægyptus hoc semper in more habuit, ut iniquè & perditè se gereret, Mosem videlicet repudians, & Pharaonem ascisens, humiles ac demissos flagris lacerans, laborantes opprimens, urbes exstruere jubens, & mercedem negans: atque ad hoc usque tempus in iisdem studiis hærens *&c. Tum subdit, Theophilo calcar ad persequendum* Chrysostomum *fuisse* odium videlicet atque inimicitiam, quam (*fovebat*) adversus eum, qui eodem, quo ego, *inquit*, nomine appellatur; *id est, adversus Isidorum. Si odium Isidori fuit causa Theophilo persequendi* Chrysostomum; *videtur etiam causa fuisse persequendi istos fratres: nam propter illos Constantinopoli receptos cœpit Sanctum persequi. In Dialogo Sulpitii Severi Posthumianus, qui tum Alexandriæ fuit, cap.* 3 *ambiguè mentem suam exponit. Primò dicit:* Alexandriam pervenimus, ubi fœda inter episcopos atque monachos certamina gerebantur ex ea occasione; quia congregati in unum sæpiùs sacerdotes, frequentibus decrevisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret aut haberet. *Si vera narret Posthumianus, non disputabatur de dogmatis Origenis: sed ejus defensores fatebantur, errores esse in libris Origenis; non ideo tamen omnino libros abjiciendos contendebant.*

Alii damnationem illam improbârunt.

841 Adversum hæc, *inquit*, Episcopi obstinatiùs renitentes, pro potestate cogebant recta etiam universa cum pravis & cum ipso auctore damnare: quia satis superque sufficerent libri, quos Ecclesia recepisset, respuendam esse penitus lectionem, quæ plus esset nocitura insipientibus, quàm profutura sapientibus. *Et post pauca*: Illud me admodùm permovebat, quòd Hieronymus, vir maximè Catholicus, & sacræ legis peritissimus, Origenem secutus primo tempore putabatur, quem nunc idem præcipuè, vel omnia illius scripta damnaret. Nec verò ausus sum de quoquam temere judicare: præstantissimi tamen viri & doctissimi ferebantur in hoc certamine dissidere. Sed tamen, sive illud error est, ut ego sentio; sive hæresis, ut putatur: non solùm reprimi non potuit multis animadversionibus sacerdotum, sed nequaquam tam latè se potuisset effundere, nisi contentione crevisset. Istiusmodi ergo turbatione, cùm veni Alexandriam, fluctuabat... Sed non fuit animus ibi consistere, ubi recèns fraternæ cladis fervebat invidia. Nam, etsi fortasse videantur parêre episcopis debuisse, non ob hanc tamen causam multitudinem tantam, sub Christi confessione viventem, præsertim ab episcopis oportuisset affligi. *Ita ille, qui antè mo-*

Videtur Theophilus omnia Origenis Opera prohibere

nuerat, per Ægypti præfectum monachos ita fuisse dispersos, ut nullibi sinerentur consistere.

842 *Ex dictis autem colligi videtur, Theophilum, cui omnino consentiebat S. Epiphanius, omnem Operum Origenis lectionem prohibuisse; huic verò decreto parêre noluisse dictos fratres. Vehemens igitur est mihi suspicio, illos non quidem prava Origenis dogmata defendisse; noxios tamen & culpabiles fuisse, quia à legendis Origenis libris nolebant abstinere, & quia audebant improbare decretum episcoporum, illos prohibentium. Hac ratione utcumque conciliari potuerunt illi, qui Theophili in monachos illos violentiam carpunt, aliique, qui zelum ejusdem contra Origenistas laudant. Nam priores volunt, Origenis lectionem non debuisse tam generaliter prohiberi, nec tam severè procedi contra illos, qui omnia Origenis Opera statim non abjicerent. Quin imò aliqui insinuant, totum non nisi prætextum fuisse Theophili ad persequendum monachos sibi invisos. At ea de re judicium mihi arrogare nolim. Posteriores pro Origenistis habuerunt dictos monachos, qui audebant improbare prohibitionem omnium scriptorum Origenis; nec planè immeritò, etiamsi illi errores Origenis fortasse non defenderint.*

voluisse, eique decreto contradixisse monachos.

843 *Quidquid porrò sit de culpa monachorum atque intentione Theophili, hic ad augustalem sive ad præfectum Ægypti venit: atque ab eo milites petiit ac obtinuit, ad monachos illos violenter expellendos. Quantâ autem violentiâ in illos irruerit Theophilus, narrat Palladius pag.* 56 *&* 57, *sed fortè non sine exaggeratione, ita ut verba ipsa nolim huc transferre.* Cùm autem, *inquit pag.* 57, impotens ejus ira paululùm deferbuisset, Alexandriam repetit, locum fugæ dans sanctis illis viris: qui sumptis statim melotis suis, in Palæstinam profecti, Æliam (*sic Hierosolyma tunc vocabatur*) adventant. Cum iis egressi sunt, præter presbyteros & diaconos illius montis, trecenti optimorum monachorum: alii verò per diversa loca dispersi sunt. Secessum eorum non ferens obliqui cursus coluber, rursum contra eos Theophilum suscitat, qui irâ succensus litteras exarat ad episcopos Palæstinæ. "Non oportebat, in„quiens, vos præter voluntatem meam in civi„tates vestras hos recipere: sed quoniam ignari „id fecistis, vobis ignosco. Imposterum igitur ca„vete, ne illos aut in ecclesiasticum aut in pri„vatum aliquem locum admittatis".... Illi multa necessitate acti, cùm in alia ex aliis loca migrarent, tandem in comitatum (*id est, urbem imperatoriam*) veniunt, ubi divina manu ad curam potentium agendam Johannes collocatus erat episcopus: atque ad ejus genua provoluti, orabant, succurreret animabus calumniam passis & devastatis ab iis, qui id potiùs, quàm benefacere, consuevissent.

Illos violenter expellens Theophilus, nec in Palæstina consistere sinens,

Constantinopolim fugere cogit.

844 Stetit Johannes: atque ut vidit quinquaginta electorum hominum canitiem, sacris laboribus tinctam & ornatam; veluti Joseph, fraterni amoris acri dolore stimulatus, in lacrymas effusus est; percunctans ex eis, quisnam aper de silva aut singularis ferus huic fœcundissimæ viti invidisset. Illi autem: Sede, Pater, & nobis medere non mediocriter vulneratis à Theophili papæ furore: si tamen poteris vulnerum nostrorum tumores ad cicatricem perducere. Nam si & ipse nos negligis, Theophili seu reverentiâ seu timore ductus, ut alii episcopi, nihil iam reliqui nobis fit à vobis, nisi ut imperatorem adeamus, & prava illius facta in contumeliam Ecclesiæ exponamus. Si ergo ecclesiasticæ tibi existimationis

cura

A cura est, nobis annue, ipsique persuade, ut nobis nostrum in Ægypto domicilium concedat: qui nihil peccâvimus, neque contra legem Servatoris, neque in eum ipsum. Ad hæc Johannes, sperans facilè se Theophili adversus eos odium demutaturum, libenter negotium arripit, admonens eos, ut apud omnes religioso silentio adventus sui causam tegerent, donec ipse, inquit, misero ad fratrem Theophilum. Et dato eis in ecclesia, dicta Anastasia, hospitio ad requiescendum, ipse quidem non suppeditabat, quæ ad usum illis necessaria erant: sed religiosæ mulieres victum ipsis subministrabant, & ipsi quoque nonnihil conferebant ex opere manuum. *Hactenus Palladius.*

845 *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 13 *de secessu monachorum illorum ex Ægypto, eorumque ad* Chrysostomum *adventu ferè consentit, ita scribens.* Porrò Dioscorus & Ammonius ac reliqui, cognitis Theophili insidiis, Hierosolymam se contulerunt: atque inde perrexerunt Scytopolim, commodum sibi ejus loci domicilium fore arbitrati ob copiam palmarum, quarum foliis ad consueta monachorum opera utebantur: sequebantur enim illos viri circiter octoginta. Eodem tempore Theophilus
B quosdam misit Constantinopolim, qui & calumnias adversus illos præstruerent, &, si quid illi ab imperatore peterent, ipsi obsisterent. Quæ cùm didicisset Ammonius, & qui cum illo erant, Constantinopolim navigârunt, comitante eos Isidoro. Junctique inter se, id perficere studebant, ut coram imperatore judice & Joanne episcopo insidiæ ipsis comparatæ convincerentur. Etenim arbitrabantur hunc, utpote justæ libertatis studiosum, in iis, quæ justa essent, posse ipsis opitulari. Joannes verò illos ad se venientes benignè excepit, & in pretio habuit, & in ecclesia orare nequaquam prohibuit. Cum illis tamen haudquaquam communicandum sibi esse existimavit, propterea quòd ante causam cognitam id fieri non liceret. *Adhibita hac cautela, nec prudentiæ* Chrysostomus *defuisse videtur, nec charitati. Nec perspicere possum, peccâsse pias mulieres, ex quibus præcipua fuit S. Olympias, victum monachis illis subministrando. Verùm quo se modo* Chrysostomus *erga Theophilum & monachos illos gesserit, mox latiùs dicemus.*

ubi à Chrysostomo bene excipiuntur.

C § LV. Quid pro monachis expulsis apud Theophilum egerit Sanctus: dicta quædam S. Hieronymi non de Chrysostomo, sed de Rufino & aliis prolata.

Baronii ad excusandum Chrysostomum observatio.

BAronius, *qui paulò severiùs ubique tractat monachos à Theophilo expulsos, ad annum* 400 *existimat, eos fuisse à* Chrysostomo *exceptos, quòd ipsorum causam necdum satis haberet perspectam.* De quo quidem, *inquit num.* 62, illud in primis admonendum putamus esse lectorem, cùm sæpe contingat sapientissimos quosque falli, eosdem tamen à sapientia & insita probitate non excidere, cùm nimirum ad ea, quæ agunt, recto sinceroque mentis feruntur intuitu. Quis enim adeo ingenio perspicax, industriâ solers, atque rerum usûs experimento probatus; ut falsis subre-

ptionibus, illorum maximè, qui omnem exstrinsecòs sanctitatis speciem præ se ferunt, non decipi interdum contingat, cùm & ipsos etiam prophetas, ad futura noscenda spiritu Dei imbutos, quòd non semper eodem Numine afflari detur, acciderit sæpè aliqua ignorâsse præsentia, eosque præteriisse ob oculos posita. Quamobrem euangelicâ illâ normâ sunt actiones hominum metiendæ: "Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus „tuum lucidum erit, & sicut lucerna fulgoris „illuminabit te„; ut dum videris aliquem recta mente puroque animo aliquid operari, etsi quid perperam inde oboriri contigerit, ad suum revocans principium opus, invenias, unde auctorem excuses. AUCTORE J. S.

847 Cùm igitur de sanctissimorum virorum Epiphanii, Hieronymi (ut de Theophilo dicere prætermittamus) atque Joannis Chrysostomi optima mente dubitare religio sit, quæcumque ab eis acta sunt, in meliorem partem accipias necesse est. *Hactenus Baronius, cujus excusatio* Chrysostomo *fortè non est necessaria. Attamen verba illa afferre volui, ut ex illis liqueat, qua ratione fieri potuerit, ut à* Chrysostomo *dissentirent SS. Epiphanius & Hieronymus; neque tamen hi peccarent,* E *neque ille. Nam, si revera Origenistæ fuerint monachi illi, quos Constantinopoli exceptos à* Chrysostomo *vidimus, rectè factum istud improbârunt Epiphanius & Hieronymus; nec tamen eos excipiendo peccavit* Chrysostomus; *modò bona fide crediderit innocentes; sicut non peccârunt Hieronymus & Epiphanius, si idoneis rationibus nixi, hæreticos esse crediderint; licet fuisse innocentes supponantur. Hæc breviter interim: verùm nolim hinc inferat lector, Hieronymum inter adversarios* Chrysostomi *à me computari.*

Ipsi fortè minùs, quàm ejus adversariis necessaria.

848 *Quid porrò pro monachis illis egerit* Chrysostomus, *Palladius pag.* 60 *ita narrare incipit:* Contigerat autem sub id tempus, ut clerici quidam Theophili Constantinopoli adessent, magistratuum, qui regendæ Ægypto designabantur, promotiones præmercantes, & benevolentiam Theophilo conciliantes in perniciem eorum, qui illi minimè placebant. Hos igitur ad se accitos Johannes percunctabatur, an præsentes monachos novissent. Illi candidè de ipsis testimonium perhibuere, dicentes Johanni: Et novimus eos, & vim magnam perpessi sunt. Ac, si placet, Domine, spiritualem eis communionem impertire noli, ne offendas Theophilum: in ceteris benignum te præbe; hoc enim te ut episcopum decet. Sic Johannes eos quidem ad communionem non admisit: Theophilo autem scribit, orans: In hoc mihi ut filio & fratri gratificare, hosce viros amplectitor. Adhæc Theophilus, gratiam quidem negavit Johanni: mittit autem quosdam ad contentiosas verborum pugnas exercitatos, de quibus superiùs diximus: & monet, dent illi libellos precum, quos more suo ipse dictaverat, qui continebant apertum quidem mendacium, amictum verò variâ & multiplici calumniâ eorum, quæ sunt invisibilia; cùm nihil haberet, unde eorum vitam calumniaretur; facitque ut in palatio quasi præstigiatores digito monstrarentur. *Hactenus Palladius, fortasse justo acerbior in Theophilum. Talis certè visus est Baronio, qui Origenistam credidit.* F

Chrysostomus monachos conatur

conciliare Theophilo,

849 *At necesse non est, ut credamus Origenistam fuisse. Etiamsi Catholicum fuisse existimemus, non difficulter credere poterimus, defensorem* Chrysostomi *faciles præbuisse aures iis omnibus, quæ contra Theophilum dicebantur, modò non essent apertè falsa. Miror itaque Tillemon-*

AUCTORE J. S.

tium adeo omnia Palladii in Theophilum dicta amplecti, ut nullum de iis moveat dubium, licèt stylus ipse exacerbatum animum Palladii satis insinuet. Audiamus tamen sequentia ipsius dicta: Monachi, *inquit*, ut viderunt se non solùm Theophilum non placare, sed in majorem iram impellere, dum multos intercessores ad illum mittunt; insuper paratos se esse dicentes falsam omnem doctrinam anathematizare, supplices libellos Johanni offerunt, diversa Theophili tyrannidis genera denotantes, adjunctis quibusdam capitulis, quæ pudet coram simplicioribus dicere, ne eos à credendo deterream, fortasse etiam apud perfectiores fidem non inventurus.

qui acerbè ipsi respondet, & canonem

850 Rursus & per seipsum, & per alios episcopos, hortatur eos Johannes, ut desinant ipsum accusare ob molestiam, quæ ex hujusmodi judiciis nasci solet; & scribit Theophilo: "Eò „ desperationis homines ejusmodi devenere, ut scri- „ pto te accusent. Ceterùm, quod tibi videtur, „ rescribe. Non enim me audiunt, ut à comita- „ tu discedant„. Ob ejusmodi scripta totus irâ incensus Theophilus, ab Ecclesia excludit fratrem monachorum Dioscorum, qui in Ecclesia senuerat: & ad Johannem episcopum scribit: "Arbi- B „ tror equidem non ignorare te canonum Nice- „ norum decretum, quo sancitur, ne episcopus „ litem extra fines suos judicet. Si autem igno- „ ras, disce; & à libellis adversus me abstine. „ Nam si judicari me oporteret, ab Ægyptiis e- „ piscopis judicandus sum; non à te, qui septua- „ ginta quinque dierum itinere hinc abes„. *Ita Theophilus, cujus responsio acrior quidem videtur & acerbior, quàm erat necesse, cùm* Chrysostomus *nihil vellet, quàm monachos cùm ipso conciliare. Attamen non video, tantopere in hisce accusandum esse Theophilum, quàm ipsum accusant Hermantius lib. 5 cap. 2, & Tillemontius art. 67.*

allegat, quo vetabatur Chrysostomus

851 *Sanè, si omnia velimus examinare sine partium studio, facilè videbimus, modum procedendi, quo adversus monachos illos usus est Theophilus, non ita omni ratione caruisse, quàm velint laudati scriptores. Baronius ad annum 400 num. 71 existimat, justam fuisse Theophili causam. Justam certè eam crediderunt Hieronymus & Epiphanius. At cùm hi potiùs secuti videantur auctoritatem Theophili, quàm sollicitè examinâsse, C utrùm Theophilus hæreseos causâ persequeretur monachos illos, an privato odio incitatus, causam illam prætexere, ut vult Palladius: cui utcumque consentiunt Socrates & Sozomenus; nolim ego de re tam ambigua judicare. Illud tamen certum videtur, Theophilum minùs benignè de intentione* Chrysostomi *judicâsse, quàm oportebat; & violentiùs, quàm par erat, bellum convertisse in Virum pacis amantissimum.*

de causa excommunicationis monachorum judicare.

852 *Porrò canon, quem Theophilus allegare videtur, quintus est Nicænus apud Labbeum tom. 2 col. 30, ubi ad propositum nostrum hæc leguntur verba:* De iis, qui à communione segregati sunt, sive clericorum sive laïcorum sint ordinis, ab episcopis, qui sunt in unaquaque provincia, valeat sententia secundum canonem, qui pronuntiat eos, qui ab aliis ejecti sunt, non esse ab aliis admittendos. Examinetur autem, numquid vel pusillanimitate, vel contentione, vel aliqua ejusmodi acerbitate, congregatione pulsi sint. Ut hoc ergo convenientem examinationem accipiat, rectè habere visum est, ut singulis annis in unaquaque provincia bis in anno synodi fiant; ut cùm omnes provinciæ episcopi in eumdem locum communiter conveniant, ejusmodi quæstiones exa- D minentur; & sic, quos episcopum offendisse constiterit, justè esse à congregatione separati apud omnes videantur, donec episcoporum congregationi videatur, pro iis humaniorem proferre sententiam *&c. Si Theophilus justè Ecclesiâ ejecit memoratos monachos, rectè produxit hunc canonem, rectèque deterruit* Chrysostomum, *ne examinandas susciperet excommunicationis rationes.*

Hac de causa curam monachorum deponit Sanctus,

853 *Intellexit id ipse Sanctus, qui monachos tantùm audiisse videtur ad pacem inter ipsos & Theophilum conciliandam, non verò ad judicandum de justitia excommunicationis, & à negotio periculoso deinceps abstinuit, ut Palladius pag. 62 referre pergit his verbis:* Acceptâ lectâque eâ epistolâ, Johannes eam quidem penes se servavit; monachis autem partis utriusque (*id est, pulsis à Theophilo, aliisque ab ipso contra illos Constantinopolim missis*) ea dixit, quæ ad pacem erant. Quibus auditis, exasperata est utraque pars, illa quidem ut tyrannide oppressa; altera verò, quòd absque Theophilo facultatem non haberet ineundæ pacis, cujus jussu dederat libellos calumniis plenos. Sic Johannes, dato eis responso, eos ab sua cura & cogitatione dimisit. *Ita cautè & prudenter procedebat sanctus Episcopus. Quid verò postea contra Theophilum ejusque legatos moliti sint monachi, inferiùs videbimus.* E

de cujus intentione malè suspicatur Theophilus,

854 *Interim valdè verisimile est, falsos rumores de* Chrysostomo *delatos esse ad Theophilum, indeque in Sanctum quoque magis fuisse exacerbatum. Certè Socrates lib. 6 cap. 8 hæc scribit:* Dum res in hoc statu esset, falsus rumor ad aures Theophili perlatus est, Joannem eos ad sacra quoque Mysteria admisisse, & ad opem illis ferendam paratum esse. Quamobrem Theophilus totus in hoc cœpit incumbere, ut non modò Dioscorum & Isidorum ulciscereturr, verùm etiam Joannem ex episcopali sede dejiceret. *Hæc admodùm verisimilia sunt; licèt necesse non sit, ut pro certis habeamus ea, quæ de mala Theophili intentione subjungit Socrates, acsi tantum se conciliâsset cum S. Epiphanio contra Origenistas, & contra hos concilia in Ægypto & in Cypro celebrata essent, ad faciliùs opprimendum monachos exsules: nam Socrates in Theophilum æquè ac in* Chrysostomum *justo acerbior fuisse videtur.*

multos in suam opinionem pertrahere studens,

855 *Illud tamen certum est atque indubitatum, Theophilum diligenter laborâsse, ut multos in suam pertraheret sententiam, suasque partes confirmaret contra* Chrysostomum, *quem Origenistarum fautorem aut credebat, aut credi volebat. Hinc illa quoque Socratis verba facilè admitti possunt:* Mittit igitur epistolas ad singularum civitatum episcopos, consilium quidem suum occultans, palàm verò in illis reprehendens libros Origenis. *Certè Theophilus in Epistola ad Epiphanium (inter Hieronymianas* CXI, *aliàs* 67) *ita loquitur:* Dignationis tuæ est, quæ in hujusmodi certaminibus sæpè ante nos pugnavit, & positos in prælio consolari, & congregare totius insulæ (*Cypri*) episcopos; ac synodicas litteras tam ad nos, quàm ad Constantinopolitanæ urbis Episcopum, & si quos alios putaveris, mittere, ut consensu omnium & ipse Origenes nominatim, & hæresis nefaria condemnetur. Didici enim, quòd calumniatores veræ fidei, Ammonius, Eusebius & Eutinius * novo pro hæresi furore bacchantes, Constantinopolim navigârint, ut & novos, si quos valuerint, decipiant; & veteribus suæ impietatis sociis conjungantur. F

*al. Euthymius

856 Curæ igitur tuæ sit, ut cunctis episcopis

A *suasque firmare partes.*

pis per Isauriam atque Pamphyliam, & cæterarum provinciarum, quæ in vicino sunt, rei ordinem pandas, & nostram, si dignum putas, Epistolam subjicias, ut omnes uno spiritu congregati, cum virtute Domini nostri Jesu Christi tradamus eos satanæ in interitum impietatis, quæ possidet eos. Et ut celeriùs nostra Constantinopolim scripta perveniant, mitte industrium virum, & aliquem de clericis, sicut & nos de ipsis Nitriæ monasteriis patres monachorum cum aliis sanctis & continentissimis viris misimus, qui possint cunctos in præsenti docere, quæ gesta sunt. Et super omnia quæsumus, ut impensas ad Dominum fundas preces, quò possimus etiam in isto certamine victoriam consequi. *Hæc Theophilus, priusquam audiverat, quomodo monachi exsules Constantinopoli fuissent excepti. Dubitandum igitur non est, quin majori etiam studio partes suas firmare studuerit, ubi intellexit, se à monachis illis in periculum adductum, suosque legatos in carcerem detrusos.*

Monachi Theophilum apud magistratus accusant,

B

857 *Nam monachi, ubi intellexerunt* Chrysostomum *nolle amplius se controversiæ isti immiscere, ad aulam imperatoris recurrerunt, ut Palladius refert pag. 62, ita pergens:* Post hæc monachi, qui injuriâ affecti fuerant, recedentes, libellos grandes & verbosos componunt, monachos quidem (*Theophili legatos*) tamquam calumniatores, accusantes; adversus Theophilum verò, ne quid aliud dicam, ea inscribentes, quæ erant Theophili, & quot & quanta quisque noverat. Cúmque libellos obtulissent augustis, imperatricem adeunt in martyrio sancti Johannis, orantque, ut adversariorum quidem monachorum libellus apud præfectos examinaretur, Theophilus verò vel invitus adesset, & coram Johanne judicaretur. Admissa est postulatio, quæ hoc responsum tulit: Ut Theophilus volens nolens exhibitus per magistrum, coram Johanne causam diceret: monachi autem ex partibus Theophili ut sibi constarent in his, quorum sanctos senes accusaverant, aut calumniatorum pœnas subirent.

faciuntque, ut ejus legati custodiæ mancipentur:

C

858 Sic igitur Alexandriam missus est Elaphius, qui nunc ex principibus est, ut Theophilum adduceret: reliqua responsi imperialis præfecti exsecuti sunt. Cùm accusatio examinaretur, & in incertum desineret, leges quidem instabant gladium renudantes; miseri autem illi eventum veriti, dilationem petunt usque ad Theophili adventum; quippe qui ipsos subornâsset, & supplicationes dictavisset. Ita officiales eos in carcerem conjiciunt usque ad adventum Theophili, nolentes in tali causa vades accipere. Et horum quidem moriuntur nonnulli in vinculis diu demorati ob adventûs Theophili tarditatem: alii verò post adventum Theophili, qui rem pecuniâ facilem reddiderat, in postrema interrogatione tamquam calumniatores Proconnesum à judicibus relegati sunt. *Hactenus Palladius, qui de more se Theophili adversarium, & monachorum amicum ostendit. Porrò si totam illam rerum gestarum seriem attentè perpendamus, non mirabimur, magnam ex illis invidiam* Chrysostomo *fuisse conflatam, præsertim quia Theophilus aut fidei causâ monachos illos revera persequebatur, aut saltem hoc nomine persecutionem prætexebat, multisque facti sui honestatem persuaserat.*

hac de causa in monachos illos invectus est S. Hieronymus.

859 *Certè S. Hieronymus Theophilum ea de causa frequenter laudat, & in Epistola* 87 (*aliàs* 78) *ad Pammachium & Marcellam simul Theophilum laudat & in Origenistas invehitur, eorum versutiam his verbis perstringens:* Soli sunt hujus hæreseos sectatores, qui cum ecclesiasticis non valent fœderari; quia quod sermone coguntur dicere, mente condemnant. Et quando aperta blasphemia publicis auribus fuerit revelata, & viderint contra se audientium turbam circum fremere, tunc simulata simplicitate dicunt, audisse se primùm, quæ magistrum dicere antea nescierint. Quumque eorum scripta teneantur, voce negant, quod litteris confitentur. *Tum ad monachos Constantinopolim profugos ita se convertit:* Quid necesse est obsidere Propontidem, mutare loca, diversas lustrare regiones, & clarissimum pontificem Christi (*Theophilum*) ejusque discipulos rabido ore discerpere? Si vera loquimini, pristinum erroris ardorem ardore fidei commutate. Quid maledictorum pannos hinc inde consuitis, & eorum carpitis vitam, quorum fidei resistere non valetis? Num idcirco non estis vos hæretici, si nos quidam assertione vestra crediderint peccatores; & os impietate fœtidum non habebitis, si cicatricem potueritis in nostra aure monstrare? Quid juvat vestram perfidiam, vel prodest pellis æthiopica & pardi varietas, si in nostro corpore nævus apparuerit? *Hæc omnia clarè ostendunt, in ea persuasione fuisse S. Hieronymum, ut crediderit monachos revera fuisse hæreticos, Theophilumque laudabili zelo in illos concitatum.*

AUCTORE J. S.

E

Minimè tamen Hieronymus dicit,

860 *Hac de causa Eminentissimus Baronius ad annum* 402 *num.* 2 *existimat,* S. Chrysostomum *insinuari sub nomine Barnabæ, quando Hieronymus in Epistola* 96 (*aliàs* 16) *ad Principiam de Origenistis ita loquitur:* De Occidentis partibus ad Orientem turbo transgressus, minitabatur plurimis magna naufragia... Refrigerata charitate multorum, pauci, qui amabant fidei veritatem, nostro lateri jungebantur, quorum publicè petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur, ita ut Barnabas quoque duceretur in illam simulationem, imò apertum parricidium, quod non viribus, sed voluntate commisit. *Existimat Baronius, Theophili caput peritum fuisse accusationibus monachorum,* Chrysostomum *verò Hieronymo fuisse suspectum, tamquam illius accusationis machinatorem. Opinioni isti assentitur Tillemontius in* Chrysostomo *art.* 67. *Verùm (pace tantorum virorum id dixerim) mihi adeo improbabilis apparet, ut mirer, prudentissimum Baronium in eam venisse cogitationem. Nam loquitur Hieronymus de Rufino, qui multa Romæ turbaverat, Latinè reddito Opere Origenis de Principiis. Contentio illa transiit in Orientem per Apologias Rufini, quas S. Hieronymus refutavit.*

F

Chrysostomum vitæ suæ struxisse insidias,

861 *Conqueritur autem Hieronymus, Rufinum vitæ suæ struxisse insidias, mortemque sibi machinari voluisse. Per Barnabam verò obscurè designat virum aliquem sanctum Rufino favorabilem. Constat porrò, plures viros sanctitate & eruditione conspicuos Rufino favisse, aut certè doluisse, tam graves inter ipsum & S. Hieronymum fuisse contentiones. Inter hosce fuit ipse sanctus Augustinus. Itaque varios Barnabæ nomine designare poterat Hieronymus, at nullum minùs insinuare potuit, quàm* Chrysostomum, *cui nullum unquam cum Rufino aut Hieronymo fuit negotium. Editor Hieronymi in margine notat:* Johannes Jerosolymitanus voluit occidere Hieronymum. *At id quoque sine fundamento dicitur, quia Hieronymus Rufinum notat, nec asserit Barnabam illum, quisquis unque fuerit, eò furoris venisse, ut mortem sibi voluerit machinari. Hoc verò de solo asserit Rufino: neque hoc tantùm loco, sed etiam aliis pluribus,*

AUCTORE J. S.

ut mox videbimus. Interim ex tempore, quo ſcripta eſt Epiſtola, clarum quoque eſt, Ruſinum deſignari. Etenim ſcripta eſt illa Hieronymi Epiſtola poſt captam ab Alarico Romam, poſt mortem S. Marcellæ viduæ, cujus eſt Epitaphium, & poſt obitum Ruſini.

ſed de Ruſino ejuſque amico

862 *Omnia illa eodem ferè tempore contigiſſe, habemus ex ipſo Hieronymo, qui in Prologo ad Ezechielem prophetam ita loquitur ad S. Euſtochium :* Finitis in Iſaiam decem & octo explanationum voluminibus, ad Ezechiel. . . . tranſire cupiebam. . . . Et ecce ſubitò mors mihi Pammachii atque Marcellæ, Romanæ urbis obſidio, multorumque fratrum & ſororum dormitio nuntiata eſt. *Non autem obſeſſam modò, ſed captam quoque Romam intellexerat, ut mox clariùs, & pluribus verbis dicit. Quin & capta eſt aliquot diebus ante mortem Marcellæ, ut in hujus Epitaphio circa finem docet. De morte Ruſini in laudato Prologo ſic loquitur :* Verùm quia & tu indeſinenter id flagitas, & magno vulneri cicatrix paulatim obducitur; Scorpiuſque (*Ruſinus*) inter Enceladum & Porphyrium Trinacriæ (*id eſt, Siciliæ*) humo premitur, & hydra multorum capitum contra nos aliquando ſibilare ceſſavit, datumque tempus, quo non hæreticorum reſpondere inſidiis, ſed Scripturarum expoſitioni incumbere debeamus, aggrediar Ezechiel prophetam. *Plerique captam Romam, mortemque Marcellæ & Ruſini figunt anno* 410. *Pagius Romam uno anno citiùs captam contendit : ſed ea controverſia non ſpectat ad propoſitum noſtrum. Scripſit deinde Hieronymus biennio poſt mortem Marcellæ Epiſtolam ad Principiam, ut initio dicit, ſeu Epitaphium Marcellæ, in quo habet verba ſuprà allegata, de quibus diſputamus.*

ibidem loquitur,

863 *Poſt illa verò verba ſubjungit :* Et ecce univerſa tempeſtas, Domino flante, deleta eſt, expletumque vaticinium prophetale : "Auferes ſpi„ ritum eorum & deficient, & in pulverem ſuum „ revertentur. In illa die peribunt omnes cogita„ tiones eorum„. Et illud euangelicum : "Stulte „ hac nocte auferetur anima tua à te : quæ autem „ præparâſti, cujus erunt ?„ *Hæc tam clarè inſinuant mortem Ruſini, ut nulla videatur relinqui dubitatio. Ceſſavit igitur illa Orientis turbatio, aut potiùs controverſia S. Hieronymi, morte Ruſini, ut ipſe quoque dicit verbis mox datis ex Prologo in Ezechielem. Locus certaminis etiam deſignatur ab Hieronymo, qui allegatis mox verbis hæc ſubdit :* Dum hæc (*certamina*) aguntur in Jebus, *id eſt, Hieroſolymæ, quo Ruſinus mittebat Invectivas ſuas contra Hieronymum*, terribilis de Occidente rumor affertur *de capta Roma, ut ſubdit. At* Chryſoſtomus *dudum erat mortuus ante captam Romam, non item Ruſinus. Itaque illa certamina non erant cum* Chryſoſtomo, *nec cum monachis, quos fugaverat Theophilus ; ſed inter Ruſinum erant & Hieronymum, qui ambo amicos habebant & inimicos.*

cui & aliis locis

864 *Veritas hæc ſolidè confirmatur ex ſcriptis Hieronymi contra Ruſinum : nam quæ hìc dicuntur, Ruſino variis locis exprobrat Hieronymus. Lib.* 3 *in Ruſinum circa initium ita ipſum alloquitur :* Quid enim neceſſe fuit accuſationis volumina mittere, & maledicta proferre in medium ; ſi tu in ultima parte Epiſtolæ denuntiata morte me deterres, ne audeam reſpondere criminibus, imò laudibus tuis ? *Et poſt aliqua :* Mortem minaris, quam & ſerpentes inferre poſſunt. Mors omnium eſt, homicidium peſſimorum. Quid enim ? Niſi tu me occideris, ego immortalis ero ? Quin potiùs habeo gratiam, quòd facis de neceſſitate virtutem. *Et mox iterum :* Teſtem invoco Jeſum conſcientiæ meæ, qui & has litteras & tuam Epiſtolam judicaturus eſt, me ad commonitionem ſancti papæ Chromatii voluiſſe reticere, & finem facere ſimultatum, & vincere in bono malum : ſed quia minaris interitum, niſi tacuero, reſpondere compellor *&c. Hæc aliis verbis ſæpe repetit.*

idem exprobrat.

865 *Demum ſub finem ad eadem redit, ita Ruſinum alloquens :* Veniam ad epilogos, id eſt, maledicta tua, in quibus me ad pœnitentiam cohortaris ; & niſi converſus fuero, id eſt, niſi te accuſante ſiluero, mihi minaris interitum . . . Scire enim te jactas crimina, quæ tibi ſoli amiciſſimo ſim confeſſus, & hæc in medium prolaturum, meiſque me coloribus eſſe pingendum *&c. Ex his colligi videtur, Ruſinum minitatum eſſe accuſationem in judicio. Hinc iterum Hieronymus poſt pauca :* Non neceſſe eſt, ut cum periculo tui capitis accuſes. Uno percuſſore conducto, ſatis potes facere deſiderio tuo. Et ſcandalum timere te ſimulas, qui dudum fratrem, nunc accuſatum, ſemper inimicum, es paratus occidere. *Hactenus Hieronymus, qui in Epitaphio Marcellæ repetiit, quod hic toties dicit. An verò Ruſinus, in quem ubique vehementior eſt Hieronymus, tam perverſa fuerit voluntate, non auſim ego definire. At S. Chromatius, qui pacem inter Hieronymum & Ruſinum conciliare ſtuduit, longè probabiliùs credetur nomine Barnabæ deſignatus, quàm ullus alius : modò credamus, Barnabam illum carpi tantummodò, quia cupiebat Hieronymum cum Rufino conciliare, & quia Ruſinum non damnabat, ut non damnârunt multi alii Sancti.*

§ LVI. S. Epiphanius venit Conſtantinopolim : quid illi cum Chryſoſtomo & monachis negotii fuerit.

S. Epiphanius venit Conſtantinopolim,

INter eos, qui jam ante Theophilum ferventiſſimè Origeniſtas impugnârunt, fuit S. Epiphanius. Hoc autem ſtudio incitatus S. Epiphanius, atque exemplum Theophili ſecutus, libros Origenis in concilio prohibuit, conatuſque eſt litteris perſuadere Chryſoſtomo, *ut idem faceret.* Verùm, *ut ſcribit Socrates lib. 6 cap.* 10, Joannes ea, quæ tum ab Epiphanio, tum ab ipſo Theophilo ſignificata fuerant, parvipendens, doctrinæ eccleſiaſticæ ſedulò incumbebat. *Conſentit Sozomenus lib.* 8 *cap.* 14. *Hoc* Chryſoſtomi *conſilium magis excitavit S. Epiphanium, eumque impulit, ut ipſe veniret Conſtantinopolim, contra Origeniſtas acturus, aut etiam defenſurus Theophilum, qui hoc iter ei perſuaſiſſe dicitur. Sozomenus lib.* 8 *cap.* 14 *de molitionibus contra* Chryſoſtomum *hæc habet :* Ex potentioribus verò & ex clero hi, qui Joanni privatim infenſi erant, cùm intellexiſſent Theophilum id agere, ut Joannem epiſcopatu exueret, ipſi quoque operam ſuam ac ſtudium contulerunt, utque Conſtantinopoli maxima ſynodus fieret procurârunt. Quibus cognitis, Theophilus adhuc magis incubuit, & epiſcopos quidem Ægypti navigare juſſit Conſtantinopolim. Epiphanio verò & aliis

A aliis per Orientem episcopis scripsit, ut quamprimum in unum convenirent. Ipse pedestri itinere proficiscitur. Nec multò pòst Epiphanius, cùm primus ex insula Cypro solvisset, ad locum haud procul ab urbe Constantinopolitana, quem Septimum vocant, applicuit. Factaque oratione in ecclesia, quæ illic est, in urbem introivit. Eum ingredientem Joannes occursu cleri totius honoravit.

ubi alienum à Chrysostomo se præbet,

867 At verò Epiphanius perspicuè declaravit, quòd calumniis adversus Joannem concinnatis fidem habuisset. Invitatus enim, ut in ædibus ecclesiasticis manere vellet, neutiquam acquievit. Et cum Joanne quidem congredi penitus detrectavit: privatim verò convocatis episcopis, qui tùm Constantinopoli morabantur, ea, quæ adversus libros Origenis decreta fuerant, illis ostendit. Ac nonnullis quidem persuasit, ut decretis subscriberent: plures verò id facere recusârunt. Quin & Theotimus episcopus Scytiæ palàm reprehendit Epiphanium. Nam neque pium esse dicebat, eum, qui jam pridem mortuus esset, contumeliâ afficere: neque citra calumniam judicia antiquiorum reprehendi, & quæ ab illis

B probata essent, damnari posse. Atque hæc dicens, prolato Origenis quopiam libro, locum ex eo recitavit. Cumque ea, quæ recitaverat, ecclesiis utilia esse ostendisset: Absurdè faciunt, inquit, qui ista vituperant. Cavendum enim est illis, ne & ea damnent, de quibus conscripti sunt hi libri. Porrò Joannes adhuc nihilominus reverentiam exhibebat Epiphanio, eumque hortabatur, ut collectas secum celebrare, & contubernalem ipsum habere vellet. Verùm Epiphanius, se neque ejus domo usurum, nec cum eo oraturum esse respondit, nisi Origenis libros priùs damnâsset, & Dioscorum unà cum sociis expulisset. Sed cùm ille ante causæ cognitionem hæc facere, haudquaquam justum esse duceret, & procrastinaretur; die, quo collecta agenda erat in ecclesia Apostolorum, procurârunt Joannis inimici, ut Epiphanius in ecclesiam veniret, & publicè coram populo tum Origenis libros, tum Dioscorum & eos, qui cum illo erant, tamquam idem cum Origene sentientes, anathemate damnaret: eâdemque operâ Episcopum urbis perstringeret, ut qui illis addictus esset. Atque hi quidem istud moliebantur. Quippe existimabant, se hac ratione plebem ab illo alienaturos.

C

cohibetur tamen: videtur voluisse,

868 Postero igitur die, cùm ad id agendum progressus Epiphanius, jam ecclesiæ appropinquaret, obviàm ei occurrit Serapio, missus à Joanne. Præsenserat enim Joannes ea, quæ pridie fuerant constituta: palámque denuntiavit Epiphanio, illum ea gerere, quæ nec justa essent, nec ipsi privatim utilia: siquidem tumultu ac seditione populi excitata, ipse tanquam ejus rei auctor periculum subiturus esset. Hac ratione cohibitus est impetus Epiphanii. *Hactenus Sozomenus, cujus relationi similia habet Socrates lib. 6 cap 12 & 14, addens tamen aliqua inferiùs examinanda. Porrò Eminentissimus Baronius ad annum 402 num. 10 rectè observat, Theotimum episcopum Scythiæ fuisse virum magnæ sanctitatis. De eo breviter apud nos actum est ad XX Aprilis. Deinde laudatus Baronius multa in data Sozomeni relatione reprehendit, sed fortasse immeritò. Contendit primò, non institisse Epiphanium & Theophilum, ut lectio librorum Origenis omnino damnaretur, sed solùm voluisse, ut errores ipsius proscriberentur. At non tantùm Sozomenus & Socrates id asserunt, sed etiam Sulpitii Severi Posthumianus, testis sanè omni exceptione major, cùm eo tempore fuerit in Ægypto. Verba dedi num. 841. Rationes verò Baronii tales mihi non apparent, ut evincant contrarium, præsertim cùm nullus dicatur elenchum aliquem errorum, quos damnandos proponeret, ex Operibus Origenis concinnâsse. Dicit quidem S. Hieronymus variis locis, non omnia in Origene mala esse, scribitque in Epistola 56 (aliàs 76) ad Tranquillinum, ex parte legi posse Origenem, sed prava ejus dogmata non suscipienda.*

ut omnia Origenis Opera damnarentur,

869 *Quin & lubens credidero, in hac sententia Hieronymum semper perstitisse. At inde difficulter concludi poterit, in eadem sententia fuisse Theophilum & Epiphanium, cùm scriptores synchroni contrarium asserant, cúmque illi credere possent, ex lectione Origenis plus damni quàm utilitatis oriri. Hæc igitur videtur ratio, cur S. Epiphanio* Chrysostomus *& Theotimus non statim consenserint, licèt ab erroribus Origenis essent alienissimi. Quapropter non existimo, necessariam* Chrysostomo *esse excusationem Baronii, dicentis,* etsi non justam causam, justos saltem causæ prætextus fovisse Chrysostomum. *Cùm enim fateatur laudatus scriptor,* uno fermè ore *asserere* E Chrysostomi *defensores,* contendisse Epiphanium, ut damnarentur libri Origenis, *meritò requirimus scriptores, qui id negent, aut contrarium doceant, priusquam rem satis ex adjunctis verisimilem inficiamur. Verba Hieronymi ad Tranquillinum, judicantis non penitus respuendum Origenem, æqua videntur, & partim huc transfero:* Nec enim propter doctrinam ejus, prava suscipienda sunt dogmata: nec propter dogmatum pravitatem, si quos Commentarios in Scripturas sanctas utiles edidit, penitus respuendi sunt. Quòd si contentiosum inter amatores ejus & obtrectatores finem duxerint, ut nihil medium appetant, nec fervent modum; sed totum aut probent aut improbent, libentiùs piam rusticitatem, quàm doctam blasphemiam eligam. *Hæc Hieronymus, antequam Theophilus Origenistas persequi cœpit. Meminit ibi de Faustino, qui volebat, ut Origenis libri penitus respuerentur. Quis modò ostendere poterit, in eamdem sententiam non concessisse Theophilum & Epiphanium? Imò potiùs longè mihi probabilius apparet, eam revera illorum fuisse mentem, ideoque respondisse* Chrysostomum, *rem tantam magis esse ponderandam.*

F

quod obtinere non potuit.

870 *Baronio æquè displicent, quæ mox subjungit Sozomenus, ita prosequens cap. 15:* Interea accidit, ut imperatoris filius (*Theodosius Junior*) admodùm puer morbo corriperetur. Mater verò sollicita, ne quid tristius ei contingeret, misso ad Epiphanium nuntio, ut pro illo Deum precaretur, postulavit. Ille puerum victurum esse respondit, si augusta hæreticos, qui cum Dioscoro erant, aversaretur. Verùm augusta: Si Deus, inquit, filium meum eripere mihi voluerit, ita fiat. Dominus enim, qui dedit, idem & aufert. *Addit plura, quæ jam data sunt in S. Epiphanio ad XII Maji, ubi etiam ad Baronii objectionem breviter respondetur. Illud solùm observo, augustam usque ad id tempus noluisse causam monachorum desercre. Affirmat etiam Sozomenus, Crispionem, Epiphanii archidiaconum,* haud multò antea *fuisse defunctum. Hæc autem mors si in itinere contigerit, ut verisimile est, occasionem præbere potuit Epiphanio diaconum ordinandi prope Constantinopolim, ut factum ab Epiphanio asserit Socrates, tacente Sozomeno. Factum illud impugnat Baronius, nec planè immeritò; alii tamen*

AUCTORE J. S.

ut verum admittunt : mihi pro dubio habendum videtur. At ea ad Epiphanium potiùs spectant, quàm ad Chrysostomum.

Deinde locutus cum monachis Ægyptiis,

871 *Magis huc spectant, quæ laudatus Sozomenus subdit de congressu monachorum cum Epiphanio, ita scribens :* Ammonius verò, & qui cum illo erant, Epiphanium adierunt ; id enim ipsi quoque Augustæ placuerat. Cumque Epiphanius interrogâsset, quinam essent, respondit Ammonius : Longi sumus, ô pater. Sed libenter equidem discerem, utrùm aliquando in discipulos aut in libros nostros incideris. Illo negante, iterum quæsivit Ammonius : unde ergo hæreticos illos esse judicâsti, qui nullum habes argumentum, quo sententiam illorum possis convincere ? Et cùm Epiphanius diceret, id se auditu accepisse : Nos verò, ait Ammonius, planè contrarium fecimus. Nam & discipulos tuos sæpenumero vidimus, & libros perlegimus : ex quibus unus est, qui Ancoratus inscribitur. Cumque multi vituperare te & tanquam hæreticum calumniari vellent, nos pro patre, uti par erat, propugnavimus, & causæ tuæ defensionem suscepimus. Proinde nec tu ex solo auditu absentes damnare
B debuisti, quos nequaquam tu ipse certis argumentis inductus conviceras : nec ejusmodi gratiam referre laudatoribus tuis.

Ut utcumque placatus, domum discedit.

872 Posthæc Epiphanius leniùs eos adlocutus, tum quidem ab se dimisit. Brevi autem interjecto tempore, Cyprum navigavit : seu quòd Constantinopolitanæ profectionis ipsum pœniteret : seu quòd Deus oraculo ipsum admonuisset, mortemque ipsi suam, ut verisimile est, prænuntiâsset. Dum enim navigaret ; priusquam appulisset in Cyprum, fato interceptus est. Cæterùm cùm navem conscensurus esset, episcopis, qui ipsum ad litus usque prosecuti fuerant, dixisse fertur : Urbem vobis & palatium, & scenam relinquo. Ego verò abscedo : festino enim & quidem valde. *Hactenus Sozomenus, contra cujus auctoritatem Baronius allegat Leonem augustum & Metaphrastem. Verùm jam observatum in Epiphanio, nec auctoritatem scriptorum tot seculis posteriorum, nec alia Baronii argumenta sufficere, ut falsa credamus, quæ modò ex Sozomeno dedi. Sanè si perpendamus præproperum S. Epiphanii recessum, vix dubitare poterimus, quin ipsum consilii sui pœnituerit, propriâque experientiâ didicerit,*
C Chrysostomum *in omnibus multò moderatiùs & prudentiùs processisse, quàm Theophilum. Facilè quidem excusare possumus sanctum virum, quia non modò Theophilus monachos illos ut hæreticos accusabat, sed eosdem quoque damnandos curaverat in concilio episcoporum, quorum auctoritatem Epiphanius erat secutus. Attamen, cùm discesserit ante adventum Theophili, cujus rogatu Constantinopolim venerat, haud dubiè aliqua intellexerit, quæ antè non noverat, quæque ipsum induxerunt ad manum penitus subtrahendam ab illo negotio.*

Fuit Constantinopoli anno 403 post Paschа :

873 *Tempus, quo fuit Constantinopoli, variè assignatur. Baronius & Pagius ad annum 402 gesta ejus Constantinopoli referunt. Papebrochius noster in S. Epiphanio, & Tillemontius Notâ 63 in* Chrysostomum, *tam gesta Constantinopoli quàm mortem S. Epiphanii figunt anno 403. Horum sententia mihi certa videtur. Rationes istius chronotaxis sunt hæ. Discesserunt eodem ferè tempore, certè eodem anno, teste Sozomeno, Epiphanius per mare, & Theophilus terrestri itinere. Dum verò Theophilus episcopos Ægyptios ad iter excitat, primus omnium discessit S. Epiphanius ex Cypro, verisimiliter post Paschа celebratum, quod crat* XXIX *Martii, sive sub initium Aprilis. Epiphanius viginti diebus Constantinopolim pervenire potuit ex Cypro, aut etiam citiùs, id est, circa* XX *Aprilis. Ubi verò decem aut duodecim diebus Constantinopoli fuerat, aut fortè etiam paucioribus, subitò iterum discessit, & in navi occubuit die* XII *Maii, si colatur ipso die, quo obiit, ut verisimile est. Post discessum Epiphanii advenit Theophilus, & concilium celebravit, ut videbimus. Hæ conjecturæ de diebus & mensibus conformes sunt Sozomeno, Socrati & Palladio, ut per decursum patebit.*
D

quæ de mutuis eorum vaticiniis scripta sunt,

874 *Cetera quæ de mutuis vaticiniis Epiphanii &* Chrysostomi *habent Socrates & Sozomenus, ab eventu rerum adinventa videntur. Prior cap.* 14 *ita scribit :* Sunt, qui dicant, eum (*Epiphanium*) cùm jam navem conscensurus esset, hæc Joanni denuntiâsse : Spero te non moriturum esse episcopum : Joannem vicissim illi sic respondisse : Spero te non perventurum esse in patriam. Utrùm porrò vera mihi dixerint, qui ista narrârunt, equidem non possum affirmare. Utrique tamen illorum hujusmodi exitus contigit. Nam neque Epiphanius navem appulit Cyprum : post discessum enim mortuus est in navigio. Et Joannes haud multò pòst ex episcopali sede dejectus
E est. *Digna hæc sunt Socrate, ineptas vulgi aut Novatianorum narratiunculas passim amplectente ; at indigna Sanctis, de quibus narrantur.*

pro fabulis habenda.

875 *Sozomenus item dubitanter fabellam illam sic refert :* Aliud præterea quidpiam audivi, quod multorum sermonibus etiamnum circumfertur ; Joannem quidem Epiphanio prædixisse, illum in navigatione esse moriturum : Epiphanium autem prænuntiâsse Joanni abdicationem episcopatûs. Nam dum inter se dissiderent, Epiphanius quidem Johanni scripsisse dicitur : Spero te nequaquam episcopum esse moriturum. Joannes verò rescripsit Epiphanio : Nec ego spero te in urbem tuam ingressurum esse. *Hæc sanè non producerem, quia prorsus fictitia credo, nisi in multis libris reperirentur. Inter crimina, quæ* Chrysostomo *ab accusatoribus objecta sunt, hoc sextum ponitur apud Photium col.* 53 : Quòd S. Epiphanium delirum, & parvulum dæmonium appellârit. *Verùm tam alienum id erat à moribus Sancti, tam contrarium doctrinæ ejus multis locis traditæ, ut non dubitem calumniam dicere omni verisimilitudine destitutam.*
F

§ LVII. Theophilus Constantinopolim advenit, multosque episcopos, clericos, monachos, ipsamque imperatricem in partes suas trahit contra Chrysostomum.

Theophilus venit Chalcedonem,

JAm vidimus, *Theophilum eodem saltem anno Alexandriâ discessisse, ut terrestri itinere veniret Constantinopolim, quo illuc navigaverat S. Epiphanius. Verùm certè ultra duos menses longissimo itineri impendere debuit, & verisimiliter non festinavit, ut in ipso itinere partes suas firmaret. Vocatus enim erat ab imperatore, ut judicaretur, non ut judicaret. Attamen ita suæ fide-*

bat

A *bat induſtriæ, ut ſe judicaturum ſperaret. Nam* Chryſoſtomus, *teſte Palladio pag.* 72, *cùm ad concilium citaretur, judicem recuſabat Theophilum*, Quem, *inquiebat*, revinco dixiſſe Alexandriæ & in Lycia: In comitatum proficiſcor, ut Johannem deponam. *Tillemontius Notâ* 67 *adventum Theophili figit circa medium Junium: ſed veriſimiliter juſto citiùs, ut oſtendam* § 62. *De illo adventu Sozomenus cap.* 16 *ſic habet, geſta Chalcedone ſimul referens:* Haud multò pòſt ipſe quoque Theophilus Chalcedonem Bithyniæ advenit, & unà cum illo complures epiſcopi, alii à Theophilo invitati, alii imperatoris juſſu acciti. Verùm ſtudioſiùs quàm reliqui convenêre, tum ii, quibus Joannes in Aſia epiſcopatum ademerat, tum quicunque, alius aliam ob cauſam, illi infenſi erant. Jamque aderant ex Ægypto naves, quas Theophilus exſpectabat, & Chalcedonem appulerant.

multoſque ad ſe trahit maximè Cyrinum Chalcedonenſem,

877 Cùmque univerſi ſimul illic conveniſſent, atque inter ſe conſultarent, qua ratione conatus ipſis adverſus Joannem ex voto ſuccederet, Cyrinus, qui tunc Chalcedonenſem regebat eccleſiam, Theophilo fortaſſis gratificans ob generis conjunctionem: erat enim Ægyptius, & alioqui à Joannë diſſidebat: multis eum probris & conviciis oneravit. Verùm Divina juſtitia, contumeliarum iſtarum brevì ab illo pœnas exegit. Maruthas enim ortus ex Meſopotamia, qui unà cum epiſcopis illic aderat, fortè alterum ejus pedem calcavit. Unde affectus dolore, unà cum reliquis epiſcopis Conſtantinopolim trajicere non potuit, licèt ad ſtruendas Joanni inſidias admodùm neceſſarius videretur. Poſtea verò, cùm ex eo vulnere malè haberet, crus ei non ſemel à medicis diſſectum eſt. Superveniens enim putredo totum corpus depaſcebatur: adeo ut alter quoque pes idem paſſus ſit ex mutua doloris communicatione. Et Cyrinus quidem haud multò pòſt in doloribus expiravit. *Hactenus Sozomenus, cui conſentit Socrates cap.* 15. *Attamen tam citò non obiit Cyrinus Chalcedonenſis, quàm aliqui fortaſſe crederent ex verbis Sozomeni: nam Palladius pag.* 158, *recenſens infortunia perſecutorum* Chryſoſtomi, *tacito nomine de Cyrino ſic loquitur:* Alteri vivo crura ad genua uſque paullatim per triennium diſſecta ſunt, eriſipelate videlicet materiam ſuppeditante. *Socrates cap.* 19 *iterum de*

C *Cyrino ſic loquitur:* Cyrinus Chalcedonenſis epiſcopus, ... adeo malè affectus eſt eo caſu, ut, putrefacto pede, neceſſe habuerit eum abſcindere. Neque verò id ſemel factum eſt, ſed ſæpiùs iterata ſectio. Totum enim corpus depaſcebatur vis mali, adeo ut alter quoque pes, eo correptus malo, id remedium ſuſtinuerit. Hujus autem rei idcirco mentionem feci, quòd plerique affirmabant, Cyrinum hæc paſſum eſſe propter probra & convitia, quæ in Joannem conjecerat; quippe qui durum & inexorabilem eum identidem appellaret, ſicut antea dixi. *Hæc & plura ſcriptores de Cyrino, cujus calumniæ id efficere potuerunt, ut multi epiſcopi, alioquin minimè mali, adverſus Sanctum concitarentur.*

Acacium-que, Severianum & Antiochum epiſcopos:

878 *Attamen inter præcipuos* Chryſoſtomi *inimicos Cyrinum non recenſet Palladius, ſed alii quidam ipſo etiam fuerunt deteriores, quamvis minùs fortaſſe eſſent maledici, & moribus magis expoliti. Palladius pag.* 34 *præcipuos ita recenſet:* Omnium malorum, ut quis dixerit, fons & principium Dei oſor dæmon, ſemper inſidians ut lupus rationalibus Chriſti gregibus, peritos quoſque paſtores variis malis atrociter infeſtans, ... fucatos verò & falſos paſtores terrenarum voluptatum fallaciis faginans. Porrò peſſimi hujus fontis canales, ut omnis terrarum orbis novit, ſunt Acacius, Antiochus, Theophilus & Severianus, qui vocantur quidem id, quod non ſunt; ſunt verò, quod dici ſe non ferunt. Ex ordine autem clericorum presbyteri duo, & diaconi quinque, partim quidem ex impuro, partim ex maleficorum numero congregati... Ex imperatoris autem aula duo aut tres ſolummodò fuerunt, qui Theophilum roborârunt, militari præſidio opem illi ferentes. E mulieribus præter illas, quæ vulgò notæ ſunt, tres, viduæ quidem, ſed à viris divites factæ, multam ex rapinis pecuniam poſſidentes in propriæ ſalutis perniciem, tumultuum & ſeditionum commotrices; Marſa Promoti uxor, Caſtricia Saturnini, & Eugraphia quædam uſquequaque furioſa: reliqua autem pudet dicere. Ceterùm hæ atque illi, tardo corde in fide cùm ſint, velut phalanx furore ebria, in unam ſententiam odio doctrinæ adunati, exitii torrentem adverſus Eccleſiæ pacem concitârunt. *Tres tantùm epiſcopos Theophilo hîc adjungit Palladius. At S. Iſidorus Peluſiota lib.* 1 *epiſt.* 152 *dicit*, Theophilum quatuor ſociis, imò coapoſtatis ſeptum ac E munitum *fuiſſe contra* Chryſoſtomum, *per quartum fortaſſe intelligens Cyrinum jam memoratum.*

qualis eſſet, Acacius Berœenſis, & quare

879 *De ſingulis porrò eo ordine, quo recenſentur, paulò plura ſunt dicenda. Acacius Berœenſis in Syria erat epiſcopus ætate admodùm provecta, & variis meritis illuſtris. Laudat ipſum Theodoretus lib.* 5 *cap.* 27, *& ad hunc fortè præceteris reſpexit, quando cap.* 34 *dicit, ſe taciturum nomina* Chryſoſtomi *perſecutorum propter alias illorum virtutes. Sic apud Photium col.* 1518 *idem Theodoretus utcumque excuſat perſecutores* Chryſoſtomi, *obſervatque illam perſecutionem divinâ providentiâ permiſſam eſſe ad gloriam Sancti. At non omnes in perſecutores illos tam benigni ſunt, ac nominatim in Acacium, quem ob alia merita venerabatur Theodoretus. Inter capita* Chryſoſtomo *objecta apud Photium col.* 55 *hoc eſt viceſimum:* Quòd injuriâ ſanctiſſimum Acacium affecerit, & ne ad colloquium quidem ipſum admiſerit. *Injuriam veriſimiliter ſibi illatam crediderit vir ille, fortè meritis ſuis nimiùm fretus, quando* Chryſoſtomus *aliqua ipſi dedit monita, aut quando gravioribus diſtentus curis ipſum non ſtatim ad colloquium admiſit. Certè* Chryſoſtomus *monita ſalutaria dare ſolebat, vocatuſque ad judicium, excepit contra Theophilum, Acacium, Severianum & Antiochum, quos generatim vocat* manifeſtos inimicos, qui, *inquit*, ex ſua negligentia erga me malè animati ſunt. *Videtur igitur Acacium amicè monuiſſe, eumque ſic offendiſſe.* F

Chryſoſtomo infenſus:

880 *Aliam tamen offenſionis cauſam prætexuit Acacius, ut refert Palladius pag.* 48 *his verbis:* Contigit autem, ut id temporis Acacius, epiſcopus Berœæ, qui advenerat Conſtantinopolim, haudquaquam bonum hoſpitium nanciſceretur, ut dicebat, & ob hoc mœrens irâ intumeſcebat, quaſi neglectus à Johanne. Cogitationibus autem immoderatis victus, abſurdum ſermonem ex abundantia cordis effert, dignum ſua mente, præſentibus quibuſdam Johannis clericis, dicens: Ego ipſi ollam condio. Exinde igitur conjunctus eſt Severiano, Antiocho, Iſaacio Syriſco, circumforaneo, præpoſito falſis monachis, trito in perpetuis adverſus epiſcopos calumniis. *Habemus hîc leviſſimam offenſionis occaſionem, & ſimul quintum* Chryſoſtomi *hoſtem. Sozomenus lib.* 7 *cap.* 28 *Acacium mirè laudat ab hoſpitalitate. Inde*

con-

AUCTORE J. S.

conjicere possumus, ipsum agrè tulisse, quòd non adhiberetur ad mensam Chrysostomi, *qui semper solus cibum capiebat. Quæcumque fuerit offensionis occasio, Acacius famæ suæ maculam inussit persequendo Virum sanctissimum, eidemque haud dubiè auctoritate sua non mediocriter nocuit.*

quales Antiochus & Severianus,

881 *Antiochus Ptolemaidis in Phœnicia erat episcopus, Severianus Gabalorum in Syria, ambo eloquentiæ ac eruditionis nomen adepti, ac subinde concionati erant Constantinopoli. Si autem vera scribit Sozomenus lib.* 8 *cap.* 10, *ambo inanis gloriæ ac pecuniæ cupidiores erant, quàm veræ virtutis, ideoque mirandum non est, illos* Chrysostomo *invidisse, eique fuisse adversatos, nec monita ipsius patienter tulisse, præsertim cùm Severianus jam antea se* Chrysostomo *nequaquam probâsset, & cum eo simultates habuisset, ut vidimus* § 49. *Breviter dixisse sufficiat, eos à nemine illius temporis laudatos fuisse; ut vera virtute ornatos,* Chrysostomum *verò ipsum contra ipsorum judicium sic excepisse apud Palladium pag.* 72. De Severiano & Antiocho quid attinet dicere, quos citiùs excipiet divina justitia, quorum temerarios conatus etiam sæcularia theatra canunt?

B

qui jam ante Theophilum machinati sunt contra Sanctum;

882 *Porrò quid Acacius, Antiochus & Severianus unà cum Isaacio monachorum præposito ante adventum Theophili contra Sanctum moliti sint, Palladius pag.* 49 *narrat his verbis:* Deliberant armari scilicet adversus Johannem, revera autem contra gloriam Servatoris. Ceterùm, cùm mississent primum Antiochiam, adolescentiæ ejus delicta perquirunt. Ubi verò defecerunt scrutantes scrutationes, & nihil invenerunt: mittunt Alexandriam ad Theophili vafritiem, qui dicebatur Cothurnus, sollertis talia moliri. Qui statim replicans mentis suæ volumina, cum otio & quiete latrocinali cujusvis etiam prætextûs speciem diligenter perscrutabatur. *De Theophilo plura dicentur per decursum: nam vehementer ubique in ipsum invehitur Palladius, ac fortasse ultra modum, usus verisimiliter accusationibus inimicorum ipsius. Quidquid sit, saltem vehementior semper fuisse videtur in adversarios suos, quàm par erat, ac totius conspirationis in* Chrysostomum *factus est antesignanus. S. Nilus magna libertate episcopos illos variis locis carpit. Nam lib.* 3 *Epistolâ* 199 *non modò dicit,* invidentiâ *compulsos fuisse contra* Joannem, *in eumque egisse,* divino metu valere jusso; *sed & viros* pestilentes *vocat* & malignos pastores. *Eosdem lib.* 3 *Epist.* 279 *nominat episcopos* mente malè valentes, *prout liquebit ex ipsis Epistolis postea recitandis.*

C

quid alios quosdam fortè offenderit.

883 *Quod spectat ad Isaacium monachorum præpositum, illum etiam commemorat Sozomenus cap.* 9 *inter hostes* Chrysostomi; *causam offensionis unà insinuans his verbis.* Fuit etiam illi simultas quædam ac dissensio cum monachis nonnullis, ac præcipuè cum Isaacio. Hujus enim philosophiæ sectatores, qui in monasteriis suis quietè degerent, magnopere laudabat; utque à nemine afficerentur injuriâ, & necessaria cuncta haberent, sollicitè procurabat. Eos verò, qui foràs egrederentur, ac per vicos urbis conspicerentur, tamquam qui professionem suam dedecore afficerent, carpebat atque objurgabat. Hujusmodi ex causis clerici & monachi complures Joanni infensi erant, & morosum atque iracundum, sævumque ac superbum eum appellabant. *Quid porrò, præter severas objurgationes, offendere potuerit mulieres divites, ac fortè etiam alios non paucos, tam clericos inferiores quàm episcopos, præmittit ibidem Sozomenus, narrans ipsum suis monitis, id effeciss apud S. Olympiadem, divitiis abundantem ac liberalitate insignem, ut non temerè bona sua in quoslibet petentes effunderet, sed ea egentibus prudenter distribueret. Certè asserit ille auctor, multos eo ipsius consilio offensos fuisse. Ita omnia Sancti facta dictaque ægrè ferebant homines sui amantes, modò ea vanitati aut avaritiæ suæ non invenirent favorabilia.*

D

Theophilus Constantinopolim ingressus Chrysostomum aversatur:

884 *De ingressu Theophili in urbem eadem scribunt Socrates & Sozomenus. Hic cap.* 17 *ita loquitur:* Porrò cùm Theophilus Constantinopolim trajecisset, nullus ex clericis urbis regiæ obviàm ei processit. Jam enim palàm factum fuerat, illum Episcopo infestum esse. Nautæ verò Alexandrini, qui tum fortè erant Constantinopoli, tum ex aliis navibus, tum præcipuè ex frumentariis, in unum collecti, cum gaudio & faustis acclamationibus eum exceperunt. At ille ecclesiam prætergressus, in imperialem domum concessit, in qua ipsi diversorium fuerat præparatum. *Domus illa* Placidiana *vocabatur, ait Socrates cap.* 15, *ubi addit:* Exinde multæ adversus Joannem accusationes moveri cœpere: nec jam librorum Origenis ulla fiebat mentio: sed absurdas alias criminationes intendebant. *Palladius pag.* 64 *habet illa:* Sic adveniens Theophilus, veluti scarabæus fimo onustus, pulcherrimarum rerum, quæ in Ægypto sunt & in ipsa India, suaviss imum odorem pro fœtida invidia spargens, sextâ horâ, quintâ Sabbati, Constantinopolim venit, nautis circumplaudentibus, infamem referens gloriam, ... & hospitatur in tentoriis injustorum, fugiens ecclesiam *&c. Præparaverat tamen* Chrysostomus *hospitia, hortatusque est Theophilum, ut ad se diverteret: ipse verò non modò hospitium, sed etiam congressum Sancti renuit, ut ipse narrat* Chrysostomus *apud Palladium pag.* 12.

E

hic verò ipsum placare studet, & judex ejus esse recusat,

885 *Verumtamen necdum eo loco apud Arcadium & Eudoxiam videtur fuisse Theophilus, quando primùm advenit Constantinopolim, ut timere non deberet. Nam primò consentiunt scriptores laudati, nullum ex clericis Constantinopolitanis ipsi obviàm processisse, ita ut illos necdum sibi faventes haberet, ut eosdem postea magna ex parte habuit. Secundò ut reus erat vocatus ad causam dicendam, ut testatur* Chrysostomus *apud Palladium pag.* 11: *neque ea in re ulla tum erat mutatio, ut* Chrysostomi *Epistola ad Innocentium Papam ibidem habet pag.* 12, *ubi Sanctus hæc scribit:* Attamen facientes id, quod nosmetipsos decebat, & assiduè ipsum adhortantes, ut congrederetur nobiscum, & diceret, qua de causa statim ab initio tantum bellum accendisset, tantæque civitati excitâsset scandalum; neque ipse causam dicere voluit: & cùm urgerent ejus accusatores, nos in ulteriorem urbis regionem, ubi degebat, piissimus imperator evocavit, atque causam ejus jussit audire. Nam & irruptionem & cædes, & alia innumera objiciebant.

F

& rectè, licèt judicium offerret Arcadius.

886 Sed & nos, qui leges Patrum, & virum honore ac reverentiâ prosequeremur, habentes etiam super hac re ejus litteras: Non oportere judicia extra limites trahi, sed in ipsis provinciis res provinciales tractandas esse, non solùm judicium non obiimus, sed vehementissimè recusavimus. *Ita* Chrysostomus *rectè & moderatè. Litteras autem Theophili hîc memoratas dedimus.* 850, *ibique ostendi, rectè* Chrysostomum *à judicio illo abstinuisse. Tillemontius pag.* 71 *observat,*

A *ſervat, nullas leges vetuiſſe, quo minùs epiſcopus aliquis judicaretur ab univerſali Orientis concilio. Verùm ea obſervatio non ſpectat ad propoſitum noſtrum: neque enim univerſale concilium congregatum erat Conſtantinopoli, nec tale ibidem congregabatur, ut perperam aſſerit Tillemontius, cùm eò vocati non eſſent patriarchæ Antiochenus & Hieroſolymitanus. Multos quidem ſecum ex Ægypto duxerat Theophilus, aliique aliquot* Chryſoſtomi *hoſtes ſe eidem adjunxerant; ſed nec ipſe habuit generale Orientis concilium; nec generale magis concilium habuiſſet* Chryſoſtomus, *ſi cauſam Theophili tunc judicandam ſuſcepiſſet. Quare rectè rationibus recuſandi judicii à* Chryſoſtomo *allatis acquieviſſet Tillemontius; & perperam alias quærere voluit.*

Deinde verò Eudoxia, variis delationibus.

887 *Ex illis porrò, quæ de oblato judicio contra Theophilum oſtendi, & ex damnatione legatorum Theophili, qui in exſilium miſſi ſunt, ipſo jam agente Conſtantinopoli, ut liquet ex verbis num.* 858 *datis, rectè colligi poteſt, errâſſe Socratem & Sozomenum, dum Eudoxiam jam ante adventum Theophili adeo* Chryſoſtomo *contrariam*

B *faciunt, ut velint, Eudoxiam hortatam eſſe Theophilum*, ut quantocius adveniret, & ſynodum congregaret. *Ita Sozomenus cap.* 16. *Verùm ea putem facta, poſtquam Theophilus cum ſuis* Chryſoſtomum *variis artibus imperatrici odioſum reddiderat. Cauſam mutatæ Eudoxiæ talem affert Socrates cap.* 15: Etenim poſt diſceſſum Epiphanii, quidam Joanni retulerunt, Epiphanium adverſus ipſum ſubornatum fuiſſe ab Eudoxia auguſta. Ille, cùm eſſet ſuopte ingenio ferventior, & ad dicendum paratus, ſine mora orationem habuit ad populum, quæ omnium generaliter mulierum vituperationem continebat. Eum ſermonem vulgus ita accepit, quaſi contra auguſtam figuratè dictus fuiſſet. Exceptus igitur à malevolis ad principum notitiam perfertur.

aliiſque artibus inimicorum Chryſoſtomi victa,

888 Quo cognito, auguſta illatam ſibi contumeliam apud imperatorem conqueſta eſt, utriuſque communem dicens eſſe hanc injuriam. Curat igitur, ut Theophilus quamprimum ſynodum convocet adverſus Joannem. Idem quoque urget Severianus: adhuc enim reconditam animo ſimultatem adverſus Joannem gerebat. *Eadem*

C *habet Sozomenus cap.* 16, *ſed addit*: Utrùm porrò Joannes fortuitò ad eam orationem provectus ſit, an, ut quidam dicunt, eo quòd ſuſpicabatur, Epiphanium ab imperatrice impulſum fuiſſe, ut inſidias ipſi ſtrueret, equidem certò affirmare non poſſum. *At ego dubitare vix poſſum, quin mera fuerit calumnia adverſariorum* Chryſoſtomi, *quæ de ſuſpicione ipſius & de intentione in perorando allata eſt. Si nimias mulierum delicias ac luxum immoderatum acriter perſtrinxit* Chryſoſtomus, *eaque reprehenſio Eudoxiam magis tetigit, quàm ullam aliam; id fecit, ut ipſam eique ſimiles mulieres emendaret; nam eò adhortationes ipſius collimabant; non verò, ut ſe ulciſceretur, quod à moribus Sancti erat alienum.*

contra Sanctum ſe declaravit: alios quoque multos,

889 *Interim facilè credimus, non unam ſolùm, ſed & plures Sancti Homilias in invidiam vocatas fuiſſe apud Eudoxiam, ſive à mulieribus num.* 878 *nominatis, ſive à Severiano aliiſque inimicis* Chryſoſtomi. *Ipſa quoque recuſatio judicii de Theophilo, licèt æquiſſima & Eccleſiæ legibus congrua eſſet, imperioſam mulierem offendere poterat, & in partem omnino contrariam vertere. Theophilus quoque ſexcentas adhibebat ma-*

chinas, ut victoriam conſequeretur, nulli magis quàm ipſi victori turpem ac luctuoſam. Audiamus Palladium pag. 64: Commoratus igitur tres ſeptimanas, neque cum Johanne epiſcopo congreſſus eſt, ut ſolent epiſcopi, neque omnino acceſſit ad eccleſiam: verùm aſſiduè interdiu & noctu contendebat, novum odium veteri accumulans, ut Johannem epiſcopum non ſolùm Eccleſiâ expelleret, ſed ipſâ vitâ privaret, partim largitione auri contra veritatem ſuperſtitioſos è potentibus redimens, partim lautioribus epulis gulæ deditos ſibi mancipans, partim blanditiis & ſpe majoris dignitatis ſui ſimiles impoſtores è clericis in ſuas partes abducens. Iſtos cùm ſine funiculo voluptatibus colligâſſet omnes, veluti ſeductor quidam dæmon, animorumque judicium faſcinâſſet; ad fabulæ miniſterium dæmoniacam perſonam quæſiit: quam quidem etiam eſt aſſecutus. AUCTORE J. S.

& cum iis improbos accuſatores ad ſe rapuit Theophilus,

890 *Teſtatur quoque* Chryſoſtomus *ipſe pag.* 13, *ſubornatos fuiſſe clericos ad accuſandum, ut jam cœpit dicere Palladius, qui ita proſequitur:* Nam cùm diaconi duo à Johanne epiſcopo ejecti eſſent ex Eccleſia ob enormia ſcelera, horum ille levitate abuſus, perſuadet, ut libellos adverſus Johannem dent, pollicitus eos in locum miniſterii ſui ſe reſtituturum. Erat autem eorum crimen, hujus quidem adulterium, illius verò homicidium: quod & præſtitit. Nam poſt exſilium Johannis eos in loca ſua repoſuit, cùm ſcilicet libellos dediſſent, quos ille ipſe dictaverat, nihil quidem veri continentes, præter hoc unum, quod admonebat, ut omnes poſt communionem aquam aut paſtillum deguſtarent, ne cum ſaliva aut pituita aliquid è ſymbolo Sacramenti præter voluntatem exſpuerent: quod primus ipſe faciebat, & eos, qui vellent, ad religionem ac reverentiam erudiebat. Acceptis libellis, coït in ædibus Eugraphiæ cum Severiano, Antiocho, Acacio, & reliquis Johanni infenſis propter modeſtas ejus admonitiones. Solebat enim beatus ille exemplo Pauli & publicè & privatim honeſtum & decorum edocere. . . . E

qui auctoritate Arcadii abutitur ad inchoandum judicium

891 Congregati autem quærebant, quomodo judicium ordirentur. Unus verò ex iis, qui aderant, ſuggeſſit: darent libellos imperatori, & Johannem vel invitum ad confeſſum traherent. Id igitur fit, ſicut olim apud Judæos, auro omnia prona & facilia reddente. *Hæc quidem ſtylo ſatis amaro retulit Palladius. Attamen non video, aliquid ex omnibus illis rejiciendum eſſe. Etenim Theophilus ipſe clariſſimè fecit contra legem, quam* Chryſoſtomo *præſcripſerat num.* 850; *exiguoque tempore tantam rerum invexit mutationem, ut ex reo judex ſit factus, omneſque ferè* Chryſoſtomi *clericos in mala cauſa ſibi faventes reddiderit, cùm advenienti nullus occurriſſet.* F

AUCTORE J. S.

§. LVIII Concilium ad Quercum prope Chalcedonem inchoatum: capita accusationum contra Chrysostomum cum aliquot in illa observationibus.

Conciliabulum contra Sanctum inchoatur:

POstquam *Theophilus machinas suas contra* Chrysostomum *abundè instructas habebat & paratas, conciliabulum inchoare decrevit* in suburbano Chalcedonis, quod Quercus dicitur, *inquit Socrates. Sozomenus cap.* 17 *plura de loco habet, ita scribens:* Porrò cùm multos esse animadvertisset, qui Joannem odissent, & accusare parati essent, præparatis omnibus, prout ipsi conducere videbatur, ad Quercum perrexit. Id suburbanum est Chalcedonis, quod nunc ex Rufini viri consularis nomine appellatur: in quo palatium est & ecclesia maxima, quam Rufinus ipse in honorem Apostolorum Petri & Pauli construxerat, & Apostoleum ob id cognominârat. Monachos quoque juxta eam collocavit, qui clericorum in ea ecclesia munus explerent. *Observat* Chrysostomus *in Homilia, post reditum à primo exsilio habita, tom.* 3 *pag.* 427, *non ausos fuisse inimicos suos concilium illud iniquissimum in ipsa urbe celebrare, ita suos alloquens:* Hæc mirabantur timentes virtutem vestram, caritatis vim, amoremque mei. Nihil audemus, ajebant, in urbe. Eum nobis date foris. *Hac fortasse etiam de causa Bosphorum transierunt, ut tutiores essent à tumultibus Constantinopolitanorum, nisi id fortè fecerint, ut secum haberent Cyrinum Chalcedonensem episcopum, &* Chrysostomi *obtrectatorem.*

B

m eo fuerunt triginta sex episcopi

893 *De numero episcoporum, qui illuc convenerunt, satis videtur constare ex Palladio, licèt apud Photium aliter legatur. Nam apud Palladium pag.* 71 *episcopi* Chrysostomo *adhærentes, numero quadraginta, Theophilo per legatos dicunt:* Tu enim trigesimus sextus es ex unica provincia, *pro maxima scilicet parte: dicuntque, se numero superiores esse. Rursum apud Palladium pag.* 23 *dicuntur Romam allata conciliabuli Acta,* in quibus videbatur Johannes à triginta sex episcopis condemnatus, quorum undetriginta erant Ægyptii, septem verò aliarum regionum. *Ex his septem erant jam sæpè dicti Acacius, Antiochus, Severianus, & Cyrinus, nisi fortè hîc inter Ægyptios numeratur, quia in Ægypto erat natus. S. Maruthas, de quo plura postmodùm, quique episcopus erat in Mesopotamia, etiam adfuisse videtur. Macarius Magnesiæ episcopus, qui accusavit Heraclidem, non erat Ægyptius. Apud Photium etiam est Paulus Heraclaensis, & Isaacius episcopus, qui verisimiliter non erant Ægyptii. At ultimus fortè non erat episcopus, licèt ibi episcopus vocetur. Apud Marcellinum comitem etiam enumerantur episcopi triginta sex ad annum* 403.

C

licèt plures habeat Photius.

894 *Quapropter postponenda sunt Acta concilii illius, prout referuntur apud Photium cod.* 59, *nisi commodo sensu cum hisce conciliari queant: nam Acta ibidem col.* 59 *habent,* fuisse numero omnes quinque & quadraginta, *qui sententiam tulerunt contra* Chrysostomum. *Fortè numerus ille corruptus est, ut jam dixi. Fortè aliqui episcopi postmodùm sententiam probârunt, & Actis idcirco fuerunt adjecti. Fortè Theophilus, ut videretur numero prævalere, episcopos aliquot olim à* Chrysostomo *depositos ad sententiam dicendam admisit, aut Actis finiti concilii subscribere jussit. Certè illi ad concilium venerant, & tres apud Photium nominati, videlicet Gerontius olim Nicomediensis, Faustinus & Eugnomonius, libellos obtulerunt, ut in locum suum restituerentur, tamquam injustè depositi. Fortè etiam ad augendum numerum adjecti sunt illi, quos in locum depositorum creârunt episcopos. Quidquid sit, de numero episcoporum, qui ad Quercum convenerunt, standum est Palladio.*

D

Ibi monachi ad communionem admittuntur:

895 *De initio conciliabuli Sozomenus lib.* 8 *cap.* 17 *loquitur hoc modo:* Hoc igitur in loco Theophilus unà cum reliquis episcopis cùm consedisset, de libris quidem Origenis nullam ampliùs mentionem fecit; sed Scetienses monachos ad pœnitentiam invitavit, oblivioni se traditurum præterita, nec mali quicquam facturum pollicitus. Cúmque fautores Theophili inclamarent monachis, ut veniam peterent; & synodum pro illis supplicare fingerent: conturbati monachi, idque sibi faciendum esse existimantes, confidentibus tot episcopis, id, quod solemne est ipsis dicere, etiamsi injuriâ affecti fuerint, PARCE scilicet dixerunt. Cùm autem Theophilus libenter eos in gratiam recepisset, & communionem eis restituisset, finita est quæstio de injuriis monachorum Scetiensium. Quod meo quidem judicio factum non esset, si Dioscorus & Ammonius unà cum aliis monachis illis adfuissent. Nam Dioscorus quidem, antequam hæc fierent, mortuus, & in ecclesia Mocii martyris sepultus fuerat, Ammonius verò paulò antè, dum synodus pararetur, languore correptus est. Cúmque ad Quercum trajecisset, ingravescente morbo, non multò pòst extremum diem clausit: & apud vicinos illic monachos, ubi cadaver ejus jacet, splendidam meruit sepulturam. Cæterùm Theophilus, hoc audito, lacrymas fudisse dicitur, cunctisque audientibus dixisse, neminem inter sui temporis monachos parem Ammonio exstitisse, quamvis illum in maximas perturbationes conjecisset. Sed tamen hoc illi ex animi sententia successit. *Hactenus Sozomenus, cui consentiunt alii de receptis facilè à Theophilo monachis illis.*

E

ex illis alii qui defuncti, alii ad eremum reversi.

896 *Socrates tamen breviùs agens de illis monachis, videtur supponere gratiam illis præstitam post depositum* Chrysostomum. *Constantinopolitani, audita Sancti depositione,* præcipuè, *inquit Socrates cap.* 16, in Theophilum culpam hujus calumniæ conferebant. Neque enim ampliùs fraus ejus in obscuro esse poterat: idque tum ex aliis multis indiciis, tum ex eo maximè, quòd statim post Joannis depositionem, cum Dioscoro ejusque fratribus, qui Longi dicebantur, communicâsset. *Hæc de communione monachis impertita ex Palladio confirmari possunt: nam tradit, illos, qui post concilium supervixerunt, in solitudinem rediisse. Fallitur tamen Socrates, dum Dioscorum episcopum, qui antè erat defunctus, ut viventem Theophilo conciliatum adducit. Defunctus quoque circa id tempus est Ammonius monachus, Dioscori frater, ut habet Sozomenus laudatus, & Palladius pag.* 157, *&* 159 *de utroque agens, & utrumque multùm laudans. Solitudinem verò repetierunt alii quidam ab eodem longis elogiis ornati,*

F

A *nati, inter quos pag.* 160 *nominatur Hierax. Eminentissimus Baronius, qui monachos illos pro Origenistis habet, eorumdemque cum Theophilo reconciliationem narrat ad annum* 403 *num.* 21 *&* 22, *leviter prætervolat argumentum, quod pro illorum innocentia ex hisce haberi potest. Ego verò, ut jam antè monui, nolim monachos istos in omnibus excusare, nec tamen certò etiam credere, Origenis erroribus fuisse addictos. Illud solum tutò observare me posse existimo, intentionem Theophili in zelo illo, quo Origenistas visus est persequi, ex conciliatione ista suspectam admodùm reddi, & minùs certè laudabilem.*

Acta conciliabuli, quæ non videntur supposititia,

897 *Acta qualiacumque illius conciliabuli dedit Photius in Bibliotheca cod.* 59 *col.* 54. *Baronius ad annum* 403 *num.* 17 *eadem suppositionis suspecta facit, quia credit Sanctum de aliquibus fuisse accusatum, quæ ibidem non leguntur inter accusationum capita. Tillemontius Notâ* 68 *opinionem sive suspicionem Baronii refutat, observans, non omnia, quæ in aliquo concilio fiunt, Actis semper inseri. Certè nequaquam verisimile est, libellis oblatis contra Sanctum in conciliabulo graviora inserta fuisse crimina, quàm legantur in Actis apud Photium, præsertim cùm Innocentius Papa, ubi vidit Acta à Theophilo transmissa, compererit, teste Palladio pag.* 23, nullas graves esse accusationes. *Itaque data responsio sufficeret, etiamsi constaret, graviores calumnias in Sanctum fuisse jactitatas. Verùm illud ipsum non rectè ostendit Baronius, cùm solam allegat Epistolam* 125. *Hanc verò supposititiam credimus, talemque solidis argumentis probabimus § 69: & sic ipsum illius opinionis fundamentum planè concidit. Non video itaque, cur illa Acta non possimus admittere, certè ut in compendium contracta, ideoque fortasse in aliquibus mendosa.*

in compendium contracta à Photio.

898 *Photius ea, prout Latinè redditus est, sic orditur:* Lectum est illegitimè coactum adversus S. Joannem Chrysostomum conciliabulum, cui præsides adfuerunt Theophilus Alexandriæ, Acacius Berrhœæ, Antiochus Ptolemaïdis, Severianus Gabalorum, & Cyrinus Chalcedonis episcopi: qui infesto in illum animo cùm essent,

C simul omnia & judices & accusatores & testes erant. Tredecim hæc actionibus peracta; duodecim quidem contra S. Chrysostomum, tertiadecima contra Heraclidem, quem Ephesiis ille ordinârat episcopum. Hujus tamen depositionem validam reddere, aliis nonnullis prohibentibus, minimè potuerunt. Heraclidæ accusator Macarius quidam nomine fuit Magnetum episcopus: Beati Joannis verò palàm hostis, primusque accusator, Joannes ejus diaconus. *Macarius* Magnesiæ *in Asia ad Meandrum, quæ urbs non longè Epheso distabat, erat episcopus, aut* Magnetum, *id est, populi istius urbis. At dubitari potest, an fortè non fuerit ex iis, quos anno* 400 Chrysostomus *exauctorârat.*

Capita accusationum,

899 *Accusationum capita, quæ Joannes diaconus, ob homicidium, ut ait Palladius, depositus, contra* Chrysostomum *intulit, huc transfero cum brevibus observationibus, & correcto Latino textu, ubi id necessarium videtur.* Accusat hic (*primò*) Chrysostomum actione illatæ sibi injuriæ, quòd se ejeciisset ob domesticum puerum Eulalium pulsatum. *Tanta verisimiliter fuit percussio, ut mors secuta sit. Vix enim dubitari potest, quin hic diaconus accusator sit idem cum illo, quem ob* homicidium *Palladius pag.* 65 *depositum asserit.*

Secundò, quòd Joannes quidam monachus, jubente Chrysostomo, verberatus esset, ut ait, ac raptatus, ferreâque catenâ dæmoniacorum more adstrictus. *Hæc facta esse per ministros imperatoris, dicam num.* 906. AUCTORE J. S.

Tertiò, quòd pretiosarum rerum magnam vim divendidisset.

Quartò, quòd marmora S. Anastasiæ, quæ Nectarius illi ecclesiæ marmoribus ornandæ reliquerat, ipse vendidisset. *Hæc duo capita sanè levissima sunt, cùm SS. Ambrosius, Augustinus, aliique etiam sacra vasa vendiderint ad succurrendum captivis & pauperibus.*

quæ Joannes diaconus

900 Quintò, quòd per contumeliam appellet clericos, viles, corruptos, suis usibus sponte paratos, triobolaresque. *Similia potuit Sanctus nomina adhibere in concionibus aut scriptis suis, quando malorum clericorum vitam generatim corrigere studebat. Sed aliàs à contumelia alicui inferenda erat alienissimus.*

Sextò, quòd S. Epiphanium delirum, & parvulum dæmonium appellârit. *Haud dubiè mera est calumnia.*

Septimò, quod Severiano insidias struxisset, E incitatis contra eum decanis. *Mendacium est. Vide dicta num.* 745 *& seqq.*

Octavò, quòd sycophantiis plenum librum in clerum conscripsit. *Designat accusator librum num.* 573 *relatum, contra eos, qui subintroductas habent. Vel hic solus articulus ostendit, quàm omnia sint exaggerata, cùm præclara etiam facta pro criminibus objecta sint.*

in libello suo

901 Nonò, quòd totius cleri habito conventu, tres diaconos citârit, Acacium, Edaphium & Joannem, & quasi humerale ipsius furati essent, accusârit, quærens, utrùm & ad alium illud usum aliquem cepissent. *Hoc aliunde elucidare nequeo. At res ipsa ostendit, nugas esse exaggeratas, aut in deteriorem partem detortas.*

Decimò, quòd Antonium, ut sepulcrorum effossorem accusatum *, episcopum ordinârit. *Aut calumnia est in Antonium, aut crimen ipsius latuit* Chrysostomum. ** alii vertunt* convictum

Undecimò, quòd Joannem comitem in tumultu militari ipse prodiderit. *Dubium nullum est, quin sit calumnia.*

F

Duodecimò, quòd neque incedens ad templum, neque ingrediens, Deum precatus sit. *Hæc accusatio risu digna, cùm ab homine irreligioso proferatur in Virum piissimum.*

Decimotertiò, quòd sine altari diaconorum & presbyterorum ordinationes fecerit. *Hujus accusationis, quæ sine dubio æquè ridicula aliàs appâreret, fundamentum ignoramus.*

Decimoquartò, quòd una ordinatione quatuor simul episcopos creârit. *Fortè id fecerit unica die. Certè meliùs noverat sapientissimus Antistes, quid sibi licitum esset, quàm ineptus ille accusator.*

contra Chrysostomum

902 Decimoquintò, quòd mulieres suscipiat, solus cum solis, aliis omnibus foràs emissis. *Si quis librum mox memoratum, quem* Sycophantiis plenum... in clerum *dicit calumniator, pervolvere voluerit, facilè videbit, quàm cautè cum mulieribus agendum censuerit Sanctus, solitus documenta aliis tradita ipse servare, & mirabitur impudentem calumniatorem.*

Decimosextò, quòd hæreditatem à Tecla relictam per Theodulum vendiderit. *Hoc verum esse potest, si Tecla pauperibus aut Ecclesiæ sua legaverit bona.*

Decimoseptimò, quòd Ecclesiæ reditus nemo noverit, quò abeant. *Ridiculè duo illa capita objiciebantur Viro quàm maximè studioso, ut census Ec-*

AUCTORE J. S.

cleſiæ, non in luxum aut delicias, ſed in uſus honeſtos & pios converteret.

Decimooctavò, quòd Sarapionem accuſatum, cauſamque etiam tum dicentem, presbyterum ordinârit. *Noverat ſcilicet* Chryſoſtomus, *multis Serapionem impeti calumniis; at cauſam ipſius in legitimo judicio agitatam fuiſſe eo tempore, quo ordinatus eſt, non credidero.*

Conciliabulo obtulit.

903 Decimononò, quòd communicantes cum orbe univerſo, ipſius voluntate incluſos, & in cuſtodia mortuos contempſerit, & ne corpora quidem ipſorum ſepulturæ mandanda curârit. *Calumnia eſt: nam procul dubio agitur de legatis Theophili, quos judices imperatorii, ut calumniatores, carceri injecerunt & condemnârunt, poſtquam* Chryſoſtomus *à lite inter ipſos & monachos fratres manum omnino abſtraxerat. Vide dicta § 55.*

Viceſimò, quòd injuriâ ſanctiſſimum Acacium affecerit, & ne ad colloquium quidem ipſum admiſerit. *De inepta hac Acacii querela egimus num.* 879 *&* 880.

Viceſimoprimò, quòd Porphyrium presbyterum Eutropio, ut in exſilium pelleretur, tradiderit.

B *Haud dubiè falſò id imputatur Sancto, quo nullus erat fortior ad ſubditos ſuos defendendos. Idem dicendum de ſequente capite.*

Viceſimoſecundò, quòd item Venereum (*Gr.* Berenium) ſacerdotem contumeliis multis malè acceptum dediderit.

Viceſimotertiò, quòd illi ſoli balneum ſuccendatur, & ubi laverit, Sarapion claudat labrum, ita ut alius nemo lavet. *Quas nugas non profert inopia accuſatoris?*

Viceſimoquartò, quòd ſine teſtibus multos ordinârit. *De mendacio non dubito.*

Viceſimoquintò, quòd ſolus edat, intemperanter cyclopum vitam degens. *Impudens eſt calumnia. Cur ſolus ederet, dictum eſt § 37.*

Viceſimoſextò, quòd idem ipſe accuſet, idemque teſtis ſit, ac judex: planum id eſſe ex illis, quæ cum Martyrio archidiacono, & cum Proæreſio Lyciæ epiſcopo geſta referuntur. *At multo clariùs eſt, calumniatorem manifeſtum in ſimilibus nullam mereri fidem.*

cum debitis in ea animadverſionibus.

904 Viceſimoſeptimò, quòd pugno contuderit Memnonem in Apoſtolorum ſacra æde, & ſanguine ex ore ipſius manante, nihilominus Euchariſtiæ obtulerit Myſteria. *Fortè infortunio Memnonem truſerit. Nam tam manifeſtæ ubique ſunt calumniæ, ut contuſio aliqua fortuitò facta pro deliberata percuſſione afferri potuerit. Certè calumnia eſt, cùm Sanctus peregerit ſacrum Officium. Quàm autem facilè abſtinuerit ab offerendo Miſſæ Sacrificio ob qualemcumque iracundiæ motum, etiam juſtum, colligi poteſt ex dictis num.* 716.

C Viceſimooctavò, quòd in throno exuitur & induitur, & paſtillum edit. *Hoc ſolum ut verum admittit Palladius num.* 890 *laudatus, ubi & ratio additur. Nimirum quia reliqua omnia, aut planè commentitia, aut nimia exaggeratione, aut prava interpretatione ſunt corrupta. Quòd ſequitur, laudabile ſanè erat: ſed in eo etiam perverſa interpretatione crimen invenit calumniator.*

Viceſimononò, quòd epiſcopis à ſe ordinatis pecunias largiatur, ut per illos laboribus clerum opprimat. *Imò potiùs, ut ex ſua abundantia aliorum ſublevaret inopiam.* Hæc accuſationis in ſanctum Virum capita ſunt, *inquit Photius. Attamen & alia ſequuntur deinde ex aliis libellis, eaque huc transferenda cenſeo, ſive contra Heraclidem, ſive contra* Chryſoſtomum *fuerint objecta, quia Heraclides propter* Chryſoſtomum, *à quo anno* 400 *ordinatus eſt epiſcopus, maximè impetebatur.* D

Accuſatus item Heraclides Epheſiorum epiſcopus.

905 Hinc, *inquit Photius*, cœperunt in Heraclidem & Palladium Helenopolis, epiſcopos ambos, conquirere. Et Joannes monachus (cujus Joannes diaconus in ſuis beati Chryſoſtomi accuſationibus meminerat) libellum itidem porrexit, accuſans Heraclidem, quòd Origeniſta eſſet, & Cæſareæ Palæſtinæ in furto deprehenſus fuiſſet, Aquilini diaconi veſtimenta furatus. Et quamvis talis eſſet, inquit, Joannes epiſcopus Epheſiorum eum epiſcopum ordinavit. Accuſat præterea ipſum Chryſoſtomum, quòd multa Origeniſtarum cauſâ adverſa paſſus ſit à Sarapione, quódque hunc ille à ſe miſerit. *Deinde tertium libellum recitat Iſaacii epiſcopi. At ſuſpicio mihi eſt, Iſaacium epiſcopum non fuiſſe, quia præter Iſaacium ſeptem videntur fuiſſe epiſcopi non Ægyptii, ut dictum eſt num* 893. *Fortè Iſaacius fuit ille Syriſcus, inter præcipuos Sancti inimicos num.* 880 *&* 883 *memoratus. Qualiſcumque fuerit calumniator ille, primum ipſius caput huc transfero, unà cum dictis ejus contra Heraclidem.* E Poſtea rurſum, *ait Photius*, Iſaacius epiſcopus Heraclidem accuſat ut Origeniſtam, miniméque ſuſceptum à ſanctiſſimo Epiphanio, neque in precationis neque in ciborum communionem. Protulit & idem Iſaacius libellum contra Chryſoſtomum, hæc continentem.

Capita accuſationum

906 Primum de Joanne monacho ſæpiùs jam nominato, quòd propter Origeniſtas vapulâſſet, & ferro vinctus fuiſſet. *Hoc caput prodit impudentiam calumniatorum,* Chryſoſtomo *adſcribentium, quæ facta erant per judices imperatoris. Cùm enim* propter Origeniſtas *ea paſſus dicatur Joannes monachus, clare intelligimus, ipſum fuiſſe ex monachis à Theophilo miſſis, quos ut calumniatores in carcerem conjecerunt præfecti imperatoris, nihil in hiſce agente* Chryſoſtomo. *Ex hoc uno capite, quod clarè innoteſcit, colliget ſtudioſus lector, quàm multa alia Sancto à calumniatoribus fuerint adſcripta, in quibus nullam ille partem habuerat. Quod ſpectat ad Heraclidem, malim credere probè Catholicum fuiſſe, juſtumque & pium, quia* Chryſoſtomus *ita de eo cenſuit, aliàs non ordinaturus epiſcopum; quàm aut Origeniſtam fuiſſe aut furem, licèt impudentes calumniatores talia ei crimina impingere non dubitârint. Si Heraclidem ad communionem admittere noluit S. Epiphanius, quia fortè ſtatim noluit conſentire in condemnationem librorum Origenis; ex eo non magis evinci poteſt, addictum fuiſſe erroribus Origenis, quàm id poſſit probari de* Chryſoſtomo, *cujus fidem ne impudentiſſimi quidem calumniatores illi in dubium vocare ſunt auſi.* F

Secundum *in libello eſt*, quòd B. Epiphanius propter hos Origeniſtas, Ammonium, Euthymium, Euſebium, Heraclidem & Palladium, communicare cum illo noluiſſet. *De his abundè egimus § 56.*

ab Iſaacio

907 Tertium, quòd hoſpitalitatem, ſolus quotidie cibum capiens, deſereret. *Refutatum eſt § 37.*

Quartum, quòd in eccleſia dicat, menſam eſſe furiarum plenam. *Facilè credidero, ſimile quid à Sancto in quapiam Homilia dictum eſſe de menſa ebrioſorum aut intemperantium: ſed non video, quid in eo ſit criminis.*

Quintum, quòd in eccleſia ſe ita jactet: ἐγὼ ὁ μανιώδης, *id eſt*, amo, inſanio. *Similia ferè legun-*

(in)

A *tur in Homilia 2 ex nuper editis tom. 12 pag.* 330.

Sextum, oportuiſſe illum interpretari, quænam illæ furiæ eſſent; & quid ſit, ἐρῶ, μαίνομαι: has enim Eccleſia voces ignorat. *Gravis ille Cato magnas adfert nugas: nam loquitur Sanctus eo ferè modo ſubinde, ut illa hyperbole ingentem lætitiam inſinuet.*

Septimum, quòd licentiam peccantibus præbeat, ſic docens: "Si iterum peccâſti, pœniteat „iterum: & quoties peccaveris, veni ad me, „ego te ſanabo„. *Digna eſt* Chryſoſtomo *vox, ſaltem ſano ſenſu intellecta. Digna verò Novatiano magis quàm Catholico objectio. Vide dicta* § 40.

Octavum, quòd in eccleſia docens blaſphemet, Chriſtum orantem ideo non eſſe exauditum, quòd non, ut oportet, orâſſet. *Hîc ſtrenuè calumniatur, æquè ac primus; uti & in ſequenti articulo.*

Nonum, quòd ad ſeditionem populum concitaret, etiam adverſus ſynodum. *Modus, quo Sanctum urbe videbimus egredientem, ſatis refutabit hanc calumniam.*

Decimum, quòd ex gentibus quoſdam, qui
B Chriſtianos valde afflixiſſent, ſuſcepiſſet, & in Eccleſia haberet, atque defenderet. *Objectio eſt ineptiſſima. Si enim S. Paulus, qui Eccleſiam eſt perſecutus, vas electionis factus eſt; cur perſecutores converſos non ſuſciperet* Chryſoſtomus?

908 Undecimum, quòd aliorum invadat pro- *obl.ata.*
vincias, ordinetque ibidem epiſcopos. *Deſignat accuſator geſta Epheſi anno* 400. *At eò vocatus erat Sanctus, ut componeret eccleſiam Epheſinam, viduam, & in factiones ſciſſam. Vide dicta* § 47 & 48.

Duodecimum, quòd epiſcopos injuriâ afficiat, & ἐκπιγσάτας (*vox eſt ignota*) domo ſua pelli jubeat. *Si ſimile quid umquam contigerit, factum fuerit, inſcio* Chryſoſtomo.

Decimumtertium, quòd clericos inuſitatis injuriis affecerit. *At uſitata eſt conſuetudo calumniatorum, generatim accuſare, ut hic facit, quando deficit accuſandi materia.*

Decimumquartum, quòd aliorum depoſita vi rapuerit. *Calumnia procul dubio eſt.*

Decimumquintum, quòd ſine conventu, præterque cleri mentem ordinet. *Hoc idem ferè eſt*
C *cum articulo* 24 *primi libelli, ubi aliqua obſervata.*

Decimumſextum, quòd Origeniſtas receperit; communicantes verò cùm Eccleſia monachos, etſi commendatitias litteras adferrent, in carcerem conjectos non dimiſerit, quin & in eo morientes ne inviſerit quidem. *De hiſce calumniis vide obſervata ad articulum* 19 *primi libelli.*

Decimumſeptimum, quòd aliena mancipia nondum manumiſſa, imò & accuſata, epiſcopos ordinârit. *Non dubito, quin ſit calumnia: at non invenio, unde huic accuſationi occaſio fuerit data.*

Decimumoctavum, quòd ipſum hunc Iſaacium malè ſæpè multârit. *Facilè crediderim, monitum fuiſſe à Sancto, & fortè etiam gravibus verbis caſtigatum. At hæc ipſa accuſatio ſatis oſtendit, hominem fuiſſe vitæ perverſæ, acrique reprehenſione dignum.*

Obſervatio in accuſationum articulos.

909 *Hæc ſunt accuſationum capita apud Photium recitata, ubi in ultimo hoc libello Græcè tantùm habentur ſeptemdecim, Latinè verò octodecim. Ratio eſt, quia Græcè duo capita conſequenter eodem numero notantur, decimum videlicet & undecimum. Suſpicor, articulum quintum in duos fuiſſe diviſum: nam apud Baronium, ubi etiam dantur ſolùm ſeptemdecim articuli, quintus & ſextus pro uno habentur: & revera ſextus tantùm eſt quarti & quinti articuli qualiſcumque probatio. Verùm, quidquid ſit de numero articulorum, facilè videbit lector eruditus, nihil verè contra Sanctum fuiſſe objectum, quod alicujus ſit momenti, aut quod crimen vocari poſſit: ſed facta aliena non pauca ipſi fuiſſe per calumniam imputata, aut facta ipſius laudabilia perverſâ interpretatione in vitium fuiſſe detorta. Si quas præterea Sanctus calumnias paſſus ſit, eas ſuis locis videbimus. Interim tranſeo ad geſta concilii: nam libelli modò dati antè concinnati erant & præparati.* AUCTORE J. S.

§ LIX. Citantur ad concilium clerici Conſtantinopolitani, & quædam accuſationum capita examinantur: quo interim modo ſe haberet Chryſoſtomus cum ſuis: Sancti iteratæ citationes & reſponſiones. E

Clerici ad concilium citantur:

SOzomenus *lib.* 8 *cap.* 17 *de Synodo ad Quercum ad propoſitum noſtrum ita ſcribit:* Porrò ſynodus cunctos Conſtantinopolitanæ urbis clericos ad ſe evocavit, depoſitionem illis interminata, qui non obtemperâſſent. *De hiſce* Chryſoſtomus *ipſe ad Innocentium Papam ſcripſit ſequentia, apud Palladium pag.* 13: Porrò ille (*Theophilus*) quaſi cum prioribus certans, vocat archidiaconum meum magna cum auctoritate, quaſi jam vidua eſſet eccleſia, nec epiſcopum haberet: per illum, clerum omnem in ſe tranſtulit. Subvertebantur eccleſiæ, cùm abducerentur ſingularum clerici, & ſubornarentur, ut adverſus nos libellos darent, & ad accuſationem accingerentur. *Dubitari nequit, quin favor Eudoxiæ, quæ Arcadium in hiſce regebat, tantam Theophilo & conciliabulo auctoritatem dederit. Prætextus verò advocandi clericos ſpecioſus erat, nimirum ut concilium eorum teſtimoniis uti poſſet, ac rectiùs in cauſam inquirere. Porrò neque ex Actis Photii, neque aliunde clarum eſt, utrùm illa clericorum citatio fuerit facta ante inchoatum examen libellorum, quibus accuſabatur* Chryſoſtomus, *an verò aliquot accuſationum capita priùs fuerint examinata. Hoc igitur in dubio relinquo, & ad examen ipſum tranſeo.* F

aliqua accuſationum capita ibidem examinata:

911 *Laudatus Photius poſt datum libellum Joannis diaconi, ob homicidium olim depoſiti, de examine ſubdit ſequentia:* Examinârunt itaque, ut putabant, horum omnium caput primum & ſecundum. *Primum erat de ipſius accuſatoris depoſitione. Secundum de iis, quæ paſſus erat Joannes monachus, alter accuſator, qui Heraclidem ut Origeniſtam, indeque* Chryſoſtomum, *qui ipſum conſecraverat, accuſabat. Libellus Joannis monachi item examinatus dicitur, ac mox caput nonum Joannis diaconi & vigeſimum ſeptimum. Nam ſic habet Photius col.* 58: Horum itaque cognitione peracta (*ſecundi ſcilicet libelli;*) inquiſitum deinceps eſt in caput nonum accuſationum, mox

AUCTORE J. S.

in vigesimum septimum *primi libelli. Videri hæc capita possunt num.* 901 *&* 904. *Oblatus deinde tertius libellus, post quem de examine subdit Photius:* Harum accusationum primum caput, quòd id antea (ut rebantur) examinatum esset, excutere noluerunt: at in secundum (*de S. Epiphanio*) & septimum inquisitum. *Quod septimum hîc dicitur, fortè illud est, quod octavum posuimus, de Christo non exaudito &c. Calumnia hæc erat omnium gravissima.*

presbyteri aliqui contra Sanctum testantur.

912 Mox, *ait Photius*, tertium quoque accusationis à Joanne diacono factæ caput examinatur. In eo capite Arsacius archipresbyter, qui ipsi Chrysostomo successit, & Atticus presbyter, nescio quo modo testes adhibiti, contra B. Chrysostomum testimonium dixerunt; uti & Elpidius presbyter. Iidem, & cum ipsis etiam Acacius presbyter, in quartum criminationis caput testati sunt. *Duo illa capita, etiamsi vera supponamus, nullum continebant crimen, cùm tantùm agatur de venditis aliquot rebus ecclesiæ: neque enim dubitare debemus, quin aliqua minùs necessaria aut utilia vendiderit Sanctus, ut pecuniam in alia magis necessaria magisque utilia impenderet. Attamen, cùm similia non tantùm rectè & bona intentione fieri possint, sed etiam ex avaritia & injustè; callidi calumniatores ex iis quoque criminandi occasionem arripuerunt.*

B

Chrysostomus interim cum episcopis quadraginta,

913 *Quo animo esset* S. Chrysostomus, *quidque ageret cum episcopis, quos apud se habebat Constantinopoli, scribit Palladius, ita loquens pag. 66 & seqq.:* Eramus quadraginta episcopi cum Johanne episcopo, sedentes in triclinio episcopii; stupentes quomodo reus, & propter impia crimina solus ad comitatum venire jussus, cum tot episcopis advenisset: quo pacto principum & magistratuum sententias subitò commutâsset, plerisque de clero in pejus perversis. Ceterùm admirantibus nobis, Dei spiritu afflatus Johannes omnibus dixit: Orate fratres, & si amatis Christum, nemo mei causâ ecclesiam suam deserat. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat, juxta Paulum, cujus ea sunt verba. Et multas perpessus afflictiones, vitam, ut video, relicturus sum. Novi enim satanæ insidias; eo quòd non ampliùs sustineat pondus meorum adversus ipsum sermonum. Ita misericordiam consequamini. In orationibus vestris memores estote mei. Incredibili igitur mœrore correpti, alii quidem lacrymabantur, alii verò egrediebantur è confessu, oculos & sacrum caput atque facundum ac beatum ejus os deosculabantur, in lacrymas effusi & singultus. Cùm verò eos obsecrâsset Johannes, ut ad confessum redirent, huc illuc volitantes, veluti apes circa alvearia obstrepentes: Sedete, ait, fratres, & fiere desinite, eo ampliùs me emollientes: Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum. Nam percrebuerat, illum securi percussum iri ob nimiam loquendi libertatem. Et si meministis, memorias vestras replicate, quòd semper vobis dixerim: Via est vita præsens, cujus læta atque molesta pertranseunt. Et mercatus est præsens sæculum: emimus, vendidimus, & discedimus. Num meliores sumus Patriarchis, Prophetis, Apostolis, ut nobis hoc vitæ immortale permaneat?

C

quibus pacem commendat, consultans,

914 Tunc quidam ex iis, qui aderant, ejulans dixit: Sed lamentamur orbitatem nostram, ecclesiæ viduitatem, sacrarum legum eversionem, ambitionem eorum, qui non timent Dominum, & Ecclesiæ gubernacula invadunt, omni ope destitutos pauperes, & doctrinæ penuriam. Cùm autem digito indice palmam sinistræ manus percussisset, (consueverat enim Christi amans Johannes, cùm esset cogitabundus, id facere) se alloquenti ait: Sufficit, frater, ne plura loquere, sed, quod dixi, ecclesias vestras ne dimittite. Neque enim à me incepit prædicationis munus, neque in me desiit. Nonne mortuus est Moyses? & non inventus est Jesus? Nonne decessit Samuël? & non unctus est David? Vitam reliquit Hieremias, nonne extitit Baruch? Assumptus est Elias, nonne prophetavit Elisæus? Paulo amputatum est caput, nonne reliquit Timotheum, Titum, Apollo & alios innumeros? Post hæc verba, Eulysius, episcopus Apameæ in Bithynia, ait: Necesse est, nos, ecclesias nostras obtinentes, cogi & communicare & subscribere. Dixit sanctus Johannes: Communicate quidem, ne scindatis Ecclesiam, sed nolite subscribere: nullius enim facinoris mihi conscius sum, propter quod deponi meruerim.

D

citatur ad concilium.

915 Hæc cùm ita sese haberent; nuntiatum est, adstare, qui à Theophilo missi essent. Jubet eos introire, ingressos interrogat, cujus gradus essent. Dicunt, Episcopi. Ille orat, sedeant, & dicant, cujus causâ adsint. Illi autem dicunt: Has solummodò schedulas legendas habemus: jubete igitur illas legi. Jubet Johannes legi. Tum isti imperant Theophili puero, ut dictata illa legeret: & legit. Textus autem erat ejusmodi: Sancta synodus ad Quercum congregata, (locus est sic dictus trans mare, Rufini suburbanum, in quo erant congregati) Johanni. (Omittebant id, quod erat, Episcopo.) Solet enim fermè obcæcatus animus non rectè cernere, sed ea sibi imaginari, quæ affectus ipsi suggerit. "Libellos accepimus „ adversus te, infinita crimina continentes. Ade„ sto igitur, tecum adducens Serapionem & Ti„ grium presbyteros: iis enim opus est.„ Erant autem, qui ad eum venerant, Dioscorus & Paulus, qui nuper in Lybia ordinati fuerant juvenes. *Hactenus Palladius de citatione* Chrysostomi *ad conciliabulum. Socrates verò & Sozomenus, hisce consentientes, addunt citatis Paulum lectorem. Verba Sozomeni hæc sunt cap.* 17: Joannem quoque (*synodus*) ad causam dicendam vocavit: & unà cum illo Serapionem adesse jussit, & Tigrium presbyterum cum Paulo lectore.

E

Respondent ad citationem episcopi cum Sancto congregati,

916 *Audita hac citatione, primùm responderunt episcopi, qui erant cum* Chrysostomo, *ac deinde Sanctus ipse. Audiamus Palladium pag.* 70: Lectis (*citationis*) chartulis, *inquit*, qui cum beato Joanne erant episcopi, contradicunt, denuntiantes Theophilo per tres episcopos, Lupicinum, Demetrium & Eulysium; & presbyteros duos, Germanum atque Severum, omnes quidem viros sanctos & fide dignos: Noli res Ecclesiæ subvertere, nec Ecclesiam scinde, propter quam Deus in carnem descendit. Si autem inordinatè Nicænos canones subvertis trecentorum decem & octo episcoporum, & extra limites litem judicas: tu transito ad nos in urbem, optimis legibus fundatam, non provocans more Caïni Abelem in campum, ut nos te priùs audiamus. Habemus enim adversus te libellos septuaginta capitum, manifesta piacula continentes: & plures sumus, quàm tua synodus, Dei gratiâ congregati, non ad eversionem Ecclesiæ, sed in pace. Tu enim tricesimus sextus es ex unica provincia: nos verò sumus quadraginta è diversis provinciis, inter quos sumus etiam septem metropolitæ. Et consentaneum est, ut minor numerus à majori atque potiori secundum canones judice-

F

A dicetur. Habemus enim & epiſtolam tuam, per quam mones coëpiſcopum noſtrum Johannem, accuſationem extra limites non debere admittere. Unde legibus eccleſiaſticis parens, accuſatores tuos ora, ut ab accuſando te deſiſtant, aut ab acceſſu & perfugio ad Johannem. *Hæc epiſcopi liberè, nec minùs ſolidè oſtendentes, Theophilum ejuſque aſſeclas poteſtate legitima carere ad arrogandum ſibi de* Chryſoſtomo *judicium.*

ſuo etiam nomine reſpondet Sanctus ipſe:

917 *Attamen* Chryſoſtomus *ipſe, ut oſtenderet æquum judicium ſibi formidandum non eſſe, ſed hoſtium ſuorum judicio nolle ſe ſubeſſe, alia uſus eſt exceptione. Palladius enim ita proſequitur:* Ad hæc permotus Johannes, epiſcopis quidem ſuarum partium dixit: Vos, quod vobis videtur, ſignificate. Ceterùm me oportet ad ea, quæ mihi delata ſunt, reſcribere. Theophili autem partium epiſcopis hæc reſcripſit: Ego, an quis contra me dicendum aliquid habeat, hactenus omnino neſcius ſum. Si quis verò adverſus me dixerit, & adeſſe me vultis; manifeſtos inimicos meos, qui ex ſua negligentia erga me malè animati ſunt, ex conventu veſtro ejicite. Neque de loco contendo, in quo judicium ſubire

B me oportet; etſi id maximè in civitate fieri oportuit. Sunt autem, quos rejicio, Theophilus, quem revinco dixiſſe & Alexandriæ & in Lycia: In comitatum proficiſcor, ut Johannem deponam. Id autem verum eſt ex eo, quòd poſtquam acceſſit, neque me allocutus eſt, neque mecum communicavit. Qui igitur ante auditionem hoſtiliter ſe geſſit, quid poſt judicium facturus eſt? Similiter & Acacium coarguo, qui dixerit: Ego illi ollam condio. De Severiano & Antiocho quid attinet dicere, quos citiùs excipiet divina juſtitia, quorum temerarios conatus etiam ſecularia theatra canunt? Igitur ſi revera adeſſe me vultis, quæſo eos quatuor, ſi quidem ut judices, ex conſeſſu ejicite; ſin ut accuſatores, judicio ſiſtite, ut ſciam, quomodo me ad certamen inſtruam, an ut contra adverſarios, an ut contra judices. Et omnino veniam, non ſolùm ad veſtram caritatem; ſed & ad quamvis orbis terrarum ſynodum. Scitote ergo, ſi decies millies ad me miſeritis, nihil ampliùs ex me vos audituros. *Huc uſque Palladius de prima citatione, & gemino ad illam reſponſo, aliorum videlicet epiſcoporum, & ipſius Sancti, quod tulerunt tres epiſcopi & duo*

C *presbyteri ſuperiùs nominati.*

iteratæ citationes,

918 *Photius ex Actis de omnibus ſimul citationibus hæc breviter tradit:* Ille verò quater appellatus non comparuit, citantibus reſpondens: „Si apertos hoſtes judicum ordine ſubmoveritis, „præſto ſum, meque ſiſtam, ut, ſi quis me ac„cuſaverit, cauſam dicam: ſin id facere detre„ctaveritis, quoties citabitis, nihil proficietis.„ *Conſonat Socrates lib. 6 cap. 15. Sozomenus cap. 15 de legatis ad concilium profectis addit aliqua, ita ſcribens:* At Joannes, miſſis ad eos quibuſdam clericis familiaribus ſuis, & Demetrio Peſinuntis epiſcopo, nuntiavit illis, ſe non ſubterfugere judicium, immò paratum eſſe, dummodo priùs accuſatores cognoverit, & accuſationis libellum inſpexerit, coram majore concilio cauſam ſuam defendere: neque enim velle ſe ſtultum ac temerarium facinus admittere, & judicium eorum ſubire, qui manifeſti eſſent ipſius inimici. Verùm cùm indignarentur epiſcopi adverſus Joannem, tamquam parêre ſynodo recuſantem; ex iis, qui iſta nuntiaverant, quidam metu territi non ampliùs reverterunt. Demetrius verò, & quicumque Joannis conſortium cunctis rebus anteponebant, ad illum rediere. *Certè Demetrium & Eulyſium, qui Apameæ in Bithyniæ erat epiſcopus, uti & Germanum presbyterum poſtmodùm quoque pro* Chryſoſtomo *laborantes videbimus. At de Lupicino, aut Luppiciniano, ut vocatur pag.* 13, *Apiariæ epiſcopo, plura deinde non invenio, ut nec de Severo presbytero, niſi quòd ad Severum aliquem presbyterum deinde ſcripſerit Sanctus. Quare, ſi vera ſcripſit Sozomenus, illi forſan periculo ſe ſubduxerint.*

quarum una per Arcadii notarium facta:

919 *Subjungit verò poſt allata verba Sozomenus:* Eodem die curſor & notarius ex palatio venientes, Joannem quidem urgebant, ut ad epiſcopos accederet: iſtos verò hortati ſunt, ut judicium accelerarent. *Hæc Eudoxiæ potiùs, ſive Arcadii per ipſam excitati, citatio erat, quàm conciliabuli; putem tamen, hanc inter citationes quatuor numerari. Porrò eadem citatio oſtendit, potentiâ imperatoris fretos* Chryſoſtomi *hoſtes, non verò legibus eccleſiaſticis, quas violabant, judicium ſibi de ſancto Epiſcopo arrogâſſe. Palladius pag.* 73 *de illo imperatoris mandato ſic habet:* Illis egreſſis (*conciliabuli legatis,*) venit ſtatim notarius, habens reſcriptum imperatoris, cui inſerta erat ſupplicatio epiſcoporum, petentium ut Johannes invitus ad judicium ſiſteretur, eumque ad judicium urgebat. *Verùm huic notario idem veriſimiliter datum eſt reſponſum, quod modò legatis conciliabuli datum vidimus.*

at conſtanter renuit adeſſe Sanctus.

920 *Itaque mox ſecuta eſt tertia citatio, ſive ſecunda conciliabuli, cùm Palladius ita pergat:* Poſt factum notario reſponſum, prodierunt duo presbyteri Johannis, Eugenius quidam, qui Heracleæ epiſcopatum conſpirationis mercedem acceperat (*Græcè* accepit, *nimirum poſtea*) & Iſaacius monachus, ne quid aliud dicam, dicentes: Scripſit tibi ſynodus: Tranſi ad nos, ut objecta crimina diluas. Ad hæc Johannes per alios epiſcopos renuntiavit: Quonam tandem ordine judicatis, qui neque inimicos meos ejeceritis, & me per clericos meos accerſatis? *Epiſcopos autem, qui hæc renuntiabant, peſſimè excepit furibundum illud conciliabulum, teſte Palladio:* Illi autem, *inquit*, arreptis epiſcopis, alium verberibus affecerunt, alterius veſtes concerpſerunt, alteri ferreas catenas collo circumpoſuere, quas ſancto Johanni paraverant, ut ſic conjectus in naviculam, in ignotum locum amandaretur, dæmone illos veluti leones efferante. *Secuta eſt haud dubiè ultima citatio, de qua nihil nominatim habent ſcriptores. Verùm ſubjungit Palladius:* Et Beatus quidem, cognito impudenti eorum conſilio, ſeipſum cohibuit: *id eſt, nullis citationibus impelli potuit, ut ad violentum illud conciliabulum ſe conferret.*

E

F

§ LX. Sanctus depoſitus, & ab imperatore relegatus, interque hæc imperterritus, populo tumultum minitante, tertio die ſe ultro tradit, & in exſilium ducitur.

Depoſitionis ſententia in Chryſoſtomum fertur.

DE *ſententia contra* Chryſoſtomum *in conciliabulo lata Socrates cap.* 15 *ſcribit hoc modo:* Sed quoniam Joannes exceptione utens, eos, qui ipſum vocabant, tamquam inimicos rejiciebat,

AUCTORE J. S.

bat, & ad generale concilium provocabat, illi nihil cunctati, quater eum citaverunt. Cùmque ille sistere se in judicio noluisset, sed idem semper responsum daret, condemnârunt eum, ac deposuerunt, nullum ei crimen objicientes, nisi quòd vocatus non paruisset. *Consentit Sozomenus cap.* 17 *his verbis*: Porrò cùm ille quater vocatus, ad œcumenicam synodum provocâsset, nihil ei aliud objicientes, quàm quòd vocatus non paruisset, eum deposuerunt. *Photius ex Actis conciliabuli paulo plura tradit, ita scribens:* Postquam ita excussa fuere hæc, (*imò potiùs post citationes frustra peractas*) prædicti presbyteri (*Arsacius Atticus, Elpidius, Acacius*) ac præter hos Eudæmon & Onesimus, sententiam accelerari postulârunt. Itaque primus ex synodo Paulus Heraclæensis omnes rogavit, ut sententiam dicerent. Et statuerunt, ut ipsis visum est, beatum Virum sede pellendum, incipiente Gymnasio episcopo, & finiente Theophilo Alexandrino, numero omnes quinque & quadraginta (*aut potiùs triginta sex, sicut antè dictum.*)

& ad imperatorem mittitur, una cum delatione

B

922 Pòst missa est ad clerum Constantinopolitanum tamquam è synodo epistola de Chrysostomi è throno dejectione. Relatio quoque ad imperatores facta. Ad hæc tres oblati libelli, à Gerontio, Faustino, & Eugnomonio, qui se injustè à Joanne episcopatu motos querebantur. Imperatorum vicissim ad synodum missum est rescriptum. Atque in his ferè duodecima actio consumitur: nam decimatertia, uti diximus, ea continet, quæ ad Heraclidem Ephesi episcopum pertinebant. *Hactenus Photius. Palladius pag.* 74 *magis aperit pernicioſam illius conciliabuli intentionem.* Illi generosi scilicet, *inquit*, confectis dicis causâ Actis, arancæ telâ infirmioribus, decernunt adversus Johannem, cujus vultum ne viderant quidem neque vocem audiverant, longo tempore contextam malitiam uno die terminantes: dæmoniaca enim audacia cohiberi non potest, nec consilium admittit. *Quod auctor ait*, uno die terminantes, *verisimiliter significat, post citationes factas, sententiam eodem die latam & scripto ad imperatorem missam.*

de crimine læsæ majestatis,

C

923 *De hac verò subdit:* Et missa ad imperatorem relatione, sic orsi sunt. "Quoniam quo„ rumdam criminum accusatus Johannes, & sibi „ conscius, noluit adesse, leges talem deponunt: „ quod & ipse subiit. Libelli autem etiam læsæ „ majestatis crimen continent. Jubebit igitur pie„ tas vestra eum vel invitum ejici, & pœnas læ„ sæ majestatis dare; quandoquidem in hæc inqui„ rere nobis non licet. „ *Ita illi, religiosè scilicet, dicunt sibi illicitum esse in crimen læsæ majestatis, quod morte expiari solet, inquirere; eodemque tempore imperatorem sollicitant, ut hanc pœnam infligi jubeat. Quare meritò Palladius eos sic alloquitur:* O ter miseri! quæ cogitatis & facitis, ea vos pudet exsequi, non Deum, sed homines veriti aut pertimescentes. *Quid autem criminis objectum fuerit* Chrysostomo, *quo majestatem imperatoriam contendebant læsam, Palladius explicat his verbis:* Erat crimen læsæ majestatis convitium in augustam, ut ipsi retulerunt: quòd eam vocâsset Jezabel. *Hoc fortasse ex Homilia aliqua inferre voluit criminator, quiscumque ille fuerit: nam in libellis à Photio datis illud non invenitur.*

acsi mortem Sancti cupiissent episcopi.

924 *Pergamus ergo cum Palladio:* Et illi quidem mirabiles viri, ipsum gladio truncatum cupientes videre, sic retulerunt. Verùm Deus absconditam eorum malitiam patefecit, & principum cor emollivit, ut Danieli Babylone contigit. Illic enim leones cicurati sunt, parcentes Danieli: homines autem efferat, non parcentes prophetæ... Sic ab ecclesia expulsus est Johannes, misso ad id comite cum militari manu, non secus ac ad prælium adversus Barbaros. Ejectus venit in prædiola ad Prænetum Bithyniæ. *Hactenus Palladius, qui ubique Arcadio & Eudoxiæ studet parcere; hîc tamen per similitudines allatas illos tangit non leviter. Theodoretus lib.* 5 *cap.* 34 *condemnationem & expulsionem* Chrysostomi *breviter refert, ita scribens.* Hi ergo (*qui auctores fuerunt totius tragœdiæ*) cùm diversas haberent odii ac simultatis causas, coruscantem quidem ejus Viri virtutem intueri noluerunt. Infelices verò quosdam accusatores nacti, cùm calumnias manifestas esse perspicerent, procul ab urbe synodum congregârunt, & sententiam tulerunt. Porrò imperator credens sacerdotibus, eum procul ab urbe regia relegavit. Joannes igitur, cùm nec audîsset accusationem, nec defensionem attulisset, quasi convictus fuisset de criminibus, quæ ipsi objecta erant, coactus est urbe excedere, & ad navale, in ostio Ponti situm, quod Hieron vocatur, perrexit. *Ita ille.*

D

Populus auditâ sententiâ, Sanctum servare studet:

E

925 *Verumtamen non ita statim post condemnationem in exsilium abductus est* Chrysostomus, *quàm allegati scriptores videntur dicere: neque enim populus Constantinopolitanus permisit eum tam citò abduci, & Sanctus ipse ad legitimum concilium appellabat. Exponendum igitur est, quo se modo in hisce populus gesserit, ac quomodo Sanctus ipse. Socrates lib.* 6 *cap.* 15 *exponit breviter, quibus animis sententiam depositionis intellexerint Constantinopolitani, hæc scribens:* Ea res sub vesperam nuntiata, populum ad gravissimam seditionem excitavit. Itaque tota nocte excubantes, eum ab ecclesia abduci nequaquam siverunt: sed causam ejus in majore concilio dijudicandam esse proclamabant. Verùm imperatoris jussione præscriptum fuerat, ut continuò expelleretur, & in exsilium abduceretur. *Consonat Sozomenus cap.* 18, *sic ordiens*: At plebs Constantinopolitana, cùm hæc sub vesperam cognovisset, ad seditionem prorupit. Et prima luce concursu ad ecclesiam facto, tum alia multa vociferati sunt, tum majorem synodum de hac causa cognoscere debere. Et cùm ii, quibus ab imperatore mandatum fuerat, ut eum in exsilium abducerent, id ipsum urgerent, illi reluctabantur. *Hæc planè significant, mandatum expulsionis ab imperatore statim fuisse datum; sed nimiam populi multitudinem impediviſſe, quo minùs id exsecutioni mandaretur. Nescio igitur, unde Tillemontius art.* 75 *colligere potuerit, Arcadium non libenter id mandâsse.*

F

Sanctus verò in Homilia tunc habitâ

926 *Testis est ipse* Chrysostomus *immensæ populi in se benevolentiæ, quâ imperatoris mandato resistebat. Nam in Homilia ante exsilium habita tom.* 3 *pag.* 417 *sic illos alloquitur:* Tot diebus vigilâstis, nihilque vos inflectere potuit, non temporis diuturnitas emollivit, non timores, non minæ. Ad omnia strenuos vos exhibuistis. *Verùm ex his verbis nullus colligat, placuisse* Chrysostomo *obstinatam illam populi voluntatem, quâ diebus noctibusque ipsum observabat, ne abduceretur, paratusque erat ad vim vi repellendam. Nam si quis brevem illum Sermonem attentè perpenderit, eò totus dirigitur, ut populus exsilium Sancti patienter ferre discat. Hinc post allegata verba, quibus unicè laudat constantem populi benevolentiam, non vim, neque pertinaccm obsistendi*

vo-

A *voluntatem, ſtatim ſe corrigit, & ad alia magis laudabilia ſermonem invertit, ita pergens*: Et quid dico, vos exhibuiſtis? Quod ſemper optaveram, ſæcularia deſpexiſtis, terræ vale dixiſtis, à vinculis corporis vos expediviſtis, ad beatam illam philoſophiam certatim properâſtis. Hæc mihi corona ſunt, hæc conſolatio, hæc unctio, hæc vita, hæc immortalitatis argumentum. *Hic finis eſt illius Sermonis, ut rectè obſervat Montfauconus: nam id colligitur ex veteri interpretatione Latina, quæ huc uſque tantùm protenditur. Reliqua verò videntur aliunde addita.*

non modò eximiam animi fortitudinem oſtendit,

927 *Quanto autem animo calamitatem illam exciperet Sanctus, tota illa Homilia luculenter oſtendit. Ejus initium, lector, accipe:* Multi fluctus inſtant graveſque procellæ; ſed non timemus, ne ſubmergamur: nam in petra conſiſtimus. Sæviat mare, petram diſſolvere nequit: inſurgant fluctus, Jeſu navigium demergere non poſſunt. Quid, quæſo, timeamus? Mortemne? Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. An exſilium, dic mihi? Domini eſt terra, & plenitudo ejus. An facultatum publicationem? Nihil intulimus in hunc mundum, certumque eſt, nos nihil hinc efferre poſſe: terribiliaque hujus mundi mihi deſpectui ſunt, & bona ejus riſu digna. Non paupertatem timeo, non divitias concupiſco: non mortem metuo, nec vivere opto, niſi ad profectum veſtrum. Ideo præſentia commemoro, rogoque caritatem veſtram, ut fiduciam habeat: nullus quippe nos ſeparare poterit *&c. Mox incipit oſtendere, Eccleſiam in perſecutionibus ſemper eſſe invictam. Hanc autem diſputationem aggreſſus eſt, ut Conſtantinopolitani de Deo confiderent, prout inſinuant hæc verba pag.* 416: Ne vos conturbent ea, quæ acciderunt: hanc mihi gratiam præbeatis, immobilem fidem. *Tum in eadem diſputatione pergit, ſuamque de ope divina fiduciam declarat.*

B

ſed eò etiam populum inducere conatur,

928 *Attamen nullus exiſtimet, eò tendere ea Sancti ratiocinia, ut Conſtantinopolitani ipſum pergant defendere contra vim inferendam: neque enim dubitare poſſumus, quin* Chryſoſtomus, *quando illa perorabat, jam ſtatuiſſet ſe ultro in manus præfecti dedere. Eum igitur in finem hoc modo loquebatur, ut, quidquid ſibi accidiſſet, id illi conſtanter ac patienter ferrent. Hinc fiduciam ſuam egregiè declarat his verbis:* Ejus (*Chriſti*) pignus habeo: num propriis ſum viribus fretus? Scriptum ejus teneo. Hic mihi baculus: hæc mihi ſecuritas: hic mihi portus tranquillus. Etſi conturbetur orbis totus, reſcriptum teneo: ejus litteras lego: hic mihi murus, hoc præſidium. Quas litteras? "Ego vobiſcum ſum omnibus die„bus uſque ad conſummationem ſeculi.„ Chriſtus mecum; quem timebo? Etſi fluctus adverſum me concitentur, etſi maria, etſi principum furor: mihi hæc omnia araneâ ſunt viliora. Ac, niſi caritas veſtra me detinuiſſet, ne hodie quidem abnuiſſem aliò proficiſci. Semper enim dico: Domine, fiat voluntas tua: non quod talis aut talis, ſed quod tu vis. Hæc mihi turris: hæc mihi petra immobilis: hic mihi baculus non vacillans. Si id Deus velit, fiat. Si velit me hîc manere, gratias habeo. Ubicumque voluerit, gratias refero. Nemo vos conturbet: precibus vacate. Hoc effecit diabolus, ut veſtrum circa ſupplicationes ſtudium interciperet. Sed nihil profecit: imò vos diligentiores alacrioreſque invenimus. Cras ad ſupplicationem vobiſcum pergam. Atque ubi ſum ego, illic & vos eſtis; ubi vos eſtis, illic & ego. Unum corpus ſumus: neque corpus à capite, neque caput à corpore ſeparatur. Loco diſſiti ſumus, ſed caritate jungimur: neque mors ipſa poterit abſcindere.

C

AUCTORE J. S.

ut omnia patienter ferat.

929 *Poſteriora hæc verba clarè innuunt, quo ſenſu Sanctus dixerit, ſe ſemper cum ipſis futurum, nimirum charitate & dilectione, uti & ſequentia oſtendunt.* Etſi enim corpus meum, *inquit*, moriatur, vivet tamen anima, quæ populi recordabitur. Vos mihi patres eſtis: quî poſſim veſtrûm obliviſci? Vos mihi patres, vos mihi vita, vos mihi gloria. Si vos proficiatis, id mihi in gloriam vertitur, ita ut vita mea ceu divitiæ quædam in veſtro repoſita ſit theſauro. Paratus ſum ad vitam ſexcenties pro vobis effundendam; nec gratiam exhibeo, ſed debitum ſolvo. Nam bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus. Millies jugulent, toties caput abſcindant. Mors enim talis mihi immortalitatis eſt argumentum: hæ mihi inſidiæ ſecuritatis ſunt occaſio. Num ob divitias inſidiis objectus ſum, ut doleam? num ob peccata, ut lugeam? Id patior ob veſtrum amorem, quia nihil non ago, ut vos in tuto collocemini, ut nemo alienus ſe in ovile ingerat, ut illæſus grex maneat. Certaminis argumentum mihi ſufficit ad coronam *&c. Facundus Hermianenſis in Defenſione trium Capitulorum lib.* 4 *cap.* 1 *obſervat, noluiſſe* Chryſoſtomum *conſtanter uti illo populi favore ad ſe defendendum, ne ſui causâ ſcinderetur Eccleſia.* Qui *inquit*, pro unitate ſervanda Eccleſiæ, quam dilexit, maluit ſuæ cauſæ ferre jacturam. Nam ſi eam vellet aſſerere, ſicut erat vitæ probabilis, & facundiæ ſingularis, habens etiam magnam gratiam populi Chriſtiani, cui pro majoribus ſuis meritis erat acceptus, & defenſionem ſedis Apoſtolicæ, ſine cujus erat judicio condemnatus, facilè poſſet obtinere victoriam, quæ illum etiam fugientem eſt perſecuta poſt mortem. Sed metuens, ne abſolutus aliorum judicio, per obſtinationem adverſariorum ſuorum non reciperetur ab aliis; atque ita, quibuſdam ei communicantibus, quibuſdam verò averſantibus ejus communionem, Eccleſia ſcinderetur, pro cujus utilitate ſciebat ſe epiſcopum factum; elegit conſultiſſimè & admodùm mirabili pietate, cathedram epiſcopatus ſui relinquere, quàm ut per ejus defenſionem unica Chriſti divideretur hæreditas. *Hæc non primo tantùm, ſed ſecundo etiam Sancti exſilio congruunt.*

E

F

Deinde verò clàm imperatoris miniſtris ſe tradit,

930 *Præcipua tamen ratio, quæ* Chryſoſtomum *ad ſecedendum impulit, ea fuiſſe videtur, quòd timeret, ne pugna oriretur & cædes, ſimulatque imperatorii præfecti vim inferre voluiſſent: nam ea de cauſa occultè ſe illis die tertio poſt latam ſententiam tradidit. Hinc rectè, opinor, Socrates cap.* 15 *poſt relatum Arcadii mandatum de expellendo* Chryſoſtomo *hæc ſubdit:* Quo comperto, Joannes tertio poſt damnationem die circa meridiem ultro ſe ipſe tradidit, inſcia populi multitudine. Cavebat enim, ne ipſius causâ tumultus excitaretur. *Conſentit Sozomenus cap.* 18 *his verbis:* Sed Joannes, veritus ne alterum ſibi crimen affingeretur, vel quòd principi parêre noluiſſet, vel quòd populum ad ſeditionem concitâſſet, triduo poſt latam depoſitionis ſententiam, diſperſo hinc inde populo, circa meridiem latenter ex eccleſia diſceſſit. Cumque jam abduceretur, populus graviter tumultuatus eſt, & imperatorem totamque ſynodum, ſed præcipuè Theophilum & Severianum, maledictis appetiit: ambo enim iſti auctores fuerant injuriarum. *Laudatus Socrates de tumultu illo planè conſentit.*

AUCTORE J. S.

& vespere ad navim abducitur.

931 *Sanctus interim abducebatur in Bithyniam navi vehendus, sed non nisi vespere per tenebras ad navim ductus est, ut ipse narrat Innocentio apud Palladium pag.* 15. Igitur procedente jam vespere, *inquit*, cùm nos omnis populus comitaretur, tractus à Curioso urbis per mediam civitatem vi abducor, & in navim conjicior, & noctu abnavigo, quia synodum ad justum judicium appellabam. *Ceterùm quàm piè in hisce omnibus Sanctus se gesserit, quantoque amore omnis populus ipsum vel absentem fuerit prosecutus, abundè patebit ex Homiliis ipsius post reditum dictis. At abstinendum existimo ab altera Homilia ante exsilium, edita apud Montfaucum tom.* 3 *pag.* 421, *quia nihil esse videtur præter farraginem dictorum aliquot, quorum alia* Chrysostomi *quidem esse putem, sed ea in præcedenti Homilia habentur; alia verò numquam fortasse à* Chrysostomo *prolata sunt. Certè lucubratio illa Sancto nostro videtur indigna, talisque visa est etiam Montfaucono.*

B

§ LXI Theophilus, Severianus, aliique veniunt Constantinopolim, & contra Sanctum loquuntur: hinc major populi tumultus: orto etiam terræ motu, revocatur Chrysostomus, reduxque concionatur, fugiente Theophilo.

Theophilus episcopum Constantinopoli ordinare conatur:

C

Ubi Theophilus intellexerat, Chrysostomum *ab urbe expulsum esse, ipse cum suis venit Constantinopolim, ea intentione, quantùm apparet, ut alium ibidem ordinaret episcopum. Hoc enim non obscurè insinuat ipse* Chrysostomus *in Homilia post reditum habita tom.* 3 *pag.* 427, *in cujus principio Theophilum comparat cum Pharaone Saram rapiente, sed hujus pudicitiam corrumpere non valente, & post aliqua sic loquitur:* Hæc tunc in Abrahamum gesta sunt, gesta item hodie in Ecclesiam. Ægyptius hic (*Theophilus,*) ut ille Ægyptius erat: hic satellites habuit, ille protectores: ille Saram, hic Ecclesiam rapuit: una nocte ille detinuit, hic per unum diem occupavit; ac ne quidem per unum diem occupare permissus est; sed solùm ut sponsæ castitas nota esset, quia illo ingrediente ejus castitatis decor corruptus non est: tametsi mœchum (*id est, episcopum ordinandum*) paraverat, & tabellæ adornatæ erant, & multi è domo (*id est, clerici*) subscripserant. Adornata est machina, sed exitum non habuit. Eluxit simul ejus nequitia, & Dei benignitas. *Deinde laudem impeditæ electionis ac ordinationis prolixè attribuit populo Constantinopolitano, ut mox videbimus.*

ac Severianus contra Sanctum perorat,

933 *Tentavit Severianus illum populi pro Sancto ardorem perorando ac calumniando exstinguere, sed illum magis accendit. Hac de re Socrates cap.* 16 *ita habet:* Tunc etiam Severianus, cùm in ecclesia Verbum Dei prædicaret, visus est importunè Joannem carpere, ita dicens: Etsi ob nihil aliud esset condemnatus Joannes, ejus tamen insolentia satis grave crimen est, ut ob eam solam deponi meruerit. Cuncta enim reliqua peccata hominibus condonantur: superbis verò Deus resistit, ut sacræ Scripturæ docent. Hæc dicta plebis animos ad majorem pervicaciam provocârunt. *Sozomenus quoque cap.* 18: Severianus verò cùm in ecclesia per id tempus sermonem haberet, depositionis Joannis sententiam laudavit, utpote in hominem arrogantem, etsi nullum aliud crimen esset, prolatam. Cætera enim delicta, ut aiebat, Deus hominibus indulget: superbis autem resistit. D

eidem superbiam ac duritiam exprobrans:

934 *Hunc quoque Sanctum condemnandi prætextum attulit in ipso concilio Acacius Beræensis, ut habemus ex Epistola Cyrilli Alexandrini ad Acacium, scripta post concilium Ephesinum, editaque à Baluzio in Nova collectione conciliorum, ubi col.* 759 *Cyrillus Acacium ita alloquitur:* Quando enim in magna Constantinopoli sancta vestra synodus congregata est, tunc quando Johannes est accusatus,... cùm futurum esset, ut contra eum definitio proferretur, & essem ego unus adstantium, scio me audîsse sanctitatem tuam sanctæ synodo sic dicentem: "Quia si scirem, quòd „ nunc, si Johanni veniam largiremur, melior „ fieret semetipso, & recederet à duritia & as- E „ peritate, quæ in eo est, omnes vos rogâssem „ pro eo„. *Hinc liquet, Cyrillum isti synodo adfuisse, licèt necdum esset episcopus. Liquet præterea ex allegatis, inimicos* Chrysostomi *non alio magis prætextu condemnationem ipsius ursisse, quàm quòd superbum, arrogantem, durumque & intractabilem vocarent. Hæc Acacius, Cyrinus, Severianus, & procul dubio Theophilus etiam & Antiochus ingerebant apud Ægyptios episcopos, quorum nullus fortasse Sanctum umquam noverat, quique idcirco speciosis ejusmodi mendaciis facilè circumveniri poterant.*

at populi indignatio hisce augetur.

935 *Verùm non ita facilè decipi potuit S. Isidorus Pelusiota, qui lib.* 1 *Epist.* 152 *ad Symmachum hac de re sic loquitur:* Petis à me, ut divini viri Joannis tragœdiam tibi exponam. At eam explicare nequeo. Mentem enim res ista superat. *Deinde, ubi de iniquo procedendi modo aliqua dixerat, affirmat, Theophilum* quatuor sociis, imò coapostatis, septum ac munitum *fuisse, ut* pium Virum ac divinarum rerum doctrinâ præditum *expugnaret. Non minùs graviter judicium inimicorum* Chrysostomi *improbavit S. Nilus in variis Epistolis postea dandis, ac nominatim lib.* 1 *Epist.* 309 *defendit Sanctum contra modò dictas adversariorum calumnias. Nihilo magis Constantinopolitanis, qui humilitatem charitatemque* Chrysostomi *probè perspectam habebant, imponere potuit calumniator Severianus. Verùm ob ejus calumnias populus magis exarsit, ut subjungit laudatus Sozomenus, ita pergens:* Ob hæc populus indignatus est, iramque suam renovavit. Nec jam ampliùs à seditione revocari poterat: sed tum in ecclesiis tum in foro tumultuabatur. Denique ad ipsum usque palatium progressi, cum ululatu & lamentis orabant, ut Joannes revocaretur. *Hactenus Sozomenus.* F

Theophilus ecclesiam vi occupat,

936 *Attamen seditio non videtur inchoata ab iis, qui stabant pro* Chrysostomo; *quique precibus magis, quàm ulla re alia, mirâque concordiâ impedire conabantur, ne Sancto daretur successor. Theophilus verò vi illata ecclesias occupavit, eosque qui* Chrysostomi *partes tuebantur, & ecclesiam servabant, violenter fustibus expelli curavit, quantùm colligi potest ex Zozimo, si ipsum addamus* Chrysostomum. *Etenim Zozimus lib.* 5 *pag.* 800 *scribit, occupatam fuisse à monachis Chri-*

A *Christianorum ecclesiam; hosce verò postea à plebe & militibus expulsos non sine clade. Cùm hisce conferamus dicta* Chrysostomi *in Homilia post Reditum, in qua pag.* 427 *de Theophilo sic loquitur:* Vide barbari insaniam. *Sermonemque ad ipsum dirigens, ita pergit:* Ejecisti Pastorem: cur gregem dissipâsti? Amovisti Gubernatorem: cur gubernacula confregisti? Vinitorem ejecisti; cur vites avulsisti? Cur monasteria pessumdedisti? Barbarorum invasionem imitatus es.

non sine effusione sanguinis:

937 *Rursum pag.* 428 *suos his verbis alloquitur:* Insidiati sunt illi, bellum moverunt, & victi sunt. Quomodo bellum gesserunt? Fustibus. Quomodo victi sunt? Precibus. "Si quis te per„cusserit in dexteram maxillam, verte illi & a„liam„. *Tum iterum ad absentem Theophilum se vertens, pergit hoc modo:* Tu fustes in ecclesiam infers, & eam oppugnas? Ubi pax est omnibus, bellum moves? Nec locum revereris, miser & infelix, non sacerdotii dignitatem, non principatûs amplitudinem? Baptisterium sanguine repletum est: ubi peccatorum remissio, ibi sanguinis effusio. In quanam acie hæc facta? Imperator intrat & projicit clypeum & diadema. Tu intrâsti, & clavas

B arripuisti. Ille imperii symbola foris relinquit: tu belli symbola intromittis. Sed sponsam meam nullo modo læsisti: at manet illa pulchritudinem suam exhibens; *nimirum quia non alius erat ordinatus episcopus.*

populus tamen constanter orat,

938 *Hanc porrò suorum victoriam mirè celebrat Sanctus, illos iterum alloquens his verbis:* Idcirco gaudeo, non solùm quia vicistis; sed quia me absente vicistis. Si adfuissem, in partem victoriæ vobiscum venissem. Quia verò secessi, nudum vobis tropæum fuit. Verùm & illud mea laus est: atque rursum in partem victoriæ vobiscum venio, quia sic vos educavi, ut etiam absente Patre vestram nobilitatem ostenderetis. Quemadmodum enim strenui athletæ, etiam absente pædotriba robur suum exhibent; sic & fidei vestræ generositas, etiam absente Doctore, bonam suam indolem exhibuit. Quid opus verbis? Lapides clamant, muri vocem emittunt. Adi imperatorias aulas, & statim audis: Populi Constantinopolitani! Ad mare te confer, desertum pete, montes, domos, encomium vestrum ubique descriptum est. Quibus telis vicistis? Non opibus, sed fide. O populo doctoris amans! O po-

C pule patrem diligens! Beata urbs, non propter columnas & laquearia aurea, sed propter virtutem vestram. Tot tantæque erant insidiæ, & preces vestræ vicerunt: idque jure merito. Nam preces erant assiduæ, & lacrymarum fontes effluebant. Illi tela vibrabant, vos lacrymas: illi furorem spirabant, vos mansuetudinem. Quod vis facito: vos oratis. Illi verò, qui obsistebant, ubinam sunt? An arma movimus? an arcus intendimus? an tela emisimus? Precabamur, & illi fugiebant. Nam quasi aranea dissipati sunt, & vos quasi petra stetistis.

ut recipiat Chrysostomum.

939 *Quemadmodum hîc precibus Constantinopolitanorum totam attribuit victoriam, ita pag.* 427 *celebrat* filiorum suorum generosam indolem, militum virtutem, armatorum robur, diadematum splendorem, divitiarum facultatem, amoris magnitudinem, constantem patientiam, libertatis florem, victoriæ gloriam. *At per hæc omnia non intelligit, nisi concordiam & constantiam in orando, amoremque suum in* Chrysostomum, *ac desiderium recipiendi Episcopum suum, & non alium, liberè declarando. Nam mox bellicis istis vocibus alias subdit, quibus illa explicantur:*

Pastor abest, *inquit*, & grex exsultat: Dux procul, & milites armantur. Non solùm ecclesia exercitum habuit, sed tota civitas ecclesia fuit. Vici, fora, aër sanctificabantur: hæretici convertebantur: Judæi meliores efficiebantur, sacerdotes (*qui Sanctum deposuerant*) damnabantur, & Judæi Deum laudabant, atque ad nos accurrebant. *De illorum concordia paulò antè hæc habet:* Absente Pastore, grex simul manebat, & Apostolicus sermo implebatur: Non in præsentia mei tantùm, sed etiam in absentia, cum timore & tremore salutem vestram operati estis. *Hac porrò constanti concordia obtinuerunt tandem, ut Eudoxia imperatrix* Chrysostomum *urbi redditum vellet, ut ipse insinuat pag.* 429. AUCTORE J. S.

Hisce populi precibus, accedente terræ motu,

940 *Attamen & alia concurrisse videntur, quibus mutata Eudoxia, Arcadium imperatorem mox in suam pertraxit sententiam. Palladius pag.* 75 *causam mutationis ita indicat:* Una verò dies (*post abductionem*) intercesserat, cùm plagam quamdam in regio cubiculo fieri contigit. Eo perterriti, ... Joannem revocant per domesticum notarium, eumque [paucos post dies] suo throno reddiderunt. *Bigotius ita verba Græca interpunxit, & Latina fecit, ut illud* paucos post dies, E *referatur ad revocationem: at æquè referri potest ad restitutionem in thronum episcopalem, eóque revera referendum est, ut mox videbimus. Theodoretus lib.* 5 *cap.* 34 *causam revocati* Chrysostomi *exponit hoc modo:* Sed cùm noctu ingens terræ motus contigisset, ipsamque augustam gravis invasisset terror, legati primo diluculo ad Exsulem mittuntur, rogaturi, ut quamprimum ad urbem rediret & civitatem periculo liberaret. Post hos secundi missi sunt, & post secundos tertii, adeo ut Bosphorus legatorum multitudine compleretur.

mutata Eudoxia, per Brisonem

941 *Socrates & Sozomenus non alias* Chrysostomum *revocandi rationes allegant, quàm populi tumultuantis preces, asseruntque Brisonem, jam aliàs memoratum* Chrysostomi *amicum, ad eum fuisse missum. Audiamus Sozomenum cap.* 18: Proinde imperatrix, supplicationibus populi victa, marito, ut annueret, persuasit: missoque confestim Brisone, omnium, quos circa se habebat, eunuchorum fidelissimo, ex oppido Bithyniæ Preneto Joannem reduxit, scribens se nullatenus participem esse insidiarum, quæ adversus illum structæ fuissent, seque illum honore prosequi, ut sacerdotem & initiatorem liberorum suorum. *Sic ille, nihil de terræ motu memorans, uti nec Socrates. Attamen Theodoreti auctoritas præponderare debet horum silentio, præsertim cùm Socrates non minùs soleat prodigia & miracula in gratiam Catholicorum facta silentio premere, quàm confingere miracula Novatianorum; Sozomenus verò, qui tunc non fuisse videtur Constantinopoli, rem facilè ignorare potuerit.* F

magno studio Sanctum

942 *Certè tanta tamque subita Eudoxiæ mutatio etiam insinuat, terrorem aliquem nec opinatum ei objectum fuisse, idque confirmat laudatus Palladius, rem tamen non satis clarè explicans. Studium autem imperatricis etiam pluribus exponit* Chrysostomus *in Homilia jam iteratò laudata, ubi pag.* 429 *ait se revocatum*, non multo pòst tempore, sed post unum diem. *Et mox ita loquitur:* Discessi vestra curans, separatus corpore, mente conjunctus. Discessi Deo supplicans, ac vobis dilectione junctus. Sedebam solus de rebus vestris solicitus, solus de profectu deliberans. Protinus intempesta nocte hæc religiosissima domina (*Eudoxia, paulò antè ab ipso laudata*) i-

AUCTORE J. S.

pso primo die litteras misit, quarum hæc erant verba. *Ex litteris deinde hæc recitat:* Ne arbitretur Sanctitas tua, me illa noviſſe, quæ geſta ſunt: innocens ego ſum à ſanguine tuo. Improbi & perditi homines hanc ſtruxere machinam. Mearum verò lacrymarum teſtis Deus, cui ſacra facio... Recordor, per manus tuas filios * meos fuiſſe baptizatos. *Non crediderit veriſimiliter Sanctus, immunem à culpa fuiſſe Eudoxiam; ſed poterat diſſimulare & ignoſcere: neque neceſſe erat ea verba apertè refutare. De ea tamen dicit:* Quæ Deo offerebat lacrymas, confeſſionem & pœnitentiam, non pro Sacerdote, ſed pro Eccleſia, pro populo diſperſo: *ita obſcurè præcedentem ipſius inſinuans culpam, quæ populo non erat ignota.*

* *Gr.* παιδία liberos

943 *Mox verò exponit, quanto ſtudio Sanctum curaverit inveſtigandum.* Sacerdotes porrò omnes, *inquit*, invidiâ excæcati, locum ignorabant, quò diverteram. Quodque mirabile dictu eſt, illa, acſi filio timeret, quoquoverſum ibat, non corpore, ſed militaris manûs miſſione. Neque enim ſciebat locum, ubi degerem. Quoquoverſum mittebat, ne Paſtor dolo circumventus occideretur, & venatum amitteret.... Hoſtes undique circuibant, expandentes retia, ut caperent, & in illorum manus adducerent. Hinc illa rogabat imperatoriſque genua tangebat, ut virum faceret venationis conſortem... Perdidimus, inquit, Sacerdotem, ſed reducamus. Nulla nobis imperii ſpes ſupereſt, niſi illum reducamus. Non poſſum cum quopiam eorum communicare, qui hæc perpetrârunt, lacrymas fundens, Deo ſupplicans, nullamque machinam non movens. *Hactenus de Eudoxia* Chryſoſtomus, *qui eam, opinor, tam prolixè laudat, ac pluribus deinde ornat titulis, ut populo Conſtantinopolitano eamdem reconciliet: neque enim dubitare poſſumus, quin in Eudoxiam æquè ac in Arcadium, Theophilum, & epiſcopos ipſi adhærentes, populus fuerit commotus ob expulſum* Chryſoſtomum.

quærendum & reducendum curat.

B

944 *Attamen Sanctus, poſtquam circa Prænctum Bithyniæ oppidum, quod* ex adverſo Nicomediæ *ſtatuit Socrates, à Briſone fuerat inventus, noluit ſtatim Conſtantinopolim redire; ſed in ejus vicinia aliquo tempore ſubſtitit. Certè Socrates cap. 16 hæc ſcribit:* Miſſus igitur Briſo, eunuchus auguſtæ, offendit illum Præneti, quod emporium eſt ex adverſo Nicomediæ ſitum; & Conſtantinopolim eum redire jubet. Sed quoniam Joannes ab exſilio revocatus, negabat ſe urbem ingreſſurum eſſe, niſi priùs in majore judicum conſeſſu innocentiam ſuam probâſſet, manſit interim in ſuburbano, quod Marianæ appellatur. Porrò dum moras necteret, nec civitatem ingredi vellet, plebs ad indignationem prorupit; ſtatimque in ipſos imperatores maledicta congeſſit. Qua de cauſa Joannes redire coactus eſt.

Chryſoſtomus urbem noluit ſtatim ingredi:

C

945 *De his Sozomenus cap.* 18: At Joannes reverſus, in ſuburbano imperatricis ipſius circa Anaplum reſedit: nec ante judicium majoris ſynodi, quo palàm fieret, epiſcopatum ipſi injuſtè ademptum fuiſſe, ingredi in urbem ſuſtinebat. Sed cùm populus denuò indignaretur, & imperatores convitiis inceſſeret, coactus tandem introivit. *Redierat jam Sanctus ex Bithynia in Thraciam, quando hæc contigerunt: nam* Anaplum *eſſe in Thracia inter Conſtantinopolim & Pontum Euxinum, colligitur ex Procopio de Ædificiis lib.* 1 *cap.* 8. *Porrò dum Sanctus ibi morabatur in ſuburbana imperatricis villa, contigiſſe exiſtimo illam pugnam inter Conſtantinopolitanos & Alexandrinos, de qua meminit Socrates cap.* 17. *Ratio eſſe videtur, quòd Theophilus cum collectis ad Quercum epiſcopis, qui* Chryſoſtomum *damnárant, litem proſequi vellet contra Heraclidem epiſcopum Epheſinum, qui cum* Chryſoſtomo *accuſatus erat, ſed necdum condemnatus.*

ſed cùm moratur in villa ſuburbana,

D

946 *Certè laudatus Socrates hæc ſcribit:* Priùs verò Heraclidis ordinationem in quæſtionem vocari curavit Theophilus, ut inde, ſi poſſet, occaſionem arriperet ad Johannem exauctorandum (*imò potiùs ad confirmandam ipſius depoſitionem.*) Et ipſe quidem Heraclides non aderat: abſens tamen judicabatur, quaſi quoſdam injuſtè verberâſſet, & catenis vinctos per mediam Epheſiorum urbem traduxiſſet. Cúmque Joannes ejuſque fautores dicerent, de abſentibus judicium fieri non debere, contrà Alexandrini contendebant, admittendos eſſe accuſatores Heraclidis, licèt eum abſentem accuſarent. Gravis inde ſeditio, & concertatio inter Conſtantinopolitanos & Alexandrinos conflata eſt: commiſsâque pugnâ, multi vulnerati, quidam etiam interempti ſunt. Hæc cùm videret Theophilus, illico Alexandriam profugit. Idem alii quoque fecerunt epiſcopi, præter paucos, qui Joannis partes tuebantur: cunctique, arreptâ fugâ, ad ſuas ſedes reverterunt. His ita geſtis, Theophilus omnium judicio condemnabatur. *Hæc Socrates, cui de his conſentit Sozomenus cap.* 19, *dicens, fugiſſe Severianum omneſque Theophilo adhærentes.*

Theophilus verò pergit contra Heraclidem agere;

E

947 *Ac deinde:* Ipſe etiam Theophilus illico, nihil cunctatus, ineunte jam hieme, fugiens unà cum Iſaacio monacho, in Ægyptum navigavit. *Hæc utcumque confirmari poſſunt ex Actis apud Photium. Nam actione duodecimâ ſententia contra* Chryſoſtomum *lata dicitur; at decima tertia habita eſt contra Heraclidem. Hic tamen in ea actione necdum eſt condemnatus: nam de Heraclide col.* 54 *dicit in Actis Photius:* Hujus tamen depoſitionem validam reddere, aliis nonnullis prohibentibus, minimè potuerunt. *Nimirum ante finitam cauſam, latamque ſententiam, intervenit memorata pugna, indeque ſecuta eſt omnium fuga. Hujus veriſimiliter pugnæ cauſâ Zozimus, Chriſtianorum calumniator vehementiſſimus, auſus eſt aſſerere pag.* 800, Chryſoſtomum *jam reverſum tentâſſe* in urbe tumultus *excitare. Nam utcumque reverſus erat, quamvis urbem necdum eſſet ingreſſus; & homo ethnicus facilè potuit Epiſcopo attribuere, quod cœptum erat à temerariis quibuſdam, qui ſeditionis fortè ac rapinæ amantiores erant quàm* Chryſoſtomi. *Quidquid ſit de occaſione illius tumultûs; certè Sanctus illum non excitavit: majorque culpa fuiſſe videtur in Alexandrinis, ſive in foventibus Theophilum; quàm in Sancti amicis.*

pugna oritur Conſtantinopoli,

F

948 *De illo, opinor, tumultu loquitur* Chryſoſtomus *in Homilia ſæpè laudata, ubi pag.* 430 *&* 431 *habet ſequentia:* Miratus ſum conſcientiam veſtram. Hæc dico, non ut ad ſeditionem vos excitem. Nam quæ illi paravere, ſeditio ſunt; quæ vos feciſtis, zelus. Non enim rogâſtis illos occidi, ſed impediri, quominus illud eveniret vel vobis vel Eccleſiæ, ne rurſus ſubmergeretur. Virtus quippe veſtra non ſivit ingruere tempeſtatem: ſed illorum ſententia fluctus concitavit. Ego verò rem non ſecundum exitum, ſed ſecundum illorum mentem æſtimo. Tu homo, qui altari adſtas (*aut Theophilum aut alium ex adverſariis intelligit*) cui tanti populi cura commiſſa, cùm hæc triſtia comprimere deberes, tempeſtatem auxiſti, contrà teipſum gladium vibrâſti, filios tuos conſumpſiſti, ſi non reipſa & experimen-

in qua prævalent amici Chryſoſtomi;

A mento, certè animo. Sed Deus prohibuit. Itaque vos (*auditores alloquitur*) demiror & laudo, quòd poſt bellum pace conciliata, caveatis, ut perfecta pax maneat. *Hæc omnino inſinuant, pugnam aliquam fuiſſe ortam culpâ inimicorum* Chryſoſtomi. *Nec dubium videtur, quin illa acciderit tempore intermedio inter revocationem Sancti ejuſque in urbem reditum. Utrùm verò orta ſit, quòd eccleſias occupatas dimittere nollent aſſeclæ Theophili, an quòd violentum ſuum concilium continuare vellent contra Heraclidem, idque fortaſſe Conſtantinopoli, an utraque ſimul de cauſa; non ita clarè liquet.*

inde cum ſuis aufugit Theophilus.

949 *Porrò cùm* Chryſoſtomus *dicit:* Non enim rogâſtis illos occidi, ſed impediri, quo minùs illud eveniret vel vobis vel Eccleſiæ, ne rurſus ſubmergeretur; *ſatis inſinuat, Conſtantinopolitanos petiiſſe militarem manum contra violentiam inimicorum* Chryſoſtomi; *idque poſt revocatum Sanctum, ut colligitur ex his,* ne rurſus (*Eccleſia*) ſubmergeretur. *Nam per revocationem Sancti, cauſa Eccleſiæ è periculo emerſerat; ſed ea rurſum demergi poterat novis inimicorum molitionibus, quas pati noluerunt Conſtantinopolitani,*

B *qui aulam tunc habebant faventem. Hinc Theophilus cum grege ſuo ſatis advertit, nihil ſibi ſupereſſe præter fugam, quòd vehementer exacerbati eſſent Conſtantinopolitani.* Ita Theophilus, *ait Palladius pag.* 75, cum Ægyptiis ſuis fugâ ſalutem quærit: cives enim eum quærebant, ut in mare demergerent. *Et ipſe* Chryſoſtomus *pag.* 430: Quid opus clamore? Abierunt, & depulſi ſunt, nemine inſequente in fugam verſi. Non homo illos, ſed conſcientia accuſat. *Nunc triumphalem Sancti in urbem ingreſſum videamus.*

Reditus Sancti planè triumphalis:

950 *Theodoretus lib.* 5 *cap.* 34 *breviter de reditu ſic loquitur:* Quod cùm cognoviſſet fideliſſimus populus (*revocatum ſcilicet eſſe Sanctum*) ſtatim oſtium Propontidis navigiis obtexit. Univerſi enim obviàm proceſſerunt, cereas faces præferentes. Ac tum quidem caterva inimicorum diſſipata eſt. *Hiſce* Chryſoſtomus *ipſe adſtipulatur pag.* 429, *celebrans ſuorum in ſe amorem his verbis:* Beatus ego propter vos. Sciebam & antea, quantis inſtructus eſſem divitiis, id tamen nunc miratus ſum. Procul eram, & civitas aliò tranſferebatur. Hominis unius causâ pelagus in civitatem mutatum eſt. Mulieres, viri, immaturæ

C ætatis parvuli: mulieres infantulos geſtabant, pelagus adire non dubitabant, fluctus ſpernebant. Non metuebat herum ſervus, mulier infirmitatis ſuæ non meminerat. Forum in eccleſiam verſum eſt, omnia ubique propter nos movebantur. *Hactenus* Chryſoſtomus. *Ex hiſce autem Tillemontius art.* 77 *ſuſpicatur, Sanctum ex villa imperatricis navigâſſe Conſtantinopolim. Sed iſtud admodùm eſt incertum: ea enim, quæ de pelago & navigiis dicuntur, jam facta videntur, quando* Chryſoſtomus *ex Bithynia trajecit in Thraciam, ita ut dubium ſit, an rurſum ſe navi commiſerit, dum ex villa illa ſuburbana proceſſit ad urbem.*

urbem ingreſſus, ex tempore

951 *Hoc ultimum iter deſcribunt Socrates cap.* 16 *& Sozomenus cap.* 18, *nec quidquam memorant de navigiis.* Chryſoſtomus *in Epiſtola ad Innocentium apud Palladium pag.* 16 *ait ſe rediiſſe,* inducentibus triginta epiſcopis, & piiſſimo imperatore, qui notarium ad id miſerat. *Omiſſo Socrate, ſatis erit audire Sozomenum, qui ſic habet:* Porrò populus pſalmos canens ad præſens negotium compoſitos, plerique etiam cereos accenſos manibus geſtantes, obviàm ei progreſſi, ad eccleſiam eum deduxerunt: & quamquam recuſantem, ac ſæpiùs affirmantem, priùs neceſſe eſſe, ut, qui ipſum condemnaverant, mutatâ ſententiâ nunc abſolverent, compulerunt, uti mos eſt epiſcopis, pacem populo dare, & in epiſcopali ſolio conſedere. Coactus itaque, extemporalem quoque habuit orationem: ſumptoque argumento ex elegantiſſima ſimilitudine, figuratè indicavit, Theophilum quidem tentâſſe vim inferre Eccleſiæ ſuæ, perinde ac olim regem Ægyptium uxori patriarchæ Abrahami, ut refertur in ſacris Hebræorum libris. Populum verò ob propenſum erga ſe animum, & imperatores ob prolixam benevolentiam, ut par erat, laudibus proſecutus, tantos multitudinis plauſus totque acclamationes in laudem imperatoris & auguſtæ excitavit, ut orationem imperfectam abrumpere ſit coactus. AUCTORE J. S.

habet brevem orationem, poſtridie longiorem.

952 *Ad hæc Sozomeni verba obſervo primò, nequaquam certa videri ea, quæ ipſe cum Socrate aſſerit de recuſato à* Chryſoſtomo *toties regreſſu ad ſedem epiſcopalem. Nam de ea recuſatione nihil ullibi habet Palladius, nihil Theodoretus, nihil* Chryſoſtomus *ipſe, qui contrarium potiùs inſinuare videtur: neque ullibi in duabus primis poſt reditum Homiliis inſinuat, ſe invitum loqui. Rogavit quidem* Chryſoſtomus *novum concilium ad ſe defendendum, ut poſtea vidimus; at alibi non invenio, noluiſſe ipſum ad cathedram regredi, priuſquam in illo fuiſſet abſolutus. Hoc igitur mihi non modò incertum; ſed etiam minùs probabile apparet. Secundò Homilia illa, de qua loquitur Sozomenus, illa ipſa eſt, quam frequenter jam laudavimus. At ea nec prima eſt poſt reditum dicta, nec omnino videtur extemporalis, ſed meditata utcumque, & ſequente poſt reditum die dicta, ut conſentiunt Tillemontius Notâ* 73 *& Montfauconus in Monito tom.* 3 *pag.* 423. *Ad hoc oſtendendum ſufficiunt dicta* Chryſoſtomi, *docentis populum, quid ſibi reverſo nuntiari juſſerit Eudoxia. Nam. pag.* 430 *hæc habet de imperatrice:* Dicamne ardentem ejus amorem? Dicam ejus erga me ſolicitudinem? Heri veſperi hæc ad me verba miſit: "Dicito ei: Oratio mea imple„ta eſt, rem impetravi: meliùs coronata ſum, „ quàm per ipſum diadema. Recepi Sacerdotem, „ caput corpori reſtitui, gubernatorem navi, pa„ ſtorem gregi, thalamo ſponſum. Pudore affecti

E „ ſunt adulteri. Seu vivam, ſeu moriar, nihil F „ mihi curæ eſt„. *Huc uſque putem eſſe verba Eudoxiæ, à* Chryſoſtomo *relata in Homilia, de qua diſputamus. Ex his autem manifeſtè colligitur, illam non eſſe habitam ipſo reditûs die, cùm ea pridie Homiliæ dictæ nuntiari juſſerit Eudoxia* Chryſoſtomo *jam reverſo.*

Mira Sancti, de omnibus Deo gratias agentis,

953 *Quare extemporalem Orationculam, Sancti pietate & eloquentiâ dignam, ex Monfaucono pag.* 424 *pro majori parte huc transfero:* Quid dicam, aut quid loquar? Benedictus Deus. Hoc egreſſus dixi, hoc iterum profero; imò illic cùm eſſem, non intermiſi dicere. Meminiſtis me Jobum in medium adducere, ac dicere: Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. Hæc vobis pignora exiens reliqui, has gratiarum actiones repeto: Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. Diverſæ res, ſed una glorificatio. Pulſus gratias agebam, reverſus gratias ago. Diverſæ res, ſed finis unus hiemis & æſtatis; unus finis, agri felicitas. Benedictus Deus, qui permiſit egredi, benedictus iterum, qui ad reditum evocavit. Benedictus Deus, qui tempeſtatem permiſit, benedictus Deus, qui tempeſtatem ſolvit, & tranquil-

AUCTORE J. S.

litatem paravit. Hæc dico, ut vos ad benedicendum Deo instituam. Bona contigerunt? Benedic Deo, & bona manent. Mala acciderunt? Benedic Deo, & mala solvuntur. Quandoquidem & Job dives cùm esset, gratias agebat, & pauper effectus, Deo gloriam reddebat. Neque tunc rapuit, neque postea blasphemavit. Varia tempora, & una mens fuit. Gubernatoris virtutem nec tranquillitas resolvit, nec tempestas demergit. Benedictus Deus, & cùm à vobis separatus sum, & cùm vos recuperavi. Utraque ejusdem providentiæ fuerunt. A vobis separatus sum corpore, sed nequaquam mente.

pietas in prima Homilia.

954 Videte, quanta fecerint inimicorum insidiæ; studium intenderunt, desiderium incenderunt, & sexcentos mihi procurârunt amatores. Antehac me mei amabant, nunc etiam Judæi honorant. Sperabant, se à meis me separaturos esse, & alienos adsciverunt. Verùm non illis, sed Dei nomini gratiæ referendæ, qui illorum nequitiâ ad honorem nostrum usus est: nam & Judæi Dominum nostrum crucifixerunt, & servatus est mundus: neque gratiam Judæis habeo, sed Crucifixo. Videant, quomodo Deus noster videt: quam pacem eorum insidiæ pepererunt, quam gloriam paraverunt. Antehac ecclesiâ sola implebatur, nunc forum universum ecclesia factum est. Unum caput inde huc usque locum occupat. Nemo choro vestro silentium imperavit, & tamen omnes in silentio, omnes in compunctione versabantur. Alii psallebant, alii beatos prædicabant eos, qui psallerent. Hodie Circenses sunt, & nemo adest; sed omnes in ecclesiam ceu torrentes confluxerunt. Torrens verò vester cœtus, & flumina sunt voces, quæ in cælum ascendunt, quæque amorem erga Patrem perhibent. Preces vestræ diademate splendidiores mihi sunt. Viri mulieresque simul: in Christo enim Jesu non est masculus neque femina. Quomodo loquar potentias Domini? Scitis, quàm sit verum id, quod dico: si quis fortiter tentationes ferat, magnum inde fructum demetet. Ideo vos ad Apostolos convocavi. Venimus pulsi ad eos, qui pulsi sunt. Nos insidiis sumus appetiti, illi pulsi sunt. Venimus ad Timotheum, novum Paulum. Venimus ad sancta corpora, quæ Christi stigmata gestaverunt. Nunquam timeas tentationem, si animo sis instructus generoso: Sancti omnes sic coronati sunt. *Hactenus* Chrysostomus,

B

C

qui aliqua addit de amore suorum & fuga inimicorum. Verùm de iis sat multa sunt prolata ex Homilia sequentis diei, quam per partes ferè totam recitavi, ita ut necesse non sit de hac quoque plura addere.

Homilia de Chananæa,

955 *Post aliquot certè dies, & fortasse post plures hebdomadas,* Chrysostomus *aliam habuit Homiliam, in qua rursum loquitur de præteritis inimicorum suorum molitionibus. Inscribitur hæc* de Chananæa, *aut* in dimissionem Chananææ, *apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 432. *Aliqui voluerunt, Homiliam illam non esse genuinum Opus* Chrysostomi; *sed eas non attulerunt rationes, ut iis possim assentiri. Quin potiùs cum Savilio, Tillemontio & Montfaucono Homiliam* Chrysostomo *omnino attribuendam existimo. Rationes videri possunt apud Montfauconum in Monito prævio. Porrò Sanctus eam sic orditur:* Tempestas ingens sævit; sed eorum, qui convenerunt, alacritatem non cohibuit: multæ tentationes, sed desiderium vestrum non fovverunt. Non cessat Ecclesia oppugnari & vincere; insidiis impeti & superare insidias. Quantò magis alii insidiantur, tantò magis illa augetur: fluctus dissipantur, & petra stat immobilis.... Quis non obstupescat? quis non miretur? Non modò, qui nostri sunt, non abfuerunt; sed etiam, qui nostri non sunt, accesserunt.

D

in qua de persecutione sua meminit Sanctus.

956 *Et post pauca:* Quo in statu sunt res nostræ? Laudibus celebrantur. Quo in statu res illorum? Ignominiâ cumulantur.... Quis fugavit illos? Nemo. Sed domesticum habent hostem, conscientiam post peccatum. Sciunt, quid fecerint. Nam & Caïn volebat fratrem suum occidere... Hi verò, licèt reipsa non occiderint; at voluntate tamen occiderunt. Perpetrata est cædes, quantùm in illorum malignitate situm fuit; sed vita concessa est Dei benignitate.... Verùm... sinamus eos fugere, nemine persequente.... nosque consuetam mensam vobis apponamus. *Tum incipit docere, & memorat Homiliam pridie habitam ex S. Paulo. Hinc Tillemontius Nota* 76 *suspicatur, designari Homiliam in illa S. Pauli verba,* Sufficit tibi gratia mea *&c., quæ apud Montfauconum tom.* 8 *inter Spuria pag.* 24 *edita est. Habet revera circa finem Homilia illa aliquid, quod prolatum videtur de persecutione* Chrysostomi. *Verùm stylus longissimè abest ab eloquentia* Chrysostomi, *&* oratio tam inepta, *ait Montfauconus,* ut meo judicio indigna sit, quæ legatur.

E

§ LXII. Chronotaxis persecutionis Chrysostomi: an omnes ejus inimici fugerint ad sedes suas: an in alia synodo sit absolutus: gesta Sancti post reditum: Eudoxia iterum irata.

Cùm processus contra Chrysostomum duraverit menses 9 *aut* 10;

F

Tillemontius Notâ 65 *dat chronotaxim persecutionis* Chrysostomi, *& de ultima expulsione etiam differit Notâ* 82. *At non videtur attendisse ad omnia, quæ conducere possunt ad tempus singularum rerum exactiùs investigandum. Itaque fundamenta totius chronotaxeos primùm assignabo, ut ex iis ordo clariùs elucescat. Primò, secundum Sancti exsilium contigit anno* 404, *die* XX *Junii, ut clarè habet Socrates, & admittit Tillemontius. Hanc epocham suo loco magis stabiliam. Secundò certum æquè est, primum exsilium contigisse anno* 403. *Tertiò Palladius pag.* 80 *de molitionibus contra* Chrysostomum *dicit:* Dum hæc sic atque alia aliter geruntur, novem aut decem menses præterierunt *&c. Hinc saltem habemus, persecutionem durâsse ad menses novem aut decem, ut minimum: nam examinandum erit, an totum persecutionis tempus iis verbis designetur, an verò pars tantùm; & unde illi menses inchoandi sint, ubi finiendi. Quartò Sozomenus cap.* 19. *asserit, Theophilum, revocato in urbem* Chrysostomo, *fugisse in Ægyptum,* ineunte jam hieme. *Hæc verba apud Tillemontium nullibi laudata invenio, ita ut non videatur ad ea attendisse, ideoque concilium ad Quercum fixisse citiùs, quàm oportebat. Nam ex iis liquet, concilium istud figendum esse paulò ante hiemem, cùm fugerit Theophi-*

philus ſtatim poſt concilium, imò etiam necdum abſoluto, ſed potiùs abrupto concilio.

concilium ad Quercum videtur inchoatum circa initium Septembris.

958 *Jam verò ex allegatis Sozomeni verbis ulteriùs colligo, per menſes illos novem aut decem, quos memorat Palladius, aut totum perſecutionis tempus intelligendum eſſe, à congregato ad Quercum concilio uſque ad ſecundum exſilium, aut ſaltem totum tempus, quod utrique exſilio eſt intermedium. Nam ſi menſes illos finiamus initio Quadrageſimæ, aut in Paſchate anni* 404, *ut facit Tillemontius; eoſque cum eodem inchoëmus à reditu* Chryſoſtomi *ex primo exſilio, id eſt, à fuga Theophili, dicendum neceſſariò erit, fugiſſe Theophilum menſe Julio, aut potiùs Junio, aut etiam citiùs; quod non ſolùm Sozomeno, ſed ipſi quoque Tillemontio eſt contrarium: nam hic ſynodum illam figit menſe Julio. Contrà, ſi ſynodum inchoëmus circa initium Septembris, facilè uſque ad* XX *Junii ſequentis anni reperiemus menſes novem aut decem, ſimulque intelligemus, fugam Theophili contingere potuiſſe circa initium Octobris, quod cum incunte hieme ſatis congruit. Reſtat igitur ſolùm, ut oſtendamus, nihil quidpiam occurrere, quo minùs violentum iſtud concilium*

B *circa initium menſis Septembris figere poſſimus.*

Chronotaxis uſque ad finem concilii,

959 *Si ſupponamus Theophilum Alexandriâ diſceſſiſſe unâ tantùm alterâve hebdomadâ, poſtquam S. Epiphanius ex Cypro ſolverat, ſive currente menſe Aprili; neceſſe non erit, ut dicamus, ipſum veniſſe Chalcedonem ante initium Auguſti, cùm iter longiſſimum inſtituere deberet, ac tardè proceſſerit, ut dicitur apud Palladium pag.* 64. *Ipſe ibidem pag.* 62 *ſcribit,* Septuaginta quinque dierum itinere *Conſtantinopolim diſtare Alexandriâ. Potuit igitur facilè tres menſes, & partem quarti, tanto itineri impendere, cùm moras necteret, & per viam epiſcopos aliquot ſibi faventes reddere cuperet. Præterea, ſi quis tot menſes itineri noluerit attribuere; non cogetur idcirco credere, ipſum ante Auguſtum veniſſe Chalcedonem, cùm non habeamus idonea argumenta, cur potiùs menſe Aprili quàm Majo diſceſſerit. Statuimus igitur, Theophilum veniſſe Chalcedonem circa initium Auguſti.*

circa initium Octobris, fugiente Theophilo, abrupti,

C 960 *Porrò dies aliquot Theophilum manſiſſe Chalcedone, habemus ex geſtis ibidem,* § 57 *relatis. Deinde Conſtantinopoli, teſte Palladio pag.* 64, *manſit* tres ſeptimanas *ante concilium. Itaque gemina hæc mora ducere poterit uſque ad initium Septembris: circa quod tempus concilium inchoatum credimus. Hoc verò conſtat actionibus tredecim, ita ut facilè exiſtimare poſſimus, concilium durâſſe tribus aut quatuor hebdomadis, cùm in conciliis non ſoleant diebus ſingulis novi conventus inſtitui. In Actione duodecima damnatus eſt* Chryſoſtomus, *id eſt, ſecundum dicta, vergente ad finem Septembri: deinde tertio pòſt die ab urbe expulſus. Uno autem die poſt expulſionem revocatus eſt, ac rediit poſt duos treſve dies: quo tempore Theophilus fugâ ſe eripuit. Hæc igitur fuga circa initium Octobris figenda.*

& uſque ad ultimam Sancti expulſionem.

961 *Poſt duos menſes quieti datos, teſte Palladio pag.* 75, *iterum fremere incipiunt hoſtes* Chryſoſtomi, *qui erant Conſtantinopoli, ac circa initium Decembris ad Theophilum mittunt. Idem ex Syria, aliiſque provinciis, alios accerſunt epiſcopos. Effluxerint facilè tres menſes, antequam hi omnes, aliique à Theophilo miſſi, advenerint, ita ut credere poſſimus, ſecunda hac vice cauſam* Chryſoſtomi *cœptam examinari menſe Februario. Menſe verò Martio, aut certè in Quadrageſima, mandavit Arcadius, ut Sanctus eccleſiâ egrederetur, quod facere renuit, niſi vi cogeretur. Iteratum eſt hoc mandatum die* XVI *Aprilis in pervigilio Reſurrectionis Domini, eodemque die veſperi terribilis vis adhibita. Manſit tamen deinde Conſtantinopoli duobus ferè menſibus, ac tandem* XX *Junii ductus eſt in exſilium. Hæc omnia latiùs referemus.*

Ex inimicis ipſius aliqui citò poſt fugam rediérunt:

962 *Nunc & alia dubitatio breviter examinanda eſt. Vidimus num.* 946 *&* 949, *ſcriptores, qui loquuntur de fuga Theophili, ita generatim loqui de fuga inimicorum* Chryſoſtomi, *ut nullus videatur manſiſſe Conſtantinopoli. Attamen ſanctus Doctor in Epiſtola ad Innocentium Papam apud Palladium pag.* 17 *dicit:* Hìc enim remanſerant Syrorum quidam, qui tunc adfuerant, & unà cum ipſo (*Theophilo*) omnia patrârant. *Tillemontius Notâ* 77 *obſervat, allegatis verbis non alios innui poſſe quàm Severianum & Antiochum, cùm Acacius, qui aliàs hiſce addi poſſet, apud Socratem & Sozomenum deinde cum aliis epiſcopis Conſtantinopolim veniſſe dicatur. Accurata eſt hæc obſervatio. Verùm non æquè illi poſſum aſſentiri, dum ſuſpicatur, omnes epiſcopos, qui adverſabantur* Chryſoſtomo, *eo Conſtantinopolim redeunte, ad cathedras ſuas fuiſſe reverſos. Tanti faciendam non putem auctoritatem Socratis & Sozomeni, præſertim cùm ne hi quidem expertè dicant, in Syriam reverſos eſſe Severianum & Antiochum, aut inde poſtea rediiſſe, ſicut aſſerunt de Acacio. Quapropter conjicio, illos quidem initio ex urbe fugiſſe, ſed non diu pòſt, pacatis omnibus, in urbem rediiſſe, ut occaſioni* Chryſoſtomum *expellendi conſtanter imminerent. Potuerunt illi aliquo tempore apud Cyrinum Chalcedonenſem, aut alibi in vicinia ſubſiſtere, ac deinde in urbem ad amicos ſuos clanculùm redire.*

E

Concilium ad examen cauſæ ſuæ Sanctus fruſtrà petit:

963 *Porrò* Chryſoſtomus, *poſtquam reverſus erat in urbem, imò etiam veriſimiliter ante ingreſſum, dum in ſuburbana Eudoxiæ villa morabatur, rogavit Arcadium imperatorem, ut ſynodum congregandam curaret, cùm ut Theophilus geſtorum ſuorum contra Sanctum rationem redderet, tum ut* Chryſoſtomus *ipſe in ea innocentiam ſuam probaret. Teſtis eſt hujuſce poſtulati ſui ipſe Sanctus in Epiſtola ad S. Innocentium, data* § 65, *ubi etiam narrat, ſe ter preces illas iterâſſe apud imperatorem; & ad primam quidem ejuſmodi poſtulationem Theophilum cum ſuis fugiſſe; ad ſecundam ab Arcadio revocatum eſſe, ſed parêre noluiſſe; tertiam verò poſtulationem fuiſſe, ut ſaltem epiſcopi Syri, Severianus nempe & Antiochus, ſecum in judicio comparerent, ac præterea, ait pag.* 17, ut aut Acta nobis darentur, aut libelli accuſatorum, aut criminum genus examinaretur, aut ipſi accuſatores: & nihil horum impetravimus. *Hæc Sanctus ipſe, ita ut certum videatur, cauſam ipſius non fuiſſe eo tempore in ſynodo examinatam. Verumtamen æquè apparet indubium, irritam judicatam fuiſſe ſententiam depoſitionis, in illegitima ad Quercum Synodo latam.*

F

habuit tamen concilium ſexaginta ferè epiſcoporum,

964 *Hinc Sozomenus cap.* 19 *hæc ſcribit:* Joannes verò Conſtantinopolim reverſus, multitudini adhuc gratior apparuit. Porrò cùm eo tempore ſexaginta circitèr epiſcopi Conſtantinopolim conveniſſent, ſtatutumque ab illis eſſet, ut ea, quæ apud Quercum geſta fuerant, irrita eſſent, utque Joannes epiſcopatum retineret; ille deinceps Miſſarum ſolemnia celebrare, ordinationes facere, & alia in eccleſia diſponere, prout

facer-

AUCTORE J. S.

sacerdotibus jus fasque est, perseveravit. Quo quidem tempore etiam Serapionem Heracleæ in Thracia episcopum constituit. *De hisce apud Labbeum tom. 2 Conciliorum col. 1331 ex libello synodico recitantur hæc verba:* Verùm haud ita multò post (*depositionem Sancti*) regiam Constantinopolim synodus alia veritatis patrona sexaginta patrum conveniens, beatum Chrysostomum, per fraudem dejectum, suo throno restituit. *Tillemontius Notâ 78 Sozomenum erroris accusat, creditque non posse sustineri* synodum *fuisse* congregatam *Constantinopoli*, quæ deliberat & cum auctoritate decidit, *ut loquitur. Attamen existimat, non aberrare Socratem, quando cap. 18 asserit*, Chrysostomum *accusatoribus suis de resumpto munere episcopali respondisse*, Quinque & sexaginta episcopos, qui ipsi communicaverant, id decrevisse.

in quo sententia, ad Quercum lata,

965 *Verùm non video, magnam esse utriusque assertionis differentiam. Si enim sexaginta & quinque episcopi decreverunt, ut* Chrysostomus *in sede episcopali maneret, id nec sine deliberatione nec sine auctoritate decrevisse censendi sunt: neque est ratio, cur dicamus, non fuisse simul congregatos, quando id decreverunt. Quare, si vera sunt verba Socratis; non est, cur negemus, vera dixisse Sozomenum. Ego sanè non dubito, quin uterque vera dixerit; neque ullam in illo concilio difficultatem reperio. Etenim episcopi illi noverant*, Chrysostomum *non fuisse præsentem, aut subjectum synodo ad Quercum habitæ, sed meritò & legitimè noluisse judicium illud agnoscere, aut illi se submittere. Itaque episcopi cum* Chrysostomo *congregati facilè judicare poterant, irritam esse sententiam depositionis* Chrysostomi, *cùm lata esset ab hominibus, qui legitima jurisdictione carebant.*

irrita fuit declarata.

966 *Hoc ipsum respondisse* Chrysostomum, *testatur Theodoretus lib. 5 cap. 34, ita scribens:* Paucis verò mensibus elapsis, iterum convenerunt, pœnasque ab eo exegerunt, non jam falsorum criminum illorum, sed quòd post depositionem ministerio suo functus fuisset. Verùm ille aiebat, se judicatum non fuisse (*à legitimis videlicet judicibus*,) & nec crimina objecta audiisse, nec iis respondisse, nec præsentem condemnatum esse; sed ab imperatore expulsum, ac denuo esse revocatum. *Quapropter aliud est planè concilium, quod irritam judicavit depositionem* Chrysostomi *ob jurisdictionis & debitæ formæ defectum; aliud, quod insuper flagitavit Sanctus, ut se non modò injustè depositum, sed etiam innocentem probaret. Nam hunc in finem examinandi fuissent accusatores, discutiendaque accusationum capita. Non egebat tali concilio Sanctus, ut munia sua exercere posset; illud tamen optabat, ut publico judicio de innocentia sua constaret.*

Eudoxia iterum Sancto iratscitur,

967 *Interim* Chrysostomus, *dum digna episcopo libertate pravos abusus cohibere ac corrigere nititur, in odium Eudoxiæ, & per eam Arcadii, rursum incurrit: quod contigisse videtur mense Decembri, aut non diu ante. Occasio refertur à Socrate cap. 18, ubi dat sequentia:* Argentea statua Eudoxiæ augustæ supra columnam purpuream erecta fuerat, amicta muliebri stolâ. Stabat hæc in edita basi, nec admodùm contigua ecclesiæ, quæ Sophia cognominatur; nec ab ea procul dissita: sed inter utramque media dumtaxat plateæ via interjecta erat. Ad eam statuam popularium lusus celebrari consueverant. Porrò Joannes, cùm ad contumeliam Ecclesiæ ista fieri censeret, pristinam loquendi libertatem resumens, contra eos, qui hæc agebant, linguam suam denuo armavit. Et cùm blanda hortatione potiùs persuadere debuisset principibus, ut ab hujusmodi ludicro abstinerent, istud quidem non præstitit: sed eloquentiæ suæ impetu abreptus, probris eos appetiit, qui ista fieri præceperant. Hoc factum augusta iterum ad se rapit: & Joannis verba contumeliam suam reputans, rursus episcoporum synodum adversus illum congregari curat. Id ubi sensit Joannes, celebrem illam in ecclesia habuit orationem, cujus initium est: "Rursus Herodias furit: rursus turbatur: rursus „saltat: rursus Joannis caput in disco accipere „concupiscit. „ Ea res augustam multò ampliùs exacerbavit.

quia impedire conatur ludos, ad statuam ipsius

968 *Sozomenus cap. 20 idem factum narrat his verbis:* Haud multò pòst, cùm argentea imperatricis statua purpureæ columnæ imposita dedicaretur, quæ etiamnum cernitur ad meridianam ecclesiæ plagam, ante ædem magni senatus, super excelso tribunali collocata; plausus illic & saltatorum ac mimorum publica spectacula edebantur, sicuti tunc mos erat in dedicatione imperalium imaginum. Hæc Joannes ad contumeliam ecclesiæ gesta esse, in sermone ad populum criminatus est. Imperatrix verò, cùm recens adhuc esset memoria offensarum præteriti temporis, quasi injuriam passa, denuo excanduit: deditque operam, ut alia rursus synodus congregaretur. Joannes tamen haudquaquam cessit; sed adhuc apertiùs eam in ecclesia vituperans, ad iram excitavit. Quo quidem tempore celebrem illam orationem habuit, hunc in modum exorsus: Rursus Herodias furit: rursum saltat: rursum Joannis caput in disco gestit accipere. *Hactenus Sozomenus, Socratem secutus. Verùm aliqua ad utriusque relationem veniunt observanda.*

per hominem Manichæum celebratos:

969 *Theophanes pag. 68 de statua Eudoxiæ erecta scribit sequentia:* Hoc anno imperatrix Eudoxia suam statuam argento conflari, & ad S. Irenes templum, loco, qui Pittacia dicitur, collocari jussit. Præfectus autem urbis Manichæorum hæresi vitiatus, & adhuc gentilium ritibus addictus, ex plausibus, choreis & saltationibus, ibidem loci actis, tumultum & strepitum ciens immodicum, Pontificem angebat, nec pacatè & cum animi quiete, cantoribus frequentiùs interruptis, divina Mysteria eum permittebat celebrare. Quare sacer Joannes verbis in ipsum vehementer invectus est. Is autem Eudoxiam in Joannem, quasi ejus imaginem communi populi cultu honorari indignaretur, commovit. Inde rursus odia in Joannem, inde rursus iræ. *Ex hoc Theophanis loco facilè intelligimus, justissimas fuisse* Chrysostomo *rationes improbandi ludos illos, quos homo Manichæus prope ecclesiam edebat, non solùm quia strepitu inde orto divina officia perturbabantur, sed etiam quia gentiles, à quorum impietate Manichæi parùm aberant, superstitiosos & idololatricos ritus similibus ludis miscere solebant.*

libertas Chrysostomi in objurgando

970 *Quod verò ait Socrates*, blanda hortatione *principes fuisse ab eo consilio avocandos, frivolum est, cùm Eudoxia non tam facilè ejusmodi monita audiret, & fortassè periculum in mora esset. Sanè de libertate in reprehendendo, quâ usus est* Chrysostomus, *non ita judicavit S. Nilus, quandoquidem lib. 1 Epist 309 Sostheni Comentarensio, similes nugas objicienti, sic respondit:* Fatuum te insulsumque esse deprehendo. Nam si deiferum virum Joannem episcopum Constantinopolitanum, tanquam iracundiæ deditum, & ni-

A nimium se injuriis in facinorosis reprehendendis oblectantem, & illis, qui præ indolentia ac stupore nihil persentiscunt, duriter asperéque objurgandis, culpas; tempus jam est, ut & Joannem Baptistam, GENIMINA VIPERARUM nonnullos, qui venenosis moribus erant, nuncupantem insimules; & Apostolum injuriosum esse, bis Galatas INSENSATOS appellantem, judices; injuriæque dicam Prophetis impingas, cùm equorum fœminas deperientium, & canum latenter mordentium, & luporum, & cornicum nominibus, rationis compotes insigniant, reprehensionibus pererrantem in meliorem frugem revocantes.

à S. Nilo rectè defensa.

971 Quid porrò de omnium Deo & provisore Christo humili, qui propriâ clementiâ & mansuetudine omnem mansuetudinem superaverat, cùm audis ab ipso stultos & cæcos, & filios diaboli, & zizania, & canes, & porcos, & aliis quibusdam mordacibus peccatores vocitari, pronuntiabis? *Hactenus S. Nilus prudenter & solidè. Ne quis tamen dicat, mitiùs agendum fuisse Sancto, ne imperatrix Eudoxia offenderetur; ille considerare dignetur, an S. Ambrosius non laudetur ac celebretur ab omnibus, quia Theodosium imperatorem ab ecclesia arcere sustinuit, donec egisset pœnitentiam? Consideret deinde, an Ambrosio id agenti nihil timendum videretur à Theodosio, principe quidem præstantissimo, sed ab iracundiæ fabilis motibus minimè immuni? Nam hisce considerationibus intelliget, non posse laudari Ambrosium, ac imprudentiæ argui* Chrysostomum, *nisi quis ab eventu facta probanda aut improbanda censuerit.*

B

Homilia, cujus initium: Rursus Herodias &c.

972 *Quod spectat ad Homiliam, cujus initium dant Socrates, Sozomenus & Theophanes, major est dubitandi ratio. Edita quidem est olim inter Opera* Chrysostomi *Homilia, cujus exordium cum allegatis à Socrate verbis satis congruit: & Baronius ad annum* 404 *num.* 5 *illam assignat, tamquam à* Chrysostomo *dictam. Verùm recentiores Operum* Chrysostomi *editores illam Homiliam Sancto abjudicant, nec immeritò; cùm nihil habeat ingenio atque eloquentiâ sancti Doctoris dignum; nihil, quod stylum ipsius sapiat, ut videri potest apud Montfauconum tom.* 8, *ubi inter Spuria primo loco est edita. Savilius ibi laudatus in Monito judicium suum expromit his verbis:* Cùm Græculus quispiam ineptus & indoctus Orationem cum hujusmodi principio à Johanne nostro habitam esse apud ecclesiasticæ scriptores Historiæ reperisset, affinxit homo impudentissimus humano capiti corpus planè belluinum, nobisque pro vero hunc spurium & falsissimum fœtum suppositit, vix lectione, nedum emendatione dignum. *Ita ille rectè meo judicio, quatenus statuit, Homiliam non esse* Chrysostomi. *Idem existimat indubitanter Montfauconus: sed non minùs rectè refutat opinionem cujusdam scriptoris Galli, quem nominare non est necesse, cùm id operæ pretium numquam existimaverim.*

C

Supposititia est, sed antiqua,

973 *Credebat ille, Homiliam esse Græculi recentioris. Verùm ostendit Montfauconus, magnam illius Homiliæ partem nomine* Chrysostomi *laudatam esse ab Anastasio Sinaïta, qui floruit sæculo* VI. *Mox verò addit:* Quodque mireris, eadem ipsa, nec plura nec pauciora, ad verbum habentur in Opusculo 49 S. Ephremi, cui titulus: „Contra improbas mulieres„. Sine alio discrimine, quàm quod interpretum diversitas intulerit. Unde colligatur, ineptum scriptorem ex S. Ephremo hoc assumentum mutuatum esse. *Si quid ex stylo* Chrysostomi *reperiretur in Homilia illa ineptissima, vel solum istud plagium evinceret, fœtum non esse* Chrysostomi. *Verùm alia ex dictis mihi oritur suspicio, quam æquis lectoribus ut conjecturam proponere lubet.*

AUCTORE J. S.

& forsan nomine Sancti conficta,

974 *Vehementer suspicor, Socratem & Sozomenum loqui de dicta Homilia, eamque sancto Doctori fuisse suppositam dolo inimicorum ipsius, & exhibitam Eudoxiæ, ut ipsam contra Sanctum exacerbarent. Magnum quidem id fuerit flagitium, si ita factum est. Verùm si consideremus, ab inimicis Sancti nihil ferè sceleris fuisse prætermissum, ut ipsum è solio deturbarent, magnitudo flagitii non obstabit, quo minùs res fiat verisimilis. Certè mihi longè verisimilius apparet, talia ab inimicis Sancti conficta esse, quàm ab eo pro concione dicta. Quantumvis enim mira esset* Chrysostomi *in dicendo libertas, quando sperabat, eo modo defectus corrigi posse; gratis tamen & sine utilitate nolebat offendere aliquem, nedum imperatricem, ut facilè ostendi potest. Præterea suppositionis testem habemus Homiliam ipsam, à sæculo saltem sexto ipsius nomine laudatam; aliam verò, quam cum tali initio dixisset* Chrysostomus, *nullus unquam produxit.*

E

ad ipsum apud Eudoxiam accusandum.

975 *Demum si consideremus ipsa verba, quæ Socrates attulit, non modò videbimus indigna esse Viro mansueto & prudente, sed nihilo esse digniora Viro erudito & in Scripturis versatissimo, cùm duæ mulieres apertè in unam confundantur.* Rursus Herodias furit; rursus turbatur; rursus saltat. *Duo priora Herodiadi congruunt; tertium ipsius filiæ, quæ saltavit. Non ita malè in Scripturis versatus erat* Chrysostomus, *ut credibile sit, duas personas ab ipso confusas, ita ut caput non minùs sit belluinum, quàm totum corpus. Quapropter verisimile est, Socratem adoptâsse has calumnias inimicorum* Chrysostomi; *sicut alias non paucas adoptavit, & Homiliam supposititiam, deinde in vulgus sparsam, pro vera Sancti Homilia venditâsse: hunc verò secutos esse alios.*

F

§ LXIII. Novæ molitiones contra Sanctum, qui à congregatis rursus episcopis pro condemnato habetur, & ecclesiâ jussu imperatoris ejicitur.

Novæ molitiones contra Sanctum,

DE *nova contra* Chrysostomum *conspiratione Palladius pag.* 75 *ita agere incipit:* Post duos menses, cùm (*hostes* Chrysostomi) à plaga tantillùm respirâssent, denuò adversus Johannem fremunt (*animos iis haud dubiè suggerente Eudoxia, iterum Sancto irata:*) nec habentes, unde speciosè ordirentur, mittunt Alexandriam ad talium artificem Theophilum, scribentes: Aut rursus accurre adversus Johannem dux futurus; aut, si plebem reformidas, nobis modum quemdam suggere, unde sumamus exordium. Ad hæc Theophilus ipse quidem non venit, memor quomodo effugisset: misit autem miserabiles tres episcopos, Paulum, Pœmenem, & alium recèns ordinatum. Cùm iis misit & quosdam canones, quos adversus beatum Athanasium Ariani conflaverant, ut ejusmodi canonibus utentes, Johanni lites necterent, quòd post depositionem per se rediisset.

AUCTORE J. S.

Audax enim naturâ eſt Theophilus, præceps, temerarius, & admodùm contentioſus.

conſentiente Theophilo cœptæ.

977 Nam nihil eſt, quod ipſi ſub aſpectum venerit, quod citiùs, quàm par eſt, non appetat, in ſeipſo neque judicium neque deliberandi moram ſuſtinens. Irrationabili autem impetu abreptus, inordinatè ad ejus approbationem fertur: & decretæ ſententiæ firmiter inſiſtens; pertinaciter & contentioſè obſiſtit cunctis, qui voluerint contradicere; contendens ſemper, ut judicium ſuum atque ſententia vincat & obtineat. Quod certè etiam fecerunt, qui ingenium ejus nôrant. Nam convocatis è Syria, Cappadocia, Ponto, & Phrygia univerſis metropolitanis & epiſcopis, Conſtantinopoli eos congregant. *Hæc ille de convocatione epiſcoporum, quam etiam Arcadio attribuere poſſumus, & Eudoxiæ. Nam & Arcadius, petente* Chryſoſtomo, *epiſcopos convocavit, & Eudoxia rurſum irata eos quoque vocandos curâſſe dicitur. Attamen facilè credimus, ab inimicis* Chryſoſtomi *illos eſſe monitos, quos Sancto adverſari noverant, & præ ceteris Theophilum.*

B *Communionem cum Sancto rumpit Arcadius:*

978 *Ex iis, qui primi advenerunt, plerique non fuerant in concilio ad Quercum. De his verò intelligenda putem ſequentia Palladii verba:* Illi cùm veniſſent, juxta canonum ordinem communicârunt cum Johanne, ne eadem, quæ priùs (*Græcè priores*) committerent. Quod ubi reſcivere principes, ægrè tulerunt eorum cum Johanne communionem. *Nam, teſte Socrate, Arcadius ipſe communionem cum* Chryſoſtomo *abrupit.* Interea verò, *inquit cap.* 18, cùm Natalis dies Servatoris illuxiſſet, imperator ad eccleſiam, ſicut conſueverat, non proceſſit: ſed Joanni mandavit, ſe non priùs communicaturum cùm illo, quàm illata ſibi crimina diluiſſet. *Idem aſſerit Sozomenus cap.* 20. *Ex epiſcopis verò, qui circa id tempus advenerant, juxta ordinem, quem in narrando ſervârunt Socrates & Sozomenus, aut qui fortè poſt ruptam ab Arcadio communionem primi adfuerunt, hi nominantur apud Socratem,* Leontius ſcilicet epiſcopus Ancyræ, quæ eſt in Galatia: Ammonius Laodiceæ, quæ eſt in Piſidia: Briſo Philipporum Thraciæ: Acacius Berœæ, quæ eſt in Syria, & quidam alii. *Ex his tres priores,*

C *qui in priori concilio non fuerant, cum* Chryſoſtomo *communicâſſe initio exiſtimo; non item Acacium, inter inimicos Sancti notiſſimum.*

epiſcoporum verò diverſa eſt ſententia:

979 *Porrò veniſſe aliquot epiſcopos, quibus non conſtabat de conſpiratione contra* Chryſoſtomum, *ſatis liquet exemplo Theodori, ſecundæ Cappadociæ metropolitani, de quo Palladius pag.* 77 *hæc ſcribit:* Et Theodorus quidem Tyanorum epiſcopus, vir ornatus, intellecta conſpiratione ex his, quæ ad ejus aures venerant, ne Theophili temeritatem ſequeretur, inſalutatis relictis omnibus, eccleſiam ſuam repetiit, longum vale dicens Comitatui, ſuamque provinciam pietatis muro permuniens, ad finem uſque in communione fidelium Romanorum perſeverans. *Leontium & Ammonium ſimiliter veniſſe animo non malo, veriſimile eſt, quia Palladius pag.* 78 *illos* principum minis *victos* & ſpe *deceptos aſſerit. Contrà Pharetrius, alter Cappadociæ metropolitanus, venire timuit; at non timuit conſpirare cum inimicis* Chryſoſtomi, *Theophilum imitans.* Pharetrius autem, *ait Palladius*, epiſcopus Cæſareæ, quæ eſt ad Argeum, ſupra modum formidans, ut larvas pueruli, ſua civitate ne egreſſus quidem, per litteras cum adverſariis Johannis conſentit, quamvis non vocatus in medium, ineptè in epiſcopatu ſeſe gerens, meliorum inſcitiâ. D *Plures epiſcopos nominatos non reperio, quamvis multò plures adfuerint præter anteſignanos, Severianum, Antiochum, & Cyrinum, qui numquam diu abfuerant, & hîc rurſum cum Acacio primas egerunt partes.*

Epiſcopi Sancto adverſi, Theophilo ſuadente,

980 *Inter poſtremos, & fortè omnium ultimi, adfuiſſe videntur tres illi Ægyptii, quos ſubmiſit Theophilus. Nam illi ſeriùs diſceſſerunt, & ceteris longiùs aberant. Itaque ante horum adventum, & ante auditum Theophili conſilium, contigiſſe putem ea, quæ Socrates cap.* 18 *narrat his verbis:* Qui (*epiſcopi priores*) cùm adeſſent, hi, qui priùs Joannem accuſaverant, iterum excitati ſunt. At Joannes coram iſtis judicibus fidenti erat animo; poſtulabatque, ut de criminibus ſibi objectis inquireretur.... Porrò cùm accuſatores Joannis ob excelſam illius fiduciam cadere animis viderentur *&c. Sozomenus ait:* Cùm verò Joannes reſpondiſſet, paratum ſe eſſe ad cauſam dicendam, accuſatores ejus metu perculſi, accuſationem proſequi non ſunt auſi. *Ita quidem ante acceptum Theophili conſilium. At poſtquam illud audiverant, quid moliti ſint, ſtatim ſubjungit his* E *verbis:* Judicibus verò viſum eſt, eum, qui quomodocumque depoſitus fuiſſet, ad ſecundum judicium admitti non debere. Ac de aliis quidem criminibus nullam quæſtionem habuerunt, de hoc autem uno Joannem reſpondere jubebant, quòd depoſitus, antequam ſynodus ei licentiam dediſſet, in epiſcopali ſolio conſediſſet. *Conſentit laudatus Socrates, ita ſcribens:* Epiſcopi, qui aderant, reliqua quidem omnia ſcrutari ſuperſederunt: de hoc autem uno quæſtionem habendam eſſe dixerunt, quòd poſt depoſitionem abſque ſynodi auctoritate, ſuo ipſius arbitrio in epiſcopalem ſedem invaſiſſet.

contra ipſum allegant canones Antiocheni concilii,

981 *Quinam iniqui illius conſilii poſt Theophilum auctores fuerint, exponit Palladius, ita ordiens pag.* 77: Denique Leontius, Ancyræ Galatiæ epiſcopus, conjunctus eſt cum Ammonio, epiſcopo Laodiceæ Aduſtæ, & combuſtam reddidit Eccleſiam. Hi non ſolùm victi principum minis, ſed è contrario imperialium donorum ſpe decepti, in ſecunda ſynodo improbam ſententiam Acacio & Antiocho ſuggerunt, ut valeret Theophili non juridicum conſilium, & nullo modo F locus daretur Johanni defenſionis allegatione canonum à Theophilo miſſorum; quos compoſuerant quadraginta de Arii communione, qui ſic habent. " Si quis epiſcopus aut presbyter jure aut „ injuriâ depoſitus, per ſe redeat ad Eccleſiam „ abſque ſynodo, talis non habeat ampliùs locum „ defenſionis, ſed abſolutè expellatur.„ *Canon procul dubio eſt concilii Antiocheni, quod anno* 341 *celebratum eſt ab epiſcopis magna ex parte Arianis, qui ibidem prævaluerunt. Attamen nullum ibi invenio canonem iiſdem planè verbis expreſſum, ita ut putem, canonem ſic datum à Palladio, ut ſimul adjungat ſenſum, quem epiſcopi iſtis canonibus attribuerunt. Submiſerat veriſimiliter Theophilus canonem illius concilii quartum & duodecimum. Quartus vetat, ne epiſcopus, à ſynodo depoſitus, propria auctoritate reſumat munia epiſcopalia; ſi verò id fecerit, ut* nullam ampliùs ſpem reſtitutionis in alia ſynodo, neque defenſionis locum ei habere liceat. *Canon duodecimus æquè omnem reſtitutionis ſpem eripit epiſcopo, ſi à ſynodo depoſitus,* auſus fuerit imperatoris auribus moleſtiam exhibere, cùm oporteat ad majorem ſynodum converti, & jus, quod ſe habere putat, ad plures epiſcopos referre. *Videri poſſunt inte-*

A *integrì hi canones apud Labbeum tom. 2 col. 563 & 567, ubi etiam ſequitur decimus quartus, quem fortè etiam miſit Theophilus; ſed eo non ſunt uſi.*

982 *Probroſum quidem erat adverſariis* Chryſoſtomi *illos allegare canones, quos Ariani compoſuerant, ut S. Athanaſius, injuſtè ab iis depoſitus, difficulter reſtitui poſſet; quoſque Eccleſia Catholica uſque ad illud tempus numquam admiſerat, ſed conſtanter neglexerat, imò etiam abrogârat in concilio Sardicenſi, ut aſſerit Palladius. Verùm neceſſitas & odium adverſus Sanctum effecerunt, ut hanc machinam, non minùs inutilem futuram, niſi violentiora conſilia opem tuliſſent, quàm probroſa erat & ignominioſa, non illibenter arriperent; ſcriptoribus omnibus hanc eorum amentiam improbantibus. Sozomenus ait,* canonem *eſſe* hæreticorum. Nam, *inquit*, cùm Ariani, concinnatis adverſus Athanaſium calumniis, Alexandrinam eccleſiam ei ademiſſent, mutationem temporum formidantes, eam regulam condiderunt; ſtudioſè videlicet caventes, ut ea, quæ adverſus illum machinati fuerant, indiſcuſſa remanerent. *Conſentit Socrates, Arianorum fuiſſe canonem, id ita probans:* E-

B piſcopi enim olim Antiochiæ congregati ad evertendam Conſubſtantialis fidem, præ odio, quo adverſus Athanaſium flagrabant, eum canonem condiderunt. *Hoc ſanè non ignorabant defenſores* Chryſoſtomi, *qui ipſius inimicos in ſummas ſic conjecerunt anguſtias coram Arcadio imperatore, ita ut hic facilè oculos aperire potuiſſet, ſi æquè voluiſſet videre turpitudinem epiſcoporum ſibi ſervientium, quàm omni modo proſequi damnationem ſancti Doctoris.*

ab Arianis contra S. Athanaſium conditos,

983 Ammonius tamen, *inquit Palladius pag.* 79, & Leontius, par admirabile, conjuncti Acacio, Antiocho, Cyrino Chalcedonenſi, ac Severiano, ingreſſi ſunt ad imperatorem, monituri evocandos eſſe ex parte Johannis decem epiſcopos (erant autem plures quadraginta) ad conciliandam canonibus auctoritatem, aliis quidem contendentibus, orthodoxorum eos eſſe, aliis autem Arianorum eſſe demonſtrantibus. Ingreſſi autem Elpidius, epiſcopus Laodiceæ Syriæ, ſenex & mente & canitie, atque Tranquillus, ſuadebant imperatori, non oportere indictâ causâ ejici Johannem. *Primam rationem infrà dabo. Secunda hæc eſt:* Et quos nunc proferunt canones, hæ-

C reticorum eos eſſe oſtendimus; *ajebant Elpidius & Tranquillus.* Cùm autem Johannis adverſarii inordinatè altercari perſiſterent, alii quidem contentiori voce, alii tumultuoſo pectoris motu impudenter agitati coram imperatore; canonum ſcientiſſimus atque obſervantiſſimus Elpidius, modica facta quiete veluti malacia, leniter imperatori dicit: Imperator, ne diutiùs manſuetudinem tuam vexemus, ſed unum id fiat. Subſcribant fratres noſtri Acacius & Antiochus, ejuſdem eſſe ſe fidei, ac eos, qui canones ediderunt, quos tamquam ab orthodoxis editos proponunt: & ſoluta controverſia eſt. Imperator, animadverſa propoſitionis ſimplicitate, ſubridens dixit Antiocho: Nihil iſto mihi videtur utilius. Erat autem omnium, quæ acta ſunt, inſons imperator (*id eſt, non erat primus aut præcipuus illius tempeſtatis auctor*) aliis mutantibus, quæ bene conſtituta erant (*Eudoxia præ ceteris, quantùm videtur, ſed id Arcadius permittere non debuerat.*)

quod ipſis coram Arcadio objicitur:

984 *Verùm audiamus, quomodo ſe geſſerint perſecutores* Chryſoſtomi, *ab Elpidio ſic ad anguſtias redacti.* Vertigine igitur acti, *inquit*,

atque in ſe converſi, qui cum Severiano erant, inſtar aquæ inſtabilis, ob id, quod fuerat prudenter ab Elpidio dictum, & imperatoris judicio comprobatum, obticuerunt facie liveſcente. Anguſtiis tamen loci conſtricti, etiam nolentes promittunt ſubſcribere. Sic egreſſi promiſſum quidem non implent, utpote involuntarium, metuentes ne vincerentur: machinabantur autem, quo pacto expelleretur Johannes. *Ita ille. Porrò illi antiſtites non ignorabant, Arianorum canonibus ſe uti contra* Chryſoſtomum: *at id adeo coram Arcadio fateri erubeſcebant, ut pernicioſo mendacio ſe anguſtiis illis evolvere conati ſint. Præterea de canone contra* Chryſoſtomum *allato ait Palladius pag.* 78: Et hic quidem, canon, ut impius ab impiis editus, in Sardicenſi concilio à Romanis, Italis, Illyriis, Macedonibus atque Græcis abrogatus eſt, ... quando Liberius aut Julius, Conſtantis principatu, Athanaſium in communionem admiſit & Marcellum Galatam, propter quos & hic canon factus fuerat. *Palladio adſtipulatur S. Innocentius Papa in Epiſtola ad Clerum Conſtantinopolitanum apud Montfauconum tom. 3 Operum* Chryſoſtomi *pag.* 524, *ubi canones contra* Chryſoſtomum *productos, tamquam ab hæreticis excogitatos, planè improbandos aſſerit,* quemadmodum, *inquit*, & antea in Sardicenſi ſynodo ab epiſcopis, qui antè nos fuerunt, factum eſt.

AUCTORE J. S.

canones illi in Sardicenſi dicuntur abrogati:

E

985 *Porrò inimicis* Chryſoſtomi *tam malè ceſſerat prima coram imperatore diſputatio, quam cum paucis Sancti defenſoribus inire voluerant, ut ſecunda vice ad certamen non videantur proceſſiſſe. Certè alteram diſputationem nemo memorat. Sanè, ſi vel maximè Catholicorum fuiſſent allegati canones, ne ſic quidem vim habuiſſent contra* Chryſoſtomum. *Nam primò depoſitus non fuerat Sanctus, ſed ſolùm ejectus ab imperatore, ut obſervat laudatus Elpidius, ita Arcadium alloquens apud Palladium pag. 79 his verbis:* Neque enim priùs depoſitus fuerat, ſed ejectus à comite: neque per ſe redierat, ſed juſſu tuæ pietatis, miſſo ad id notario. *Depoſitum non fuiſſe Sanctum, facilè ſuſtinere potuiſſet Elpidius, quia ille ſe judicio non ſubjecerat, nec, ut ſe illi ſubjiceret, fuerat obligatus. Hinc etiam obſervat Theodoretus antè laudatus, id reſpondiſſe Sanctum.* Verùm, *inquit*, ille aiebat, ſe judicatum non fuiſſe. *Secundò, æquè probare poterat, ſe non ſua auctoritate, ſed plurium epiſcoporum judicio munia ſua reſumpſiſſe. Nam tempore iniqui illius ad Quercum concilii ſecum habebat epiſcopos quadraginta, qui omnes pro ipſo ſtabant, & judicabant munia epiſcopalia ipſum licitè obiturum. Quin & Socrates dicit;* Cùmque ille (Chryſoſtomus *per ſuos*) diceret, quinque & ſexaginta epiſcopos, qui ipſi communicaverant, illud decreviſſe: Leontius contrà: Plures fuerunt, O Johannes, qui te in ſynodo condemnârant. *Verùm hæc Leontii reſponſio, ſi umquam data eſt, falſiſſima erat. Satis itaque viderunt hoſtes* Chryſoſtomi, *ulteriùs ſibi ratiocinandum non eſſe.*

F

nec poterant obeſſe cauſæ Chryſoſtomi.

986 *Quid ergo egerunt? Audiamus Palladium pag.* 80: Dum hæc ſic, *inquit*, atque alia aliter geruntur, novem aut decem menſes præterierunt, cùm Johannes epiſcopus, adjunctis quadraginta duobus epiſcopis conventus ageret, & populus magna cum animi alacritate ejus doctrinâ frueretur. Solet enim vanæ gloriæ expers animus in afflictionibus jucundiorem & potentiorem ſermonem effundere. Interea efflo-

Hinc illi perſuadent Arcadio,

ruit Dominicum jejunium, inſtar veris poſt an-

AUCTORE J. S.

num adveniens. Ingreſſus igitur privatim cum ſuis Antiochus, ſic de Johanne imperatori locutus eſt, tamquam is jam victus eſſet, ut imminente Paſcha juberet ejici. Imperator, cùm ab illis urgeretur, iis, utpote epiſcopis, fidem neceſſariò adhibuit. Qui enim verè presbyter aut epiſcopus eſt, mendacium non novit. *Ita ille excuſans Arcadium, quantùm poteſt. Dictis autem Palladii conſonat Theodoretus, ita ſcribens:* Altera igitur ſynodo congregata, judicio opus non habuerunt Joannis inimici: ſed cùm imperatori perſuaſiſſent, juſtam ac legitimam fuiſſe ſententiam, non urbe ſolùm regia eum expulerunt *&c.*

legitimam fuiſſe priorem ſententiam:

987 *Itaque non protulerunt novam ſententiam contra* Chryſoſtomum, *licèt Socrates & Sozomenus id dicere videantur, ſed Arcadio perſuaſerunt, non eſſe ampliùs inquirendum, ſed expellendum Sanctum, qui id ipſe in Epiſtola ad Innocentium ſatis confirmat, dicens, ſe vi expulſum eſſe, quando adhuc flagitabat, ut audiretur in judicio. Itaque juxta eum ſenſum exponenda ſunt verba Socratis, hæc ſcribentis:* Leontius & ceteri, repudiata ejus defenſione, ſententiam in illum dixerunt, iſtud minimè reputantes, quòd hac regula (*id eſt, canonibus prædictis*) uſi, ipſum etiam Athanaſium depoſuiſſent. Hæc geſta ſunt feſto Paſchæ die appropinquante. Imperator igitur Joanni ſignificavit, non poſſe ſe ad eccleſiam venire, eo quòd ille duabus jam ſynodis eſſet condemnatus. Itaque Joannes deinceps quievit, nec ampliùs ad eccleſiam perrexit. *De relicta à* Chryſoſtomo *ad mandatum imperatoris eccleſia conſentit Sozomenus cap. 21: attamen non dubito, quin uterque fallatur, cùm contrarium aſſerat Palladius, qui adfuit.*

B

ejuſque juſſu Sanctus eccleſiâ ejicitur; at necdum urbe.

988 *Audiamus igitur Palladium pag. 81:* Joanni ergo denuntiat imperator, ut eccleſiâ egrediatur. Ille renuntiat: Ego à Deo Servatore accepi eccleſiam hanc, ut curam geram ſalutis populi, nec poſſum eam relinquere. Si autem id vis (ad te enim civitas pertinet) vi me ejicito, ut deſerti ordinis excuſationem habeam, tuam auctoritatem. Ita cum verecundia quadam mittentes ex palatio, eum expulerunt, jubentes interim, ut in domo epiſcopali maneret, divinæ iræ eventum aliquem exſpectantes; ut, ſi quid ipſis triſte accideret, citiùs illum eccleſiæ redderent, & Deum placarent: ſin minùs, ut rurſus inſidias ſtruerent, veluti Pharao Moyſi. *Hactenus Palladius, ex cujus & Sozomeni relatione conſtat, non ſtatim eccleſiam fuiſſe relictam à fautoribus* Chryſoſtomi; *licèt Socrates id inſinuet, multas violentias, in eorum ejectione patratas, omnino prætermittens.*

C

§ LXIV. Clerus & populus Sancto adhærens, violenter eccleſiis expellitur: aliæ violentiæ extra urbem patratæ iiſdem diebus.

In pervigilio Paſchatis

OBſervat *Tillemontius Notâ 81, diverſitatem quamdam reperiri in relatione* Chryſoſtomi *& Palladii, dum narrant violentas irruptiones militum in eccleſias, quæ contigerunt in pervigilio Paſchatis circa veſperam & mediam noctem. Verùm eo modo conciliandi videntur. Gemina fuit militum irruptio, ut habet Sozomenus cap. 21. Primam ex his ſub veſperam figit* Chryſoſtomus. *Verùm, cùm nollet hiſtoriam ſcribere, ſed breviter referre violentias eo tempore patratas, videtur conjunxiſſe facta in utraque irruptione. Hac de cauſa, opinor, dicit, milites* in eccleſias *ingreſſos, non* in eccleſiam, *ut dixiſſet, ſi unam ſolùm irruptionem memoraret. Itaque milites primùm ex principe eccleſia populum expulerunt ſub veſperam. Deinde verò, cùm in lavacro Conſtantiano iterum congregatus eſſet, iterum circa mediam noctem expulſus eſt per milites, ac veriſimiliter majori violentia. Palladius primam irruptionem breviter tranſilit, & narrat maximè, quæ circa mediam noctem facta ſunt in balneis Conſtantianis, quo pulſus eccleſiis populus & clerus ſe receperat. Palladius pag. 82, ad illam hiſtoriam perrecturus, præmittit ſequentia:* Interea venit magni Sabbati dies, quo Servator crucifixus exſpoliavit infernum: rurſumque illi (Chryſoſtomo *principes*) denuntiant, ut eccleſiâ egrederetur. (*Fortè ob feſtivitatem ad eccleſiam redierat.*) Reſcribit ille, quæ conſentanea erant.

D

E

milites in eccleſiam irrumpunt,

990 Ceterùm veritus imperator diei ſanctimoniam & motum civitatis, accerſit Acacium & Antiochum, ipſis dicens: Quid facto eſt opus? Videte, ne non rectè conſulueritis. Tunc generoſi illi, & ſupra modum magnanimi, dixerunt imperatori: Imperator, in caput noſtrum ſit Johannis depoſitio. Ultimum ſubſidium, qui cum Johanne erant, epiſcopi quadraginta, ſacri jejunii diebus numero pares, adierunt auguſtum atque auguſtam in martyriis, orantes cum lacrymis, ut Chriſti Eccleſiæ parcerent, maximè propter Paſcha, & propter eos, qui regenerandi erant, cùm jam catechizati eſſent, ut Sacerdotem ſuum ea reciperet. Non auditi ſunt ſuper ea re; ita ut ſanctus Paulus epiſcopus Cratiæ imperterritâ fiduciâ diceret: Eudoxia, Deum time: tuorum te liberorum miſereat: neque viola ſanctam Chriſti ſolemnitatem ſanguinis effuſione. *Hæc verba oſtendunt, minas fuiſſe intentatas de violenta ejectione. Illam porrò ſecutam circa veſperam, teſtis eſt* Chryſoſtomus *in Epiſtola inferiùs recitanda.*

F

ac omnes Chryſoſtomo adhærentes expellunt,

991 *Sozomenus* Chryſoſtomo *conſentit, ſed paulò tardiùs militum irruptionem figit, quàm oportebat, ita ſcribens cap. 21:* Exeunte autem Quadrageſima, in ipſa ſacra nocte (*imò ſub veſperam pervigilii*) in qua anniverſaria feſtivitas in memoriam Reſurrectionis Dominicæ celebratur, fautores Joannis pelluntur ex eccleſia, militibus & quibusdam Joannis inimicis in eos, baptiſmi ſacramenta adhuc peragentes, impetum facientibus. Quæ res cùm præter exſpectationem accidiſſet, ingens tumultus in baptiſterio exortus eſt, mulieribus ejulantibus ac turbatis, pueris plorantibus; ſacerdotibus verò ac diaconis vapulantibus, & in eo, quo erant, cultu atque ornatu violenter fugatis. Cætera, quæ in ejuſmodi perturbatione eveniſſe veriſimile eſt, fideles quidem non ignorant: ego verò de induſtria ſilentio præteribo, ne quis fortè nondum initiatus ea hîc conſcripta legat. *Hiſce rectè ſubjungam, quæ de quadraginta epiſcopis habet Palladius poſt data mox verba pag. 83:* Reverſi igitur quadraginta epiſcopi, in diverſoriis ſuis pervigilârunt, alii cum lacrymis,

A mis, alii cum mœrore, alii denique insuperabili stupore mentis detenti, prout unumquemque suus affectus regebat.

deinde congregati in lavacro Constantiano,

992 *Sozomenus, relata prima militum irruptione in gregem* Chrysostomi, *mox ita prosequitur:* Reliqua autem populi multitudo, cùm insidias intellexisset, postridie (*imò sequenti nocte*) relictâ ecclesiâ, in publico lavacro admodùm spatioso, quod imperatoris Constantii nomine nuncupatur, Pascha celebrârunt sub episcopis & presbyteris, & cæteris aliis, quibus res ecclesiasticas administrare jus fasque est: qui tum, ut Joanni faventes, cum populo versabantur. *Secundum Palladium non fuerunt ibidem episcopi, sed tantùm presbyteri Constantinopolitani. Expulsos inde, breviter asserit Sozomenus. Verùm, quibus auctoribus, quantaque cum violentia, id factum sit, docet Palladius pag.* 83 *sic exordiens:* Johannis tamen presbyteri, qui Dei timorem habebant, in publico lavacro, quod Constantianas vocant, convocatis populis, vigilias agebant; alii Scripturas divinas legentes, alii catechumenos baptizantes, ut par est, propter Pascha. Hæc eadem pravæ mentis atque impostores Antiochus, Severianus & Acacius ad patronos referunt, rogantes ut populi ab ejus loci conventu arcerentur.

B

urgentibus iterum episcopis,

993 Renuit is, qui tunc magister erat, dicens: Nox est, atque ingens est multitudo: ne quid temere fiat. Respondit Acacius: Nemo in ecclesiis mansit, & timemus ne fortè imperator ecclesiam ingressus, & neminem inveniens, sentiat populi erga Johannem benevolentiam, nosque ut invidos condemnet, præsertim cùm ipsi dixerimus, neminem omnino esse, qui libenter Johanni adhæreat, utpote homini infido. Ita magister eis contestatus, quæ eventura erant, tradit illis Lucium quemdam, gentilem, ut dicebatur, rectorem numeri scutariorum, mandans, ut moderatè ecclesiam ingressus, populum convocaret. Profectus ille, & non auditus, rediit ad Acacium, populi ardorem & frequentiam indicans. Post hæc illum suppliciter orant, aureis verbis deprecantes, adjunctis etiam promissis majoris processus, ut impediret Domini gloriam, præcipientes ei, ut vel oratione persuasos populos ad ecclesiam adduceret, vel vi turbatos impediret, ne festum celebrarent.

C

inde quoque magna cum violentia pelluntur:

994 Hic ergo subitò, assumptis secum clericis ex parte Acacii, egressus est secundâ vigiliâ noctis ad id, propter quod missus erat. Nam in eos, qui populum in partibus nostris usque ad primum galli cantum detinebant, derepentè noctu impetum fecit, ipse tirones habens, districtos gladios gestantes, instar Esau, quadragenos, egregiè impudentes, cum indicibus clericis & militibus, insolenter ut lupus, coruscante ferro multitudinem perrumpens, penetrat usque ad sanctas aquas, ut prohiberet eos, qui initiabantur sacramento Dominicæ resurrectionis. Et in diaconum procaciter illisus, symbola effudit: presbyteros verò grandævos fustibus in capite feriens, sacrum fontem cruore conspersit. Tunc videre erat angelicam illam noctem, in qua etiam dæmones corruunt perterriti, in labyrinthum conversam. Nudæ enim mulieres cum viris metu mortis aut turpitudinis, turpi fugæ se dabant, indecorum cursum præferentes. Alius manu vulneratus abibat plorans, alius virginem trahebat conscissis vestibus, omnes autem deprædantes sacra vasa sibi rapiebant. Sic presbyteri & diaconi, qui capti erant, in carcerem detrudebantur: qui autem in populo erant honorati, urbe regia pellebantur. Deinde edicta alia super alia per compita proponebantur, varias minas continentia; nisi quis cum Johanne communionem abnegaret.

impetus alius extra urbem in recèns baptizatos:

995 Cùm hæc maximè fierent, & plura iis, qui dicebantur episcopi, in publico molirentur: conventus tamen eorum, qui Doctorem suum aut potiùs qui Deum amabant, non minuebatur. Sed, ut in Exodo legitur, quantò magis occidebant, tantò plures fiebant. Die sequenti egressus imperator, ut sese exerceret in vicino campo, vidit agrum circa Pemptum seu Quintum, non consitum & candentem, & stupefactus adspectu coloris nuper baptizatorum, (erant enim ad tria fermè millia) satellites rogat, quinam esset illic congregatorum cœtus. Illi autem mentiti, dicunt hæreticorum esse, ut iram imperatoris excitarent. Re cognita, statim hujus rei ministri & invidiæ patroni, atrociores è sequacibus à tergo summittunt, ad auditores dissipandos, & doctores comprehendendos: qui illuc profecti, denuo paucos è clericis, plures verò è laicis corripiunt.

multi in carcerem conjecti:

996 *Hìc Palladium interpellat, qui cum ipso ratiocinatur, Theodorus, petitque cur tanta multitudo se non defenderit. Cum verò ille respondisset, ad mansuetudinem institutos fuisse à sancto Doctore suo, ita prosequitur pag.* 87: Cum clericis igitur & laicis, qui detenti erant, comprehensæ sunt virorum nobilium conjuges. Sunt, & quibus rapti mafortes, aliis inaures cum ima parte aurium simul detraxere; adeo ut, cùm videret Eleutheri cujusdam uxor opulentissima, relicto maforte, & veste ancillari assumpta, cursu civitatem petierit, ut pudicitiam suam servaret: erat enim profectò decorâ specie ornata & eleganti forma. Hunc ergo in modum impleti variorum magistratuum carceres, mutabantur in ecclesias. Et hymni quidem atque oblationes Mysteriorum in carceribus peragebantur: flagra verò & cruciatus & horribilia juramenta in ecclesiis certatim adhibebantur, ut anathematizarent Joannem, qui ad mortem usque cum diaboli malitia depugnabat.

E

hinc sectatores Sancti variis in locis congregantur.

997 *Testatur ipse* Chrysostomus, *gregi suo sacra fuisse celebranda variis locis extra civitatem. Sozomenus verò de hisce ad propositum nostrum dat sequentia:* Verùm cùm inde (*ex balneis nimirum Constantianis*) expulsi essent, convenerunt in locum extra urbem, quem imperator Constantinus, civitate nondum condita, ad Circensium ludorum spectaculum complanaverat, & asseribus circumsepserat. Atque ex eo tempore modò istic, modò alibi, prout copia dabatur, seorsum collectas egere, & Joannitæ vulgò dicebantur. *Hisce consonat Socrates cap.* 18 *ita scribens:* Erant cum illis multi episcopi ac presbyteri, aliique ecclesiastici ordinis viri, qui quoniam exinde collectas variis in locis seorsum agere instituerunt, Joannitæ sunt nominati. Joannes verò bimestri spatio in publicum non processit, donec imperatoris præcepto jussus est in exsilium duci. *Toto illo tempore persecutio illa contra adhærentes* Chrysostomo *duravit.*

F

Vita quoque Sancti insidiis appetita,

998 *Verùm & alia Sancto creata sunt pericula, quæ Sozomenus cap.* 21 *narrat his verbis:* Per idem tempus vir quidam dæmoniacus, aut dæmoniacum simulans, deprenditur, pugionem habens, tanquam ad Joannem occidendum paratus, nondum tamen id facinus aggressus. Qui comprehensus à multitudine, perinde acsi pretio conductus fuisset ad cædem faciendam, ad præfectum urbis perductus est. Sed Joannes, missis quibus-

AUCTORE J. S.

dam episcopis ex numero eorum, quos circa se habebat, hominem liberavit, priusquam tormentis subjiceretur. Posthæc servus quoque Elpidii presbyteri, qui diaconi apertè erat inimicus, effuso cursu in ædes episcopales irrupit. Quem quidam ex iis, qui fortè illic aderant, cùm agnovisset, impetum ejus repressit, causam cursûs interrogans. Ille, nullo responso dato, protinus hominem sicà percutit : alterum deinde, qui priore percusso inclamaverat, similiter vulneravit. Tertium quoque præter illos transfixit. Tandem verò, cùm omnes, qui aderant, commoti, clamorem ingentem sustulissent, ille aversus fugere cœpit. Et cùm ii, qui illum persequebantur, procul positis inclamarent, ut fugientem comprehenderent, accurrens quidam ex balneo, qui jam lotus domum redibat, hominem apprehendit : letalique vulnere ab eo percussus, exanimis concidit.

ut à suis fuerit custodiendus.

999 Ad extremum, cùm à populo undique circumdatus, ægrè admodum captus esset, ductus est in palatium. Testatique cives, has esse insidias inimicorum Joannis, clamabant, & sicarium, & eos, qui illum ad hoc incitavissent, pœnas dare oportere. Præfectus autem urbis, cùm eum tanquam judicaturus accepisset, populi furorem compescuit. Abhinc ii, qui ferventiores erant ex plebe, Joannem custodire cœperunt, noctu atque interdiu episcopalem domum alternis circumsidentes. *Palladius pag.* 197 *posterius factum breviter narrat hoc modo :* Elpidii verò presbyteri famulus, quinquaginta, ut aiunt, aureis conductus, ut sanctum Johannem dolo interficeret ; cùm deprehensus esset tres gladios habere, septem ex iis, qui ipsum apprehenderant, singillatim percussit : quorum quatuor continuò sepulti sunt, alii autem tres post diuturnam curationem salvi evaserunt, absoluto homicida. *Tres illi vulnerati, quos quatuor peremptis addit Palladius, verisimiliter vulneribus affecti sunt, quando multi simul homicidam comprehenderunt. Ostendunt relata exempla, quanto odio inimici Sanctum prosequerentur, nullique parcerent sceleri, ut ipsum de medio tollerent. Ex iisdem habemus, cùm subditorum amorem in Antistitem suum, tum lenitatem Sancti, ejusque in suos quoque persecutores benevolentiam & charitatem.*

B

C

§ LXV. Theophilus ad S. Innocentium Papam scribit de damnatione Chrysostomi : Epistola Sancti ad Innocentium : hic acceptis variis ea de re nuntiis, stat pro Chrysostomo.

Theophilus de Chrysostomi damnatione

EX iis, quæ Romæ nuntiata dicuntur in Dialogo Palladii pag. 9, *utcumque colligimus, Theophilum de condemnatione* Chrysostomi *in synodo ad Quercum scripsisse ad Innocentium Papam anno* 404, *quando jam sperare incipiebat, sententiam illam à congregatis iterum Constantinopoli episcopis confirmandam, & executioni mandandam. Nam ipsius nuntius Romam venit ante litteras à nuntiis* Chrysostomi *ad Innocentium perlatas, quæ post Pascha ejusdem anni sunt scriptæ, ut videbimus. Non potuit igitur exspectare, dec nec intelligeret, sententiam suam esse Constantinopoli confirmatam ; eaque videtur ratio, cur illam Epistolam ad Innocentium solus scripserit, & sine ulla rerum gestarum narratione. Theodorus diaconus apud Palladium pag.* 9 *de variis nuntiis Romam perlatis hæc præmittit :* Non enim unus aut alter, aut tres, aut decem, aut cujuscumque generis homines, ea, quæ Constantinopoli contigere, nobis denarrârunt, sed plures, & ex illis alii episcopi, alii presbyteri, atque ex ordine monachorum. Quod si nôsse vis, quæ ad Ecclesiam Romanam pervenerunt, breviter exponam.

D

scribit ad Innocentium Papam ; uti & Chrysostomus ipse.

1001 *Tum incipit hoc modo :* Primus omnium ad nos venit Alexandrinus lector cum Theophili papæ litteris, in quibus referebat se deposuisse Johannem. Quibus lectis, beatus Papa Innocentius parùm abfuit, quin, temeritatem Theophili atque superbiam condemnans, exhorresceret, quòd & solus scripsisset, nec claram ejus rei notitiam misisset : aut cur, aut quibus assumptis sociis, Johannem deposuisset. Ad hæc dubius animi manebat, rescribere nolens ob rei gestæ levitatem. Interea Eusebius quidam Constantinopolitanæ ecclesiæ diaconus, qui tunc Romæ erat ecclesiasticarum rerum causâ, adiit Papam Innocentium, & supplices libellos dedit, adjurans eum, ut modicum temporis exspectaret ; fore enim ut brevi factionem patefactam videret. Interim post triduum advenerunt quatuor episcopi è partibus Johannis, viri religiosi, Pansophius Pisidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ Secundæ, Eugenius Phrygiæ, qui tres Epistolas reddiderunt, unam quidem Johannis episcopi, alteram quadraginta episcoporum de communione Johannis, tertiam verò cleri Johannis, omnes inter se consentientes, & imperitorum quorumdam tumultum significantes. *Ex tribus hisce sola exstat* Chrysostomi, *in qua referuntur gesta omnia ab initio usque ad tempus Paschale, & ultrà ; non verò usque ad ultimum Sancti exsilium, ita ut scripta certò sit ante ultimum exsilium, & verisimiliter non diu post Pascha, quod anno* 404 *celebrabatur die* XVII *Aprilis.*

E

Epistola Chrysostomi exponit,

1002 *Edita est illa Sancti Epistola apud Palladium, & in Operibus* S. Chrysostomi, *ubi apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 515, *sic habet Latinè :* Etiam, antequam redditæ sunt literæ nostræ, opinor pietatem vestram audivisse, quidnam hîc patrare ausa fuerit iniquitas. Ea enim rerum est magnitudo & gravitas, ut nulla fermè orbis pars relicta sit, quæ tristem hanc tragœdiam non audierit. Quandoquidem fama usque ad fines terræ perlata, plurima ubique lamenta & ejulatus excitavit. Verùm quia non satis est plangere, sed opus etiam, ut cura geratur, & spectetur, qua ratione, & quo consilio gravissima illa Ecclesiæ tempestas sedetur : necessarium esse duximus ut persuadeatur Demetrio, Pansophio, Pappo, & Eugenio, dominis meis maximè venerabilibus, piisque episcopis, relictis ecclesiis propriis, pelago se tanto committere, susceptaque longinqua peregrinatione hac, ad vestram properare Caritatem, de omnibus vos manifestè docentes ; quò quantocius rebus succurratur. Misimus autem cum eis venerabiles dilectosque diaconos Paulum & Cyriacum : & nos quoque paucis Caritatem vestram, quæ facta sunt, in epistolæ formam docebimus.

F

quàm leviter Theophilus inimicum se præbuerit,

1003 Theophilus enim ille, qui Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum regendum susceperit, cùm à piissimo imperatore, cui adversus illum quædam nunciata erant, jussus esset venire solus ; collecta mul-

A multitudine episcoporum non paucorum, huc venit : quo præludio quasi declarare volebat, se ad bellum & aciem pergere ; cúmque in magnam divinoque cultui deditam urbem Constantinopolim ingressus esset, non pro more & consuetudine veteri intravit in ecclesiam, neque ad nos accessit, neque participem se fecit vel sermonis, vel precum, vel communionis : sed egressus è navi, & prætercursis ecclesiæ vestibulis, alicubi extra urbem diversatus est ; tametsi nos plurimùm obsecraremus & ipsum & eos, qui cum ipso advenerant, ut apud nos diverterent : erant enim diversoria, & omnia alia, quæ oportebat, benè instructa : at neque illi, neque ipse, nobis morem gerebant.

Chrysostomus contrà amicitiæ non defuerit,

1004 Unde nos ea videntes, valde consternabamur animo : & quamvis injustarum inimicitiarum causam nullam invenire possemus, nihilominus tamen officia eis impendimus, quæ par erat nos illis exhibere. Ac frequenter ipsum obsecravimus, ut se nobis conjungeret, diceretque, cujus gratiâ statim ab initio tantum excitaret bellum, in tantaque urbe discordiam induceret. Verùm cùm ille causam dicere nollet, neque urgerent accusatores ejus, vocavit nos imperator pientissimus, & jussit ire ad locum, in quo ille agebat, & illic crimina, quæ ipsi offerrentur, audire. Nam incursiones, & cædes, & alia plurima objiciebant : nos autem scientes leges patrum, viroque honorem deferentes, habentes etiam super hac re ejus literas, oportere in quibusque provinciis sua negotia tractari, neque extra limites illarum trahi, vehementer detrectavimus, ne causam susciperemus judicandam.

B

quo modo conciliabulum ille habuerit,

1005 Porrò ille, quasi prioribus conatibus cumulum addere contendens, multa auctoritate vocato archidiacono meo, quasi jam ecclesia viduata esset, ac episcopum non haberet, clerum omnem sibi per illum adjunxit : fiebantque desertæ in dies ecclesiæ, dum è singulis ecclesiis abducebantur clerici, & instruebantur, ut nos accusarent, & libellos adversus nos producerent. Post hæc vocavit & nos ad judicium, nondum dilutis sibi objectis criminibus, id quod maximè contra omnes canones & leges erat. Porrò scientes, nos non ad judicium ; nam alioquin sexcenties venissemus ; sed ad hostem & inimicum venturos, id quod satis declarant, quæ priùs ac postea sunt facta, misimus ad eum episcopos, Demetrium episcopum Pesinuntis, Eulysium Apameæ, Lupicinum Appiariæ : presbyteros autem, Germanum & Severum, respondimusque modestè ex nostro instituto : Non vitare nos judicium, sed inimicum apertum, & hostem manifestum. Nam qui nondum acceptis libellis statim ab initio talia fecit, & seipsum abstraxit ab ecclesiæ precibus & communione, & insuper accusatores subornavit, clerum ad se traxit, ecclesiam desolavit : quomodo idoneus censeri possit hujusmodi, ut in judicis thronum conscendat sibi minimè congruentem? Neque enim congruum est, ut ii, qui in Ægypto sunt, judicent eos, qui in Thracia, & præsertim ille, qui ipse reus est, inimicus & hostis.

C

Sanctumque urbe expellendam curaverit,

1006 At ille nihil horum reveritus, magno studio anhelabat, ut perficeret ea, quæ mente conceperat. Cùm autem contestaremur, paratos nos ad diluendum crimina, & ad innocentiam, sicut & innocentes sumus, declarandam coram centum vel mille episcopis, non assensit : sed licèt absentes essemus, & ad synodum appellaremus, judiciumque requireremus, & non tribunal, sed manifestas inimicitias fugeremus : ipse tamen accusatores suscepit, excommunicatos à me absolvit, & ab illis, qui nondum se de suis purgaverant criminibus, libellos accepit : & Acta perscribi jussit, quæ omnia legibus & canonibus prohibita erant. Et quid opus est multa dicere? Non destitit omnia facere ac moliri, donec nos vi & potentia è civitate & ecclesia ejiceret, etiam jam provectâ vesperâ, & universo populo nos prosequente. Tractus igitur vi & abductus à curioso urbis in media civitate, & in navim conjectus, per noctem navigavi, eo quòd ad synodum & justum judicium provocarem. Quis hæc sine lacrymis, etiamsi cor lapideum habeat, audiret? Verùm quia, sicut priùs dixi, ea, quæ perperam fiunt, non solùm deploranda, sed & corrigenda sunt : ideo Caritatem vestram obsecro, ut provocetur ad condolendum, faciendumque omnia, quò mala hæc sistantur. Neque enim hîc facinorum illis finis, sed ad priora adjecerunt & alia. AUCTORE J. S.

deinde redeunte Sancto, fugerit : quatratione

1007 Nam postquam eos, qui ecclesiam impudenter invaserant, piissimus imperator ejecit, & multi episcopi, qui aderant, cognoscentes iniquitatem, & invasionem illorum, quasi incendium depascens omnia, fugientes, in suas regiones concesserunt, nosque iterum in urbem & in ecclesiam, à qua injustè ejecti eramus, vocati sumus, inducentibus nos episcopis supra triginta, & notario ab imperatore piissimo in hoc misso, ille statim aufugit. Cur & qua de causa? Eo quòd ingressi mox obsecrabamus religiosissimum imperatorem, ut concilium cogeret, quò facta hæc punirentur. Malè igitur conscius sibi, & reprehensionem pertimescens, cùm imperatoris literæ in omnia loca mitterentur, & undecumque omnes congregarent, occultè, mediaque nocte ipse cum suis omnibus conscensa navi elapsus est. Porrò nos, utpote conscientiæ nostræ fidentes, non propterea destitimus, sed eadem iterum à religiosissimo imperatore petivimus. Qui & pro sua pietate missis ad illum nunciis, eum, & omnes, qui cum eo erant, ex Ægypto vocavit, ut rationem factorum redderent : neque putarent ea, quæ ipsi una solùm præsente parte, nobisque absentibus, contra canones injustè attentârant, esse sibi ad purgationem satis. E

Chrysostomus synodum sæpe petierit,

1008 At regiis literis ille non obtemperavit, sed domi mansit, prætexens seditionem populi, studium nimirum quorumdam intempestivum, qui ei favebant ; tametsi populus illic quoque ante literas conviciis eum innumeris prosciderat. Verùm hæc nunc exactè prosequi nolumus, sed hæc tantùm idcirco diximus, ut eum in nefariis conatibus deprehensum ostenderemus. Itaque nos non quievimus, sed in hoc incubuimus, orantes imperatorem, ut haberetur judicium, in quo agere & respondere liceret : dicebamus enim nos paratos ad ostendendum, nos non esse reos, sed illos legum extremos transgressores. Erant autem relicti hîc Syri, qui cum eo affuerant, & cum illo communiter omnia fecerant ; ad hos accessimus, ad dandam rationem parati, atque super ea re sæpè eos interpellavimus, obsecrantes, ut dignarentur nobis libellos & accusationum Acta dare, vel genus criminum, vel accusatores ipsos significare. Verùm nihil horum impetravimus, sed iterum ex ecclesia ejecti sumus. F

quàm crudeliter populus ecclesiâ expulsus,

1009 Quomódo, quæ tunc gesta sunt, & omnem excedunt tragœdiam, enarraverim? Quis ea sermo explicabit? quæ auris sine horrore percipiet? Cùm enim illa, quæ dixi, prætenderemus, ipso

AUCTORE J. S.

ipso magno Sabbato collecta manus militum, ad vesperam diei in ecclesias ingressa, clerum omnem, qui nobiscum erat, vi ejecit, & armis sanctuarium undique obsedit. Mulieres quoque sacrarum ædium, quæ per illud tempus se exuerant, ut baptizarentur, metu gravis istius incursûs nudæ aufugerunt. Neque enim concedebatur, ut se velarent, sicut mulieres honestas decet. Multæ etiam acceptis vulneribus ejiciebantur, & sanguine implebantur piscinæ, & cruore sacri laticcs rubescebant. Neque hîc rerum finis erat. Nam & locum, in quo sancta condita servabantur, ingressi sunt milites, quorum aliquos scimus nullis initiatos mysteriis, & viderunt omnia, quæ intus erant. Quin & sanctissimus Christi Sanguis, sicut in tali tumultu contigit, in prædictorum militum vestes effusus est, fiebantque quasi in barbarica captivitate omnia: vulgus enim in solitudinem fugabatur, multitudo omnis extra civitatem versabatur, erantque in tanto festo vacuæ populo ecclesiæ, & plures quàm quadraginta episcopi, qui nobis communicârant, cum populo & clero sine causa fugabantur.

quantoque cum gemitu omnium.

B

1010 Et ob prodigiosa flagitia, ubique per fora, per domos, per solitudines, per omnes civitatis partes, omnia lamentis, ejulatibus, & fontibus lacrymarum plena erant: ut non modò, qui affligebantur, sed & qui nihil tale patiebantur: & non solùm qui nostræ fidei erant, sed & hæretici, & Judæi, & Gentiles, ob sceleris atrocitatem nobiscum dolerent, & quasi per vim capta civitate, tumultu, trepidatione ac planctu plena erant omnia. Talia ausi sunt præter sententiam piissimi imperatoris, nocte multa, episcopis hæc instruentibus, & multis in locis ordines ducentibus, nec erubescentibus, quòd pro diaconis campiductores præeuntes haberent. Ubi verò illuxit dies, omnis civitas extra muros sub arbores, & in nemora emigravit, ibi festum diem celebrans, quasi oves dispersæ. Licet vobis ex his & cætera omnia pensare: nam omnia, quæ facta sunt, sigillatim sermone complecti, ut dixi, impossibile est. Est autem & hoc perquam molestum, quòd talia tantaque mala nullum adhuc finem accipiant: neque spes sit ea finem habitura: sed augentur in dies magis ac magis, nosque plerisque ridiculi facti sumus; imò ridet nullus, etiamsi valde sit perversus; lugent autem omnes propter extremam & inauditam hanc malitiam, malorum facilè colophonem.

C

Tum Sanctus aliarum ecclesiarum perturbationem,

1011 Quis verò reliquarum ecclesiarum perturbationes eloqui possit? Non enim hîc cessavit hoc malum, sed usque ad Orientem pervenit. Nam sicut à capite malis humoribus defluentibus, reliqua membra corrumpuntur: ita nunc quoque tumultus, qui in hac magna civitate cœperunt, quasi ex fonte in omnia loca sensim effluunt, & clerici ubique in episcopos insurgunt, & episcopi ab episcopis, & populi à populis scissi sunt, & alii propediem scindentur, & exspectatur ubique malorum partus, orbisque totius subversio. Igitur, domini mei maximè venerandi & pii, cùm hæc ita se habere didiceritis, studium vestrum, & magnam diligentiam adhibete, quò retundatur hæc, quæ in ecclesias irrupit, iniquitas. Quippe si mos hic invaluerit, & fas fuerit cuivis in alienam parœciam irrumpere, idque ex tantis intervallis, & ejicere, quos voluerit, & auctoritate propria quæque pro libidine sua facere, scitote quòd brevi transibunt omnia, & totus orbis premetur bello inexpiabili, omnibus ejectis, & omnes ejicientibus.

1012 Quapropter ne confusio hæc omnem, quæ sub cælo est, nationem invadat, obsecro, ut scribas, quòd hæc tam iniquè facta, & ab una solùm parte, absentibus nobis, & non declinantibus judicium, non habent robur, sicut neque suâ naturâ habent: illi autem, qui adeo iniquè egisse deprehensi sunt, pœnæ ecclesiasticarum legum subjaceant: nobis verò, qui nec convicti, nec redarguti, nec habiti ut rei sumus, literis vestris & caritate vestra, aliorumque omnium, quorum scilicet & antea societate fruebamur, frui concedite. Si autem adversarii nostri, qui ita iniquè egerunt, adhuc fingunt crimina quædam, propter quæ nos injustè ejecerunt, non datis nobis Actis, neque libellis, neque manifestatis accusatoribus, si dentur judices incorrupti, agemus & tuebimur etiam nos libenter causam, monstrabimusque, nos non esse reos eorum, quæ nobis objiciunt, sicut & planè innoxii sumus: & contrà, quæ ab ipsis facta, contra omnem sunt ordinem, contra omnes leges, contra omnes ecclesiasticos canones. Et quid dico canones ecclesiasticos? Neque in Gentilium judiciis, neque in barbarorum tribunalibus talia attentata sunt unquàm: imò verò neque Scythæ, neque Sauromatæ unquam judicârunt, judicium dandum uni parti, absente ea, quæ accusatur, & vitante non judicium, sed inimicitias, & invocante multa millia judicum, & protestante coram toto orbe, declaraturam se non esse ream, depulsuramque crimina, & ostensuram suam in omnibus innocentiam.

D

ac iniquitatem judicii contra se lati explicat;

E

opemque Innocentii postulat.

1013 Hæc igitur omnia cùm ita se habere intellexeritis, à dominis meis piissimis fratribus nostris episcopis, obsecro, ut præstetis id, quod petent, officii. Quo non solùm nobis gratificabimini, sed & ecclesiarum universitati, mercedemque accepturi estis à Deo, qui nihil non propter ecclesiarum pacem facere dignatur. Semper vale, & ora pro me, Domine reverendissime & sanctissime. *Hactenus Epistola apud Montfauconum. At apud Palladium additur pag.* 22: Hæc ipsa etiam scripta est ad Venerium episcopum Mediolani, & ad Chromatium Aquileiæ episcopum. *Ambo hi Sancti sunt, uti & Innocentius Papa. De Venerio apud nos actum est ad* IV *Maji, de Innocentio ad* XXVIII *Julii; de Chromatio agendum est ad* 2 *Decembris.*

Innocentius verò improbans gesta contra Sanctum,

F

1014 *Theodorus autem apud Palladium pag.* 22 *subdit sequentia:* Ad hæc beatus Innocentius Papa utrique parti pares litteras communionis misit, improbans judicium, quod à Theophilo factum videbatur; dicens, deberi aliam cogi synodum irreprehensibilem Occidentalium & Orientalium: primùm quidem secedentibus ab illo confessu amicis, deinde & inimicis: à neutris enim, ut plurimùm, rectum proficiscitur judicium. *Hæc ille: at litteræ communionis videntur excidisse. Epistola verò alia Innocentii ad* Chrysostomum *exstat apud Montfauconum tom.* 3 *pag.* 522, *ubi hanc habet inscriptionem:* Dilecto fratri Joanni Innocentius. *Hæc fortasse, ad consolandum utcumque* Chrysostomum, *communicationis Litteteris fuit addita. Certè circa initium persecutionis iteratæ videtur scripta. Quare totum ejus contextum Latinè subjungo:* Etsi insontem omnia exspectare bona, & à Deo misericordiam petere deceat, tamen etiam à nobis, qui patientiam suademus, competentes literæ per Cyriacum diaconum sunt transmissæ: ne contumelia plus virium habeat ad opprimendum, quàm bona conscientia ad spem habendam.

1015 Neque enim tu doceri debes, tot populo-

AUCTORE J. S.

§ LXVI. Sanctus urbe ab Arcadio ejicitur: ecclesia eodem die comburitur: hinc calumniæ in Chrysostomum, eique adhærentes.

Urgentibus iterum episcopis, Arcadius jubet

Alladius pag. 88 *ultimum* Chrysostomi *exsilium ita narrare incipit:* Quinto porrò die à finita Pentecoste (*id est, opinor, post completam hebdomadam festivitatis Pentecostes*) Acacius, Severianus, Antiochus atque Cyrinus imperatorem adeunt: &, Nobis, inquiunt, à Deo constitutus es imperator, nemini subjectus, & omnes tibi subditos habens: licet tibi, quod lubet, facere. Ne sis presbyteris mitior, nec episcopis sanctior. Diximus tibi coram omnibus: In caput nostrum Johannis depositio esto. Ne igitur, Homini uni ut parcas, nos omnes perde. Judaïcis verbis, fortasse & factis, subdolè persuaserunt id imperatori. Sic imperator, misso Patricio notario, hæc Johanni denuntiat: Acacius, Antiochus, Severianus & Cyrinus condemnationem tuam in caput suum rejecerunt. Igitur, ubi res tuas Deo commendaveris, egredere ecclesiâ. *Quo modo paruerit Sanctus, mox referemus. Tempus autem Socrates cap.* 18 *ita designat:* Id accidit XII die Calendas Julii Honorio sextum & Aristinæto consulibus: *id est, die* XX *Junii anni* 404, *ita ut Arcadius Sanctum egredi jusserit tribus ferè diebus, postquam id petierant episcopi secundum expositionem Palladii suprà datam.*

Sanctum urbe egredi: quod factum XX *Junii, anno* 404.

1019 *Tillemontius Notâ* 82 *credit, preces ad expellendum* Chrysostomum *imperatori ab episcopis oblatas die* IX *Junii. Verùm ita exponendo Palladium sibi difficultates creat minimè necessarias. Nam Palladii verba hæc sunt:* τῆς πεντεκοστῆς δὲ συμπληρωθείσης, μετὰ πέντε ἡμέρας &c. Pentecoste verò completa, post quinque dies &c. *Festum Pentecostes celebrabatur die* V *Junii, ita ut quinque dies saltem perducerent ad diem* X *Junii, si omnino velimus ita locum exponere de diebus quinquaginta, quorum primus est Pascha, ultimus festivitas Pentecostes. Nam illud tempus* Pentecoste *vocabatur primis seculis. Attamen ipsa quoque festivitas missi Spiritus sancti non rarò* Pentecoste *dicebatur, ut modò passim nominatur. Hinc* Chrysostomus *tom.* 2 *pag.* 459 *dicit,* Semper possumus Pentecosten celebrare. *Cùm autem festivitas celebraretur cum Octava, quæ ante institutum festum sanctissimæ Trinitatis agebatur sequenti Dominica, ut videre est in Kalendario Frontonis pag.* 88, *ultima illius festivitatis dies incidebat in* XII *Junii. Adde modò dies quinque, & facilè videbis, inimicos* Chrysostomi *ad Arcadium se contulisse die* XVII *Junii. Ille verò Sanctum abire jussit die* XX *Junii. At nescimus, utrùm mandatum illud eodem die miserit, an verò unum alterumve diem Sancto concesserit, ut res suas disponeret. Hæc de tempore.*

Sanctus, accepto eo mandato,

1020 *De mandato Arcadii Sozomenus cap.* 22 *ita scribit:* Porrò episcopi, qui adversus Joannem convenerant, ecclesiasticas leges calcari conquerentes, damnationis sententiam in eum latam, utpote (ut contendebant) justissimam,

Theophilus Acta conciliabuli mittit Innocentio,

1016 *De aliis Theophili ad Innocentium nuntiis, qui ante expulsum* Chrysostomum *etiam missi videntur, laudatus Theodorus apud Palladium pag.* 23 *ita loquitur:* Paucis pòst diebus rursus advenit presbyter quidam Theophili Petrus cum Martyrio ecclesiæ Constantinopolitanæ diacono: qui reddiderunt ejus litteras, & quosdam Actorum Commentariolos videlicet; in quibus videbatur Johannes à triginta sex episcopis condemnatus, quorum undetriginta erant Ægyptii, septem verò aliarum regionum. Quibus Actis perlectis, Papa Innocentius, cùm comperisset nullas graves esse accusationes, neque Johannem adfuisse, neque coràm reprehensum esse, Theophili furorem exsibilare perstitit, quòd contra absentem tam præcipitem & abruptam sententiam effudisset. Dimissis igitur illis cum increpatoriis litteris, precabatur Deum, supplicans cum jejunio, ut sedaretur quidem Ecclesiæ discordia, fraternus verò amor compingeretur. Erat autem Epistolæ tenor hic.

qui cum Chrysostomo communicare pergit.

1017 Frater Theophile, nos quidem habemus te & fratrem Johannem nobis communicantes, ut & in prioribus litteris mentem nostram manifestam fecimus: ac ne nunc quidem ab eo proposito desistentes, rursus eadem tibi scribimus, & quotiescumque ad nos miseris; quòd, nisi congruum judicium subsequatur in his, quæ per ludibrium gesta sunt, fieri non potest, ut sine ratione à Johannis communione discedamus. Tu igitur, si judicio confidis, siste te ad synodum, quæ secundum Christum cogitur, & ibi expositis criminationibus sub testibus Nicæni concilii canonibus (alium enim canonem Romana non admittit Ecclesia) irrefragabilem securitatem habebis. *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 26 *prædicta etiam confirmat, ita scribens:* Porrò Innocentius Romanæ Urbis Episcopus, cognitis iis, quæ adversus Joannem gesta fuerant, vehementer commotus est, & ea quidem damnavit. Cùm autem œcumenicam synodum congregare studeret, scripsit ad Joannem, & seorsum ad clericos urbis Constantinopolitanæ. *Deinde dat utramque Epistolam. Primam suprà dedi; sed altera seriùs scripta est, & suo loco dabitur.*

AUCTORE J. S.

in ſemetipſos recipere ſe aiebant, jubebantque ut ex civitate excederet: alioquin nec populum umquam quieturum eſſe. Sed cùm quidam ab imperatore miſſus adveniſſet, & minaciter præcepiſſet Joanni, ut id faceret, inſciis populi cuſtodibus, qui ex plebe ipſum cuſtodiebant, clàm egreſſus eſt: id tantummodo queſtus, quòd contra leges per vim ejiceretur, denegato ipſi judicio, quod homicidis & maleficis & adulteris juxta leges concederetur: parvoque impoſitus navigio, protinus in Bithyniam tranſportatur: atque inde confeſtim iter arripuit. *Plura de hiſce Palladius pag.* 89. Ita Johannes epiſcopus, *inquit*, poſt apertam ac minimè adumbratam juſſionem, ex epiſcopio diſcedens cum epiſcopis, dicit omnibus: Venite, oremus, & angelo eccleſiæ valedicamus. Lætus quidem ob res ipſas, mœrens autem ob populi mœrorem. Protinus quiſpiam ex religioſis proceribus hæc Johanni ſignificat: Quandoquidem Lucius, vir audax & facie impudens, paratus eſt in publico lavacro cum militibus ſuis, ſi fortè contradicas aut differas, vel invitùm te trahere atque expellere, plebs autem civitatis commovetur; feſtina clàm egredi, ne te defendens populus cum militibus pugnam committat.

B

ſuis valedicens, pia dat monita,

1021 Tunc Johannes cum lacrymis aliquos ex epiſcopis oſculatus, reliquos enim oſculari non ſinebat dolor, valedixit cæteris intus in ſacrario: Manete, inquiens, hîc interim, ut profectus modicùm quieſcam. Ingreſſus autem baptiſterium, Olympiadem vocat, quæ ab eccleſia non diſcedebat, ſimul & Pentadiam, & Proclam diaconiſſas, & Silvinam beati Nebridii uxorem, quæ viduitatem ſuam honeſtate ac modeſtiâ decorabat; atque eis dicit: Venite, ô filiæ, audite me. Quæ ad me attinent, finem, ut video, habent: curſum meum conſummavi, & fortè vultum meum non ampliùs videbitis. Hoc unum eſt, quod rogo, ne qua veſtrûm à ſolita erga eccleſiam benevolentia avellatur; & quicumque reluctans fuerit ad ordinationem deductus, ex conſenſu omnium, non id ambiens, ei tamquam Johanni caput veſtrum ſubmittite: non poteſt enim eccleſia eſſe ſine epiſcopo. Ita miſericordiam conſequamini, & memores eſtote mei in orationibus veſtris. Illæ lacrymis perfuſæ ad ejus pedes advolvebantur. Tunc innuens cuidam è venerandis presbyteris ait: Tolle eas hinc, ne populum perturbent. Sic igitur paululùm retentæ, viſæ ſunt acquieſcere.

C

deinde eccleſiâ egreditur,

1022 Et ſic abiit in partem Orientalem: (nihil enim apud illum erat Occidentale.) In Occidentali autem parte, ubi eſt magnum eccleſiæ veſtibulum, jumentum, cui ſolebat Joannes inſidere, ſtare ante portam juſſit, ut populum ea ex parte exſpectantem abs ſe dimoveret. Unà cum eo egreſſus eſt angelus eccleſiæ, ſolitudinem eccleſiæ non ferens, quam principatus nequam & poteſtates fecerant, ſpeciem theatri iniquitatum exhibentes. Erat enim ut in theatro ſibilus impiorum explodentium & irridentium, Judæorum ac Gentilium immodicè deridentium ac ſubſannantium: ut autem in carcere plagæ & in viſcera illiſi cruciatus à militibus: & omnium mentis virium diſtentio, cùm ob ablatum Doctorem, tum ob blaſphemiam in Deum. Ubi enim peccatorum fit remiſſio, ibi ſanguinis fiebat effuſio. *Hactenus Palladius, qui ſubjungit incendium eccleſiæ mox referendum.*

1023 *Laudatus Sozomenus ait, Sanctum, ubi tranſito Boſphoro in Bithyniam venerat, conſtim ſe itineri dediſſe. Id ſcilicet curabant inimici ipſius, ut minùs reduci poſſet, quemadmodum liquet ex illis, quæ narrat de clauſa per ipſos eccleſia.* Nonnulli verò, *inquit*, ex Joannis inſidiatoribus, prævidentes, ſi populus id ſenſiſſet, fore ut inſequeretur ac rurſus eum redire cogeret, fores eccleſiæ occludere properârunt. Porrò qui in plateis erant, cùm hæc cognoviſſent, alii ad mare cucurrerunt, tamquam eum aſſecuturi: alii metu conterriti, fugam arripuerunt, cùm poſt tantum tumultum tantamque perturbationem, ſeditio & imperatoris ira exſpectaretur. Hi verò, qui in eccleſia erant, adhuc magis aditus obſtruebant ad portas confluendo, & ſemetipſos mutuò impellendo. Tandem verò ægrè portas magna vi reſerârunt, cùm alii eas lapidibus perfregiſſent, alii ad ſe retraherent, & turbam, quæ à tergo erat, retrorſus repellerent.

D

quæ, eo egreſſo, mox clauditur.

Eodem die eccleſia & curia conflagrat,

1024 *De incendio eccleſiæ ita mox ſcribere pergit:* Dum hæc aguntur, ignis repentè exortus eccleſiam undique corripuit: & cùm univerſam percurriſſet, ædem quoque ampliſſimam ſenatûs, quæ illi ad Meridiem vicina erat, combuſſit. Cujus rei culpam ſibi mutuò adſcribebant; Joannis quidem inſidiatores, accuſando fautores illius, quòd ſynodi judicium moleſtè tuliſſent: iſti verò calumniam ſe pati aſſeverantes, ſibique imputari facinus illorum, qui ipſos unà cum eccleſia incendere voluiſſent. *Socrates, calumnias facilè adoptare ſolitus, ait:* Quidam autem ex Joannitis eo ipſo die eccleſiam incenderunt. Quæ dum arderet, ſubſolano vento vehementiùs flante, curia etiam, in qua ſenatus haberi ſolet, conflagravit... Porrò quibus malis Optatus præfectus urbis Conſtantinopolitanæ religione gentilis, atque ideo Chriſtianis infenſus, Joannis amicos propter hoc incendium affecerit, & quomodo multos eorum capitali animadverſione fuſtulerit, omittendum puto. *Multò etiam rectiùs omiſiſſet, quod dicit de eccleſia per amicos* Chryſoſtomi *incenſa: nam ex ipſo veriſimiliter calumniam illam adoptârunt ſcriptores aliqui multò recentiores, quorum præcipuus eſt Theophanes. Zozimus quidem ſcriptor gentilis, Chriſtianos paſſim calumniis aſpergens, amicos* Chryſoſtomi *pag.* 801 *graviùs etiam accuſat, acſi urbem igne perdere voluiſſent: ſed illi in ſimilibus fidem non ſolet ullus habere, & adjuncta refert planè falſa; imò etiam pag.* 802 *fatetur, cauſam incendii non fuiſſe deprehenſam. At ſi cauſa non ſit inventa, ille certè non niſi temerarias ſuſpiciones ad cauſam enarrandam habuit.*

E

F

incendio divinitus immiſſo, ut Palladius

1025 *Palladius pag.* 91 *ignem eccleſiæ divinitus immiſſum aſſerit, ac de re tota ratiocinatur hoc modo:* Poſt illam autem inenarrabilem atque inexplicabilem caliginem, flamma è media ſede, in qua ſolebat Johannes ſedens, veluti medio in corpore cor, membris ceteris Domini eloquia interpretari, viſa, verbi Dei interpretem requirebat; quo non invento, ſedem depaſcebatur: in altum arboreſcens per catenas ad tectum uſque ſerpſit, atque viperæ inſtar ventre exeſo, ad poſteriora ædificii eccleſiæ ferebatur, Deo mercedem injuſtitiæ veluti definitam ad id pœnam reddente, ad correptionem & ad monitionem eorum, qui neſciunt reſipiſcere adſpectu malorum divinitus immiſſorum. Non ſolùm autem eam ob cauſſam, ſed ut feræ illius ſynodi monumentum relinqueret. Nec id mirum de eccleſia, cùm ſenatum, qui apud exteros dicitur, multis paſſibus diſſitum ex adverſo eccleſiæ ad Meridiem, ignis ille, interjectam populi multitudinem pontis inſtar ſa-

A sapienter prætergressus, pessumdederit, non priùs partem ecclesiæ vicinam, ne damnum illud vicinitati adscriberemus: sed partem palatio imperatorum proximam, ut rei miraculum sapienter id à Deo factum esse probaret. Videre enim erat inter duos igneos montes illæsos populos ad sua negotia commeantes.

aliique crediderunt.

1026 In hunc igitur modum ignis circumvolans & inundans tamquam mare violento austro jactatum, veluti signo dato progrediens, vicinas circumquaque ædes citra discrimen corripuit, & soli ædiculæ, in qua sacrorum vasorum reposita erat copia, pepercit: aurum non reveritus aut reliquam argenti supellectilem, sed ut ne locum mentiendi calumniatoribus daret adversus Justum, quasi ipse pulcherrima quæque sibi vindicâsset. Ita ignis agitatus retrorsum se reflectebat, pervestigans invidiam eorum, qui hæc perpetrârant, ad revincendam Theophili insaniam, in eo quòd ob sacra vasa Johannem ejecisse se comminiscitur. Ac nullius quidem anima periit in tali ac tanto tumultu, non hominis, non animantis. Ceterùm sordes ibi sceleste conversantium ignis virtute abluebantur ab hora sexta ad nonam, tribus diurnis horis multorum annorum opere deleto. *Hactenus Palladius de incendio. Cùm verò Theodorus interrogaret, ubi* Chrysostomus *aliique episcopi tunc essent; respondet hoc modo:* Episcopi quidem reliqui alii inclusi detinebantur, alii trahebantur, alii autem delituerunt. Porrò Johannes unà cum Cyriaco & Eulysio vinctus in Bithynia detinebatur à præfecti militibus, supplicium minitantibus ob incendium ecclesiæ. *Non puduit episcopos* Chrysostomi *inimicos in Epistola ad Innocentium Papam de eodem incendio Sanctum accusare, ut videri potest apud Palladium pag.* 25. *Verùm tanta calumniandi licentia ipsos magis, quàm* Chrysostomum, *suspectos facere posset, si constaret humanâ operâ ortum fuisse incendium.*

B

Attamen accusatus fuit Sanctus cum suis,

1027 *Porrò Palladius datis modò verbis subdit sequentia:* Postea Cyriacus & Eulysius cum reliquis clericis vincti adducti, atque innocentes pronuntiati, dimissi sunt. Sanctus autem Johannes ad reliquam fiduciam, quâ semper antea usus fuerat, hanc quoque ultimam adjecit, scribens eis hæc verba: "Etsi in aliis non dedistis mi„hi legem defensionis, saltem in rebus ecclesiæ C „audiar, an auctor sim, ut dicitis, ejus incen„dii„. Ita ne in eo quidem auditus, noctu diuque per milites ducitur in desertissimum Armeniæ oppidulum, Cucusus id est, ab Isauris obsessum, ut trucidaretur. *Ita Palladius, longum Sancti iter, de quo multa erunt narranda, æquè breviter perstringens, ac alii fecerunt historici. Porrò* Chrysostomus *in aliquot epistolis postea recitandis non dubitat calumniam dicere, quidquid asserebatur de igne per suos in ecclesiam injecto. Præterea non solùm Palladius jam laudatus, & Marcellinus in Chronico ad annum* 404 *videntur agnoscere, ignem fuisse divinitus accensum.*

& cùm alii agnoscerent divinam punitionem,

1028 *At etiam clariùs id enuntiat auctor anonymus Historiæ conciliabuli contra* Chrysostomum *habiti, cujus verba Græca adduxit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 3 *pag.* 8, *ubi ea sic fecit Latina:* Eo die, quo fidelium Sol ab iis expulsus est, divinus ignis è medio throno, in quo sedens sacris doctrinis auditores inflammabat, nulla humana arte accensus, & in altum per catenas serpentis instar proserpens, ad Austrum agitatur, episcopii materiam consumens. Tum verò ventus subsolanus vehementer flans, & ab ecclesia in regiam domum senatûs, quæ ad Meridiem sita est, ignem transferens, ipsam tandem consumpsit. Intra igitur diei tres horas operum diuturnorum constructio, & inenarrabilis pulchritudo absumpta est. *Hæc sanè probabilis est sententia: at nullus, opinor, scriptorum certò scivit veram illius incendii causam. Quo autem modo expulsio Sancti & incendium ecclesiæ nuntiata atque audita sint Romæ, exponit Theodorus diaconus, ita loquens apud Palladium pag.* 24: Modico pòst tempore advenit presbyter Constantinopolitanæ ecclesiæ, Theotecnus nomine, reddens epistolas synodi Johannis, viginti quinque episcoporum, aut paulò plus, (*videlicet quia aliqui episcopi ex quadraginta ipsi adhærentibus cum ipso abierant, alii fugerant aut capti erant*) quibus docebant, & Johannem militari manu urbe expulsum, & Cucusum in exsilium esse missum, atque succensam * esse ecclesiam.

AUCTORE J. S.

*Gr. combustam *Romam usque perlata est ea calumnia.*

1029 Cui etiam dedit Innocentius communicatorias litteras & ad Johannem episcopum & ad omnes ei communicantes episcopos, cùm opem ferre non posset, eo quòd ad malum potentes quidam obstarent. Paulò pòst venit homuncio quidam visu deformis, & qui difficilè intelligi posset, Paternus nomine, presbyterum se Constantinopolitanæ ecclesiæ dicens: qui & ipse totus efferatus, inimicitias adversus Johannem vultu ipso prodens, multisque eum probris lacerans, litteras paucorum episcoporum reddidit, Acacii, Pauli, Antiochi, Severiani, & aliorum quorumdam: in quibus calumniabantur Johannem, quasi ecclesiam incendisset. Tam falsa nobis oratio apparuit, ut ne Johannes quidem in celebri synodo hujus rei defensionem attulerit: quem usque eò despexit Papa Innocentius, ut respondere dignatus non sit. *Persecutionem ex illa calumnia contra sanctores* Chrysostomi *natam necdum hîc describo, ut antè agamus de intruso in cathedram Sancti Arsacio: nam hic præcipuus fuit persecutionis auctor, quia dolebat à magna civium parte se non agnosci pro episcopo: incendium verò ecclesiæ speciosus erat prætextus ad minuendam persecutionis invidiam.*

E

§ LXVII. Arsacius pro Sancto ordinatur episcopus, Porphyrius Antiochenus: primum agnoscere recusant plurimi, qui gravem patiuntur persecutionem.

F

Arsacius antè archipresbyter & senex.

SOcrates, *relata expulsione* Chrysostomi, *mox cap.* 19 *ita pergit:* Paucis pòst diebus Arsacius Constantinopoleos episcopus constituitur: qui frater quidem erat Nectarii ejus, qui episcopatum regiæ urbis ante Joannem optimè administraverat, sed admodùm senex. Jam enim octogesimum ætatis annum impleverat. *In Chronico Paschali ad hunc annum ordinatio Arsacii figitur* VI Kalendas Julias, *id est, die* XXVI *Junii, qui erat dies Dominicus; sed additur* feriâ secundâ: *ideoque Tillemontius art.* 89 *existimat, ordinationem esse peractam die* XXVII *Junii. Verùm auctor Chronici æquè errare potuit in die hebdomadis quàm mensis: nec video, cur potiùs feriam se-*

AUCTORE J. S.

secundam, quàm diem Dominicum, pro ordinatione elegissent. Sozomenus de illa ordinatione cap. 23 hæc memorat: Haud multò pòst Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopus ordinatur Arsacius, frater Nectarii ejus, qui ante Joannem episcopatum illum rexerat, vir mansuetus & erga Deum religiosus. Verùm laudem illam, quam omnium consensu adeptus fuerat presbyter, imminuerunt postea clerici quidam, qui quodcumque ipsis lubitum fuerat, agebant: facta verò illi imputabant.

ordinatur episcopus Constantinopolitanus;

1031 Sed præcipuè infamârunt illum ea, quæ Joannis fautoribus postmodùm acciderunt. Nam cùm illi haudquaquam sustinerent, nec cum ipso, nec cum consortibus ipsius, communicare aut precationem facere, eo quòd permixtos illis videbant Joannis inimicos: atque idcirco seorsum, uti diximus, congregati, in extremis civitatis partibus collectas celebrarent, ipse ea de re ad imperatorem retulit. *De persecutione hinc nata inferiùs. Erat Arsacius archipresbyter sub* Chrysostomo, *& testimonium contra ipsum dixerat, ut vidimus num* 912. *Palladius pag.* 94 *ipsum gravius accusat, ita scribens:* Arsacius autem, frater beati Nectarii, substitutus est in locum
B Johannis, magni sacrorum interpretis, homo piscе magis mutus, & ranâ rebus agendis minùs idoneus, . . . violato suo in Euangelia juramento. Quippe fratri suo Nectario juraverat, nullius umquam episcopatûs ordinationem admissurum se, quando Nectarius exprobravit ipsi, quòd noluisset Tarsensi ecclesiæ præfici, quasi mortem ipsius specularetur. Fuit causa perjurii, primùm quidem vana gloria, propter quam ambiebat, ut ita dicam, nuptias uxoris fratris sui: deinde pudor increpationum, ipsi à fratre propheticè factarum. *Ita ille de Arsacio, qui communionem Ecclesiæ Romanæ numquam obtinere potuit.*

Antiochenus verò Porphyrius, inimicus etiam Chrysostomi.

1032 *Eo tempore ad persecutores* Chrysostomi *accessit Porphyrius, mortuo Flaviano substitutus episcopus Antiochenus. Hunc tamquam hominem pessimum, doloque malo ordinatum, describit Palladius pag.* 142 *& seqq. Ad propositum nostrum sufficerit observâsse, ordinatum fuisse ab Acacio, Antiocho & Severiano, idque factum invito populo & clero Antiocheno: nam hi desiderabant Constantium presbyterum, amicum* Chrysostomi *frequenter memorandum. Itaque plerique Antiocheni cum Porphyrio communicare noluerunt,*
C *sicut Constantinopolitani nihil commune habere voluerunt cum Arsacio. Utrumque testatur Palladius pag.* 149 *ita scribens:* Clerus quidem Antiochensis insignior clàm plebem colligit, ne ipsis quidem ecclesiæ parietibus appropinquans; nec non & tota insignis mulierum societas, propter quas maximè insaniunt pecuniarum avidi pastores. De rebus autem Constantinopolitanis quid attinet dicere, quanta multitudo ab ecclesiis recesserit, conveniens sub dio, ut superiùs diximus? Ita ut, qui rerum ecclesiasticarum potiuntur, non habeant totidem auditores silentii sui: nusquam enim apud eos sermo. *Præterea Porphyrius, ut communionem obtineret, teste Theodoro apud Palladium pag.* 141, ad Ecclesiam Romanam scripsit; & responso dignus habitus non fuit. *Ordinationem Porphyrii Boschius noster in Historia Chronologica patriarcharum Antiochenorum pag.* 64 *probabiliter figit mense Julio. Ad propositum nostrum nihil interest, utrùm facta sit mense Julio, an Augusto aut Septembri.*

1033 *De persecutione, jam ante ordinationem Arsacii inchoata, sic cap.* 22 *loquitur Sozomenus:* Alii episcopos & clericos, qui unà cum Joanne profecti fuerant, Chalcedonem abductos, cu- D *Episcopi & clerici, qui egressum Sanctum erant comitati,*
stodiæ mancipârunt. Alii per urbem circumeuntes, eos, qui delati fuerant, quòd Joanni faverent, comprehenderunt; & in custodiam datos, ut Joanni anathema dicerent, coëgerunt. *Prætextus hæc faciendi erat incendium ecclesiæ. Porrò* Chrysostomus *illos per litteras consolari & excitare non dubitavit, ut ostendam, quando facta in itinere ipsius latè referam. Pauca huc solùm transfero, ex quibus liqueat, quanta illi sint passi. Epistolam* ad Episcopos & presbyteros ob pietatem in carcere inclusos, *tom.* 3 *pag.* 526 *editam, quæ tertia videtur ad illos data, sic orditur:* Beati vos ob carcerem, ob catenas, ob injecta vincula. . . .

gravissima in carcere patiuntur.

1034 Nihil, quamvis grave videatur, vos deterruit: non tribunal, non carnifex, non tormentorum multa genera, non minæ, quæ innumeras mortes nuntiabant: non judex, qui ignem ab ore spirabat; non adversarii, qui frendebant dentibus, & innumeras insidias struebant; non tantæ calumniæ, non impudentissimæ accusationes, non mors ante oculos quotidie proposita: sed hæc omnia vobis uberem potiùs ac sufficientem consolationis mate- E
riam præstitere. *Et paulò inferiùs, ubi illos martyres dixerat:* Vos quoque dixistis: En exposita sunt etiam nostra corpora pœnis, suppliciis, tormentis: absume, confice ista, quibus voles suppliciis: adduci non possumus, ut calumniemur; sed millies mori nobis satius est. At capite truncati non estis: imò longè acerbiora tulistis. Non enim idem est brevi temporis momento caput amittere, & tanto tempore cum talibus luctari doloribus, terroribus, minis, carceribus, abductionibus ad tribunal, carnificum manibus, sycophantarum impudentissimis linguis, convitiis, salibus, & dicacitatibus. *Similia mox repetit, & verbera adjungit ac gladios acutos.*

Gravis impetus in sectatores Sancti, aversantes Arsacium:

1035 *Postquam Arsacius conquestus erat, quòd fautores* Chrysostomi *seorsum congregarentur, gravior orta est persecutio, de qua Sozomenus cap.* 23 *sic habet:* Tribunus itaque cum militibus, in congregatos impetum facere jussus, plebem quidem fustibus & saxis cædens fugere compulit. Nobiliores verò, & eos, qui Joannis partes ardentiùs tuebantur, custodiæ tradidit. Tum verò, sicut fieri solet, cùm militibus licentia conceditur, mulieres ornatu suo per vim spoliatæ sunt, dum alii monilia, zonas aureas, & torques diripiunt: alii F
inaures simul cum auriculis ipsis detrahunt. Cúmque ingens perturbatio ac luctus in urbe exstitisset, ne sic quidem pristinam erga Joannem benevolentiam abjecerunt. Ac publicè quidem non ampliùs conveniebant: multi verò nec in forum nec ad balnea procedebant. Quibusdam verò ne tutum quidem erat domi manere; sed indicto sibi ipsis exsilio, urbe excedebant, cùm alii multi viri boni, tum honestæ mulieres. Ex quibus fuit Nicarete Bithyna, nobili genere apud Nicomedienses orta, ob perpetuam virginitatem, & ob vitæ sanctimoniam celeberrima. *Præclarum huic sanctæ Virgini pergit texere elogium, quod dari poterit ad* XXVII *Decembris, quo Martyrologio Romano inscripta est. In fine dicit, tam modestam fuisse,* ut nec honorem diaconissæ umquam ambierit, nec virginibus ecclesiasticis præesse, licèt Joanne sæpiùs eam hortante, voluerit.

1036 *Mox verò ita pergit:* Cùm igitur ingens metus omnibus injectus esset, tandem, ubi apparuit populum non ampliùs tumultuari, præfectus

inquisitio de incendio gravissima in amicos Sancti:

A ctus urbis in publicum procedens, tamquam quæstionem habiturus de incendio & de curiæ conflagratione, multos gravibus suppliciis affecit. Nam cùm esset paganus, ecclesiæ calamitatibus insultans, eo, quod acciderat, oblectabatur. *Tum cap.* 24 *aliquos nominatim producit. Primus est S. Eutropius lector, qui post torturam gravissimam obiit martyr. De eo apud nos actum est ad* XII *Januarii, ubi simul agitur de Tigrio presbytero, quem paulò pòst Sozomenus memorat, uti & Epistola* 12 Chrysostomi *de ipso meminit. De utroque similiter in Dialogo pag.* 196, *& seqq. scribit Palladius, mortem Eutropii memorans, & exsilium Tigrii. S. Olympias, diaconissa nobilissima, quam effusis laudibus prosequitur Palladius, & frequenter etiam ipse* Chrysostomus, *ad idem certamen vocata est, & à præfecto mirè fuit exagitata. Acta quidem hujus Sanctæ illustranda venient ad* XVII *Decembris, ideoque necesse non est eximias ipsius virtutes fusiùs hîc recensere; attamen aliqua lubet afferre ex iis, quæ sancti Doctoris sui causâ constanter fuit perpessa, præsertim cùm multas laudaturi simus litteras, à* Chrysostomo *ad Olympiadem datas.*

inter hos egregiè certavit S. Olympias,

B 1037 *Sozomenus de ea hæc memorat:* Jam verò Olympias quoque diaconissa, in hoc rerum discrimine fortitudinem animi sui declaravit. Nam cùm eandem ob causam in judicium adducta esset, interroganti præfecto, cur ecclesiam incendisset, respondit: Non est hoc vitæ meæ institutum. Ego enim facultates meas, quæ multæ erant & maximæ, templis Dei instaurandis impendi. Cumque ille diceret, sibi probè cognitam esse illius vivendi rationem, subjecit illa: Tu ergo in accusatoris locum transi, & alius de nobis judicet. Porrò cùm accusatio testibus destitueretur, præfectus nihil habens, quod jure culparet, paulò clementiùs ad aliud crimen se convertit. Ac veluti consulendi gratiâ, tam Olympiadi, quàm reliquis mulieribus amentiam exprobravit, quæ communionem episcopi sui averfarentur: cùm resipiscere ipsis liceret, seque ipsas molestiis omnibus liberare. Sed cæteræ quidem præfecto ista præcipienti cesserunt. Olympias verò; Minimè æquum est, inquit, ut quæ in multitudine per calumniam capta, in judicio verò nullius criminis convicta sum, ad defensionem trahar querelarum, quæ in judicium non venerint. Permitte igitur mihi, ut adversus priorem accusationem patronos adhibeam. Nam si contra jus ac leges coacta fuero communicare illis, quibus non oportet, non faciam id, quod piis nefas est facere. Præfectus ergo cùm ei persuadere non posset, ut cum Arsacio communicaret, tum quidem eam dimisit, quò advocatos suos instrueret. Altero autem die, cùm eam exhiberi jussisset, magno auri pondere mulctavit. Sic enim illam à sententia sua sese abducturum putabat. Verùm illa pecunias contemnens, nullatenus cessit: & relicta Constantinopoli, in urbe Cyzico domicilium fixit. *Hæc ille: sed posteriora seriùs contigerunt, ut videbimus.*

C

cui etiam incendii crimen fuit objectum;

1038 *Objectum Olympiadi fuisse incendii crimen, testatur* Chrysostomus *Epist.* 7 *pag.* 588 *his verbis:* Gaude igitur & exsulta. Non enim parvum, sed perquam ingens hoc certamen est, nimirum calumniæ; ac præsertim cùm ob tam ingens crimen exsistit, cujusmodi nunc nobis affinxerunt, in publico nimirum tribunali nobis incendium objicientes. *Hinc Epistolam illam sic orditur:* Quid ais? Tropæum non erexisti; nec præclaram victoriam obtinuisti, nec perpetuò virentem coronam adepta es?... Patriâ pulsa es, domo, amicis, cognatis. In exsilium missa es. Quovis die mori non desiisti *&c. Sic nimirum Vir sanctus, eximia sanè animi fortitudine, de ærumnis pro pietate toleratis ubique loqui solet, tamquam de coronis, boniscque maximè expetendis. Eadem sensa Olympiadi inspirare conatur, & simul ærumnas ejus memorat in epistola* 16 *pag.* 603, *ita Sanctam alloquens:* Nam quòd araneæ tela, & umbra, & fumus est, & si quid his vilius fingi potest, hoc sunt omnes tibi inflictæ acerbitates, si cum iis præmiis conferantur, quæ hinc tibi tribuenda sunt. Quid enim est civitate pelli, & ex aliis locis in alia subinde migrare, atque undique exagitari, & proscribi, & ad tribunalia trahi, & à militibus raptari, & ab iis, qui sexcentis beneficiis affecti fuerint, contraria nunc perpeti, atque tum à famulis, tum à liberis vexari, cùm horum præmium cælum sit, & purissima illa bona, quæ nec verbis ullis explicari queunt? *&c. Hactenus de S. Olympiade, quæ inferiùs sæpè redibit.* AUCTORE J. S.

uti & Pentadiæ, nobili item diaconissæ.

E 1039 *Plures similia passas, discimus ex Sancti Epistolis. Inter hasce præcipuum locum meretur Pentadia diaconissa. Ad hanc in Epistola* 49 *pag.* 643 *scribit sequentia:* Proinde gaudeo & exsulto, maximamque etiam in tam deserto loco degens consolationem mihi positam esse duco in ea, quam in omnibus rebus adhibes, fortitudine, constanti sententia, ingenti prudentia, linguæ libertate, ac sublimi fiducia, per quam & adversarios ignominiâ perfudisti, & mortiferam diabolo plagam inflixisti, & eos, qui pro veritate decertabant, ad dimicandum acuisti, ac fortissimi militis instar præclarum in bello tropæum erexisti.... Quamobrem gaude & lætare, quòd hujusmodi victoriam assecuta sis, atque hujusmodi belluarum ora facili negotio compresseris, impudentesque eorum linguas & rabida ora obstruxeris. Veritas enim, cum qua pugnâsti, & pro qua jugulata es, hanc vim habet, ut paucis sæpè verbis de sycophantis triumphet *&c.*

quæ fortissimam se præstitit:

1040 *Et pag.* 644: Ecquod enim insidiarum genus prætermiserunt? Ecquod machinarum genus non moverunt, dum solidæ tuæ, ac Deo fideli, generosæque & fortissimæ animæ insidias struere conantur? In forum te, quæ præter ecclesiam & cubiculum nihil nôras, pertraxerunt; à foro ad tribunalia, à tribunalibus ad carcerem. Falsorum testium linguas acuerunt, impudentem calumniam concinnârunt, cædes perpetrârunt, cruoris torrentes profuderunt, igni ac ferro juvenum corpora consumpserunt, multis ac præclaris viris innumeras plagas & cruciatus intulerunt, nullum denique lapidem non moverunt, quo te metu perterritam huc adigerent, ut iis, quæ videras, contraria diceres. At tu instar aquilæ sublime volantis, eorum retibus fractis, ad libertatis fastigium virtuti tuæ consentaneum ascendisti, sic te comparans, ut ab ipsis minimè circumscribereris, imò etiam, quantùm ad hujus incendii crimen attinebat, cujus nomine miseri atque infelices homines præsertim gloriari videbantur, eos calumniæ convinceres. *Hæc de Pentadia nobili diaconissa, ac Timasii consulis vidua, quæ* Chrysostomum *ipsa de omnibus certiorem reddidit, ut in eadem Epistola dicitur.* F

1041 *Fuerunt & aliæ mulieres, quæ gravia passæ sunt, ut colligi potest ex Epistolis* Chrysostomi. *Certè in Epistola* 96 *ad Ampruclam diaconissam,*

AUCTORE J. S.* *alii multi similia passi. Cessavit ea inquisitio* XXIX *Augusti:*

ejusque socias, generatim meminit de insidiis & vexationibus, quas toleraverant; & similia in aliis subinde quoque habet. Verùm dicta de hisce ad propositum nostrum sufficient, modò addiderimus, Sanctum in Epistola 2 vehementer conqueri de malis, quæ monachis & sacris virginibus erant illata; eique consentire illa, quæ Domitianus presbyter Romæ nuntiavit, quæque recitabimus num. 1049. *Attamen calumnia illa de incendio tandem cessavit per primam partem legis, quam Arcadius tulit die* XXIX *Augusti, direxitque ad Studium urbis præfectum. Nam in Codice Theodosiano lib.* 16 *tit.* 2 *leg.* 37 *hisce planè concepta est verbis:* Quoniam personæ ad inquisitionem perpetrati incendii, ut tui culminis suggestio patefecit, nequeunt inveniri, clericos carceris custodiâ relaxamus, ita ut navibus impositi ad lares proprios revertantur. *Hæc nata erant utcumque consolari amicos* Chrysostomi, *qui hac lege de calumniatoribus suis triumphabant.*

sed simul lex severa fertur contra conventus sectatorum Chrysostomi; B

1042 *Verùm, quantum solatii pars prior attulerat, tantum ferè doloris afferre debebat pars altera, quæ sic habet:* Ne proscriptionis periculo domus carcant, quas episcopos vel clericos peregrinos, post publicationem edictorum, & nostræ serenitatis adfatus, probabitur suscepisse (pari forma servanda, si qua domus cives clericos nova aut tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes susceperint) ad observandos * siquidem seditionis aditus, id nostro sedit arbitrio, ut omnes episcopi & clerici & peregrini ab hac sacratissima urbe pellantur. Dat. IV Kal. Septembr. Constantinop. Honorio VI & Aristeneto coss., *id est, anno* 404. *Prohibet lex, ne quis in domo sua suscipiat aut retineat episcopum ullum aut clericum peregrinum, vultque ut illi omnes domum se recipiant, videlicet ne quis ex illis sacra administrare posset iis, qui cum Arsacio nolebant communicare. Eadem de causa prohibet omnes conventus celebrandos extra ecclesiam per clericos Constantinopolitanos. Efficacissima sanè erat hæc lex, ut omnes cogerentur cum Arsacio communicare. Attamen id obtinere non potuit Arcadius, ne post alias quidem leges, ut videbimus postea.*

* *fortè* obsecrandos

alia rursum hunc in finem lata XI *Septembris, & tertia*

1043 *Alia lex eumdem in finem lata est, & ad Studium urbis præfectum directa* III Idus, *id est, die* XI Septembris. *In hac jubentur advigilare in servos suos, ne ad separatos conventus se conferant, mulctâque puniuntur pecuniariâ pro singulis servis, qui fuerint deprehensi, quique insuper corporali pœnæ subjiciuntur. Graviori mulctæ subjiciuntur corpora integra, si quis ex illis fuerit deprehensus. Lex videri integra potest in Codice Theodosiano lib.* 16 *tit.* 4 *leg.* 5. *Quæ verò ibidem sequitur sexta, data est ad Eutychianum præfectum prætorio* XIV Kalend. Decembr., *id est,* XVIII Novembris, *atque ita habet:* Rectores provinciarum moneantur, ut conventus eorum arceantur inliciti, qui orthodoxorum religione subfulti, spretis sacrosanctis ecclesiis, aliò convenire conantur: his, qui ab Arsacii, Theophili, Porfyri (reverendissimorum sacræ legis antistitum) communione dissentiunt, ab ecclesia procul dubio repellendis. C

pro toto imperio Orientali.

1044 *Hæc spectabant ad totum imperium Orientale, eratque erectum vexillum contra omnes episcopos & clericos, qui cum illis tribus* Chrysostomi *persecutoribus nolebant communicare. Sozomenus cap.* 24 *occasionem hujus legis legemque ipsam commemorat hoc modo:* Antiochiæ verò mortuus est Flavianus, qui Joannis depositioni haudquaquam consenserat. Cujus loco Porphyrius Antiochensis ecclesiæ sacerdotium suscepit. Qui cùm condemnationi Joannis subscripsisset, multi in Syria ab ecclesiæ illius communione sese abruperunt: & seorsum collectas celebrantes, multas ærumnas ac molestias perpessi sunt. Etenim in gratiam communionis Arsacii, & hujus, quem diximus, Porphyrii, & Theophili Alexandriæ episcopi, studio eorum, qui in palatio plurimùm poterant, lata lex est, ne orthodoxi extra ecclesias convenirent, utque ii, qui cum supradictis non communicarent, expellerentur. D

Inquisitio de incendio non videtur anno 405 *resumpta.*

1045 *Ceterùm controversia hìc aliquid breviter tractandum. Tillemontius art.* 90 *scribit, anno* 405 *instauratam esse inquisitionem de incendio per Optatum urbis præfectum. Idem credidit Gothofredus in Commentariis ad Codicem Theodosianum tom.* 6 *pag.* 76. *Fundamentum hujusce opinionis est Socrates, qui lib.* 6 *cap.* 18 *præfectum urbis, per quem Christiani propter incendium afflicti sunt, vocat* Optatum: *nam anno* 404 *Studius erat præfectus urbis Constantinopolitanæ, ut habemus ex legibus suprà datis; at anno* 405 *præfectus fuit Optatus. Verùm, cùm nulla ullibi occurrant indicia quæstionis illius instauratæ, malim credere, Socratem in nomine præfecti errâsse, quàm tempestatem illam ob Optato resuscitatam esse. Errare profectò facilè potuit, quia Optatus deinde etiam contra Christianos inquisivit, sed solùm quia communionem Arsacii fugiebant, ut patebit ex iis, quæ ex Palladio recitabimus num.* 1049. *Si tanti esset facienda auctoritas Socratis, posset quis existimare, Optatum pro Studio præfecto quæstiones instituisse; sed magis credo, utramque inquisitionem à Socrate confusam.* E

§. LXVIII Multi Romam se recipiunt, ibique omnia referunt S. Innocentio Papæ: hujus litteræ ad clerum Constantinopolitanum: Honorii verò & S. Nili ad Arcadium: exsilium Sancti divinitus, ut creditur, punitum. F

Cyriacus episcopus venit Romam.

Leges mox memoratæ effecerunt, ut multi episcopi aliique viri ecclesiastici Romam se receperint, cùm ad persecutionem declinandam, tum ad quærendum aliquod tantis malis remedium. Quo autem ordine advenerint Romam, quæque ibidem narraverint, exponit Theodorus diaconus apud Palladium pag. 26 *ita loquens:* Rursus igitur post aliquot dies adfuit Synadorum (*in Phrygia*) episcopus Cyriacus, litteras quidem nullas habens, idoneus verò ad aptè & concinnè narrandum, qui dicebat fugisse se ob imperialis edicti comminationem, quod sic habet: "Si quis non communicat Theophilo, Arsacio, & Porphyrio: „ille quidem episcopatu arceatur, simul etiam a„mittat, si quam visus fuerit habere substantiam pe„cuniarum aut prædiorum„. *Ipsa lex data est num.* 1043, *ubi diximus latam esse die* XVIII *Novembris. Cyriacus hic* Chrysostomum *Constantinopoli exeuntem fuerat comitatus, at captus ob calumniam incendii. Deinde verò per legem* XXIX *Augusti latam, suprâque num.* 1041 *recitatam, cat-*

A *carcere liberatus, & ad eccleſiam ſuam eſt miſſus. Verùm ibi non potuit diu ſubſiſtere, cùm ſtatim videatur fugiſſe, ubi intellexerat legem* XVIII *Novembris latam. Adventus ipſius in Urbem figi nequit ante inchoatum annum* 405, *cùm longum iter tempore hiemali coactus fuerit inſtituere,*

deinde Eulyſius, poſt hunc Palladius,

1047 Poſt Cyriacum, *inquit Theodorus*, advenit Eulyſius, epiſcopus Apameæ Bithyniæ, reddens litteras quindecim epiſcoporum è ſynodo Johannis, & optimi ſenis Anyſii, Theſſalonices epiſcopi, in quibus & priorem & præſentem totius Conſtantinopolis direptionem perſcribebant. Anyſius verò ſcribebat, ſe judicio Romanæ Eccleſiæ acquieſcere: qui & ipſe Eulyſius omnia Cyriaco conſentanea narravit. Elapſo menſe, acceſſit Palladius, epiſcopus Helenopolis, abſque litteris: qui et ipſe fugiſſe ſe magiſtratuum furorem dicebat, & nobis omnia expreſſiùs declaravit, oſtendens edicti exemplum, quod ſic habet. "Quicumque occultaverit epiſcopum aut „clericum, aut omnino exceperit in domum ſuam „aliquem, qui communicet Johanni, domus ejus „publicetur„. *Non obſtante hac lege, quæ lata eſt* XXIX *Auguſti, ut diximus, non pauci epiſcopi*

B *manſerunt aliquo tempore Conſtantinopoli, ſed ibidem latuerunt, ut colligitur ex Epiſtola* 113 Chryſoſtomi *ad Palladium. Itaque Eulyſius & Palladius haud dubiè aliquot menſibus ibi latuerunt, indeque rectà veriſimiliter ſe Romam contulerunt.*

tum Germanus presbyter cum Caſſiano diacono:

1048 Poſt Palladium, *ait Theodorus*, advenere Germanus presbyter unà cum Caſſiano diacono, qui erant è partibus Johannis, viri religioſi, litteras totius cleri Johannis reddentes, quibus ſcribunt eccleſiam ipſorum vim atque tyrannidem perpeſſam eſſe, ipſorum Epiſcopo militari manu ejecto, atque in exſilium acto per factionem Acacii Beroeæ epiſcopi, Theophili Alexandriæ, Antiochi Ptolemaïdos, & Severiani Gabalorum. Interea breviculum prædicti oſtenderunt, quo pretioſa vaſa tradiderant coram judicibus, Studio præfecto urbis, & Eutychiano præfecto prætorii, & Joanne comite theſaurorum, & Euſtathio quæſtore, ac tabulariis, in auro, argento, & veſtibus, calumniam à Johanne epiſcopo depellentes. *Nimirum quia Sanctus fuerat accuſatus, quòd pretioſam eccleſiæ ſupellectilem vendidiſſet. Ad litteras cleri Conſtantinopolitani reſpondit Innocentius, cujus litteras mox dabo.*

C

poſt illos Demetrius epiſcopus, ac demum duo presbyteri.

1049 *Interim Theodorus ita pergit:* Poſt illos denuo venit Demetrius Peſinuntis epiſcopus, qui Orientem percurrerat, prædicans Romanorum communionem cum Johanne epiſcopo, oſtenſis Papæ Innocentii litteris, afferens epiſtolas ab epiſcopis Cariæ, quibus illi Johannis communionem complectuntur; atque alias à presbyteris Antiochiæ, quibus Romanorum diſciplinam ſequuntur, & deplorant Porphyrii ordinationem, factam contra jus & fas. Poſt quos omnes venit presbyter Domitianus, œconomus eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Vallagas quidam, presbyter Niſibenus, narrans monaſteriorum, quæ ſunt in Meſopotamia, afflictionem. Qui etiam reddiderunt Optati cujuſdam præfecti Acta, in quibus honeſtæ mulieres ex genere conſulum (*Olympias videlicet, Pentadia, & aliæ*) diaconiſſæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, in oculis populi ad eum ducuntur, coactæ aut communicare Arſacio, aut fiſco dare ducentas auri libras. *Non tacuiſſent hæc Acta accuſationem incenſæ eccleſiæ, ſi illa calumnia ab Optato inſtaurata fuiſſet, ut aliqui voluerunt. Addit Theodorus:* De aſcetis & virginibus quid attinet dicere? Qui oſtendebant ſulcata latera in eculeo, & in tergo verberum notas. *Hactenus Theodorus de nuntiis Romam perlatis. At ea nuntiari non potuerunt ante annum* 405.

AUCTORE J. S.

Hi verò expoſuerunt crudelia contra amicos Chryſoſtomi geſta.

1050 *Varia porrò exempla crudelitatis in amicos* Chryſoſtomi, *multorumque epiſcoporum, presbyterorum & monachorum exſilium narrat Palladius in Dialogo ſuo. At aliqua ſeriùs facta ſunt, neque ad propoſitum noſtrum neceſſe eſt ea omnia enumerare. Quare pauca ſolùm huc transfero. Serapionem primò diaconum ac deinde presbyterum amaverat Sanctus, ac tandem eumdem ordinaverat epiſcopum Heracleæ in Thracia, ut dictum eſt num.* 964. *Latuerat ille aliquo tempore apud monachos Marſos, teſte* Chryſoſtomo *in Epiſtola* 14: *verùm detectus fuit, peſſimèque tractatus. Palladius enim pag.* 195 *de eo hæc ſcribit:* Serapionem autem, poſt innumeras abſque ulla probatione calumnias, ſumma cum judicum crudelitate cæſum, ad excuſſionem uſque dentium, ut fama eſt, in patriam ſuam relegârunt. *Magnum quoque & fidelem* Chryſoſtomi *amicum fuiſſe Hilarum epiſcopum, liquet ex laudata mox Epiſtola* 14. *De eo veriſimiliter loquitur Palladius, qui ſic pergit:* Hilarius, vir ſanctus & ſenex, in

E intimum Pontum pulſus eſt, plagis conciſus, non à judice, ſed à clero: qui decem & octo abhinc annis panem non guſtavit, olera ſola & frumentum coctum edens. *De Heraclide, cui Epheſiorum eccleſiam commiſerat* Chryſoſtomus, *poſt pauca ſic loquitur:* Heraclidas Epheſius quadriennium jam Nicomediæ in carcere incluſus eſt. *Reliqua mitto, ut videamus, quo animo tantam eccleſiarum vaſtationem intellexerit ſanctus Pontifex Innocentius.*

Innocentii Papæ ad acceptas cleri

1051 *Hic acceptis cleri Conſtantinopolitani litteris, quas attulerunt Germanus & Caſſianus, reſcripſit ad clerum Conſtantinopolitanum litteras à Sozomeno primùm editas lib.* 8 *cap.* 26. *Eas igitur inde huc transfero:* Innocentius Epiſcopus presbyteris & diaconis, & univerſo clero ac populo eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quæ eſt ſub Joanne epiſcopo, dilectis fratribus ſalutem. Ex literis caritatis veſtræ, quas per Germanum presbyterum & Caſſianum diaconum miſiſtis, ſcenam malorum, quam ob oculos poſuiſtis, anxia ſollicitudine cognovi: quantiſque ærumnis & calamitatibus fides laboret, repetita ſæpiùs lectione perſpexi. Quam quidem rem ſola conſolatio

F patientiæ ſanare poteſt. Dabit enim brevi Deus noſter finem tantis tribulationibus, & hæc tolerâſſe proficiet. Enimvero hanc ipſam neceſſariam conſolationem, in exordio literarum caritatis veſtræ poſitam, propoſitum veſtrum laudantes, agnovimus, multis teſtimoniis ad patientiam hortantibus confirmatam. Nam conſolationem noſtram, quam per literas noſtras vobis afferre debebamus, vos ipſi literis veſtris præveniſtis. Hanc ſiquidem Dominus noſter patientiam laborantibus præbere ſolet, ut famuli Chriſti etiam in tribulationibus ſemetipſos conſolentur; apud ſe reputantes, ſanctis viris jam antea contigiſſe ea, quæ ipſi patiuntur. Sed & nos ex ipſis literis veſtris conſolationem nobis mutuari poſſumus. Neque enim à doloris veſtri conſortio alieni ſumus; quippe qui affligimur in vobis. Quis enim ferre poſſit ea, quæ ab illis admiſſa ſunt, quos præ cæteris decebat, tranquillitatis ac pacis & concordiæ eſſe ſtudioſos. Nunc præpoſtero more ex ſedibus eccleſiarum ſuarum exturbantur innoxii ſacerdotes. Quod quidem primus ac præcipuus injuſtè perpeſſus eſt frater & comminiſter noſter Joannes, epi-

AUCTORE J. S.

episcopus vester, qui in judicio auditus non est. Nullum crimen profertur, nullum auditur.

Constantinopolitani litteras responsoria,

1052 Et quodnam est hoc perditum consilium? Ne sit, aut ne quæratur ulla species judicii, in locum viventium sacerdotum alii substituuntur: quasi qui ab hoc facinore auspicati sunt, aliquid boni habere, aut aliquid recti egisse, à quoquam judicari possint. Neque enim talia unquam à patribus nostris gesta esse comperimus, sed potiùs prohibita, cùm nemini licentia data sit in locum viventis alium ordinandi. Reproba enim ordinatio honorem sacerdotis auferre non potest: quandoquidem is episcopus omnino esse nequit, qui injustè substituitur. Quod autem spectat ad canonum observantiam, solis illis parendum esse dicimus, qui Nicææ definiti sunt. Quos solos canones sectari & agnoscere debet Ecclesia Catholica. Quòd si à quibusdam alii proferantur, qui à Nicænis canonibus dissentiant, & ab hæreticis compositi esse arguantur, hi à Catholicis episcopis rejiciendi sunt. Nam quæ ab hæreticis sunt excogitata, ea Catholicis regulis adjungere non licet. Quippe illi perpetuò id agunt, ut Nicænorum Patrum concilium evertant. Non solùm igitur illos canones
B non sequendos esse dicimus, verùm etiam unà cum hæreticis ac schismaticis dogmatibus penitus condemnandos, quemadmodum etiam in Sardicensi synodo jam condemnati sunt ab episcopis, qui ante nos fuerunt. Satius enim fuerit ea condemnari, quæ rectè facta sunt, quàm ea, quæ contra canones acta sunt, firmitatem ullam obtinere, fratres carissimi.

quâ docet, necessariam esse synodum.

1053 Sed quid adversus ista in præsenti faciemus? Necessaria est cognitio synodi, quam & nos jampridem congregandam esse diximus. Hæc enim sola est, quæ hujusmodi tempestatum motus sedare possit. Quam quidem ut obtineamus, utile fuerit medicinam horum malorum ex voluntate ac nutu Dei optimi maximi, & Christi domini nostri, interim exspectare. Omnia siquidem, quæ nunc per invidiam diaboli ad fidelium probationem conturbata sunt, pacabuntur. Firmi ac stabiles in fide, nihil non sperare à Domino debemus. Nam & nos diu multúmque cogitamus, quonam modo œcumenica synodus congreganda sit, ut turbulenti motus cælestis Numinis arbitrio tandem conquiescant. Sustineamus igitur aliquantisper, & vallo patientiæ communiti, cun-
C cta auxilio Dei nostri restituenda esse speremus. Omnia porrò, quæ vos perferre dixistis, jam antea à coëpiscopis nostris, qui Romam, licèt diversis temporibus, confugerunt, id est Demetrio, Cyriaco, Eulysio & Palladio, qui nobiscum sunt, accurata interrogatione didicimus.

Hæ scriptæ anno 405.

1054 *Hæc Innocentius, ex cujus verbis posterioribus liquet, hasce litteras non esse datas, antequam Demetrius Pesinuntis in Galatia episcopus, qui anno* 404 *cum aliis litteras* Chrysostomi *Romam tulerat, indeque in Orientem reversus erat, Romam rediisset anno* 405 *cum litteris episcoporum Cariæ. Dictas Innocentii litteras fortè Constantinopolim tulit Stephanus monachus, de quo ita Palladius pag.* 197: Stephanus monachus, qui Romanorum epistolas detulit, ob id ipsum verberatus, decem menses Constantinopoli in carcere vitam egit. Cùm autem ei communio proposita esset, & non acquievisset, lateribus & pectore ungularum violentiâ laceratis, cujus rei ipse oculatus testis fui, Christi providentiâ in secunda fortasse certamina servatus, post decimum curationis suæ mensem, Pelusium relegatus est.

1055 *Honorius imperator fortiter etiam scripsit ad fratrem suum Arcadium, improbans omnia, quæ contra* Chrysostomum *erant patrata. Epistolam illam primùm edidit Eminentissimus Baronius, indeque illam recudit Montfauconus inter Opera* Chrysostomi *tom.* 3 *pag.* 524. *Non satis liquet, utrùm data sit anno* 404, *an* 405, *neque refert, hocne an illo anno fuerit scripta. At ex illa ad propositum nostrum aliqua delibo. Meminit primùm Honorius de aliis ad nos parùm spectantibus, deinde conqueritur de iis, quæ Constantinopoli patrata erant* sacratissimo Paschæ venerabilis die, *quando asserit*, clausas subitò Catholicas ecclesias, trusos in custodiam sacerdotes, ... omniaque bellicum in modum turbata Mysteria, nonnullos in ipsis ecclesiæ sacrariis interemptos, tantamque circa altaria vim sæviisse, ut & venerabiles episcopi in exsilium traderentur, & sanguis humanus, quod dictu nefas est, cælestia Sacramenta perfunderet. *Deinde docet, non fuisse Arcadii se immiscere judiciis ecclesiasticis,* cùm... episcopale oportuerit esse judicium: ad illos enim, *inquit*, divinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium. *Mox deplorat combustam ecclesiam, idque divinæ vindictæ attribuit.*

D *Epistola Honorii imperatoris ad Arcadium,*

E *gesta contra Chrysostomum improbantis.*

1056 *Non minùs queritur tantam* perturbationem religionis inductam, ut omnem Catholicæ fidei statum necesse sit fluctuare. Erat, *inquit*, inter episcopos causa, quæ collato contractoque concilio deberet absolvi. Missis ad sacerdotes Urbis æternæ * atque Italiæ utraque ex parte legatis, exspectabatur ex omnium auctoritate sententia, informatura regulam disciplinæ: integrum nempe esse debuerat, neque quidquam novari, dum definitio deliberata procederet; cùm interea mirum quoddam præcipitium festinationis exarsit, ut, non exspectatis litteris sacerdotum, qui fuerant mutua partium legatione consulti, non examinatis rebus, in exsilium traderentur antistites, animadversioni priùs addicti, quàm sententiam judicii episcopalis experti. Denique quàm immatura illa damnatio fuerit, res probavit. Namque ii, quorum exspectabatur auctoritas, pacifica Joanni episcopo communione præmissa, sanciendam concordiam censuerunt, nec quemquam putârunt ante judicium consortio repellendum. *Hæc aliaque ibidem Honorius, qui plura cum S. Innocentio deinde pro* Chrysostomo *tentavit, ut suo loco videbimus.*

* *id est*, Romæ

F *Gemina S. Nili ad Arcadium æquè libera.*

1057 *S. Nilus non minùs improbavit gesta contra* Chrysostomum, *mentemque suam miro candore exposuit in Epistola ad ipsum Arcadium, quem ad pœnitentiam hortatur, verisimiliter anno* 404 *data. Impressa est illa lib.* 3 *Epistola* 279, *atque ita habet:* Joannem, maximum illius * orbis terrarum lumen, Byzantinæ urbis præsidem, præter rationem omnem extorrem fecisti, ob ingentem animi levitatem ab episcopis mente malè valentibus persuasus. Itaque inculpatâ sincerâque doctrinâ Catholicam Ecclesiam privans, ne absque dolore vitam transigito. *Idem Sanctus lib.* 2 *Epist.* 265 *ad Arcadium, preces ob frequentes terræ concussiones petentem, ita rescripsit:* Quanam ipse ratione à frequentibus terræ motibus æthereique ignis conflictibus liberam ac immunem Constantinopolim cernere cupis, cùm innumera propemodum ibidem scelera perpetrentur; & iniquitas pro lege multa cum libertate & audacia præscribatur; quando jam solo ejecta est Ecclesiæ columna, veritatis lumen, Christi tuba, Joannes beatissimus episcopus? Quomodo me adhortaris, ut preces elargiar urbi, iracundiâ divinâ com-

* illius *redundat*

AUCTORE J. S.

§ LXIX. Iter Chryſoſtomi, geſtaque & ſcripta in itinere, præſertim Nicææ : epiſtola 125 ad Cyriacum non eſt Chryſoſtomi.

Iter Sancti ad locum exſilii : in quo prima videtur

Quandoquidem multa fuerunt narranda de iis, quæ Chryſoſtomi *exſulantis causâ Conſtantinopoli, Romæ & in aliis locis, à variis facta ſunt; ipſum Sancti iter ad locum exſilii, geſtaque in illo itinere non pauca, huc uſque diſtuli, ut omnia conſequenter exponi facilius poſſent. Hiſtorici iter illud breviter tantùm attigerunt. Nam Sozomenus cap.* 22 *dicit :* Hi, qui Joannem proſequebantur, Cucuſum Armeniæ eum perduxerunt, ubi degere litteris principis juſſus fuerat. *Nec plura de his alii. Verùm Sanctus ipſe multa de itinere ſuo refert in Epiſtolis ad varios ſcriptis, quæ editæ ſunt à Montfaucono tom.* 3, *ſed ſine ullo temporis ordine. Itaque ordo ille, quantùm fieri poteſt, inveſtigandus eſt, ſaltem pro itinere. Inter primas* S. Chryſoſtomi *Epiſtolas illa eſt ad S. Olympiadem, quæ ponitur* XI, *imò veriſimiliter eſt omnium prima : nam ſcripta veriſimiliter eſt aut primo aut ſecundo die poſt diſceſſum, ſimul ac aliquam quietem & otium nactus erat Sanctus. Mirè declarat, quanto animo Sanctus calamitates omnes & pericula perferret, ita ut cuſtodes ac ductores ſuos etiam laudet.*

ſcripta ad Olympiadem Epiſtola XI.

1062 *Quare totam huc tranſfero ex Montfaucono pag.* 591 : Quòd tentationes noſtræ magis ingraveſcunt, hoc etiam magis conſolationes noſtræ augentur, lætioremque de futuris ſpem concipimus. Nunc autem omnia nobis ex animi ſententia cedunt, ac ſecundo vento navigamus. Quis vidit? quis audivit? Petræ & ſub aquis latentia ſaxa, & turbines & procellæ cum fragore ruunt: nox illunis, denſa caligo, præcipitia & ſcopuli: & tamen per ejuſmodi mare navigantes, nihilo pejore ſtatu ſumus, quàm qui in portu jactantur. Hæc igitur ipſa quoque cum animo tuo perpendens, domina mea religioſiſſima, hos tumultus ac ſtrepitus ſupera : deque tua valetudine fac me, quæſo, certiorem. Nos enim & commoda corporis valetudine & in animi hilaritate degimus. Nam & corpus noſtrum firmius redditum eſt, & purum aërem haurimus : atque præfecti milites ii, qui nobiſcum peregrinantur, ita nos officiis proſequuntur, ut ne famulorum quidem operam requirere nos ſinant, cùm ipſi famulorum munia exſequantur. Etenim pro ſuo erga nos amore hoc munus præripuerunt. Atque ubique ſatellitum manu cingimur : unoquoque videlicet hujuſce miniſterii nomine beatum ſe prædicante. Unum id demum moleſtum eſt, quòd te quoque incolumi valetudine eſſe non exploratum habeamus. Fac itaque iſtud ſciamus : ut hoc etiam lætitiæ nobis accedat, ac domino meo ſuaviſſimoque filio Pergamio ingentes gratias habeamus. Si tibi ad nos literas dare placuerit, ipſius operâ ad hanc rem utere. Nam & ſincerus amicus eſt, nobiſque addictiſſimus : & tuam modeſtiam ac pietatem admodùm reveretur. *Hactenus* Chryſoſtomus, *cujus hanc primam in exſilio epiſtolam exiſtimo, cùm quia nullius antè ſcriptæ meminit, tum quia omnia inſinuant, datam eſſe non diu poſt peractam navi-*

A concuſſæ, & fulmina quotidie deſuper exſpectanti, cùm ipſe jam mœroris igne exuſtus ſim, & cogitationibus concuſſus, & mente diſcerptus, ob ſcelerum, adverſus leges Byzantii patratorum, hiſce temporibus exceſſum? *Non minùs exſilium Sancti improbat Nilus lib.* 3 *Epiſt.* 199, *ſed illa alio loco dari poterit.*

Mala quædam Conſtantinopoli illata,

1058 *Porrò in ultima Epiſtola non obſcurè S. Nilus divinæ ultioni attribuit mala illa, quibus urbs affligebatur iis temporibus, ac magis etiam terrebatur. Huic conſentiens Honorius imperator in laudata ſuperiùs epiſtola affert quædam de vindicta divina ob præcipitatum* Chryſoſtomi *exſilium.* Rebus denique ipſis docetur, *inquit*, quid ſuper his ſenſerit divina Majeſtas. Primum quidem hoc præſentis commonitionis judicium * fuit, atque utinam ſolum. Facit enim humana trepidatio tanti ſibi conſcia perpetrati, ut gravius aliquid, quod avertat omnipotens Deus, poſt terribilis ultionis experimenta metuamus. *Fortè his verbis eccleſiæ & curiæ combuſtionem, quam mox ſubjungit, deſignare voluit : fortè illa ipſa, de quibus jam egimus ex S. Nilo : fortè etiam alia. Certè eodem tempore bellis vexatum eſſe Orientale imperium, teſtatur Sozomenus cap.* 25 *ita ſcribens :* Eodem tempore, ſicut in ſacerdotum diſſenſionibus ferè eveniſſe reperies, reſpublica quoque turbis ac motibus agitata eſt. Etenim Hunni, trajecto Iſtro, Thraciam vaſtârunt. Latrones quoque Iſauri, coacta ingenti multitudine, urbes omnes, quæ inter Cariam & Phœnicen interjacent, unà cum vicis populati ſunt. *Tum ſubdit motus Stiliconis & Alarici Gothi, quos prætermitto.*

* indicium

B

& mors Eudoxiæ, quæ divinæ ultioni,

1059 *Verùm, quæ magis communi hominum opinione Deo punienti attribuebantur, recenſet cap.* 27 *his verbis :* Per idem tempus Conſtantinopoli, & in ſuburbanis, grando immenſæ magnitudinis cecidit : & quarto pòſt die imperatoris uxor finem vivendi fecit. Quæ quidem Deo Joannis causâ indignante accidiſſe, plerique omnes opinabantur. Nam & Cyrinus Chalcedonenſis epiſcopus, qui præ cæteris illi convitiatus fuerat, non multò antè, cùm ob fortuitum pedis dolorem, alterum ei crus à medicis exſectum fuiſſet, miſerabili exitu interierat. *Teſte quoque Socrate lib.* 6 *cap.* 19, pleriquè affirmabant, Cyrinum hæc paſſum eſſe propter probra & convitia, quæ in

C Joannem conjecerat...

ob Sancti exſilium fuerunt attributa.

1060 Et quoniam inuſitatæ magnitudinis grando, tam Conſtantinopoli quàm in ejus ſuburbanis, fortè ſub idem tempus deciderat (id autem contigerat pridie Calendas Octobres *anni* 404, *id eſt, tribus menſibus & aliquot diebus poſt* Chryſoſtomi *ejectionem*) hoc divina ultione factum eſſe dicebant ob injuſtam Joannis depoſitionem. Mors auguſtæ ſtatim ſubſecuta auctoritatem hujuſmodi ſermonibus addidit : quarto ſiquidem die poſt delapſam grandinem migravit è vita. *Ita ſcriptor ille hominum ſermones refert, atque unicuique liberum de hiſce relinquit judicium : quod tolerabile eſt, quia judicia Dei abyſſus multa. At non æquè tolerari poteſt, quòd dubitet, an fortè non fuerit juſta depoſitio* Chryſoſtomi *propter ablatas* Novatianorum & Quartadecimanorum, aliorumrumque eccleſias. *Nam ea dubitatione oſtendit, ſe hæreticorum magis quàm Sanctorum patronum.*

D

E

F

AUCTORE J. S.

gationem. Præterea in Epistola 10, *quam* III *Julii Nicææ datam videbimus, de hac meminisse videtur, cùm dicat, se jam antè ad eam scripsisse*, corpus *suum* firmius redditum, *prout hic facit.*

Sub finem Junii aut initium Julii scribit

1063 *Inter hanc modò datam & alteram ad S. Olympiadem intercessit illa, cujus partem ex Palladio num.* 1027 *dedimus, de calumnia incensæ ecclesiæ, nisi fortè hæc sit omnium prima. At malim credere, Sanctum ad Olympiadem scripsisse, priusquæm aliquid de illo incendio inaudierat. Nam, ubi illud ab ipsius custodibus intellectum erat, aliquo tempore detentus est in vinculis, & minùs benignè habitus. Similiter ante diem* III *Julii scriptam crediderim Epistolam* 118, *cujus inscriptio est*, Episcopis & presbyteris in carcere degentibus. *Ingentem hæc rursus declarat Sancti animum, ac fortitudinem Viro Christiano dignissimam. Quare totam subjicio:* Carcerem incolitis, & catenâ vincti estis, & cum squalidis & sordidis inclusi: & quid tandem hoc nomine beatius vobis fingi queat? Quid enim tale habet aurea corona caput cingens, quale catena manum propter Deum circumdans? Quid tale ingentes & splendidæ domus, quale carcer, caliginis, fordium, ingentis fœtoris & calamitatis plenus, Dei causâ toleratus?

B

ad episcopos & presbyteros carcere detentos.

1064 Quæ cùm ita sint, gaudete, exsultate, coronis caput cingite, tripudiate, quòd molestiæ, in quas incidistis, magnam vobis commodorum materiam accersant. Hoc nimirum semen est, messem copiosissimam prænuncians: hoc luctæ, victoriam & palmas afferentes: hoc navigatio, amplum & uberem quæstum concilians. Hæc igitur omnia cum animis vestris reputantes, reverendissimi ac religiosissimi domini mei, gaudete ac lætamini, nec tempus ullum intermittite, quin Deum in omnibus rebus laudetis, ac mortiferas diabolo plagas inferatis, ingentemque vobis ipsis in cælis mercedem recondatis. Non enim condignæ sunt passiones hujus sæculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis. Ad nos autem quàm sæpissimè scribite. A vobis etenim, qui Dei causâ vincti estis, literas, quæ afflictiones vestras exponant, magnopere accipere cupimus: hincque ingentem, etiam in externa terra degentes, consolationem capiemus. *Ita sanctus Exsul, qui hanc verisimiliter scripsit, simulac eorum carcerem intellexit. De eo autem per amicos custodes suos moneri potuit, quando Constantinopoli mandata advenerunt, ut ipsum ulteriùs ad locum exsilii perducerent; alios verò in carcere detinerent.*

C

Nicææ 3 *Julii scripta Epistola* 10

1065 *Post hasce verò literas Nicæam perductus est Sanctus, quò perveniisse videtur circa initium Julii, ibique duobus aut tribus diebus substitisse. Nicææ didicit, locum exsilii sui esse Cucusum, Armeniæ Minoris oppidum. Fama antè cucurrerat, Sebastiam, quæ aliàs in Ponto, aliàs in Minore Armenia ponitur, ducendum esse Sanctum. Nicææ varias Epistolas* Chrysostomus *scripsit, ex quibus jam dicta colligimus. Brevis est ad Olympiadem* III *Julii data, quæ inter editas ponitur decima, atque ita habet pag.* 590: At hunc quoque metum excutias velim, quem ex itinere nostro concepisti. Etenim, ut jam antè per literas tibi significavi, corpus nobis & sanitatis & roboris accessionem habuit. Siquidem & aër benignè nobiscum egit, & ii, à quibus in exsilium avehimur, curam omnem & studium, etiam suprà quàm volumus, adhibent, ut nos recreent ac reficiant, eaque in re operam navant. Cùm autem Nicææ discessurus essem, hanc epistolam ad te dedi tertia die Julii.

D

ad Olympiadem:

1066 Fac igitur ad nos de tua valetudine quàm sæpissimè scribas. Ad eam enim rem operam tibi navabit dominus meus Pergamius, cui magnopere confido. Nec verò de tua dumtaxat bona valetudine certiores nos facias; verùm illud etiam significes velim, mœroris nubem à te dissipatam esse. Nam si hoc ex tuis litteris intellexerimus, sæpiùs quoque ad te litteras dabimus, ut qui scribendo aliquid proficiamus. Quamobrem si crebras à nobis litteras accipere cupis, illud nobis apertè indica, ex frequentibus nostris litteris aliquid commodi promanare: ac videbis nos id muneris largissimè præstantes. Nam nunc quoque, cùm multi, qui litteras ad nos afferre poterant, hàc iter facerent, nec epistolam à te accepissem, ægrè admodùm id tuli. *Tillemontius art.* 94 *ex hac & priori ad Olympiadem Epistola collegit aliqua, quæ in iis minimè habentur. Primò ait, iter Sancto incommodam valetudinem intulisse, sed benigno aëre Nicææ utcumque recreatum esse. Neutrum habent allegatæ litteræ: nam in ambabus de sanitate sua, & de puro aut benigno aëre loquitur. Deinde asserit, perditas esse litteras, quas Sanctus scripsit ad Olympiadem ante diem* III *Julii, exceptâ unâ* XI. *At nullus, opinor, ostendet, plures à Sancto fuisse scriptas: nam de una tantùm meminit in undecima.*

E

altera Sancti Epistola ad suos carceri mancipatos,

1067 *Nicææ etiam scriptam suspicor alteram Epistolam, quæ apud Montfauconum est* 174, Episcopis, presbyteris & diaconis Chalcedone inclusis. *Nam responsum eorum interim accipere potuit, quo & locum, ubi detinebantur, & eorumdem constantiam didicerat. Tillemontius etiam art.* 94 *suspicatur, hanc Nicææ conscriptam: quod certè probabile est, quia otium ibi ad scribendum habuit; sed non omnino certum. In priore eos solùm hortabatur ad fortiter patiendum; in hac verò simul ad alacriter ac modestè agendum stimulos addit.* Beati, *inquit*, vos & ob vincula, & ob animum, quo vincula toleratis, & in his Apostolicæ fortitudinis specimen exhibetis: quandoquidem illi etiam, dum flagellarentur, vexarentur, ac vincirentur, hæc multa cum voluptate tolerabant. Neque verò tantùm multa cum voluptate tolerabant, sed etiam dum catenis vincti essent, suo munere fungebantur, & de toto terrarum orbe soliciti erant.

F

quos hortatur ad fortiter pro Ecclesia agendum.

1068 Quocirca vestram etiam caritatem oro, ut ne idcirco animo concidatis, sed quantò majorem vobis sentitis infligi dolorem ex iis, quæ patimini, tantò etiam majorem animi alacritatem ostendite, vosque singulis diebus ecclesiarum curam gerite, quæ in toto sùnt orbe terrarum, ut conveniens malis remedium adhibeatur, neque idcirco reddamini segniores, quòd numero paucos vos esse videatis, & quòd undequaque vexemini. Non enim dubium est, quin, cùm ex his, quæ patimini, majorem vobis apud Deum fiduciam concilietis, majores inde quoque vires adepturi sitis. Date igitur operam, ut cùm sese offeret occasio, studium & alacritatem exhibeatis, ac tum per vos ipsos, tum per alios quoscumque, per quos licuerit, ea facere ac dicere studete, quæ procellam poterunt exortam sedare. Sic enim maximè profici poterit, si vos studium adhibueritis: quòd si nihil profici potuerit, vos nihilominus ob hanc animi alacritatem mercedem à benigno Deo recipietis.

1069 *Præstitisse* Chrysostomum, *quod in data*

Nicææ item scripta Epistola 221 ad Constantium,

ta Epistola faciendum monet, discimus ex alia, quæ certò Nicææ composita est, dataque ad Constantium presbyterum Antiochenum, illum ipsum nimirum, quem Antiocheni desiderabant episcopum, quemque ambitio Porphyrii non modò cathedrâ arcuit, sed etiam Antiochiâ ejecit, ut dicemus postea. Epistola hæc ponitur 221, & pag. 721 sic inchoatur: Nicææ quarto mensis Julii die (Græcè quarto die Panemi mensis) soluturus, hasce ad pietatem tuam dedi litteras. Hæc epocha non caret difficultate, cùm Pancmus mensis inchoëtur XXV Junii, sive diebus sex ante Julium. Attamen editores Operum Chrysostomi, uti & Hermantius lib. 7 cap. 4, Tillemontius art. 94, & Montfauconus in Vita pag. 157, sine scrupulo asserunt, hasce litteras datas IV Julii: quin & Montfauconus addit, Panemum esse Julium nostrum. Verùm Panemus pro majori quidem parte concurrit cum Julio nostro; sed sex diebus præcedit. Suspicor igitur mendum irrepsisse in textum Græcum, & pro τῇ τετάρτῃ quarto, fortè legendum τῇ δεκάτῃ decimo, nisi Epistola sit data XXVIII Junii, qui cum quarto Panemi concurrit. Poterat certè jam Nicææ esse Chrysostomus XXVIII Junii, si eò usque celeriter profectus est, ibique deinde ad quinque aut sex dies detineri. Attamen id mihi minùs apparet verisimile, ita ut magis credam Græcum textum esse corruptum. Quidquid sit, tertio die Julii Nicææ erat, ut patet ex Epistola eo die ad Olympiadem data; indeque eodem die aut sequenti discessit.

presbyterum Antiochenum, cui Phœniciæ

1070 *Scribit verò ad Constantium*, ad id te cohortans, *inquiens*, ad quod numquam cohortari desii, ... ut ne intermittas ea, quæ officii tui sunt, in ea, quam ab initio cepisti, administratione adimplere; Græcæ superstitionis exterminationem dico, ecclesiarum constructionem, animarum curam: neque te supinum aut socordem rerum difficultas faciat. *Tum rationes addit, ac deinde sic pergit:* Hæc igitur tecum reputans, domine mi, ne omiseris Phœniciæ, Arabiæ, & Orientis ecclesiarum curam gerere.... Neque tibi grave sit identidem ad nos scribere, sed & creberrimas litteras dato. Nam, sicuti nunc cognovimus, non Sebastiam, sed Cucusum, exsulatum ire jussi sumus, quò tibi litteras mittere facilius erit. Scribe igitur nobis, quot anno quolibet structæ sint ecclesiæ, & qui viri sancti in
C Phœniciam commigrârint, & si qua majora accesserint incrementa. Nam cùm Nicænum quemdam monachum inclusum reperissem, ei, ut ad pietatem tuam iret, & in Phœniciam proficisceretur, persuasi. An is ad te venerit, fac sciam.

& aliarum provinciarum ecclesias commendat.

1071 De Salamine, quod oppidum est in Cypro situm, & ab hæresi Marcionistarum opprimitur, acturus, cum quibus oportuit, & rem omnem feliciter confecturus eram, nisi ejectus fuissem. Quod si dominum meum Cyriacum episcopum Constantinopoli esse cognoveris, scribe ad eum hac de causa, & perficere is omnia poterit. Cohortare omnes, & potissimùm eos, qui fiduciam apud Deum habent, ut multùm & assiduè orent, ut præsens orbis terrarum naufragium conquiescat. Intolerabilia enim Asiam, aliasque urbes & ecclesias invaserunt mala *&c.* Hæc Chrysostomus, *in exsilio etiam & in ipso itinere curam gerens, non modò ecclesiæ Constantinopolitanæ aliarumque eidem subjectarum, sed simul quoque ecclesiarum ac provinciarum maximè dissitarum. Qui autem in illa Epistola memoratur Cyriacus episcopus, non est Cyriacus Synnadorum antistes, qui Chalcedone erat in carcere, sed alius Cyriacus, de quo iteratis vicibus fiet mentio, & qui revera erat Constantinopoli, ut ibidem satis patebit; sed cautiùs videtur processisse & timidiùs.*

AUCTORE J. S.

De Epistola 125 ad Cyriacum proponitur quæstio.

1072 *Nomen porrò Cyriaci episcopi me monet, ut hoc loco tractem controversiam, quam omittere non licet, de Epistola 125 inter Epistolas* Chrysostomi, *quam aliqui supposititicm crediderunt, alii defenderunt. Posset quidem post iter hæc quæstio agi; sed toties illa Epistola adducitur à Tillemontio in enarrando Sancti itinere, ut malim hoc loco, quàm seriùs, judicium meum proferre. Supposititicm credidit Halesius Anglus apud Savilium in Notis tom. 8 col. 856, rationesque attulit varias, quas utcumque discutit Joannes Boisius apud Savilium col. 888: atque ob styli diversitatem is opinatur,* Epistolæ hujus authorem non Chrysostomum fuisse, sed alium aliquem, cum Chrysostomo nec ingenio nec eloquentiâ comparandum. *Idem procul dubio opinatus est ipse Savilius, cùm Halesii judicium in Notis suis afferat, & eidem nihil opponat. Tillemontius Notâ 91 dictam Epistolam propugnare nititur ut genuinam, adducitque auctoritatem Photii, qui col. 1566 de illa Epistola, tamquam de fœtu genuino* Chrysostomi *meminit. Eam quoque* E *totis viribus defendere conatur Montfauconus in Monito prævio tom. 3 pag. 665 & seqq. Porrò cùm rationes Halesii non viderentur mihi contemnendæ, nec Boisii aut Montfauconi responsiones mihi facerent satis, oculos frequenter in hanc Epistolam intentos habui in enarrandis Sancti gestis, ut perspicerem, an aliunde confirmari possent, quæ in illa dicuntur. Verùm quantò diutiùs suspenso judicio in singula investigavi, tantò minùs Epistola illa mihi congruere videtur cum moribus ac gestis Sancti.*

Supposititia videtur, primò quia varia habet;

1073 *Quapropter vix ausim dubitare, quin fœtus sit suppositititius, centoque malè consutus, partim ex scriptis* Chrysostomi, *partim aliunde. Nolim tamen, studiosus lector meo acquiescat judicio, nisi rationes, quas allegabo, id videantur evincere. Prima ratio hæc est. Epistola illa habet aliqua, quæ cum historia* Chrysostomi *nequeunt conciliari. Nam primò titulus est:* Cyriaco episcopo exsulanti. *Exsilium illud Cyriaci etiam asseritur in Epistola ipsa pag. 669. At, licèt inter amicos* Chrysostomi *duos agnoscamus Cyriacos episcopos, alterum Synnadorum, alterum civitatis non satis notæ, neuter erat in exsilio,* F *quando hanc Epistolam scripsisset* Chrysostomus: *scripta enim supponitur, vivente Eudoxia, &* Cucusi anno 404, *ut credit Montfauconus, & quidem, ut vult Tillemontius art. 103, quando non diu fuerat Cucusi, seu circa finem Septembris. At Cyriacus Synnadorum episcopus anno 406 missus est in exsilium, alter fortasse numquam. Quapropter titulus ipsaque Epistola impostoris esse videtur.*

quæ aliàs nullibi reperiantur,

1074 *Secundò nullibi in* Chrysostomi *Epistolis, nec alibi reperire potui, quod in illa Epistola sub finem dicitur his verbis:* Ut autem in Cappadociam, atque etiam in Tauro-Ciliciam venimus, magno agmine sancti patres, ac monachi & virgines obviàm nobis prodibant, infinitam lacrymarum vim profundentes. *Hæc, inquam, nullibi invenio, ac fictitia credo, præsertim pro Tauro-Cilicia. Nam in Cappadocia quidem, antequam Cæsaream veniret, Sancto obviàm venerunt viri multi ac mulieres. Attamen nec agmina sanctorum patrum, nec monachorum aut virginum multitudines ibi quoque memorat, nedum in Tauro-Cilicia, quam Tillemontius art. 97 explicat,*

AUCTORE J. S.

Superiorem Ciliciam, ubi Taurus transitur. *Verùm ut Sanctus Cæsareâ Cucusum perveniret, non erat transeunda Cilicia, neque mons Taurus, sed solùm Antitaurus, ita ut illa Tauro-Cilicia aliud quidpiam significare debeat, aut omnino transeunda non fuerit. Verùm, quidquid vox illa significaverit, choros multos* patrum sanctorum virorum, *ut sonant voces Græcæ, distinctasque ab iis* multitudines monachorum & virginum, Chrysostomo *in Tauro-Cilicia obviàm venisse, tum demum credam, quando id in aliquo monumento magis probato invenero.*

quæque falsa videntur,

1075 *Tertiò in hac quoque Epistola legitur,* Chrysostomum *fuisse accusatum de concubitu cum muliere; uti & de communione aliquibus impertita* post epulas. *Verùm hasce criminationes nec in Actis apud Photium, nec in Socrate aut Sozomeno, nec apud Palladium aut in ullo genuino* Chrysostomi *Opere, nec demum in ullo monumento probatæ fidei reperimus. Quartò in omnibus editionibus, excepta editione Montfauconi,* Cucusus *in illa Epistola dicitur* Ciliciæ oppidum, *cùm sit in Armenia Minori, ubi semper memoratur à* Chrysostomo *in multis litteris; aut*

B *certè in Cappadocia latiùs extensa, ubi ponitur ab Athanasio in Historia Arianorum ad Monachos tom. 1 pag.* 348, *dum narrat S. Paulum Constantinopolitanum* quartò *fuisse relegatum* Cucusum Cappadociæ ad deserta Tauri. *Theodoretus lib. 2 cap. 5 narrat, S. Paulum* Cucusum *fuisse relegatum, additque:* Id exiguum oppidum est, olim quidem provinciæ Cappadociæ; nunc verò Armeniæ Secundæ attributum. *De* Chrysostomi *verò relegatione lib. 5 cap. 35 sic loquitur:* Cùm imperatori persuasissent, justam ac legitimam fuisse sententiam, non solùm urbe regia eum expulerunt, sed in parvum quoddam ac desertum Armeniæ oppidum relegârunt, cui nomen est Cucuso. *Poterat igitur aut Cappadociæ attribui Cucusus aut Armeniæ; at nullo modo Ciliciæ, quam ab illa parte terminat Taurus, inter Cucusum & Ciliciam medius: neque ullum inveni scriptorem, qui Cucusum Ciliciæ attribueret, neque ullum invenit Tillemontius, ut fatetur.*

nec satisfacit responsio ab aliquibus data.

1076 *Montfauconus in editione sua omisit illas voces,* Quod Ciliciæ oppidum est, *dicitque, eas non reperiri in duobus manuscriptis. Verùm duorum Mss. auctoritas tanta esse nequit, ut credamus, voces illas ab aliis editoribus inventas, fuisse omittendas. Neque majoris ponderis est responsio Tillemontii, asserentis terminos provinciarum subinde mutari, ideoque Cucusum olim forsan Ciliciæ fuisse, & tum etiam sic vocari ab aliquibus potuisse. Nam nulla est apparentia, aliquid olim Ciliciæ annumeratum fuisse, quod situm erat ultra Taurum. Si verò Cucusum aliqui alii Ciliciæ annumerâssent, id non prodesset ad Epistolam* Chrysostomo *attribuendam, cùm hic in suis Epistolis, tam in ipso itinere, quàm deinde Cucusi scriptis, Cucusum constanter figat in Armenia. Itaque non intelligimus, cur in hac una locum exsilii sui fixisset in Cilicia. Magis capimus, impostorem aliquem indoctum, qui Sanctum per Tauro-Ciliciam, omnibus antiquis ignotam, Cucusum ducere voluit, eique agmina sanctorum patrum, monachorum & virginum in locis desertis, & incursionibus Isaurorum maximè expositis, occurrentia exhibere, Cucusum quoque in Cilicia figere potuisse.*

C

1077 *Secunda, quâ Epistolam illam suppositiam credo, ratio est, quia nonnulla habet à moribus* Chrysostomi *aliena. Talis est primò mo-*

Secundò quia varia habet, à moribus

dus, quo calumnias in Epistola memoratas refutare fingitur. Nemo utcumque in Operibus Chrysostomi *versatus ignorat, quàm frequenter quámque graviter ille damnaverit juramenta temerè prolata; quis igitur ferat impostorem illum, qui Virum sanctum sine necessitate, sine utilitate, temerè cum sui exsecratione jurantem inducit, ut rejiciat calumniam, de cujus falsitate constabat amico, ad quem scribebat? Quis tam ineptum credat* Chrysostomum, *ut mox voluerit defendere factum, quod cum sui exsecratione negat, acsi ne jurans quidem fidem mereretur? Quis tam indoctum dicat* Chrysostomum, *ut non videatur distinxisse inter baptizare post cibum sumptum & sacrosanctum Christi Corpus alicui communicare? Hæc tamen omnia simul habemus in centone illo, pro quo, tamquam pro genuina Sancti Epistola, pugnârunt viri eruditi. Locum Epistolæ subdo:* Multa adversum me struxerunt: aiuntque me post epulas quibusdam communionem impertiisse. Hoc si feci, de episcoporum libro nomen meum expungatur, nec in orthodoxæ fidei volumine scribatur, quoniam ecce si quidquam ejusmodi perpetravi, Christus è regno suo me abjiciat. Quod si mihi obstinata mente id objicere pergunt, Paulum etiam de dignitatis gradu dejiciant, qui cœnatus universam domum baptizavit; Domino item ipsi auctoritatem abrogent, qui Apostolis cœnam post communionem dedit. E

Sancti prorsus aliena,

1078 *Eadem verbis utcumque mutatis leguntur in Homiliæ ante exsilium parte supposititia tom.* 3 *pag.* 417 *&* 418, *ubi de facto Pauli dicitur,* quòd post cœnam custodi carceris baptisma contulerit. *Factum narratur Act.* 16, *ut ad marginem quoque notatur. Verùm custos ille carceris conversus est post mediam noctem, ac deinde baptizatus cum omni domo sua. Post baptismum verò* ℣ 34 appositum eis mensam. *Itaque falsum est, quod allegatur de Paulo: quod verò de Christo affertur, nequit trahi in exemplum sine summa impudentia. Hæc igitur* Chrysostomo *attribuere non possumus, nisi Virum eruditissimum & mitissimum, maximè in exsilio, ineptissimum simul & impudentissimum facere velimus, planéque demum sui dissimilem. Quare inimici ipsius, si novas voluerunt concinnare calumnias, eidem talia scripta supponere potuerunt. Æquè à moribus Sancti aliena sunt, quæ in Epistola mox sequuntur:* Quin me quoque, *ait,* cum muliere concubuisse F criminantur. Exuite corpus meum, & membrorum meorum mortificationem reperietis. *Quidquid Tillemontius aut Montfauconus dixerint, numquam mihi persuaderi sinam, verba illa esse* Chrysostomi, *præsertim cum scripsisset illa ad amicum, cui ipsius castitas erat nota, cúmque numquam de tali crimine accusatus fuisse videatur. Non erant sanè verba illa Viri sancti amicum ad patientiam instituentis; sed vani & impudentis, qui se inverecundâ gloriolâ defendisset, ubi nulla defensio erat necessaria.*

ejusque humilitati adversantia.

1079 *Rursum à moribus* Chrysostomi *longissimè abhorret, quòd sanctos patres, monachos ac virgines obviàm venientes, auctor asserat dixisse:* Satius fuisset solem radios suos subtrahere, quàm Joannis os conticere. *Hæc nimirum Cappadocibus & Tauro-Cilicibus, qui fortè Sanctum numquam audierant, attribuuntur verba. At si illi tanta cum exaggeratione ipsius eloquentiam laudâssent; ipse potiùs illos reprehendisset, quàm verba illa ad amicum perscripsisset, & quidem sine ulla censura, ita ut dicta videretur approbare; quod à Sancti modestia quàm maximè erat alienum. Prætea*

AUCTORE J. S.

A *rea Arsacius in illa Epistola nominatur, & graviter perstringitur: imperatrici verò nominatim iteratò attribuitur culpa exsilii. Neutrum in ulla alia Epistola fecit* Chrysostomus, *admirabili sanè modestia & patientia à nominandis inimicis suis abstinens, quamvis aliàs facta adversum se generatim subinde improbet. In sola Epistola ad Pontificem nominat Theophilum Alexandrinum, ut necesse planè erat; alium nullum nomine expressum invenio; imò vix ullum duriùs perstrictum reperio, nedum imperatricem. In Epistola* 14 *ad S. Olympiadem narrat ea, quæ passus erat Cæsareæ in Cappadocia, ibique nominat Pharetrium civitatis illius episcopum, cujus culpâ egredi erat coactus: sed pag.* 599 *bis monet Olympiadem, ne ea cuiquam enuntiet. Itaque non credidero,* Chrysostomum *nominatim imperatrici culpam exsilii sui attribuere voluisse, aut iis verbis Arsacium perstringere, quæ leguntur in Epistola. Quamvis enim nolim contendere, id ei fuisse illicitum; ex perpetua tamen ipsius in exsilio modestia & patientia id factum non esse puto, maximè cùm Epistola aliis argumentis abundè Sancto abjudicari possit.*

B 1080 *Nam & tertia accedit ratio, quæ in aliis Montfaucono & Tillemontio sola frequenter sufficit. Ut rectè observavit Halesius,* stylus Chrysostomum non refert, *nisi in illis locis,* ubi Chrysostomus planè compilatur. *Præterea non tales litteras ad episcopos Sanctus scribere solet, sed ad pias mulieres tam prolixas dedit Epistolas consolatorias. Nullam reperias ad episcopum Epistolam tantæ prolixitatis, iisque infartam argumentis ad consolandum, ut Homiliis magis congruant quàm Epistolis. Si id pro S. Olympiade fecit Sanctus, fecit, quia querebatur se ipsius doctrinâ orbatam. At episcopum tam prolixis ex sacra Scriptura rationibus consolari noluisset, opinor,* Chrysostomus, *ne doctorem velle docere videretur. Illud tamen magis ridiculum in illa Epistola occurrit. Fingitur scribere ad episcopum exsulantem; nec ullum tamen directè profert verbum, ut ærumnas exsilii ipsius leves reddere conetur; sed aut de propriis adversis semper loquitur, aut generalia profert documenta. Quid multa? Ita scripta est Epistola, acsi Cyriacus tantùm doluisset de exsilio* Chrysostomi, *non item de proprio. Quid, obsecro, sano judicio magis est contrarium? Non sic*

C *egit* Chrysostomus, *quando scripsit ad episcopos & presbyteros carceri inclusos; sed ubique ipsorum adversa constantiamque & patientiam loquitur, nec sua ipse prædicat; uti in hac fecisset Epistola.*

1081 *Quapropter centonem esse existimo indocti hominis, qui non tanto valebat judicio, ut congrua personis corradere sciret. Totum initium ex prima Epistola ad Olympiadem desumptum est, sed nonnihil contractum. Tum aliqua sequuntur ex Sermonibus ante exsilium habitis, & partim supposititiis, quæ planè inepta sunt in Epistola illa. Post alia, quæ ex variis* Chrysostomi *locis desumi potuerunt, rursum multa subduntur ex prima ad Olympiadem Epistola, ex qua multa in hanc translata esse fatetur ipse Montfauconus. Verùm ait, frequenter eadem ferè occurrere in Epistolis* Chrysostomi; *in hac autem omnia aptè fluere. Neutrum ego in iis reperire potui. Nam frequenter de iisdem ferè scribit ad varios; sed non ita, ut altera Epistola ex altera videatur composita. Adeo verò non aptè omnia fluunt in Epistola ad Cyriacum, ut auctor iteratis vicibus omnino resiliat ab argumento proposito, sæpe etiam omnino fiat ineptus, imò etiam sacræ Scripturæ contrarius.*

Tertiò aliena est Epistola a methodo Chrysostomi.

Quartò cento est ex variis compactus,

multaque habet inepta.

1082 *Certè aptè non cohæret cum præcedentibus, quod pag.* 668 *dicitur:* Monet me his verbis Apostolus: "Deus hominis personam non accipit *&c.*„. *Nam statim subditur iis, quæ dicuntur ad ostendendum vitæ calamitates non esse timendas. Et sic plura reperiuntur, non satis cum præcedentibus connexa. Ineptum verò est illud de Epulone divite dictum pag.* 669: Ubi lictores? Ubi satellites? *&c. Alia nihilo aptiora mitto: videri tamen potest num.* 1077 *Christi exemplum ineptissimè adductum. Ibidem quoque monui, Scripturæ contrarium esse, quod de Paulo profertur. Æquè contrarium est Euangelio Marci* 15, *quod habetur pag.* 670 *de Petro & Paulo Apostolis:* At postea (*post aliquot persecutiones*) omnia ipsis plana & facilia fuerunt. *Contrarium liquet ex Scripturis, & ex ipso frequenter* Chrysostomo. *Cetera hanc disputationem paulò prolixiorem feci, quia alii viri eruditi Epistolam illam pro genuina habuerunt, ex eâque solâ aliqua de* Chrysostomo *narrârunt: cùm enim Sancto suppositam, eoque prorsus indignam putem; à factis in ea sola relatis constanter abstinere statui.* E

§ LXX. Aliquot Epistolæ scriptæ: Sanctus graviter ægrotans venit Cæsaream, ibique alias scribit Epistolas.

Sanctus ex Bithynia proficiscitur in Galatiam:

J*Am ostendi,* Chrysostomum *verisimiliter Nicææ discessisse die* IV *Julii. Nicæâ autem, quæ urbs est Bithyniæ, versus Galatiam iter direxit. Hujus verò provinciæ metropolis erat Ancyra, cujus episcopus Leontius fortiter, ut vidimus, contra Sanctum egerat in posteriori episcoporum congregatione Constantinopoli. Itaque illum fortè innuit in Epistola* 14, *ubi ait:* Nam cùm Galata illo, qui etiam nobis mortem penè minitatus est, defuncti, jam (*ex Galatia*) in Cappadociam ingredi pararemus, multi nobis in via occurrunt, dicentes: Dominus Pharetrius (*Cæsareensis in Cappadocia episcopus, item inimicus*) te exspectat, ac quaquaversum iter facit, ne tuo congressu fraudetur, nihilque non operæ ac laboris suscipit, quò te videat & complectatur, atque omne charitatis specimen tibi exhibeat. Monasteria etiam, tum virorum, tum mulierum, commovit. Ego autem hæc audiens, nihil quidem horum exspectabam; verùm contraria omnia animo efformabam: tamen eorum, qui mihi hæc nuntiabant, nemini quidquam horum eloquebar. *Noverat nimirum* Chrysostomus, *Pharetrium sibi sincerum non esse amicum, nec quidquam ab illo boni exspectabat. Verùm, antequam reliqua illius itineris & morbi incommoda videamus, tres assignare placet Epistolas ante morbum, ut opinor, scriptas.* F

Epistola 121 *ad Arabium,*

1084 *Hisce fortè occasionem dedit Epistola, quam accepit ab Arabio amico Constantinopolitano, qui de Sancti exsilio multùm dolebat, & domum suam, quam Sebastiæ, quantùm apparet, ille possidebat, aut certè in ejus vicinia, pro Sancti hospitio offerebat. Respondet* Chrysostomus *Arabio per Epistolam* 121, *probè sibi cognitum esse*

AUCTORE J. S.

ipsius dolorem ex litteris acceptis, nec antea fuisse ignotum, cumque laudat, quòd tantam Ecclesiæ perturbationem lugeat. Tum hortatur, ut pro Ecclesia oret, & litteras frequenter ad se mittat. Demum hæc subjungit : Quoniam autem nos in domum tuam divertere jussisti, ut post profectum (*imò* exiens, *aut* egressus, *Græcè* ἐξελθών) didici; scito inimicis nostris non jam placuisse, ut Sebastiam abduceremur, verùm in desertissimum lolum Armeniæ Cucusum, atque ob Isaurorum incursionem periculosissimum. Tibi tamen gratiam habemus, honoremque accepimus, quòd etiam cùm abessemus, tanta te nostrî cura tenuit, ut hospitium quoque nobis parares, atque, ut domi tuæ diversaremur, obsecrares. Verùm, si quos Cucusi amicos habes, ad eos litteras mittas, velim. *Ita* Chrysostomus, *quem eodem tempore dedisse Epistolam* 8 *ad S. Olympiadem non dubito, cùm in ea sic habeat :* Quandoquidem nunc, cùm carissimus dominus meus Arabius ad me scripsisset; admiratus sum te nihil ad me litterarum misisse; idque cùm domina mea, ipsius uxor, valde te amet.

Sanctus dolorem Arabii laudat; Olympiadem dolere non vult.

B

Octava ad Olympiadem ante morbum scriptæ,

1085 *Utramque autem Epistolam fuisse scriptam in itinere ante morbum, quo laborare cœpit, antequam Cæsaream perveniret, colligitur ex iis, quæ in octava ad Olympiadem scribit his verbis :* Quòd si etiam alteram consolationem quæris, nos qui tot ac tanta mala pertulimus, commoda valetudine utimur, atque in securitate degimus, varias continuasque nostras afflictiones ac calamitates atque insidias in summa quiete recensentes, earumque recordatione nos ipsos perpetuâ lætitiâ perfundentes. *Hæc, inquam, ostendunt, Epistolam hanc esse scriptam, antequam in morbum incidit, & priusquam eò usque pervenisset, ut timendæ essent Isaurorum incursiones : nam neque morbo illo liberatus omnino est in itinere, neque Isaurorum incursiones timere desiit, antequam Cucusum pervenerat. Initium quoque Epistolæ huic favet conjecturæ. Quippe de occurrentibus sibi in via ita loquitur, ut verba insinuent, ipsum de iis necdum ad Olympiadem scripsisse.* Hoc certè futurum erat, *inquit*, ut ne quidem, cùm ab urbe secessissem, iis, qui animum nostrum conterunt, liberarer. Nam qui mihi in via obviàm fiunt, partim ab Oriente, partim ab Armenia, partim ex alia quavis orbis parte, lacrymarum fontes profundunt, cùm nos intuentur, & gemitus edunt, ac toto itinere lamentis nos prosequuntur. Hæc autem idcirco à me commemorata sunt, ut intelligatis, nos multos habere, qui in eodem, quo vos, dolore versentur. Hoc porrò ad consolationem non parùm momenti affert *&c.*

C

non verò inter Cæsaream & Cucusum.

1086 *Tillemontius art.* 97 *duas illas Epistolas figit inter Cæsaream & Cucusum, verisimiliter propter ea, quæ dicuntur de occurrentibus* ab Oriente *&* ab Armenia. *Verùm inter Cæsaream & Cucusum Sanctus numquam* commoda *usus est* valetudine, *nec* in securitate *fuit, sed in metu perpetuo, ut videbimus. Orientalium autem & Armenorum occursum præ ceteris memorat, quia magis mirandum erat, tam multos ex provinciis satis dissitis usque in Cappadociam, aut fortè etiam Galatiam occurrere. Hinc paulò post dicit,* istud magnam consolationem afferre, nimirum orbem universum mœroris socium habere. *Itaque tertia hæc est Epistola ex iis, quas ad Olympiadem scriptas habemus, figendaque est mense Julio, quando Sanctus erat in Galatia, aut Cappadociam non diu ingressus.*

1087 *In fine meminit illius, quod ipsam monuerat in præcedenti Epistola,* 111 *Julii data, ita scribens :* Gravem hanc mœroris sarcinam abjice, deque eo nos fac certiores, ut, quemadmodum etiam ad te scripsi, cùm mœrorem tuum litteris nostris levari perspectum habuero, crebriùs hujusmodi pharmacum adhibeam. *Lubet hîc observare, quàm diverso modo Sanctus tractaverit eodem tempore S. Olympiadem & Arabium, pro diversitate personarum. Nam, quia tantus erat dolor Olympiadis, ut meritò timeret, ne nimio luctui succumberet, nihil non agit ad ipsius tristitiam depellendam. Contrà, quia justissimam noverat esse dolendi causam, neque excessum doloris in Arabio timebat, ei scribit :* Horum (*luctuum*) tu mercedem à benigno Deo exspecta : est enim etiam mœroris merces magna atque ampla *&c. Ad Arabium quoque data est Epistola* 48, *sed incerto tempore, & nihil habet singulare.*

Monet Theophilum presbyterum de cura gregis sui gerenda.

1088 *Tertia Epistola, quæ fortè eodem tempore, aut certè in itinere paulò citiùs aut seriùs data est, ponitur* 119 *ad Theophilum presbyterum. Erat ille unus ex presbyteris, qui populum* Chrysostomo *adhærentem pro concione instituebat. Hortatur igitur ipsum, ut strenuè id faciat, eaque de re crebrò scribat. Monet autem, se primò scribere, ut ipsi præbeat scribendi fiduciam. Tum,* Mihi litterarum, *inquit*, quæ de nominis tui claritate, cui quantopere faveam, non ignoras, certiorem faciant, ingentem copiam mitte : nec permitte, ut mœroris tyrannis in silentium te conjiciat. Verùm eam quâvis araneæ telâ faciliùs dirumpe, atque alacrem te in acie præbe, per ingentem fiduciam ac libertatem adversarios sternens. Nunc adipiscendæ gloriæ, atque ingentis quæstus faciendi tempus est. . . Hæc igitur ipse quoque animo complectens, nempe periculorum, lucri etiam magnæque gloriæ, ac præmiorum omni sermone præstantiorum, tempus esse, fac animi tui pennam excites, atque excusso mœroris pulvere, magna cum facilitate universam phalangem obeas, omnesque instruas, acuas, excites, corrobores, promptioresque ac diligentiores reddas. Atque hæc nobis per litteras tuas expone *&c. Hæc ostendunt, Sanctum suorum curam non abjecisse, nec voluisse, ut illi Arsacium agnoscerent episcopum. Mandaverat quidem ante discessum, ut, si quis* omnium consensu, *& sine ambitione electus esset episcopus, illi obedirent, ut dictum est num.* 1021. *Verùm eo modo electus non erat Arsacius. Præterea Innocentius Papa cum Occidentalibus episcopis & non paucis Orientalibus omnia contra Sanctum gesta improbabat.*

E

F

Epistola 9 ad Olympiadem :

1089 *Hactenus Sanctum de nulla corporis infirmitate conquerentem audivimus, nec de metu Isaurorum in via tolerato : nec dubito, quin Tillemontius art.* 95 *nimis citò agat de morbo Sancti, & de timore ab Isauris illato. Verùm morbo jam erat correptus, quando scripsit Epistolam* 9 *ad Olympiadem, quam ea de causa perbrevem esse opinor. Nihil quidem in ea de morbo suo memorat, sed nec dicit, se in sanitate esse, ut aliàs semper ad ipsam scripserat. Locum scriptæ Epistolæ exprimit his verbis :* Hæc cùm jam Cæsareâ non longè abessem, ad te scripsi. *Quo autem animo populi ipsum aspicerent, simul memorat, simulque eam consolatur, ita scribens :* Cùm viros ac feminas magno agmine per mansiones, per urbes, sese effundentes, atque ad nostrî aspectum collacrymantes intueor, quo in statu ipsi sitis animadverto. Nam cùm ii, qui nunc primùm nos viderunt, mœrore ita frangantur, ut

ne

A ne emergere quidem facilè possint; verùm, cùm eos rogamus & obsecramus atque admonemus, ferventiores lacrymarum fontes profundant; dubium profectò non est, quin gravior apud vos tempestas sit. Sed quò gravior tempestas est, eò quoque ampliora præmia futura sunt, si perpetuò ea cum gratiarum actione sufferatis, ut etiam suffertis. *Hisce quædam addit ad consolandum monita.*

Sanctus dura patitur in via: scribit ad Theodoram

1090 *Porrò multò plures Epistolas Sanctum scripsisse, priusquam Cæsaream pervenit, & non paucas esse perditas, liquet ex Epistola* 120 *ad Theodoram, quæ Cæsareæ scripta est. Affirmat enim, hanc esse* quartam, aut .. etiam quintam, *quam ad ipsam miserat, cùm tamen ex prioribus nullam habeamus. In illa porrò luculenter declarat, quàm gravia passus sit, antequam Cæsaream perveniret. Nam sic orditur:* Confecti atque consumpti sumus: sexcenta mortis genera oppetiimus, idque accuratiùs ac certiùs narrare poterunt, qui has literas tibi reddent: quamvis alioqui perexiguo temporis puncto mecum fuerint. Quibuscum etiam ne tantillum quidem colloqui potui, continuis nimirum febribus dejectus:

B quibus cùm tenerer, dies noctesque iter facere cogebar, sic videlicet, ut & æstu opprimerer, & vigiliis conficerer, & rerum necessariarum penuriâ, eorumque, qui mei curam gerere possent, inopiâ, perditè conflictarer. Siquidem iis, qui ad metalla damnati sunt, & in vinculis tenentur, graviora & atrociora pertulimus, atque etiamnum perferimus. Tandem autem aliquando & ægrè Cæsaream perveni, perinde atque à tempestate ad tranquillitatem & ad portum. Verùm ne hic quidem portus eam vim habuit, ut me ex iis malis, quæ ex tempestate contraxeram, recrearet: usque adeo me, ut jam dixi, prius tempus confecerat. Sed tamen Cæsaream ingressus, animum aliquantùm resumpsi, quoniam puram aquam bibi, panemque minimè fœtidum ac prædurum comedi: quoniam in doliorum fragmentis non ut antea (*lege*, non in doliorum fragmentis, ut antea) corpus lavi, sed balneum, qualecumque tandem illud, nactus sum: quoniam denique potestas interim mihi lecto decumbendi facta est. Plura dicere licebat: verùm ne animum tuum conturbem, hîc sermoni finem impono. *Ita Sanctus ad Theodoram, cui omnia sine dissimulatione exponit,*

C *fortasse ut eam pro bona causa ferventiorem faceret: nam in fine Epistolæ videtur ipsam modestè pungere, quòd non præstaret omnia, quæ potuisset.*

& ad Olympiadem Cæsareæ: morbus

1091 *Cæsareæ item scripsit ad S. Olympiadem Epistolam* 12, *quæ ad ipsam est quinta. Verùm ne ipsam nimio afficeret dolore, multa dissimulat.* Cùm, *inquit*, ex eo morbo evasissem, quo in itinere laboravi, cujusque reliquias Cæsaream usque tuli, jamque ad integram valetudinem rediissem, ex ipsa Cæsarea hæc ad te scripsi, in qua multis mihi adhibitis remediis meliùs habui, præstantissimos nimirum celeberrimosque medicos nactus, à quibus, non tam artis subsidiis, quàm commiseratione atque amicitiâ curabar. Quorum etiam unus nobiscum unà se profecturum spopondit: atque item alii complures ex iis, qui dignitatibus præditi sunt. *Ita quidem ibidem* Chrysostomus, *à febri fortasse liber eo die, quo scribebat, dicensque de sanitate sua, quantum poterat, ut Olympiadem suam non magis contristaret. Verùm in duabus Epistolis, deinde Cucusi scriptis, quando revera meliùs habebat, abundè declarat, morbos suos non omnino cessâsse Cæsareæ, licèt utcumque ibi fuerit recreatus. In Epistola* 13 *fatetur, se antea noluisse mala itineris Olympiadi exponere.* Nunc enim, *inquit*, postcaquam ea, quæ dolorem nobis afferebant, effluxerunt, jam tibi ea exponimus. Nam cùm in ipsis adhuc versarer, hoc facere nolui, ne te in magnum mœrorem conjicerem. Triginta enim propemodùm dies, aut etiam ampliùs, cum acerbissimis febribus colluctari non destiti: atque ita longum hoc & molestum iter agebam, aliisque item gravissimis stomachi morbis obsessus. AUCTORE J. S.

Sancti in itinere, gravissimaque

1092 Jam quæ hinc sequerentur, considera; nempe cùm nec medici præsto essent, nec balnea, nec res necessariæ, nec alia commoda: ac præterea Isaurorum metus nos undique premeret, aliaque mala, quæ ex itinerum difficultate nasci consueverunt, hoc est cura, solicitudo, animi consternatio, inopia eorum, à quibus curari possem. At nunc omnia hæc evanuerunt. *Paulò post ait:* Itineris molestiam sexcentis exsiliis graviorem esse duco. Siquidem peregrinationis hujusce difficultas ad ipsas mortis portas nos detulit. *Necdum in illa Epistola totum exponere voluit; sed plura etiam addidit in Epistola* 14, *ibidem serius scripta, ubi pag.* 595 *sic habet:* E Postquam autem tandem aliquando Cæsaream ingressus sum, labore ac macie confectus, in ipso febris ardore positus, languens atque extremos dolores perpetiens, hospitium in ultimo urbis recessu situm nactus sum, dabamque operam, ut medicos convenirem, ac fornacem illam exstinguerem. Eram enim in ipso febris tertianæ ardore. Quò etiam accedebat itineris ærumna & fatigatio, corporis contritio, eorum, à quibus curarer, inopia, rerum necessariarum penuria, illudque item, quòd nullum medicum præsto haberem, quódque & labore ac lassitudine, & caloris æstu, & vigiliis divexarer, ac denique penè exanimis in urbem ingressus essem.

incommoda, quæ cum morbo sustinuit in via

1093 Tum verò mihi clerici omnes, populus, monachi, monachæ, medici affuerunt: à quibus perquam officiosè acceptus sum, omnibus famulantibus, & omnia mihi subministrantibus. Nihilominus tamen ingenti flammæ ardore deflagrans, in extremo periculo versabar. Demum paulatim remittere ac sedari morbus cœpit. *Attamen non ita omnino morbus remisit, ut non premeret* vehementer, *quando coactus est Cæsareâ discedere, ut paulò pòst ipse affirmat. Rursum pag.* 597 *dicit, febri se laborâsse, quando egressus est. Ubi verò pag.* 598 *enumerat mala, quæ jam urbe egressus, passus est, inter ea recenset, quòd* febris urgeret. *Ex hisce liquet,* triginta *illis* propemodum diebus, *quibus se febribus laborâsse dicit, annumerandum esse totum tempus, quo fuit Cæsareæ; & verisimiliter etiam tempus illud, quo Cæsareâ profectus est Cucusum: nam ibi tantùm cessâsse febrim existimo, cùm satis apertè dicat in Epistola* 13, *Cucusi morbo finem esse impositum.* Ut enim, *inquit pag.* 593, Cucusum venimus, tum morbum omnem unà cum reliquiis abjecimus. *Huic quoque opinioni favet Epistola* 193, *ubi ait, se Cucusi* non mediocriter ex itinere contractam infirmitatem sanare *potuisse: & Epistola* 194, *in qua dicit, se* morbi reliquias etiamnum *circumferre.*

F

Cucusum usque: itineris chronotaxis.

1094 *Accedit Epistola* 234, *ubi toti itineri attribuit* dies fermè septuaginta, *additque:* Unde potest amplitudo tua colligere, quot & quanta mala passi fuerimus, cùm & Isaurorum metus nos undique premeret, & cum intolerandis febribus colluctaremur. *Nam hæc mala non videtur finire an-*

AUCTORE J. S.

ante adventum, ut clariùs etiam facit in aliis epistolis. Ex allegatis porrò qualiscumque chronotaxis deduci potèst. Discessit Constantinopoli XX *Junii. Itaque septuaginta fermè dies ducunt ad finem propemodùm Augusti, ita ut videatur Cucusum venisse circa* XXVI *aut* XXVIII *Augusti. Febris igitur inchoata est sub finem Julii, quando ingressus erat Cappadociam, sex fortè aut octo circiter diebus, antequam Cæsaream veniret, fortasse etiam pancioribus. Nam si citiùs morbus Sanctum corripuisset, procul dubio in urbe aliqua medicum invenisset, ibique substitisset, quemadmodum substitit Cæsareæ. Totum quoque iter hoc modo potest ordinari. Circa initium Julii venit Nicæam Bithyniæ. Inde* IV *Julii discessit, ita ut Ancyram Galatiæ pervenire potuerit circa medium Julium. Discedens inde Cæsaream, in itinere correptus est febri sub finem Julii, ac Cæsaream pervenire potuit sub initium Augusti. Cæsareâ, ubi ob morbum diutiùs moratus est, discedere potuit circa* XX *Augusti, atque intra octiduum Cucusum pervenire. Hæc sufficiunt pro qualicumque itineris illius tam difficilis idea.*

Exsilii mutatio ad locum propinquiorem

B

1095 *Ceterùm aliqui ex amicis* Chrysostomi *laborabant, ut locus exsilii ipsius mutaretur, ipseque duceretur in locum minùs desertum, minúsque remotum. Id ille ipse non illibenter vidisset, verisimiliter ut Constantinopolitanis suis meliùs posset prospicere. Certè in Epistola* 120 *jam laudata ad Theodoram ita scribit:* Illud addam, ut tecum agam, ne eos, à quibus amamur, probris umquam insectari desistas, quòd, cùm tot amicos tantisque opibus & potentiâ præditos habeamus, haud tamen illud consequuti sumus, quod etiam scelerati homines impetrant, nempe ut in mitiore ac propinquiore aliquo loco collocaremur. Verùm corpore etiam nobis jam fracto atque confecto, & Isaurorum terrore omnia obsidente, exigua quoque & vilis hæc gratia nobis negata est. *Videntur hæc ipsam quoque tangere Theodoram, licèt quasi de aliis scribantur. Nam in fine Epistolæ dicit:* Illud me malè habet, quòd me ex animo tuo confestim ejecisti; ut quæ tam longo tempore unam dumtaxat Epistolam ad me miseris. Quocirca, si nihil grave ac molestum abs te petimus, hoc nobis præbe, quod tui arbitrii est tuæque potestatis. Nam de cæteris rebus nihil tibi negotii facesso; ne, præterquam quòd nihil proficiam, etiam gravis & importunus tibi esse videar.

C

pro Sancto petita videtur, sed non obtenta.

1096 *Hæc innuunt,* Chrysostomum *antè egisse cum Theodora, ut locum ope amicorum curaret mutandum. At repulsam passus, verbis mox datis hæc adjungit:* Hoc quoque nomine Dei gloria prædicetur: neque enim ei propter omnia gloriam exhibere desinimus. Sit nomen ejus benedictum in sæcula. *Ad amicos Theodoræ respicit, opinor, quando in duodecima ad Olympiadem scribit sequentia:* Nam de loci commutatione nolim aut ipsi aut cuiquam alii negotium facessas. Beneficium accipimus: fortasse enim voluerunt, nec potuerunt. Gloria Deo propter omnia. Neque enim umquam in iis omnibus, quæ mihi contingunt, hoc verbum usurpare desinam. Esto autem, istud non potuerint. An etiam scribere non potuerunt? *Tum laudat Pergamii, viri illustris jam antè memorati, sororem, quòd sibi conciliâsset amicitiam ducis cujusdam, qui gener erat Pergamii. Ita Sanctus prudenter amicitiam colere studebat cum viris illustribus, & amicos negligentes de officio subinde monebat, mira tamen cum modestia.*

D

§ LXXI. Sanctus dolo Pharetrii Cæsareâ discedere cogitur, magnaque pericula & incommoda patitur: tandem venit Cucusum, ubi optimè excipitur, & mox scribit ad varios.

Chrysostomus gravissima Cæsareæ passus,

QUàm *gravia passus sit* Chrysostomus, *quando Cæsareæ appropinquabat, quámque gravi morbo ibidem laborârit, jam vidimus. Quanto verò cum periculo inde coactus sit discedere, modò videbimus. Narravit ipse omnia S. Olympiadi in Epistola* 14, *quam Cucusi scripsit, postquam erant transacta. Attamen, cùm omnia Pharetrii episcopi culpâ contigissent, sollicitè monet Olympiadem, ne rem divulget Constantinopoli,* E *addita hac ratione pag.* 595: Verùm hæc, quæso, nemo adhuc sciat; tametsi multi sint, qui in vulgus spargant. Significavit enim mihi dominus meus Pæanius, ipsius quoque Pharetrii presbyteros illic adesse, qui affirmârint se nobiscum communicare, nec cum adversariis commune quidquam habere, nec cum illis versari aut commercium ullum iniisse. Ne igitur eos conturbemus, cave ne quisquam hæc sciat. Siquidem perquam gravia & acerba sunt, quæ nobis acciderunt. Atque etiamsi nihil aliud molestiæ atque acerbitatis pertulissem, ea tamen, quæ illic contigerunt, ad innumeras mihi palmas conciliandas abundè sufficerent: usque adeo in vitæ quoque discrimen venimus. Te autem oro, ne quid eorum evulges: ac breviter tibi ea exponam, non ut tibi mœrorem afferam, sed ut voluptatem. Nam hæ mihi sunt quæstûs occasiones, hæ meæ opes, hæc scelerum meorum consumptio, dum per hujusmodi tentationes sine ulla intermissione gradior, in easque ab iis inducor, à quibus minimè exspectabam.

quod (aliis Sanctum colentibus,) episcopus discessum urgeret.

F

1098 *Qua autem occasione Pharetrius tam malè* Chrysostomum *excepisse videatur, declarat pag.* 598, *ita scribens:* Harum autem calamitatum, ut existimo, hæc causa fuit. Cùm primùm Cæsaream ingressus sum, omnes, qui magistratu fungebantur, ex vicariis, ex præsidiis, sophistæ, extribuni, plebei omnes, singulis diebus me visebant, colebant, in oculis ferebant. Hæc, credo, Pharetrium pupugerunt: nec invidia ea, quæ nos Constantinopoli pepulit, hîc quoque à nobis abscessit, ut quidem opinor: neque enim affirmo & assevero, sed conjicio. *Sive hæc fuerit causa, sive quia Pharetrius cum inimicis Sancti occultè conspirabat; saltem nullum benevolentiæ indicium* Chrysostomo *præbuit, ne initio quidem, quando gravissimè ægrotabat. Nam, ut narrat pag.* 596, *dum* clerici omnes, populus, monachi, monachæ, medici *officiosissimè ad ægrotantem accurrebant, ipse non comparuit.* At interim, *inquit*, nusquam Pharetrius: verùm discessum nostrum exspectabat. Quod cur ita ipsi visum fuisset, haud scio. Cùm igitur morbum sensim remissum & sedatum esse vidissem, jam de discessu mecum ipse agitabam, ut Cucusum pervenirem, atque ab itineris calamitatibus

A bus nonnihil conquieſcerem. *Verùm hoc Sancti conſilium impediverunt Iſauri, de quorum incurſionibus hic primùm in itinere ſuo Sanctus meminit, ita ut exiſtimem, ab ipſis nihil antè periculi fuiſſe in itinere, niſi fortè prope Cæſaream.*

licèt Iſauri omnia circa Cæſaream haberent infeſta.

1099 *Situs Iſauriæ, quam incolebant Iſauri, perpetuis ferè depræda*tionibus vicinarum provinciarum famoſi, id etiam perſuadet. *Nam Iſauria, regio aſpera & montana, quam hi latrones incolebant, in Tauro ferè ſita eſt inter Ciliciam & Pamphiliam. Nec longè diſtabat ab ea Cappadociæ parte, in qua eſt Cæſarea, ſed longiùs aberat à Galatia, & ea Cappadociæ parte, quæ Galatiam attingit; & per quam Cæſaream proficiſcebatur* Chryſoſtomus. *His obſervatis, ipſum miſerias ſuas enarrantem audiamus.* Cùm hoc ſtatu, *inquit*, res noſtræ eſſent, ſubitò ad nos affertur, Iſauros cum infinita hominum manu Cæſarienſem agrum populari, ac ingens quoddam oppidum incendiſſe, cum ingenti clade. Qua re audita, tribunus acceptis his militibus, quos habebat, ex urbe exceſſit. Timebant enim, ne urbem quoque adorirentur. Atque omnes in metu ac trepidatione erant, de ipſo quoque patrio ſolo periclitantes: adeo ut ſenes etiam ipſi murorum cuſtodiam ſuſciperent.

B

Nam agmen monachorum, inſtigante epiſcopo,

1100 Cùm res eo loco eſſet, repentè ſub auroram monachorum cohors, liceat enim mihi ad eorum furorem exprimendum hoc vocabulo uti, ad hanc domum, in qua eramus, acceſſerunt, eam incenſuros, nobiſque extrema quæque mala illaturos minitantes, niſi abſcederemus. At nec Iſaurorum metus, nec morbus tam vehementer nos premens, nec aliud quidquam humaniores eos ac moderatiores effecit: verùm inſtabant atque urgebant, tantum furorem ſpirantes, ut etiam ipſi prætorii milites metu afficerentur. Nam ipſis plagas denunciabant: & gloriabantur, quòd multos prætorios milites fœdè verberâſſent. His verbis auditis, prætorii milites ad nos confugerunt, meque rogârunt atque obſecrârunt, ut etiamſi in Iſaurorum manus nobis veniendum eſſet, tamen eos his belluis liberarem. Quod cùm ad urbis præfectum allatum eſſet, ipſe quoque domum, ut nobis opitularetur, accurrit. Verùm ne ipſius quidem precibus monachi permoti ſunt, ſed ipſe quoque elanguit. Cùm igitur nullum rei exitum perſpiceret, nec nobis ad perſpicuam cædem exeundi auctor eſſet, nec rurſus ob tantum illorum furorem intra urbem ut maneremus, ſuadere auderet, ad Pharetrium miſit, precibus ab eo contendens, ut tum ob morbum, quo conflictabar, tum ob impendens periculum, paucos aliquot dies nobis concederet.

C

ipſum urbe excedere cogit ad villam vicinam:

1101 Nec tamen hinc quidquam profectum eſt; imò acriori etiam poſtridie impetu adfuerunt: nec presbyterorum ullus opem nobis atque auxilium ferre audebat: verùm pudore ſuffuſi ac rubore affecti; nam hæc de Pharetrii voluntate & ſententia fieri dicebant; ſeſe abdebant & occultabant, nec, cùm à nobis accerſerentur, obtemperabant. Quid longa oratione opus eſt? Quamvis tot terrores imminerent, morſque penè certa & ante oculos poſita eſſet, febriſque me conficeret; necdum enim hîc malis liberatus eram; horâ ipsâ meridianâ in lecticam me conjiciens, illinc exceſſi, univerſa plebe lamentante, ejulante, harum rerum auctorem exſecrante ac diris devovente, omnibuſque plorantibus ac lugentibus. Poſteaquam autem ex urbe exceſſi, quidam etiam clerici venientes lento greſſu, lugentes nos proſequebantur. Cúmque nonnulli dicerent, Quónam

eum ad perſpicuam mortem abducitis? alter ex iis, qui nos plurimùm amabant, ad me dicebat: Abi, obſecro: in Iſauros etiam incide, modò è nobis elabaris. Nam quócumque incideris, tutò incides, dummodo manus noſtras effugias. Hæc audiens ac perſpiciens egregia matrona Seleucia, domini mei Rufini uxor (nam ea perquam officiosè nos coluit) precibus mecum egit, ut in ipſius ſuburbanam villam, quæ quinque paſſuum millibus ab urbe diſtabat, hoſpitii causâ me conferrem, certoſque homines nobiſcum miſit, quibuſcum illuc profecti ſumus. AUCTORE J. S.

deinde ex villa quoque ficto Iſaurorum terrore media nocte

1102 At ne illic quidem hæ adverſum nos comparatæ inſidiæ finem habituræ erant. Ut enim Pharetrius hoc reſcivit, multas ipſi, ut dicebat, minas intentavit. Cùm autem me in villam ſuam excepiſſet, nihil quidem ipſe harum rerum ſciebam: nam ipſa ad nos egreſſa, hæc nos celavit, procuratori autem ſuo, qui illic erat, ea expoſuit, ipſique mandavit, ut nobis omne officii genus impertiret, ac, ſi qui monachi venirent, ut nos contumeliis inceſſerent, aut malè afficerent, ex aliis villis ſuis agricolas cogeret, atque ita cum monachis manum conſereret. Quin me quoque rogabat, ut in domum ſuam, quæ arcem habebat, nec ullis viribus expugnari poterat, confugerem, ut ex epiſcopi ac monachorum manibus elaberer. At ut id facerem, adduci non potui: verùm in villa eram, horum omnium ignarus, quæ poſtea in me comparabantur. Ne hoc quidem ipſis ad comprimendum ſuum adverſum nos furorem ſatis fuit. Poſtea enim media nocte, me nihil horum ſciente; (acriter enim inſtabat Pharetrius, graves in eam, ut ait, minas jactans, eamque cogens atque impellens, ut me etiam è ſuburbio ejiceret) hominis importunitatem non ferens mulier, inſciente me, barbaros adeſſe ſignificavit, quòd ſcilicet vim eam, quam pateretur, dicere præ pudore minimè ſuſtineret. Atque media nocte ingreſſus Evethius presbyter, meque è ſomno excitans, magno cum clamore hæc dicebat: Surge, obſecro, adventant barbari, nec longè abſunt. Hîc tecum reputes velim, quonam animo eram, cùm hæc audirem. Cùm autem ex ipſo, quid facto opus eſſet, quæſiviſſem, neque enim nos in urbem confugere poſſe, ne graviora illic perpeteremur, quàm quæ nobis Iſauri illaturi eſſent, exire nos coëgit.

E

F

per magna pericula exire cogitur:

1103 Nox illunis erat, nox media, caliginoſa, tetra; id quod etiam nos in ſummam conſilii inopiam conjiciebat: nec quiſquam nobis præſto erat, qui opem ferret: omnes enim nos reliquerant. Metu tamen compulſus, ac jamjam mortem exſpectans, ærumnis confectus ſurrexi, ac faces accendi juſſi. Verùm has quoque presbyter exſtingui juſſit, ne barbari, aiebat, lucis ſplendore excíti, in nos impetum facerent. Exſtinctis itaque facibus, mulus, qui lecticam noſtram geſtabat (aſpera enim admodum & ardua ac petroſa via erat) in genu lapſus, me, qui lecticâ incluſus eram, humi proſtravit, parumque abfuit, quin interirem. Deinde exſurgens, tractim ambulabam, Evethio presbytero, qui etiam ipſe ex equo deſilierat, manibus me tenente; atque ita manuductus, vel, ut rectiùs loquar, pertractus, reptabam: neque enim in tanta loci difficultate, periculoſiſque montibus, media nocte incedere poteram. Cogita, quæſo, quid hîc mihi animi eſſet, cùm tantis malis conſtrictus tenerer, ac febris urgeret, nec eorum, quæ in me ſtructa fuerant, quidquam nôſſem, verùm barbaros timerem ac perhorreſcerem, nihilque aliud exſpecta-

AUCTORE J. S.

ctarem, quàm ut in eorum manus inciderem. An non existimas, vel has solas calamitates, etiamsi nihil aliud accidisset, multa nobis peccata obliterare, atque ingentem mihi gloriæ materiam suppeditare posse? *Hactenus* Chrysostomus, *qui didicerat cum apostolo Paulo, cujus erat amantissimus, in calamitatibus suis gloriari, cœlestia nimirum & æterna perpetuò cogitans, & terrena omnia nihili faciens.*

de hisce autem magnum declarat gaudium.

1104 *Hinc suum de iis gaudium paulò pòst iterum declarat his verbis:* Et quis tandem alia, quæ nobis in via perferenda fuerunt, oratione complecti queat? timores? pericula? Quæ quidem ipse quotidie recordans, animoque circumferens, præ lætitia volito & exsulto, velut ingentem thesaurum reconditum habens. Nam hoc animo atque hoc affectu præditus sum. Ob idque te obsecro, ut hoc nomine læteris, gaudeas, exsultes, Deumque, cujus beneficio hoc consequuti sumus, ut tanta perpeteremur, laudes ac celebres. Atque apud te velim hæc contineas, nec cuiquam enuncies; etiamsi alioqui prætorii (*qui* Chrysostomum *ducebant*) potissimùm harum rerum famâ universam urbem implere possunt, ut
B qui etiam ipsi in summum vitæ periculum venerint. Cæterùm ex te nemo id rescisçat: imò etiam eos, qui narrabunt, comprime. *Idem sollicitè commendat Pæanio, jam memorato, in Epistola* 204, *ubi sic habet:* Quæ ad Pharetrium spectant, molesta valde sunt & tristia: verumtamen cùm ejus presbyteri neque commercium & consuetudinem cum adversariis habuerint, ut ais, neque cum illis communicare statuerint, sed, ut dicunt, adhuc stent à partibus nostris, nihil horum cum illis communices; quandoquidem, quæ in nos commisit Pharetrius, nullam omnino veniam merentur. Clerus certè ipsius omnis & ægrè ferebat & gemebat, ac totus in nostras partes animo transibat. Sed, ne fortè in causa simus, ut hi resiliant, & asperiores reddantur, ubi cuncta ex præfecti militibus cognoveris, ea apud te contine, ac perhumaniter illos tracta. Novi quippe, quàm prudens sis ac providus: [& *] significa, nos quoque audivisse, multùm ipsum iis, quæ contigerant, indoluisse, ac paratum fuisse quidvis pati, ut omnia illa, quæ nefariè sunt patrata, sarcirentur. *Hæc verisimiliter jactaverat Pharetrius, ut persuaderet, nihil suo consilio fuisse factum. Ceterùm Pæanius ille inter præcipuos erat* Chrysostomi *amicos, piusque & in dignitate constitutus, ut potens esset in aula.*

* *apud Monf.* eique *non rectè*

C

Sanctus Cucusum venit, ibique bene excipitur.

1105 *De itinere Sancti ulteriore pauca habemus cognita. Cucusus distabat Cæsareâ paucorum tantùm dierum itinere, ita ut quatuor fortè aut quinque diebus totum istud iter fuerit confectum, aut certè intra octiduum. Isauri in illo itinere maximè erant timendi. Verùm numquam comparuerunt, ut liquet ex variis* Chrysostomi *Epistolis Cucusi post adventum scriptis, & postea memorandis. At nullam in illo itinere à Sancto Epistolam scriptam existimo. Oppidum modicum fuisse Cucusum, & in loco admodùm deserto situm, ibique ne forum quidem rerum venalium fuisse, docent Litteræ* Chrysostomi. *Mirè tamen gaudebat Sanctus, quando eò pervenerat, nec volebat, ut inde temerè amoveretur amicorum operâ. Habemus illa ex Epistola* 13 *ad Olympiadem, quæ prima est ad ipsam data post adventum. Illam enim sic orditur:* Tandem aliquando respiravimus, cùm Cucusum venimus, unde etiam has litteras scribimus. Tandem aliquando à fumo & variis malorum eorum, quæ nos in via invaserunt, nebulis lucem aspeximus. *Et post enumerata quædam itineris incommoda.* At nunc, *inquit*, omnia hæc evanuerunt. Ut enim Cucusum venimus, tum morbum omnem unà cum reliquiis abjecimus, ... tum Isaurorum metu defuncti sumus; quippe cùm multi hîc milites sint, & quidem paratissimo animo, ut cum ipsis confligant. Rerum quoque necessariarum copia nobis undique affluit, omnibus summa cum benevolentia nos excipientibus, etiamsi alioqui desertissimus omnino hic locus sit.

D

convaluit, nec locum mutare desiderat:

1106 At casu quodam dominus meus Dioscorus hîc erat, qui etiam famulum deditâ operâ Cæsaream misit, rogatum atque obsecratum, ne domui suæ alteram anteferrem. Aliique item plures idem fecerunt. Verùm hanc aliis præferendam necessariò mihi existimavi: itaque apud eum divertimus. Atque ipse nobis quidvis est: ita ut ob ingentem ipsius liberalitatem & largitatem, quâ erga nos uti cupit, perpetuò cum eo expostulemus. Quippe nostrâ causâ etiam ex ædibus suis in villam migravit, ut nos omni officii genere complecteretur: atque insuper domum nobis ad tolerandam hiemem idoneam exstruit, pro eaque re nihil non agit ac molitur. Denique nullum omnino officii erga nos genus ab eo prætermissum
E est. Ad hæc plerique alii procuratores & rerum administratores, dominis id ipsis per literas imperantibus, subinde huc accedunt, parati quavis ratione nos reficere ac recreare. Hæc autem omnia idcirco commemoravi, atque alia quidem, hoc est, priora, deflevi, alia autem, hoc est, læta & jucunda, tibi exposui, ut ne quis temerè nos hinc emoveat. Nam si ii, qui nos beneficio afficere cupiunt, arbitrii hoc nostri faciant, ut quo loco velimus, nobis esse liceat, nec rursum nobis alterum locum arbitratu libituque suo assignaturi sint, hoc beneficium accipe. Sin autem nos hinc amotos in alterum locum ablegaturi sunt, nobisque rursum iter subire, ac peregrinari necesse est, mihi sanè hoc longè gravius acerbiusque fuerit. Primum enim illud metuendum est, ne nos in longinquiorem aut in asperiorem locum ducant: deinde itineris molestiam sexcentis exsiliis graviorem esse duco. Siquidem peregrinationis hujusce difficultas ad ipsas mortis portas nos detulit, nuncque, Cucusi degentes, perpetua sessione ac quiete nosmet recreamus, atque tam diuturni temporis ærumnæ, confractisque nostris ossibus, & fatigatæ carni, quietis o-
F pe ac subsidio medemur.

Cucusum tunc etiam venerunt Sabiniana & Constantius,

1107 Affuit etiam domina mea Sabiniana diaconissa eodem ipso die, quo venimus, fracta quidem ipsa & abjecta, ærumnisque affecta, utpote ea jam ætate, in qua moveri quoque difficile est: cæterùm juvenili animi alacritate prædita, nihilque adversarum rerum persentiens. Paratam enim se esse dixit etiam in Scythiam proficisci, quandoquidem constans hic rumor erat, fore ut illic deportarer. Certum est autem ei, ut ait, non jam ad suos reverti, verùm illic, ubi fuerimus, commorari. Atque hanc etiam perquam humanè ac studiosè, magnaque cum benevolentia ecclesiæ alumni exceperunt. Quin dominus quoque meus Constantius, religiosissimus presbyter, jam pridem hîc erat. Nam & mecum per literas egerat, ut ipsi huc veniendi potestatem facerem. Neque enim se citra voluntatem meam atque sententiam id facere audere, quamvis alioqui magna hujus rei cupiditate flagrantem. Addebat etiam, se ne illic quidem manere posse: nam latebras quærit, ac sese occultat.

1108 Itaque precibus abs te contendo, ut de lo-

A *uterque verisimiliter Antiochiâ,*

loco minimè aliter facias. Quòd si rursus, quid ipsi in animo habeant, periclitandum ducis, tu quidem à te nihil dicas; verùm pro tua prudentia, quónam me abducere constituerint, explores: id enim potes. Ac, si videris ipsis in animo esse, non longè isthinc in maritimam aliquam urbem, puta Cyzicum, aut non longè à Nicomedia, me avehere, hoc accipe. Sin autem longiùs hinc usquam, aut ita procul, ut hic locus est, ne accipias. Hoc quippe mihi grave ac permolestum fuerit. Hîc enim in magna quiete animique remissione versamur: ita ut etiam contractam omnem ex itinere molestiam biduo absterserimus. *Hactenus* Chrysostomus, *cujus ultima verba innuunt, Epistolam hanc esse datam* biduo, *postquam venerat Cucusum. Quod verò dicit de omni morbo depulso, non ita rigidè accipiendum est, ut liquet ex aliis Epistolis. Melius habebat & febris cessabat, opinor; non item debilitas ex morbo orta. Dioscorum hospitem suum iterum laudat in Epistola* 14 *& in aliis. At nullibi insinuat, utrùm esset dominus aliquis Constantinopolitanus, an Antiochenus potiùs, aut alterius civitatis. Sabiniana verisimiliter Antiochena erat.*

B *certè Constantius, qui sine Sancti consensu venire noluerat.*

1109 *Certò Antiochenus presbyter erat Constantius jam antè memoratus, qui Porphyrii episcopi causâ latere cogebatur. Nescio, qua de causa Tillemontius art.* 98 *dubitet, utrùm Constantius Cucusum venisset ante* Chrysostomum, *cùm hic id clarè edicat. Constantius ipse in Epistola ad matrem suam, quæ est inter* Chrysostomi *Epistolas* 237, *luculenter declarat, quanti faceret* Chrysostomi *consuetudinem, ita scribens mense Octobri aut Novembri:* Nos hîc multa voluptate perfundimur, dum sanctissimi Episcopi consuetudine, ac loci hujus quiete otioque summo oblectamur. *Et mox:* Enimvero mirificè nos recreavit fructuosa cum sanctissimo Episcopo consuetudo, sic ut nos propemodùm in alios viros mutaverit, nec ullo permiserit peregrinæ regionis sensu affici: tanta bonorum jucunditate redundamus: tot spiritualibus opibus circumfluimus, & eam ob causam Deum continuè glorificare non cessamus. *Ceterùm ex iis, quæ scribit* Chrysostomus, *Constantium noluisse venire Cucusum, nisi Sancto consentiente, clarè colligitur, litteras Constantii, consensum illum petentis, ad* Chrysostomum *perlatas esse, dum adhuc erat in Galatia, aut certè*

C *diu antè quàm veniret Cæsaream: nam aliàs Sancti responsum Antiochiæ accipere non potuisset, ac deinde ante ipsum venire Cucusum. Hinc ulteriùs intelligimus, quo modo aliqui ex Oriente Sancto usque in Galatiam, aut certè usque ad partes Cappadociæ vicinas Galatiæ occurrerint, ut dictum est num.* 1083: *nam sicut Constantius litteras ad ipsum misit, ita facere potuerunt Sabiniana aliique amici, quos Antiochiæ habebat plurimos.*

Scribit ad Brisonem, & ad Pæanium,

1110 *Porrò & alias litteras post adventum suum Cucusi statim scripsit Sanctus ad amicos varios. Inter has imprimis ponenda est* 134 *ad Brisonem, virum in aula potentem, piumque & Sancto amicum, de quo dudum mentio facta est. Initium Epistolæ jam laudavimus: illud tamen huc transfero:* Septuaginta fermè consumptis in itinere diebus... Cucusum totius orbis terrarum desertissimum locum tandem aliquando pervenimus. Et hæc dico non rogans, ut molesti ulli sitis, ac petatis, ut hinc transferamur: quod enim erat gravissimum, jam pertulimus, nempe viæ molestiam: sed hanc à vobis peto gratiam, ut ad nos assiduè scribatis: neque propterea quòd longius à vobis relegati sumus, idcirco nos ista consolatione privetis *&c. Hoc, ut frequenter ad se scribant, in singulis ferè litteris amicos suos rogat. Quod verò monet, petendam non esse loci mutationem, similiter rogat in Epistola* 193 *ad Pæanium. Data hæc est eodem planè tempore, ac certè non multò post.* Loci verò causâ, *inquit*, nemo ulli negotium faceſſat. Quamquam enim desertus locus est Cucusus, hîc tamen & quiete fruimur, & non mediocriter ex itinere contractam infirmitatem sanare potuimus, ex quo cœpimus domi perpetuò residere. Quòd si nos rursus cogere velitis loca subinde mutare, summis conflictabimur malis, præsertim cùm hiems sit pro foribus. Nemo igitur importunus ulli aut molestus hac occasione sit *&c.* AUCTORE J. S.

cujus pietas ex illa Epistola elucet:

1111 *Hujus autem Epistolæ initium Pæanii simul &* Chrysostomi *pietatem insignem ostendit. Sic enim orditur:* Magnopere me erexisti, ac summâ lætitiâ perfudisti, quòd cùm tristia nuntiares, verbum adjeceris, quod omnibus, quæ acciderint, accinendum est, dixerisque: Glorificetur Deus in omnibus. Hoc verbum lethale diabolo vulnus infligit, hoc in quovis periculo securitatis & voluptatis occasionem affert. Nam simul atque illud quis protulerit, confestim mœroris nubes discutitur. Numquam igitur hoc dicere intermitte, atque alios docere: sic enim, quæ vos invasit tempestas, licèt asperior fiat, in tranquillitatem mutabitur: sic, qui tempestate jactantur, majorem accipient mercedem, simulque à malis liberabuntur... Perge igitur omnibus, quæ contingunt, istud accinere. *Tristia porrò, quæ Pæanius nuntiaverat, illa fuisse saltem majori ex parte puto, quæ nuntiare poterat de episcopis, presbyteris & diaconis carceri inclusis, contra quos illo tempore quæstiones crudelissimè exercebantur ob calumniam incensæ ecclesiæ.*

E

item ad suos in carcere detentos:

1112 *Itaque verisimile est, Epistolam Sancti ad præclaros istos confessores, quæ extra ordinem edita est tom.* 3 *pag.* 526, *eodem etiam tempore fuisse datam, præsertim cùm non possit figi multò citiùs aut seriùs. Nam liberati sunt carcere* XXIX *Augusti per legem num.* 1041 *datam. At liberationem illorum necdum noverat* Chrysostomus, *dum scribebat. Circa finem enim sic habet:* Expectate: brevi tentationum finis erit, liberatioque perfecta. Orate etiam jugiter pro nobis. Nam etsi longo viarum intervallo disjungimur, multoque tempore à vobis segregati sumus; attamen vos ut præsentes & nobiscum versantes complectimur: vestrum amicum caput exosculamur, coronatos victores vos expansis manibus excipimus *&c. Quod ait de intervallo loci & temporis, quo erat ab illis separatus, satis ostendit, Epistolam Cucusi esse scriptam. At non æquè certum est, inter primas inde fuisse missam, cùm etiam unâ alterâve hebdomadâ seriùs scribi potuerit. Major illius Epistolæ pars recitata est num.* 1034, *ubi ostendi, quanta quámque constanter Confessores isti sint passi. Duas alias ad illos Epistolas jam dedi num.* 1064 *&* 1067.

F

tres aliæ ejusdem temporis Epistolæ.

1113 *Epistola* 194 *ad Gemellum inter priores quoque est Cucusi scriptas. Erat Gemellus vir nobilis, sed necdum baptizatus, & postea ad magistratum promotus, ut liquet ex Epistolis deinde ad eumdem scriptis. Præsentem autem ita orditur Sanctus:* Desertum quidem locum habitamus Cucusum, ac totius orbis hujus nostri desertissimum. Quamvis tamen ad ipsos terræ terminos relegemur, oblivisci tuæ caritatis minimè possumus; sed in extera desertaque regione dum versamur, & morbi reliquias etiamnum circumferimus, ac me-

AUCTORE J. S.

tu latronum obsidemur : neque enim abscedunt, sed itinera intercludunt, & omnia cruore complent Isauri; perpetuò te mente circumferimus, ac fortitudinem tuam, loquendi libertatem, suavem ac sinceram benevolentiam apud nos effingimus *&c. Ejusdem temporis videtur esse Epistola* 196 *ad Aëtium, aliunde nobis ignotum : nam & in hac dicit :* Multa in solitudine degimus, ac metu latronum obsidemur, morboque detinemur. *Reliqua solùm spectant ad amicitiam Sancti cum Aëtio declarandam. Eodem tempore aut non diu pòst, certè antequam Isauri abscesserant in regionem suam, scripta est Epistola* 143 *ad Polybium, cui amicitiam quoque suam benevolè declarat.*

§ LXXII. Aliæ Epistolæ Cucusi non diu post adventum scriptæ : quæ scripta est Theodoro episcopo, non est data ad Mopsuestenum, sed ad Tyanensem.

B

Epistolæ ad Carterium Cæsareæ præfectum :

Multæ supersunt litteræ præter modo memoratas anno 404 *Cucusi scriptæ. In hisce autem recensendis aliquem locorum, quantum fieri poterit, aut personarum ordinem servabo. Inter primas certò sunt, quas dedit ad illos, quorum benevolentiam expertus erat Cæsareæ. Talis est* 236 *ad Carterium Cæsareæ præfectum, cui gratias agit, quòd tumultus Cæsareæ à monachis excitatos sedare conatus esset, ita ordiens :* Desertissimus quidem mirum in modum locus est Cucusus. Verumtamen haud ita nos solitudine sua contristat, ac quiete exhilarat, quódque nulla ex parte nobis negotium facessit. Quòcirca tamquam ad portum quemdam ad solitudinem hanc delati sedemus, & à malis, quæ in via pertulimus, respiramus, & morbi atque malorum, quæ sustinuimus, reliquias hac quiete depellimus. Hoc apud amplitudinem tuam sermone idcirco utor, quòd intelligam mirificè te nostra quiete lætari, quandoquidem nulla nos capere potest eorum oblivio, quæ istic à te sunt gesta, dum præposteros illos & importunos tumultus sedares, & omnem lapidem moveres, ut in tecuritate versaremur, & quæ tuarum erant partium, omnino præstares *&c. Addit gratiarum actionem, aitque, se beneficium ejus ubique prædicare.*

C

ad Hymnetium & Theodorum, ibidem medicos ;

1115 *Talis etiam mihi æquè ac Tillemontio art.* 99 *videtur Epistola* 81 *ad Hymnetium archiatrum, quem item se apud omnes prædicare dicit,* tum ut probum virum, tum ut præstantissimum medicum, tum ut eum, qui sincerè amare novit. Nam cùm hîc, *inquit*, de morbo nostro sermones excitantur, in ejusmodi commemorationes tu quoque subeas necesse est ; cumque ipsi eximiæ tuæ peritiæ ac benevolentiæ periculum fecerimus, beneficia à te accepta silere non possumus *&c. Ait, nolle se petere* partim ob itineris difficultatem, partim ob Isaurorum metum, *ut veniat Cucusum, rogatque ut ad se scribat. Epistola* 228 *est ad Theodorum medicum, qui se ob occupationes excusaverat, quòd non venisset Cucusum. Huic gratiosè respondet Sanctus, & de bona ipsius voluntate gratias agit. Videtur quidem hæc Epistola paulò seriùs data, sed simul innuit, aliam fuisse ad Theodorum datam, nisi hic forsan discedenti Cæsareâ* Chrysostomo *se venturum promiserit, ac postea ob negotia se excusaverit. Ceterùm laudati Hymnetius & Theodorus* Chrysostomum *verisimillimè curaverant Cæsareæ : at non medicis tantùm Cæsareensibus, sed & aliis, quorum amicitiâ ibidem usus erat, humanissimas de adventu suo Cucusum litteras misit* Chrysostomus.

D

sex aliæ ad amicos Cæsareenses.

1116 *Talis est Epistola* 80 *ad Firminum, quem* semel *tantùm convenerat, quia & ille ægrotabat. Huic autem post significationem amoris mutui de se hæc significat :* Bona valetudine sumus : iter tutò confecimus : quiete atque otio gaudemus : magnam omnium benevolentiam obtinemus : inenarrabilem denique consolationem percipimus. Nemo hîc est, qui nos exagitet, aut nobis negotium facessat *&c. Talis item est Epistola* 82 *ad Cytherium, cui similia scribit de* commoda valetudine *sua, ac de* quiete & otio. *Cæsareensem verò fuisse insinuat, dum dicit:* Brevis quidem nobis vobiscum istic fuit consuetudo. *Talem quoque esse Epistolam* 83 *ad Leontium, insinuat initium, quod ita habet :* Civitate quidem vestra pulsi sumus : à caritate verò tua non item pulsi. Illud enim, hoc est, ut istic maneremus, aut ejiceremur, in aliorum potestate situm erat : hoc autem in nostra. *Mox laudat ipsius* amorem, studium, prudentiam, comitatem, hospitalitatem *&c.* ; *ita ut verisimile sit, Leontium illum Sancti hospitem fuisse Cæsareæ. Quæ sequitur Epistola* 84 *ad Faustinum, illis item annumeranda est, quas scripsit ad amicos Cæsareenses, ut persuadet initium.* Cucusum, *inquit*, incolumes venimus : . . . ac locum tumultibus vacuum reperimus, quietisque atque otii plenissimum, nec quemquam habentem, qui nobis molestiam exhibeat, atque infestus sit. *Addit, iter quoque, quod* desertissimum *vocat*, ac periculosum & suspectum, *confectum esse* sine metu & negotio. *Accedunt Epistolæ* 172 *ad Helladium &* 173 *ad Evethium : nam in priori asserit, suam cum Helladio amicitiam* brevi tempore *coaluisse, Evethium verò adventum suum docet his verbis :* Ego enim, via omni tranquillè ac tutò decursa, Cucusi dego, loci quietem atque otium pro deliciis habens, atque ingentem omnium observantiam & benevolentiam obtinens.

E

Scribit Sanctus ad varios episcopos Palæstinæ,

F

1117 *Eodem ferè tempore complures misit Epistolas ad varios episcopos, quos sibi adhærentes noverat, aut certè credebat. Inter hos maximè numerandi sunt episcopi Palæstinæ. Epistola* 87 *est ad Eulogium episcopum Palæstinæ, ut ex ipsa Epistola colligitur. Nam in ea dicit :* Quòd autem, pietate tua ad hunc modum se gerente, omnes domini mei reverendissimi & religiosissimi Palæstinæ episcopi vestigiis tuis hæsuri sint, minimè tibi dubium esse credo. *Itaque dubitandum non videtur, quin fuerit Eulogius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, de quo meminit Palladius in Dialogo pag.* 200. *Verùm ex laudato Palladii loco liquet, eum à partibus* Chrysostomi *deinde resiliisse. Eulogium tamen ut sui studiosissimum prædicat Sanctus, nec dubitandum, quin talis initio fuerit. At vel solum hoc exemplum ostendit, non omnes fuisse constantes. Epistola* 88 *scripta est ad Joannem Hierosolymitanum episcopum, quem item ut sibi faventem laudat, & ad constantiam hortatur. Sic Epistola* 89 *celebrat Theodosium Scytopolitanum episcopum, & hortatur, ut pergat in bene cœptis. Hi tres certè erant episcopi Palæstinæ. Fortè illius quoque provinciæ erant aliqui ex illis, quorum sedes non exprimuntur, sed quibus ejusdem argumen-*

A *menti ſcripſit epiſtolas. Ad Lucium epiſcopum eſt Epiſtola* 85, *ad Marem epiſcopum* 86, *ad Moyſem epiſcopum* 90. *Horum omnium ſtudium pro bona cauſa, diverſis tamen verbis mirè commendat, eoſque ad perſeverantiam excitat.*

& ad duos Ciliciæ: ſcribit & ad Theodorum epiſcopum,

1118 *Similis ferè præcedentibus eſt Epiſtola* 235 *ad Porphyrium epiſcopum Rhoſenſem in Cilicia, uti & Epiſtola* 111 *ad Anatolium epiſcopum Adanenſem in eadem provincia. Attamen hoſce non adeo ſollicitè ad conſtantiam hortatur. Non multùm diſſimilis argumenti eſt Epiſtola* 112, Theodoro epiſcopo *inſcripta. At alii credunt, Theodorum hunc eſſe Tyanenſem in Cappadocia Secunda, alii Mopſueſtenum in Cilicia. Ut autem dubitatio illa clariùs tolli poſſit, Epiſtolam totam ſubjicio:* Si fieri potuiſſet, ut ad te proficiſcerer, corámque maxima cum voluptate caritate tua fruerer, feciſſem id quidem diligenter, magnaque cum celeritate: quoniam autem id nunc arbitrii noſtri minimè eſt, per literas hoc ipſum præſtamus. Quamvis enim ad ipſos quoque orbis terræ fines relegati ſimus: ſinceræ tamen ac germanæ miniméque fucatæ caritatis tuæ, quam & jam pridem, atque ab initio, & nunc etiam oſtendiſti, memoriam abjicere minimè poſſumus. Nec verò clam me eſt, reverendiſſime ac religioſiſſime domine, quot quantaque noſtri causâ & dicere & facere ſtuduiſti. Quòd ſi nihil hinc profectum eſt, at Deum tamen hujuſce ſtudii promptitudiniſque animi debitorem habes, mercedemque perfectam ac numeris omnibus cumulatam. Ac nos etiam tuæ ſanctitati gratiam habere, tuamque piétatem apud omnes prædicare minimè deſinimus: teque hortari atque obſecrare, ut eamdem caritatem perpetuò vigentem retineas. Neque enim, in hac licèt ſolitudine affixi, vulgarem conſolationem capimus, cùm tantum in corde theſaurum, tantaſque opes reconditas habemus, hoc eſt vigilantis ac generoſi animi tui caritatem. *Hæc ad Theodorum* Chryſoſtomus.

B

quem aliqui cum Facundo Mopſueſtenum putant.

1119 *Porrò jam ſeculo* VI *medio, ſive tempore concilii Conſtantinopolitani, quod quintum eſt generale, aliqui voluerunt, Epiſtolam illam eſſe datam ad Theodorum Mopſueſtenum. Nam in Collatione quinta illius concilii, apud Labbeum tom.* 5 *col.* 490, *hæc leguntur:* Præſumpſerunt verò Theodori defenſores etiam Joannis ſanctæ memoriæ epiſcopi Conſtantinopolitani Litteras proferre quaſi ad Theodorum factas, laudes ejuſdem Theodori continentes. *At Patres concilii id falſum eſſe dicunt. Attamen Facundus Hermianenſis epiſcopus, in Opuſculo ſcripto pro defenſione trium Capitulorum lib.* 7 *cap.* 7 *pag.* 309 *indubitanter adducit dictam Epiſtolam, tamquam ad Theodorum Mopſueſtenum ſcriptam. Facundo aſſentiuntur Tillemontius in Nota* 89, *& Montfauconus in Annotatis ad Epiſtolam; rationemque allegant ex loco Epiſtolæ, quo Facundus jam fuerat abuſus. Verba ipſa Montfauconi huc transfero:* Duos ſolùm Theodoros novimus, ad quos hæc epiſtola miſſa eſſe potuerit, Mopſueſtenum nempe in Cilicia, & Tyaneum in Cappadocia. Cum Tyaneo autem nulla interceſſiſſe videtur cum Chryſoſtomo conſuetudo familiaritaſve; cùm Mopſueſteno autem à puero amicitiâ conjunctus fuit Chryſoſtomus. In hac porrò Epiſtola magna neceſſitudinis familiaritatiſque teſtimonia comparent. *Hæc quidem Montfauconus: ſed non omnia ſunt vera, ut patebit. Ita Facundus pag.* 310 *ex hac Epiſtola probare nititur, Theodorum Mopſueſtenum in juventute fuiſſe amicum* Chryſoſtomi. *De hac utriuſque amicitia in juventute conſtat. Verùm ſomnia ſibi fingit, ſi quis exiſtimat, ex illa Epiſtola deduci poſſe, Theodorum illum, ad quem Sanctus ſcribit, ipſi à pueris fuiſſe amicum. Quin potiùs exiſtimo, ex hac Epiſtola oſtendi non poſſe, alterum ab altero umquam fuiſſe viſum.*

C

AUCTORE J. S.

Verùm Epiſtola ipſa non Mopſueſtenum,

1120 *Ait* Chryſoſtomus *de caritate Theodori:* Sinceræ tamen ac germanæ miniméque fucatæ caritatis tuæ, quam & jam pridem, atque ab initio, & nunc etiam oſtendiſti, memoriam abjicere minimè poſſumus. *Ridiculus diſputator eſt Facundus Hermianenſis, qui ex his elicit, Theodorum fuiſſe* Chryſoſtomi *condiſcipulum. Æquè ridiculus erit, quiſquis ex his colligere voluerit, magnam neceſſitudinem aut familiaritatem fuiſſe* Chryſoſtomum *inter & Theodorum illum, priuſquam perſecutionem illam, quæ ultra annum duraverat, dum ſcribebat ad Theodorum, pati cœpit Sanctus. Hic enim de nulla neceſſitudine aut amicitia antiqua meminit, ſed charitatem Theodori celebrat; charitatem verò jam pridem & ab initio perſecutionis dictæ declaratam. Hoc ſenſu exponenda eſſe verba data, liquet ex iis, quæ* Chryſoſtomus *mox ſubjungit, ita pergens:* Nec verò (*Græcè* γὰρ enim) clam me eſt, reverendiſſime ac religioſiſſime domine, quot quantaque noſtrî cauſâ & dicere & facere ſtuduiſti. *Probat Sanctus, charitatem Theodori ſibi eſſe perſpectam: nec alia allegat, quàm dicta factaque tempore iſtius perſecutionis, ut rurſum patet ex ſequentibus:* Quòd ſi nihil hinc profectum eſt; *id eſt, ſi hæc efficere non potuerunt, ut non mitterer in exſilium:* at Deum tamen hujuſce ſtudii promptitudiniſque animi debitorem habes *&c. Nihil horum antiquam amicitiam aut familiaritatem inſinuat; ſed omnia deſignant ſinceram Theodori charitatem, quâ* Chryſoſtomi *cauſam defenderat, ac pergebat defendere.*

D

ſed Tyanenſem Theodorum deſignat:

1121 *Itaque primum argumentum contra Facundi ſententiam peti poteſt ex ſilentio* Chryſoſtomi *de amicitia, quâ in juventute cum Theodoro Mopſueſteno fuerat conjunctus: neque enim ſimilia in litteris ſuis ſilere ſolet. Secundò ex nullo Opere hiſtorico, ex nullo* Chryſoſtomi *loco, probari poteſt, Theodorum Mopſueſtenum ſtetiſſe pro* Chryſoſtomo, *aut eidem ulla in re profuiſſe tempore illius perſecutionis. At inter Sancti defenſores celebratur Theodorus Tyanenſis Cappadociæ Secundæ metropolita, & vel ex ſolo Palladii Dialogo probatur, omnia dicta* Chryſoſtomi *in allegata Epiſtola Tyanenſi convenire. Nam pag.* 77 *teſtatur, Theodorum Tyanenſem receſſiſſe Conſtantinopoli, ne inimicis* Chryſoſtomi *conſentire cogeretur, &* pietatis muro *provinciam ſuam muniiſſe, ac demum* ad finem uſque in communione fidelium Romanorum *perſeverâſſe. Rurſum pag.* 200 *affirmat, Theodorum illum ab ipſo* Chryſoſtomo *multùm fuiſſe laudatum, ita ſcribens:* Ceterùm laudabat, & mirabatur Secundæ Cappadociæ epiſcopos, ut qui plurimis cum lacrymis condoluiſſent exſulibus epiſcopis, præſertim mitiſſimum Theodorum Tyanorum epiſcopum *&c. Hiſce optimè congruunt verba* Chryſoſtomi *in Epiſtola:* Ac nos etiam tuæ ſanctitati gratiam habere, tuamque pietatem apud omnes prædicare minimè deſinimus. *Omnia hæc inſinuant, laudatam Epiſtolam fuiſſe datam ad Theodorum Tyanenſem, cui etiam vicinior erat, quàm Mopſueſtenſi, & quem in via per Cappadociam videre potuiſſet, ſi iter pro ſuo arbitrio direxiſſet, & Iſaurorum incurſiones non fuiſſent timendæ.*

E

F

1122 *Quod ſpectat ad auctoritatem Facundi Hermianenſis, Epiſtolam indubitanter referentis ad*

AUCTORE J. S. *nec obstare debet auctoritas Facundi, quæ levis hic est:*

Theodorum Mopsuestenum, illam ego certè non existimo magni faciendam, quia videtur & alia, quæ ad propositum suum conducebant, temerè affirmare. Quin & pag. 340 *ait, Theodorum Mopsuestenum semper laudatum fuisse à Theophilo Alexandrino, aut potiùs Domnum Antiochenum id asserentem producit. At parùm verisimile est, laudatum fuisse à Theophilo, si pro* Chrysostomo *steterit. Imò verò* Chrysostomum *de Theodoro Mopsueſteno aliisque Ciliciæ episcopis mirè fuisse sollicitum, patet ex Epistola* 204 *ad Pæanium, circa idem tempus data, in qua ipsum laudat, quòd curam gerat* Palæstinæ, Phœniciæ, Ciliciæ negotiorum, quæ, *inquit*, potissimùm curare debes. Nam Palæstini quidem ac Phœnices, ut probè novi, hominem illum ab adversariis missum non admiserunt, Ægensis autem & Tarsensis (*uterque in Cilicia*) à partibus illorum stant, ut audivi. Et admonuit quemdam ex amicis nostris Castabalorum episcopus, ipsos (*id est, episcopos Ciliciæ, in qua etiam est civitas Castabula*) à Constantinopolitanis cogi illorum iniquitati assentiri, sed interim tamen resistere. Multam igitur adhibeas sollicitudinem oportet, vigilantiam
B multam, ut huic quoque parti remedium afferas, & ad consobrinum tuum, dominum meum Theodorum episcopum scribas. *Hic Theodorus haud dubiè est Mopsuestenus, cùm agatur de episcopis Ciliciæ. At non video, cur Sanctus Pæanio fuisset molestus, ut ad ipsum scriberet, nisi ipsum utcumque habuisset suspectum; aut certè, si tantum ipsi confidisset, quantum confidebat Theodoro, ad quem dedit Epistolam* 112.

nec codices duo Montfauconi, etiamsi haberent, ἐν Κιλικίᾳ,

1123 *Restat igitur unica difficultas, quam movet & urget Montfauconus, præsertim tom.* 6 *pag.* 530, *quia ibi edidit antiquam versionem illius Epistolæ ex codice Ms. Verùm antiqua illa versio, quantùm conjicere possumus, ex ipso Facundo in codicem illum transcripta est, aut certè à versione Facundi non differt. Itaque meo quidem judicio illa versio nihil addit ad auctoritatem Facundi, præsertim cùm non omnino exprimat omnem energiam textus Græci. Argumentum verò, quod ex illa versione sumit editor, hoc est. Ubi circa finem* Chrysostomus *ait*, Cùm tantum in corde (ἐν καρδίᾳ) thesaurum *&c. Facundus pro*, in corde, *legit*, in Cilicia. *Montfauconus autem contendit, genuinam hanc videri lectionem, imò etiam dicit:* Hæc itaque lectio
C pro asserta jam & indubitata haberi debet. *Verùm ipsa editio Montfauconi, annotataque editioni addita faciunt, ut judicio isti acquiescere nequeam. Nam tom.* 3 *pag.* 655 *fatetur, ex quatuor codicibus Mss., quibus usus est, duos omnia verba habere, sicut ipse edidit cum Frontone Ducæo & Savilio; in aliis duobus observat aliquid differentiæ, sed non in vocibus* ἐν καρδίᾳ in corde: *nec asserit, in ullo legi* ἐν Κιλικίᾳ in Cilicia, *licèt aliàs in hanc Facundi lectionem se propensum ostendat. Quisquis igitur legerit annotata ibidem à Montfaucono, indubitanter dicet, in omnibus quatuor ipsius codicibus legi* ἐν καρδίᾳ, in corde. *Nam, cùm alias minoris momenti differentias aliorum codicum studiosè observet; multò magis hanc observare debuisset, si in ullo inveniſſet codice Græco.*

de quo dubitatur, contra alios omnes sequendi essent:

1124 *Quapropter non possum non dubitare, an Montfauconus codices suos iterum consuluerit, quando in Monito suo tom.* 6 *pag.* 530 *asseruit, in uno codice Vaticano & in Coisliniano legi* ἐν Κιλικίᾳ, *quia id mihi non videtur consonare cum Annotatis, quæ dedit, quando ipsos codices habebat præ manibus. Certè codices illos dudum deposuerat, quando ad prelum parabat tomum sextum;* D *cúmque multùm festinaverit in deproperanda editione sua, potuit, non consultis ipsis codicibus, memoriâ labi, credereque in duobus illis codicibus, quia in aliis quibusdam à reliquis differunt, illam quoque haberi lectionis diversitatem, quam reperiebat in Latina Epistolæ versione. Rem scire poterunt illi, qui codices illos etiamnum possident, & mihi suspicionem illam eximere. Hanc sanè citò deponam, si quis codices voluerit consulere, & in iis repererit* ἐν Κιλικίᾳ. *At ne sic quidem concedam, lectionem illam esse veram & genuinam. Quis enim duos codices, qui etiam mendosi sunt in fine illius Epistolæ, ut liquet ex ipsius Montfauconi annotatis tom.* 3 *pag.* 655, *prudenter præferat reliquis omnibus, quos Fronto Ducæus, Henricus Savilius & ipse Montfauconus habuerunt? Nos etiam Epistolam* Chrysostomi *habemus in tribus codicibus Mss., quos omnes hunc in finem consului. At in omnibus non modò reperi voces* ἐν καρδίᾳ; *sed omnia etiam alia, quæ sequuntur, sicut in editis sunt expressa. Itaque vitiosi sunt duo illi codices Montfauconi, in quorum altero aliquot voces sunt omissæ, in altero plures mutatæ.* E

Germanensis verò codex nihil ponderis addit Facundo,

1125 *At, inquit*, lectionem ἐν Κιλικίᾳ confirmat codex noster Sangermanensis. *Respondeo, codicem illum, si quid auctoritatis addat Facundo Hermianensi, etiam produci posse ad decidendam totam controversiam. Nam titulus est:* Incipit Johannis Constantinopolitani ad Theodorum Mopsuestenum episcopum. *Verùm, si rem totam accuratiùs excutiamus, Epistola illa Latina nihil faciet ad propositum nostrum, & sine jactura omitti potuisset. Etenim vel ipse titulus ostendit, Epistolam ex Opere Facundi fuisse transcriptam, idque confirmat accurata textus Latini consonantia. Cùm enim Epistola nullibi in codicibus Græcis dicatur scripta ad Theodorum Mopsuestenum, id ex Facundo hausit ille, qui Epistolam exscripsit; præsertim cùm non potuisset Latinum Facundi textum tam exactè reddere, nisi illum ex ipso Facundo accepisset: nam Latina interpretatio non respondet ubique exactè textui Græco. Hoc ipsum confirmari potest ex codice San-Germanensi* 326, *ex quo Epistolam edidit Montfauconus. Nam idem scriptor in Bibliotheca bibliothecarum tom.* 2 *pag.* 1128 *recensens codices San-Germanenses,* F *exhibet omnia, quæ habentur in codice illo* 326; *sed nihil habetur spectans ad* Chrysostomum *præter illam epistolam, & mox sequuntur* Gregorii Nazianzeni Epistolæ tres ad Theodorum. *Varia nempe variorum Opuscula continet iste codex, & illius scriptor ea collegit, ubicumque inveniebat alicujus scriptoris Opusculum. Apud Facundum autem invenit Epistolam illam* Chrysostomi, *ibique & duas Nazianzeni invenire potuit, ita ut iste codex Facundo nihil addat ponderis.*

qui ipse parùm fidei meretur ob alios errores similes.

1126 *Quanti verò in hisce faciendus sit ipse Facundus, facilè colligi potest ex epistolis Gregorii Nazianzeni, quas item ad Theodorum Mopsuestenum scriptas affirmat, videlicet Epistolam* 220 *&* 88. *At de octogesima octava luce clariùs est, datam esse ad metropolitam Secundæ Cappadociæ, qui erat Theodorus Tyanensis, cùm agatur de cura habenda ecclesiæ Nazianzenæ, quæ erat sub Tyanensi metropoli. Præterea ne quidem episcopus erat Mopsuestenus, quando defunctus est Nazianzenus, ut rectè advertit Tillemontius tom.* 12 *in Theodoro Mopsueſteno art.* 2. *Numquam verò metropolita fuit, nec episcopus erat in*

A *in Cappadocia, ſed in Cilicia. Paucis igitur, ſtudioſe lector, intellige acumen hominis ſchiſmatici, multa temerè & ſine multo delectu aſſerentis. Ex Epiſtola, quam dat pag. 313, liquet, ſcriptam eſſe ad epiſcopum, & ad caput provinciæ, in qua erat Nazianzus, civitas Cappadociæ. Vel ſic tamen aſſerit ſcriptam eſſe ad Theodorum, qui epiſcopus fuit in Cilicia, quique epiſcopus non fuit, niſi aliquo tempore poſt mortem Nazianzeni, & numquam ullius provinciæ, nedum Cappadociæ Secundæ caput. Patres concilii quinti generalis, apud Labbeum tom. 5 col. 476 & ſeqq. multò plures Nazianzeni Epiſtolas recenſent, quas defenſores Mopſueſteni proferebant ut ad ipſum ſcriptas, oſtenduntque id falſum eſſe. Quapropter ipſis quoque libentius crediderim, negantibus Epiſtolam* Chryſoſtomi *ad Mopſueſtenum eſſe datam, quàm Facundo id temerè affirmanti, præſertim cùm idoneas ſententiæ noſtræ rationes allegaverimus.*

§ LXXIII. Aliæ Epiſtolæ ad varios datæ; ac præſertim ad plurimos amicos Antiochenos.

B

Epiſtolæ ad Urbicium, Ruſinum,

PRæter *Epiſtolas modò datas, quas Sanctus ad varios dedit epiſcopos, ut bonam cauſam tueri pergerent, ad alios quoque ſcripſit epiſcopos, ut eis amicitiæ ſuæ daret teſtimonia. Hujus argumenti eſt Epiſtola* 108 *ad Urbicium epiſcopum, olim Sancto notum, veriſimiliter Antiochiæ. Similis quoque eſt* 109 *ad Ruſinum epiſcopum, quem ſibi Antiochiæ cognitum fuiſſe Sanctus aſſerit. In editione autem Savilii titulus habet* Rhoſi *fuiſſe epiſcopum. Verùm ex Epiſtola* 235, *de qua jam egimus, Porphyrius eo tempore erat Rhoſi epiſcopus. Hinc malim credere, illud* Rhoſi *apud Savilium redundare; nam in codicibus ſuis illam vocem non invenerunt Fronto Ducæus & Montfauconus: nec etiam eſt in noſtris. Tillemontius Notâ* 90 *propendet in editionem Savilii, quia in Epiſtola* 235 Chryſoſtomus *Porphyrio ſcribit:* Non longè à vobis abſumus. *Attamen, inquit,*

C *longiùs aberat ab epiſcopo Rhoſenſi, quàm ab aliis Ciliciæ epiſcopis, quibus ſimilia non ſcribit. Vera eſt obſervatio: Rhoſus enim ſita erat ad ſinum Iſſicum, & ad confinia Syriæ & Ciliciæ, ita ut ab aliis Ciliciæ, ab aliis Syriæ attribuatur. Vim tamen non habet allegata ratio, quia Sanctus etiam Antiochenis, longiùs diſtantibus, aliquando ſimilia de propinquitate ſcribit. Omnibus certè multo propinquior erat, quàm dum erat Conſtantinopoli, ideoque ſubinde aliquibus ſcribit ſe non longè abeſſe, etſi intervallo ab illis diſtaret ſatis longo. Itaque ſequenda videtur editio Ducæi & Montfauconi, quibus adſtipulantur codices ſaltem plerique.*

Baſſum, Eortium, Magnum, Domnum, epiſcopos.

1128 *Accedit ejuſdem ferè argumenti Epiſtola* 110 *ad Baſſum epiſcopum, quem ſuperiori* tempore & nuper Conſtantinopoli *amicum ſibi fuiſſe* Chryſoſtomus *agnoſcit, ita ut etiam ſperâſſet eum ad ſe venturum. Hi porrò tres epiſcopi aliunde non innoteſcunt, nec alias habemus Epiſtolas ad illos datas. Has verò fuiſſe ex prioribus Cucuſi ante hiemem ſcriptis, colligitur ex iis, quæ in ſingulis dicuntur de incurſionibus Iſaurorum.* In Cucuſum, (*inquit in Epiſtola* 109, *cui aliæ conſonant*) hoc eſt, in locum totius noſtri orbis deſertiſſimum, abducti ſumus, ac ſingulis penè diebus Iſaurorum incurſionibus obſidemur. *Similia quoque ſcribit in Epiſtola* 30 *ad Eortium vel Heortium epiſcopum ſedis item ignotæ, ut & ad Magnum epiſcopum nihilo magis aliunde notum in Epiſtola* 26, *ita ut & illæ Epiſtolæ ad idem tempus ſint referendæ. Veterem amicitiam celebrat, & ad frequens epiſtolarum commercium hos antiſtites, uti & tres alios memoratos invitat. At incertum eſt, an illi in amicitia conſtantes fuerint,* & Chryſoſtomo *umquam reſponderint. Hic certè omnia fecit, ut amicos coleret ſibique devinciret: ſed metus perſecutionis non paucos, opinor, deterruit. Hic tamen, ſaltem initio non impediit Domnum epiſcopum, quo minùs ad Sanctum & ſcriberet & presbyterum mitteret. Teſtatur id* Chryſoſtomus *in Epiſtola* 27 *circa idem tempus ſcripta: ſed ne de Domno quidem plura deinde habemus.*

AUCTORE J. S.

Quinque ad eumdem Heſychium anno 404

1129 *Inter Epiſtolas Sancti quinque exſtant* Heſychio *inſcriptæ. Erat ille vir nobilis, & veriſimiliter Antiochenus, etiamſi dicat Sanctus in Epiſtola* 74, *ſe non magno intervallo ab ipſo diſjunctum: neque enim magnum amico intervallum putabat inter Antiochiam & Cucuſum. Tillemontius art.* 100 *exiſtimat, diverſos eſſe, Heſychios, ad quos prædictæ litteræ ſunt datæ, quia in Epiſtola* 198 *ita intelligit* Chryſoſtomi *verba, ut credat, Heſychium ſolâ famâ Sancto fuiſſe notum. At* Chryſoſtomum *aliud quidpiam dicere opinor, ac loqui de famâ adventuri ad ſe Heſychii, quâ captus & excitatus ad ipſum prior ſcripſit. Itaque nulla eſt ratio, cur dicamus, non eſſe has quinque Epiſtolas ad eumdem Heſychium datas. Ordo porrò illarum hic videtur. Prima eſt Epiſtola* 223, *quâ dicit, ſe priorem ſcribere, ut ipſum ad frequenter ſcribendum excitet, ac meminit de amandatione ſua* ad ipſos orbis terrarum fines, *ut ſubinde de Cucuſo loquitur, quia non longè aberat à limitibus Perſici imperii. Secunda verò ad Heſychium videtur eſſe Epiſtola* 74, *quâ ipſum rurſum, ut ad ſe ſcribat, hortatur, ita ſcribens:* Equidem ipſe te videre cuperem, meque nec Iſaurorum metus, nec corporis imbecillitas prohibere poſſet, ſi mihi licitum eſſet, quò vellem, proficiſci. Te autem, cùm alioqui id arbitrii tui ſit, ne ſic quidem traho, nec ut domo migres, atque ad nos accurras, te rogo. Sed quamvis id per anni tempus liceat, tuque iſtud iter brevi exſequi poſſis: neque enim magno intervallo diſjuncti ſumus; tamen ob Iſaurorum metum huc te trahere minimè velim. Verùm hoc demum abs te peto, ut de tua valetudine crebrò ad nos ſcribas &c.

E

F

ſcribit Epiſtolas:

1130 *Tertia ad eumdem eſt Epiſtola* 198, *quâ de ſilentio Heſychii conqueritur, ipſumque iterum ad ſcribendum hortatur. In hac inſinuat, Heſychii adventum ex fama ſe ſperâſſe, aitque:* Modis omnibus tibi negotium faceſſemus, niſi continuas ac frequentes ad nos epiſtolas mittas, & præſentiæ voluptatem litterarum frequentiâ adumbrare contendas. *Quarta ad Heſychium data eſt poſt acceptas ab eo litteras, ex quibus intellexit, morbum obſtare, quo minùs ille Cucuſum excurreret. Hinc in hac Epiſtola, quæ eſt* 24, *optimam ipſius voluntatem gratioſè admodùm laudat. Hæc data eſt, quando hiems erat inchoata, ſive quando* per anni tempus *non licebat iter agere. Quinta demum eſt Epiſtola* 176, *quæ data eſt hiemali tempore, necdum ceſſante Heſychii morbo. In hac rurſum ipſius litteras petit. Multam*

in

AUCTORE J. S.

in omnibus litteris ostendit familiaritatem cum Hesychio, qui fortè ex eo morbo obiit. Certè plures ad eum non invenio litteras. Ultima figi debet sub finem anni 404.

tres Epistolæ ad Agapetum, una ad Candidianum,

1131 *Agapetum, ad quem exstant tres* Chrysostomi *Epistolæ, virum nobilem fuisse Antiochenum, persuadet Epistola* 73, *quæ prima est ad Agapetum, & inter priores Cucusi scripta. Initium est:* Etli jam longum tempus effluxit, cùm abs te sejuncti sumus *&c. Sex nimirum, aut ferè septem anni effluxerant, quando Antiochiâ discesserat Sanctus. Epistola tota tendit ad instaurandam antiquam amicitiam. Hanc secuta est Epistola* 20 *ad eumdem data, ac ejusdem planè argumenti. At insuper declarat Agapeti desiderium veniendi ad* Chrysostomum. *Data hæc est fortè mense Octobri, & hieme instante aut ingruente. Tertia ad Agapetum est Epistola* 175, *quâ ipse commendat Elpidium presbyterum, qui multis laboribus Amani, Ciliciæ montis, incolas ab impietate ad fidem converterat, quique ad ipsum proficiscebatur. Hæc fortè data est anno* 405, *tempore æstatis, aut certè post hiemem. Prædictis ad Agapetum litteris jungo unicam ad Candidianum,*

B *à quo se longo tempore sejunctum fuisse ait Sanctus, ita ut & ille fuerit unus ex antiquis amicis Antiochenis. Inter priores autem Cucusi scripta est ista Epistola* 42, *quando* Chrysostomum *affligebant* intoleranda obsidio, insidiæ, latronum incursiones, aliaque præterea angustia, nimirum corporis morbus, *ut ipse scribit, amicitiam cum Candidiano renovans.*

sex Epistolæ ad Marcianum & Marcellinum:

1132 *Inter amicos* Chrysostomi *Antiochenos non infimo loco erant Marcianus & Marcellinus, quos* præclarum par *sibique* vehementer charum *dicit in Epistola* 129, *ita ut illi videantur fratres. Sex habemus Epistolas ad Marcianum simul & Marcellinum datas, quarum prima est* 224. *Scripserant illi ad Constantium presbyterum cum* Chrysostomo *degentem, atque indicaverunt, non audere se priores ad ipsum scribere; non posse verò ad ipsum venire ob aliqua impedimenta, quæ non exponuntur. Hanc ultimam excusationem Sanctus accepit, non item excusationem de non missis litteris; subdit tamen:* Sit ita sanè, atque hanc fuisse causam silentii demus: ecce & hæc ipsa nunc vobis eripitur, & litteris nostris vos lacessimus *&c. Interim litteras ab ipsis accepit,*

C *iisque rescripsit per Epistolam* 226, *quam ita orditur:* Nobis ænigma solvistis. Non enim ad defensionem sufficisse illam excusationem, quæ tum suggerebatur, vos nunc indicâstis, cùm, nondum acceptis litteris nostris, non lacessendos putâstis. Ea quippe caritatis est natura, ut silere minimè possit: verùm, quamvis periculum sit, ne accusetur audaciæ, munere suo fungitur. *Tum laudat eos, quòd priores scripsissent, & insinuat, se multùm desiderare eorum conspectum, ubi morbo fuerint liberati. Secuta est non diu pòst Epistola* 129 *ad eosdem: nam hæc data est, dum Sanctus* assiduis prædonum incursibus *vexabatur, id est, ante hiemem. Epistola* 65 *ad eosdem data est eodem etiam anno, verisimiliter post acceptum eorum ad primam responsum. In illa mirè Sanctus laudat Marciani & Marcellini in adversis constantiam. Seriùs ad eosdem data est Epistola* 19, *quando nimirum jam* hiems *erat, iterque impediebat. Hanc demum secuta est Epistola* 100, *sed post diuturnum silentium, ita ut hæc anno* 405 *data, & ultima videatur earum, quæ Marciano simul & Marcellino inscriptæ sunt.*

1133 *Habemus insuper duas Epistolas uni Marcellino inscriptas, & alteram soli Marciano. Hosce à prædictis alios esse, omnino est verisimile, cùm quia non inscribuntur utrique simul, tum quia prior ad Marcellinum, quæ est* 188, *annumeranda est prioribus Cucusi scriptis: nam inchoatur hoc modo:* Nos quidem in omnium desertissimum locum Cucusum relegati sumus *&c. Altera ad Marcellinum est Epistola* 31, *quæ post diuturnum silentium data dicitur, fortè anno* 405. *Incertum etiam est, an ille Marcellinus esset Antiochenus. At cujuscumque loci fuerit, magnam in ipsum benevolentiam insinuat* Chrysostomus. *Ad Marcianum verò tempore hiemali data est Epistola* 122, *quâ* Chrysostomus *viri illius virtutes, nimirum liberalitatem in pauperes ac charitatem in afflictos mirè commendat. De hoc etiam Marciano incertum est, utrùm Antiochenus esset an Constantinopolitanus, aut alterius cujusdam civitatis. At ex Epistola* 211 *videtur tribunus fuisse, cùm ibi Sanctus dicat, ad Marcianum tribunum se scripsisse. Certè virtutes & amicitiam Marciani magni faciebat Sanctus, easque hac Epistolâ fovere studebat. In hac Epistola* Chrysostomus *ait:* Nam & Isaurici metûs obsidio, & loci solitudo, & hiemis asperitas nos vehementer premit. *Epistola* 211 *ad Timotheum presbyterum paulò pòst data est. Ad Timotheum etiam scripsit, quando scribebat ad Marcianum: sed excidit illa Epistola.*

D *aliæ duæ ad Marcellinum, alia ad Marcianum, alia ad Timotheum:*

E

tres ad Chalcidiam & Asyncritiam, sorores

1134 *Antiochenæ etiam omnino apparent Chalcidia & Asyncritia, ad quas simul tres habemus Sancti Epistolas, ad singulas verò seorsum quatuor alias. Tillemontius art.* 103 *suspicatur fuisse sorores Constantii presbyteri: quæ conjectura admodùm est probabilis. Desideraverant illæ ad* Chrysostomum *venire; sed ausæ non fuerant, cùm prædonum & hiemis metu, tum corporis infirmitate, ut dicitur in Epistola* 242, *quam omnium primam ad eas datam existimo. Illam ita orditur:* Nihil opus est ulla excusatione utamini, quòd non veneritis: nam mihi quidem animo & affectu venistis, & nihilo inferiore loco apud nos estis, quàm qui huc venerunt *&c. Secunda, ad utramque similiter scripta, est, opinor, Epistola* 29, *quâ matronas illas piè consolatur in afflictionibus, quas patiebantur. Non alias autem has esse suspicor, quàm persecutionem à Porphyrio episcopo contra Constantium presbyterum excitatam, quæ in has ipsius sorores non poterat non redundare, præsertim quia Constantius ipse latere malebat, quàm Antiochiæ suam causam agere.* Nihil, *inquit Sanctus*, ex his molestiis, quas evenire perspicitis, vos perturbet: nec densi negotiorum fluctus animis vestris tumultum afferant. Ejusmodi enim est arcta illa & angusta via, complures difficultates ac multos sudores & labores habens. Verùm hæc fluunt, atque unà cum hac vita exstinguuntur *&c.*

F

verisimiliter Constantii presbyteri: quatuor

1135 *Epistola* 60 *ostendit, Constantii causâ eas fuisse afflictas: nam ibi utramque sic alloquitur:* Non me fugit, crebras eas tentationes, quæ domino meo reverendissimo & religiosissimo presbytero illatæ sunt, magnam vobis perturbationem attulisse. *Tum consolationem subjungit. Presbyterum autem illum esse Constantium, colligitur ex hac Epistola, collata cum* 62, *in qua Constantii nomen exprimitur. Nam in utraque agitur de presbytero, qui persecutionem patiebatur, quique relicto* Chrysostomo, *Antiochiam redibat. Verùm de reditu Constantii agam ad annum* 405, *quo ille contigit. Interim notâsse sufficiat, Epistolam* 60 *illo tem-*

A *tempore datam esse, cùm Chalcidia & Asyncritia solatium habituræ dicantur* per ipsius præsentiam. *Porrò ante hanc ultimam ad ambas datam aliæ quædam ad singulas seorsum sunt scriptæ. Earum autem quatuor, quæ ad Asyncritiam datæ sunt, hic ordo videtur esse. Prima est Epistola 77, quam sic orditur:* Etiam antehac illud tibi per litteras (*nimirum* 242) significavimus, nos te, quantùm ad caritatem attinet, in eorum, qui ad nos venerunt, numero reponere: & nunc rursum istud ipsum dicimus, nimirum te animo ac voluntatè venisse *&c. Hæc clarè evincunt, Epistolam hanc* 77 *perperam figi à Tillemontio art.* 104 *ante Epistolam* 242: *nam hæc ad utramque simul præcessit.*

aliæ ad Asyncritiam 1136 *Cùm autem ægra esset Asyncritia, hortatur Sanctus, ut scribat, an morbum depulerit. Illud necdum sciebat, quando ad ipsam scribebat Epistolam* 40, *quæ brevi secuta, & eodem anno* 404 *data videtur, ad ipsam consolandam. Diu post secuta est Epistola* 99, *quâ se excusat Sanctus, quòd rarò ad Asyncritiam scripserit, ita ut hæc figenda videatur anno* 405. *Ultima, opinor, ad Asyncritiam est Epistola* 106, *quæ inscribitur,*

B Asyncritiæ ipsiusque sodalibus. *In ea dicit:* Litteras quidem assiduè ad vos dare cuperem: verùm Isaurorum metus, viis omnibus intercluſis, non me nanciſci ſinit, qui ad eam rem nobis administram operam præbeant. *Hortatur eas ad constantiam in perferendis hujus vitæ calamitatibus. In fine Asyncritiam sic alloquitur:* Hæc igitur omnia tecum considerans, illudque item, res præsentes nihil à fumo & insomniis differre; florentemque hominum statum vernis foliis, quæ simul atque oriuntur statim exarescunt, nihilo præstantiorem esse, da operam, ut omnibus hujusmodi telis superiorem te præbeas. Licet enim, si modò velis, ipsam quoque vitæ pompam contemnere ac proculcare. Unum id specta, quonam pacto magno cum studio ac diligentia viam arctam, quæ ad cælum vehit, conficere queas. *Hæc sanctus Exsul anno* 405, *ut conjicio.*

item aliæ quatuor ad Chalcidiam: 1137 *Prima ex quatuor ad solam Chalcidiam datis est Epistola* 98, *scripta anno* 404, *quando ipsa ægrotabat. Secuta est verisimiliter Epistola* 39, *plena benevoli affectus declaratione. In hac nulla morbi fit mentio, scriptaque potiùs videtur anno* 405, *quàm* 404. *Certiùs tamen ad annum* 405

C *revocanda est Epistola* 76, *cùm scripta sit paulò ante reditum Constantii ad sororem sive Antiochiam. Hanc Sanctus ita orditur:* Equidem dominum meum reverendissimum presbyterum nobiscum esse vehementer cupio. Sin autem ipsum illuc proficiſci commodum esse censes, eum periculi metu carere, atque urgente tumultù liberari, quàm hîc esse malo. Quamobrem ne illud existimes, ipsum à nobis prohiberi, si proficiſci velit. Nobis enim eum adhuc retinendi causa ea fuit, quòd negotii natura ipsius præsentiam non admodùm requireret: atque item ea, quòd ne in Isaurorum manus fortè caderet, metueremus. Quòd si eum illuc proficiſci tam valde necesse est, eum & monemus & hortamur, ut iter ſuſcipiat *&c. Hæc tempore ætatis anni* 405. *Ultima ad Chalcidiam est Epistola* 105, *quâ consolatur ipsam, monetque in adversis constantem se præbeat, quando ipse in multis versabatur calamitatibus. Elegans sanè est consolatoria, tantòque pluris facienda, quòd ostendat, quibus oculis Vir fortissimus omnia adversa, etiam sua, fuerit intuitus. Quare finem illius Epistolæ huc transfero:* Quemadmodum igitur viatores, ſive per prata, ſive per ſalebroſa & abrupta loca iter faciant, nec ullam illinc voluptatem percipiunt, nec ullam hinc mœſtitiam ſentiunt; viatores enim ſunt, non cives, utraque prætereuntes, atque ad patriam ſuam contendentes; eodem modo te rogo atque obſecro, ut nec præſentis vitæ jucunditatibus inhies, nec rurſum moleſtarum rerum pondere deprimaris; verùm hoc unum ſpectes, quonam pacto ad communem patriam noſtram cum ingenti fiducia pervenias. Quandoquidem hoc demum fixum & conſtans atque immortale bonum eſt: cætera autem omnia, flos fœni & fumus, & ſi quid his vilius fingi poteſt. *Hæc* Chryſoſtomus *veriſimiliter eodem anno* 405. AUCTORE J. S.

alia ad Onyſicratiam. 1138 *Cæterùm præter Epistolas modò datas, apud Frontonem Ducæum etiam* Asyncritiæ *inscribitur Epistola* 192, *quæ consolatoria est de obitu filiæ. Hinc Tillemontius art.* 103, *eam ſecutus editionem, observat, Asyncritiam fuisse mulierem maritatam aut viduam. Verùm Montfauconus in Annotatis ad Epistolam* 192 *observat, in ſuis codicibus Mss. legi inscriptam* Onyſicratiæ, *atque ita quoque legisse Savilium. Ex codicibus noſtris unus ille, quem ſecutus est Ducæus, habet* Asyncritiæ, *alii duo* Onyſicratiæ. *Quapropter omnino exiſtimo cum Montfaucono, veram lectionem esse* Onyſicratiæ. *Hinc ſponte concidit obſervatio de matrimonio Asyncritiæ, quod aliunde notum non eſt. Porrò æquè ignota est Onyſicratia, estque hæc unica Sancti ad ipsam Epistola, ex qua minimè conſtat, utrùm Antiochena fuerit an Conſtantinopolitana. De tempore, quo ſcripta eſt Epiſtola, nihil quoque ex ea liquet. Quare hîc eam memorâſſe ſufficiet.*

E

§ LXXIV. Venit ad Chryſoſtomum Libanius Antiochenus, per quem ad varios Epiſtolas mittit Sanctus, qui & ad alios ſcribit, & dona aliquorum remittit.

F

Tres ad Carteriam ſcribit Epiſtolas ante adventum

INter matronas *Antiochenas, quæ mirâ cum* Chryſoſtomo *amicitiâ fuerunt junctæ, loco non vulgari fuit* Carteria, *ad quam exſtant quatuor Sancti Epiſtolæ, omnes, ut videtur, anno* 404 *datæ. Deſideravit illa Sanctum inviſere, poſtquam Cucuſum venerat; ſed morbo impedita fuit, atque hoc ipſi per litteras ſignificavit. Ad has ei reſcripſit* Chryſoſtomus *per Epiſtolam* 227, *quam exorditur hoc modo:* Quid ais? Continui tibi morbi non permiſerunt, ut ad nos venires? Atqui veniſti, & nobiſcum es, & ab animi tui affectu ac voluntate totum illud obtinuimus, nec ulla tibi hac in re excuſatione eſt opus. Etenim ardens ac ſincera caritas, quæ ſic perpetuò viget, nobis ſufficit ad ſuggerendam ingentis lætitiæ occaſionem. *Addit multa de ſua benevolentia, & petit, ut Carteria de ſua valetudine ſcribat. Hæc prima ad Carteriam. Secunda videtur Epiſtola* 34, *quâ Carteriæ gratias agit de unguento quodam tranſmiſſo, quod ipſa per ſe efficere voluerat. At litteras non addiderat, quas petit Sanctus, ut ſciat, an ex infirmitate emerſiſſet. Tertia ad Carteriam*

AUCTORE J. S.

videtur Epistola 18, *quâ suam eidem benevolentiam declarat* Chrysostomus, *de morbo Carteriæ sollicitus.*

Libanii, cui ad eamdem tradit quartam.

1140 *Quarta demum ad Carteriam est Epistola* 232, *quæ data est, postquam aliquot Epistolas ab ea acceperat, eaque suadente, Libanius ad* Chrysostomum *pervenerat. De eo Sanctus ita scribit:* Quòd autem non litteras tantùm miseris, sed etiam domino meo, dilectissimo fratri nostro Libanio persuaseris, ut istinc solveret, & peregrinationem istam susciperet, quantæ istud est benevolentiæ? quantæ sollicitudinis? *De Libanio in variis Epistolis loquitur Sanctus, semperque magnificos eidem tribuit titulos, &* fratrem *alibi etiam nominat. Virum tamen ecclesiasticum fuisse non existimo, sed secularem potiùs, & fortasse Sancti consanguineum. Advenit ille Cucusum mense Octobri aut Novembri, ut conjicio ex Epistolis aliquot, quas infrà datas videbimus mense Septembri & Octobri ante adventum Libanii. Mansit hic* perexiguo tempore *cum* Chrysostomo, *ut habet Epistola* 230. *Abiens verò multas secum tulit Sancti Epistolas. Videtur etiam retulisse dona Carteriæ, quæ ad* Chrysostomum *attulerat.*

B *Certè Sanctus ea remisit, sed mira cum humanitate.*

pona transmissa simul remittens

1141 *Lubet totam ipsius excusationem huc transferre, ut Viri sancti comitas appareat æquè ac generosus opum contemptus. Laudatis Carteriæ virtutibus, expositaque sua de iis existimatione, sic pergit:* Quocirca te obsecramus, ut de nostra caritate secura, minimè doleas propter eà, quæ à tua veneratione transmissa sunt, quòd ea nimirum remiserimus: siquidem affectu ipso & accepimus, & illis potiti sumus. Sed quoniam nulla egestate premimur, significavimus, ut nobilitas tua illa conservet: quòd si fortè premamur egestate, videbis quanta libertate fiduciâque scribemus, ut ad nos mittantur, & in hoc quoque tuis dictis parebimus. Sic enim sub finem epistolæ dixisti, Ostende, tuam pietatem nobis confidere, ac rebus nostris tamquam propriis uti. Quando igitur sic animo nos affectos esse vis, ut procul dubio vis, & tuis rebus tamquam propriis uti, cùm ad te scripsero, tum transmitte. Hoc enim maximum est indicium, me illa propria censere, si, cùm voluero, tum illa mittantur, non cùm illis non indigeo.

C *cum humana gratiarum actione.*

1142 In hoc ergo quoque sinceram tuam ostende caritatem, & quâ reverentiâ nos observes, quòd in hac re nos toleraveris, & quamprimum literas mitte, quæ te minimè ægrè tulisse significent. Nisi enim hoc feceris, in perpetuam anxietatem & solicitudinem nos conjicies. Non enim soliciti esse desinemus, num fortè molesti fuerimus: siquidem multo studio caritatis tuæ tenemur, & tuam nobilitatem recreandi. Postquam igitur excusatione usi sumus, quo pacto illam acceperis, nobis significa. Nam ut intelligere potest suavitas tua, apud alios, qui idipsum præstiterant, nobisque admodùm cari erant, nulla nobis utendum excusatione fuit, sed satis fuit repudiare transmissa: verùm apud tuam venerationem & excusatione utimur, & ne ægrè feras obsecramus, neque priùs hæc identidem dicere intermittemus, donec te nobis minimè succensuisse significaveris. Quòd si hujusmodi literas obtinuerimus, duplo ac triplo ac multoties majora, quàm quæ missa sunt, nos accepisse arbitrabimur. Id enim maximè potest argumento esse, quantâ reverentiâ & honore nos colas. *Hactenus* Chrysostomus, *quem dona sæpiùs repudiâsse videbimus.*

Plures verò ad Carteriam litteras non habemus. Tacuit aliquamdiu Sanctus, quia illa Antiochiæ non erat, & longam peregrinationem *inierat, ut scribit in Epistola* 44 *ad Theodotum diaconum. An in illa peregrinatione obierit, me omnino latet.* D

Scribit ad Constantium, ad Severam, ad Adoliam;

1143 *Libanius etiam tulisse videtur Epistolam* 225 *ad Constantium presbyterum, cujus virtutes laudat & charitatem. At conqueritur, se nullas ab eo accepisse litteras;* Idque, *inquit,* cùm nos haud longè à vobis adveniissemus, & mihi plurimùm colendus & clarissimus frater Libanius ad nos pergeret. *Hæc verba clarè ostendunt, hunc Constantium distinguendum esse à Constantio sæpè memorato: nam hic eo tempore erat cum* Chrysostomo. *Præterea, ut aliàs jam monui, hîc Antiochia dicitur* non longè *Cucuso abesse, nimirum quia Constantinopolis, ubi antè fuerat Sanctus, multò longiùs Antiochiâ distabat. Alia Epistola Libanio commissa, quæ* 229 *ponitur, data est ad Severam, numquam à* Chrysostomo *visam, sed cujus* zelum ac studium... pro recta fide *Libanius Sancto exposuerat. Adoliæ quoque Antiochenæ eadem occasione scripsit: sed eidem jam antè alias miserat litteras.*

E *ad quam sex exstant Epistolæ: hanc nititur*

1144 *Sex ad Adoliam datas habemus, earumque hic ordo potest assignari. Primam existimo illam, quæ inter Epistolas est* 133. *Hortatur autem Sanctus Adoliam, tum ut mundanis negotiis nuntium remittat, tum ut Cucusum veniat. Hoc ultimum ut persuadeat, inter alia dicit:* Nam & exiguo itineris intervallo divellimur, & & anni pars ad peregrinandum perquam idonea est, ut quæ nec frigore nec æstu molesta sit. *Insinuant hæc verba mensem Septembrem. Hæc quoque epocha confirmatur ex eo, quòd Epistola nihil habeat de morbo, in quem Adolia eodem anno incidit. Quàm familiariter Adoliam alloqueretur Sanctus, quámque studeret ipsam ad meliora perducere, luculenter docet laudata Epistola, cujus hoc est initium:* Quid ais? Rursum insidias luges, gravibus calamitatibus affectam te esse inquis? Quid autem obstat, quæso, quin in tranquillum portum te conferas, atque his omnibus fluctibus libereris? An non hæc tibi semper occinebam (*dum erat presbyter Antiochiæ talia ipsi monita dare potuit*) nec tamen umquam mihi obtemperandum duxisti? Quin potiùs ipsa quoque tibi ab hujusmodi negotiorum luto sexcenta mala accersis, in cœnum perpetuò illabens; ac nobis, dum hæc pateris, crebros ac perpetuos mœrores affers.

F *à mundanis curis avellere:*

1145 An me levi mœrore affici censes, cùm ea audivi, quæ ad me scripsisti, nimirum te à propinquis, vel potiùs alienis, ipsis enim tuis verbis utar, proditam esse, gravesque tragœdias pertulisse? Quò usque fumo assides, & clarum animi oculum turbas? Numquamne te ab hac acerbissima servitute in libertatem vindicabis? Quid autem impediebat, quò minùs huc venires, nosque de his rebus consilium unà caperemus *&c.? Urget eam deinde, ut veniat, & subdit:* Illud autem iniquo atque acerbo animo fero, cùm te innumeris negotiis implicitam teneri, ac sexcentas curarum hujusce vitæ sarcinas circumferre audio. Ac nisi me exsilii necessitas tamquam compedibus adstrictum teneret, tibi negotium non facesserem: verùm, etiamsi graviore adhuc, quàm quâ nunc sum, corporis imbecillitate laborarem, ipse sanè ad te excurrissem, neque priùs quidvis agere ac moliri destitissem, quàm te ex hac tempestate atque innumerorum malorum cœno & colluvie extraxissem *&c. Iterum hortatur, ut veniat ac munda-*

A *dand relinquat. Omnia insinuant, hanc Epistolam sub initium Septembris esse datam.*

altera ad eamdem ægrotantem:

1146 *Secunda ad Adoliam est Epistola* 52, *opinor, quæ missa est, postquam gravem ipsius morbum intellexerat.* Quòd in morbum incideris, *inquit*, didicimus, & quidem ita gravem & acerbum, ut ad ipsas quoque mortis portas acceſſeris. Scimus etiam te è morbo convaluisse, ac periculo jam liberatam ad sanitatem progredi. *Mox conqueritur, se id ex aliis, non ex ipsa, didicisse; rursumque hortatur, ut scribat, aut etiam veniat. Hunc in finem dicit:* Nam & hujus regionis hiems amœnissimi veris speciem hactenus imitatur, & Armenia Isauris liberata est. *Hæc innuunt mensem Octobrem, quia non strictè de hieme intelligenda sunt verba Sancti, qui eadem ferè habet in Epistola* 14 *ad Olympiadem. In ea scribit pag.* 599: Quòd si ex initiis conjectura duci potest, mihi hoc cælum Orientale esse videtur, neque minus quàm Antiochenum. Is est tepor, ea cæli temperies. *Attamen in eadem Epistola paulò post dicit:* De Isauris autem nihil est, quod posthac metuas: etenim in regionem suam se receperunt: idque ut facerent, à præfecto nihil est

B prætermissum. *Et mox:* Itaque de Isauris nihil metuas: etenim recesserunt, ortaque hieme domi se incluserunt, nescio, an post Pentecosten egressuri. *Utroque loco primum autumni frigus videtur* hiems *vocari, fortasse quia nix jam subinde decidebat in montes. Quare has Epistolas mense Octobri scriptas opinor, & quidem potiùs sub initium quàm sub finem illius mensis.*

aliæ quatuor ad Adoliam eodem anno datæ.

1147 *Post memoratas* Chrysostomi *litteras Adolia de morbo suo ad Sanctum scripsit, aut certè hic eas litteras accepit post suas jam missas. Liquet id ex Epistola* 33, *quæ tertia est ad Adoliam, quâque ei ad litteras acceptas respondit, & de præcedentibus meminit. Secuta videtur post aliquot dies Epistola* 57, *in qua Sanctus rursum dicit:* Isaurorum periculum penitus sublatum est: *eamque ad scribendum invitat. Quinta, opinor, est Epistola* 231 *Libanio perferenda tradita, quam sic inchoat:* Frequenter quidem ad pietatem tuam litteras dedimus, sed hæc frequentia nobis non sufficit: verùm id agere singulis diebus cupieremus. *Conqueritur deinde, quòd non scripsisset; veniente Libanio, & litteras petit. Eodem demum anno data est sexta & ultima ad Adoliam, quæ*

C *in collectione est Epistola* 179. *Excusat ipsam, quòd non venerit* propter corporis imbecillitatem, *non item quòd ravò scripserit.* Hæc autem, *inquit*, à me idcirco dicuntur, quòd cùm sextam, ut equidem arbitror, ad te miserim hanc Epistolam, duas tantùm à nobilitate tua receperim. *Hanc datam esse tempore hiemis, liquet ex his verbis:* A latronibus omnino quieti sumus. *Tillemontius art.* 104 *ordinem harum Epistolarum mirè turbatum posuit. Verùm illam esse omnium primam, quam ut talem memoravi, ex hoc etiam probatur, quòd in ea Adoliam apertè & vehementer urgeat, ut accedat Cucusum. In reliquis verò id aut indirectè tantùm agit, aut ipsam, quòd non venerit, excusat. Bis tantùm scripsit Adolia, semel ante* Chrysostomum *de difficultatibus sibi obortis, deinde de morbo. Postea, opinor, omne litterarum commercium abrupit, quia nolebat sequi consilium renuntiandi mundo, à Sancto datum, aut alia de causa nobis ignota.*

Scribit ad Elpidium Laodicenum episcopum

1148 *Inter amicos antistites, qui* Chrysostomum *defendere conati sunt Constantinopoli, eminuit Elpidius Laodicenus in Syria episcopus, ut videre est ex relatis* § 63. *Quapropter dubitandum non est, quin ad hunc datæ sint sex Sancti Epistolæ,* Elpidio episcopo *inscriptæ, quarum una commissa est Libanio ad Elpidium perferenda; sed hanc alia præcessit, videlicet Epistola* 114 *quæ data videtur sub initium Octobris. Nam Sanctus, ut recenter auditam, narrat liberationem presbyterorum & aliorum, qui carcere soluti sunt per legem* XXIX *Augusti datam. Hujus autem rei nuntius intra quinque aut sex hebdomadas pervenire Cucusum poterat æstivo tempore, cúmque res esset publica, non diu poterat latere. Sanctus mirè laudat studium zelumque Elpidii pro bona causa, dicitque:* Nihil quippe nobis, licèt tanto spatio dissitis, latet eorum, quæ ad te spectant. *De suo autem statu hæc memorat:* Sic habeto, nos Cucusum quidem, hoc est in desertissimum locum, relegatos esse; cæterùm nullo sollicitudinis sensu affici: tanta scilicet quiete, tanta securitate fruimur, tantis omnium officiis gaudemus. Nam & morbi reliquiis precum tuarum ope atque auxilio depulsis, bene nunc valemus, & Isaurorum metu liberati sumus, atque in securitate versamur, ingentique otio nosmet oblectamus. Adsunt autem nobis reverendissimi presbyteri Constantius & Evethius, spesque est alios item brevi affuturos esse, quos scilicet hactenus vincula detinuerunt. Nunc autem omnes iisdem soluti sunt: nec dubito quin ad nos advolaturi sint. *Demum preces ac litteras Elpidii flagitat, & Asyncritium presbyterum omnemque clerum salutat.*

anno 404 tres epistolas præter alias posteriores.

1149 *Secunda fortasse ad Elpidium Laodicenum est Epistola* 25, *per presbyteros, qui verisimiliter Laodiceâ Cucusum venerant, transmissa hiemali tempore. Nihil illa continet præter amicam salutationem. Tertiam Libanius tulit, nisi hæc sit secunda, & ante Epistolam* 25 *missa. Hanc* 230 *ita* Chrysostomus *orditur:* Magnam domino meo amantissimo Libanio gratiam habeo, quòd & domo sua excesserit, & huc venit, ac rursus ad reverentiam tuam profectus est .... Id enim omni animi contentione studeo, ut tibi ab omnibus honor obsequiumque deferatur... Gratam igitur & acceptam habens ipsius benevolentiam, domine mi reverendissime ac religiosissime, cum ab eo diligenter cuncta didiceris, quæ Antiochiæ, quæque apud nos geruntur: nam & ista narrabit, qui tametsi perexiguo tempore nobiscum versatus est, quid tamen rerum geramus didicit, lætum illum hilaremque dimitte. *Deinde salutat Asyncritium*

F *presbyterum & clerum omnem,* quem, *inquit*, brevi temporis spatio tuum in nos amorem imitari docuisti *&c. Habemus & alias Sancti Epistolas ad Elpidium sequentibus annis datas, quas suis locis memorabimus.*

Aliæ quatuor ad diversos Epistolæ:

1150 *Fortè plures Epistolas Antiochiam tulit Libanius, sed incertum id est, quia in aliis de eo non fit mentio. Certè Antiochenus etiam videtur Symmachus presbyter, ad quem data est Epistola* 45, *verisimiliter anno* 404 *scripta. Consolatoria est elegans, cujus hoc est initium:* Minimè novum ac præposterum videri debet, si is, qui angustum iter tenet, premitur. Nam hæc virtutis natura est, ut laboribus & sudoribus, atque insidiis & periculis scateat *&c. Namæa etiam, ad quam scripta est Epistola* 47, *Antiochena fuisse videtur, cùm* iter *ad Sanctum* suscipere non recusatura *fuisset*, nisi morbus obstitisset. *Excusaverat illa se, quòd prior scripsisset; sed illam excusationem ridet* Chrysostomus, *monetque, ut sapiùs scribat. Non ita constat, ubi habitaret Rufinus, ad quem scripta est Epistola* 46. *At Tranquillinus, cui missa est Epistola* 63, *etiam An-*

AUCTORE J. S.

tiochenus fuiſſe videtur, quia Sanctus dicit ſe diuturno tempore *ab eo abfuiſſe. Ad illum jam alias miſerat Epiſtolas, quæ exciderunt. Haſce porrò duas Epiſtolas, certâ temporis notâ deſtitutas, ad hunc annum* 404 *memoro, quia pleræque Epiſtolæ, quæ ad amicitiæ declarationem ſolùm ſcriptæ ſunt, quales hæ ſunt, pertinent ad annum* 404.

alia ad Hermatium, alia ad Callifiratum epiſcopum:

1151 *Eodem anno, fortè menſe Septembri, data eſt Epiſtola* 75 *ad Harmatium, qui Sancto conceſſerat, ut* arbitratu *ſuo imperaret ſervis ipſius,* in iis rebus, in quibus eorum operâ *indigeret. Huic autem gratias agens, ejuſque litteras petens, ita loquitur:* Deſine, quæſo, tuis hominibus imperare, ut nobis in iis rebus, quibus corpus eget, inferviant: neque enim his rebus ullo modo indigemus: quippe cùm omnia nobis perinde atque à fonte affluant *&c. Tum petit litteras, imò & præſentiam ipſius ſe petiturum fuiſſe ait, niſi* Iſaurorum metus *id prohibuiſſet. Ad eumdem quoque annum ſpectare videtur Epiſtola* 200, Calliſtrato Iſauriæ epiſcopo ſcripta. *Hic per litteras ſignificaverat, deſiderare ſe ad* Chryſoſtomum *venire. Ipſius verò charitati ſolita humanitate reſpondet Sanctus, ſe* ſummo *devinciendum* beneficio,

B

& multâ lætitiâ *complendum, ſi id fiat, hortaturque ad iter ſuſcipiendum,* ſi tempus fiat idoneum. *Itaque hiemali tempore ſcripta eſt Epiſtola.*

duæ ad Euthaliam, una ad Alypium:

1152 *Ad annum* 404 *etiam referendas putem duas Epiſtolas* Euthaliæ *inſcriptas. Prima eſt Epiſtola* 178, *quam* Chryſoſtomus *ita orditur:* Magnopere ſincera & ferventi caritate conditæ fuere litteræ tuæ, vero miniméque fucato amore. Quocirca ingentes tibi gratias habemus, & quòd ſcribas, & quòd ſinceræ tuæ erga nos benevolentiæ maximum ſpecimen edas. *Secuta eſt Epiſtola* 32 *hoc initio:* Quamvis pauciores abs te epiſtolas accipiam, quàm ad te mittam, non tamen propterea ſcribere deſinam. *Erat & illa veriſimillimè una ex antiquis Sancti amicis Antiochenis. Antiochenum etiam Tillemontius art.* 100 *credit Alypium, ad quem hoc ipſo anno data eſt Epiſtola* 186. *Erat ille certò ex antiquis Sancti amicis, & prior ad* Chryſoſtomum *ſcripſerat, atque hujus libertatis excuſationem addiderat. Verùm Sanctus hanc excuſationem benevola accuſatione excipit, laudans eum, quòd prior ſcripſiſſet, dicenſque accuſandum potiùs* propter tarditatem. *Addit, velle ſe quidem* crebriùs *ad eum* ſcribere: Sed, *inquit,* quoniam id nobis eſt difficile, qui

C

à vobis adeo ſejuncti ſumus *&c. Hæc verba dubium ingerunt, an revera Antiochenus eſſet Alypius, licèt aliàs antiqua amicitia Antiochenum fuiſſe inſinuet.*

aliæ Epiſtolæ

1153 *Antiochenus certè non fuiſſe videtur Procopius, ad quem Sanctus eodem veriſimillimè anno dedit Epiſtolam* 187; *ſed eum in itinere Cucuſum versùs* Chryſoſtomo *innotuiſſe opinor. Certè id inſinuat hoc Epiſtolæ initium:* Quamquam exigua nobis tecum iſtic conſuetudo fuit, domine plurimùm ſuſpiciende, magnum tamen ſinceræ tuæ caritatis, animi quieti, ſinceri ac ferventis amoris periculum fecimus. *Hinc gratias agit Sanctus, ac ſuam benevolentiam declarat,* ex tanto licèt intervallo, *inquit. Non erat igitur Cæſareenſis Procopius iſte, ſed ex aliqua urbe magis Cucuſo diſſita verſus Conſtantinopolim, quantùm apparet. Antiochum, ad quem eodem anno* Chryſoſtomus *miſit Epiſtolam* 189, *quemque miris effert laudibus, nec Antiochiæ nec Conſtantinopoli habitâſſe, inſinuant hæc verba:* Quocirca vel in ipſam noſtri hujus orbis terrarum ſolitudinem, Cucuſum nimirum relegati, quamvis haud facilè, qui litteras perferant, nanciſci queamus, omnem adhibuimus diligentiam, ut inveſtigaremus, ac reperiremus, qui noſtram hanc Epiſtolam ad te perferret *&c. Vel hunc vel alium Antiochum Sanctus commendat in Epiſtola* 177 *ad Artemidorum, quam ita exorditur:* Magnâ te complexurum ipſum benevolentiâ dominus meus Antiochus arbitratus eſt, ſi cum litteris noſtris tuæ ſuavitati ſe ſiſteret *&c. Commendatitia eſt brevis, caretque certo temporis indicio. Artemidorus quoque non magis nobis eſt notus quàm Antiochus.*

D

ad varios parùm notos,

1154 *Nihilo notior eſt Malchus, cui* Chryſoſtomus *ſcripſit Epiſtolam* 71, *conſolatoriam de obitu filiæ ipſius; ſed certâ temporis notâ deſtitutam. Ignoti quoque ſunt alii non pauci, quibus anno* 404 *videtur litteras miſiſſe ad amicitiam inſtaurandam. Cum Marone presbytero & monacho, ad quem data Epiſtola* 36, caritatis quidem ac benevolentiæ vinculis *adſtrictum ſe dicit Sanctus, ejuſque preces ac litteras flagitat. At inde nobis non magis innoteſcit: neque enim,* (*ut ſuſpicatur Tillemontius art.* 130) *videtur deſignari S. Maro anachoreta juxta Cyrum in Syria, de quo apud nos actum eſt ad* XIV *Februarii: nam diu antè videtur fuiſſe defunctus.*

E

& pleræque

1155 *Moyſes presbyter, cui ſcripta eſt Epiſtola* 92, *ad Sanctum priùs litteras dederat, eumque multis laudibus ornaverat, aut potiùs oneraverat. Nam Vir modeſtiſſimus reſponſum ſuum orditur his verbis:* Laudum earum, quas nobis litteris tuis tribuis, magnitudo tenuitatem noſtram longè ſuperat. Quamobrem, his omiſſis, velim, tum pro publicis eccleſiarum commodis, tum pro me vili Homunculo preces ad Deum adhibere ne deſinas *&c. Addit varia, ut id ei perſuadeat, & litteras poſtulat. Severo presbytero, cui jam* ſæpè *ſcripſiſſe ſe teſtatur, ſed illæ litteræ exciderunt, ad amicitiam priſtinam conſervandam miſit Epiſtolam* 101. *At ex ea non liquet, utrùm presbyter eſſet Antiochenus, an Conſtantinopolitanus: nam utroque loco multos habuit amicos. Epiſtola* 139 *inſcripta eſt* Theodoro Syriæ conſulari, *qui petebat Sancti litteras plures. At ille excuſat ſe, quòd præſto non haberet homines,* qui ad eamdem rem *ſibi* operam navarent, *rogatque,* ne caritatem *ſuam* Epiſtolarum numero *metiatur. Montio, cujus virtutes &* hoſpitalitatem *laudat, miſit Epiſtolam* 171. *Ex hoſpitalitate laudata oritur ſuſpicio, in itinere Montium*

F

Sancto innotuiſſe, ejuſque in domo fuiſſe exceptum.

incerti temporis.

1156 *Acacio presbytero ſcripſit* Chryſoſtomus *Epiſtolam* 208, *poſtquam* jam ſemel atque iterum *litteras dederat, modò perditas, ut ipſum ad ſcribendum excitaret. At incertum eſt, utrùm Antiochiæ, an Conſtantinopoli eſſet ille presbyter.* Salvioni *aut* Galbioni (*nam codices in nomine variant, teſte Montfaucono, & duo ex noſtris etiam habent* Galbioni) *ſcripta eſt Epiſtola* 209 *tempore hiberno ad inſtaurandam amicitiam. Erat Salbion, aut Galbion, vir maritatus, ut liquet ex Epiſtola, & veriſimiliter Antiochenus. Ejuſdem argumenti eſt Epiſtola* 214, *ad Sebaſtianum presbyterum miſſa, uti & Epiſtola* 215 *ad Pelagium presbyterum. De neutro ex litteris colligitur, utrùm Antiochiæ habitaret, an Conſtantinopoli. Epiſtola* 216 *tempore hiemis data eſt ad Muſonium, virum fortè Antiochenum, cui jam aliam Epiſtolam miſerat* Chryſoſtomus, *ſed reſponſum non acceperat, quando hanc exarabat. Prior modò perdita eſt, & fortè numquam ad Muſonium pervenit.*

1157

AUCTORE J. S.

A *Invisitur Sanctus à Seleuco episcopo,*

1157 *Eodem anno* 404 *ad* Chrysostomum *venit, inchoata hieme, Seleucus episcopus civitatis ignotæ, cujus occasione Sanctus scripsit Epistolam* 37 *ad Tranquillinum episcopum, & sequentem ad Hymnetium medicum Cæsareensem, cui jam antè scripserat, ut dictum est num.* 1115. *Priorem sic inchoat:* Reverendissimum dominum meum episcopum Seleucum, ut relicta domo huc se conferret, nostrî desiderium excitavit; ut autem hinc rursus domum rediret, tui amor. *Hæc ultima non rectè expressa sunt Latinè. Nam domum non redibat Seleucus ad Tranquillinum accedens. Græca verba sic habent:* Hinc verò (*excitavit ad te*) tuæ caritatis amor. *Tum pergit:* Nam hic eum induxit, ut & hiemem, & itineris difficultatem & gravissimum morbum contemneret.

eaque occasione ipsum geminâ commendat Epistolâ.

1158 *Ad Hymnetium de Seleuco habet:* Reverendissimum dominum meum episcopum Seleucum ad tuas manus, non secus atque in portum transmittimus. Nam ipse gravissima tussi vexatur, quam etiam infestius anni tempus auget, gravioremque reddit *&c. Hæc dubitationem ingerunt, priúsne Cæsaream ad medicum proficisceretur Seleucus, an rectà pergeret ad Tranquillinum episcopum, cujus episcopatus fortè erat inter Cucusum & Cæsaream. Verisimile est, Tranquillinum fuisse episcopum in Cappadocia Secunda, quæ tota stabat pro* Chrysostomo. *Fortè idem est cum Tranquillo, qui Sanctum strenuè defendit Constantinopoli, ut dictum est num.* 983. *Certè Tranquillinus Eupsychium aliquem miserat ad* Chrysostomum, *ut nonnulla nuntiaret, ita ut arctam cum Sancto amicitiam coluisse videatur. At Eupsychius non venerat, ut habet Epistola* 37.

B

§ LXXV. Epistolæ ad Olympiadem anno 404 datæ, quarum tres consolatoriæ librorum instar prolixæ: aliæ ad Pentadiam, ad Ampruclam, & ad alios.

C

Epistolæ consolatoriæ ad S. Olympiadem:

INgens Epistolarum numerus, quas Antiochiam, Cæsaream, & ad alias urbes misit Sanctus, diu nos abstraxit Constantinopoli, quò non paucas etiam anno 404 *litteras destinavit. In his recensendis ordinem personarum sequar, & à S. Olympiade ducam exordium. In Epistola* 14, *ad Olympiadem mense Octobri, ut videbimus, data, de præcedentibus Cucusi scriptis ita loquitur:* Quomodo nullas te litteras recipere ais? Tres jam ad te Epistolas misi, unam per prætorios milites (*hæc est Epistola* 13, *biduo post adventum scripta, & jam memorata*) alteram per Antonium, aliam per famulum tuum Anatolium, longas omnes; præsertim autem duas ejusmodi, quæ salutiferi medicamenti instar, quemlibet mœrore afflictum, atque scandalum patientem recreare, atque ad integram animi tranquillitatem revocare possint. Has igitur cùm acceperis, subinde atque assiduè pervolvas *&c. Duæ illæ prolixæ consolatoriæ sunt Epistola prima & secunda, quarum prima saltem missa est mense Septembri, ac verisimillimè etiam secunda ante finem ejusdem mensis. De illa, quæ tertia est in collectione, paulò pòst subjungit:* Est autem penes me tertia quoque ejusdem argumenti, quam nunc ad te mittere nolui: magno enim dolore hinc sum affectus, quòd te acerbas cogitationes cumulare scribis; atque ea, quæ non sunt, effingere. *Maluit nimirum Sanctus tunc tertiam interim retinere, & alterius generis consolationem submittere per Epistolam* 14. *Attamen dubitandum non est, quin & Epistolam tertiam paulò pòst ad Olympiadem transmiserit, ita ut hæc exarata sit ante Epistolam* 14, *sed post illam mense Octobri aut Novembri transmissa.*

*Prima Epistola mali gravitatem proponit, * Vox* rursum *redundat, nec est in Græco*

1160 *Hisce de quatuor Epistolarum ordine observatis, modò de singulis paulò plura dicenda sunt. Primam Sanctus exorditur hoc modo:* Age verò mœstitiæ tuæ ulcus rursum * mitigabo, atque cogitationes eas, quæ hanc nubem cogunt, discutiam. Quid enim est, quod animum tuum perturbat, cur doles, cur excruciaris? An quòd sæva & caliginosa est hæc tempestas, quæ ecclesias occupavit, cunctaque in obscurissimam noctem commutavit, atque in dies augetur, & acerba quædam naufragia parturit, orbisque terrarum interitus ingravescit? Id ego quoque perspectum habeo, nec quisquam est, qui inficias ire queat. Ac, si vis, eorum etiam, quæ fiunt, imaginem quamdam effingam, quò clariorem tibi tragœdiam reddam. Mare cernimus ab imis usque gurgitibus undique revulsum, nautas mortuos summâ undâ natantes, alios pessum euntes, navium tabulas dissolutas, perrupta & lacerata vela, malos effractos, remos è nautarum manibus elapsos, naucleros gubernaculorum loco tabulatis insidentes, manus genibus innectentes, atque in eam consilii inopiam redactos, ut tantummodo lugeant, ac gemitus & ejulatus edant; non cœlum, non mare conspiciunt, sed densas atque obscuras tenebras, caliginemque tantam, ut ne propinquos quidem perspicere sinat: ingentem denique fluctuum sonitum, ac marinas belluas in eos, qui navigant, omni ex parte impetum facientes. Imò verò quò usque id persequimur, quod consequi non possumus? Quamcumque enim præsentium calamitatum effigiem exquiram, oratio vi malorum superata, pedem refert. *Ita Sanctus, mali gravitatem ob oculos proponens, ut aptam subjungat consolationem.*

D E

ac remedium affert congruum.

F

1161 *Facit hoc sanè non modò aptissimè, sed elegantissimè etiam ac disertissimè. Hoc autem ponit fundamentum:* Etenim una dumtaxat res, *inquit*, gravis ac pertimescenda est, ô Olympias, una tentatio, nempe peccatum; atque hoc verbum numquam tibi occinere destiti: reliqua autem omnia, mera fabula; sive insidias dixeris, sive inimicitias, sive calumnias, sive maledicta, sive accusationes, sive bonorum proscriptiones, sive exsilia, sive gladios præacutos, sive mare, sive totius orbis terrarum bellum. *Hæc deinde latè probat, & pag.* 534 *finem Epistolæ imponit verbis aliquot, quæ ex Mss. primùm eruit Montfauconus. Monet nimirum Sanctus, ut, si velit longiores ejusmodi epistolas accipere, moneat, se* omnem animi mœrorem deposuisse, & in tranquillitate agere. Nam in hoc, *inquit*, situm est litterarum mearum remedium, ut tibi magnam animi lætitiam pariant *&c.*

Quædam ex consolatoria secunda,

1162 *Secunda Epistola hoc habet exordium:* Quamquam Epistola ea, quam nuper ad te misi, ad doloris tui tumorem comprimendum abundè sufficiebat: tamen quia mœroris acerbitas ma-

AUCTORE J. S.

jorem in modum te afflixit, idcirco neceſſe mihi eſſe exiſtimavi, alteram Epiſtolam ſuperiori adjungere, quò tu copioſam & uberem conſolationem percipias, ac jam valetudo tua in tuto verſetur. Age igitur, aliunde quoque pulverem eum, quem ex animi mœrore contraxiſti, diſcutiam. Siquidem eum ex ulcere graviſſimiſque tumoribus in pulverem converſum eſſe exiſtimo : verùm ne ſic quidem valetudinis tuæ cura deferenda eſt. *Hæc verba clariſſimè deſignant primam epiſtolam, præſertim cùm in ea dixerit ſe* ulcus *ipſius mitigaturum. Quo autem animo Olympiadem mala Eccleſiæ audire vellet, paulò pòſt exponit his verbis* : Cùm ad te allatum fuerit, eccleſiarum aliam peſſum iiſſe, aliam tempeſtate jactari, aliam ſævis fluctibus obrui, aliam etiam lupum pro paſtore, aliam carnificem pro medico accepiſſe, doleas quidem licet : neque enim hæc ſine doloris ſenſu ferre oportet : verùm ita doleas, ut modum dolori imponas. *Deinde per totam Epiſtolam, quæ primâ etiam multò prolixior eſt, pulcherrima tradit documenta, multaſque Olympiadis admiſcet laudes, ut hac etiam arte animum ejus dolore dejectum erigeret.*

B *ex qua liquet, ſperâſſe Sanctum ſe aliquando rediturum :*

1163 *Ubi autem pag.* 538 *aliquid de judicii timore breviter attigerat, mira humilitate ſe corrigit, his utens verbis :* Verùm imprudens orationis impetu abſtractus ſum : atque, cùm id tibi minimè conveniret, hoc mihi ſumpſi, ut te monerem : mihi enim, iiſque, qui mei inſtar ſcelerum mole depreſſi atque obruti ſunt, neceſſaria eſt hæc oratio. *Rurſum pag.* 548 *ait, ipſam dolere*, quòd à me, *inquit*, vili homunculo ſejuncta ſis, illudque lugere, atque apud omnes dicere : Linguam illam non audimus, nec eâ, quâ ſolebamus, doctrinâ fruimur. *Hæ querelæ Olympiadis, ex ipſius aut aliorum litteris intellectæ, impulerunt Sanctum ad ſcribendum Litteras eam prolixas, tamque ſtudiosè compoſitas, idque ſe facturum promittit. Quin & ſpem magnam de reditu ſuo eidem ingerit his verbis :* Quòd ſi doctrinam noſtram viva etiam voce audire cupis, fortaſſe hoc quoque continget, ac nos rurſus, permittente Deo, viſura es. Imò non fortaſsè, ſed certò : cave dubites. *At illud* certò *non eſt in Græco ; ſed ſolùm vult, ut ipſa non dubitet. Ex his verbis, quibus ſimilia etiam ſcripſit annis poſterioribus, intelligimus, Sanctum ſpem de reditu ad eccleſiam ſuam numquam abjeciſſe.*

C *tertia conſolatoria :*

1164 *In Epiſtola tertia, quæ eo ordine compoſita eſt, ut vidimus, ſed poſt aliam tranſmiſſa, duarum præcedentium meminit, poſt breve exordium ita ſcribens :* Etſi mœroris tyrannidem ſuperioribus litteris ſubſtulimus, ipſiuſque arcem evertimus : tamen orationi noſtræ ingenti adhuc aſſiduitate opus eſt, ut altam tibi pacem concilietis, ac deletâ perturbationum omnium, quæ ex illo angore fluxerunt, memoriâ, candidam tibi ac certam tranquillitatem oſtendat, atque in magna animi alacritate te collocet. Id enim nunc ago, atque in eo elaboro, ut non modò triſtitiâ te liberem ; verùm etiam ingenti ac perpetua voluptate perfundam. *Sub finem longiſſimæ hujus Epiſtolæ, quâ ingentia calamitatum lucra facundo calamo exponit, Olympiadem alloquitur hoc modo :* Longiorem adhuc Epiſtolam facere cupiebam : ſed quia hæc quoque, quæ ſcripſi, epiſtolæ modum longè ſuperant, hìc finem ſcribendi faciam, illud abs te petens, quod numquam petere deſtiti, nempe ut & mœrorem abjicias ; &, quod ſemper feciſti, nec facere deſinis, Dei gloriam prædicare, ac de gravibus & acerbis omnibus his rebus ipſi gratias agere ne intermittas *&c. Toties aurea ejuſmodi verba ſancti Exſulis calamo effluxerunt, ut nefas ſit dubitare, quin ex abundantia cordis profluxerint.* D

Epiſtola 14 *ad eamdem menſe Octobri figenda.*

1165 *Epiſtola* 14, *quæ ante tertiam tranſmiſſa eſt, omnino figenda eſt menſe Octobri, etiamſi in ea Sanctus de hieme orta mentionem faciat, imò etiam potiùs ſub initium iſtius menſis, quàm circa finem. Nam, dum eam ſcribebat* Chryſoſtomus, *nihil adhuc noverat de certaminibus Olympiadis ac Pentadiæ, quæ contigerunt ante finem Auguſti, càm inquiſitio de incendio eccleſiæ* XXIX *Auguſti fuerit finita. Illa tamen certamina noverat, quando eodem anno poſt inchoatam hiemem ad Olympiadem ſcripſit Epiſtolam* 17, *inferiùs ſub finem Octobris aut menſe Novembri figendam. Poterant quidem Epiſtolæ, quibus illa* Chryſoſtomo *nuntiata ſunt, diutiùs in via hærere, quòd tutò perferendæ eſſent per homines ad id miſſos, qui veriſimiliter non recto itinere, ſed per circuitus ad ipſum tendebant. Attamen non credidero, certamina prædictarum diaconiſſarum ultra duos menſes* Chryſoſtomo *fuiſſe incognita, ſed ea menſe Octobri eidem innotuiſſe per Epiſtolam Pentadiæ, cui æquè ac Olympiadi Sanctum de iis gratulatum fuiſſe videbimus. Quod verò de orta hieme dicit, tam parùm urget ad Epiſtolam menſe Novembri figendam, ut ex iis verbis ne quidem certi reddamur, Epiſtolam eſſe poſt finem Septembris datam. Levia enim frigoris initia, qualia jam oriuntur menſe Septembri, ſufficere potuerunt ad id dicendum ; præſertim cùm ex eo Olympiadi perſuadere vellet, non ampliùs timendum eſſe ab Iſauris.* E

in qua Sanctus oſtendit ſe Cucuſi contentum,

1166 *Nunc ex longa illa Epiſtola, ex qua antè dedimus, quæ Sanctus Cæſareæ paſſus eſt, alia quædam huc transfero. Reſponſum eſt ad querelas Olympiadis, cujus Epiſtolam acceperat, atque eam ipſo initio ſic alloquitur :* Quid luges ? Quid te ipſam tundis, eaſque, quas ne hoſtes quidem tui à te exigere potuerunt, pœnas à te ipſa expetis, ut quæ animum tuum mœroris tyrannidi uſque adeo addixeris ? Etenim litteræ illæ, quas per Patricium ad nos miſiſti, ipſa animæ tuæ vulnera nobis declarârunt.... Quid enim angeris, quòd nos è Cucuſo aliò transferre nequiviſti ? Quamquam aliquo modo nos tranſtuliſti, dum nihil non ideo abs te tentatum atque actum eſt. Quòd ſi res perfici non potuit, non tamen proinde angi oportet. Nam fortaſſe hac de cauſa Deus longiora curſuum ſpatia nobis proponi voluit, ut ſplendidiores coronas conſequamur. Quid igitur ob ea in dolore verſaris, ob quæ laudibus afficimur, cùm contrà te ob eam cauſam exſultare ac tripudiare, caputque corollis redimere par ſit, quòd divino beneficio rem tantam, ac meritis noſtris longè præſtantiorem conſequuti ſimus. At hujus loci ſolitudo tibi mœrorem affert ? Et quid tandem hac ſede jucundius ? Solitudo, tranquillitas, ingens quies, corporis firmitas. Quamquam enim nec forum, nec venale quidquam hæc urbs habet : nihil tamen iſtud meâ intereſt. Mihi quippe omnia tamquam è fonte affluunt. Siquidem & dominum meum hujus loci epiſcopum, & dominum meum Dioſcorum habeo, qui nihil aliud muneris atque operæ habere videntur, quàm ut me recreent. Quin præclarus quoque vir Patricius tibi narrabit, quonam pacto in animi hilaritate, in oblectatione, in multis obſequiis degamus, quantùm quidem ad hanc commorationem attinet. *Ita ſolebat Vir Deo dilectus cum Apoſtolo in ærumnis* F

A *nis ſuis lætari, atque incommoda ſua extenuare, ut Olympiadem conſolaretur.*

ſcribitque de Heraclide carceri incluſo,

1167 *Deinde pag.* 599 *ait, ſe jam antè ad Olympiadem ſcripſiſſe, ne conaretur efficere, ut Cucuſo amoveretur. Id revera ſcripſerat in prima Epiſtola Cucuſi data; ſed eam necdum acceperat Olympias, quando per Patricium dictam epiſtolam miſit. Idem monuerat Sanctus in Epiſtola* 12, *Cæſareæ data, ac de ea veriſimiliter loquitur. Sed hæc ipſa fortè ſeriùs ad Olympiadem pervenit. Porrò Sanctus pag.* 600 *de variis negotiis Olympiadi ſcribere incipit. Scripſerat ipſa de iis, quæ patiebatur Heraclides epiſcopus Epheſinus, quem Palladius in Dialogo pag.* 196 *ait carceri incluſum fuiſſe Nicomediæ. Ad hæc Sanctus reſpondet hoc modo:* Quoniam autem de Heraclide quoque epiſcopo ad me ſcripſiſti, licet ipſi, ſi velit, inſtantiam dare, atque ita moleſtiis omnibus defungi: nihil enim aliud ſupereſt. Ego verò, etſi nihil admodum proficiebam, tamen dominam meam Pentadiam monui (*fortè ante exſilium, aliàs Epiſtola excidit*) ut omnem diligentiam adhiberet, quò calamitati ſolatium aliquod inveniret. *Ambiguum eſt, quid verba Latina,* inſtantiam dare *ibidem ſignificent, & an voces Græcæ δοῦναι ἔνστασιν rectè ſint expreſſæ: nam Montfauconus in Annotatis obſervat, fortè legendum eſſe ἔκστασιν, acſi* Chryſoſtomus *diceret,* licet ipſi abdicationem dare. *At non facilè crediderim, Sanctum id voluiſſe. Certè, cùm excuſâſſet ſe Olympias, quòd tam moleſta nuntiaret, quanti illa facienda ſint viro forti & Deum amanti, declarat his verbis:* Numquam igitur hoc dicere deſtiti, nec deſiſtam, unam ſolùm rem moleſtam eſſe, nempe peccatum: reliqua omnia pulveris ac fumi inſtar eſſe. Quæ moleſtia carcere claudi, ac catenis vinciri? Quæ moleſtia calamitatibus premi, cùm calamitas tantarum opum cauſa ſit? Quæ moleſtia, relegatio ac bonorum proſcriptio? Mera verba hæc ſunt rerum acerbitate vacua, verba ex mœrore profecta. *Plura addit ad hæc probanda.*

B

de Marutha epiſcopo, cujus operâ uti cupiebat

C

1168 *Mox oſtendit Sanctus, quantùm cuperet ad Dei gloriam promovendam illorum etiam operâ uti, quos ut calamitatis ſuæ auctores intueri poterat, aut certè quos inter adverſarios ſuos noverat locum habuiſſe. Maruthas epiſcopus Tagritenſis ſeu Martyropolitanus in Meſopotamia inimicis* Chryſoſtomi *adhæſerat in ſynodo ad Quercum, quòd ſpecioſo prætextu deceptus eſſet vir aliàs egregius. Non videtur tamen poſtea Conſtantinopoli cum iiſdem egiſſe contra* Chryſoſtomum, *aut, ſi eo tempore ibidem contra Sanctum egit, hic in ſpem inductus eſt, virum cetera pium ad officium reduci poſſe. Itaque hæc de eo ſcribit Olympiadi:* Marutham epiſcopum, quantùm in te fuerit, omnibus officiis complecti ne deſinas, ut eum è barathro exſtrahas. Nam ejus operâ ob Perſidis negotia magnopere egeo. Atque, ſi id à te fieri poteſt, ex eo intellige, quidnam illic ipſius ſtudio atque operâ perfectum ſit: & cur iſtuc profectus ſit, fac ſciam, & num ei duas epiſtolas, quas ad eum miſi, reddideris. Si ad me ſcribere velit, rurſum ſcribam; ſin reſcribere gravetur, ſaltem, quid illic profectum ſit, tibi exponat, & num quid rurſus eódem proficiſcens præſtiturus ſit.

ad fidem in Perſide propagandam;

1169 Nam ego hac de cauſa ipſum convenire ſtudebam. Utcumque ſit, quidquid tuarum partium eſt, præſta, munuſque tuum exple; etiamſi omnes prono capite in præceps ferantur. Merces enim tua numeris omnibus abſoluta erit. *Hactenus Vir ſanctus, ſincera ac benigna charitate ornatus. Illuſtriſſimus dominus Stephanus Evodius Aſſemanus, qui nuper Acta martyrum Orientalium & Occidentalium typis Romanis vulgavit, in præfatione generali pag.* 52 *aliqua de S. Marutha ſcribit relatis à nobis contraria. Ait nimirum, Marutham* Chryſoſtomo *fuiſſe chariſſimum, inſinuatque ipſum non fuiſſe in concilio ad Quercum, ubi damnatus eſt Sanctus, ſed ante iſtud concilium* in Meſopotamiam *remeâſſe. Deinde pag.* 54 *ait, Marutham anno* 404, *pulſo in exſilium* Chryſoſtomo, *Conſtantinopolim rediiſſe, ut* quantâcumque poſſet operâ Chryſoſtomi partes tutaretur. *Vellem ſanè, ut aſſerta illa firmare poſſem. At obſtant allegata mox verba: neque enim video, cur* è barathro *extrahendus fuiſſet, ſi cauſam* Chryſoſtomi *fuiſſet tutatus. Itaque nulla eſt ratio, cur dicamus, Marutham non fuiſſe in concilio ad Quercum. An verò amicitia inter Marutham &* Chryſoſtomum *deinde coaluerit, non conſtat. At conſtat, fidem à S. Marutha egregiè prædicatam fuiſſe in Perſide, ut latiùs exponi poterit ad* IV *Decembris, quo Sanctus ille Martyrologio Romano eſt inſertus. Epiſtolæ à* Chryſoſtomo *ad ipſum ſcriptæ non innotuerunt.* AUCTORE J. S.

E

de epiſcopo à rege Gothorum in locum defuncti petito,

1170 *Mox Sanctus in laudata Epiſtola pergit ad aliud negotium, quod pertinebat ad fidei propagationem in provincia Gothorum, ita ſcribens:* Narraverunt mihi (*non coràm, ſed per litteras, ut videbimus*) Marſi ac Gotthi monachi, apud quos Serapion epiſcopus perpetuò deliteſcebat, Moduarium diaconum veniſſe, illud afferentem, admirandum illum epiſcopum Unilam, quem non ita pridem ordinavi, atque in Gotthiam miſi, multis ac magnis rebus geſtis, diem ſuum extremum clauſiſſe: ac regis Gotthorum litteras attuliſſe, quibus, ut ad eos epiſcopus mittatur, petit. Quoniam igitur ad ſubverſionem eam, cujus minæ nobis intentantur, depellendam, nullum aliud adjumentum conſpicio, quàm cunctationem ac dilationem; neque enim nunc ipſi in Boſphorum, aut in illas partes navigare poſſunt; da operam, ut illos tantiſper ob hiemem remoreris: hæc, quæſo, ne negligenter prætereas: iſtud enim maximi momenti eſt. Duo quippe ſunt, quæ ſi contingant, quod Deus avertat, maximè me excruciant; nempe & quòd ab iſtis creandus illo ſit, qui tot mala perpetrârunt, & à quibus creari nefas eſt; & quòd ſimpliciter quiſpiam creetur. Nam quòd non hoc ſtudeant, ut probum virum inſtituant, tibi quoque perſpectum eſt. Quòd ſi hoc fiat, quod utinam ne fiat, quæ deinceps ſequentur, haud te fugit. Ac proinde, ne quid horum fiat, omni ſtudio contende. Quòd ſi Moduarius clàm ac ſine ullo ſtrepitu ad nos excurrere poſſet, id operæ precium eſſet. Sin autem id nequeat, fiant, ut licet, quæ fieri poterunt. *Hæc Sanctus, qui hiſce ſatis oſtendit, ſe meliùs ſentire de Marutha, cujus operâ uti deſiderat, quàm de Arſacio eique adhærentibus, à quibus epiſcopum ad Gothos mitti non vult.*

F

quem mavult in aliis etiam Epiſtolis necdum mittit.

1171 *Scripſit Sanctus hunc in finem duas alias Epiſtolas* 206 *&* 207. *Hæc prior ſcripta eſt, & veriſimiliter eodem tempore cum Epiſtola laudata ad Olympiadem. Inſcribitur* Monachis Gotthis, qui in Promoti agro (*Græcè ἐν τοῖς Προμώτῃ, quod ambiguum eſt*) degunt. *Nequeo dubitare, quin hi ipſi ſint monachi, ex quibus rem totam* Chryſoſtomus *ſe intellexiſſe ſignificat. Nam ab iis litteras acceperat, cùm de perſecutione, quàm patiebantur, tum de rebus Gothicis. Reſpondens verò, primùm eos piè conſolatur, atque ita exorditur:*

An-

AUCTORE J. S.

Antequam vestras litteras accepissem, quantas passi fueritis afflictiones, quantas tentationes, quantas molestias, jam cognoveram: eoque nomine vos beatos admodùm censeo, cùm mihi veniunt in mentem coronæ, bravia, & præmia, quæ vobis parantur &c. *Ad secundum ita respondet:* Sed & gratiam vobis habeo propter id studium, quod exhibuistis, ut nullus in ecclesia Gotthorum tumultus fieret, sed dilatione aliqua negotium extraheretur. Neque tantùm non reprehendo, quòd neminem miseritis, sed etiam laudo & suspicio. Hoc enim illo multò est optabilius, ut vos omnes in ejusmodi opus incumbatis.

quàm ab Arsacio ordinari.

1172 *Hæc innuunt, monachos illos Gothos, ex quibus episcopus erat mittendus, primos fuisse dilationis auctores, remque perscripsisse ad* Chrysostomum, *qui illud consilium approbavit, quòd sperarent se ad ecclesiam suam ope Romani Pontificis atque episcoporum Occidentalium rediturum. Dilationem porrò illam iterum vehementer commendat in Epistola 206 ad Theodulum diaconum. Hanc verò paulò seriùs, & verisimiliter mense Decembri, aut certè sub finem Novembris, scriptam esse, liquet ex initio, quod ita habet:* Etsi gravis nunc hiemis fævit asperitas, & ad
B summum fastigium est evecta; neque ullum cessant movere lapidem, qui ecclesias Gotthiæ labefactare conantur, dum undique discurrunt; vos tamen, quæ vestrarum sunt partium, præstare ne desinatis. *Ad hoc pluribus hortatur, uti etiam ad orandum pro pace Ecclesiæ; monetque iterum,* ut negotio dilationem aliquam *obtineant. Quem demum exitum res illa habuerit, nullibi invenio.*

De Hilario episcopo ex eadem Epistola 14,

1173 *Duo amici* Chrysostomi *in Epistola* 14 *in fine memorantur, de quibus etiam Palladius meminit.* Hilario episcopo, *inquit Sanctus*, maximas gratias ago: per litteras enim à me petiit, ut sibi in urbem suam abeundi potestatem facerem, compositisque rebus se ad nos rediturum spopondit. Quoniam igitur ipsius præsentia non parùm utilis est: nam vir pius est, constantique ac fervido animo; eum hortatus sum, ut, cùm eò profectus fuerit, statim redeat. Ac proinde da operam, ut Epistola nostra & celeriter & tutò ipsi reddatur, ac non projiciatur: siquidem magna cum cupiditate ac vehementia nostras litteras postulavit, ingentemque ipsius præsentia utilitatem affert. Velim igitur eas diligenter cures, ut, nisi presbyter Helladius istic sit, per prudentem
C aliquem virum ac cerebro præditum amicis reddantur. *Ex his liquet primò, litteras* Chrysostomi *ad amicos, & horum ad ipsum, cautè perferendas fuisse, ne inciderent in manus inimicorum, ideoque mirandum non esse, si aliqua Constantinopoli facta seriùs intellexerit* Chrysostomus.

qui multa passus: uti & de Helladio presbytero.

1174 *Secundò non dubito, quin idem sit Hilarius, de quo Palladius in Dialogo pag.* 195 *hæc memorat:* Hilarius, vir sanctus & senex, in intimum Pontum pulsus est, plagis concisus, non à judice, sed à clero: qui decem & octo ab hinc annis panem non gustavit, olera sola & frumentum coctum edens. *Non quidem vocatur hic* episcopus, *sed inter episcopos recensetur. Hilarius igitur, postquam aliquamdiu latuerat, deprehensus fuerit, & in exsilium ductus: eaque fortè est ratio, cur Epistola* Chrysostomi *ad ipsum sit perdita. Helladius verò presbyter, de quo Sanctus meminit, est ille procul dubio, de quo Palladius pag.* 196 *ita loquitur:* Helladius, presbyter palatii, in agello suo Bithyniæ vitam agit. *Ille igitur postea persecutioni se subduxit, ut fecit ipsa* D *Olympias.*

Epistola 17 *ad Olympiadem figenda circa initium Novembris,*

1175 *Alia anni* 404 *Epistola ad Olympiadem, & quinta Cucusi data, est inter omnes Epistola* 17. *Hæc scripta est, postquam Sanctus intellexerat egregia Olympiadis, Pentadiæ & aliorum certamina. Tillemontius Notâ* 93 *de anno datæ hujus Epistolæ ambiguè disputat; in eam tamen partem propendet, ut datam credat anno* 404, *sub finem Novembris. De anno nullum mihi videtur relinqui dubium, cùm data sit inchoata hieme, cúmque sit prima, quæ de certaminibus S. Olympiadis mentionem facit. At non video ullam necessitatem, cur Epistolam removeamus usque ad finem ferè Novembris, cùm initio istius mensis dari potuerit, aut etiam ante finem Octobris, atque unâ alterâve hebdomadâ post Epistolam* 14; *sed hanc ipsam justo seriùs fixit Tillemontius, atque inde in necessitatem incidit alteram quoque seriùs collocandi.*

licèt prima ejus certamina in illa memorentur:

1176 *Porrò epocha Epistolarum seriùs fixa in alium errorem impulit. Nam ille prima Olympiadis certamina, quando calumnia incensa ecclesiæ ipsi impacta est, figit in Olympiade art.* 7 *mense Novembri, aut paulò antè. Hac de causa in* Chrysostomo *art.* 90, *quæstionem de incendia, quæ finita erat ad relationem Studii præfecti per legem* XXIX *Augusti ab Arcadio latam, resumptam dicit circa mensem Novembrem ob Optato, quem circa illud tempus Studii in præfectura urbis successorem facit. Verùm hæc omnia dicuntur sine fundamento, & sine auctoritate ullius antiqui scriptoris, ex solis ratiociniis malè deducta. Credidit Tillemontius, certamina S. Olympiadis, si contigissent ante* XXIX *Augusti, non potuisse esse ignota* Chrysostomo, *quando hic scripsit Epistolam* 14; *hancque ipsam Epistolam non est ausus figere ante Novembrem, quia de inchoata hieme in ea fit mentio. At utrumque illius ratiocinii fundamentum planè infirmum est. Infirmum est, quod dicitur de Epistola* 14 *non ante Novembrem scripta, cùm hiemis mentio illud nequaquam evincat. Æquè infirma nititur ratione, quod credidit Tillemontius, certamina Olympiadis & Pentadiæ, si finita fuissent ante finem Augusti, non potuisse latere* Chrysostomum *post medium Octobrem, aut etiam ferè usque ad finem illius mensis. Nam Sanctus omnia didicit ex Epistola Pentadiæ, quæ fortè tantùm scripta est mense Septembri, certè post finitam inquisitionem de incendio, quæque tam citò perferri non potuit, quàm ille existimat.*

E

F

hæc diu ignorare potuit Sanctus:

1177 *Primò non satis considerâsse videtur differentiam regionum, eoque ferè modo cogitâsse de hiemis initio Cucusi, quo de Gallia loqueretur. Nam si cogitemus, Cucusum esse sitam ad Septemtrionem altissimi montis Tauri, non irabimur, ibidem frigora prima incepisse ante finem Septembris, &* Chrysostomum *de initio hiemis loqui potuisse sub initium Octobris. Secundò æquè parùm considerâsse videtur, quanto tempore Olympiadis Epistolæ in via esse debuerint, ut ad* Chrysostomum *pervenirent, cùm propter itineris longitudinem, quæ quadraginta ferè dierum esse potuit, tum propter cautionem adhibendam, ne interciperentur. Septuaginta ferè dies itineri impendit* Chrysostomus. *Si ex his triginta dies quieti fuerunt dati, restant quadraginta itineri impensi. Secundum Theophilum Alexandrinum, teste Palladio pag.* 62, *Alexandria Constantinopoli distabat* septuaginta quinque dierum itinere. *Cucusus verò secundum tabulas geographicas Constantinopoli ma-*

A *magis distare videtur, quàm Alexandria, neque sita est in via unius urbis ad alteram, ita ut necesse sit dicere, saltem quadraginta ferè dierum itinere dissitam fuisse Constantinopoli. Itaque, qui à Pentadia mittebantur ad Epistolas perferendas, facilè sex aut septem hebdomadis in via hærere poterant, præsertim cùm non essent cursores ordinarii, & cùm cogerentur iter suum celare, & consequenter minùs festinare possent. Quare contingere potuit, ut* Chrysostomus *circa medium aut sub finem Octobris tantùm didicerit, quæ Olympias, Pentadia, aliique passi sunt sub finem Augusti: nam, re peracta, etiam aliquot dies impendi debuerunt scribendis Epistolis & dimittendo earum latori.*

Sanctus Olympiadi pericula certamina gratulatur,

1178 *Porrò, ubi Sanctus intellexerat, quid Olympias aliique passi essent Constantinopoli, varias Epistolas scripsit, interque eas Epistolam* 17 *ad Olympiadem, cui mira alacritate gratulatur, ita ordiens:* Nihil alieni ac præposteri in te contigit, quin potiùs quod admodum rationi consentaneum esset, nempe ut per assiduas tentationes tuas animi tui nervis plus firmitatis, plusque ad subeunda certamina alacritatis ac roboris accederet, hincque
B magnam voluptatem perciperes. *Deinde eam ad constantiam excitat his verbis:* Illud quidem precamur, ut & præsentes tentationes exstinguantur, nec aliæ insuper accedant, Dominicam scilicet legem explentes, quæ nos, ne in tentationem incidamus, precari jubet: sin autem Deus rursus exoriri sinat, de aurea tua anima, quæ hinc etiam amplissimas sibi opes aggerit, bono ac fidenti animo sumus.

eamque animat ad constantiam;

1179 Etenim quanam re terrorem tibi afferre poterunt, qui in suum caput suamque perniciem quidvis aggressi sunt? Opumne detrimento? At illud probè scio, te eas pulveris instar habere, ac quovis luto viliores existimare. An patriæ ac domûs amissione? At tu amplas etiam ac frequentes urbes non secùs ac solitudines incolere nôsti; ut quæ in otio ac quiete omne vitæ tempus transegeris, atque hujusce vitæ pompas semper protriveris. At mortem minitantur? Tu verò antevertens nullum tempus omisisti, quin de ea cogitares *&c. Pergit eam animare, & in fine sic habet:* Gaude igitur & oblectare, tum tuo nomine, tum eorum, qui beatam mortem obierunt, non in lecto, nec domi, sed in carcere & vin-
C culis ac tormentis. Eos autem solos luge, ac lacrymis prosequere, qui hæc perpetrârunt. Nam istud quoque tuâ philosophiâ dignum est. Quoniam autem de corporis quoque nostri valetudine certior fieri cupis, nos ex eo morbo, qui nuper (*in itinere scilicet & deinde*) molestiam nobis exhibebat, emersimus: nuncque meliore valetudine sumus, modò ne rursus hiems stomachi nostri imbecillitatem adventu suo lædat. Nam de Isauris omni metu vacui sumus. *Hæc ad Olympiadem.*

eadem gratulatur Pentadiæ & Ampruclæ.

1180 *Eodem tempore ad Pentadiam diaconissam* Chrysostomus *scripsit Epistolam* 94, *quâ ipsi similiter obita certamina relatosque triumphos gratulatur. Nam & Pentadia ad judicium pertracta fuerat, & rem totam per litteras* Chrysostomo *exposuerat.* Summopere, *inquit Sanctus*, te laudo atque admiror, non eo dumtaxat nomine, quòd ad me scripseris, sed etiam quòd ea omnia, quæ contigerunt, expositeris. *Hujus Epistolæ pars magna jam data est num.* 1039, *ubi narravimus judicia ob calumniam incensæ ecclesiæ habita. Sub finem de se* Chrysostomus *dicit:* Vivimus, valemus, morbo omni liberati sumus. *Pentadiam verò per totam Epistolam non solùm mirè laudat, sed simul ad nova certamina, si oriantur, excitat. Eodem etiam tempore figenda est Epistola* 103, *inscripta* Ampruclæ diaconissæ ejusque comitibus, *quam ita exorditur Sanctus:* Etsi longo itineris intervallo à vobis disjunctus sum; tamen præclara & fortia vestra facinora, non minùs quàm qui adsunt, cognita & explorata habeo, vehementerque vobis de hac fortitudine, patientia, constantia, atque adamantina quadam animi firmitate, loquendique libertate ac fiducia gratulor. *Ita pluribus Ampruclam animat* Chrysostomus; *sed conqueritur, quòd nullas ab ea accepisset litteras;* ac præsertim, *inquit*, cùm res ejusmodi istic contigissent, litteras ab te accipere in primis expetebam. *Attamen scripserat Amprucla ante* Chrysostomum, *sed prima ipsius Epistola diutiùs hæsit in via, ut habemus ex Epistola* 191, *ad eamdem non diu pòst data, cujus hoc initium:* Secundam accepi, quam te priorem misisse scribis Epistolam, domina mea reverendissima & ornatissima. *Et mox:* Noli audaciam appellare, quòd litteras ad nos prior scripseris *&c. Hortatur Ampruclam ad frequenter scribendum.*

E *Alia Olympiadis certamina, ad quam eodem anno data 5.*

1181 *Restant & aliæ Epistolæ anno* 404 *ad Olympiadem, Pentadiam & Ampruclam diaconissas eodem verisimiliter latore datæ. Nam hæ non diu quieverunt post depulsam calumniam incensæ ecclesiæ, sed citò ad alia vocatæ sunt certamina, quòd cum Arsacio nollent communicare, & fortasse etiam, quòd clericis peregrinis præberent hospitium: hoc enim vetitum erat eadem lege,* XXIX *Augusti lata, quâ finita fuit inquisitio de incendio. Ubi verò nova hæc certamina intellexit* Chrysostomus, *ad Olympiadem scripsit Epistolam* 5, *cujus hoc est exordium:* Vestræ auctæ sunt ærumnæ, latiora rursum vobis scammata, cursuumque longiora spatia constituta sunt: atque eorum, qui vobis insidias moliuntur, iracundia in majorem flammam assurgit. At minimè propterea commoveri ac perturbari debetis; verùm hoc ipso potissimùm nomine lætari & exsultare, coronisque caput redimire, ac choros agitare. Nam nisi mortiferas priùs diabolo plagas intulissetis, non usque adeo fureret hæc bellua, ut ultrà progredi auderet. *Addit multas ad consolandum rationes, ac num.* 2 *ad Olympiadem iterum se vertit hoc modo:* Hæc igitur, religiosissima domina mea, tum tibi ipsi, tum iis, quæ tecum præclarum hoc certamen
F obeunt, accinens, da operam, ut omnium animos erigas, tuamque aciem instruas, quò tibi duplex & triplex, ac multò etiam copiosior virtutis corona comparetur, tam per ea, quæ ipsa perpeteris, quàm quia alios ad eadem subeunda impellis, eosque adducis, ut leviter ac placidè omnia ferant, & umbras contemnant *&c. Tota Epistola hortatur ad constantiam, quia timebat* Chrysostomus, *ne aliquæ urbem relinquerent.*

ad Pentadiam quoque de discessu cogitantem Epistola 104,

1182 *Certè de discessu cogitabat Pentadia, cui tunc Epistolam* 104 *destinavit* Chrysostomus. *Hanc primò* coronarum nomine *dicit* beatam, *quòdque* per animi magnitudinem quidvis pro veritate perferre in animum *induxisset. Hortatur deinde ad constantiam, subditque sequentia:* Quia autem intellexi te de discessu cogitare, atque istinc migrare velle accepi, peto abs te, ne quidquam hujusmodi cogites, aut in animo habeas. Primùm ob hoc ipsum, quòd civibus tuis subsidium es, amplissimusque portus, & adminiculum, ac tutus murus iis, qui laboribus & ærum-

AUCTORE J. S.

nis conficiuntur.... Deinde ne anni quidem tempus hoc te facere patitur. Neque enim, qua corporis imbecillitate sis, ignoras; neque tibi facile esse in tanta vi frigoris atque hiemis pedem movere. Huc accedit, quòd, ut rumor est, Isaurorum res nunc vigent *&c. Ex hisce habemus, Epistolam esse scriptam hiemali tempore, ideoque anno* 404, *fortè sub finem Novembris, aut potiùs mense Decembri, quo & alias Epistolas à Sancto Constantinopolim missas videbimus num.* 1188. *Secundò ex allatis verbis colligitur, Isauros, qui initio hiemis domum se recepisse credebantur, iterum novos intulisse terrores sub finem anni* 404; *idque etiam apparet ex aliis Epistolis. Ceterùm exstat ad Pentadiam etiam Epistola* 185, *quæ tertia est ad ipsam, & verisimiliter anno* 405 *scripta, postquam ipsa* diuturno silentio usa *erat. Verisimile est, Pentadiam revera Constantinopoli discessisse, aut non diu post vixisse, quia de ipsa postmodùm nulla fit mentio.*

alia ad Ampruclam & socias eadem occasione scripta.

1183 *Epistola* 96, *inscripta* Ampruclæ diaconissæ, atque illis, quæ cum ipsa sunt, *eadem occasione data est, eademque celebrat certamina, ita ut & hæc referenda sit ad tempus hiemale anni* 404, *mensemque Decembrem. Initium huc transfero:* Fluctus rupibus illisi, eas quidem nec tantillùm commovere possunt: ipsi autem sese potiùs ob vehementem impetum frangunt ac de medio tollunt. Quod etiam nunc in vobis, & in iis, qui vobis insidias frustra moliuntur, perspici potest. Etenim hinc vobis, & major apud Deum fiducia, & major apud homines gloria comparatur; illis contrà condemnatio & ignominia *&c. Deinde consolari pergit, & ad constantiam hortari. Tillemontius art.* 101 *observat, Ampruclam non fuisse Græcam, idque colligitur ex Epistola* 103, *ubi* Chrysostomus *monet, ipsi* patriâ linguâ scribendum *fuisse, si nullus præsto esset, qui pro ipsa scriberet. Ulteriùs laudatus scriptor suspicatur, ipsam Antiochiæ potiùs habitâsse, quàm Constantinopoli. Verùm ex ipso Epistolæ* 96 *loco, quem assignat, potiùs colligitur, domicilium ipsius fuisse Constantinopoli.* Siquidem caritatem eam, *inquit Sanctus*, quam nobis primùm injecisti, perpetuò vigentem retinemus; ut etiamsi nobis diutiùs adhuc à vobis abesse contingat, ne sic quidem tamen ipsa imbecillior effici queat. *Dicit, se charitatem conservaturum, etsi oporteat* diutiùs adhuc *abesse, à Constantinopolitanis videlicet: nam Antiochiam adeundi nulla erat apparentia. Præterea non videtur dubitandum, quin de iisdem certaminibus ad Ampruclam scribat, de quibus ad Olympiadem & Pentadiam.*

§ LXXVI. Epistolæ aliæ Constantinopolim missæ de rebus variis: aliæ quædam ad personas locorum ignotorum.

Epistolæ ad Pæanium

Exstant quatuor Epistolæ Chrysostomi *ad Pæanium, inter amicos Constantinopolitanos ac potentes Sancto præ ceteris charum, quem, ubi Cucusum venerat, de adventu suo monuit per Epistolam* 193, *rogans ut non conarentur exsilii locum mutare, ut dictum est* § 71. *Deinde circa initium Octobris ad Pæanium dedit Epistolam* 204, *in qua mentionem facit de malis Cæsareæ per Phavetrium episcopum illatis, quæ eodem tempore narravit Olympiadi in Epistola* 14, *eademque etiam in utraque memorat de integra sanitate sibi restituta, ita ut planè eodem tempore ambæ videantur datæ. Pæanium porrò miris laudibus* Chrysostomus *prosequitur, dicitque eum* civitatem corrigere universam. *In Latino etiam est* regere, *sed vox Græca* corrigere *significat. Et sic paulò post dicit:* Multos enim eorum, qui illic sunt, potest vel sola præsentia tua meliorem ad frugem traducere, firmare, instruere, corroborare. *Addit alia his similia, & in fine sic habet:* Faxit autem (*Deus*,) ut nos quoque jucundissimam faciem tuam intueri quàm primùm possimus *&c., non eum invitans Cucusum, opinor; sed suum declarans desiderium redeundi Constantinopolim.*

virum potentem & pium.

1185 *Tertia ad Pæanium est Epistola* 95, *quam scripsit Sanctus post auditam persecutionem Constantinopolitanam, ut liquet vel ex ipso initio, quod ita habet:* Gravia sunt ea, quæ contigerunt: at non ob eos, qui passi sunt, fortiterque in acie steterunt; verùm ob eos, qui ea perpetrârunt, lugendum est *&c. Quarta ad Pæanium & ultima est Epistola* 220. *Hæc fortè seriùs scripta est, videlicet anno* 405: *nam gratulatur Sanctus reditum ad urbem, & novam dignitatem, atque iis quidem verbis, ut innuere videatur, Pæanium urbe excedere coactum fuisse, ac deinde revocatum:* Respiravimus, *inquit*, exsultavimus: non jam exteram aut peregrinam ampliùs regionem incolere nos arbitramur, cùm ad eam urbem, quæ tam multa perpessa est, tua sublimitas sit reversa. Hac autem idcirco nos voluptate perfundimur, non quòd dignitas tibi major obtigerit: dignitas enim tua, virtus est animæ tuæ, nec ullus ipsam tibi antea potuit auferre, neque nunc reddidit: quo enim pacto, cùm ablata minimè fuerit? Sed idcirco exsultamus, quòd magnam consolationis occasionem attulerit tuus in urbem illam reditus iis, qui vexabantur, mactabantur, in vincula conjiciebantur, cùm communis illorum protector sis, & ad te omnes illi tamquam ad latissimum portum confugiant. *Utrùm spei, quam de ipso conceperat* Chrysostomus, *deinde responderit Pæanius, defectu aliarum litterarum ignoramus.*

Tres Epistolæ ad excitandam diligentiam

1186 *Ad Theophilum presbyterum jam in itinere scripsit* Chrysostomus, *ut dictum est num.* 1088. *Alteram ad eum dedit Epistolam* 115, *postquam advenerat Cucusum. In hac Epistola ostendit, se non vulgarem curam habere de commodis temporalibus Theophili, cui curam commiserat gregem suum pascendi doctrina spirituali.* Cum domino meo Theodoro prætoriano, qui Cucusum nos avexit, *inquit*, multum de hac re sermonem habuimus; &, cùm ad multos scriberemus, hoc quoque ipsis per litteras mandavimus. *Agit de procurandis Theophilo commodis, ut latiùs ibi videri potest. Verùm neque Theophilus, neque Salustius presbyter, Theophili ad populum instruendum collega, satis responderunt exspectationi & spei, quam de eorum diligentia habebat Sanctus. Hinc tres habemus Epistolas, quas ad negligentiam illam corrigendam anno* 404 *scripsit* Chrysostomus. *Una ex his est Epistola* 210, *ad Theodorum data.* Miratus sum, *inquit*, quî factum sit, ut ex aliis Salustii presbyteri negligentiam intelligerem. Siquidem significatum mihi est, vix eum quinque homilias Octobri mense (*Græcè* ἕως Ὀκτωβρίᾳ μηνὸς *id est*, usque ad mensem Octobrem) habuisse: atque ipsum & Theophilum presbyterum, alterum præ pigritia, alterum præ metu, minimè ad collectam venire. Sed Theophilum qui-

A dem per litteras vehementiùs increpavi, Saluſtii verò causâ ad reverentiam tuam ſcribo, quòd illum abs te vehementer amari ſciam *&c. Monet deinde, ut Saluſtium ad majorem excitet diligentiam.*

1187 *Huic conformis eſt Epiſtola* 203, *ad Saluſtium presbyterum data, quam ita orditur:* Non mediocriter dolui, cùm allatum eſt ad me, te ac Theophilum presbyterum ſegniores factos eſſe. Scio namque unum ex vobis quinque Homilias ad Octobrem uſque menſem habuiſſe, alterum nullam: atque id mihi gravius hac ſolitudine accidit. *Addit monitionem gravem, ut negligentiam emendet. Eodem ferè modo objurgat Theophilum in Epiſtola* 112, *eidem inſcripta. Hæ tres Epiſtolæ eodem tempore ſunt datæ. In illa autem, quæ ad Saluſtium data eſt, variant utcumque codices in illis vocibus* ἕως Ὀκτωβρίου, uſque ad Octobrem: *nam Fronto Ducæus edidit* ἕως Νοεμβρίου, uſque ad Novembrem, *prout legitur in uno codice noſtro, quo ille uſus eſt, & in uno Montfauconi, ut teſtatur in Annotatis. Conſonat etiam collectio Ms. Sambuci; ſed in ea ad marginem notatur* Ὀκτωβρίῳ. *Verumtamen alter codex noſter cum tribus Montfauconi habet* Ὀκτωβρίου, *eamque eſſe veram lectionem, liquet ex Epiſtola* 210, *quæ conſtanter in omnibus codicibus habet,* ἕως τοῦ Ὀκτωβρίου, uſque ad Octobrem: *nam de eadem re in utraque Epiſtola agitur.*

presbyterorum, quibus cura gregis commiſſa erat Conſtantinopoli,

1188 *Dicit igitur Sanctus, alterum ex dictis presbyteris tantum quinque Homilias habuiſſe toto tempore, quo abfuerat, id eſt, à* XX *Junii, uſque ad menſem Octobrem; non verò, ut malè expreſſum eſt Latinè, quinque Homilias menſe Octobri habuiſſe. Ex his ulteriùs habemus, illam presbyterorum negligentiam ad Sanctum fuiſſe perſcriptam ſub initium Octobris; & conſequenter, tres laudatas Epiſtolas à Sancto ſcriptas ſub finem Novembris vel initium Decembris, veriſimiliter cum ultimis ad Olympiadem, Pentadiam & Ampruclam, ac cum illa, quam ad Theodulum diaconum datam diximus num* 1172. *Ceterùm laudati presbyteri conſtanter* Chryſoſtomo *adhæſerunt, coactique ſunt Conſtantinopolim ejus gratiâ relinquere: nam utrumque inter presbyteros Conſtantinopolitanos exſilio relegatos memorat Palladius in Dialogo pag.* 196, *ubi ſic habet:* Theophilus in Paphlagonia degit. *Et inferiùs.* Saluſtium in Creta eſſe dicunt.

B

C

Epiſtola gemina ad Cyriacum epiſcopum,

1189 *Quemadmodum illi presbyteri non ſatis fecerunt incenſo Sancti ſtudio pro ſalute gregis ſui; ita Cyriacus epiſcopus, alter à Cyriaco Synnadorum antiſtite, non tanta* Chryſoſtomo *exſuli videtur exhibuiſſe amicitiæ indicia, quanta ab ipſo exſpectaverat. De Cyriaco epiſcopo jam conqueſtus erat* Chryſoſtomus *in Epiſtola* 12, *Cæſareæ ad Olympiadem ſcripta, quòd nullas ab eo accepiſſet litteras. Perrexit ſilere Cyriacus, ſive metu impeditus, ſive alia de cauſa nobis ignota. Attamen* Chryſoſtomus *ad ipſum* ſemel atque iterum & ſæpè *ſcripſiſſe ſe dicit in Epiſtola* 202. *Verùm non omnes illæ Epiſtolæ ad nos pervenerunt. Ex duabus, quæ exſtant, prima videtur Epiſtola* 64. *Commendatitia hæc eſt, quam ita orditur Sanctus:* Dominus meus Sopater, Armeniæ hujuſce præfectus, in qua nunc incluſi tenemur, Armeniæ quidem præfuit ut pater; plus autem officii erga nos exhibuit, quàm à patre poſtulandum videretur. *Hujus autem beneficii gratiâ filium Sopatris, Conſtantinopoli litteris operam dantem, Cyriaco epiſcopo commendat, rogatque ut ipſi conciliet notitiam,* tum eorum, *inquit,* qui magiſtratu funguntur, tum tuorum familiarium *&c. Figi poteſt hæc Epiſtola menſe Septembri. Altera ad Cyriacum eſt Epiſtola* 202, *in qua cum ipſo expoſtulat Sanctus, quòd* ne ſemel quidem *ſcripſiſſet, cauſamque ſilentii inquirit. Scripta hæc eſt, poſtquam perſecutionem Conſtantinopolitanam Sanctus intellexerat, ideoque figenda circa menſem Novembrem.*

AUCTORE J. S.

qui alius eſt a Cyriaco Synnadenſi?

1190 *Porrò Tillemontius Notâ* 88 *inquirit, utrùm Cyriacus epiſcopus, ad quem datæ ſunt prædictæ litteræ, alius ſit à Cyriaco Synnadorum epiſcopo, & an fortè ſit Cyriacus Emeſenus, de quo videtur loqui Palladius in Dialogo pag.* 194. *Reſpondet autem primò, agnoſcendum neceſſariò eſſe Cyriacum epiſcopum à Synnadenſi diſtinctum: nam Cyriacus Synnadenſis in carcerem conjectus eſt Nicomediæ, idque non ignoravit* Chryſoſtomus, *qui ad epiſcopos alioſque carcere detentos tres ſcripſit Epiſtolas. Carcere liberatus Cyriacus Synnadenſis, non manſit Conſtantinopoli; ſed primò fortè ad eccleſiam ſuam, deinde Romam profectus eſt. At Cyriacus, ad quem exſtat Epiſtola* 202, *Conſtantinopoli erat, nec quidquam fuiſſe paſſus videtur. Certè Sanctus in laudata Epiſtola dicit:* Ex illis, qui iſtinc veniunt, didici te ſanum eſſe, ac proſpera frui valetudine; *nec meminit de ullis illius Cyriaci adverſis. Præterea jam* IV *Julii ſcripſerat ad Conſtantium presbyterum, ut Cyriaco epiſcopo, ſi eſſet Conſtantinopoli, commendaret res Cypri, ut videri poteſt in Epiſtola* 221. *Neceſſe igitur eſt, ut hunc Cyriacum diſtinguamus à Cyriaco Synnadenſi, qui tunc erat in carcere.*

D

nec tamen Emeſenus fuit epiſcopus.

1191 *Secundò tamen rectè obſervat Tillemontius, non eſſe hunc Cyriacum habendum pro Emeſeno epiſcopo, nec apud Palladium fieri mentionem de Cyriaco Emeſeno, ſed locum exſilii aſſignari, quò ductus eſt Cyriacus Synnadenſis. Eodem loco Eulyſius, qui epiſcopus erat Apameæ Bithyniæ, malè vocatur* Boſtræ *epiſcopus. Interpres in hos incidit errores, quia non ſemper oculos habebat intentos in hiſtoriam* Chryſoſtomi. *Præterea Græcè redundat articulus* τὴν, *ante vocem* Ἐμέσης *poſitus, & interpunctio eidem voci ſubjecta. Accipe, lector, verba Græca, prout ſcripta eſſe videntur.* Ἐλθὼν γάρ τις συνοδεύσας αὐτοῖς διάκονος ἀφηγήσατο, Κυριακὸν μὲν Ἐμέσης ἐνδοτέρω ὀγδοήκοντα σημείων εἰς Παλμύραν, τὸ τῶν Περσῶν φρούριον, εἶναι. Ubi venerat enim diaconus, qui cum ipſis iter fecerat, narravit Cyriacum quidem ultra Emeſam milliaribus octoginta Palmyræ in Perſarum caſtello eſſe. *Hoc etiam ſenſu ſequentia ſunt exponenda: nam quatuor epiſcopi ſimul memorantur, nimirum Cyriacus Synnadenſis, Eulyſius Apameenſis in Bithynia, Palladius Helenopolitanus, & Demetrius Peſinuntis, qui ſimul ex legatione ad exſilium miſſi ſunt, ità ut nullum relinquatur dubium, quin Cyriacus Emeſenus & Eulyſius Boſtrenſis ex ſola interpretatione mendoſa ortum ducant, ac delendi ſint ex catalogis epiſcoporum Emeſenorum & Boſtrenſium apud Michaëlem Lequien, qui illegitimos hos partus adoptavit.*

E

Epiſtolæ plures Conſtantinopolim

1192 *Epiſtola* 190, Briſoni, *qui Eudoxiæ imperatricis erat eunuchus, &* Chryſoſtomum *ex primo exſilio in urbem reduxerat, inſcripta eſt. Briſoni jam ſcripſerat Sanctus ſimul ac Cucuſum pervenerat; ſed nullas ab eo litteras acceperat, atque id conqueritur in hac Epiſtola* 190. *Ejuſdem argumenti eſt Epiſtola* 95 *ad Claudianum, quem item Conſtantinopoli habitâſſe, colligo ex his verbis:* An verò poſt diceſſum noſtrum ex animo tuo nos ejeciſti? *&c. Similis querela eſt, in*

AUCTORE J. S.

in Epistola 219 ad Severinam & Romulam, aut certè conqueritur propter longum *earum* silentium, *cùm ipse se* frequentes litteras *ad illas dedisse asserat. At nulla alia exstat ad Severinam & Romulam, quas habitâsse Constantinopoli suspicor, quia magnæ in eas benevolentiæ indicia dat Sanctus, nec memorat aliquid, quod Antiochiam insinuet. Contrarium est in Epistola 58,* Theodosio ex ducibus, *id est, qui ducis officium gesserat, scripta. Nam hanc ita inchoat:* Multo melle litteras tuas condiisti, vel, ut rectiùs loquar, melle dulciores eas fecisti *&c. Multa mutuæ amicitiæ signa continet Epistola; quam potiùs anno 404, quàm seriùs scriptam puto. Id tamen certum non est, sicut certò non invenio, Theodosium illum habitâsse Constantinopoli. Ejusdem ferè argumenti cum præcedentibus est Epistola 201 ad Herculium, qui se excusaverat, & cui amicissimè respondet* Chrysostomus, *dicens* tòti civitati notum *fuisse, quantùm ab ipso amaretur. Unde utcumque colligitur, ipsum degisse Constantinopoli.*

ad varios missa.

B

1193 *Constantinopoli quoque erat, ibique cum aliis latebat Palladius episcopus, ad quem data est Epistola 113, anno 404 figenda. Ex hujus initio colligitur, Palladium prius scripsisse ad consolandum* Chrysostomum. *Hic verò responsum suum orditur hoc modo:* Pro eo quidem statu, quo res nostræ sunt, consolatione nihil opus habemus. Siquidem ad consolationem nobis abunde est rerum, quæ contigerunt, argumentum. At verò communem ecclesiarum tempestatem, ac naufragium illud, quod terrarum orbem invasit, luctu lacrymisque prosequimur: vosque omnes obsecramus, ut precibus juvetis, quò hæc internecio tandem aliquando depellatur, cunctaque ad summam tranquillitatem revocent *&c. Dubitari potest, an hæc Epistola sit scripta ad Palladium Helenopolitanum, an ad alium Palladium episcopum, Dialogi scriptorem. Epistola 117 data est ad Theodoram, Constantinopoli habitantem, ad quam jam in itinere, & Cæsaream scripserat Sanctus, ut dictum est § 70. Ratio scribendi erat, quòd Theodora* Eustatium *quemdam damni sui ejecisset: nam eidem piis rationibus persuadere conatur, ut illi ignoscat, ac pristinam benevolentiam reddat. Hæc scribendi ratio facit, ut dubium sit, utrùm Epistola anno 404, an 405 sit data: caret enim temporis notâ. Constantinopolim quoque missa est Epistola 197 ad Studium præfectum urbis. Consolatoria est elegans ob mortem fratris ipsius. Illud solum observo, nullo verbo insinuari, Studium Sancto amicum fuisse aut benevolum. Ee sanè talis non fuisse videtur, cùm ipsius auctoritate inquisitio de incendio ecclesiæ crudeliter sit instituta contra amicos* Chrysostomi. *At Sanctus eo erat ingenio, ut sciret etiam inimicis benefacere, & pia urbanitatis officia ipsis non denegare. Adulari tamen nolebat, ut ex hac ipsa Epistola necumque colligitur; nam ita concinnata est, ut magis instruatur Studius, quàm laudetur.*

Tres Epistolæ ad Valentinum, cui virginum

1194 *Valentinum,* Chrysostomi *amicum, ad quem tres exstant Sancti Epistolæ, habitâsse etiam Constantinopoli, colligitur ex Domitiano presbytero, in una ex illis memorato. Eadem Domitiani mentio insinuat, Epistolas illas potiùs ad annum 404 spectare, quàm ad unum ex sequentibus, saltem duas priores. Nam Domitianus presbyter erat* œconomus ecclesiæ Constantinopolitanæ, *& Romam venit anno 405 non multùm provecto, ut narrat Palladius pag. 28, ita ut videatur Constantinopoli discessisse hiemali tempore sub finem anni 404, aut certè prioribus mensibus anni 405.*

At Chrysostomum *ob gravem ac diuturnum morbum, quo laboravit initio anni 405, nullas Constantinopolim dedisse litteras ante mensem Aprilem aut Majum suo loco videbimus. Hac de causa & duæ ad Valentinum, & aliæ quædam, seriùs ab aliis fixæ, ad annum 404 revocandæ sunt. Prima ex tribus mihi videtur Epistola 116, quâ novam dignitatem Valentino sic gratulatur, ut simul amicissimè cum eo expostulet, quòd eam non ex ipsius litteris, sed ex aliis, intellexisset. Nulla anterioris Epistolæ in hac fit mentio: sed Valentini virtutes Sanctus celebrat, præsertim liberalitatem in pauperes.* D

pauperum curam commendat Sanctus:

1195 *Eamdem in pauperes largitatem* Chrysostomus *laudat in Epistola 217, quam secundam ad Valentinum ponimus, nisi etiam prima sit: nam de duabus prioribus dubitari potest, utra præcesserit. Laudata viri in egenos liberalitate, sic pergit:* Quando igitur nobis reverendissimus presbyter Domitianus, cui viduarum ac virginum istic cura commissa est, significavit, eas propemodum fame vexari, tamquam ad portum quemdam, ad manus tuas confugimus, ut ab iis hoc famis naufragio vindicentur. *Tum rationes profert ad excitandum idoneas, subditque:* Nihil enim amplius est dicendum, cùm ad clementissimum & benignissimum hominem scribamus: quippe qui noveris, te etiam sportulas (*id est, subsidium victûs*) nobis debere: verumtamen si hoc præstes, quod earum nomine debes, nobis persolutum arbitrabimur *&c. Præstitit Valentinus, quod petiit* Chrysostomus, *ut hic habet in Epistola 11, ad ipsum tertia, quam sic exordiatur:* Tertiam hanc Epistolam mitto, cum ipse à te nullam acceperim. Verùm quòd magna cum animi voluptate litteras nostras acceperis, eumque, qui eas reddidit, quo decebat honore affeceris, atque item id omne, quod tuarum partium erat, in iis rebus, quæ tuam opem requirebant, præstiteris, intelleximus, nec quidquam horum nobis latuit. *Hæc anno 405 scripta existimo, quia tres ferè menses intercedere debuerunt, antequam Sanctus resciret, quid ad preces suas Constantinopoli fecisset Valentinus; nec tamen conqueritur de hieme, sed de* gravi obsidione, *id est, de excursionibus Isaurorum, quæ gravissima erant anno 405.*

E

aliæ ad Gemellum de suscipiendo baptismo cogitantem:

1196 *Ad Gemellum* Chrysostomus, *ut monui antè, scripsit, quando non diu erat Catus. Eucletus is erat ad aliquem magistratum, quem ipsi Sanctus gratulatur per Epistolam 124, virum illum egregiis laudibus prosequens. Hæc gratulatio figenda videtur anno 404, quia primis anni sequentis mensibus litteras non scripsit* Chrysostomus. *At Epistola 79, quâ de silentio diuturno Gemelli, tunc magistratum gerentis, conqueritur, potiùs anno 405 videtur scripta, nisi fortè loquatur Sanctus de responso non accepto ad primam Epistolam. Certius anno 405 figetur Epistola 132, & ultima ad Gemellum, qui preces Sancti postulaverat, atque unà declaraverat desiderium baptismi per ipsum suscipiendi. Hortatur itaque, illud ne differat.* Si à nobis, *inquit,* mora aliqua interveniat, huic tamen rei ne mora afferatur, cura. Omnino enim, etiamsi ipsi abfuerimus, homines nobis amicissimi non defuturi sunt, qui te ad hæc mysteriorum initia deducere queant. Quod si contingat, eadem voluptate afficiemur, quâ afficeremur, si cælestis hujus beneficii largitioni administram ipsimet operam præbuissemus, quandoquidem etiam eadem est gratia.

F

1197 *Epistola 147, data ad Anthemium, qui anno 405 consulatum gessit & præfecturam Ori-*

AUCTORE J. S.

A *Orientis, etiam poteſt ſcripta eſſe ſub finem anni* 404. *Gratulatur Anthemio conſulatum & præfecturam, virique virtutes & amicitiam laudat. At id facere potuit, ſimul atque intellexerat conſulem deſignatum, magiſque veriſimile eſt, id revera eo tempore factum eſſe, quàm anno ſequente, poſtquam Anthemius tribus aut quatuor menſibus conſulatum geſſerat. Sub finem ejuſdem anni* 404 Chryſoſtomus *litteras dedit ad aliquos presbyteros Conſtantinopolitanos, perſecutionis ibidem vigentis participes. Talis eſt Epiſtola* 118 *ad Euthymium presbyterum, qui à ſchola, quam regebat, pulſus erat, & quem Sanctus conſolatur, ita incipiens:* Nihil vos contriſtet, quòd à ſchola pulſi fueritis, ſed cum animis veſtris reputantes, quantam hinc etiam mercedem receperitis, & quo pacto coronæ vobis augeantur, gaudete & exſultate ob ejuſmodi afflictiones & inſidias *&c. Euthymius id ipſe veriſimiliter ad* Chryſoſtomum *perſcripſerat. Nam de ſilentio ipſius non queritur.*

alia ad Anthemium conſulem, aliæ ad varios presbyteros,

Conſtantinopoli

1198 *At in Epiſtola* 113, *eodem tempore ad Philippum presbyterum data, de hujus queritur ſilentio, licèt aliàs Philippum laudibus celebret, & conſoletur.* Licèt non ſcribas, *inquit*, de rebus tuis ſciſcitamur, & vos didicimus à ſchola

B pulſos fuiſſe, cùm eam loquendi libertatem, quam par erat, exhibuiſſetis. Hoc vobis merces, hoc cæleſtis eſt negotiatio, hoc immortalis corona, hoc congeries præmiorum *&c. Coactus eſt deinde hic Philippus Conſtantinopolim relinquere. Palladius enim in Dialogo pag.* 196 *de eo ſic habet:* Audivi Philippum monachum & presbyterum ſcholarum, in Campania ægrotare. *De alio Philippo presbytero Conſtantinopolitano laudatus ſcriptor paulò antè dicit:* Philippus in Ponto exul mortuus eſt.

perſecutionem patientes :

1199 *Inter presbyteros, qui* Chryſoſtomi *partes Conſtantinopoli anno* 404 *ſtrenuè defenderunt, laudandi etiam ſunt Hypatius & Daniël. Ad priorem duas habemus Sancti Epiſtolas, quarum prima eſt Epiſtola* 97. *Hujus tale eſt exordium:* Nôſti, domine mi reverendiſſime, quantam vobis calamitates eæ, quæ Dei causâ ſubeuntur, mercedem, quantaque præmia, & quantas coronas ferant. Quamobrem nihil eorum, quæ fiunt, te conturbet; ſiquidem eos demum, qui ſceleratè aliquid faciunt, lugere convenit *&c. Altera eſt Epiſtola* 180, *in qua mirè laudat Hypatium* ob patientiam, fortitudinem, tolerantiam, quam, *inquit*, exhibuiſti & exhibes in tentationi-

C bus. Id ipſum quoque prioribus tibi litteris ſignificavi, duplicem ac triplicem horum causâ te manere mercedem, . . . dum in tanta ſenectute tantam pro populo perſequutionem paſſo allacritatem animi exhibes *&c. Mox quoque memorat* diaconos Euſebium & Lamprotatum, qui tibi conſortes ærumnarum fuerunt, *inquit. Addit* ſe *difficulter ſcribere poſſe*, tum propter hibernum tempus, tum propter metum prædonum, locique, in quo degimus, *inquit*, ſolitudinem. *Epiſtola* 99 *ad Danielem presbyterum, cujus patientiam & conſtantiam miris etiam laudibus proſequitur, eodem tempore data eſt. Nam & in hac dicit:* Etiam in ſolitudine conſtituti, ac metu prædonum obſeſſi, jamque hiemis tempore divexati, nihil iſtorum præ eximia veſtri nominis celebritate ſentimus.

alia ad Anatolium:

1200 *Tillemontius art.* 116 *has Epiſtolas figit ſub finem anni* 405, *quia in iis fit mentio de* metu prædonum *ſimul & hiemis. At ipſe Epiſtolam* 104, *in qua item fit mentio de novis Iſaurorum incurſibus, ut fatetur art.* 111, *figit ſub finem anni* 404. *Quapropter dicendum, novas quaſdam Iſaurorum incurſiones fuiſſe ſub finem anni* 404. *Nam dicta nullo modo congruunt hicmi ſequenti, quâ Sanctus ne quidem Cucuſi conſiſtere auſus eſt, ſed frequenter ſedes mutare coactus eſt, ac tandem arci ſe includere Arabiſſi, ut videbimus. Epiſtola* 205, *inſcripta* Anatolio præfectiano, *id eſt, opinor, qui præfecturam aliquam geſſerat, mihi etiam referenda videtur ad annum* 404, *licèt Tillemontius art.* 112 *eam referat ad annum* 405. *Nam gratias eidem agit Sanctus de benevolentia ipſius:* Non enim nos fugit, *ait*, poſt diſceſſum noſtrum, quanta noſtrâ causâ facere ac dicere ſtudueris. *Excuſat etiam ſe, quòd ſerò ſcribat, & morbum allegat, illum videlicet, quem contraxit in itinere; non ſecundum, ut putat Tillemontius; nam ea frivola fuiſſet excuſatio. Æquè eſt improbabile, quod ſuſpicatur, Anatolium cuſtodem fuiſſe Sancti in itinere.*

Quatuor Epiſtolæ ad Diogenem,

1201 *Reſtant hoc loco commemorandæ quatuor Epiſtolæ ad Diogenem, ſingularem* Chryſoſtomi *amicum, cujus tamen habitationem ex iis colligere certò nequeo, licèt Conſtantinopoli videatur habitâſſe, cùm Sanctus doleat, ſe ab eo ſejunctum. Prima ex illis eſt Epiſtola* 134, *data veriſimiliter menſe Septembri, quando vigebat* Iſauricarum E incurſionum metus, *& quando Sanctus* otio atque ingenti quiete *fruebatur*, magna tranquillitate, ac mediocri corporis ſanitate. *Hæc ſolùm ſcripta eſt ad amicitiam alendam & litteras petendas. Altera ad eumdem eſt Epiſtola* 144, *ad petendas quoque litteras conſcripta. In hac dicit, ſe jam ſecundò ſcripſiſſe, ita ut una ad Diogenem Epiſtola excidiſſe videatur. Mirè laudat viri benevolentiam & zelum; at nullas ſe accepiſſe litteras conqueritur. Tertia & quarta ad Diogenem eodem tempore ad ipſum tranſmiſſæ videntur, figendæque ſunt anno* 405. *Sunt hæ Epiſtolæ* 50 *&* 51. *Occaſio ſcribendi hæc erat.*

qui munera Sancto tranſmittit:

1202 *Miſerat Diogenes Aphraatem quemdam cum muneribus ad* Chryſoſtomum. *Hic verò dona illa more ſuo remiſſurus, declarato ſuo in Diogenem animo, eum alloqui pergit hoc modo in priori Epiſtola:* Quapropter eorum munerum causâ, quæ ad nos miſiſti, ne nobis ſuccenſeas. Poſteaquam enim honorem eum, qui ab ipſis manabat, tamquam è vindemia quadam uvam expreſſimus ac percepimus, munera ipſa remiſimus, non quòd te aſpernaremur, aut animi tui nobilitati minimè confideremus, ſed quòd iis non in- F digeremus. Quod etiam in multis aliis fecimus. Nam alii quoque quàm plurimi, tibique nobilitate pares, ac nos ardentiſſimè amantes, ut amplitudo tua poterit ediſcere, idem iſtud fecerunt: atque apud eos nobis eadem hæc excuſatio ſuffecit, quam tu quoque admittas velim. Nam ſi in penuria verſemur, majori cum animi fiducia, tamquam ſi noſtra eſſent, expoſcemus, idque tu re ipſa perſpicies *&c. Ita Sanctus.*

at illa deſtinat pro laborantibus in Phœnicia.

1203 *At Aphraates tam fortiter inſtitit apud* Chryſoſtomum, *ut hic aliud ſua pietate dignum conſilium excogitaverit. Quid illud ſit, docebit Epiſtola* 51, *cujus hoc eſt principium:* Cùm ſuperiorem epiſtolam ſcripſiſſem, atque reverendiſſimum ac religioſiſſimum virum Aphraatem ita nobis affixum eſſe conſpicerem, ut nec hinc abire vellet, nec litteras quidem à nobis accepturum ſe eſſe minaretur, niſi munera ea, quæ ad nos miſiſſes, accepiſſem, typum, qui tuæ nobilitati maximè gratus futurus, animumque tuum recreaturus ſit, huic rei impoſui: quem tu cùm

AUCTORE J. S. ex ipso intellexeris, eum præclari hujusce consilii administrum fieri jube. Nec enim te fugit, quanta hujus rei utilitas futura sit, tum ob ipsius in Phœnicia adventum, tum ob tuam liberalitatem ac munificentiam. Atque utriusque hujus rei mercedem ipse capies: ut qui erga eos, qui in Phœnicia gentiles Christianæ fidei rudimentis imbuunt, atque ecclesiarum constructioni operam impendunt, liberalitatis tuæ specimen ederis, ac præterea ejusmodi virum excitâris, ad eosque consolandos miseris: nunc præsertim cùm in tanta difficultate versantur, atque à multis oppugnantur. Quamobrem considerata præclari hujusce negotii magnitudine, ne eum vel tantillùm cunctari patere: verùm hoc effice, ut nullâ interpositâ morâ hoc iter suscipiat. *Ita certamen hoc diremit* Chrysostomus, *qui plurimum adhibuit laborem, ut gentiles in Phœnicia ad fidem converterentur, sicut latiùs exponemus § 78.*

§ LXXVII. Gravis morbus, quo Sanctus laboravit primis mensibus anni 405: Epistolæ eodem anno ad Olympiadem & ad alios quosdam datæ.

Hieme vehementer sæviente in Armenia,

B *Tempore illo hiemali, quod posteriores mensis anni 404 & priores anni sequentis complectitur, multa magnaque incommoda ex frigore intenso passus est* Chrysostomus, *ac tandem in periculosum ac gravissimum incidit morbum. De infirmitate illa breviter meminit in Epistola 138 ad Elpidium episcopum, dicens à scribendo se impeditum fuisse corporis morbo,* Qui, *inquit*, nos vehementer attrivit, & penè confecit, ac per totam hiemem lecto affixit. *Convaluit veris tempore, & tunc primam hujus anni Epistolam scripsit ad Olympiadem, in collectione sextam, quâ morbum prolixius exponit. Scriptam esse mense Aprili aut Majo, colligitur ex recitandis. Olympias ipsa quoque hiemali tempore graviter laboraverat, & melius habebat. Hæc omnia docet Epistolæ initium, quod subjungo:* Ab ipsis, *inquit*, mortis januis revocatus hæc ad te scribo: eoque etiam nomine pueros tuos nunc denique ad nos accessisse, vehementer gavisus sum, cùm jam ad portum appelleremus. Nam si mihi, cùm adhuc in mari jactarer, gravesque morbi fluctus exspectarem, occurissent, pietatem tuam fallere mihi non facile fuisset læta pro tristibus nuncianti. Hiems enim gravior, quàm solebat, exorta, graviorem quoque nobis stomachi hiemem invexit: nihiloque meliùs ac commodiùs, quàm qui mortem obierunt, imò etiam graviùs, hos duos menses confeci.

Sanctus gravissimo morbo diu laborat,

1205 Hactenus enim lucis hujus usurâ fruebar, ut malorum, quibus undique cingebar, sensu afficerer; omniaque mihi noctis instar erant, hoc est tam dies, quàm diluculum, atque ipsa meridies: totosque dies lecto affixus exigebam. Cúmque innumeras rationes comminiscerer, contractum tamen ex acerrimo frigore detrimentum haudquaquam excutere poteram. Quamvis enim ignem etiam accenderem, & gravissimum fumum perferrem, & cubiculo inclusus tenerer, sexcentisque pannis memet obvolverem, ac ne limen quidem excedere auderem, nihilominus extremos cruciatus patiebar: quippe cùm vomitus subinde orirentur, capitis dolores, cibi fastidia, perpetuæque vigiliæ. Noctis ergo pelagus usque adeo longum insomnis exigebam. Verùm ne commemorandis rebus molestis diutiùs immorans, animum tuum vexem, his omnibus nunc liberati sumus. Nam simul atque ver adfuit, atque exigua quædam aëris mutatio contigit, omnia sponte sua dilapsa sunt. Attamen magna mihi adhuc in victûs ratione curâ opus est. Ac proinde operam do, ut levem farcinam stomacho imponam, quò eam facilè digerere queat. Illud verò non vulgari sollicitudine nos affecit, quòd te extremo vitæ spiritu conflictari intelleximus. Quamquam pro ingenti meo erga te amore ac rerum tuarum cura & sollicitudine, antequam etiam literas tuas reciperem, hac curâ solutus sum. Permulti enim istinc ad nos venerunt, teque commoda valetudine esse nunciârunt. Ac nunc majorem in modum lætor & gaudeo, non tantùm quòd morbo liberata sis, sed potissimùm quod ea, quæ accidunt, adeo fortiter ac generosè feras, fabulam nimirum hæc omnia vocans. *Loquitur Sanctus de persecutione, quam patiebatur S. Olympias, quòd nollet communicare cum Arsacio.*

deinde verò ad Olympiadem, gravia fortiter patientem, scribit:

1206 *Quippe in reliqua parte illius Epistolæ, quæ prolixa est, ipsius constantiam, fortitudinem ac patientiam in illa persecutione toleranda miris effert laudibus, simulque insinuat eam etiam tum Constantinopoli fuisse.* Lætor, *inquit pag.* 580, ac voluptate perfundor, deque tua animi magnitudine crebrisque victoriis vehementer glorior, non tuâ dumtaxat, sed etiam magnæ illius ac numerosissimæ civitatis causâ, cui etiam turris ac portûs ac muri loco exstitisti *&c. Deinde & vehementiam persecutionis, & multorum lapsus variis allegoriis exponit hunc in modum pag.* 581: At tu, cùm sexcenti venti, cùm tot immanes fluctus omni ex parte inter se collidantur, cùm mare ab imis usque gurgitibus ob tempestatis acerbitatem sursum erumpat, atque alii pessum ierint, alii exstincti supra undas emineant, cæteri in tabula nudi ferantur; ipsa in medium malorum pelagus insiliens, omnia hæc fabulam appellas, prospero cursu in tempestate navigans *&c. Rursum pag.* 582: Hoc igitur nomine te quoque summopere admirari ac suspicere convenit, quòd, cùm tot viri, tot fœminæ, tot senes, qui maxima virtutis existimatione florebant, terga verterint, atque ante omnium oculos prostrati jaceant, non ex ingenti belli impetu, aut acri hostium conflictu, sed ante pugnam prolapsi, ante dimicationem victi ac profligati, tu contrà post tot pugnas ac conflictus, non modò malorum agmine fracta confectaque non es, sed etiam majorem inde animi vigorem collegisti, ac certaminum incrementum roboris accessionem tibi affert *&c.*

altera ad Olympiadem jam exsulantem

1207 *Non diu post hanc Epistolam Constantinopoli discessit S. Olympias, sive sponte Cyzicum secedens, ut vult Sozomenus lib.* 8 *cap.* 29, *sive etiam in exsilium missa, ut magis insinuant verba* Chrysostomi. *Fortè primò sua sponte discessit, ac deinde sententia exsilii subsecuta est. Quidquid de hisce sit verius, quando ad laudatam Epistolam humiliter respondit, jam aberat urbe, & fortasse hanc ipsam Epistolam in exsilio accepit.*

A *pit. Humilem autem fuisse Olympiadis ad tantas laudes responsionem, colligitur ex Epistola 7, quâ circa medium anni* 405 Chrysostomus *Olympiadem sic incipit alloqui:* Quid ais? tropæum non erexisti, nec præclaram victoriam obtinuisti, nec perpetuò virentem coronam adepta es? An non hæc orbis universus affirmat, qui ubique terrarum tua rectè facta decantat?.... Tu verò ea auctiora reddere, ac palmas amplificare studens, eas quoque, quas animi submissio parit, coronas ipsis adjunxisti, dum te tantùm ab hisce tropæis abesse asseris, quantùm mortui à vivis remoti sunt. *Mox verò Olympiadis triumphos ostensurus, hæc memorat:* Patriâ pulsa es, domo, amicis, cognatis. In exsilium missa es. Quovis die mori non desiisti: atque, quod naturæ deerat, voluntatis & animi amplitudine suppleviſti *&c. Ex his liquet, Epistolam esse scriptam, postquam Sanctus intellexerat, Olympiadem discessisse Constantinopoli.*

Epistola ad ipsam animandam in adversis;

1208 *Mala verò illa, quæ sustinuerat Olympias, enumerat* Chrysostomus, *ut ex iis evincat, quantam patientiæ ac fortitudinis suæ coronam exspectare deberet: nam tota Epistola, quæ admodum prolixa est, eò tendit, ut ostendat Sanctus, gaudendum & lætandum esse iis, qui pro Christo persecutiones & vexationes patiuntur, eos verò lugendos, qui tot malorum sunt causa. Hinc pag.* 583 *observat, illa à Deo permissa esse ad* ampliorem mercedem & largius præmium *Olympiadi conciliandum; infertque:* Quamobrem nihil est, quòd perturberis ac tumultueris. Ecquis enim umquam animo elanguit, opibus circumfluens? Ecquis perturbatus est, ad summas dignitates ascendens? ... Thesaurus enim ille, quem collegisti, furto subduci non potest: nec decus illud, quod per has calamitates tibi comparatum est, successionem novit, aut finem exspectat *&c. Et mox:* Quòd si etiam lugere animus est, eos, qui hæc perpetrant, luge; horum, inquam, malorum auctores *&c. Hos revera lugendos solidè probat & eleganter. Et sanè nemo prudenter negaverit, peccatores maximè esse lugendos, etiamsi omnia hujus mundi negotia feliciter ipsis fluere videantur, modò fidem habeat, & non solo nomine sit Christianus.*

tertia illius anni ad eamdem.

C 1209 *Post hanc eodem anno* 405 *secuta est Epistola* 16, *quæ data est, postquam Olympias jam locum exsilii sui coacta fuerat mutare. Hoc enim evincunt hæc verba* Chrysostomi *ipsam consolantis:* Quid enim est civitate pelli, & ex aliis locis in alia subinde migrare, atque undique exagitari & proscribi, & ad tribunalia trahi, & à militibus raptari? *&c. Hæc se passam procul dubio perscripserat Olympias, imò & illa, quæ patiebatur à servis & liberis. Sed illa omnia nihil esse, si comparentur cum gloria inde oritura, prudenter observat Sanctus. Corporis infirmitatem etiam ab Olympiade perscriptam, innuit* Chrysostomus, *de ea sic respondens:* At corpus tuum ob labores & ærumnas malè affectum est, hostiumque insidiæ morbum adduxerunt? Nimirum ingentis alterius atque ineffabilis quæstûs materiam mihi rursus commemoras. Scis enim, scis, inquam, planè, quantæ laudis sit, corporis morbum generoso animo atque cum gratiarum actione ferre. *In fine hujus Epistolæ, quæ minùs prolixa est, Sanctus Olympiadem laudat, quòd non modò prudenter ac fortiter in illis certaminibus se gesserit, sed etiam,* quòd, *inquit,* & litibus & negotiis, ut te dignum erat, defuncta, ejusmodi rei finem imposueris, ut nec ea ignavè abjeceris, nec rursum retinueris; ac tribunalibus, iisque, quæ hinc oriuntur, malis te ipsam transfixeris; verùm medium iter ingressa sis, eamque, quæ tibi conveniebat, libertatem perceperis *&c. Suspicor,* Chrysostomum *per* medium iter *intelligere secessum Olympiadis ex urbe Constantinopolitana. Hactenus de Epistolis hujus anni ad Olympiadem.*

AUCTORE J. S.

Epistola 138 *ad Elpidium Laodicenum.*

1210 *Inter præcipuos* Chrysostomi *amicos erat Elpidius Laodicenus in Syria episcopus, ad quem tres Epistolas anno* 404 *scripsit* Chrysostomus, *ut vidimus. Epistola* 138 *ad eumdem anno* 405 *data est ad fovendam amicitiam mutuam. In hac rationes, cur frequentiùs scribere non potuisset, allegat Sanctus his verbis:* Nam & anni tempus, & loci, in quo graviùs, quàm in ullo carcere, concluſi tenemur, solitudo, & eorum, qui huc veniunt, infrequentia; quódque item hos paucos non omnes sinceros ac fidos nanciscimur; ac denique corporis morbus, qui nos vehementer attrivit, & penè confecit, ac per totam hiemem lecto affixit, longum hoc silentium mihi attulit *&c. Notanda est Sancti querela, quæ hoc loco primùm occurrit, de infidelitate quorumdam, quibus litteras committebat. Nam comperta hæc perfidia efficere potuit, ut multò pauciores Epistolas anno* 405 *& sequentibus ad amicos exararet, quàm scripserat anno* 404. *Fortè etiam compererat aliquos ex iis, quos antè pro amicis habuerat, metu aut alio prætextu in transversum actos.*

Theodotus diaconus, hiemali tempore ad Sanctum profectus;

1211 *Verùm ut aliqui ab amicitia Sancti resilicbant, ita aliquorum etiam auctus est amor, ex iisque nonnulli ad Sanctum accesserunt. Inter hos est Theodotus diaconus, ad quem exstant septem* Chrysostomi *Epistolæ, anno* 404 *cœptæ. Theodotum illum Cucusi apud Sanctum fuisse, liquet ex illarum secunda, quæ est Epistola* 59. *Epistola verò* 139 *insinuat, hiemali tempore Theodotum venisse ad* Chrysostomum. *Nam hujus initium ita habet:* Nec me quidem hoc fugit, te pridem ad nos venturum fuisse, nisi Isaurorum metus vias tibi præclusisset. Nam, cùm omnibus frigore rigentibus, atque in tanta nivium vi huc occurrere minimè dubitâris, multò sanè minùs exorto vere, ac cælo ingenti tranquillitate prædito, istic manere sustinuisses. *Adventum Theodoti, quem hic attingit Sanctus, Tillemontius art.* 120 *refert ad initium anni* 406. *Verùm cùm Epistola tempore verno illius anni data sit, illud iter Theodoti per nives contigisse putem sub finem anni* 404, *aut potiùs mense Februario aut Martio anni* 405. *Quis enim se verno tempore excuset, quòd dudum ad aliquem non venerit, si hieme præcedente apud eumdem fuit? Quapropter, cùm constet Theodotum diaconum apud* Chrysostomum *fuisse prima hieme sive sub initium anni* 405, *non aliud ipsius iter per nives quærendum existimo.*

apud eumdem anno 405 *degit Theodotus lector.*

1212 *Si porrò Theodotus diaconus ad* Chrysostomum *duxit Theodotum lectorem, Theodoti consularis filium, qui sub disciplina exsulantis* Chrysostomi *sacris imbui litteris cupiebat, ne sic quidem aliud tempus quærere oportet: nam certum mihi videtur, commorationem Theodoti lectoris cum* Chrysostomo *figendam esse anno* 405, *non anno* 406, *ad quem illam refert Tillemontius art.* 120. *Hæc chronotaxis lucem accipiet ex ordine Epistolarum ad tres Theodotos: nam præter Epistolas septem ad Theodotum diaconum, exstant duæ ad Theodotum lectorem, duæ item ad hujus patrem Theodotum consularem.*

1213 *Pri-*

AUCTORE J. S.

Prima ad Theodotum diaconum Epistola anno 404 data,

1213 *Prima ex omnibus his est Epistola* 44 *ad Theodotum diaconum, qui cupiebat* Chrysostomum *visere; sed propter tempus hibernum necdum audebat, idque per litteras significaverat. Hæc omnia insinuat laudatæ Epistolæ initium, quod ita habet:* Scio utique, te per litteras nos minimè conventurum fuisse, si coràm id licuisset. Verùm, omnibus rebus omissis, ad nos te conferres, nisi & anni tempus, & negotiorum difficultas, & hujus loci solitudo quotidie ingravescens, maximum impedimentum afferret. *&c. Deinde Theodoto gratias agit, quòd monuisset Sanctum de epistolis ad aliquos exarandis. Inter hos fortasse fuit Bassiana, ad quam data est Epistola* 43, *quam ita exorditur Sanctus:* Tu quidem perdiu siluisti, idque, cùm reverendissimum ac religiosissimum diaconum Theodotum præsto haberes, per quem facilè nancisci posses, qui ísthinc ad nos venirent. *Deinde suam declarat benevolentiam, monetque Bassianam, ut vicissim scribat. Porrò Theodotus diaconus eadem hieme venit ad* Chrysostomum, *ut colligitur ex Epistola* 59, *sequenti æstate scripta: & tunc forsan cum eo venit Theodotus lector, quem discessisse à* Chrysostomo *videbimus ante hiemem sequentem.*

B

secunda ad eamdem, postquam fuerat Cucusi, anno 405:

1214 *Epistolam* 59 Chrysostomus *his verbis orditur:* Citò nostri oblitus es, ad ingentem eam molestiam, quam ex digressu tuo accepimus, alium ex diuturno tuo silentio mœrorem adjungens. Nec verò ad temporis angustiam tibi perfugium patet: nam dierum multitudo ingentem ad reditum facilitatem viatori præbere potest. Quin ne Isauricos quidem metus causari te patiemur, quandoquidem te magnopere amamus. Multi quippe sunt, qui post discessum tuum illinc ad vos venerint *&c. Mox hortatur ad frequenter scribendum. Dicta de Isauris congruunt anno* 405, *sed malum eodem anno crevit. Jam vehementer increverat, quando* Chrysostomus *ad eumdem Theodotum dedit Epistolam* 67, *non Arabissi anno* 406, *sed Cucusi anno* 405 *figendam.*

tertia & quarta ad eumdem eodem anno 405 datæ:

1215 *Hujus tale est exordium:* Ipse quidem, reverendissime ac religiosissime mi domine, iis saltem malis, quibus Armenia laborat, defunctus es: nos autem præter eos tumultus, imò quotidianas mortes, quæ hîc vigent, illud non vulgariter discruciat, quòd à tua quoque suavitate, ac vera & sincera benevolentia divulsi sumus. Accessit etiam ad hujus mœroris cumulum diuturnum tuum silentium. Nam ex quo die hinc discessisti, secundam hanc dumtaxat epistolam accepimus. *Mox fatetur, illud attribuendum esse Isauricis incursionibus, quibus* iter *erat* viatoribus clausum. *Tum* longiores epistolas *pro frequentibus petit, quia* pericula, *inquit*, quotidie ingravescunt. *Hæc verisimiliter sub finem æstatis sunt scripta. Restat Epistola* 137, *quæ similiter illiganda videtur anno* 405 *sub initium hiemis. Responsum est amicum ad litteras Theodoti, qui scripserat, se* frequentibus litteris *excitaturum ad scribendum. In illa Sanctus rursum meminit de digressu Theodoti, frequentesque postulat litteras, nisi* anni tempus atque Isauricorum malorum acerbitas id prohibeat. *Reliquæ ad Theodotum diaconum ad annos posteriores referendæ sunt.*

C

Epistola 61 ad Theodorum consularem, cui munera remisit,

1216 *Tam hiemis initium, quàm ingravescens timor Isauricarum incursionum effecerunt, ut Theodotus lector à* Chrysostomo *discederet, & ad Theodotum diaconum se conferret. Habemus istud ex Epistola* 61 *ad Theodotum consularem data, & ex altera ad ipsum Theodotum lectorem mox assignanda. Theodotum consularem laudat* Chrysostomus, *quòd ægrè non ferat, filium suum à se abesse, ut* veram sapientiam profiteatur. *At non filium dumtaxat, sed munera etiam transmiserat Theodotus consularis. Hinc Sanctus eum alloquitur hoc modo:* Ob eamque causam ingentes tibi gratias habemus: atque admirati sumus, quo pacto, cùm à te tantum munus, hoc est, filium habuerimus, tu tamen duxeris nos aliis quoque muneribus ornandos esse. Nos verò honorem quidem illum, qui ex muneribus missis oritur, decerpsimus, munera autem ipsa remisimus: non quòd te despiciamus, qui enim istud, cùm à te valde amemur; verùm quòd supervacaneum esse censeremus earum rerum fructum consectari, quibus minimè indigemus.

D

& de filio scribit Sanctus:

1217 Sanè bellum lectorem Theodotum apud nos retinere, ac fingere & erudire nobis cordi erat. Verùm quoniam omnia hîc cædibus, tumultibus, cruore, atque incendiis plena sunt, Isauris nimirum cuncta ferro atque igne populantibus, nosque sedes quotidie mutamus, necessarium proinde esse duximus eum hinc emittere, domino meo religiosissimo diacono Theodoto etiam atque etiam mandantes, ut ipsius curam assiduè gerat *&c. Asserta sedium mutatio convenit posterioribus mensibus anni* 405. *Epistola verò, quâ Sanctus lectorem Theodoto diacono commendavit, videtur excidisse.*

E

Gemina ad Theodotum lectorem Epistola, anno 406 figenda:

1218 *Ad Theodotum lectorem, qui* Chrysostomo *se excusaverat ob discessum, dedit Sanctus Epistolam* 136, *scriptam paulò serius, & verisimiliter anno* 406, *cujus hoc est initium:* Nihil est, quamobrem eò quòd maturiùs hinc abscesseris excusationem quæras, ac tum ad oculorum infirmitatem, tum ad vim frigoris confugias, iisque discessum tuum adscribas... Quamvis enim hiems te ab Armenia abduxerit, minimè tamen ex animo nostro ejecit... Ac nisi Isaurorum bellum, intercluso omnibus itineribus, in tabellariorum penuriam nos adduxisset, frequentissimas ad te litteras misissemus. *Addit monita quædam, ut adversa fortiter ferat, omneque otium* in divinarum Scripturarum lectione *consumat*, tantum ipsis temporis impertiens, quantum oculorum infirmitas permittit, quo videlicet, *inquit*, si quando occasio se offerat, ut earum quoque sensa nobilissimo animo tuo inferere commodè possimus, magna cum facilitate id faciamus. *Respondit deinde Theodotus lector, docuitque Sanctum,* F *plura sibi orta esse adversa. Hinc ad ipsum rescripsit* Chrysostomus *in æstate anni* 406 *per Epistolam* 102, *quâ ipsum piè consolatur, hortaturque, ut de oculis malè affectis medicos consulat. Sub finem hæc addit:* Certè nobiscum esse te cupimus, quia tamen non hiems dumtaxat, sed etiam æstas æquè tibi gravis ac molesta est, illud veriti sumus, ne te ob oculorum præsertim morbum in intemperiem conjiceremus.

alia ad Theodotum consularem.

1219 *Eodem anno* 406 *data est Epistola* 141 *ad Theodotum consularem, alterius patrem, quâ ipsi gratias agit, quòd filium benevolè exceperit. Hæc autem nonnihil suspicionis ingerunt, adversa illa, quæ patiebatur Theodotus lector, eidem illata fuisse à patre minùs benigno; sed filium patri reconciliatum fuisse aliis* Chrysostomi *litteris. Certè initium laudatæ Epistolæ id utcumque innuit, cùm Sanctus ita loquatur:* Multa tibi bona eveniant, qui tam honorificè filium exceperis. Id enim ipse nobis exposuit, nec occultavit, tum suum erga patrem affectum ostendens, tum nos ingenti lætitia cumulans. Siquidem hac in re duplici nos ho-

A nore affici censemus, tum quia, quidquid ille beneficii acceperit, idem nobis impensum ferimus, tum etiam quia à litteris nostris hujusmodi benevolentiæ incrementum accepisse contigit. *Mox Theodotum hortatur, ut pia filii studia foveat. Hactenus de litteris ad tres Theodotos datis, quarum tres ultimæ hîc ob materiæ connexionem commemoratæ sunt, licèt spectent ad annum* 406. *Tres aliæ ejusdem anni ad Theodotum diaconum rectiùs suo loco recensebuntur. Ceterùm suspicio est, Theodotos illos fuisse Antiochenos, etiamsi ex nullo loco id clarè evinci possit.*

Scribit Sanctus varias Epistolas ad Castum, Valerium &c,

1220 *Antiocheni certò erant quatuor presbyteri, Castus, Valerius, Diophantus & Cyriacus, ad quos exstant* Chrysostomi *Epistolæ sex, omnes anno* 405 *datæ, exceptâ fortasse primâ, de qua dubitari potest. Est hæc Epistola* 222, *fortè anno* 404 *scripta, & plena mutuæ amicitiæ significationibus. Initium est tale:* Et quòd ad nos scripseritis, & quòd litteris nos lacessere volueritis, ac litteras à nobis petere, modumque epistolæ excedere jusseritis, id argumento fuit, vos insaturabili & insano erga nos amore flagrare *&c. Deinde charitatem tota Epistola commendat. Altera, ad laudatos presbyteros data, videtur esse Epistola* 62, *quâ ipsis*

B *commendatur Constantius presbyter. Fuit autem Constantius Cucusi cum* Chrysostomo, *illucque venit ante Sanctum, ut vidimus suo loco: at discessit Antiochiam annò* 405 *non multùm provecto, quantùm apparet ex variis* Chrysostomi *epistolis. Hæc autem, de qua agimus, fortè ab ipso Constantio perlata, aut certè non diu post discessum ipsius missa est.*

quibus commendat Constantium presbyterum:

1221 Chrysostomus *verò laudatos presbyteros, Constantii amicos, de eo sic compellat:* Quòd reverendissimus ac religiosissimus presbyter Constantius nos reliquerit, doleo: quòd autem ad vos se contulerit, lætor: ac magis hinc lætor, quàm illinc doleo. Neque enim mihi dubium est, quin ad tranquillum portum, hoc est, ad vestram caritatem appellat. Nam quamvis sexcenti tumultus vos undique circumstent, magnosque fluctus excitent: tamen ejusmodi statu res vestræ sunt, ut ob eam, quâ præditi estis, fortitudinem, & constantem caritatem animique affectionem, etiam in mediis procellis magna tranquillitate fruamini. *Quid porrò Constantio desideret* Chrysostomus, *deinde exponit, nimirum* ut ne ipse per injuriam vexetur, temereque huc atque illuc circumagatur, ac per judicum tribunalia eam ob causam distrahatur atque laceretur, ob quam eum coronâ ornari, ac publico præconio celebrari par erat.

C

deinde de eo bene recepto gratias agit.

1222 *Hoc fortassè laudati presbyteri initio efficere potuerunt, at certò non diu, prævalente Porphyrio episcopo; quocum communicare cogebantur omnes perlegem Arcadii. Secuta est ad eosdem presbyteros* Chrysostomi *Epistola* 66, *quâ initio Sanctus se excusat, quòd* rarò *ad illos scripserit defectu tabellariorum; deinde gratias agit* quòd probum monachum, *inquit*, cum ea, quæ à vobis postulabatur, benevolentia suscepistis, eosque, qui importunè adversus eum rixari cupiebant, mitiores reddidistis. *Per monachum illum probum non alium designat, quàm ipsum Constantium presbyterum, qui Cucusi monasticæ vitæ pietatem imitatus, & fortè etiam vitam monasticam olim professus erat, ut ipse fecerat* Chrysostomus. *Certè sequentia Epistolæ verba omnino referuntur ad Epistolam præcedentem. Sic enim pergit Sanctus:* Quare non frustra, nec adulandi studio illud dicebam, vos etiamsi innumeri undique fluctus excitentur, in tranquillitate tamen esse.

Nam cùm ab aliis naufragia facilè propulsetis, non est dubium, quin ipsi procul à tempestate remoti sitis. *Scripsit hanc Epistolam* Chrysostomus, *quando* ærumnis, bellis, tumultibus, perturbationibus, quotidianisque mortibus undique *cingebatur, prout contigit in æstate anni* 405. AUCTORE J. S.

Quarta ad eosdem Epistola,

1223 *Quarta ad Castum, Valerium, Diophantum & Cyriacum videtur esse Epistola* 130, *in eadem æstate, quantùm videtur, scripta. Exegerant illi litteras* Chrysostomi, *qui se* brevi hoc temporis spatio siluisse *dicit, quòd Epistolas minùs necessarias crederet, non verò ex aliqua suspicione de ipsis, acsi in amicitia languerent. Deinde verò de rebus suis hæc memorat:* Quoniam autem scio magnæ vobis lætitiæ esse, quo statu res nostræ sint, intelligere; scitote nos stomachi imbecillitate liberatos esse atque valere, ac nec obsidione, nec latronum incursionibus, nec loci solitudine, nec sexcentorum casuum adversorum turbâ, nec denique ullo alio hujusmodi incommodo dejici & conturbari; verùm securitate, otio ac quiete frui *&c. Hæc Epistola ostendit, imbecillitatem stomachi, quæ Sancto ex morbo hiemis præcedentis remanserat, diu durâsse.*

quinta ad eosdem,

1224 *Quinta ad eosdem est Epistola* 107, *data in autumno aut hiemis initio. Laudati presbyteri jam tum ipsi persecutionem patiebantur, ut* liquet *ex tota Epistola ad ipsos consolandos composita. Circa medium ait Sanctus:* Hæc non eò scripsi, quòd hac in re me magistro opus haberetis: mihi enim prudentia vestra explorata, quippe quam rebus ipsis testatam feceritis. Nam quæ nos sermone nunc docuimus, hæc ipsi perferendis calamitatibus prædicâstis. *Sub finem ait:* Epistolæ modum forsan excessimus: at non apud vos, à quibus tam impensè amamur. *Sua verò in fine memorans, meminit,* & solitudinis, & famis, & pestis, & Isauricorum bellorum, & morborum omnium, quibus, *inquit*, omnibus malis nunc vexamur. *Adeo creverant vires Isaurorum, qui tota æstate Armeniam erant depopulati.*

E

ac sexta hiemali tempore scripta:

1225 *Secuta demum est hiemali tempore ultima ad laudatos quatuor presbyteros Epistola* 22, *ad ipsos sexta: quam sic inchoat Sanctus:* Quòd longam nostram epistolam brevem dixeritis, haud equidem miror. *Deinde charitatem eorum celebrat, charitatisque præstantiam more suo eleganter commendat, pulcherrimè explicans illud Apostoli:* Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis, *de debito, quod semper persolvendum est, numquam exstinguitur,* quod etiamsi semper solvatur, semper tamen debetur. *Hiemis tempore scriptam esse Epistolam* Chrysostomus *insinuat, ubi dicit, paucos* viatores *esse* tum propter anni tempus, tum propter itineris difficultatem.

F

tres Epistolæ ad Romanum presbyterum.

1226 *In eadem Epistola ait:* Quin religiosissimo quoque domino meo presbytero Romano, ut jussistis, scripsimus. *Addit, se tunc primùm scripsisse Romano, quòd ejus litteras exspectâsset. Itaque Epistola prima ad Romanum presbyterum figenda est tempore hiemali, vergente ad finem anno* 405. *Est autem Epistola* 91, *quâ* Chrysostomus *suam declarat benevolentiam, ac sibi de Romani amicitia constare testatur, ejusque vicissim litteras petit. Secutæ sunt aliæ duæ ad Romanum presbyterum, quæ ejusdem ferè sunt argumenti, & verisimiliter pertinent ad annum* 406. *Sunt autem hæ, Epistola* 23 *&* 78. *At non satis liquet, utra priùs sit scripta aut posteriùs. In utraque Romani amicitiam Sanctus multùm celebrat, in utraque suam quoque declarat, in utraque demum non modò litteras, sed etiam preces Romani desiderat.*

AUCTORE J. S.

§ LXXVIII. Aliæ Epistolæ anno 405 scriptæ, ex quibus ferè omnibus intelligitur insignis Sancti zelus ad promovendam fidei prædicationem in Phœnicia.

Sanctus de fide in Phœnicia sollicitus, scribit ad monachos

MUltis ante exsilium suum annis Chrysostomus varia præstitit pro conversione gentilium in Phœnicia. In itinere autem ad eam promovendam litteras dedit ad Constantium presbyterum Antiochenum, ut vidimus num. 1069. Ex his conjecturam facere licet, multò plura hunc in finem Constantinopoli à Sancto præstita, quàm ad notitiam nostram pervenerunt, quia nullas ferè litteras ab ipso scriptas habemus præter illas, quas in exsilio exaravit. Ardens illud studium convertendi infideles etiam effeciſſe videtur, ut Chrysostomus arctam ligaret amicitiam cum monachis S. Publii prope Zeugma, oppidum ad Euphratem, in Syria. Monachi illi erant partim Græci, partim Syri, & singuli separatum habebant monasterium, ac superiorem suum, prout refertur in Vita S. Publii fundatoris, quæ ex Theodoreto apud nos edita est ad XXV Januarii. Ibidem quoque leguntur nomina Superiorum, qui fuerunt tempore Chrysostomi; Græcis nimirum præerat Theodotus, Syris verò Aphthonius, ab ipso Publio statutus, & senior Theodoto, qui in locum defuncti Theotecni successerat. Hæc, quæ latiùs videri possunt in laudata Vita, sufficiunt ad intelligendum titulos Epistolarum, quas memorabimus.

monasterii S. Publii: altera ad eosdem & fortè vicinos Epistola.

1228 Epistola 93, quæ ad illos prima est; data quæ hiemali tempore, sub finem anni 404, aut fortè initio veris anni 405, inscribitur Aphthonio, Theodoto, Chæreæ presbyteris & monachis, universoque vestro sodalitio. Unicè scripta videtur hac Epistola ad amicitiam cum sanctis illis monachis ineundam, & eorum preces impetrandas, quas Sanctus magno studio flagitat. Adhasce Sancti litteras Græci saltem responderunt, ostenderuntque desiderium excurrendi ad Chrysostomum, nisi obstaret metus Isaurorum. Liquet hoc ex Epistola 146, data in æstate anni 405, inscriptaque Theodoto, Nicolao, Chæreæ, presbyteris & monachis. An hi trium monasteriorum vicinorum superiores essent, an potiùs tres præcipui ejusdem Græci S. Publii monasterii, non definio. Epistolam Sanctus ita orditur: Vos quidem Isaurorum incursionem atque impetum absentiæ vestræ causam esse dicitis &c. Ubi hanc excusationem approbârat, de se hæc memorat: Ut autem rerum quoque nostrarum statu cognito lætemini, ingenti quiete atque otio fruimur, corpusque nostrum, etsi alioqui multa sint, quæ ipsius valetudinem labefactent, satis commodè se habet. Quamquam enim & medicorum inopia, & rerum necessariarum penuria (nihil enim hîc venale est, nec medicamenta ulla suppetunt) & cæli intemperies (neque enim æstas nobis minùs quàm frigus molesta est, ut quæ frigoris acrimoniam in contrarium imitetur) & gravis ac perpetua obsidio, crebrique Isauricarum incursionum metus; hæc, inquam, omnia, & alia plura sunt, quæ valetudinem nostram labefactent: nunc tamen gravi periculo, atque hujusmodi morbo liberati sumus, ac mediocrem quamdam sanitatem obtinuimus. Hæc congruunt cum aliis de sanitate sua à Sancto illa æstate scriptis.

Epistola 145 ad Nicolaum presbyterum.

1229 Porrò Nicolaus presbyter & monachus, qui in dicta Epistola cum Theodoto ponitur & Chærea, idem verisimiliter est cum Nicolao presbytero, ad quem exstant tres Sancti Epistolæ. Nam in prima ex illis, quæ est Epistola 145, declarat, se teneri desiderio Nicolaum videndi, agnoscens tamen, id facilè fieri non posse propter incursiones Isaurorum, qui terrores quotidianos inferebant. Necdum morbo planè liberatus erat, dum hanc scribebat Sanctus, ita ut figenda videatur verno tempore anni 405, certè ante jam memoratam Epistolam 146. Ex illo Nicolao, qui præcipuam habebat curam de prædicatione Euangelii in Phœnicia, Chrysostomus videtur intellexisse, novam ibi contra operarios Euangelicos exortam esse anno 405 persecutionem, gentilibus in eos rursum insurgentibus. Nam illam persecutionem Nicolao innotuisse, liquet ex Epistola 53, inferiùs alleganda. Fortè etiam Theodotus presbyter, qui ad Chrysostomum venisse dicitur in Epistola 126, ad nuntiandam persecutionem illam ad Chrysostomum excurrit, cùm ad Sanctum venerit circa id tempus, quo ille persecutionem didicit, ut ex eadem Epistola colligitur.

Orta persecutione in Phœnicia, Sanctus urget

1230 De turbis verò illis Sanctus fuit edoctus circa mediam æstatem, & mox scripsit ea de causa Epistolam 126 ad Rufinum presbyterum & verisimiliter monachum, cujus hoc est exordium: Phœniciæ mala rursus exarsisse, ac gentilium furorem auctum esse accepi: complureſque monachos partim vulneribus affectos esse, partim etiam mortem obiisse. Ideo majorem in modum te urgeo, ut quàm celerrimè te ad iter accingas, atque in acie stes. Certum enim habeo fore, ut, si preces, & lenitatem, & mansu etudinem, & tolerantiam, & patientiam, eamque, quam soles, animi fortitudinem adhibueris, vel aspectu solo adversarios in fugam conjicias, ipsorumque furorem exstinguas, atque eorum, qui nostras partes tuentur, animos recrees, multaque bona efficias. Quare ne cunctaris, nec procrastines; sed majori celeritate utaris, teque hæc, quæ à me commemorata sunt, alacriorem reddant.

Rufinum presbyterum, ut eò proficiscatur,

1231 Mox urgentes addit rationes ad ejus animum excitandum, quas ita concludit: Cura, obsecro, ut tantas opes arripias, ingentique celeritate utaris: atque quàm primùm illuc veneris, ad nos scribas. Nam si vel hoc audierimus, te Phœniciæ fines attigisse, jam sine cura erimus, requiescemus, in securitate degemus. Nam quæ hinc consequentur, scimus: nimirum ut generosus rei bellicæ peritus imperator, sic tu omnia peragrabis, jacentes excitans, stantes confirmans & constabiliens, errantes in viam reducens, perditos requirens & inveniens, universas diaboli copias concidens. Est enim mihi perspecta, mihi, inquam, perspecta est animi tui vigilantia, mentis tuæ cura & solicitudo, sagacitas, concinnitas, comitas, fortitudo, robur, constantia.

Saamque addicit operam ad juvandos ibi prædicantes.

1232 Deinde crebras petit litteras. In magna enim, inquit, cura & solitudine sumus.... quò si res prosperum cursum teneat, gaudio ac voluptate afficiamur, sin autem impedimenta objiciantur, omni ratione ac studio ea de medio tollere nitamur. Neque enim antè conquiescemus, quàm & per nos, & per alios, hoc effecerimus, etiamsi millies vel inurbem Constantinopolitanam mittere necesse sit, quò omnia tibi valde prona reddamus, ne

A ne id quidem facere recusabimus. Hæc igitur cùm tibi nota sint, quæ tui muneris sunt, nobis præsta, vigilantiam ac diligentiam. Quòd si fratres etiam mitti oportere putes, id quoque fac sciam. De sanctorum verò martyrum reliquiis sine cura esto : confestim enim religiosissimum dominum meum presbyterum Terentium ad dominum meum piissimum Otreïum Arabissi episcopum misi. Nam ipse & multas, & minimè dubias habet, quas paucis diebus (*id est, intra paucos dies*) in Phœniciam ad te mittemus. Quare da operam, ne officio tuo ulla ex parte desis. Nam quæ nostri muneris sunt, quanta cum animi promptitudine præstemus, vides. Festina itaque, ut ante hiemem ecclesias, quæ sine tecto sunt, perficere queas. *Hactenus* Chrysostomus.

Tempus datæ Epistolæ.

1233 *Epistola figenda est circa Julium anni* 405 : *nam data est post Epistolam* 146, *æstivo tempore scriptam, ut vidimus num.* 1228. *Data quoque est tam citò, ut Rufinus, acceptâ hâc Epistolâ, non modò proficisci in Phœniciam, sed ibidem etiam ante hiemem perficere posset ecclesias, eaque de causa seriùs figi nequit. Tillemontius Notâ* 95 *Epistolam ad Rufinum figit anno* 406. *Verùm eo anno Sanctus erat Arabissi, non Cucusi, ubi scripta est hæc Epistola, ut fatetur. Quod autem existimat,* Chrysostomum *Arabisso deinde Cucusum rediisse, caret fundamento, & suo loco refutabitur. Verùm an Rufinus presbyter revera in Phœniciam profectus sit, nullibi reperimus. Si desiderio Sancti satis fecerit, profectus est satis din ante Joannem presbyterum, de quo mox agemus.*

B

Item Gerontium presbyterum, qui antè in Phœnicia fuerat,

1234 *Alter ex presbyteris, quos* Chrysostomus *illo tempore in Phœnicia esse desiderabat, est Gerontius presbyter, ad quem exstat Epistola* 54, *hunc in finem scripta. Illam sic orditur Sanctus :* Et jam ad pietatem tuam litteras dedi : (*quæ exciderunt*) existimans te in Phœnicia esse : & nunc item eadem, quæ priùs, scribo ; nempe vobis nunc maximè quidvis agendum ac perferendum esse, ut ne segetem vestram vacuam & inanem deseratis, nec quidquam eorum, quæ rectè, & cum laude gesta sunt, labefactari atque interire sinatis. *Ex his habemus primò, Gerontium jam antea fuisse in Phœnicia. Secundò allegatis verbis insinuatur persecutio jam memorata, de qua mox iterum fit mentio. Utrùm verò Gerontius ob persecutionem, an causâ morbi, quo laborabat, ex Phœnicia recessisset, non constat.*

C

ut illuc citò revertatur, hortatur,

1235 *At* Chrysostomus *gravissimis rationibus eum ad redeundum hortatur, & mox ita pergit :* Quocirca te obsecro, ut, quò major est tempestas, & plura mala & majora impedimenta objiciuntur, pluresque sunt, qui insidias struant, eò etiam magis ipse te excites, alioque item horteris, ut præclaram hanc curam tecum suscipiant, illucque quàm celerrimè pervenire maturent.... Siquidem hujusmodi peregrinationes suscipere longè præstantius atque conducibilius est, quàm domi desidere. Illic enim degens, hæc etiam habere potes, quæ nunc habes, hoc est, jejunium, vigilias, cæteraque Christianæ philosophiæ genera. Domi autem desidens, ea lucrari non potes, quæ, si in illa regione commoreris, adipisci potes, nimirum tot animarum salutem, periculorum mercedem, tantæque animi promptitudinis præmium....

sumptus ibi necessarios suppeditaturus.

1236 *Et mox :* Ne, quæso, cunctaris aut differas : verùm, ubi è morbo convalueris, mox ad iter te accinge, de rebus ad usum tuum necessariis nihil curans : siquidem reverendissimo ac

religiosissimo presbytero Constantio negotium dedi, ut, sive ad ædium exstructiones, sive ad sublevandam fratrum inopiam, impensis opus sit, largè vobis ac prolixè omnia suppeditet, atque adeo nunc etiam largiùs ac profusiùs, quàm antè. Cùm igitur & pronos ac faciles inde sumptus habeas, &, quod caput est, rem Deo gratam facturus sis, depulsa omni cunctatione, confestim iter matures, quæso, atque ex ipsa Phœnicia hoc nobis significes, ut licèt in gravi ac molesta solitudine hæreamus, ingens tamen hinc solatium consequamur... Quamvis enim te quoque huc venire, ac tuo conspectu frui cupiamus : tamen, quia hoc, quod dixi, magis necessarium est, periculumque est, ne hiems iter illud tibi præcludat, propterea te urgemus, atque, ut proficisci matures, obsecramus. *Hæc Sanctus mense Augusto aut Septembri, quantùm apparet ex timore, ne hiems iter impediat, si diu moretur Gerontius. Idem de Gerontio repetit in Epistola* 53 *ad Nicolaum presbyterum, quæ aut eodem tempore, aut paulò pòst data est.* AUCTORE J. S.

Laudat Nicolaum presbyterum de cura rerum Phœniciæ,

1237 *Secunda hæc est soli* Nicolao presbytero *inscripta, atque ita incipit :* Magnopere nos erexisti, atque ingenti voluptate perfudisti, cùm illud significâsti, permagnam tibi Phœniciæ curam esse, teque, tanto licèt intervallo dissitum, eos, qui illic degunt, per litteras ad pietatis studium acuere atque hortari : qua in re zelum apostolicum præstas, eâque causâ te admirari ac beatum prædicare minimè intermittimus, quòd & monachos antea misisti, & nunc in tanta negotiorum difficultate non modò eos non abduxisti, sed etiam manere coëgisti... Rem virtute tua dignam fecisti, quòd, cùm ægras res esse ac seditione laborare conspexisti, tum potissimùm operam dedisti, ut ne ii, qui illic degunt, aciem desererent, verùm remanerent, ac partes suas explerent. *Tum monet, ut urgeat* Gerontium presbyterum, si convaluerit,... ut iter illud ineat : *&* ne in via longum tempus teratur, hiemsque interveniens iter ipsi intercludat. *Ac significat, se nolle, ut ad se veniat.* E

hortaturque ut plures operarios, ac nominatim Joannem presbyterum mittat.

1238 *Continuò de alio adlegendo hæc subdit :* Illudque cures, ut vir suavissimus ac mihi carissimus, Joannes presbyter, itineris comitem se ipsi adjungat. Scis enim regionis illius negotia nunc eò pluribus correctoribus indigere, quò longiùs serpserunt mala. *Pergit excitare Nicolaum ad curam diligentem, innuitque se ejus quidem videndi desiderio teneri; sed præferre ipsius diligentiam in illis curandis.* Nam, *inquit*, ut nunc res sunt, etsi alioqui tui videndi atque amplectendi magna cupiditate tenemur, te tamen istic manere necessarium esse ducimus. Nec enim dubitamus, quin tu omnia facturus curaturusque sis, quò strenuis viris Phœniciam impleas, atque eos, qui illic remanserunt, magis ac magis fulcias ac corrobores, ut ne relictis regionis illius negotiis pedem referant : & eos, qui vicini ac propinqui sunt, exquiras, atque cum ingenti animi alacritate ac studio emittas *&c. Non fefellit spem* Chrysostomi *Nicolaus : nam Sanctus in Epistola* 69, *sequenti anno scripta,* Tibi verò, *inquit*, ingentem gratiam habemus, quòd, cùm in tot tantisque perturbationibus versaris, non parvam tamen negotiorum Phœniciæ curam geris. *Joannes quoque presbyter ante hiemem iter suscepit. At de Gerontio nihil certi habemus.* F

Alphio gratias agit de missione Joannis promota,

1239 *Ut verò Joannes presbyter apostolicam illam expeditionem susciperet, allaboravit etiam Alphius quidam, cui ea de re gratias egit* Chrysosto-

AUCTORE J. S.

mus *per Epiſtolam* 21, *quam ſic exorditur:* Te beatum ac ter beatum, atque etiam ſæpiùs beatum, qui ejuſmodi res efficis, atque ejuſmodi negotiis animum adjicis, quæ ingentem in cælis theſaurum tibi recondunt. Neque enim vulgariter animum noſtrum erexiſti, cùm de domino noſtro Joanne presbytero nobis illud expoſuiſti, te multum operæ adhibuiſſe, ut eum excitares, atque in Phœniciam mitteres. Quòd autem aurum quoque ipſi dediſti, quamquam tu pro cætera tua pietate hoc reticuiſti, minimè tamen id nobis obſcurum fuit: nam id etiam compertum habuimus, ac liberalitatem eam, quâ uſus es. Ob eamque cauſam te admirari ac laudibus in cælum ferre non deſinimus, quòd in his rebus dives ſis, in quibus divitem te eſſe convenit *&c. Deinde litteras ipſius flagitat.*

eique tres alias ſcribit Epiſtolas.

1240 *Prima hæc videtur ex quatuor Epiſtolis ad Alphium. Non diu pòſt ad eumdem data eſt Epiſtola* 72, *quâ Alphii in egentes liberalitas commendatur: nam ſcripta eſt ante hiemem, ſed quando* Iſaurica mala *ingraveſcebant. Poſt has certò ſcripta eſt Epiſtola* 35, *quæ videtur tertia ad Alphium: nam data eſt, quando magna* ex hieme ac prædonum impetu itinerum difficultas *oriebatur. Gratias in hac agit Alphio, & de munere ad ſe miſſo ita reſpondet:* Quod autem te nobis miſiſſe ſcribis, hoc nemo huc attulit: verùm, qui id afferebat, prædonum metu perterritus pedem retulit. Cæterùm, ſi me amas, ne hoc facias, ne difficultates atque negotia tibi ipſi exhibeas. *Quarta demum eſt Epiſtola* 49, *data, dum vigebat* Iſaurorum metus, *&* hiemis aſperitas. *Eſt amica ſalutatio, & excuſatio de non mittendis ob difficultatem crebrò litteris.*

B

Presbyteros & monachos in Phœnicia laborantes,

1241 *Hiſce breviter de ordine illarum litterarum obſervatis, redeamus ad curam Sancti de rebus Phœniciæ, ad quam Joannes presbyter profectus eſt ante hiemem, fortè menſe Septembri aut Octobris initio. Eodem tempore* Chryſoſtomus *dedit Epiſtolam* 123, *cujus hæc eſt inſcriptio*: Phœniciæ presbyteris & monachis, gentiles in Chriſtiana religione inſtituentibus. *Hanc veriſimiliter laudato presbytero perferendam commiſit. Dignam puto, quam hùc totam transferam, ut ex illa ardentiſſimum Sancti ſtudium ad excidendam impietatem, & religionem Chriſtianam propagandam, quilibet perſpicere poſſit.* Gubernatores, *inquit*, cùm mare furore percitum & excitatum, atque ingentem tempeſtatem ac turbinem cernunt, non modò navim non deſerunt, ſed etiam tunc majori ſolicitudine ac ſtudio utuntur, tum ipſi vigilantes, tum alios excitantes: medicique rurſus, cùm febrim excitatam vehementer ſævire proſpiciunt, ægrotum non modò non relinquunt, verùm etiam tum denique, & per ſe & per aliorum operam ad profligandum morbum plus ſtudii atque operæ adhibent. Quorſum hæc commemoro? Nimirum ut ne quis vos ob exortum tumultum in fraudem impellat, adducatque, ut Phœniciam relinquatis, ex eaque ſecedatis: quin potiùs, quò plures difficultates vobis objiciuntur, gravioreſque fluctus ac major perturbatio, eò quoque conſtantiùs laboretis, excubetis, majorem animi promptitudinem adhibeatis, ut ne præclariſſima veſtra ſubſtructio corruat, nec tantus veſter labor fructu careat, ſuſceptaque in animarum cultu opera deleatur.

C

tam rationibus quàm ſubminiſtrando neceſſaria,

1242 Poteſt enim Deus & hunc tumultum ſedare, & patientiæ mercedem vobis conferre. Neque enim tanta vobis merces conſtituta erat, cùm negotia ſine ulla difficultate ac moleſtia conficiebantur, quanta nunc eſt, cùm magna difficultas proponitur, ingens perturbatio, multique offendiculo ſunt. Quocirca laborem eum, quem pertuliſtis, & ærumnam, quam ſuſtinuiſtis, & ea, quæ præclarè geſſiſtis, vobiſcum reputantes, illudque item, Deo favente, tantam jam impietatis partem à vobis exſtinctam eſſe, Phœniciæque res in melius proceſſiſſe, ac majorem nunc mercedem ampliorem que remunerationem vobis fore, denique Deum impedimenta quoque brevi ſublaturum, & multa vobis patientiæ præmia perſoluturum eſſe, illic quæſo permanete atque conſiſtite. Nam ne nunc quidem vobis quidquam deeſſe poteſt: ego enim, ut omnia, tam in indumentis, quam in calceamentis, ac fratrum alimentis, eâdem, quâ priùs, copiâ & affluentiâ vobis ſuppeditentur, imperavi. Quòd ſi nos, cùm in tanta calamitate atque acerbitate verſemur, ac Cucuſi ſolitudinem incolamus, tantam operis veſtri curam gerimus, multò ſanè magis vos etiam, cùm abundè vobis omnia ſuppetant, quæ veſtrarum partium ſunt, præſtare convenit. D

ferventer hortatur, ut fidem ibi prædicare

1243 Rogo igitur, ne quis vos terreat. Nam & negotia meliorem jam ſpem oſtendunt: idque ipſi ex litterarum, quæ à reverendiſſimo domino meo presbytero Conſtantio miſſæ ſunt, exemplis facilè intelligetis. Ac ſi permaneatis, etiamſi ſexcenta impedimenta oboriantur, omnia tamen frangetis. Nihil quippe patientiam ac tolerantiam æquare poteſt: rupi enim ſimilis eſt: contrà motus ii omnes eæque inſidiæ, quæ adverſus Eccleſiam ſtruuntur, fluctibus non diſſimiles ſunt, qui rupi illiduntur, atque in ſpumam abeunt. In mentem vobis veniat, quanta Apoſtoli, tum à ſuis, tum ab exteris pertulerunt: & ut omne prædicationis tempus per tentationes, per periculà, per inſidias confecerint, nunc carcere & vinculis, nunc exſiliis, nunc flagris, nunc fame & nuditate conſumpti. Et tamen, etiam cùm in carcere degerent, à munere ſibi commiſſo non abſiſtebant: verùm beatus Paulus, etiam cùm in vincula conjectus ac flagris conciſus eſſet, & cruore diffluere t, & ligno alligatus eſſet, & tot malis premeretur, tamen in ipſo quoque carcere antiſtitis ſacri munere fungebatur, & carceris cuſtodem baptizabat, eaque omnia, quæ ſui muneris erant, exſequebatur. E

non deſiſtant.

1244 Hæc igitur omnia, aliaque id genus animo volventes, ut vos jam hortatus ſum, firmi atque immobiles ſtate, & à fraudibus cavete, Dei opem atque auxilium, cui nihil par eſſe poteſt, exſpectantes: ac de omnibus his rebus, ut reſponſum à vobis feramus, curate. Hac enim de cauſa etiam Joannem religioſiſſimum presbyterum miſimus, ut vos cohortetur, nec vos à quoquam perturbari ſinat. Equidem ipſe, quod mei muneris erat, præſtiti, tum vos ſermonibus cohortans, tum conſiliis erigens, tum ea, quæ opus erant, prolixè ſubminiſtrans: quò nihil omnino vobis deeſſet. Quòd ſi me perferre minimè volueritis, verùm iis potiùs, qui vos decipiunt, ac velut pennas vobis addunt, fidem habeatis, extra culpam ipſe ſum. Scitis autem, in cujus caput hæc condemnatio atque jactura cadat. Ne igitur quidquam hujuſmodi contingat, vos etiam atque etiam rogo, ut me, qui vos impenſè amo, perferatis. De rebus vobis neceſſariis, vel ad nos ſcribite, vel, ſi ita lubet, hominem mittite: nec vobis quidquam omnino defuturum eſt. *Hactenus* Chryſoſtomus, *fervidus Chriſti amator, & inſignis imitator S. Pauli Apoſtoli, cujus exemplo ſua memorat facta, ut alios ad æmulationem excitet.* F

1245 *Verùm aliquid dubitationis hîc oboriri poteſt. Nam quæret nonnemo, unde tantam pecuniæ*

Pecuniam unde acceperit Sanctus, in pauperes etiam & captivos benignus:

nia vim haberet Chryſoſtomus, *ut neceſſaria omnia procurare poſſet laborantibus in Phœnicia, præſertim cùm dona à variis oblata paſſim recuſaret & remitteret? Audiamus itaque Sozomenum, & ad hæc reſpondentem, & alia pia Sancti opera commemorantem lib.* 8 *cap.* 27: Joannes verò, *inquit*, etiam in exſilio degens, magis inclaruit. Nam cùm pecuniis abundaret, quas cùm alii multi adferebant, tum Olympias diaconiſſa ad eum mittebat, plurimos captivos ab Iſauris redemit, ac ſuis reſtituit. Multis etiam egentibus neceſſaria ſubminiſtrabat. Eos verò, quibus pecuniis opus non erat, oratione ſibi conciliabat. Eratque admodùm carus tum Armeniis, apud quos degebat, tum finitimis omnibus. Multi quotidie ad eum confluebant ex urbe Antiochia, & ex reliqua Syria, ac Cilicia.

alia ex data Epiſtola obſervatio.

1246 *Secundò quæri poteſt, quænam illa ſint negotia, quæ meliorem ſpem oſtendebant, ut colligebatur ex litteris à Conſtantio presbytero miſſis? Reſpondeo, dubitari non poſſe, quin* Chryſoſtomus *hîc loquatur de ſuis & Eccleſiæ negotiis, pro quibus laborabant Innocentius Papa, Honorius imperator, & omnes paſſim epiſcopi Occidentales,*

B *qui de cauſa* Chryſoſtomi *erant inſtructi. Horum itaque conatum circa id tempus intellexit* Chryſoſtomus *ex litteris Conſtantii, tum Antiochiæ degentis, qui intellecta ibidem ad Sanctum perſcripſit; hic verò eadem laborantibus in Phœnicia communicavit.*

Epiſtola 28 *ad Baſilium presbyterum:*

1247 *Ad conatum* Chryſoſtomi *pro fidei propagatione in Phœnicia ſpectant adhuc duæ Epiſtolæ, anno item* 405 *ſigendæ. Prior eſt Epiſtola* 28, *Baſilio presbytero ſcripta. Vix dubitari poteſt, quin presbyter ille in Phœnicia degeret, cùm* Chryſoſtomus *eum alloquatur his verbis:* Etſi nobis conſpectu tuo atque congreſſu frui minimè contigit, tamen cùm de tua virtute ad nos affertur ac zelo eo, quo adverſus gentiles flagras, ipſorum errorem evertens, eoſque velut porrecta manu ad veritatem ducens, non ſecus acſi adeſſes, tecumque diuturnum uſum ac vitæ conſuetudinem habuiſſemus, honore ac veneratione te complectimur. Eaque de cauſa priores ad te ſcripſimus *&c. Petit viciſſim Baſilii litteras. Hæc Epiſtola alicui in Phœniciam proficiſcenti commiſſa videtur anno* 405; *ſed incertum, quo ferè menſe.*

alia ad monachos Syros, ut operarii mittantur,

C 1248 *Altera eſt Epiſtola* 55, *inſcripta* Symeoni & Mari presbyteris, atque in Apamienſi regione monaſticam vitam profitentibus. *Scripta eſt Epiſtola poſt diſceſſum Joannis presbyteri, & hiemali tempore. Unde liquet, ſcriptam eſſe ſub finem anni* 405, *fortè menſe Novembri. Preces pro Eccleſiæ tranquillitate & litteras monachorum illorum ſtudioſè poſtulat* Chryſoſtomus. *Deinde hæc addit:* Nos quidem certè permagnâ voluptate affecit vir cariſſimus & ſuaviſſimus Joannes presbyter, quòd in tanta temporum difficultate domo excedere, atque in Phœniciam proficiſci animum induxerit. Quapropter à vobis peto, ut præclari hujuſce operis magnitudine animo perpenſa, ſi quos præſtantes ac generoſos viros nanciſcamini, qui ad egregiarum harum rerum magnitudinem auxiliarem manum afferre poſſint; eos magna cum animi alacritate cum eo mittatis, quantam hinc mercedem laturi ſitis, cogitantes. *Ita Sanctus, undequaque operarios ad vineam Domini dirigere ſtudens.*

in Phœniciam: alia ad Romulum & Byzum monachos.

1249 *At, quando hortatur*, ut cum eo, *id eſt, cum Joanne alios mittant; id eo ſenſu intelligendum non putem, ut velit eos unà cum Joanne proficiſci, cùm hic ante has litteras profectus videatur: ſed deſiderat, ut alii ipſum ſequantur, atque unà cum ipſo in Phœnicia laborent. Urbs* Apamea *Syriæ ad Orontem, & regio Apamene, in qua habitabant monachi illi, non adeo longè diſtabat à Phœnicia, ita ut illi facilè eò proficiſci poſſent. Ceterùm eadem hieme data eſt Epiſtola* 56, *inſcripta* Romulo & Byzo monachis, *quibuſcum amicitiam jungere, & litterarum commercium inire ſtuduit* Chryſoſtomus, *fortaſſe eumdem in finem. Certè Epiſtola ſcripta eſt, quando iter erat difficile*, tum ob hiemis tempus, tum ob Iſaurorum metum. *Nunc ad alia tantiſper divertendum.*

AUCTORE J. S.

§ LXXIX. Mortuo Arſacio, Aticus conſecratur epiſcopus: conatus Innocentii Papæ & Honorii imperatoris ad Synodum Theſſalonicæ congregandam irritus, & eorum legati ad Arcadium peſſimè excepti.

B

Defuncto Arſacio, in ſedem Conſtantinopolitanam

VIdimus, *quanto ſtudio* Chryſoſtomus *anno* 405 *laboraverit ad fidem dilatandam. Nunc, eo tantiſper relicto, exponendum eſt, quid mutationis contigerit Conſtantinopoli, ut deinde etiam videamus, quantùm laboraverint Occidentales, ut turbatum Eccleſiæ ſtatum componerent. Socrates lib.* 6 *cap.* 20 *hæc ſcribit:* Ceterùm Arſacius poſt ſuſceptum epiſcopatum non diu ſupervixit. Sequente enim anno (405) id eſt, Stilichone iterum & Anthemio conſulibus die tertio Idus Novembris mortem obiit. Cùm autem multi epiſcopatum illum ambirent, eamque ob cauſam multum jam temporis elapſum eſſet, altero pòſt anno (406) Arcadio ſextum & Probo conſulibus, ad epiſcopatum promotus eſt Atticus, vir religioſus. Hic ex Sebaſtia Armeniæ generis ſui originem ducebat. Ceterùm monaſticum vitæ genus ab ineunte adoleſcentia ſectatus fuerat. Ac diſciplinis quidem mediocriter inſtitutus, naturali prudentia magis valebat. *Ita ille, Atticum paſſim laudans.*

C

anno 406 *introditur Aticus,*

1251 *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 27 *de illis ſcribit ſequentia:* Sed & Arſacius, cùm eccleſiam Conſtantinopolitanam brevi temporis ſpatio adminiſtrâſſet, ex hac luce migravit. Cujus ſucceſſionem cùm multi eſſent qui ambirent, quarto poſt obitum illius menſe ordinatus eſt Atticus ex presbytero cleri Conſtantinopolitani, qui unus fuerat ex Joannis inſidiatoribus. *Plura de Attico ibidem videri poſſunt. Palladius in Dialogo pag.* 94 quatuordecim menſes *ſolùm attribuit cathedræ Arſacii. At præferenda videtur ſententia Socratis, ſecundum quem defunctus eſt decimo ſeptimo epiſcopatûs menſe, ſive die* XI *Novembris anni* 405. *Si ergo quarto pòſt menſe electus eſt Atticus, fuit hic in ſedem intruſus menſe Februario aut Martio anni* 406. *De Attici electione primiſque ipſius molitionibus Palladius pag.* 95 *hæc habet:* Huic Arſacio ſufficitur Atticus è presbyteris, omnium adverſus Johannem molitionum artifex.

1252 Qui cùm videret neminem Orientalium epiſcoporum ſecum communicare, & ne civita-

AUCTORE J. S.

tis quidem populum, propter ea, quæ tam nefariè & injustè in Johannem ab ipso acta erant, expers cùm esset sacrarum Scripturarum, perfecit, ut imperialibus rescriptis cogerentur ii, qui cum ipso non communicabant. Rescriptum autem contra episcopos, tales minas habebat: "Si quis e-„ piscoporum non communicat Theophilo, Por-„ phyrio, & Attico; ecclesiâ quidem ejiciatur, „ & à propriis facultatibus abigatur„. Hinc alii, qui bonorum onere prægravati erant, etiam inviti cum ipso communicabant; alii verò pauperiores & in fide sana infirmiores, donorum quorumdam pollicitationibus ad communionem adducebantur. Alii genere & possessionibus & patriâ & corruptibili gloria, atque corporum vexatione insuper habitis, animi nobilitatem fugâ custodiebant,.... profecti alii quidem Romam, alii ad montes, alii in ascetarum monasteria. *Addit*, preces à bonis & probis magna cum afflictatione sub dio *peractas fuisse. Hæc Palladius de initiis Attici.*

qui omnes conatur cogere ad secum communicandum.

Consentientibus Innocentio & Honorio, concilium Romæ cogitur:

B

1253 *Interim Innocentius Papa, ubi intellexerat ex variis episcopis aliisque clericis exsilium* Chrysostomi, *& alia ejus occasione in Oriente patrata, quemadmodum expositum est* § 68, *serio cogitabat de remedio tot malis adhibendo. Eorum enim relatione commotus est, teste Theodoro apud Palladium pag.* 28, ita ut non ampliùs sustinens Papa Innocentius, miserit ad pium imperatorem Honorium, sigillatim quid ferrent Epistolæ (*de his rebus acceptæ*) subjungens. Quibus permota ejus pietas, jubet Occidentalium synodum cogi; &, cùm unam simul sententiam tulissent, eam ad suampietatem referre. *Hæc facta videntur in æstate anni* 405. *At synodus tantùm videtur coacta fuisse ex episcopis Italiæ, ut habent sequentia, licèt fortè ad alias provincias quoque scripserit Innocentius, ut ibidem concilia cogerent, aut primarios aliquot aliarum provinciarum antistites consuluerit. Certè inter episcopos, quibus deinde gratias egit* Chrysostomus, *reperitur etiam Aurelius Carthaginensis, Africæ primas.*

ibique decernitur, congregandam esse synodum generalem,

C

1254 *Quid autem episcopi Italiæ, ante hiemem verisimiliter congregati, faciendum crediderint, subditur apud Palladium pag.* 29 *hoc modo:* Qui quidem Italiæ episcopi congregati, orant imperatorem, sic scribat fratri suo & consorti imperii Arcadio, ut jubeat Thessalonicæ synodum fieri, quò faciliùs utraque pars Orientis & Occidentis in unum accurrere possit, & synodus non in episcoporum numero, sed in pondere sententiæ perfectæ certum & indubitatum ferat judicium. *Honorius huic episcoporum judicio planè consensit. Nam Theodorus apud Palladium ita pergit:* Quibus accensa ejus pietas, Episcopo quidem Romanæ Ecclesiæ scribit: mittat quinque episcopos, presbyteros autem Romanæ Ecclesiæ duos, & diaconum unum, qui ferant suam ad fratrem suum epistolam, cujus hæc sententia erat.

quam etiam Honorius petit suis ad Arcadium literis.

1255 Tertiò jam scribo ad mansuetudinem tuam, rogans, ut quæ ex compacto contra Johannem episcopum gesta sunt, emendentur. Et, ut videtur, nondum perfectum est. Quare denuò scripsi per hosce episcopos & presbyteros, multùm sollicitus de pace ecclesiastica, per quam & nostrum imperium pacem obtinet; ut jubere digneris Orientis episcopos Thessalonicæ convenire. Etenim Occidentis nostri episcopi, lectis viris adversus malum ac mendacium firmissimis, miserunt episcopos quinque, presbyteros verò duos, & diaconum unum magnæ Ecclesiæ Romanæ. Quos velim omni honore digneris: ut si D persuasi fuerint, quòd jure expulsus sit Johannes, doceant me ab ejus communione recedere: aut si coarguerint sponte malignos esse Orientis episcopos, ab eorum te communione avertant. Quænam enim sit Occidentalium de Johanne episcopo sententia, ex omnibus epistolis, quæ ad me scriptæ sunt, duas subjunxi, ejusdem cum ceteris sententiæ, unam Romani, alteram Aquileiensis episcopi. Porrò hoc ante omnia obsecro clementiam tuam, Theophilum, Alexandriæ episcopum, etiam nolentem, sistere jubeas, qui omnium malorum maximè auctor esse dicitur; ut episcoporum, qui adfuerint, synodus minimè impedita, convenientem temporibus nostris pacem sanciat. *Ita Honorius apud Palladium. Mandata autem ipsius non videntur ante hiemem venisse Romam. Certè legati, quos Innocentius misit, non discesserunt ante annum* 406. *Nam quando Constantinopolim venerunt, Atticum invenerunt episcopum.*

Legati cum litteris imperatoris, Papæ & concilii ad Arcadium

E

1256 *Quapropter, cum iter per mare instituerint, & circum Græciam navigârint, ut mox patebit, verisimile non est, eos discessisse ante mensem Martium aut Aprilem. Hac præmissa observatione, subjungo totam hujusce legationis relationem ex Palladii Dialogo pag.* 30: Cùm igitur sanctus Æmilius, Beneventi episcopus, & Cythegius & Gaudentius, unà cum Valentiniano & Bonifacio presbyteris, accepissent literas imperatoris Honorii, Innocentii, & Italorum episcoporum, Cromatii Aquileiensis, & Venerii Mediolanensis, atque aliorum, nec non commonitorium synodi totius Occidentis, publicâ evectione Constantinopolim profecti sunt cum Cyriaco, Demetrio, Palladio & Eulysio episcopis. Commonitorium autem continebat, Johannem judicium ingredi non debere, nisi ipsi priùs restituta fuisset & ecclesia, & communio; ut sublatâ caussâ detrectandi judicii, suâ sponte confessum iniret.

missi, pessimè excipiuntur Constantinopoli:

F

1257 Profecti igitur Constantinopolim, post quatuor menses redierunt, narrantes facinora Babylonica. Cùm præter Græciam Athenas navigaremus, detenti sumus ab infesto quodam tribuno militum, qui statim centurionem unum nobis adjunxit, non sinens nos Thessalonicam accedere. Illic enim propositum nobis erat literas primùm dare Anysio episcopo. Conjectos igitur nos, aiunt, in duo navigia dimisit. Ingruente postea austro vehementi, tribus diebus Ægæum mare & freta sine cibo trajecimus: circa duodecimam tertii diei horam appulimus ante urbem regiam juxta suburbana Victoris. Ubi retenti ab exactoribus portuum, retro discessimus; cujus autem jussu, ignoramus: & concluси sumus maritimo Thraciæ castello, Athyrâ dicto, Romani quidem in una domuncula, in pluribus verò, qui cum Cyriaco erant, illicque vexati; ita ut ne famulus quidem præsto esset, qui ministraret. Cùm literas petiissent, non dedimus, dicentes: Quî fieri potest, ut qui legati sumus, literas imperatori non reddamus? Cùm autem eas non dare persisteremus; primus venit ad nos Patricius notarius; deinde quidam alii: postremùm venit quidam Valerianus nomine è Cappadociâ, præpositus unius militaris numeri: & rupto Mariani episcopi pollice, signatam Imperatoris epistolam cum reliquis abstulit.

frustraque sollicitati ad communicandum cum Attico,

1258 Postridie igitur miserunt ad nos, an aulici imperatoris, an Atticus, nescimus, (ipse enim dicebatur ecclesiæ thronum invasisse) qui nobis

A bis tria millia numiſmatum dabant, orantes, ut perſuaſi Attico communicaremus, & de Johannis judicio taceremus. Quibus non aſſentientes, perſtitimus orare, cùm nihil pacificum perageretur, ut ſine periculo ad noſtras eccleſias rediremus, vita tali inhumanitate. Idipſum variis revelationibus Servator Deus nobis declaravit, adeo ut ſancti etiam Emmelii diacono Paulo, viro mitiſſimo & prudenti, in navi apparuerit beatus Paulus Apoſtolus, dicens ipſi: Videte, quomodo ambuletis, non ut inſipientes, ſed ut ſapientes: videntes, quòd dies mali ſunt. Significante ſomnio variam illorum fraudem, eamque donis & blanditiis ad adulterandam veritatem.

re infecta, remittuntur.

1259 Inſtans igitur idem ipſe tribunus Valerianus, conjecit nos in deterrimam navem, mercede, ut rumor ait, nauclero datâ, ut perderet epiſcopos navigantes, cum viginti militibus variorum officiorum: & ſtatim nos Athyris expulit. Cùm navigâſſemus ſtadia plurima & jamjam perituri eſſemus, appulimus Lampſacum; & inde mutatâ nave viceſimo die applicuimus Hydruntem Calabriæ. Neque ampliùs nobis dicere potuerunt, quo in ſtatu eſſet beatus Johannes epiſcopus, neque ubi ſint Demetrius, B Cyriacus, Eulyſius, atque Palladius epiſcopi, quí cum noſtris epiſcopis legati profecti erant. *Hactenus Theodorus diaconus, qui ea ex legatis intellexit, niſi ipſe forſan fuerit diaconus ille, qui inter legatos non nominatur. Præterea Honorius de quinque epiſcopis legatis meminit. At ex illis Theodorus initio tantùm tres nominat, Æmilium Beneventanum, Cythegium ſedis omnino ignotæ, & Gaudentium procul dubio Brixianum. Poſtea tamen meminit Mariani epiſcopi, qui etiam non eſt ſatis notus. At ex Mariano antè omiſſo, & deinde alia occaſione nominato, intelligimus quintum eodem modo omitti potuiſſe, ut credendum ſit, quinque epiſcopos Occidentales eſſe miſſos, præter quatuor Orientales, qui illis fuerunt adjuncti.*

Orientales epiſcopi, qui legatis erant adjuncti,

1260 *Quid porrò Orientalibus illis accidiſſet, ignorabant legati, poſtquam reverſi erant in Italiam, quia ab illis ſeparati erant prope Conſtantinopolim. Deinde verò fama erat, illos mari demerſos: at demum innotuit, longè in exſilium deportatos fuiſſe. Nec dubitandum eſt, quin id factum ſit, poſtquam recuſaverant communicare cum Attico. Audiamus Palladium, qui de illis ita* C *ſcribit pag.* 194: Epiſcopi quidem, ut initio fama vulgavit, in mare demerſi ſunt; ut autem ſe habet veritas, in exſilium longinquum pulſi ſunt in barbaras regiones, ibique etiamnum à ſervis publicis cuſtodiuntur. Nam cùm veniſſet quidam diaconus, qui ſimul cum eis iter fecerat, retulit, Cyriacum quidem Palmyræ in Perſarum caſtello eſſe, octoginta milliaribus ultra Emeſam: Eulyſium verò in caſtello Miſphas dicto, Saracenis adjacente, trium dierum itinere ultra Boſtram Arabiæ: Palladium in vicinia Blemmyum aut Æthiopum cuſtodiri, in oppido, Syene dicto: Demetrium interiùs in Oaſi, Mazicibus proxima: ſunt enim & aliæ Oaſes. *Hactenus Palladius, reſpondens Theodoro, qui eum interrogaverat pag.* 192 *hoc modo:* Ubinam ſunt epiſcopi, qui cum noſtris miſſi ſunt, Eulyſius, Palladius, Cyriacus & Demetrius? Obſcurè quidem audivimus in exſilium pulſos eſſe. *Itaque nullum eſt dubium, quin agatur de quatuor epiſcopis, qui cum Occidentalibus miſſi erant Conſtantinopolim.*

1261 *Hac de cauſa Latina Bigotii interpretatio, quâ Cyriacum facit epiſcopum Emeſenum, & Eulyſium Boſtrenſem, hìc mutanda fuit, cùm Cyriacus Emeſenus & Eulyſius Boſtrenſis ex ſolo interpretis errore origenem traxerint, ut jam obſervavi cum Tillemontio num.* 1191. *Palmyra, ubi fuit Cyriacus, urbs eſt ſatis nota in Syria, & metropolis illius regionis, quæ ab ea* Palmyrene *vocatur. Aliquando Perſarum fuit, aliquando Romanorum. At Romanis parebat, dum ibi fuit Cyriacus. Boſtra eſt urbs notiſſima in Arabia Petræa: at caſtellum* Miſphas, *ubi fuit Eulyſius, non æquè notum eſt. Syene, ubi locatus eſt Palladius, urbs eſt Ægypti ad Nilum, prope confinia Æthiopiæ, nec longè à Blemmyum regione. Demetrius in Oaſi, Mazicibus proxima, diciter fuiſſe. Verùm non invenio Oaſim prope Mazices, qui locantur in Mauritania Cæſarienſi, ita ut non ſatis conſtet, ubi ille locum exſilii habuerit; niſi fuiſſet in deſerto aliquo Africæ loco. Porrò laudatus Palladius pag.* 198 *etiam refert, quantum antiſtites illi in itinere paſſi ſint à militibus, qui eos deducebant; & ab aliquot epiſcopis, per quorum urbes tranſibant. Verùm hæc, ut minùs propè ad* Chryſoſtomum *ſpectantia, huc non tranſferam. Illud ſolum obſervo, maximè accuſari epiſcopum* Tarſi, *cujus nomen certò non innotuit;* Antiochiæ, *ubi erat Porphyrius,* Chryſoſtomi *inimicus; & Eulogium* Cæſareæ Palæſtinæ, *quem Sanctus antè ſibi amicum credebat.* Ante omnes autem, *teſte Palladio pag.* 200, epiſcopus Ancyræ (*Leontius,*) & Ammonius Peluſii (*in Ægypto,*) partim donis, partim minis, deductores milites adverſus eos magis exaſperantes (*erant*) ut ne laïcis quidem eos excipere volentibus id permitterent. *Contrà laudatur humanitas epiſcoporum Cappadociæ Secundæ, & Serapionis,* Oſtracinæ *in Ægypto epiſcopi. Ceterùm aliorum multorum exſilia, quæ circa idem tempus contigerunt, videri poſſunt apud Palladium pag.* 195 *& ſeqq.*

AUCTORE J. S.

procul in exſilium deportantur.

Poſt irritam illam legationem Innocentius & Occidentales

1262 *Lubet tamen audire Theodoretum, generatim de his loquentem lib.* 5 *cap.* 34: Porrò quot epiſcopi ejus causâ pulſi ſint eccleſiis, & in extremos imperii Romani fines deportati; quot item monachi eamdem calamitatem perpeſſi ſint, ſuperfluum arbitror commemorare, & prolixam hiſtoriam texere; præſertim cùm ea, quæ triſtia ſunt, contrahenda eſſe cenſeam, & auctorum, qui ejuſdem nobiſcum ſunt fidei, errata obtegenda. Plerique certè eorum, qui injurias fecerant, pœnas dederunt, & per ea, quæ paſſi F ſunt, emolumentum aliis attulerunt. Ceterùm hanc injuſtitiam præcipuè deteſtati ſunt epiſcopi Europæ: à communione enim eorum, qui hæc fecerant, ſe ipſos ſeparârunt. Illyriciani quoque omnes eorum partibus ſe adjunxerunt. Orientalium verò urbium quàm plurimi communionem quidem ſceleris refugerunt, corpus tamen Eccleſiæ haudquaquam diſciderunt. *Ita ille.*

noluerunt ampliùs communicare cum hoſtibus Chryſoſtomi.

1263 *Ex Palladio verò utcumque colligitur, Innocentium & epiſcopos Italiæ à communione cum inimicis* Chryſoſtomi *abſtinere cœpiſſe, poſtquam intellexerant, malè exceptos eſſe legatos, qui ad petendum concilium erant miſſi. Nam pag.* 214 *Palladius Theodoro diacono dicit:* Verùm ipſe mihi expone Occidentalis ſynodi ſcopum ac decretum. *Reſpondet verò Theodorus:* Scopus Eccleſiæ Romanæ iſte eſt, non communicare umquam Orientalibus epiſcopis, præſertim Theophilo, donec Dominus dederit locum univerſali ſynodo, quæ putrefactis membris eorum, qui hæc patrârunt, medeatur. *Sozomenus lib.* 8 *cap.* 28 *exiſtimat, ex legatione modò relata in mentem*

AUCTORE J. S.

tem inimicorum Chryſoſtomi *veniſſe, ut curarent eum ad alium locum exſilii amandandum.*

hi verò magis incendantur in Sanctum.

1264 *Nam de re tota hæc ſcribit:* Porrò Innocentius Romanæ urbis Epiſcopus, cùm, ſicut antea ſcripſerat, impensè ſtuderet, ut Joannes reſtitueretur; unà cum epiſcopis, qui ex Oriente legati ad eum venerant, miſit epiſcopos quinque & duos Eccleſiæ Romanæ presbyteros, ad Honorium & Arcadium auguſtos, qui ſynodum ejuſque celebrandæ tempus ac locum poſtularent. Verùm hi, qui apud Conſtantinopolim Joanni infenſi erant, quaſi in contumeliam Orientalis imperii hæc acta eſſent, calumniari cœperunt. Atque hos quidem, utpote qui externo imperatori moleſti fuiſſent, cum ignominia dimitti curârunt: ipſum verò Joannem edicto imperatoris longiùs transferri ad oppidum Pityuntem perfecerunt. *Multa quidem in hac relatione deficiunt: nec tranſlatio* Chryſoſtomi *ſtatim ſecuta eſt. Verumtamen ſatis probabiliter exponitur, quo prætextu uſi ſint hoſtes* Chryſoſtomi *apud Arcadium, ut legatis nihil concederet: nec improbabile eſt, ulteriorem* Chryſoſtomi *relegationem inde ortam eſſe. Verùm, quid interim Sanctus egerit, modò videamus.*

B

§ LXXX. Sanctus ob Iſaurorum incurſiones multa patitur, & Arabiſſum transfertur: gravis ipſius morbus: Epiſtolæ variæ anni 406, & liber geminus exaratus.

Chryſoſtomus dolo inimicorum ad varia transfertur loca,

Palladius in Dialogo pag. 96 de Chryſoſtomo *hæc ſcribit:* Ac beatus quidem Johannes Cucuſi moratus annum unum, plurimos Armeniæ pauperes pavit, non tam pane quàm verbo. Invaſerat enim per id tempus magna fames regionem illam. Cùm autem & ob id ipſi inviderent illi fratricidæ, Arabiſſum eum transferunt, variis vexationibus ſubjicientes, ut vitam tandem relinqueret. *Hæc ex Epiſtolis Sancti lutem accipere poſſunt: nam in quarta, anno* 406 *ad Olympiadem ſcripta, Sanctus ipſe de qualicumque ſanitate corporis ita loquitur:* Nec verò levem hanc conſolationem exiſtimare debes, quòd vivimus, quòd valemus, quòd cùm in tantis rerum difficultatibus ac moleſtiis verſemur, à morbo tamen & adverſa valetudine liberi (*potiùs* liberati) ſumus: quod quidem hoſtes noſtros, ut comperi, non mediocri triſtitiâ & dolore afficit. *Ex his verbis veriſimile eſt, non modò tranſlationem illam, quâ Arabiſſum ductus eſt Sanctus; ſed etiam frequentes illas locorum mutationes, quas videbimus, dolo inimicorum* Chryſoſtomi *contigiſſe. Neque enim credibile eſt, cuſtodes Sancti exiſtimâſſe, illum ab incurſionibus Iſaurorum tutiorem eſſe in ſilvis ac locis deſertis, quàm in arce Arabiſſi, ad quam poſt crebras locorum mutationes perductus eſt anno* 406, *ſub finem hiemis, fortè menſe Februario, aut paulò antè.*

C

poſtquam anno uno & aliquot menſibus fuerat Cucuſi:

1266 *Tot locorum mutationes hiemali tempore gravem ac diuturnum morbum* Chryſoſtomo *creârunt, ut liquet ex variis Epiſtolis poſt hiemem ſcriptis, quarum Verba adducam. Verùm antea obſervandum eſt, non preſsè inhærendum eſſe verbis Palladii, ubi dicit,* Cucuſi moratus annum unum, *ſed adjiciendos eſſe tres quatuorve circiter menſes, ut liqueat ex epiſtolis ſub finem anni* 405, *inchoata jam hieme, ſcriptis: nam in nulla illarum ulla fit mentio de mutato exſilii loco. Tillemontius Notâ* 97 *de hiſce ambiguè diſputat, creditque* Chryſoſtomum, *ubi aliquo tempore Arabiſſi ſubſtiterat, iterum rediiſſe Cucuſum, ac rurſum deinde Arabiſſum fuiſſe tranſlatum. Hujuſce tamen opinionis nullum aliud habet fundamentum, quàm quòd Epiſtolam* 126 *ad Rufinum presbyterum figat anno* 406. *At ille error tam apertus mihi videtur, ut nullam Epiſtolam certiùs ad annum* 405 *pertinere exiſtimem. Quare ex Epiſtolis* Chryſoſtomi *lectis ſæpè relectiſque, ac invicem collatis, hæc ſatis certa credo. Venit Sanctus Cucuſum anno* 404 *ſub finem Auguſti. Manſit ibidem uſque ad finem ferè anni* 405, *ſaltem uſque ad menſem Novembrem, ac veriſimiliter uſque ad Decembrem. Deinde media hieme ad varia loca circumductus eſt, ut modò Cucuſi eſſet, modò Arabiſſi, modò in ſilvis locisque deſertis. Poſt tot migrationes Arabiſſi ſedem fixit anno* 406, *ibique manſit reliquo anno* 406, *donec anno* 407 *ad ultimum exſilium proficiſci coactus eſt, ad quod numquam pervenit, in itinere defunctus.*

D

E

graviſſimaque ex hieme & locorum mutatione

1267 *Nunc videamus Epiſtolas, in quibus incommoda Sancti latiùs exponuntur, & dicta confirmantur. Inter primas anni* 406 *eſt Epiſtola* 127 *ad Polybium, qui Conſtantinopolitanus erat, ut colligitur ex alia ad eumdem Epiſtola, num.* 1113 *memorata. Illam huc totam transfero, quia eſt viva imago miſeriarum, quibus Sanctus illa hieme fuit expoſitus.* Alius fortaſſe, *inquit*, intolerandum hujus regionis frigus, vaſtam loci ſolitudinem, acerbiſſimum denique morbum; hinc enim in morbum incidimus; luxiſſet ac deplorâſſet: ego autem, his omiſſis, diſjunctionem veſtram lugeo, quæ mihi & ſolitudine & morbo, & hieme eſt acerbior. Quam acerbitatem hiems quoque mihi auxit. Nam quod unum moleſtiſſimæ diſjunctionis ſolatium ſuppetebat, hoc eſt, ut vobiſcum per literas colloquerer, hoc quoque hiems exorta mihi adémit: ut quæ ob ingentem nivis vim vias intercluſerit, ac neque aliunde quemquam huc venire, ac nobiſcum congredi, neque item hinc excedere, atque ad vos proficiſci ſinat. Quod & ipſum haud minùs, imò etiam magis, Iſaurorum terror efficit, nobiſque ſolitudinem auget, omnes videlicet ſubmovens, atque in fugam conjiciens, exſuleſque reddens. Neque enim jam quiſquam ullus eſt, qui domi manere audeat: verùm unuſquiſque, relictis ædibus ſuis, profugit. Atque urbes quidem, parietes & tecta nunc ſunt: præruptæ autem voragines & ſylvæ, urbes. Quemadmodum enim truculentæ feræ, ut pardi ac leones, tutiorem urbibus ſolitudinem ſibi eſſe exiſtimant; ſic etiam homines, qui Armeniam incolimus, quotidie ex aliis atque aliis locis in alia atque alia loca migrare cogimur, vitam Hamaxobiorum & Nomadum agentes, nec uſquam fidenti animo conſiſtentes: uſque adeo hîc omnia tumultu & perturbatione plena ſunt.

F

patitur incommoda; ut ex Epiſtolis,

1268 Etenim illi alios adventu ſuo jugulant, exurunt, atque ex liberis ſervos efficiunt; alios autem ſparſo rumore in fugam vertunt, atque urbibus pellunt, imò, rectiùs loquar, occidunt. Quotquot enim adoleſcentes mediis etiam plerumque noctibus, ac frigore omnia obdurante, repentè domo profugere coacti ſunt, metu rumoris eos fumi inſtar abigente; atque ad mortem oppetendam ne Iſaurico quidem gladio opus habue-

A buerunt, verùm in nive obrigeſcentes extremum ſpiritum ediderunt; quæque ipſis fugiendæ mortis cauſa fuerat, eadem illis acerbiſſimæ mortis cauſa fuit. En quo ſtatu res noſtræ ſint. Quæ quidem non diximus, ut te in mœrorem conjiciamus; ſcio quippe hæc tibi dolori fore; verùm ut diuturni ſilentii noſtri cauſam aperiamus, quidque cauſæ fuerit, cur ſerò ac tardè ad te ſcripſerimus. Ita enim ab omnibus relicti ſumus, ut nec aliquem, qui iſtuc proficiſceretur, nanciſci potuerimus, verùm nobis presbyterum contubernalem noſtrum excitare, atque ad te mittere neceſſe fuerit. Quapropter cùm eum, ut te dignum eſt, exceperis, celeriter ad nos remitte, qui de tua valetudine læta nobis nunciet. Scis enim, quanto nobis ſtudio ſit hoc ſcire. *Hactenus* Chryſoſtomus. *At conjicit Tillemontius, presbyterum illum alia quoque de cauſa Conſtantinopolim fuiſſe miſſum. Hac autem de re agemus* § 81.

anno 406 ſcriptis liquet,

1269 *Rectè idem obſervat, eidem presbytero commiſſam fuiſſe Epiſtolam* 128 *ad Marinianum, qui veriſimiliter etiam habitabat Conſtantinopoli, aut fortè in via eò ducente. Nam in hac etiam dicit:* Presbyterum eum, quicum mihi vitæ conſuetudo eſt, hinc ad vos miſimus *&c. Ex hac porrò colligitur, primo vere utramque eſſe ſcriptam,* poſteaquam tempus jam itinera patefecerat. *Cauſa ſcribendi erat, ut Marinianus reſcriberet. Menſe Martio aut Aprili utraque videtur ſcripta. Circa idem tempus, aut paulò poſt, ſcripſit* Chryſoſtomus *Epiſtolam* 69 *ad Nicolaum presbyterum, in qua de rebus ſuis hæc memorat:* Nuper quidem aſperrima hieme loca ſubinde commutantes, nunc in urbibus, nunc in terræ faucibus & ſilvis commorati ſumus, ab Iſaurorum incurſibus undecumque expulſi. Tandem autem aliquando, his malis nonnihil ſedatis, loca deſerta relinquentes, Arabiſſum confugimus, quòd videlicet illius oppidi arcem reliquis locis tutiorem inveniſſemus. Neque enim in oppido degimus, quia ne id quidem tutum eſt. Eſt autem nobis hæc ſedes quovis carcere deterior. Præter id enim quòd ſingulos in dies, ut ita dicam, pro foribus noſtris mors eſt, Iſauris omnia invadentibus, atque igni & ferro tum corpora, tum ædificia delentibus, famem etiam, quam loci anguſtia, & eorum, qui huc confugiunt, multitudo minatur, pertimeſcimus. Ac præterea diuturno morbo, quem nobis hiems & perpetua fuga peperit, conflictati, etſi vim ipſius & acerbitatem nunc effugimus, nonnullas tamen adhuc ipſius reliquias circumferimus. *Deinde ſuam declarat benevolentiam, petitque, ut nova de Phœnicia ſibi communicet.*

B

C

ex quibus & gravem diſcimus morbum Sancti,

1270 *Eodem tempore data eſt Epiſtola* 70 *ad Aphthonium, Theodotum & Chæream, presbyteros & monachos, quorum preces magno ardore flagitat. De ſe hæc narrat:* Quamquam enim multi fluctus undecumque nos cingunt, nimirum & loci ſolitudo & obſidio, & Iſaurorum impetus, & quotidiana mors: nam perpetuò cum morte vivimus, in hac arce non ſecus ac in carcere quodam incluſi, atque cum gravi corporis ægritudine colluctantes: nihilominus tamen, etiamſi multæ ſint noſtræ calamitates, haud parvum hujuſmodi malorum ſolatium in caritate veſtra poſitum habemus. *Et poſt pauca:* Ac quidem exacta hieme, atque exorto vere, gravi morbo liberati ſumus: verùm ipſius reliquias adhuc circumferimus, quas augent etiam Iſaurici tumultus, qui numquam intermittunt.

1271 *Eodem etiam tempore data eſt Epiſtola* 131 *ad Elpidium epiſcopum Laodicenum, quâ omnia confirmantur.* Non contemptu tui, *inquit,* nec incuriâ, ſuperiori tempore ſiluimus. Verùm res adverſæ, quibus undique obſidemur, diuturnum hoc ſilentium effecerunt. Neque enim certo ullo loco defixi ſumus: verùm nunc Cucuſum, nunc Arabiſſum, nunc valles, ac prærupta deſertaque circumimus. Uſque adeo cuncta tumultibus ac perturbatione plena ſunt, flammaque & ferrum tam corpora quàm ædificia omnia conficit. Ac jam etiam urbes unà cum viris omnibus funditus exciſæ ſunt, noviſque quotidie rumoribus perculſi ſedes mutamus, grave quoddam ac novum exſilii genus perpetientes, mortemque in dies exſpectantes. Nam ne caſtello quidem, perinde atque carcere, nunc incluſi, fidenti animo eſſe poſſumus; propterea quòd Iſauri ejuſmodi arces obſidere non dubitent. Ad hæc gravis etiam morbus acceſſit: cujus nunc ægrè acerbitate depulſa, reliquias adhuc circumferimus; & quemadmodum in inſulam quamdam, non navigabili mari circumfuſam, relegati, eodem modo neminem ferè ulla ex parte cernere poſſumus, quòd via omnis tumultuum metu intercluſa ſit *&c.*

AUCTORE J. S. *qui contra Iſauricas incurſiones Arabiſſi ſe includit arci.*

E

1272 *Habemus & tres hujus anni Epiſtolas ad Theodotum diaconum, ex quibus colligitur, Iſauricas irruptiones per æſtatem anni* 406 *continuatas eſſe, uti & infirmitatem* Chryſoſtomi *ejuſque in arce Arabiſſi commorationem. Ex his prima eſt Epiſtola* 140, *in qua ſe excuſat, quòd frequenter non ſcripſerit ob mala Iſaurica.* Exorto enim vere, *inquit,* illorum quoque impetus florere cœpit, ac per omnes vias effuſi ſunt, eas omnibus prorſus invias reddentes. Sanè jam & ingenuæ matronæ captæ ſunt, & viri obtruncati... Quoniam autem non dubito, quin de valetudine noſtra certior fieri cupias, ſcito nos ſuperiori hieme graviorem in modum ægrotâſſe, nunc autem paulùm recreatos eſſe. Quin etiam aëris inconſtantiâ rurſus perturbati, (nam nunc quoque hiems hîc viget) tamen ſperamus fore, ut, cùm æſtas planè effulſerit, morbi reliquias deponamus. Neque enim corpus noſtrum ulla re æquè labefactatur, ut frigore: nec rurſus ulla re æquè juvatur, ut æſtate & caloris ſolatio. *Ita Sanctus circa Aprilem anni* 406. *Nam nequit hæc Epiſtola referri ad annum* 405, *quo Theodotus hiemali tempore fuerat apud* Chryſoſtomum.

Tres Epiſtolæ ad Theodotum diaconum: Iſauri,

1273 *Altera ad eumdem eſt Epiſtola* 135, *quæ ſcripta videtur menſe Maio aut Junio, nam data eſt* exorto vere, & cælo ingenti tranquillitate prædito, *imò etiam* in ſuavi & amœna anni parte, *ſed quando* multis bellis omnia *in Armenia flagrabant.* Etenim, *inquit,* obſidio noſtra in dies ingraveſcit: atque in hac arce (*Arabiſſi*) tamquam in laqueo deſidemus. Quippe jam etiam media nocte præter ſpem omnem & exſpectationem trecentorum Iſaurorum agmen oppidum percurſavit, penéque nos cepit. Verùm Dei manus confeſtim eos, nobis etiam nihil tale ſentientibus, hinc avertit, ita ut non modò periculo, ſed etiam metu vacui eſſemus, ortoque die, tum denique, quod contigerat, reſciverimus. Quæ cùm ita ſint, gaude ac lætare, Deumque indeſinenter ora, ut nos in omni ſecuritate conſtituat, atque urgente morbo liberet. Quamvis enim jam extra periculum ſimus, tamen morbi reliquiæ adhuc hærent, morbi memoriam mihi perpetuò refri-

qui Chryſoſtomum ferè ceperunt,

F

AUCTORE J. S.

cantes. *Deinde iterato preces postulat, eique Theodotum lectorem commendat.*

per ætatem graviora inferunt damna:

1274 *Nihilo meliore loco res erant, quando eadem æstate ad eumdem scripsit Epistolam* 68, *tertiam hujus anni & ultimam ad Theodotum diaconum.* Huc, *inquit*, te trahere minimè jam audemus: tot Armeniæ mala sunt, ac tempestas altera omnia excepit. Nam quócumque tandem quispiam venerit, cruentos torrentes, cadaverum agmina, domos solo æquatas, urbes eversas perspiciet. Nos autem, tametsi periculo vacui esse videamur, in hoc præsidio, tamquam gravi quodam carcere concluſi; tamen ob quotidianos metus, ob rumores cædibus plenos, ob perpetuas Isauricarum excursionum exspectationes, ob corporis denique imbecillitatem, cum qua ad hunc usque diem luctamur, tranquillitate ac securitate frui minimè possumus *&c. Hæc ultima est, ut monui, ad Theodotum diaconum Epistola, fortasse quia Theodotus iterum ad* Chrysostomum *venit, cessantibus sub finem hujus anni populationibus Isaurorum.*

unde penuria oritur, & Sancti incommoda augentur.

1275 *Epistola* 15 *ad Olympiadem eadem quoque æstate scripta est ad eam consolandam, sicut initio eleganter facit, deinde hæc subjungens:* Quia autem scio, te de rerum nostrarum statu certiorem fieri cupere; siquidem diu tacui: hoc habeto, nos è gravissimo quidem morbo emersisse; cæterùm morbi reliquias etiamnum circumferre. Optimos certè medicos præsto habemus: sed necessariarum, rerum inopia medicinæ utilitatem labefactat. Hîc enim non modò necessariorum medicamentorum penuria est, cæterarumque rerum, quibus ægrum corpus relevari potest: verùm etiam fames ac pestis imminent. Atque hæc mala perpetuus latronum impetus jam parturit, qui quàm longissimè grassantes, atque omnes undique vias intercludentes, hinc quoque non parvum iis, qui iter faciunt, periculum creant. Sanè Andronicus, ut ipse ait, in eorum manus incidit: atque ab ipsis dispoliatus, ita salvus evasit. Quamobrem te rogo, ne quem posthac huc mittas. Est enim verendum, ne profectionis ad nos causa ei, qui iter hoc suscipit, necem accersat... Verùm, si quem spectatæ fidei hominem nanciscaris, qui ob alia negotia huc se conferat, per eum, quo statu valetudo tua sit, fac sciam. *&c. Hæc circa Majum aut Junium scripta videtur. Quare non præcessit alia de morbo hîc memorato, quantùm videtur: nam sic diu non siluisset.*

C

Sanctus librum scribit insignem, quo probat,

1276 *Quandoquidem ex allatis Epistolis abundè vidimus, quot miserias & calamitates anno* 406 *sustinuerit* Chrysostomus, *insigni nunc exemplo videamus, quàm inter illas non fuerit animo fracto aut dejecto. Nam si verba ipsius mox danda accuratè consideremus, facilè videbimus, Sanctum illo ipso tempore, quo in arce Arabissi reliquiis morbi aliisque relatis calamitatibus pulsabatur, elaborâsse eximium illum librum, cui tom.* 3 *pag.* 444 *titulus est*: Quòd, qui se ipsum non lædit, *eum* nemo lædere possit. *Compendium breve totius libri hoc est. Nec paupertatem, nec ignominiam, nec morbum, nec exsilium, nec mortem ipsam, nec ulla denique mundi incommoda, nec ullos homines, aut alias creaturas, id efficere posse, ut quis lædatur aut damnum patiatur, modò ipse, divinâ adjutus gratiâ, omnia rectè patiatur, & in peccatum non labatur. Ratio petitur à fine hominis: neque enim homo creatus est, ut dives sit, honoratus, sanus, aut ut aliis ejusmodi commodis fruatur, imò neque ut diu vivat; sed unicè ut rectè vivat, Deoque serviat, ac vitam mereatur æternam. In hoc igitur sita est vera hominis felicitas, quam nullus invito, ac per Dei gratiam vigilanti, auferre potest.* D

neminem lædi hujus vitæ calamitatibus,

1277 *Hæc sensa Sanctus expressit juvenis in domo materna, in eremo, in diaconatu. Has veritates uberiùs declaravit virili ætate in utroque sacerdotio. Has demum sententias, tam scitu dignas, quàm plerisque ignotas, integro libro & consuetâ sibi facundiâ prolixè declaravit in exsilio, in morbo, in assiduis angoribus, quando omnia ferè expertus erat vitæ incommoda. Quemadmodum autem Salomon, qui commoda omnia experiri voluerat, Eccl.* 2 *declarat se invenisse* in omnibus vanitatem; *ita fortissimus ac sapientissimus Pater disertè ostendit*, eum, qui se ipsum non lædat, à nemine alio lædi posse, etiamsi totus orbis grave contra illum concitet bellum. Neque enim, *inquit*, pag. 457, difficultas rerum, nec temporum mutationes, nec potentum injuriæ, neque insidiarum tamquam nivium imbres, neque calamitatum multitudo, neque omnium, quibus homines premuntur, malorum collectus acervus, generosum, fobrium ac vigilantem vel parùm labefactare poterit *&c.*

nisi lædatur a se ipso:

1278 *Ita loquitur egregius Pauli Imitator, acsi aliis verbis declarare voluisset illud Apostoli Rom.* 8: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus, sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos *&c. Siquis tam ardenter Deum amaverit quàm Paulus aut* Chrysostomus, *tantamque de Dei ope obtinuerit fiduciam; verissima esse utriusque dicta facilè perspiciet. Interim observare lubet, non fortiùs locutum videri* Chrysostomum, *quàm operatum. Tantus enim in Epistolis ipsius elucet Dei amor & proximi, tanta fortitudo & constantia, tanta modestia & patientia, tam concinna omnium virtutum pulchritudo, ut, sicut in reliqua vita alios pleroſque homines virtutum præstantiâ videtur superâsse; ita & priorem vivendi rationem in exsilio superâsse videatur.* E

liber ille scriptus Arabissi anno 406,

1279 *Restat, ut tempus, quo liber ille scriptus est, assignemus. In Epistola* 4, *& ad Olympiadem ultima, pag.* 576 *de eo sic loquitur Sanctus secundum interpretationem Latinam:* Mitto ad te id, quod nuper litteris mandavi, nempe eum, qui se ipsum non læserit, à nemine alio lædi posse. Hoc quippe contendit, atque in eo elaborat ea oratio, quam nunc ad te mitto. Quare fac eam assiduè pervolvas, imò etiam, si per valetudinem licet, recites. *Tillemontius art.* 128 *existimat, de duobus simul libris hîc loqui* Chrysostomum, *quia Græcè est ad litteram:* Misi ad te, quæ scripsi nuper, eum, qui seipsum non lædat, à nemine lædi posse: & hoc certamen certavit hic sermo, quem tibi nunc misi *&c. Sanè hæc verba, prout Græcè leguntur, omnino insinuant, alium librum, cujus titulus indicatur, antè missum, alium verò ejusdem ferè argumenti missum esse cum laudata Epistola* 4, *atque ea etiam est sententia Montfauconi.* F

& paulò post alius prolixior.

1280 *Porrò in hujus editione liber ille secundus non diu quærendus est, cùm editus sit statim post priorem pag.* 465 *hoc titulo:* Ad eos, qui scandalizati sunt *&c. Hic liber præcedente multò est prolixior, estque pulcherrima disputatio de providentia divina. Nam initio sanctus Scriptor prolixè probat, non esse investiganda consilia Dei,*

A *cujus omnia opera bona & laudabilia esse deinde ostendit, etiamsi talia primo intuitu hominibus non appareant. Paulatim verò eò deducitur sermo, ut probis omnia esse utilia, eosque nullis malis aut scandalis lædi evincat. Hoc dum agit* Chrysostomus, *pag.* 502 *librum priorem clarè laudat his verbis:* Noli ergo mihi eos commemorare, qui pereunt: quod enim in priore libro dixi, nullus ex iis, qui seipsos injuriâ non afficiunt, ab aliis lædi potest, quamvis de vita ipsa sit periculum subeundum. *Ex his colligitur, utrumque librum scriptum esse ante Epistolam* 4, *quam sub finem anni* 406 *datam, mox ostendam. Uterque igitur exaratus est anno* 406, *quando Sanctus degebat Arabissi, innumeris pressus calamitatibus, ut partim vidimus, & etiamnum videbimus.*

In Epistola 4 *ad Olympiadem Sanctus docet,*

1281 *Porrò Epistola* 4, *quacum ultimus liber missus est, de statu* Chrysostomi *varia memorat, scriptaque est hiemat tempore, sed initio hiemis, & ante finem anni* 406. *Initium tale est:* De hiemis acrimonia, & stomachi nostri imbecillitate, atque Isauricis incursionibus, nihil est, quòd nostri causâ sollicita sis, curisque te conficias. Hiems quidem fuit (*Græcè γέγονεν* facta est) qualis in Armenia esse solet: nec enim amplius quidquam dicendum est: nos tamen haud magnopere lædit. Hoc quippe prospicientes, ad incommodum, quod hinc contrahitur, propulsandum multa molimur; nimirum & ignem perpetuò accendentes, & cubiculum, in quo commoramur, undique obsepientes, & pluribus vestibus ac stragulis utentes, & domi semper manentes. Quod etsi nobis molestum est, tamen ob lucrum, quod hinc capimus, tolerabile est. Quamdiu enim domi nos tenemus, frigore haud admodùm divexamur, sin autem aliquantulùm progredi, atque in externo aëre versari cogamur, non parvo hinc detrimento afficimur. *Mox rogat Olympiadem similiter infirmam, ut ipsa quoque valetudinem diligenter curet, & medica mentis utatur:* Quandoquidem, *inquit*, nos etiam paucis antè diebus, cùm ob aëris statum proclivis nobis ad vomitus stomachus esset, atque & aliis curationis generibus, & pharmaco eo, quod à domina mea lectissima & ornatissimo Syncletio missum est, usi essemus, nec ultra tres dies illud adhibere nobis necesse fuisset, ipsius imbecillitatem correximus.

B

valetudinem suam iterum subinde tentari,

C

1282 *Haud dubiè illud remedium Sancto missum est, postquam Olympias acceperat Epistolam* 15, *in qua de medicamentorum penuria* Chrysostomus *querebatur. Rogat itaque*, ut hujusmodi medicamentum *ad se* rursum mittatur. Nam, *inquit*, cùm quamdam stomachi subversionem rursum sensissemus, eodem rursum remedii genere usi, malum omnino profligavimus. Quippe & inflammationes in imo pectore conditas sedat, & pituitam exhaurit, & mediocri calore præditum est, & vigorem haud vulgarem affert, & ciborum appetitum excitat: atque harum rerum nobis paucis diebus experimentum præbuit. Fac igitur dominus meus cumprimis venerandus Theophilus comes exoretur, ut nobis rursum idem medicamentum conficiat, atque ad nos mittat. Nec verò hoc nomine discrucieris, quòd nos hìc hiememus. Multò enim meliore nunc atque commodiore, quàm superiori anno, valetudine sumus. *Hæc satis insinuant, hiemem non fuisse ferè finitam, dum hæc scriberentur. Consequenter nescimus, an tota hieme idem Sancti status permanserit: neque enim ullam habemus Epistolam anno* 407 *scriptam. Quapropter, si consideremus,* Chrysostomum *utraque hieme præcedente graviter ægrotâsse, vehementer suspicabimur, ipsum ultima hac hieme nihilo meliùs fuisse affectum.* AUCTORE J. S.

1283 *Quidquid tamen de hisce sit, quæ certò scire non possumus, Sanctus optimo tunc erat animo, & spem Constantinopolim aliquando revisendi necdum abjecerat. Hinc, ubi Olympiadem eleganti & prolixa oratione consolatus erat, hæc de se ad consolationem ipsius addit pag.* 575: Quòd si tibi mœroris causam id affert, quòd à nobis sejuncta sis, hujus etiam rei lætum finem exspecta. Atque hoc non consolandi animi tui causâ nunc dico: sed quia exploratum mihi est ita fore. Nam nisi ita futurum esset, jampridem, nisi me opinio fallit, quantùm quidem ad illatas mihi calamitates attinet, è vita cessissem. Ut enim etiam omnia, quæ Constantinopoli perpessus sum, præteream, quanta, posteaquam ex urbe excessi, in tam longo ac molesto itinere pertulerim, quorum multa erant ejusmodi, ut mortem afferre possent; quanta postquam huc veni, quanta postquam Cucuso migravi, quanta denique postquam Arabissi commoratus sum, intelligere tibi licet. At hæc omnia effugimus, ac nunc percommoda valetudine utimur, atque in magna securitate sumus: adeo ut Armenii ad stuporem usque mirentur, me in tam imbecilli, & gracili corpore, tam intolerandam frigoris vim perferre, ac spiritum ducere posse, cùm ii etiam, qui hiemi assueti sunt, hinc non vulgarem in modum afficiantur. *se tamen de reditu non desperare,*

D

1284 At nos ad hunc usque diem illæsi atque incolumes mansimus: & prædonum manus effugimus, qui sæpè in nos impetum fecerunt, & rerum necessariarum inopiâ laboramus, ac ne balneo quidem uti nobis licet. Atqui, cùm istic degeremus, eo nobis assiduè opus erat: nunc autem in eum statum atque habitum evasimus, ut ne hujusmodi quidem solatii cupiditate teneamur, verùm majorem sanitatem consequuti simus, quàm ut illud adhibere necesse habeamus. Ac nec cæli intemperies, nec locorum solitudo, nec rerum venalium angustia, nec eorum, à quibus curemur, inopia, nec medicorum insciția, nec balneorum penuria, nec quòd perpetuò in cubiculo tamquam ergastulo clausi teneamur, nec quòd progredi nequeamus; quod quidem nobis assiduè facere necesse erat; nec quòd semper cum fumo atque igne simus, nec prædonum metus, nec perpetua obsidio, nec denique quidquam aliud hujusmodi nos fregit ac superavit: verùm meliùs commodiùsque, quàm cùm istic essemus, adhibita tamen ingenti cura, valemus. *Huc usque* Chrysostomus, *qui statim subjungit, quæ dedimus de gemino libro ad Olympiadem misso, eamque hortatur, ut dolorem nimium deponat; cùmque ipsa confiteretur, ex illo morbum sibi esse ortum, ait, se fidem ei non habiturum de mœrore pulso, nisi ad sanitatem rediret; qua conditione promittit,* litteras rursum, quæ orationis modum excedant, *ad ipsam se missurum. At id facere non potuit, opinor, quia hostes ipsius, quos de qualicumque sanitate sua dolere observat, effecerunt, ut in novum ageretur exsilium initio æstatis sequentis.* *atque optimo esse animo:*

E

F

1285 *Porrò in fine Epistolæ* Chrysostomus *hæc adjicit:* De Pelagio monacho magno dolore affectus sum. Cogita igitur, quot quantisque coronis digni sint, qui forti animo in acie steterunt, cùm viros, qui tam piè ac sanctè tantaque cum tolerantia vixerunt, abripi atque in fraudem impelli videamus. *Ex his, quæ Eminentissimus Baronius ad annum* 405 *num.* 7 *recitat, observat, Pelagium* *meminit & de lapsu Pelagii,*

AUCTORE J. S.

gium hæresiarcham eo tempore innotuisse: nam de lapsu Pelagii in hæresim laudatus Annalista Chrysostomum *explicat. Tillemontius art.* 129 *non rejicit expositionem de Pelagio, qui factus est hæresiarcha. At credit, dolere solùm* Chrysostomum, *quòd cœpisset communicare cum inimicis suis. At hæc expositio est improbabilis, quia Pelagius erat in Occidente, ita ut verisimile non sit, eum à* Chrysostomo *ad ipsius inimicos transfugisse, si de hæresiarcha agatur. Verùm Petavius, Garnerius, Norisius, & post illos Pagius in Critica ad hunc annum, ac Natalis Alexander ad Saculum* V *cap.* 3 *art.* 2 § 2 *existimant, de alio Pelagio monacho loqui* Chrysostomum. *At rationes, quæ ab ipsis pro sua opinione afferuntur, me potiùs propellunt ad contrariam.*

qui videtur esse hæresiarcha.

1286 *Observant nimirum, Pelagium eo tempore fuisse Romæ, magnâque sanctitatis famâ viguisse. Agnoscunt etiam, eum diutissimè, & jam ante finem sæculi* IV, *Romæ fuisse, ibique Rufinum Pelagio fuisse errorum suorum magistrum. Hæc autem mihi persuadent, de Pelagio hæresiarcha omnino loqui* Chrysostomum, *præsertim cùm Natalis Alexander epocham natæ hæresis Pelagianæ ita figat:*

B Emersit Pelagiana hæresis anno Christi CDIV vel CDV, *illamque epocham ex Epistola aliqua Pelagii utcumque probet. Etenim loquitur* Chrysostomus *de monacho, cujus magna fuerat sanctitatis fama. Epistola autem ejus data est sub finem anni* 406, *& eo ipso tempore, quo non diu antè multas ex Urbe ipsa Roma acceperat litteras, ut videbimus* § *seq. Præterea dubitandum non est, quin etiam S. Olympias, de restitutione* Chrysostomi *maximè sollicita, subinde litteras acceperit ab aliquo ex Orientalibus, qui erant Romæ. Hinc verisimillimum est, de erroribus & hæresibus Pelagii, ac præcedente sanctitatis ejus famâ, litteris Romanis monitum fuisse* Chrysostomum *aut Olympiadem, aut utrumque: atque inde scripsisse* Chrysostomum, *quæ ex Epistola dedimus. Hæc omnia non considerârunt viri eruditi, qui de alio agi Pelagio crediderunt. Si autem de alio agi crederem, lapsum illum non interpretarer hæresim; sed recessum à bona causa, & accessum ad inimicos* Chrysostomi. *Hæc breviter, quia ad Sanctum nostrum minùs pertinent.*

Epistola 142 *ad Elpidium episcopum.*

1287 *Restat una Epistola hoc loco recensenda, quæ item sub finem anni* 406 *data est ad Elpidium Laodicenum. Est Epistola* 142, *cujus initio se excusat* Chrysostomus, *quòd rarò potuerit litteras ad Elpidium mittere. Deinde de se hæc addit:*

C Quia autem probè scio, te quoque de rebus nostris certiorem fieri cupere, commoda valetudine sumus, ingentique otio & quiete fruimur, atque in securitate degimus, Isauricis nimirum tumultibus liberati. Nam quod ad Armeniæ hiemem attinet, eam jam usu ipso ferre didici. Quamquam enim frigore nonnihil offendor, ut solet is, qui tam imbecilli corpore præditus sit: superior tamen exsisto, dum domi me perpetuò, cùm frigus sævit, includo, raróque è limine pedem effero. Nam cæteras quidem anni partes ita jucundas ac suaves sentio, ut eum etiam morbum, quem ex hiemis asperitate contraxi, perfacilè depellere queam. *Hæc ultima est ad Elpidium, qui* Chrysostomum *constanter dilexit. De eo Palladius in Dialogo pag* 195 *memorat sequentia:* Elpidius magnus ille Laodiciæ Syriæ episcopus, & Pappus (*item episcopus Syriæ, ut habet pag.* 10) per totum triennium de scala domus suæ non descenderunt, precationibus vacantes. *Hactenus de litteris ad varios in Oriente missis.*

D

§ LXXXI. Litteræ Chrysostomi ad legatos Constantinopolim missos, aliosque aliquot episcopos: aliæ deinde ad Innocentium Papam, varioſque episcopos &c.

Sanctus presbyterum mittit Constantinopolim

Vidimus § 79 *legationem, nomine Innocentii Papæ & Honorii imperatoris totiusque episcoporum concilii missam ad Arcadium imperatorem, ut universale concilium congregaretur in causa* Chrysostomi. *Illum Occidentalium conatum Sanctus non ignoravit, nec partibus suis defuit. Etenim multas habemus Epistolas ad legatos istos datas. At nomina eorum in iis non exprimuntur, ita ut Sanctus ea videatur ignorâsse. In omnibus verò Sanctus dicit, se misisse presbyterum, qui Epistolas ad illos perferret. Hinc dubitandum non videtur, quin idem ille presbyter, quem verno ineunte tempore cum litteris ad Polybium misit* Chrysostomus, *hasce eodem tempore Constantinopolim pertulerit, ut easdem singulis distribueret secundum inscriptiones additas. Omnium porrò illarum Epistolarum idem ferè est argumentum: nam in omnibus gratias agit de susceptis pro se laboribus, hortaturque ut ad finem usque pergant. Inscriptiones memorabo, eaque ex ipsis litteris huc transferam, quæ sufficere videbuntur ad intelligendum* Chrysostomi *in illis scribendis propositum.*

E

cum variis epistolis ad episcopos

1289 *Epistola* 156 *tantùm inscribitur* Episcopis. *Missa tamen fuit ad episcopos legatos, atque ita incipit:* Clamat quidem ubique ipsa quoque rerum natura, quâvis tubâ luculentiorem vocem emittens, præclarissimum vestrum zelum, animique pro veritatis defensione alacritatem, quam non itineris longitudo, non temporis diuturnitas, non hominum insanabili morbo laborantium vesana contentio, non denique aliud quidpiam hujusmodi oppressit, aut etiam debilitavit. *Mox gratias agit, desideriumque declarat eos coràm videndi.* Quoniam autem id, *inquit*, minimè fieri potest, quòd exsilii vinculis adstricti teneamur; idcirco dominum meum reverendissimum ac religiosissimum presbyterum nacti, per eum scribimus, vobisque debitum salutationis munus persolvimus; illud vobis significantes, vos universum Orientem vestrî desiderio inflammâsse, ingentemque vestrî amorem ipsis attulisse, atque innumeros homines justæ hujusce ob ea flagitia, quæ perpetrata sunt, indignationis socios habere. Vos itaque hortamur, ut idem studium ad extremum usque præstetis. *Tres sequentes Epistolæ eamdem ferè sententiam exhibent, licèt diversis verbis sint exaratæ. Prior ex illis, sive* 157, *inscribitur:* Episcopis, qui ab Occidente venerant; *duæ sequentes,* Iisdem. *In singulis de presbytero à se misso iisdem ferè verbis meminit, ac de difficultate aliquem reperiendi, qui litteras perferat, ob loci solitudinem.*

F

alioſque legatos, qui Româ eò erant missi,

1290 *De itinere legatorum, deque perpetua illorum benevolentia in Epistola* 157 *ita orditur:* Et quidem prius quoque studium vestrum, & affectum, quem ad ecclesiarum detrimenta farcien-

A cienda præſtitiſtis, firmam etiam ac ſinceram benevolentiam, fortitudinem animi, conſtantiam ac tolerantiam, quam tamdiu præ vobis tuliſtis, majorem in modum admirabar. Nunc autem ex ingenti animi veſtri vigore ſtupore affectus ſum; quippe qui tam longam ac marinam, laborumque & ſudorum plenam peregrinationem vobis; ut Eccleſiæ commodis conſuleretis, ſuſcipiendam duxeritis *&c. Hiſce ſimilis eſt Epiſtola* 160, *quæ inſcripta legitur*, Epiſcopo, qui ab Occidente venerat. *Differt tamen ab aliis, quòd in hac unum paſſim alloquatur, in aliis plures; ita ut illa videatur deſtinata fuiſſe pro illo, qui caput erat legationis. Epiſtola* 161 *inſcripta eſt*, Romanis presbyteris, qui cum epiſcopis venerant. *Hujus initium eſt:* Plurimum laboris ac ſudoris ſubiiſtis, tam longa & marina peregrinatione ſuſcepta *&c. Reliqua videri poterunt. In hiſce porrò Epiſtolis obſervari poteſt, nullius legati nomen in illis exprimi. Unde colligitur, ut jam monui, de legatione quidem edoctum fuiſſe* Chryſoſtomum, *non item de nominibus eorum, qui fuerunt ad legationem electi.*

B 1291 *Noverat item* Chryſoſtomus, *antiſtites aliquot Orientales cum Occidentalibus mittendos. At æquè ignorabat, quinam ad id eſſent deputati, ut colligitur ex Epiſtolis* 165, 166 *&* 167, *ad illos eodem tempore, & per eumdem presbyterum deſtinatis. Prioris inſcriptio, eſt:* Epiſcopis, qui cum Occidentalibus venerant. *Altera inſcribitur:* Epiſcopis, qui cum Occidentalibus epiſcopis venerant; *tertia*, Iiſdem. *In ſingulis rurſum fit mentio presbyteri ad illos miſſi, & hic in priore dicitur* parùm firmo corpore præditus. *In ſingulis laudantur præcedentes illorum epiſcoporum labores, uti & ſuſcepta tunc peregrinatio. Porrò ad enumeratas modò Epiſtolas, quæ eidem preſbytero commiſſæ ſunt, illud obſervari poteſt, nullam fortè ex illis potuiſſe Conſtantinopoli legatis tradi, cùm ipſi ibidem peſſimè excepti fuerint, aut potiùs in urbem non admiſſi, ſed aliquo tempore extra urbem quaſi in carcere conſervati, ac deinde remiſſi, ut vidimus num.* 1257. *Hinc dubium eſt, an Epiſtolæ illæ ulli illorum, ad quos datæ erant, fuerint traditæ. Certè veriſimile non eſt, traditas fuiſſe Conſtantinopoli. Conſervatæ tamen ſunt & fortè etiam ab eodem illo presbytero ſimul Romam directæ, aut poſtea eò miſſæ.*

ut & ad Orientales epiſcopos legatis additos:

C 1292 *Quidquid de his ſit, laudatus presbyter & alias Epiſtolas curæ ſuæ commiſſas habuiſſe videtur. Sanè eum in Macedoniam quoque, Græciam, Dalmatiam, & ulteriùs Aquileiam uſque profectum crediderim, quia in variis Epiſtolis de eodem, quantùm apparet, fit mentio. Intellexerat veriſimiliter* Chryſoſtomus, *Theſſalonicam Macedoniæ metropolim pro ſynodo habenda deſignari ab Occidentalibus; nec ignorabat, Anyſium Theſſalonicenſem epiſcopum ſibi addictum eſſe. Hinc ad eum miſit Epiſtolam* 162, *quam ſic exorditur:* Serò quidem ac tardè ad te ſcripſimus. At non ſponte noſtra diuturno hoc ſilentio uſi ſumus, verùm ob loci, quo incluſi tenemur, ſolitudinem, non autem ob ſocordiam in te ullam ac negligentiam. Nunc quippe reverendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum presbyterum nacti, quam jam pridem debemus, ſalutationem tibi perſolvimus, ingenteſque pro ea contentione ac fortitudine, quam eccleſiarum causâ præſtitiſti, gratias agimus. *Deinde hortatur, ut fortiter pergat. Ejuſdem ferè argumenti eſt Epiſtola* 163, *ad omnes Macedoniæ epiſcopos eodem tempore data, cujus hæc eſt inſcriptio:* Anyſio, Numerio, Theodoſio, Eutropio, Euſtatio, Marcello, Euſebio, Maximiano, Eugenio, Gerontio & Thyrſo, atque omnibus Macedoniæ orthodoxis epiſcopis. *Hos cùm gratiarum actione hortatur Sanctus*, ut *ſuſceptis pro Eccleſia laboribus* eum etiam, quem par eſt, finem *imponant.*

ad Anyſium Theſſalonicenſem, ad omnes ſimul Macedoniæ epiſcopos:

AUCTORE J. S.

1293 *Per eumdem presbyterum perlata eſt Epiſtola* 164 *ad Alexandrum Corinthi epiſcopum, quem ſe amare profitetur, quemque ut amicum accuſat, quòd* ne ſemel quidem *ſcripſiſſet. Deinde ait, ſe miſiſſe laudatum* presbyterum, *ac litteras petit, cùm ille rediret. Rurſum ejuſdem presbyteri fit mentio in Epiſtola* 155 *ad S. Chromatium Aquileienſem epiſcopum, cujus charitatem* Chryſoſtomus *celebrat his verbis:* Clariſſima ferventis tuæ ac ſinceræ caritatis tuba ad nos uſque ſonum ſuum diffudit, magnum quiddam ac diutiſſimè durans ex tanto itineris intervallo ſpirans, atque ad extremos uſque terræ fines pertingens. Nec nos, licèt alioquin tam longè diſjuncti, minùs quàm ii, qui adſunt, vehementiſſimam atque igne plenam caritatem, ſinceramque & ingenti libertate ac fiduciâ perfuſam linguam, atque adamantinam contentionem exploratam habemus. *Deinde dicit, ſe* presbyterum *miſiſſe, rogatque ejus litteras,* cùm ipſe revertetur, inſuperque etiam, ſi tabellarii occurrant. *Nullius autem majori cum energia verborum & ampliſſima gratiarum actione charitatem magis celebrat. Montfauconus ad hanc Epiſtolam notat, Chromatium litteras ad* Chryſoſtomum *dediſſe, laudatque pro eo Palladium. At memoriâ lapſus eſt: nam Palladius teſtatur, litteras Chromatii quoque nomine datas eſſe ad Arcadium pro* Chryſoſtomo, *non ad* Chryſoſtomum. *Id fortaſſe etiam fecerit Chromatius: ſed res incerta eſt. Nomen S. Chromatii Martyrologio Romano adſcriptum eſt ad diem* 2 *Decembris.*

ad Alexandrum Corinthi & ad Chromatium Aquleiæ epiſcopos:

E

1294 *Dubitari poteſt, an eodem etiam tempore datæ ſint Epiſtolæ* 149, 150 *&* 184, *videlicet ad Aurelium Carthaginenſem, ad Maximum epiſcopum, & ad S. Gaudentium Brixienſem. Si crederem, presbytero prædictarum Epiſtolarum latori Romam uſque proficiſcendum fuiſſe, ut ſuſpicatur Tillemontius art.* 122, *illas tres Epiſtolas eidem quoque presbytero commiſſas exiſtimarem, quia de irrito legationis ſucceſſu non meminerunt. Attamen quia veriſimile non eſt, presbyterum illum ulteriùs quàm Aquileiam fuiſſe miſſum, cùm quia redire debebat ad* Chryſoſtomum, *tum quia in aliis Epiſtolis de eo non fit mentio, ut fit in omnibus mox enumeratis, malim credere, tres illas fuiſſe ſeriùs miſſas cum aliis mox recenſendis. Porrò Epiſtolas modò enumeratas miſit* Chryſoſtomus, *ut ex parte ſua concilium promoveret, cauſamque ſuam in eo tractandam, ut ſperabat. Verùm poſt menſes aliquot intellexit, conatum illum Innocentii Papæ & Occidentalium epiſcoporum fruſtratum eſſe, eorumque legationem infelici exitu terminatam, ſive id ipſe Innocentius, ut ſatis veriſimile eſt, ad* Chryſoſtomum *perſcripſerit, aut alius quiſpiam ex epiſcopis Italiæ, ſive id per presbyterum ſuum redeuntem, ſive alio demum modo audiverit. Certè Sanctus in Epiſtola ad Innocentium, ſtatim recitanda, ſatis oſtendit, ſibi omnia illa nota fuiſſe.*

F

presbyter illarum lator non videtur longiùs quàm Aquileiam profectus.

1295 *Exitum verò legationis per litteras Italicas* Chryſoſtomus *non facilè intelligere potuit ante menſem Auguſtum, aut potiùs ante Septembrem. Nam diſceſſum legatorum ad Arcadium num.* 1256 *fixi circa menſem Martium aut Aprilem. Redierunt autem* poſt quatuor menſes, *fortè non omnino completos, ita ut reditus videatur figendus circa*

Sanctus infelicem legationis exitum edoctus,

AUCTORE J. S.

ca Julium. Nuntius verò, qui litteras Româ Arabissum perferret, duobus facilè mensibus in via esse potuit, etiamsi felici navigatione uteretur. Itaque litteras Chrysostomi *ad Innocentium cum aliis eodem tempore missis circa Septembrem aut Octobrem anni 406 figendas puto. De anno dubitationes minimè necessarias movet sibi Tillemontius Notâ 99, cùm Sanctus in laudata Epistola sic loquatur:* Nam & nos tertium nunc annum in exsilio versantes, in fame, peste, bello, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, quotidiana morte, & Isauricis gladiis, non mediocriter consolantur stabilis ac constans vester affectus ac fiducia, mirificéque oblectat benefica & sincera vestra caritas. *Tertius exsilii annus anno 406 inchoatus est à die* XX *Junii, quo discessit Sanctus Constantinopoli. Eidem anno magis, quàm ulli alteri, congruunt omnia illa exsilii incommoda, quæ recensét.*

scribit ad Innocentium Papam,

1296 *Epistolam ad Innocentium, cujus inscriptio tom.* 3 *pag.* 521 *talis est*: Innocentio Episcopo Romæ Joannes in Domino salutem, *totam huc transfero.* Corpus quidem nostrum uno tantùm loco tenetur; caritatis autem ala in universo orbe circumvolitat. Proinde licèt tanta itineris intercapedine separati simus, à pietate tamen vestra non absumus, sed quotidie vobis præsentes sumus: caritatis enim oculis videmus vestram illam fortitudinem, sincerum affectum, constantiamque non mutabilem, consolationemque illam magnam, perpetuam, atque stabilem, quam nobis affertis. Quanto enim fluctus extolluntur sublimiùs, & plures latent scopuli, vehementioresque sunt tempestates, tantò magis vigilantia vestra augetur: neque vos tanta viæ prolixitas, neque tantum temporis intervallum, neque rerum difficultates segniores reddiderunt: sed perseveranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maximè vigiles sunt, cùm excitari fluctus, mare intumescere & multum aquarum fragorem, profundissimamque interdiu noctem ingruere vident.

mittens Joannem presbyterum

1297 Ea propter & gratias vobis habemus multas, & desideramus quidem ad vos dare crebras literas, id quod nobis maximo foret solatio. Verùm quia nobis hoc denegat solitudo hujus loci, neque facilè ad nos pervenire valent, non modò, qui istuc pergunt, sed nec ii, qui in vicino habitant, tum quòd longè distet; atque extremis finibus locus iste situs sit, in quo residemus, tum quòd latrones vias illas undique obsideant: precamur ut diuturnum silentium nostrum efficiat, ut magis nobis condoleatis, quàm ut nos reos putetis negligentiæ. Quòd enim non ex incuria silentium ortum sit, vel inde liquet, quòd post longum temporis spatium venerabilem & dilectum Joannem presbyterum, Paulumque diaconum nacti, & scribendi & gratias vobis agendi finem non faciamus, quia paternâ majorem erga nos benevolentiam declarâstis. Nam quantùm in vestra pietate situm fuit, jam res omnes sedatæ & emendatæ, & sublata omnia scandala fuissent, gauderentque ecclesiæ tranquilla & sincera pace: & essent planè secunda omnia, ac contemptæ leges, violatæque patrum constitutiones vindicatæ forent. At quoniam reipsa nihil tale contigit, cùm ii, qui priora aggressi sunt, novis ea sceleribus cumulare contendant, nolo equidem omnia, quæ interim gesta sunt, sigillatim recensere, quandoquidem non solùm epistolæ, sed & historiæ modum transcenderet narratio. Cæterùm vestram oro vigilantiam, ut licèt illi omnia tumultibus impleverint, laboraverintque morbis incurabilibus, & pœnitentiæ non capacibus: cùm tamen curare morbos illorum statueritis, malis ne cedatis, neve animum despondeatis, considerata tanti operis magnitudine.

& Paulum diaconum:

1298 Certamen enim illud ferme pro toto orbe est, pro ecclesiis dejectis atque prostratis, pro populis dispersis, pro clero divexato, pro episcopis exulibus, pro constitutionibus patrum violatis. Et idcirco iterum atque iterum, & sæpiùs vestram oramus diligentiam, ut quantò major est tempestas, tantò majus adhibeatur studium. Exspectemus quidem futurum, ut res aliquantò ampliùs corrigantur. Quod si minùs fiet, vos vestram coronam paratam apud misericordem Deum habetis: & hi, qui injuriâ afficiuntur, consolationem ex fervore caritatis vestræ non parvam accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exsilio versantes, in fame, peste, bello, continuis obsidionibus, solitudine incredibili, quotidiana morte, & Isauricis gladiis, non mediocriter consolantur stabilis & constans vester affectus, ac fiducia, mirificéque oblectat benefica & sincera vestra caritas. Hic noster murus, hæc securitas, hic portus absque fluctibus, hic innumerorum bonorum thesaurus, hæc lætitiæ mirificæque voluptatis causa est. Etsi in desolatiorem, quàm sit iste, locum iterum abigemur, non parvam hinc habentes nostrarum afflictionum consolationem abimus. *Hactenus* Chrysostomus, *cujus Epistolam tulerunt Joannes presbyter & Paulus diaconus. Joannes hîc primùm memoratur, cupiebatque in Italiam proficisci propter persecutionem in Orientali imperio vigentem, quemadmodum & Paulus diaconus, qui etiam priorem Epistolam ad Innocentium tulit cum Cyriaco diacono.*

item ad S. Venerium Mediolanensem

1299 *Epistolam* 182, *quæ data est ad S. Venerium episcopum Mediolanensem, eodem tempore scriptam fuisse, abundè ostendit argumenti similitudo, licèt multò sit brevior. Nam in illa quoque dicitur:* Quantum in vobis fuit, omnia bene successerunt, neque ulla pars officii vestri desiderata est. Sed quoniam illi, qui turbas excitârunt & excitant, eò dementiæ sunt progressi, ut non modò priora gessisse illos non pudeat, sed illis etiam graviora patrare contendant, omnes vos simul cohortor, ut fortissimam alacritatem animi adhibeatis, neque de tanto studio quidquam remittatis, sed illud ampliùs etiam augeatis, licèt innumeræ difficultates occurrant *&c. In hac Epistola non fit mentio latorum aut latoris, quia, ut conjicio, nec Joannes presbyter, nec Paulus diaconus, decreverant Mediolanum proficisci; sed Epistolam eò Româ per alium mittere. De S. Venerio apud nos actum est ad* IV *Maji. Nulla quoque latoris mentio fit in Epistolis quatuor modò recensendis, de quibus utcumque dubium est, an missæ non fuerint, quando* Chrysostomus *nondum noverat infelicem legationis exitum. Attamen quia in omnibus Epistolis, quas eo tempore missas satis certò novimus, mentio fit presbyteri latoris, probabiliùs puto, quatuor modò enumerandas post finitam legationem à* Chrysostomo *missas esse per Joannem presbyterum & Paulum diaconum, qui illas Romam ferre poterant, & ulteriùs ad episcopos laudandos destinare.*

ad Hesychium Salonensem, ad S. Gaudentium. Brixiensem,

1300 *Prima ex illis quatuor inscripta est* Hesychio episcopo Salonensi *in Dalmatia, quem Sanctus hortatur*, ut ad juvandas Orientis ecclesias conveniens studium *adhibeat*, quia nondum sub-

AUCTORE J. S.

A sublata sunt mala, sed adhuc vigent & urgent. *Hæc autem verba hujus Epistolæ* 183 *utcumque saltem insinuant, scriptam esse post legationem finitam, quâ mala sperabantur auferenda. Altera est Epistola* 184 *ad S. Gaudentium episcopum Brixianum, quam ita orditur Sanctus:* Nihil nos latet rerum tuarum, sed tamquam præsentes probè novimus studium tuum, vigilantiam, curas, labores, quos pro veritate suscepisti, tibique ingentes gratias agimus: neque mediocrem in tanta degentes solitudine consolationem haurimus ex tuæ caritatis ardore ac sinceritate, cujus dum hîc periculum fecimus, istic quoque integram illam vigere cognovimus, nec ullo modo aut temporis diuturnitate, aut itineris longitudine debilitatam fuisse. *&c. Insinuat Sanctus, se aliquando S. Gaudentium coràm vidisse. Factum id fuerit Antiochiæ circa initium presbyteratûs* Chrysostomi, *quando S. Gaudentius ante episcopatum suum per Cappadociam & consequenter etiam per Syriam,* Jerusalem *pergebat. Nam id se fecisse testatur in Sermone* 17, *ita ut dubitandum non sit, quin eo tempore Antiochiæ fuerit, &* Chrysostomum *viderit, ut latiùs examinari poterit ad* XXV *Octobris, quo S. Gaudentius colitur.*

B 1301 *Tertia ex dictis est Epistola* 149, *quâ similiter* Chrysostomus *gratias agit Aurelio Carthaginensi episcopo, eumque hortatur, ut pergat in bene cœptis. De illo inter alia dicit:* Siquidem caritatis tuæ ardor, eaque odoris suavitas, quæ ex tua loquendi libertate ac pietate manat, ad nos usque, qui in extremo orbis recessu collocati sumus, penetravit. *Miris laudibus Maximum episcopum ornat Sanctus in Epistola* 150, *quâ eidem gratias agit.* Cùm labores eos, *inquit*, & sudores, quos diuturno tempore subiistis, animo contemplor, non vulgarem, sed amplissimam quamdam injuriarum earum, quibus per summum scelus affectus sum, consolationem capio, vestram nimirum usque adeo ardentem ac germanam caritatem, sinceram curam, acerrimamque in iis malis, quæ contigerunt, corrigendis vigilantiam, maximi solatii loco ducens *&c. Hæc Sanctus & plura in laudem Maximi, à quo se numquam visum dicit, nec exprimit, cujus civitatis fuerit episcopus. Id nihilo magis constat de Asello episcopo, ad quem data est Epistola* 151 *ad gratias similes agendum. Hanc verò & sequentes post legationem peractam datas esse, varia clariùs insinuant. Sequentes porrò sunt Epistolæ* 152, 153, 154 *&* 181, *inscriptæ solùm* Episcopis. *Verisimile est, destinatas fuisse episcopis Romæ congregatis, quibus Sanctus gratias agit de præstitis pro se officiis, hortaturque ut cœpta prosequantur, quia necdum finita erant Ecclesiæ mala. Latores harum Epistolarum non nominantur.*

ad Aurelium Carthaginensem, & ad alios quosdam:

C 1302 *Attamen illi nominatim exprimuntur in Epistola* 148, *inscripta* Cyriaco, Demetrio, Palladio, Eulysio, episcopis, *nempe iis quatuor Orientalibus, qui cum legatis Constantinopolim profecti erant, indeque in exsilium ablegati. Nam post gratias illis de susceptis laboribus actas,* Chrysostomus *ita prosequitur:* Ac Cyriacus quidem reverendissimus diaconus nunc navigare non potuit, quòd multo labore confectus esset. At verò domini mei religiosissimus presbyter Joannes, & reverendissimus diaconus Paulus, cùm undique vexarentur, nec usquam consistendi aut delitescendi potestas esset, necessarium esse putârunt, ut ad caritatem vestram sese conferrent, isticque vobiscum essent *&c. Ex hisce colligitur, hanc Epistolam eodem tempore datam esse, quo data est Epistola ad Innocentium, per eosdem perlata. Nihilominus Tillemontius art.* 106 *credit, Epistolam illam non posse probabiliùs figi, quàm sub finem anni* 405, *quia, ut observat Notâ* 99, Chrysostomus *quatuor illos episcopos Romæ aut in Italia esse credebat, quando scripsit prædictam Epistolam. Illi verò cum legatis Constantinopolim profecti sunt circa mensem Martium anni* 406, *ut jam vidimus.*

imò etiam Epistolam 148 *ad episcopos quatuor,*

ut evincitur ex latoribus Epistolæ:

1303 *Verùm ipse sibi contra opinionem illam objicit difficultates, quas nequit tollere: neque enim ullum est dubium, quin Joannes presbyter & Paulus diaconus anno* 406 *Romam profecti sint, non verò sub finem anni* 405. *Quid igitur evincit ratio Tillemontii? Illud unum meo quidem judicio, videlicet episcoporum illorum exsilium* Chrysostomo *fuisse ignotum, prout Romæ etiam erat incognitum. Noverat Sanctus, dum scribebat, Cyriacum & tres collegas ipsius cum legatis discessisse. Noverat, legatos, re infecta, rediisse. Illos similiter Romam reversos, aut ante adventum litterarum suarum reversuros, confidebat. Ipsum Epistolæ principium insinuat, iter ipsorum cum legatis non fuisse Sancto incognitum, cùm eos celebret his verbis:* Beati vos, ac ter beati, sæpiúsque beati, ob præclaros hos sudores, certamina, & ærumnas, ac labores & pericula, quæ pro omnibus orbis terræ ecclesiis subiistis, hincque tum in terra, tum in cælis gloriam & splendorem consequuti estis. Siquidem homines omnes, qui mentis compotes sunt, vos prædicant, ac coronis ornant, animi vestri robur, fortitudinem, tolerantiam atque constantiam ad stuporem usque mirantes *&c. Has laudes vel maximè ipsis dedisse videtur* Chrysostomus *ob iter cum legatis susceptum.*

E

ac tandem ad Probam Faltoniam, ad Julianam

1304 *Epistola* 168, *inscripta* Probæ matronæ, Romæ degenti, *quæ est illustrissima Proba Faltonia, litteris etiam S. Augustini & scriptis S. Hieronymi ornata, eosdem rursum latores exhibet Joannem presbyterum & Paulum diaconum. In ea gratias agit Probæ de sincera ejus charitate, quam* certò expertus sum, *inquit*, iis nimirum, qui istinc ad nos veniunt, ea de te afferentibus, quæ audire cupiebam. *Et mox:* Virosque mihi carissimos, religiosissimum presbyterum Joannem, & ornatissimum diaconum Paulum tibi commendo *&c. Fuit igitur hæc etiam Epistola eodem tempore scripta, & ad* Chrysostomum *aliqui tunc Româ venerant. Unum ex iis fuisse Cyriacum diaconum, suprà num.* 1302 *memoratum, verisimile est, quia* multo labore confectus *dicitur. Ad idem tempus pertinet Epistola* 169, *scripta* Julianæ, & iis, quæ cum ipsa sunt. *Fuit Juliana conjux Olybrii consulis, filii Probæ, quæ trium consulum fuit mater, & consequenter Probæ nurus.*

F

Probæ nurum, & ad Italicam, nobiles matronas.

1305 *Julianæ similiter gratias agit Sanctus.* Neque enim, *inquit*, nobis obscura fuit ea beneficentia, idque studium, quod & in negotio, de quo agitur, & in excipiendis benignéque complectendis iis, quos istuc misimus, præstitistis. *Huic etiam Julianæ deinde scripsit Augustinus, quemadmodum & ad Italicam, nobilem quoque matronam Romanam, ad quam* Chrysostomus *eodem tempore dedit Epistolam* 170, *quâ hortatur; ut ipsa quoque studia sua conferat ad pacem Ecclesiæ conciliandam. Hactenus de Epistolis* Chrysostomi *ad notitiam nostram perlatis. Inter has autem non recensui* Epistolam 233 ad Episcopum Antiochenum *inscripta, Porphyrium nem-*

AUCTORE J. S.

nempe, quia potiùs videtur esse Constantii presbyteri, quàm Chrysostomi, *ut patebit attentè eam legenti.*

§ LXXXII. Epistola ad Cæsarium monachum, post Chrysostomi Epistolas modò edita, de qua diu disputatum, nec Calvinianis favet nec Lutheranis, sed solis Catholicis: attamen illa Epistola non est Chrysostomi.

Epistola ad Cæsarium,

B

POstquam de Epistolis Chrysostomi *abundè egimus, excutienda est alia Epistola, quæ inter Opera sancti hujus Doctoris edita numquam fuit, sæpiùs tamen seorsùm excusa, donec Montfauconus in novissima editione Operum* Chrysostomi *illam locum habere voluit post genuinas Sancti Epistolas tom.* 3 *pag.* 742, *ubi talis præfigitur titulus Latinus:* Incipit Epistola beati Johannis episcopi Constantinopolitani ad Cæsarium monachum tempore secundi exsilii sui. *Epistola hæc numquam reperta est Græcè; sed solùm fragmenta quædam Græca fuerunt collecta ex scriptoribus Græcis, qui eadem laudaverant. Latina interpretatio in uno solùm codice Florentino inventa est, eaque imperfecta admodum, obscuraque & subinde mendosa. Vel sic tamen de inventa illa Epistola mirè exultârunt ac triumphârunt quidam heterodoxi, acsi pro hæresi stabilienda ingens thesaurus fuisset inventus. Verùm præproperè nimis ac intempestivè inanes cecinerunt triumphos, gaudioque illo vel maximè declarârunt, quàm non contemnerent traditionem Ecclesiæ, verbis Sanctorum Patrum ad nos perlatam, si illam quacumque demum ratione hæresi suæ faventem habere possent. Utinam aliquando etiam intelligant, doctrinam Sanctorum Patrum docili potiùs mente sequendam, quàm captanda aliquot eorum obscuriora verba ad novitios errores defendendos!*

C

à Petro Martyre primùm laudata, deinde edita

1307 *Qua porrò ratione dicta Epistola paulatim è tenebris emerserit, exponit Montfauconus in Monito prævio, ita scribens:* Interpretationem ejus Latinam ex codice quodam Florentino descripserat olim Petrus Martyr Florentinus, qui à Catholica religione descivit, ac delatam secum in Angliam in Cranmeri archiepiscopi Cantuariensis bibliotheca reposuit. At post Cranmeri necem, ejus bibliotheca direpta fuit, & Epistola deinceps nusquam comparuit. Cùm autem illa ab iis, qui transsubstantiationem negabant, in testimonium adducta fuisset; ab ejusdem transsubstantiationis propugnatoribus negatum est, eam uspiam exstitisse, cujus exemplar nullum proferri posset. Anno MDCLXXX vir Cl. Emericus Bigotius interpretationem illam Latinam ex codice Florentino in bibliotheca Dominicanorum D. Marci descriptam edidit post Palladii librum de Vita Chrysostomi. At censor quispiam Epistolam jam cusam supprimendam esse putavit, ac revera suppressit cum notis Bigotii. Anno autem MDCLXXXV Stephanus le Moyne in libro, cui titulus VARIA SACRA, tom. 1 hanc Epistolam ad calcem edidit, ut in Ms. habetur, multis mendis respersam, & aliquot in locis deformatam, ut vix aliquis sensus elici possit. Edidit etiam V. Cl. Jacobus Basnage Roterodami anno MDCLXXXVII cum parte illa præfationis Bigotianæ, quæ hanc Epistolam respiciebat, quæque cum Epistola ad Cæsarium expuncta fuerat; adjectis etiam fragmentis Græcis, quæ Bigotius collegerat. Aliæ quoque apud heterodoxos prodierunt hujus Epistolæ editiones.

D

à variis inter posteriores sunt Jacobi Basnagii

1308 Demum vir eruditus Joannes Harduinus ex Societate Jesu anno MDCLXXXIX eamdem publicavit, remque Catholicam adversus heterodoxos, qui hanc ad sua tuenda dogmata usurpabant, strenuè vindicavit. Hìc iterum illam proferimus, aliquot in locis emendatam; fragmenta autem Græca, quæ ex Anastasio presbytero, ex Joanne Damasceno, & ex aliis desumpta fuerant, auctiora damus, beneficio doctissimi amicissimique viri Michaëlis Lequien ex Ordine Prædicatorum, qui hæc ex Anastasio & ex Joanne Damasceno diligentiùs collegit. *Hactenus Montfauconus, cujus ille tomus anno* 1721 *legitur impressus. Circa idem tempus Jacobus Basnage cogitabat laudatam Epistolam, quam antè ediderat, inserere Thesauro monumentorum ecclesiasticorum, sive recusis & auctis Lectionibus antiquis Henrici Canisii. Id ubi intellexerat illustrissimus marchio, Scipio Maffeius, vir eruditis Operibus orbi litterario notus, Epistolam illam, accuratè ex codice Florentino exscriptam, ad Basnagium transmisit, additque Epistolam Italicam, in qua mentem suam de controversa illa Epistola eleganter solerterque exponit, ac refutat aliqua Basnagii dicta, quæ hic in Prospectu Operis sui protulerat.*

E

& Scipionis Maffei editiones.

1309 *Hinc Basnagius in præfatione sua in Epistolam ad Cæsarium tom.* 1 *laudati Operis pag.* 229 *ait:* Observationes viri celeberrimi Maffei, ut & Harduini notas, nostris adjecimus. *Attamen totam non dedit Maffei Epistolam, aut certè illa non est tota impressa in ejus præfatione: nam Opus prodiit post mortem Basnagii anno* 1725. *Ubi porrò illam vidit eruditissimus Maffeius, non potuit non simul videre, observationes suas magna ex parte à Basnagio fuisse suppressas. Hac de causa Epistolam ad Cæsarium cum tota sua ad Basnagium Epistola edidit anno* 1727 *post Historiam diplomaticam Italicè scriptam pag.* 263. *Varias autem in præfatione allegat rationes, easque pag.* 262 *ita concludit:* Verùm quoniam ex illa (*Epistola ad Basnagium*) hic non retulit nisi duo fragmenta, atque observationes meas magna ex parte dissimulavit, applaudens ut antea suæ opinioni, necessitatem mihi existimo impositam & publicandi Epistolam meam, quæ à pauciissimis potuerit esse visa, & adjungendi animadversiones aliquot in illa, quæ ipse ibidem scripsit. *Utrumque fecit ibidem Maffeius pari diligentia & moderatione. Observationes ipsius aliquot cum dictis Basnagii conferam, ubi priùs exposuero, quàm varia variorum fuerint judicia de Epistola ad Cæsarium.*

F

Varia variorum judicia de illa Epistola.

1310 *Bigotius, qui illam primus edere meditabatur, credidit genuinam esse* Chrysostomi *Epistolam, sed minimè contrariam veræ Catholicorum fidei de præsentia Christi in Sacramento Altaris. Utrumque liquet ex ejus præfatione apud Montfauconum pag.* 741. *Basnagius aliique heterodoxi, cùm Lutherani tum Calviniani, Epistolam* Chrysostomo *attribuerunt, tamquam hæresi*

A *ſi ſuæ faventem, prout dudum fecerat Petrus Martyr, miroſque cecinerunt triumphos: imò & Catholicos accuſârunt ob ſuppreſſam Bigotii editionem. Baſnagius certè in jam laudata præfatione ſuppreſſionem illam vocat* iniquitatem publicam, & conſilium iniquum. *Audiamus pauca ipſius verba.* Hoc Opuſculum, *inquit*, in lucem erat proditurum cum Vita Chryſoſtomi à Palladio ſcripta, & ſcriptis Patrum, quæ Bigotius itinerando tranſcripſerat: ſed cenſores librorum ei litem intentaverunt circa locum ſuperiùs à nobis indicatum, metuentes ſcilicet triumphos, quos ex verbis Doctoris Eccleſiæ vetuſtiſſimi ſibi pollicebantur reformati (*Calviniani*,) auctoritatem regiam interpellaverunt. Juſſit rex Epiſtolam ad Cæſarium jam editam dilacerari. *Et mox:* Perierat ergo denuò hæc Epiſtola, & æterno damnata fuiſſet ſilentio, niſi noſtras in manus incidiſſet exemplar aliquod Bigotianum, quod publici juris fecimus ab anno MDCLXXXVII. *Ita Baſnagius, mox pergens ad editionem Harduini. Verùm ad ejuſmodi querelas abundè reſpondet Maffeius in ſuis litteris ad Baſnagium, & in obſervationibus deinde additis. Harduinus quoque Epiſtolam edendo*

B *querelam illam ita refutavit, ut poſtmodùm proferri non debuerit. Harduinus autem credidit genuinam eſſe* Chryſoſtomi *Epiſtolam, ſed Catholicis minimè contrariam. In utroque conſentientem habuit Tillemontium art.* 130. *Verùm Michaël Lequien ex Ordine Prædicatorum ante Opera S. Joannis Damaſceni anno* 1712 *edita Diſſert.* 3 *varia adduxit argumenta ad Epiſtolam illam* Chryſoſtomo *abjudicandum, licèt Catholicis contraria non ſit: atque huic ſententiæ aſſentiuntur Montfauconus, Maffeius, Ceilierus, aliique: neque enim neceſſe eſt omnes utriuſque partis patronos enumerare, cùm rationibus potiùs, quàm auctoritatibus, dirimenda ſit hæc controverſia.*

cujus occaſione contra Catholicos rixatur Baſnagius:

1311 *Attamen cùm Baſnagius maluerit de Catholicis conqueri, & triumphos canere, non dicam imaginarios, ſed quos ſibi ne imaginari quidem potuit, ſi tanta valuit eruditione ac prudentiâ, quantam ipſi attribuunt heterodoxi, verba ipſius breviter priùs expendam cum Maffeio. Agnoſcit Baſnagius, Harduinum* ſubtiliſſima diſſertatione circa Sacramentum Altaris *oſtendere conatum, Epiſtolam ad Cæſarium non eſſe Catholicis contrariam. Mox verò ita pergit:* Nos à controverſia penitus alieni, hæc obſervaturi ſumus.

C Primò miramur, quanta fides haberi debet iis, qui anticipatis opinionibus tenaciter addicti, nec periculis imminentibus objicere ſeſe audentes, præfracta fronte negant, quæ veriſſima ſunt, & metu perculſi regem ipſum adeunt, ne veritati lux aliqua poſſit affulgere: deinde, ubi ſubeundum eſt periculum, ſententiam mutant, & interpretationibus alienis verborum uſum immutare conantur, ut fidem Patris ab iis alieniſſimi declinare poſſint. Nunc indubitata eſt Epiſtola Chryſoſtomi, confitentibus ipſis, qui majori partium ſtudio tenebantur. Deinde qui prima elementa linguarum nôrunt, confiteri debent, & apud Græcos φύσιν, & naturam apud interpretes Latinos ſignificare, non accidentia, ſed ſubſtantiam ipſam, ſive naturam panis, quæ remanet. Denique, ſi Chryſoſtomus audiatur, elementum liberatur ſolummodo appellatione panis: mutatur nomen & ſubſtantia remanet. Sic penitus ruit tranſſubſtantiatio; & conſubſtantiationi faveret multò potiùs Chryſoſtomus, niſi Euchariſtiæ Sacramentum cum Apollinaris ſententia de anima Chriſti, quam Divinitas abſorbuerat, aliter conciliare non liceret.

Ita Baſnagius craſſâ minervâ accuſat diſputatque. At examinemus tantiſper ſingula, videamuſque, an allata exprobratio non magis ipſi Baſnagio congruat, quàm Catholicis. AUCTORE J. S.

1312 *Primò ait, ſe* à controverſia penitus *alienum. Nolebat nimirum cum Harduino, cujus occaſione id aſſerit, de vera Epiſtolæ intelligentia manus conſerere, ne mundo palàm fieret, quàm inutile Calvinianis ſit monumentum, quod ſuâ induſtriâ in lucem emiſſum gloriabatur. Mox tamen quaſi ad pugnam proſilit, non examinans argumenta Harduini & aliorum Catholicorum, nedum ea refutans, quod nimis erat periculoſum; ſed multa temerè conquerens, aſſerenſque apertè falſa; ut vel ſine pugna tropæum poſſit erigere, magnificoſque canere triumphos. Quàm clarè falſa ſint varia Baſnagii aſſerta, lector, accipe. Falſum eſt primò, quod ait, Catholicos non fuiſſe auſos* periculis imminentibus *ex illa Epiſtola* ſeſe objicere. *Certè Bigotius, qui primus illam Epiſtolam invenit, mox eamdem imprimendam curavit, & in lucem publicam dare voluit cum erudita præfatione, nunc apud Montfauconum edita, in qua locum controverſum de Euchariſtia allegat, explicat, defendit, locoſque alios quoſdam* Chryſoſtomi *de Euchariſtia producit, ad aſſerendam* veram ac realem, ut vocant, Corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam, *claros & manifeſtos. Mox idem ibi hæc ſubjungit verba:* Integrum librum conficerem, ſi ex Chryſoſtomo locos omnes excerperem, in quibus de ſacratiſſima Euchariſtia ſimiliter loquitur. *Hæc ſanè ſunt verba hominis minimè metuentis, ſed ultrò certamen incuntis.* *prima ipſius querela* E

ut falſa

1313 *Non timuiſſe etiam alios paſſim Catholicos, ſed potiùs deſiderâſſe, ut Epiſtola integra innoteſceret, ac publica fieret, rurſum docet Bigotius, circa initium præfationis ita ſcribens:* Primus, qui ultimis temporibus hujus meminit Epiſtolæ, fuit Petrus Martyr Florentinus, qui ex ea locum quemdam protulit in locis communibus. Inſolitus loquendi de Euchariſtia modus, qui ex ea referebatur, à Johannis Chryſoſtomi phraſi ac genio prorſus alienus, lectores in diverſas traxit ſententias, aliis ſuppoſititiam eſſe affirmantibus, aliis pro virili contendentibus veram eſſe ac genuinam: omnes integram videre ſummè concupivere; dolueruntque Petrum Martyrem, qui primus de ea mentionem injecerat, minimè indicâſſe, qua in bibliotheca exſtaret codex Ms. Florentiæ deliteſcere omnium erat ſuſpicio, quia Florentinus fuit Petrus Martyr, ſed ubi, ab omnibus neſciebatur. *Hæc, quæ ſcripta ſunt, quando res agebatur, luculenter evincunt, Catholicos deſiderâſſe, ut Epiſtola fieret publica; ipſum verò Petrum Martyrem, qui locum à contextu avulſum ex ea laudaverat, in cauſa fuiſſe, cur tanto tempore deliteſceret, non indicando, ubi Epiſtolam illam vidiſſet. Itaque non Catholici aliquid mali timebant ex publicatione; ſed ipſe Martyr videtur noluiſſe, ut Epiſtola fieret publica: nam facilè indicare poterat, ubi lateret, ſi id è re ſua fore cenſebat. Rurſum periculo ſe objicere non timuit Harduinus, qui Epiſtolam à Bigotio è tenebris erutam, ſed tantiſper ſuppreſſam, edidit cum erudita Diſſertatione ad locum controverſum elucidandum. Nihilo magis iſtud certamen timuit Maffeius, quando Epiſtolam controverſam cum ſua Epiſtola ad ipſum anno* 1721 *miſit Baſnagium. Habuit hic lucubrationes trium modò laudatorum ſcriptorum, qui ſinguli locum controverſum explicabant. Vel ſic tamen* F

AUCTORE J. S.

ſcribere audet, Catholicos non fuiſſe auſos certamini ſe objicere.

& incpta

1314 *Verùm & occaſionem falſæ illius querelæ examinemus. Si Baſnagio credimus,* Metu perculſi regem ipſum adeunt, ne veritati lux aliqua poſſit affulgere. *Nonne hæc ita gloriosè proferuntur, acſi eruditi Galli facto agmine ad regem acceſſiſſent, deprecaturi, ne Epiſtola illa videret lucem? Attamen de auctore ſuppreſſionis Baſnagius ipſe ſic loquitur:* Pœnituit poſtmodùm D. Faure, amicum Bigotii, & tamen conſilii tam iniqui autorem. *Si dominus Faure ſuppreſſionis auctor erat, ut Baſnagius ipſe aſſerit: quâ æquitate Catholicos omnes accuſat? Si dominum Faure conſilii ſui* pœnituit poſtmodùm, *ut idem aſſerit; agnovit ergo ille ipſe, nihil mali metuendum eſſe ab illa Epiſtola. Editio Harduini non diu poſt ſecuta, cenſoribus ſe non opponentibus, abundè confirmat, vanum fuiſſe timorem, ſi ex timore ab editione illius Epiſtolæ cenſores aliqui abſterrebantur. Quid porrò illi timuerint, aut qua de cauſa publicationi Epiſtolæ ſe oppoſuerint, me prorſus ignorare, lubens agnoſco At certè non timuerunt,* ne veritati lux aliqua poſſit affulgere. *Si enim timuerint ob locum controverſum; timuerunt ne heterodoxi more ſuo abuterentur loco obſcuro & ambiguo ad oppugnandos Catholicos & hæreſim ſtabiliendam.*

B

refellitur & retorquetur:

1315 *Verùm lubet obſervare, quantas hîc tenebras gregalium ſuorum agnoſcat imprudens Baſnagius. Habemus certa & indubitata* Chryſoſtomi *Opera dudum tomis undecim, nunc tredecim edita. In hiſce ſanctus Doctor frequentiſſimè loquitur de Sacramento Euchariſtiæ ac clariſſimè. Interim lucem aliquam, in tot lucubrationibus fruſtra quæſitam, hæreſi ſuæ quærere coguntur in Epiſtola Latina Doctoris Græci, cujus lucubratio mendis adeo conſperſa eſt ex ignorantia interpretis, ut ſubinde intelligere nequeamus, quid auctor dixerit, aut dicere voluerit. Lucem illi, (imò velamen tenebrarum ſuarum) quærere ſtudent in Epiſtola de Sacramento Euchariſtiæ non compoſita, in qua non niſi unica ſimilitudo de illa materia adfertur, quamvis habeamus tot genuina* Chryſoſtomi *Opera, in quibus prolixè de Sacramento Euchariſtiæ multis locis diſputatur, & ex quibus veram de illo fidei capite lucem haurire poſſunt. Lucem quærunt ex loco obſcuro, quem aliter exponunt Lutherani, aliter Calviniani,*

C

aliter & rectè Catholici. Sanè qui ita lucem quærere ſe profitentur, videntur diligere tenebras magis quàm lucem; magiſque prætextum quærere ad errorem defendendum, quàm ſententiam Sanctorum Patrum de Euchariſtiæ Sacramento ad eam amplectendam.

alia ipſius aſſerta planè falſa & inepta.

1316 *Secundò falſum eſt, quod aſſerit de Catholicis Baſnagius,* Ubi ſubeundum eſt periculum, ſententiam mutant. *Etenim ab initio diviſæ in eo fuerunt opiniones, utrùm Epiſtola eſſet* Chryſoſtomi, *an alterius. At in eo concordes fuerunt Catholici, eam non obeſſe fidei ſuæ de Euchariſtia. Bigotius, qui primus Epiſtolam edere voluit, ſimulque in certamen deſcendere, & Epiſtolam* Chryſoſtomo *attribuit, & Catholicam de Euchariſtia fidem propugnavit. Idem fecit Harduinus, & uterque eadem uſus eſt interpretatione verborum loci controverſi, quemadmodum & alii poſtmodùm ſecuti. Hi autem* interpretationibus alienis *non utuntur, ſed propriis, ut mox videbimus. Tertiò falſum eſt, quod ſubjungit,* Nunc indubitata eſt Chryſoſtomi Epiſtola *&c. Nam quando hæc ſcribebat Baſnagius, Epiſtolam* Chryſoſtomo *multis argumentis abjudicaverant anno* 1712 *Lequien, & anno* 1721 *Maſſeius & Montfanconus. Duorum certè priorum ſententiam ignorare non potuit Baſnagius, cùm accepiſſet Maſſeii Epiſtolam. Maluit igitur glorioſa quàm vera ſcribere. Quartò æquè falſum eſt, quod mox addit,* apud Græcos φύσιν & naturam *apud Latinos ſignificare* ſubſtantiam; *ſi velit, hanc unicam eſſe vocum illarum ſignificationem. Etenim Harduinus in Diſſertatione ſua cap.* 3 *ſolidè probat, Græca voce φύσει* ſolas proprietates naturales *apud Græcos Patres intelligi; eamdemque eſſe ſignificationem vocis* naturæ *apud Patres Latinos, oſtendit cap.* 4. *Harduini argumenta aggredi debebat Baſnagius, ſi cauſæ ſuæ fideret: non ad* prima elementa linguarum *provocare ſine ulla probatione. Nam ſi quis modò Lexica conſulere voluerit, facilè ex varia maximè ſignificatione vocis* natura *perſpiciet, quàm ineptè ad prima linguarum elementa provocet.*

D

Epiſtola illa Catholicæ doctrinæ de Euchariſtia

1317 *Idem ſtatim ineptiſſimum agit theologum, dum dicit:* Si Chryſoſtomus audiatur; elementum liberatur ſolummodo appellatione panis: mutatur nomen, & ſubſtantia remanet. *Ita loqui poteſt homo quilibet ineptus & ruſticus, ſi ſatis eſt multa confidenter dicere, & nihil probare. Certè Harduinus cap.* 5 *luculenter oſtendit, loco Epiſtolæ controverſo* tranſubſtantiationem *clarè doceri. Diſcutienda igitur erant Harduini argumenta, antequam hæreſim ſuam* Chryſoſtomo *attribueret Baſnagius. Verba Epiſtolæ controverſa hæc ſunt:* Sicut enim, antequam ſanctificetur panis, panem nominamus; divina autem illum * ſanctificante gratia, mediante ſacerdote, liberatus eſt quidem ab appellatione panis; dignus autem habitus Dominici * Corporis appellatione, etiamſi natura panis in ipſo permanſit, & non duo corpora, ſed unum * Corpus Filii prædicatur. *Explicatio verò Catholicorum huc recidit. Secundum Epiſtolæ auctorem ante conſecrationem* panem nominamus, *nimirum quia panis revera eſt; poſt conſecrationem,* liberatus eſt quidem appellatione panis, dignus autem habitus eſt Dominici Corporis appellatione, *nimirum quia ſubſtantia panis mutata eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti,* etiamſi natura panis, *id eſt, panis odor, ſapor, color, aliæque proprietates naturales,* in ipſo (*Sacramento*) permanſit: & non duo corpora, ſed unum corpus filii prædicatur *&c.; non alia rurſum de cauſa unum corpus Filii prædicatur, quàm quia unicum tantùm eſt corpus in Sacramento Euchariſtiæ, ſicut unica tantùm eſt Perſona in Chriſto. Auctor utitur hac ſimilitudine, ſicut in Sacramento Altaris duo ſunt, videlicet Corpus Chriſti & natura ſive accidentia aut proprietates naturales panis; ita duo ſunt in Chriſto, videlicet Divinitas & humanitas. Præterea ſicut in Sacramento unum ſolummodo eſt Corpus Chriſti, non duo corpora; ita Divinitas & humanitas in Chriſto, licèt duæ ſint naturæ, in una ſubſiſtunt Perſona divina, non in duabus.*

E

* *al.* illud

* *al.* dominicæ

* *al* unus

F

planè conformis eſt, contrariaque hæreſi tam Calvini quàm Lutheri.

1318 *Jam verò breviter oſtendo, adducta ſimilitudine tam Calvini quàm Lutheri errorem reprobari; approbari verò Catholicam de Euchariſtia ſententiam. Secundum Calvinum panis poſt conſecrationem manet panis. Itaque, ſecundum illam hæreſim, non haberemus duo illa, quæ in Euchariſtia ſimul habentur; ſicut duæ naturæ in una ſubſiſtunt Chriſti Perſona. Lutherus voluit, panem in Euchariſtia manere unà cum Corpore Chriſti. Quare, ſecundum hanc hæreſim, duo in Sacramento Altaris eſſent corpora. At auctor*

A ctor Epiſtolæ unum dumtaxat ibi corpus agnoſcit; ſicut unam aſſerit in Chriſto Perſonam. Demum ſententia Catholicorum habet, in Sacramento Altaris verum eſſe Corpus & Sanguinem Jeſu Chriſti unà cum proprietatibus naturalibus panis & vini, atque ex ambobus ſimul conſtitui Sacramentum. Itaque Catholici cum auctore Epiſtolæ in Euchariſtia admittunt duo diverſa, ſed unum tantùm Chriſti Corpus, non duo corpora; quemadmodum duas agnoſcimus in Chriſto naturas, at unam tantùm Perſonam. Hæc brevis expoſitio nobis ſufficiet, cùm plura de hiſce videri poſſint apud Harduinum.

In gratiam hæreticorum, qui de illa Epiſtola triumphârunt,

1319 *Audiamus tamen & triumphantem Baſnagium, qui ex dictis ſuis, quæ omnia falſitatis convicimus, ita infert:* Sic penitus ruit tranſſubſtantiatio &c. *Non repetam dicta, quibus oſtendi, verba controverſa Baſnagio eſſe prorſus contraria, & conſequenter iis refutari Calvinianum & Lutheranum de Sacramento Altaris errorem. Illud unum obſervo, tanti hìc fieri auctoritatem* Chryſoſtomi *à Baſnagio, quanti illam faciendam ne credunt quidem Catholici. Alii quoque heterodoxi ita triumphârunt de inventa Epiſtola ad Cæſarium, quam &*

B Chryſoſtomi *eſſe, & ſibi faventem volebant, ut ne pauperrimus quidem magis ſibi plaudere poſſit, invento nummo adulterato, quem aureum credit. Itaque ſi tanti faciunt traditionem Eccleſiæ per ſanctos Patres ad nos perlatam; audiant* Chryſoſtomum *in Operibus minimè dubiis. In Homilia 2 ad Populum Antiochenum tom. 2 pag. 34 ſic loquitur ſanctus Doctor:* Helias nempe meloten diſcipulo reliquit: Filius autem Dei aſcendens, ſuam nobis carnem reliquit: ſed Helias quidem exutus, Chriſtus autem & nobis reliquit, & ipſam habens aſcendit. *Hæc jam adduxerat Bigotius. At Baſnagius tacuit. In Homilia 82, aliàs 83, in Matthæum num. 5* Chryſoſtomus *ita loquitur:* Non parvum enim imminet ſupplicium iis, qui indignè communicant. Cogita, quantùm contra proditorem indignaris, & contra eos, qui Chriſtum crucifixerunt: cave ergo, ne tu ipſe reus ſis Corporis & Sanguinis Chriſti. Illi ſacrum Corpus trucidârunt, tu poſt tot beneficia cum ſordida ſuſcipis anima. *Nullum eſt dubium, quin verum Corpus trucidârint Judæi. Verum igitur corpus à nobis ſuſcipi, teſtatur* Chryſoſtomus.

C *proferuntur aliqua loca ex Operibus Chryſoſtomi indubitatis.*

1320 *Hinc amorem Dei in nos expendens, poſt pauca iterum ſic loquitur:* Quis paſtor propriis ſibi membris oves nutrit? Ecquid paſtorem dico? Matres ſæpè ſunt, quæ poſt partum infantes aliis nutricibus dant. Ipſe verò id non paſſus eſt, ſed nos proprio ſanguine nutrit, & per omnia ſibi copulat. *Matres non adhibent figuram lactis, ſed lacte vero paſcunt infantes, quando illud ipſe præſtant: ita igitur & vero ſanguine homines paſcit Chriſtus ſecundum* Chryſoſtomum. *Hactenus Calvinianos tangit Sanctus, mox etiam Lutheranos his verbis:* Non ſunt humanæ virtutis hæc opera. Is, qui tunc in illa cœna hæc confecit, & nunc etiam operatur: nos miniſtrorum habemus Ordinem: qui verò illa ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt. *Si Chriſtus* tranſmutat *panem & vinum, ut aſſerit* Chryſoſtomus; *non manet igitur panis & vinum unà cum Corpore & Sanguine Chriſti. Audite igitur Calviniani & Lutherani* Chryſoſtomum, *quem tanti facitis, monentem ibidem num. 4:* Deo igitur ubique obſequamur, nec contradicamus ei, etiamſi id, quod dicit, rationi & intelligentiæ noſtræ contrarium videatur; ſed prævaleat ejus ſermo rationi & intelligentiæ noſtræ. Sic etiam in Myſteriis faciamus: non ea ſolùm, quæ ſub ſenſum cadunt, reſpicientes; ſed verba ejus retinentes. Verbum quippe ejus fallere nequit; ſenſus verò noſter facilè decipitur. Verbum ejus numquam excidit; ſenſus verò ſæpè fallitur. Quoniam verò ille dixit, Hoc EST CORPUS MEUM, obtemperemus, credamus, & ſpiritualibus oculis ipſum reſpiciamus. *Et mox:* Quot ſunt, qui modò dicunt: Vellem ejus formam, typum, veſtimenta, calceamenta videre? Ecce illum vides, ipſum tangis, ipſum comedis. Et tu quidem veſtimenta videre cupis: ipſe verò ſeipſum tibi dat, non videndum modò, ſed tangendum, comedendum, intus accipiendum *&c. Æquè clara ſunt Sancti verba in aliis locis, & fortè etiam clariora: ſed locum primò obvium ſtatim amplexus ſum; cumque ſatis clarum exiſtimo, modò* Chryſoſtomum *audire velint adverſarii, qui à placitis Lutheri & Calvini citò ad veram Catholicorum fidem redibunt, ſimul atque* Chryſoſtomum *alioſque ſanctos Patres maluerint duces ſequi, quàm Leonem Iſauricum & Conſtantinum Copronymum, alioſque hæreticos, à quibus Lutherus & Calvinus errores ſuos mutuati ſunt. Verùm hæc de illis ſufficiant.*

AUCTORE J. S.

E

1321 *Nunc verò alia inchoanda eſt diſputatio, inquirendumque, utrùm Epiſtola ad Cæſarium revera ſit* Chryſoſtomi, *prout heterodoxi paſſim voluerunt, & Bigotius, Harduinus, aliique Catholici ſine multo examine crediderunt. Laudatus antè* Michaël Lequien in Diſſertatione tertia, in fronte Operum S. Joannis Damaſceni poſita, pag. XLVIII & ſeqq. *inquit Montfauconus,* ſe περὶ γνησιότητος Operis dubitare teſtificatus, hujuſmodi argumenta propoſuit ad eam Chryſoſtomo abjudicandam. *Tum argumenta aliqua laudati ſcriptoris recenſet. Verùm laudatus Lequienus non ſolùm dubitavit, ut ille ait, ſed Epiſtolam omnino abjudicavit* Chryſoſtomo, *ideoque, priuſquam rationes ſuas proponeret, ita locutus eſt.* Quocirca operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi momenta hìc afferam, quibus adducor ad Epiſtolam hanc magno Chryſoſtomo abjudicandam. *Argumenta Lequieni non ſolùm Montfaucono, ſed etiam Maffeio perſuaſerunt, ſuppoſitam eſſe* Chryſoſtomo *Epiſtolam ad Cæſarium. Hinc eruditiſſimus marchio in Epiſtola ad Baſnagium varia propoſuit argumenta, quibus Epiſtolam ad Cæſarium* Chryſoſtomo *abjudicat. Mihi quoque,* F *conſideratis argumentis illorum omnium, tam certum videtur, illam non eſſe* Chryſoſtomi *Epiſtolam, ut ne dubitare quidem de ſuppoſitione poſſim. Verumtamen inter Lequienum & Montfauconum non convenit in omnibus de mente auctoris Epiſtolæ. Lequienus exiſtimat, hominem fuiſſe Neſtorianæ hæreſi addictum, qui Eutychianos ita oppugnaverit in illa Epiſtola, ut & quædam doctrinæ Catholicæ capita improbare voluerit, atque illud nominatim, Deum eſſe paſſum. At Montfauconus fidem auctoris non habet ſuſpectam, atque exiſtimat Epiſtolam præcipuè eſſe ſcriptam contra Apollinariſtas, & contra librum quemdam Apollinaris de Incarnatione, memoratum ab Eulogio apud Photium col. 850, his verbis:* Impius verò Apollinarius libro ſuo de Incarnatione, vide quid ſcribat: "O nova creatura, & divina mixtio! „Deus & homo unam conficiunt naturam.„ *Porrò, ut meam de auctore ſententiam paucis aperiam, videtur ille fuiſſe probè Catholicus, atque Apollinariſtis, Eutychianis & Neſtorianis æquè contrarius, ut certiùs oſtendi poſſet, ſi exſtaret ipſa Epiſtola Græca, & ſatis probabitur per decurſum.*

Epiſtolam illam recentiſſimi ſcriptores Chryſoſtomo abjudicant:

AUCTORE J. S.

prima Maffeii & aliorum ratio ex maxima ſtyli diverſitate :

1322 *Nunc, lector ſtudiose, argumenta illuſtriſſimi Maffeii ad Epiſtolam* Chryſoſtomo *abjudicandam recenſebo, eaque ex aliis nonnihil confirmabo. Quid verò & quantum ad ſingula reſponderit Baſnagius, fideliter obſervabo. Maffeius, ſicut apparet ex Epiſtola ejus Italica, edita poſt Hiſtoriam diplomaticam, pag* 275 *obſervat primò, ſermonem Græcum Epiſtolæ eſſe corruptum & obſcurum, & à ſtylo* Chryſoſtomi *alienum. Hac de re Montfauconus in Monito prævio, quod eodem ferè tempore ſcripſit, pag.* 738 *ita ſcribit :* Stylus mirum quantum à Chryſoſtomi dicendi genere alienus ; quod nunc faciliùs deprehenditur, cùm ex Græcis longè plura quàm antea publicantur. Hîc omnia peregrinum olent, nec vel minimum quidpiam obſervatur, quod Chryſoſtomum ſapiat ; ita ut, qui ex aliis ſcriptis & Epiſtolis Chryſoſtomi ad hanc Epiſtolam ſe conferat, in alium ſe orbem tranſlatum putet. Quis apud Chryſoſtomum vidit τηλαυγῶς διαγορεύειν, quis ταῦτα κατηγορεῖται vidit hoc ſenſu, HÆC PRÆDICANTUR ? Ubi tam jejunus orator fuit Chryſoſtomus, cùm de ſocio olim & contubernali ad ſanam mentem reducendo ageretur ?

B Argumentandi genus Chryſoſtomi elucet in Orationibus contra Anomœos & contra Judæos. Eas confer cum hac Epiſtola, & ſtatim conſpicies, quantum ſit inter hanc & illas diſcrimen. *Hactenus veriſſimè Montfauconus, cui uſque adeo aſſentior, ut poſt lectam ſemel Epiſtolam ſola ſtyli diverſitas abundè mihi perſuaſerit,* Chryſoſtomi *non eſſe Epiſtolam. Tacuit ad illud Maffeii argumentum Baſnagius.*

aliæ duæ Maffeii rationes, ad quas ſolas, reſpondit Baſnagius :

1323 *Ille verò objecit ſecundò, inventum eſſe integrum fragmentum Græcum, quod ad Epiſtolam ſpectare videtur, quódque partim tantum reperitur in verſione Latina. Ad hoc argumentum reſpondet Baſnagius, illud videri fragmentum alterius* Chryſoſtomi *Epiſtolæ. Attamen fragmentum Græcum Maffeii videtur aptiſſimè cum ceteris Epiſtolæ partibus cohærere. Sed res illa exigui eſt momenti. Objecit tertiò Maffeius, Epiſtolam ad Cæſarium non eſſe inventam in ullo codice, in quo habentur Opera* S. Chryſoſtomi. *Ad hoc quoque argumentum auſus eſt reſpondere Baſnagius, qui pag.* 229 *ſcribit ſequentia :* Conjecit vir celeberrimus Epiſtolam ad Cæſarium immerito Chryſoſtomi præferre nomen, idque duplici ratione ; primò, propterea quòd notiſſima fuerit, & tamen cum cæteris Operibus in Mss. codicibus non occurrit. Deinde monuit virum celeberrimum il Signor abbas Salvini, eſſe diverſam planè Chryſoſtomi ad Cæſarium monachum Epiſtolam (*imò fragmentum planè diverſum ejuſdem Epiſtolæ credidit*) in bibliotheca Laurentiana cod. 37 del banco 31 quam mecum communicatam hîc libentiſſimè ſubjicimus. Latinam reddidimus, ut & argumenta viri clariſſimi, quippe nihil celare volumus *&c. Tam verè hoc dicit Baſnagius, quàm verè antea ſcripſerat :* Nunc indubitata eſt Epiſtola Chryſoſtomi. *Nam duo illa argumenta Maffeii, ceteris leviora, tantùm refutanda ſuſcepit ; reliqua, utpote graviora, ſilentio præterire maluit, uti & magnam Maffeii Epiſtolæ partem ſupprimere. Adeo* nihil celare *voluit Baſnagius, qui Catholicis objicit, quòd auſi non fuerint* periculis imminentibus ſeſe objicere. *Ceterùm an duobus Maffeii argumentis ſatisfecerit, videri poteſt apud ipſum Maffeium, qui iterum reſpondit. Mihi ſatis erit, urgentiora elucidare argumenta.*

1324 *Quartò itaque objecit laudatus Maffeius hac verba, quæ ex Italicis Latina facio.* Quid dicemus, cùm in illa Epiſtola clarè fiat mentio de hæreſi Neſtorii, qui non cœpit illam diſſeminare, niſi pluſquam viginti annis poſt mortem S. Joannis Chryſoſtomi ? *Ad hoc argumentum obmutuit Baſnagius. Harduinus in annotatis ad Epiſtolam pag.* 6, *& in Diſſertatione cap.* 6 *agnoſcit, Neſtorii errorem variis locis reprehendi in laudata Epiſtola. In Annotatis ita ſcribit :* Neſtoriana hæc poſtea amentia fuit, cui præter Theodorum Mopſueſtenum, alii jam antè præluſerant, quos Athanaſius refellit in Epiſtola ad Epictetum. *Et mox iterum obſervat, ſimilem prorſus orationem Neſtorii & à Cyrillo refutari, & ab auctore hujus Epiſtolæ. Itaque auctor Epiſtolæ pro Neſtoriano habendus non eſt, ut voluit Lequienus. Nam clarius videtur, quàm ut operosè probari debeat, Neſtorianos quoque errores in hac Epiſtola attingi, damnari ac refutari. Fatetur id Harduinus ; ſed credit, iſta dici adverſus prodromos Neſtorii. Ita quidem objectioni utcumque ſatisfaceret, ſi certis omnino argumentis Epiſtola* Chryſoſtomo *adſcribi poſſet, cùm revera aliqui viam ſtraverint erroribus Neſtorii. Verùm cùm Epiſtola nullo alio argumento poſſit* Chryſoſtomo *attribui, quàm* E *ſolo titulo, qui certò ad id non ſufficit, ne cogamur innumera ſcripta ſuppoſititia ob titulum in Mss. inventum eidem adſcribere ; reſponſio Harduini non ſatis ſit veriſimilis. Nam plerique errores, quos in Epiſtola ad Epictetum reprehendit S. Athanaſius, erant Apollinariſtarum. Quod verò inter illos erat conſonum cum erroribus Neſtorianis, non tam citò invaluiſſe videtur, aut ſparſum fuiſſe in vulgus, ut credibile ſit, contra illos errores egiſſe* Chryſoſtomum. *Etenim, etſi aliqui ſcriptis ſuis immiſcuerint errores Neſtorianis ſimiles, idque præcipuè credatur de Theodoro Mopſueſteno ; errores illi parùm noti fuerunt, vivente* Chryſoſtomo ; *ſed ſolùm in ſcriptis quorumdam detecti creduntur, poſtquam à Neſtorio diſſeminati fuerant, ac damnati ab Eccleſia. Certè* Chryſoſtomus *in Operibus aliis non reperitur diſſeruiſſe contra errores pòſt à Neſtorio diſſeminatos, ita ut credibile non ſit, illos* Chryſoſtomi *tempore innotuiſſe.*

quarta Maffeii ratio, quia Epiſtola videtur ſcripta poſt cognitos Neſtorii & Eutychetis errores,

1325 *Præterea fatetur Harduinus, ſimilem Neſtorii orationem & à Cyrillo refutatam eſſe, & in Epiſtola ad Cæſarium reprehenſam, dum dicitur :* Si iterum hominem dixeris, qui pertulit, inveniris purum ædificans templum *&c. Neſtorius ipſe his verbis feritur. Nam ipſe in Sermone* 1 *apud Garnerium pag.* 5 *ita loquitur :* Non creavit Deum Verbum Spiritus ſanctus : ſed Deo Verbo templum fabricatus eſt, quod habitaret, ex Virgine. *An Theodorus Mopſueſtenus, aliique, qui Neſtorio præluſerunt, ejuſmodi vocibus uſi ſint, non conſtat. Imò probabile mihi non apparet, ullos ante Neſtorium innotuiſſe, qui ipſius errores tam clarè docuerint, aut ipſos errores tam manifeſtè fuiſſe cognitos ante Neſtorium, quàm eos videatur cognoviſſe auctor Epiſtolæ. Hic enim circa finem rurſum contrà Eutychianos dicit :* Pium & valde pium, Chriſtum, qui morte circumdatus eſt, confiteri in Divinitate perfectum & in humanitate perfectum, unum filium unigenitum, non dividendum in Filiorum dualitatem ; portantem tamen in ſemetipſo indiviſarum duarum naturarum inconvertibiliter (*Græcè* ἀσυγχύτως, *id eſt*, inconfuſas) proprietates : non alterum & alterum, abſit ; ſed unum & eumdem Dominum Jeſum Chriſtum Verbum, carne noſtra amictum, & ipſâ non inanimatâ aut irrationabili, ſicut impius Apollinarius di-

AUCTORE J. S.

A dicit. *Hæc verba, quibus primùm Eutychiani, mox Neſtoriani, ac demum Apollinariſtæ damnantur, mihi ſcripta non videntur, niſi poſt exortam Eutychianorum hæreſim, unam tantùm Chriſto naturam attribuentium; ideoque annis, ut minimùm, quadraginta poſt mortem* Chryſoſtomi.

imò & poſt Chalcedonenſe concilium, ut quintò obſervat Maſſeius.

1326 *Quintò objecit Maſſeius, Epiſtolam ad Cæſarium poſt concilium Chalcedonenſe videri ſcriptam, atque ita ratiocinatur:* Certè non fuit citata in illo concilio, neque in ſexto contra Monothelitas, neque in Lateranenſi ſub Martino I: inſuper non fuit laudata à Theodoreto, neque à Leontio Byzantino, neque ab Anaſtaſio Sinaïta, neque à defenſoribus Neſtorii, qui alios Chryſoſtomi locos minùs efficaces adduxerunt. *Idem argumentum latiùs proſequitur Lequienus, ita iſtud ordiens:* Non ſolùm verò ex his, quæ attuli, apparet, Epiſtolam ad Cæſarium monachum Chryſoſtomi obitu, imò & Neſtorianæ hæreſis exortu, recentiorem eſſe: verùm & ſcriptam auſim affirmare poſt concilium Chalcedonenſe. *Ad hoc probandum affert ex Epiſtola aliquot loquendi modos, ante concilium Chalcedonenſe minùs uſitatos. Ipſa quoque Maſſeii probatio ex Lequieno deſumpta. Verùm ad iſtud argumentum rurſum nihil repoſuit Baſnagius, imò & partem illam Epiſtolæ Maſſeii cum omnibus ſequentibus, quæ contra Calvinianos & Lutheranos diſputavit laudatus ſcriptor, planè prætermiſit in ſua præfatione. Solùm in fine monet, hanc Epiſtolæ partem, quâ Maſſeius* probare conatur verba Chryſoſtomi tranſſubſtantiationi non adverſari, *à ſe prætermiſſam, cùm, inquit,* controverſias non agitare polliciti ſimus. *Ita mirabilis ille pugil Calvinianus novit ad argumenta duo leviora reſpondere, ſuppreſſiſque ſilentio reliquis, acſi ad omnia reſpondiſſet, ſpem optimam verbis ſimulare, imò & triumphum canere ſine pugna.*

B

Baſnagii mala fides oſtenditur.

1327 *Verùm quis tam cæcus ſit, ut non videat, Baſnagium ipſum credere non potuiſſe, quæ tam confidenter aſſerit? Accepit Epiſtolam à Maſſeio, quâ Epiſtola ad Cæſarium* Chryſoſtomo *abjudicatur, quâque lector remittitur ad Diſſertationem Michaëlis Lequien, operoſiùs probantis eam* Chryſoſtomo *eſſe ſuppoſitam. Audet tamen imprimenda dare hæc verba:* Nunc indubitata eſt Chryſoſtomi Epiſtola, confitentibus ipſis, qui majori partium ſtudio tenebantur. *Quis umquam apertum magis protulit mendacium? Protulit Maſſeius quinque aut ſex argumenta ad Epiſtolam* Chryſoſtomo *abjudicandam. Ille verò ait, id eum facere tentâſſe* duplici ratione: *& ad argumenta duo ceteris leviora reſpondet. Quid fieri poteſt fraudulentius? Monet iteratis vicibus, nolle ſe controverſias agere. Et tamen poſt pauca verba de vocibus φύσις &* natura *imperitè prolata, confidenter exclamat:* Sic penitus ruit tranſſubſtantiatio. *Quid hac jactantiâ leve magis aut puerile? Ignoſcat æquus lector, ſi acriori uſus videar ſtylo contra Baſnagium, conſideretque, me ipſi potiùs reſpondiſſe ad querelas contra Catholicos acerbo calamo & ſine juſta ratione prolatas, quàm priorem tali ſtylo uſum eſſe. Accuſavit ille Catholicos generatim, acſi* præfracta fronte *negarent,* quæ veriſſima ſunt. *Quare, cùm ejuſmodi accuſationem ſuis ſaltem perſuadere vellet, eumque in finem mendaciis ac mala fide uteretur, id palàm edicere & oſtendere non dubitavi. Nunc demum, dimiſſo penitus Baſnagio, ad examen redeamus Epiſtolæ, in qua non ſolùm Neſtorii prodromos, ſed ipſum quoque Neſtorium, eoque poſteriores hæreticos improbari, jam utcumque probavimus.*

C

Auctor Epiſtolæ non præcipuè contra Apollinariſtas,

1328 *Porrò quantò magis expendo illam Epiſtolam, tantò certiùs mihi apparet, illius auctorem non diſputare præcipuè contra hæreſim Apollinariſtarum, ſed contra Eutychianam ſive Monophyſitarum hæreſim, quâ aſſerebatur una tantùm in Chriſto natura. Nam effugia Eutychianorum refert & refutat: Apollinariſtas verò tantùm memorare videtur ut hæreticos antiquiores, quorum præcipuum errorem inſtaurabant Eutychiani. Mentem humanam Chriſto negaverat Apollinaris, dicens Divinitatem ejus locum ſuppleviſſe, ideoque imperfectam Chriſto attribuebat humanitatem. Imperfectam quoque humanitatem Eutyches faciebat, cùm diceret, Divinitatem ac humanitatem in unam coaluiſſe naturam. Ambo igitur negabant perfectam Chriſti humanitatem. Hinc poſt initium auctor de libro, quo Cæſarius in errorem erat lapſus, quique prædicabat* concurſum eſſentialem & mixtionem ſacram, factam ex Divinitate & carne *&c. ſtatim dicit, ſecundum Græcum textum:* Hæc eſt inſipientis Apollinarii abſurditas. *Mox verò hæreſim illam componit cum erroribus* Arii, Apollinarii, Sabellii, & Manetis, *quatenus ex illorum erroribus ſequeretur, Divinitatem eſſe paſſam. Hic* Apollinaris *ponitur inter antiquos hæreſiarchas, quorum prava dogmata renovabantur ab iis, qui Cæſarium deceperant. Paulò poſt iterum ait:* Doctoris enim eorum eſt liber, Apollinarii. *Et ſic, ubicumque de Apollinare loquitur, loquitur tamquam de hæreſiarcha, qui ut talis erat notus. Id liquet ex verbis num.* 1325 *datis:* Sicut impius Apollinarius dicit. *Ex dictis veriſimile eſt, librum Apollinaris ab Eutychianis datum eſſe Cæſario, ignoranti librum eſſe illius hæreſiarchæ, ut illum ad hæreſim Eutychianam pertraherent.*

D

ſed maximè contra Eutychianos

1329 *Certè, quamvis inter Apollinariſtas & Eutychianos maxima fuerit affinitas, ſinguli tamen diverſos habuerunt hæreſes ſuas exprimendi & defendendi modos. De perfecta Chriſti humanitate diſputabatur adverſus Apollinariſtas, mentem Chriſto humanam negantes, ut videri poteſt apud S. Epiphanium in hæreſi* 77, *ſive* Dimœritarum, *ut Apollinariſtæ vocabantur. Contra Eutychianos verò diſputabatur de duabus Chriſti naturis, quia illi unam tantùm Chriſto attribuebant naturam, ex utraque mixtam, indeque* Monophyſitæ *ſunt dicti. Jam verò advertamus, quid probare intendat auctor Epiſtolæ, ut intelligamus, contra quos diſputet. Nullibi auctor oſtendere conatur, Chriſtum non caruiſſe mente humana, ut diſputandum erat contra Apollinariſtas. Hoſce igitur non aggreditur, ſubinde tamen ferit ob affinitatem utriuſque hæreſeos. Verùm ubique oſtendere intendit, duas fuiſſe in Chriſto naturas, eaſque perfectas & impermixtas, quod probandum erat adverſus Monophyſitas. Etenim poſt initium, quo dixerat, illam hæreſim cum antiquioribus & maximè cum hæreſi Apollinariſtarum coincidere; ſtatim deſcribit utramque naturam, aſſeritque utramque in Chriſto eſſe.*

E

de duabus Chriſti naturis diſſerit;

1330 *Tum eo utitur argumento, quantum ex mendoſiſſima interpretatione colligere poſſum. Chriſtus paſſione ſua nos redemit: habuit igitur duas naturas. Etenim natura divina pati non potuit: in ea ergo non eſt paſſus. Si vero ſolam Chriſto attribuis naturam humanam, eamque paſſam dixeris,* inveniris purum ædificans templum

AUCTORE J. S.

(*cum Nestorio*) *id est, passionem fingis non satis efficacem ad salutem nostram. Duæ ergo eidem personæ, sive Christo, attribuendæ sunt naturæ, ut pati potuerit in natura humana, & patiendo abundè satisfacere pro nobis & mereri Persona Divina. Addit:* Unus Filius, unus Dominus, idem ipse procul dubio unitarum naturarum unam dominationem, unam potestatem possidens, (*hoc contra Nestorium*) etiamsi non consubstantiales existunt (*quod ferit Apollinaristas quosdam*, Synusiastas *dictos*) & unaquæque incommixtam proprietatis conservat agnitionem, propter hoc quod inconfusa

[a] *al.* duo

sunt dico[a]. *Hæc ultima inferuntur contra Monophysitas. At vertendum fuit*, inconfusas, *videlicet naturæ. Deinde utitur similitudine à Sacramento Altaris, in quo proprietates naturales panis & Corpus Dominicum simul reperiuntur, ut inferat, duas naturas in una persona uniri posse. Hisce alia addit argumenta ad ostendendum duas naturas, infertque:* Quod ergo infernum evomuit unam in Christo naturam dicere? *Hæc omnia aptissimè disputantur contra Eutychianos.*

Ideoque multo posterior est Chrysostomo.

1331 *Post alia argumenta eódem tendentia, effugia quædam illorum hæreticorum recenset. Ex hisce priora poterant etiam Apollinaristis æquè ac Eutychianis in usu fuisse. At Eutychianorum, non Apollinaristarum, hæc certè erant:* Post unitatem (*Græcè rectiùs* unitionem) non oportet dicere duas naturas. *Et circa finem:* Fugiamus (*eos*,) qui unam naturam post unitionem prodigialiter dicunt. *Hæc ne satis quidem congrua erant hæresi Apollinaris, nec umquam ab Apollinaristis videntur dicta. Nullum igitur mihi potest esse dubium, quin auctor contra Eutychianos propriè disputet, ideoque diu post* Chrysostomum *scripserit. Hoc ipsum colligitur ex eo, quòd Apollinaristas sine ratiocinio sæpe redarguat, sicut & Nestorianos frequenter percutit, uti & Synusiastas semel iterumque. Paulò ante finem dicit, hæreticos, contra quos disserit, unam statuendo Christi naturam, in eam incidere impietatem,* ut passionem Divinitati undique secundum Apollinarium excogitantes, decidant à promissis bonis. *Divinitatem autem esse passam, docuerunt aliqui Apollinaristæ, teste S. Epiphanio hær. 77 pag. 1026, non verò ipse Apollinaris, si credimus Epiphanio. Synusiastæ certè impiam illam sequelam effugere non poterant. cùm carnem Filio Dei consubstantialem dicerent. Attamen* Theopaschitæ, *qui apertè profitebantur, Divinitatem esse passam, ex Eutychianis orti sunt seriùs, quando Petrus Fullo, episcopatus Antiocheni invasor, vergente ad finem seculo* V, *Trisagio adjecit hæc verba:* Qui passus est pro nobis. *Impietatem quidem illam subinde impugnat auctor Epistolæ. Attamen magis credo, eum agere contra Monophysitas, ex quorum dogmate id sequebatur, quàm contra ipsos Theopaschitas. Verùm sive priores oppugnaverit, sive posteriores, saltem posterior est* Chrysostomo, *cui perperam attributa est ea Epistola.*

Argumenta opinionis contrariæ levia sunt,

1332 *Cæterùm breviter respondendum est ad argumenta Harduini & aliorum, qui Epistolam* Chrysostomo *tribuunt. Pro Epistola eam laudârunt S. Joannes Damascenus, Anastasius presbyter, Nicephorus Constantinopolitanus, aliique posteriores, quibus accedit titulus ipse in codice Ms., qui* Chrysostomum *planè indicat. Fortia hæc videri poterunt argumenta, iis præsertim, qui, licèt aliàs eximia sint eruditione, non multùm curârunt examinare Opera* Chrysostomi *genuina & supposititia. Verùm, si quis sedulò consideraverit, quàm ingens Opusculorum numerus falsò* Chrysostomi *nomine reperiuntur inscriptus in codicibus Mss., titulo non multum movebitur, etiamsi additum legatur secundum exsilium. Imò illa ipsa additio, quæ in titulis aliarum Epistolarum non reperitur, fraudis suspicionem ingerit; cùm in tota Epistola nullum sit verbum aut de exsilio aut de incommodis in eo à Sancto toleratis. Quod verò spectat ad auctoritatem illorum, qui Epistolam nomine* Chrysostomi *laudârunt, illa tanta non est, ut cedere non debeat rationibus pro suppositione allatis, cùm omnes illi scriptores aliquot seculis* Chrysostomo *sint posteriores; variaque Opuscula Sancti nomine laudata sint ab auctoribus multò antiquioribus, & vel sic inter supposititia meritò habeantur.*

si comparentur cum notis;

1333 *Quapropter silentium eorum, qui seculis quinto, sexto & septimo floruerunt, ac contra Eutychianos egerunt aut scripserunt, quique illam Epistolam laudare in primis debuerant, si fuisset* Chrysostomi, *plus roboris habet ad eam Sancto abjudicandam, quàm valeat laudatorum scriptorum auctoritas, ad eam* Chrysostomo *tribuendam; præsertim quia nihil, quod* Chrysostomum *sapit, in tota reperitur Epistola, non stylus ille floridus Sancto familiaris; non vis illa & ubertas in differendo, quâ præcellit; non frequens ille locorum sacræ Scripturæ, & vel maximè Epistolarum S. Pauli usus, quibus aliàs abundare solet; nullus loquendi modus* Chrysostomo *proprius, nulla demum umbra suavissimæ ac potentissimæ illius facundiæ, quâ homines ad sententiam suam perducere animosque rapere noverat disertissimus Orator. Contrà, ut videre quilibet potest, tota Epistola est sicca subtilisque dissertatio theologica, quâ fidei Catholicæ dogmata satis quidem asserta leguntur contra Eutychianos, Apollinaristas & Nestorianos; sed non tam solidè ac prolixè ex sacris Litteris probata; quàm ea stabiliisset* Chrysostomus, *si eam suscipere potuisset aut suscepisset provinciam. Tanta igitur inter hanc & alias* Chrysostomi *Epistolas est styli diversitas, ut ea vel sola sufficere possit ad Epistolam* Chrysostomo *non attribuendam.*

nec dubitandum, quin Epistola sit supposititia.

1334 *Verumtamen ex materia, de qua in Epistola disputatur, longè efficaciùs ostenditur, eam non esse à* Chrysostomo *scriptam, ipsoque diu posteriorem esse Epistolæ auctorem, qui Nestorianos & Eutychianos redarguit ut hæreticos, Apollinaristas verò hæreticis vetustioribus annumerat. Aliud quoque argumentum ex verbis aliquot Epistolæ adduxit Montfauconus, ita scribens:* Is, ad quem scribitur, est Cæsarius monachus, qui jamdiu unà cum Epistolæ scriptore idem institutum vitæ tenuerat, nempe monasticum. Nam illud significant hæc verba paulò post initium Epistolæ: "Verumtamen nos recordantes tuæ nobiscum „ conversationis „ . . . Quibus significatur, hujus Epistolæ scriptorem idipsum institutum vitæ tenuisse, quod Cæsarius profitebatur, nempe monasticum. Id de Chrysostomo quidem dici posset, qui juvenis inter monachos versabatur, & asceticam vitam agebat. Sed an verisimile est, si cum Cæsario vitam monasticam egerit, qui Cæsarius ad usque secundum ejus exsilium superstes fuerit, ipsique litteras scribere consueverit, illius tamen nuspiam mentionem habendam fore, vel in Epistolis vel in Vita Chrysostomi? *Hactenus Montfauconus, ex cujus observatione satis probabiliter eruitur, auctorem Epistolæ monachum fuisse, dum scribebat. Etenim non loquitur de conversatione, sive de instituto vitæ, quod ipse postea deseruerat, nec dicit se olim cum Cæsa-*

A *rio fuiſſe in eodem vitæ inſtituto ; ſed potiùs inſinuat, ſe in eodem etiam inſtituto perſeverare. Verùm, qualiſcumque fuerit inſtituti ſcriptor Epiſtolæ, ſatis clarum eſt, non fuiſſe* Chryſoſtomum.

§ LXXXIII. Vita S. Gregorii Illuminatoris non habet Chryſoſtomum auctorem : neque hic umquam Cucuſi concionatus videtur : locum exſilii mutat, in itinere multa patitur, ac tandem de obitu monitus à S. Baſiliſco martyre, piè moritur.

Encomium S. Gregorii Armeni

B *Montfauconus tom.* 12 *Operum* Chryſoſtomi *pag.* 822 *edidit Latinè* Encomium ſancti Gregorii Armenorum Illuminatoris, auctore S. Joanne Chryſoſtomo. *Illud teſtatur haberi in tribus Homiliariis Armenis bibliothecæ regiæ Pariſienſis. Titulum in ſecundo codice aliis antiquiore hunc Encomio præfixum eſſe obſervat :* Beati Joannis Chryſoſtomi Homilia, dicta de vita & ſuppliciis magni patriarchæ & martyris Gregorii Armenorum illuminatoris, pronuntiata Kokiſi, quæ eſt Armeniæ urbs (dum erat ibi in exſilio) efflagitante quodam doctore & epiſcopo Armenorum, qui Dioſcorus vocabatur, atque conſanguineus erat martyris Gregorii ; poſtulantibus quoque magno cœtu & copioſa plebe, qui ab eodem Sancto petebant, ut illuminatoris partium Orientalium in ejus die feſto memoriam faceret. *Idem ferè titulus eſt in altero codice. Encomium iſtud* ex Armena in Latinam linguam tranſlatum *eſſe* à D. abbate de Villefroy, linguarum Orientalium peritiâ inſigni, *teſtatur Montfauconus. Ex allegato autem titulo, non modò ſcriptum à* Chryſoſtomo *eſſet iſtud Encomium, ſed etiam pro concione dictum* Cucuſi, *ſive exigua nominis mutatione* Kokiſi, *ubi ultra annum in exſilio manſit Sanctus.*

C *non eſt ſcriptum à Chryſoſtomo, nedum pro concione dictum.*

1336 *Inquirens porrò Montfauconus, an Encomium iſtud* Chryſoſtomi *ſit cenſendum, ſententiam ſuam declarat his verbis :* Exordium certè nihil habet à Chryſoſtomo alienum : verùm in progreſſu tot tantaque occurrunt à Chryſoſtomi more atque ſtylo diſſonantia, ut tanto Doctori nemo adſcribere auſit ; puteum nempe & foſſam loquentem, ſerpentes & dracones orantes, Tiridatem regem in aprum converſum, & portenta ſimilia : quæ tamen ipſa in Vita ſancti Gregorii illuminatoris leguntur, cujus Vitæ manuſcriptos duos codices vidi, alterum bibliothecæ regiæ, alterum Coiſlinianæ. Poſſet fortaſſe dici, Chryſoſtomum concionem in laudem ſancti Gregorii illuminatoris habuiſſe ; ſed illam ab Armenis ita immutatam fuiſſe, ut jam Chryſoſtomi ſtylus ibi ferè nuſquam compareat. *Hactenus Montfauconus, cui lubens aſſentior, Encomium tam fabuloſum non poſſe prudenter* Chryſoſtomo *attribui. Quin imò nihilo magis credo,* Chryſoſtomum *umquam Cucuſi ad concionem dixiſſe, cum quòd illud nullus antiquorum aſſeruerit, tum quòd inde inimici ipſius, ſi id revera feciſſet, novarum calumniarum occaſionem arripere potuiſſent. At, inquit Montfauconus,* Epiſcopus Cucuſi epiſcopalem ipſi ſedem ſuam concedere voluit, neque neganti facilè obtemperavit. *Ex hac opinione, quantùm exiſtimo, in eam inductus eſt, ut exiſtimaret,* Chryſoſtomum *fortè concionatum eſſe Cucuſi. At illud ipſum, quod aſſerit de Cucuſi epiſcopo, caret idoneo fundamento : nam ſolùm legitur in Epiſtola* 125, *quam ſuppoſititiam, & ineptiis quibuſdam fœdatam oſtendi* § 69. *Laudat Sanctus epiſcopum Cucuſi in Epiſtola* 14 *ad Olympiadem, ut benevolum in ſe. At de oblato epiſcopatu neque ibi, nec alio loco, quidpiam dicit, cùm tamen ſimilia non facilè celaret Olympiadem. Hoc igitur forſan æquè fictitium eſt, ac alia quædam ejuſdem Epiſtolæ.*

AUCTORE J. S.

alia de geſtis Sancti in exſilio aſſerta improbabilia.

1337 *Attamen longè apertiùs fabuloſa videntur, quæ ſcripſit Georgius Alexandrinus apud Savilium pag.* 235 *de primis* Chryſoſtomi *geſtis, poſtquam venerat Cucuſum. Affirmat ille, paralyticum adductum eſſe ad Sanctum, ab eoque ſanatum, quod factum per ſe non excedit veriſimilitudinem. At mox adjungit, eo miraculo converſam ad fidem eſſe innumeram infidelium multitudinem ; pro hiſce verò à* Chryſoſtomo *conſecratos ſeptem epiſcopos, multoſque presbyteros & diaconos. Hæc planè incredibilia ſunt & apertè fabuloſa, cùm Cucuſus eſſet locus deſertiſſimus, parumque commercii haberet cum aliis civitatibus, augentibus etiam loci ſolitudinem perpetuis Iſaurorum incurſionibus. Hinc æquè incredibilia fiunt, quæ adduntur de expoſito Armenis Pſalterio, Novoque primùm, ac deinde Veteri Teſtamento, ſi de publica expoſitione intelligantur. Privata verò expoſitio non eſt improbabilis : nam poterat Sanctus habere electos aliquot diſcipulos, quibus privatim ſacras Litteras exponeret, ſicut novimus anno* 405 *apud ipſum fuiſſe Theodotum lectorem,* § 77 *memoratum. Hiſce obſervatis, ad poſteriora Sancti geſta accedamus.*

E

Ubi Chryſoſtomus Arabiſſi etiam virtutibus inclareſcebat,

1338 *Ex Epiſtolis ſub finem anni* 406 *ſcriptis vidimus,* Chryſoſtomum *eo tempore fuiſſe tenui quidem utcumque tamen bona valetudine, idque malè habuiſſe ipſius adverſarios. Hinc tamen non rectè inferemus, ſanitatem Sancti tota illa hieme non fuiſſe ullo morbo tentatam, cùm contrarium magis ſit veriſimile. Veriſimile quoque non eſt, Sanctum illa hieme fuiſſe Cucuſi. Certè Palladius non meminit de reductione ipſius Cucuſum, poſtquam ſemel Arabiſſum dixerat perductum, & jam antea refutatæ ſunt rationes, ex quibus in eam opinionem deductus eſt Tillemontius. Audiamus Palladium pag.* 96 : Cùm autem, *inquit,* ob id (*id eſt, ob famam Cucuſi obtentam*) ipſi inviderent illi fratricidæ, Arabiſſum eum transferunt (*circa finem anni* 405) variis vexationibus ſubjicientes, ut vitam tandem relinqueret. Et illic rurſus non mediocriter virtutibus ſplendeſcens (non poteſt enim civitas abſcondi ſupra montem poſita, neque lucerna ſplendidè lucens ligneo modio contegi) excitavit veluti ex ignorantiæ ſomno ad ſermonis divini lucem ex omni vicina regione eos, qui gravi infidelitatis ſopore oppreſſi erant.

F

inimici ipſius invidiâ ducti curant,

1339 Porrò vehementiùs invidiæ flammâ accenſi Severianus & Porphyrius, ac quidam alii epiſcopi Syriæ, ut ipſe illinc quoque transferretur, moliuntur. Nam gravis ipſis erat non ſolùm in proſperis, quæ putantur, rebus, ſed mul-

AUCTORE J. S.

multò magis in adversis. Ignorabant scilicet tentationum naturam: neque meminerant divini ac Apostolum in afflictionibus oraculi: "Sufficit tibi „gratia mea: virtus enim mea in infirmitate per„ficitur„. Videntes enim Antiochenam ecclesiam in Armeniam migrâsse; & illinc rursus Antiochiæ jucundissimam Johannis philosophiam prædicari, optabant vel vitam abrumpere, his narrationibus velut flagris torti. Hujusmodi est bonorum hostis invidia: adeo ut clerici, qui eos sequebantur, cùm id viderent, mirabundi dicerent: Videte mortuum terribilem, vivos victoresque terrentem, ut pueros terrent larvæ. Papæ! ii, qui sæcularibus potestatibus atque ecclesiasticis opibus succincti sunt cum potestate & cum rerum imperio, Sacerdotem solum, extorrem, corpore infirmum, exsulem timent, & pallent titubantes.

et transferatur Pityunta prope Colchidem:

1340 Cùm igitur non possent ampliùs serpentem casâ conditum retinere, mittentes ad comitatum, rursus rescriptum acrius obtinent cum mulcta, intra breve tempus ut transferretur Pityuntem, locum regionis Tzanorum desertissimum, ad littus Pontici maris situm. *Consentit Theodoretus lib.* 5 *cap.* 34, *ex Armenia* Pityuntem *fuisse amandatum. De situ loci addit:* Oppidum est situm in extremis finibus Ponti & imperii Romani, quod accolunt crudelissimi Barbari. *Oppidum ipsum non erat in ditione Barbarorum, sed Romanorum, situmque est in confiniis Ponti & Colchidis. Pityunta fuisse in Insula, observat Valesius in Annotatis ad Theodoretum ex Ammiano Marcellino; sed apud alios id non invenio.* Tzani, *aliàs* Sanni, Thanni, *&* Zanni *etiam dicti; erant fœderati Romanorum, & sub ipsis militabant. Non erant igitur illi Barbari, quibus Pityunta vicinam facit Theodoretus. At hi Lazi fuerunt, opinor, quibuscum varia bella gesserunt Romani: nam Lazi oram maritimam Colchidis incoluerunt. Itaque* Chrysostomus, *qui fuerat prope fines Romani imperii versus imperium Persicum, mittebatur in Septemtrionem ad extremum imperii Romani limitem, cùm ut longiùs abesset à Syria, tum ut itineris laboribus frangeretur.*

B

Sanctus mirè vexatur in itinere,

C

1341 *Mandatum illud imperatoris, ubi ad inimicos* Chrysostomi *pervenerat, tam celeriter ac crudeliter perficiendum curârunt, ut nullum Sancto fuisse videatur otium, quo litteras ea de re ad amicos daret. Certè nullam ipsius Epistolam habemus anno* 407, *quo hæc contigerunt, datam. Sozomenus lib.* 8 *cap.* 28 *de exsecutione mandati solùm dicit:* Milites igitur confestim advenientes, edictum exsecutioni mandârunt. *Palladius verò hisce diutiùs immoratur, atque ita orditur pag.* 98: Milites autem præfecti prætorio, qui eum ducebant, per viam eum maximè urgebant, dicentes id habere se in mandatis; tamquam, si mortuus esset in itinere, ad majores gradus evehendi. Et unus quidem ex iis, de præsenti militia minùs sollicitus, nonnihil humanitatis quodammodo furtim ostendebat. Alter autem usque adeo crudelis erat atque atrox, ut blanditias, quæ sibi ab occurrentibus fiebant, ut Sancto parceret, injurias reputaret; illud unum curans, ut mala morte Johannes enecaretur. Cùm enim imber esset vehemens, nihil curans egreditur, ita ut per dorsum & per pectus aquarum rivi decurrerent. Ingentem rursus solis æstum pro deliciis habebat, cùm nôsset eo beati Johannis caput, Elisæi instar calvum, vexari. Ceterùm in urbe aut vico, ubi balneorum solatium erat, ne momento quidem infelix ille permittebat Sanctum morari. In his omnibus ad menses tres difficillimum illud iter faciens Sanctus, veluti fidus coruscans perstabat, habens corpusculum, ut pomum in supremis ramis, à sole rubens.

D

quod trium mensium fuisse dicitur,

1342 *Difficultatem hîc parit tempus trium mensium, quod itineri attribuere videtur Palladius, cùm urbs Comana Pontica, prope quam Sanctus obiit, non videatur tam longè Arabisso distare, ut trimestre spatium itineri impendendum fuerit. Tillemontius Notâ* 101 *existimat,* Chrysostomum *primò Cucuso Arabissum fuisse translatum, indeque postea ad ulterius exsilium: atque utrique itineri simul ac interjecto tempori assignari trimestre spatium. Verùm conjectura illa Palladio contraria est: hic enim clarè itineri soli tres attribuit menses, tantumque spatium interjicit inter utramque translationem, ut totum illud tribus mensibus concludi nequeat. Quare improbabilis omnino est illa Tillemontii conjectura: dicendumque est, aut vocem* τρίμηνον, trimestre spatium, *corruptam esse, aut errâsse Palladium, aut demum ductores* Chrysostomi *non processisse rectâ viâ, sed de industria per multos circuitus Sanctum fuisse ductum, ut in via vitam finiret. Corruptio vocis mihi non satis fit verisimilis, quia easdem planè voces exscripsit Georgius Alexandrinus. Errâsse Palladium etiam non existimo, quia iter fuisse videtur diuturnum: nam tota illa æstate nullam à Sancto scriptam fuisse Epistolam, minùs saltem mirabimur, si credamus, ipsum perpetuò fuisse in itinere, neque Epistolarum commercium eidem fuisse permissum.*

E

ductus fortasse per circuitus ad locum exsilii.

1343 *Sola igitur mihi placet conjectura ultima de circuitibus in itinere à militibus ultrò quæsitis, ut Sanctum nimio labore non modò fatigarent, sed etiam ad finem vitæ perducerent. Sic, anno* 405 *ad finem vergente,* Chrysostomum *loca perpetuò mutando miserè afflixerunt, & in morbum gravissimum conjecerunt, cùm facili negotio ipsum Cucuso Arabissum statim perducere potuissent. Præterea trimestre spatium apud Palladium verisimiliter tantùm significat menses duos, & dies aliquot excurrentes. Verba autem Palladii insinuant, iter fuisse pedestre, ita ut singulis diebus parùm viæ conficere posset Sanctus, corpore tenui ac macilento debilique adeo valetudine, ut modico itinere fatigari nimiùm posset, à prolixa ambulatione impeditus. Modica itinera frequenter repetita, quæ militibus commoda erant, sufficiebant ad mortem Sancto tam debili accelerandam. Hisce omnibus consideratis, iter, quod inter Arabissum est & Comana Pontica, tam breve videri non debebit, ut illi non potuerit impendi ultra duos menses, uti factum asserit Palladius, ad quem modò regredior.*

F

Cùm venerat circa urbem Comana in Ponto, ei apparet

1344 Cùm autem Comanis appropinquâssent, *inquit*, pontis instar ea prætergressi, extra muros in martyrio, quinque aut sex millibus dissito, manserunt. Eadem ipsa nocte apparuit ei loci illius martyr, nomine Basiliscus, qui episcopus Comanorum cùm esset, martyrium passus est Nicomediæ in Bithynia sub Maximino (*Græcè* Maximiano) unà cum Luciano presbytero Antiocheno, dicens: Macte animo, frater Johannes: crastina enim die unà erimus. Prædixerat quoque, ut aiunt, & ibi permanenti presbytero: Para locum fratri Johanni: venit enim. *De hac apparitione Sozomenus lib.* 8 *cap.* 28 *sic habet:* Ceterùm aiunt Johannem, cùm à militibus abduceretur, in itinere diem obitus sui prævidisse, apparente ipsi Basiliscо martyre in oppido

AUCTORE J. S.

A pido Armeniæ Comanis. Quo in loco cùm vires ei ad iter faciendum deficerent, capitis enim dolore laborabat, nec ſolis radios perferre poſſet, ex morbo interiit. *Theodoretus lib.* 5 *cap.* 34, *ubi dixerat Pityunta fuiſſe relegatum, ſubdit*: Verùm clemens Dominus invictum Athletam ad hanc inſulam non permiſit abduci. Nam cùm veniſſet Comana, ad vitam ſenii ac doloris expertem eum tranſtulit. Corpus verò ejus, quod egregio certamine perfunctum fuerat, juxta loculum ſancti martyris Baſiliſci depoſitum eſt, cùm id martyr in ſomnis apparens fieri juſſiſſet. *De morte & ſepultura mox plura dabo. At pauca priùs obſervanda ſunt de S. Baſiliſco.*

S. Baſiliſcus martyr, qui non videtur epiſcopus fuiſſe;

1345 *Majores noſtri ad diem* III *Martii dederunt Acta S. Baſiliſci martyris, qui ſub Galerio Maximiano paſſus eſt prope urbem Comanam, aut Comana in Ponto, & deinde clanculùm à Chriſtianis ſepultus. De ipſius epiſcopatu Acta nihil habent, uti nec elogia ex Græcis Menæis & Menologiis prolata. Nullus enim S. Baſiliſcus epiſcopus in Græcis reperitur Faſtis. Quare rectè cenſuerunt Majores noſtri, S. Baſiliſcum, qui* S. Chryſoſtomo *apparuiſſe dicitur, non alium eſſe à laudato martyre; erroremque irrepſiſſe in Palladii Dialogum, ubi epiſcopus dicitur, &, ut locum aliqui intelligunt, Nicomediæ paſſus unà cum S. Luciano presbytero Antiocheno. Verùm Tillemontius, ſolitus à Majoribus noſtris non rarò ſine juſta ratione diſſentire, hîc etiam pugnat pro contraria opinione, non ſolùm in Vita* Chryſoſtomi, *ſed magis tom.* 5 *Monument. in S. Baſiliſco, ubi Notâ* 4 *contendit, duos diſtinguendos ſanctos Baſiliſcos, alterum militem, alterum epiſcopum; & hunc* S. Chryſoſtomo *apparuiſſe. Rationes aliquot allegat, quas fideliter referam, & examinabo.*

B

nam textus Græcus Palladii, ex quo ipſum epiſcopum fecit interpres Latinus,

1346 *Primò ait, Palladium talem eſſe ſcriptorem, ut de ipſius auctoritate dubitare non poſſimus. Reſpondeo, id minimè dictum oportuiſſe à Tillemontio, qui à Palladio non rarò diſſentit in Vita* Chryſoſtomi; *hîc autem dici ſine judicio, cùm agatur de Sancto, qui integro ſeculo defunctus eſt, antequam ſcripſit Palladius. Corrigere Palladium tentat Tillemontius in eo, quod dicit poſt annuam commorationem Cucuſi, tranſlatum fuiſſe Arabiſſum, & rurſum in trimeſtri aſſerto itinere, id eſt, in geſtis* Chryſoſtomi *recentiſſimis, & quidem ſine juſtis rationibus, ut vidimus. Qua igitur ratione contendit, irrefragabilem eſſe auctoritatem Palladii in re toto ſeculo præterita? Secundò ait, qualitatès admodùm differentes attribui Baſiliſcis duobus, diverſos deſignari martyrii ſocios, loca item diverſa, ex quibus omnino duo videntur ſtatuendi. Reſpondeo, locum Palladii, ex quo illa colliguntur, tam vitioſum videri & mendoſum, ut vix dubitare poſſim, quin ſit corruptus.*

C

1347 *Verba Græca, quibus Latina non conſonant, huc traduco:* κατ' αὐτὴν δὲ τὴν νύκτα παρέστη αὐτῷ ὁ τῆ τόπυ ἐκείνυ μάρτυς, Βασίλισκος ὄνομα αὐτῷ, ὃς μαρτυρεῖ ἐπίσκοπος ὢν Κομανῶν, ἐν Νικομηδείᾳ, ἐπὶ Μαξιμιανῦ, ἅμα Λουκιανῷ τῷ ἐν Βιθυνίᾳ πρεσβυτέρῳ ὄντι Αντιοχείας. *Verba Latina Græcis correſpondentia ſubjungo.* Eadem nocte adſtitit ipſi loci illius martyr, Baſiliſcus nomen ei, qui teſtatur * epiſcopus exiſtens Comanorum, Nicomediæ, ſub Maximiano, unà cum Luciano, qui in Bithynia presbyter eſt * Antiochiæ. *Locus certè corruptus eſt, & ex conjectura ſolùm reſtitui poteſt. Biographi recentiores, quorum Opuſcula edidit Savilius tom.* 8, *in varias abierunt*

* *aut* martyrio coronatur *in præſenti*
* *aut* erat

opiniones. Georgius Alexandrinus pag. 247 *dat illa ipſa verba corrupta ſine ulla expoſitione ulteriore. Leo imperator pag.* 290 *locum aliter intelligit, ita ſcribens:* Ἰδοὺ αὐτῷ νυκτὸς Βασίλισκος καὶ Λυκιανὸς οἱ μάρτυρες φαίνονται &c. Ecce ipſi noctu Baſiliſcus & Lucianus martyres apparent. *Tacet ille de epiſcopatu Baſiliſci, eique Lucianum addit, non martyrii, ſed apparitionis ſocium. Ipſa verba, prout modò corrupta exhibentur, hunc ſenſum non minùs admittunt, quàm expoſitionem Bigotii. Anonymus verò pag.* 363 *Baſiliſcum quidem facit epiſcopum, paſſumque Nicomediæ ſub Maximiano: at de Luciano prorſus tacet; quemadmodum & Metaphraſtes facit pag.* 428.

mirè corruptus eſt, & planè ambiguus:

1348 *Hoſce autem biographos tantùm adduxi, ut oſtenderem, non modò corruptum eſſe locum, ſed expoſitionem illius etiam eſſe obſcuram & incertam. Quàm porrò corruptus ſit, paucis oſtendo. Haud dubiè Palladius conjunxit* Nicomediam & Bithyniam, *ſcripſeritque* Nicomediæ in Bithynia. *At illa per aliarum vocum interpoſitionem ita diſtracta ſunt, ut non Nicomedia, ſed Antiochia videatur in Bithynia collocari. Hunc ſanè ſenſum exhibent verba, prout jacent. At noverat Bigotius hunc eſt falſum, ideoque voces tranſpoſitas loco ſuo Latinè conatus eſt reſtituere. Secundò voces* ſub Maximiano *etiam à loco ſuo avulſas reſtituere voluit; at illas eo poſuit loco, ut errorem attribuat Palladio, cùm Lucianus non* ſub Maximiano *ſed* ſub Maximino *ſit paſſus. Hinc Latinè poſuit* ſub Maximino, *quod eſt viri hiſtoriam ſcientis, non fideliter interpretantis. Tertiò corruptio etiam aliqua eſſe videtur in illis vocibus* ὃς μαρτυρεῖ qui teſtatur, *neque eas voces exactè expreſſit Bigotius per voces,* qui martyrium paſſus eſt, *cùm vox* μαρτυρεῖ *clarè habeatur in præſenti. Quapropter interpretatio Latina ſolùm data eſt ex conjecturis, quibus locum corruptum reſtituere conatus eſt Bigotius: at hic eo conatu & errorem attribuit Palladio, & hiſtoriam inducit planè fictitiam, quantùm apparet.*

E

variæ rationes perſuadent, Baſiliſcum illum non epiſcopum fuiſſe, ſed martyrem prope Comana paſſum:

1349 *Etenim tam multa concurrunt, quò minùs credibile fiat, S. Baſiliſcum, qui* Chryſoſtomo *apparuit, fuiſſe Comanorum epiſcopum, paſſumque cum S. Luciano Nicomediæ in Bithynia, ut errorem potiùs agnoſcere deberemus in Palladio, quàm illud pro vero admittere. De S. Luciano ſcripſerunt varii, inter quos eſt Euſebius, & ipſe* Chryſoſtomus: *at nullus ipſi attribuit martyrii ſocium Baſiliſcum aliquem, aut quempiam Comanorum in Ponto epiſcopum. Secundò Baſiliſcus Comanorum epiſcopus æquè eſt ignotus apud hiſtoricos (modò excipiamus aliquos, corruptum Palladii locum poſtea ſecutos) ac in omnibus Faſtis Græcis. At, etiamſi antè minus fuiſſet notus, per celebrem illam apparitionem certè innotuiſſet, magiſque fuiſſet cultus. Quare credibile non eſt, Baſiliſcum aliquem apud Comanos ut epiſcopum fuiſſe cultum. Hinc Theodoretus & Sozomenus* martyris *titulum attribuunt S. Baſiliſco, non* epiſcopi.

F

1350 *Quartò, ſi Nicomediæ paſſus eſſet S. Baſiliſcus, corpus ipſius fuiſſet tranſlatum Comana, non verò ad vicum aliquem ignobilem, quinque aut ſex millibus ab urbe diſſitum. Quis enim credat, incolas aut clerum & epiſcopum Comanorum curaturos fuiſſe, ut corpus ſancti epiſcopi ſui per tantum terrarum ſpatium, quantum eſt inter Nicomediam in Bithynia & Comana in Ponto Polemoniaco, transferretur; illudque deinde ſepulturæ daturos in loco ignobili quinque aut ſex millibus ab urbe ſua diſſito? Quintò ille locus ſepulturæ omnino inſinuat S. Baſiliſcum martyrem, de*

AUCTORE J. S.

quo apud nos actum est die III *Martii: nam hic extra urbem martyrio coronatus est, corpusque, quod præses in flumen injici jusserat, redemptum pecuniâ à Christianis, noctuque abductum, & in agro sepultum dicitur. Quare non capio, qua crisi dicat Tillemontius, verisimile non esse, Basiliscum, qui coronatus est Comanis, tam longè ab urbe sepultum esse; cùm timor Christianorum, ne innotescerent, ipsis necessariò persuadere debuerit, ut paulò longiùs à loco supplicii & ab urbe recederent.*

nec aliud videtur voluisse ipse Palladius,

1351 *Porrò Palladium ipsum non locutum esse de alio Basiliſco martyre, nec episcopatum ipsius à Palladio assertum, prorsus mihi persuadeo ex ipso loco corrupto. Nam primò vocatur*, loci illius martyr: *quibus vocibus videtur designari martyr, qui ibidem passus erat. Episcopi titulus cùm hîc omittitur, tum postea, ubi iterum nominatur in sepultura* Chryſoſtomi. *Secundò quæ de episcopo Comanorum subduntur, non videntur spectare ad S. Basiliscum, sed ad episcopum illo tempore viventem, qui laudatur ut testis apparitionis. Innuunt id voces* ὃς μαρτυρεῖ, *propriè* qui teſtatur, *pro quibus fortè scriptum fuerit* ὡς μαρτυρεῖ ut teſtatur, *& tunc sensus eatenus erit perfectus, unâ tantùm mutatâ litterâ. Minùs rectè de S. Basiliſco explicantur illæ voces: ut enim omittam verbum* μαρτυρεῖν *rariùs usurpatum esse pro* pati martyrium; *certè scriptor uti debuisset alio tempore, quod præteritum significabat, dixisſetque* ἐμαρτύρησε *aut* μεμαρτύρηκε, *si locutus fuisset de præterito Basiliſci martyrio: & non de præsenti Comanorum episcopi testimonio.*

B

qui Lucianum apparitionis ſocium dicit.

1352 *Tertiò voces* ἅμα Λυκιανῷ unà cum Luciano, *referendæ sunt ad apparitionem, non ad martyrium, uti retulit Leo imperator, scribens Basiliſcum cum Luciano apparuisse, reliquaque missa faciens, quemadmodum & Cosmas Vestitor in Manuscripto. Hoc autem modo si exponamus Palladii verba, quæ certò transpoſita videntur, tria dicet Palladius, eaque verisimillima, nimirum Basiliſcum, qui sub Maximiano prope Comana passus est, apparuisse* Chryſoſtomo; *id testari episcopum Comanorum; atque apparuisse simul Lucianum presbyterum Antiochenum, qui passus est Nicomediæ in Bithynia. Ceterùm, quidquid sit de corrupti textus expoſitione; vel ſolus locus abundè declarat, non alium quærendum esse Basiliſcum, qui* Chryſoſtomo *apparuit, quàm Basiliſcum martyrem, quem prope Comana in Ponto Polemoniaco passum esse scimus, ibique sepultum. Porrò Comana urbs, ubi obiit* Chryſoſtomus, *non in Armenia erat, ut perperam habet Sozomenus, sed in Ponto, ubi corpus Sancti fuisse asserit S. Proclus, postea in translatione laudandus. Vicina autem erat Comana civitas Neocæsareæ, urbi satis notæ Ponti Polemoniaci, ut probatum est ad* XI *Augusti in S. Alexandro Carbonario, quem primum episcopum Comanensem constituit S. Gregorius Thaumaturgus, Neocæsariensis antiſtes.*

C

Sancti, ex itinere ad eccleſiam reducti & ſacro viatico muniti pia mors,

1353 *Hisce observatis, redeo ad Palladium, qui post relatam apparitionem pag.* 100 *subdit sequentia:* Oraculo fidens Johannes, ſequenti die oravit milites, ut ad horam quintam uſque ibi permanerent. Illi verò, non auditis ejus precibus, inde abſceſſerunt. Confectis circitèr triginta ſtadiis, rurſus ad martyrium, unde diſceſſerant, redierunt, cùm graviter ille ſeſe haberet. Sic igitur reverſus, candidas veſtes, vitâ, quam duxerat, dignas, requirit, exutuſque prioribus, eas ſibi jejunus induit, omnibus ad calceamenta uſque mutatis: atque reliquas præſentibus diſtribuit. Et ſumptis Dominicis ſymbolis, coram adſtantibus ultimam orationem facit. Et cùm dixiſſet more ſuo GLORIA DEO PROPTER OMNIA, & ultimum AMEN oblignâſſet, extendit ſpecioſos pedes, qui cucurrerunt ad ſalutem eorum, qui elegerant pœnitentiam, & ad reprehenſionem illorum, qui peccata copioſè excoluerant. Quod ſi ejus reprehenſiones nihil improbis profuerunt, cauſa non eſt imbecillitas Doctoris liberè loquentis, ſed impudentia hominum, qui eas non ſuſtinuerunt.

D

ac ſepultura, multis præſentibus peracta.

1354 Appoſitus ad patres ſuos, & abjecto pulvere, ad Chriſtum tranſiit, ut ſcriptum eſt: "Venies autem ad ſepulcrum tuum, tamquam „ frumentum maturum, quod tempore ſuo me„ titur: impiorum autem animæ immaturæ mo„ rientur „. Tanta autem multitudo virginum, monachorum, & qui ſanctitatis teſtimonium habebant, aderat è Syria, Cilicia, Ponto atque Armenia, ut plerique putarent, quaſi dato ſigno eos adveniſſe. Pollinctus igitur ad ſepulturam, & feſta celebritate honeſtatus, velut victor athleta, unà cum Baſiliſco ſepelitur in eodem martyrio. *Quod ait auctor de iis, qui ex Syria, Cilicia & Armenia adfuerunt sepulturæ, exponendum videtur de illis, qui abeuntem fuerant subsecuti. Ex variis verò Ponti locis faciliùs accurrere poterant, morte Sancti intellecta, aut etiam ante mortem concurrere ad videndum Virum tam celebrem. Socrates lib.* 6 *cap.* 21 *tempus mortis declarat, ita scribens:* Joannes verò in exſilium abductus, Comanis in Euxino Ponto extremum diem obiit, octavo decimo Calendas Octobres, ... Honorio ſepties & Theodoſio iterum conſulibus, *id est, die* XIV *Septembris anni* 407.

E

§ LXXXIV. Quis fuerit eccleſiarum, & præcipuorum illius temporis virorum, ſenſus de Chryſoſtomo: elogia quædam necdum data.

F

Socratis admiratio: & Nili elogium, aſſerentis

CElebrem fuisse Chryſoſtomi *post obitum famam*, tum ex libris, quos ſcriptos reliquit, tum ex multis ærumnis, quos pertulit, *agnoscit Socrates lib.* 6 *cap.* 2, *quasi admirans*, qua ratione plus honoris poſt obitum conſecutus ſit, quàm dum viveret. *Verùm Novatianus ille scriptor non est ex illis, qui merita* Chryſoſtomi *æqua lance expenderunt. S. Nilus monachus, cujus Epistolas ad Arcadium, laudibus* Chryſoſtomi *plenas, ejusque exsilium vehementer improbantes, num.* 1057 *jam dedi, æquior de hisce est judex. Hic autem in Epistola ad Severum, verisimiliter non diu ante mortem* Chryſoſtomi *scripta, sive lib.* 3, *Epist.* 199, *mentem suam declarat his verbis:* Invidentiâ compulſi nonnulli epiſcopi ob ſummam Joannis epiſcopi Conſtantinopolitani virtutem, divino metu valere juſſo, Hominem entheum, verè orbis univerſi lumen, inſidiis aggreſſi ſunt, feceruntque, ut & imperator piiſſimus ac ſimpliciſſimus fraudibus eorum cederet *, & Virum divinum faceret extorrem. Cùm itaque viris peſtilentibus, & malignis paſtoribus, non libens, ſed raptus aures præbuerit, probè propheta clamabat:

* caderet *mendosè impreſſum.*

A bat: Extendit manum ſuam cum homine peſtilenti. Nihilominus poſt Juſti exſilium, pars potiſſima, etiam eorum, qui in eum contechnati fuerant, Deo pœnas perſolverunt, & cum fletu & clamore confeſſi ſunt, ſe vehementer in Virum ſanctum deliquiſſe. *Nihil refert, ſive hanc Epiſtolam ante ſive poſt mortem credamus exaratam: nam conceptam ſemel de* S. Joanne *exiſtimationem numquam depoſuit S. Nilus, ut ex aliis quoque ipſius Epiſtolis patebit.*

cum aliis, pleroſque Sancti inimicos punitos.

1356 *Quod autem aſſerit de punitis divinitus plerisque Sancti inimicis, conſonum eſt dictis Palladii, qui multos enumerat pag.* 157 *&* 158, *ac rurſum aliquos memorat pag.* 225, *quos ob conſpirationem in* Chryſoſtomum, *aut fœdis morbis vexatos, aut morte miſerabili ſublatos affirmat. Idem fuit Sozomeni judicium, ut jam antè vidimus. Theodoretus hiſce omnibus omnino aſſentitur, lib.* 5 *cap.* 34 *ita ſcribens:* Plerique certè eorum, qui injurias fecerant, pœnas dederunt, & per ea, quæ paſſi ſunt, emolumentum aliis attulerunt. *Hinc factum eſt, ut numerus illorum, qui Sancto adverſabantur, paulatim decreſceret, amicorum verò ipſique devotorum multitudo au-*

B *geretur, quemadmodum affirmat S. Iſidorus Peluſiota in Epiſtola ad Symmachum jam antè laudata, cujus partes aliquas dedi. Aliam illius partem huc transfero. Eſt ea lib.* 1 *Epiſtola* 152, *atque hoc habet initium:* Petis à me, ut divini viri Joannis tragœdiam tibi exponam. At eam explicare nequeo. Mentem enim res iſta ſuperat. *Tum, improbato graviſſimis verbis Sancti exſilio, Epiſtolam claudit hoc modo:* At Davidis tamen domus invaleſcit: domus autem Saulis, ut cernis, debilitatur: tametſi Vir ille, ſuperata vitæ tempeſtate, ad cæleſtem tranquillitatem migraverit. *Invaleſcebat Davidis domus, id eſt, pars* Chryſoſtomo *addicta, parſque ipſi adverſa debilitabatur, teſte S. Iſidoro. Hic autem quàm fortis eſſet in improbandis Theophili Alexandrini contra* Chryſoſtomum *geſtis, liquet ex Epiſtola* 310 *lib.* 1 *ad S. Cyrillum, Theophili ex ſorore nepotem ac ſucceſſorem, in qua de Theophilo ſic loquitur:* Ut enim ille perſpicuum adverſum divinitus afflatum, ac Deo charum virum Joannem, furorem effudit *&c.*

Occidentales omnes ab illorum communione ſe ſeparant,

C 1357 *Laudatus Theodoretus poſt verba mox data ad propoſitum noſtrum ſubjungit ſequentia:* Ceterùm hanc injuſtitiam (*in* Chryſoſtomum *commiſſam,*) præcipuè deteſtati ſunt epiſcopi Europæ: à communione enim eorum, qui hæc fecerant, ſe ipſos ſeparârunt. Illyriciani quoque omnes eorum partibus ſeſe adjunxerunt. Orientalium verò urbium quamplurimi communionem quidem ſceleris refugerunt: corpus tamen Eccleſiæ haudquaquam diſciderunt. Et poſt mortem magni Doctoris orbis terrarum, Occidentales epiſcopi epiſcoporum Ægypti & Orientis, & Boſphori ac Thraciæ communionem non priùs admiſerunt, quàm divini illius Viri nomen, unà cum reliquis fato functis epiſcopis (*nimirum* Chryſoſtomi *olim amicis*) conſignâſſent. Et Arſacium quidem, qui poſt illum ordinatus eſt, ne ſalutare quidem dignati ſunt. *ita Theodoretus, de Attico aliqua ſubjungens, poſtmodùm danda.*

multique Orientales facta contra Sanctum improbant.

1358 *Porrò inter epiſcopos Occidentales, qui tanto ſtudio honorem* Chryſoſtomi *tuebantur, eminebant Innocentius Romanus, Cromatius Aquileienſis, Venerius Mediolanenſis, Gaudentius Brixienſis, Aurelius Carthaginenſis, omnes ſanctitate & meritis illuſtres. Hiſce etiam addi poteſt S. Auguſtinus Hipponenſis, cujus præclaram de*

ſanctitate & doctrina Chryſoſtomi *exiſtimationem elucidabo § 85. Inter illos verò, qui Theophilo ſuberant,* Chryſoſtomo *utcumque favit Syneſius Cyrenes epiſcopus in Epiſtola 66 ad Theophilum, ubi dicit de Sancto:* Honoretur enim à nobis memoria mortui, quia omnis malevolentia cum hac vita unà deponitur. AUCTORE J. S.

S. Procli Conſtantinopolitani Oratio de Chryſoſtomo,

1359 *S. Proclus, epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui ab aliquibus inter diſcipulos* Chryſoſtomi *numeratur, eumque haud dubiè juvenis cognovit, atque ipſius corpus Conſtantinopolim curavit transferendum, anno incerto, ſed ante corporis tranſlationem, in feſtivitate Sancti panegyricam de eo orationem dixit. Hujus Orationis pars, prout Latinè reddita fuerat, primùm edita eſt a Baronio, ac deinde inter Opera S. Procli pag.* 567 *recuſa eſt à Vincentio Riccardo, unde totam huc transfero:* Certè gratias Deo, fratres cariſſimi, quòd modo inenarrabili in domo ejus, in qua ſacra inſonuit tuba, pacificè agitur ſine præliis: in qua ſuaviſſimè modulante lyra, audientium ſpirituale replebatur ſpectaculum: in qua Euangelica cantavit hirundo, & floribus orthodoxiæ portum adimplevit. Eſt facta Joannis memoria omni civitati rete, ſic ut rectos E
fidei trahat: non enim ſic piſces trahit piſcatorum rete, ſicut rectos fidei traxit Joannis ſolemnitas. O gratiam, finem, & locum, & tempus vincentem! Tempus enim ſuperavit amor: finem autem invitis invicta fecit memoria: locus quidem non clauſit ſacerdotis miracula. Sed in Ponto jacet, & in Orbe terrarum laudatur; & longa manu oſculans, vobis clamat: Opus meum vos eſtis in Domino.

in qua præclara elogia Sancti,

1360 Iterum Joannes in verbis pretioſæ prædicationis margarita: Scripturæ à Deo inſpiratæ impolluta bibliotheca: divinus theſaurus intelligentiæ: ſtudioſis manibus adverſus imperialem avaritiam acutiſſima falx: vehemens diluvium hæreticorum: qui non blandientem præ timore potentiam, vel odio ex aviditate debacchantem pertimuit, ſicut Joſeph Ægyptiam. Sed paveo, ne minorem laudibus navem magnas res geſtantem mergam attonitus. Nullus etenim digne laudabit Joannem, dum non ſit alius Joannes. Sicut enim in undarum frequentia innumerabilis eſt undantium multitudo: ſic & in hujus arduæ induſtriæ multitudine, ubi magiſteria pia inundant, atque concurſant, inibi libertatis ſplendeſcunt ra- F
dii. Ab altero radietas ſolis conclareſcit, ex altero emundatio fit erroris: ab altero idolorum perditio innoteſcit, ex altero orthodoxorum fit emendatio. Ab altero Synagogæ nuditas linguâ deprehenditur: ab altero ædificia ſplendeſcunt, ex altero morum converſiones verborum vi fiunt: ab altero tentatio invaleſcit in terra, ex altero è cælo corona fulgeſcit gratiæ. O Sacerdos, cujus tantum induſtriæ lucrum, quantum veris ſuaviſſimi flores! O nomen non negans acta!

qui eum Joanne Baptiſta aliiſque Sanctis comparatur.

1361 O cognomen reddens ſpeciem anteactæ vitæ! O lingua cælis ipſis altior! O magiſteria Euangelica, tonitrua temperantia! Joannes ille, Joannes iſte: ille prædicator, iſte tuba: ille impercuſſus, iſte ſine ſervitute: ille ſine ſectis, iſte ſingularis: ille virgo, iſte caſtitatis defenſor: ille in heremo baptizans, iſte in civitate retia mittens: ille corripiebat adulterantem, iſte improperabat raptores: ille capite amputatus eſt, iſte eamdem conſtantiam præ ſe ferre non dubitavit: ille in carcere incluſus eſt, iſte in exilio deportatus. Congeſta ſunt certamina, propter hoc & multæ coronæ. Ob id Joannes cum beatiſſimo

AUCTORE J. S.

Paulo nunc clamat: Christi bonus odor sumus Deo. Omnem enim locum ab errore liberavit. In Ephesо artem Midæ nudavit. In Phryga matrem, quæ dicebatur deorum, sine filiis fecit. In Cæsarea publicana meretricia honoris vacua despoliavit. In Syria Deum impugnantes Synagogas evacuavit. In Persida verbum pietatis seminavit: ubique orthodoxæ fidei radices deposuit. Linguâ mundum Dei notitiâ replevit. Libros conscripsit: retia salutis expandit: cum Joanne de paterno Verbo theologizavit: cum Petro piam confessionem fundavit: cum Paulo propter orthodoxiam rete concussit. O Joannes tua quidem vita anxia, mors autem gloriosa, sepulchrum verò beatum, merces autem copiosa, gratia, & misericordia Domini nostri Jesu Christi cum Deo Patre & Spiritu sancto, gloria, & potestas, atque magnificentia in sæcula sæculorum, Amen.

Alia ex Theodoreti Orationibus

1362 *Theodoretus, præter ea, quæ in Historia de Sancto narravit, quinque Orationes in laudem ejus composuit; sed illas non habemus, nisi in compendio, quod Photius dedit in sua Bibliotheca. Ex eo illustri Sancti elogium dedi num.* 620. *Alia quædam hic addo. Post data ibidem verba col.* 1515 *hæc sequuntur:* O egregium post mortem Ducem! O tristem etiam hostibus post sepulturam Militem! O lyram omni harmonia præditam, morte jam solutam! O theatrum tanto tibicine orbatum! O salutarem hominum sagenam, in cælum raptam! O arborem in cælum jam & terram extensam, & huic quidem corpus, illi verò animam tradentem! In sepulcro Os Ecclesiæ conclusum est. Quantus ocellus pietatis hominum raptus est? Non mortuus es, sancte Pater, sed ut sol occidisti: non te ut mortuum dolemus, sed ut nobis absconditum: non te ut mortuum quærimus, sed ut in cælos elevatum. *Hæc ex tertia Oratione contraxit Photius. In quarta ibidem Sanctus vocatur*, Intellectus sine malitia, Mens oculata, Euangelicæ experientiæ Liber, ὁ κηρῷ πρὸς διαλλαγας ἁπλαστότερος (*id est*, cerâ faciliùs ad differentias se fingens, *quasi diceret*, facillimus ut omnibus vicissitudinibus se accommodaret.) Pelagus gratiarum, contra dolos hostium infractus, Ecclesiæ munimentum. Nullus illum hyprocriseos serpens latuit. Unde tibi vis ostendamus Joannem celebrem? ab hospitalitate? Ecquis Joanne magis hospitalis? A gravitate in honore? Ecquæ illum potestas prostravit? A studio in Ecclesiam? Cujusnam est illa concinna modulatio Psalmorum, in hanc usque diem publicè instituta? *Hactenus ex Oratione quarta.*

Chrysostomi elogia.

1363 *Ex quinta verò affert sequentia:* Da nobis, ô Pater, mutuam lyram tuam, & tuum, ad tuam laudem concede plectrum. Etsi enim manus naturæ solutæ lege sunt, sed lyra per omnem terram sonat dono gratiarum. Da nobis illam immortalem linguam. Sola enim tua lingua par est ad enarrandas res tuas. Propterea Joannes Joannem antecessit, liberè loquens æmulantem: qui morte reprehendit, prædicantem post mortem, deserti incola totius orbis sapientem (*imò* totius orbis doctorem.) Habes alias cum Apostolis cognationes: primus apud Scythas, qui... Hamaxobii dicti, aras erexisti, & barbarus vix ab equis desiliens, didicit genu flectere, & ad pavimentum incurvari, & qui captivorum lacrymis non movebatur, didicit pro peccatis flere. Quin etiam jaculatorem Persam vulnerans (*Græcè* vulnerâsti) prædicatione, & ferrei (*animo*) didicerunt Crucifixum adorare. Vicit tua lingua Chaldæorum & magorum impostoras, & Persarum inculta natio templa germinavit: non ampliùs Babylon pietatem aversata est. Hæc te similem Apostolis fecerunt: adhuc apud nos semina linguæ vigent. Quando Joannem aliquis nominat, magnus sonus exauditur. Ecclesiastica lyra antiquum plectrum cognoscit; & pro digitis sufficiunt syllabæ nominis tui. Constantinopolis vidit Syrorum vela, & contempsit. Vidit lapillos Indicos, & irrisit: nec Tyri illam color purpureus delectavit. Luteam concupivit linguam, quæ immortales doctrinæ liquores distillavit. Vidit te antiqua Ephesus, & Joannem novum appellavit. Vidit & Euangelici recordata est tonitrui. *Mox aliqua de inimicis Sancti insinuat, eosque excusare conatur, ad divinam providentiam omnia referendo.* Arcana quædam providentia, *inquit, ad Sanctum se dirigens*, scammata tibi & certaminis locum præparavit... debuit claræ vitæ clara etiam mors addi *&c.*

Joannis Cassiani

1364 *S. Joannes Cassianus*, Chrysostomi *discipulus, scribens contra Nestorium, lib. 7. de Incarnatione cap.* 30 *Sancti auctoritatem adducit hoc elogio:* Joannes Constantinopolitanorum antistitum decus, cujus sanctitas absque ulla gentilitiæ persecutionis procella ad martyrii meritu pervenit, quid de Filii Dei Incarnatione senserit, ausculta.... Hujus ergo fidem atque doctrinam, etiamsi aliorum ignorabas, sequi ac tenere debueras: cujus utique amore ac desiderio te antistitem sibi plebs religiosa delegit. Quia cùm de Antiochena ecclesia te sibi sumeret sacerdotem, ex qua illum antè prælegerat, recepturam se in te credidit, quidquid in illo habere desiisset. *Rursum cap.* 31 Chrysostomum *celebrat, dicens se ab ipso diaconum ordinatum his verbis:* Adoptatus enim à beatissimæ memoriæ Joanne episcopo in ministerium sacrum, atque oblatus Deo, etsi corpore absum, affectu illic sum: & illi dilectissimo mihi ac venerandissimo Dei populo etsi nunc præsentiâ non admiscor, tamen mente conjungor.

de Chrysostomo præclara existimatio.

1365 Unde obsecro ac deprecor omnes vos, ... mementote magistrorum veterum, sacerdotumque vestrorum, Gregorii * nobilis per orbem, Nectarei sanctimoniâ insignis, Joannis fide ac puritate mirabilis: Joannis, inquam, Joannis illius, qui verè ad similitudinem Joannis Euangelistæ & discipulus Jesu & apostolus, quasi super pectus Domini semper affectumque discubuit. Illius, inquam, mementote, illum sequimini; illius puritatem, illius fidem, illius doctrinam ac sanctimoniam cogitate. Illius mementote semper doctoris vestri ac nutritoris, in cujus quasi gremio quodammodo amplexuque crevistis: qui communis mihi ac vobis magister fuit: cujus discipuli atque institutio sumus. Illius scripta legite: illius informationem tenete: illius fidem ac meritum amplexamini. Quod etsi assequi grande est ac difficile, sequi tamen pulchrum atque sublime. Quoniam in summa rerum non adeptio tantùm, sed etiam imitatio ipsa laudanda est *&c. Hactenus Cassianus. Præclarum Sancti elogium occasione librorum de Sacerdotio ex Isidoro Pelusiota, à quo vocatur* omnium ecclesiarum oculus, *dedi num.* 132, *multaque alia ex variis per decursum Commentarii.*

* Nazianzeni

S. Nilus & scripta illius & vitæ sanctitatem celebrat,

1366 *S. Nilus, jam frequenter laudatus, sed ferè tantùm contrà persecutores* Chrysostomi, *scripta ipsius non minoris fecit, quàm Cassianus & Isidorus Pelusiota. Nam lib.* 1 *Epist.* 184 *ita scribit Hierio;* Quot putas se ipsos beatos ducunt, quòd

A quòd divini Joannis Conſtantinopolitani epiſcopi Sermonibus uti digni habiti ſunt? Eorum tu cùm admirator cultorque percupidus ſis, nimiùm laudaberis judicaberiſque fortunatus. *Rurſum lib.* 3 *Epiſt.* 13 *ſic habet:* Cùm mirum in modum venerandi & deiferi Joannis Conſtantinopolitani Sermonibus delecteris, ex illius ſcriptis ad ea, quæ nunc expoſtulâſti, reſpondebo. *Lib.* 2 *Epiſt.* 183, *poſtquam viros aliquot præclaros ſui temporis memoraverat, de* Chryſoſtomo *ſubjungit:* His jam laudatis admirabilibus viris major à Deo mundo profluens, aureis fontibus conſpicuus datus eſt Joannes Conſtantinopolitanus epiſcopus, cujus laudes multæ ſibi ſapientum linguæ diſpertitæ ſunt. Hic enim quàm veriſſimè carbunculus eſt, à tenella ætate pietatis ſplendore etiam in faſciis obvolutus, & in divino grano ignitarum cogitationum enutritus, & ardenti deſiderio per profectum carptim incrementumque in ſublime elevans flammam doctrinæ, pro qua de omni mortalium genere bene promeritus eſt, ab illis ſeparatus, utenſque prudentibus illis, qui antea propter virtutem in maxima omnium admiratione erant. *Poſteriora ſunt obſcura Latinè. Verùm indicat auctor*, B Chryſoſtomum *reliquis excellentiorem eſſe, uſumque exemplis & ſcriptis veterum.*

ac mirabiles Sancti in Miſſæ Sacrificio viſiones.

1367 *Idem lib.* 2 *in Epiſtola* 294 *ad Anaſtaſium epiſcopum alio Sanctum celebrat elogio, hiſce verbis concepto:* Byzantinæ magnæ eccleſiæ, immò orbis univerſi lumen, Joannes admirabilis ſacerdos, cùm acie oculorum valeret, ſæpenumerò conſpexit, omnibus ferè horis Dominicum (*Græcè* domum Domini, *id eſt templum*) angelorum curatione protectum, numquam ab illis deſtitutum, & potiſſimùm tempore ſacroſancti incruentique Sacrificii. Quod ille admiratione & lætitiâ plenus, amicorum illi ſpiritu conjunctorum genuinis extra turbam enarravit. Aiebat etenim ille, ſtatim atque ſacerdos ſacram inciperet oblationem, pleraſque derepentè ex beatis poteſtatibus de cælo deſcendentes, & ſplendidiſſimis quibuſdam veſtibus circumamictas, nudo pede, intentis oculis, & demiſſa facie altare circumeuntes, cum veneratione & multa quiete & ſilentio, uſque ad terribilis Myſterii conſummationem aſſiſtere: tum demum per venerandum Dominicum undique effuſas, hac atque illac ſingulas obviis epiſcopis & ſacerdotibus, & ſingulis diaconis, qui C Corpus ac venerandum Sanguinem aliis diſpertiunt, miniſtrare, auxiliari, vireſque confirmare. *Hæc ſe narrare ait S. Nilus, ut liqueat, quanta cum reverentia aſſiſtendum ſit ſacroſancto Sacrificio.*

Savilius frivola utitur ratione ad omnia miracula negandum,

1368 *Porrò hoc elogium viri ſancti ac ſynchroni facit, ut breviter ſaltem examinandam judicem cenſuram Savilii, qui in Notis ad Opera* Chryſoſtomi *tom.* 8 *pag.* 941 *levi aut potiùs nullo argumento omnem miraculorum gloriam* Chryſoſtomo *videtur eripere. Nam rectè quidem obſervat, Vitas* Chryſoſtomi *poſteriores non omnino authenticas videri; ultroque facilè admiſero, miracula in iis relata nec poſſe pro certis haberi, nec videri nobis etiam ſatis indubitata, imò aliqua etiam prorſus improbabilia. Verumtamen & argumentum, quo illud probare nititur Savilius, certò mihi falſum apparet, uti & opinio ipſa, quam aſſerere intendit.* Quidni enim fabuloſa dicam, *inquit, loquens de* Chryſoſtomi *miraculis*, cùm ipſe Chryſoſtomus ſexcentis in locis ſanationum χάρισμα & ſua ætate & aliquot antè ſeculis deſiiſſe teſtetur. *Vellem ex ſexcentis locis vel unum ſaltem allegâſſet Savilius, ut perſpicere poſſemus,*

qua utatur dialectica ad eam ſententiam Chryſoſtomo *attribuendam: neque enim ullibi in Operibus* Chryſoſtomi *reperio, nulla ſuo tempore facta fuiſſe miracula, aut gratiam ſanationum ita deſiiſſe, ut ſanationes nullæ divinitus perficerentur. Variis quidem locis aſſerit Sanctus, rariora ſuo tempore fuiſſe miracula, quàm tempore Apoſtolorum, at nullibi affirmat, nulla ſuis temporibus fuiſſe patrata, ſed potiùs contrarium.* AUCTORE J. S.

cùm teſtetur Chryſoſtomus, ſuo etiam tempore

1369 *In libro de Compunctione ad Demetrium tom.* 1 *pag.* 136 *docet, ad æternam ſalutem non requiri miracula, ſed vitam probam, ſubditque de gratia miraculorum num.* 9: Itaque licèt illa gratia nunc contracta ſit, id nihil nobis nocebit. *Contractam dicit gratiam miraculorum, non ablatam. Contra in Pſalmum* 110, *tom.* 5 *pag.* 271, *perſeverantem aſſerit gratiam miraculorum: eaque Pſalmi verba,* Memoriam fecit mirabilium ſuorum, *ita explicat:* Numquam, inquit, miracula facere prætermiſit. Hoc enim eſt, MEMORIAM FECIT, non ceſſavit, non deſtitit per omnem generationem facere miracula, & per res admirabiles excitare craſſiores. *Hoc pluribus mox verbis declarat, & poſt pauca ſubdit:* Quæ in diem uſque hodiernum fiunt.... Multa autem videri poſſunt & privatim, & in domo, & in civitatibus facta miracula. *Tum publica & omnibus nota ſubjungit.* E

facta fuiſſe miracula, ac fortè de ſe loquatur.

1370 *Deinde Homiliâ* 32, *aliàs* 33, *in Matthæum, tom.* 7 *pag.* 373, *ſanationes variorum narrat divinitus impetratas, ita loquens de eccleſia:* Etenim hîc majores noſtræ poſſeſſiones depoſitæ ſunt, hîc ſpes noſtra omnis. Quid enim hîc non magnum, non tremendum eſt? Siquidem hæc menſa longè honorabilior & ſuavior eſt, quàm tua; & lucerna, quàm lucerna tua. Id verò ſciunt, quotquot cum fide tempeſtivè oleo uncti à morbis liberati ſunt. Arca etiam hæc longè melior eſt, quàm illa, & magis neceſſaria, quæ non veſtes, ſed eleemoſynam incluſam ſervat *&c. Clarè edicit Sanctus, aliquos oleo lampadis fuiſſe ſanatos, non naturaliter, ſed miraculo, cùm dicat* quotquot cum fide *&c. Hæc oſtendunt,* Chryſoſtomum *non ſolùm credidiſſe, miracula ſuo quoque tempore in Eccleſia fuiſſe facta; ſed etiam veriſimile faciunt, ipſius quoque inunctione ægros fuiſſe ſanatos. Quapropter miraculorum gloria non videtur abjudicanda* Chryſoſtomo: *neque enim ſilentium Palladii, Socratis, Sozomeni, aliorumque coævorum magnopere urget, cùm nullus eorum geſta omnia Sancti, aut etiam pleraque enarraverit, aut enarranda ſuſceperit.* F

§ LXXXV. Chryſoſtomus ab Auguſtino mirè laudatus, & ab eodem contra Julianum vindicatus: minimè fuit obnoxius errori ſemipelagianorum.

Auctoritas Chryſoſtomi a Pelagianis objecta S. Auguſtino.

PElagiani, *quorum hæreſis exorta eſt circa finem vitæ* Chryſoſtomi, *hunc Sanctum cum aliis non paucis, tamquam opinionis ſuæ patronum, ſuiſque erroribus conſonum laudaverunt. Verùm oſtendit S. Auguſtinus,* Chryſoſtomum *non minùs, quàm alios Patres ab ipſis adductos, novellæ hæreſi eſſe contrarium, ac ſententiæ Catholicorum*

AUCTORE J. S.

consentientem. Primò in Operibus Augustini locum à Pelagianis ex Chrysostomo *objectum invenio in libro de Natura & Gratia cap.* 64, *ubi argumentum istud breviter tantùm refellit Augustinus. Iterum deinde* Chrysostomi *auctoritatem contra peccatum originale allegârat Julianus Pelagianus, cui uberiùs respondit Augustinus lib.* 1 *contra Julianum, cap.* 6 *ita ordiens, ac Julianum alloquens:* Sed quid mussites, novi. Dic jam, dic, audiamus: . . . "Sanctus Johannes, inquis, Con„stantinopolitanus negat esse in parvulis originale „ peccatum „.

at hic sanctus doctor, soluto priùs illorum argumento,

1372 *Allatoque argumento Juliani, ita respondere incipit:* Itane ista verba sancti Johannis episcopi audes tamquam è contrario tot taliumque sententiis collegarum ejus opponere, eumque ab illorum concordissima societate sejungere, & eis adversarium constituere? Absit, absit hoc malum de tanto Viro credere aut dicere. Absit, inquam, ut Constantinopolitanus Johannes de baptismate parvulorum, eorumque à paterno chirographo liberatione per Christum, tot tantisque coëpiscopis suis, maximèque Romano Innocentio, Carthaginiensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Nazianzeno Gregorio, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio. *Tum, expositio dogmate Catholico, subjungit:* Hoc sensit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Joannes; *argumentumque Juliani prolixè solvit.*

magna cum laude Chrysostomi,

1373 *Deinde auctoritatem* Chrysostomi *allegaturus contra Julianum, locosque non paucos ex ejus Operibus pro peccato Originali producturus, sic rursum alloquitur adversarium.* Nam vis audire, quid etiam ipse de hac re apertissimè dixerit? Ecce etiam ipsum numero illi adjungo Sanctorum. Ecce inter meos testes, vel inter nostros constituo judices, quem putâsti patronum tuum. Ecce & ipsum dicturus es Manichæum. Ingredere, sancte Johannes, ingredere, & confide cum fratribus tuis, à quibus te nulla ratio & nulla tentatio separavit. Opus est & tuâ, & maximè tuâ sententiâ: quoniam in tuis litteris iste juvenis invenisse se putat, unde tot tantorumque coëpiscoporum tuorum se arbitratur percellere & evacuare sententias. Quòd si verè tale aliquid invenisset, & quod ipse sentit, te sentire claruisset; numquam te unum, pace tua dixerim, tot & talibus præferre in ea caussa possemus, de quia numquam fides Christiana & Ecclesia Catholica variavit. Sed absit, ut tu aliud saperes, & in ea tam præcipuus emineres. Dic ergo & tu aliquid, unde iste juvenis confundatur & revereatur, quia quærit maculam meam; & ignosce mihi, quia cùm illi de hac re quid sentias, demonstravero, quæsiturus est & tuam: *dicendo nimirum, Manichæam ejus esse sententiam, ut sequitur. Hinc post allata quædam ex* Chrysostomo *argumenta, subjungit:* Dic, Juliane, dic etiam istum (quid enim jam dubitas dicere?) Manichæum *&c. Et post aliud argumentum:* Audisne Hominem in fide Catholica & eruditum & erudientem *&c.*?

ex variis ipsius locis,

1374 *Post pauca iterum:* Lege etiam, quemadmodum exponat idem ipse Vir sanctus eumdem ipsum Apostoli locum *&c. Rursum post plurima ex Operibus allegata:* Numquid dubitare jam poteris, sanctum Johannem tam longè esse à sensu vestro, quàm non recedit à sensu Catholico? Numquid in ejus disputatione, quâ exponit Apostoli locum, huic quæstioni, quæ inter nos vertitur, perneccessarium, ubi scriptum est; "Per „unum hominem peccatum intravit in mundum„, & cætera, quæ connexa sunt, alicubi redolet, quod vos dicitis, propter imitationem hoc esse dictum, non propter carnalem nativitatem? Nonne illo uno peccato contaminatâ dicit esse omnia *&c.*? *Et concludens argumentum, ait:* Ecce cui Viro, quàm magno Christianæ fidei, atque hujus Catholici dogmatis defensori, voluisti vestrum dogma supponere *&c. Mox verò cap.* 7: Quid te igitur adjuvit, quòd Johannis Constantinopolitani, tamquam tibi suffragaretur, testimonium posuisti? An ut unum verbum, quasi ab eo prætermissum, velut acuta calliditate captares, & tot verborum ejus, quibus obruereris, tam ingentem tibi aggerem commoveres? in tantum improvidus & incautus, ut nec in ipsa Homilia, ubi vix unum, de quo malè intellecto decepti decideretis, testimonium reperire potuisti, adverteres sanctum Johannem Constantinopolitanum satis evidenter expressisse, omnes homines, exceptis debitis propriis, paterni esse chirographi debitores. *&c.*

peccatum Originale contra illos probat;

1375 *Deinde Julianum auctoritate* Chrysostomi *æque ac Ambrosii & Basilii urgere incipit hoc modo:* Convinceris undique: luce clariora sunt testimonia tanta Sanctorum. In quorum conventum te introduxerim, conspice. Hic est Mediolanensis Ambrosius, quem magister tuus Pelagius tanta prædicatione laudavit. . . . Hic est & Constantinopolitanus Johannes, quem tu in numero eruditorum ac Sanctorum excellentissimum in hac ipsa tua, cui respondeo, disputatione posuisti. Hic est Basilius, cujus te verbis ad id, quod nunc agitur, non pertinentibus, putâsti aliquid adjuvari. *Rursum post multos Patres brevius laudatos, ad* Chrysostomum *redit num.* 33, *ex eoque plurima repetit, ita ordiens:* Postremo sanctus episcopus Johannes dicit, quem tu honorabiliter commemorâsti, quem tu sicut Sanctum eruditumque laudâsti, quem tu testimonium & gloriam de consortio veritatis suscepisse dixisti, etiam ipse dicit *&c. Et circa finem allatorum ex* Chrysostomo *ait:* Quâ sententiâ imitatio illa vestra, quod est novitium Pelagiani erroris machinamentum, Paulo apostolo scribente, & Johanne episcopo exponente, subvertitur *&c. Rursum lib.* 2 *contra Julianum inter præcipuos Ecclesiæ doctores, quos miris prosequitur laudibus,* Chrysostomum *variis vicibus celebrat. Postea verò lib.* 6 *cap.* 22 *observat, se satis respondisse ad locum à Juliano objectum.*

quam honorificentissimè de Chrysostomo loquitur Augustinus,

1376 *In Opere imperfecto contra Julianum lib.* 6 *cap.* 7 *auctoritatem* Chrysostomi *Juliano intorquet Augustinus his verbis:* Et mihi objicis peccati primi hominis granditatem, quæ tanti mali hominum omnium exstitit caussa, quasi hoc ego solus vel primus dixerim? Audi Johannem Constantinopolitanum, excellentis gloriæ sacerdotem. *Tum geminum adducit* Chrysostomi *locum. Verba ibi allata iterum resumit cap.* 9, *id hisce insinuans:* Ut verbis sancti Johannis utar. *Porrò ex allegatis S. Augustini locis clarum est, quanti fecerit* Chrysostomum, *quem circa finem ultimi Operis sui non modò contra Julianum bis laudat, sed etiam* excellentis gloriæ Sacerdotem *vocat: quem à Juliano* in numero eruditorum ac Sanctorum excellentissimum *dici observat, nec laudem tantam improbat. De quo ipse etiam dicit:* Sed absit, ut tu aliud saperes, & in ea (*Ecclesia*) tam præcipuus emineres; *quibus verbis* Chrysostomum *multùm in Ecclesia eminere significat.*

1377 *Observo præterea, S. Augustinum in Operibus posterioribus multo honorificentiùs loqui de*

S. Chry

in Operibus posterioribus, ubi scripta ejus legerat.

S. Chrysostomo, *quàm fecerat in prioribus, in quibus nec* Sancti *titulum eidem attribuit, nec eruditionem ipsius celebrat. Ratio est, quia antea nihil ex Operibus* Chrysostomi *legerat Augustinus, ut ipse fatetur in Epistola* 82, *aliàs* 19, *ad S. Hieronymum, circa annum* 405 *scripta. In libro de Natura & gratia, scripto anno* 415, *etiam breviter tantùm refellit objecta ex* Chrysostomo, *sine ullo hujus elogio, aut titulo* Sancti: *quia fortasse ne tunc quidem* Chrysostomi *Opera viderat. At ea certò acceperat, antequam anno* 421 *libros sex contra Julianum exararet; indeque factum, ut meritis tunc* Chrysostomum *laudibus celebrare cœperit, eumque in postremo etiam Opere suo quàm maximè celebraverit.*

Notandum hoc contra illos, qui temere credidérunt,

1378 *Porrò ex hisce prudenti lectori considerandum propono, quantam fidem mereantur theologi nonnulli, qui crediderunt,* Chrysostomum *fuisse in errore Semipelagianorum. Etenim errores Semipelagianorum non ignoravit S. Augustinus, qui posterioribus vitæ suæ annis varia contra Semipelagianos scripsit Opuscula. Quis modò nisi imprudens existimet, non potuisse Augustinum invenire in Operibus* Chrysostomi *errores Semipelagianorum, si in illis revera legerentur; aut potuisse in laudes illius Sancti & Doctrinæ ipsius adeo profusum esse, & quidem in libris contra Pelagianos scriptis, si errores Pelagianæ hæresi affines in illis umquam reperisset?*

B

Sanctum fuisse in opinionibus Semipelagianis.

1379 *Attamen si consideremus, qualis fuerit opinio Jansenii Iprensis de hæresi Semipelagiana, minùs mirabimur, quòd scriptores aliqui, ipsum nimis secuti,* Chrysostomum *æquè ac alios Patres Augustino priores, eadem cum Semipelagianis sensisse contenderint, cùm notum sit ac manifestum, dogmata quædam Catholica pro erroribus Semipelagianis fuisse traducta à Jansenio. Verùm magis mirandum est, quòd ea de re Jansenio alii quidam consenserint, Doctoremque ab Augustino adeo laudatum utcumque de errore suspectum habuerint. Captârunt illi dicta aliqua Sancti, quæ vera quidem sunt, si rectè exponantur; sed quæ in sensum Semipelagianorum torqueri fortè possunt, quia Sanctus non credidit, omnia sibi semper explicanda, & liberiùs subinde loquebatur, necdum nata hæresi Pelagiana.*

Chrysostomus fidem, fideique initium attribuit Deo.

1380 *At facilè meo quidem judicio ostendi potest, docuisse* Chrysostomum *veritates Catholicas Semipelagianis erroribus directè oppositas. Primò in Epistolam ad Ephesios Hom.* 6 Chrysostomus *clarè edicit, fidem esse donum Dei, ipsumque fidei initium non homini attribuendum esse, sed Deo.* Non enim, *inquit*, à nobis ipsis accessimus, sed ab ipso (*Christo*) adducti sumus. "Nam nemo, „*inquit*, venit ad Patrem, nisi per me„. Et rursum: "Ego sum via, veritas & vita„. *Hisce verbis non solùm affirmat, sed etiam probat, fidem à Deo donatam esse. Hac de causa observat, in verbis illis ad Ephesios cap.* 2. ℣ 18; Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem; *vocem Græcam, (hanc interpres Latinus* accessum *expressit,) Græcè non esse* προσοδον accessum, *sed* προσαγωγὴν, adductionem. *Hinc paulò pòst, relata vocatione S. Pauli ad fidem, recitatisque verbis ipsius ad Ephesios* 3 ℣ 2 *&* 3, *iterum subjungit:* Hîc ostendit, quòd universum sit Dei, quòd nihil attulimus. Quid enim, dic, quæso? Non ipse magnus ille Paulus & admirandus, qui legem didicit, qui ad pedes Gamalielis exactè fuit eruditus, gratiâ fuit salvus? *Hic non modò gratuita ad fidem vocatio asseritur; sed clarè etiam excluduntur merita prævia. Plura adduci possunt ex eadem Homilia; sed adducta sufficiunt, ut intelligamus,* Chrysostomum *longè abfuisse à præcipuo errore Semipelagianorum, quo initium fidei attribuitur homini.* AUCTORE J. S.

per gratiam internam excitanti & adjuvanti,

1381 *De interna autem vocatione per gratiam excitantem & adjuvantem loqui* Chrysostomum, *ex multis quoque locis ostendi potest. In Psalmum* 115, *tom.* 5 *pag.* 310, *allatis Apostoli verbis,* Habentes autem eumdem spiritum fidei *&c., ita deinde scribit:* Quare autem non dixit, Habentes autem eamdem fidem; sed, Habentes autem eumdem spiritum fidei? *Tum ad propositum nostrum sic respondet:* Ostendens opus esse suppeditatione Spiritûs ad conscendendum ad altitudinem fidei, & vilipendendam rationum imbecillitatem. *Tum distinguit fidem miraculorum, & illam,* perquam sumus omnes fideles. *De hac verò mox subdit:* Atqui hîc quoque est nobis opus auxilio Spiritûs. Etenim de quadam scribit Lucas *: "Ape- * Act. 16.
„ruit cor ejus, ut attenderet ad ea, quæ dice-
„bantur à Paulò„. Et Christus: "Nemo venit
„ad me, nisi Pater traxerit eum„. *Idem ulteriùs ostendit, formans hanc objectionem contra liberum arbitrium:* Si ergo hoc Dei est, quomodo peccant, qui non credunt, cùm nec Spiritus opem ferat, nec Pater trahat, nec in viam deducat Filius? De seipso enim dicit: Ego sum via. Hoc autem dicit, ostendens se opus esse ad hoc, ut adducantur ad Patrem. *Multò plura ad hoc propositum addit, ita ut luce clarius sit,* Chrysostomum *intelligere per vocationem ad fidem, gratiam internam excitantem & adjuvantem.* E

sine præviis meritis

1382 *Idem Sanctus in* 2 *Epistolam ad Timotheum Hom.* 6 *num.* 2 *explicans illa verba cap.* 2 ℣ 25, Ne quando Deus det illis pœnitentiam, *&c; ita loquitur:* Non dixit, NE FORTE POSSINT; *sed* NE FORTE DET ILLIS DEUS resipiscere: & si quid fiat, totum Dei est. Tu plantas, tu irrigas: ille seminat, & fructus parere curat.... Hoc autem non de dogmatibus tantùm dicitur; sed etiam de vita. *Hîc Sanctus & fidei & bonorum operum initium non humanis meritis aut viribus, sed divinæ gratiæ rursum adscribit: ac directè iterum contrarius est erroribus Semipelagianorum, quemadmodum in Matthæum Hom.* 69, *al.* 70, *tom.* 7 *pag.* 681 *paucis his verbis edicit:* Vocamur autem non ex merito, sed ex gratia. F

nostris.

1383 *Plurima afferri possunt, quibus clarissimè edicit* Chrysostomus, *gratiam Dei nobis esse necessariam, non solùm ad rectè operandum, sed etiam ad piè credendum; neque modò necessariam esse gratiam adjuvantem in opere, sed etiam prævenientem & excitantem ad credendum aut bene operandum. Verumtamen plura non adducam; sed solùm expendam, qua ratione factum videatur, ut subinde* Chrysostomus *aliqua dixerit, quæ primo intuitu non longè videantur abesse ab erroribus Semipelagianorum, nimium libero arbitrio tribuentium.*

At non ubique omnia explicat, sed securiùs subinde loquitur.

1384 *Præcipua ratio esse videtur, quòd multus esset in adhortando ad vitam piam, probam, sanctam, ad fugienda peccata, & exercenda opera bona: multus quoque in asserendo libero arbitrio contra Manichæos & alios. Cúmque nec-dum nata esset hæresis Pelagiana aut Semipelagiana, non curabat divinæ gratiæ œconòmiam ubique explicare, sed securiùs loquebatur, ut observat S. Augustinus lib.* 1 *contra Julianum cap.* 6, *explicans illa* Chrysostomi *verba:* Ideo & infantes baptizamus, quamvis peccata non habentes, *quæ Julianus contra peccatum originale objecerat.* Intellige propria, (*sive personalia peccata, inquit Au-*

AUCTORE J. S.

Augustinus) & nulla contentio est. *Additque:* At, inquies, cur non ipse addidit propria? Cur putamus, nisi quia disputans in Catholica Ecclesia, non se aliter intelligi arbitrabatur? Tali quæstione nullius *pulsabatur, vobis nondum litigantibus, securiùs loquebatur. *Itaque mirari non debemus, si in* Chrysostomi *Operibus inveniantur verba aliqua, quæ & sensu Catholico rectè exponi possunt, & in perversum etiam sensum trahi, quod & in aliorum Patrum scriptis, & in ipsis quoque sacris Litteris contingit. Videamus igitur, an non facili negotio verba* Chrysostomi *exponi possint.*

* *al.* nullus

Locus Chrysostomi ab aliquo objectus,

1385 *Invenio, objectam à nonnemine esse Homiliam 12 in Epistolam ad Hebræos. Pugnat ibi num.* 3 Chrysostomus *pro libero hominis arbitrio, eaque occasione dicit sequentia:* Oportet enim nos primùm bona eligere, & cùm elegerimus, tunc (*Deus*) affert quæ sua sunt. Non prævenit nostras voluntates, ne perdat nostrum libertum arbitrium. Quando autem nos elegerimus, tum nobis multum affert auxilium. *Et post pauca:* Nam nostrum quidem est præeligere & velle: Dei autem

B est perficere, & ad finem deducere. *Rursum sub finem Homiliæ ex allegatis ibi Isaïæ verbis sic ratiocinatur:* Vides, quòd oporteat nos priores mundare, & tunc Deus mundat. Nam, cùm priùs dixisset (*Propheta:*) Lavamini, mundi estote, tunc subjunxit: Ego dealbabo. *Quid hisce omnibus vult* Chrysostomus? *Id unum, meo quidem judicio, nimirum actionem bonam non fieri, nisi hominis consensus accedat, sive non perfici opera bona per solam Dei gratiam sine hominis consensu. Non negat Sanctus, hominis intellectum illuminari ac voluntatem excitari, antequam in opus bonum consentiat; non negat, in illum ipsum consensum gratiam adjuvantem influere; at solùm negat, actionem perfici à sola gratia sine consensu nostro; sive observat, bonum opus non fieri sine electione nostra, sine voluntate nostra, sine libero arbitrio nostro.*

facilè explicari rectè potest,

1386 *Hoc significant illa:* Oportet nos primùm bona eligere. *Et:* Nostrum quidem est præeligere & velle. *Quasi diceret:* Sine electione & voluntate nostra opus bonum non ponitur. Necesse est, ut velimus. *Illud verò:* Non prævenit (*Græcè* προφθάνει prævertit) nostras voluntates (*Græcè* βουλήσεις volitiones, *ut loquuntur theologi*) *solùm significat; Non prævertit Deus consensum nostrum*

C *ponendo actionem sine volitione nostra. Ultimus locus,* quòd oporteat nos priores mundare, & tunc Deus mundat, *agit de gratia justificante seu sanctificante, quam Deus adultis non infundit, nisi præcedant hominis dispositiones necessariæ. At homo se non disponit ad illam gratiam sine prævia Dei gratia actuali, excitante nimirum & adjuvante. Neque id vult* Chrysostomus, *ut clarum est ex aliis ipsius locis, ubi dicit contrarium. Quare non negat Sanctus gratiam prævenientem, illuminantemque & excitantem; sed solùm de illa hic tacet; ostenditque liberum hominis arbitrium non tolli à gratia Dei, quia opus non ponitur, nisi homo velit, nisi liberè consentiat, nisi ipse etiam opus illud eligat: licèt illa omnia homo faciat ex gratia.*

itaque secundum locos alios omnino explicandus est,

1387 *Porrò taceri solùm, non autem negari gratiam prævenientem, liquet ex aliis* Chrysostomi *locis, secundum quos exponenda sunt allegata verba. Scribens in Epistolam 1 ad Corinthios Hom. 12 num. 2 ita loquitur:* Non enim hæc tua, *inquit,* rectè facta sunt, sed ex Dei gratia proveniunt. Si fidem dixeris, ex vocatione illa venit: si remissionem peccatorum, si charismata, si doctrinæ verbum, si virtutes: omnia inde accepisti. D Quid ergo habes, quæso tè, quod non acceperis; sed ex te ipso rectè acquisieris? Nihil dicere possis. *Idem Sanctus Hom. 1, explicans illa Pauli verba:* Paulus vocatus Apostolus *&c. ita incipit:* Vide, quomodò statim à principio arrogantiam dejecit, & humi stravit omnem illorum existimationem, vocatum se dicens. Neque enim inveni, inquit, id, quod didici; neque ex mea sapientia apprehendi; sed cùm Ecclesiam persequerer & devastarem. Hìc autem totum vocantis est, vocati nihil, ut ita dicam, nisi quòd obediat. *Et mox:* Nos enim nihil præclarè egimus; sed per voluntatem Dei salutem invenimus: & quia id ipsi placuit, vocati sumus, non quòd digni essemus.

quia solùm de prævia gratia tacet, sed illam non negat:

1388 *Hæc omnino ostendunt, objectis antè verbis nolle* Chrysostomum *dicere, electionem boni operis in nobis esse ante gratiam Dei, ad opus illud vocantem aut excitantem, sed unicè dicere, electionem nostram esse necessariam, ut opus in actum exeat. Idem rursum in laudata Homilia clarissimè profitetur ad hæc verba:* Vocatis Sanctis. *Nam ità loquitur:* Etenim hoc ipsum, inquit, E ex fide salutem consequi, non ex vobis est: non enim primi accessistis, sed vocati estis. *Et rursum:* Neque enim vos credendo prævenistis, sed vocati obedistis. *Hæc aliaque similia, quæ locis variis habet* Chrysostomus, *luculenter evincunt, longè eum abfuisse ab ea mente, ut crederet, electionem nostram præcedere, gratiam verò subsequi, aut solùm dari eligentibus bonum viribus naturæ. Verùm non omnia omni loco explicanda credidit, ideoque subinde exhortatur, ut auditores se præparent ad gratiam ac dona Dei suscipienda; sed minimè vult, ut id faciant sine gratia, licèt subinde de ea taceat, tamquam de re auditoribus nota. Sic in Catechesi 1, tom. 2 pag. 227 multùm hortatur baptizandos, ut dignè se præparent; subditque:* Dignam itaque optimi hujus consilii retributionem à Deo expectate, qui præmiis obsequentiam sibi præstitam superat. Quoniam verò oportet, quæ sua sunt, conservis conferre, & nostra conferamus. *Hìc iterum habuissent, quod carperent, qui Sancti Opera perscrutari voluerunt, ut nævum aliquem in præstantissimo Ecclesiæ Doctore deprehenderent; nisi ipse mox dicta sua exposuisset, hæc subjungens:* Imò potiùs hæc non nostra, sed Dominica sunt: "Quid enim, inquit, F „habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, „quid gloriaris, quasi non acceperis? „ *Vult igitur Sanctus, ut sua per gratiam Dei conferant: atque eo sensu explicandus etiam est, quando illud non adjungit; sed suos ad bona opera excitare conatur.*

Alius Sancti

1389 *Secundum dicta facilè poterunt exponi verba* Chrysostomi, *ubicumque sic loquitur, ut quis primo intuitu existimare posset, initium boni operis adscribi libero hominis arbitrio: quod sexcentis locis negat* Chrysostomus. *Verùm Montfauconus alium locum in indice notavit, cautéque legendum monuit in libro de Compunctione ad Demetrium num. 9, sive tom. 1 pag. 137. Sanè locus ille est difficilior, quia de variis gratiis ibi loquitur Sanctus, nimirum de gratia miraculorum, de gratia sanctificante, & de gratia etiam actuali, ut loquuntur theologi; sive de illa, quæ ad bene operandum excitat, & operantem adjuvat. Hinc oritur nonnulla obscuritas, ita ut incautus lector existimare posset gratiam Dei æqualiter omnibus esse propositam. Attamen non existimo, eam fuisse Sancti mentem; sed solùm voluisse, nulli deesse gratiam, quæ sufficit* ad rectum & accuratum vitæ insti-

A institutum, *ut loquitur paulò antè, ſive ad imitandas Apoſtolorum virtutes: nam refutat prætextum illorum, qui, dum invitantur exemplo Apoſtolorum ad præclara eorum opera imitandum, ſtatim dicunt:* Ille Paulus erat, ille Petrus, ille Joannes. *Reſpondet, legitimam fore excuſationem, ſi quis miracula edere juberetur; non item, ſi quis jubeatur ſanctè vivere, & Dei mandata ſervare. Deinde obſervat, Apoſtolos potiùs admirandos ac laudandos eſſe propter vitæ probitatem, quàm causâ miraculorum; ad vitæ autem probitatem pòſt & cum Dei gratia concurrere etiam liberam hominis electionem.* Siquidem, *inquit*, beatos illos non ob ſigna miramur: nam illa ad divinam prorſus potentiam pertinent; ſed quòd vitam angelicam exhibuerint: hoc autem cum ſuperno nutu (*Græcè* ῥοπῇ, impulſu *aut* influxu) etiam illorum propoſiti opus eſt.

locus obſcurior

1390 *Hiſce obſervatis, facilè de gratia ſanctificante, cujus augmentum bonis operibus acquiritur, explicari poſſunt obſcuriora Sancti dicta, quæ paulò pòſt ſequuntur.* Nam ſi illi, *inquit*, non ex propoſito ſuo ſic mirabiles evaſiſſent, ſed per Chriſti gratiam tantùm, quid impediat, quo minùs omnes tales efficiantur? Gratia namque, niſi B operam noſtram priùs requireret, confertim in omnium animas effuſa eſſet: neque enim perſonarum acceptor eſt Deus. Sed quia operam noſtram requirit, ideo alios quidem ſequitur, & cum illis permanet; ab aliis evolat, reliquos autem ne à principio quidem attingit. Quòd verò propoſitum priùs ſcrutatus, ſic gratiam dederit Deus; antequam beatus ille quidpiam mirabile exhibuiſſet, audi, quid de illo dicat: "Vas electionis „eſt mihi, ut portet nomen meum coram genti„bus, & regibus & omni genere Iſraël„. Hæc gratia nondum præſente teſtificatus eſt is, qui corda noſtra ſcrutatur.

commodè exponi poteſt.

1391 *Omnia illa rectè intelliguntur de gratia juſtificante aut ſanctificante, de qua loquitur Sanctus, & de qua paulò antè dicit:* Tu in baptiſmo divina potitus es gratia. *Imò & potiſſimùm loquitur de magna illa gratia ſanctificante, quam conſecuti ſunt Apoſtoli. Hæc nondum aderat, dum illa loquebatur Chriſtus: ad hanc Paulum deſtinabat, poſt præviſa bona ipſius opera, quibus illam cum Dei gratia acquireret. Demum de gratia ſanctificante & præcedentia* Chryſoſtomi *verba rectè intelliguntur, videlicet quòd operam noſtram ſeu diſpoſitionem adultorum priùs requirat Deus, ut illam infundat, quòd cum aliis permaneat, ab aliis abſcedat, alios ne attingat quidem. Ad obtinendam quoque hanc gratiam non requirit* Chryſoſtomus *opera naturæ viribus facta, ſed, ut ſuperiùs loquitur, facta* μετὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, *facta* cum divino influxu, *ſive ex gratia actuali excitante & adjuvante, ut loquuntur Theologi. Ita intellectus locus, prout revera intelligendus videtur, nihil planè habet, quod offendat, aut ſanæ theologiæ repugnet, nedum faveat hæreſi Semipelagianæ.*

C

Unde oriatur videatur ſuſpicio de affinitate

1392 *Plures non adducam* Chryſoſtomi *locos, licèt non ignorem plures objici poſſe, ſi quis malit verba Sancti in pravum ſenſum detorquere, quàm ſecundum traditam ab ipſo multis in locis doctrinam rectè exponere. Hoc tamen aſſerere non dubito, nullum in* Chryſoſtomi *Operibus locum deprehendere me potuiſſe, quem non facili negotio cum doctrina Eccleſiæ Catholicæ de gratia conciliari poſſe exiſtimem. Quapropter non aliunde natam eſſe putem qualemcumque ſuſpicionem de ſententia* Chryſoſtomi; *quàm quòd aliqui dogmata quædam Catholica pro Semipelagianis traduxerint: nam ex illo errore dicendum conſequenter erat, Semipelagianis favere* Chryſoſtomum, *imò etiam Auguſtinum: uterque enim docuit, Chriſtum pro omnibus hominibus eſſe mortuum: uterque ſuſtinuit, divinam gratiam non eſſe talem, ut humana voluntas eidem nequeat reſiſtere aut aſſenſum negare. Qui certiſſima hæc dogmata pro Semipelagianis traduxit Janſenius, æquè Auguſtinum accuſare poterat, quàm* Chryſoſtomum, *alioſque Patres Græcos.* AUCTORE J. S.

doctrinæ Chryſoſtomi cum Semipelagianis.

1393 *Quod ſpectat ad Catholicos: inter hoſce ipſos non omnino convenit de erroribus Semipelagianorum, neque de mente Sancti Auguſtini in hac materia: ideoque mirandum non eſt, ſi ne iſtis quidem omnibus æqualiter placuerit doctrina* Chryſoſtomi *de gratia. Demum ſi inter illos ipſos, qui errores Semipelagianos ſatis habent cognitos, nonnemo fortè fuiſſet repertus, qui doctrinam* Chryſoſtomi, *tamquam iſtis affinem, haberet ſuſpectam, tali auctoritate vehementer commoveri non deberemus. Etenim meritò crederemus, Opera* Chryſoſtomi *non ſatis diligenter fuiſſe à tali theologo lecta, ſermonem Græcum non fuiſſe intellectum, pauculas voces interpretationis Latinæ occaſionem dare potuiſſe judicio tam iniquo, quodque tantopere abhorret ab eximia illa laude, quam cum Auguſtino doctrinæ* Chryſoſtomi *attribuerunt paſſim illi ipſi, qui tempore Semipelagianorum floruerunt, ac illorum errores maximè improbarunt.* E

Doctrinam Chryſoſtomi cum Auguſtino & aliis

1394 *Apud Montfauconum tom.* 13 *pag.* 286 *laudatur S. Cyrillus Alexandrinus, qui, quantumvis nepos & ſucceſſor eſſet Theophili, indeque* Chryſoſtomo *diu, ut videbimus, contrarius; ſaltem doctrinam & eloquentiam Viri agnovit, quando de Neſtorio, prava docere incipiente, ſic loquitur rogando;* Numquid eloquentior eſt Joanne? *Ibidem mox additur locus concilii Epheſini, imò potiùs ejuſdem S. Cyrilli, locum* Chryſoſtomi *allegantis contra Neſtorium. Addi poteſt, quòd in concilio epiſcoporum Orientalium, qui tempore concilii Epheſini ſeorſum congregabantur, jam tum laudabatur cum præcipuis Eccleſiæ doctoribus, ut videri poteſt tom.* 3 *Conciliorum apud Labbeum col.* 739. *Sed hæc minoris momenti ſunt ad propoſitum noſtrum.*

mirè laudârunt S. Cæleſtinus Papa, F

1395 *At maximè ad hunc finem conducit auctoritas S. Cæleſtini Papæ, cui & Pelagiani & Semipelagiani optimè fuerunt cogniti. Hic autem in Epiſtola ad clerum & populum Conſtantinopolitanum tom.* 3 *Conciliorum col.* 365 *illos monet, ut dogmata Neſtorii reſpuant, & permaneant* in his, quæ ſermone ſuperiorum paſtorum docente *didicerant*, Scientes, *inquit*, fuiſſe vobis hactenus ſacerdotes doctrinâ & ſanctitate pollentes, qui numquam à paternis traditionibus deviantes, Eccleſiam Domini ſumma quiete rexerunt. Nam ut à recentioribus inchoëmus, quid non animis veſtris eruditio ſanctæ memoriæ epiſcopi Joannis infundit, cujus ſermo aſtruens Catholicam fidem, toto orbe diffuſus eſt? Qui nuſquam per doctrinam ſuam defuit, quia ubicumque lectus eſt, prædicavit. Illius diligenti prudentiæ conſtantia celebrata ſucceſſit. Rexit enim ſanctæ memoriæ Atticus epiſcopus Chriſtianum populum Deceſſoris exemplo, & ſacrilegos perſecutus eſt hæreticorum furores; *nempe Pelagianorum, ut idem ſcribit in Epiſtola ad Neſtorium, quæ videri poteſt ibidem col.* 353, *ubi laudatur etiam Atticus, tamquam* beati Joannis etiam ad iſta ſucceſſor. *Iſta ſcripſit Cæleſtinus eodem ferè tempore, quo & ad Galliæ epiſcopos litteras dedit ad defendendam S. Auguſtini famam contra impugnationes Semipelagianorum.*

AUCTORE J. S.

rum. Videri potest hæc Epistola tom. 2 Concil. col. 1611. Magnificum ibi est de S. Augustini doctrina elogium: si tamen conferatur cum elogio, quod Chrysostomo *attribuit Cælestinus, dubitare poterimus, utrum pluris fecerit sanctus Pontifex.*

S. Leo Papa, aliique plures,

1396 *S. Leo Papa, qui vigentibus Semipelagianorum discordiis floruit, in Epistola 106, aliàs 71, ad Anatolium Constantinopolitanum ait, optâsse* se talem habere consortem; ut mihi, *inquit*, de sanctis præcessoribus, nec Joannis spiritualem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flaviani deesse sentirem. *Cùm omnes illi episcopi fuissent laudabiles, in solo* Chrysostomo *doctrinam commendat S. Leo. Concilium Chalcedonense, sub Leone Papa habitum, inter præcipuos doctores* Chrysostomum *contra Eutychianos allegat tom. 3 col. 829 & iterum 832. Ibidem col. 911 Sebastianus episcopus ad Leonem imperatorem post Athanasium, Basilium & utrumque Gregorium laudat* Chrysostomum *his verbis:* Et pòst Joannes Constantinopolitanus, verborum simul & cogitationum pelagus benedictum. *Theodoretus in*

B *Dialogo 1 contra Eutychianos, auctoritatem* Chrysostomi *adducturus, de eo sic præfatur:* Joannem autem, magnum orbis terrarum lumen, qui primùm quidem Antiochenam ecclesiam maximo studio irrigavit, deinde regiam urbem sapienter coluit, non putas Apostolicam fidei servâsse regulam? *Ad hanc orthodoxi interrogationem, ex persona Eutychiani ita respondet:* Valde quidem admiratione dignum eum Doctorem existimo.

qui tempore Semipelagianorum vixerunt:

1397 *Vigilius Tapsensis episcopus, qui eodem seculo V floruit, reliquis tamen est junior, lib. contra Eutychetem circa finem hortatur Eutychianos, ut malint Græcorum Patrum sententiæ, quàm hæreticæ opinioni adhærere, his utens verbis:* Unde hortamur omnes homines, ... Gregorii potiùs atque Basilii, Theophili quoque, & Joannis civitatis Constantinopolitanæ opinatissimi antistitis, nec non & Cyrilli Alexandrini episcopi, & aliorum quàm plurimorum... sectari doctrinam *&c. Illud observo & in hoc elogio, & in verbis Sebastiani episcopi mox datis, imò etiam in S. Augustino, ac in aliis, qui* Chrysostomum *allegant, id passim ab ipsis fieri magna cum laude Sancti, summamque existimationem de doctrina* Chrysostomi *à Latinis æquè ac à Græcis insinuari. Verùm, prætermissis aliis quinti aut sexti seculi scriptoribus, ex datis modò elogiis tutò inferri posse censeo, nemini de erroribus Semipelagianis suspectam fuisse doctrinam* Chrysostomi, *quando vivebant & errores suos defendebant Semipelagiani.*

C

Semipelagiani verò usi non sunt auctoritate Chrysostomi.

1398 *Manifestum id est ex duabus observationibus. SS. Augustinus, Cælestinus & Leo præ cæteris optimè nôsse poterant errores Semipelagianorum, illosque maximè aversati sunt. Hos tamen habemus inter præcipuos doctrinæ* Chrysostomi *præcones. Hisce autem consentiens Gelasius Papa cum episcopis concilii Romani* Opuscula S. Joannis Constantinopolitani *in Catalogo eodem, in quo Cassiani, Faustique scripta ob errores Semipelagianos reprobabat, etiam ante Augustini Hieronymique Opuscula, ut maximè probata, legenda & sequenda proposuit. Altera observatio ab ipsis petitur Semipelagianis. Cur enim hi numquam in defensionem errorum suorum laudârunt* Chrysostomum, *si hunc sibi faventem credebant? Certè Cassianus* Chrysostomi *auctoritatem adduxit in libris de Incarnatione contra Nestorium. Dubitare igitur non licet, quin scripta ipsius habuerit & legerit. Attamen nullus umquam scripsit, in materia de gratia* Chrysostomi *auctoritate abusos esse Semipelagianos. Hinc multis postmodùm seculis nullus theologus credidit, Semipelagianis consonam fuisse illius Sancti doctrinam. Quapropter soli ignorantiæ imputanda videtur suspicio illa quorumdam, posterioribus seculis nata, & ab hæreticis, quantùm apparet, primùm inventa, de affinitate opinionum* Chrysostomi *& Semipelagianorum. Verùm hæc de istis sufficiant.* D

§ LXXXVI. Inquiritur, an S. Hieronymus de Chrysostomo malè senserit; an Theophilus famosum librum scripserit contra Sanctum; illumque Latinum reddiderit Hieronymus. E

Existimant aliqui, S. Hieronymum

Vidimus, quàm præclarè de Chrysostomo *senserit Ecclesia tota Latina, tam in Europa quàm in Africa. At inter Patres Latinos non infimum locum habet S. Hieronymus, qui in Palæstina degebat, quando* Chrysostomus *episcopatum administrabat Constantinopoli, ac deinde exsul erat in Armenia; quique aliquot annis amicitiâ satis arctâ junctus fuit cum Theophilo, præcipuo* Chrysostomi *adversario. Hinc fortè scriptores aliqui posterioribus seculis, iique non vulgaris eruditionis, indubitanter scripserunt, S. Hieronymum non rectè sensisse de Sancto nostro propter exceptos Constantinopoli monachos de hæresi Origenistarum suspectos, attuleruntque aliqua ex Hieronymo, quibus illud multis persuaserunt. Res quidem illa magis pertinet ad Hieronymum quàm ad* Chrysostomum, *cui alienum nequit obesse judicium. Attamen cùm hujus Sancti Vita apud nos præcedat, & dubitatio ad utrumque spectet, examinandas censui rationes, quibus in eam opinionem adducti sunt laudati scriptores, atque istam controversiam hoc loco tractandam: neque enim illorum opinioni acquiescendum existimo.* F

Chrysostomo fuisse contrarium: una ratio jam refutata.

1400 *Jam § 55 observavi, S. Hieronymum acriter invectum esse in monachos istos, qui Constantinopolim fugerant, ibique Theophilum accusabant. Verùm ibi quoque num.* 860 *& seqq. refutavi opinionem Baronii, Tillemontii, & aliorum, qui credebant, Hieronymum Barnabæ nomine designâsse* Chrysostomum *in Epistola ad Principiam, illumque graviter accusâsse. Gravissima illa accusatio, quæ ibidem ab Hieronymo profertur, tam nullo planè fundamento contra* Chrysostomum *probata creditur, ut ne umbram quidem probabilitatis ea opinio habeat. Vel sic tamen indubitanter asserta fuit à viris eruditissimis. Tantum potest præjudicium, quo crediderunt aliqui, Hieronymum iniquo fuisse in* Chrysostomum *animo, cùm tamen diligenti inquisitione mihi tandem persuaserim, neque ex Operibus Hieronymi, neque ex ullo scriptore contemporaneo aut suppare, probari posse, umquam malè de* Chrysostomo *locutum esse Hieronymum. Quare diligenter expendenda sunt, quæ afferuntur, ac severè ponderanda singula, ne temerè judicemus de viro sancto.*

1401 *Facundus Hermianensis in Opusculo pro Defen-*

Facundus asserit librum scriptum a Theophilo contra Chrysostomum:

Defensione trium Capitulorum lib. 6 pag. 258 & seq. asserit, librum à Theophilo Alexandrino scriptum esse, tantis refertum calumniis, ut etiam nos, *inquit*, quòd ea vel memoramus, sola possit necessitas excusare. *Deinde pag. 260 scribit*, innormem librum, non solùm contumeliis, sed ipsa quoque sæpe repetita maledictorum recapitulatione nimis horribilem, ab Hieronymo presbytero translatum. De quo, *inquit*, idem beatus Theophilus exspectavit, ut per ejus eloquium, qualis Joannes fuerit, Latini cognoscerent. *Addit, sanctum* Joannem *non potuisse ex illo libro cognosci: idque rectè. Quod verò spectat ad librum ipsum, quem Theophilo tamquam auctori, & Hieronymo ut interpreti attribuit Facundus; multa sanè impediunt, quo minùs eidem hac in re fidem indubitatam habere possim. Facilè quidem credidero, Facundi tempore ejusmodi librum nomine Theophili fuisse circumlatum. A magis existimo, illum fuisse ab impostore aliquo, quàm ab ipso Theophilo compositum. Præterea non inficiabor, videri apologiam aliquam à Theophilo editam, in qua rationes damnationis* Chrysostomi *allegare conatus est. At minimè credidero, nisi solidior allegetur ratio, quàm sit auctoritas Facundi, S. Hieronymum illius apologiæ fuisse interpretem, nedum talis libri, qualem Theophilo Facundus attribuit.*

B

at ille hac de re indubiam fidem non meretur:

1402 *Quin potiùs miror, Hermantium & Tillemontium auctoritati scriptoris, qui annis ferè centum & quinquaginta post* Chrysostomum *scripsit, tantum tribuisse, ut asserta ipsius improbabilia pro oraculis habuisse videantur. Etenim, si eadem lance Facundum ponderare voluissent, quâ expenderunt Georgium Alexandrinum, medio circiter seculo juniorem, deprehendere potuissent, neutri credendum fuisse sine maturo examine; Facundumque, licèt Georgio doctiorem, non habendum pro teste irrefragabili in iis, quæ ad* Chrysostomum, *aut ad ipsius tempora spectant. Sanè § 72, ubi Facundum allegare oportuit, eumdem quoque refutare necesse fuit, quòd Epistolam* Chrysostomi, *quam ad Theodorum Tyanensem datam ostendi, ad Mopsuestenum datam vellet, quemadmodum & varias Gregorii Nazianzeni Epistolas. Plures*

C

Facundi lapsus observat Sirmondus editor in Annotatis, imò & alii possent adjungi, si foret operæ pretium. Verùm dicta sufficiunt, ut perspiciat studiosus lector, non esse in dicta Facundi statim jurandum, præsertim pro rebus tam diu præteritis.

licèt constet, Epistolas aliquas à Theophilo scriptas:

1403 *Porrò jam observavi, aliquid scriptum videri à Theophilo pro sua defensione. Nam Palladius pag. 124 meminit de scripto ipsius, in quo dicebat*, die una sexdecim episcopos *depositos esse à* Chrysostomo. *Hoc autem scriptum fortè est Epistola aliqua ad Innocentium Papam: nam Theophilum in aliqua Epistola ad Innocentium varia contra* Chrysostomum *scripsisse, imò & contra S. Olympiadem, colligitur ex Palladio pag. 150 & 151, ubi observat, Epistolas Theophili invicem non consonare, cùm in iis S. Epiphanium Theophilus antea vituperâsset, qui, inquit*, postea in sua ad Innocentium Papam Epistola, vituperans beatum Joannem, Epiphanium nominat sanctissimum. *Itaque certum fit ex Palladio, in una saltem & verisimiliter in pluribus Epistolis Theophili ad Innocentium calumnias aliquot de* Chrysostomo *fuisse perscriptas. Verùm, cùm ipse Palladius insinuet, calumnias illas, contra quas disserit in Dialogo suo, partim ex ejusmodi Epistolis, partim ex Actis conciliabuli ad Quercum fuisse sumptas; nihil ipse profert ad librum tantis refertum calumniis, quantas ex suo recitat Facundus, Theophilo adjudicandum. Quin imò, cùm Palladius de libro tam enormi ac virulento Theophili nuspiam meminerit, potiùs annumerandus est aliis scriptoribus synchronis, qui de libro ejusmodi tacuerunt, & quorum silentium tanti videtur ponderis, ut loquenti post tantum tempus Facundo valeat præponderare.*

AUCTORE J. S.

certè librum illum non memorârunt scriptores coævi,

1404 *Etenim, (ut missum faciam Theodoretum, similia facilè omittentem) siluit de libro illo Socrates, ad corradendum quaslibet calumnias, contra* Chrysostomum *sparsas, attentissimus, qui non videtur librum illum prætermissurus fuisse, si umquam suo tempore comparuisset, cum Theophilo non minùs contrarium se præstet, quàm iniquum* Chrysostomo. *Siluit de illo Theophili libro Sozomenus, similia præterire minimè solitus. Siluerunt de libro illo S. Nilus & S. Isidorus Pelusiota, licèt uterque damnationem iniquam* S. Chrysostomi *iteratis vicibus in Epistolis suis improbet. At illi non minùs improbâssent librum calumniis plenum, si illum habuissent cognitum, quàm sententiam injustè latam. Siluerunt de libro eodem Georgius Alexandrinus, aliique posteriores biographi, quibus ille non minùs potuisset innotescere, quàm Facundo Hermianensi, si auctorem revera habuisset Theophilum. Ex horum omnium silentio credibile est, Facundo multa coacervanti pro defensione trium Capitulorum idem contigisse, quod accidit Georgio Alexandrino componenti Vitam* Chrysostomi, *nimirum ut inter vera monumenta etiam supposititia quædam colligeret ac fictitia: nam & alia sunt argumenta, quibus ille liber Theophilo abjudicandus videtur, qui neque à Gennadio in Catalogo scriptorum, ubi cap. 34 de Theophilo agit, neque ab aliis, qui de scriptoribus ecclesiasticis egerunt, memoratus fuit.*

E

actam horrenda sunt & impia, quæ de illo dicit Facundus,

1405 *Præterea non ignorabat Theophilus, gesta sua adversus* Chrysostomum *ab omnibus passim vehementer improbari; eaque erat causa, ob quam anno 404 Constantinopolim redire non audebat ad urgendam expulsionem Sancti. Itaque, quantumvis violentum in agendo credamus & in scribendo acerbum, cùm saltem prudentiâ humanâ & calliditate instructus esset, prævidere poterat & debebat, quantam orbis ferè universi indignationem, quantum bonorum omnium odium, liber tantis calumniis, tantaque acerbitate infamis, qualem profert Facundus, in se concitâsset, quantóque sibi majorem illo scribendo, quàm* Chrysostomo *creâsset infamiam. Credibilę igitur non est, talia scripta esse à Theophilo, famæ suæ nequaquam prodigo, qualia ne quidem contra hominem pessimum scribere poterat ullus sine detrimento famæ suæ. Ego sanè multò facilius crediderim, ab Ariano, Judæo, Gentili, aut quocumque infideli procusum esse librum illum Theophili nomine, quàm ab ullo Catholico compositum. Adeo horrenda sunt & impia, quæ ex illo producit Facundus. Idem & S. Cyrillo multa adscribit contra* Chrysostomum *dicta, quæ nihilo magis à S. Cyrillo prolata suspicor. At de eo nunc non agimus.*

F

ut omnino videatur abjudicandus Theophilo;

1406 *Sententiam nostram de libro illo confirmat ipsa Theophili fama, quâ viguit post mortem. Nam de Theophilo honorificè locuti sunt seculo* V *Patres concilii Ephesini, S. Vincentius Lerinensis, S. Leo Papa, aliique apud Tillemontium laudati art. 21 in Theophilo. Gelasius Papa cum Romano concilio, apud Labbeum tom. 4 col. 1262 inter libros approbatos recenset eodem modo sine ulla exceptione Opuscula* Chrysostomi *& Theophili. Verùm nec priores, qui* Chrysostomo *addicti sunt*

AUCTORE J. S.

sunt, laudibus celebrâssent Theophilum; si Viri sanctissimi famam, etiam post exsilium tam impiis atque enormibus calumniis lacerare voluisset, ut non posset non impius videri, qui talia protulisset. Gelasius verò multò minùs Opuscula ipsius sine exceptione legenda proposuisset, si talem librum habuisset perspectum aut cognitum. Quare asserere non dubito, Facundi dicta nimis facilè & sine examine ac judicio fuisse adoptata; adeoque non esse certum, librum illum impium, quem vidit Facundus, fœtum esse Theophili Alexandrini, ut istud omnino potiùs appareat improbabile.

& magis quoque interpreti Hieronymo, qui nullibi

1407 *Multò etiam magis improbabile est, quod ille addit*, ab Hieronymo presbytero translatum. *Etenim, sive librum illum anno 404, aut saltèm vivente* Chrysostomo *scriptum crederemus cum Tillemontio, sive post mortem Sancti cum Hermantio; nullo modo fieret probabile, quod temere asserit Facundus. Primò nullum ex Operibus S. Hieronymi verbum proferri poterit, quo de* Chrysostomo *malè locutus est, aut famam ipsius læsit. Nullus quoque antiquorum inter adversarios* Chrysostomi *recensuit S. Hieronymum. Utrumque sanè mirabile esset, si inimicus* Chrysostomi *revera fuisset. Sanè Hieronymus Theophili erat amicus, durante ipsius contentione contra* Chrysostomum; *nec deerat occasio scribendi contra Sanctum illum, si Hieronymus partem aliquam in illa disputatione habere voluisset. In Epistola 87, ut dictum est § 55, Hieronymus carpit monachos Constantinopolim profugos; at nullum de* Chrysostomo *admiscet verbum. Alium Hieronymi locum, quem Baronius & Tillemontius de* Chrysostomo *prorsus improbabiliter exponebant, de Rufino ejusque amicis intelligendum, ibidem probavi.*

malè loquitur de Chrysostomo, sed hunc cum laude allegat.

1408 *Contrà* Chrysostomum *jam tum exsulantem cum laude allegat Hieronymus in Epistola 74, aliàs 89, ad S. Augustinum, in qua tractans controversiam reprehensi à Paulo Petri*, Chrysostomum *pro sua opinione sic laudat post alios:* Quid dicam de Joanne, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam, & propriè super hoc capitulo latissimum exaravit librum, (*id est, prolixam Homiliam, de qua egi num.* 458) in quo Origenis & veterum sententiam est secutus? Si igitur me reprehendis errantem, patere me, quæso, errare cum talibus *&c. Mox addit, nolle se* occasione virorum illustrium *à rationibus proferendis abstinere. Hieronymus autem hæc scripsit circa annum* 405, *ut ipse agnoscit Tillemontius Notâ* 71 *in S. Hieronymum. Quare credibile non est, eodem ferè tempore Hieronymum interpretari voluisse acerbissimum librum, imò furore & insaniâ plenum contra eumdem Sanctum, quem ne verbo quidem unico umquam læsisse legitur. Certè non videtur novisse Augustinus, quando ad laudatam Hieronymi Epistolam respondit, malè de* Chrysostomo *sensisse Hieronymum, nedum librum, quo fama ipsius tam atrociter lacerabatur, ab eo latinitate donatum. Neque enim tacuisset Augustinus ea de re in Epistola* 82 (*aliàs* 19) *quâ respondet ad objectam* Chrysostomi *& aliorum auctoritatem cap.* 3. *Quippe ex septem scriptoribus objectis contra quatuor statim excipit, quia ab ipso reprehensi erant Hieronymo, & quidem contra duos ex illis posteriores utitur his verbis:* Origenem verò ac Didymum reprehensos abs te lego in recentioribus Opusculis tuis, & non mediocriter, nec de mediocribus quæstionibus, quamvis Origenem mirabiliter antè laudaveris. *Hæc Augustinus, qui haud dubiè etiam contra* Chrysostomum *& duos alios, quibus Cyprianum oppo-*

nit & Ambrosium, excipere potuisset, si vidisset librum à Facundo memoratum, ejusque interpretem scivisset Hieronymum; cùm in illo non solùm vita Chrysostomi, *sed etiam doctrina, tamquam impia traduceretur & in Christum blasphema. Reposuisset sanè de* Chrysostomo *non minùs, quàm de aliis quatuor:* Cum iis ergo errare puto quia nec te ipse patieris. *Verùm librum illum numquam opinor, vidit Augustinus, nec ullus Hieronymi aut Augustini ætate, quantum existimo.*

Longè probabilius est Hieronymum occasione Chrysostomi

1409 *Quin potiùs existimo, Hieronymum amicitiæ Theophili renuntiâsse* Chrysostomi *gratiâ, cùm non inveniam ulla post annum* 404, *aut saltem* 401, *inter illos commercii indicia. Et sanè mirari non poterimus, si Theophili amicitiam deinde repudiaverit Hieronymus, si omne cum eo commercium abruperit. Etenim si consideremus Epistolam* 14, *aliàs* 17, *ad Damasum Papam, statim videbimus, quàm alienus esset ab omnibus illis, quibuscum non communicabat Romana Ecclesia. Libet huc pauca transferre, quia inde alia etiam ratio habetur ad propositum nostrum.* Quoniam, *inquit*, vetusto Oriens inter se populorum furore collisus, indiscissam Domini tunicam, & desuper textam, minutatim per frusta discerpit; & Christi vineam exterminant vulpes, ut inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficilè, ubi fons signatus, & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi Cathedram Petri, & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam *Loquitur Hieronymus de divisione ecclesiæ Antiochenæ Meletii & Paulini tempore, cupitque ex Damaso cognoscere, quocum communicare debeat.*

omninò rupisse cum Theophilo,

1410 *Idem planè casûs erat post damnationem* Chrysostomi, *quem alii Orientalis imperii antistites cum Theophilo aversabantur, alii verò sequebantur, ac Theophilum repudiabant. Hinc dubitare non possumus, quin Hieronymus in causa* Chrysostomi *ac Theophili Apostolicam Sedem æquè sequendam crediderit, quàm in causa antistitum Antiochenorum; præsertim cùm eas alleget rationes, quæ æqualem in utroque casu necessitatem sequendi Romanam Ecclesiam prorsus ostendant.* Ego, *inquit*, nullum primum, nisi Christum, sequens, Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri, communione consocior, super illam Petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc Domum agnum comederit, prophanus est. Si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. *Hæc non minùs vera erant tempore Innocentii Papæ, quàm Damasi. Mox verò subjungit, nullum ex episcopis Antiochenis sequi se velle, sed solum Damasi judicium.* Non novi, *inquit*, Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

& à commercio cum eo abstinuisse.

1411 *Rursum in Epistola* 16, *aliàs* 58, *cùm Damasus necdum respondisset, eumdem sic alloquitur:* Hinc in tres partes scissa Ecclesiâ ad se rapere me festinat.... Ego interim clamito: Si quis Cathedræ Petri jungitur, meus est. Meletius, Vitalis, atque Paulinus tibi hærere se dicunt. Possem credere, si hoc unus assereret. Nunc aut duo mentiuntur, aut omnes. Idcirco obtestor Beatitudinem tuam, per crucem Domini, ... ut mihi litteris tuis, apud quem in Syria debeam communicare, significes. Noli despicere animam, pro qua Christus mortuus est. *Hactenus S. Hieronymus, ex quo & alia multa discere potuisset Tillemontius, & quod facit solum ad propositum nostrum, clarè perspicere, quàm improbabilia protulerit Facundus, dum Hieronymum pessimi contra*

A tra Chryſoſtomum *libri fecit interpretem. Neque enim probabile eſt aut credibile, contra* Chryſoſtomum *ſtetiſſe Hieronymum, poſtquam Sedes Apoſtolica cauſam ipſius defendendam ſuſceperat. Quis igitur prudenter credat, librum calumniis, furoreque ac impietate plenum, ab eo Latinum factum, ut Theophilum contra* Chryſoſtomum, *& contra judicium Sedis Apoſtolicæ juvaret. Hoc ipſe non credidiſſet Tillemontius, nec tantum tribuiſſet ſcriptori ſchiſmatico, poſt centum & quinquaginta fere annos Opus ſuum componenti, modò tanti fecitſſet judicium & communionem Eccleſiæ Romanæ, quanti eam fecit S. Hieronymus. Itaque librum illum nullus memorat ex ſcriptoribus ſynchronis, quia Hieronymi tempore exſtitit numquam; nullus ejuſmodi libri interpretationem Hieronymo objecit, aut de ea dolorem ſuum eidem ſignificavit; Hieronymus ipſe numquam de ea ſe excuſavit; quia nec librum vidit, nedum interpretatus eſt.*

Fragmentum Epiſtolæ, quod alii Theophilo,

1412 *Reſtat tamen examinandum obſcurum aliquod Epiſtolæ fragmentum, de quo editores Operum Hieronymi non minus inter ſe diſſentiunt, quàm alii ſcriptores. Joannes Martianay in ultima editione Pariſina edidit fragmentum illud tom.* 4

B *col.* 727 *tamquam partem Epiſtolæ S. Hieronymi ad Theophilum. Contra in ultima editione Veronenſi tom.* 1 *col.* 750 *& ſeqq. Epiſtola illa, quæ à Martianæo tota Hieronymo tribuitur, in duas dividitur, ac prior pars, ſpectans ad* Chryſoſtomum, *Theophilo; altera verò S. Hieronymo adſcribitur. Valeſius quoque, Tillemontius, aliique priorem Epiſtolæ partem, ſive fragmentum mox dandum, Theophilo attribuere maluerunt, quàm Hieronymo. Attamen Martianæus in contrarium differit, pluribuſque pugnat verbis ad aſſerendam Hieronymo totam, qualem in codice Ms. unico invenit, Epiſtolam. Accipe, lector, laudati editoris annotata.* Hanc, *inquit*, Hieronymi Epiſtolam tranſcripſi è vetuſto codice S. Theodorici antea laudati, ubi ultimo loco invenitur poſt Epiſtolam ad Pammachium & Marcellam, poſt tres libros, ſive Epiſtolas Paſchales Theophili, & poſt Epiſtolam S. Epiphanii ad Hieronymum, quæ incipit: GENERALIS EPISTOLA *&c.* Ex quo intelligimus, ſcriptam fuiſſe poſt annum Chriſti CDIV, & obitum S. Epiphanii, quem ipſe Hieronymus hîc ſanctæ memoriæ hominem Dei appellat. *Hæc de tempore obſervatio nullius momenti eſt. Quis enim dicat, omnia ab Hieronymo ſcripta eſſe eo*

C *ordine, quo in codice aliquo reperiuntur? Rectè tamen ex prima parte Epiſtolæ infertur, ſcriptam eſſe poſt mortem S. Epiphanii, menſe Majo, & anno* 403 *defuncti.*

Martianæus verò Hieronymo attribuit,

1413 *Redeo ad Annotata Martianæi:* Nec quiſquam miretur, *inquit*, quòd S. Hieronymus in S. Chryſoſtomum acriùs invehatur; quum hoc tempore innocentia & ſanctitas Chryſoſtomi obruta criminibus & accuſationibus inimicorum ejus deliteſceret, & ſoli Deo manifeſta, à paucis tutaretur. Neque verò perſuaſum potuit eſſe Hieronymo, mentem & ſententiam concilii triginta ſex epiſcoporum, & patriarcharum totius Orientis, labâſſe in condemnatione Johannis Chryſoſtomi; maximè cùm notum eſſet omnibus, Johannem offendiſſe animum S. Epiphanii propter ſuſceptos Origeniſtas, & recuſatam ab eo condemnationem Origenis. Quis reum non putâſſet tunc temporis Chryſoſtomum, & verum judicium epiſcoporum Orientis? *&c. Ita quidem laudatus editor, ſed nequaquam accuratè aut ſolidè. Etenim pro omnibus Orientis patriarchis, quos ille concilio triginta ſex epiſcoporum includit, unicus in illo concilio patriarcha fuit Theophilus. Quod vocat* judicium epiſcoporum Orientis, *erat potiùs vocandum judicium epiſcoporum Ægypti, quibus pauci alii ſe junxerant. Pro paucis, qui cauſam* Chryſoſtomi, *eo judice, tutabantur, ſubſtituere poſſumus totum Occidentem, & majorem quoque Orientalis imperii partem, imò & epiſcopos Paleſtinæ, in qua degebat Hieronymus. Itaque non adeo deliteſcebat innocentia* Chryſoſtomi, *quàm vult Martianæus, ſed oppreſſa erat imperiali potentia; idque ipſum latere non poterat.* AUCTORE J. S.

quódque totum hîc recitatur,

1414 *Verùm ipſum Epiſtolæ initium huc tranſfero, ut clariùs pateat, illud non poſſe ſano judicio attribui S. Hieronymo. Inſcriptio ita habet:* Dilectiſſimo atque amantiſſimo papæ Theophilo epiſcopo, Hieronymus in Domino ſalutem. *Quis non videat, corruptam eſſe hanc inſcriptionem? Quis presbyter epiſcopum aut patriarchàm vocavit* dilectiſſimum *aut* amantiſſimum *in Epiſtolæ inſcriptione? Quis eumdem in eadem inſcriptione & papam nominavit & epiſcopum? Certè non ita Hieronymus, qui in omnibus Epiſtolis ad Theophilum habet:* Beatiſſimo papæ Theophilo. *Epiſtola deinde ſic inchoatur:* Paucis in exordio placet judicium veritatis: dicente autem Domino per

E prophetam, " Et judicium meum quaſi lux egre-„ditur, „ qui tenebrarum horrore circumdati ſunt, nec naturam rerum clara mente perſpiciunt, pudore operiuntur æterno, & caſſos ſe habuiſſe conatus ipſo fine cognoſcunt. Unde & nos Johannem, qui dudum Conſtantinopolitanam rexit eccleſiam, Deo placere ſemper optavimus, & cauſſas perditionis ejus, in quas ferebatur improvidus, nequaquam credere voluimus. Sed ille, ut cætera ejus flagitia taceam, Origeniſtas in ſuam recipiens familiaritatem, & ex his plurimos in ſacerdotium provehens, atque ob hoc ſcelus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter epiſcopos clarum in orbe ſidus effulſit, non parvo mœrore contriſtans, meruit audire: Cecidit; cecidit Babylon. Scientes ergo dictum à Salvatore." Nolite judicare ſecundum faciem; ſed ju-„ſtum judicium judicate, „ ne quoquam tardiùs beatitudini tuæ Latino ſermone tranſlatum librum tuum remitterem multa in medio impedimenta fecerunt *&c. Hæc omnia cum reliquis, in quibus de libro Latinè reddito agitur, Hieronymo attribuuntur apud Martianæum; licèt connexio non reperiatur, nec pars una cum altera videatur ullo modo congruere. Epiſtola verò tota figitur anno* F 405.

congruit Theophilo de judicio

1415 *Hiſce expoſitis, Epiſtolam propiùs inſpiciamus, ut examinemus, an ea videatur S. Hieronymi lucubratio. Primò, ut jam oſtendi, inſcriptio planè ridicula eſt, nec quidquam habet conforme cum aliis inſcriptionibus epiſtolarum Hieronymi ad Theophilum; imò talis eſt, ut duarum Epiſtolarum inſcriptiones in unam confuſæ videantur. Nam voces* dilectiſſimo atque amantiſſimo *congruunt & uſitatæ ſunt Theophilo ad Hieronymum ſcribenti. Contra vox* Papæ *uſitata fuit Hieronymo, quando ſcribebat ad Theophilum. Secundò datum Epiſtolæ initium hominis eſt, qui lato contra* Chryſoſtomum *judicio adfuerat, aut certè contra ipſum egerat, cùm ſe utcumque excuſet, ſuſpicionem odii à ſe amoveat, judicium defendat, ac illius rationes breviter alleget. Ita congruè ſcribere poterat Theophilus ad Hieronymum poſt ſententiam contra* Chryſoſtomum *latam, aut etiam anno* 404 *poſt ejectum ab eccleſia, aut ab urbe, Sanctum. Verùm Hieronymi non erat rationes reddere de judicio, cui Theophilus ipſe, ad quem*

AUCTORE J. S.

scribebat, præsederat: nedum causas enarrare, ob quas condemnationem meritum credidisset Chrysostomum. *Verùm multò etiam minùs anno* 405 *post Quadragesimam ita scripsisset Hieronymus: neque enim eo tempore ignorare facilè poterat, pro* Chrysostomo *stare Innocentium Papam cum toto Occidente & parte Orientis non modica.*

contra Chrysostomum se excusanti,

1416 *Tertiò exaggerationes illæ, aut potiùs mendacia,* Ut cætera ejus taceam flagitia, *ac,* Ex his (*Origenistis*) plurimos in sacerdotium provehens *&c., non Hieronymum, sed Theophilum insinuant scriptorem. Certè Hieronymus, quando circa annum* 405 *ad Augustinum scribebat verba num.* 1408 *data, optimè sensisse videtur de* Chrysostomo. *Verisimile igitur non est, ipsum tam acerbè locutum esse de Viro tanto, quem magni faciebat. Quartò allegata Scripturæ verba:* Nolite judicare secundum faciem; sed justum judicium judicate, *rursus Theophilum designant scriptorem, non Hieronymum. Nam iis uti poterat, ut persuaderet, sibi in judicando solam justitiam fuisse propositam; non famam* Chrysostomi, *non doctrinam aut eloquentiam, aut alias Viri magni dotes. Iis quoque uti poterat contra Hieronymum; si condemnationem* Chrysostomi *ab ipso improbari noverat. Sanè prima Epistolæ verba:* Paucis in exordio placet judicium veritatis, *insinuant scribi ad aliquem, cui non placebat condemnatio* Chrysostomi. *Nam eò referenda videntur, ne planè sint inutilia. Quapropter dubitare nequeo, quin fragmentum illud Epistolæ, quod cum epistola item mutila Hieronymi in unam quasi Epistolam confusum habemus, Theophili sit, aut primùm Hieronymo condemnationem* Chrysostomi *annuntiantis, aut eam defendere conantis contra judicium Hieronymi.*

eique omnino attribuendum videtur.

1417 *Verùm, dicet aliquis, quomodo duarum Epistolarum fragmenta in unam quasi Epistolam coalescere potuerunt? Respondeo, dici certò non posse, quo id casu contigerit, sed fieri potuisse modis variis. Potuit è codice excidere folium istud, quæ pars posterior Epistolæ Theophili continebatur ac sequentis initium. Eo casu qui codicem exscribebat, duo fragmenta conjungere poterat, nisi multò solertior fuisset, quàm passim fuerint librarii. Potuit etiam negligens librarius folium jam dictum præterire, & sic ex duobus fragmentis unam formare Epistolam. Quocumque modo contigerit, cùm nulla sit connexio inter partem priorem ac posteriorem, quæ certò videtur Hieronymi, cúmque titulus ipse Hieronymo ad Theophilum scribenti non congruat, uti nec tota pars prior; necessariò dicendum est, duorum esse Epistolam, seu duarum Epistolarum partes malè fuisse connexas. Itaque fragmentum illud litterarum non minùs inutile est, quàm alia omnia antè allegata, ad ostendendum, S. Hieronymum de* S. Chrysostomo *umquam malè sensisse, aut malè fuisse locutum.*

C

Nihil ergo Hieronymus contra Chrysostomum scripsisse sciatur.

1418 *In Epistola verò Hieronymi, quam cum illo fragmento conjungit Martianæus, nullum de* Chrysostomo *legitur verbum. Hieronymus per illam remittit Opusculum aliquod Theophilo, quod Latinum reddiderat: at ignoramus, quale illud fuerit, nisi fortè fuerit Epistola aliqua Paschalis. Gratis divinant, qui volunt, in eo malè tractatum fuisse* Chrysostomum. *Ceterùm, uti nequit ostendi, malè de* Chrysostomo *locutum esse Hieronymum, ita quoque nequeo assentiri Martianæo, verba Hieronymi de* Chrysostomo *interpretanti, quando in Epistola ad Ctesiphontem tom. 4 col.* 476 *ita loquitur:* Ita ille unum Joannem in ipsius libri posuit principio, quem & Catholicum & sanctum fuisse non dubium est. *Etenim Hieronymus ibi loquitur de libro Evagrii Pontici* de monachis, *in quo multos ab eo monachos ait memoratos. Agit igitur de Joanne monacho sive eremita prope Lycopolim in Ægypto, uti jam observatum est apud nos tom.* III *Martii pag.* 693 *in S. Joanne eremita. Hæc interim sufficiant de mente S. Hieronymi. Plura dici poterunt ad* XXX *Septembris in S. Hieronymo, si hæc ad propositum non sufficere videbuntur.* D

§ LXXXVII. Memoria Chrysostomi ubique restituta & nomen ipsius Antiochiæ, Constantinopoli, Alexandriæ, & in toto Oriente diptychis inscriptum: hac occasione Epistolæ aliquot ostenduntur supposititicæ. E

Aliquæ Epistolæ, quæ circumferuntur, & Innocentii

SOllicitùm *de restituendo* Chrysostomo *vivente fuisse S. Innocentium Papam, variis locis jam vidimus. Curam illam non fuisse depositam ab Innocentio post mortem Sancti, liquet ex verbis Theodoreti num.* 1357 *datis, ubi affirmat, negatam fuisse communionem ab Innocentio omnibus illis episcopis, qui nomen* Chrysostomi *in sacra diptycha referre nollent. Eminentissimus Baronius in Annalibus ad annum* 407 *num.* 20 *& seqq. alios quoque Innocentii conatus memorat, variasque recitat litteras tamquam ab Innocentio ad Arcadium & vicissim ab Arcadio ad Innocentium datas hunc in finem. Verùm epistolæ illæ de suppositione admodùm suspectæ sunt, aut potiùs satis certò supposititicæ. Priores habentur apud Georgium Alexandrinum, qui eâ fortè licentiâ usus est ad litteras componendas, quâ historici prolixos quandoque sermones componunt, eosque attribuunt personis principibus, prout secundum rerum adjuncta ipsis differendum fuisse credunt. Certè tam manifesta in litteris illis se offerunt suppositionis indicia, ut indubium videatur, non esse scriptas ab illis, quorum nomine insigniuntur. Neque refert, litteras istas à Glyca aliisque Græcis scriptoribus adoptatas, & in aliquo etiam codice Vaticano inventas esse. Etenim dubitandum non est, quin recentiores Græci illas hauserint ex Georgio, idemque fecerit compilator codicis illius bibliothecæ Vaticanæ; prout non rarò reperimus codices, in quos talia monumenta ex variis scriptoribus fuerunt congesta.* F

& aliorum, suppositæ probantur.

1420 *Prima Epistola est Innocentii ad Arcadium hoc initio:* Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum. *Legitur illa apud Savilium in Vita per Georgium scripta pag.* 248. *Eadem à Majoribus nostris adoptata fuit in Vita S. Attici ad* VIII *Januarii, sive tom.* I *pag.* 476, *& ab aliis multis. Attamen non dubitamus suppositam dicere, cùm in illa de Endoxia agatur ut vivente, aliaque contineat parùm verisimilia, omnibusque antiquis incognita. Altera*

apud

A *apud Baronium eſt reſponſoria Arcadii, apud Savilium Græcè pag.* 250, *quæ etiam apertiùs eſt fictitia; cùm Eudoxiam non modò viventem faciat, ſed etiam ægrotantem ex dolore de commiſſis contra Sanctum. Tertia eſt Arcadii ad Innocentium, iiſdem rurſum vitiis laborans, addenſque alia fabuloſa de conjectis in carcerem epiſcopis* Chryſoſtomi *inimicis. Hanc in Georgii Vita apud Savilium non invenio. Quarta apud Baronium eſt Epiſtola Honorii ad Arcadium, apud Savilium pag.* 249, *in qua non tam clarè de Eudoxia tamquam vivente agitur. Attamen & hæc pro ſuppoſititiâ habenda eſt, cùm dicat Honorius, Arcadium* fœminæ committere *ſemetipſum: quibus verbis Eudoxiam videtur viventem deſignare. Stylus quoque non congruit majeſtati imperatoriæ, acceditque præjudicium illud, quòd reperiatur apud Georgium, indeque videatur ab aliis accepta.*

Eudoxia auguſta defuncta eſt

1421 *Ceterùm non acquievit Baronius epochæ mortis Eudoxiæ, quam breviter num.* 1059 *retuli ad annum* 404. *Laudatæ Epiſtolæ maximè, opinor, moverunt Baronium, ut ſeriùs defunctam crederet. Hinc ad annum* 407 *num.* 29 *ſolum allegat Zonaram, multis ſeculis poſteriorem, ex quo ait, ipſam obiiſſe*, poſt obitum Joannis nondum tribus menſibus elapſis. *Ad annum* 404 *num.* 122 *laudatus Baronius operoſiùs probare contendit, Eudoxiam illo anno* 404 *non eſſe defunctam; adducitque litteras jam dictas, ac Leonem auguſtum, Metaphraſtem, Nicephorum, Cedrenum, Zonaram, Glycam. At facilè reſponderi poteſt, omnes iſtos ſcriptores, utpote nimis ab ætate* Chryſoſtomi *diſſitos, & Georgio Alexandrino poſteriores, nullius eſſe momenti in illa controverſia. Addit Baronius:* Si verum eſt, eam hoc anno (404) adeo prodigioſo interitu extremum clauſiſſe diem; quomodo Palladius, unus ex Joannis fautoribus, cùm recenſet feriatim omnes, qui ob perſecutionem illatam Chryſoſtomo à Deo malè mulctati ſunt, de malis illatis Eudoxiæ ne verbum quidem, quæ ante omnia fuerant recenſenda? *Reſpondeo, iſtud argumentum alicujus ponderis videri poſſe iis, qui non conſiderârunt, quantopere honori Eudoxiæ & Arcadii pepercerit Palladius. At, cùm clarum ſit, eum nihil ſcribere voluiſſe, quod Arcadium offendere poſſet, aut famam Eudoxiæ notabiliter ladere; mirum videri non debet, mortem hujus à Palladio prætermiſſam.*

B

C

anno 404 triennio ferè ante Chryſoſtomum;

1422 *Quare majoris hac in re ponderis ſunt, teſtimonia Socratis & Sozomeni, qui eo tempore vixerunt, quo defuncta eſt Eudoxia. Prior lib.* 6 *cap.* 19 *ait, Eudoxiam obiiſſe* quarto die *poſt inuſitatæ magnitudinis grandinem, quæ* pridie Calendas Octobres *anni* 404 *deciderat. Alter lib.* 8 *cap.* 27 *Socrati planè conſentit. Cùm autem hi ſcriberent, imperante Theodoſio Juniore cum ſorore Pulcheria; quis credat, hæc de illorum matre ſcribere auſos, niſi certa fuiſſent & indubitata? Accedunt in Chronicis ſuis ad eumdem annum* 404 *S. Proſper, qui eodem ferè tempore floruit, & Marcellinus comes, qui ſaltem antiquior eſt ſcriptoribus omnibus à Baronio laudatis. Prolixiùs hæc diſputat Tillemontius tom.* 5 *Imperatorum, Notâ* 30 *in Arcadium, ubi pro ſententia noſtra adjungit Chronicon Alexandrinum vulgò dictum, & Eunapium ex Photio.*

Arcadius anno 408,

1423 *Mihi ſufficient auctores allegati: nam ne ſubſiſtere quidem poſſent controverſæ illæ Epiſtolæ, maximè reſponſoriæ Arcadii, etiamſi crederemus, Eudoxiam tribus ferè menſibus* Chryſoſtomo *ſupervixiſſe. Etenim cùm obierit in Ponto, multum temporis requirebatur, antequam obitus Sancti Romæ poſſet innoteſcere, ob immenſum terrarum & marium intervallum, quo Roma à Ponto dividitur. Quare veriſimiliter intra tres menſes mortis* Chryſoſtomi *nuntius Romam perlatus non eſt, cùm & hiems propinqua eſſet, dum obiit, ac nullus fortè adfuerit, qui rectà Romam proficiſci vellet eo tempore. Hinc facilè quilibet perſpicere poterit, non ſuffeciſſe ſaltem tres menſes, ut mortis nuntius Romam veniret, indeque miſſæ ab Innocentio litteræ Conſtantinopolim perferrentur ad Arcadium. Hic tamen fingitur, vivente Eudoxia, ad Innocentii litteras reſpondiſſe, uti & ad litteras Honorii: atque ipſa quoque Eudoxia reſpondiſſe dicitur apud Georgium. Verùm ſatis hæc de litteris iſtis, quæ aliunde etiam ſufficientes habent ſuppoſitionis notas. Itaque de illis Epiſtolis inter Innocentium & Arcadium nihil credimus. Arcadius verò anno* 408, *menſe Maio, id eſt, non totis octo menſibus poſt* Chryſoſtomum, *ex vita deceſſit.*

AUCTORE J. S.

Theophilus anno 412:

E

1424 *Quid pro reſtituenda* Chryſoſtomi *memoria deinde egerit Innocentius, non omnino conſtat, niſi quòd certum ſit, ipſum noluiſſe communicare cum Theophilo Alexandrino, Porphyrio Antiocheno, Attico Conſtantinopolitano, aut cum epiſcopis ipſos ſequentibus, donec nomen* Chryſoſtomi *in ſacra diptycha referrent. Illi verò diu pertinaciter recuſârunt id facere. Primus ex illis defunctus eſt Theophilus Alexandrinus anno* 412, *necdum inſcripto diptychis* Chryſoſtomi *nomine. Videtur quidem Theophilus pacem deſiderâſſe cum iis, qui* Chryſoſtomi *partes erant ſecuti: nam id colligitur ex Epiſtola* 66 *Syneſii ad Theophilum, poſt mortem* Chryſoſtomi *ſcripta, in qua Theophilus dicitur Atticum hortatus, ut ſectatores* Chryſoſtomi *benignè ſuſciperet. Verumtamen non videtur umquam cogitâſſe de reprobandis actis ſuis contra* Chryſoſtomum, *niſi fortè in morbo ſupremo.*

hic dicitur imaginem Sancti ante mortem veneratus:

F

1425 *Nam eo tempore imaginem Sancti à Theophilo honoratam credit Baronius ad annum* 412 *num.* 41, *eumque ſecutus Sollerius noſter in Hiſtoria Chronologica patriarcharum Alexandrinorum in Theophilo pag.* 52. *Ambo ſecuti ſunt auctoritatem S. Joannis Damaſceni, qui Orat.* 3 *de Imaginibus in editione Billii pag.* 480 *ita habet:* Peccavit Theophilus, Joannem Chryſoſtomum apud Eudoxiam reginam afficiens contumeliâ... Theophilus ob illud peccatum non poterat animam agere, donec allata fuit imago Chryſoſtomi: quam ille cùm adorâſſet, ſpiritum emiſit. *Allegat Damaſcenus auctorem, ex quo iſtud accepit, his verbis:* Ex temporis deſcriptione Iſidori diaconi. *Incognitus eſt Iſidorus ille diaconus; indeque fit, ut dicere nequeamus, quanti auctoritas ipſius valere debeat. Præterea conſtat, Cyrillum Theophili ſucceſſorem non ſtatim conſenſiſſe poſt mortem Theophili, ut nomen* Chryſoſtomi *in diptycha referretur. Hac de cauſa factum iſtud morientis Theophili pro indubitato habendum non videtur: neque pro tali, opinor, iſtud habuit Sollerius noſter; quantumvis nullam de eo dubitationem inſinuet, utpote breviſſimè tantùm agens de Theophilo, & ſoli ferè chronotaxi intentus.*

ſaltem veriſimile eſt, ipſum tunc pœnituiſſe

1426 *Attamen veriſimile eſt, Theophilum pœnituiſſe geſtorum contra* Chryſoſtomum, *ſaltem in hora mortis. Nam apud Cotelerium in Eccleſiæ Græcæ Monumentis tom.* 1 *pag.* 465 *inter Apophthegmata ſeu dicta Patrum illud morituri Theophili dictum legitur:* Beatus es, abba Arſeni

AUCTORE J. S.

ni, quia hanc horam semper in memoria habebas. *Hæc sanè verba scrupulum ac timorem instinuant unà cum cura de æterna salute, quique ibidem præcedit prolixior Theophili Sermo, clarè etiam ostendit, virum illum non ignorâsse, quàm terribile morientes excipiat judicium. Verisimilis igitur est, inquam, pœnitentia Theophili, qui nôsse poterat, se injuriâ oppressisse Virum sanctum, indeque etiam factum à Damasceno relatum non est improbabile. Verùm, inquit Tillemontius, illo facto, si verum est, parùm excusatur Theophilus; at multùm accusatur S. Cyrillus ipsius nepos, qui sex septemque annis perrexit se opponere, ne fama* Chrysostomi *restitueretur. Respondeo, hanc observationem prima fronte speciosam videri, sed minimè solidam esse. Etenim, si omnino tam diu se opposuisset, quod infrà negabitur, non alia ratione melius excusari potest S. Cyrillus, quàm si dicamus, in ea ipsum persuasione fuisse, ut rectè ac legitimè facta crederet, quæ contra* Chrysostomum *erant patrata.*

gestorum contra Chrysostomum.

B

1427 *Juvenis erat Cyrillus, quando adfuit conciliabulo, contra* Chrysostomum *ad Quercum habito. Præsidebat ibi Theophilus, quem procul dubio non solùm mirè venerabatur, sed etiam ut doctum, & pium, fideique Catholicæ vindicem suspiciebat: aderant & alii antistites magni nominis. Apud hos accusabatur, multisque calumniis impetebatur* Chrysostomus *verbis ac scriptis libellis, & demum condemnabatur. Nemo igitur vehementer mirari poterit, si Cyrillus legitimè factum crediderit, quod faciebant tot episcopi, inter quos verisimiliter plures erant, qui ipsi nesciebant, injustam se ferre sententiam. Credamus modò, pœnituisse Theophilum, ejusque anxietatem & pœnitentiam Cyrillo fuisse notam: an illa Theophili pœnitentia mox adeo mutura erat Cyrillum, ut præconceptam altòque animo infixam opinionem penitus esset evulsura? Id ego quidem non video. Quare quantò diutiùs memoriæ* Chrysostomi *restituendæ obstitit Cyrillus, tantò probabilius apparet, ipsum ex ignorantia obstitisse; magisque credidisse Theophilo valenti & agenti, quàm anxio ac morienti. Verùm satis de hisce, quæ soli cordium Scrutatori nota sunt.*

Alexander patriarcha Antiochenus, exigente id

C

1428 *Etenim incertum est, an Theophili mors multum conduxerit ad restituendam Sancti in Orientali ecclesia memoriam. At plurimùm hunc in finem profuit mors Porphyrii episcopi Antiocheni, quæ apud nos in Historia chronologica Patriarcharum Antiochenorum figitur anno* 413. *Porphyrii enim successor Alexander* Chrysostomi *nomen primus sacris diptychis inseruit, studuitque efficere, ut & alii id facerent. Theodoretus lib.* 5 *Histor. cap.* 35 *de Alexandro agit, narratque sublatam ab eo divisionem inter Eustatianos ac Meletianos, de qua sæpè mentio facienda fuit. Deinde verò hæc ad propositum nostrum subjungit:* Porrò hic omnium primus præstantissimi Joannis nomen ecclesiasticis tabulis inscripsit. *Porrò egisse id Alexandrum, petente Innocentio Papa, liquet tum ex Epistola Innocentii ad Bonifacium presbyterum, & Apostolicæ Sedis legatum apud Theodosium imperatorem, quam recitat Baronius ad annum* 408; *tum ex alia Bonifacii ad ipsum Alexandrum data, quæ ibidem statim subjungitur num.* 35.

Innocentio Papa, nomen Chrysostomi diptychis inserit,

1429 *Constat ex eadem, restitutos ab Alexandro fuisse episcopos, qui partes* Chrysostomi *erant secuti, Elpidium & Pappum. Verba Innocentii ad Alexandrum huc spectantia sic habent:* Libenter præterea de episcopis Helpidio atque Pappo cognovi, quòd sine quæstione suas ecclesias recuperaverint. Et multùm in Gestis (ut subscripta testantur) solicitus inquisivi, utrùm omnibus esset conditionibus satisfactum in causa beati & verè Deo digni sacerdotis Joannis. Et cùm per singula assertio legatorum ex voto completa esse fateretur; gratias agens Domino, communionem ecclesiæ vestræ ita recepi, ut præ me feram, Apostolicæ Sedis condiscipulos primos dedisse cæteris viam pacis, in qua firmatos vos nosque Domini Christi ita benignitas amplexabitur atque communiet, ut nullo de cætero titillamento vel levi cujusquam contentionis pudore pulsetur.

D

ac reconciliatur Innocentio, uti & Acacius Berœensis,

1430 *Porrò Alexander etiam obtinuit ab Innocentio, ut Acacium Berœensem, unum olim ex præcipuis* Chrysostomi *inimicis, sub iisdem conditionibus in gratiam reciperet. In laudata enim Epistola Innocentius ita prosequitur:* Scripta autem Acacii episcopi quoniam cum vestris sunt porrecta, suscepimus; ne per vestram injuriam ille, qui olim à nobis suspensus fuerat, repudiaretur. Et tamen satis abundè, quæ in Actis statuimus, sicut dignanter relegere procurabis, quid in ejus persona debeat custodiri: ut si per omnia vestris consiliis actibusque tam sanctis se rogaverit esse communem, præstetur seni favore vestro, vestroque judicio communionis atque litterarum à nobis gratia prorogata. *Mox addit Baronius litteras ad ipsum Acacium ab Innocentio scriptas, sed missas ad Alexandrum, ut Acacio traderentur, ubi conditiones propositas implesset.*

E

Alexandri exemplum secutus:

1431 *Epistola talis est:* Adgaudere litteris fraternitatem tuam de receptis Paulini & Evagrii episcoporum clericis populisque, & de restitutis Helpidio atque Pappo coëpiscopis percensuimus, & vel serò receptæ pacis gratiam te fovere, posita omni contentione, pervidimus. Unde has ad præstantissimum fratrem & coëpiscopum nostrum Alexandrum tuæ transmisimus unanimitati; videlicet ut, si omnis inimicitia, omnis æmulatio tam de nomine S. Joannis mirandi episcopi, quàm de omnibus ejusdem communionis participibus à tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias litteras, frater carissime, modò ut omnia, quæ hîc Actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum, ore proprio (ut communicantem convenit) fatearis. Ut enim nobis hæc unanimitatis charitatisque causa venerabilis est, sic inhæret solicita, ne quid obliquum aut succisivum in quoquam residere cognoscat. *Hactenus Innocentius ad Acacium, cui nequaquam blanditur, ut liquet ex verbis allegatis. Impleviſse Acacium omnia, quæ exigebat Innocentius, & nomen* Chrysostomi *ab eo in sacra diptycha relatum, observat Baronius, probatque hac ratione, quia constat, Acacium* apud Atticum Constantinopolitanum episcopum laborâsse, . . . ut ab eo redderetur Joannis nomen in diptycha. *Hæc quidem ratio ex disputandis fiet dubia; attamen de re ipsa dubitare non possumus.*

F

conatus Alexandri pro nomine Chrysostomi

1432 *Nicephorus Callistus lib.* 14 *cap.* 25 *plura narrat de laboribus Alexandri Antiocheni pro memoria* Chrysostomi *ubique restituenda:* Alexander itaque, *inquit*, & vitâ & doctrinâ optimus, zelo ingenti Joannis causam fovens, primus illius nomen in ecclesiasticum retulit album: atque ad imperatorem omnesque ubique episcopos, ut idem & ipsi facerent, & ea re pacem certam & constantem Ecclesiæ conciliarent, scripsit. *Exigua quidem est hujus scriptoris, utpote recentioris & minùs accurati, auctoritas. Verisimilia tamen*

A *men ſunt, quæ de conatibus Alexandri hìc ſcribit. Verùm non æquè placet Epiſtola, quam cap.* 25 *ſubjicit ut Epiſtolam Attici ad Cyrillum Alexandrinum. Ex ea ſpectantia ad Alexandrum huc transfero :* Cùm verò nonnulli nomen tantùm beati Joannis myſticis tabulis inſcribi vellent ; beatus epiſcopus Alexander, Antiochenum iſtum dico, Conſtantinopolim venit, & multa ore confidenti verba fecit : vehementerque excitare populum voluit, ut vel nobis invitis, neceſſariò ejus, quem diximus, nomen ita inſcriberetur. *Hæc Atticus ad Cyrillum, ſi revera ſit Attici Epiſtola: at neque hoc credimus : neque ea vera eſſe exiſtimamus.*

Atticus conatur etiam pacem inire cum Eccleſia Romana,

1433 *Atticus tamen conatus eſt reconciliare ſibi Romanum Pontificem Innocentium ; at fruſtra, donec nomen Sancti in album epiſcoporum retulit. Theodoretus lib.* 5 *cap.* 34 *id teſtatur his verbis :* Et Arſacium quidem, qui poſt illum (Chryſoſtomum) ordinatus eſt, ne ſalutare quidem dignati ſunt (*epiſcopi Occidentales.*) Atticum verò Arſacii ſucceſſorem, qui multas ad ipſos legationes miſerat, & pacem cum ipſis habere poſtulaverat, tandem ſuſceperunt, poſtquam is nomen illius in ſacras tabulas retuliſſet. *Attico patrocinatus eſt Maxi-*
B *mianus, unus ex epiſcopis Macedoniæ, ad quos exſtat Epiſtola* 163 Chryſoſtomi. *Verùm Innocentius in Epiſtola ad Maximianum, edita tom.* 2 *Conciliorum col.* 1266, *& apud Baronium, reſpondet, necdum feciſſe Atticum, quæ ipſum facere oportebat, ut communionis litteras acciperet.* Communio enim ſuſpenſa, *inquit*, reſtituitur demonſtranti cauſas, quibus id acciderat, jam eſſe deterſas, & profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut prædixi) Atticus, miſſis aliquibus ſuorum, vel dicere voluit, vel demonſtrare completum, quemadmodum Antiochenæ eccleſiæ frater & coëpiſcopus noſter Alexander digna legatione & proſecutus eſt & probavit.... Exſpectamus ergo & profeſſionem memorati (*Attici*) de completis omnibus conditionibus, quas diverſis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, ut rectè & petenti, & probanti ſe eamdem mereri reddamus, frater cariſſime. *Ex hiſce liquet, Atticum tardâſſe, nec voluiſſe ſtatim conditiones ſibi propoſitas implere.*

eamque obtinet, nomine Chryſoſtomi diptychis inſerto:

1434 *Attamen exemplum Alexandri tandem ſibi ſequendum credidit Atticus, vimque ſibi inferre voluit, ut pacem planè neceſſariam habere mereretur. Laudatus Nicephorus cap.* 25 *de eo ſic habet :* Ceterùm quum Atticus quoque epiſcopus
C propter Joannitas Eccleſiam eſſe ſciſſam videret, de principum ſententia ipſe quoque mentionem illius fieri in precationibus juſſit ; quemadmodum id & in aliis epiſcopis, qui vitâ exceſſiſſent, fieri ſolitum erat. Atque ex eo tempore pax extitit, donec poſtea quoque reliquiæ ejus urbi imperanti illatæ ſunt. Atticus invidiam, in quam propter divinum Joannem deciderat, hoc modo magnificè abolevit. Nec ille modò id fecit : ſed aliis quoque, Joannis memoriam precibus inſerere recuſantibus, & Cyrillo maximè Alexandriæ præſuli, qui hoſtiliter Joannem oderat, quòd ille à Theophilo patruo ſuo diſſenſiſſet, perſuaſit. *Ita Nicephorus, omittens præcipuam rationem, videlicet communionem cum Romana Eccleſia. Quod verò adjungit de odio Cyrilli, non aliunde videtur habere, quàm ex ipſius Epiſtola. Hanc verò ſuppoſititiam credimus, talemque variis argumentis probare conabimur. Æquè fictitiam credimus Epiſtolam nomine Attici ad Cyrillum ea de re ſcriptam.*

1435 *Utramque Epiſtolam dat Nicephorus : ex utraque Baronius aliique non vulgaris notæ hiſtorici totam ferè hiſtoriam reconciliationis Attici ac Cyrilli cum Romana Eccleſia enarraverunt, ita ut in hac plurima videantur corrigenda. Perſonatus aut verus Atticus cap.* 26 *ita orditur :* Incidimus eò, quò non putaveramus : & acquieſcimus neceſſitate in eo, quod minùs ex ſententia noſtra proceſſit, utilitatem juſtitiæ præponentes. Et cogitationibus noſtris ad populi concordiam inclinati, canonibus quidem Patrum detrimentum nullum afferimus : exactæ autem verborum obſervationi univerſi orbis pacem præferimus. *Hæc quidem non ſunt verba damnantis geſta contra* Chryſoſtomum, *quemadmodum & tota Epiſtola ſic eſt conſcripta, ut nihil juſtitiæ aut innocentiæ* Chryſoſtomi, *ſed omnia neceſſitati attribuantur. Nam ubi expoſuerat, ſe diu reſtitiſſe, qua tandem de cauſa conſenſerit, exponit hoc modo :* Ad nos ex Oriente Dei amantiſſimus epiſcopus Acacius litteras dedit, religioſiſſimum antiſtitem Antiochiæ Theodotum (*anno* 417 *aut ſeriùs Alexandro defuncto ſuffectum*) à populo, ut nomen Joannis in ſacras tabulas referret, coactum eſſe, ut veniam rei ei, quam neceſſitate ille adductus feciſſet, daremus, petens.

AUCTORE J. S.

Epiſtola hac de re nomine Attici ſcripta,

E

1436 Et tum bonus ille, qui litteras ad nos pertulit, presbyter, cauſam adventus ſui indicans, rem hanc in vulgus magnæ urbis propalavit, & ſententiam datæ ad nos epiſtolæ populo vulgavit ; adeo ut parùm abfuerit, quin tumultu plebis univerſæ urbs repleta ſit. Ibi verò ego, ibi demum perturbatus, & de rebus maximis diſcrimen ſummum veritus, piiſſimum imperatorem adii, & cum eo de pace & tranquillo rerum ſtatu egi. Atque ille nihil eſſe periculi aut incommodi reſpondit, ſi defuncti Viri nomen, tranquillitatis, pacis, & populi concordiæ gratiâ inſcriberetur. Itaque ego ea re perſuaſus,... nomen id in album referri juſſi. *Mox factum illud, quod revera laudabile erat, diſſimulanter excuſare nititur, veras prætermittens rationes, ne videretur improbare geſta contra* Chryſoſtomum ; *frivolaſque allegans aut falſas. Demum Cyrillum hortatur, ut exemplum ſequatur, his utens verbis :* Quam ob cauſam ipſe quoque Ægypti eccleſiis, eccleſiarum orbis totius pacificandarum gratiâ, ut Mortui illius nomen inſcribant, præcipe. Ita enim cùm Patrum canones non tranſgrediere, tum eccleſiarum ſimul omnium concordiam plurimi facies. *Addidit & aliam* F *Epiſtolam Atticus ad Petrum & Ædeſium diaconos Alexandrinos* de Joanne ſacris tabulis, non ut epiſcopo, ſed qui aliquando epiſcopus fuerat, inſerto. *Ita ſolùm fuiſſe inſcriptum, inſinuat etiam, obſcuriùs tamen, in laudata ad Cyrillum Epiſtola. Hæc præcipua ſunt, quæ habentur in duabus Epiſtolis nomine Attici à Nicephoro datis.*

in qua dicitur id feciſſe metu tumultûs popularis.

alia nomine Cyrilli reſponſoria.

1437 *Epiſtola verò Cyrilli nomine ad Atticum reſponſoria factum Attici vehementer improbat, variaque prioris Epiſtolæ capita ut falſa refutat. Ab hac refutatione auctor orditur hoc modo :* Lectis, quæ à pietate tua ad me miſſæ ſunt, litteris, Joannis nomen ſacris inſcriptum eſſe tabulis intellexi. Ubi verò eos, qui inde ad nos venêre, interrogavi, non in laïcorum, ſed epiſcoporum, catalogo adſcriptum eſſe audivi. Porrò diſpicienti mihi, atque in animo reputanti, an, qui hoc fecêre, Nicænorum Patrum decreta ſequantur, & aliquantulùm mentis luminibus in magnam illam ſynodum intendenti, univerſum ſanctorum illorum Patrum collegium quibuſdam veluti oculis renuere, & viribus omnibus, quo minùs ad rem eam compro-

AUCTORE J. S.

bandam accurram, obsistere videntur. *Deinde ostendere conatur, non fuisse restituendum nomen* Chrysostomi, *hortaturque Atticum, ut illud aboleat. Duo solùm ad hæc observo, primò duris nimiùm odiosisque comparationibus uti Cyrillum; secundò neque Atticum neque Cyrillum attigisse rationem præcipuam, ob quam restituendum erat Sancti nomen, nimirum quia injustè & illegitimè erat damnatus, ideoque Romanus Pontifex cum toto Occidente restitutionem illam meritò exigebat.*

Epistola Attici varia habet falsa,

1438 *Porrò primùm utcumque dubitavi, an laudatæ Attici & Cyrilli Epistolæ illorum revera sint; quòque eas diutiùs examinavi, eò magis credidi supposititias, quales habemus plures de rebus ad* Chrysostomum *spectantibus apud eumdem Nicephorum. Rationes verò, quæ de scriptoribus illarum litterarum dubitare cogunt, hæ sunt. Primò utraque Epistola auctore, cui attribuitur, prorsus videtur indigna. Nam prior quidem ita est scripta, ut Atticus facti sui causas justas, ut facilè poterat, minimè alleget; sed potiùs frivolos timoris sui prætextus. Imò & mendacio utitur, affirmans nomen* Chrysostomi *non fuisse adscriptum*

B

inter episcopos, quod initio Epistolæ suæ falsum esse, statim observat verus aut personatus Cyrillus. Secundò parùm verisimilia loquitur prioris Epistolæ auctor, quando narrat ex Epistola Acacii tantum Constantinopoli ortum esse tumultum, ut inde in necessitatem inciderit nomen Chrysostomi *diptychis inscribendi. Id verisimile non esse, scitè observatur in responso pag.* 498, *adducto Alexandri Antiocheni exemplo, qui præsens non poterat adeo populum commovere. Hinc reponit auctor de illa populi commotione, cui necessitas adscribitur:* Quod omnino est incredibile.

incredibilia, inepta,

1439 *Quin & magis nobis incredibile videri debet, quia Socrates, florens eo tempore Constantinopoli, lib. 7 cap. 25 de illo tumultu nihil dicit, sed factum Attici narrat his verbis:* Interea verò Atticus episcopus res ecclesiæ mirum in modum amplificavit, cùm & singulari prudentiâ cuncta administraret, & prædicationibus suis populum ad studium virtutis impelleret. Cùm autem Ecclesiam divisam esse cerneret, eò quòd Joannitæ collectas extra illam celebrarent, Joannis mentionem in orationibus fieri, jussit, sicut aliorum quoque episcoporum, qui fato functi erant, mentio fieri solebat; hac scilicet ratione confidens, multos ad ecclesiam redituros. *Si falsa narravit personatus Atticus, ut liquet ex dictis, quibus forsan addi possunt, quæ dicuntur de gestis Alexandri Antiocheni Constantinopoli, & de coactione Theodoti successoris; si, inquam, falsa narravit; nihilo minùs inepta attulit.*

C

Atticoque videtur indigna.

1440 *Talia certè hæc sunt:* Nihil enim Davidi obfuit honorifica Saulis sepultura; neque Apostolis Arii impietatis sectator Eudoxius, sub eadem sanctiore sacrificii ara positus; neque Paulinus & Evagrius ecclesiæ, qui schismatis & dissidii duces in ecclesia Antiochena fuere, quòd post obitum non paucis hinc ab annis propter populi pacem & concordiam mysticis tabulis sunt inscriti. *Saul nihil facit ad propositum; Eudoxius Arianus, si jacuisset cum Apostolis sub eodem altari, ut habet Epistola, id sanè impium fuisset, nec tolerari debebat, aut in exemplum adduci; Paulinus & Evagrius, Eustatianæ partis episcopi non à* multò tempore, *ut Græcè habet Epistola, sed ab Alexandro demum, utramque partem uniente, in tabulas toti ecclesiæ Antiochenæ communes erant relati, nec habebantur schismatici. Demum tota Epistola sic composita est, ut nihil detur judicio summi Pontificis & Occidentalium episcoporum, unanimi consensu pro causa* Chrysostomi *stantium; sed omnis ratio à sola necessitate petatur, acsi clarè ediceret: Video quidem iniqua & injusta peti à populo Constantinopolitano; sed cùm resistere nequeam, cedendum est necessitati: tu idem facito. Talem Epistolam Attico indubitanter tribuere nequeo.*

D

Epistola verò Cyrilli odiosis comparationibus,

1441 *Nihilo magis audeo alteram habere pro indubia Cyrilli Epistola. Nam in illa quidem vigor episcopalis apparet, sed nequaquam tanta moderatio, quanta sanctum decet episcopum, nec tanta veritatis cura. Non ignorabat Cyrillus pro* Chrysostomo *totum pugnare Occidentem, magnamque Orientis partem; ipsumque à plerisque non solùm ut eloquentem & doctum, sed etiam ut Sanctum prædicari. Abstinuisset igitur ab odiosis comparationibus: nec Virum adeo celebratum comparâsset cum Juda proditore, nec cum Jechonia rege rejecto, nec profanum dixisset, quantùm existimo. Neque negâsset, restitutionem nominis* Chrysostomi *esse viam ad uniendum ecclesias, & ad populum Attico conciliandum.*

asseritisque falsis & ineptis æquè indigna Cyrillo.

1442 *Constabat, multos è Constantinopolitanis nolle cum Attico communicare* Chrysostomi *causâ; inequa igitur fronte Cyrillus scripsisset pag.* 495: Itaque quemnam ad salutem revocans, aut ad legitimos in ecclesia conventus reducens, quin omnem potiùs Ecclesiæ mœnibus ejiciens Ægyptum, regionem etiam Augustalem, & Arcadiam, & Thebaïdem, & Libyam, & Pentapolim, & tot ecclesias dolore afficis? Non ut quemquam lucrifacias; omnes namque lucrifecit gratia Salvatoris. *Quàm inepta hæc sunt, quàm falsa, quàm Cyrillo indigna! Negat apertè vera: affirmat manifestè falsa; cùm certum sit, magnam ecclesiæ Constantinopolitanæ partem noluisse cum Attico conventus agere. Ambitiosè enumerat provincias sibi subjectas, easque dolet abscindi ab Attico; acsi nihili faciendum esset, quòd abscissæ essent ab Ecclesia Romana totoque Occidente, ab ecclesia Antiochena, Hierosolymitana, uno verbo ab omnibus totius mundi ecclesiis Alexandrinæ non subjectis. Conjungebat se Atticus ecclesiis totius orbis Christiani, idemque facere poterat Cyrillus, prout revera fecit; & vel sic in Epistola legitur pag.* 496 *restituendo* Chrysostomi *nomine scindi Ecclesiam. Quare inepti declamatoris tam hanc quàm præcedentem Epistolam esse existimo, non Attici, non Cyrilli.*

E

F

Aliud argumentum ex stylo petitum:

1443 *Accedit & alia ratio ad hoc credendum. In utraque Epistola idem apparet stylus, declamatorius magis, quàm solidus. Quomodo contigisse dicam, ut duæ illæ Epistolæ invicem stylo magis sint conformes, quàm secunda congruat cum stylo S. Cyrilli, cui attribuitur? Non aliam sanè invenio rationem, quàm quòd potiùs impostoris cujusdam utraque videatur, quàm illorum Patrum, quorum nomine insigniuntur ambæ. Inscriptio prioris ita habet:* Ἀγαπᾷς Κυρίλλῳ δὲ χαίρειν. *Hæc autem usitata quidem fuit profanis scriptoribus. Dubito tamen, an facilè reperienda sit in litteris episcoporum illius temporis. Certè S. Cyrilli Epistolæ habent passim* ἐν Κυρίῳ χαίρειν, *uti & brevis Epistola ipsius Attici, relata à Socrate lib. 7 cap. 25. Præterea non videtur Atticus Cyrillo scripturus fuisse sine debitis titulis, quales reperimus in Epistolis S. Cyrilli & aliorum, quando inscriptiones fuerunt conservatæ.*

alia ex silentio ac diversa relatione

1444 *Præter hæc omnia, quæ Epistolas illas tanto magis suspectas faciunt, quanto plures alias de iisdem rebus habemus suppositias; vehementem suspicionem injicere potest non modò silentium*

Socra-

A *Socratis, aliorumque ſcriptorum coævorum, ſed etiam relatio ſatis diverſa de cauſa referendi in diptycha nomen Sancti. Nam ex Theodoreto ac Epiſtolis minimè ſuſpectis conſtat, Atticum fuiſſe ſollicitum de impetranda communione Eccleſiæ Romanæ, quam alio modo obtinere non poterat, quàm reſtituto* Chryſoſtomi *nomine. Socrates verò allegat curam reducendi ad eccleſiam Joannitas. Utraque hæc cauſa concurrebat, atque Atticum non parùm urgebat. Interim Epiſtola pro ratione præcipua allegat tumultum populi, ortamque inde neceſſitatem. Nunc, ſtudioſe lector, conſidera, quàm multa ex ſolis illis Epiſtolis fuerint relata, de quibus nulla eſt mentio apud Socratem alioſve coævos, ac ne apud biographos quidem medii ævi, Georgium dico Alexandrinum, Leonem imperatorem, Anonymum, Metaphraſtem, aliosque plures antè nominatos.*

ſcriptorum de nomine Sancti diptychis inſcripto.

1445 *Si Litteris iſtis credimus, ut mittam alia jam obſervata, Alexander Antiochenus venit Conſtantinopolim, populumque ibidem excitare voluit, ut, vel invito Attico, nomen* Chryſoſtomi *reſtitueret. Cogita, quàm parùm veriſimile aut credibile ſit factum iſtud, maximè tacente Socrate: nam Atticus, qui aulam imperatoriam habebat faventem, frænos Alexandro injicere haud difficulter poterat. Theodotus Alexandri ſucceſſor dicitur coactus à populo nomen* Chryſoſtomi *diptychis inſcribere. At illud iam erat ab Alexandro inſcriptum. Sancti igitur nomen iterum eraſerat Theodotus, inquiunt neoterici. At neque hoc veriſimile eſt: nec facilè credidero, epiſcopum à populo fuiſſe coactum in rebus ejuſmodi. Secundum Epiſtolas illas omnium maximè obſtitit S. Cyrillus, ne nomen* Chryſoſtomi *reſtitueretur. At iſtud ipſum neque hiſtorici veteres tradunt, neque biographi. Quare non poſſum non omnia illa pro incertis habere; ipſaſque Epiſtolas ut probabiliùs ſuppoſititias. Hinc æquè incerta ſunt, quæ ex dictis Epiſtolis colliguntur de minùs ſincera conciliatione Attici, ac de tempore initæ concordiæ, quam figunt aliqui poſt mortem Alexandri Antiocheni.*

Conſtat, nomen Sancti ab Attico & Cyrillo reſtitutum,

1446 *Illud interim certum videtur, Alexandrum Antiochenum fuiſſe ex patriarchis tribus Orientalibus primum, qui memoriam* Chryſoſtomi *reſtituit. Verùm ſuſpicor, idem non diu pòſt factum eſſe ab Attico & Cyrillo, quòd nulla alia eſſet ratio communionem Eccleſiæ Romanæ obtinendi. De Attico teſtes produxi Theodoretum & Socratem. De Cyrillo certum quoque teſtimonium habemus apud Garnerium in Marii Mercatoris Operibus part. 2 pag. 86, ubi Neſtorius necdum damnatus in Sermone 12 ſic loquitur;* Taceo de Joanne, cujus nunc cineres adorando * veneraris invitus. *Hæc ait hæreſiarcha ille, referens mala, quæ patriarchæ Alexandrini intulerant Antiochenis & Conſtantinopolitanis, ita ut minimè dubium ſit, quin loquatur de* Chryſoſtomo, *quem Cyrillus (nam ad hunc aut ad omnes ſimul Alexandrinos dirigit ſermonem) eo tempore, id eſt, anno 430 venerabatur. Invitum Cyrillum id feciſſe, non credimus hæreſiarchæ & Cyrilli inimico qui illud dicere poterat, quia Cyrillus aliquando* Chryſoſtomum *non coluerat. Ex dictis igitur certum eſt, tam Cyrillum quàm Atticum ceſſiſſe voluntati univerſæ Eccleſiæ, ac debitum* Chryſoſtomo *reſtituiſſe honorem.*

C

* al. adorandos

ipſoſque ſic Romanæ Eccleſiæ reconciliatos,

1447 *Illud ipſum alio argumento etiam probari poteſt. Conſtat enim, Eccleſiam Romanam cum utroque communicâſſe. Atqui, teſte Theodoreto lib. 5 cap. 34, Occidentales epiſcopi reſtituere noluerunt communionem ſuſpenſam cum Orientalibus, niſi poſt reſtitutum* Chryſoſtomi *nomen. Hoc igitur illi reſtituerunt. Ex hac ratione ulteriùs colligitur, Sancti nomen ab illis fuiſſe diptychis inſcriptum ante annum 418. Etenim Zozimus Papa, quando anno 418 damnaverat Cæleſtium & Pelagium, damnationis ſententiam tam Conſtantinopolim & Alexandriam miſit, quàm ad alias eccleſias Orientales, teſte Mario Mercatore in Commonitorio cap. 1 & 3. Erat ergo illis eccleſiis reſtituta communio anno 418 circa menſem Aprilem: nam circa hunc menſem figenda eſt Cæleſtii damnatio, ut oſtendit Tillemontius tom. 13 Notâ 73 in S. Auguſtinum.*

AUCTORE J. S.

vivente Innocentio Papa,

1448 *Vix igitur dubitari poteſt, quin nomen* Chryſoſtomi *ſit reſtitutum diptychis ante annum 418. Hinc anno 419 Patres concilii Africani in Epiſtola ad Bonifacium Papam, tom. 2 Conciliorum col. 1141 rogant, ut Bonifacius quoque ſcribat ad epiſcopos* eccleſiæ Antiochenæ, Alexandrinæ & Conſtantinopolitanæ, *ut in Africam tranſmittant canones Nicænos. Canones illi eodem anno miſſi ſunt, ut liquet ex Epiſtolis Cyrilli & Attici, quæ ibidem ſequuntur. Certiſſima hæc ſunt indicia pacis reſtitutæ eodem tempore. At eam jam fuiſſe conciliatam ſub pontificatu S. Innocentii, habemus ex Epiſtola 15 Bonifacii Papæ ad Rufum ceteroſque epiſcopos Macedoniæ & Græciæ, edita apud Conſtantium in Epiſtolis Romanorum Pontificum, ubi col. 1043 Bonifacius ita loquitur;* Ante breve tempus, id eſt, ſub prædeceſſore meo beatæ recordationis Innocentio Orientalium eccleſiarum pontifices, dolentes ſe à beati Petri communione ſejunctos, per legatos pacem, ſicut caritas veſtra retinet, popoſcerunt. Quo tempore Apoſtolica Sedes omnia non difficulter indulſit *&c.*

E

veriſimiliter circa annum 415;

1449 *Itaque, teſte Bonifacio, ante mortem Innocentii, anno 417 non multùm provecto defuncti, communio Romanæ Eccleſiæ reſtituta eſt non ſolùm Alexandro Antiocheno, ſed Attico etiam & Cyrillo. Hunc eſſe proprium ac naturalem ſenſum verborum Bonifacii, nemo negare poterit. Eadem verba inſinuant, non diu poſt Alexandrum cum Innocentio etiam reconciliatos eſſe Atticum & Cyrillum: idque aliunde etiam eſt veriſimile. Certè quando communio recenter erat Alexandro reſtituta, jam aliqui pro Attico apud Innocentium intercedebant; iſque haudquaquam recuſabat pacem, ſed ſolùm exigebat, ut Atticus impleret conditiones pacis, quas impleverat Alexander, ut liquet ex Epiſtolis 22 & 23 Innocentii apud Conſtantium. Itaque reconciliatio Attici & Cyrilli ex conjectura videtur figenda circa annum 415, ac vivente Alexandro Antiocheno, cujus exemplum illi ſunt ſecuti. Scio & fateor, me in hac chronotaxi ab omnibus paſſim diſſentire eruditis, atque etiam à Majoribus noſtris, cùm omnes poſt mortem Alexandri concordiam illam fixerint. At unicè mihi propoſita eſt veritatis inveſtigatio: neque aliena auctoritas hac in re vehementer me terrere poteſt, cùm omnes præ oculis habuerint Epiſtolam Attici, quam ego ſuppoſititiam exiſtimo.*

F

id ſolùm fuit negatum ex ſuppoſititiis litteris,

1450 *Viderunt ipſi, in quantas inciderint difficultates propter Epiſtolas illas Attico & Cyrillo attributas. Imò auſim dicere, illas à nemine cum laudata Bonifacii Epiſtola rectè fuiſſe conciliatas. Certè Tillemontii chronotaxis nequit conſiſtere. Nam tom. 10, Notâ 6 in S. Innocentium Papam, Alexandri mortem figit anno 416, circa finem, opinor; quia tom. 13 in S. Auguſtino art. 285 initium epiſcopatûs Theodoti figit anno 417, quo etiam Theodoti epiſcopatum orditur Boſſchius noſter in Hiſtoria Chronologica patriarcharum Antioche-*

AUCTORE J. S.

tiochenorum, ante tomum IV *Julii pag.* 67. *Uterque agnoscit, chronotaxim suam non posse satis cohærere cum reconciliatione Attici & Cyrilli cum Innocentio: nam mors Innocentii figitur anno* 417, *die* XII *Martii, apud Tillemontium Notâ* 7 *in Innocentium. Quo igitur modo Theodotus, anno* 417 *aut seriùs episcopus factus, primùm cogi potuit Antiochiæ ad nomen* Chrysostomi *diptychis inscribendum: hujus rei nuntius pervenire Constantinopolim, ibique similiter cogi Atticus: ab hoc Epistola mitti Alexandriam, cui non statim acquieverit Cyrillus: ab utroque demum legati Romam destinari ad Innocentium? Quo, inquam, modò hæc omnia, quæ integrum ferè annum tenere possunt, inchoari potuerunt anno* 417 *& ante diem* XII *Martii ejusdem anni finiri? Hæc tam citò fieri non potuisse agnoscunt laudati scriptores, Boschius apertè, Tillemontius magis verecundè in Innocentio art.* XI, *creduntque sub Zozimo, Innocentii successore, peractam esse reconciliationem Attici & Cyrilli. Verùm expositio illa vim infert verbis Bonifacii, qui clarè asserit, sub Innocentio reconciliationem esse peractam.*

B *quæ repugnant Epistolæ Bonifacii Papæ.*

1451 *Quapropter nequit Epistola Bonifacii conciliari cum litteris Attici & Cyrilli; indeque contra harum sinceritatem novum fluit argumentum, quod adjungi potest ad alia superiùs data. Nihil igitur ex illis Epistolis neque de causa neque de tempore, quo nomen* Chrysostomi *diptychis adscriptum est, adoptandum censeo, sed illas prorsus repudiandas. Non ignoro, aliqua ex Epistola Cyrillo attributa fuisse producta à Facundo Hermianensi: sed Facundus rebus gestis tam vicinus non est, nec scriptor tam accuratus, ut Epistolas undique labantes sua auctoritate satis fulcire possit. Nicephorus, qui præcipuam rationem, quâ Cyrillus æquè ac Atticus, compulsus fuit nomen* Chrysostomi *diptychis inferre, omnino prætermisit, duas alias affert cap.* 28.

S. Isidorus Peluſiota dicitur S. Cyrillum ad pacem impulisse:

1452 *Prior satis est probabilis, & facilè concurrere potuit cum ratione præcipua, nimirum ut sic obtineret communionem Ecclesiæ Romanæ ac totius Occidentis. Petitur illa à crebris reprehensionibus & monitionibus S. Isidori Peluſiotæ, quem Cyrillus ut patrem colebat. Huc sanè probabiliter trahi potest Epistola S. Isidori hortatoria ad Cyrillum, quæ lib.* I *est Epistola* 370, *ubi post modestam excusationem de monitione sic loquitur:* Quamobrem ne & ego condemner, & tu divinum
C judicium subeas, simultates ac dissidia comprime. Ne privatæ ac domesticæ contumeliæ ultionem, quâ tamquam ære quodam alieno à mortalibus obstrictus es, in viventem Ecclesiam deriva, atque æternam ipsi dissensionem pietatis specie atque obtentu compara. *Hæc, inquam, satis verisimiliter referri possunt ad dissensionem cum Romana Ecclesia ob* Chrysostomum *ortam. Attamen res certa non est, cùm & alias concertationes, ad quas dicta referri possunt, subiverit Cyrillus. Id certum est, satis animorum fuisse Isidoro ad monendum Cyrillum; cúmque summus fuerit* Chrysostomi *æstimator; verisimile est, id ipsius causâ ab Isidoro factum.*

sed visio, quæ ipsi oblata fertur, valde est suspecta:

1453 *Posterior Nicephori ratio petitur à visione, quam ita narrat:* Videre namque visus est, seipsum sacris ædibus expulsum esse à Joanne, comitatu, & divino, qui circa eum erat, satellitio maximè freto: & Matrem Domini pro ipso deprecantem Joannem, atque cùm multa etiam alia, tum illud præcipuè, quòd pro ipsius gloria plurimùm ille decertârit, sicut dicetur, referentem, ut in sacra templa reciperetur, orare. *Verùm hæc visio videtur fictitia, quia Cyrillus dudum restituerat memoriam* Chrysostomi *Alexandriæ, quando cœpit pro honore Sanctissimæ Dei Genitricis contra Nestorium ejusque hæresim decertare. Quare, licèt Baronius & Pagius ad annum* 412 *hanc visionem pro certa habeant, eamque etiam Majores nostri tom.* 2 *Januarii pag.* 848 *dederint ex Nicephoro sine ulteriori examine, illam nequaquam ausim pro vera admittere: neque enim auctoritas Nicephori ullius ad hoc est momenti. Quod verò ait de Cyrillo laudatus Baronius:* Haud dubium divina cum oportuit visione admonitum, qui adeo se ea in re hactenus refractarium exhibuerat: *solùm habetur ex Epistola, quam suppositiam credimus. Sanè nullus antiquus scriptor inter præcipuos hostes* Chrysostomi *recenset Cyrillum: nullus ait, ipsum tam vehementer obstitisse, quo minùs Sancti nomen in diptycha referretur; idque tantò magis notandum est, quantò plures deinde tempore concilii Ephesini adversarios habuit S. Cyrillus.* D

alia de Cyrillo asserta dubia & improbabilia.

1454 *Porrò Nicephorus ait, Cyrillum pœnituisse contentionis adversus* Chrysostomum; *& subdit:* Proinde diversum omnino à priore concilio faciens, synodum provincialem coëgit, & Joannis nomen simul & ipse & reliqui magnarum sedium antistites in sacro albo proposuerunt. Illi verò minùs rectè dicere videntur, qui Cyrillum libros alios magni Patris aboleviſſe perhibent. *Hæc & reliqua de hisce ait Nicephorus, se inveniſſe* in arcana Nicetæ Philosophi, qui & David dictus est, Historia, *indeque Operi suo inseruisse. Verùm Nicetas ille magnæ in hisce auctoritatis esse nequit, cùm non vixerit ante seculum* IX. *Itaque verisimile quidem est, synodum aliquam à Cyrillo coactam esse ad nomen* Chrysostomi *diptychis inscribendum. At illud ex Nicephoro nequit satis reddi certum. Ubi verò ille legerit, libros* Chrysostomi *à Cyrillo combustos, non edicit, nisi istud ipsum aut affirmaverit aut negaverit Nicetas. Verùm, quiscumque fuerit primus auctor, res ipsa nec verisimilis est nec credibilis. Multos & vivens & defunctus hostes habuit Cyrillus, præcipuus contra Nestorianos ductor. Illi talia de viro sancto confingere potuerunt: atque etiam sæpe memoratas Epistolas Attico ac Cyrillo supponere.* E

Norisii & Pagii de hisce sententia F

1455 *Ceterùm breviter examinanda est sententia Norisii, & Pagii non multùm ab eo abludentis, de tempore inscripti ab Attico & Cyrillo diptychis* Chrysostomi. *Etenim nutarent multa ex iis, quæ disserui contra Epistolas suppositias, si vera esset eorum opinio. Norisius lib.* 2 *Historiæ Pelagianæ cap.* 6 *rectè observat ex Commonitorio Marii Mercatoris,* Zozimum (*Papam*) ad ecclesias Alexandriæ, Antiochiæ, & Constantinopolis de Pelagianis abs se damnatis scripsisse. Unde, inquit, licèt Cyrillus & Atticus id temporis nondum Chrysostomi nomen in diptycha retulissent, uti proximè dicebamus, noluit tamen Zozimus Innocentii vestigiis inhærere, sed ea dissensione omissa, eosdem per litteras convenit. *Refutat hanc opinionem Tillemontius tom.* 10 *Notâ* 6 *in Innocentium, tacito tamen Norisii nomine. Pagius ad annum* 417 *rejicit opinionem Norisii, & aliam substituit nihilo meliorem. Ait nimirum num.* 14 *contra Norisium:* Verùm Zozimus non alio modo se gessit erga episcopos Orientales memoriæ Chrysostomi inimicos, quàm sese Innocentius gesserat: neque pax Romanam inter Ecclesiam & Orientalem restituta ante Bonifacii pontificatum. Sed cùm duæ istæ Ecclesiæ (*Romanam dicit & Orientalem generatim*) schismate divisæ

non

A non essent, Zozimus, damnatis Pelagianis, tractoriam suam non minùs ad Orientales, quàm ad Occidentales episcopos misit. *Ita Pagius, qui deinde pluribus probare aut potiùs explicare nititur, non modò Zozimum, sed etiam Innocentium, id genus litteras misisse ad episcopos Orientales, inter quos erant Cyrillus & Atticus.*

examinantur & refutantur.

1456 *Verùm uterque divinavit sine fundamento, uterque improbabiliter, ac non modò sine auctoritate veterum, sed contra aperta contemporaneorum testimonia. In hæc abrupta viros aliàs eruditos conjecerunt Epistola Attici & Cyrilli, quas quantò diutiùs considero, tantò certiùs existimo supposititias. Nolle se scribere ad Atticum testatur ipse Innocentius in Epistola ad Maximianum antè laudata, quam sic orditur:* Miramur, prudentiam tuam scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ urbis à nobis & prosecutione propria, & dato libello, qui subtèr annexus est, postulare; à quo nec missas ullas saltem Epistolas ad nos, vel ad vestram synodum utique pertulisti: idque non petenti tribuendum existimes, quòd vides deprecantibus, discussa ratione, concessum. *Loquitur de Alexandro Antiocheno aliisque episcopis, cum eo simul in gratiam receptis, docetque horum exemplum Attico sequendum esse, ut* communio suspensa *restituatur, sive litterarum commercium resumatur. Paruisse Atticum ceterosque Orientales episcopos tempore Innocentii, testatur Bonifacius Papa verbis num.* 1448 *allegatis. Itaque neque Zozimus neglexit dissensionem illam, ut divinat Norisius; sed Pontifex est factus post pacem restitutam: neque Innocentius aut Zozimus, ut vult Pagius, litterarum commercium habuerunt cum patriarchis Orientalibus ante resarcitam concordiam, nomenque* Chrysostomi *diptychis inscriptum. Auctoritas Theophanis, qui hoc factum figit anno* 420, *parùm nos commovere debet; cum chronographi, tanto tempore posteriores, quandoque ad plures etiam annos à recta chronotaxi aberrent. Multò etiam minùs attentionem nostram meretur Cedrenus, qui istud refert ad annum* 421. *Ne mirari quidem possumus, eorum chronotaxim hîc exactam non esse, cùm Socrates & Theodoretus, ex quibus illi rem discere potuerunt, annum non assignaverint.*

B

C

§ LXXXVIII. Festivitas Sancti celebrari cœpta: corpus anno 438 ex Ponto magna cum solemnitate Constantinopolim translatum.

Festivitas Sancti instituta Constantinopoli.

HActenus egimus de *nomine* Chrysostomi *restituto, tamquam præclari Episcopi. At necdum locuti sumus de festivitate ipsius ut Sancti instituta. Hanc fuisse celebratam ante annum* 438, *quo Sancti corpus translatum videbimus, colligitur ex Oratione S. Procli jam data, in qua num.* 1359 *dicitur:* In Ponto jacet, & in orbe terrarum laudatur. *Annum etiam & diem festivitatis cœptæ assignat Marcellinus comes in Chronico ad annum* 428, *ita scribens:* Beatissimi Joannis episcopi, dudum malorum episcoporum invidiâ exsulati, apud comitatum cœpit memoria celebrari mense Septembrio die XXVI. *Dubitari potest, an dies ille & annus inchoati cultus satis sint certi, cùm quia nullibi memoria Sancti in Fastis sacris recolitur ad* XXVI *Septembris, tum quia tanta non est auctoritas Marcellini, ut illa sola, tacentibus coævis scriptoribus, omnem auferre dubitationem possit. Verùm, quidquid sit de anno & die, inchoatum saltem Sancti cultum ante corporis translationem, jam monui. Titulum* Sancti *diu ante annum* 428 Chrysostomo *attribuit Innocentius Papa, ut videre est in hujus Epistolis; item S. Augustinus, cujus verba dedi* § 85. AUCTORE J. S.

1458 *De Corporis translatione Marcellinus ad annum* 438 *ita habet:* Reliquiæ beatissimi Joannis, augustæ urbis quondam episcopi, eidem redditæ civitati, ibique sepultæ, mense Januario, die XXVIII. *Fortè diem sepulturæ Marcellinus his verbis designare voluit, non verò ipsum diem, quo sacrum corpus Constantinopolim advenit. Certè translatio illa apud Græcos celebrata est die* XXVII *Januarii, eoque die translationem figit Socrates, qui eam præsens videre potuit. De anno* 438 *hic Marcellino consentit, lib.* 7 *cap.* 45 *ita scribens;* Id autem contigit sexto decimo consulatu Imperatoris Theodosii, die VI Calendas Februarias. *Quare etiam Theodorus Lector intelligendus est de solemni per urbem translatione ac depositione in templo Apostolorum, non autem de adventu in urbem, quando lib.* 2 *pag.* 568 *de hisce ita loquitur:* Ejusdem Theodosii temporibus, Proclo patriarchatum administrante, allatæ sunt reliquiæ Joannis Chrysostomi, & depositæ sunt in basilica sanctorum Apostolorum ante diem quintum Calendas Februarias. *Hæc de anno & die translationis sufficiunt.* *Anno* 438, *die* XXVII *Januarii corpus Sancti,*

E

1459 *Socrates de auctore & causa translationis scribens, multa suo more nugatur, quia non nisi invido oculo vidisse videtur triumphum illum Viri, Novatianis suis olim contrarii. Audiamus tamen hominem ac corrigamus.* Nec multò pòst, *inquit*, Proclus episcopus eos, qui ob depositionem Joannis sese ab Ecclesiæ corpore sejunxerant, ad unitatem revocavit, eorum dolorem prudenti consilio demulcens. Qua autem ratione istud perfecerit, jam dicendum est. Joannis corpus, quod Comanis sepultum erat, annuente imperatore, Constantinopolim deportavit, anno post ejus abdicationem quinto ac tricesimo. Idque solemni pompa per urbem traductum, ingenti cum honore in ecclesia Apostolorum deposuit. Hoc igitur modo pacati hi, qui Joannis causâ seorsum conventus agebant, ad unitatem Ecclesiæ redierunt. *Dubito enimverò, an eo consilio opus fuerit Proclo ad Joannitas ad ecclesiam reducendum. Nam admodum verisimile est, omnes ferè reductos fuisse ab Attico, quando* Chrysostomi *nomen diptychis inscripsit. Si quos verò istud Attici consilium necdum revocaverat ad ecclesiam, uti fieri potuit, quia Atticus contra* Chrysostomum *egerat, & eo vivente erat ordinatus; saltem illos reducere debuerat institutio festivitatis, præsertim cùm Proclus numquam aliquid contra* Chrysostomum *fecisse videatur. Hinc Proclus ipse ait in Oratione ante translationem habita:* Est facta Joannis memoria omni civitati rete: ... non enim sic pisces trahit piscatorum rete, sicut rectos fidei trahit Joannis solemnitas. *ex Ponto translatum.*

F

1460 *Itaque videtur Socrates politicam translationis rationem quæsivisse, ut veram, ex meritis Sancti & omnium in ipsum amore repetendam faciliùs tacere posset & obtegere.* (*non tamen ob rationes à Socrate allegatas*)

AUCTORE J. S.

Certè id facit, dum statim subjungit sequentia: Ceterùm hoc loco mirari subit, quî factum sit, ut invidiæ livor Origenem quidem mortuum appetierit, Joanni verò pepercerit. Nam ille quidem annis circitèr ducentis post obitum ipsius à Theophilo excommunicatus est. Joannes verò anno post mortem quinto ac tricesimo à Proclo receptus est in communionem. Tantum discrimen fuit inter Procli mores atque Theophili. Verùm hæc qua ratione facta sint & quotidie fiant, prudentes viros minimè latet. *Ita ineptus ille Origenistarum defensor, ac perpetuus Novatianorum præco, causam repetit à diversis moribus Procli & Theophili, acsi nulla fuisset differentia inter* Chrysostomum *& Origenem. Verùm &* Chrysostomo *& Theophilo æquè erat infensus, priori propter Novatianos exagitatos; alteri propter Origenistas damnatos. Hinc lib. 6 cap.* 19 *dubitat, an* Joannes *non fuerit justè damnatus*, eò quòd olim in Asia ac Lydia constitutus, multas Novatianorum & Quartadecimanorum aliorumque ecclesias invasisset. *Theophilum verò ob gesta contra Sanctum* omnium suffragio *damnatum dicit cap.* 17. *Non minùs hîc sibi contradicit, dum politico stylo Sancti gloriam arrodere tentat; nam primò translationem figit* quinto ac trigesimo *anno post mortem Sancti, cùm dicendum fuisset* trigesimo primo *secundum scripta ipsius Socratis. Secundò dicit, tunc* Chrysostomum *receptum* in communionem; *cùm ipse narraverit cap.* 25, *jam ab Attico id factum esse, qui* Joannis mentionem in orationibus fieri jussit *&c. Hoc autem contigit octo circitèr annis post beatum Sancti obitum.*

B

magno cum honore defertur Constantinopolim.

1461 *Theodoretus lib.* 5 *cap.* 36 *aliqua narrat translationis adjuncta, ex quibus colligitur, quanta fuerit populi Constantinopolitani in illa festivitate lætitia.* Aliquanto pòst, *inquit*, ipsæ quoque magni Doctoris reliquiæ in urbem regiam translatæ sunt. Atque iterum (*sicut contigerat in reditu à primo exsilio*) fidelis populus, mari præ navigiorum multitudine instar continentis effecto, ostium Bosphori, usque ad Propontidem situm, facibus obtexit. Hunc porrò thesaurum regiæ urbi donavit is, qui nunc imperium obtinet (*Theodosius*,) qui & avi nomen præfert, & pietatem ejus integram atque illibatam servat. Hic igitur oculos & frontem loculo admovens, pro parentibus suis supplicavit, petens ut iis, qui per imprudentiam peccâssent, veniam concederet. *Plura de hisce non habemus ex scriptoribus contemporaneis.*

C

Scriptores recentiores fabulosa admiscent

1462 *Verùm translationem illam uberiùs narravit Cosmas Vestiarius, aut Vestitor, de quo egi num* 28. *Hunc secutus est Nicephorus lib.* 14 *Historiæ ecclesiasticæ cap.* 43, *ubi pleraque Vestiarii asserta adoptavit, iisque adjunxit aut immiscuit, quæ modò ex Socrate dedimus & Theodoreto. Baronius ad annum* 438 *num.* 7 *multa adoptavit ex Cosma Vestiario, quem accuratum credidit in narrando; reliqua adjunxit ex Nicephoro. Hermantius in Vita lib.* 9 *cap.* 12 *illa etiam recitat; sed minorem scriptoribus istis adhibet fidem. Tillemontius in* Chrysostomo *art.* 134 *ne digna quidem credidit, quæ recitaret; nec planè immeritò. Etenim varia ostendunt, Cosmam, qui circa sæculum* IX *vixisse creditur, ne accuratum quidem esse in iis, quæ facilius scire potuisset: qua igitur ratione exactum credemus in aliis, quæ nullus fortasse ante ipsum narraverat? Certè neminem laudat, ut mirabilia illa, quæ oratorio prosequitur stylo, utcumque confirmet. Ait, tempore Procli ecclesiam fuisse scissam, quia nomen* Chrysostomi *è diptychis erat ejectum; & Proclo attribuit orationem huic opinioni congruam, quando ab imperatore petiit, ut corpus Sancti transferretur. At, ut jam vidimus, plus quàm viginti annis nomen Sancti è diptychis recitabatur, quando facta est translatio. Quare oratio illa satis prolixa pro commentitiâ habenda est tota. Id unum verum est, Proclum institisse apud imperatorem, ut fieret translatio.* D

in referenda illa translatione:

1463 *Mox num.* 5 *in Ms.*, *Latinè reddito, refert auctor, legatos ab imperatore Theodosio Comana missos; quod res ipsa persuadet. At verisimiliter ecclesiastici missi sunt, cùm ipse solùm dicat*, nonnullos è senatu *missos, qui ecclesiasticis addi potuerunt. Legatis verò apud Comanos attribuit orationem nequaquam naturalem aut verisimilem, ideoque omittendam. Ubi apertum fuit sepulcrum, corpus dicitur repertum immobile. Hoc tristes legati retulerunt imperatori. Ille verò inops consilii, preces fundit, tandemque censet supplices ad* Chrysostomum, *tamquam ad viventem, litteras dandas. Hasce litteras curiosus lector apud Baronium, Hermantium, & Nicephorum, videre poterit. Ego illas non dabo, quia non minùs compositas à Vestiario existimo, quàm varias sermocinationes eidem Opusculo insertas. Idem procul dubio de hisce litteris credidit Tillemontius. At si illud tam facilè credere potuit de his litteris, quæ & Theodosio & Chrysostomo essent honorificæ; idem meo judicio credere debuisset de litteris Attici & Cyrilli, quæ & scribentibus probrosæ essent & Chrysostomo injuriosæ, quæque & apud eumdem Nicephorum traduntur, ac pluribus argumentis tum rectæ rationi tum veræ historiæ repugnare ostenduntur, quàm hæ Theodosio attributæ.* E

corpus primò depositum fertur in S. Thomæ ecclesia:

1464 *Porrò litteræ hæ, si lubet credere Cosmæ Vestiario, pectori corporis exanimis fuerunt impositæ, ac statim corpus facilè moveri potuit, capsæque pretiosæ, quam imperator transmiserat, imponi. Deindè magna cum pompa transvehuntur Chalcedonem usque reliquiæ. Theodosius imperator & Proclus patriarcha Chalcedonem procedunt obviàm Hoc sanè est verisimile, si sacrum corpus terrestri itinere Chalcedonem fuerit perlatum. Verùm fictitia rursum & Theodoreto contraria videntur, quæ mox subjungit auctor de coorta ingenti tempestate, quâ naves omnes fuerint dispersæ; sola verò illa navis, si fabulatori credimus, cui sacrum corpus erat impositum, sine velo aut remige Bosphorum transiit, rectâque tetendit ad fundum illius viduæ, cujus causâ* Chrysostomum *irata Eudoxia expulisse dicitur. Inde, mari rursum ad tranquillitatem reducto, sacrum corpus delatum dicitur ad templum S. Thomæ, quod cognominatur* Amantii, *ibique tota nocte servatum. Multa collegit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 116 *de ecclesia illa. Ex iis liquet*, Amantii *cognomen, quod habet à conditore aut potiùs instauratore, tunc illi ecclesiæ non fuisse, cùm Amantius multò seriùs floruerit, nimirum imperante Anastasio. Existimat tamen Cangius, eodem loco stetisse ædem Sacram S. Thomæ, quæ tempore Leonis imperatoris, ut aliqui referunt, incendio destructa fuerit, & postmodùm ab Amantio instaurata.* F

deindè solemni translatione ad S. Irenes,

1465 *In illa S. Thomæ ecclesia Theodosium pro matre deprecantem inducit Vestiarius, eique longam attribuit orationem, ex suo ingenio compositam, opinor, miniméque probabilem. Nicephorus verò in hisce dissentiens à Vestiario, varias ecclesiæ*

AUCTORE J. S.

§ LXXXIX. Examinantur duæ viſiones in laudem Sancti relatæ: inquiritur à quo tempore eidem fuerit datum cognomen Chryſoſtomus.

Secundum poſteriores biographos.

EMinentiſſimus Baronius, *multique ſcriptores ipſum ſecuti, mirabilem de* S. Chryſoſtomo *narrant viſionem, quæ doctrinam Sancti multùm poteſt commendare, modò ſatis videatur certa. Ipſa Baronii verba huc transfero cum ſcriptoribus ab eo laudatis:* Illud verò, *inquit*, quòd ad ejuſdem Joannis ſcripta pertinet; haud ignorandum, habuiſſe ipſum in ſacris Litteris peculiarem doctorem ſanctum Paulum apoſtolum, cujus immenſo tenebatur amore. Fidem facit hujus rei S. Proclus, qui poſtea Conſtantinopolitanæ eccleſiæ fuit creatus epiſcopus, rem geſtam ſic narrans. *Obſerva, lector, laudari quidem S. Proclum, tamquam illum, qui factum vidiſſe creditur; non verò tamquam auctorem, qui illud ſcripto mandavit. Scriptor verò in margine aſſignatur Leo Auguſtus in Vita, eique adduntur Metaphraſtes & alii. Græca Leonis verba videri poſſunt apud Savilium tom.* 8 *pag.* 277 *num.* 15. *Latinè reddita ſic ea dat Baronius:* Cùm divinas Pauli apoſtoli Epiſtolas earum interpres & expoſitor percurreret, erat (ut eſt veriſimile) dubia & ſuſpenſa cogitatione, dicens: Quis ſcit, an Deo grata mea ſit interpretatio? Hæc cogitans, rogabat, ut de ea re à Deo fieret certior. Quod etiam citò hoc modo factum eſt.

Chryſoſtomo Pauli Epiſtolas interpretanti

1468 Quidam ex his, qui imperatori erant familiariſſimi, offendit imperatorem: qui mortem minatur. Et mittitur, qui apud divinum Pontificem intercederet, ut noctu ad eum veniret propter metum imperatoris, & ſua ei exponeret. Quibus aſſentiens Sanctus; per Proclum jubet, ut veniat. Nox erat, & ſimul etiam aderat is, qui erat ſupplex. Ut eum admoneat, dat operam Proclus. Deinde primùm aſpicit per quoddam foramen, & videt Pontificem, ut conſueverat, in ſede ſedentem & ſcribentem (ea autem erat interpretatio divinarum Epiſtolarum.) Tunc autem ille terribili illo dignus habetur ſpectaculo. Videt enim Proclus divinum apoſtolum Paulum, inclinatum poſt ſedem ad caput Pontificis, & os admoventem auri ejus dexteræ, & cum eo colloquentem. Proclum inceſſit ſtupor & admiratio, quânam ingreſſus eſſet, quem cernebat. Ignorabat enim quis eſſet: & rogat hominem ut parùm exſpectet. Rurſum paulò pòſt aſpexit & ſemel & bis, & erat idem ſpectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo optimate, qui dixit: Non oportebat te, cùm videres mortem, quæ mihi exſpectatur, alium ad Sanctum adducere. Ille autem ei affirmat, ſe de eo nihil cogitâſſe. His adhuc dubitantibus, præco ad matutina cantica excitat ligni pulſibus. Homo itaque revertitur, in ſecundam noctem ſpem rejiciens. Acceſſit ſecunda nox & tertia, & erat rurſus ſimile ſpectaculum.

viſus eſt ipſe S. Paulus ſcribenda ſuggerere:

1469 His obſtupefactus, vix tandem ſenſit Proclus, nemine vidente, à Deo miſſum eſſe eum, qui loquebatur. Dicit itaque illi optimati: ô optime, Deo reſiſtente ſtudiis omnibus, labor eſt inutilis;

A *cleſias, quæ conſequenter ſacrum corpus excepe-runt, ita enumerat.* Eumque (Chryſoſtomum) primum circa Amantium magni Thomæ templum excepit: indè verò in Sanctæ Pacis * delubrum delatus: poſtea porrò imperiali curru tumulus vectus in ſanctorum Apoſtolorum fanum illatus eſt. *Hìc demum Theodoſium exhibet Sancto ſupplicantem, ſed modo probabili, & Theodoreti dictis congruo.* Ibi imperator, *inquit*, ſacro loculo chlamyde tecto, & fronte atque oculis urnæ impoſitis, communem ſupplex precationem pro parentibus fecit. *Quod verò mox addit, rurſum ex Veſtiario deſumptum eſt, & fictitium videtur:* Seorſim verò pro matre quoque precatus eſt, ut tumuli ejus motus atque ſtrepitus conſiſteret. Triginta enim & quinque annos jam is quatiebatur... Nec ille id non exoravit: confeſtim enim urna ejus conſtitit. *Veſtiarius triginta & tres annos motum tumuli durâſſe ait, quod rectiùs congruit cum tempore obitûs Eudoxiæ. At motus ille antiquioribus incognitus eſt, & planè apparet fictitius.*

** al.* Irenes *Græco nomine dictum.*

ac demum ad templum SS. Apoſtolorum defertur.

B 1466 *Nihilo magis fidem merentur alia quædam mirabilia, quæ prolixiùs apud Veſtiarium, breviùs apud Nicephorum narrantur his verbis:* Atque ubi ſacer Proclus Virum ſanctum in eumdem ſecum thronum collocavit, plebs circumfuſa uno ore exclamavit, Recipe, inquiens, thronum tuum, ô Pater. Fertur ipſe quoque tum, quæ dudum clauſa fuerant, labris rurſum apertis, ad populum dixiſſe: Pax vobis, ſicuti id circumſtantes homines, & Proclus patriarcha, ſe audiviſſe teſtati ſunt. *Addit Veſtiarius, ipſum deinde & in loculo dixiſſe:* Hæc requies mea, *& plura alia. At ejuſmodi prodigia ſine teſtibus melioribus & antiquioribus non credimus. Quare de hiſce ſolùm addo ſobria magis magiſque vera Theophanis verba ad annum* 437 *&* 438: Hoc anno ſanctiſſimus Conſtantinopolitanus epiſcopus Proclus, permiſſu ab imperatore Theodoſio petito, Joannis Chryſoſtomi reliquias à Comanis in regiam civitatem tranſtulit: & in ſequente anno exacta nimirum annorum triginta trium periodo (*ab exilio Sancti*) eaſdem publicâ confertâque proceſſionis pompâ deductas, imperatore & beatâ Pulcheria comitantibus, in Apoſtolorum depoſuit eccleſia. *Tranſlatio nimirum inchoata eſt anno* 437, *& reliquiæ advenerunt Conſtantinopolim* XXVII *Januarii anni* 438, *ſequenti verò die, ſolemni inſtituta ſupplicatione, in templo ſanctorum Apoſtolorum videntur depoſitæ. Ceterùm neceſſe non eſt refutare Amrum Neſtorianum ſeculi* XIV *ſcriptorem, qui Neſtorio ſuo tranſlationem corporis* Chryſoſtomi *attribuit, apud Aſſemanum in Bibliotheca Orientali tom.* 3 *pag.* 585, *ubi ipſe quoque Aſſemanus memoriâ lapſus eſt, quando ait, Neſtorium curâſſe, ut nomen Sancti in diptycha referretur: nam id diu antè Atticus jam fecerat. Fabulam magis inſulſam de* Chryſoſtomo *ibidem pag.* 563 *habet Simeon, presbyter Neſtorianus.*

C



E

F

AUCTORE J. S.

tilis: roga ergo Deum, ut tibi opem ferat. Dies aderat, & cùm ſupplicis recordatus eſſet Pontifex, rogavit, an acceſſiſſet. De eo ergo ſignificat ei Proclus, qui hæc etiam dixit: Cùm tu præteritis noctibus ſeorſum eſſes cum alio, ſtatui non temere accedere. Cùm ſanctus autem rogâſſet, quiſnam is eſſet; incipiens Proclus, verbis quidem totum proſequitur miraculum; digito autem per imaginem evidentiſſimè probans, eum fuiſſe Apoſtolum, totam narrat ſeriem miraculi. Quibus cùm adhibuiſſet mentem hic Vir divinus, apertè intellexit ſpectaculum; & factus certior, ſe ſuam accepiſſe petitionem, Deo gratias egit *&c. Hanc viſionem ante Leonem prolixiùs narravit Georgius Alexandrinus apud Savilium pag.* 192 *& ſeqq. Atque ex Georgio aliqua de viſione illa perſtrinxit S. Joannes Damaſcenus Orat.* 1 *de Imaginibus apud Billium fol.* 462 *pag.* 2, *ut probaret, imaginem S. Pauli apoſtoli fuiſſe* Chryſoſtomo. *Credidit quidem Baronius, laudari à Damaſceno Vitam aliquam, quæ deſideratur: at ea in re errâſſe videtur, quia non ſatis intelligebat linguam Græcam: nam aliàs clarum eſt, allegata à Damaſceno verba ex Georgii Opuſculo fuiſſe deſumpta. Eamdem deinde viſionem narraverunt Anonymus & Metaphraſtes, ambo apud Savilium editi.*

B

hæc viſio aliis certa, incerta aliis, non rectè à Savilio

1470 *Eminentiſſimus Baronius nullam de veritate illius viſionis dubitationem movet; ſed conjecturam affert non ſatis probabilem his verbis:* Contigiſſe autem viſionem illam, cùm Epiſtolam Pauli ad Galatas interpretaretur, in qua ſe ipſum ſuperâſſe cognoſcitur, haud improbanda opinio eſt. *Verùm oſtendi* § 30, *expoſitionem Epiſtolæ ad Galatas compoſitam fuiſſe Antiochiæ ante epiſcopatum Sancti. Hæc verò viſio, ſi vera eſt, contigit Conſtantinopoli, ut ex omnibus adjunctis liquet. Hermantius in Vita hujus apparitionis vix neminit. Attamen lib.* 12 *cap.* 14 *breviter aliqua adducit ex Damaſceno, quæ ex viſione fuerunt deſumpta. Tillemontius Notâ* 45 *totam viſionem habet ut valde incertam, quia non habet teſtem antiquiorem, quàm Georgium Alexandrinum. Savilius in Annotatis ad Georgium pag.* 948 *ad locum, ubi dicitur Sanctus reliquas Pauli Epiſtolas deinde interpretatus, hæc viſioni opponit verba:* Atque conſtat ex ipſis Chryſoſtomi verbis, pleraque ejus in Apoſtolum ſcripta Antiochiæ elucubrata fuiſſe: id quod toti huic hiſtoriæ fidem detrahit. *At hæc certè obſervatio tantam nequit vim habere, aut potiùs planè inepta eſt. Remittit Savilius ad præfationem ſuam in Homilias* Chryſoſtomi *in Epiſtolam ad Romanos, quæ habetur pag.* 226. *Ibi dicit:* Contrà biographi *Scripta in Epiſtolas Pauli* cuncta videntur vindicare Conſtantinopoli. *Verùm ex nullo, opinor, loco Vitarum hoc aſſertum umquam probari poterit.*

C

oppugnatur: potuit contingere Conſtantinopoli

1471 *Georgius Alexandrinus pag.* 192 *ait, viſionem contigiſſe, quando pleraſque Pauli Epiſtolas interpretatus erat Sanctus, hiſce utens verbis:* ἑρμηνεύσας ὃν τρόπον ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῶν *&c.* Interpretatus, *aut, ſi malis,* Ubi interpretatus erat plurimas ex ipſius Epiſtolis *&c. Tunc dicitur ille ſcrupulus Sancto obveniſſe de recta interpretatione, ſecutaque viſio, quâ timor ille diſſipatus eſt. Poſtea verò dicitur ſine ejuſmodi timore reliquas Epiſtolas interpretatus. At nullibi omnes Conſtantinopoli aut omnes conſequenter expoſuiſſe Epiſtolas legitur. Porrò Savilius ipſe ex quatuordecim Pauli Epiſtolis tantùm quinque Antiochiæ expoſitas credit, novem verò Conſtantinopoli. Hinc intelligat lector, quàm inepta ſit objectio contra Georgium. Ego quatuor tantùm Epiſtolas Conſtantinopoli explicatas credo; & vel ſic eo argumento uti nequeo contra allegatam viſionem. Nam ſi illa Sancto ſit oblata, quando exponere meditabatur aut cœperat Epiſtolam ad Coloſſenſes, præter hanc reſtabant tres aliæ exponendæ. Et ſanè, ſi viſio ipſa abundè teſtata eſſet, non poſſet fieri aptior conjectura, quàm de Epiſtola ad Coloſſenſes, aut de Epiſtola* 1 *ad Theſſalonicenſes, deinde etiam Conſtantinopoli expoſita. Nam primò, interruptam Epiſtolarum S. Pauli expoſitionem reſumpſit Sanctus per Epiſtolam ad Coloſſenſes, quæ prima eſt ex illis, quas Conſtantinopoli expoſuit. Poterat igitur non ſine ratione dubitare, an tam utilis Deoque grata eſſet futura illa expoſitio continua, quàm eſſent conciones aliæ, ad mores informandos aut ad refutandos hæreticos ex locis in hos fines ſelectis, quales eatenus habuerat Conſtantinopoli. Secundò in Expoſitione Epiſtolæ ad Coloſſenſes frequentiſſimè Paulum celebrat, & ſubinde ſummo cum affectu per integras paginas. Certè media ferè pars Homiliæ* 10 *Paulum Paulique vincula mirè celebrat; ibique pag* 402 *hæc leguntur verba:* Si quis mihi daret optionem, mallemne videre Paulum è cælo deſcendentem, & vocem emittentem, an ex carcere; mallem ex carcere. *Eadem vincula ac lacrymas S. Pauli rurſum prolixè celebrat & verſat in Homilia* 12. *Verumtamen hæc minimè ſufficiunt ad conjecturam ſatis probabilem formandam; præſertim cùm ipſa viſio pro certa & indubitata non ſit habenda.*

D

E

in expoſitone Epiſtolæ ad Coloſſenſes, aut poſtea: at certa non eſt.

1472 *Certum quidem eſt & manifeſtum,* Chryſoſtomum *ardentiſſimo Pauli amore flagrâſſe. Æquè apud eruditos conſtat, Epiſtolas S. Pauli accuratiſſimè ab ipſo fuiſſe expoſitas. Quare viſio, quæ Proclo, viro Sancto, oblata dicitur, neque incredibilis eſt neque improbabilis, ſi hæc ſola ſpectemus; neque ſunt improbanda, quæ in officio Breviarii Romani de* Chryſoſtomo *leguntur his verbis expreſſa:* Multitudinem, pietatem, ac ſplendorem concionum, cæterorumque ejus ſcriptorum, interpretandi etiam rationem, & inhærentem ſententiæ ſacrorum librorum explanationem, omnes admirantur, dignumque exiſtimant, cui Paulus Apoſtolus, quem ille mirificè coluit, ſcribenti & prædicanti multa dictâſſe videatur. *Veriſſima hæc eſſe cenſeo ac certiſſima. At viſionem S. Procli de S. Paulo, in aurem* Chryſoſtomi *loquente, non æquè certam aut indubiis teſtimoniis nixam invenio. Modus ipſe, quo Proclus per ſoramen tribus noctibus conſequenter viſionem illam habuiſſe dicitur, habet aliquid, quod non admodùm eſt veriſimile. Silentium etiam coævorum facit, ut viſio illa ſaltem minùs ſit certa, præſertim cùm quatuor biographi, qui hanc referunt, veris frequenter falſa miſcuerint. Itaque prudenti lectori judicium de re tota lubens permitto. Fieri ſanè poteſt, ut ſimilis viſio contigerit, & per ſcriptores minùs accuratos exactè non fuerit relata.*

F

Aſſerta & alia viſio de immenſa Sancti gloria

1573 *Alteram de* Chryſoſtomo *jam defuncto viſionem, quam Baronius & Tillemontius fictitiam exiſtimant, narrat Joannes Moſchus in Prato Spirituali cap.* 128. *Factum huc transfero, prout Latinè expreſſum eſt apud Roſweydum in Vitis Patrum pag.* 901: Rurſus idem abbas Athanaſius narravit nobis de eodem epiſcopo Adelphio, dicens, ſeſe venerabilem Joannam ſororem ipſius ita referentem audiſſe. Cùm ſanctiſſimus epiſcopus Conſtantinopolitanus Joannes Chryſoſtomus in Cucuſum in exilium miſſus eſt, in domo noſtra manſit. Ex hoc igitur ingentem confidentiam & charitatem habuimus ad Deum. Dicebat ergo frater meus Adelphius: Cùm in exilio mortuus eſſet beatiſſimus Joannes, dolorem pertuli incredibilem, quòd

A quòd talis ac tantus Vir, orbisque magister, lætificans Ecclesiam Dei, à throno suo exul defunctus est. Deprecabar ergo, inquit, Deum cum multis lacrymis, ut ostendere mihi dignaretur, in quo statu esset, & an patriarchis adnumeratus esset. Cùm ergo diutiùs orâssem, in ecstasi effectus sum, aspexique virum nimis speciosum, qui tenens manum dexteram meam, adduxit me in locum quemdam illustrem & glorioſissimum, ostendebatque mihi ecclesiæ doctores. Ego verò circumspiciebam videre quærens, quem cupiebam, magnum Joannem dilectissimum meum. Cùm ergo ostendisset mihi omnes, & uniuscujusque proprium nomen expressisset, rursus tenens me per manum, eduxit me foràs. Ego autem sequebar illum tristis, quòd non vidissem cum patribus & Ecclesiæ magistris beatum Joannem. Cùm itaque egrederer, is, qui præerat januæ, apprehendens me, dixit mihi: Quid habes? cur tristis es? Nemo umquam huc ingressus, tristis exivit. Tunc dixi illi: Hæc mihi causa mœroris est, quòd amantissimum mei Joannem episcopum Constantinopolitanum unà cùm ceteris doctoribus non vidi. Rursum dixit mihi: Joannem dicis pœnitentiæ ducem? Aio ego: Illum sanè. Respondens autem dixit mihi: Ipsum homo in car-

B ne vivens videre non potest, illic enim assistit, ubi thronus est Domini. *Hactenus Moschus, cujus narrationem ut planè certam vindicandam non suscipio.*

hanc planè fictitiam esse, argumenta

1474 *Attamen lubet utcumque examinare rationes, quibus Baronius ad annum* 407 *num.* 35, *&* *Tillemontius Notâ* 103 *in* Chrysostomum *utuntur, ad fidem toti visioni detrahendam. Objicit primò Baronius, Adelphium non fuisse Arabissi episcopum, sed Treïum, in Epistola* 126 Chrysostomi *memoratum, ubi dicitur* Otreïus. *Respondeo, id verum esse, sed nihil facere ad propositum. Otreïus erat Arabissi episcopus, vivente* Chrysostomo; *sed nullibi asseritur, Adelphium tunc fuisse episcopum. Erat Adelphius anno* 451 *in concilio Chalcedonensi ut chorepiscopus, & non diu pòst factus erat episcopus Arabissi, ut videre est apud Lequien in Oriente Christiano tom.* 1 *pag.* 445. *Tillemontius vidit, illam objectionem esse inutilem, aliamque substituit nihilo meliorem his verbis:* Moschus asserit, Sanctum fuisse hospitatum Cucusi apud Adelphium illum Arabissi episcopum. *Respondeo, id falsum esse. Dixit Adelphii soror:* In domo nostra mansit. *De qua domo id intelligemus, nisi de domo parentum utriusque? Fortè parvuli erant Adelphius, ejusque soror Joanna, & filii illius Dioscori, qui Sanctum Cucusi hospitio excepit & fovit; fortè etiam necdum nati.*

C

objecta non evincunt;

1475 *Altera objectio Baronii petitur à comparatione* Chrysostomi *& aliorum doctorum.* Sanè quidem, *inquit*, & illa invidiosa nimis assertio est; omnes, qui umquam fuerunt in Ecclesia doctores, in inferiori ponere gradu, & super omnes Chrysostomum collocare: cùm præsertim ex eis complures martyrio fuerint coronati, ut inter alios Hippolytus & Methodius: ut taceam de reliquis absque sanguine vitâ functis Sanctis, nempe Basilio, duobus Gregoriis, Thaumàturgo atque Theologo, itemque omnibus sine invidia præferendo Magno Athanasio. *Tillemontius item dolet, hac visione* Chrysostomum *præferri Athanasio, Cypriano, reliquisque doctoribus ante ipsum defunctis. Verùm neque hæc objectio magni ponderis mihi videtur. Neque enim video,* Chrysostomum *aut Athanasio, aut ulli nominatim doctori fuisse prælatum. Nullus certè nominatur, & sicut* Chrysostomus *inter illos, qui ostendebantur, non fuisse dicitur, ita & alii eadem de causa illi numero deesse*

poterant. Tam naturalis & propria est hæc expositio, ut non auderem asserere, Chrysostomum *ulli nominatim doctori in cœlesti gloria prælatum, nedum omnibus, etiamsi visio certa videretur & indubitata.* AUCTORE J. S.

visio non incredibilis defectu meritorum Sancti,

1476 *Nolim tamen studiosus lector ex hac mea cautione suspicetur, meritis* Chrysostomi *me utcumque diffidere, aut aliorum quorumdam, qui in comparationem adducuntur, merita mihi majora videri. Adeo longè abest à me talis opinio, ut ingenuè fateri non dubitem, nullius sancti Doctoris vitam me tantùm in admirationem & amorem rapuisse, quantùm rapuerunt vita tota, moresque & scripta* Chrysostomi. *Si vel levi oculo totum vitæ illius cursum perlustremus, talem ubique inveniemus in omni ætate, in omni statu, in omni officio, in omni labore, in prosperis & adversis, ut videatur Deo semper perfectissimè serviviſſe, miroque cum contemptu rerum omnium mundanarum unicè quàm ardentissima charitate dilexisse Creatorem. Talis fuit juvenis; in domo materna solitariam exercens vitam; talis mox in solitudine, austerissimâ vivendi normâ corpus castigans: talis in diaconatu, utilibus scriptis aut pietatis operibus se totum consecrans: talis in presbyteratu, talis in episcopatu, talis in exsilio. In hisce sanè egregius* E *Pauli Imitator totus apparuit, ita ut fortasse cum ipso dicere potuerit:* Abundantiùs omnibus laboravi. *Certè nullus Patrum tam paucis annis tot scripta edidit, quot in lucem emisit* Chrysostomus, *& antè pro concione dixit, intra octodecim aut ferè novemdecim presbyteratûs & episcopatûs annos. Et, quod caput est, in hisce Opus nullum invenias, quod non directè ad Dei gloriam tendat & animarum salutem. Fallor, nisi quilibet, modò divini Viri Homilias attentè perlegere voluerit, tantam in iis reperturus sit sanctitatis fragrantiam, quantam eloquentiæ ubertatem.*

cui & martyrii palma attribui posse videtur:

1477 *Si de martyrio quæritur, ne hanc quidem palmam* Chrysostomo *deesse videbimus. Etenim cùm sedulo virtutum Christianarum exercitio in odium improborum inciderit; indeque accusatus fuerit, injustéque condemnatus, ac in exsilium missus, facilè videbimus Martyrem esse ac dici posse, etiamsi passus non sit pro fide nec sub principe infideli. Hinc rectè meo judicio de* Chrysostomo *dixit Cassianus num.* 1364 *laudatus:* Cujus sanctitas absque ulla gentilitiæ persecutionis procella ad martyrii merita pervenit. *Non pauci sanè in Ecclesia coluntur* F *ut martyres, quorum martyrium aut minùs clarum, aut certè clarius non est, quàm sit* Chrysostomi. *S. Canutus Danorum rex ut martyr colitur, quia occisus est à subditis, quorum odium regnum piè administrando sibi attraxerat. Tale improborum odium* Chrysostomus *in se commovit piis sanctisque operibus, rectaque institutione & correctione gregis sui. S. Martinus Papa ut martyr colitur, quia in exsilio ærumnis confectus obiit. Sic in exsilio defunctus est* Chrysostomus, *& quidem morte per nimios itineris labores accelerata. Itaque Sanctus noster causam martyrii talem habuit, qualem S. Canutus martyr, aliique plures, videlicet exercitium virtutum ad fidem relatarum; mortem verò similem habuit cum S. Martino Papa martyre, & aliis quoque non paucis. Quapropter non dubitabit, opinor, de martyrio* Chrysostomi, *quisquis voluerit attentè perlegere, & cum Actis* Chrysostomi *conferre, quæ fusè & eruditè de martyrio ac martyrii causa disseruit Sanctissimus Dominus noster Benedictus* XIV *in Opere de Servorum Dei Canonizatione lib.* 3 *cap.* XI *& sequentibus. Prudenter tamen martyrii titulus fuit*

AUCTORE J. S.

amissus in Chrysostomo, *cùm ille titulus attribui non posset sine infamia multorum magnorumque virorum, & gloriam Sancti parùm aut nihil augere potuerit.*

ultima Tillemontii objectio examinatur;

1478 *Ex dictis objectionem Baronii & Tillemontii satis solutam existimo, etiamsi noluerim Sanctos invicem comparare, malimque omnes debito honore prosequi, quàm disputare de eminentia unius præ altero. Eadem sufficient ad pauca ea, quæ adjungit Baronius, simili modo diluenda. Verùm Tillemontius & aliam addit objectionem, Existimat nimirum, notitiam illius visionis ad Moschum pervenire non potuisse per illas personas, quas nominat, quia Moschus non scripsit ante mortem S. Eulogii Alexandrini, quem anno* 608 *defunctum putat, & cujus mortem nos fiximus circa* 605 *aut* 606. *Verùm, si verba scriptoris rectè expendamus, illa quoque difficultas evanescet. Moschus factum intellexit ex abbate Athanásio; Athanasius ex Athenogene episcopo Petræ in Palæstina: Athenogenes ex avia sua Joanna, quæ soror erat Adelphii, cui visio oblata dicitur. Visio autem illa non asseritur contigisse statim post obitum* Chrysostomi: *imò neque ex Moschi verbis tutò inferre possumus, Adelphium aut Joannam ipsius sororem in vivis fuisse, quando defunctus est Sanctus. Hoc solùm asseritur,* Chrysostomum, *quando exsul erat Cucusi, mansisse in illa domo, in qua deinde habitavit Joanna cum fratre suo Adelphio, qui factus est Arabissi episcopus inter annum* 451 *&* 458, *ut observat ipse Tillemontius. At perperam ille dicit, hac de causa partem narrationis esse deferendam, cùm in tota narratione nihil habeatur, quod huic expositioni sit contrarium.*

& solvitur: visio tamen pro certa non habetur.

1479 *Porrò Joanna, quæ verisimiliter fratre suo Adelphio erat junior, facilè vivere potuit usque ad finem ferè seculi* V, *ac nepoti suo Athenogeni juveni visionem narrare. Deinde verò senex Athenogenes eamdem visionem juveni Athanasio referre potuit circa medium seculi* VI. *Senex demum Athanasius Moscho idem factum communicare potuit sub finem seculi* VI. *Nulla sanè in hisce est difficultas, nec ullus ex illis pervenire debuit ad ætatem incredibilem. Non quidem in allegatis verbis additur, Athanasium uti relatione Athenogenis, sed id adjungitur in facto præcedente, ubi Joanna dicitur avia Athenogenis. Itaque cùm & hoc factum narraverit Joanna avia Athenogenis; satis intelligitur, illud à Joanna Athenogeni fuisse relatum; Athanasium verò Athenogenis nomine visionem narrâsse Moscho. Quapropter non video, allata à Baronio & Tillemontio argumenta sufficere ad omnem assertæ visioni probabilitatem detrahendam. Refertur illa etiam à Georgio Alexandrino apud Savilium pag.* 254, *& ab Anonymo ibidem pag.* 364. *At illi non rectè dixerunt, Sanctum fuisse Cucusi hospitatum apud Adelphium Arabissi episcopum; cùm dicendum id tantùm fuisset de domo, in qua Adelphius antè episcopatum habitavit. Ceterùm nolim prudens lector ex disputatis inferat, visionem illam à me pro certa & indubitata haberi. Id solùm ostendere volui, non temere habendam pro mero figmento. Nam satis verisimile est, aliquam de gloria* Chrysostomi *visionem Adelphio revera fuisse oblatam; sed hanc variorum relatione non parùm mutatam: dum enim ejusmodi historiæ viva variorum relatione solùm ad posteros perveniunt, uti de hac asseritur, ultima relatio non parùm differre solet à prima. Hactenus de visione illa.*

1480 *Nunc ad aliam inquisitionem transeo. Vidimus Sanctum nostrum à scriptoribus synchronis passim vocari* Joannem Constantinopolitanum, *ab aliis verò junioribus,* Joannem Chrysostomum, *quod nomen modò vulgare est ac notissimum. Nullum est dubium, quin cognomen* Chrysostomus, *Latinè* os aureum *vel* oris aurei, *Sancto datum fuerit ab insigni atque aurea eloquentia, quâ parem habuisse non videtur. Suidas in Lexico pag.* 1258 *aliqua de* Chrysostomo *collegit, sed non omnia æquè vera, cùm & Socratis calumnias, suis locis refutatas, aliis imprudens admiscuerit. De scriptis & eloquentia huc aliqua transfero ad propositum nostrum:* Cætera verò, *inquit,* ejus scripta numerum superant. Omnem enim Judaïcam & Christianam Scripturam (*id est, Vetus & Novum Testamentum*) Commentariis explicavit, ut alius nemo. Martyrum verò festivitates expedito dicendi genere adauxit, linguam etiam habens, quæ suo fluxu Nili catarrhactas superabat. Nullus profectò mortalium ab omni ævo tantâ dicendi copiâ abundavit, quantâ solus ille ditatus erat, & solus absque fuco illud aureum & divinum Chrysostomi nomen, ut quodam hæreditario jure consecutus est. Ejus verò scriptorum numerum recensere, non hominis est, sed Dei potiùs omnia cognoscentis. *Hactenus Suidas, eaque de summa Sancti eloquentia est communis sententia, maximè Græcorum, qui eum omnibus aliis solent præferre. Quod verò Suidas asserit de exposita tota Scriptura sacra, strictè sumendum non est.*

Cognomen Chrysostomus ob eloquentiam Sancto datum;

illud jam usitatum etiam apud Latinos erat seculo VII *&* VI,

1481 *Multis autem ante Suidam seculis usitatum fuit nomen* Chrysostomus: *nam eo utuntur omnes biographi ab initio seculi* VII, *quo floruit Georgius Alexandrinus. Eodem cognomine usus est Moschus, illi contemporaneus: atque illud jam tunc in Hispania notum erat, ut liquet ex S. Isidoro Hispalensi. Hic enim in libro de Scriptoribus ecclesiasticis cap.* 6 *elogium* Chrysostomi *orditur his verbis:* Joannes Constantinopolitanæ sedis sanctissimus episcopus, cognomento Chrysostomus, cujus oratio & plurimam cordis compunctionem & magnam suaviloquentiam tribuit. *Mitto reliqua, tum quòd satis dicta sint, tum quòd aliqua minùs sint accurata. Unum observari potest, jam varia Sancti Opuscula Latinè fuisse lecta tempore Isidori, seu initio seculi* VII. *Antiquior Isidoro Cassiodorus jam seculo* VI *usus est cognomine* Chrysostomi *in libro de Institutione cap.* 8 *ubi etiam paulò antè dicit, curâsse se, ut Homiliæ* Chrysostomi *in Epistolam ad Hebræos in sermonem Latinum converterentur. Eumdem Sancto nostro* Chrysostomi *titulum attribuit Ephræmius Antiochenus patriarcha item seculo* VI *non multùm provecto.*

imò & seculo V *apud Græcos:*

1482 *Quin & seculo* V *usitatum fuisse videtur* Chrysostomi *cognomen, ita ut videatur cœptum circa tempus corporis Constantinopolim translati. Certè in concilio Chalcedonensi tom.* 4 *Conciliorum col.* 830 *allegatur locus* S. Joannis, *eique Græcè* Chrysostomi *cognomen tribuitur, licèt hîc titulus sit omissus in versione Latina. Theodoretus eodem titulo usus videtur: nam in fine Historiæ, ubi enumerat multos episcopos, ultimi Constantinopolitani ita recensentur:* Joannes Chrysostomus, Arsacius, Atticus, Sisinnius. *Idem* Chrysostomi *titulus occurit apud Theodoretum in Dialogo* 2, *qui dicitur* Inconfusus. *Præivit fortasse S. Proclus non eadem quidem utens voce* Chrysostomus, *sed vocibus eamdem habentibus ferè significationem, dum in tractatu de Traditione divinæ Missæ Sanctum laudavit hoc modo:* ὁ τλῶ γλῶτταν χρυσῆς Ἰωάννες, *id est,* aureâ prædítus linguâ Joannes, *vel ad litteram,* linguâ aureus Jonanes. *Itaque ex dictis mani-*

A *manifestum est, circa medium seculi* V *usitatum fuisse cognomen* Chrysostomi *apud Græcos, idemque non diu pòst, certè seculo* VI, *invaluisse apud Latinos.*

non tamen videtur viventi datum.

1483 *At non satis fundatum invenio, quod ex Metaphraste adoptavit Baronius ad annum 386 num.* 57 *ita scribens:* Rursum fertur de illo, quòd, cùm sublime aliquando dicendi genus arripuisset, atque ob eam causam à simplicioribus minùs intelligeretur, redargutum fuisse à pia muliercula, quòd ejus orationes infrugiferæ essent; ipsum verò mutâsse è vestigio juvenilis animi, cujus est alta petere, institutum, dictionemque faciliorem imis auribus accommodâsse. Qua ex parte illud est consecutus, ut ab omnibus facillimè audiretur, atque publicis frequentibusque acclamationibus OS AUREUM diceretur. Quod perinde ac inditum divinitus nomen, veluti egregius titulus, in ejus scriptis hactenus perseverat. *Hactenus ex Metaphraste Baronius. Verùm Metaphrastis auctoritas modica omnino in hisce est. Præterea,' licèt constet de crebris acclamationibus, quibus auditores* Chrysostomo *dicenti applaudebant, de hoc titulo viventi dato nullus meminit scriptor*

B *coævus. Quod verò dicitur de sublimi genere dicendi, quo usus esset initio Sanctus, falsum videtur: nam semper non minùs familiariter quàm eloquenter ad populum dixisse videtur. Naturalis est Sancti eloquentia, claraque & perspicua; idque in prioribus Homiliis non minùs apparet, quàm in aliis: neque facilè crediderim, ullum unquam conquestum esse, quòd uteretur sublimi nimis nec satis intelligibili genere dicendi. Summus est Orator, non solùm quia maxima valet vi copiaque dicendi, sed vel maximè quia claro perspicuoque differendi modo alios omnes videtur superâsse.*

§ XC. Cultus Sancti, sive festivitates variæ: forma corporis iconibus expressa: ecclesiæ eidem dicatæ: corpus Romæ: reliquiæ nonnullæ aliis locis.

C *Memoria in Fastis ad hunc diem: sed* XIII *Novembris*

MUltas S. Joannis Chrysostomi *festivitates recensuit Bollandus noster in Prætermissis ad* XXVII *Januarii. Eas breviter solùm assignabo, omissis ferè elogiis, quia hæc nihil novi afferunt, & errores iis subinde inspersi suis locis jam satis sunt correcti, aut certè corrigi possunt ex disputatis. Dies beati obitûs ad hunc* XIV *Septembris memoratur in Menæis & in Menologio Sirletiano, sed additur, dilatam esse in mensem Novembrem Sancti festivitatem ob festum sanctæ Crucis exaltatæ. In Martyrologio Romano similiter memoria habetur de beato Sancti obitu; sed festivitas remittitur ad* XXVII *Januarii. Consentiunt Grevenus, Galesinius, & alii quidam recentiores. Itaque hac obitûs die festivitatem Sancti nullam invenio. At præcipua Sancti festivitas apud Græcos celebratur die* XIII *Novembris. Ad hanc diem in Menologio Sirletiano ita habetur:* Natalis sancti patris nostri Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopolitani. *Consentiunt Menæa impressa, in quibus Officium de Sancto ad eumdem diem legitur, eique præfixa est effigies* Chrysostomi, *quod aliàs raro fit. Officium eadem die habetur in Antologio Græco, quod impressum est anno* 1738. *Itaque*

præcipua festivitas dudum XIII *Novembris celebrata est, & etiamnum celebratur.* AUCTORE J. S.

præcipua Sancti festivitas apud Græcos

1485 *Quare corrigendum est Menologium Basilianum, quale impressum est Urbini anno* 1727, *ubi ad* XIII *Novembris festivitas* S. Chrysostomi *sic annuntiatur:* Commemoratio exsilii sancti patris nostri Joannis Chrysostomi. *Adjunctum elogium inchoatur hoc modo:* Exsilii Chrysostomi commemoratio, non autem dormitionis ejus nunc celebratur eam ob causam, quòd hæc in idem tempus inciderit, quo pretiosæ Crucis Exaltatio recolitur. *Vix crediderim, hæc ita fuisse scripta à collectore Menologii. Certè ineptissima datur ratio, cur obitus Sancti non celebretur die* XIII *Novembris; sed potiùs indicatur causa, ob quam translata fuit illa festivitas à die* XIV *Septembris. Itaque existimo, auctorem illius Menologii non minùs quàm alios Græcos ad* XIII *Novembris annuntiâsse obitum Sancti in exsilio; sed transcribentium vitio menda jam dicta irrepsisse. Certè reliquum elogium continet breve vitæ compendium, taleque omnino est, ut congruat festivitati præcipuæ, quæ in omnibus Græcorum Fastis, quos consului, eo die memoratur. Præterea constat, exsilium Sancti non incidisse in* XIII *Novembris: neque existimo, exsilium* Chrysostomi, *quod luctu potiùs prosequendum erat, ulla unquam festivitate fuisse honoratum.* E

magna solemnitate celebratur, uti & apud Moschos & Ægyptios:

1486 *De celebritate festivitatis præcipuæ* XIII *Novembris hoc jam observavit Bollandus:* Secundum Novellam Manuelis Comneni hic dies ob memoriam S. P. Chrysostomi ab omnibus negotiis & actionibus immunis agebatur. *Moschi Græcorum festivitates passim sequentes, eodem die præcipuam Sancti festivitatem celebrant, ut videri potest in Fastis eorum figuratis, quos cum metricis Græcis dedit Papebrochius ante tomum* I *Maii. Coptitæ similiter in Ægypto & Æthiopia præcipuam* Chrysostomi *festivitatem agunt mense tertio, die* XVII, *qui coincidit cum* XIII *Novembris, ut habent eorum Fasti à Jobo Ludolfo editi. Ait quidem editor in Annotatis:* Translatio corporis seu potiùs rèliquiarum ejus Constantinopolim facta hoc die narratur. *At hoc verum esse nequit, nisi fortasse hoc sensu, quòd* XIII *Novembris corpus Comanis potuerit esse elevatum, atque ita translatio inchoata. Potuit sanè id contingere, eaque esse ratio, ob quam præcipua festivitas die* F XIII *Novembris potiùs, quàm alio die sit fixa. Verùm diem istius elevationis nusquam inveni, ideoque mera esset divinatio, si istud affirmaremus. Quidquid fuerit causæ, videtur dies* XIII *Novembris, quo Sanctus etiam est in Typico Sabæ, communi consensu ecclesiarum Orientalium præcipuæ solemnitati* S. Joannis Chrysostomi *assignatus.*

apud Latinos unica est festivitas XXVII *Januarii,*

1487 *Ecclesia Romana festivitatem* Chrysostomi, *ut Doctoris Ecclesiæ, ritu duplici celebrat die* XXVII *Januarii, exceptis aliquot ecclesiis, in quibus die sequente aut aliquo non impedito celebratur Officium. Dicto die in omnibus ferè Martyrologiis Latinis memoria Sancti annuntiatur, exceptis tamen vetustissimis. Primus ex Latinis* Chrysostomum *annuntiâsse videtur auctor Romani parvi, à Rosweydo editi, quem alii deinde secuti sunt. Ille breviter sic habet:* Constantinopoli, Joannis Chrysostomi. *Hic non exprimitur, utrùm sit dies obitûs, translationis, an alia quæcumque festivitas. Secuti deinde Ado, Usuardus, Notkerus, & alii plurimi recentiores, quos omnes enumerare longum esset. Tres illi, quos nominavi, videntur credidisse istum esse beatæ mortis diem, cùm natalem nominent. Ea tamen observatio non*

AUCTORE J. S.

est omnino certa, cùm natalis revera eo die celebretur in Ecclesia Latina, idque forsan tantùm insinuare voluerint. Illud certius est, proprio die natali, sive XIV *Septembris, non fuisse memoratum à Latinis medii ævi. Præterea, ut observavit Sollerius noster in Usuardo suo ad* XXVII *Januarii*, de Chrysostomo nec Hieronymiana, nec Beda, aut ejus sequaces, nec Wandelbertus quidquam memorant. *Mitto Martyrologium Romanum, aliaque recentiora*, Chrysostomum *eodem die certatim annuntiantia. Attamen lubet observare, eumdem tamquam presbyterum à Greveno memorari apud Sollerium in Auctariis, ubi sic legitur:* Item Joannis presbyteri Antiocheni, qui teste Hieronymo lib. de Viris illustribus, sanctitate & sapientiâ sub Theodosio seniore insigniter fulsit. *Est hic ipse* Joannes Chrysostomus, *de quo in Catalogo virorum illustrium scripsit S. Hieronymus, dum ille adhuc erat presbyter Antiochenus.*

quo apud Græcos translatio agitur.

1488 *Ecclesia Græca, saltem Constantinopolitana, & quæ eidem subjectæ sunt, aut certè illam sequuntur, qualis est & Russorum seu Moschorum ecclesia, die* XXVII *Januarii celebrat festivitatem translati Constantinopolim corporis* S. Chrysostomi. *Solemnitas hæc annuntiatur in utroque Menologio antè laudato. Sirletianum annuntiationi addit:* Celebratur autem dies festus, sicut in XIII die Novembris. *Menæa quoque, aliique Græcorum Fasti recentissimè recusi, uti & Fasti Moschorum de hac translationis solemnitate conscribunt. Illam tamen satis clarè non invenio in Fastis Coptitarum ad diem* 2 *mensis eorum sexti, qui respondet* XXVII *Januarii. Notatur quidem ibidem*, Abba Joannes; *sed iis verbis* Joannes Chrysostomus *designari non videtur, nedum ipsius translatio. Verùm Coptitæ in Fastis suis iterum habent* S. Joannem Chrysostomum *ad* XII *mensis noni, id est, ad* VII *Maii. Itaque nolim divinare, utrùm eo die an alio translationem celebrent, an verò præter festivitatem præcipuam habeant aliam quamdam secundariam.*

B

aliæ festivitas XXX *Januarii de tribus simul Doctoribus,*

1489 *Alia festivitas, quæ de tribus simul doctoribus à Græcis & Moschis celebratur, videlicet de SS. Basilio Gregorio Nazianzeno, &* Joanne Chrysostomo *annuntiatur in Menæis impressis & in Fastis Moschorum ad* XXX *Januarii. Occasio instituta hujus festivitatis prolixè enarratur in Menæis, indeque Bollandus in Prætermissis ad eumdem diem de ea sic habet:* Agi inde ab Alexii Comneni temporibus Constantinopoli festivitas solet, ob coortam tunc de iis contentionem, quis sanctitate & eruditione aliis præstitisset: quam sedârunt ipsimet Sancti, apparentes Joanni Euchaïtarum episcopo, monentesque ut ab inutili disputatione desisterent; unum se esse apud Deum, nec invicem pugnare aut dissidere. Inde cœpta agi una omnium celebritas XXX Januarii. *Historiam totam vide tom.* 2 *Junii pag.* 934, *ubi ex Menæis data est in S. Basilio. Hujus quoque festivitatis Officium exhibet Anthologium Græcum novissimè impressum.*

C

ordinatio Sancti item Fastis inserta.

1490 *Demum ad* XV *Decembris in Menæis, & apud Cythereum est mentio de electione aut ordinatione* Chrysostomi, *quæ illo die facta asseritur. Ordinationem fuisse peractam* XXVI *Februarii, rectè observat Bollandus. At non æquè idcirco certum est, Græcos de electione loqui, cùm illi in die ordinationis errare potuerint. Alias quasdam annuntiationes ex Florario Ms. apud Bollandum lector inveniet. Illas hîc non repeto, cùm non existimem iis ullas designari festivitates. Quæ verò causâ reliquiarum ab aliquibus memorantur, unà dabuntur inferiùs, ubi agetur de reliquiis.*

D

Sancti forma corporea.

1491 *Porrò in Officio mox dicto de SS. Basilio, Gregorio &* Chrysostomo, *singulorum characteres corporis & animæ describuntur. Cùm autem illa relatio videatur profecta à Joanne Euchaitarum episcopo, cui primùm singuli seorsum, deinde tres simul apparuisse dicuntur, elogium* Chrysostomi *huc transfero, prout Latinè redditum est tom.* 2 *Junii pag.* 935: Divinus Chrysostomus, quoad speciem corporis erat admodum brevi staturâ, magno elatoque capite, summâ gracilitate, justo naso, deductis non indecorè naribus, pallidissimo alboque vultu, oculis cavis & bulbosis. Hinc fiebat, ut ejus aspectus renideret gratiosior, etiamsi triste aliquid reliquâ formâ præ se ferret. Erat nudâ magnaque fronte & multis peraratâ rugis; amplis item auribus, sed barbâ tenui & rarissimâ canisque pilis venerandâ. Maxillas habebat introrsum depressas, præ rigidissimâ, quâ se macerabat, inediâ.

ejusque elogium:

1492 Hoc verò necesse est de eo dicere, quòd omnibus etiam Græciæ Sapientibus antecelluerit, tum scientiâ, tum maximè cogitandi acumine, floridoque genere dicendi; laudandus etiam, quòd E codices sacros tantâ explanaverit claritate, quantâ aliorum nemo; quódque studuerit promulgare Euangelium, ut nisi fuisset hic Sanctus (licet hoc dictum videatur confidentius) opus fuisset altero Christi in terras adventu: usque adeo & virtute, & virtutis exercitatione, & commentatione divinarum rerum præstabat ceteris. Fons etiam misericordiæ & caritatis nuncupatus fuit. Et certè, sicut fulgebat doctrinâ, ita etiam ardebat zelo & incredibili erga proximum caritate. Vixit annos tres supra sexaginta, & sex gubernavit Christi Ecclesiam. *Hactenus auctor, cujus laudes mihi tam veræ videntur, quàm ineptum illud & temerarium, quod inseritur de necessitate alterius Christi adventûs, si* Chrysostomus *non fuisset. Ætas hîc asserta cum chronotaxi nostra rectè congruit.*

effigies ipsius variè expressa.

1493 *Quod spectat ad corporis formam, an descriptio omnino accurata sit, edicere nequeo. Data est ipsa figura apud nos loco allegato unà cum iconibus SS. Basilii & Nazianzeni, inter quos medius est Sanctus noster, prout eam hîc exhibeo.*



F

Aliam Chrysostomi *iconem dedit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 120, *ubi exhibetur medius inter S. Nicolaum & S. Basilium. Hanc dedit Cangius* in tabella operis Græcanici expressam . . . ex musæo RR. PP. Canonicorum regularium sanctæ Genovefæ Parisiensis. *Aliam rursum dedit Montfauconus in limine Operis nuper recusi; sed ea satis diversa videtur ab aliis, vultumque exhibet pleniorem. Aliæ etiam duæ non omni-*

A *omnino ſunt ſimiles. Quare, omiſsâ tertiâ, quæ ante Opera Sancti facilè videri poteſt, aliam hîc exhibeo, prout illam chalcographus noſter imitari potuit. Poterit quilibet utramque conſiderare & conferre, ac pro arbitrio eligere.* AUCTORE J. S.



B E

C *Eccleſia Chryſoſtomo dicata Conſtantinopoli,*

1494 *Porrò non modò variis feſtivitatibus atque imaginibus honorata eſt* Chryſoſtomi *memoria; ſed etiam nomine ipſius eccleſiæ non paucæ Deo ſunt dicatæ. Illas omnes recenſere majoris eſſet laboris, quàm utilitatis. Nonnullas tamen aſſignabo. De eccleſia* S. Joannis Chryſoſtomi, *quæ erat Conſtantinopoli ſeculo* IX, *mentio fit in Vita S. Joſephi Hymnographi, data ad* III *Aprilis: nam in ea num.* 24 *dicitur:* Poſtquam verò jejuniis vigiliiſque confectus Joannes, (*diſcipulus S. Gregorii Decapolitæ, mox etiam memorandi*) ad Deum migravit, eam ſedem relinquendam ſibi eſſe Joſephus exiſtimavit, petendumque templum, magno Joanni, quem ab aurea eloquentia Chryſoſtomum nominant, dicatum, ſacroſanctum Gregorii ejuſque aſſeclæ Joannis corpus, tamquam opulentiſſimum theſaurum transferens. Atque inibi tam ingentes fiebant hominum concurſus, ut illius oratione, quæ melle dulcior ex ore fluebat, aures animumque paſcerent, planè ut à loci anguſtiis excluderentur. Itaque licèt locus undique vaſtus deſertuſque eſſet, inibi tamen monaſterium excitatum eſt, magnâ diſcipulorum frequentiâ celeberrimum, in quo, velut in tutiſſimo azylo, ſacras D. Gregorii ejuſque ſocii Joannis reliquias collocavit. *De tempore ædificatæ hujus eccleſiæ nihil invenio.* F

1495 *Cornelius le Brun in Itinerario per Orientem, quod habemus Gallicè redditum & anno* 1700 *impreſſum, cap.* 70 *pag.* 377 *narrat, in inſula Cypro ſe fuiſſe in monaſterio Franciſcanorum, quod monti impoſitum eſt,* & S. Joanni Chryſoſtomo *dicatum. Narrat auctor occaſionem ſtructi hujus monaſterii per principem mulierem à Templariis ſibi metuentem,* & *morbo, quo laborabat, mirabili modo liberatam. Si verum eſt, quod de Templariis dicitur, fundatio figenda erit ſeculo* XIII *aut ineunte* XIV. *Venetiis inter plurimas magnæ illius urbis eccleſias, reperitur parochialis aliqua* S. Joanni Chryſoſtomo *dicata, quæ* ædificata traditur à nobili familia Cattanea anno ſalutis humanæ MLXXX; *ut habet Excellentiſſimus dominus Flaminius Cornelius, ſenator Venetus, in Opere nuperrimo de Eccleſiis Venetis Decade* 3 *pag.* 335, *ubi plura de illa videri poterunt. Antonius de Cianca in Vita Hiſpanica S. Secundi Abulenſis lib.* 1 *fol.* 98 *narrat, exſtructum eſſe anno* 1584 *altare nomini* S. Joannis Chryſoſtomi *di-*

aliæ in Cypro & Venetiis; altare in Hiſpania.

AUCTORE J. S.

dicatum, in Ecclesia monasterii S. Mariæ de Gratia monialium Ordinis S. Augustini, quia hæ omnes singulari beneficio in ingenti ruina monasterii manserant illæsæ, resque illa contigerat die XXVII *Januarii in ipsa* S. Chrysostomi *festivitate. Plura non inquiro de ecclesiis aut altaribus Sancto dicatis, quia nulla diligentia sufficere potest ad omnia investiganda, & nova iterum erigi possunt annis singulis.*

Corpus Sancti Romam dicitur translatum,

1496 *De corpore & reliquiis* Chrysostomi *pluscula restant dicenda. Baronius in Martyrologio Romano ad* XXVII *Januarii geminam* Chrysostomi *translationem asserit hoc modo :* Ejus sacrum corpus sub Theodosio Juniore hac die Constantinopolim, inde postea Romam translatum, in basilica Principis Apostolorum conditum fuit. *De prima translatione in Annotatis multa adjicit Baronius; at nullum verbum de secunda. Itaque neque occasionem, neque tempus, neque modum assertæ istius translationis exponit. Nihilominus multi scriptores cum Baronio affirmant,* S. Joannis Chrysostomi *corpus conservari in basilica Vaticana. Floravantes Martinellus in Roma sacra pag.* 283 *de templo Vaticano agit, corporaque ibidem deposita enumerare sic incipit :* In eo corpora SS. Petri, Simonis & Thaddæi apostolorum, S. Joannis Chrysostomi, S. Gregorii Nazianzeni *&c. Carolus Bartholomæus Piazza in Hemerologio sive Diario sacro ad* XXVII *Januarii de* Chrysostomo *agens, scribit :* Festiva & solemnis memoria hujus sancti Doctoris peragitur in basilica Vaticana, ubi in ara chori ad ingentem Romæ felicitatem jacet venerabilissimum ipsius corpus, & exponuntur insignes ejus reliquiæ. *Hisce consentit Joannes Severanus in Monumentis sacris Italicè scriptis pag.* 136.

B

ubi depositum est in basilica Vaticana.

1497 *Joannes Ciampinus in Opere de Sacris ædificiis cap.* 4 *basilicam Vaticanam variaque ejus ædificia perlustrat, ibique sect.* 12 *agit de ecclesia S. Petronillæ & sect.* 13 *de ecclesia S. Mariæ de Febribus, eaque occasione exponit, ubi olim servatum fuerit corpus* S. Chrysostomi. *Verba ipsius huc transfero :* In medio autem prædicti aditus, sive transitûs in Orientem (*ex S. Petronillæ ad ecclesiam S. Mariæ de Febribus*) ara S. Joannis Chrysostomi visebatur, quatuor columnis porphyreticis fulta, nobilique marmoreo tegmine cooperta. Sub hac ejusdem S. Joannis Constantinopoli translatum corpus maximâ populi & præcipuè fœminarum frequentiâ colebatur.... Corpus verò S. Joannis Chrysostomi (*deinde translatum fuit*) intra templum sanctæ Mariæ de Febribus. *Hisce deinde addit sect.* 13 : Item in hoc sacello repositum fuit, ut suprà diximus, corpus S. Joannis Chrysostomi, cui etiam altare à Julio Antonio Sanctorio S. R. E. Cardinali,... tunc S. Severinæ archiepiscopo, dedicatum fuit. *De tribus locis diversis basilicæ Vaticanæ, in quibus conservatum fuit Sancti corpus, ita Janningus noster tom.* VII *Junii pag.* 157 *meminit :* Transeunti è templo S. Petronillæ ad S. Mariæ de Febribus, occurrit in media ista ambulatione altare, quod S. Joanni Chrysostomo sacrum fuit. Habuit columnas porphyreticas, & supra illas extensum cyborium marmoreum: subter altare verò corpus ipsius sancti Doctoris : quod deinde translatum fuit ad vicinam ecclesiam S. Mariæ de Febribus, & repositum sub altari SS. Lamberti atque Servatii : iterumque jussu Urbani VIII ad chorum novum canonicorum, ac sub altari Pietatis reconditum.

C

1498 *Quæ hactenus dicta sunt de corpore Sancti Romæ servato, luculenter ostendunt, nullam dubitationem esse Romanis de possessione sacri illius thesauri. Attamen nullibi invenio, qua occasione, quo tempore, aut quorum operâ translatio fuerit peracta. Æquè obscura est translatio corporis S. Gregorii Nazianzeni, quod similiter Romæ modò servatur, ut videri potest apud nos tom.* 2 *Maii pag.* 455 *&* 456 *in S. Gregorio Nazianzeno. Hoc interim novimus ex translatione, quâ corpus Nazianzeni seculo* X *Constantinopolim fuit portatum, duos hosce sanctos Doctores aliquando in eadem Apostolorum ecclesia Constantinopoli requievisse. Nam ibidem pag.* 453, *ubi auctor narraverat, corpus Nazianzeni delatum fuisse ad ecclesiam Apostolorum, hæc subjungit :* Oportebat non longè à patris nostri Chrysologi, doctrinâ suâ orbem egregiè illuminantis, sepulcro reponi eum, qui non multo ante hunc tempore regiam nostram civitatem præclarè excoluerat, non dissimilibus tempestatibus negotiisque implicitus : par enim erat, ut illi propius nancisceretur monumentum, & communem haberet sepulturam, à cujus in tuenda pietate zelo & fervore non multùm scitur abfuisse : par erat, ut, juxta magnum illum & disertum atque indefessum pœnitentiæ Doctorem & misericordiæ Præconem optimum ac benignissimum sepeliretur, qui supernæ & beatæ Trinitatis sacerdos fuit & cultor *&c.*

Seculo X *adhuc erat Constantinopoli cum corpore Nazianzeni,*

E

sed seculo XIII *transferri potuit per Latinos.*

1499 *Porrò cùm seculo* X *facta sit illa translatio, dicendum est, corpus* S. Chrysostomi *fuisse illo seculo adhuc Constantinopoli, deinde, cùm in eadem fuerint ecclesia duo illa corpora, verisimile est, fuisse eodem tempore Romam delata. Tertiò verisimile est, translationem esse factam seculo* XIII, *postquam Latini cœperant Constantinopolim, præsertim eo tempore, quo in summas redacti angustias, principum Latinorum ope egebant, ut se contra Græcos defenderent. Quartò verisimile est, clanculò factam esse translationem per Latinos, ne Constantinopolitani nimiùm exacerbarentur, ideoque non fuisse scriptis mandatam. Hisce conjecturis addamus diuturnam possessionem, & non video meritò dubitari posse de translatione reliquiarum* S. Chrysostomi. *Verùm dubitandum videtur, an totum corpus aut quasi totum ita fuerit Romam delatum, ut nihil remanserit Constantinopoli. Certè Andreas Victorellus in Additionibus ad Opus Ciaconii de Romanis Pontificibus col.* 16 *scribit,* S. Joannis Chrysostomi digitum *ab Hieremia patriarcha Constantinopolitano missum esse ad Gregorium* XIII *Romanum Pontificem. Itaque verisimile est, partem aliquam sacrorum ossium relictam fuisse Constantinopoli, ut plerumque fieri solet in translationibus.*

F

Caput Sancti variis locis adscriptum :

1500 *Caput* S. Joannis Chrysostomi *multæ ecclesiæ sibi adscribunt. Octavius Cajetanus in Martyrologio Siculo ad* XXVII *Januarii illud attribuit religiosis Messanensibus S. Salvatoris, ita scribens :* Messanæ, in monasterio S. Salvatoris, translatio capitis S. Joannis Chrysostomi. *Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani ad eumdem diem idem adscribit Bernardinis Parisiensibus.* Lutetiæ Parisiorum, *inquit*, in gymnasii Bernarditarum ecclesia ostensio & veneratio pretiosi capitis S. Joannis Chrysostomi, doctoris Ecclesiæ illustrissimi. *Addit Bailletus in* Chrysostomo, *istud in supplicatione circumferri. Papebrochius noster in Itinerario suo Ms. de Reditu ex Urbe in Belgium pag.* 211 *narrat, Florentiæ in Cartusia ostensas sibi esse* quatuor grandes veteris operis hermas, quarum una integrum S. Joannis Chrysostomi caput continebat. *Narrat, inquam, quid sibi fuerit dictum; sed nihil ipse affirmat. Nam & in Iti-*

A *Itinerario Ms. ex Belgio Romam pag.* 31 *ait, exhibitas ſibi Moguntiæ* ſtatuas pectorales, *in quarum una dicebatur contineri caput* Chryſoſtomi. *Hoc etiam caput inter reliquias ſummi templi Moguntini memorat Nicolaus Serarius lib.* 1 *Moguntiacarum rerum cap.* 17. *Attamen Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 198, *recenſens theſaurum eccleſiæ cathedralis Brugenſis in Flandria, quæ S. Donatiano ſacra eſt, ita habet:* Cranium integrum S. Joannis archiepiſcopi Conſtantinopolitani, propter aureum eloquentiæ flumen cognomento Chryſoſtomi. Quamquam aſſerat Nicolaus Serarius,... Moguntiæ in eccleſia metropolitana aſſervari.

1501 *Ex hiſce habemus, in quinque diverſis provinciis caput* S. Chryſoſtomi *aſſignari. Itaque aut capita illa non ſunt integra, aut omnia eſſe nequeunt* S. Chryſoſtomi. *Alterutrum eſt vertum, & utrumque verum, quantùm conjicio. Frequenter ſanè fit, quando agitur de reliquiis, ut pars capitis, brachii, aut alterius membri,* caput *vocetur aut* brachium, *vel nomine illius membri, cujus modica ſubinde eſt particula, liberaliter inſigniatur. Contingit etiam, ut reliquiæ alicujus Sancti minùs celebris ad Sanctum aliquem ſynonymum transferantur. Utrumque hîc videtur factum in allegatis Rayſſii verbis. Certè Sanderus in Flandriâ illuſtrata lib.* 2 *Rerum Brugenſium cap.* 1 *exhibet catalogum reliquiarum eccleſiæ S. Donatiani,* ex libro privilegiorum & ſtatutorum ejuſdem eccleſiæ, *nec tamen de integro* Chryſoſtomi *cranio meminit, ſed ita habet:* De capite ſancti Joannis epiſcopi. *Hiſce autem verbis particula tantùm cranii videtur deſignari, &* ſancti *quidem* Joannis epiſcopi; *ſed non nominatim* Chryſoſtomi. *An Meſſanenſes, Pariſienſes, Florentini, & Moguntini nitantur ſolidiore fundamento, non ita facilè examinare poſſum. Hiſpani etiam vindicant particulam capitis* S. Joannis Chryſoſtomi, *oſtenduntque accuratè, ubi eam & à quo acceperint; prout Pinius noſter anno* 1722 *exſcripſit ex Lipſanologio Ms. monaſterii S. Laurentii Eſcorialenſis. Nam illam particulam, ſabâ paulò majorem illuſtriſſimus Dñus Guſmanus à Silva, regis Hiſpaniarum apud Venetos orator, accepiſſe dicitur à R. D. Franciſco de Gattis, parocho S. Euſtachii Venetiis. Parochos S. Euſtachii dat jam antè laudatus Cornelius dec.* 3 *pag.* 391, *ubi ab anno* 1569 *uſque ad* 1576 *occurrit Franciſcus de Gattis, ſimul canonicus S. Marci, ita ut hæc rectè congruant. Fruſtulum capitis S.* Joannis Chryſoſtomi *inter reliquias eccleſiæ majoris Piſcienſis in Etruria recenſet Ughellus in Appendice tom.* 9 *col.* 997.

1502 *In eccleſia* S. Chryſoſtomi, *quam Venetiis eſſe jam monui, conſervatur, teſte Cornelio dec.* 2 *pag.* 236, Os brachii S. Joannis Chryſoſtomi, argenteo brachio Græcanici operis incluſum. *Hoc Veneti facilius impetrare potuerunt, quàm alii plerique Occidentales, cùm patriarcham Latinum habuerint Conſtantinopoli, & Leonardus Balbi, parochus* S Chryſoſtomi *fuerit* ex XII ſacerdotibus deputatis ad eligendum patriarcham Conſtantinopolitanum, *ut ibidem obſervat laudatus Cornelius.* Brachium S. Joannis Chryſoſtomi præclariſſimi doctoris Eccleſiæ *reliquiis aliis eccleſiæ metropolitanæ Cameracenſis B. Mariæ annumerat Rayſſius pag.* 334. *Ægidius Gonzalez Davila in Theatro eccleſiaſtico de civitatibus & eccleſiis cathedralibus Hiſpaniæ, agens de eccleſia cathedrali Oxomenſi, lib.* 3 *cap.* 1 *inter ejus reliquias numerat* brachium S. Joannis Chryſoſtomi. *Sic in Phoſphoro Pragenſi pag.* 503 *reliquiis metropolitanæ Pragenſis annumeratur* S. Joannis Chryſoſtomi epiſcopi brachium, & alia adhuc pars inſuper allata per Danielem epiſcopum Pragenſem de Italia. *Hæc tamen difficultatem non patiuntur, etſi plura oſtenderentur, cùm os aliquod brachii pro brachio haberi ſoleat à pleriſque id genus ſcriptoribus.*

1503 *Laudatus Rayſſius pag.* 452 *Rutilenſi Cartuſiæ ad ripam Moſæ adſcribit* S. Joannis Chryſoſtomi officula. *Idem pag.* 42 *eccleſiæ collegiatæ S. Amati Duacenſis; & pag.* 215 *vicino cœnobio Flinenſi, monialium Ordinis Ciſtercienſis, aliquid* de S. Joanne Chryſoſtomo. *Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ tom.* 6 *ad vocem* Reliquiæ *pag.* 303 *aliquid reliquiarum* S. Joannis Chryſoſtomi *memorat inter reliquias eccleſiæ S. Mariæ de Sapientia Neapoli, ac ſimiliter pag.* 304 *in cœnobio S. Martini ibidem. Ita Maſinus in Bononia perluſtrata tom.* 1 *pag.* 214 *aliquid reliquiarum attribuit quatuor diverſis eccleſiis, nimirum S. Dominici, S. Petri, S. Franciſci & S. Ignatii. Gelenius in Opere de Colonia Agrippinenſis magnitudine pag.* 256, *deſcribens theſaurum ſacrum Carthuſiæ Colonienſis, memorat inter alia* os magnum de S. Joanne Chryſoſtomo. *Idem pag.* 310 *aliquid* de S. Joanne Chryſoſtomo *adſcribit theſauro eccleſiæ B. M. V. ad Gradus. Gabriel Bucelinus in Sacrario Benedictino ad* XXVII *Januarii monaſterio monialium ordinis Benedictini inſignes etiam* Chryſoſtomi *reliquias attribuit his verbis:* Maxilla ejus cum dentibus in S. Baſilii de Cataldo Venetiis. *Verùm hæc ſufficiant de reliquiis Sancti: neque enim fieri poteſt, ut omnes inveniamus, quas in variis urbibus ac provinciis habent aut piè habere ſe credunt fideles.*

ita ut plures partem illius fortè habeant.

Oſſa brachiorum variis item locis ſervata:

AUCTORE J. S.

aliæ reliquiæ in pluribus eccleſiis.

§ XCI. Compendium chronologicum geſtorum & ſcriptorum ſecundum diſputata in Commentario.

UT ſtudioſus lector inſignia Sancti geſta ſcriptaque breviter perluſtrare poſſit, lubet ea, *quæ fuſiùs diſputata ſunt, compendio hîc exhibere. Singulorum probationem ordine datam inveniet, paucis tamen exceptis, quæ ea de cauſa aſſignabo.*

Circa annum 344 *natus eſt* S. Joannes Chryſoſtomus.

Circa annum 369, *abſolutis eloquentiæ ſtudiis, ſacras Litteras diſcere incipit, exponente S. Meletio epiſcopo, qui* Joannem *baptizat illo tempore. Hic deinde lector ordinatus.*

Circa initium anni 372, *relegato S. Meletio,* Chryſoſtomus *magiſtros accipit Carterium & Diodorum, ad quorum diſciplinam deinde pertrahit Maximum & Theodorum.*

1505 *Circa annum* 373 *ſcribit duo prima Opuſcula, ſeu Epiſtolam geminam ad Theodorum lapſum.*

Circa annum 374 *Sanctus quæritur ad epiſcopatum; at ſe occultando evadit.*

Sub finem anni 374, *aut initium anni* 375, *Sanctus amplectitur vitam monaſticam in ſolitudine.*

Circa annum 375 *ſcripti ſex libri de Sacerdotio.*

Anno 376 *ſcripti tres libri adverſus Oppugnatores vitæ monaſticæ.*

F *Compendium chronologicum geſtorum & ſcriptorum ante diaconatum,*

Fortè

AUCTORE J. S.

Fortè non diu pòst, ac verisimiliter in solitudine, scripta Comparatio regis & monachi.

Item in solitudine scriptus liber de Compunctione ad Demetrium: post hunc verò alter de Compunctione ad Stelechium.

Anno 377 *aut* 378 *probabiliùs scripti tres libri ad consolandum Stagirium energumenum.*

1506 *Sub finem anni* 380 *aut initium anni*
in diaconatu, 381 *Sanctus, ob morbum ex eremo Antiochiam reversus, ordinatur diaconus.*

Anno 381 *scriptus liber ad Viduam juniorem, ac probabiliùs ad eamdem non diu pòst scriptus est liber de non iterando Conjugio.*

In diaconatu probabiliùs exaratus est liber de Virginitate.

Circa annum 382 *compositus liber in S. Babylam contra Julianum & gentiles.*

In diaconatu verisimiliter scripta Synopsis in varios sacræ Scripturæ libros: sed tota, quam edidit Montfauconus, non est Chrysostomi.

1507 *Circa initium anni* 386 Chrysostomus
in presbyteratu anno primo, *ordinatur presbyter, munusque concionandi ordiens,*
B *primam habet Homiliam.*

Post hanc mense Januario aut Februario, habet Homiliam de Ozia, eam nimirum, quæ de eo argumento secunda est impressa: secutæ sunt ante Quadragesimam tres aliæ de Ozia aut de Seraphinis, videlicet tertia, quinta & sexta. De his actum est § 22.

In principio Quadragesimæ inchoati sunt Octo Sermones in Genesim, omnesque in eâ Quadragesima dicti. § 18.

In eadem Quadragesima, consequenter mense Martio habitæ videntur aliæ quinque Homiliæ, nempe duæ de Prophetarum obscuritate; tertia contra Manichæos, dicentes, Dæmones gubernare mundum; quarta contra Ignaviam, & quinta de Diabolo tentatore. § 22 *num.* 303 *&* *seqq.*

Eodem anno, verisimiliter mense Majo, habita Homilia in S. Meletium. num. 240.

Eodem verisimiliter anno ægrotavit Chrysostomus, *habuitque Homiliam in illud Apostoli*: Hoc autem scitote *&c. Num.* 312 *&* 313.

Mense Augusto habita est Homilia prima contra Anomœos. Post hanc sub finem Augusti aut initium Septembris, Sanctus dicere cœpit contra Judæos, habuitque consequenter duas priores Orationes contra Judæos, & fortè alias modò perditas.
C § 18.

Mense Novembri Sanctus resumit certamina adversus Anomœos, illoque & sequenti mense contra illos habet Homilias secundam, tertiam, quaram & quintam de Incomprehensibili. § 19.

Post tertiam dicta videtur Homilia de Anathemate.

Post Quintam verò secutæ videntur duæ aliæ nimirum de non Vulgandis fratrum peccatis, & de non desperando. § 52, *num.* 802 *&* *seqq.*

Die xx *Decembris Homilia in S. Philogonium habita. Num.* 250.

Die xxv *Decembris, habita Homilia in Natalem Domini. Num.* 276.

Ante finem anni, figenda Homilia in abutentes illo Apostoli dicto: Sive per occasionem *&c.*

1508 *Primo die anni* 387, *dicta Homilia in*
nimo 387 *secundo presbyteratûs,* *Kalendas.*

Die 2 *Januarii, habita Homilia* 1 *de Lazaro & Divite, post quam deinde secuta est secunda, ac etiam tertia mense Januario.*

Die VI *Januarii verisimiliter dicta Homilia in Epiphaniam, ac postridie in S. Lucianum.*

Die XXIV *Januarii, dicit in laudem S. Babylæ,* D
ac paulò pòst in laudem SS. Juventini & Maximini. Num. 285.

Post illas de Martyribus conciones, habet quartam Homiliam de Lazaro & Divite.

Deinde secuta Homilia in illud Apostoli: De dormientibus *&c.*

Mense Februario, Chrysostomus *iterum Anomœos impugnare incipit. Dictæ tunc Homiliæ quinque contra Anomœos hoc ordine, primò septima tom.* 1 *pag.* 501 *edita, secundò alia tom.* 6. *pag.* 255, *tum octava, nona & post aliquas fortè intermedias decima contra Anomœos, tom.* 1 *impressæ.*

Inter prædictas media fuit Homilia de Resurrectione mortuorum.

Fortè etiam Homilia de Viduis, mense Februario figenda.

Mense Februario etiam figenda, Homilia in Terræ motum, aliaque hanc secuta.

Ante Quadragesimam habita Homilia contra Quartodecimanos, aliàs tertia contra Judæos nominata, sive circa finem Februarii. § 20.

Circa finem Februarii aut initium Martii, dicta Homilia in illa Apostoli ad Timotheum verba: Modico vino utere *&c. Num.* 333. E

Circa initium Martii, exorta Antiochiæ gravissima seditio, in qua dejectæ sunt Theodosii imperatoris statuæ. § 23.

Homilia prima post illam seditionem, vocata secunda de statuis, *dicta est paucis diebus ante Quadragesimam; deinde aliæ hoc ordine, Dominico ante Quadragesimam seu* XIV *Martii*, tertia *Homilia, tum* quarta, quinta, sexta, septima, octava, decimaquinta, *sex diebus consequentibus primæ hebdomadæ. Deinde die Lunæ sequentis hebdomadæ* nona *& postridie* decima, *post quam nimio Antiochenorum terrore cessare cogitur Sanctus. Prioribus illius hebdomadæ diebus dicta Catecheseis prima. Num.* 374.

Die XXVII *aut* XXVIII *Martii, habita est Homilia* decima sexta, *necdum inchoatis judiciis: post judicia verò* decima septima, *figenda est die* 2 *aut* 3 *Aprilis* (*uti & Catecheseis secunda:*) *tum* decima octava, undecima, duodecima, decimatertia, *consequentibus diebus habitæ.*

Deinde post unum saltem aut plures dies, dicta est decimaquarta. F

Circa Dominicam Palmarum, aut in illa ipsa Dominica, XVIII *Aprilis, habita Homilia* decima nona, *post morbum Sancti.*

Deinde in Hebdomada sancta, dicta vigesima, *aliàs* vigesima secunda.

In festo Paschali, XXV *Aprilis, dicta* Vigesima prima.

Post Pascha Sanctus Homilias quasdam habuit modò perditas, deinde mense Maio & Junio Sermones de Anna, ex quibus supersunt quinque, amissis aliis cum Homilia in Pentecosten dicta.

Circa finem Junii, Sanctus morbo satis diuturno correptus est. Post morbum verò dicta Homilia de Decem millium debitore, tum tres aliæ de Davide. Non diu pòst habita videtur Homilia de Dilectione inimicorum.

Circa mensem Augustum editus liber contra Judæos & Gentiles ad probandam Christi Divinitatem.

Deinde mense Septembri & Octobri quinque posteriores contra Judæos Orationes dictæ. Num. 268 *&* *seqq.*

Post medium Octobrem habita Homilia in Psalmum 41. *Num.* 389

Ad

A *Ab Octobri ferè finito usque ad Quadragesimam anni sequentis, fortè habitæ sunt Homiliæ hæ quinque, primò de Eleemosyna, tum tres in locum Pauli:* Habentes eumdem spiritum, *ac demum alia in illa Pauli Verba:* Utinam sustineretis modicum quid *&c. Num.* 291 *& seqq.*

1509 *Anno* 388, *die* XVII *Februarii, sive Dominicâ ante Quadragesimam, dicta Homilia prima in Genesim, sequentes verò continuis ferè diebus habitæ, subinde tamen interruptæ per Homilias modò perditas. Ita priores triginta duæ consequenter dictæ, ultimaque ex illis die Mercurii,* V *Aprilis habita. Postridie in Cœna Domini, dictum de Juda proditore, tum de Cruce, ac in festivitate Paschali habita Homilia* Contra ebriosos *inscripta. Sequenti Dominica,* XVI *Aprilis, Sanctus inchoat Homilias quinque consequenter habitas in Principium Actorum. Deinde disputare incipit de Mutatione nominum, tractatque de eo verisimiliter usque ad festum Pentecostes, ita ut ultima de Mutatione nominum Homilia videatur post Pentecosten dicta. Hisce fortè intercessit Homilia in Ascensionem Domini, & altera in Pentecosten. Resumpta verò Geneseos Expositio circa Junium,* anno 388, B *ac finita mense Septembri aut Octobri.*

Fortè sub finem anni 388, *habitæ Homiliæ duæ in illud Apostoli:* Salutate Priscillam & Aquilam.

1510 *Sub finem anni* 388 *aut initium* 389, *figendum initium expositionis in Joannem, quæ in-* anno 389 & sequentibus, *tra annum videtur finita.* § 28.

Deinde anno 389 *aut* 390, *cœptæ Homiliæ in Matthæum, absolutæque anno* 390 *aut* 391.

Anno 391, *videtur exposita Epistola ad Romanos.*

Circa annum 392, *figenda probabiliter Expositio utriusque Epistolæ ad Corinthios.*

Ab anno circiter 393 *usque ad annum* 397, *videntur compositæ interpretationes Epistolarum S. Pauli ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, utriusque ad Timotheum, ad Titum, & verisimiliter ad Philemonem.*

Item illis annis, Expositio Psalmorum composita, dictaque ad populum.

Anno 397, *probabiliter figitur Interpretatio priorum aliquot capitum Isaiæ, quod ultimum videtur Opus in presbyteratu.* § 32.

1511 *Tempore prædicationis Antiochenæ, id est, ab initio ferè anni* 386 *usque ad posteriores* incerto tempore. *anni* 397 *menses, & maximè quidem annis duobus prioribus, habitæ videntur sequentes Homiliæ,* C *videlicet Homilia de reprehenso Petro. Num.* 458. *Homiliæ septem de laudibus S. Pauli. Homiliæ novem de Pœnitentia, majori ex parte. Homilia de Cœmeterio & cruce, quam intra dies viginti secuta est altera de SS. Martyribus Bernice, Prosdoce, & Domnina: alia de hisce Martyribus: Homiliæ de Juda proditore, de Cruce & latrone, de Ascensione. Gemina de Pentecoste est loci incerti. Homiliæ panegyricæ, incerto tempore Antiochiæ habitæ, gemina de S. Pelagia, de S. Ignatio, de S. Eustathio, de S. Romano gemina. Homilia in verba Hieremiæ:* Domine, non est in homine *&c. Homiliæ duæ de Machabæis præter aliam dubiam. Homilia de Sanctis Martyribus: hanc secuta est, quæ probat, non esse ad gratiam concionandum. Aliæ de Martyribus, de S. Juliano Anazarbeno, de S. Barlaamo: Homilia in locum Apostoli:* Nolo vos ignorare, fratres: *Homilia de S. Droside, de Martyribus Ægyptiis, & alia de Martyribus. Homilia post terræ motum loci magis incerti, ac variæ admodùm dubiæ. Oratio in laudem Diodori Tarsensis dicta.* § 33.

1512 *Mortuo Nectario episcopo Constantinopolitano,* Chrysostomus, *clàm Antiochiâ eductus, perductusque Constantinopolim, ibidem consecratur episcopus* XXVI *Februarii anni* 398. AUCTORE J. S. *Gesta & scripta in episcopatu anno* 398.

Mox sanctus Constantinopoli contra hæreticos, præsertim contra Anomœos, concionatur. At prima Homilia perdita. Secunda verò & tertia sunt, quæ tom. I *inscribuntur* XI & XII contra Anomœos. *Secuta est Homilia in Paralyticum per tectum dimissum, tom.* 3 *edita; tum paulò seriùs alia ibidem impressa in verba Christi:* Pater, si possibile est *&c. Verisimile est, Sanctum deinde eodem anno ægrotâsse, dictamque post morbum Homiliam in verba Apostoli:* Scimus, quoniam diligentibus Deum *&c.*

Anno 398 *item composita videntur duo Opuscula, primum contra Clericos, qui cum virginibus cohabitant; alterum contra Regulares fœminas, quæ cum viris habitant, impressa tom.* 1.

Eodem anno Sanctus juvat S. Porphyrium ad impetrandum Arcadii edictum, quo templa idolorum clauduntur Gazæ in Palæstina.

Eodem verisimiliter anno Flavianum Antiochenum cum Ecclesia Romana & Alexandrina conciliat Sanctus. E

Eodem aut sequenti anno, translatæ solemniter reliquiæ ad ecclesiam suburbanam, assistente Eudoxia imperatrice, & ad solemnitatem postridie veniente imperatore. Dictæ hac occasione aliquot Homiliæ, videlicet de S. Phoca martyre, & ex nuper editis apud Montfauconum tom. 12 *secunda & tertia.*

Anno item 398, *tempore æstivo, cœpta rebellio Tribigildi contra Arcadium, eaque continuata sequenti anno.* § 44.

Sub finem anni 398 *aut initium* 399 *cœpta Expositio Epistolæ ad Colossenses.* § 46.

1513 *Anno* 399, *mense Januario, Eutropius consul, omni dignitate orbatus & relegatus, ad ecclesiam fugit: quo tempore habita Homilia in Eutropium. Post aliquot dies, ubi Eutropius ecclesiam reliquerat, eaque occasione captus erat, dicta Homilia de Capto Eutropio.* anno 399.

Mense Februario, habita est Homilia 1 *ex ante ineditis tom.* 12. *Habitæ eodem verisimiliter anno quarta, quinta, sexta, septima & octava. In Paschate verò dicta Homilia contra Ludos & theatra. Deinde ex ineditis nona, ac verisimiliter decima & undecima. Eodem anno, coram* Chrysostomo *accusatus est Antoninus episcopus Ephesinus.* F

Anno eodem, mense Julio, Gaïnas Gothorum dux apertè contra Arcadium rebellare incipit. Ante ipsius rebellionem Chrysostomus *impedivit, ne Ariani ecclesiam haberent Constantinopoli. Post rebellionem ad Gaïnam legatus profectus est Sanctus, ac Saturninum & Aurelianum exsilio liberavit, reduxque, Homiliam habuit de Saturnini & Aureliani liberatione.* § 46.

Ante prædictam legationem, habita videtur gemina Homilia de vanitate divitiarum in illud: Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo *&c. Num.* 711 *& seq.*

1514 *Anno* 400, *circa Februarium aut Martium Sanctus proficiscitur in Asiam, ibique in* anno 400, & duobus sequentibus, *concilio episcoporum septuaginta Heraclidem Ephesiis ordinat episcopum, deinde varios deponit episcopos, Simoniacos, Quartodecimanos, Novatianos; atque æstivo tempore redit Constantinopolim. Prima Sancti Homilia post reditum statim habita. Tum controversia oritur inter Sanctum & Severianum Gabalorum episcopum, qui ob tumul-*

AUCTORE J. S.

populi fugere cogitur. Verùm, petente Arcadio, Chryſoſtomus *Severiano benignum ſe præſtat, eumque brevi oratione cum populo conciliat.*

Anno item 400, *veriſimilter expoſita utraque Epiſtola S. Pauli ad Theſſalonicenſes, & partim ſaltem poſt iter Aſiaticum.*

Anno 401, *menſe Februario, S. Porphyrius Gazenſis venit Conſtantinopolim, juvaturque à* Chryſoſtomo *ad obtinendum edictum imperatoris ad deſtruenda Gazæ templa idolorum. Eudoxia eo tempore irata erat* Chryſoſtomo.

Eodem anno, in Paſchate inchoata eſt Expoſitio libri Actorum.

Circa annum 402, Chryſoſtomus *exponit Epiſtolam ad Hebræos.*

ſcripta incerti temporis.

1515 *Homiliæ aliquot anno incerto, ſed ante primum exſilium, Conſtantinopoli habitæ, nimirum Homilia in dictum iſtud Apoſtoli,* Si eſurierit inimicus tuus *&c. tom.* 3 *pag.* 157; *Homilia* de Seraphim *prima & quarta tom.* 6: *ac tres Homiliæ invicem ſecutæ de nuptiis & conjugio. §* 52.

Homiliæ aliæ de quibus non conſtat, utrùm Antiochiæ an Conſtantinopoli ſint dictæ: videlicet Homilia de Anguſta porta & oratione Dominica tom. 3 *pag.* 25: *Homilia de Gloria in Tribulationibus pag.* 140: *alia in locum Apoſtoli:* Oportet hæreſes eſſe *&c. pag.* 240: *alia in Eliam & Viduam pag.* 328: *Homilia de Futurorum deliciis & præſentium vanitate pag.* 337: *Homilia in Magnam hebdomadam tom.* 5. *pag.* 525: *Homilia in illud Propheticum:* Ego Dominus Deus feci lumen & tenebras *&c., contra Manichæos maximè dicta tom.* 6 *pag.* 145: *alia de perfecta charitate, alia de Continentia, ac duæ de conſolatione mortis pag.* 287 *& ſeqq. De hiſce omnibus* § 52.

De Homiliis aliiſque ſcriptis dubiis agitur § 53: *ubi etiam de Commentario in Danielem, & de Liturgia.*

Exordia perſecutionis in Sanctum anno 403 *cœptæ.*

1516 *Anno* 403, *menſe Aprili, S. Epiphanius venit Conſtantinopolim, indeque poſt aliquot dies diſcedit, ac menſe Maio in reditu moritur.* § 56.

Eodem anno, circa Auguſtum, Theophilus venit Conſtantinopolim: circa Septembrem inchoat conciliabulum ad Quercum, in quo condemnatur Chryſoſtomus, *fortè ſub finem Septembris.*

C *Habita à Sancto antè abductionem Homilia, tom.* 3 *pag.* 415 *impreſſa, non item alia, quæ pro ſuppoſtitia habenda.*

Triduo poſt latam in conciliabulo ſententiam, Sanctus violenter urbe expellitur, & in Bithyniam ducitur: poſtridie verò revocatur, & poſt paucos dies redit in urbem.

Die ipſo reditûs habita Homilia brevis pag. 424.

Poſtridie dicta altera Homilia pag. 427.

Poſt aliquot dies aut hebdomadas, dicta Homilia de Chananæa.

Circa menſem Decembrem, Eudoxia iterum exacerbatur contra Chryſoſtomum *occaſione ludorum, qui ad ſtatuam ipſius agebantur: Arcadius verò in feſtivitate Natalis Domini cum* Chryſoſtomo *communicare detrectat. Interim epiſcopi rurſum vocantur Conſtantinopolim ad judicandum.*

exſilium anno 404,

1517 *Anno* 404, *circa Martium, cauſa Sancti iterum agitatur, ac tandem ſine novo examine prior ſententia ab aliquot epiſcopis confirmatur; Sanctus verò ab Arcadio eccleſiâ interdicitur.*

Die XVI *Aprilis, in pervigilio Paſchatis, &* D *nocte ſequente, clerus & populus* Chryſoſtomo *adhærens per manum militarem violenter eccleſiis ejicitur.*

Non diu poſt, Chryſoſtomus *litteras & legatos mittit Romam ad Innocentium Papam, cui geſta adverſum ſe exponit, & cujus opem flagitat.*

Die XX *Junii,* Chryſoſtomus *urbe expellitur in exſilium, & eccleſia cum curia eodem die comburitur.*

ſcripta facta-que in itinere,

1518 *Poſt unum alterumve diem ſcripta ad S. Olympiadem Epiſtola* XI.

Die XXVI *Junii Arſacius Sancto ſubſtituitur epiſcopus. Hinc orta perſecutio contra eos, qui ejus communionem fugiebant.*

Circa finem Junii aut initium Julii, Scripta Epiſtola 118 *ad epiſcopos & presbyteros incendii cauſâ in carcere degentes.*

Die III *Julii, Nicææ ſcripta Epiſtola* 10 *ad Olympiadem.*

Ibidem quoque data videtur altera ad detentos in carcere, ſive Epiſtola 174.

Ibidem quoque aut XXVIII *Junii, aut probabiliùs* IV *Julii, data Epiſtola* 221 *ad Conſtantium* E *presbyterum Antiochenum.*

Menſe Julio, in Galatia aut Cappadocia, ſcripta eſt Epiſtola 121 *ad Arabium; octava ad Olympiadem, & veriſimiliter Epiſtola* 119 *ad Theophilum presbyterum.*

Sub finem illius menſis, antequam Sanctus veniret Cæſaream, ſcripta Epiſtola 9 *ad Olympiadem, ſub initium gravis morbi, quo laboravit in via ac Cæſareæ.*

Cæſareæ deinde ſcripta Epiſtola 120 *ad Theodoram, & duodecima ad Olympiadem tempore morbi.*

Epiſtolæ Cucuſi datæ circa Septembrem,

1519 *Cucuſum perductus* Chryſoſtomus, *ſub finem Auguſti aut initium Septembris, ſcribit Epiſtolam* 13 *ad Olympiadem, Epiſtolam* 234 *ad Briſonem, &* 193 *ad Pæanium: eodem forſan tempore data Epiſtola tertia ad detentos in carcere, extra ordinem impreſſa tom.* 3 *pag.* 526. *Eodem veriſimiliter tempore, datæ Epiſtolæ* 194 *ad Gemellum,* 196 *ad Aëtium &* 143 *ad Polybium.*

Circa idem tempus exaratæ Epiſtolæ 236 *ad Carterium Cæſareæ præfectum;* 81 *ad Hymnetium &* 228 *ad Theodorum, medicos Cæſarienſes: item* 80 *ad Firminum,* 82 *ad Cytherium,* 83 *ad* F *Leontium,* 84, *ad Fauſtinum,* 172 *ad Helladium,* 173 *ad Evethium, amicos Cæſarienſes.*

Eodem ferè tempore ſcribit ad multos epiſcopos, nimirum Epiſtolam 87 *ad Eulogium Cæſareæ in Palæſtina antiſtitem;* 88 *ad Joannem Hieroſolymitanum;* 89 *ad Theodoſium Scytopolitanum;* 85 *ad Lucium,* 86 *ad Marim,* 90 *ad Moyſem, epiſcopos: item Epiſtolam* 235 *ad Porphyrium Rhoſenſem;* 111 *ad Anatolium Adaneuſem, epiſcopos in Cilicia; atque* 112 *ad Theodorum Tyanenſem in Cappadocia.*

Non diu poſt adventum, veriſimiliter menſe Septembri, ſcriptæ Epiſtolæ 108 *ad Urbicium epiſcopum,* 109 *ad Rufinum* 110 *ad Baſſum,* 30 *ad Eortium,* 26 *ad Magnum,* 27 *ad Domnum, epiſcopos omnes: item* 223 *ad Heſychium: & non diu poſt* 74 *ad eumdem: item* 73 *ad Agapetum,* 42 *ad Candidianum,* 224 *ad Marcianum & Marcellinum, & paulò poſt* 226 *ad eoſdem:* 188 *ad Marcellinum à priore diſtinctum:* 242 *ad Chalcidiam & Aſyncritiam: non diu poſt* 77 *ad Aſyncritiam ſolam. Item ad Adoliam data* 133 *&* 115 *ad Theophilum presbyterum. Menſe item Septem-*

AUCTORE J. S.

A ptembri, data ad Carteriam Epistola 227: ad Hermatium 75, ad Olympiadem 1, eaque admodùm prolixa: item 64 ad Cyriacum episcopum & 134 ad Diogenem.

Ante finem Septembris, ut videtur, data Epistola 129 ad Marcianum & Marcellinum, 34 ad Carteriam, ad Olympiadem 2, eaque longissima.

aliæ eodem anno, & aliquæ forsan sequenti.

1520 *Sub initium Octobris,* data Epistola 114 ad Elpidium episcopum: item 3 & 14 ad Olympiadem, 207 ad monachos Gothos, & 204 ad Pæanium. *Mense Octobri* scripta 198 ad Hesychium, 20 ad Agapetum, 29 ad Chalcidiam & Asyncritiam, 98 ad Chalcidiam, 18 ad Carteriam, 52 ad Adoliam, ad eamdem non diu pòst 33, & pòst aliquot dies 57: ac 25 ad Elpidium episcopum. § 74.

Mense Octobri aut Novembri, scriptæ Epistolæ 232 ad Carteriam: 225 ad Constantium presbyterum, à priore alium: 229 ad Severam: 231 ad Adoliam: 230 ad Elpidium episcopum: item Epistola 17 ad Olympiadem, 94 ad Pentadiam, 103 ad Ampruclam, & non diu pòst 191 ad eamdem: item 95 ad Pæanium.

B *Circa Novembrem,* data Epistola 24 ad Hesychium, 65 ad Marcianum & Marcellinum, 40 ad Asyncritiam, 179 ad Adoliam, 202 ad Cyriacum episcopum.

Sub finem anni, data ad Hesychium Epistola 176 ac 19 ad Marcianum & Marcellinum, 122 ad Marcianum alterum, paulò pòst 211 ad Timotheum presbyterum: item 200 ad Callistratium Isauriæ episcopum, 206 ad Theodolum diaconum: item 5 ad Olympiadem, 104 ad Pentadiam, 96 ad Ampruclam, item 210 ad Theodorum, 203 ad Salustium presbyterum, 212 ad Theophilum presbyterum, 147 ad Anthemium, 218 ad Euthymium presbyterum, 213 ad Philippum presbyterum, 97 ad Hypatium presbyterum & 180 ad eumdem, 199 ad Danielem presbyterum: item Epistola 44 ad Theodotum diaconum, & verisimiliter 43 ad Bassianam.

Anno 404 item scripta Epistola 45 ad Symmachum presbyterum, 47 ad Namæam, 178 ad Euthaliam, 32 ad eamdem, 186 ad Alypium, 187 ad Procopium, 189 ad Antiochum, 36 ad Maronem presbyterum & monachum, 37 ad Tranquillinum episcopum, 38 ad Hymnetium medicum: item 190 ad Brisonem, 195 ad Claudianum, 219 ad Severinam & Romulam, 58 ad Theodosium ex ducibus, 201 ad Herculium, 113 ad Palladium episcopum, 197 ad Studium urbis præfectum, 116 & 217 ad Valentinum, 124 ad Gemellum, 205 ad Anatolium præfectianam, 144 ad Diogenem. § 76.

C *Anno* 404 *aut* 405, data Epistola 39 ad Chalcidiam, 220 ad Pæanium: item Epistola 222 ad Castum, Valerium, Diophantum & Cyriacum: & 93 ad Aphthonium, Theodotum & Chæream, monachos & presbyteros.

Epistolæ anno 405 datæ,

1521 *Circa initium anni* 405 Sanctus in gravem incidit morbum, qui usque ad tempus vernum aut initium ætatis duravit. Pòst morbum illum, necdum omnino sublatum, circa Aprilem aut Majum, scripta Epistola 6 ad Olympiadem, deinde 7 & 16 ad eamdem.

Eodem anno data Epistola 138 ad Elpidium episcopum, 59 ad Theodotum diaconum, deinde 67 & 137 ad eumdem: 61 ad Theodotum consularem, 62 ad Castum, Valerium, Diophantum & Cyriacum, ac deinde 66, 130, 107, & 22 hiemali tempore data ad eosdem: 91 ad Romanum presbyterum.

Eodem anno Chrysostomus insigne ostendit studium pro conversione gentilium in Phœnicia, eaque occasione multas scribit Epistolas.

Scripta Epistola 146 ad Theodotum, Nicolaum, Chæream, presbyteros & monachos: 145 ad Nicolaum presbyterum: 126 ad Rufinum presbyterum: 54 ad Gerontium presbyterum: 53 ad Nicolaum presbyterum: 21 ad Alphium, ac deinde 72, 35 & 49 ad eumdem: 123 ad presbyteros & monachos in Phœnicia fidem prædicantes: 28 ad Basilium presbyterum; 55 ad Symeonem & Marem, presbyteros & monachos: ac 56 ad Romulum & Byzum monachos. Demum eodem anno scriptæ Epistolæ sequentes; videlicet 175 ad Agapetum, 100 ad Marcianum & Marcellinum, 31 ad alterum Marcellinum, 60 ad Chalcidiam & Asyncritiam, 99 & 106 ad Asyncritiam, 76 & 105 ad Chalcidiam, 185 ad Pentadiam, 41 ad Valentinum, 79 & 132 ad Gemellum, ac 50 & 51 ad Diogenem. *Sub finem anni* 405, Sanctus frequenter loca mutare cogitur, gravissimaque patitur.

aliæ anno 406: E

1522 *Anno* 406, pòst varias locorum mutationes, Sanctus Arabissi habitat. § 80. Data Epistola 136 ad Theodotum lectorem, uti & 102 ad eumdem; 141 ad Theodotum consularem, 23 & 78 ad Romanum presbyterum: item Epistola 127 ad Polybium, 128 ad Marinianum, 69 ad Nicolaum presbyterum, 70 ad Aphthonium, Theodotum & Chæream: 131 ad Elpidium episcopum: 140, 135 & 68 ad Theodotum diaconum, 15 ad Olympiadem. *Eodem anno* ad Olympiadem scriptus liber, quo ostenditur, Neminem lædi nisi à se ipso, & paulò pòst alius de eis, qui scandalizati sunt: item Epistola 4 ad Olympiadem: Epistola 142 ad Elpidium episcopum:

F *Eodem anno* Sanctus ad legatos Româ Constantinopolim missos varias dat Epistolas, videlicet 156, 157, 158, 159, Episcopis inscriptas: 160 episcopo, 161 Romanis presbyteris, qui illis aderant: 165, 166, 167 ad episcopos legatis additos: item 162 ad Anysium Thessalonicensem: 163 ad omnes Macedoniæ episcopos: 164 ad Alexandrum Corinthi episcopum: 155 ad Chromatium Aquileiensem. Deinde, intellecto infausto legationis exitu, scribit ad Innocentium Papam, & Epistolam 182 ad Venerium Mediolanensem: & probabilius 183 ad Hesychium Salonensem: 184 ad Gaudentium Brixiensem: 149 ad Aurelium Carthaginensem: 150 ad Maximum episcopum: 151 ad Asellum Episcopum: 152, 153, 154, & 181 ad episcopos: 148 ad Cyriacum, Demetrium, Palladium, Eulysium, episcopos Orientales: 168 ad Probam matronam Romanam: 169 ad Julianam, Probæ nurum: & 170 ad Italicam etiam nobilem matronam.

aliquæ incerti temporis.

1523 *Epistolæ temporis incerti sunt,* 48 ad Arabium, 192 ad Onysicratiam, 46 ad Rufinum, 63 ad Tranquillinum, 177 ad Artemidorum, 71 ad Malchum, 92 ad Moysem presbyterum, 101 ad Severum presbyterum, 139 ad Theodorum Syriæ consularem, 171 ad Montium, 208 ad Acacium presbyterum, 209 ad Salvionem aut Galbionem, 214 ad Sebastianum presbyterum, 215 ad Pelagium presbyterum, 216 ad Musonium, 117 ad Theodoram.

mors Sancti, aliaque usque ad corpus translatum.

1524 *Anno* 407, Sanctus cogitur locum exsilii mutare, duciturque Pityunta: sed fractus iteneris laboribus, in ipso itinere prope Comana in Ponto XIV Septembris moritur, ibique in ecclesia

AUCTORE J. S.

sia S. Basilisci martyris sepelitur.

Circa annum 414, *nomen* Chrysostomi, *urgente Innocentio Papa, sacris diptychis inseritur primùm ab Alexandro Antiocheno, deinde etiam ab Attico Constantinopolitano & Cyrillo Alexandrino, aliisque omnibus imperii Orientalis episcopis.* § 87.

Ante annum 438 *festivitas Sancti à Constantinopolitanis celebrari cœpta.*

Anno 438, *sacrum corpus Constantinopolim magno cum honore translatum.* § 88.

Hæc sufficiant pro brevi chronotaxi, cùm omnia fusiùs in Commentario sint probata. Attamen pro Epistolis non censui loca assignanda, ubi de singulis disputatum est, quia omnia facilè reperientur, saltem ope indicis historici.

PRÆMONITIO

In Orationem sequentem.

B

Oratio panegyrica Damasceni, seriùs ad nos perlata,

DE Oratione panegyrica, quâ S. Joannes Damascenus laudavit Chrysostomum, *breviter egi in Commentario num.* 27, *tamquam de monumento, quod necessarium non est ad res gestas* S. Joannis *accuratè exponendas, quia Damascenus junior est, quàm ut magnam in iis auctoritatem habere possit, præsertim cùm tantùm scripserit Orationem panegyricam, nec videatur omnia antiquiorum scripta examinâsse ad contexendam exactam gestorum omnium relationem. Vera hæc sunt & certa, eaque de causa Damasceni Orationem non credidi magnopere requirendam. Et revera nihil habet Oratio illa, quod in Commentario non sit abunde tractatum, & auctoritate scriptorum antiquiorum confirmatum. Attamen, postquam ultimam Operum Damasceni editionem, quæ nobis deerat, tandem accepimus, quando pars magna hujus Commentarii erat impressa, Orationem illam saltem legere volui, lectamque etiam recudere statui, ut lectores, qui prolixum Commentarium legere nolunt, ex brevi Oratione utcumque possint intelligere, qualis quantusque fuerit* Chrysostomus. D

qua de causa, & quo modo edatur,

2 *Etenim, quamvis accurata gestorum cognitio non sit petenda ex Damasceno, hujus tamen auctoritas Sancti, qui certò inter præcipuos est seculi* VIII *scriptores, cùm doctrinâ tum sanctitate, aliquid ponderis habere potest in magnificis illis elogiis, quibus* Chrysostomi *doctrinam, virtutes, sanctitatem mirè commendat. Potest, inquam, Damasceni auctoritas ad hoc valere & sufficere, ut intelligamus, quanti* Chrysostomum *seculo* VIII *fecerint Orientales, quantique ipse Damascenus faciendum crediderit communem quasi Græcorum omnium Doctorem. Elogia sanè illa, cùm tam vera mihi videantur, quàm magnifica, maximè me impulerunt ad Orationem recudendam ex editione Lequieni, qui eam primus edidit tom.* 2 *Operum Damasceni pag.* 886. *Vellem & interpretationem Latinam Lequieni integram dare; at illa talis mihi non videtur, ut nulla egeat correctione. Certè multis locis obscurior est, quàm ut mens scriptoris clarè possit percipi: subinde etiam aliquid irrepsisse videtur, quod cum Græco contextu non satis consonat, sive id imprimentium negligentiâ contigerit, sive alia de causa. Quare interpretationem Lequieni solùm servavi, quantùm servari posse credidi, ac dictionem Latinam mutavi, ubicumque id in commodum lectorum expedire censui. Græcum verò textum nullibi mutare volui, sed malui in Annotatis aut solùm in margine monere, fortè aliter legendum esse, nisi clarè sit mendum typographicum.* E

ORATIO PANEGYRICA

Auctore S. Joanne Damasceno

C *Ex Editione Lequieni, cum ejusdem interpretatione subinde emendata.* E

CAPUT I.

Ratio scribendi: generalia elogia virtutum & scriptorum Chrysostomi: ejus adolescentia, & vita monastica.

Auctor rationes allegat scribendi in laudem Sancti,

NEcesse quidem erat, ô Johannes, qui totus aureus es, eos, qui laudes tuas dicere aggrederentur, auream linguam nactos, sermonem auro fluentem proferre. Imò tua ipsius voce opus foret, quippe quæ sola sui ipsius præconium dignè posset exsequi, & id nunc quidem. Olim quippe, priusquam ex hac vita transires, cùm inter homines telluris incolas simul viveres, tuis rectè factis oblivione suppressis, in primis alloquiis ea statim sui ipsius

Ἐδεῖ μὲν, ὦ Ἰωάννη πάλχρυσε, τοὺς τῶν ἐγκωμίων πειρωμένους ἐφάπτεσθαι, γλώσσης χρυσέης δ' μοιρηκότας, λόγον προφέρειν χρυσόῤῥοον. Ἐπὶ ᾧ τύτοις τλῶ σλῶ ἔδῃ παρεῖναι φωνλώ. μόνη γὰρ ἂν ἑαυτῆς ἀξίως τ δ' φημίας κατασοχάσαιτο, χῃ ταῦτά γε νῦν. *a* γὰρ τῷ ἐπὶ γῆς προ ἐκδημίας συμβιοτδ'σαντι, λήθη * τ κατορθωμένων ἐν προλογίαις ἑαυτῆς ὑπῆρχε κατήγορος. ἀποκρύπτει γὰρ

a * *fortè* λήθῃ

A γὰρ πᾶς τοῖς ⟨Θφοῖς τὰ σφῶν κατορθωμάτων, ὡς ἂν μὴ παραῤῥυῇ τὸ εἶναι τῷ οἴεσθαι· ἀλλ' ἐπεὶ πατράσι φίλα ⟨Θ τὰ τῶν παίδων ψελλίσματα, καὶ δύο λεπτὰ Θεῷ τ κατορθωμάτων τ ἄῤῥων πρόσφιλέστερα· ἃ δυνάμῃ γὰρ, προαιρέσῃ ⟨Θ μᾶλλον κρίνειν ταῦτα πέφυκε· πρὸς ⟨Θ ⟨Θ φιλοθέου ἀνδρὸς προτρεπτὰ ὐκ ἀπωστέον· αἰδοῖ⟨Θ γὰρ ὅτ⟨Θ καὶ χάριτας ὅτι πλείστας πρὸς ἡμῶν ὀφειλόμεν⟨Θ· τ μὲν λόγων ἐφάπτομαι· ἀλλ' ὐκ ἀνέδην, ὐδὲ συσολῆς ἄτερ, ἀλλὰ τῷ δέῃ μὲν συσελλόμεν⟨Θ, καί σοι τ σῶν θείων τε ⟨Θ ἱερῶν διδαγμάτων προφέρω τὰ ἀκροδίνια. ἔσαι γάρ μοι τοιαύτῃ ὑπόθεσιν ἀνελίττοντι, ἐγγὺς μὲν ἀξίας ἐληλυθότι, ὐκ ὁ τυχὼν ἔπαιν⟨Θ, ἀπολειφθέντι ⟨Θ ταύτης, ὃ μὴ παθεῖν ἄριστον, ἀλλ' ἀμήχανον, συγγνώμη ἥττῃ δικαία καθυποκύψαντι, καί μοι δίδου τῳ πυρίπνοον χάριν ⟨Θ πνεύματ⟨Θ. Χριστὲ γὰρ ⟨Θ αὐτὸς ἐχρημάτισας στόμα, ἐξάγων ἐξ ἀναξίου ἄξιον, ὐχ ἕνα πῶς ἢ δύο· τοῦτο γὰρ ἄν τις τυχὸν ⟨Θ τ πολλῶν δράσειεν· ἀλλ' οἴκους ὅλους, ⟨Θ δήμους, ⟨Θ ἄῤῥεα.

B 2 Ἁρξάμεν⟨Θ γὰρ ἐξ ἑαυτ⟨Θ, ⟨Θ σαυτὸν ὄντως Ἱερουσαλὴμ κατασκεύασας πόλιν Θεοῦ ζῶντ⟨Θ εἰς κατοικητήριον θείου πνεύματ⟨Θ, πανταχόσε γῆς, ἑῴας τε καὶ ἑσπερίου λήξεως, ἄρκτου τε ⟨Θ μεσημβρίας ἐπῆλθες τῷ λόγῳ τὰ πέρατα, ὡς ⟨Θ ἐπί σοι ὀῤῥοχώτατα λεχθῆναι ⟨Θ θεσπεσίου Δαβὶδ τὸ θεῖον προαναφώνημα· εἰς πᾶσαν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγ⟨Θ αὐτῶν, ⟨Θ εἰς τὰ πέρατα τ οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. φοιτητὴς γὰρ γέγονας τ ὄντως αὐτοσοφίας τοῦ Χριστοῦ, τ ⟨Θ Θεοῦ ⟨Θ Πατρὸς ὑπερσάτου δυνάμεως, ⟨Θ τοῦτον ἰχνηλατήσας ὅσον δύναμις, καὶ μιμητὴς Θεοῦ γενόμεν⟨Θ ὡς ἀνθρώπῳ δυνατόν. σὺ πέρατα γὰρ τὰ τ φύσεως ⟨Θάδειρα πάσης ἀρετῆς ἰδέαν ἐπὶ τῷ βαθυτάτῳ δεμελίῳ τ ταπεινώσεως ᾠκοδόμησας, δι' ἧς μόνης ⟨Θ Θεὸς σώζειν ὐδόκησε, καὶ ἀνθρωπ⟨Θ σώζεται. ὐδὲν γὰρ ταύτης ἀσφαλέστερον ἔρεισμα. ἡ ⟨Θ ταπείνωσις ὡς ἐκ πίστεως παντί που δῆλον. πῶς γὰρ ἄν τις καθυποβαίη τῷ κρείττονι, μὴ πισεύσας ὅτι κρειττῶν ⟨Θ ὕψις⟨Θ;

3 Λόγων ⟨Θ πλήρης ὡς Λόγου θεραπόλτης ἐγεγόνεις, δι' ὧν τ θεῖον Λόγον, ⟨Θ ὑπόσατον τοῦ Θεοῦ ⟨Θ Πατρὸς, διὰ Πνεύματ⟨Θ τῷ Πατρὶ ἐκήρυξας ὁμοούσιον, μονάδα σαφῶς εἰδέναι ἐν τριάδι προσκυνουμένην, ⟨Θ τριάδα εἰς μονάδα ἀνακεφαλαιουμένῳ, παράδοξόν τινα φέρουσαν τῷ ἑνώσιν τε ⟨Θ διαίρεσιν· ὅτε τὸ ἑνιαῖον συσκεχυμένον, ὅτε τὸ τριοσὸν δι' ἄμπαξ διαιρούμενον· ὐ θατέρῳ ⟨Θ συντηρούμενον θάτερον, ὐ τῇ ἑνώσῃ μὲν τ οὐσίας τ ὑποσάσεων τὸ ἑνιαῖόν τε ⟨Θ τ φύσεως ἀπαράλλακτον. ταῦτα πᾶσαν τῳ οἰκουμένῳ ἐδίδαξας, μίαν θεότητα τρισυπόσατον, ὐ μιᾷ τ αὐτῆς ὑποσάσεων ὁλικῶς ἡμῖν κοινωνήσασαν. ἡ ⟨Θ ἐσὶν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ⟨Θ Λόγ⟨Θ, ὁ ἀπαθὴς παθητῇ φύσῃ ἑνούμεν⟨Θ, ⟨Θ ταῦτα οἰονεὶ ὑφισάμεν⟨Θ, ⟨Θ τοῦ εἶναι ἀρχόμεν⟨Θ, σαρκούμενός τε ⟨Θ πάσχουόμεν⟨Θ, ⟨Θ ὁ ἁπλοῦς τῇ φύσῃ φύσεως προσλήψει συνθιέμεν⟨Θ, ⟨Θ διφυὴς ἀληθῶς γνωριζόμεν⟨Θ, ὡς δύο φύσεις φέρων μετὰ τῳ ἕνωσιν, ἐξ ὧν ἓν ἐσιν ἅπερ κηρύττεται· τελείως ἔχουσαν ἑκάσῳ κατὰ τ ὅρον τε ⟨Θ λόγον τ ἑαυτῆς, τῳ μὲν ἄναρχόν τε ⟨Θ ἄκτισον, τῳ δ' ὠργμένην τε ⟨Θ ἐκτισμένῳ· τῳ μὲν ἀπαθῆ, ἀόρατον, ἀναφῆ, ἀπερίγραπτον, τῳ δ' παθητήν τε καὶ ὁρωμένῳ, ⟨Θ ἁπλῷ, ⟨Θ περιγραπτῷ· θελητικῷ ἑκατέραν, ⟨Θ αὐτεξούσιον, ⟨Θ ἐνεργητικῷ, αὐτὸς τοῦτο κα-

C

accusatrix erat. Sic enim comparatum est, ut sapientibus viris proba sua facinora lateant, ne id, quod sunt, existimatione defluat. Quia verò ipsæ quoque balbutientium puerorum voces gratæ parentibus ipsorum accidunt, Deoque minuta duo sunt acceptiora, quàm quæ opulenti magnificique homines præstant (quoniam non ex potentia, sed ex voluntate ea solet æstimare:) præterea quia religiosi erga Deum viri, qui reverentiâ multâ dignus est, multiplicique titulo de nobis bene meritus, jussa repudianda non sunt: ad dicendum accedo, at minimè licenter, nec sine contractione, sed timore orationem contrahente, tibi divinorum tuorum, sacrorumque documentorum summa capita profero. Mihi siquidem argumentum istud evolventi, si proximè ad dignitatem ejus accessero, haud parum erit laudis; sin autem ejus obtinendæ impar fuero (quod non pati eximium, sed impossibile) venia dabitur, qui justa de causa superari non recusârim. Tu ardentem mihi Spiritûs gratiam impertire: nam Christi quoque os effectus es, qui ex indigno dignum fecisti, non unum alterumve hominem (quod fortè vel quispiam è multis præstiterit) sed & familias integras, plebesque, ac civitates. A. S. JOANNE DAMASCENO. E

cujus virtutes supra fundamentum humilitatis erant structæ:

2 Enimvero à te ipso exorsus, teipsum quoque veram Hierusalem, civitatem Dei viventis, fecisti, quò divini Spiritus domicilium evaderes; tumque adeò ubique terrarum, Orientis Occidentisque tractus, Austri item, & Septentrionis fines, verbo pervagatus es, ut de te perquam appositè pronuntiatum sit divinum illud sanctissimi Davidis effatum: In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Fuisti siquidem alumnus Christi, qui ipsa verè sapientia est, subsistens Dei & Patris virtus: ejusque, quantùm penes te erat, vestigia premendo, imitator factus es Dei, juxta atque homini possibile est. Tu enim terminos septaque *b* naturæ, omnis nempe virtutis ideam, struxisti in profundissimo humilitatis fundamento, per quam solam & salvare Deus voluit, & salvus fit homo. Nullum quippe fulcrum eâ firmius est. Ast humilitatem ex fide originem trahere, nemini non perspicuum est. Quomodo enim divino Numini subsit aliquis, ni certò credat altissimum esse divinum Numen? *b*

doctrina Sancti de Trinitate & Incarnatione laudatur: F

3 Atqui Verbi cultor cùm esses, sermonum quoque plenus fuisti, quibus divinum subsistensque Dei & Patris Verbum, suppetias ferente Spiritu, consubstantiale esse Patri prædicâsti; ut unitas adoranda in Trinitate palàm innotesceret, nec non Trinitas ad unitatis summam revocata, quæ unitatem distinctionemque humano captu superiorem habet, unitate quidem confusionis, & ternario divisionis experte prorsus persistente. Quo fit ut alterum in altero sit salvum; in unitate scilicet substantiæ unio personarum, & naturæ per omnia conformitas. Hæc docuisti orbem universum, Deitatem unam in tribus hypostasibus, quæ in hypostasium suarum una plenè nobis perfectéque communicata est. Hæc autem Dei Filius & Verbum est, qui cùm minimé pati posset, cùm patibili naturâ copulatus fuit, unumque & idem ac ipsa veluti subsistens, & esse incipiens, assumpta carne, crassitie vestitus fuit. Unde cum naturâ simplex esset, naturæ susceptione compositus evasit, duplicis revera naturæ exsistens, quatenus naturas duas post unitionem gerit, ex quibus unum ipse est, quæ esse prædicatur: ita ut utramque habeat secundum utriusque definitionem & rationem; unam quidem principii expertem & increatam, inceptam alteram & creatam: unam impatibilem, invisibilem, tangi nescìam, ac circumscribi; alteram patibilem, adspectabilem, tractabilem

A. S. JOANNE DAMASCENO.

& circumscriptam: utramque voluntate, arbitrii libertate, & operatione instructam, ut ipse hoc & illud exsistat, Christus unus, Filiusque & Dominus; illa instrumenti more ministrante, hac herili potestate agente; utraque demum propriam actionem liberumque motum exserente; quatenus ipse unus hoc & illud exsistit, & per utrumque salutarem renovationem nostram patravit, cujus gratiâ seipsum commiseratione motus exinanivit.

κείνο τελῶν, ὁ εἷς Χριστὸς, καὶ υἱὸς, καὶ κύριος· τὸ μὲν ὀργανικῶς λειτουργησάσης, τὸ δὲ δεσποτικῶς ἐνεργησάσης· ἑκατέρας τῷ οἰκείαν ἐνέργειάν τε καὶ αὐτεξούσιον κίνησιν ἐχούσης· αὐτὸς δὲ τὸ ἑνὸς τοῦτο κἀκεῖνο τελοῦντος, δι' ἀμφοῖν τῷ ἡμῶν κατέρασαμένῳ σωτήριον ἀνακαίνισιν, ἐφ' ᾧ συμπαθῶς ἑαυτὸν κενέωκε. D

optat auctor gratiam sancti Spiritus, & opem Sancti,

4 Hæc cùm didicisses, docuisti, ut in his quoque aureum & argenteum optimorum operum decorem exstruamus, ne si stipulæ simus, ad judicialem ignem cùm accedemus, consumamur; magis verò magisque purgemur, ut, absumpto quidquid superest scoriæ, mundique cum Mundo, qui igne nos examinat & deificat, in æternum vivamus. Quis mihi linguam tribuat, quæ præconiis tuis celebrandis sit digna? Quis me transferre valeat in pristinam illam diem, quâ divinus ille ignis in linguæ speciem figuratus, in singulis Apostolis unâ formâ ac multis modis requievit, ut unum fidei dogma multiplici lingua annuntiaretur, coactis in unum, quæ dissidebant, solutoque multifido errore, in quem conspiraverant olim turris exstructores, accepta impietatis mercede confusione linguarum, sententiarumque ex ea discidio? Quis ejusmodi linguam Spiritus concedat mihi, quâ Viri hujus Spiritu sancto pleni præcellentias naturâ sublimiores efferam? Sermonum mihi oceanus utinam afflueret, abyssusque sententiarum! Verùm sermonibus non subjacet gratia Spiritûs. Qui enim Spiritu vacuus, quæ Spiritûs sunt eloqui voluerit, idem ille præstat, acsi sine luce intueri contendat, cùm videndi ducem alium non habeat nisi tenebras. Quocirca ad eum revertor, quem nunc laudare proposui, ut accendam ex eo scientiæ lucernam, velut ex divina quadam facula, ut idem ipse & laudandi argumentum sit, & laudum minister. B

4 Ταῦτα μαθὼν ἐδίδαξας, καὶ τούτοις ἐποικοδομεῖν τῷ τῶ ἀρίστων ἔργων χρυσαυγῆ τε καὶ ἀργυροφεγῆ σπρέπειαν. ὡς ἂν μὴ τῷ κριτικῷ πυρὶ ὡλησιάσαντες φρυγανώδεις ὄντες ἀναλωθείημεν, ὡλέον δὲ καὶ ὡλέον καθαρθείημεν, δαπανώμενοι μὲν ὅσον κίβδηλον, καὶ καθαροὶ καθαρῷ τῷ πυρῶντι καὶ θεῶντι συναιωνίζοντες. τίς μοι δοίη γλῶσσαν ἀξίαν τῆς εὐφημίας; τίς με δείη ἀνὰ ἡμέραν τῷ ἐμπροσθεν, ὅτε ἠύγη πῦρ θεῖον γλωσσοειδῶς τυπούμενον, ἐφ' ἑκατέρου τε τῶν ἀποστόλων ἑνοειδῶς καὶ πολυμερῶς ἀναπαυόμενον, ὡς ἂν τὸ ἑνιαῖον δόγμα τῶν πίστεως ἐν πολυσχεδέσι γλώσσαις καταγελθείη, συνάγον εἰς ἓν τὰ διεσῶτα, καταλυθείσης τῆς πολυσχιδοῦς πλάνης, πρὸς ἣν κακῶς ὠμονοήσαν οἱ πάλαι πυργοποιήσαντες, καὶ μισθὸν ἔλαβον τῆς ἀσεβείας τῷ συγχυτικῷ τῆς γλώσσης, καὶ δι' αὐτῆς τῆς γνώμης διαίρεσιν; τίς μοι ταύτης μεταδοίη τῆς γλώσσης τοῦ Πνεύματος, ὡς ἂν τὰ τοῦδε τοῦ πνεύματος φόρου ἀνδρὸς τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐξαγγείλω πλεονεκτήματα; ὠκεανὸς ἐνταῦθα πάρητω λόγων, νοημάτων τε ἄβυσσος, ἀλλ' οὐχ ὑπείκει λόγοις ἡ χάρις τοῦ πνεύματος. ὁ γὰρ ἄνους τοῦ Πνεύματος βουλόμενος λέγειν τὰ τοῦ Πνεύματος, φωτὸς ἄνους βλέπειν προαιρεῖται, καὶ σκότον ἔχει πρόδηγον τῆς ὁράσεως. διὸ πάλιν πρὸς αὐτὸν ἐπάνειμι τὸν νῦν εὐφημούμενον, ἐξ αὐτοῦ ὡς δείου λαμπῆρος τὸ λύχνον ἀνάπτων τῆς γνώσεως, ὡς ἂν αὐτὸς εἴη τῆς εὐφημίας ὑπόθεσις, καὶ τῶν ἐπαίνων χορηγός. E

qui simul cœpit facere & docere, & non minùs virtutibus,

5 Ecquis quidem tam copiosæ facundiæ fuit & tam magnæ sapientiæ: quarum comparatio discerni nequit, ut obscurum sit, utrâ mirabilior fuerit? Quis forma virtutum sic exstitit vel visus, ut verbis non indigeret ad docendum? Quis verborum imbres sic unquam effudit ex actionibus consectarios, & virtutem ex illis accipientes, ut & de eo pronuntiare liceat: Quæ cœpit facere & docere: quod dicit divinus Lucas de Jesu Deo meo, à quo & esse & benè esse acceperat? Quis ita actioni contemplationique dedit operam, cùm & calcârit carnis voluptates, acsi sine carne esset, & cum Deo divina speculaturet? Quis fidei, tamquam animæ, opera, uti membra corporis, optimo ordine sic addidit subjecitque, & opera fide sic animavit vividaque reddidit? Quorum scilicet alterum sine altero inutile nulliusque emolumenti est, tametsi quispiam antecellere fidem haud absurdè prorsus concedat. Quis sic gulam procul eliminavit, heram servituti mancipans, avidamque pia ratione cohibens, ut illius dominus effectus sit, non servus? C

5 Τίς μὲν ὅτω πολὺς ἐν λόγῳ καὶ μέγας ἐν φρονήσῃ, ὧν ἡ σύγκρισις ἀσύγκριτος, ὡς ἄδηλον εἶναι πότερῳ μᾶλλον ὅτος θαυμασιώτερος; τίς ὅτω τύπος ἀρετῆς ὧδε καὶ ὁρώμενος, ὡς μὴ δεῖσθαι λόγου πρὸς παίδευσιν; τίς λόγων νιφάδας ἐξέχεε τοῖς ἔργοις ἑπομένας, ἐκ τούτων τε λαμβανούσας τὴν δύναμιν, ὡς καὶ ἐπὶ τούτου λέγειν, ὧν ἤρξατο ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, ὁ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ μου Λουκᾶς φησὶν ὁ θεσπέσιος, ἐξ οὗ τὸ εἶναι, καὶ τὸ εὖ εἶναι κεκλήρωται; τίς πρᾶξιν ἐπῆλθε καὶ θεωρίαν, σαρκός τε ἡδονὰς πατήσας, ὡς ἄσαρκος, καὶ μετὰ Θεοῦ τὰ θεῖα σκεψάμενος; τίς πίσει ὡς ψυχῇ τὰ ἔργα οἷα μέλη σώματος διατάκτως περιέθηκε καὶ ὑπέταξε, καὶ ἔργα πίσει ἐψύχωσε καὶ ἐζώωσεν; ὧν θάτερον θατέρου δίχα ἄχρηστον καὶ ἀνόνητον, εἰ καὶ τῇ πίσει, ὡς ἀπὸ σκοποῦ δοίη τις τὸ προτέρημα; τίς ὅτω γαστριμαργίαν ἐξέωσε, δουλώσας τὴν δεσποίναν, καὶ φιμώσας μαιμάουσαν δυσεβεῖ λογισμῷ, αὐτοκράτης, ὁ θεραπευτὴς ταύτης γενόμενος? F

quàm facundiâ & doctrinâ excellat.

6 Tanta verò sobrietatis illius præstantia fuit, ut nesciret, an, quidve, aut quantum cibi c potûsque admitteret. Natura quippe fragilis est, & caro fluxa, mobilisque, ac spirituum indiga. Quia fieri non potest, ut sine respiratione vitam trahamus, cæterisque perinde opus est nobis, ut indigentiam suppleamus. Enimvero tria sunt, quæ evacuantur, siccum, humidumque, & spiritus, quorum cujusque idonea plenitudo à Conditore rerum definita est, quâ natura corporis constituatur. At verò gratia Spiritûs naturæ terminis subjecta non est. Non enim in solo pane vivet homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Quis sic anima cogitationeque,

6 Καὶ τόσον αὐτῷ τῆς ἐγκρατείας τὸ περιὸν, ὡς λανθάνειν, εἴ τε καὶ ὅ τι, καὶ ὅσον προσεφέρετο βρώσεώς τε καὶ πόσεως. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐπίκηρος, καὶ τὸ σαρκίον ῥοῦσον καὶ κινούμενον, καὶ ὥσπερ πνεύματος ἐνδεές· ἀναπνοῆς γὰρ ἄνευ ζῆν τὰ ἀμηχάνων, καὶ τἄλοιπῶν ὅτω χρεὼν ἀναπληροῦσθαι τὴν ἔνδειαν. τρία γὰρ τὰ κενούμενα, ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν, καὶ πνεῦμα· ὧν ἑκάστου ἡ κατάλληλος ἀναπλήρωσις συνιστᾷ τόδε τὸ σῶμα φυσικῶς πρὸς τοῦ Κτίσαντος ὥρισαι. ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ πνεύματος οὐκ ὑπείκει φύσεως ὅροις. οὐ γὰρ ἐν ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. τίς ὅτω καθαρὸς καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν

A νοιαν πρὸς τῷ σώματι, ως μαρτυρεῖσθαι αὐτῷ τὸ πρὸς μίξεις ἠλίθιον; ἀλλ' οὐκ ἠλίθιον ὄντως. ἦ γὰρ ἄλογον, ἢδὲ φύσεως τὸ ἀῤῥώστημα, λόγῳ ὃ ἐπικράτεια ἰσχύοντος τὸ ἄλογον, καὶ πᾶσαν τὴν ἔφεσιν πρὸς Θεὸν ἀνατείνοντος, ἐφ' ᾧ καὶ δεδημιούργητο, ἀποστρεφομένη μὲν τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς ὡς πυρὸς ὑπέκκαυμα, προαιρουμένη δὲ τὸ τραχὺ τῆς ἀρετῆς φέρον πρὸς ῥᾳστώνην ἀΐδιον. ὕτως ἑαυτὸν συνεθίζων ἐκ μικροῦ, προβαίνων ὡτημέραι, ἀεὶ ἐγίνετο ἑαυτοῦ ἐγκρατέστερος, ἕως τὸ πάθος ἐκοίμησε τέλεον, ἀσκητικὴ τέχνη τιθασσεύσας καὶ δράσας ὑφήνιον, εἰς ἕξιν δ' ἔθους τῷ χρόνῳ καὶ προβάσει εἰς φύσιν ἐλάσαντος. πόνος γὰρ θείας ἐπικουρίας τυχὼν, ἀπάθειαν χαρίζεσθαι πέφυκε.

7 Τίς φιλαργυρίαν τῆς κτημάτων προαπεκτήσατο, μεθ' ἧς καὶ τὰ κτήματα, ὕτω πεθήσας τὸ μὴ ἔχειν, ὡς ἕτερος τὸ ἔχειν, τῆς παθῶν τὸ ἔρεισμα, τῆς ἐλπίδος τὸ σέρημα, τῆς πίστεως τῷ ἀντίπαλον; διὸ καὶ Παῦλος ἡ θεόφθογγος λύρα τοῦ πνεύματος, τὸ ἀποστολικῶν γλωσσῶν τὸ πολύηχον στόμα, δουλείαν εἰδωλολατρίαν ταύτῃ καιρίως κατονομάζει. B ἀφεὶς γάρ τις τὴν θείας προνοίας ἀφάψαι τῆς ἐλπίδος τῷ ἄγκυραν, τὴν χρημάτων τῇ συλλογῇ ἐπερείδεται, ταῦτα τιθεὶς πρὸ τοῦ κρείττονος, ὡς ἀθάνατα βιωσόμενος· καὶ ὡς θάλασσα οὐκ ἐμπιπλώμενος, κἂν ὅ τι πλεῖστοι χρυσοῦ ποταμοὶ εἰσρέωσί τε καὶ μέγιστοι· οὐκ ἔλετο τούτους ὁ νῦν σοφημένος, ἀλλ' ἀπωσάμενος ἅπαντα, αὐχεῖν c πατρίδα σύκλεᾶ καὶ περίοπτον· τὴν Αντιόχου λέγω, καὶ τῆς ἑῴας δεδεσμένην τοὺς οἴακας· γένος καὶ αἷμα περίβλεπτον, χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους πολυτελεῖς, ἐσθῆτος ὅσον μαλακὸν καὶ περίδοξον ἄλλοις παραχωρήσας, πρὸς ᾧ καὶ λόγου κλέος καὶ δυνασείαν.

8 Φασὶ πρὸς Μελέτιον τὸν Αντιοχέων ἐκκλησίας τὸ πρόεδρον, ἄνδρα πλείοσις θείοις κομῶντα χαρίσμασι, βίῳ καὶ λόγῳ παντὶ περιεχόμενον· ὃς τὸν δεξάμενος ἔτος πὸ ὀκτῶ καὶ δέκατον ἄγοντα, ἐρασθείς τε τοῦ κάλλους τῆς αὐτοῦ καρδίας γενόμενος, ὡς προβλεπτικῷ ὄμματι τὴν τοῦ νέου θεώμενος ἔκβασιν, τοῖς τε τῆς εὐσεβείας στοιχειώσας δόγμασιν, ἤθους τε καὶ τρόπον ἱκανῶς ἀποσεμνύνας, καὶ προγράψας τὸ καλὸς τῆς ἀληθείας, ὕτω διὰ λυτροῦ παλιγγενεσίας μορφοῖ ἐν αὐτῷ Χριστὸν, τὸ ὡραῖον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὡς κάλλει ἐκλάμποντα τῆς θεότητος. ἐτῶν ἤδη ὡς τριάκοντα, καὶ ὕτως ἅμα ἐν τῇ τελειότητι τῆς τε σωματικῆς καὶ πνευματικῆς ἡλικίας γενόμενος, καὶ τῶν θείων λογίων ἀναγνώσεως προαχθεὶς ὁμοῦ καὶ διδάσκαλος, ῥυμηθεὶς ἔρωτος πρὸς τὴν ἔρημον μετανίσατο, σφιγῶσαν τῇ σάρκα καὶ φλοιδοῦσαν τοῖς παθεσι καταμαράναι βυλόμενος, ὡς ἂν μὴ τὸ κρεῖττον δουλωθείη τῷ χείρονι· ἄμφω γὰρ κατ' ἀλλήλων ἐπιθυμεῖ, καὶ ἡ φθορὰ τοῦ σκληώματος εἰκότως τῇ ψυχῇ τὴν ἐπικράτειαν διδῷσι· καὶ τοῖς πέλας προσομιλήσας ὄρεσιν, ὁδηγεῖται πρός τινα πρεσβύτην, Σύρον μὲν τὴν διάλεκτον, τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ ἰδιώτην, ἄκραν φιλοσοφοῦντα ἐγκράτειαν, καὶ τότε τὴν σκληραγωγίαν τέτρασιν ἀποσμηξάμενος ἔτεσιν, καὶ πάσης ἡδυπαθείας ῥᾷον περιγενόμενος, λόγον ἔχων τῷ πόνῳ συναμιλλώμενον, τῆς ἀδηλίας γλιχόμενος, ἐσχατίας τινὸς ἐγενέτο πάροικος, ἄντρον αὐχῶν καταγώγιον ὡς ἀρετῆς παλαίστραν καὶ κονιστήριον· ἔνθα πόσοις μὲν ἄθλοις ὑποσὰς κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τὴν τοῦ πνεύματος παράκλησιν ἀντελάμβανε; πόσας δὲ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ θέμενος τῷ πνεύματι κατειγάζετο, ἐκ δυνάμεως προβαίνων εἰς δύναμιν, καὶ δι' ἀμφοῖν πραξεώς τε καὶ θεωρίας, ἅπαν Αἰγύπτιον νόημα τῆς ψυχῆς χωρίζων καὶ σώματος;

& non ſolùm corpore, purus eſt, ut illi teſtimonium ferat de obtuſa ad coïtus indole? At nec obtuſa revera erat illius indoles. Neque enim erat aliquid rationis expers, aut naturæ infirmitas, ſed continentia rationis expers, aut naturæ infirmitas, ſed continentia rationis, quâ pars non rationalis animæ frenabatur, & deſiderium omne intendebatur ad Deum, propter quem erat conditus: quâ voluptatis ſuavitatem, ceu fomitem incendii refugiebat; magiſque eligebat virtutis aſperitatem, quâ ad tranquillitatem æternam ſubveheretur. His moribus ſe ipſe aſſuefaciendo à puero, & quotidie progrediendo, ſemper ſe ipſo fiebat continentior, donec prava affectio omnino dormiret, ubi illam exercitationis arte cicurâſſet, & ſubjectam feciſſet, conſuetudine in habitum procedente tempore, & demum in naturam conversâ. Labor enim, cui divinum auxilium adſpirat, affectus ſedare *d* natus eſt.

A. S. JOANNE DAMASCENO.

d

7 Quis ſic avaritiæ renuntiavit, unáque pecuniis, ut non habere, perinde ac alter habere, peroptaret, illi nempe, quæ prævorum animi motuum fulcimentum eſt, exſtinctio ſpei, adverſaria fidei? Unde Paulus divinarum Spiritus ſancti vocum lyra, linguarum Apoſtolicarum os multiſonum, appoſitè eam appellat, Idolorum ſervitutem. Nam ſi quis divinæ providentiæ apprehendere anchoram non curat, hic congeſtis divitiis nititur, quas anteponit Numini, ceu æternùm victurus; & maris inſtar non impletur, tametſi complura ingentiaque auri flumina in ipſum confluant. Hæc non elegit ille, cujus nunc laudes celebramus; ſed repulſa omni materia gloriandi, patria illuſtri & inclyta (Antiochiam dico, cujus regimini Oriens parebat) genere ſanguineque conſpicuo, auro, argento, pretioſis lapidibus, relictoque aliis, quidquid in veſtibus eſt molle ſplendidumque, imò & elegantia vique ſermonis;

Sanctus terrena contemnens,

E

8 Ad Meletium pergit Antiochenæ eccleſiæ antiſtitem, divinis compluribus nitentem donis, vitâ doctrinâque ubique celebrem. Qui Joannem decem & octo *f* circitèr annos natum ſuſcipit, cordiſque ejus pulchritudinem amare incipiens, ceu juvenis exitum præſcio contuitu cerneret, eum ſinceræ pietatis documentis inſtituit, ac moribus ipſius ad honeſtatis regulas compoſitis, veritatis in eo pulchritudinem delineavit. Hoc modo Chriſtum in eo per lavacrum regenerationis figurat; ſpecioſum, inquam, illum præ filiis hominum propter effulgentem Deitatis decorem. Triginta circitèr annis *g* natus, cùm perfectam corporis & animi ætatem eſſet aſſequutus, ad divinorum eloquiorum lectoris *h*, imò & magiſterii jam promotus gradum, divini amoris impulſu in deſertum migrat, carnem prementem & affectionibus inflammantem macerare ſtudens, ne pars potior ignobiliori ſubjecta fieret. Ambæ ſiquidem adverſus ſe invicem concupiſcunt: at corruptio tabernaculi imperium rectè in animam transfert. Igitur in proximis montibus cùm verſaretur, ad quemdam ſenem ducitur, qui Syra quidem dialecto utebatur, ſed ſcientiâ imperitus non erat, ſupremæque continentiæ apicem excoluerat. Hujus auſteritatem annos quatuor cùm expreſſiſſet, omnique voluptate evaſiſſet facilè ſuperior, quòd ratione uteretur cum laboribus ſuis conſpirante; latêre cupiens, loci abſtruſi factus eſt incola, antrum habere geſtiens diverſorium, veluti palæſtram ſtadiumque virtutis. Quot quidem illic certaminibus perfunctus ſecundum multitudinem dolorum tantumdem conſolationis Spiritûs viciſſim obtinuit? Quot verò in corde aſcenſiones ponens, Spiritu operabatur, de virtute in virtutem progrediens, & per utramque, actionem dico & contemplationem, omne Ægyptiacum conſilium ab anima exterminans & è corpore?

ac priùs lector ordinatus, in eremo auſterè vivit,

f

g

F

h

7 Cum

A. S. JOANNE DAMASCENO. *& sanctè : sed ex nimio rigore morbum contrahit.*

9 Cum verò, ceu Moyses alter, huicce mundo pro eximio munere datus, Ægyptum reliquisset, hanc utique vitam, quæque ad ipsam pertinent, ac modo quodam vitæ hujus exsors effectus esset; Deum vidit in hujusce sæculi asperitate, velut in rubo splendescentem. Quemadmodum enim rosam ex spinis, sic ex virtutis laboribus suavolentem plantam in Dei odorem germinare comparatum est. Abjectis itaque cogitationibus exemptus, terrenisque rebus calceamentorum instar positis, in loco Dei manet, mente sua scilicet, ubi Deum intuetur, quantum intueri possibile est. Rursum verò in Ægyptum remeat, populum multum & innumerum ex Ægypto, & ex amara Pharaonis, principis orbis, servitute translaturus ad excelsam terram promissionis, & traducturus eos per mare rubrum aquæ divinæ & sanguinis, in deserto perturbationum vacuo versantes, & declinantes ab Amalec extensione manuum, in crucis modum elevatarum ad illum, qui nostri gratiâ manus expandit in cruce, ut vincendi ab illo virtutem obtineant. Duobus igitur annis in specu degens, servansque insomnem animam unà cum corpore, vacans meditationi divinorum eloquiorum, acsi carnis expers esset, omnem expulit ignorantiam, veræ scientiæ lumine in semet
B recepto. Si verò indulgere somno opus erat, quò natura recrearetur sustentareturque, hoc officium naturæ stans præstabat, ut illo biennio, nec nocte, nec die recubaret. Hoc modo inferioris partis libidines enecantur, lumborum virtutes solvuntur, umbilici exstinguitur æstus : ac ipse fit ineptus ad opem sibi præstandam.

9 Μωϋσῆς τις ἄλλος τῷ βίῳ δεδωρημένος, τλῶ Αἰγύπτου κατελελοίπει τ τῇδε βίον, καὶ τὰ ἕ βίου, καὶ τρόπον τινὰ ἔξω τοῦ βίου γενόμενος, εἶδε Θεὸν ὡς ἐν βάτῳ τῷ τραχεῖ τοῦ βίου ἐκλάμποντα· καὶ ὥσπερ ἐκ ἀκάνθης τὸ ῥόδον, οὕτως ἐκ πόνων ἀρετῆς φυτὸν εὐῶδες εἰς ὀσμὴν τοῦ Θεοῦ φύεσθαι πέφυκεν. οὕτω λυθεὶς τ χαμαιζήλων ἐννοιῶν, καὶ ἀφεὶς δίκλω πηδίλων τὰ γήϊνα, ἐν τόπῳ Θεοῦ, τῷ ἰδίῳ νῷ γίνεται, καὶ ὁρᾷ Θεὸν ὡς ἰδεῖν δυνατόν· καὶ πάλιν εἰς Αἴγυπτον παραγίνεται, πλῆθη πολλά τε καὶ ἄπειρα ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τ πικρᾶς τυραννίδος Φαραὼ τοῦ κοσμοκράτορος, καὶ πρὸς τλὴ ἄνω γλῶ τ ἐπαγγελίας μεταχησόμενός τε, καὶ μεταχήσων διὰ θαλλάττης ἐρυθρᾶς τοῦ θείου ὕδατός τε καὶ αἵματος, ἐν ἐρήμῳ τ παθῶν πολιτεύσαμένους, καὶ Ἀμαλὴκ ἐκκλίναντας χειρῶν ἐκτάσει ἐπαιρομένων σαυροειδῶς πρὸς τ ἐν σαυρῷ τὰς χεῖρας δι' ἡμᾶς ἐκτείναντα, ἐξ αὐτοῦ τε τλῆ τροπαιοῦχον διεγειρόμενους δύναμιν. ἐν τῷ ἀσκηταίῳ τοίνυν δίκλῳ ἔτος διατρίψας, καὶ ἄγρυπνον τλὴ ψυχλὴ ἅμα καὶ τὸ σῶμα διαφυλάξας, οἷον ἄσαρκος τῇ μελέτῃ τ θείων λογίων ἀσχολούμενος, πᾶσαν ἐξωσράκισεν ἄγνοιαν, τὸ φῶς τ ἀληθῶς εἰσοικισάμενος γνώσεως. εἰ δ καὶ ὕπνου μεταλαχεῖν ἔδει πρὸς τλὴ τ φύσεως ἀνάκτησιν καὶ ἀνάῤῥωσιν, ἐσὸς τλὴ λειτουργίαν ἐτέλει τ φύσεως, D E ὡς τὸ δίκλον ἔτος ὅλος ἀνακλιθῆναι, ἢ νύκλωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν. οὕτω νεκρῶται τὰ ὑπογάστρια, καὶ τ νεφρῶν τὰς δυνάμεις ἐκλύεται, καὶ τ ἐπ' ὀμφαλῷ γαστρὸς τλὴ πύρωσιν παρασβέννυται, καὶ ἄτονος πρὸς τὸ ἑαυτῷ χρησιμεύειν γίνεται.

ANNOTATA.

a *Fortè è textu Græco hîc excidit vox* πάλαι olim, *aut alia similis.*

b *Vox* γάδειρα *Phœnicibus usitata est, idemque apud ipsos significat ac* περιφράγματα *aut* septa, *ut legitur in Lexico Græco Roberti Constantini. Dictio tota aliquid obscuritatis habet. At auctor videtur dicere, tam præclaram omnis virtutis ideam, ut natura ulteriùs non progrediatur, iisque septis circumscribatur, fuisse conceptam à* Chrysostomo, *structamque supra fundamentum humilitatis.*

c *Virtutes, quas hactenus laudavit Damascenus, nimirum humilitatem num.* 2 *memoratam, castitatem, sobrietatem, ac generatim excellentiam in agendo, contemplando & docendo, variis locis in Commentario nostro ita confirmatas lector inveniet, ut nequaquam dicendum sit, exaggeratione usum esse Damascenum.*

d *Vox Græca* ἀπάθεια *videtur plusculum significare, quàm significant voces Latinæ* affectus sedare. *At in rigore ea vox accipienda non est. Facilè tamen crediderim, eam gratiam fuisse datam* Chrysostomo, *qui in domo materna, & in solitudine fortiter expugnavit libidinem, ut nec caro nec concupiscentia ipsi postmodùm fuerit molesta.*

C e *Vox* αὐχεῖν *fortè mendosa est, ac magis verisimiliter legi poterit* αὐχλῶ gloriationem, *aut quid* F *simile. Certè ex dictione Græca, etiamsi credamus genuinam, extundi nequit, quod dedit Lequienus,* patriam exornat. *Nam agitur de Sancto omnia relinquente, interque hæc etiam patria ponitur. Mirum fortè alicui videri poterit, quòd Sanctus dicatur reliquisse* elegantiam vimque sermonis. *Attamen id verè dicitur, cùm eâ uti noluerit, ut nomen sibi faceret; sed postea solùm eâdem sit usus ad gloriam Dei & ad hominum salutem promovendam.*

f *De institutione* Chrysostomi *per Meletium actum est* § 4 *&* 5. *At fortasse plures annos, quàm octodecim habebat, quando Meletium frequentare cœpit, nisi jam illum subinde adiverit, quando adhuc audiebat Libanium. Vide dicta num.* 46.

g *Hæc ætas optimè congruit cum chronotaxi nostra tota.*

h *Lector jam duobus aut tribus annis erat, quando in solitudinem abiit. At magister non erat, nisi privatus, ob Epistolas ad Theodorum lapsum scriptas. Quæsitus tamen fuerat ad episcopatûs cathedram; sed eam dignitatem fugerat.*

A. S. Joanne Damasceno.

CAPUT II

Sanctus in Patriam reverſus, fit presbyter ac deinde epiſcopus: praclarè docet: exſilio relegatur, revocatuſque iterum pellitur: mors, ſepultura, corpus Conſtantinopolim relatum.

A Ὑδὶς τε πρὸς τὴν πατρίδα παλινοστήσας, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὁ πρεσβυτέρου τάξει γινόμενος, καὶ ταύτην ὡς ὀλίγων παῖς τῇ τιθηνῷ μητρὶ ἀποτίσας τὰ θρέπτρα, θεία προνοίᾳ πρὸς τὴν ἀλουργίδα τῆ πόλεων μετατάττεται, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως νυμφεύεται. ὁ γὰρ ὑπὸ μόδιον κρυπτεσθαι ὅσιον φωστῆρα τοιόνδε, ἐφ' ᾧ τὸ ἄχρονον καὶ ἀίδιον φῶς ἀναπέπαυται, ἀλλ' ἐπὶ λυχνίαν ὑψηλὴν καὶ περίοπτον ἀνατίθεσθαι, ἵν' ὡς ἐξ ἀπόπτου καὶ μεσαιτάτης περιωπῆς σάλπιγξ οἷα χρυσήλατος πάντα περιηχήσῃ τὰ πέρατα. τίς ὕστως ἐκκλησίαν ἴθυνέ τε καὶ ἔταξε, καὶ χθαμαλὸν ἐπεδάξατο φρόνημα ὑπ' ὑψηλῷ δ' ἀξιώματος προτερήματι; τίς ὕστως ὀργὴν καὶ θυμὸν ἡνιόχησεν, ὡς ἔννομον πραότητα κτήσασθαι, ἀποσυγῶσαν μὲν πᾶν ὅ, τι τ' ἀρετῆς ἀντίθετον, καὶ διεκδικῶσαν ἢ ἐξ ἀδίκων τ' δίκαιον; τίς ἀγάπην τοσοῦτος, ἐξ ἧς ἔλεος φύεται, ὑ τ' ἀρετῆς μέχρι νῦν ἔμψυχοι σῆλαι τὰ συμβόλα φερῶσι; λόγος γὰρ πᾶς αὐτῷ ἐλέου ὑπῆρχεν ὑπόθεσις, ὡς εἰς ἕξιν ἐλημοσύνης συμπαθείας καὶ μεταδόσεως τοὺς τ' ἐκείνου ἐπαίοντας λόγων. ἔπεισε γὰρ Θεῷ τὰ οἰκεῖα κιχρᾶν, φθαρτὰ διδόντας καὶ ῥέοντα, ἀντιμετρεῖν τὰ ἑσῶτα καὶ ἄφθαρτα, καὶ θησαυρίζειν ὐ οὐρανοῖς τ' συμπαθείας τ' ἔρανον, ὑ δαπανώμενον, ὑδὲ κλέπτῃ συλώμενον, ἐλεημοσύναις τὰς ἁμαρτίας καθαίρειν, καὶ τὰς ἀδικίας ὐ οἰκτιρμοῖς πενήτων· πεινῶσι διαθρύπτειν τ' ἄρτον διαγελικῶς, καὶ διψῶσι διδόναι ποτήριον· γυμνῶν περιστέλλειν τὴν γύμνωσιν, καὶ ἀμφιάζειν ἀνείμονας, καὶ ἀσέγους ὑπαιθρίους σκέπειν· ποιεῖσθαι νοσούντων ἐπίσκεψιν, καὶ πρὸς φρυγὰν τ' πόδα τρέπεσθαι, καρπᾶσθαι τῷ ἐλέῳ τ' ἔλεον.

B

C ΙΙ Μῆνιν δ τίς ἀπώσατο, καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸ ποίμνιον πέπεικε, τὴν τὰ θεῖα σπλάγχνα τ' οἰκτιρμῶν τοῖς ἔχουσι κλείσασαν; ὡς γὰρ ἐποίησας, ἔσῳ σοί, φησιν, ᾧ μέτρῳ μετρεῖς, ἀντιμετρηθησομένῳ, ἀφέντι γὰρ ἀφεθήσεται. καὶ πάλιν ἀκολασία πεφώνηκεν· οὐκ ἀφεθήσεται γὰρ οὐκ ἀφέντι. τίς φθόνον, καὶ βασκανίαν κατέκρινε, καὶ κατάκρισιν διδάξας; τὸ φθονεῖσθαι ἄριστον· ἀγαθὸν γὰρ ἅπαν ἐπίφθονον. αὐτοκατάκριτον δ πρὸς τῷ αἰσχίστῳ τὸ βάσκανον, τὸ πάντων τ' παθῶν ἀδικώτατον καὶ εἰκαιότατον, τὸ δ' ἐλέους ἀντίπαλον· εἴπερ ἔλεος μὲν ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπαλγύνεσθαι, ἀγαθοῖς δ τὸ βάσκανον· οὐκ ἑαυτῷ ἕνεκα, δ' δ πάσχοντος· καὶ αὔξησιν ποιεῖσθαι τ' ἑαυτοῦ τ' ἀλλοτρίων καλῶν τὴν ἐπαύξησιν, τ' κεκτημένον ἀμυνόμενον πρώτερον. καὶ παιδεύσας μὴ κρίνειν τ' σύνδουλον, ὡς ἂν μὴ κριθείημεν δικαίοις σταθμοῖς τοῦ μόνου κριτοῦ, τὴν δίκλω ἡμῖν ταλαντοῦντος, μηδὲ ἁρπάζειν τὸ τοῦ δεσπότου ἀξίωμα. εἷς γὰρ κριτής, ὃς ὁ κρίνεσθαι πέφυκεν, ὡς μόνος ἁμαρτίας ἐλεύθερος, δεσπόζων, ὁ δεσποζόμενος. ἄφετε διαγελικῶς ἑβόα, καὶ ἀφεθήσεσθε. τίς λύπην ἀπώσατο τὴν πρὸς θάνατον ἄγουσαν, καὶ λύπην ἐδίδαξε τὴν συμφέρουσαν πρόξενον; ὧν ἡ μὲν, ὡς πένθος τ' ἐκ Θεοῦ c ἁμαρτίας, σωτηρίου· οὗπερ ἁμαρ-

IN patriam itaque rediens, presbyterii gradum accipit. Cúmque tamquam gratus filius, nutrici matri nutricationis præmia reddidiſſet, Deo providente ad urbem principem transfertur, magnique pontificis filiam ducit uxorem. Æquum *a* ſiquidem non erat, ut inſignis adeo religionis lucerna, in qua Lumen tempori nullo obnoxium & æternum requieſcebat, ſub modio occultaretur, ſed ſuper candelabrum excelſum omnibuſque conſpicuum ſtatueretur, ut ex alta poſitaque in meditullio ſpecula, ceu Tuba ex auro ductili, ad univerſi extrema quæque perſonaret. Quis eccleſiam ſic rexit ordinavitque, & humilem nihilominus ſenſum præ ſe tulit in excelſo dignitatis gradu? Quis iram animique vehementiam ſic compeſcuit, ut manſuetudinem ad juſtitiæ leges exactam conſequutus eſſet, quâ coerceret, quidquid obſtabat virtuti, juſtúmque ab injuſtis vindicaret? Quis tantus fuit caritate, ex quâ miſericordia naſcitur, cujus virtutis indicia animatæ columnæ *b* hodieque geſtant? Omnis ſermo illius de miſericordia erat, quique eum verba facientem audiebant, ad habitum continuò commiſerationis liberalitatiſque provehebantur. Suadebat ſua Deo fœnerari, corruptibilia & caduca largiendo illi, qui permanentia & incorrupta viciſſim daret; ac recondere in cœlis miſerationis ſymbolam, non conſumendam, nec furto auferendam; peccata eleemoſynis purgare, & iniquitates miſericordiâ erga egenos; frangere pauperibus panem ſecundum præſcriptum Euangelii, ſitientibuſque potum dare; nudorum tegere nuditatem, veſtibus deſtitutos induere, ſub dio agentes colligere, viſitare infirmos, carceres viſere, & miſericordiâ miſericordiam impetrare.

Sanctus ordinatus epiſcopus, charitatem docet,

a

b

II Quis autem iracundiam ſic abegit, gregique abigere perſuaſit, quâ divina miſericordiæ viſcera iis, qui illi ſunt obnoxii, clauduntur? Nam quemadmodum feceris aliis, accidet tibi, inquit; & quâ menſurâ menſus fueris, remetietur tibi. Ei quippe, qui dimiſerit, dimittetur. Et ex conſequenti iterum clamavit: Non dimittendum eſſe illi, qui non dimittit. Ecquis invidentiam odiumque ſic condemnavit, & condemnare docuit? Invidiam pati optimum eſt, quia bonum omne invidiæ obnoxium eſt. Aſt invidentia præter dedecus ſeipſa damnabilis eſt, omnium pravarum affectionum iniquiſſima, miſericordiæ hoſtis: ſiquidem miſericordiæ eſt alienis malis indolere, invidiæ verò bonis, non ſuiipſius causâ, ſed ejus, qui iis afficitur. Inſuper alterius bonorum augmento invidi tabes augeſcit, ut prior ille vindicetur, qui bona poſſidet. Ad hæc conſervum non judicare docuit, ne juſto judicio illius, qui ſolus eſt judex, quique æqua lance noſtra expendit, judicemur; nec uſurpare Domini dignitatem: unus enim eſt judex, qui nequit judicari, qui dominatur, nec alieno ſubeſt dominio. Dimittite, Euangelico more clamabat, & dimittetur vobis. Quis dolorem, qui ad mortem ducit, ſic repulit; ac dolorem docuit, quo gignitur lætitia?

iracundiam, invidiam, temeraria judicia accidiam impugnat:

A. S. JOANNE DAMASCENO.

Quorum hic quidem salutaris est, ut dolor de peccato, quia peccare [à Deo,] excidere est, quemadmodum harum rerum periti produnt. Ille verò qui oritur ex privatione voluptatum, conficit animum, estque prorsus illaudabilis. Nullo quippe pacto fieri possit, ut mœror oriatur, nisi frustrato desiderio. Cujusmodi itaque desiderium est, ejusmodi quoque mœror non obtentæ rei desideratæ: quæ si bona est, is est optimus: sin aliter habeat, ad genus alterum spectat. Desideriorum unum optimum est, quod ad illud vergit, quod solum optimum est. Contrariorum porrò desideria opposita quoque sunt. Acediæ verò torporem nonne recordatione mortis intendit, docens illam, quæ ipsius animæ vires enervat, excidere; ac ejus loco inducens divinum timorem, populumque ardenter excitans, ut precibus vacaret, desidiam fortiter animis excuteret, & omnibus viribus custodiret cor suum, ne per sensus, velut per fenestras, in illud mors ascenderet?

τάνειν τὸ ἀποτυγχάνειν οἱ ταῦτα δεινοὶ διειλήφασιν· ἡ δὲ τῇ σεμνῇ τῶν ἡδονῶν ἐπισυμβαίνουσα, θυμόφθορόν ἐστιν καὶ ἄρδην ὀδόκιμον· ὃ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι λύπην συμβῆναι, ἢ ἐπὶ σεμνῇ ἐφέσεως. οἵα τοίνυν ἡ ἔφεσις, τοιάδε καὶ ἡ ἀσυχίας ἡ λύπη· ἀγαθῆς μὲν ἀρίστη, ἄλλως δὲ ἐχούσης ἄλλως ἔχουσα. ἀρίστη δὲ τῶν ἐφέσεων μία πρὸς τὸ μόνον ἄριστον νοῦσα. τῶν ἐναντίων δὲ καὶ αἱ ἐφέσεις ἀντίθετοι· ἀκηδίας δὲ τὸ ἄτονον οὐκ ἐτόνωσε μνήμη θανάτου, διδάξας αὐτῆς τὴν ψυχὴν νωθρυνομένην τῷ δυνάμει ἀποσείεσθαι, καὶ ταύτῃ ἀντεισοικίσας θεῖον φόβον, καὶ πόθῳ τὸν λαὸν παροτρύνας πρὸς εὐχάς, καὶ βαθυμίαν ἄρδην τῶν ψυχῶν ἐκτινάττεσθαι, καὶ παντὶ σθένει τὰς ἑαυτῶν καρδίας τηρεῖν, ὡς ἂν μὴ, ὡς διὰ θυρίδων τινῶν τῶν αἰσθήσεων ἀνάβῃ θάνατος ἐπ' αὐτάς;

Scripturas sine inani gloria præclarè exponit;

B

12 Scrutari Scripturas docuit, harum enarrator doctorque factus, & prophetico spiritu arcanas Spiritûs profunditates rimatus, sciffo litteræ velo, reconditam elegantiam expromsit: atque istæc omnia modesto, & alieno à vana gloria sensu. Noverat siquidem, noverat, inanem gloriolam proculcare, quâ laborum pretium supprimitur, & virtutum marcescit decor. Solet enim virtutum conceptaculum haud secùs atque dolium perforare, influxumque effluxu excipiens, vas nihilominus vacuum relinquit, sudores præbens hiero carentes, & laborem nullius fructus participem. Noverat enim, gloriam omnem sublimitatemque Deo deberi, homini verò humilitatem, quæ viâ est viro optimo ut exaltetur, quæque Israëlis scala, quâ homo attollatur ad Deum, Deumque in corde suo inhabitantem habeat.

12 Ερμηνεῦσαι τὰς γραφὰς ἐδίδαξεν, ἐξηγητὴς καὶ παιδοτρίβης τούτων γενόμενος, καὶ προφητικῷ πνεύματι τὰ κεκρυμμένα βάθη διερεύνησας τοῦ πνεύματος, καὶ διαρρήξας τοῦ γράμματος τὸ προκάλυμμα, καὶ τὸ καλὸν δημοσιεύσας τὸ εὐπρόσδετον· καὶ ταῦτα πάντα ἀτόφῳ, καὶ ἀκενοδόξῳ τῷ φρονήματι. ᾔδει γὰρ, ᾔδει καταπατεῖν τὰ κενὸν δοξάριον, τὸ κενὸν τῶν πόνων ἀνάλωμα, τὸ τῶν ἀρετῶν λήϊον λυμαινόμενον. τιθρᾶν γὰρ οἶδεν, οἷα πίθον, τὸ ψυχικὸν δοχεῖον τῶν ἀρετῶν, καὶ τὴν ἐκροὴν εἰσρεῖν ἐκλαμβάνουσα, ὑδὲν ἧττον κενὸν τὸ δοχεῖον καθίσησιν, ἀκερδεῖς ἱδρῶτας χαριζομένη, καὶ πόνον προξενοῦσα ἐπικαρπίας ἀμέτοχον. πρέπειν γὰρ ᾔδει Θεῷ μὲν πᾶν κλέος καὶ ἔπαρμα, ἀνθρώπῳ δὲ τοῦ ταπεινοῦσθαι, ὁδὸν ἀρίστῳ γινομένῳ ὑψώσεως, καὶ Ἰσραὴλ κλίμακα, πρὸς Θεὸν μὲν ἀναβιβάζουσαν ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν καρδίας τελοῦσαν ἔφεσιν.

amatorque virtutum, vitia omnia aversatur.

C

13 Creaturæ omni propter Dominum Creatorem humilitate se subjiciebat, nisi solummodò, ubi honori Christi derogabatur, seu divina lex spernebatur, aut pessumdabatur. Superbum omne & torvum, arroganique supercilium procul à se amandaverat. Secum loquentes blando recreabat aspectu, verbis benignis ac divinis sale conditis. Mores quidem ipsius erant gratiosi, & risus in vultu placidus, non in dissolutum effusus cachinnum. Nam quia exploratum habebat, vitia cum virtutibus proximè conjuncta esse & vicina, morem gerens ei, qui optima quæque præcipit, in seipsum attento animo erat, trapezita sagax factus, qui spuriam monetam repelleret, drachmamque regis imagine inscriptam admitteret: qui omnem malitiæ speciem, tamquam pulverem, divini Spiritus impulsu ex corde suo ejiceret, oppositarumque vitiis virtutum irrigatione pinguescens, velut oliva fructifera in domo Dei, virentibus semper foliis conspicuus, præstantissimum fructum offerret Deo, multitudinem eorum, qui illius operâ compotes salutis facti sunt. Vel etiam erat tanquam palma aliqua optimorum monitorum aculeis instructa, quibus rectissimè arguebat illos, qui domos domibus jungunt, & vineam Naboth rapere contendunt, acsi non esset Elias ad redarguendum paratus. At enim Eliam denuò Spiritus sanctus suscitârat, qui, cùm lubenter in justorum animis maneat, per singulas ætates Prophetas identidem excitat, bonorum operum æmulatores, qui aversantur illud omne, quod malum perversumque est, vindicant verò & introducunt, quidquid legibus & justitiæ est conforme.

13 Ἐταπεινοῦτο πάσῃ τῇ κτίσει διὰ τὸ κτίσαντα κύριον, ἢ μόνον ὑ Χριστὸς ἠτιμάζετο, καὶ νόμος θεῖος παρεωρᾶτο καὶ ἀνετρέπετο. ἀπηνήνατο βλοσυρὸν ἅπαν καὶ ὑλοσυρὸν, καὶ ὑπερόφρυς λέφαρον· μειλίχιον μὲν τὸ ὄμμα τοῖς ὁμιλοῦσι διδοὺς, λόγον δὲ ἥπιον καὶ θεῖον ἡρτυμένον ἅλατι. τὸ ἦθος μὲν χάριεν, αἰσχρὸν δὲ τὸ τοῦ προσώπου μειδίαμα, ὑ πρὸς ἔκλυτον διαχεόμενον γέλωτα. εἰδὼς γὰρ ὡς ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι παραπεπήγασι, καὶ εἰσί πως ἀγχίθυροι, τῷ χύρσα διακελευομένῳ πειθόμενος, προσεῖχεν ἑαυτῷ, τραπεζίτης ὀκρινὴς γινόμενος· κίβδηλον μὲν ἅπαν ἀποπεμπόμενος χάραγμα, τὸ δὲ βασιλικῆς εἰκόνος τῷ δραχμῷ προσιέμενος, κακίας μὲν ἅπαν εἶδος, ὡς χὼν ἐκρίπτων τὸ ἑαυτοῦ καρδίας ῥύμη θείῳ πνεύματος, ταῖς ἀντιθέτοις δὲ τῶν κακιῶν ἀρεταῖς ἐρεθιόμενός τε καὶ πιαινόμενος, καὶ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν οἴκῳ Θεοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀειθαλὴς γινωσκόμενος, καὶ Θεῷ φέρων καρπὸν ὡραῖον, τῷ τε δι' αὐτοῦ σωζομένων πλήθει· ἢ ὡς φοίνιξ τις τῶν ἀρίστων ἐλέγχων σφαττόμενος σκόλοψι, καὶ διελέγχων ἅρπας τοὺς οἰκίαν πρὸς οἰκίαν συνάπτοντας, καὶ Ναβουθαὶ διαρπάζειν ἐπειγομένους τὸν ἀμπελῶνα, ὡς ἐκ ὄντος Ηλιοῦ τοῦ διελέγξαντος. ἀλλ' ἤγειρεν αὖθις Ηλίαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐμφιλοχωρῶν ἐν δικαίων ψυχαῖς, κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν προφήτας ἀνιεῖσι, ζηλωτὰς ἔργων ἀγαθῶν, ἀποσυγοῦντας μὲν ὅ, τι φαῦλον καὶ ἄτοπον, εἰσοικιζομένους δὲ καὶ ἀντεισάγοντας πᾶν ἔννομόν τε καὶ δίκαιον.

Sanctus propter vineam viduæ ablatam objurgat Eudoxiam;

14 Hac ratione divinus ille Vir injustitiæ evasit judex, non ut in ejus gratiam judicaret; absit: quonam enim modo? sed illam condemnans, & abjiciendam ostendens, eosque, qui injusta faciunt, di-

14 Οὕτως ἦτο ὁ θεῖος ἀνὴρ κριτὴς τῆς ἀδικίας ἐγίνετο· ὑ ταύτῃ κρίνων, ἄπαγε· πῶς γάρ; ἀλλὰ καταχρίνων, καὶ δεικνὺς ταύτῃ ἀπόβλητον, καὶ τῶν θείων περιβόλων ἀπείργων ποιοῦντας τὰ ἄδικα.

γνό-

A γήρα γὰρ αὐτὸν ὑπεπίαζε θαμινὰ παρενοχλῶσα, τρυχομένη τῷ καρδίαν τῷ ἀδικήματι, καταφύγιον ὥσπερ ὀχυρόν τι καὶ ἀκαθαίρετον τούτοις καταλαμβάνει τὸ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, ἀσφαλῶς ὑπ' ἴκισα βεβλησομένη. τίνα γὰρ ἂν ἕτερον ὅπλατο τῶν πάτους ἀντιλήψομενον; ἄρχοντα; ἀλλ' ἦρχε τῶν ἀρχόντων ἡ ταῦτα ἐπηρεάζουσα. βασιλέα; ἀλλ' τῇ τοῦ μέλους προπαθείᾳ τῷ γνώμῃ κατεθηλύνετο. Σαρξ γὰρ ἦν ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῆς, ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν αὐτῆς κεχρηματίκει ἡ δρῶσα τὸ βιαῖον. καὶ ὢν ἔδει τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισομίζειν, ἀδικεῖν ὑπείγετο. τί δρᾷς ὦ παράνομον γυναῖον; ἀλγρίδα περίκεισαι, οἷα νόμων φύλαξ προβεβλημένη; καὶ νόμον καταπατεῖς; ὦ τῆς ἀῤῥήτου σοφίας τοῦ φήσαντος. μὴ δότε τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ βίπτετε τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων. αὕτη γὰρ τοῦ θεῖον νόμον καταπατήσασα τὸ ἅγιον, τὸ μαργαρίτῃ δηλαδὴ τὸ πολύτιμον, γραφεῖσα τῇ πενιχρὰν χήραν ἔῤῥηξε, τῇ ταύτης ἐφήμερον βιοτῇ διαρπάσασα. τί παράττεις, ὦ ἄπληστον καὶ ἀχάριστον γυναῖον; γῆ τε καὶ θάλασσαν φορτοφορουσαν ἔχουσα, χήρας ἀπόρου καταστρέχεις τοῦ πονηροῦ κτήματος, ἧς σε δίκαιον ἦν ἀνταλλάξασθαι βίον; λόγῳ ὃν βεβαιοῦσα τὸν νόμον, ἔργῳ τοῦτον δρᾷς ἀποκήρυκτον; οὐκ ἠδέσθης τὸν πατέρα τῶν ὀρφάνων καὶ κριτὴν τῶν χηρῶν; ἀλλ' ἤκουσεν οὕτως ὁ τοῖς θείοις λόγοις ἀεὶ τρεφόμενος τοῦ θεοπνεύστου ῥήσεως· κρίνατε ὀρφανὸν, καὶ δικαιώσατε χήραν· καὶ Ηλίαν ἔχων τοῦ ζήλου ὁδηγὸν τὸν πυρίπνοον, Ιωάννου μιμεῖται τὴν παῤῥησίαν, οὐκ ἔξεστί σοι, λέγων, ἔχειν τὴν ἀμπελῶνα τοῦ ἀδελφοῦ σου. οἶει γὰρ τὴν φύσιν ἐκβεβηκέναι, εἰ καὶ τὴν ἀξίαν ὑπερέβης τῷ τυραννικῷ ἀξιώματι; ἀρχὴ γὰρ νόμῳ πεπαγμένη βασιλεία καθίσταται, παρανομία δὲ στοιχειουμένη, τυραννὶς οὐκ ἀδίκως κατονομάζεται. οὐκ ἀνέγνως Ιεζαβὲλ τὸ δραματούργημα; τί τούτοις τὸ θεῖον εἰσέρχη σηκόν; ἄπαγε πόῤῥω τῶν θείων ἀνακτόρων. λυτὴρ ὑπάρχει ὁ θεῖος ναὸς, ἀποῤῥίπτων τὰ ἁμαρτήματα. ἡ τελώνης τὸν Ιησοῦν ἐφέσιον εἰσδεξαμένη καλῶς διεσκόρπισεν, ἃ κάκως ἐτελώνησε; καὶ σὺ θύγατερ· ἔτι γάρ σε μέλος ὄσαν, εἰ καὶ δύσχρηστον περίεδω * ἐλπίδι τῆς σωτηρίας, σωτηρία δὲ μετανοίας δίχα τῶν ἀνυπάρκτων καθέστηκεν· ἀπόδος καλῶς, ἃ κακῶς διήρπασας.

* *fortè* περιέχω

15 Ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπεισεν. ἔβυσε γὰρ τὴν ἀκοὴν ὡσεὶ ἀσπὶς, οὐκ ἐπαίσασα τοῦ φιλοθέως καὶ σοφοῦς φαρμακοῦντος. ἐπεὶ δὲ τὸ πάθος ἐώρα πάμπαν ἀνίατον, ἐκωθεῖ τοῦ ἱεροῦ θαλάμου τὴν ἔνδυμα γάμου μὴ ἔχουσαν. εἶτα τί; ἡ Ιεζαβὲλ πάλιν τοῦ προφήτου κατεξανίσταται, καὶ φοβεῖ μὲν οὐδαμῶς ὁ κήρυξ τὰ ἀληθείας· οὐδὲ φρυαῖς παραδίδοται, οἷα φωνὴ βοῶντος, ἀλλ' ὑπερορίαν καταδικάζεται. ὦ τοῦ ἀτόπου φρονήματος. πάλιν τὸ ἕ ὄφεως θέλγητρον τὰ ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ ἄνθρωπον ἐξορίζειν ἐπείγεται, καὶ τὰ ἐφέσεως ἁ διήμαρτε. μικρὸν ὅσον τοῦ θείου μακροθύμως ἐπινυσάξαντος βλέμματος, τοῦ βασιλικοῦ ἐξορίζεται ἄσεος, μᾶλλον δὲ προμηθεία Θεοῦ τοῦ τριαμβεύσαντος τὰ αὐτοῦ φιλῶν θεραπευτῶν τὸ ἀῤῥενωπὸν φρόνημα, καὶ πᾶσαν Θεοῦ οἷα Θεὸς ὢν ἐν αὐτῷ, καὶ σὺν αὐτῷ περικῇ, σὺν Αβραὰμ πρὸς ἀλλοδαπὴν καλούμενος, σὺν Μωϋσῆ τὰ βασιλείων φυγαδευόμενος, σὺν Ηλίᾳ πρὸς τὸ ἄντρον Χωρὴβ ἀποτρέχων, σὺν Ιησοῦ τῷ Θεῷ φεύγων εἰς Αἴγυπτον, ὡς ἂν ἐν τοῖς ἄθλοις ἡ ἀνδρεία γνωσθείη, καὶ κατάλληλα τὰ ἔπαθλα δρέψοιτο, ὡς ἂν τρόπον τινὰ τὰ Ιὼβ ἐκμιμήσηται, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐρεῖ Θεός· ἢ οἶει με ἄλλως κεχρηματικέναι σοι, ἢ ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς, ὡς ἂν καὶ ἄλλοις κηρύξῃ τὸ εὐαγγέλιον

16 Εἰ δὲ καί τινες ἕτεροι τὰ παρανόμου ταύτης ὑπερορίας συλλήπτορες γέγονασι, σιγῇ τιμῶμεν

vinis arcendo ſeptis. Vidua *d* ſiquide metum premebat & frequenter moleſtiam exhibebat, quæ ob illatam ſibi injuriam corde excruciabatur. Hunc porrò Hominem Dei prehendit, ceu validum & inexpugnabile perfugium, tuto planè certoque conſilio. Ecquem enim nacta alterum fuiſſet injuriæ vindicem? Ex principibus aliquem? At principibus illa imperabat, quæ injuſta hæc perpetrabat. Imperatorem? At ille affectu nimio in membrum ſuum erat animo prorſus effeminato. Quæ enim vim illam afferebat, caro erat ex carne ipſius & os ipſius vocabatur. Illa verò, quæ iniqua patrantes cohibere debuiſſet, ipſa totis ſtudiis in iniquitatem rapiebatur. Quid agis injuſta femina? Purpurâ veſtiris, velut ad leges cuſtodiendas eò uſque provecta; tu verò legem pedibus proteris? O inexplicabilem ſapientiam illius, qui dixit: Nolite dare ſancta canibus: neque projiciatis margaritas ante porcos. Hæc enim, ſanctâ Dei lege proculcatâ, pretioſiſſimâ ſcilicet illâ margaritâ, pauperem viduam converſa diffregit, in quotidianum victum ejus invadendo. Quid agis, ô inſatiabilis ingrataque mulier? Tu, cui terra & mare munera afferunt, in egentis viduæ pauperculam poſſeſſionem irruis, cujus vitæ inſtitutum cum tuo te permutare juſtum eſſet? Nonne tu, quæ verbis legem firmas, hanc actione tua irritam facis? Non reverita es Patrem orphanorum, judicemque viduarum? Verùm audivit omnino, qui Verbo Dei perpetuò alebatur, hanc vocem à Deo inſpiratam: Judicate pupillo, & viduam juſtificate. Ac Eliam igne ſpirantem zeli ducem habens, Joannis libertatem æmulatur. Non licet tibi, inquit, ſororis tuæ vineam habere. Videris tibi naturæ terminos exceſſiſſe, quia tyrannico apparatu dignitatem ejus exſuperâſti. Nam principatus, qui lege formatur, imperium eſt: qui verò injuſtitiâ inſtituitur, is non immeritò tyrannis appelletur. An non legiſti, quæ circa Jeſabelem geſta ſunt? Curnam divinum iſtud delubrum ingrederis? Eſto procul à ſacris iſtis ædibus. Dei templum lavacrum eſt, quo peccata eluuntur. Nonne publicanus, qui Jeſum hoſpitio ſuſcepit, ritè diſperſit, quæ telonio malè lucratus erat? Tu verò, filia: (nam te etiamnum ut membrum, quamlibet inutile, non deſpiciam ſpe ſalutis: ſed ſalus abſque pœnitentia obtineri nequit) redde benè, quæ malè rapuiſti.

A. S. Joannes Damascenus. *d*

15 Hæc autem cùm diceret, nihil ſuadebat. Illa ſiquidem tamquam aſpis aures obturaverat, ne religioſi ſapientiſque Incantatoris vocem exaudiret. Quamobrem, cùm ſanari morbum non poſſe perſpiceret, ſacro eam thalamo pellit, quæ nuptialem veſtem non haberet. Deinde verò quid? Jeſabel iterum contra Prophetam inſurgit. Aſt nequaquam fugit veritatis Præco; neque cuſtodiæ mancipatur, veluti vox clamantis *; ſed mulctatur exſilio. O maleſanum conſilium! Denuò ſerpentis illecebra Eccleſiâ pellere hominem Dei conatur: nec optatis excidit. Regia civitate exulare Vir ſanctus cogitur, divino oculo aliquantulùm quaſi patienter dormitante, imò potiùs providentiâ Dei, qui in ſervis ſibi dilectis triumphare facit virile mentis robur, omnemque *e* Dei, ut qui Dei eſſet, ſeu in quo, & quocum adeſſet Deus, cum Abraham ad extraneam regionem vocatus: regiis ædibus cum Moyſe expulſus, cum Eliâ in antrum Horeb excurrens, cum Jeſu Deo in Ægyptum fugiens, ut in certaminibus fortitudo ejus comperta fieret, meritaque conſequeretur præmia; ut Jobum modo quodam imitaretur, ceu Deus his ipſum verbis compellaret: Non putas me aliâ de causâ tibi reſpondiſſe, niſi ut juſtus appareas? Quinimo, ut aliis etiam prædicaret Euangelium.

ſed fruſtra: illa verò Sanctum exſilio, E F * Joannes Baptiſta *e*

16 Tametſi verò quidam etiam alii injuſto hujuce exſilio ſuffragati ſint; ſilentio rem tranſigere lubet,

A. S. Joanne Damasceno *assentientibus aliquot episcopis relegat,*

propter honorem patrum *f*, ne Chami mulctæ fiamus obnoxii, illudendo patribus. Multifariè siquidem narrantur ista; quòd nempe episcoporum quidem alii nequissimo huic facinori assensi sint; alii autem penitus abnuerint ac imperatricem condemnârint, minitantem gentilium fanorum, quæ pridem eversa erant, instaurationem *g*, nisi simul omnes concordes fierent ad Virum sanctum persequendum. Vincat itaque illud, quo melius famæ consulitur. Haudquaquàm enim Patres inter se comparate expedit, ne nostra auctoritate eorum nos judices constituamus.

f
g

Summo eum luctu bonorum omnium.

17 Sive itaque hoc, sive alio modo res gesta sit, ecclesiâ Præsuli avellitur, caput à corpore, grexque viduatur optimo pastore, qui Christum æmulandi studio animam semper suam pro ovibus posuit. Ecclesia desiderabat Concionatorem, oves Pastorem & Fistulam, Christi satellites ordinis sui Ductorem & Tubam hostes spirituales territantem, viduæ Protectorem, Patrem pupilli, ægri Curatorem, peregrini Susceptorem, civitatum regina Aurum sincerum, quo decorabatur; eum, inquam, qui imperium temperabat sacerdotio, sceptrumque & diadema paternæ venustati restituebat; religiosæ aures requirebant sermonem Osque aureum. Quinimo, nisi audaciusculè loqui videar, unà cum illo exibat Christus, quem in se manentem gestabat. O quâ ratione siccis oculis acerbissimam hanc calamitatem enarravero? Nam ne cor quidem saxeum temperare à lacrymis possit: cùm & petra, virgâ Moysis percussa, latices effuderit: atque ex corde, quantumlibet durum sit, si tragica hac narratione verberatur, ob immanitatem facinoris largi lacrymarum fontes emittuntur.

B

Revocatus Sanctus, iterum expellitur,

18 At verò repentino motu regia quatitur: & Pharao rursus eum, qui divino conspectu donatur, clamoribus accersit, ut inflictam plagam compescat: id quod statim evenit. Simul ac enim Joannes imperatoris jussu pedem refert, cessavit tremor. Sic nempe Deus novit eos honorare, qui sunt ipsius. Vivo enim ego, ait Dominus, quia illos, qui me glorificant, glorificabo. Rursum igitur in lætitia est grex Christi. Omnibus siquidem restituitur, qui omnibus omnia factus erat, lætaturque universa plebs Christo subdita, pinguescit, augescit, in optima cordis terra Joannis sermones, uti semen spiritûs excipiens. At infligitur diabolo vulnus, iterumque more suo contra Præconem exsurgit. Infirmus molitur validum Ecclesiæ Propugnaculum dissolvere, & diripere opes raptoribus impervias. Accepit quidem in corpus illius potestatem, ut quondam in Job, ille, qui priùs nec indignationis ejus nutum ferre poterat. Iterum tollitur Justus: Sponsus è thalamo extruditur: nuptiali ornatu ecclesia spoliatur, capillitio capitis nudatur, illum non habens. Ignis enim de throno fulminis instar emissus, ecclesiam curiamque absumit. Rursum ejulatus & lacrymæ; populo cupiente potiùs cum illo exulare, quàm in urbe versari, eisque mors acceptabilior erat, quàm Joanne privari. Verùm intoleranda mala magis invalescebant, Deo permittente, novit ipse, quo judicio.

C

& moritur in exsilio: corpus ad terbem relatum.

19 Hoc enim pacto iterum egressus urbe, è regione in regionem migrans, illum, quem persequendo desiderabat, apprehendit. Reputabat enim vivere sibi Christum esse, & mori lucrum. Quocirca, quia bonum certamen certaverat, fidem servaverat, cursumque consummaverat, certaminum præmia, justitiæ scilicet coronam retulit. Cæterùm, nec ille suis dilectissimus, & sponsæ ac liberorum amantissimus, moriendo sponsam deseruit, nec filios suos benevolentiæ suæ favore privatos voluit; sed divinâ providentiâ judicioque pro votis ad regiam urbem reducitur; corpore quidem, ad ea, quæ sub aspectum cadunt, Spiritu verò ad invisibilia. Quin &

αἰδοῖ τ πατέρων, ὡς ἂν μὴ τῷ Χαμ ἀπενεχώμεθα πρόσιμον, τοῖς πατράσιν ἐπιτωθάζοντες. πολύτροπος γὰρ ἡ περὶ τούτου διήγησις, τ μὲν ἐπισκόπων ἐπιχεόντων τὸ ἄτοπον, τ δ τισὶ πάντη ἀπαινανομένων, καὶ τ βασιλίδος καταψηφιζομένων, ἀπειλούσης τῷ τ ἑλληνικῶν τεμενῶν ἀναχαίνισιν, ἤδη καθαιρεθέντων ἄρτι, εἴ γε μὴ συμψηχοι πρὸς τὸν θεῖον ἀνδρὸς γένοιντο δίωξιν. καὶ τἀκάτω τὸ δόφημον· οὐκ ἀγαθὸν γὰρ πατέρας συγκρίνειν, ὡς ἂν μὴ τούτων ὑφ' ἑαυτῶν κριταὶ καταστήσωμεν.

17 Εἴτε δὴ οὕτως, εἴτε ἐκείνως, ἀφαιρεῖται τ ἐκκλησίας ὁ πρόεδρος, ἡ κεφαλή τε τοῦ σώματος, καὶ χηρεύει τὸ ποίμνιον τοῦ καλοῦ ποιμένος, τοῦ χρισαμένου ἀεὶ τὸν ψυχὴν τιθέντος τῷ ἑαυτοῦ ὑπὲρ τ προβάτων. καὶ ἐπόθει ἡ ἐκκλησία τ κήρυκα, τ νομέα τὰ πρόβατα καὶ τὸν συρίσγα· οἱ δ' Χριστοῦ ὑπερασπισταὶ τ ταξιάρχου καὶ τὸν σάλπιγγα καὶ ἐχθρῶν νοητῶν ταραπτῆσαν, τ προασπιστὴν αἱ χήραι, οἱ ὀρφανοὶ τ πατέρα, οἱ νοσοῦντες τ κομιστὴν, οἱ ξένοι ξεναγωγόν· ἡ τ πόλεως ἀλυργὶς τ χρυσὸν τ ἀκίβδηλον κοσμοῦντα δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἐπικιρνῶντα τῷ βασιλείαν τῇ ἱερωσύνῃ, καὶ τῇ δ' πατρὸς ὥρᾳ χαριτοῦντα τὸ σκῆπτρον καὶ τὸ διάδημα· αἱ φιλόθεοι ἀκοαὶ τ χρυσολόγον καὶ χρυσόσομον, καὶ εἰ μὴ τολμηρὸν φαναι, συνεξῃρῆσθαι Χριστὸν, ὃν ἔφερεν ἔνδοθεν. ὦ πῶς ἀδακρυτὶ τὸν ἀνήκεστον ἐτραγῳδήσαιμι συμφοράν; ἢ δὲ λιθίνη γὰρ καρδία μὴ δακρύων ἐπὶ ταύτῃ δυνήσεται, ἐπεὶ καὶ λίθος ῥάβδῳ Μωσαϊκῇ ῥαπιζομένη ἔβλυσε νάματα, καὶ καρδία σκληρὰ τῷ μεγέθει πληγεῖσα τ τραγῳδίας, ποταμηδὸν ἐκχεῖ δακρύων χρυσᾶς.

18 Ἀλλ' ἄφνω τὰ βασίλεια θραύεται, καὶ Φαραὼ πάλιν τ θεόπλου ἐπιβοᾷ τὰ πρὸς τὸν τ μάντιν ἀμύναν· ὃ δὴ καὶ γίνεται. ἅμα γὰρ Ἰωάννης βασιλικῷ παλινοστεῖ προσάγματι, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις. οὕτως οἶδε θεὸς τιμᾶν τοὺς ὄντας αὐτοῦ. ζῶ γὰρ ἐγὼ λέγει Κύριος, ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάζω. πάλιν τοίνυν ἐν διδυμίᾳ τὸ Χριστοῦ ποίμνιον. πᾶσι γὰρ ἀποδίδοται ὁ τὰ πάντα πᾶσι γενόμενος, καὶ χαίρει μὲν ἅπαν Χριστοῦ τὸ ὑπήκοον, καὶ πιαίνεται, καὶ αὔξει ἐν ἀγαθῇ γῇ τ καρδίας, ὡς σπόρον τοῦ πνεύματος, τοὺς Ἰωάννου λόγους δεχόμενον. ὁ δ διάβολος θραυματίζεται, καὶ πάλιν τοῦ κήρυκος συνήθως κατεξανίσταται, καὶ ἀκαιτεῖται ὁ ἀδρανὴς τ ἀνδρεῖον τ ἐκκλησίας προβόλου, καταλύειν πειρώμενος, καὶ τ πλοῦτον λαφυραγωγῆσαι τ ἀσύλητον· καὶ λαμβάνει μὲν τὴν ἐξουσίαν τοῦ σώματος, ὡς ποτὲ δ Ἰὼβ ὁ τούτου μὴ φέρων τὸ ἐμβρίμημα. καὶ πάλιν ὁ δίκαιος αἴρεται, ὁ νυμφίος τ θαλάμων ἐξορχίζεται, καὶ τ νυμφικὸν ἡ ἐκκλησία περιαιρεῖται κόσμον καὶ τὴν κεφαλὴν περικείρεται, τοῦτον οὐκ ἔχουσα. πῦρ γὰρ ἐκ τ θρόνου, οἷα σκηπτὸς δεῦλατο τὴν ἐκκλησίαν ἅμα καὶ τὸν σύγκλητον καταναίμεται. καὶ πάλιν οἰμωγαί τε καὶ δάκρυα, συνεχδημεῖν πλήθους ἢ ἐνδημεῖν ἐφιεμένου, καὶ ἦν αὐτοῖς ὁ θάνατος αἱρετώτερος τ Ἰωάννου ζεφύσεως. ἀλλὰ *h* φθαρτῶν κακῶν θεοῦ παραχωροῦντος ἐπικρατούντων, οἷς ἔπεσεν κρίμασιν.

19 Οὕτω γὰρ πάλιν ἀμείβων ἐξ ἄσεως, εἰς χώρας εἰς χώραν μεθισάμενος, ὃν ἐπόθει διώξας κατέλαβε, τὸ ζῆν χρηστὸν ἡγησάμενος, καὶ κέρδος τ θάνατον, τ ἀγῶνα τ καλὸν ἀγωνισάμενος, τὴν πίστιν τηρήσας, καὶ τ δρόμον τελέσας, καὶ κομισάμενος τ ἆθλον τὰ ἔπαθλα, τ δικαιοσύνης τ στέφανον. ἀλλ' οὐκ εἴασε καὶ θανὼν τὴν νύμφην τὴν ἑαυτοῦ ὁ φιλούμενος, φιλόνυμφος, καὶ φιλότεκνος. ὅτε μὴν τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ τ οἰκείας ἐστερημένους χάριτος, ἀλλὰ θείᾳ προνοίᾳ καὶ χρίσει καταλλήλως πρὸς τὰ βασίλεια φέρεται, τὸ μὲν σῶμα πρὸς τὰ ὁρώμενα, τὸ δὲ πνεῦμα πρὸς τὰ ἀόρατα· καὶ κήρυξ τ θείων λογίων διαμένει, μέχρις

A χρις Χριςὸς αὔθις παραγενήσεται, μεθ' ἧς δοξασθήσεται, τ αὐτῷ καταγηφῶν χαρᾶς τε καὶ ὡραιότητ⊙. ταῦτά μοι, ὦ πάτερ πατέρων, πρός σε τὰ φελίσματα· ἀλλ' ἐποπλίσοις ἡμᾶς τοὺς ὁμωνύμους, καὶ ἀντιδοίης τ πρὸς τ κτίςην οἰκείωσιν, ὅς ἐςι Χριςὸς, δόφροσύνη αἰώνι⊙· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτ⊙, πάντοτε, νῦν, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τ αἰώνων. Αμήν.

eloquiorum divinorum Præco *k* perſeverat, donec Chriſtus iterum venerit, quocum honore & gloriâ afficietur lætitiæ & pulchritudinis ejus deliciis affluens. Meæ ſunt iſtæ, Pater patrum, ad te balbutientis voces. Tu verò ad nos reſpicias rogo, qui tui cognomines ſumus, viciſſimque largire, ut familiares evadamus Creatoris, qui eſt Chriſtus, ſempiterna illa lætitia; cui gloria, & imperium, ubique, nunc, & ſemper, & in perpetua fœcula fœculorum. Amen. A. S. JOANNE DAMASCENO. *k*

ANNOTATA.

a *Vox Græca, quæ reſpondet verbis* æquum erat, *non invenitur, niſi fortè pro* ὅσιον *legendum ſit* οἷον τε.

b *Scripta Sancti deſignat: nam ex illis huc uſque liquet, quantâ* Chryſoſtomus *fuerit charitate & miſericordiâ.*

c *Voces* ἐκ Θεῦ, ex Deo, *quæ adduntur in Græco, videntur à loco ſuo avulſæ, ponendæque eo loco, ubi eas Latinè uncis incluſas dedi.*

d *De Hiſtoria hujus viduæ, quam ex Georgio Alexandrino haurire potuit Damaſcenus, egi in Commentario num. 766 & 767, ibique oſtendi, factum iſtud, ſi verum eſt, multis certè fabuloſis adjunctis deturpatum eſſe. Quæ hîc ea de re perſtringuntur, vera eſſe poſſunt; licèt non facilè crediderim, tanta verborum aſperitate apud Eudoxiam uſum eſſe* Chryſoſtomum, *quantam attribuerunt ipſi ſcriptores medii ævi, aut ingreſſu in eccleſiam imperatricem fuiſſe prohibitam. Certè id ſæculo non*
B *tradiderunt.*

e *Hîc aliquid in Græcis deeſt, quo ſenſus redditur imperfectus, ut notavit editor.* B

f *At epiſcopi, qui* Chryſoſtomo *præ reliquis inimici fuerunt, aliunde ſatis innotuerunt.*

g *Iſtud minatam fuiſſe Eudoxiam, non facilè credidero, cùm de minis iſtis tacuerint ſcriptores ſæculi.*

h *Hîc rurſum aliquid in Græcis deeſſe videtur.*

i *Clarè alludit auctor ad verba Apoſtoli:* Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Quare legendum putem* χριςὸν, *non* χρηςὸν, *ut legit Lequienus.*

k *In libris videlicet ſuis prædicat. & divina ſemper prædicabit* Chryſoſtomus.

DE S. NOTBURGA ANCILLA VIRG.

IN ARCE ROTTENBURGICA COMITATUS TYROLENSIS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

C § I. Sanctæ, apud vulgatos ante ſeculum XVII ſcriptores parùm notæ, geſtorum Synopſis & hujus antiquitas. F

Silentium de Sancta apud auctores vulgatos

QUantò certior eſt antiquus & non interruptus ad noſtra uſque tempora ſanctæ hujus Virginis cultus, quantóque illuſtrior erga eam populi Tyrolenſis atque vicinarum partium veneratio, tantò mirabilius eſt de ea illiuſve geſtis in vulgatis per ſcriptores Germanos uſque ad ſeculum XVII *Lucubrationibus ſilentium. Unde factum eſt, ut non modò ſcriptoribus exteris ignota remanſerit uſque ad dictum ſeculum, verùm etiam poſt idem vel paucis innotuerit, vel ſaltem neglecta aut prætermiſſa fuerit ab ipſiſmet, qui Sanctorum ac Beatorum utriuſque ſexûs undequaque collectorum conflârunt ampliſſimos catalogos, Ferrario, Caſtellano & ſimilibus. Unus tandem occurrit Arturus à Monaſterio, qui ipſam titulo* Beatæ *dignatus ſit, ac cum elogio in Gynæceum ſuum tranſtulerit ad diem* XVI *menſis Novembris, & hunc quidem elegit, ut opinor, quòd apud Matthæum Raderum mox laudandum* S. Notburgæ *Acta, unde elogium contraxit, proximè ſubjecta perſpiceret Actis S. Leopoldi Marchionis Auſtriæ, cujus annua memoria recurrit in Faſtis ad diem* XV *Novembris, quódque documenta deficerent, unde diem Sanctæ noſtræ apud Tyrolenſes feſtivum perdiſceret.*

ante ſeculum 17 *hodierni Tyrolenſes*

2 *Verùm Deus, qui Ancillæ ſuæ ſanctitatem variis ante & poſt mortem prodigiis patefecerat, tot ejus ſplendorem hoc ſeculo* XVIII *miraculis, totque conceſſis ad Sanctæ invocationem beneficiis auxit, ut iis excitati hodierni Tyrolenſes certatim nuper laborârint, & felici planè ſucceſſu laborare pergant ad reſarciendum majorum ſuorum qualemcumque neglectum, & eamdem, quæ modò apud ipſos immenſum excrevit erga Popularem ſuam veneratio, cum exteris nationibus communicandam.*

AUCTORE J. P.

dam. Singula hæc patebunt, tum in Commentario hoc prævio, tum in tractatu de Gloria Sanctæ posthuma Actis subjiciendo, ubi per decursum recensebimus scripta recens edita, & producemus instrumenta Mss. aliaque ad cultum antiquum ac hodiernum probandum necessaria subsidia, insigni benevolentia & solicito studio nobis illinc transmissa.

post Raderum & paucos alios resarciunt.

3 *Laudatus num.* 1 *Matthæus Raderus, patriâ Inichinensis in Tyroli, & Societatis nostræ sacerdos, omnium, quos novi, primus* S. Notburgæ *aut* Nuppurgæ, *vel, ut scribunt alii,* Notburgis *Vitam publici juris fecit tom.* 3 *Bavariæ Sanctæ, typis edito sub annum* 1627, *collectam, uti loco duplici indicat,* ex Franciſci Goſenii & Hippolyti Guarinonii monumentis, *de quorum ætate atque auctoritate inferiùs agendum est. Subsecutus est deinde Andreas Brunnerus, patriâ Halensis item in Tyroli, & ejusdem Societatis sacerdos, qui parte tertia Annalium Boïcorum, prelo vulgata anno* 1637, *Vitæ compendium dedit desumptum ex Radero. Idem præstitit Joannes Adlzreiter, arcani concilii Bavarici cancellarius, in nova Annalium Boïcorum collectione, edita sub annum* 1662.

B *Præter hactenus nominatos nullos noveramus scriptores, qui nobis ad elucidanda Sanctæ Acta adjumento essent, nec ulla suppetebant instrumenta Mss. ad eumdem finem idonea.*

Plura instrumenta nobis indè submissa,

4 *Donec tandem ad annum* 1736 *vir clarissimus Antonius Roschmannus, Juris utriusque licentiatus, sacræ Cæsareæ ac Regiæ Majestatis bibliothecæ publicæ præfectus, & sanctioris tabularii procustos, Oeniponto ad nos destinavit Relationem, Teutonico idiomate impressam, de elevatione sacri corporis peracta anno* 1735, *pluribus deinde exponenda. In litteris autem relationi adjunctis spem faciebat fore, ut post perscrutata archiva chartas plurimas, & antiqua ac recentia documenta subministraret, tum ad Vitam elucidandam, tum ad Gloriam posthumam describendam pertutilia. Quod quàm plenissimè exsecutus est; utpote cujus humanitas tanta exstitit, ut non suffecerit ipsi nuda dumtaxat transmittere documenta bene multa; verùm insuper illis doctas observationes præmittere dignatus sit, non pauca, alio idiomate concinnata, Latina facere; pleraque historicis, geographicis, diplomaticis ac criticis Annotatis illustrare. Nos quidem ea non damus hîc unico non*

C *interrupto tractu, quia alium nobis ordinem præfiximus; ita tamen viri clarissimi studiis ac laboribus uti conabimur more nostro, ut facilè dispiciat lector, quæ illius sint, quæ nostra; quantumvis & hæc libenter ipsi accepta referamus; cùm etiam in hisce facem nobis ubique prætulerit.*

ac primò Vitæ synopsis,

5 *Inter jam memorata instrumenta primum locum sibi postulat Vitæ synopsis, quam, ut à laudato Roschmanno Latinè transmissa est, priùs excudendam hîc integram censui, quàm de loco unde desumpta est, de ætate ejus & auctoritate dissererem. Sic habet:* Erat aliquando nobilis vir; hic habebat Deum timentem piam famulam, quæ nomine suo vocabatur Notburga: hæc erat sua chara coqua, & dabat pauperibus valdè libenter sine damno domini sui cibos de mensa reliquos; hoc dominæ bilem valdè movit, jubenti has reliquias haræ pascendis porcis inferre. Notburgæ cibos secum accipienti, ac domum egenorum accedere paranti obviàm fit herus interrogans: Notburga quid gestas? Ubi respondit illa ex timore: Schidia fero: cùm inspexisset ille, non aliter res ipsi apparuit. Notburga domum redux pessimè à domina excipiebatur.

6 Postea moriebatur hera, & veniebat singulis noctibus in haram, & gruniebat instar suis, D *mox à Sanctæ obitu,* tunc dominus exorcismos adhiberi voluit: postea respondit illa, potenter peccavi, quia cibos proluviei porcinæ misceri præcepi & indigis subtraxi. Posthæc Notburga operam suam locabat rustico, sibi expresè reservans, die profesto ante vesperum labore abstinere; & accidit, ut die Sabbathi triticum demeterent in agro, cùm feriæ vespertinæ essent. Suspendebat Notburga falcem, & discedebat, orabat, & peragebat laborem suum domesticum sicuti priùs; ubi discessit à rustico deficiebat is corpore & bonis.

ut creditur, 7 Postea ducebat nobilis aliam conjugem, & conducebat iterum Notburgam, & dicit ad illam: Notburga, quod priùs fecisti, idem adhuc facito. Dein rogabat Notburga herum suum, ut quando moreretur, boves duos currui jungeret, cadaver ipsius eidem imponeret, hosque abire, quò vellent, sineret, quòque ipsam traherent, & ubi subsisterent, ibi sepulturæ traderetur: cùm obiisset, factum id est. Tunc bini boves per Oenum & supra excelsum montem corpus avehebant, & subsistebant; ibi sepeliebatur: & nobilis ille templum ad laudem Dei omnipotentis sub E nomine sanctæ Notburgæ de substantia sua construi curavit. RENOVATUM per Joannem Walck oriundum ex dynastia Kuefstain, & hoc tempore dicographiæ provinciali Rattenbergicæ inserviens, qui hoc honorabili huic templo in honorem S. Notburgæ obtulit anno Domini MDCXV.

tabulæ inscripta & aræ suffixæ. 8 *Hanc Vitæ synopsim,* tabellæ inscriptam, primis jam ab obitu S. Notburgæ temporibus in ejus templo appensam omnium patuisse oculis, *notat Roschmannus in Notitiis Mss., & paucis interjectis sic pergit:* Licèt ea tabella sæpiùs etiam ex devotione (ut ex ultimo apographo apparet) transcripta, ac in quibusdam verbis, fortasse antiquatis, non nihil mutata fuerit, res tamen illa præcipuas haud dubiè, licèt brevitate sua non semel laborantes involutasque, complexa fuit. Interim tamen non aspernanda videtur hæc notitia, præcipuè cùm haudquaquam dissona sit Actis plenioribus. *Dein post pauca, quæ inferiùs referemus, non repugnare ait primis à Sanctæ sepultura temporibus stylum tabellæ vernaculum, Germanicum puta, quo exarata est idiomate, & quo etiam* pro majori fide, *ut loquitur, illam, sicut die* XXI *Aprilis anni* 1735 *in membrana descriptam invenit, huc transmisit, unà cum jam data interpretatione Latina, stylo Germanico simpliciori accommodata.*

F

Difficultas contra tantam tabulæ antiquitatem. 9 *Non attingimus hîc res singulas in tabella enarratas & juxta laudatum auctorem brevitate sua non semel laborantes involutasque; ea enim ex dicendis per decursum paulatim sua sponte evolventur. Attamen cùm de ejus antiquitate & auctoritate potissimùm sermo sit, breve aliquod examen postulat postrema ejusdem periodus:* Nobilis ille (*Henricus is fuit, dynasta Rottenburgicus, de quo plura etiam per decursum*) templum ad laudem Dei omnipotentis sub nomine sanctæ Notburgæ de substantia sua construi curavit, *ad annum scilicet* 1313, *qui passim Sanctæ emortualis statuitur, vel saltem paulò post dictum annum. In hac enim periodo, manifestum errorem cubare existimat Guarinonius, auctor Vitæ longioris § proximo memorandæ, & contra tantam tabellæ antiquitatem ex eadem periodo format argumentum, quod ut rectè percipias, duo obiter observanda sunt.*

à non nemine formata, exe omnes ponitur. 10 *Primum est, idque juxta ipsum Guarinonium, juxta Raderum, Roschmannum aliosque*

A *omnes certissimum, quod Henricus dynasta Rottenburgicus in arce sua, mox ab obitu sanctæ Virginis, sacellum construi curaverit ipso in loco, quo antè steterat illius cubiculum. Secundum est, nec juxta eosdem minùs certum, quòd sacellum Ebenense (hoc nomine compellatur locus, ubi Sancta erans Oenum sepulta fuit, & ubi appensa est tabella) consecratum esset S. Ruperto Salisburgensi antistiti, cujus valdè anguſti structuræ nihil immutatum fuisse volunt usque ad seculum* XV, *quando* exstinctis jam dynastis omnibus Rottenburgensibus, *verba sunt Guarinonii*, ære piorum, ut litteræ autographæ, quæ supersunt, commonstrant, constructum fuit *novum templum*, & S. Notburgæ *memoriæ, mutato nomine, dedicatum anno* MCCCCXXXIV, Feria VI infra Octavas Assumptionis Mariæ, *ut expresè legitur in litteris consecrationis, quas dabimus integras & examinabimus, quando de Gloria Posthuma differemus; sufficiunt ista ad rem præsentem.*

examinatur, 11 *Hisce ita positis, primùm rectè monet Guarinonius, verba tabellæ intelligi non posse de templo* S. Notburgæ *Ebenensi; sed ulteriùs deinde procedens sic concludit:* Ex quo patet, scripturam hanc in novo templo primùm suffixam, ac
B post hujus structuram, examine non satis curato, confectam fuisse: exstructum enim in arce sua à Rottenburgico dynasta sacellum cum ædicula S. Ruperti confudit (*auctor*) seu unum pro altero sumpsit scripsitque *Primum Guarinonii monitum adoptavit, ut debuit, clarissimus Roschmannus, in Observationibus suis; at alteri ejus clausulæ, quæ alioqui tabulæ antiquitati & auctoritati haud parùm adversaretur, assentiri se non posse asserit, censetque ab ejus postrema periodo abesse omnem confusionem, & auctorem in illa verè designare voluisse, non Ebenense* S. Notburgæ *templum, licèt hujus aræ suffixa sit tabula, sed sacellum Rottenburgicum.*

& allatis 12 *Et sanè nullam in data periodo particulam deprehendo, unde necessariò colligam, auctori sermonem fuisse de templo Ebenensi: nullam quidem etiam, unde probem designari sacellum Rottenburgicum; verùm dum suppono cum Roschmanno, appensam fuisse tabulam Rupertino sacello primis à Sanctæ sepultura temporibus, non video, quid necesse fuisset auctori hujusmodi particulam adjicere, quoniam populo notissimum erat, quòd exC stitisset Rupertinum sacellum ante Sanctæ obitum, quòdque sacellum Rottenburgicum in arce, haud ita longè dissita, erectum esset à dynasta in honorem Dei & S. Notburgæ. Nec prævidere debuit idem auctor fore, ut post seculum integrum angusta S. Ruperti ædicula transiret in templum amplum, indueretque nomen* S. Notburgæ, *atque sic post alia duo sæcula non nemini videretur sermo esse in tabula de novo templo, acsi hoc indicaretur constructum à dynasta Rottenburgico.*

verisimilioribus 13 *Sed, inquis, vox ipsa* templum *Guarinonii conjecturam confirmat. Respondeo, legi in apographo Germanico, hîc unicè consulendo,* ein Gottshaus, *quæ vox propriè* ædem Deo sacram *sonat, quæque sicut pro majori templo, sic de minori seu sacello sumi potuit; & hîc præsertim, si tale fuerit sacellum Rottenburgicum, quale id describit ipse Guarinonius apud Roschmannum, ita inquiens:* Henricus quippe Rottenburgicus, mora omni remota, post sepulturam cubiculum illud, ubi Dei Famula dormire solita, atque defuncta fuit, purgari, superius pavimentum ligneum tolli, fornicem elegantem seu concameD rationem extrui, in sacellum ornari, aram & fenestram oblongam, quæ talia loca decet, atque hodiedum supereſt, construi, atque in turri campanam, quæ ad divina ibi celebranda populum vocaret, erigi jussit. *Præterea particula* ein, *voci* Gottshaus *præposita (quæ si efferatur Latinè hunc sensum faciet:* Nobilis ille unam *seu potiùs* aliquam ædem Deo sacram .... construi curavit) *utcumque innuit, auctorem noluisse indigitare ædem sacram, cui tabellam appendit, alioqui aptiùs scripturus fuisset* dieſes *vel* dieſſ Gottshaus, hanc ædem sacram.

AUCTORE J. P.

rationibus 14 *Denique, his etiam omnibus sepositis, ipsa tabella, unde nostrum apographum à Roschmanno transcriptum fuit anno* 1735, *Guarinonii conjecturam minùs verisimilem facit; ea etenim ibidem jam tum conservata fuerat annis omnino centum supra viginti,* renovata *scilicet anno* 1615. *Igitur ante istam exstiterat altera, quæ tempore detrita haud dubiè renovatione indiguerit: quamdiu autem hæc ibidem conservata fuerit antea, non liquet; verumtamen nihil vetat, quominus ei totidem annos attribuamus; atque ita mox perveniemus ad finem seculi* XV, *quo eodem seculo templum Ebenense erectum fuit. Supponamus ergo tantisper, affixam fuisse tabellam circa annum* 1500, E *templumque absolutum & perfectum circa* 1430. *Estne satis verisimile, auctorem aliquem usque adeo rerum fuisse ignarum & incurium, ut Rottenburgico dynastæ, tum ultra annos centum quinquaginta defuncto, adscriberet structuram templi ab annis circitèr septuaginta ædificati, idque notaret in tabula eidem templo affixa & omnium oculis exposita? Nam, ut mittam litteras autographas, quas suo tempore superstites fuisse testatur Guarinonius, & in quibus dicebatur exstructum templum* ære piorum, *nonne tabellæ auctor melius edoceri potuisset ac debuisset ab hominibus etiam tum viventibus, qui in juventute sua ejusdem templi primordia conspexisse potuerant, vel certè intellexisse à suis parentibus?*

diluitur. 15 *Conspirant ista omnia, ut concedentes in* F *clarissimi Roschmanni opinionem, nullum hoc saltem loco in Vitæ synopsi, tabellæ inscripta, errorem, nullam sacrarum ædium confusionem agnoscamus ab ejusdem auctore profectam, utque multò probabilius nobis appareat, appensam fuisse dictam tabellam veteri sacello S. Ruperti; antequam* seculo XV *illud ampliatum fuit, seu constructum Ebenense* S. Notburgæ *templum, cujus aræ tam vetus monumentum denuò suffixum fuerit. Nec à vero abs imile est, ipsam plus semel fuisse renovatam, indeque factum esse, ut non modò voces aliquæ fuerint immutatæ, sed nonnullæ per incuriam prætermissæ; prout observat laudatus Roschmannus: verba dabimus in annotatis ad Acta per ipsum Guarinonium collecta, uti mox dicetur.*

§ II. Enumerantur auctores, qui seu in Mss., seu impressis libris gesta Sanctæ litteris consignârunt; Acta hîc danda.

Franciſci Gozenii seu Gezuerii, C *Lariſſimus Roſchmannus in notitiis ſuis Mſs., quas ſemper intellige, quotieſcumque ipſum laudabimus, recenſens ætatis ordine ſcriptores, qui de geſtis* S. Notburgæ *aliquid litteris conſignârunt,*

or-

AUCTORE J. P.

orditur in hunc modum : Primus, qui de Diva noſtra mentionem, teſtibus Guarinonio & Radero, ingerit, Franciſcus Gozenius eſt, ita à Radero & ſequacibus compellatus. Guarinonius anſam dedit, dum Franciſcum à Gozens ob nobilitatem compellat, ſed Geznerum ſe ſcripſit cum fratre ſuo. *Huic auctori nomen fuiſſe* Geznero, *non* Gozenio, *pergit dein probare pluribus; allegat primò à ſe viſum inſtrumentum autographum anni* 1514, *in quo cum fratre Joanne Geznero comparet* Franciſcus Gezner, *& in quo illorum cognatus vocatur* Sigiſmundus Krippius, *quod notandum monet, quia* apud hanc familiam Guarinonius Franciſci codicem invenit. *Præter illud inſtrumentum, alterum ſimiliter à ſe conſpectum fuiſſe ait, quod anno* 1497 *confectum fuit* pro nobili virgine Magdalena Geznerin.

17 *Secundò advertit, non abludere tempus:* *quo floruit Franciſcus Gezner, & quo Franciſcum Gozenium ſuum ſcripſiſſe aiunt Raderus & Guarinonius; hic enim in præfatione ad Vitam Sanctæ editam anno* 1646 *Gozenii monumenta citat*, ante annos centum quinquaginta octo *conſcripta; ille ad calcem Vitæ ejuſdem Sanctæ, ad annum* 1627 B *prelo vulgatæ, eadem Gozenii monumenta conſcripta indicat* ante annos admodum centum & ampliùs triginta; *ita ut uterque perveniat ad finem ſeculi* XV, *quo juxta Roſchmanni teſtimonia floruiſſe debuit Geznerus. Idem Raderus Gozenium ſuum titulo* equeſtris ordinis *inſignit; Guarinonius loco citato* nobilem (*& alio loco* nobilem, ſtrenuum ac doctiſſimum equitem) *appellat*, cujus uti & majorum ſuorum nominibus inſcriptam elegantemque fornicem ſepulchralem Halenſis ad ſanctum Nicolaum parochia adhuc ſervat. *Conſonant & tituli & locus; nam laudatus Roſchmannus adductis Matthiæ Burgklehneri & Maximiliani comitis de Mohr ſcriptorum Tyrolenſium, Guarinonio coævorum, teſtimoniis, probat tertiò, gentem Geznerianam nobilitate illuſtrem exſtitiſſe ſub idem tempus Halæ ad Oenum fluvium, qua in civitate apud Krippios Geznerianæ familiæ ſanguine conjunctos, monumenta reperit Guarinonius, ut ſuprà obſervatum eſt.*

ſeculo XV

18 *Poſt hæc fuſiùs expoſita, tandem concludit Roſchmannus:* Nobilis ergo hujus gentis homo Franciſcus Geznerus illuſtria avitæ proſapiæ ſtemmata, inſigniaque provinciæ Tyrolenſis collegit; dumque præcellentis Rottenburgicorum dynaſtarum ſtirpis, unà & ſanctæ hujus Virginis tamquam ejuſdem famulæ, brevi ſed fundato elogio, meminit; eò majori dignus fide, quòd à parentibus proaviſque Halæ commorantibus & hinc vix ultra dimidium diei à rerum geſtarum loco (*Ebenenſi templo ſicut & arce Rottenburgica*) remotis, iſta haurire potuerit, qui id omne ab iis intellexêre, qui vel præſentes aderant, aut ab his ipſis perceperant, aut fortè in templo Rupertino depicta viderant. *Sed cùm tam parùm à loco remotus eſſet auctor, ſatis credibile eſt, ipſummet aliquando inviſiſſe templum iſtud, ac legiſſe Vitæ ſynopſim inſcriptam tabellæ; unde deprompſerit, quæ de geſtis Sanctæ Operi ſuo inſeruit: hæc enim pauciſſima ſunt, nec diſſona ejuſdem tabellæ verbis.*

prænobilis ſcriptoris,

C

elogium de Sancta

19 *Pauciſſima, inquam, ſi nempe plura non ſcripſerit, quàm quæ ex ipſo refert Guarinonius, libellum ſuum anno* 1646 *Germanicè impreſſum ita claudens:* Sequitur nobilis, ſtrenui ac doctiſſimi equitis Franciſci de Gozens, artium liberalium & philoſophiæ magiſtri de S. Notburga Rottenburgica conſcriptum ante annos CXXXI manu propria inſigne in Stemmatologia ſua Tyrolenſi fol. LXXXV teſtimonium, in hæc verba idiomate Germanico expreſſum: "Sancta Notburg, quæ „ ſepulta eſt in Eben in via regia versùs Achen, „ dicitur coqua fuiſſe domini de Rottenburg in „ arce Rottenburg, & in hac obiiſſe, à duobus „ inde bobus ad dictum Eben, ut ſepeliretur, „ tracta fuit &c. SANCTA NOTBURGIS ORA PRO „ NOBIS. Iſthæc Notburg ſancta virgo in univerſa regione comitatûs Tyrolenſis, & Bavaria celebris præcipuè per miracula, quæ apud illius „ templum, in quo tumulata eſſe traditur, illis omnibus, qui eam in neceſſitatibus invocant, „ variis modis obvenerunt, præter ſanctitatem & „ divinam vitam, præprimis clementiam erga pauperes, in vivis exhibuit". *Videri hîc poſſet in verbis Geznerіano elogio præmiſſis ſecum ipſe pugnare Guarinonius, quibus illius teſtimonium conſcriptum ait* ante annos CXXXI; *cùm tamen, ut monui num.* 17, *in præfatione ſua ad Vitam citet ejuſdem Gezneri monumenta* ante annos centum & quinquaginto octo *conſcripta; ſed ne inutili digreſſione filum abrumpam, nodum diſſolutum vide in Annotatis noſtris ad cap.* 3 *Vitæ lit.* O. D E

ex Mss. jam deperditis.

20 *Præter hæc itaque nihil ex Mss. Gozenii ſeu Gezneri monumentis habemus, propriis ſaltem ipſius verbis conceptum; quò autem iſta devenerint, poſtquam iis uſi ſunt Guarinonius & Raderus, vel uti loquitur Roſchmannus*, ubi terrarum hodie ſint nemo facilè dixerit; *longè tamen plura ad hanc materiam ſpectantia à Geznero litteris mandata fuiſſe exiſtimat idem vir clariſſimus, doletque, quòd Guarinonius*, ingenti hiſtoriæ damno, *poſt verba* à duobus bobus ad dictum Eben, ut ſepeliretur, tracta fuit, *narrationem abruperit per clauſulam* & cetera. *Certè indicat clauſula iſta, prætermiſſa eſſe nonnulla, quæ ſepulturam ſubſecuta ſunt, an ſimiliter quæ hanc præceſſerant, prorſus dubium eſt; quandoquidem Guarinonius in præfatione ſua dicat, in Opere Gozenii* brevem eſſe mentionem S. Notburgæ, atque ſic, paucis licèt, ejus ſervatam eſſe memoriam.

Simile à Marco Sittio conſcriptum ſeculo 16.

21 *Poſt Geznerum ætate proximus ſequitur Marcus Sittius liber Baro de Wolkenſtain &c., qui exeunte ſeculo* XVI *& ineunte* XVII *Hiſtoriam antiquam & res partium iſtarum præcipuas libris quatuordecim complexus eſt. Laudatus Roſchmannus ex Ms. iſto Opere, quod plurimùm commendat, quodque pro parte potiori exſtare ait hodiedum apud Marci nepotem, excellentiſſimum dominum Dominicum comitem à Walkenſtain &c. tranſcripſit nobis elogium* S. Notburgæ, *cui, licèt tam parùm differat à Gezneri de Sancta elogio, ut vix dubitem, quin ex ipſo depromptum ſit, viſum eſt tamen hîc locum concedere.* Sancta Notburga, quæ ſepulta eſt in loco Eben, in via regia versùs Achen, dicitur coqua fuiſſe unius ex dominis de Rottenburg in arce Rottenburg, ubi & mortua fuit. Inde per duos boves tracta fuit in memoratum locum Eben. Sancta hæc virgo Notburgis celebris eſt per totam Tyrolim, tum ob vitæ ſanctimoniam, tum ob beneficentiam in pauperes, unde & ſingularia prodigia facta ſunt, & fiunt omnibus illam in ſuis neceſſitatibus invocantibus in templo illo, ubi tumulata eſſe dicitur. F

Guarinonius primus Vitæ Germanicæ

22 *Succedit tandem ſæpe laudatus Hippolytus Guarinonius; fuit is patriâ Tridentinus, familiâ nobilis, profeſſione artium & medicinæ doctor, ab*

ipſa

Guarinonius primus Vitæ Germanicæ

ipsa Cæsarea Majestate honorario archiatri titulo condecoratus, atque ad annum 1607 sereniſſimis archiducibus Mariæ Chriſtiernæ & Eleonoræ, Ferdinandi poſtea imperatoris II ſororibus, ſicut & toti regio parthenoni Halenſi, cui religioſiſſimæ iſtæ principes ſe adſcripſerant, datus medicus. Cùm hocce munere diſtineretur, anno 1619 nactus eſt apud Joannem Jacobum Krippium, in Halenſi civitate præcipuæ nobilitatis virum, memorati Franciſci Gezneri codicem Ms., in quo ſub Rottenburgicorum dynaſtarum titulo brevis occurrebat de eorumdem ſancta famula Notburga *mentio. Ea occaſione animum ſubiit, Acta ejuſdem Sanctæ, quantùm liceret, integra colligere reddereque, quod hactenus à nemine præſtitum fuerat; rem aggreſſus eſt ſtimulantibus etiam ſereniſſimis ac piiſſimis archiducibus Mariâ Chriſtiernâ & Eleonorâ, in eamque per triennium circiter ſummo ſtudio incubuit, prout latiùs ipſe enarrat in præfatione ad Vitam impreſſam.*

ex variis documentis collector,

23 *In dicta præfatione exponit ſimiliter, quibus adjumentis Opus ſuum confecerit; ac primò quidem præter tabulam Ebenenſem & elogium Gezneri*

B

anum laudat reverendiſſimum dominum Hieronymum Agricolam, tum temporis principis ac epiſcopi Brixinenſis vicarium generalem, & dein in ipſo epiſcopatu ſucceſſorem, cujus ſingulari favore & auxilio *ſe ſuffultum fuiſſe profitetur; ſecundò allegat autographa inſtrumenta ex tabulario celebris aſceterii San-Georgiani, milliario circiter diſtantis ab arce Rottenburgica, quæ Halam uſque fidei ſuæ concredita fuerunt. Tertiò citat. alia inſtrumenta ad familiam Rottenburgicam ſpectantia, eaque præſertim, quæ ex voluntate ac deſiderio ſereniſſimarum archiducum ex tabulario archiducali Oenipontano collegerat, Halamque tranſmiſerat Mathias Burgklehnerus nobilis hiſtoricus. In ipſo demum libello impreſſo, num.* 28 *Annales memorat, neſcio quos.*

ob integritatem ac pietatem

24 *Hæc nos eum in finem præmittenda judicavimus, ne lector, dum biographum producimus ultra annos trecentos rebus geſtis poſteriorem, ſuſpicetur, obtrudi ſibi Vitam pro magna parte, puta in adjunctis, quæ nec ex tabella Ebenenſi eruuntur, nec ex Opere Gezneri, nixam levibus conjecturis, aut traditionibus non ſat fundatis & diſcuſſis. Sed neque per hæc contendimus, quòd auctor omnia ac ſingula ex inſtrumentis hauſerit,*

C

nihil quidquam conceſſerit conjecturis, nihil ex ſolis traditionibus protulerit; quandoquidem ipſe in edito libello non ſemel expreſsè ſuas conjecturas indicet his particulis: Quantùm conjecturæ locus eſt; Credere fas eſt *&c. In fragmentis autem Mss., ex quibus libellum iſtum contractum fuiſſe dicemus, ſæpè provocat ad concordem traditionem populi & nobilium, atque ad teſtimonia ſenum, qui id à majoribus ſuis didicerant, ipſique narraverant; ut vel ſic eluceat ejus ingenuitas & fides in aliis.*

multis latum encomiis

25 *Præterea talem prædicant Guarinonium ſuum Tyrolenſes, ut fidem ejus vel in dubium vocare nefas videatur. Habes breve ejus elogium in Opere noſtro, tom.* III *Julii in Commentario Hiſtorico de B. Andrea, puero Rinnenſi à Judæis trucidato, pag.* 463, *quod accepimus anno* 1722 *ex celebri Ordinis Præmonſtratenſis canonicorum abbatia Wilthinenſi in Tyroli. Accipe aliud ex clariſſimi Roſchmanni Notitiis Ms* Vir *fuit Guarinonius*, eruendis Sanctorum Tyrolenſium Actis natus factuſque, & ipſe jamjam inter Venerabiles illos Tyrolenſes, qui nempe magnâ pietatis famâ deceſſerant, à ſcriptoribus non uno ex titulo poſitus, hâc prærogativâ, niſi me omnia fallant, digniſſimus. *Hinc pergit eum laudare, à ſincera ac ferventi pietate, Germano candore, zelo religionis, aliiſque virtutibus, quas ſpirant ubique conſcripta ab ipſo & à ſe perlecta Opera, & propter quas* etiam meritus ſit, non ſemel in ſummis vitæ periculis mirabiliter conſervari.

AUCTORE J. P.

celebratur apud ſcriptores Tyrolenſes.

26 *Amplioribus laudum encomiis eumdem Guarinonium celebrat R. D. Adrianus Kempter, prædictæ abbatiæ Wilthinenſis canonicus, in Opere nuper edito de Actis nominati B. Andreæ, ubi à pag.* 18 *uſque ad* 37 *Vitam Guarinonii deſcripturus eodem penè modo præludit:* Innocentiſſimos *ejus* mores & vitæ ſanctimoniam viri graves ſuis litteris commendârunt & omnis fama celebrat, ut etiam inter venerabiles ac ſingulari pietate conſpicuas patriæ noſtræ perſonas locum conſecutus ſit. *Poſt hæc virtutes à Roſchmanno recenſitas aliaſque complures fuse enarrat, & adductis coævorum teſtimoniis confirmat, iiſque immiſcet caſus aliquot, qui Guarinonio eidem obtigerunt, planè mirabiles ac prodigioſos; ac demum concludens;* Hæc fuſiùs, *inquit*, profecuti ſumus, ut civi de patria optimè merito etiam apud poſteros auctoritatem conciliemus, cujus Hiſtoriam *de S. Andrea puero,...* calci noſtri Operis ſubjicimus. *Quæ verba nos adoptavimus, quia non alia de cauſa iſta elogia de eodem Guarinonio* S. Notburgæ *biographo hîc perſtrinximus.*

E

Is primò Opus imperfectum reliquit,

27 *Supereſt, ut, quæ & qua ratione ſcripſerit Guarinonius, paucis indicemus. Ab anno* 1619, *uti dictum eſt, corraſis undecumque poſſet monumentis, ingenium & calamum applicuit ad Acta* S. Notburgæ, *iiſque impigrè inſudavit per annos circiter tres: Opus valdè diffuſum, quantùm conjicio ex fragmentis, diſtinxit in partes ſeptem, parteſque ſingulas in plura capita: ſed rudi dumtaxat & confuſo ordine. Nam præterquam quòd nonnulla iis immiſcuerit, quæ parùm aut nihil ad Sanctam pertinebant, vel quæ ſaltem paucioribus verbis exprimi potuerant, repetit ſubinde ad longum in una parte, quod in altera etiam latè expoſuerat. Id factum credo, quia ſucceſſu temporis alias aliaſque notitias adepto mens erat totum Opus ad limam revocare & reſcindere ſuperflua, priuſquam id publici juris fieret, ſeu prelo committeretur.*

F

inde contraxit Raderus Vitam Latinè editam anno 1627

28 *Sed cùm veriſimiliter alia tunc negotia urgerent, atque id temporis Raderus noſter vacaret componendo tomo* 3 *Bavariæ Sanctæ, illi ſua & Gezneri Mss. communicavit, qui inde ſelegit quidquid ad benè ordinatam Hiſtoriam conduceret, & ex Germanica lingua in Latinam vertit; prout ipſe teſtatur dicto tomo* 3, *pag.* 169 *ad calcem Vitæ* S. Notburgæ *verbis ſequentibus:* Hæc ex Franciſci Gözenii, ordinis equeſtris, monumentis autographis ante annos admodum centum & ampliùs triginta; & Hippolyti Guarinonii, nobilis medici calamo excerpſi & Latio donavi. *Adeo ut Acta Sanctæ Latinè prodierint anno* 1627, *annis omnino novemdecim, antequam primus collector Guarinonius ea Germanicè divulgârit anno* 1646. *Imò, quod obſervatu dignum eſt, etiam triennio antè, anno ſcilicet* 1643, *comparuêre in Belgio noſtro curâ & labore R. D. Gabriëlis Jakemin, presbyteri, canonici eccleſiæ collegiatæ S. Petri Caſleti in Flandria Occidentali, qui ea ex Radero Flandrico idiomate donata, ſub hoc titulo:* Mirabilis Vita S. Notburgæ virginis, *inſeruit libello, quem* Solatium piè famulantium *inſcripſit, cu-*

AUCTORE J. P.

cujusque apographum, prelo eleganti excusum Brugis in Flandria, servamus in bibliotheca majori domûs nostræ.

& ipse tandem Guarinonius Germanicè vulgatam anno 1646.

29 *Denique Guarinonius ipse, haud dubiè perspiciens, se neque per Latinam Raderi editionem, neque per Jakemini Flandro-Belgicam (si tamen hanc viderit unquam) intentum finem esse consecutum, quippe qui Vitam Germanicè meditatus fuerat, ut ab indigenis omnibus ac vicinis populis perlegi posset, laborem resumpsit, & Raderum imitatus ex fusioribus suis Historicis monumentis Acta Sancta præcipua contraxit, ac patrio idiomate in lucem edidit anno 1646. Verùm etiam hic libellus Germanicus, sive quòd pauciora exemplaria excusa fuerint, seu quòd continuæ lectionis usu detrita deperierint penè omnia, adeo rarus est hodiedum, ut affirmet Roschmannus, se, licèt multoties quæsiverit & ultra viginti bibliothecas excussserit, non nisi unum exemplar, titulo destitutum, invenire potuisse, in quod*, bono quodam genio ductus, *inciderit apud nobilem matronam de Kleblsperg, ex nobili admodùm Krippiorum domo progenitam.*

B

Hanc à Roschmanno Latinè redditam

30 *Vitam istam Germanicam laudatus laborum nostrorum officiosissimus adjutor jam Latinam fecerat, & uberioribus annotationibus instruxerat, quando* prodiêre tandem, *inquit ipse*, fragmenta hujus Historiæ Notburgicæ, à Guarinonio conscriptæ, uberis omnino, sed, nescio quo facto, mutilæ in pluribus, atque à muribus arrosæ. Dum enim anno MDCCXLV bibliothecam publicam adornare decrevisset Augustissima Domina nostra Maria Theresia, atque libros suos ex arce Ameracensi & aulica hujate clementissimè indulsisset, hoc exemplo incitati illustres complures magnis beneficiis illam (*bibliothecam Oenipontanam*) affecerunt; atque inter hos illustrissimus dominus Carolus comes de Welsperg in Primör & Langenstain hæreditarius prov. Tyrol. stabuli ac culinæ præfectus, S. C. M. à cubiculis & consiliis &c., quatuor ingentes tomos autographorum venerabilis Guarinonii bibliothecæ dono dedit; horum quartus anecdota continet, & fragmenta Actorum de B. Notburga nostra.

cum aliquot fragmentis fusioris Vitæ hic damus,

C

31 *Ex septem dicti Operis Ms. partibus sola fortasse illæsa est septima; certò desiderantur priores tres integræ, quartæ desunt capita tria, & sextæ sex priora. Hæsi aliquamdiu dubius, an consultum esset illis hîc locum concedere; ut concederem impellebant me rationes sequentes: prima erat, quia advertebam, id in votis esse eruditis Tyrolensibus atque in primis clarissimo Roschmanno, qui ea, ut thesaurum feliciter repertum, descripta, Latinè reddita, & annotationibus suis elucidata huc destinavit; secunda, quia ex iisdem plenius edocendus erat lector, quæ de illorum auctore & hujus scribendi ratione prælibavi hoc & præcedente §: tertia autem, quia in his nonnulla continentur, quæ brevitatis causâ in altera Historia fuerunt prætermissa. Verumtamen cùm Opus adeo confusum, majori parte mutilum ac multis relationibus, huc minimè pertinentibus, refertum perspicerem, etiam lectorum tædio consulendum censui. Quapropter ut utrisque quadamtenus fiat satis, dicta fragmenta breviori Vitæ subjiciam, sumpto exordio à cap. 7 partis 6; quia hinc narratio incipit utcumque esse ordinata; reliquis utar in Annotatis ad eamdem breviorem Vitam, sicubi majore elucidatione egeat.*

collatam cum Radero, & illustratam annotatis.

32 *Raderi autem elegantissimæ Lucubrationi supersedebo, tum quòd Bavaria ejus sancta satis vulgata sit & obvia, ut curioso lectori facilis ad eam pateat aditus; tum quòd parùm admodum differat quoad substantiam rerum narratarum à jam dicta breviori Vita Guarinonii, præter cujus, & Gezneri Mss., nulla videtur consuluisse Raderus. Sicubi tamen notabile discrimen occurrat, monebo lectorem; sed neque negligam doctas observationes, quas Radero adjecit clarissimus Roschmannus, cùm tales sint, ut rebus à Guarinonio narratis aliisque in hoc Commentario discutiendis plurimùm lucis afferre queant.* D

Iis omnibus præmittimus Vitam sub idem tempus

33 *Post Guarinonium & Raderum in serie biographorum locum postulat R. D. Mathias Platner Brixinensis, ecclesiæ* S. Notburgæ *Ebenensis curatus, qui circa eadem tempora Vitam Sanctæ, in una tabella æri incisam, exhibuit distinctis icunculis & illustrissimo ac reverendissimo domino Joanni episcopo Brixinensi, S. R. J. principi dedicatam voluit. Porrò ex dedicationis titulo tabellæ ætatem eruit Roschmannus verbis sequentibus:* Rexit autem hic episcopus Joannes Plazgumer... ecclesiam Brixinensem, ut catalogi bini Mss., qui mihi ad manum sunt (*ac tertius, qui insertus est tomo* VIII *Spicilegii Germanici*) edocent, ab anno MDCXLI ad MDCXLVII, à doctrina, moribus, vigilantia, ac zelo omnium ore commendatus. Ante annos igitur circitèr centum hæc series rerum, quæ divam Notburgam attinent, æri incisa fuit. *Proinde ejus auctor, ut mox innuebam Guarinonio ac Radero æqualis erat.* E

æri incisam.

34 *Tabellæ exemplar, curante eodem Roschmanno, illinc accepimus, dignumque reputavimus, quod hîc denno in æs incisum ac recusum Actis præfigatur, tum quòd his ætate vix cedat, tum quòd sub unum quasi aspectum proponat, quæ ibidem ad longum referuntur, imò etiam aliqua, quæ in Actis brevioribus prætermissa fortasse sunt, atque ex longioribus Guarinoniana Historiæ fragmentis, modò deperditis, accepta. Eorum præcipua sunt, quæ repræsentantur in icunculis* 1, 2, 3 *&* 18. *Ceterùm in novo tabellæ ectypo servare jussus est scalptor eamdem antiquioris formam & eumdem icuncularum ordinem ac situm: sed inscriptiones, quæ singulis, præterquam mediæ, Germanico idiomate subjungebantur, Latinè dedimus, prout clarissimus Roschmannus eas interpretatus est in sæpe dictis Notitiis suis.*

Reliquorum biographorum F

35 *Supersunt auctores tres, qui gesta* S. Notburgæ *prelo commiserunt: eorum primus est P. Georgius Seysers Societatis nostræ sacerdos, sed cujus Lucubratio neque ad manus nostras pervenit, neque, ut perveniret, laboravimus ob rationes per Roschmannum in Notitiis allegatas, atque sic ejusdem verbis in compendium contractas:* R. P. Georgius Seysers S. J. edidit (*Germanicè*) complurium Tyrolensium Sanctorum vivendi synopsin, stylo brevi, libello tenui, Oeniponti MDCLXI publicatam, atque sereniſſimo Sigismundo Francisco archiduci Austriæ dedicatam, qui cùm sua ex Gozenio & Guarinonio (quem auctor hîc Oeniponti degens tamquam Halensis collegii medicum, viventemque utique de facie noverit) sese contraxisse asserat, adjeci ex his suo loco, quæ singularia videbantur, quod notâsse sufficiat. *Vide inferiùs Annotata ad cap.* 1 *Vitæ lit. f.*

notitia

36 *Alter, cui nomen Silvestro à Plan, scriptor Germanus quoque est, sed cujus conditionis aut ætatis vir, incompertum. Quandoquidem in ejus notitiam devenerimus dumtaxat ex auctore Italo anonymo, qui inter prædictos tertius nobis est, quique in epistola ad lectorem ita prælusit:* Vitam S. Notburgæ virginis Tyrolensis per Silvestrum à Plan Germanicè exaratam, & Italicè

A licè redditam, typis commendamus &c. *Verùm hæc Italica interpretatio, quam pervolvi, & de qua, propter ſubnexa illi miracula ſeu beneficia quædam, opitulante* S. Notburga, *divinitus obtenta, uberior ſermo inſtituetur parte 2 Gloriæ poſthumæ § 1 & 2; hæc, inquam, Italica interpretatio talis eſt, ut non dubitârim, quin & Germanus auctor vel Guarinonium vel Raderum præ oculis habuerit, atque idcirco in ipſum aut ipſius librum ulteriùs indagare, operæ pretium non judicârim.*

§ III. De loco natali & emortuali S. Notburgæ.

Ex affinitate nominum Rattenberg

Priuſquam Acta excudamus, diſcutienda ſunt nonnulla, quæ ampliorem expoſitionem requirunt, quàm ut commodè inſeri poſſint Annotatis noſtris. Primò ſe offert difficultas quoad locum Sanctæ natalem & emortualem, inde orta, quòd hiſtorici plerique & geographi bina loca confuderint & locorum dominos. Notandum eſt igitur, quòd ætate S. Notburgæ, *civitas eſſet in illis partibus & arx, quarum nomina haud multùm diſcrepabant. Civitati nomen erat* Rattenberg *ſeu* Radenberg *compoſitum ex voce Germanica* Rad *Latinè* Rota *&* Berg, Mons; *ſignificationi congruunt civitatis inſignia, teſte Roſchmanno, rotam monti impoſitam repræſentantia. Exſtat etiam hodie cum munimento non ignobili, ad Oenum flumen inter Suazium & Kueffſtainium civitates, pertinuitque olim ad Bavariam, nunc Tyrolenſi comitatui adnexa eſt.*

& Rottenburg

38 *Tribus hinc horis Suazium verſus, diſtabat arx, dicta* Rottenburg, *conflato nomine ex Germanico* Rot, Rubrum, *&* Burg, Caſtrum *ſeu* Arx. Hæc autem in Tyrolenſium principum, *verba ſunt Roſchmanni*, territorio ſemper fuit, nec ullo umquam tempore ad Boicam pertinuit. *Ejuſdem dynaſtæ in omnibus diplomatibus, qualia ſe vidiſſe plurima teſtatur idem Roſchmannus*, domini de Rottenburg *tantùm audiunt, nequaquam* de Rattenberg, *& denominationi conſonant eorumdem inſignia gentilitia, referentia in clypeo candido caſtrum coloris rubri. Nunc audiamus, quid de loco natali* S. Notburgæ *prodant ſcriptores antiqui & neoterici. De eo ſilent tabella Ebenenſis recitata num.* 5, *Franciſcus Geznerus & Marcus Sittius ſuprà laudati. Parentibus probis &* civibus *natam, ait Guarinonius; at civitatis nomen ſubticet, ſaltem in libello impreſſo: quid in fuſiore Vita tradiderit, ignoramus; cùm pars ejus prior deperierit.*

orta eſt confuſio & error de loco natali.

39 *Raderus in Bavaria ſancta ad Vitam Sanctæ præfatur in hunc modum:* Cùm B. Notburga Rottenburgica, modeſta Chriſti ancilla & virgo, centum & nonaginta annis, eoque ampliùs Rotenburgi antè vixerit, quàm Rotenburgum, Kopfſteinium & Kizpuhel è Bavarica ditione eximerentur, aut Tiroli accenſerentur, quod poſt annum demum MDIV à Maximiliano I Auguſto eſt factum, jure ſuo B. Notburga in cenſum Bavariæ ſanctæ relata eſt; cùm illa tempeſtate, quâ inter mortales fuit, in ſolo Bavarico nata & denata ſit. *Ita ille; qui mox de nativitatis loco idem repetens*, Notburga, *inquit*, Rotenburgi id temporis in Boica, nunc Teriolis, nata. *Brunnerus part. 3 Annalium Boicorum lib. 5 ſic ſcribit:* Nata (S. Notburga) Ratenburgi, Boica olim urbe, nunc Tirolenſibus addita, operam dyna-

ſtis, quibus ab urbe nomen, addixit. *Brunnerum ſecutus eſt Boicarum rerum annaliſta alter Joannes Adlzreitter part. 1 cap. 25. Martinus Zeillerus in Topographia Tyrolis, edita per Matthæum Merianum, pag.* 148 *de civitate Rattenbergica, quam etiam communiter* Rotenburgum *appellari ſignificat, in rem noſtram adjicit ſequentia è Germanico Latinè expoſita:* ubi nata eſt ſancta virgo Notburgis. *Hinc abundè liquet, ſatis conveniſſe inter auctores de ipſo loco nativitatis, quantumvis diverſo modo eum expreſſerint & erraverint in* | *aliis, omneſque, dum Virginem noſtram Rottenburgi vel Ratenburgi mundo editam ſcripſerunt, reſpexiſſe non ad arcem Rottenburgicam, ſed ad civitatem Rattenbergam.* AUCTORE J. P.

40 *Et verè Rattenbergæ natam eſſe, confirmat Roſchmannus ex traditione ac teſtimoniis ibidem acceptis. En tibi ipſius verba:* Acceſſi locum ipſum anno MDCCXXXVIII, quid rei ſubſit indagaturus: confirmabant verò idem ſuperiores, præcipuè eccleſiaſtici, fide ſacerdotali, manu propria, ac ſigillis ſuis; & quidem bini ex magiſtratu civico etiam. Seculares autem ſeniores aliquot jurejurando, ſe à parentibus ſuis maximè ſenibus id accepiſſe, teſtati ſunt: nempe fuiſſe natam ex parentibus civicis in domo Stettneriana angulari ad forum publicum, patre pileorum artifice. Imò conſonam quoque populi vocem hanc eſſe uterque Magiſtratus affirmare non dubitaverat. Domus quoque iſthæc mihi oſtenſa eſt, quæ tantis natalibus nobilitata: & conſul urbis, ejus poſſeſſor, profundè ſitam ob frequentes Oeni alluviones aſſeruit, dumque anno MDCCXXXI illam ornari curâſſet, deprehendiſſe veſtigia antiquæ officinæ, ad fabricandos pileos requiſitæ. *Ita vir clariſſimus, qui dein inter inſtrumenta Notitiis ſuis ſubjuncta num.* 8 *ſequens teſtimonium producit, à tribus ſacerdotibus ſubſcriptum, & eorum in ora marginali ſigillis munitum.* *Proferuntur variorum,*

41 Ad requiſitionem domini Roſchmanni, notarii Apoſtolici in cauſa tranſlationis D. Notburgæ deputati, atteſtamur nos infraſcripti ſub fide ſacerdotali, eò quòd vox populi vox Dei, quî vigore traditionum, ab omni tempore per ſenes habitarum (licèt propter magnam antiquitatem nullæ probationes ex libris baptiſmalibus & mortuorum, quales nullos ultra ducentos annos poſſidemus, adſint) Filia pileorum artifice in ædibus Stettnerianis Rattenbergæ nata fuerit. Datum in parochia Reit, Kundl, & Rattenberg. Magiſter Joannes Georgius Schmid ætatis quinquaginta annorum, & ſexennis loci parochus, nec non plus xx annis in his canoniis expoſitus curatus, atteſtor, ut ſuprà. Ego Joannes Paulus Reichartinger, natus Oenipontanus, XXV annis vicarius parochialis in Kundl, & antecedenter VI annis vicarius in Rattenberg, ætatis LXIX annorum, teſtor ut ſuprà. Ego Joannes Baptiſta Waldherr, ætatis XXXXIII annorum, ultra ſex annos loci vicarius, nec non ante XVI annos cooperator hîc, ſimiliter atteſtor. *Accipe & aliorum, ſuprà à Roſchmanno memoratorum, teſtimonia.* *tum eccleſiaſticorum,*

42 Actum Rattenbergæ XVII Septembris MDCCXXXVIII. Coram prænobili ac clariſſimo domino Antonio Roſchmanno, Juris utriuſque licentiato, S. C. ac R. C. M. ſuperioris Auſtriæ univerſitatis ſecretario, tamquam in cauſa S. Notburgæ notario Apoſtolico & actuario &c. Aſſeſſoribus & teſtibus requiſitis illuſtri domino Chriſtophoro Frölich de Frölichſpurg, provinciali Tyrolenſi S. C. ac R. M. Telonii, cambii ac urba- *tum ſeculariium*

AUCTORE J. P.

rii judicis; ac prænobili ac excell. domino Andrea Micheler, medicinæ doctore ac physico Rattenbergensi : Actuante Josepho Angerer senatus ibidem civici dicographo; requisitus juratus comparet dominus Simon Stettner, Rattenbergæ nunc consul regens, & producit diploma originale insignium Ferdinandi I Romanorum regis, datum Oeniponti VII Octobris MDLV, & litteras emptionis ædium suarum, datas XXV Februarii MDCXLIII cum alia scriptura fide digna, quòd Stettneri consules fuerint ab anno MDXXIX usque MDLIII; & deponit ulteriùs, se bene recordari, quòd circa annum MDCXCIII aut MDCXCIV, pater ipsius Wolfgangus Stettner sibi deponenti tamquam parvulo narraverit, quòd in ædibus suis ex fama publica universali nata S. Notburga fuerit ex patre pileorum confectore. Id ipsum repetiisse sæpiùs patrem suum circa annum MDCCX, quo deponens contraxit matrimonium, quódque ipsemet frequenter hoc audierit: addidit ulteriùs hic testis, invenisse se etiam vestigia officinæ pileatoriæ, cùm domum hanc suam anno MDCCXXXI restaurari & exornari curâsset; fundamenta etiam profunda omnino, quæ tamen allambens Oenus allatâ arenâ oppleverit, ex quo deduci possit, ædes perantiquas esse. Relecta confirmavit & se subscripsit

B

(L. S.) Simon Stettner.

virorum

43 Requisitus juratus dominus Joannes Georgius Saltzburger, civis ab anno MDCCI, nunc consilii interioris civici & ex-dicographus ætatis LXVIII, quòd statim post adventum suum in variis occasionibus, ac præcipuè à domino patre moderni domini consulis, Wolfgango Stettner inaudierit, quòd S. Notburga in ædibus Stettnerianis nata & pileatoris filia fuerit. Interrogatus, cùm dicographus fuerit, an nihil in scriptis invenerit, respondit, se antiquiora prothocolla quàm ab anno MCCCC non invenisse; cùm autem sciat, locum longè antiquiorem esse, hæc periisse credi posse asseruit. Relecta confirmavit & se subscripsit.

(L. S.) Joannes Georgius Saltzburger.

testimonia,
C

44 Requisitus & juratus Christophorus Lenderer, civis & in stanno fundendo artifex Rattenbergæ, deponit, quòd à patre LXXV annos, & à matre XCII annos natis, sæpiùs narrari audierit, quòd S. Notburga, civis ac pileatoris filia, & in domo Stettneriana progenita fuerit : idem se audiisse, addidit ab ædituo vicariatus hujus, LXXX annorum viro & in his rebus admodum perito, nato Rattenbergensi, aliisque viris tum ecclesiasticis tum sæcularibus per omnem vitam. Quapropter & deponens, cum cive alio Kellenberg, singulari affectus fuerit lætitia, dum præsentes anno MDCCXVIII fuissent elevationi sacri corporis, eò quòd Civis Rattenbergica fuerit, quam sæpiùs processione quoque supplici ex civitate hac publica (Ernützgang) deducta in locum Eben venerati fuissent. Relecta confirmavit &c.

(L. S.) Christoph. Lenderer.

juramento confirmata, unde colligitur,

45 N. B. Domini assessores manu propria hæc adjecerunt: Quòd personæ prius nominatæ, cives nempe nostri, in nostra quoque præsentia juramentum deposuerint, bonæ famæ ac rerum periti sint, præsentibus requisiti testamur. Actum ut suprà.

D

(L. S.) Joannes Christophorus Frölich de Frölichspurch, urbarii judex, & præpositus ad vectigal principis primarium in Rattenberg.

(L. S.) Andreas Micheler, philosophiæ & medicinæ doctor, civitatis & districtus judicialis physicus ibidem.

Concordat cum prothocollo autographo, atque sigillis suis ritè munito, de verbo ad verbum. Ita testor facta collatione

Antonius Roschmannus, qui suprà.

natam esse in civitate Rattenbergica.

46 *Constat itaque, quantùm in tanta veterum documentorum penuria constare potest, natam esse Sanctam in civitate Rattenbergica, quæ civitas, verisimiliter post destructum castrum Rottenburgicum, paulatim corrupto nomine compellari cœpit* Rattenburg, Rottenberg *&* Rottenburg. *Corrupto, inquam, nomine, nam si loci insignia num.* 37 *exposita, veram nominis etymologiam adumbrent, de quo mihi dubium non est, vocari debuit* Rattenberg; *quomodo etiam vocatur in jam recitato instrumento. Ista nominis corruptio confusionem peperit apud auctores, & primò tantam apud Raderum nostrum, ut nequaquam assequar, quid sibi voluerit, dum ex eo, quod Rottenburgum, uti ipse scribit, Kopfsteinium & Kizpuhel è Bavarica ditione adjuncta fuerint Tyrolensi comitatui sub annum dumtaxat* 1504 *concludit, quòd Sancta in solo Bavarico* nata & denata sit.

E

Mortua est in arce Rottenburgica.

47 *Nam per* Rottenburgum *certè intelligere debuit civitatem Rattenbergicam, cùm subdat,* id temporis in Boica *fuisse,* nunc Teriolis; *atque sic tantùm sequitur natam esse in Bavaria seu Boica; non item in eadem denatam esse. Neque enim Rattenbergæ, ubi nata est, etiam denata est; sed in arce Rottenburgica, prout ipsemet post Geznerum, Marcum Sittium & Guarinonium tradit in Vita: sed arcem Rottenburgicam semper ad Tyrolim pertinuisse, contendit Roschmannus, nec putem facilè ostensum iri contrarium. Hoc sanè nemo inficiabitur, dynastas Rottenburgicos, apud quos famulata ac defuncta est* S. Notburga, *nobilibus Tyrolensibus adnumeratos fuisse, inter illustrissimos ejusdem provinciæ proceres locum obtinuisse, & curiæ magisterio seu præfecturâ fuisse insignitos. Hoc etenim Guarinonius, Raderus ipse, Burgklehnerus aliique rerum Tyrolensium & illustrissimæ Rottenburgicæ familiæ scriptores, à Roschmanno citati, unanimi consensu testantur : imò hoc manifestum faciunt varia diplomata autographa ab eodem allegata, & quantum huc spectant, recitata. Unius dumtaxat brevitatis gratiâ textum huc transcribo. Otto comes Tyrolis & Carinthiæ dux in diplomate anni* 1303 *Halensi oppido jus civitatis concedens, inter testes sic appellat Henricum Sancta nostræ herum & hujus fratrem aut cognatum :* Fidelis noster Henricus de Rottenburg, magister nostræ curiæ, & Sigfridus de Rottenburg, judex in Hallis.

F

Corrigendi, qui secus scripserunt.

48 *Brunnerus num.* 39 *laudatus locum Sanctæ emortualem non prodit apertè; attamen ita scribit, ut suspiceris, putâsse ipsum, quòd in ipsa urbe Rattenberg famulata sit ac demortua, quoniam dicit, eam famulatam esse* dynastis, quibus

ILLVS TRISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DOMINO IOANNI DEI GRAT: EPISCOPO BRIXINENSI. S: R: I: PRINCIPI DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.



1. Labores suos omnes inter preces peragit.
2. Bono exemplo prælucet, mala verba et mores corrigit.
3. Dum fila trahuntur, accendit corda versus Deum.
4. Egenos ciborum reliquiis pascit, ac pietatem docet.
5. S. Hera Ottilia ciborum reliquias suibus dari præcipit.
6. Herus schidia pro cibis videt, lixivium pro vino degustat.
7. S. Notburgam dimittit Ottilia; oritur magnum infortunium.
8. Mox ægrotat et moritur domina Ottilia.
Insignia episcopi principis Brixinensis.
S. Nottpurga Virgo Tyrolensis ad Oenum diœcesis Brixinensis, charitate in Deum et pauperes, miraculisque clara. Vixit sub imp. Rudolpho primo Insim. cli. Matthias Platner Brix. indig. cur. ad hanc B. V. Nottpurgam DD.
Insignia dynastæ Rottenburgici.
9. Apparens Ottilia inter porcos tumultuatur et exorcizatur.
10. S. Notburga discedit ex arce per Yenbach in Eben.
11. Pecoribus servit, et festorum vigilias sibi paciscitur.
12. Vigilias transigit in Sacello S. Ruperti, ubi Sepulta est.
13. Rustico pactum non servante falcem in aëre suspendit.
14. Arx in pœnam Spoliatur, fratres dissident.
15. Henricus iterum conducit Notburgam novæ conjugi.
16. S. Notburga pacem inter fratres Rottenburgicos componit.
17. Domini sui liberos orare docet et Deum timere.
18. Pascit ac Solatur captivos et ad Deum convertit.
19. Herus Stipem annuam pro suo pauperibus fundat.
20. Obit S. Notburga in arce A° 1313 Cubiculum ejus fit Sacellum.
21. Per duos boves, ut rogârat, ad Sepulturam trahitur.
22. Orno se aperiente funus Siccum ducitur in Eben.
23. In Sacello S. Ruperti, nunc templo S. Notburgæ, Sepelitur.
24. Arx Rottenburg bis flammis consumpta, excepto Sanctæ cubiculo

A bus ab urbe nomen ; *in quo certò corrigendus : ab arce Rottenburg illis nomen erat, non ab urbe Rattenberg, ut & ex antè dictis colligitur. Corrigendus similiter Adlzreitterus, ubi Henricum Sanctæ herum vocat* Ratenburgium. *Illis item jungendus Martinus Zeillerus in Tractatu de decem circulis imperii Romano-Germanici, edito Ulmæ ad annum 1660, dum pag. 67 sic habet Germanicè :* Est & Rottenburgum in Tyroli, quod ad Bavariam pertinuit, priusquam ad annum MDIV Maximilianus I imperator illud unà cum Kopfsteinio & Kizpuhel Tyroli adjunxit : & hîc coqua fuit S. Notburga, quæ de egenis optimè meruit, & vivere desiit anno MCCCXIII. *Nam præter ea, quæ ad Raderum observavimus, anno 1660 ex arce Rottenburgica non nisi rudera supererant; igitur de civitate Rattenbergica illi auctori sermo est, ubi nec coqua fuisse legitur* S. Notburga, *nec certè vivere desiit.*

V I T A

B

Auctore Hippolyto Guarinonio Germanicè impressa anno MDCXLVI, & Latinè reddita,

Interprete clariss. viro Antonio Roschmanno, in alma universitate Oenipontana J. V. Licentiato &c.

P R Æ F A T I O.

C

Majorum incuriam deplorans

a

QUamquam ab eo, quo diva hæc Virgo ad superos transiit tempore (sub Rudolpho quippe primo imperatore Austriaco *a* vixisse fertur) ejus memoria semper celebris, cultus ac peregrè adventantium numerus ob concessa ad ejus tumulum divinitus, ipsa intercedente, beneficia in annos usque frequentior fuerit ; temporum tamen illorum ruditas atque tepor nullum, quod ritè fidem faceret, monumentum, litteris consignatum (si exiguam detritamque tabellam pleraque, dum viveret, notatu digna, ætatem nempe, locum, herum, ac famulatum ejus, complexam *b* excipiamus) nobis hactenus indulserat, usque dum annus verteretur à reparata Salute post millesimum sexcentesimum decimus nonus.

b

auctor, quomodo ad scribendum

c

2 Hoc enim currente, ductu haud dubiè providi Numinis, contigit, ut vir *c* quidam Halæ ad Oenum in servitiis sereniss imarum olim archiducum Mariæ Christiernæ, & Eleonoræ Ferdinandi II imperatoris sororum P. M., regio ibidem parthenoni adscriptarum constitutus, fortè fortuna apud insignem avitæ prosapiæ virum dominum Joannem Jacobum Krippium &c. piè defunctum, in librum inciderit pervetustum, fumosas Tyrolensium provincialium ceras, titulos & insignia pingentem, quem auctor genere, doctrinâ & laureâ philosophiæ nobilis Franciscus de Gozens *d* (cujus uti & majorum suorum nominibus inscriptam elegantemque fornicem sepulchralem Halensis ad S. Nicolaum parochia adhucdum servat) ante annos centum & quinquaginta octo conscripserat. In hoc, cùm suus quoque enarrandæ illustrissimæ Rottenburgicorum familiæ locus fuisset, mentio etiam brevis, quæ tamen omnem fidem faceret, de eadem sancta gentis hujus nobilissimæ Oeconoma commodùm injecta, atque sic, paucis licèt, ejus servata est memoria. A. HIPPOLYTO GUARINONIO. *d*

inductus fuerit

3 Idem igitur, quem diximus, officialis, piè etiam à prædictis sereniss imis archiducibus animatus, insuperque singulari favore reverendiss imi quondam, atque litteratiss imi viri DD. Hieronymi Ottonis, tunc temporis celsiss imi principis ac episcopi Brixinensis vicarii generalis, ac dein in ipso episcopatu successoris clementiss imi P. M., ac singulari auxilio suffultus non sine intimo pectoris sensu, alacri animo & omni studio in id per triennium circitèr incubuit, ut Acta divæ Virginis, quantùm liceret, integra colligeret, redderetque, idque omne partim ope autographorum, quæ in tabulario celebris asceterii San-Georgiani *e* (inter cujus religiosos Ordinis S. Benedicti viros & dynastas Rottenburgenses arcta intercesserat familiaritas) accurante domino Christophoro, postea reverendiss imo præsule, reperta, fideique ejusdem hagiographi Halam usque concredita sunt. E

e

& quibus adjutus instrumentis

4 Accessêre his etiam alia, eosdem satrapas spectantia, instrumenta : uti & illa omnia, quæ ex voluntate ac desiderio Sereniss imarum prænobilis ac excellentiss imus dominus Mathias Burgklehnerus, excels. regiminis superioris Austriæ vice cancellarius, insignis historicus ex tabulario Archiducum Oenipontano indefessa contentione eruderavit, & in ordinem redacta his principibus XIV Id. Octobris MDCXIX transmisit : stemma nimirum & conjuges Rottenburgicorum ab anno MCCXIX usque ad ultimum familiæ surculum Henricum *f*, cui bina conjux, Agnes utraque & comes, prima Kirchbergia, altera Wertenbergica fuerat, cuique ob perduellionis crimen mulcta annuorum reddituum XX aureorum millium à Friderico Austriæ duce dicta fuerat *g*.

f

F

g

exprom.

5 His igitur instructus subsidiis distinctam rerum ac temporum notitiam auctor (qui se devotis legentium precibus impensè commendat) se consecutum ratus, ut piis clientum ac peregrinantium desideriis consuleret, comperta hæc singula pluribus executus est anno MDCXLVI *h*.

h

A N N O T A T A.

a *Glorios iss imus imperator iste, cujus encomia heroicis virtutibus pleniss ima, apud scriptores plurimos obvia sunt, obiit anno* 1291.

b *Verba ista in Annotatis suis sic excipit Roschmannus :* Antiquiorem igitur meâ (quæ, utpote anno MDCXV descripta, illi utique recens esse debuisset) vidit Guarinonius ; imò ut videtur fusiorem : ætatem enim, locum, herum in mea desidero. Utinam Guarinonius hanc tabulam descripsisset!

c *Seipsum designat auctor Guarinonius, de quo ac pleris que hîc subjunctis fusè egimus in Commentario prævio.*

d *Adi Comment. prævium num.* 16 *& seqq.*

e *Monasterium hoc milliari circitèr distat à ca-*

A. Hippolyto Guarinonio.

stro Rottenburgico, ac multa, *inquit Roschmannus*, Rottenburgicorum diplomata servat, quæ vidi autographa omnia, & ex singulari prorsus favore, atque in Divam hanc devotione reverendissimi domini domini præsulis Lamberti descripta accepi, contulique cum originalibus ibidem asservatis ac magnâ curâ meritò custoditis.

f *Veneno sublatus is est anno* 1411, *si rectè notavit Vitus Arenpeckius scriptor Bavarus, qui eodem seculo floruit & chronicum Austriacum, nuper typis mandatum ab Hieronymo Pez tom.* 1 *de Scriptoribus rerum Austriacarum, concinnavit, uti patet ex verbis, quæ ibidem leguntur col.* 1262. *Vide sequentem annotationem.*

g *Historiam hanc à brevitate sua subobscuram fusè enarrat laudatus Arenpeckius col.* 1275 *& seqq.* His igitur temporibus, *inquit*, degebat ille fortis athleta & baro provinciæ Athesinæ præpotens Hainricus, Hainrici de Ratenberg filius, qui alio nomine communiter dicebatur capitaneus de Chaltaren ac magister curiæ, XXIV castra bona cum dominiis eorum habens infra limites ejusdem comitatus, varioſque census & redditus pro ipsis annuatim, cum aliis bonis ad ea
B pertinentibus, proventuum xx millium ducatorum singulis annis. *Pergit dein pluribus exponere, perduellionis occasionem ac modum; & quomodo tandem à principe suo Frederico, Austriæ duce ac Tyrolis comite, bello victus & captus obtinuerit, ut duello decertaret contra omnes ac singulos, qui ejusdem perduellionis accusati, labem omnem in ipsum unum conjecerant. Verùm cùm horum primum ac pugnacissimum superâsset Henricus, reliqui ejus fortitudinem veriti, clàm ipsi venenum propinandum curârunt, ex quo post parvum temporis spatium defunctus est.* Mortuo autem Hainrico, *verba auctoris sunt*, dux Fridericus mox omnia castra, dominia, ac bona sua relicta sibi usurpavit, eaque in possessionem recepit absque lite & magno impedimento, tum quia in comitatu ducis omnia sita erant, tum quia Hainricus hæredes & cognatos nullos habuit. Acta hæc sunt anno Domini MCCCCXI.

h *Consule, quæ super hoc anno observavimus in Commentario prævio num.* 19.

CAPUT I.

C

Sanctæ famulitium apud dynastas Rottenburgicos; liberalitas ejus in pauperes prodigio & morte heræ durioris comprobata.

Apud illustres Rottenburgicos

a

INter illustres Tyrolensium familias circa annum millesimum ducentesimum octuagesimum stirps Rottenburgica nulli facilè secundas cesserat. Henricus *a* quippe ejusdem gentis dynasta summa inter provinciales authoritate aulæ præfecti munere apud principem Meinhardum, Tyrolis comitem & Carinthiæ ducem, fungebatur. Locus huic natalis, sedes, & familiæ titulus constructa à majoribus suis arx Rottenburgica fuerat; præter quam illi etiam Rettenbergica, Fridbergica *b*, Matrejensis *c* & complures aliæ dynastiæ hereditate obvenerant; imò ultimus hujus prosapiæ viginti quatuor dynastiarum dominus, Frederici Austriæ ducis ævo, jure audierat *d*.

b

c

D

d

7 Illustri viro illi Henrico famula erat parentibus probis & civibus *e* circa annum salutis millesimum ducentesimum sexagesimum quintum *f* nata, Notburga nomine, quæ anno dein octuagesimo tertio *g* à Gutta *h* conjuge ad rem culinariam cibariamque seu Oeconomicam curandam conducta, animo in miseros prono, citra facultatum tamen heri sui dispendium; imò nec invitis ipsis conjugibus, mensæ reliquias pauperibus, ad arcis fores à prandio accurrentibus, alacriter elargiens, salutaribus unà monitis etiam animos pascebat.

famulatur Sancta anno 1383.

e f g h

8 Commorabatur autem in hac arce patri etiam filius *i*, matrimonio junctus Ottiliæ *k* avaræ in paucis feminæ, miniméque probanti, dapum micas indigis cedere; soceri tamen & socrûs authoritatem reverita, dum illi vixêre, conticuit. His tamen post sexennium elatis *l*, sicque rebus administrandis jam ipsa admota, omne interdixit egentibus subsidium, ac quidquid cibi residuum saginandis porcis impendere jussit Oeconomam. Hæc verò genium suum defraudans, cibos sibi detractos & ratam vini portionem mendicis porrigit, diebus Veneris præcipuè singulis pane tantùm & aquâ refocillata.

Ejus in pauperes liberalitas,

i k

l

E

9 Hoc tamen Famulæ jejunium stomachum movit heræ, atque eapropter reduci semel ex aula marito (nam patri apud principem in dignitate successerat, ac regiam de more sæpiùs frequentabat) querelas ingeminat, Notburgam liberalitate sua infimis hominibus, ac erronibus ansam dare, quâ facili negotio castrum absentis domini calamitosus turbo posset convellere; quapropter hujus rei periculum facere ipse herus secum constituit.

quam damnat hera avarior,

10 Neque defuit paulò pòst Henrico occasio; equiti enim ex aula principis cum famulitio redeunti Notburga fit obviàm *m*, viam petens regiam, cibis & potu suo miſellos arce exclusos recreatura. Compellata igitur ab hero, quid ferret, illa dominæ interdictum à morte parentum, utpote, qui in afflictos animi fuissent admodùm propensi, Henrico repetens, destinatam sibi escæ ac vini portionem pauperibus se elargiri, palàm profitebatur; præcinctorium simul explicans, carnium ac panis frustula exhibet *n*.

divinitus

m

n

11 Sed glaucoma homini cælum obduxit, ramenta lignea, ciborum loco lignei ac sicci pectoris indices adumbrans. Tum vinum deguſtanti, acetum *o* immisit. Ludos igitur se fieri ratus Rottenburgius, dissimulatâ silentio injuriâ, ad uxorem properat, hanc rei gestæ seriem pluribus edocturus. Notburga interim omnium ignara, reculis suis cibariis vinariisque exhilarabat in via pauperculos. In castrum dein reducem impotens excipit Ottilia, severè improperans, unde devotula didicisset, ramenta pro cibis, acetum pro vino hero obtrudere. Effusis igitur exprobrationibus obrutam, conjuge haud inscio, è servitio dimittit. Ad hæc nec verbulum innocens Virgo, sed, re Superis commendata, operam suam simplici rusticello in loco Eben ad oppositas arcis Rottenburgicæ Alpes condixit *p*.

comprobatur

F

o

p

12 Nec multum interea effluxit temporis, cùm gravi morbo conflictata est Ottilia, cui illico tulit opem Notburga, nervos omnes intendens, ut animam curaret, ejusdemque fordes sacra Exomologesi elueret hera, ac æternitati se pararet, donec præmatura morte, relicto filio unico Henrico *q*, erepta fuerit. Sed en vindicem

& heræ duritiem

q

Nu-

A Numinis iram. Ad haram & porcos ſuos ſemper de noctu allata hera Ottilia, adeo grunitu & rixis ſues reliquos divexabat, ut reboans per amplam caſtri aream ſonitus, in cubicula ipſa relatus, horribili omnibus terrore ſomnum excuſſerit.

graviter punitur.

13 Cui malo medelam allaturus arcis dominus religioſum è San-Georgiano aſceterio virum advocat, qui ſpectrum ex ritu Eccleſiæ adjurans, conjugem Henrici eſſe comperit, diſtinctè profitentem, haud gravius ſe quidquam in vita peccâſſe, quàm ubi negatas ærumnoſis dapum reliquias haræ inferri juſſiſſet. Damnum igitur indigentibus illatum, ut vir reſarcire, animamque precibus adjuvare haud gravaretur, vehementer rogabat, nec miſeræ adeo maritæ conjux defuit, ut pluribus inferiùs exequar.

ANNOTATA.

a *Inter diplomata, quæ tom. 2 Genealogiæ Auguſtæ Gentis Habsburgicæ inſeruit Marquardus Hergott, unum exſtat ad annum 1268 Germanicè exaratum deſumptumque ex archivo archiducali Oenipontano ſub hoc titulo:* Rudolphus comes de Habspurg & Meinhardus comes Tyrolis ſibi invicem fidejuſſores conſtituunt. *Inter nobiles autem, qui à parte Meinhardi conſtituuntur, comparet* Heinrich von Rotenburch, *Henricus de Rottenburg. Roſchmannus in Notitiis vidiſſe ſe teſtatur autographum diploma fundationis monaſterii Stambſenſis in Tyroli de anno 1275, ubi inter teſtes comparet* Henricus de Rottenburg; *ut dubitare nequeam, quin is ipſe ſit Henricus, de quo loquitur hîc Guarinonius. Ceterùm ſub iſta tempora dynaſtas Rottenburgicos curiæ magiſtros fuiſſe, oſtenſum eſt in Commentario prævio num.* 47.

b *Notat hoc loco ſequentia Roſchmannus:* Dicamus bonâ Guarinonii veniâ, Fridbergum caſtrum, non dynaſtiam eſſe, ſitumque hoc eſt in ipſa Rettenbergenſi dynaſtia: hæc tamen arx tum ad principem pertinuit; à Meinhardo enim noſtro oppignoratum fuit anno MCCXCV eccleſiæ Tridentinæ, ut ejuſdem apographa docent; & anno MCCCVI ab Henrico rege (*Meinhardi filio, qui aliquamdiu Bohemiæ regnum tenuit*) in ſecuritatem dotis conjugis ſuæ, ut ex Burgklehnero docet Brandiſius comes part. II pag. CLXVII, primúmque, teſte hoc auctore, poſt annum MCCCLVI ad Rottenburgicos delatum eſt.

C c *Hîc denuò Roſchmannus:* De Matreienſi dynaſtia pariter hi authores (*Burgklehnerus & Brandiſius comes*) teſtantur, primùm ad principem, ad equites dein de Matray, atque ab his ad illuſtriſſimos Trautſonios non interrupta ſerie pertinuiſſe, & ad duos dumtaxat alios per intervallum veniſſe; eo tamen tempore Rottenburgici jam diu extincti erant. *Ita ille. Latet hodiedum, ipſo teſte, Gezneri Stemmatographia; Burgklehneri* Commentarius de genealogia & ſucceſſu dominorum de Rottenburg confectus interiit; *nec ad manum nobis eſt Brandiſii comitis lucubratio, ut dijudicare poſſimus, an hîc dilucidè oſtendat, dynaſtiam iſtam devolutam non eſſe ad Rottenburgicos. Certè Burgklehnerus in altero Opere, ad lit.* h *laudando, Henrico eidem conjugem attribuit ex Matreienſi familia, & Henricus de Rottenburg ejuſdem Henrici nepos in diplomate inferiùs ſæpe memorando, pro fundatione dici anniverſarii aliorumque piorum operum deſignat* primò prædium in Tyenzens in parochia Matrayenſi. Matreium, *vulgo* Matray, *ita deſcribit Baudrandus:* Caſtrum comitatûs Tirolis in Germania ad radices Alpium & juxta amnem Ultz duobus milliaribus Germanicis ab Oeniponte diſtans in Meridiem Brixinonem versùs. A. HIPPLYTO GUARINONIO.

d *Adi Annotata ad præfationem lit.* f & g. *Porrò Raderus ſilentio ſuppreſſit, quæcumque hoc numero habet Guarinonius.*

e *Rattenbergicis, prout oſtenſum eſt in Commentario prævio* § III.

f *Raderus:* ſub annum Chriſti ducenteſimum ſexageſimum ſeptimum ſupra milleſimum. *Quod mirum; cùm præ oculis habuerit Mss. fuſiora Guarinonii. Fortaſſe in numeris erravit, ut facilè contingit; fortè etiam ipſe Guarinonius, pòſt meliùs inſtructus, mutavit calculos. Sed exigui momenti diſcrimen eſt; neque ullo modo rerum geſtarum ſeriem perturbat: prout fieret, ſi audiendus hîc eſſet Seyſerus, qui, teſte Roſchmanno, Sanctæ natalem aſſignat annum 1227. Verùm is errorem ſuum ſufficienter prodit, dum ſua ex Gozenio & Guarinonio ſe contraxiſſe aſſerit. Adi Commentarium prævium num.* 35.

g *Annos igitur nata octodecim; quod diſertè expreſſit Raderus verbis mox citatis ſubdens ſequentia:* Octavo decimo pòſt anno, rerum potiente Rodolpho Auſtrii nominis primo, à Rotenburgicis id temporis florentiſſimis & nobiliſſimis provinciæ proceribus conducta, culinam, cujus peritiſſima habebatur, curare juſſa eſt. *Sed ſic incidit in annum* 1285. E

h *Eodem nomine Henrici conjugem compellat etiam Raderus. Burgklehnerus tamen, ad lit.* c *laudatus, in Opere Ms., quo quatuor vaſtis tomis res Tyrolenſes & nobiles familias* mira, *ut ſcribit Roſchmannus,* diplomatum fide *complexus eſt, aliud ipſi nomen tribuit. Verba recitat in Notitiis ſuis idem Roſchmannus ex tom.* 2, *qui cum tribus aliis aſſervatur hodie in tabulario ſanctioris conſilii Oenipontani Cæſareo-Regii, atque ſic habent:* Dominus Henricus de Rottenburg rector curiæ Tyrolenſis MCCLXXXVI. Hujus uxor Reichze Matrayerin. *Si oſtendi poſſet, ibidem tum temporis uſitatum fuiſſe, ut nomina duplicarentur in Baptiſmo, ſuſpicarer, ei nomen fuiſſe* Reichzæ Guttæ: *ſed exempla mihi non occurrerunt. Roſchmannus ſuſpicatur, binas Henrico fuiſſe conjuges; quod & ego crederem, niſi eodem præcisè tempore Henricus compareret cum* Reichze *apud Burgklehnerum, quo apud Guarinonium & Raderum cum* Gutta. *Sed quid ſi Burgklehneri* Reichze *nomen proprium non ſit? Certè vox Germanica* Reiche *divitem ſonat,* Reichſte *ditiſſimam;* Matrayerin *autem Matreienſem; adeo ut in inſtrumento Germanico Burgklehneri nihil aliud fortè indicetur, quàm quòd Henrico uxor fuerit* dives *aut* ditiſſima Matreienſis *familiæ femina.* F

i *Is ſimiliter Henricus vocabatur, atque ex bina conjuge prolem ſuſcepit; ex priore filium unicum, cui Henrici item nomen indidit; ex altera, præter duas filias, filios tres, quorum natu majorem etiam Henricum compellavit:* Hæſitque, *inquit Roſchmannus,* hoc nomen ſemper illi ex familia, cui hereditarium magiſtri curiæ officium fuit, quemadmodum ex diplomatibus certum fit; ut adeo confuſa ſatis hujus gentis hiſtoria ſit. *Diplomata iſta, ubi opus fuerit, allegabimus; ſed dictæ confuſionis minuendæ gratiâ ſic ſtatuimus in anteceſſum. Henricus Guttæ maritus nobis erit* Henricus I: *horum filius,* Henricus II; *hujus ex prima conjuge filius,* Henricus III; *natu major*

A. Hippolyto Guarinonio.

jor ex secunda conjuge Henricus IV; is denique, in quo stirps ista desiit sub annum 1411, Henricus ultimus.

k *Primam Henrici II uxorem sic appellatam fuisse, constat ex diplomate anni* 1335, *quod infrà post fragmenta Vitæ fusioris dabo integrum.*

l *Itaque juxta Guarinonium anno circiter* 1289; *Raderus spatium temporis non determinans dicit eos* paucis pòst annis *fato functos esse.*

m *Auctor noster in fusiore Historia inferiùs part.* 2 *num.* XI *dicit, quòd* de industria obvium se fecerit Henricus, ut, quid ferret, experiretur. *Raderus rem sic enarrat:* Voluit ergo herus illius ipse in rem præsentem venire, & coràm Notburgæ studia in egentes explorare. Cùm igitur illa certo die sportulam suam ex arce in publicam viam, ubi elephantiaci stipem illius expectabant, deferret, nam propiùs ad castrum aspirare nulli ampliùs miserorum licebat, Henricus descendenti occurrit, & quid in sinu ferat stomachabundus quærit, deprehensa illa exhibet mensæ suæ crustula, quæ, mirum! Deus repentè vel in assulas & schidia mutavit, vel oculis ejus fascinatis objecit, ut qualem animum in pau-
B peres gereret, talem videret cibum. Cùm & hydriam à Notburga peteret, libaretque vinum, lixivium sibi gustare videbatur, idque ab Ancilla ex composito in suam contumeliam factum interpretatus, graves apud conjugem domi adversùs Ancillam querelas deposuit; cùm tamen illa nec factam à Deo metamorphosin cognovisset, nec omnino sciret, quid domino usu venisset. *Hæc Raderus: quæ, licèt parùm aut nihil in substantia differant à Guarinonii textu, huc transtuli ob sequentem annotationem.*

n *Guarinonio & Radero prorsus hìc dissonat tabula Ebenensis, factum ita exponens:* Notburgæ cibos secum accipienti, ac domum egenorum accedere paranti obviàm fit herus interrogans: Notburga, quid gestas? Ubi respondit illa ex timore: Schidia fero: cùm inspexisset ille, non aliter res ipsi apparuit. *Quid suspicemur in tanta relationum oppositione? An pium Guarinonium deterritum fuisse qualicumque specie mendacii tabulæ verbis involutâ, & hanc correxisse modo tam ingenuæ Virgini magis congruo? Vel reipsa, sicut retulit, ita legisse in veteri ac detrita tabula, adeo ut omnis oppositio processerit ab iis, qui*
C *anno* 1615 *tabellam innovârunt & hinc inde immutârunt? Postremum hoc non caret verisimilitudine. Demus tamen, primum esse verum, non erit mendacio locus. Quippe meritò præsumi potest, anxiam Virginem, post patratum ipsâ insciâ miraculum, divino instinctu respondisse:* Schidia fero, *quomodo S. Nicolaus Tolentinas simili omnino casu rosas se ferre dixit, teste Baptista Mantuano in Vita ejus metrica, sic canente:*

Sua namque solebat
Prandia partiri in miseros & porgere egenti
Clandestina manu poterat quæ dona pienti.
Hoc animadvertens, penoris cui cura, ferentem
Triticeas aliquando dapes deprendere lecto
Tempore constituit. Cum candida bruma per Alpes
Hybernabat . . . . . .
Occurrens igitur, gremio, quid ferret onusto
Postulat; ille rosas (spiravit in illius ora
Hæc dicenda Deus) dixit se ferre recentes;
Et gremium solvens, roseos (mirabile!) flores
. . . . . .
Protulit extemplo . . . .

o Lixivium *dicit Raderus. Tabula Ebenensis* D *de potu silet.*

p *Tabula Ebenensis pactum hoc cum rustico ponit dumtaxat post Ottiliæ obitum. Assentitur Raderus:* Mirata, *inquit*, Christi Famula heræ suæ intemperiem & rabiem, cùm neque ullius in herum contumeliæ sibi conscia, esset, nec ulli se culpæ affinem, cœpit convasare, suasque reculas colligere, ut emigraret. Sed ecce tibi cæleste numen Ancillam suam vindicaturum, heram in gravem morbum conjicit, è quo illa decessit, priùs elata, quam Notburga pedem ex arce efferret. *Dein pluribus prosecutus, quæ noster habet binis sequentibus numeris, subdit tandem:* Notburga verò alium interim patremfamilias quæsivit splendidasque aulas exosa ad agrestium simplicitatem se contulit; aulâque in caulam mutatâ, maluit in stabulo innocuum pecus curare, quàm aulicas delicias sectari. Quamvis enim multæ nobiles fœminæ famulitium illius, propter virtutis odòrem, quem latè sparserat, ambirent, illa tamen agresti colono suam operam in agris, qui millibus passuum quinque Rotenburgo distabat, addixit. *Oportet igitur ut alterutro loco rerum gestarum or-* E *do inversus sit; vel totum negotium sic peractum, ut* Notburga, *accepto abeundi mandato, mox egerit cum rustico, sed antequam, collecta jam supellectile, supremùm arti valediceret, morbus oppresserit Ottiliam, cui ad mortem usque adstiterit, ut sequenti numero noster ipse significat & in fusiore Historia num.* 12 *hisce verbis:* Sed domina ante discessum Famulæ suæ inopina morte sublata, atque ex arce ad tumulum perlata fuit.

q *Is est, quem* Henricum tertium *compellavimus ad lit.* i.

CAPUT II.

Sancta famulatus apud rusticum; falcis in aëre suspensio; reditus ad Rottenburgicum, & hujus inde prosperitas.

F

Apud rusticum famulantis religio miraculo illustratur.

DUm igitur operam rusticello Ebenensi, ut dictum antea, non procul à D. Ruperti sacello, cujus ambitus hodie chori spatium in sacra divæ Virginis æde complectitur, locaret Notburga, conceptissimis sibi verbis pacta, ut à penso servili liberæ tum precibus vacare sibi liceret, cùm de more diebus profestis ab opere cessaretur *a*. Accidit autem, ut messis tempore die quodam Sabbati colligendis manipulis ultra condictam priùs horam operas urgeret agricola, preces à Notburga omissum iri postulans. Sed illa: Pacti legitimi judicem falcem meam volo, inquit; hisque dictis in altum elatam in aëre, velut ex clavo suspendit, pendulamque ita lancem, messorum oculos animosque salubriter perstringentem, post moras iterum retraxit Virgo *b*, *a* *b*
statas ad preces suum in sacellum dimissa: minimè ceteroquin infima quæque servitia, inter quæ animalium curam numeramus, detrectans; atque ea propter à sancto obitu in publicis rei pecuariæ necessitatibus singulariter culta & propitia *c*. *c*

15 Gra-

A *Rottenburgicus calamitate oppressus*

15 Graves interim Deo vindici pœnas uxoriæ conniventiæ Henricus dedit, à Notburgæ discessu non uno cum malo conflictatus. Sub annum quippe millesimum ducentesimum nonagesimum, quo ad plures abiit Ottilia, belli calamitas Oeni vallem non leviter afflixit, fratresque Henricum & Sigefridum internecinis odiis commisit. Henricus enim aulæ Tyrolensis præfectus à partibus sui principis stetit, Sigefridus adversariorum Ottonis Bavariæ ducis & Conradi Salisburgensium signa secutus *d*, dynastias Rottenburgicam, Trazbergensem *e* Rettenbergensem *f* atque Fridbergicam *g* miserè devastabat, adeo ut ferè ad incitas redactus Henricus, errore tamen agnito *h*, sibi tandem restitutus, Superis vota fecerit paulò pòst uberiùs enarranda *i*.

d *e* *f* *g* *h* *i*

Notburgam denuo conducit;

16 Alpes igitur & casam rusticam equo petiit Henricus, servulam iterum Notburgam futuræ conjugi Margarithæ virgini Hochenekiæ *k*, archiepiscopi Rudolphi Hochenekii *l*, olim Rudolphi imp. I à libellis, paulò antè è vivis sublati *m*, aut sorori aut affini proximæ conciliaturus; expectatissimoque annutu recreatus, lætus domum repetiit *n*. In castrum igitur redux Notburga, & B suum illud solenne tenere jussa, mox ab hero expetit, ut, si quando illam mori contingeret, cadaver suum currui imponi, huic jugales boves jungi, liberè hos abire, atque ubicumque demum cessarent, exuvias terræ mandari curaret *o*.

k *l* *m* *n* *o*

divitiis auctus

17 Infelix interim agricola damna non modica rei familiaris passus, paulatim phthisi consumebatur, quem tamen (quantùm conjecturæ locus est) invisens diva Virgo piè mori edocuit. Rottenburgicus è diverso cælum adeo sibi sensit propitium, ut intra quinquennii spatium bona sua, belli calamitatibus attrita, non tantùm in integrum restituta senserit, verùm etiam insigniter adaucta: idque ex eo præcipuè tempore, quo Famulæ suæ curam œconomiæ, & pauperum, eapropter summopere exultantium, indulgentissimè commisit; quod per annos subin octodecim *p*, quos Henrico & conjugi Margaritæ Hochenekiæ fideliter impendit Notburga, strenuè factitatum est.

p

annuas pauperibus eleëmosynas constituit,

18 Hinc etiam dynasta, promissi sui & conjugis defunctæ memor, anno MCCLXXXXVIII sacra pro hac, atque se ipso ritè quotannis celebranda, simulque quingentos pauperes pane ac carne, aut carnis loco, caseo pascendos, quotannis semel in San-Georgiano cœnobio instituit *q*; C satisfactumque piæ fundantis voluntati tamdiu, quamdiu temporum ratio permiserat *r*. Præsêre patris vestigia ambo filii, alter ex Ottilia filius *s*, alter ex Hochenekia relicti, piissimè à Notburga instituti, atque in miserorum solatia educati *t*, stipem hanc annuam mille omnino egenis porrigi, eamdemque in proximis quibusque sacris ædibus, Dominicis binis præcedentibus, è cathedra promulgari jubentes *u*: ut adeo etiam Henricus pater immitem, quem sub priori conjuge in egenos induerat animum, eximiè emendaverit, & immensùm compensaverit.

q *r* *s* *t* *u*

bona & dignitates in filium transfert.

19 Ipse interim non minùs bonis, quàm dignitatibus cumulatus est; demortuo enim anno MCCCV Mainhardo patri *x*, Tyrolensium principi, successit filius Henricus *y*, anno proximo in regem à Bohemis electus *z*, qui Henricum nostrum aulæ suæ jam regiæ atque insuper ad Athesin præfectum dixit. Verùm quietis appetens pater, & animam curaturus regiæ valedixit, filio, quem Ottilia susceperat, annuente rege, dignitati substituto. In arcem igitur Rottenburgicam redux, salutis negotium præprimis acturus, religiosos montis sancti Georgii, quibus semper familiariter usus erat, frequenter adhibuit.

x *y* *z*

A. HIPPOLYTO GUARINONIO.

ANNOTATA.

a *Notat hîc Roschmannus sequentia:* Dies profestos adhucdum celebrant ibidem rustici, aiuntque, istud ex voto à majoribus edito fieri, quòd cùm aliquod tempus neglectum fuisset, grandine per continuum septennium vapulâsse, atque ex hoc tempore religiosiùs ad horam vacationis attendi.

b *Prodigium istud, quod eodem modo, sed alia ac fusiore phrasi recitat Raderus, non explicat tabula Ebenensis, in qua leguntur tantùm ista:* Notburga operam suam locabat rustico, sibi expresse reservans, die profesto ante vesperum labore abstinere; & accidit, ut die Sabbathi triticum demeterent in agro, cùm feriæ vespertinæ essent. Suspendebat Notburga falcem, & discedebat, orabat, & peragebat laborem suum sicuti priùs. *Unde nihil discimus, quàm quòd isto die citiùs quàm aliis diebus laborem abruperit, ut sanctum propositum religiosè servaret; atque ita ceteros neglectæ piæ consuetudinis tacitè coarguerit. Censet Roschmannus, à posteriore tabulæ descriptore neglectam fuisse voculam aliquam, quâ* S. Notburga *falcem in aëre suspendisse indicabatur: nec immeritò: quippe Guarinonius, qui antiquam tabulam vidit, vir fuit, in quem tantæ fictionis suspicio non cadat, nec cadere hîc possit sine justa causa, maximè cùm abundè liqueat, antiquam tabellam in aliis diversam fuisse ab hodierna. Accedit ad prodigii confirmationem non interrupta traditio, quâ, teste Roschmanno, in statuis & picturis omnis ætatis & memoriæ per totius Tyrolensis provinciæ ambitum Sancta exhibetur cum falce in manu, quod ipse propter hoc prodigium factum asserit, quodque, meo judicio, plus aliquid portendit quàm simplicem piæ consuetudinis religiosam observantiam.* Ager, in quo prodigium accidit, *inquit idem Roschmannus*, hodiedum monstratur & vocatur, Ager domûs canonicæ.

E

c *Quàm vera ista sint, demonstrabitur in Gloria posthuma.*

d *Bellum istud eidem anno innectitur in Chronico Salisburgensi, quod seculo* XII *per canonicum Salisburgensem scribi cœptum, deinde per coætaneos ad annum usque* 1398, *ubi desinit, continuatum fuisse, allatis textibus præmonet editor Hieronymus Pez tom.* I *de Scriptoribus Austriacis. Verba autem Chronici hæc sunt:* MCCXC. Cùm Albertus dux Austriæ cum Chunrado Salzburgensi archiepiscopo discordaret, & ex utraque parte sibi damna gravia intulissent, idem archiepiscopus confœderavit sibi Ottonem ducem Babariæ & unà cum prædicto duce Karinthiam est ingressus, fiduciatus ab incolis, quòd posset terram Styriæ obtinere, sed tandem eos redire infecto negotio densitas nivium compellebat. Sequenti verò tempore prædictus archiepiscopus cepit filium ducis Karinthiæ, cujus liberatio magna occasio fuit, quòd pax inter ipsos extitit reformata. *Memorati hoc loco Carinthiæ ducis Meinhardi filiam Elizabetham habebat uxorem Albertus dux Austriæ, ac postea imperator ejus nominis primus. Quod autem hîc de fratribus Rottenburgicis refertur, litteris mandatum non reperi apud scriptores antiquos. Guarinonius, cujus hîc fragmenta incipiunt, unum producit Geznerum*

F

A. HIPPOLYTO GUARINONIO.

ita scribentem: Duo fratres Rottenburgici eodem tempore notabilia sibi damna intulêre: horum enim unus Boicæ domui, alter comitatui Tyrolensi adhæsit. *Geznero addit Roschmannus Marcum Sittium, qui ex monumentis à se visis inter genealogica stirpis Rottenburgicæ notat sequentia:* Erant olim uno tempore vel duo cognati vel fratres, unus adhæsit Bavariæ & alter Tyroli, hinc bellum gestum est. *Vide Commentarium nostrum num.* 47, *ubi nomen utriusque seu fratris seu cognati insertum leges instrumento anni* 1303.

e *Roschmannus in Notitiis:* Adverto Trazbergium dynastiam non esse, sed dumtaxat castrum, cujus dimidia pars in Rottenburgensi, altera in Freundspergensi dynastia sita est, quod nonnihil ultra dimidium horæ Suazio distat.

f *Raderus Latinè* Rettemontium *appellat: Loci autem istius juxta Roschmannum* fines sunt, pagus Volders; horâ ab oppido Halensi distans versùs Occidentem; & versùs Orientem pagus Colsass, sesquihorâ Suazio distans.

g *Adi annotata ad cap.* 1 *lit.* b.

h *In fusiore Historia id* S. Notburgæ *precibus adscribi posse, credens Guarinonius, sic scribit:*

B Neque latuisse hæc morantem in opposita, sed multùm altiori ac solitaria nonnihil, vicinia Notburgam, hisque domini miseriis indoluisse nec à precibus cessâsse, donec ad se totus Henricus rediisset, satis credibile est.

i *Praetermissa hîc sunt, quæ in fusiore Historia his verbis retulerat:* Propriis igitur miseriis edoctus Henricus, prioremque cum præsenti fortunam pensitans, ac quantùm, curante penum ac cellam Notburga, abundârit; rursumque quàm angusta domi res, hac discedente, illi, atque copiosa jam rustico sit, Virginem Taumaturgam (*Matris dolorosæ imaginem*) sub tilia in Monte S. Georgii veneratur, simulque asceterii illius præsulem, conscientiæ suæ arbitrum, consulit: singularis enim cum his viris religiosis illi intercesserat confidentia, cujus documenta complura hujus scriptionis author ibidem se deprehendisse affirmare potest. Suasit autem ibidem abbas dynastæ, ut ante omnia reditum ad servitia Notburgæ procuret.

k *Ita vocitatam fuisse secundam ejus conjugem, videbimus in diplomate filii eorum natu majoris, subnectendo Fragmentis Vitæ fusioris.*

C l *Chronicum Salisburgense, cujus notitiam dedimus ad lit.* d, *sic habet:* MCCLXXXIV. Fridericus Salzburgensis archiepiscopus obiit; cui successit Rudolffus, Romanorum regis vice-cancellarius.

m *Chronicum mox citatum mortem ejus illigat anno* 1290 *his verbis:* Eodem anno III Non. Augusti mortuus est dominus Rudolfus Salzburgensis archiepiscopus... deputavit autem (*Pontifex Nicolaus IV*) in archiepiscopum ejusdem ecclesiæ Chunradum Laventinum episcopum. *Juxta quæ bellum, ad lit.* d *relatum, verisimilius inchoatum fuit dumtaxat exeunte anno* 1290; *uti expressè etiam significat Guarinonius in Fragmentis dicens, desæviisse belli calamitatem* à fine anni MCCLXXXX usque ad initium anni MCCLXXXXIII.

n *Pluribus ista exponit auctor in Fragmentis:* Orbum se conjuge ac fideli Famula, fratri infensum, aulæ multùm dissitæ negotiis implicatum, atque unico tantùm decenni filio prospectum sibi videns Henricus, de ducenda iterum conjuge cogitat; antea tamen, teste scripturâ in ecclesia suffixâ, Notburgam ipsemet accessit venationis ibidem institutæ obtentu, expositisque calamitatibus, ac ducendi illustrem prosapiâ ac virtutibus virginem Salisburgensem de Hochenek proposito, Notburgam ad rei domesticæ curam vehementer invitat, oblatâ liberâ pauperibus elargiendi superflua ciborum potestate. Paucis hæc innuit Historia in templo suffixa: "Et accepit nobilis aliam conju-„gem, & iterum conducit Notburgam.„ Rem composuit cum rustico herus, ne, ipso prorsus invito, Famula discederet. D

o *Hinc colligit auctor in Fragmentis, revelatum fuisse Sanctæ tempus mortis & locum sepulturæ. Sed & aliud ejus cum hero quasi pactum, hîc omissum, ibidem memorat in hunc modum:* Concors tum populi tum nobilium traditio, admonitum fuisse ardentibus precibus ab Oeconoma herum, ne ulteriùs cum fratre dissideret; sed, nisi discessum suum è servitio mavelit, de hoc sibi conciliando eò magis sit sollicitus, cùm & ipsi principes pacem inter se inierint. Facilè id persuasit Henrico Notburga. Is igitur, ut negotium hoc omni sollicitudine ac cautelâ curaret, vehementer rogat Famulam ejusque arbitrio totum relinquit. Id egit ac peregit egregiè Notburga: qua autem ratione hodiedum latet.

p *Crediderim, annos octodecim hîc expressos inchoari per auctorem à nuptiis Henrici cum Hochenekia, fortasse uno alterove anno initis post reditum* S. Notburgæ *qui, ut disertè scribit Raderus & noster satis innuit, illigatur anno* 1293, *& à quo usque ad annum* 1313, *juxta omnes Sanctæ nostræ emortualem, plures intercessissent.* E

q *Pleraque ista dilucidè explicata vide in diplomate, sæpe memorato.*

r *Ad hæc Roschmannus:* An imminutus sit numerus nescio. Interim hæc eleemosyna adhuc singulis annis largiter præbetur in Quadragesima, ut testis oculatus sum, qui ideo de industria Oeniponto accessi.

s *De eo sic in Fragmentis fusioris Historiæ:* Filius ille unicus Henricus, ubi in virum evasit, tamquam cæteris natu major patri in officio aulæ magisterii successit, qua tamen dignitate diu gavisus non est, utpote anno ætatis suæ quadragesimo primo è vivis sublatus, *verisimiliter sub annum Christi* 1324; *etenim ad annum circiter* 1293, *puer erat annorum decem, ut colliges ex annotatis suprà ad litt.* m *&* n. *Ejus jam defuncti meminit frater Henricus IV in diplomate anni* 1329, *cujus initium ex autographo apud Sanctum-Georgianos servato recitat Roschmannus in hæc verba:* Ego Henricus de Rottenburg junior, curiæ magister, vigore præsentium notum facio pro me, & omnibus hæredibus meis, hisce litteris, omnibus nunc præsentibus & futuris, quòd plena deliberatione ac voluntate & consensu omnium hæredum meorum legaverim pro animabus tum ipsorum, tum chari fratris mei Henrici de Rottenburg quondam curiæ magistri, quibus Deus propitius sit, Missam perpetuam, singulis diebus celebrandam, in monasterio Montis S. Georgii in Oeni-valle Ordinis S. Benedicti, diœcesis Brixinensis &c. F

t *Reliquam Henrici II & Hochenekiæ prolem ita enumerat in Fragmentis:* Illi peperit educavitque conjux hæc altera, in afflictos propensior, Hochenekia mares scilicet tres, filias duas: Henricum, Gebhardum, Nicolaum, Elisabetham & Guttam.... Omnes ad provectiorem ætatem pervenêre. Natu ex his major fratri in officio successit: duo germani reliqui etiam eximios honores sortiti sunt. Ex duabus filiabus Elisabetha domino de Schroffenstain, altera domino de Freindsperg nupsit: hique liberi omnes, defunctis paren-

A rentibus, anno MCCCXXXV superstites fuêre. Nec mirum, crevere in virtute à teneris duce Notburga; quid mirum, quòd in bonis animi ac fortunæ profecerint. *Vide diploma subnexum Fragmentis, & annotata ibidem ad lit.* k.

u *Hæc & alia constant ex jam dicto diplomate, quod habuisse se testatur in Fragmentis auctor noster.*

x *Roschmannus ad hunc locum corrigit Guarinonium dicens:* Errat hîc optimus vir: teste enim Burgklehnero tom. I lib. XIII cap. V; Chronico Stambsensi Gayano, & Mortilogio, imò ipso epitaphio hujus principis ibidem, mortuus est MCCXCV. *Burgklehneri Opus non habemus, sicut nec Pauli Gaii Chronicum nec Mortilogium, nisi sit mox citandum breve Chronicum; sed aliunde tot suppetunt scriptorum testimonia, ut de Guarinonii errore prudenter dubitare nequeam. Nam ut ceteros sileam, Meinhardi obitum affigunt anno* 1295 *apud Hieronymum Pez tom.* I *anonymus Leobiensis chronista & Vitus Arenpechius chronista Austriacus: tom.* 2 *apud eumdem Pezium auctor anonymus brevis Chronici Stambsensis ab anno* 1253 *usque ad* 1496 *producti, quod vidisse potuit Paulus Gaius, quodque ita habet:* Anno MCCXCV in
B Vigilia omnium Sanctorum obiit Meinhardus dux Carinthiæ, comes Tyrolis & Georitiæ, Aquilegiensis, Tridentinæ & Brixinensis ecclesiarum advocatus, fundator noster, vir spectabilis & præclarus, hîc tumulatus. *Epitaphium autem mox memoratum hisce versiculis eumdem annum indicat:*

Bis quingentenos annos decieſque vicenos
Et nonagenos jungas, medios quoque denos
Post ortum Christi, tunc lux hæc tollitur isti.

y *Meo judicio cubat hîc error alter: nam Meinhardo quatuor filios, Ottonem natu majorem, Albertum, Ludovicum & Henricum natu minorem tribuunt auctor brevis Chronici Stambsensis, Arenpeckius & alii passim, quibus de ipsius genealogia sermo est. Albertus juxta jam assignatos chronistas fato cessit anno* 1292; *Ludovicus anno* 1305; Anno *autem* MCCCX (*verba sunt Stambsensis Chronici brevis*) in die S. Urbani Papæ obiit illustris dux Otto, primogenitus fundatoris nostri, hîc tumulatus. *Huic demum successisse potuit Henricus; nisi quis velit, non solum primogenitum mox patri successisse; sed unà cum ipso ambos juniores fratres.*
C *Joannes de Rubeis in Monumentis ecclesiæ Aquileiensis part.* I *col.* 738 *diploma producit*, datum *ab Ottone* anno domini MCCCII, die XXVI Novembris, Indictione quintadecima; *quo Synticensis Ordinis Cisterciensis monasterii privilegia pro se & pro fratribus confirmat & auget. Diplomatis initium hoc est:* Nos Otto, Dei gratiâ dux Carinthiæ comes Tyrolis & Goritiæ, Aquilegensis, Tridentinæ & Brixinensis ecclesiarum advocatus, pro nobis & fratribus nostris carissimis, Ludovico & Hainrico profitemur &c.

z *Uxorem acceperat Annam, natu majorem sororem Wenceslai Bohemorum regis septimi; quomodo autem huic, sub annum* 1306 *è vivis erepto, à Bohemis successor electus sit, quámque variâ usus fortunâ, videre est apud historicos.*

A. HIPPOLYTO GUARINONIO.

CAPUT III.

Sanctæ obitus; mirabilis sepultura; cultus mox inchoatus; templum & sacella ipsi erecta.

Obit Sancta a

COrrepta demum sub annum redempti orbis millesimum trecentesimum decimum tertium *a* supremo morbo Notburga, sacrosanctis munita Mysteriis, Henrico priùs de sepultura admonito, tabescentibus mœrore universis, & pauperibus, si umquam, hîc certò luctu incredibili squalidis, è diversorio mortalitatis pientissimè simul ac felicissimè ad beatam immortalitatem transiit.

corpus à bobus ingenti prodigio

21 Apparatur igitur currus funebris, junguntur boves, impositisque sacris corporis exuviis, E apertis castri valvis, liber discessus panditur; ubi alacres hi in viam regiam se dedêre. Sacrum hoc funus post sacerdotem (quem religiosum fuisse Benedictinum ex sacro divi Georgii monte, credere fas est) Henricus pater & filius *b* equis vecti, domestici reliqui pedites comitabantur. Delatos in viam publicam plangor & ululatus mendicorum, dolori suo gregatim indulgentium, excepit, qui per omne itineris spatium suspiriis interpolatus triste intuentibus spectaculum præbuit. Longè tamen magis attonitos boves reddidêre, qui illico rectum callem deferentes transversùm Oeni fluminis ripas petebant: nec ponte tum junctum erat littus adversum, trajectum verò ipsum & navicula & nautæ in oppositio margine moram trahentes inhibuerant. *b*

per Oenum flumem transvehitur;

22 Verùm obstupescite prodigium & opus dexteræ Excelsi! Non deterrebat boves fluminis rapacissimi impetus, auctis tum etiam undis *c* (circa festum Virginis natæ diem *d* id quippe accidit) multùm ferocior. Dissiliunt igitur fluctus, & sicut olim mare rubrum Israëlitis, & Jordanis fluenta Arcæ Fœderis, ita hîc Oenus tumbæ Virgineæ, ejusque vectoribus siccum præbuit transitum *e*. F *c d e*

& post brevem moram novo prodigio

23 In pagum deinde Yenbachium *f* feruntur juvenci, in cujus medio velut expectaturi funeris comites, ope primùm naviculæ trajiciendos, quietem captant. Locum hodiedum SERAM, ob arcam sacellulo *g* circumstructo ad oblationes divæ huic Virgini, ob rei hîc gestæ memoriam, offerri solitas recipiendas, probè custoditam vocitant. Comitibus paulò pòst admotis per viam campestrem ad torrentem, cui à caseo *h* nomen, properant. *f g h*

ad aram sacelli S. Ruperti deponitur jepeliendum.

24 Arduum dein iter usque ad planitiem superiorem emensi, rursumque versus sacram divo Ruperto ædiculam sub prægrandis coryli umbra, muro sacelli adnati, quiescunt. Jamque omnia funeri ritu Christiano ducendo, præcedente Crucis signo, & insequente mysta, parabantur, cùm nemine advertente boves cùm funere ex improviso in templum irruunt. Accurrentibus proximis quibusque, illi jamjam à sacello reduces, depositio ad aram sacro onere, præ foribus erant, singulis iterum prodigii novitatem stupentibus; cùm tántillo spatio Divi ædes circumscriberentur,

A. Hippolyto Guarinonio.

quod flectendo boum jugo, curruique haud fermè sufficeret.

Duplex sacellum ei conditur;

25 Novissimis hisce intimo commotus animi sensu Rottenburgensium satrapa, in reditu locum illum in pago medium, ubi primùm jumenta respirárunt designari, & aream, quæ piam offerentium liberalitatem pro ædicula Rupertina exciperet, murosque, qui aream tegerent, è vestigio construi, cubiculum verò, è quo Diva cælum petiit, in sacellum mutari, ac Sacris celebrandis inservire jussit, quemadmodum in arce hac hodiedum cernimus.

, vulgato ejus cultu,

i

26 Rerum autem gestarum, & beneficiorum statim ab obitu, per ipsius preces concessorum, magnitudo longè latéque vulgata, è remotioribus etiam, ne dicam è vicinis regionibus, clientes confertim, teste Historia primigenia *i*, acciverat. Quare & oblata prolixè munera, agros & census, & post centum ac viginti à beato excessu annos etiam ampliorem templi rubro è marmore fabricam, divi Ruperti sacello chori dumtaxat spatium (ut ex pavimento antiqui fornicis colligitur) occupante, conciliaverant, cui nova quoque turris accessit.

B

etiam templum;

27 Recens hoc equidem templum sine arcubus concameratis anno nati Redemptoris MCCCCXXXIV absolutum reverendissimus pro-episcopus Brixinensis Albertus solenni ritu divæ Virginis memoriæ sacrum esse jussit. Fornicem denique, ædificium omne complexam, post annos octuaginta & unum Maximilianus I imperator Austriacus & reverendissimus Brixinensium præsul Christophorus Schroffenstainius imponi curárunt *k*.

k

beneficiis inclarescit;

l

28 Nec defuêre umquam post hæc res supra naturæ vim & ordinem à Notburga effectæ, aut magni etiam nominis clientes vel devotioni vel gratitudini, ut fusiùs Annales *l* perhibent. Stirps autem Rottenburgica, succolante hac sancta Oeconoma, in eum gloriæ apicem elata est, ut ultimus familiæ huic ferendæ impar, Superûm munificentiæ immemor ac fortunâ ebrius, cum Frederico Austriæ archiduce bello contendere sit ausus, annuos viginti millium florenorum redditus (hanc enim summam illi viginti quatuor, quibus imperitabat, dynastiæ intra hoc tempus pendebant) victoris ærario transcribere jussus est *m*.

m

sacellum bis ab incendio servatur.

C

n

29 Denique xenodochium Caldariense construi curavit, proventibus à se necessariis dotatum. Binis erat junctus uxoribus, ac sub annum dein reparatæ salutis MCCCCXVI fatis concessit, ut in pleniori Historia edocemur *n*. Arx ista Rottenburgica bis incendio ferè tota consumpta est, ut vel hodie intuentibus patet. Non ausæ tamen in sacræ Virginis cubiculum, utut ex omni parte ligno constructum, peccare flammæ, intactum nobis in hunc diem servârunt.

Auctoris conclusio per testimonium Gezneri.

o

30 Sequitur nobilis, strenui ac doctissimi equitis Francisci de Gozens, artium liberalium & philosophiæ magistri, de S. Notburga Rottenburgica conscriptum ante annos CXXXI *o* manu propria insigne in stemmatologia sua tyrolensi fol. LXXXV testimonium, in hæc verba idiomate Germanico expressum. "Sancta Notburg, quæ sepul-
„ta est in Eben in via regia versùs Achen, dici-
„tur coqua fuisse domini de Rottenburg in arce
„Rottenburg, & in hac obiisse: à duobus inde
„bobus ad dictum Eben, ut sepeliretur, tracta
„fuit.... SANCTA NOTBURGIS; ORA PRO NO-
„BIS.... Isthæc Notburg sancta virgo in uni-
„versa regione comitatûs Tyrolensis & Bavaria
„celebris, præcipuè per miracula, quæ apud illius
„templum, in quo tumulata esse traditur, illis D
„omnibus, qui eam in necessitatibus invocant,
„variis modis obvenerunt; præter sanctitatem &
„divinam vitam, præprimis clementiam erga pau-
„peres, in vivis exhibuit *p*". *p*

ANNOTATA.

a *Nullus Guarinonio & Radero antiquior annum exprimit; hunc tamen cum neotericis scriptoribus omnibus retinendum putamus; quia Guarinonius in præfatione testatur, Sanctæ ætatem in detrita suo tempore tabula Ebenensi fuisse expressam, & quia non credimus eum, qui aliàs sæpè, præsertim in fusiore Historia, indicat, quid ex conjecturis tantùm referat, tam absolutè nativitatis, inchoati & dimissi atque iterum recepti famulatûs, obitûs denique annos & tempora fixurum fuisse; nisi unam saltem epocham ibidem expressè notatam invenisset, unde, aliis adjutus monumentis, reliquam Vitæ seriem deduceret.*

b *Neque ex hoc loco, neque ex fusiore Historia, utpote in qua pars ista desideratur, discimus, an nominatus hîc* Henricus filius *fuerit ejus nominis tertius, an quartus. Quartum fuisse innuunt Raderi verba sequentia:* Henricus cum natu majore filio, qui id ætatis sextum decimum annum agebat &c. *Nam licèt Henricus tertius certò omnium Henrici secundi filiorum natu major esset, obstat tamen adjuncta ætas, quominùs ipsum designatum intelligamus; quippe cujus parens Ottilia jam ab annis 23 (sub annum 1290) vivere desierat, quique, ut disertè dicit Guarinonius in fusiore Historia, decennis erat, cùm pater de secundis nuptiis cogitare cœpit. Vocavit igitur Raderus Henricum IV. natu majorem filium respiciendo ad progeniem Henrici II & Margaritæ Hochenekiæ: convenit & assignata ætas; illorum enim nuptiæ, juxta observata ad cap. 2 lit. p, statuuntur circa annum 1295, ac proin Henricus IV, Hochenekiæ primogenitus, anno 1313 numerare potuit ætatis annos sedecim.* E

c Indulsit aliquid (*Roschmanni hæc animadversio est*) piæ cogitationi Guarinonius, hoc enim tempore auctis undis rariùs solet hoc flumen intumescere: interim tamen sua rapiditate exesis scrobibus infidus & periculosus satis.

d Asseri hîc potuisset (*altera ejusdem est animadversio*) dies XIV Septembris, quo festum divæ Notburgæ colitur; hoc enim ad Superos delatam ex perpetua traditione & cultu & concursu, hac die solito majori; ad nos propagari potuit. F

e *De hoc prodigio plura videbimus in Fragmentis fusioris Historiæ, part. 2.*

f *Locum sic describit Roschmannus:* Pagus est liquandis metallis hodie celebris, ad Oeni ripas Rottenburgo obversas seu sinistras positus.

g *De isto sacellulo amplior sermo redibit alibi, præsertim ubi de Gloria posthuma: interim ejus, prout hodie exsistit, situm intuere in adjuncta tabula.*

h Casbach *vocatur ab indigenis, decurritque* per vallem ad lævam viæ regiæ in Bavariam ducentis, *uti monet Roschmannus.*

i *Suam verisimiliter fusiorem indigitat; nam de his nihil in tabula Ebenensi.*

k *Templo hîc descripto novum successit, absolutum & consecratum anno* 1738, *prout fusè edocebimur in Historia translationis eodem anno factæ. Plura autem, hoc capite alioqui observanda*

Occidens.



Meridies.

Septentrio.

1 Sacellum parvum in pago Yenbach cum Arca Oblationum ad Tiliam, ubi boves exspectârunt funeris comites.
2 Via Regia in Bavariam, quæ etiam ducit in locum Eben, et per quam boves S. Corpus traxêre.

Oriens.

FRAGMENTA

VITÆ FUSIORIS

Auctore Hippolyto Guarinonio.

Ex Mss. autographis bibliothecæ publicæ Augustæ Theresinæ Oeniponti descripta, & ex Germanico sermone in Latinum translata, interprete Clarissimo domino Antonio Roschmanno.

E

PARS I.

Mirabilis boum sacrum Demortuæ corpus devehentium per Oenum transitus; reliquus itineris ordo ac sepultura.

ATtonitus interea populus in littore boves cum Defunctæ cadavere Oeno jam jam imminêre, imò eumdem ingredi, & transversim superare ingenti stupore confixus intuetur. Quo anni tempore hoc perpetratum prodigium fuerit, ex scriptis haud constat. Circa Virginis natæ tempus id contigisse tum umbra tiliæ, tum trajectio fluminis, quâ usi dynastæ *a* ac populus funeris comites, argumento est. Umbras tiliæ exhibent, si foliis abundant, adulto nimirum vere, æstate & autumno adhùc medio: trajectio autem utroque veris & æstatis tempore plerumque usui non est; cùm Oenus, liquefactis calore solis nivibus, hæc littora egredi soleat; interim tamen etiam autumni tempore viri mensuram profunditate hoc in loco suâ facilè bis superat *b*. *Boves, per Oenum* *a* F *b*

2 Constat insuper ex testimonio senum in loco ad radices collis, cui arx Rottenburgica superstructa est, sito & Rottholz dicto, à me interrogatorum, illos à majoribus suis audivisse, boves in medio Oeno interquievisse paululùm, ac deinde alacres adversum littus, nullo, ut hodie, tum aggere munitum, ac pago Yenbachio proximum petiisse. Hoc emensi, nullâ interpositâ morâ, pagum prædictum petunt, & usque ad Crucem in bivio positam, quod per campum ad rivum Kasbach ducit, pergunt, ibique quietem captant, donec funeris comites advenirent, qui certò sibi, his visis, persuaserant, hujus pagi cœmeterium sibi elegisse Divam nostram. Non est hîc omittendum, quod multi hujus Historiæ scriptori unanimi ore retulêre, traditum à proa- *devecto corpore*

A *da aut elucidanda, præterimus; quia similiter plenior eorum expositio recurret sive in Historia fusiore, sive in Gloria posthuma.*

l *Quos hic Annales citet, incompertum nobis est.*

m *Si rectè notavit Arenpeckius, auctor suppar, transcripta sunt ista victoris ærario, seu potiùs* dux Fredericus omnia (*Henrici ultimi Rotenburgici*) castra, dominia ac bona ... in possessionem recepit, *statim post mortem dicti Henrici. Vide Annotata ad præfationem lit.* f & g.

n *Deperiit pars ista plenioris Historiæ:* Hoc tamen dicendum, *inquit Roschmannus*, omnia probè dixisse Guarinonium, ut præter nostros codices etiam fundationis Caldarienſis diploma, epitaphium (in quo integra tamen chronologia non adscripta est, fortasse ipso vivente lapide parato) & reliqua confirmant; in solo anno mortuali MCCCCXVI, de quo multi tacent, mendum cubare. Illustrissimus enim Brandisius baro in Opere sæpiùs laudato de Præfecto provinciæ, illum anno MCCCCXI decessisse ait, cui adstipulatur Troyerus in Chronica Bulsanensi, qui ejus se testamentum vidisse affirmat. *Annum* 1411 *si-*
B *gnant similiter Arenpeckius & Adlzreitterus. Porrò* Caldarium, *ubi xenodochium ab Henrico fundatum fuisse dicitur, idem verisimillimè locus est Atheſinæ provinciæ, unde agnomen* capitanei à Chaltaren *adeptus fuit; uti habemus ex chronico Arenpeckii, laudati in annotatis ad præfationem lit.* f. *Nomina autem utriusque hîc quoque memoratæ ejusdem Henrici uxoris expressa sunt in ipsa præfatione num.* 4. *Denique quod subdit Guarinonius de combusta bis arce Rottenburgica, illæso Sanctæ cubiculo seu sacello, fusiùs explicabitur in Gloria posthuma.*

o *Idem auctor noster in præfatione* ante annos centum & quinquaginta octo *conscriptum asserit. Quæ sic conciliabis: Franciscus de Gözens seu Geznerus Opus suum exaravit annos aliquot ante finem seculi* XV; *atque hinc Guarinonius, qui Historiam Sanctæ, anno* 1619 *inchoatam, complevit post elapsum triennium, illud Opus conscriptum dixit* ante annos CXXXI. *Sed idem Guarinonius anno* 1646 *dictam Historiam in Compendium redactam typis vulgavit eidemque præfationem affixit, in qua consequenter monuit, Gezneri Opus tum* ante annos centum & quinquaginta octo *fuisse conscriptum.*

C p *Ita breviorem Vitam concludit Guarinonius, varia supprimens ad cultum Sanctæ præsertim pertinentia, & expositâ prolixè in Historia longiore, uti videbimus in Gloria posthuma, ubi pleraque recitabimus, & in Fragmentis, quæ hîc subjicimus eo modo ac ordine, quo diximus in Commentario prævio num.* 31. *Divisimus ea in partes binas, titulosque more nostro illis præfiximus.*

A. Hippolyto Guarinonio.

vis esse, Oeni aquas, sicut olim Jordanis, ex utraque Oeni parte recessisse, liberumque transitum præbuisse bobus, sacras exuvias ducentibus *c*

c gaiescum semel,

3 Pagi Yenbachensis incolæ, ubi solos sine duce boves conspexêre, non immeritò attoniti, quid hoc sibi sanus velit; atque unde allatum sit, quæritantes, dimidium horæ effluxisse tradunt, donec comites advenerint. Nec enim tam promptè herus cum comitibus transvehi naviculâ poterant. Interim ubi ex oculis Henrici Rottenburgici tali modo funus evasit, ille statim ac transvectus fuerat, equum insilit, & citato cursu insecutus boves, uti diximus, magnâ accurrentium copiâ circumdatos, loco descripto invenit, mirantesque totius rei seriem edocet. Adventantibus interea & comitibus reliquis, visum est, hunc locum pro quiete sibi destinâsse sanctam Virginem, Yenbachensibus aliunde pernotam; ast dum de deponendo funere consultant, boves derepentè alacriter iter versùs Septentrionem ad rivum Kasbach properantes arripiunt.

iterum d e

4 Iter hoc via regia est in vallem Achensem *d*, vicinam Bavariam, atque ad monasterium Tegernseense *e*: via ipsa ultra horam satis ardua est, villis ac rusticorum casis hinc inde adsitis, hinc & accurrentium numerum creviisse haud mirum. Medium ubi iter confecêre, iterum interquievêre per horæ quadrantem animalia. Tum mox sursum sacra lypsana ducentia, hanc tandem altitudinem emensa sunt. Siniistra hîc in Bavariam iter est; sed boves viam regiam deserentes, iter dextrum versùs Eben *f*, ab amœna sic dictum planitie, ingrediuntur.

B

f

ac tertiò demum ad sacellum

g

5 Nota erat Diva nostra in hac dudum, ut audivimus, vicinia *g*; concursum dein magnum factum esse, satis est evidens. Elegisse hunc locum sanctam hanc Famulam, vel eo ex capite credidit Henricus, quòd ex arce sua oculo recto sæpiùs hanc sacram ædiculam prospexerit, salutaverit ac valdè dilexerit, Notburga: nec procul inde tanta demissionis reliquerit apud rusticum exempla, totiesque hâc ipsâ ædiculâ ad intensissimæ pietatis exercitia usa sit.

S. Ruperti in Eben,

6 Quæ de insperato hactenus boum itinere executi sumus pluribus in Historia, è diverso in tabula in templo publicè suffixa, leviter omnino & his dumtaxat verbis ineptè comprehensa sunt: "Et „cum moreretur, fiebat, ut petiit, & boves il-

C

„lam per Oenum ac per excelsum montem sur„sum trahebant, tum quieti stabant, & illa tu„mulabatur„. Et quamvis via hæc, mons, locus, omnes essent notissimi, hic tamen scriptor singula neglexit, supplevit tamen alter nobilis historicus Gözenius *, ac constans in posteris memoria. Ille igitur de felici transitu ac tumulo ita scribit: "Et ibi obiit: inde per boves duos in me„moratum locum Eben ad sepulturam suam du„cta fuit *h* „.

* *al.* Geznerus

h

7 Circa hanc sepulturam plura à senioribus loci hujus indagare non omisit hujus Historiæ scriptor. Inter alia * boves ante sacelli divi Ruperti ambitum ad corylum fessos iterum perstitisse, donec pararentur omnia. Vir quidam nobilis ac senio admodùm gravis authori narravit, se à majoribus suis (utpote qui originem nobilitatis suæ ferè ad tempora hujus Divæ referunt) audivisse, boves ex improviso sacellum cum sacro funere intrâsse, quod cùm advertissent, qui aderant, templumque accederent, obvii his ad fores cum exonerato jam curru boves fiunt, sacro funere ad pedem altaris depositi. Manifestum hoc prodigium erat, cùm sacellum tam angustum fuerit, ut vertendo currui non dederit spatium *i*.

D

i

ubi corpus ante aram

* *Supple* intellexit

8 Voluit igitur Deus, ut sacræ hæ exuviæ, quæ nulla humana ope non sine prodigio ad hunc locum venêre, usque ad tumulum ipsum pervenirent. Cæremoniis igitur ex more Ecclesiæ peractis, ibi ante aram terræ mandatæ fuerunt: die postera justa funebria persoluta, quibus peractis non sine lachrymis à piissima Famula sua, cui seipsum ac domum universam toto pectore commendavit, discessit herus Henricus.

prodigiosè depositum sepelitur.

Conditur sacellum in pago Yenbach.

9 Cùm redux à sepultura & exequiis ad intervallum secundum seu locum illum, ubi altera vice sub umbra arborum ac dumorum quievêre boves, provenisset, locum signare tiliamque plantare præcepit, quæ ad nostra usque tempora semper conservatur, futurisque etiam custodietur temporibus *k*. Ubi verò ad primum intervallum in pago Yenbachensi pervenit, in media via parvulum sacellum cum pictura prodigiosi per Oenum transitûs cum arcula obserata pro oblationibus extrui curavit. Sacellum hoc longè equidem tempore totum exolevit; remansit verò in hodiernum diem arcula cum nomine: ARCA SANCTÆ NOTBURGÆ, & quidquid ibi offertur, ejus templo in Eben cedit: sperandum haud dubiè etiam sacellum cum tempore extruendum iterum esse *l*. Atque hîc finit author sextam partem & Vitam hujus certò magnæ sanctitatis Dei Famulæ, atque ad tumulum ejus mente ac pectore paululum dimoratur.

k

E

l

ANNOTATA.

a *Henricus Rottenburgicus pater & filius.*

b *Interpretis nostri animadversiones ad hunc locum dedimus in annotatis ad cap. ultimum Vitæ litt.* c & d.

c *Monet Roschmannus, deesse hîc lineas tres à muribus derosas.*

d *Idem Roschmannus in Brevi descriptione Tyrolis, Germanicè edita Oeniponti anno* 1740, Vallis est, *inquit*, dominii Rottenburgici in inferiore Oeni-Valle.

e *Gabriel Bucelinus part.* 2 *Germaniæ sacræ:* Potentissimum *esse ait*, atque amplissimum superioris Bavariæ monasterium intra Isaram & Oenum in faucibus Alpium prope lacum Tigurinum.

F

f Eben *Latinè* planum *sonat.*

g *In ea quippe rustico famulata erat, & prodigio falcis in aëre suspensæ inclaruerat.*

h *Nisi plura, quàm recitata sunt, scripto reliquerit Geznerus, explicatiùs, meo judicio, res enarratur in tabula. Exprimit ille quidem* Eben *locum sepulturæ; sed nihil addit, unde prodigiosum Oeni transitum intelligas.*

i *Juxta Roschmannum, latum erat tres tantùm orgyias & dimidiam; longum verò septem ac dimidiam.*

k *Tilia ista, teste Roschmanno, post Guarinonii tempora vicinarum ædium incendio consumpta fuit:* Eidem tamen ad conservandam rei gestæ memoriam supplantata est alia, quæ paulatim crescens in altum assurgit.

l *Consule super his examinanda inferiùs parte* 1, § 1 *num.* 2 *& seqq. in Gloria posthuma.*

PARS

A

PARS II.

Prodigiorum in vita, morte ac ſepultura patratorum repetitio.

Repetit auctor

TRiplicis generis ſunt miracula ſeu honores, quibus Deus ter optimus maximus famulos ſuos orbi notos ac honorabiles reddit in vita, obitu, ſepultura & poſtea ulteriùs. Et quamquam quidquid in vita ipſius peractum ſit, jam narraverimus, ordine tamen ſuo adhucdum omnia repetenda ſunt. Et inprimis quidem conſtat, quòd ibi, ubi in ſervitiis morata eſt hæc Dei Famula, omnia bona corporis & animæ ſimul allata ac commorata fuerint: è diverſo ſi è loco quodam diſceſſerit, etiam hæc bona ſimul omnia evanuerint, quod pluribus in ipſa narravimus præcedente Hiſtoria.

B

prodigia,

11 Prodigium durante ejus vita alterum fuit excæcatio oculorum heri & famuli ſui: dum enim cibos ſibi detractos, potumque ad pauperes deferret Notburga, de induſtria obvium ſe fecit Henricus, ut, quid ferret, experiretur: dum itaque eſcam guſtat *a*, viſa ea illi eſt, ac ſi ſchidia eſſent; vinumque delibatum illi viſum eſſe acetum ex rationibus in Hiſtoria allatis. *

a

** adde* liquet

quæ in vita

12 Tertium, mors inſperata heræ ſuæ Ottiliæ, quæ Famulam ſuam propter eleëmoſynas è ſervitio dimiſit; ſed domina adhuc ante diſceſſum Famulæ ſuæ inopina morte ſublata, atque ex arce ad tumulum perlata fuit. Omnes etenim in miſeros duri, ob allatas in Hiſtoria cauſas, longævi haud futuri ſunt. Quartum, terribilis apparitio prædictæ Ottiliæ in hara inter ſues, utpote quibus reliquias ciborum libentiùs, quàm pauperibus indulſit. Sic Numen ultum eſt gravem injuriam, quam hera Dei Famulæ intulit.

S. Notburgæ,

13 Quintum, admiranda falcis in aëre ſuſpenſio, quæ tot inſpectantibus perſonis peracta fuit. Sextum, prædictio futurorum, utpote, quæ ex ſcientia, ſe in arce hac morituram, ac quid ſecum poſt fata fieri velit, cum hero ſuo pacta fuit; licèt poſthac annis adhuc octodecim in ipſius morata fuerit ſervitio. Neque dubito, quin plura adhuc alia acciderint, quæ aut per illorum temporum ſomnolentiam, aut fortè etiam iterato incendio *b* periêre.

C

b

morte, ac ſepultura

c

14 Et inprimis *c* quidem dominum ſuum in morbo ultimo promiſſi admonuit; quid nempe poſt mortem cum cadavere ſuo faciendum ſit. Secundò, ductus proprius ac liber boum, qui tam rectus, commodus ac prudens fuit, ut is omnem hominum prudentiam ac intellectum ſuperet. Tertiò, admirandus boum per Oenum cum ſacrô pignore tranſitus, ab uno nempe littore ad aliud è diverſo objectum; nam & ſenes in illa vicinia adhuc viventes ſcriptori affirmârunt, ſe aliud non audiviſſe, niſi quòd ſacrum cadaver, currus & boves nullatenus humentes, ſed omnes ſicci in continentem emerſerint. Quod ego in Hiſtoria ſilui, hîc autem prætereundum non eſt; aliqui ſuper undas inceſſiſſe boves affirmârunt. : alii ac potiores, inter quos aliqui ſummè pii, & à Deo etiam miraculis honorati, ſcriptori hâc ipsâ horâ, cùm has lineas ſcriberet, ad ejus domum delati confirmârunt; aquas nempe inſtar maris rubri olim diviſas ſiccum iter præbuiſſe bobus: cui aſſertioni proin communis fama, ſiccum fuiſſe tranſitum, innititur.

A. HIPPOLYTO GUARINONIO.

15 Quartò, ſcientia remoti & ignoti loci ſepulturæ ſuæ, ad quem ſtupidi boves ita proceſsêre & aſcenderunt, ut numquam, ad erroneas licèt vias delati, impediri ſe ſint paſſi, certis indiciis, ſacras exuvias boveſque angelorum ductu *d* ac comitatu in locum hunc delatas eſſe. Quintò intervalla certis locis de induſtria, præſertim in medio Yenbachenſis pagi, facta, à Domino Deo hunc in finem diſpoſita, ut per hæc perpetuis temporibus memoria tam prodigioſæ ſepulturæ remanere, populuſque in poſteris ſuis teſtis fideliſſimus eſſe poſſit. Sextò, mirabilis templi introitus & verſio boum currûſque in tam anguſto ſacello, quod chori ſpatium in hodierna *e* eleganti eccleſia conficit; ſimul ac depoſitio funeris ante aram & loco illo, in quo hodie colitur *f*.

contigerunt.

d

e

f

ANNOTATA.

E

a *Guſtatam fuiſſe eſcam ab hero, nec auctor ipſe dicit in contractiore Vita, nec Raderus, nec tabula Ebenenſis, nec demum veriſimile mihi eſt. Quis enim credat, hominem, cui per prodigium viſus repræſentabat ſchidia, recurriſſe ad guſtum?*

b *De eo redibit ſermo in Gloria poſthuma.*

c *Huic & ſequentibus numeris is titulus præfixus eſt in Mss.* Prodigia in morte ac ſepultura.

d *Piam auctoris conjecturam adumbrat etiam tabella Mathiæ Platneri excuſa, quam dedimus ad calcem Commentarii prævii.*

e *Vide annotata ad cap. Vitæ ultimum lit.* k.

f *Subdit his auctor nonnulla antiqui cultus indicia ac teſtimonia; quæ in Gloriam poſthumam reſervamus.*

F

MONITUM.

Diplomatis hîc ſubnexi, uti aliàs verbo inſinuavi, autographum poſſident in tabulario ſuo religioſi Ordinis S. Benedicti in Monte S. Georgii, illudque & alia hinc inde memorata exhibuit mihi (*verba ſunt clariſſimi Roſchmanni*) & communicavit reverendiſſimus, perilluſtris & ampliſſimus dominus Lambertus ibidem abbas, univerſitatis archiepiſcopalis Salisburgenſis aſſiſtens, vir doctus & divæ Notburgæ ſingularis cultor. *Nulla quidem hujus Sanctæ in eo fit mentio, viſum tamen eſt, id dare integrum prout ex Germanica lingua Latinè redditum tranſmiſit laudatus Roſchmannus; quia poſt tabellam Ebenenſem ſoliditſimum eſt Actorum fundamentum, & non dubium indicium de fide, quâ iſta fuerunt exarata. Nam per hoc diploma liquidò probantur pleraque, quæ in Actis ſeu fuſioribus ſeu contractis enarrat Guarinonius de antiquo ſtirpis Rottenburgicæ ſplendore, dignitate ac potentia, de dynaſtis eorumque conjugibus ac liberis, deque piis fundationibus & in pauperes beneficentia. Diplomati annotata ſubjiciam, ſed breviſſima, eaque ferè dumtaxat, unde quod jam monui confirmetur, vel errores corrigantur, qui in illud irrepſiſſe videntur.*

A. HENRICO DYNASTA.

DIPLOMA

Henrici dynastæ Rottenburgici anno MCCCXXXV conscriptum.

Ex tabulario San-Georgiano.

Fundationem piam in Monte S. Georgii.

EGo Henricus de Rottenburg junior, curiæ magister, notum facio pro me & pro omnibus meis hæredibus, ac successoribus cunctis, has patentes litteras inspecturis, lecturis vel legi audituris, quòd ego ad honorabilem cœtum Conradi abbatis ecclesiæ ad Montem S. Georgii, & omnem conventum ibidem ad monasterium illorum venerim, & illis exhibuerim, ostenderim & B probaverim purâ conscientiâ & testimonio litteras ac sigillum illorum antecessoris abbatis Ruperti P. M. & conventûs, cum testimonio ac litteris reverendi domini episcopi Landolphi *a* tunc temporis episcopi Brixinensis & capituli ibidem, datis anno à Nativitate Christi millesimo ducentesimo nonagesimo octavo *b* proxima die Solis ante festum S. Georgii : quòd dominus Henricus de Rottenburg senior, curiæ magister, pater meus P. M. ipsorum monasterio dedisset xx marcas Veronensium, & ut omnibus diebus in capella S. Joannis perpetua ipsi Missa legatur, & post mortem suam anniversarius celebretur cunctis annis octo diebus ante festum S. Andreæ vel octo diebus post illud cum commemoratione, Missis, Vigiliis ac eleëmosynis & aliis bonis operibus, posteriùs annotatis.

olim sub certis

2 Intuentes igitur ac agnoscentes magna & fidelia beneficia ac favores à dicto patre meo monasterio illorum præstita, & à me Henrico suo filio adhucdum præstanda, bona voluntate ac consilio renovârunt & confirmârunt omnia promissa ac sancita, sicuti posteriùs annotantur : Primò dicti patris mei domini Henrici de Rottenburg, uxoris primæ dominæ Ottiliæ, & dominæ Margarethæ de Hochenegg secundæ uxoris, matris meæ *c* anniversarium cum Missis, commemoratione & Vigiliis celebrent, & eodem die quingentis circitèr hominibus in eleëmosynam dent caseum & panem, vel carnes & panem, quod commodiùs haberi potest. Et si in hac die anniversarii ex prædicto numero aliquid deesset, insequenti alio tali anniversario & distributione in ea summa, quæ inferiùs notata est, in totum suppleri debeat. Sine omni dolo & omissione : omnibus etiam annis bina hæc distributio duobus proximis diebus festis, has binas anniversarii dies antecedentibus, publicetur, ut pauperes hanc eleëmosynam quærant *d*.

C *c* *d*

conditionibus,

3 Conventui etiam mane & vespere detur integra portio, & quisque sacerdotum eadem die paratus sit ad Missam pro defuncto legendam ; & si hunc anniversarium celebrare velint, hoc ad Rottenburg & Rettenberg notificare debeant, ut quatuor meorum officialium & servorum adsint, cùm hic anniversarius celebratur. Et sic ipsi ac omnes successores perpetuò hanc diem celebrent. Omnibus insuper diebus in capella S. Joannis æternam Missam legant ; die Solis de sanctissima Trinitate ; Sabbati de beata Virgine, & cæteris diebus Lunæ, Veneris, Jovis & Mercurii Missam defunctorum legant per suam ac omnium suorum honorabilium antecessorum & successorum animarum salutem, & omnium fidelium defunctorum auxilium & solatium. In festo verò Sancti illius, in cujus honorem ecclesia consecrata est, Missam legere possunt de Sancto illo, & prædictarum animarum reminiscantur cum collecta : omnia fideliter prout *e*..... & sacerdoti hanc Missam legenti cunctis diebus mensura vini in melioratione pensionis suæ detur.

D *e*

& pœnis

4 Si verò, quod Deus avertat, hanc prædictam obligationem suam non firmiter observarent, ego, mei hæredes vel officiales mei ipsos hujus obligationis admoneant, & adhortentur in ipsorum monasterio, ut illam adimpleant, uti superiùs scriptum est. Si proximis dein quatuordecim diebus non adimpleverint, tamdiu, sine omni admonitione à superioribus suis eapropter expectanda, omni officio divino in eorum monasterio careant, donec hæc omnia cum præscriptis articulis in totum adimpleverint, &, quod omissum compensârint ; & si hoc fecerint & impleverint, iterum officium divinum celebrare possunt, ut priùs.

E

in casu negligentiæ, factam à patre

5 Si autem id quatuor septimanis omiserint, & infra tempus, quo deberent, sese, quod Deus avertat, non melioraverint, ego, mei hæredes vel successores plenam potestatem habeamus viginti libras *f* pecuniæ in binis illorum urbariis, in Mieders XIV libras pecuniæ, & in Clapfs sex libras ad aliam ecclesiam vel monasterium dandi, ubicumque nobis magis placuerit, pro viginti marcis, quas dictus pater meus huic monasterio dedit ; & si hæc pecunia ad aliud monasterium vel ecclesiam daretur, divina non celebrent secundùm episcopi sui voluntatem & consilium, donec mihi & meis hæredibus satisfecerint.

f

& à fratre auctam,

6 Insuperque dicti patris mei filius P. M. dominus Henricus de Rottenburg *g*, qui post illum mortuus est, frater meus ipsorum ecclesiæ quinquaginta libras pecuniæ dedit in meliorationem in bonis infrascriptis, ut dictam obligationem eo magis exequantur & adimpleant *h*. Et sunt hæc bona : Primò in Wulenpack viginti septem libras pecuniæ, pro canone unam sepem raparum, CLI ova, & sex pullos gallinaceos : in Cholpach, VII F libras pecuniæ ; quod bonum Hadmarus colit decem libras pecuniæ, pro canone XXX ova, unum agnum & IV pullos gallinaceos ; in Albethal VI libras pecuniæ, pro canone duos pullos gallinaceos, XXX ova & quartam partem verveeis : & dictis bonis utantur ac fruantur ut propriis sine omni vinculo.

g *h*

renovat ; atque etiam aliam instituens

7 Ulteriùs sciendum, quòd si dictus abbas Cunradus, ejus conventus & cuncti illorum successores præscripta negligerent & ea non implerent, ego, mei hæredes vel successores plenam potestatem habeant cum quindecim *i* libris pecuniæ discedendi, prout superiùs scriptum est, pro viginti libris pecuniæ omni ea ratione ac opinione, quâ jam prænotatum. Ulteriùs sciendum, quòd sæpè dictus abbas & ejus conventus pro omnibus illorum successoribus cum bono consilio & voluntate mihi denominârint & confirmârint altare S. Stephani, in illorum ecclesia situm, in quo pro me, meis fratribus Henrico, domino Gebhardo, domino Nicolao & domina Elisabetha Gernstainia, & domina Gutta Freundspergia *k* & dicti mei fratris *l* uxore domina Elisabetha de Eremusio & do-

i

k

A domina Eliſabetha Leſchavia, & omnibus eorum hæredibus & ſucceſſoribus perpetua Miſſa legatur ſine omni intermiſſione, & illud altare nulla ratione mutemus, & ibi Miſſa legatur die Solis de ſanctiſſima Trinitate, Mercurii de S. Nicolao, & die Sabbati de beata Virgine, cæteris autem diebus Miſſam defunctorum legant per ſuæ, ſuorum hæredum & omnium ſucceſſorum ſuorum animarum ſalutem & omnium anteceſſorum, ſuorum reminiſcantur in auxilium & ſolatium omnium fidelium defunctorum per illorum animæ ſalutem.

pia opera quotannis

8 Si autem Sancti illius, in cujus honorem dictum altare conſecratum eſt, feſta dies celebretur, tunc de Sancto illo Miſſam legant & prædictarum animarum reminiſcantur cum collecta, omnia fideliter, prout aliàs. Devotè inſuper Deo ſupplicent pro mea ac meæ uxoris dominæ Trautbergicæ, dum vivimus, ſalute, & ſi noſtrûm alteruter vel bini ex hac vita diſceſſerimus, fideliter noſtrarum & anteceſſorum animarum reminiſcantur, & cuivis ſacerdoti hanc Miſſam apud S. Stephanum legenti cunctis diebus tres denarii currentis monetæ Meranenſis dentur.

B *præſtanda determinat,*

9 Poſtea dictorum dominorum ac dominarum & omnium eorum hæredum anniverſarium celebrent quovis anno octo diebus ante feſtum beatiſſimæ Virginis in cælum aſſumptæ cum Miſſis, commemoratione ac Vigiliis; eadem etiam die quingentis circitèr, ut ſuprà notatum eſt, hominibus in eleëmoſynam dent caſeum & panem, vel carnes & panem, quod commodiùs haberi poteſt: & hac ipſa die quiſquis ſacerdotum paratus ſit ad Miſſam defunctorum legendam, & pro hac ab abbate vicenarium habeat; & univerſo conventui mane & veſperi integra portio detur; & ſi hunc anniverſarium celebrare velint, hoc Rottenburgi & Rettenbergæ notificare debeant, ut quatuor meorum officialium aut ſervorum adſint, cùm hic anniverſarius celebratur: & idcircò ipſis & ipſorum eccleſiæ xv marcas pecuniæ dedi ex bonis inferiùs notandis, ut has Miſſas legant, & dictorum cognatorum meorum ac ſucceſſorum ſuorum anniverſarium celebrent omni ex ratione, qua præſcriptum. Et ſunt hæc bona:

fundos, m n

10 Primò prædium in Tyenzens in parochia Matrayenſi *m*, quod Omerſael colit, pendet duas (ſic dictas) *n* Gallung hordei, & duas libras, & pro canone duos humeros, ſex panes, tres pullos gallinaceos & capreolum, xxx ova: deìn prædium in Pfons, quod nunc Zundius Conradi gener de Pulle colit, & pendet x mutas, partim ſiliginis partim hordei; & xi modios betarum, libras duas & aſſes xxx pro dimidio porco, duos humeros, . . . panes, ſex pullos gallinaceos, quinquaginta ova. Prædium in Paz, quod Pazer colit, pendet vi modios ſiliginis, vi hordei, vi avenæ, libras duas, humerum unum, panes duos, duos pullos gallinaceos, xxx ova. In Ellenpogen unum prædium, quod Guldeinerius colit, pendet v libras, & ſex vicenarios pro canone; & unum prædium, quod Marcus colit, pendet tres & dimidiam libram, duos panes, humerum unum, unum pullum gallinaceum & xv ova; & unum prædium, quod colit Conradus Gaſt, pendet xviii libras, humeros duos, binos panes, unum capreolum, xl ova; & unum prædium in Multhal pendet v libras, iv panes, humeros duos, iv pullos gallinaceos, lx ova.

m Una curtis in Ramſan pendet xxiv libras, xx majores panes, x caſeos, centum ova, x pullos gallinaceos, unam libram pro dimidio porco, x minores panes, iv pernas, & dimidium caput porci: & unum prædium in Vorpih pendet xii libras, xii modios ſiliginis, humeros duos, iv pullos gallinaceos, lx ova: & una curtis in Obergaſteyg pendet xiii libras, xii modios ſiliginis, humeros duos, iv pullos gallinaceos, centum ova. Et ſi prædicta bona plus quàm xiv *o* marcas ferant, hoc illis in meliorationem conceſſum ſit: & omnium dictorum bonorum ego & omnes mei hæredes illis & illorum monaſterio evictionem præſtabimus ad normam Statuti Tyrolenſis.

A. Henrico Dynasta.

o

& ſub ſimilibus conditionibus ac pœnis

12 Si verò ipſi aut illorum ſucceſſores præſcripta negligerent, aut non implerent, pœnam xv marcarum luant eo modo, quo ſuperiùs ſcriptum, de xx marcis pecuniæ *p*. Si autem, quod Deus avertat, contingeret, quòd ipſorum etiam monaſterium magna calamitas provinciæ aut incendium affligeret, prædictas Miſſas celebrent ac eleëmoſynas dent, prout poſſunt, fideliter ſine omni dolo. Si autem poſtea mei hæredes vel cognati aut ſervi mei illos admonuerint, ut præſcripta iterum obſervent & impleant; tunc illud facere penitus obligati ſint omni modo, quo ſuperiùs ſcriptum & fundatum eſt.

p

H *actum concludit.*

13 Dictæ hujus rei teſtes ſunt: D. Henricus Prior, D. Petrus, D. Ludovicus, D. Cunradus, D. Dietericus, D. Fridericus, D. Bercholdus, D. Nicolaus, D. Otto, D. Ludovicus, D. Henricus, omnes de conventu. D. Bertholdus de Freundſperg, D. Fridericus de Rottenburg . . . . de Caltern, Henricus judex de Rettenberg, Seyfridus de Horlachen, Henricus Wurtel, Ulricus Specht, Seybothus Mayr, Nicolaus Probſt, Henricus de Reuffenegg, Ulricus de Zoehing, Dietelinus Ulricus illorum præpoſitus, & complures alii honeſti viri. Et ut hæc compoſitio ab ipſis & illorum ſucceſſoribus perpetuò ac firmiter obſervetur, has litteras domini Wilhelmi de Gerenſtain *q* & meo appenſo ſigillo munitas dedi: Actum anno à Nativitate Chriſti milleſimo trecenteſimo trigeſimo quinto, die Solis poſt feſtum S. Nicolai.

q

(L.S.) (L.S.)

ANNOTATA.

a *De eo ſic ſcribit Hundius in Metropoli Salisburgenſi:* Landolphus epiſcopus Brixinenſis anno MCCXCVI, MCCXCVII, MCCC. Catalogus hunc Mediolanenſem fuiſſe dicit, medicinæ apprimè expertum, à miniſterialibus occiſum. F

b *Eumdem annum ſignat Guarinonius in Vita num.* 18.

c *En tibi Henricum ſecundum cum duabus uxoribus, in Vita memoratis, & Henricum IV, illius & Hochenekiæ filium diplomatis auctorem.*

d *Hæc confer cum narratis in Vita num.* 18.

e *Voces hìc pauculæ omiſſæ ſunt, quia in autographo veriſimiliter legi nequeunt; idemque cenſendum, quotieſcumque ſimile ſpatium punctis denotatum recurrerit.*

f *Vide annotata inferiùs ad lit.* p.

g *Ejus nominis tertius & Ottiliæ filius.*

h *Hinc conſtat, ambos filios preſſiſſe patris veſtigia, ut narrat biographus dicto num.* 18.

i *Conſule iterum annotata inferiùs ad lit.* p.

k *Habes hìc integram Henrici ſecundi ex binis conjugibus ſuſceptam ſobolem, quam iiſdem nominibus eodemque ordine dedimus ex Guarinonii Fragmentis in annotatis ad cap.* 2 *Vitæ lit.* t. *Nam quòd una filiarum hic vocetur* Gernſtainia,

deſignat,

A. Henrico Dynasta.

altera Freundſpergia, *ideo factum haud dubiè, quia hæc nupta erat domino de Freundſperg, ut loco citato aſſerit Guarinonius; illa domino de Gernſtain. Atque inde conjicio mendum irrepſiſſe in laudatum Guarinonii locum, ubi dicitur Eliſabetha nupſiſſe domino* de Schroffenſtain. *Nam Eliſabetham nuptam fuiſſe Gernſtainio confirmatur his Burgklehneri verbis, quæ Roſchmannus, alia tamen de cauſa, recitat in ſuis notitiis.* Eliſabeth de Rottenburg, uxor domini Henrici de Gerenſtain anno MCCCXXIV.

l *Interpretatus hæc eſt de Henrico tertio Guarinonius, monens in Fragmentis, binas illi conjuges fuiſſe, Eliſabetham de Ramiz, & Eliſabetham de Leſchau, nec legi, quòd ex alterutra prolem ſuſtulerit.*

m *Super his pauca annotavimus ad cap.* I *Vitæ lit.* c.

n *Veriſimiliter verba uncis incluſa interpretis ſunt, qui non invenit vocem Latinam, ut ſequentem Germanicam exponeret.*

o *Legendum credo* XV marcas, *totidem enim ſe dediſſe ait ſuprà fundator; & defectu obſervantiæ totidem repetendas eſſe ſubdit num. ſeq.*

B p *Marcam unam pluribus libris valuiſſe, non eſt quòd moneam; cùm num. præcedente, neglectis aliis, enumerentur libræ* 90 *integræ ad conflandas marcas* 15; *ſed hinc adverto, binos errores irrepſiſſe in apographum noſtrum. Nam dicitur hîc, quòd in pœnam negligentiæ, refundendæ ſint marcæ* 15, *id eſt, integra ſumma, pro fundatione aſſignata, idque* eo modo, quo ſuperiùs ſcriptum de XX marcis pecuniæ. *Itaque ſuperiùs num.* 5 *ad lit.* f *pro* viginti libras *legendum* viginti marcas; *& num.* 7 *ad lit.* i *pro* quindecim libris *legendum* quinquaginta libris: *tales enim erant ſummæ pro fundatione ac meliorationе ſtatutæ, taleſque proin repetendæ in pœnam negligentiæ, ut perſpicuum eſt.*

q *Eliſabethæ Rottenburgicæ hic ſocer erat veriſimiliter aut levir; nam, ſi rectè mariti nomen expreſſit Burgklehnerus cit. lit.* k, *is* Henricus *vocabatur.*

GLORIA POSTHUMA.

C

PARS I.

Cultus antiquus & hodiernus in Eben & hujus vicinia.

§ I. Monumenta cultûs ab ipſo Sanctæ obitu inchoati.

Antiquum cultum præter alia

DUm prodigia, quibus omnipotens Deus vitam, mortem & ſepulturam dilectæ Ancillæ ſuæ illuſtrare dignatus eſt, recolligimus, non poſſumus non profiteri, haud inanem eſſe Tyrolenſium traditionem, quâ cultûs ejus primordia repetunt ab ipſis ejuſdem obitûs temporibus. Traditionem ita refert Guarinonius in Fragmentis ſu-

D *ſioris Hiſtoriæ:* Devotionem igitur, quam Deus tam in propinquis quàm multùm remotis populis excitavit per peregrinationes ex Tyroli & Bavaria ſtatim poſt ipſius mortem ad ſepulchrum ipſius inſtitutas, per ipſius interceſſionem multis gratiis remuneratus eſt. Cujus rei totâ poſteritas, & præterea memoratus paulò antè nobilis ſcriptor... teſtis eſt. *Franciſcum Geznerum innuit, ejuſdemque verba, data à nobis in Commentario prævio, num.* 19, *ex parte ſubjungit. At verò quod Guarinonius eumque ſecuti paucioribus ac generalibus dumtaxat verbis complexi ſunt, viſum eſt nobis plenioribus explicare, &, ſervato, quantùm licuerit, ordine chronologico, antiquum nec umquam interruptum ad hæc noſtra tempora commonſtrare cultum per monumenta & ſcriptorum teſtimonia.*

teſtantur ſacella mox poſt Sanctæ obitum


2 *Præcipuum inchoati mox ab obitu cultûs ac venerationis argumentum eſt ſacellum Tenbacheuſe, cujus meminit Guarinonius in Vita contractiore, atque iterum in Fragmentis Vitæ fuſioris in hunc modum:* Ubi verò ad primum intervallum in pago Yenbachenſi pervenit (*Henricus Rottenburgicus à ſepultura ſeu exſequiis ſanctæ Famulæ domum rediens*) in media via parvulum ſacellum cum pictura prodigioſi per Oenum tranſitus cum arcula obſerata pro oblationibus extrui curavit. Sacellum hoc longè equidem tempore totum exolevit; remanſit verò in hodiernum diem arcula cum nomine: ARCA SANCTÆ NOTBURGÆ, & quidquid ibi offertur, ejus templo in Eben cedit: ſperandum haud dubiè, etiam ſacellum cum tempore extruendum iterum eſſe. *Verba iſta, licèt antè recitata, hoc loco repetenda judicavi; quia paululùm diſcrepant ab hodierna pagum incolentium traditione.* E

exſtracta; alterum in Yenbach,

3 *Clariſſimus Roſchmannus in ſæpe laudatis Notitiis de eodem ſacello ſermonem inſtituit loco duplici:* Hoc ſtatim à morte ſanctiſſimæ Virginis, *inquit primo loco*, à Rottenburgico dynaſta in memoriam primæ poſt ſiccum Oeni tranſitum quietis ſub tilia à bobus captæ, exſtructum fuiſſe, tum conſtans traditio perhibet, tum ratio ipſa ſuadet; ſitum eſt enim hoc ſacellum in pago Yenbach, cujus equidem pagi ac templi parochialis ibidem patronus divus Wolfgangus eſt: niſi igitur ſingularis quædam & extraordinaria cauſa adfuiſſet, arcam in pago publicè conſtitui alii cuidam Sancto, quàm loci patrono, haud puto licuiſſe umquam: minùs oblationes (quas ibi & ego inveni, lapidum nempe aliquot mineralium à foſſoribus metallicis, cum arcula murata ac clauſa) aliò pertinere, quàm ad illius loci templum; ſicuti iſtæ, quæ omnes omnino ad templum S. Notburgæ deferuntur. Hoc ſacellum anno MDCCXXXV, XXII Aprilis ex officio, dum quà notarius Apoſtolicus à ſuperioribus eccleſiaſticis inſtrumentum ſolitum ante extraditionem ſacri corporis, ut conficerem, requiſitus fueram, acceſſi, & inveni ibi pictam imaginem divæ Notburgæ, ad quam lapides, quos dixi minerales, appoſiti erant, ibique ad partem ſiniſtram inveni arculam occluſam lateritiam pro oblationibus nummorum. *Ectypon memorati hîc ſacelli habes in adjuncta tabella.* F

quod æquè nunc exſtare creditur,

4 *Exſiſtit igitur etiam nunc ſacellum eodem loco, ubi ſua ætate* totum exoletum *fuiſſe teſtatur Guarinonius, ac remanſiſſe tantùm arculam. An, uti ſperaverat ipſe, deinde* iterum *exſtructum fuit? Refragari videtur incolarum traditio. Audi Roſchmannum eam alibi clariùs exponentem:* Supereſt vel hodie hoc ſacellum, & in hoc divæ Notburgæ imago depicta cernitur, & ad hanc ple-




Sacellum parvum in Yenbach cum
Arca oblationum.

F. Xav: Jungwirth Sc. Mon.

Oriens.

Septentrio.



Meridies.

1 Rudera Arcis Rottenburg, in qua cubiculum S. Notburgæ, olim in Sacellum Versum erat.
2 Vicinia trajectus ubi boves cum cadavere S. Notburgæ Oenum transierunt.
3 Locus Rottholz cum ponte, uti hodie conspicitur.
4 Arx Turneggia à Ferdinando A.A. constructa.

Occidens.

F: Xav: Jungwierth Sc: Mon

A plerumque oblati aliquot lapilli minerales, quos foſſores metallici in gratiarum actionem offerunt, ſi Sanctæ hujus ope divites in montibus venas ſortjantur. Ex parte ſiniſtra hujus ſacelli arcula occluſa lateritia, ſeu Gazophylacium priùs dictum, pro oblationibus pecuniariis occurrit. Sacellum hoc, ut à viris ibi ſenioribus accepi, ab omni hominum memoria ibidem in veneratione ac cultu fuit, creditur que idem eſſe, quod poſt obitum Dei Famulæ ſtatim eſt conditum.

ſed veriſimiliùs ex veteris ruderibus renovatum eſt,

5 *Equidem, cùm æquum non ſit negare fidem Guarinonio, qui partes illas ipſe perluſtravit, tum dicta illius, tum incolarum traditionem ſenſu accommodo accipienda exiſtimo, atque in hunc modum componenda: dum igitur Guarinonius ſacellum ſua ætate* totum exoletum *fuiſſe ſcripſit, & ex appoſito remanſiſſe arculam; illud ita deſtructum indicare voluit, ut, licèt ſupereſſent parietes aut parietum rudera ac fundamenta, facilè reſici non poſſet, ſed de novo & integro eſſet exſtruendum. Incolæ verò ſacellum hodiedum exſiſtens, idem eſſe reputant cum eo, quod poſt obitum Sanctæ ſtatim conditum fuit, quia eo ipſo loco, ſupra eadem fundamenta, atque etiam ad-*
B *hibitis antiquioris ſacelli reliquiis edificatum fuit; vivente forſan adhuc dum, imò & inſtigante ac promovente Guarinonio. Id ſuſpicor primò, quia in contractiore Vita, ultra annos viginti typis edita poſt conſcriptam fuſiorem, de ſacello ita loquitur num.* 23, *acſi tum temporis exſtaret; ſecundò quia ipſum in hujuſmodi opera magnoperè affectum fuiſſe legimus. Audiatur Adrianus Kembter laudatus in Commentario prævio:* Hic enim eſt ille Guarinonius .... qui plurium patriæ noſtræ venerabilium perſonarum, Sanctorum, ſingulariter autem S. Notburgæ virginis & S. Andreæ martyris Rinnenſis Hiſtoriam immenſo labore reſtituit, cultum provexit, & ejus (*S. Andreæ*) eccleſiam conſtituta dote ditavit, qui denique S. Carolo Borromæo inſigne templum, quamvis divitiis minimè abundaret, excitavit. *Imò iis adeo delectatus eſt, ut* non tantùm ſedulum ageret architectum, & pictorem... verùm etiam fabrum murarium, *uti ſcribit ac probat idem Kembterus.*

alterum in arce Rottenburg,

C 6 *Succedit modò ſacellum arcis Rottenburgicæ, de quo ita diſſeruimus in Commentario prævio ad Vitam occaſione tabulæ Ebenenſis, ut neceſſe non ſit, pluribus hîc oſtendere, exſtructum id fuiſſe, juxta ſcriptorum teſtimonia ibidem allata, eodem tempore eodemque curante, quo ſacellum Tenbathenſe, ac proin alterum eſſe & præclarum vetuſtiſſimi Sanctæ noſtræ cultûs monumentum. Monumentum inquam; nam licèt hodie dirutum ſit, viſuntur tamen ejus reliquiæ, ſupereratque integrum Guarinonii temporibus, ut conjicimus ex ejus verbis, recitatis in dicto Commentario noſtro num.* 13. *Accipe alia ex Fragmentis:* Sacellum hoc (in quæ ſcriptor induſtriè inquiſivit) ſæpiùs renovatum, & dignè uſque ad annos nuper elapſos circitèr viginti habitum fuit. Donec hominum quidam, genio ſæculi obſeſſi, aram ex ſacello & arce aliò removerunt, & elegantem locum miſerè devaſtatum in cellam penuariam commutârunt; quod ægrè ferens hujus Hiſtoriæ author cum ſociis ſuis manum admovit, penum removit, locum purgavit, aram ac ſacram ſupellectilem reſtituit, donec res in meliorem ſtatum deveniat.

7 Confervata quoque fuit hujus ſanctæ Virginis capella in bino jam incendio, quod arcem omnem foris & intùs corripuit. Narravit ſcripto-

AUCTORE J. P.

quod his in medio incendio ſervatum fuit;

ri hujus arcis colonus, vir probus & Deum timens, quòd nocte illa, quæ diem, quo ara cum rèliquis è ſacello remota fuit, inſecuta fuit, in illa ipſa ſcala, per quam hæc trahebantur, ingens exortus tumultus à ſe fuiſque non ſine tremore auditus fuerit: luculento indicio, hanc irreverentiam, loco ſacro illatam, Superis certò diſplicuiſſe. Præter ſacellum ab incendio immunis etiam remanſit culina & hypocauſtum famulitii, licèt totum tabulatum & fornix ipſe ex ligno fuerint conſtructa, & adhucdum ſuperſint cum ciſtis à tempore S. Notburgæ reſiduis: quæ omnia abſque ſingulari ope divina, utpote furentibus & omnia conſumentibus circumquaque flammis, ſervari non potuiſſent; quæ ipſus non ſine motu iteratò conſpexi.

ſed hodie deſtructo ſucceſſit novum extra arcem.

8 *Eo ſtatu erat cum ſacello arx Rottenburgica ſub annum circitèr* 1620, *quando iſta ſcripſit Guarinonius. Statum hodiernum exhibet adjuncta tabula, eumdemque deſcribit clariſſimus Roſchmannus, teſtis item oculatus, cujus verba hîc ſimiliter transfero:* Eodem pariter tempore ac die (XXII *Aprilis anni* 1735) acceſſi ipſum caſtrum Rottenburgicum, ibique monſtrari mihi curabam cubiculum, quod per tria & ultra ſecula E
inter tot temporum hominumque injurias, diruta ac collapſa tota arce, remanſit, atque ante annos adhuc non multos integrum perſtitit, à peregrinantibus (ut ex vivis teſtibus audieram) inter preces & lacrymas viſitatum. Ingreſſus ſum per ingentem acervum ruderum adhuc per januam illam, quæ cubiculo ſeu ſacello propria erat: verùm præter parietes primarios omnia diruta offendi. Apud colonum tamen loci aram ligneam cum integumento lineo, atque antipendio, ut vocant, tabulamque aræ impoſitam inveni; accepi iterum pro illuſtriſſimo domino dynaſta afferendas ſtatuas ligneas tres duorum circitèr palmorum, antiqui & trium ad minimum ſeculorum operis, SS. Auguſtini, Wolfgangi & Hedwigis Meraniæ ducisſæ, quam ultimam ob ſingularem antiquitatem & veſtitum, non invito domino, bibliothecæ noſtræ publicæ intuli, quam omnes, qui viderunt adhuc, admirati ſunt. *Hæc ille. Alibi autem iiſdem ferè repetitis ſubjungit iſta:* Verùm Divæ noſtræ ſtatua, Suazium jam olim ad reficiendam allata, reſtituta non fuit ampliùs, quam tamen perantiquam videre ſummopere geſtiebam. Succeſſit autem hodie in locum antiqui F
cubiculi ad pedem arcis ex ligno ſacellum aliud, magna pariter devotione cultum, ubi inter oblationes lapidem mineralem tam grandem ſpectavi, ut ejus magnitudinis nullum ipſum templum Ebenenſe poſſit oſtendere. *Aſſignatis jam duobus antiquiſſimæ venerationis monumentis, ſubdi deberet hîc tertium, tabella nimirum Vitam compendio complectens, &* primis ab obitu S. Notburgæ temporibus, *ſecundum veriſimilem Roſchmanni conjecturam*, ejus templo appenſa. *Aſt integram recitavimus in Commentario prævio, ſenſumque noſtrum ſuper ipſius antiquitate abundè aperuimus: ſequitur ergo, ut quæ de ipſo templo comperta nobis ſunt, proferamus.*

AUCTORE J. P.

§ II. Sacello S. Ruperti in Eben succedit seculo XV templum S. Notburgæ nomine insignitum; continuati cultus argumenta alia

Ex amplis visitantium Sanctæ sepulcrum

Stetisse olim in Eben sacellum humile & angustum, S. Ruperti nomine insignitum, in quo S. Notburgæ *sacræ exuviæ terræ demandatæ fuerunt, ex antedictis sufficienter notum est. Dictum quoque est in Vita num. 26, qualem ibidem mox cultum obtinuerit; sed istum Vitæ textum hîc juvat repetere, ut, quæ ejus elucidationi ac confirmationi subserviunt, commodiùs & magis ordinatè adjiciamus.* Rerum autem gestarum, & beneficiorum statim ab obitu, per ipsius preces concessorum, magnitudo longè latéque vulgata,
B è remotioribus etiam, ne dicam è vicinis, regionibus clientes confertim, teste Historia primigenia, acciverat. Quare & oblata prolixè munera, agros & census & post centum ac viginti à beato excessu annos etiam ampliorem templi rubro e marmore fabricam, divi Ruperti sacello chori dumtaxat spatium (ut ex pavimento antiqui fornicis colligitur) occupante, conciliaverant, cui nova quoque turris accessit. Recens hoc equidem templum sine arcubus concameratis, anno nati Redemptoris MCCCCXXXIV absolutum, reverendissimus pro-episcopus Brixinensis Albertus solenni ritu divæ Virginis memoriæ sacrum esse jussit.

muneribus exstruitur novum templum,

10 *Non suppetunt nobis testimonia coævorum, quibus certum faciamus quidquid hîc & alibi generatim asserit biographus de tot peregrinationibus ad sepulcrum Sanctæ institutis, de obtentis ibidem beneficiis, & oblatis donis ac muneribus intra annum emortualem, & annum* 1434, *constructi &* S. Notburgæ *dedicati templi epocham. Meritò etiam dubitamus, an ipsimet biographo ad manum fuerint similia testimonia; cùm in Fragmentis asserti sui testem appellet dumtaxat posteritatem unà cum Francisco Geznero, scriptore*
C *seculi* XV *exspirantis. Utut res se habeat, assertum Guarinonii nobis omnino credibile fit ex dictis præcedente §, imò & indubium ex ipsa novi templi constructione: neque enim videmus, cur in valle non multùm, ut apparet, ante Sanctæ obitum frequentata, nec ab hominibus divitibus habitata, exiguo sacello substitutum fuisset templum, ac veteri patrono S. Ruperto subrogata vel saltem adjuncta* S. Notburga, *nisi occasionem præbuisset insolitus primùm, ac dein constanter continuatus populi, beneficiis illecti, ad sepulcrum concursus, contulissetque vires ac facultatem copia donorum multo tempore collectorum.*

quod anno 1434

11 *Ceterùm absoluti & consecrati templi epocham Guarinonius & hunc secuti Raderus aliique statuunt annum* 1434 *ex autographis litteris, quas servat Ebenense tabularium, quasque, ut à clarissimo Roschmanno transcriptas accepimus, hîc exhibemus.* Albertus Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ episcopus Salonensis constare volumus universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, quòd anno Domini MCCCCXXXIV feria VI infra Octavas assumptionis Mariæ humiliter & devotè consecravimus capellam *S.* Notburgis in val-
le, quæ nuncupabatur Eben, altare verò & prædictam capellam in honore sanctorum Ruperti & aliorum multorum Sanctorum, quorum reliquiæ sunt per nos inclusæ & reconditæ; quorum dedicationem ordinavimus solemnisandum & peragendum amodò futuris temporibus Dominicâ proximâ ante festum S. Bartholomæi. D

consecratum,

12 Cupientes igitur, ut prædicta capella & altare majoribus honoribus ac devotionibus frequententur, & ut dein à Christi fidelibus jugiter venerentur, omnibus verè pœnitentibus, confessis & contritis, qui prædictam capellam in dedicatione seu patrociniis visitaverint, nec non in subscriptis festivitatibus; videlicet in festo Nativitatis Domini, & tribus diebus sequentibus, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ Domini, in die Cœnæ, Paraseeve, die sancto Paschæ, & tribus diebus sequentibus, Joannis Baptistæ, Petri & Pauli & omnium Apostolorum, in festivitatibus B. V. Mariæ, in festivitatibus S. Michaëlis & omnium angelorum, & Commemoratione omnium fidelium animarum, nec non singulis diebus Dominicis per curriculum anni, & quando de mane aut serotina pulsatione ter AVE MARIA oraverint, seu ad fabricam dictæ capellæ, ornamenta seu alia necessaria manus suas porrexerint adjutrices, & eidem sacram eleëmosynam, quocumque nomine seu conditione existat, dimiserint, & pro omnibus fidelibus defunctis suas orationes, & alia opera pietatis, impenderint devotas; quoties hujusmodi cum devotione fecerint, nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & ejus authoritate confisi, quadraginta dies criminalium & annum venialium de injunctis sibi pœnitentiis in Domino misericorditer relaxamus, in cujus rei & evidens testimonium, sigillum nostrum pontificale duximus appendendum. Datum & actum anno, die & loco, quibus ut suprà.

L. S.

S. Notburga nomen induit,

13 *Ædes sacra, quam litteræ* capellam *tantùm* S. Notburgis *compellant, atque cum altari etiam* in honore *S. Ruperti ac Sanctorum aliorum dedicatam fuisse innuunt, constanter* templum S. Notburgæ *scribitur in multis instrumentis, quæ citat vel recitat Roschmannus. Majorem eorumdem partem conficiunt litteræ autographæ emptionum pro eodem templo factarum seculo* XV *&* XVI, *unde non modò colligas, solum* S. Notburgæ *nomen ipsi deinceps adhæsisse; verùm etiam certò cognoscas, perseverâsse semper & accrevisse populi, illuc ad Sanctæ sepulcrum accurrentis ac dona afferentis, multitudinem. Primum omniumque vetustissimum instrumentum, anno scilicet* 1467 *exaratum, sunt* litteræ, *ut scribit Roschmannus*, venditorum censuum ac reddituum, quos habuêre in Achensi valle viri illustrissimi fratres de Freintsperg, & de Monte S. Petri equites. Emptores fuere Leonardus Walch ab Eben, & Sigismundus Well in Perlisau, œconomi templi S. Notburgæ in Eben &c. *Alterum instrumentum annum præfert* 1470, *quo* iidem (*œconomi emerunt*) aliud fundum eidem templo. E F

proprium sacerdotem obtinet.

14 *Tertii autem summa est*, notabilis emptio (*verba sunt rursus laudati Roschmanni*) areæ pro domo habitaturi ex nunc & in perpetuum sacerdotis ad templum S. Notburgæ, facta ab ejus œconomo Joanne Blaser anno MCCCCLXXIV. *Sanè notabilis est, quia per eam discimus, quando-*

A *donam ecclesia ista habere cœperit proprium sacerdotem. Sed non minùs notabiles sunt litteræ anno proximè subsequenti conscriptæ, quibus quatuor S. R. E. Cardinales indulgentias in eodem templo lucrandas concesserunt, populumque ad devotionem & piam liberalitatem cohortati sunt. Litteras istas Roschmannus dignas censuit, quas integras transcriberet, nos quas prelo committeremus. Ita sonant.*

& indulgentiis 15 Stephanus titulo S. Adriani, Ausias titulo S. Vitalis, Joannes titulo SS. Nerei & Achillei, & Joannes Baptista titulo S. Balbinæ, presbyteri, miseratione divina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, universis & singulis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quantò ferventiùs fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tantò salubriùs animarum saluti providemus. Cupientes igitur, ut filialis ecclesia S. Notpurgæ ausn Eben, parochialis ecclesiæ B. Virginis Mariæ in Münster, Brixinensis diœcesis, congruis frequentetur honoribus, & in suis structuris & ædificiis debitè reparetur, ac calicibus, luminaribus, libris & aliis ornamentis ecclesiasticis, divino cultui necessariis, augmentetur, conservetur & manuteneatur, fideleſque ipsi eò libentiùs devotionis causâ confluant & ad eamdem reparationem, conservationem & manutentionem hujusmodi manus promptiùs porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos.

B

Româ transmissis, 16 De omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus authoritate confisi, omnibus & singulis Christi fidelibus utriusque sexus verè pœnitentibus & confessis, qui dictam ecclesiam in S. Ruperti & S. Sigismundi, ac SS. Joannis & Pauli, nec non S. Augustini, & ipsius ecclesiæ dedicationis festivitatibus & diebus à primis Vesperis usque ad secundas Vesperas inclusivè, & devotè visitaverint annuatim, & ad præmissa manus, ut præfertur, porrexerint adjutrices, nos Cardinales præfati, & quilibet nostrûm per se pro singulis festivitatibus & diebus hujusmodi, quibus id fecerint, centum dies de injunctis ejus * pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus, prioribus, præsentibus, futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, ad humilem supplicationem dilectorum nobis in Christo parochianorum dictæ ecclesiæ, præsentes litteras fieri, nostrorumque solitorum sigillorum jussimus & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in domibus nostris anno à Nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, di verò vicesima tertia mensis Xbris, Pontificatûs sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Sixti divinâ providentiâ quarti anno quinto. H. Brunus.

** eis*

C

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

bonisque seu donatione 17 *Sixtus IV, teste Panvinio & aliis passim, Pontifex Maximus renunciatus est anno* 1471 v *Idus Augusti, & anno* 1473 *Nonis Maii purpurâ ornavit cum expressis suprà titulis Stephanum Nardinum, archiepiscopum Mediolanensem; Auxiam de Podio, archiepiscopum Montis-regalis in Sicilia; Joannem Arcimboldum, episcopum Novariensem, & Joannem Baptistam Cibo, episcopum Melfitensem, qui demortuo Sixto IV in Sedem Apostolicam successit, & Innocentius VIII appellatus est. Hac sufficiunt ad litteras, quas recitavimus, elucidationem. Redeo ad monumenta tabularii Ebenensis.* Diploma in membrana, *inquit Roschmannus*, possidet eadem ecclesia Ebenensis de anno MCCCCLXXXII autographum, ac sigillo principis (*Sigismundi Archiducis Austriæ*) mihi bene perspecto, atque integro munitum, quo jus feudale, sibi debitum in certis fundis remittit pro ecclesia ab ejus œconomis emptis. *Hujus apographum dabo sequenti §.*

AUCTORE J. P.

seu emptione acquisitis ditatur. 18 Adsunt quoque, *pergit idem*, de anno MCCCCLXXXII litteræ venditionis cujusdam feudi in pago Münster, salvo jure Sigismundi Archiducis Austriæ, pro œconomis ecclesiæ S. Notburgæ Leonardo Kandlinger & Udalrico Velderer. Anno MCCCCLXXXVIII: similes litteræ de empto censu annuo trium librarum Veronensium „Venerabili ecclesiæ S. Notburgæ„. *Prater jam allegata memorat generatim instrumenta authentica annorum* 1468, 1482, 1510, 1516, 1518, 1525 *&* 1537, *quibus emptiones aut donationes eidem ecclesiæ factæ notantur. Atque his abundè confirmantur dicta à nobis num.* 13 *de perseverantia & incremento cultûs ac piæ populi confluentis ad sepulcrum liberalitatis.*

E

§ III. Virorum principum, maximè ex Augustissima Domo Austriaca, in Sanctam pietas ac munificentia, seculo XV & XVI; cultus usque ad nostra tempora continuatus & auctus.

Summi principes QUæ hoc titulo præferuntur, *ita complexus est Guarinonius in Fragmentis*: Ingens illa reverentia ac devotio, quâ principes in hanc Sanctam ferebantur Virginem, omni tempore fuit eximia. Maximilianus primus imperator fornicem seu concamerationem templi, quâ per LXXX annos caruit, cum suffraganeo Brixinensi de Schroffenstain erigi curavit. Sigismundus Archidux Austriæ magni habuit hanc Divam. *Verbis istis Fragmentorum ultimis subjungit sequentia Roschmannus:* Cætera omnia desunt; *ut saltem suspicari liceat, alia ejusdem generis ab auctore collecta & annotata fuisse: ac temporum iniquitate deperiisse; accedit, quòd in Vita contractiore unm.* 28 *asserat, numquam defuisse* magni etiam nominis clientes vel devotioni vel gratitudini, ut fusiùs Annales perhibent. *Ignorare nos, quos hîc Annales indigitet, jam monuimus in Annotatis ad eumdem textum.*

nominatim Sigismundus 20 *Asserta autem à Guarinonio veneratio Sigismundi Archiducis erga* S. Notburgam *elucet in diplomate, quod allegavimus num.* 17, *& nunc proferimus integrum:* Nos Sigismundus Dei Gratiâ Archidux Austriæ, Carinthiæ & Carnioliæ, comes Tyrolis, fidem facimus. Cùm œconomus templi sanctæ Notpurgæ in nostra dynastia Rottenburg sibi mox describenda bona, quæ nobis & Domui nostræ Austriacæ jure feudi subjecta sunt, cum licentia nostra pro prædicto templo emerit, quæ nos amore Dei & singulari propensione, quâ ferimur in memoratum templum, mox designanda bona eidem templo ap-

AUCTORE J. P. propriavimus & tanquam allodia ac propria dedimus. Damus & appropriamus hæc etiam tam nomine noſtro quàm hæredum & ſucceſſorum noſtrorum ex certa ſcientia atque harum tenore litterarum.

archidux Auſtriæ 21 Ita quidem, ut templum illud ſeu illius præpoſitus, quicumque illi futuri ſint, pro ſe ex nunc & ſemper jure proprietatis loco illius eccleſiæ tenere, poſſidere, uti, frui, commutare, vendere aut quocumque alio modo agere debeant ac poſſint, ſicuti cum aliis bonis propriis illius eccleſiæ abſque noſtra, aut ullius noſtri nomine facienda, interruptione, impedimento, aut contradictione; ſalvo tamen cujuſcumque jure alio. Nam nos jure feudi & omni alio plenariè abdicavimus fideliter, & fraude omni ſubmota. Hi autem ſunt fundi & agri: Primò ager in Lindenfeld; item ager in Eggarten; item ager in Kurzenfeld; item ager in Creizfeld; item ager in Obernfeld, item ager in Arbeitsplunt. Rurſus pratum parvum ſepe clauſum; item area pro horreo. Hæc bona proveniunt à ſeniori Leitgeb. Rurſus quoque in Creizfeld agri quatuor, in Lindfeld unus, atque iterum ager in Eggarten in an-
B gulo, in Oberfeld quatuor agri, terram unam occatam, & aliud hortum, agrum in Arbeitsplunt, & parvulam harum teſtimonio litterarum. Datum Oeniponti die Mercurii poſt Dominicam Exaudi, poſt Nativitatem Domini MCCCCLXXXII anno.

(L. S.) D. D. per ſe ipſum in Conſ.

Vitia ſcriptionis, quæ in diplomatis parte præſertim poſteriore lectorem mox feriunt, nec corrigo, nec quomodo corrigi debeant, ſatis perſpicio. Credideram primùm, attribuenda ea eſſe deſcribentium incuriæ; at ſuper iiſdem conſultus clariſſimus Roſchmannus, reſcripſit his verbis: Uſus ſum ipſo diplomate, inſpexi quoque ejus matricem in tabulario noſtro, nec aliter ibi verba ſonant.

& Maximilianus Cæſar, qui in Tyrolis 22 *Maximiliani Cæſaris in* S. Notburgam *pietatem ac munificentiam celebrant poſt Guarinonium ſcriptores omnes penè, qui Sanctæ noſtræ geſta litteris conſignârunt. Atque in primis Raderus in Vita, ita inquiens:* Hæc (*eccleſia* S. Notburgæ) poſt annos unum & octoginta à Maximiliano primo Auſtrio Auguſto & pro-epiſcopo
C Schroffenſtainio perfecta & ornata fuit. *Brunnerus in Annalibus Boïcis:* Illic, *inquit*, cùm tumulum æræ proximum Notburgis accepiſſet, ne hic quidem pro dignitate ſitam mortales arbitrati, templum auguſtius è porphyretico lapide adjunxerunt, cui Maximilianus, primus eo nomine imperator, ultimam manum impoſuit, & illam olim Servam, Auguſtus Patronam ſalutavit. *Brunnerum ſecutus eſt Adlzreitterus; nuperrimus verò Vitæ Italicæ auctor anonymus, laudatus num.* 36 *Commentarii prævii, ſingulorum jam nominatorum dicta collegit, cap.* 6 *ſcribens in hunc modum:* Auguſtiſſimus monarcha Maximilianus I huic ſanctæ Virgini genua tunc ſubmiſit, quando ſua ſacra Cæſarea majeſtas cum illuſtriſſimo Chriſtophoro Schroffenſtainio, epiſcopo Brixinenſi, fornicem ejuſdem templi exſtrui curavit, pluribus illud pretioſis muneribus dotavit, Sanctamque elegit in patronam peculiarem ac protectricem: quod pii monarchæ exemplum imitati principes & magnates alii eam venerati ſunt ſemper.

23 *Roſchmannus in Notitiis* pronum eſſe *ait*, ſuſpicari, ſæpiùs huc delatum *fuiſſe* piiſſimum & in ſacras ædes munificentiſſimum principem *Maximilianum* occaſione venationum & piſcationum in vicina lacu Achenſi celebratiſſimarum. *Venationi aptiſſimas eſſe partes iſtas ſatis conſtat; audiatur tamen iterum Roſchmannus in Diſſertatione academica de regno animali, vegetabili & minerali medico Tyrolenſi, edita anno* 1738: Regnum quoque animale, *inquit pag.* 12, non tantùm per Germaniam, ſed nec per Europam ullibi felicius: animalia quippe alpeſtria & ſylveſtria præcipuè, quotquot Europa noſtra progignit, & in provincias ſuas aliàs ſparſim dividit, conjuncta ſola Tyrolis producit.... Novit hæc perbene Germaniæ & litterarum reſtaurator, atque antiquitatum Tyrolenſium conſervator Auguſtus Maximilianus I, qui venationum ſuarum in hac patria noſtra, ut nuſquam alibi tot monumenta reliquit, tot pericula adiit evaſitque, ut in Valle Halenſi, inferiori Oenana, Stainacenſi, ad arcem Tyrolis, & Rupem denique D. Martini hodiedum celeberrimam. Secuti ſunt hunc principem Archiduces noſtri complures, Ferdinandus ſenior, Ferdinandus Carolus, & Sigiſmundus Franciſcus
E *&c. Horum veriſimiliter Archiducum aliquot deſignare voluit Guarinonius in Vita, ubi, poſtquam meminiſſet Maximiliani Cæſaris, mox ſubjunxit, numquam defuiſſe* magni nominis clientes vel devotioni vel gratitudini *erga* S. Notburgam, *vel certe anonymus num. præcedente laudatus, dum aſſeruit, Maximiliani exemplum imitatos fuiſſe principes alios.*

Sæpiùs venando animum recreavit.

pii erga Sanctam

24 *Ad hujuſmodi conjecturas recurrendum non eſſet, ſi modò ad manum eſſent Annales, quos adducit Guarinonius, vel ſaltem exſtarent illuſtria teſtimonia, quæ è templo ſubducta fuêre aliquot annis, antequam ſcriberet, uti diſcimus ex ejus Fragmentis, quæ ſic habent:* Servabatur olim in templo certum genus (*vox prætermiſſa eſt*) cujus fila propriis, dum viveret, manibus confecerat Notburga, monſtrabaturque piè ad ejus tumulum peregrinantibus, quemadmodum rei hujus viri aliquot, nobilitate ac ſenio venerandi, probè meminerunt. Subducta tamen hæc ſunt unà cum aliis illuſtribus teſtimoniis ante annos circitèr quadraginta vel quinquaginta tum ab his, quos illati in hanc provinciam impii ac perditi libri perverterunt, tum à tepidis illo tempore ſacerdotibus. Conſtat enim, inſignibus ac magnis a-
F nathematibus ornatum, ac plenum ferè totum templum fuiſſe, quemadmodum ex teſtimonio nobilis equitis Gozenii abundè patet. *Iſta etenim illuſtria teſtimonia atque inſignia ac magna anathemata aliquas haud dubiè notas præferebant, unde & tempus & perſonas uſque adeo in Sanctam munificas propiùs & diſtinctiùs noviſſemus.*

ac liberales exſtitêre;

25 *Talia teſtimonia de Maximiliani Cæſaris & illuſtriſſimi Schroffenſtainii pio in ſanctam Virginem ſtudio ad noſtram uſque ætatem conſervata ibidem fuêre, & non ſemel à Roſchmanno viſa, uti ipſe affirmat*, utriuſque *ſcilicet* inſignia cum anno MDXV in choro eccleſiæ depicta. Atque hinc, *ſubdit*, iterum Guarinonii aſſertum firmatur, primum templum Rupertino ſacello ſuccedens, quod nomen à diva Notburga ſortitum eſt, octoginta annis ſine tecto ſeu fornice fuiſſe, *& ad hæc obſervat, moris fuiſſe ante Maximiliani ævum, ut tabulata dumtaxat adhiberentur, taleſque ſtructuras illorum temporum ſe per Tyrolim conſpexiſſe multas. Denique eadem occaſione ex notato anno* 1515, *qui à templi conſtructione*

ſeu

A *ſeu conſecratione octogeſimus primus eſt, corrigit Raderi errorem, attribuentis illuſtriſſimo Schroffenſtainio ſolum titulum pro-epiſcopi.*

epiſcopus item Brixinenſis Chriſtophorus,

26 *Sed is qualiſcumque error à Guarinonio primùm profectus eſt, in cujus fuſiore Hiſtoria, uti ex textu num.* 19 *recitato manifeſtum eſt, legerat Raderus, quòd Maximilianus imperator* cum ſuffraganeo Brixinenſi de Schroffenſtain *fornicem erigi curâſſet; neque viderat idem Raderus Guarinonii opus contractius, annis circiter* 20 *poſt Bavariæ ſanctæ editionem promulgatum, in quo titulos mutavit auctor, & Chriſtophorum Schroffenſtainium appellavit* reverendiſſimum Brixinenſium præſulem. *Et rectè quidem: etenim ut ſileam catalogos Brixinenſium antiſtitum, in quibus Schroffenſtainius mox ſubſtituitur Melchiori à Meckaw S. R. E. Cardinali, ſub annum* 1509 *ex hac vita evocato, exſtat in Spicilegio eccleſiaſtico Germaniæ part.* 2 *pag.* 1091 *diploma, unde certò cognoſcitur epiſcopatum tenuiſſe anno* 1511. *Wiguleus Hundius ejuſdem ſeculi* XVI *ſcriptor Metropoli ſuæ Salisburgenſi ſequens viri elogium inſeruit.* Chriſtophorus, primus hujus nominis, à Schrouenſtain, filius Oſwaldi equitis aurati, ac Praxedis baroniſſæ à Wolkenſtain &c. coadjutor Brixinenſis ac Tridentinenſis ſummæ eccleſiæ præpoſitus &c. fit epiſcopus Brixinenſis anno MDX: vir genere, eruditione ac morum gravitate celeberrimus..... Præfuit... Brixinenſi eccleſiæ annis XII. Obiit anno MDXXI, IV Calend. Aprilis.

B

aliæque perſonæ illuſtriſſimæ:

27 *Inter illuſtres Sanctæ noſtræ cultores ſeu cultûs promotores haud immeritò hîc recenſeri poſſent quatuor S. R. E. Cardinales, & Albertus Salonenſis epiſcopus ac juxta Guarinonium pro-epiſcopus Brixinenſis; ſed de his jam actum eſt eorumque productæ ſunt litteræ præcedente §. Nec profectò pratereundæ piiſſimæ juxtà ac ſereniſſimæ Archiduces Auſtriæ Maria Chriſtierna & Eleonoræ Ferdinandi ſecundi imperatoris ſorores, quibus piè ſtimulantibus, Guarinonius ad Acta Sanctæ colligenda animum adjecit, & favente ac juvante reverendiſſimo Hieronymo Ottone, poſtea celſiſſimo principe & epiſcopo Brixinenſi feliciter exſecutus eſt, uti in ipſiuſmet præfatione legimus. Servata temporum ſerie memorandus ſimiliter eſſet illuſtriſſimus Jeſſe Perkofer, ſub medium proximè elapſi ſeculi epiſcopus Belinenſis, ſuffraganeus Brixinenſis; ſed de eo recurret ſermo inferiùs part.* 2 *Gloriæ poſthumæ §* 1.

C

eminet hodie Caſpari Ignatii Brixinenſis antiſtitis

28 *Eadem de cauſa præterimus hîc perſonas currentis ſeculi ſeu eccleſiaſtica dignitate, ſeu ſtirpis nobilitate conſpicuas & ob promotum auctumque cultûs ſplendorem de* S. Notburga *optimè meritas; quas inter præ ceteris ſanè commendandi venirent tum celſiſſimus ac reverendiſſimus S.R.J. princeps epiſcopus Brixinenſis Caſparus Ignatius ex comitibus de Kinigle; tum illuſtriſſimus comes Joſephus Ignatius de Tannenberg dominus dynaſtiarum Rottenburgi ad Oenum, Trazberg &c. unà cum hujus illuſtriſſima parente Eliſabetha Helena L. B. de Riſenfels atque illuſtriſſimis ſororibus Maria Anna & Eliſabetha de Tannenberg; ſed eorum aliorumque pietas ac munificentia in Sanctam adeo elucet in relatione à clariſſimo Roſchmanno compoſita, & à nobis excudenda, ut de iis hîc fuſiorem ſermonem inſtituere, ſit immittere falcem in meſſem alienam.*

& nobiliſſimæ domûs Tannenbergicæ pietas.

29 *Unum tamen idque ad nos proximè pertinens, ſilere nec volumus nec poſſumus; benignam videlicet & prorſus ſingularem pro Actis ſanctæ Ancillæ Operi noſtro inſerendis memorati mox illuſtriſſimi comitis curam, & ad eadem exornanda liberalitatem; utpote qui non tantùm antea clariſſimo Roſchmanno (uti hic ipſemet ſcribit in litteris Oeniponto ad nos deſtinatis tertio Idus Martias* 1736) in mandatis dedit, ut Acta Sanctæ compilaret & ſuo etiam nomine ad nos ſubmitteret, *verùm etiam loca ac ædificia præcipua, in Actis jam memorata & dein memoranda, delineari ac depingi, tabulis æneis incidi, totque è ſingulis ectypa, quot ad nongenta tomi* IV *Septembris exemplaria requiruntur, ſine ullis Muſei noſtri ſumptibus tranſmitti curavit anno* 1751.

AUCTORE J. P.

Magnam fuiſſe ſeculo XV *& ſeqq.*

30 *Longiùs excurri, ac temporum ſeriem paululùm perturbavi, ut quidquid de illuſtrioribus Sanctæ cultoribus annotandum veniret, abſque intermiſſione abſolverem. Redeo ad derelictum tantiſper enarrationis filum. Viguiſſe toto ſeculo* XV *populi in eam ſtudium ſat certis ac multis argumentis probatum eſt* § 2. *Addi illis potuiſſet ſæpe citati Franciſci Gezneri teſtimonium, aſſerentis, eam celebrem fuiſſe ſua ætate,* præcipuè per miracula, quæ apud illius templum, in quo tumulata eſſe traditur, illis omnibus, qui eam in neceſſitatibus invocant, obvenerunt. *Verùm auctor iſte adeo propinquus fuit ſeculo* XVI, *ut ab illo dictum ſeculum inchoare viſum ſit. Conſonat Geznero Marcus Sittius laudatus in Commentario prævio num.* 21: Sancta hæc virgo Notburgis, *inquit,* celebris eſt per totam Tyrolim tum ob vitæ ſanctimoniam, tum ob beneficentiam in pauperes, unde & ſingularia prodigia facta ſunt, & fiunt omnibus illam in ſuis neceſſitatibus invocantibus in templo illo, ubi tumulata eſſe dicitur.

E

peregrinantium in Eben confluxum

31 *Porrò ſicut ſeculo* XV *ingens peregrinantium confluentia, cauſa fuit, ut angusto priùs ſacello ſucceſſerit templum amplum ac domus deſtinata, aſſignatique ſufficientes redditus fuerint ſacerdoti, illic deinceps & in perpetuum habitaturo atque peracturo officia divina; ita ob eamdem ac fortè majorem peregrinorum frequentiam factum eſſe credo, ut ſeculo* XVI *locus ipſe, auctus paulatim domorum juxta templum & incolarum numero, pagi formam induerit; ac tandem eidem eccleſiæ tum ſepulturæ tum alia jura parœciis propria fuerint conceſſa. Conceſſa autem hæc eodem illo ſeculo fuiſſe, & veriſimiliter ſub idem tempus, ſub quod fornix eccleſiæ per Maximiliani Cæſaris & Chriſtophori Brixinenſium antiſtitis pietatem abſolutus fuit, diſcimus ex inſtrumento anni* 1516, *quod legit Roſchmannus in tabulario Ebenenſi, cujuſque compendium ſic proponit:* Sententia *eſt* ſeu arbitramentum Leonardi abbatis Montis S. Georgii, Andreæ Gewolff parochi in Münſter, Lamperti Pagll & aliorum item œconomorum eccleſiæ S. Notburgæ, propter ſepulturam, jura parochialia & alias res, quibus indigent ædes S. Notburgæ, ac quid eapropter pendi debeat proviſori ejuſdem cooperatori in Wiſing. *Confectum ſcilicet fuit hoc inſtrumentum haud dudum poſtquam prædicta jura templo annexa fuiſſent, ad tollendas & præcidendas difficultates, quæ ex ſimilibus immutationibus non rarò oriuntur.*

F

cœvorum teſtimoniis

32 *Quò propiùs accedimus ad noſtra tempora, eo accreſcit magis numerus ſcriptorum, cultum ſui temporis atteſtantium. Pro ſeculo* XVII, *ut mittam Guarinonium, Raderum, Platnerum biographos, habemus Burglehnerum, qui citatis aliquoties Mss. iſta inſeruit:* S. Notburga in dynaſtia Rottenburg ad Oenum in ſatis excelſo monte in Eben magna devotione in ipſius templo ibidem colitur: *Brunnerum in Annalibus Boïcis ita ſcribentem:* Fervent etiam hodie populi ſtudia ſuam

&

AUCTORE J. P.

& ægri pecoris ſalutem numquam vanis votis ab illius manu repoſcentis: *Adlzreitterum denique, qui in Annalibus item Boïcis hæc notavit:* Colitur hodiéque peregrinorum frequentiâ, qui ſuam illi pecoriſque ſalutem non ſine conſpicuo beneficentiæ experimento commendant. *Huc ſpectat etiam & jam relata ſcriptorum verba plurimùm confirmat, quod in Notitiis ſuis monet Roſchmannus, inſpexiſſe ſe nimirum in tabulario Ebenenſi* tria volumina bene magna in folio (ut vocant) ab anno MDCX ad noſtra tempora continuata, in quibus ratio redditur oblationum perpetuò fieri ſolitarum; *addit inſuper, exſtare quarum hujuſmodi volumen ceteris antiquius; verùm id à ſe viſum non fuiſſe, quoniam tum miſſum fuerat Brixinam, quando cauſa de elevando* S. Notburgæ *corpore pertractabatur.*

33 *Ceterùm oblationes voluminibus iſtis inſcriptæ conſtant, ut ipſiuſmet verbis utar,* lapidibus mineralibus, vitulis, agnis, hœdis, pellibus vitulorum, lino, ac præcipuè butyro, *cujus oblata fuiſſe notat,* ſingulis annis, ultra centenaria quatuor. *Nihil his addo de tabulis votivis templo appenſis, nihil de ſtatuis ſimilibuſque impetratorum beneficiorum monumentis, nihil de ſupplicationibus illuc conſtanter inſtitutis ex variis ac remotioribus etiam partibus; nihil demum de hodierni cultus ſplendore, de annuæ feſtivitatis ſolemnitate, de templo cum altaribus nuper conſtructo; quia hæc & hujuſmodi alia ſufficienter illuſtrata ſunt in relatione, quam confecit clariſſimus Roſchmannus teſtis oculatus, & in cauſa inventionis ac elevationis ſacrorum oſſium notarius Apoſtolicus.*

aliiſque monumentis conſtat.

B

RELATIO

Inventi hoc ſeculo XVIII, examinati, ſolemniter tranſlati, ac publicè expoſiti ſacri corporis, & nonnullorum prodigiorum.

C

Auctore clariſſimo viro Antonio Roſchmanno, in eadem cauſa notario Apoſtolico.

CAPUT I.

Oſſa S. Notburgæ è terra elevantur anno MDCCXVIII.

Facultate ab antiſtite Brixinenſi

LAtuerunt hactenus à ſancto divæ Virginis exceſſu per ſecula omnino quatuor altùm in Rupertini ſacelli ambitu humata oſſa ejuſdem divæ Virginis; cùm communitas Ebenenſis, unà cum loci dynaſta perilluſtri ac generoſo domino Joſepho L. B. de Tannenberg, S.R.J. principi ac epiſcopo Brixinenſi Caſparo Ignatio ex comitibus de Kinigle ordinario ſuo ſupplex facta eſt, ut pro poteſtate, ipſi tamquam ſummo hîc locorum paſtori conceſſa, licentiam impertiretur, iis, quibus decet, inſpectantibus, ſepulchro aperto, cultum ab ipſo Dei Famulæ obitu cadaver exhumandi virgineum, quod dein ſuis ritibus extradi, ornari, atque ſic (venerationem dumtaxat antiquam continuando) omnium conſpectui pro tantis fidelium deſideriis exponi poſſet.

D

accepta, coram idoneis teſtibus

2 Annuebat piis ſupplicantium votis celſiſſimus, conſtituitque in re tam ardua commiſſarium reverendiſſimum ac illuſtrem dominum Joſephum Antonium Piazza de comitibus, decanum hîc locorum, ut vocant, ruralem ſeu forenſem, qui in teſtes aſſumpſit admodùm reverendum dominum Joannem Sebaſtianum Azwanger parochum in Münſter, & reverendum dominum Franciſcum Xaverium Sprong, curatum in Eben.

aperitur locus

3 Datur igitur per trinos foſſores (quorum unus ab ipſo celſiſſimo deſignatus erat) initium; quæruntur muri antiqui ſacelli, ambituque illorum circumquaque luſtrato, atque ex omni parte detecto, tandem ſpatium interius ſacelli antiqui ex quatuor partibus omnino & perfectè clauſum, atque ab ipſius hodierni templi muris notabili remotum diſtantiâ, inventum eſt, latumque orgias tres & dimidiam, longum ſeptem & dimidiam: murus Orientem verſus ſub ipſa, quæ vel hodie ſupereſt, ara ſortiebatur initium, atque hîc fruſtraneus erat fodientium labor; cùm hunc locum in antiquo ſacello ara cum gradu & clathris neceſſariò occupare debuerit; ſacrumque corpus, teſte Hiſtoria, ante gradum prodigioſè depoſitum, ibique conditum fuerit.

E

ſepulturæ; ſacra oſſa

4 Faceſſebat foſſoribus (ut poſtea hoc & omne reliquum juratò conſtitit) multum negotii terra compacta & ſolida prorſus, ut adeo ubique, & ab omni ævo intacta ſit viſa ab omnibus, nec ab ullo umquam inſtrumento penetrata; muri quoque ex omni parte depicti comparuêre, adeo tamen nigredine obducti fuerant, ut nihil amplius diſcerni potuerit. Egeſtâ igitur tam profundè humo, ut altitudinem viri cum dimidio facilè ſuperârit, luſtratoque ſpatio ſic prorſus omni, ſeptimo tandem die poſt prandium, præſentibus, quos ſupra dixi, reverendiſſimo commiſſario ac teſtibus deſcriptis, inventum eſt corpus unicum, integrum, ſitum nonnihil ex parte Epiſtolæ prope ſcamna virorum, atque pedibus circitèr duodecim à muri initio remotum, zonula coriacea muliebri tenui (quæ poſtea contactu in minima fruſtula abiit) in medio circumdatum, unà cum veſtis muliebris particula, in tres plicas pro more reflexæ.

F

ingenti gaudio

5 Exultavêre reperto hoc theſauro meritò univerſi, & pars in jubilos, pars in preces & gratiarum actiones converſa, hæc ſacra lipſana tamquam ipſum divæ virginis Notburgæ corpus piiſſimè vel ea ex ratione quoque moti devenerabantur, cùm ex immemoriali & conſtanti traditione, continuato ab ejus obitu, nullibi aliàs uſitato cultu, frequentiſſimo etiam remotiſſimorum peregrinorum acceſſu, communi fama, atque ipſâ etiam terrâ, in qua ſepulta credebatur, in morbis animalium pro medicina ex hoc loco adhibitâ, ſemper dictum creditumque ac communi hiſtoricorum ac monumentorum conſenſu firmatum ſit, intra ambitum hujus ſepultam eſſe ſanctam hanc Famulam; inſuperque hoc in loco, antiqui nempe ſacelli ſpatio, nullum aliud membrum, imò ne oſſicula quidem, præter hoc cor-

A corpus fæmineum repertum fuerit, imò nec reperiri potuerit; cùm certis teſtimoniis ſciatur, nullum adfuiſſe cœmeterium, nullum lapidem ſepulchralem, memoriam ac documentum nullum, alium quempiam fuiſſe ſepultum, niſi ſanctam Notburgam noſtram. Quæ omnia ita ſe habuiſſe, etiam poſtea jurejurando munita prothocolla, quæ mihi ad manum ſunt, abundè teſtantur.

reperta

6 Hæ igitur ſacri corporis reliquiæ ſuo loco relictæ, ne offusâ rurſum terrâ aut confundi aut etiam offendi poſſent, firmo aſſere ſuperimpoſito cuſtoditæ, ac priùs egeſtâ, nunc iterum injectâ glebâ, juſſu reverendiſſimi domini commiſſarii iterum tamdiu contumulatæ ſunt, donec modico pòſt intervallo ipſe reverendiſſimus ac celſiſſimus S. R. J. princeps ac epiſcopus hunc locum ſuâ dignatus eſt præſentiâ, & omnia authoritate ſua corroboravit.

ab ipſo epiſcopo examinantur, ac ciſtæ

7 Die enim XXI Septembris MDCCXVIII ad locum hunc Eben cum multo delatus comitatu, in quo etiam reverendiſſimus dominus commiſſarius Piazza fuit, aſſumptoque ſecum non ignobili chirurgo R. fratre Vitale Wagner, Ordinis S. Benedicti in antiquiſſimo monaſterio Montis S. Georgii profeſſo, ipſum iterum tumulum aperiri juſſit, oſſa ac veſtis particulam diligenter examinavit, ac dein mundâ ſindone involuta oſſa omnia, ſacrum priùs caput reverenter deoſculatus, ciſtæ ligneæ in hunc finem confectæ, tribus ſeris & ſex ſigillis occluſæ inſeruit, ac iterum terræ mandari juſſit.

B

inclusa tuto loco reponuntur.

8 Cùm autem poſt aliquod tempus ſic in humo recondita arca lignea ob humorem ac putredinem vitium facere timeretur, eodem reverendiſſimo domino commiſſario jubente, ſepulchrum tertia vice apertum, arcula illæſis ſigillis reperta, elata, ac in antiquum tabernaculum vacuum, in latere dextero parietis extructum, ac ferreis clathris probè munitum, repoſita fuit.

CAPUT II.

C

Poſt iterata examina ſuper cultûs antiquitate, corporis identitate, & obtentis beneficiis, publica reliquiarum expoſitio decernitur.

In examine ſuper Sancta ejuſque reliquiis

CUm igitur venerandæ divæ Virginis exuviæ decenti, quam diximus, cuſtodiæ fuerint incluſæ; examina de identitate inſtituta, ac cum reliquis Actis Brixinam miſſa, plurimùm reverendus ac clariſſimus P. Antonius Söll S. J. ſacræ Theologiæ ac ſacrorum canonum doctor, antea in univerſitatibus Oenipontana, Ingolſtadienſi, ac Dilingana ſacræ Theologiæ & ſacrorum canonum profeſſor, à communitate Ebenenſi ac illuſtriſſimo ejus dynaſta conſtitutus procurator, tria præcipuè examinanda ac probanda in ſe recepit: quod ſingulari ſcripto egregiè præſtitit. 1 Utrùm conſtet de cultu immemorabili hujus beatæ Virginis. 2 Utrùm conſtet de identitate corporis. 3 Quòd ſi de utroque conſtet, qua authoritate, & qua juris ſolemnitate, præmiſſa oſſa reperta publico cultui exponi valeant.

10 Ad primum ex authoribus, qui ex inſtituto hoc argumentum tractant, fusè probavit, quòd cultus publicus ex ſpontaneo concurſu, libera veneratione cum oblatione tabellarum, celebratione Miſſæ Beati vel Beatæ, ex cultu imaginum cum nimbo publicè expoſitarum à tempore immemorabili, ex ſanctitatis fama, nomine &c. probetur. At nihil horum hîc deſiderari pro cultu S. Notburgæ immemoriali mox oſtendit: id conſtare quippe ex retentione ſimilium tabularum votivarum à tempore immemoriali, de quarum viſu ac certa ſcientia à tempore ſuæ recordationis, ac de auditu ex ſuis majoribus & ſenioribus teſtes adſunt omni exceptione majores.

A. ANTONIO ROSCHMANNO. *probatur cultus*

immemorialis,

11 Item ex epitaphiis & inſcriptionibus, ex immemorabili aſſiduoque ad ſepulchrum concurſu, ex celebratione Miſſæ, ex communi ac publica voce, & fama ſanctitatis atque miraculorum, orta in vita & ſtatim ab obitu continuata. Hæc autem omnia inſuper probari ex templo conſecrato, ex titulo Sanctæ in litteris authenticis ante plus quàm ducentos annos, & libris oblationum addito: ex celebratione Miſſæ tam in choro, quàm in foro, & quidem ſub ritu duplici primæ claſſis cum tranſlatione feſti in illum diem incidentis Exaltationis ſanctæ Crucis; item in ſacello Stilfenſi prope Sterzingam, alia tamen die *a*: ex teſtimoniis hiſtoricorum Gözneri, Guarinonii, Mancini, Raſſleri &c. & ſic abſolvit punctum primum.

E

a

corporis

12 Quoad punctum ſecundum ita præter alia ſcripſit: Hîc ſepultam eſſe Divam noſtram habemus per traditionem conſtantem, per cccc & ultrà annos continuatam; nullus eſt alius locus, eccleſia aut cœmeterium, in quo cineres hujus Virginis celebrantur; nullus populus, qui hoc umquam in dubium vocâſſet, aut aſſeruiſſet, illius corpus ibi fuiſſe ſepultum, aut aſſervari; nulla eccleſia aut cœmeterium, aut locus, qui ſibi ejuſdem reliquias vindicârit: unde ſemper manſit ac manet prior traditio in ſua numquam turbata poſſeſſione.

identitas,

13 Addatur inſuper conſenſus hiſtoricorum, concurſus ad ſepulchrum, reperta ſola oſſa probabiliſſimè fœminæ in antiqui ſacelli ſpatio clauſo, quod ex toto perfoſſum eſt. Nulla de tranſlatis oſſibus ſuſpicio vel memoria: quod etiam neque clam, neque invito populo fieri potuiſſet. Rebus his omnibus per teſtes juramento confirmatis, concluſit iterum per authoritates doctorum, declarationes congregationum Tridentini concilii (in omnibus tribus punctis, his allegationibus uſus eſt vir conſultiſſimus) id ſibi videri ſufficienter probatum, quòd epiſcopus ex argumentis tam multis, ſolidis ac ad eumdem finem tendentibus, poſſit pronuntiare pro identitate hujus ſacri corporis.

F

& oſtenditur permitti poſſe

14 Ad tertium concludit ex Tridentino ſacro concilio Seſſ. XXV de invoc. vener. & reliq. Sanctorum ſtatuente: "Nulla admittenda eſſe nova „miracula, nec novas reliquias recipiendas, niſi „eodem recognoſcente & approbante epiſcopo, „qui, ſimulatque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilium theologis & aliis „piis viris, ea faciat, quæ veritati & pietati conſentanea judicaverit.„ Addit doctrinam communem canoniſtarum, etiam poſt Tridentinum docentium, reliquias de novo inventas alicujus Sancti authoritate epiſcopi publicæ venerationi exponi poſſe.

15 Poterit ergo epiſcopus, inquit, à fortiori reliquias S. Notburgæ, frequenti populi con-

A. ANTONIO ROSEHMANNO. *publicam reliquiarum expoſitionem.*

curſa cultas, pro majori ejuſdem devotione in altiori & commodiori loco collocare in eadem eccleſia; cùm authoritas Sanctorum reliquias transferendi etiam ab uno loco in alium conceſſa ſit epiſcopo. Non enim in noſtro hoc caſu & quæſtione agitur de quadam canonizationis aut beatificationis forma; ſed præcisè de oſſibus cujuſdam Beatæ, in eodem loco ab immemoriali tempore cultis, ibidem proponendis, & antiquo cultu honorandis, de qua re nec in authoribus, nec in jure certa forma præſcripta eſt. Et ita finit inclytus hic, atque ab editis Operibus canonicis celebris, juris-conſultus.

Auctor quà notarius apoſtolicus,

16 Occaſione motæ hujus controverſiæ etiam mihi ſors ter optata obtigit inutilem laborem meum pro honore Divæ noſtræ præſtandi. Quærebatur enim notarius Apoſtolicus, qui in ſequentia indaget. 1 In tabellas miracula divæ Virginis continentes, & votivas alias in ejus templo appenſas. 2 In cultûs & ſepulturæ traditionem per teſtes probandam. 3 Ad vetus tabernaculum an non ſit poſſibilis penetratio, illæſis ſigillis, & quot ſigillis illud ſit munitum.

B *ad id ritè conſtitutus, templum Ebenenſe*

17 Requiſitus igitur à reverendiſſimo, prænobili ac excellentiſſimo domino Petro Joſepho Ramblmayr de aurea valle ſacræ Theologiæ doctore, reverendiſſimi ac celſiſſimi principis & epiſcopi Brixinenſis conſiliario eccleſiaſtico actuali, inſignis collegiatæ eccleſiæ Inticenſis canonico, nec non decano ac parocho in Figen (utpote, qui juſſu celſiſſimi in commiſſarii munere in hac cauſa, uti & officio ſuo, defuncto haud pridem reverendiſſimo domino decano de Piazza, ſucceſſit) me ad hunc reverendiſſimum contuli, & die dein XXI & XXII Aprilis in templo D. Notburgæ in loco Eben & Schwazii rem deſideratam, ac deſuper inſtrumentum confeci, ex quo hîc addam, quæ nondum in his Actis retuli.

inviſit, monumenta cultûs examinat,

18 Et primùm, quod tabellas, miracula continentes, attinet, inveni unam de anno MDLXXXVII, in qua præter alia prodigia depictum fuerat illud, quomodo boves ſarcophagum, cui inſcriptum erat S. NOTBURG, per Oenum flumen traxerint; ſimileſque picturas binas vexillorum ſacrorum de anno MDCXXX & MDCLII. Ibi quoque inveni tabellam illam, quam his Actis præfixi & Ebenenſem compellavi. Tabulas votivas autem numeravi XXVI, quarum ætas tamen

C ad ſeſqui ſeculum non aſcendit; binas è ligno ſtatuas, ſigna in ora taurina, bovina, ac vitulina & unum equi, ſingula ex ferro ſedecim; ex ligno novemdecim, & ex cera viginti: cereos item duos prægrandes; fruſta lapidum mineralium viginti; & ad feneſtram latuſque Epiſtolæ cornua vera juvenci, ante ſexennium ad templum tracti atque oblati; ſeptem denique ſindones baptiſmales, induſiola, ut vocant, ſacri Chriſmatis.

teſtimonia ſenum de cultûs antiquitate,

19 Ad ſecundum. Teſtes adhibiti hoc affirmârunt: Primus LXXX annorum jurato depoſuit, terram ex tumulo divæ Virginis per LXX annos ablatam, pecoribus & hominibus fuiſſe ſalutarem: unico anno oblatos butyri centenarios XIV; juvencum ſuprà dictum oblatum fuiſſe à pago Vompp.; peregrinos quàm plurimos etiam ex Bavaria adventitare. Secundus LXXIV annos natus aſſeruit, ſe audiviſſe à patre ſexagenario, & ab avo (nam & reliquos majores ſuos hoc in loco ultra duo & dimidium ſeculum habitâſſe) perpetuò hîc cultam fuiſſe: confirmavit etiam dicta teſtis primi de bove adducto & peregrinantibus Boïcis.

20 Tertius LXII annorum repetiit ea de terra ſalutifera, hancque ſibi ipſi febre laboranti ſubitam attuliſſe medelam, neque ab eo hoc malo afflictum fuiſſe umquam. Semel œconomum ſe hujus templi fuiſſe, & uno anno tredecim ſupplicationes publicas cum ſacris vexillis huc inſtitutas fuiſſe: Kundlenſes ferè diei itinere remotos ſingulis trienniis id repetere: Pinzgavienſes etiam frequenter huc peregrinatum adventare: Prantenbergenſes autem famulos, lignis cædendis ſcriptos, ſingulis annis die profeſto ſalutatæ Virginis Sacrum ſolenne fieri curare.

D *continuatione, magno peregrinorum concurſu,*

21 Bavarum quoque ſe præſente palàm faſſum fuiſſe, quòd præſentiſſimam divæ Virginis opem in lue pecorum ſenſerit, quæ vicino ſuo jam tria abſumpſiſſet animalia, ſalva ſua & intacta manſiſſe; factitatumque id aliàs ſæpiùs, ſic ſe, ſic patrem ſcire: verbo, fuiſſe commune aſylum omnibus & in omnibus hanc Divam ſuam. Hic idem teſtis attulit unà ex templo par calceorum, ligneum unum, coriaceum alterum, addens, ſe ex ædituo intellexiſſe, parvulum quemdam retortis pedibus poſt preces ibi effuſas exauditum, reſtitutum, & rectà poſtea inceſſiſſe, hoſque calceos anathematis loco reliquiſſe. Teſtis quartus confirmavit ferè omnia, quæ primus de proceſſionibus & oblationibus retulit. E

& obtentis beneficiis excipit;

22 Quoad tertium punctum, inveni impoſſibilem eſſe penetrationem illæſis ſigillis. Ubi celſiſſimi & reliqua ſigilla appreſſa non tantùm integra & illæſa reperi, ſed etiam ea ipſiſſima eſſe, quæ olim appreſſa fuêre, evidenti demonſtratione comperi; dum duorum præſentium propria ſigilla mihi extradi petii, atque in horum præſentia & conſpectu ſigilla ſigillationibus, antehac ab his ipſis arculæ impreſſis, impoſui, & ad omnem apicem quadrare, omnibus commonſtravi.

lipſanotheca ſigilla perluſtrat,

23 Hoc inſtrumentum III Junii MDCCXXXV per reverendiſſimum dominum decanum Figenſem ipſi reverendiſſimo ac celſiſſimo principi & epiſcopo Brixinenſi traditum fuit. Quintâ dein hujus ipſe primùm dictus reverendiſſimus mihi retulit, hanc rem totam poſt reditum ſuum ſe confecturum fore, ſibi promiſiſſe celſiſſimum. Brixinam igitur redux celſiſſimus cauſamque aggreſſus, ad preces procuratoris ſuprà memorati conſtituit imprimis promotorem fiſcalem, treſque canonicos cathedrales, viros virtute, genere & doctrinâ illuſtres in arbitros cum actuario ſuo, qui rem F accuratè expenderent, ac ritè examinarent.

ac de ſingulis ad epiſcopum refert;

decernitur reliquiarum expoſitio publica.

24 Tandem XXVII & XXVIII Julii MDCCXXXV in binis ſeſſionibus, coram ipſo epiſcopo inſtitutis, idem celſiſſimus decrevit, reliquias dictas in eccleſia in Eben publicè exponi, atque eodem, quo hactenus ipſa beata virgo Notburga ibidem conſuevit, cultu affici poſſe permiſit, ut decretum deſuper XXIX ejuſdem menſis & anni confectum, ſigillo & ſubſcriptione ipſius rurſum epiſcopi firmatum, fuſiùs omnia continet, quod proin ex ipſo autographo hîc ſub numero VII aſferimus *b*. *b*

ANNOTATA.

a *Die 22 Octobris, ut videbimus parte 2 Gloriæ poſthumæ, ubi de loco iſto & cultu* S. Notburgæ *agetur pluribus.*

b *Decretum hoc ſub finem Notitiarum ſuarum auctor inter inſtrumenta probantia collocaverat, nos ad majus legentium commodum ipſimet relationi inſerimus & ſequenti capiti præfigimus.*

CA-

A

CAPUT III.

Decreta, quibus Brixinenſis antiſtes reliquias publicè exponi, atque prævie Schwazium, in ædibus illuſtriſſimi comitis Tannenbergici exornandas, transferri permittit.

Decretum, quo Brixinenſis antiſtes,

AD perpetuam rei memoriam. Nos Caſparus Ignatius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ epiſcopus, & S. R. I. princeps Brixinenſis &c. omnibus & ſingulis præſentes noſtras viſuris & lecturis ſalutem à Domino, & gratiam noſtram. Notum ſit omnibus, quòd cùm communitas loci in Eben, diœceſis noſtræ Brixinenſis, cum toparcha ſuo perilluſtri Joſepho Antonio Ignatio L. B. *a* de Tannenberg, ſuperioris Auſtriæ cameræ conſiliario, oſſa ſanctæ virginis Notburgæ publico cultui exponi ardentibus ac continuis votis deſideraverit, atque per venerabilem ac religioſum patrem Antonium Söll S. J., ſacræ Theologiæ & ſacrorum Canonum doctorem, procuratorem à ſe in hunc finem conſtitutum, humillimas preces nobis porrexerit.

a

B

expoſitis rationibus

26 Nos eorum votis piis ac deſideriis favere, cultumque memoratæ beatæ Virginis promovere, attamen in tam ſancto maximique momenti negotio debita cum cautela (ut par eſt) procedere volentes, imprimis venerabilem ac nobilem Franciſcum Georgium Peintner, U. J. licentiatum, collegiatæ eccleſiæ Inticenſis canonicum, conſiliarium noſtrum eccleſiaſticum & parochum in Albeins, pro hac cauſa promotorem fiſcalem, qui Acta diligenter perluſtravit, tum tres alios timoratos & doctos viros, videlicet perilluſtrem ac rev. Joannem Philippum Carolum comitem Fieger, cathedralis eccleſiæ Brixinenſis canonicum & ſummum pœnitentiarium; illuſtrem ac rev. Joannem Jacobum Carolum de Recordin & Nein, canonicum cathedralis eccleſiæ Ratisbonenſis, curiæ noſtræ eccleſiaſticæ vice-præſidem ac decanum & parochum Stilffenſem; nec non prænobilem & rev. dominum Joannem Sebaſtianum Benedictum à Pach in Hanſenheim, cathedralis eccleſiæ Curienſis canonicum & parochum Brixinenſem, conſiliarios noſtros eccleſiaſticos, arduæ hujus cauſæ arbitros, & venerabilem Joannem Georgium Spillmann, curiæ noſtræ eccleſiaſticæ ſecretarium, in actuarium conſtituimus.

C

ad id ſe moventibus,

27 Coram nobis proin, ac hiſce præſentibus in reſidentia noſtra hîc Brixinæ, diebus XXVII & XXVIII menſis Julii anno MDCCXXXV, comparuit præfatus promotor cauſæ, & cultum immemorabilem à CCC *b* & ampliùs annis conſtanter vigentem ex hiſtoriarum antiquarum & recentium monumentis, famâ continuatâ, traditione, ſenum teſtimonio, concurſu populi, celebratione *c*, authenticis inſtrumentis, ſimulque beati corporis identitate ex jurato ac ſolenni, tum foſſorum, tum medicorum, tum plurium ſacerdotum ac ipſius notarii publici teſtimonio demonſtravit, nec non procuratori fiſcali objecta, noſtro & præfatorum conſiliariorum noſtrorum judicio, ſatis ſupérque diſſolvit.

b

c

28 Nos, cùm ad publicam canonizationem, ſive ad univerſalem illius in Eccleſia cultum non ageretur, neque cauſa hæc umquam ad Sedem Apoſtolicam delata fuerit; inſuper cultus immemorialis ante decreta Urbani VIII, hac de re edita, demonſtratus ſit, auditis prædictorum conſiliariorum noſtrorum, tum aliorum piorum ac in Theologia & jure canonico verſatorum, ſententiis, poteſtate noſtra epiſcopali, vi ſacri concilii Tridentini nobis conceſſa, tenore præſentium, reliquias dictas in eccleſia in Eben publicè exponi, atque eodem, quo hactenus ipſa beata virgo Notburga ibidem conſuevit, cultu affici permittimus, ac permittendum eſſe in Domino duximus, non dubitantes, quin cultus hic ad honorem Dei & multiplex ſupplicantium ſolatium ceſſurus ſit, in quorum fidem &c. Datum in reſidentia noſtra epiſcopali Brixinæ, die XXIX menſis Julii anno MDCCXXXV. Caſp. Ig. epiſcopus Brix. Ad mandatum celſiſſimi & reverendiſſimi D. D. epiſcopi ac principis Brix. proprium: Joann. Georg. Spillmann ſecret. conſiſt.

A. ANTONIO ROSCHMANNO. *publicam reliquiarum expoſitionem concedit.*

Offerente ſe domina de Tannenberg

29 Lætiſſimo hoc nuntio exhilarata tam communitas Ebenenſis, ac omnis circumquaque vicinia, quàm tota illuſtriſſimi dynaſtæ domus, nihil aliud jam quàm de ornandis ſacris exuviis cogitabat. Implevit hæc pia deſiderantium vota, imò occupavit illuſtriſſima ac generoſa domina Maria Anna Eliſabeth Helena libera baroniſſa de Tannenberg vidua, nata libera baroniſſa de Riſenfels, ac ſe ad mundanda hæc ſacra oſſa, in ordinem anatomicum diſponenda, ac eleganter ſuis ſumptibus exornanda obtulit.

E

ad exornandas reliquias,

30 Retulit hæc proin ſæpe dictus procurator ac poſtulator in cauſa, plurimùm rev. pater Söll reverendiſſimo ordinario primâ Octobris anni jam dicti, qui inſigni liberalitate commotus, decimâ dein ejuſdem menſis & anni hanc rem reverendiſſimo & illuſtriſſimo domino domino Ferdinando Gabriëli comiti de Sarenthein pro-epiſcopo Brixinenſi, ac vicario ſuo in ſpiritualibus generali &c. committere dignatus eſt *d*.

d

idem antiſtes per aliud decretum

31 Caſpar Ignatius D. G. epiſcopus & S. R. J. princeps Brixinenſis. Præmiſſa ſalute. Plurimùm reverende, illuſtriſſime ac dilectiſſime amice. Poſtquam ad humiles preces R. in Chriſto patris Antonii Söll S. J. ſacerdotis, tamquàm in cauſa, authoritate noſtra conſtituti poſtulatoris, oſſa illa, quæ in eccleſia S. Notburgæ in loco Eben ex noſtra diſpoſitione, & reſpectivè in noſtra præſentia è terra elevata, & hucuſque in antiquo tabernaculo prædicti templi, noſtro etiam ſigillo cuſtodita, clauſa & aſſervata fuerunt, poſt accuratiſſimam indagationem, & examen multipliciter allatorum documentorum, nec minùs poſt maturam deliberationem cum viris in Theologia peritis ac conſcientioſis, confiſi poteſtate illa & authoritate à ſacro Tridentino concilio nobis conceſſa, pro illis ipſis agnovimus & declaravimus, in quibus beata anima hujus piæ & à ſeculis plus quàm quatuor tamquam ſanctæ & magnæ Patronæ tam à Tyrolenſibus quàm exteris celebratæ ac cultæ Dei famulæ virginis Notburgis, dum viveret, habitavit, & conſequenter, quòd expoſitio & cultus magno fervori, devotioni ac fiduciæ Chriſti fidelium concedi debeat.

F

pro-epiſcopo ſuo curam committit

32 Ideo nobis præfatus pater poſtulator ſub prima hujus currentis menſis ulteriùs obſequioſè ſignificavit, quatenus perilluſtris Maria Eliſabetha Helena L. B. de Tannenberg, nata L. B. de Riſenfels in hunc finem ſe obtulerit, ac ſe reſolverit, prædicta oſſa mundare, involvere, & ſuis ſumptibus eleganter ornare. Cùm igitur hæc pia obla-

A. ANTONIO ROSCHMANNO. oblatio nobis summopere placeat, hunc pretiosum thesaurum illi confidere non formidamus.

transferendi eas Schwazium ad ædes Tannenbergicas,

33 Cùm verò etiam ordo ille, à sacris Canonibus præscriptus, & cautio debita observanda sit, nobisque eò magis incumbat; cùm harum omissio honori hujus sanctæ Virginis damnum irreparabile suo tempore foret paritura: nos hac in re fiduciam nostram in vestra amicitia collocare & laborem imponere voluimus, ut eadem in prædictum locum Eben, quàm primùm fieri possit, in persona se conferre, & unà cum aliquibus sacerdotibus tamquam testibus sanctas reliquias ex tabernaculo (ad quod clavem tradimus) tollere & ante omnia nostra sigilla bene recognóscere, & si in his nulla, consideratione digna, læsio aut violatio appareat, illas Suazium in mundum & ab aliis profanis usibus saltem pro tempore liberum conclave in ædibus lib. B. Tannenbergii transferre possit & curare, ne eadem perillustris lib. baronissa de Tannenberg intuitu, quòd major Dei & Sanctorum gloria hîc versetur, recuset cum suis binis perillustribus domicellis filiabus *e* simul cum una vel altera, approbante amicitia vestra, adhibenda adjutrice coram ipsa juramentum deponere.

e

B

& quæ circa illas servari debeant,

34 Nempe 1 quòd de prædictis ossibus nullum subtrahere; 2 nullum aliud, hoc est, alienum his immiscere velit; 3 eadem ossa etiam ab aliorum subtractione vel irreverentia sollicitè custodire; 4 & tandem, post exantlatum tam laudabilem laborem, ad nostram ulteriorem ordinationem ac dispositionem, ut ad locum suum iterum perferantur, restituere velit. Præter hæc nostra mens foret ulteriùs, ut in illo conclavi, ubi & quamdiu Sanctæ ibi custodiuntur reliquiæ, lampas perpetuò arderet, & præter feram ordinariam una alterave adhuc fera pensilis adhiberetur, quarum claves illo tempore, quo nemo in illo moratur cubiculo, ad manus sacerdotis, in

f illis ædibus aliunde commorantis, Scalfi *f* deponendæ sunt; qui pariter circa articulos paulò antè recensitos juramento se obstringere non recusabit.

proponit.

35 Nos igitur unà ab amicitia vestra relationem, quàm primùm id commodo vestro fieri possit, simul cum prothocollo super omnia & singula conficiendo expectemus, prudentiæ & discretioni vestræ relinquentes, è re nata unum alterumve, etiam hîc non insertum, ad intentum finem ordinandi: & perennamus eidem amico ac benevolo animo probè addicti. Datum in nostra residentia Brixinæ x Octobris MDCCXXXV. Caspar Ignatius episcopus.

C

ANNOTATA.

a *A tempore dati hujus diplomatis, ab aula Viennensi comitis titulo exornatus est vir illustrissimus; uti ex Roschmanno didicimus.*

b *Mendum scriptionis haud dubiè hîc irrepsit; legendum* CCCC; *ut infrà num.* 31.

c *Vox* Missæ, *quam additam fuisse credimus, in apographo nostro prætermissa est.*

d *Litteras in eum finem, ad dictum illustrissimum destinatas, etiam ad calcem retulerat Roschmannus, nos commodiùs hîc inserendas arbitrati sumus.*

e *Nomina perillustrium illustrissimi comitis sororum habes infra num.* 49.

f *Vide num.* 50.

D

CAPUT IV.

Sacra ossa ex Ebenensi ecclesia Schwazium deportata illustrissimæ familiæ Tannenbergicæ fidei committuntur.

Pro-episcopus seu vicarius Brixinensis in templo Ebenensi,

IN hunc igitur finem hic ipse reverendissimus dominus pro-episcopus cum comitatu suo XVIII mensis Octobris Schwazium *a*, & die insequenti XIX in locum Eben *b* se contulit, in quo à potiori parte venerabilis cleri totius hujus decanatus Figensis decentissimè exceptus fuit, moxque in sacras sese divæ Notburgæ ædes contulit: sacrum ipsemet in ara summa huic sanctæ Virgini dedicata fecit, ac dein huic actui ritè se accinxit, qui in hunc modum peractus est.

a b

E

rogante procuratore ad id constituto,

37 Occupabat nempe idem reverendissimus ad aram & latus Euangelii locatam sellam, & ante omnia decretum clementissimum episcopale de concredita sibi commissione &c., de quo priùs dictum, & cujus tenor hîc sub num. VI ad finem *c* legendus est, exhibuit. Dein comparuit plurimùm Rev. P. Söll tamquam procurator in causa ad Acta legitimatus & demississimè institit pro recognitione sigillorum *d* arculæ, in qua inclusæ sunt reliquiæ B. V. Notburgæ, atque ut testes desuper, præmisso juramento, servatisque servandis, adhiberentur, ac demum procederetur ad actualem extraditionem, & reliqua omnia, quæ videbuntur ad hunc finem & actum necessaria & opportuna.

c

d

coram assessoribus, notario Apostolico,

38 Hac petitione percepta, electisque duobus assessoribus, reverendissimo, perillustri ac amplissimo domino domino Lamberto, antiquissimi monasterii San-Georgiani *e* Prælato & abbate infulato, ac jam suprà nominato reverendissimo domino decano Ramblmayr, impositum fuit mihi Antonio Roschmanno tamquam notario Apostolico, ad hunc actum specialiter requisito, juramentum, quòd omnia fideliter, uti geruntur, notare, ac prothocollo inserere velim; quod etiam ante aram flexis genibus ad sancta Euangelia, eadem exosculatus, præstiti.

e

F

ac illustribus testibus

39 Idem eodem modo dein juramentum tamquam testes rogati & adhibiti deposuêre reverendissimus & illustrissimus dominus dominus Josephus Leopoldus S. R. J. comes de Sarenthein, dominus in Kellerburg, Rottenburg & Kranzlstain, feudatarius in Reinegg &c. ecclesiæ cathedralis Brixinensis canonicus; Illustrissimus dominus dominus Godefridus S. R. I. comes de Sarenthein, dominus in Kellerburg, Rottenburg, Kranzlstain, dynasta feudatarius dynastiæ Reinegg, sacræ Cæsareæ ac Regiæ Cath. Majestatis cubicularius actualis, & excelsæ cameræ superioris Austriæ vice-præses.

juramento obstricti,

40 Perillustris ac generosus dominus dominus Joannes Georgius L. B. de Sternbach in Stock, Angerburg & Windeck, dominus dynastiarum superioris Falkenstain & Groppenstain, item Grafendorff & Rosenberg & Meltheur, sac. Cæs. & Reg. Cathol. Majestatis excelsæ cameræ superio-

A perioris Auſtriæ conſiliarius actualis. Admodùm R. D. Franciſcus Fluri, parochus in Münſter inferioris Oeni-vallis. Multùm R. D. Joannes Pezer, reverendiſſimi D. pro-epiſcopi ſacellanus. Illuſtris D. Felix Jacobus de Graben in Stain provincialis Tyrolenſis excelſæ cameræ in bellicis ſecretarius.

reliquias ex veteri theca in novam tranſponit, f

41 Apertum deinde antiquum tabernaculum *f*, ad quod aperiendum ipſe reverendiſſimus ac celſiſſimus epiſcopus clavem ſubmiſit. Ex hoc allata eſt arcula & ad recognoſcenda meliùs ſigilla, in menſula ad aram repoſita: recognitiſque ac illæſis undique repertis ſigillis, aperuit reverendiſſimus pro-epiſcopus arculam, & ſacra oſſa reverenter ac cautè in aliam, eleganter in hunc finem conſtructam, arculam repoſuit, hancque ſuo, dominorum aſſeſſorum præfatorum ac meo notarii ſigillo clauſit, ac clavem ad ſe recepit.

eaſdemque, comitantibus

42 Poſt prandium dein, cùm parata itineri eſſent omnia, arcula hæc, ex omni parte decentiſſimè ornata, ſub umbella, præcedentibus ſacris vexillis, per mediam horam uſque ad viam regiam ad torrentem Kasbachium *g* deportata fuit, reverendiſſimo pro-epiſcopo ac numeroſo clero, B ac præſente nobilitate inſigni cum cereis ardentibus inter campanarum ſonitus comitantibus. Proceſſimus dein cum ſacra ſarcina omnes uſque ad notam illam in Hiſtoria *h* Notburgica tiliam pedites univerſi; ubi aliquantum temporis quieti datum eſt. Illuſtres hîc cum reverendiſſimo pro-epiſcopo perſonæ, ut introducendo huic theſauro Schwazii eò ſplendidiùs commodiuſque pararentur omnia, præceſsêre. Cæterùm per potiorem viæ partem ferendo huic ſacro oneri reverendorum dominorum ſacerdotum, ac reverendiſſimi etiam præſulis humeri ſubierant.

g

h

& accurrentibus omnis ordinis i k l

43 Arculam deinde à tilia remotam jam iterum ſacra Yenbachenſium *i* vexilla ac æris campani ſonitus excepit, & ferè ultra horam comitatus eſt. His conticentibus campanæ aliæ templi præpoſituræ caſtri Trazbergici *k* increpuêre, donec & iſtis pagi Stamſenſis *l* ſonus æreus ſucceſſerit, cum cujus vexillis & univerſa plebe R. D. Prior San-Georgianus ſacrum pignus Schwazium uſque comitatus eſt.

i

k

l

hominibus, ſolemniter Schwazium uſque m

44 Jamque Schwazio appropinquantes ſacras exuvias campanæ majoris formæ & numeri celebris aſceterii San-Georgiani, nunc Viechty *m* è regione Schwazii poſiti, nuntiabant, cui Schwazenſes campanâ, præcipuè maximâ inter principes regionis vulgatâ, reſpondebant. Ventum dein in via noſtra ad noſocomii Schwazenſis templum, ubi paululùm quieſcebatur, donec introductioni ſolemniori daretur initium. Præceſsêre igitur tribus & confraternitates omnes cum cereis in manibus, nos ſequebantur R. R. P. P. Franciſcani hujus loci, pariter cereis inſtructi, uti & clerus omnis viciniæ perquàm numeroſus, à quo etiam ſacrum corpus ſub umbella inter faces portabatur.

m

perlatas collocat

45 Sequebatur pro-epiſcopus & cum frequenti illuſtriſſima nobilitate minerarum domini ac præfecti cum officialibus mineralibus ac ſuperioribus reliquis inter aliquot millia accurrentium ſpectatorum, quibus per omne itineris ſpatium ſpectaculi novitas, inveterata in hanc Divam pietas, atque impleta tandem quatuor ſeculorum vota, inter pia ſuſpiria, ac affectus devotionis tenerrimos permultis etiam lacrymas præ gaudio expreſſit.

46 In templum deinde parochiale (quod amplitudine & majeſtate ſua vix ulli in tota provincia cedit, ac totum cupro obtectum eſt) inter tubarum tympanorumque ſtrepitus delatum pignus Virgineum in ara ſanctæ Crucis ſub baldachino collocatum fuit, inchoante hymnum Ambroſianum ipſo in pontificalibus pro-epiſcopo. Altera deinde die, vigeſima nempe Octobris, à ſummo mane & confertiſſimo ſupplicantium numero inter Miſſarum ſacrificia colebantur fervida pietate hæc ſacra lipſana. Cantabatur dein à reverendiſſimo ac illuſtriſſimo domino canonico comite à Sarentheim officium ſolenne de ſanctiſſima Euchariſtia (erat enim dies Jovis ſodalitati iſthic celebri ſanctiſſimi Sacramenti feſtivus) quo finito, reverendiſſimus dominus pro-epiſcopus ad extradendum ſacrum corpus debitis cum ſolennitatibus ſe accinxerat.

A. ANTONIO ROSCHMANNO. *in templo principe; præmiſſa ſolemni Officio, i*

examinat denuò thecæ ſigilla,

47 Vocabat igitur omnium primò idem reverendiſſimus reverendiſſimum & ampliſſimum dominum præſulem Montis S. Georgii, reverendiſſimum item & excellentiſſimum dominum decanum Figenſem & me notarium Apoſtolicum ad recognoſcenda heri impreſſa ſigilla noſtra, cúmque intacta ac integra fuiſſent reperta omnia, hæc omnia prothocollo inſerere me juſſit reverendiſſimus dominus commiſſarius.

E

à dynaſta Tannenbergico,

48 Sellam deinde ad aram ſicuti heri occupans, expectabat advenientem ad ſe perilluſtrem ac generoſum dominum Joſephum Antonium Ignatium L. Baronem de Tannenberg, dominum dynaſtiarum Rottenburg ad Oenum, Trazberg, Campan, Liebeneich, Grienburg & Schönwört, dominum & provincialem Auſtriæ ſuperioris ſupra Anaſum, dynaſtam in Freündſperg, Schwaz & Neühaus, ſacræ Cæſareæ & Regiæ Cath. Majeſtatis excelſæ cameræ ſuperioris Auſtriæ conſiliarium actualem.

perilluſtribus ejus matre ac ſororibus, aliiſque

49 Qui prælectum à me notario juramentum repetens, quòd nimirum ſacra hæc oſſa in ædibus ſuis reverenter cuſtodire, clavem ad hypocauſtum cuſtodiendum nemini quàm juratis perſonis tradere, eadem ſacra oſſa ſuo tempore ad locum ſuum reſtituere velit &c. tactis Euangeliis jurejurando promiſit, eademque oſculatus eſt. Simile quoque juramentum, mutato tamen nonnihil ejus tenore, depoſuerunt perilluſtris ac generoſa domina Maria Anna Eliſabetha Helena L. B. de Tannenberg vidua, nata L. Baroniſſa de Riſenfels, in Oberaichet, Engelſegg, & Grienau, domina dynaſtiarum Riſenegg, Rhorbach, F Klingenbrunn, Schwend & Reilling &c. cum binis ejuſdem illuſtribus filiabus domina Maria Anna, & domina Eliſabetha liberis baroniſſis de Tannenberg, uti & prænobili domina Maria Anna uxorata Burgklehnerin, nata Saylerin; quod nempe omnes hæ de his ſacris oſſibus nullum ſubtrahere, nullum alienum his immiſcere, eademque etiam à ſubſtractione aliorum & irreverentia ſedulò cuſtodire velint.

juſjurandum excipit, & apertâ thecâ

50 Et demum etiam admodùm reverendus, nobilis & clariſſimus dominus Joſephus Scalfi, ſacræ Theologiæ licentiatus, ejuſdemque perilluſtris domini baronis Tannenbergici ſacellanus domeſticus; atque in caſum ejus abſentiæ aut impedimenti, admodùm reverendus dominus Maximilianus Wagner, parochus Schwazenſis, pariter jurejurando obſtricti ſunt, quòd clavem ad hypocauſtum, hæc ſacra oſſa continens, fideliter apud ſe cuſtodire, nemini extradere, & quotidie hypocauſtum illud ſollicitè velint claudere. His ita peractis levabantur ſacræ reliquiæ ab ara, atque ex templo parochiali per chorum, & acceſſum domeſticum, comitantibus heri ac hodie

A. ANTONIO ROSCHMANNO. *reliquias eorum fidei committit.*

præsentibus cum cereis in manibus accensis, in palatium Tannenbergicum ac proprium huic rei destinatum hypocaustum deferebantur.

51 Ubi in arcula ligamina sigillata à reverendissimo pro-episcopo dissoluta, clavis ad hanc admodùm reverendo domino Scalfi, tamquam custodi, concredita fuit; minutioresque & vix notabiles particulæ quædam sacrorum ossium à reverendissimo donatæ, ac priùs sigillo suo episcopali pro more munitæ; notabilis verò celsissimo domino ordinario, minùs notabiles consiliariis & promotoribus causæ; major perillustri domui Tannenbergicæ, & demum insignis reverendissimo & amplissimo domino prælato Lamberto ad Montem S. Georgii ad enixas ejus preces, & cùm diva Notburga nostra in vivis his tamquam patribus spiritualibus & curatis ejus parochiæ, cui Rottenburgum suberat *n*, familiariter usa fuerit, atque ut de diva hac Virgine cum toto suo monasterio Officium & horas celebrare possit, perbenignè concessa. Et sic congratulantibus universis perillustri domui de commisso ejus fidei, pietati, liberalitati & custodiæ tanto thesauro tam sanctæ Oeconomæ, hic actus finitus fuit.

ANNOTATA.

a Schwazium *seu, ut scribit subinde Roschmannus* Suazium, *alii* Sebatum *vel* Sevatum, *vulgò autem* Schwatz, *pagus est ad Oenum flumen, qui non modò mineris celebris est, verùm etiam qui, teste eodem Roschmanno in Brevi Tyrolensis comitatûs descriptione Germanica, hujus regionis civitates & oppida, paucis admodùm exceptis, pulchritudine sua superat. Prospectum ejus habes num.* 7 *adjunctæ tabulæ, quæ, ut suprà memini, illustrissimi domini comitis Tannenbergici munificentiâ, delineata est, depicta, in æs incisa & excusa atque ad nos transmissa, quamque hoc loco dandam arbitratus sum, quia hoc potissimùm capite loca plurima occurrunt, quorum ipsa situm exhibet. Porrò Schwazensis pagi descriptio fusior dabitur cap.* 6 *hujus Relationis num.* 64.

b *Inspice tabulam num.* 1.

c *Inter instrumenta probantia scilicet; totum decretum dedimus præcedente capite à num.* 31.

d *Sigilla ista theca appressa fuerant anno* 1718, *quando sacra ossa è terra elevata sunt. Vide cap.* 1 *num.* 7.

e *Vide infrà lit.* m.

f *Consule iterum, si lubet, cap.* 1 *num.* 8.

g *Torrentis hujus brevem notitiam dedimus in annotatis ad caput ultimum Vitæ. Est etiam via eodem nomine appellata, ut liquet ex annexa tabula num.* 6.

h *Parte prima Fragmentorum Guarinonii num.* 9.

i *De pago* Yenbach *actum in annotatis ad cap. ultimum Vitæ lit.* f; *de sacello etiam illic in honorem Sanctæ erecto, tum in dictis annotatis tum fusiùs parte I Gloriæ posthumæ cap.* 1 *num.* 2. *Situs loci ostenditur in adjuncta tabula num.* 6.

k *Habes & hujus situm in dicta tabula num.* 17.

l *Inspice iterum tabulam eamdem num.* 20.

m *Ascelerii hujus mentio facta est in Commentario prævio num.* 23, *& in annotatis ad Præfationem Vitæ lit.* e. *Roschmannus tamen, cujus ibidem verbis usi sumus, ampliorem ejus notitiam suppeditat in Notis suis ad cap.* 1 *Vitæ, ubi sic scribit:* Lubet hîc præter jam superiùs allata brevem aptamque ejus (*ascelerii*) descriptionem ex comite de Mohr afferre, ita asserente: „Situm est hoc monasterium in inferiori Oeni valle „in dynastia Freindsberg„ (*arcem Freindspergicam exhibet tabula num.* 8) „à tergo pagi Stans „in faucibus versùs Septentrionem rupi superstructum, Alpibus undique circumdatum, ad „rupis pedem duo torrentes sibi occurrunt„. Et ita situm conspexi ipsus. *His subdit auctores alios, apud quos dicti ascelerii sermo est, ac dein* Hodie, *inquit*, restaurato paulisper ex incendio hoc ascelerio ac templo pro pauculis religiosis, monasterium ipsum translatum est Viechtium Suazio oppositum. *Utriusque, veteris nempe ac novi, monasterii conspectum præbet tabula num* 18 *&* 19

n *Consona hæc sunt conjecturæ Guarinonii, indicatæ semel & iterum in Vita, nominatim cap.* 3, *num* 21; *ubi agens de sacerdote, qui* S. Notburgæ *sacrum funus ad sepulturam comitatus fuit, sic habet:* Religiosum fuisse Benedictinum ex sacro divi Georgii Monte credere fas est.

CAPUT V.

Templum Ebenense de nova exstruitur & munificè decoratur; episcopus ac princeps Brixinensis Schwazii examen instituit super custodia & ornatu reliquiarum.

Decoratis munificè templo Ebenensi

TRaditis igitur illustrissimæ familiæ Tannenbergicæ sacris lipsanis, cogitavit idem illustrissimus dominus comes, adstipulantibus conferentibusque tum ecclesiæ œconomo seu ærario templi, tum vicinia Ebenensi, de loco exstruendo tanta Hospite digno: dilatata navi in longitudine per passus xxv, in latitudine per passus novem. Potissimam ergo partem sumptuum idem illustrissimus contulit pro tota navi ecclesiæ è fundamentis erigenda: addidit his trina altaria totamque ecclesiam intùs opere vermiculato ex gypso, picturisque, ut apographum docet *a*, decentissimè ornari curavit. Paramenta, ut vocant, pro tribus his altaribus & vasa sacra inaurata & argentea suppeditante ipsius illustrissima domina parente, nata lib. baron. de Risenfels, illa ipsa, quæ sacrum corpus ornavit.

a

ac sacris Notburgæ exuviis,

53 Dum hæc agerentur in Ebenensi templo, strenuè interim Schwazii adlaboratum in erigendo toto secundùm ostiologiæ regulas sacro divæ Virginis corpore; præstitit hæc omnia suis potissimùm expensis eadem illustrissima domina mater superiùs memorata, unà cum illustrissimis suis binis filiabus, sororibus nempe germanis ejusdem illustrissimi domini comitis, D. D. Maria Anna & Maria Elisabetha. Sacra ossa vestibus pretiosissimis, quæ virginem civicam, qualis diva Notburga fuit, decent, reticulato opere, ut perspicua essent, & margaritis undique & gemmis elegantissimè contecta fuêre *b*.

54 Exstructo interim, ut diximus, templo fe-




1. Templum, et Vicinia Ebenensis, ubi sacra ossa D. Notburgæ publicæ Venerationi exposita sunt. 2. Arx Rottenburgica, cujus Dynastis à servitiis fuit S. Notburga. 3. Oenus fluvius. 4. Vicinia, ubi Cadaver S. Virginis à bobus per Oenum tractum fuit. 5. Arx Thurneggia. 6. Pagus Yenbach, per quem via, vulgo der Kasbach, in Eben ducit. 7. Pagus Schwaz mineris celeberrimus. 8. Arx Freindspergia. 9. Locus ad S. Margaritam dictus. 10. Pagus Strass. 11. Arx Kropfspergia. 12. Arx Liechtwehr. 13. Arx Matzia: probabilius Matiacum in itinere Antonini Veldidenam. 14. Pagus Brixlegg. 15. Charta Arnonis Brissech. 15. Rattenberga Civitas. 16. Pagus Wising. 17. Arx Trazbergia. 18. Antiquum Monasterium Ord. S. Benedicti in Monte S. Georgii Metello Tegerensi memoratum. 19. Monasterium recens erectum Ord. S. Benedicti in loco Viecht dicto. 20. Pagus Stans. 21. Locus Minerarum Argenti et Cupri vulgò Falckenstain dictꝰ. 22. Locus aliꝰ similium minerarum, vulgo der Ringe wechsel dictꝰ.

Chrn. Mayr Schwaz delin.

Klauber Cath. Sculps. A.V.

Septentrio.



1 Templum S. Notburgæ, olim S. Ruperti, in quo tumulata fuit S. Notburga, et in quo hodie Corpus Sacrum publicæ Veneration exposítum est.
2 Domus Canonica.
3 Campus, in quo creditur, quòd falcem in aëre suspenderit S. Notburga.

Episcopus ac princeps Brixinensis Schwazium advenat,

feneſtriſque lucidiſſimis illuſtrato, picturis ac trinis elegantiſſimis altaribus ornato, ſacriſque exuviis decentiſſimè compoſitis, viſum eſt ipſum reverendiſſimum ac celſiſſimum S. R. I. principem ac epiſcopum Brixinenſem pro ſingulari, quo in ſacram hanc Virginem ferebatur cultu, ad ſolennem reſtituendarum eccleſiæ Ebenenſi ſacrarum reliquiarum pompam invitare. Nec defuit ardentiſſimis his votis pientiſſimus hic princeps, ſed anno MDCCXXXVIII, die XIII menſis Septembris, unà cum perilluſtri ac reverendiſſimo domino Franciſco Chriſtophoro Franzin de Mareit & Zinnenberg, eccleſiæ cathedralis Brixinenſis canonico capitulari, decano & parocho ad S. Laurentium in Valle Puſtriſſa, uti & reverendiſſimo ac illuſtriſſimo domino Antonio Felice comite Troyer &c. de Gisbach, Strasfrid, & Troyenſtain, eccleſiæ cathedralis Brixinenſis canonico capitulari, decano & parocho in Imbſt ſuperioris Oeni-Vallis, fratre Eminentiſſimi Cardinalis epiſcopi Olmucenſis hodierni, aliiſque officialibus Schwazium delatus, illo veſpere, num omnia ritè parata ſint, ſedulò indagavit.

B *& in principe templo, an omnia circa reliquias,*

55 Hiſque pro rei gravitate examinatis, proxima die Dominica, XIV nempe Septembris, poſtquàm ſacrum corpus exornatum ex ædibus Tannenbergicis ritè ac ſolenniter in proximam parochialem eccleſiam fuiſſet deductum, ac in ſumma ara collocatum in eodem templo publico parochiali, proximè ad aram ſanctæ Crucis, inſpectante toto confertiſſimo hoſpitum ex omni vicinia delectu ac populo univerſo, coram eodem reverendiſſimo ac celſiſſimo S. R. J. principe ac epiſcopo Brixinenſi, ac reverendiſſimis & illuſtriſſimis duobus dominis canonicis cathedralibus primùm memoratis, aſſeſſoribus reverendiſſimo ac perilluſtri domino Lamberto, infulato præſule Montis S. Georgii &c., uti & plurimùm reverendo prænobili ac excellentiſſimo domino Petro Joſepho Ramblmayr de Goldbach, decano rurali ac parocho in Figen; teſtibus rogatis ac requiſitis perilluſtri ac generoſo domino Joanne Georgio L. B. de Sternbach, excelſæ cameræ ſuperioris Auſtriæ conſiliario actuali; prænobili domino Felice Jacobo de Graben excelſæ cameræ ſuperioris Auſtriæ in bellicis ſecretario; actuante me Antonio Roſchmanno J. U. licentiato, univerſitatis Oenipontanæ notario, ad priores & hunc actum tamquam notario Apoſtolico rogato & requiſito.

C

in Eben referendas,

56 Tum fecit propoſitionem plurimùm reverendus ac clariſſimus pater promotor Antonius Söll S. J. referens ſe ad priora, ac, quid actum hactenus in hac re fuerit, pluribus enarrans, grates maximas eidem celſiſſimo principi referens pro inſignibus laboribus, quos in eruendis, examinandis exponendiſque ſacris exuviis divæ virginis Notburgæ hactenus inſumpſit idem reverendiſſimus epiſcopus, haſque eccleſiæ ſuæ in Eben reſtitui demiſſiſſimè rogans.

vitè ſervata ſint, apud perſonas

57 His peractis, juramentum ſtipulata manu, omnia fideliter nempe acta eſſe & nunc peragenda, reverendiſſimus ac celſiſſimus dominus princeps epiſcopus à dominis aſſeſſoribus, teſtibus & notario exegit: quod præſtitum publicè ab omnibus & ſingulis in manus ejuſdem celſiſſimi, uti etiam à procuratore illuſtriſſimæ Tannenbergicæ familiæ, prænobili ac excellentiſſimo domino Leopoldo de Eyperg in Wertenegg, Schwarzenhorn, & Aichperg, præfecto dynaſtiæ Suazenſis.

58 Hic igitur ſe omnium primò tam nomine illuſtriſſimi domini comitis Ignatii de Tannenberg, ejuſdem illuſtriſſimæ matris Eliſabethæ, natæ L. B. de Riſenfels, ac illuſtriſſimarum ſororum Mariæ Annæ, ac Mariæ Eliſabethæ, atque prænobilis dominæ Mariæ Annæ Burgklehneriæ, natæ Saillerin, mandatis propria manu ſubſcriptis, ac ſigillis cuique propriis firmatis, fidem eidem celſiſſimo fecit, ſe omnes & ſingulos ſecundùm juramenta anno MDCCXXXV, XIX Octobris depoſita ritè peregiſſe, nihil de ſacris oſſibus ſubtraxiſſe, religioſè cuſtodiiſſe, nullumque aliud ſubſtituiſſe &c. quam fidem de clavibus ſibi traditis ac cuſtoditis, tum plurimùm reverendus ac clariſſimus dominus Scalfi, ac admodùm reverendus dominus Maximilianus Wagner jam antea celſiſſimo ac reverendiſſimo domino epiſcopo fecerant.

A. ANTONIO ROSCHMANNO. *juramento obſtrictas indagat, atque*

ulterioris cultus licentiam confirmat.

59 His igitur præmiſſis, atque ordine præſcripto peractis, rogavit idem plur. R. P. promotor eumdem celſiſſimum ac reverendiſſimum dominum epiſcopum, ut licentiam impertiri dignaretur, ſacra oſſa publico & antiquo cultui exponendi; quod & benigniſſimè indulſit idem reverendiſſimus ac celſiſſimus S. R. I. princeps ac epiſcopus, uti & omnes ſuprà memoratos ſeſe propria manu prothocollo inſcribere; quod etiam è veſtigio factum eſt.

E

ANNOTATA.

a *Exteriorem templi formam exhibet adjuncta tabella, interioris verò formæ ſpecimen præbebit novi altaris ectypum, capiti ſequenti inſerendum. Adverte interim hîc munificentiſſimam domus Tannenbergicæ pietatem erga Sanctam noſtram.*

b *Adi mox memoratum novi altaris ectypum, in ejuſdem medio Virginis formam, prout hîc deſcribitur, excuſam intuebere.*

CAPUT VI.

Sanctæ oſſa, Schwazii ſummo ſplendore honorata, ad Ebenenſe templum reducuntur.

F

Sacra exuviæ

SOlenni igitur deductioni ſeu proceſſioni per ampliſſimum pagum Suazenſem hoc ordine datum eſt initium, eademque feliciter peracta eſt. Præeuntibus igitur tubis ac tympanis, inter perpetuas campanarum ac mortariorum fragores agmen equitum cataphractorum primus duxit, qui ſpeciem Henrici *a*, equitis de Rottenburg, præbebat. Mox inceſſêre ſingula artificum corpora, quibus ſua cuique figura ex ſacra veteris Teſtamenti hiſtoria rei noſtræ conveniens, ferculumque, ut vocant, interpoſitum fuerat, quorum numero undecim vitam divæ virginis Notburgæ exhibentia inſecuta ſunt.

a

triumphalis

61 Spectatu præ ceteris dignum erat corpus foſſorum metallicorum cum ſuis baculis ac magiſtratûs inſignibus ac peculiari veſtitu montano. Ante currum triumphalem iterum agmen equitum deſultoriorum duxit, qui Maximilianum I *b* imperatorem referebat. Currum præcedebant genii octo, in pulvinaribus inſignia divæ Notburgæ, ſertum nempe virgineum, lilium, falcem, vaſculum vinarium, roſarium, claves ac panem præferen-

b

A. ANTONIO ROSCHMANNO.

ferentes. Currum ducebant equi sex, cui cæleſti lumine ac gloriâ circumdata inſidebat diva Notburga; adſtabant autem ſupplices quatuor provinciæ Tyrolenſis Ordines, illam in patronam patriæ eligentes.

pompâ

62 Ferculis demum adhuc quatuor aliis tria SS. Prothi ac Æmilii, ut & S. Illuminatæ corpora, ad RR. PP. Ordinis S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ fratres Reformatos ſpectantia, tum RR. PP. Ordinis S. Benedicti è vicino monaſterio Fiecht *c* variæ ac celebres Sanctorum reliquiæ, decentiſſimè ornatæ, portabantur. Hæc comitabantur primùm dicti RR. PP. Franciſcani, tum muſici ſuperpelliceis induti, ac totus venerabilis clerus cereis accenſis inſtructi, quorum agmen clauſerat reverendiſſimus ac perilluſtris dominus canonicus ſuprà memoratus cath., Franciſcus Chriſtophorus de Franzin &c. Ante ſacrum corpus incedebat ſacrum judicium, notarius Apoſtolicus tamquam actuarius, domini teſtes ſuprà memorati, plur. R. P. promotor cauſæ &c.

c

deducitur

63 Ipſum ſacrum divæ Virginis corpus ſtans erectum, veſtituque & plurimis margaritis, gemmis, auri & argenti filis tenuiſſimis ſplendidiſſimo tralucidoque, ita ut ubique ſanctorum oſſium ſtructura anatomica diſcerni poſſet, indutum annuliſque pretioſis ornatum, cum falce ac vaſculo ex argento elaboratis *d*, eleganti ciſtæ ubique perviæ, ac vitris ingentibus munitæ, incluſum ab octo vel decem ſacerdotibus portabatur: pueris Hiſpanicè indutis, faceſque accenſas tenentibus, ex omni latere illud comitantibus. Poſt ſacrum corpus incedebant illuſtrium familiarum complures etiam Oeniponto *e* delati hoſpites, atque innumerabilis omnium ordinum frequentia.

B

d

e

per Schwazenſem pagum;

64 Ducebatur hæc ſacra pompa, ſeu potiùs triumphus, longo itinere per amplum pagum Suazenſem (quem meritò ſcriptores plerique multis civitatibus præferunt, utpote valdè notabili amplitudine ſua, ædium elegantium multitudine, duobus monaſteriis ac templo parochiali, per totam Tyrolim maximo, ſatis inſignem.) Inter ſpectatores innumerabiles ex omni etiam latè diſſita multorum milliarium ſeu vicinia ſeu diſtantia: atque iterum in templum reducebatur, ſuoque in ara ſumma loco reſtituebatur, ut antea.

C

dein ad populum dicit abbas, ac celebrat epiſcopus:

65 Tum cathedram conſcendebat reverendiſſimus, perilluſtris, ac ampliſſimus dominus præſul Lambertus, Montis S. Georgii abbas, inter aſſiſtentes hactenus in noſtris memoratus, & ad confertiſſimam hoſpitum juxta ac Suazenſium concionem verba actui, quem deſcripſimus, ſolenni fecit aptiſſima, ac plauſu unanimi recepta. Finito hoc ſermone ſacro, ipſe reverendiſſimus ac celſiſſimus S. R. I. princeps ac epiſcopus Brixinenſis ſolenniſſimum Miſſæ pontificalis officium fecit, legente Euangelium reverendiſſimo ac perilluſtri domino canonico de Franzin, Epiſtolam reverendiſſimo ac illuſtriſſimo domino comite Troyero, paulò antè memorato: Poſt prandium, illuſtri ad veſperum ferè toto templo parochiali, ſolennes Litaniæ Lauretanæ decantatæ finem fecêre feſtiviſſimæ huic luci.

Hujuſmodi piæ ac feſtivæ cæremoniæ

66 Altero itidem die, Lunæ nempe, ſacrum oratorem ingenti animorum motu egit reverendiſſimus ac illuſtriſſimus dominus comes ac canonicus Troyerus; officiatoris verò in ara ſumma coram ſacris reliquiis munere functus eſt reverendiſſimus, perilluſtris ac ampliſſimus dominus præſul Montis S. Georgii. A prandio à reverendiſſimo ac celſiſſimo S. R. I. principe ac Brixinenſi præſule, hoſpitibusque illuſtriſſimis, reverendiſſimis aliiſque innumeris omnis ordinis ac conditionis hominibus ſpectati ludi theatrales in orcheſtra huic loco Suazenſi propria, & jam ab uno alterove ſeculo ſolis his uſibus extructa. Thema erat: "D. NOTBURGA in arce Rottenburg, „ ſancta famula, pauperum mater, juventutis „ nobilis magiſtra, auxiliatrix omnium, & exem„ plar eorum, qui à ſervitiis ſunt, in gratam „ memoriam moræ triennalis Suazii.„ Pius certè comicus Acta D. Notburgæ non ſine ſpectantium commotione & plauſu in ſcenam dedit, & modulis muſicis aptè dolorem expreſſit, quo Suazium, tantæ Hoſpitis morâ recreatum, ægrè à ſe tantum theſaurum in locum Eben avelli patiatur: continuati ſunt ſacri hi ludi die Martis Mercuriique ſequentibus.

D

continuantur diebus aliquot.

67 Decimâ ſextâ hujus menſis Sacrum ſolenne fecit reverendiſſimus ac perilluſtris dominus canonicus de Franzin: ad populum verò dixit admodùm reverendus pater concionator regii parthenonis Halenſis *f* è Societate Jeſu. Die inſequenti decima ſeptima, in ara ſumma Sacris operatus eſt reverendiſſimus ac illuſtriſſimus dominus comes de Troyer: è cathedra verò dixit plurimùm R. P. Theophilus Perckhofer, conventûs RR. PP. Franciſcanorum hujus loci Guardianus.

f

E

Reducuntur ſacra oſſa ad templum

68 Die tandem ultima, decima octava, Sacrum ad aram ſummam peregit ſæpiùs laudatus reverendiſſimus, perilluſtris ac ampliſſimus dominus prælatus Montis S. Georgii abbas, qui, peracto Sacro, infulâ ac paſtorali ſuo ornatus, ſacra lipſana unà cum venerabili clero, illuſtriſſimis quibuſque ac confertiſſimo populo ad Oeni ripas deduxit. Hîc iterum Oeno commiſſæ ſunt ſacræ exuviæ, ſecundoque flumine, conſonantibus ad utrumque littus templorum campanis, mortariorum tonitruis, ſacris hymnis & precibus, Yenbachium perlatæ ſunt.

Ebenenſe, in ara principe collocantur,


69 Exonerata ſacro hoc pignore & comitatu devotiſſimo navi, præſtò fuit agmen equitum deſultoriorum, qui duce illuſtriſſimo domino comite de Starnberg has Divæ mortales reliquias ad locum uſque Eben deduxit. Jamque templo Ebenenſi, quod eodem die unà cum tribus altaribus conſecrare dignatus eſt idem reverendiſſimus ac celſiſſimus epiſcopus Brixinenſis, propinqui eramus; cùm his obviàm per notabile itineris ſpatium proceſſit idem celſiſſimus, quo ac ceteris comitantibus, in recèns extructum ac decentiſſimè ornatum Ebenenſe templum deportatæ, atque in ara ſumma (ut typus fert) *g* perpetuis futuris temporibus ex utraque parte ſpectabiles collocatæ ſunt.

F

g

& cum exhortatione clauditur feſtivitas.

70 In hujus rei memoriam perpetuò duraturam prævia exhortatione plurimùm reverendi ac clariſſimi patris promotoris Antonii Söll S. J. (quâ gratias eidem celſiſſimo pro tot impenſis conatibus, illuſtriſſimæ familiæ Tannenbergicæ pro tot ſumptibus & curis, ceteriſque omnibus perimpenſè egit) rogavit unà præſentes reverendiſſimum dominum præſulem San-Georgianum, reverendiſſimos ac illuſtriſſimos dominos canonicos, ac plurimùm reverendum, prænobilem ac excellentiſſimum dominum decanum in Figen Petrum Joſephum Ramblmayr, ſacræ Theologiæ doctorem tamquam aſſeſſores; uti & teſtes requiſitos perilluſtrem ac generoſum dominum Joannem Georgium L. B. de Sternbach, ac admodùm R. D. Franciſcum Fluri parochum in Münſter, ut prothocollum meum, cui hæc omnia peracta inſerebantur, ſubſcriberent: ac ut deſuper in-



Fran : Xav : Jungwierth Sc : Mon .

A instrumentum publicum erigeretur instanter repetiit.

ANNOTATA.

a *Apud quem nimirum famulata est olim Santa nostra.*

b *Maximiliani imperatoris pietatem in* S. Notburgam, *& munificientiam in templum Ebenense exposuimus in hac parte* 1 *Gloriæ posthumæ* § 3.

c *Suprà* Viecht *scribitur novum monasterium, de quo nonnulla annotavimus capite præcedente lit.* m.

d *Vide corporis ornati formam in subnexa tabella.*

e Oenipontum *aliàs* Oenipons, *indigenis* Inspruck, *civitas est Germaniæ, comitatûs Tyrolensis caput, ad Oenum fluvium.*

f Hala *oppidum est etiam comitatûs Tyrolensis in Oeni-valle, vulgò* Hall in Inthal.

g *Cernitur in medio hujus magnifici altaris* S. Notburgæ *sacrum corpus eo ornatu, quo descriptum fuit suprà num.* 63. *Imago superiùs collocata repræsentat, quantum conjicio, S. Rupertum, episcopum Salisburgensem, antiqui Ebenensis sacelli patronum; Acta ejus apud nos illustrata sunt ad diem* 27 *Martii. Paulò altiùs conspiciuntur insignia illustrissimæ atque in hoc templum munificentissimæ familiæ Tannenbergicæ. Imagines verò laterales exhibent S. Ignatium Societatis Jesu fundatorem, cujus nomen gerit comes Tannenbergicus, & S. Leopoldum, marchionem Austriæ, de cujus similiter nomine, uti scripsit ad nos Roschmannus, appellatur dicti comitis conjux,* illustrissima domina Maria Anna Leopoldina, comitissa de Tannenberg, domina in Nazeradez, nata comitissa de Starenberg, ex familia illa celeberrima, quæ tot heroës Augustæ Domui peperit.

CAPUT VII.

Eximia principum personarum aliorumque liberalitas in novum templum S. Notburgæ, hujus quoque in clientes munificentia beneficiis probata.

C

Eximia episcopi ac principis Brixinensis, &

SEd jam de beneficiis à diva hac Virgine post translationem suam collatis, & unà insignibus quibusdam donis, eidem à cultoribus suis in grati animi memoriam oblatis, sermo nobis faciendus est. Inter dona etiam id unum ex præcipuis est, quod sæpè memoratus celsissimus princeps ipse hoc, quem primùm descripsimus, ipso translationis die, Thaumaturgæ nostræ obtulit, duo millia nempe florenorum Rhenensium, apud ærarium provinciæ deposita, ut præter reverendum dominum curatum loci alius adhuc sacerdos in perpetuum ali possit.

aliorum in templum Ebenense liberalitas.

72 Ærarium quoque templi, licèt ad fabricam etiam non pauca attulerit, ita brevi auctum est, ut elegans domus canonica, trium ad minimum sacerdotum capax, ex fundamentis erigi potuerit. Sic & pavimentum templi ex nigro candidoque marmore brevi non levibus expensis elegan- A. Antonio Roschmanno.
ter sternetur. Ipsa quoque templi supellex sacra ab hoc tempore mirùm aucta est; dono enim submissa est lampas argentea, thuribulum argenteum, casula seu vestis cruciata elegans à sereniss. Holsteiniæ ducissa; calix pretiosè inauratus ab excellentissimo L. B. de Firmian Salisburgo allatus; nec non à pluribus aliis illustribus personis calices complures, & eleganter confectæ casulæ.

Beneficia varia

73 Exhibet autem præcipuè se propitiam S. Notburga nostra omni beneficiorum genere; præprimis autem in periculis partûs difficilis, in bonis fortunæ, adeo ut etiam eripuerit quosdam ad extremam paupertatem redactos. Plurima autem beneficia etiam hactenus præstitit in anxietatibus animi, adeo (quod aliqui in sacra Confessione ingenuè fassi sunt) ut interdum multo tempore excitentur, nec quieti remaneant; donec se divæ huic Virgini in Eben sistant.

instrumentis etiam authenticis probata;

74 Ceterùm ut palàm fiat, quænam fides his beneficiis habenda, afferam instrumenta, quæ mihi submisit admodùm reverendus dominus curatus eodem sermone, quo usi sunt attestantes, tantùmque ex vernaculo in sermonem transferam Latinum; si sigilla appressa his sint, addam eorum signa; si apographa submisit, reddam sine sigilli signo; si ipsemet dominus curatus quædam mihi testatus sit, monebo iterum, solo ordine chronologico, qui meus tantùm præter interpretationem labor est, addito. B E

ægra

75 Georgius Goriub ex pago Damschall, malo pecorum contagioso indies increscente, remediisque naturalibus incassùm adhibitis, divæ Notburgæ in Ebensfeld *a* fit supplex, atque in testimonium devotionis suæ etiam munus offert, & pecora sua, omni periculo submoto, sanitati restituta sunt. Jacobus Gregoritsch seu Bollar cum eodem conflictabatur infortunio, jamque infecto tumulato bove, alter periculo proximus erat; sed medelam attulit D. Notburga, lecto in ejus honorem Sacro, ac firmâ invocata fiduciâ, & pecus omne iterum à malo hoc epidemico liberatum est. *a*

pecora

76 Michaëli Vaupetschick seu Mobasser binæ jam vaccæ perierant, ac pecus reliquum cibum jam biduo capere renuebat. Tum ille ad vesperum ante somnum D. Notburgam invocat: dumque manè armentum visitat, integrum ac incolume invenit, pabulumque omne, jam ante dies aliquot appositum, consumptum videt; quo lætus beneficio, in gratiarum actionem Sacrum peragi curat, & munus divæ Virgini in Ebensfeld offert. F

sanantur;

77 Copia attestationis beneficiorum quorumdam, quæ infrà scripti per intercessionem D. Notburgæ (quæ primùm in Carniolia innotuit) accepêre, ac de his à subscripto in fine domino cooperatore loci rigorosè examinati etiam cum testibus fideliter deposuerunt. "Anno hoc MDCC-„ XXXVII divinum Numen contagiosam luem pe-„ corum nobis immisit, quo malo vehementer „ etiam parochia nostra Manspurgensis *b* afflicta *b* „ fuit. Supplices parochiani opem non sine sin-„ gulari auxilio S. Notburgæ implorârunt, præ-„ cipuè in templo filiali SS. Hermagoræ & For-„ tunati in Ebensfeld, loco ad illustrissimum do-„ minum Franciscum Bernardum comitem de „ Lamberg spectante. Ut gratias alias ac com-„ plures taceam, tres tantùm afferam *c*, quæ au- *c* „ thenticè testibus firmatæ sunt, nempe Caspa-

A. ANTONIO ROSCHMANNO.

„ro Kherſchetſch & Franciſco Klebnig. Dabam „Manſpurgi, 1 Decembris MDCCXXXVII, Raymundus Dietrich coop. loci.

Terra ſepulcri ejus

78 „Inſtrumentum de anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſexto. Cùm anno MDCCXXXVI periculosè ad mortem uſque per hebdomades omnino XXI decumberem, nihilque omnino ſubſidii ars medica afferre poſſet; adeo accrevit denique malum, ut in vehementiſſimis ſtomachi torminibus, nemo conſilium opemve afferre potuerit. Tandem illuſtriſſima domina parens mea ad S. Notburgam plenâ fiduciâ confugit, aliquid terræ de ejus ſepulchro aquæ miſcuit, mihique præbuit inſcio. Vix potus eram uſus, jam dolores remittere &c. Cúmque quid immiſcuiſſet mihi domina parens revelâſſet, ingenti & ipſe accenſus fiducia, altera vice potum repetii, & cùm paululùm quietem cepiſſem, omnes remisêre dolores adeo, ut totus ſimul ac ſemel reſpiraverim, adeo quidem ut ipſe languor, ex hoc diuturno morbo contractus, in horas ſingulas ceſſaverit, & ego integræ ſanitati reſtitutus fuerim.

B *viro prænobili ſanitatem afferri,*

79 „Quod ingens beneficium poſt Deum ter Optimum Maximum nemini alteri, quàm huic magnæ Evergetæ adſcribere poſſum & debeo. Quapropter ad commonſtrandam ſummam, quam illi debeo, gratitudinem, & ad ulterius incrementum honoris ac gloriæ divinæ in Sanctis ſuis ſingulis, hoc inſtrumento id notum facere conſtitui, atque in fidem horum omnium illud propria manu ſubſcripſi & ſigillum gentilitium appoſui. Datum Oeniponti 1 Maii MDCCXXXIX. Sacræ Cæſareæ ac Catholicæ Majeſtatis Camerarius, excelſæ cameræ ſuperioris Auſtriæ conſiliarius, L. B. in Kelburg, & Aufhofen, dominus in Singen & Megdberg &c.

(L. S.) „Franciſcus Carolus L. B. de Roſt.„

& pecorum

80 „Ego infrà ſcriptus vigore præſentium teſtor, quòd cum anno præterito in loco Zechowitz, atque in armentis Regio Bohemico cameralibus inhæreret lues boaria, quæ multa ex his jam neci dederat; ego verò à nobili viro „Kiliano Joſepho Kaliwoda, rei foreſtalis præ- d fecto regio in Brandeis *d*, pauxillum terræ de tumulo D. Notburgæ accepiſſem, hanc in po- C tu ego & alii plenus ſpei adhibui, & ſtatim auxiliarem manum divæ Virginis expertus ſum. Datum in regiis curſûs publici ædibus Zechowitz *e* XXVII Martii MDCCXLIV. e

(L. S.) „Joannes Buren Poſtarum Præf.„

luem

81 „De hac terra ſepulchrali S. Notburgæ meis pecoribus adhibita idem teſtor. Ex domo canonica parochiali Zechowitz XXVII Martii MDCCXLIV. (L. S.) P. Samuël Ignatius Vodhlon curatus Zechovici. Idem & mihi contigit, caulâ meâ jam ad ultimum pecus evacuatâ, & ſalvum evaſit. Zechowitz XXVII Martii MDCCXLIV.

(L. S.) „Joannes Ignatius Sladerk civis in Zechowitz.„

extinguit.

82 „Ego infrà ſcriptus teſtor in conſcientia, quòd cùm lues epidemica, hîc locorum longè latéque graſſata, pleraque extinxiſſet animalia; & ego huic malo remedium allaturus, terram de ſepulchro divæ Notburgæ, mihi à meo domino affine admodùm R. P. Franciſco Timotheo Ramblmayr ex Tyroli ſubmiſſam, in potu animalibus exhibuiſſem, per hujus Sanctæ interceſſionem (Deo ſint laudes maximæ) ſalva & immunia omnia conſervata ſint: quod & amicis meis circa ſua pecora contigit, quibuſcum hanc terram communicavi. Actum in regia domo venatoria Albi-Bunzlarr apud Brandeis ad Albim XXVII Martii MDCCXLIV. D

(L. S.) „Kilianus Joſephus Kaliowoda, rei foreſtalis præfectus regius.„

Claudus ad aram Sanctæ uſum pedum recuperat.

83 „Ego infrà ſcriptus præſentium tenore fidem facio, quòd Jacobus Schmoſteck, in Pilſtain ex Styria natus, non ſolùm anno elapſo MDCCXLV in hujate templo beatæ Virginis in inſula Werth ſeu Mariæ lacu dicto, ſed etiam præſenti hoc anno MDCCXLVI decimâ nonâ hujus menſis Junii, tertiâ nempe Dominicâ poſt Pentecoſten, iterum peregrinationem ac devotionem ſuam peracturus, totus claudus ac miſer, pede nempe unico inutili furculis alaribus ſubnixum ſe ſtiterit; ubi in preces ac genua, duran- E te ſacro, ante aram divæ Notburgæ effuſo per interceſſionem beatiſſimæ Virginis ac S. Notburgæ, inſpectantibus ac attonitis multis præſentium, ac ſatis numeroſo peregrinantium afluxu, ſub Miſſæ benedictionem ultimam homini furculæ alares inſolito fragore confractæ excidunt; ille verò ſalvus, ſanus & erectus, nullo remanente veſtigio vel impedimento, è templo diſceſſit, poſtquam antè, gratiis utrique Auxiliatrici peractis, in perpetuam rei memoriam prædictas furculas alares ibi reliquiſſet. In fidem ſigillum appoſui. Datum Mariæ See in Carniolia ſuperiori XX Junii MDCCXLVI. Thomas Wallock capellanus loci.„ Hoc prodigium eſſe veriſſimum, nuper admodùm mihi viri nobiles, qui à præſentibus iſtud audierant, Brixinæ (ad quam eccleſiam locus iſte in Carniolia ſpectat) tamquam rem ipſi celſiſſimo defuncto, ac nunc regenti celſiſſimo ac officialibus pluribus notiſſimam teſtati ſunt: nec dubitârunt inſtrumentum ſolennius, ſi neceſſarium, à conſilio aulico Brixinenſi præſto futurum.

Polypus

84 Ex litteris admodùm reverendi domini curati Ebenenſis Andreæ Mantinger. "Dominæ Joſephæ Veldnerin, archigrammatæi Raſtatenſis *f* F uxori, polypus in naſo creſcere incepit, ſepties equidem filo ſerico à ſpiraculis ſubligatus ac remotus: ſed ita demum naſum implevit, ut ſectio inevitabilis foret; jamque dies operationis dicta fuerat, cùm veſpere præcedenti amicus opem implorandam D. Notburgæ ſuaſit; impoſitæ capiti ſacræ hujus Virginis reliquiæ, & naſus aquâ, cui terra de Sanctæ ſepulchro injecta, madefactus eſt: altero die polypus ita receſſit, ut facilè religari potuerit. Verùm adhibitis iterum ex conſilio medicorum rebus præſervantibus, creſcere periculum ſenſit: in ſola igitur, relictis his omnibus, D. Notburga ſpem omnem miſera poſuit; potum terra ſepulchrali mixtum repetiit, naſo aſperſit, ac demum evaneſcente polypo convaluit ex integro. Poſt anni dimidium, die nempe XXIV Septembris anno MDCCXLIX, locum Ebenenſem peregrina acceſſit, naſum argenteum tanti beneficii teſtem gratiſſimo animo obtulit, reique totius ſeriem oretenus aperuit.„ *f*

85 „Virgo Catharina Jellin Viennenſis Au-

„ſtria-

& apoſtema curantur.

„ ſtriaca apoſtemate in collo tam periculosè de-
„ cumbebat, ut actum de vita medici denuntia-
„ rent. Ægram curabant moniales Eliſabethinæ,
„ ſuaſerantque cultum per IX dies D. Notburgæ
„ coram hujus imagine. Die nona, cùm coram
„ hac imagine ſurgeret, apoſtema felicìter erupit.
„ Hinc in gratitudinem argenteum anathema ſub-
„ miſit.

Grandines frequentes ceſſant;

86 „ Vicinia Scheffauenſis in inferiori Oeni
„ Valle die IX Maii MDCCL grato animo teſtata
„ eſt, quòd à decennio, licèt antea incredibili
„ damno per grandines continuò affecta fuerit,
„ à quo nempe annis ſingulis ſaltem ſemel voto
„ facto aliqui ex vicinia peregrinatum acceſſiſſent,
„ ac Sacrum decantari curâſſent, nullam ampliùs
„ grandinem agros ſuos afflixiſſe.„

Pecora, graſſante lue, ſervantur.

87 Apographum atteſtati autographi mihi nuperrimè ſubmiſſi. LAUDATE DOMINUM IN
„ SANCTIS SUIS. Graſſante non multis abhinc
„ annis horrenda in circumvicinia noſtra anima-
„ lium lue, pro avertendo à limitibus noſtris tam
„ grandi malo unicam poſt Deum ſpem & fidu-
„ ciam in patrocinium divæ virginis Notburgæ
„ poſuimus. Eapropter ex voto præter erogatam
B „ in honorem hujus Thaumaturgæ ſpectabilis eam-
„ dem exhibens pictura à nobis in eccleſia pu-
„ blicæ venerationi fuit expoſita, & coram ea
„ per octiduum ardentes fuſæ ſunt preces. Nec
„ fruſtrato, ſed optato effectu; ſiquidem, ut piè
„ credimus, per validam hujus Auxiliatricis in-
„ terceſſionem nos ab imminenti periculo libera-
„ ti, & animalia noſtra ad unum omnia (Deo
„ propitio) ab omni contagio ſana & ſalva con-
„ ſervata fuerunt. In quorum fidem, & D. Not-
„ burgæ debitum honorem & devotionem dila-
„ tandam, manum & ſigillum abbatiale proprium
„ appono. Ex præpoſitura collegii Novacellenſis
„ canonicorum regularium Lateranenſium S. Au-
„ guſtini, diœceſis Brixinenſis, comitatûs Tyro-
„ lenſis, die I Novembris MDCCL.

(L. S.) „ Antonius abbas Lateranenſis, præ-
„ poſitus infulatus, ſteuarum com-
„ promiſſarius, & ſtatuum deputatus
„ intimus.„

Monialis vehementi capitis dolore liberatur.

88 „ Omnia ad majorem Dei Gloriam. Cùm
„ anno MDCCXXIX una ſororum in conventu no-
„ ſtro Viennenſi profeſſarum (cujus nomen ex
„ animi demiſſione ſiletur) probabiliter ob ſervi-
„ tium ægræ cuidam, quæ ex morbo, qui ele-
„ phantiaſi non multùm abſimilis erat, decum-
„ bebat, impenſum, ingentem corruptionem in
„ maſſa ſanguinis, qui putridæ materiæ, quàm
„ ſanguini ſimilior erat, atque ſic continuum ca-
„ pitis dolorem ſibi contraxiſſet, duràſſetque hoc
„ malum ab anno MDCCXXIX uſque ad annum MDC-
„ CXXXIII, omnibus medicorum auxiliis, votis ac
„ peregrinationibus, per alias perſonas obitis,
„ omnino irritis, medici cum conſenſu ægræ ad
„ trepanizationem procedere voluêre, ſola reni-
„ tente tunc temporis ſuperiore conventûs. Ægra
„ hoc in articulo conſtituta, filiali fiducia opem
„ ſanctæ Tyrolenſis famulæ, divæ Notburgæ im-
„ plorat, liberationem vel à malo vel à corpo-
„ re. Viſum dein medicis novam, uti vocant,
„ curam inchoare; cùmque ſecundam doſim die
„ XIX Novembris, feſto divæ Eliſabethæ, ſancti
„ Ordinis patronæ, ſumpſiſſet, intolerabilis ite-
„ rum capitis dolor miſeram per horas aliquot
„ excruciavit; poſtea verò penitus deſiit, nec am-
„ pliùs rediit; cùm tamen doſes adhuc undecim
„ abſumendæ fuiſſent: ut adeo fateri medicus A. ANTO-
„ coactus fuerit, quòd tam promptam ſanitatem NIO
„ neutiquam pharmacis, ſed majori ac ſuperna- ROSCH-
„ turali vi adſcribere debeat, Confeſſa dein hanc MANNO.
„ collocatam in diva Notburga fiduciam ſuit hæc
„ foror, adſcribitque in hodiernam diem recupe-
„ ratam ſalutem, quâ modò, utut provectioris
„ ætatis, ea integrâ utitur. Hæc in fidem ad ma-
„ jorem honorem ac gloriam Dei & famulæ e-
„ jus D. Notburgæ, atque in humillimam gra-
„ tiarum actionem teſtari debui. Viennæ V Junii
„ MDCCLII.

(L. S.) „ Maria Aloyſia Blumin, Tertiæ
„ Regulæ S. Franciſci, Ordinis
„ S. Eliſabethæ P. T. ſuperior g.„ g

ANNOTATA.

a *Locus eſt in ducatu Carniolìæ, ubi inſignem cultum habet* S. Notburga, *uti patebit in parte ſecunda Gloriæ poſthumæ.*

b *Etiam loci hujus, in Carniolia ſiti, frequens mentio recurret in eadem ſecunda parte.*

c *Tres gratiæ hìc memoratæ, non ex iis ſunt,* E
quæ ſubduntur, ſed eadem, quæ teſtificationi jam præmiſſæ ſunt à num. 75, ut manifeſtium fiet ex memorata parte ſecunda Gloriæ poſthumæ, ubi inter plurima beneficia in Ebensfeld & per integrum Carniolìæ ducatum Sanctæ noſtræ patrocinio impetrata, redibit hæc ipſa teſtificatio cum iiſdem tribus gratiis paulò fuſiùs expoſitis.

d Brunduſium *ſeu* Brandiſium *oppidum regni Bohemiæ ad fluvium Albim, teſte Baudrando, vix tribus milliaribus Germanicis diſtat Pragâ.*

e *Alter haud dubiè hìc Bohemiæ locus eſt, at quem non reperio; niſi fortaſſe ex iis unus ſit, ſic ſcriptis haud procul Brunduſio:* Czakowitz, Czwrtſchowitz, Czelakowitz.

f Ratſtatum, *incolis* Ratſtadt, *&* Raſtat, *teſte Baudrando, oppidum eſt Germaniæ in Suevia & in marchionatu Badenſi ſuperiori.*

g *Hujus teſtimonii autographum, Viennâ Auſtriæ in Tyrolim ad eccleſiam* S. Notburgæ *deſtinatum, deſcribi curavit, & ex Germanico Latinè à ſe redditum nobiſcum communicavit clariſſimus Roſchmannus, datis litteris Oeniponto die 13 Julii anno 1752: in hiſce autem monet, ſe ex aliis jam priùs intellexiſſe, quòd ipſa hodierna memorati conventus ſuperior Anna Aloyſia Blumin, nata ſcilicet Schwazii in Tyroli, eadem ſit ſoror, cujus in relatione, tecto nomine, ſit mentio, quæque inſperatam olim tam citò ſanitatis recuperationem* S. Notburgæ *patrocinio attribuit etiam hodie: nec profecto id illa obſcurè inſinuat, dum ſcribit, ſe hæc* in humillimam gratiarum actionem *teſtari debuiſſe.* F

AUCTORE J. P.

GLORIÆ POSTHUMÆ

PARS ALTERA.

Cultus in alias regiones diffusus.

§ I. Altaria Sanctæ exstructa in Tyroli, Istria & Carniolia, in quibus aliisque regionibus peculiariter colitur.

Sanctæ cultus peculiaris locis variis.

PRodigia, quibus Deus Ancillam suam decoravit in Eben, & beneficia, quæ præstitit ipsam invocantibus, non modò causa fuerunt, ut celebre evaserit ejusdem Sanctæ nomen per Tyrolim universam & finitimas regiones, utque ad dictum locum confluxerit magna piorum peregrinantium copia, uti ex relatis patuit; verùm etiam, quemadmodùm fieri assolet, dum Sanctùs aliquis beneficum se præbet erga clientes, ut & in Tyroli & in aliis Germaniæ partibus cultum specialem obtinuerit, electa fuerit in patronam, exstructa vel ejus tutelæ devota fuerint sacella & ædes sacræ, erecta altaria, effigies publicæ veneration exposita, & in privatis domibus summo honore asservatæ ac cultæ; nec sine ingenti hominum eum infirmitatibus aut adversitatibus conflictantium emolumento. Non habemus quidem documenta seu impressa seu manuscripta, quibus singula speciatim ac fusè probemus de singulis regionibus, per quas cultus ejus longè latèque dispersus est, Austriâ, Bavariâ, Bohemiâ, Carinthiâ, Croatiâ, Goritiâ, Stiriâ, Suevià; attamen de nonnullis ea jam nunc colligi potuerunt ex relatione beneficiorum per clarissimum Roschmannum adornata; de reliquis verò colligi eadem poterunt ex relationibus & documentis, quæ ex Tyroli, Istria & præsertim Carniolia nobis submissa sunt.

B

C

In Stilfes, loco Tyrolensis comitatûs

2 *De Tyroli quæ speciatim novimus, accepta denuò referimus laudato Roschmanno, qui in annotatis ad Vitam* S. Notburgæ, *per Guarinonium collectam, scribit in hæc verba:* Cæterùm non tantùm Gezneri, verùm & Guarinonii, Raderi ac Brunneri temporibus, non tantùm eximiè culta, sed & benefica fuit Beata nostra, imò tam celebris ejus veneratio evasit, ut etiam ejus honoribus sacellum perquàm elegans non procul Sterzinga in parochia Stilfes, loco non multùm ultra quatuor horas à Brixina distanti, extructum fuerit, cujus ara S. Notburgæ imaginem & omnes circùm muri Divæ gesta tam artificioso egregii cujusdam in hac arte viri depicta sunt penicillo, ut nullibi aliàs de Diva hac elegantius quid viderim. Ipsum sacellum pro-episcopus Brixinensis (*anno*) MDCLI sanctæ Thaumaturgæ nostræ honoribus ritè consecravit, ut litteræ autographæ, à me inspectæ, & dein authenticæ mihi jam MDCCXXXVII submissæ, pluribus enarrant. *Memoratas litteras ipse in finem Notitiarum suasum conjecerat, nos hîc subnectimus.*

3 Jesse Perkofer, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ episcopus Belinensis, suffraganeus Brixinensis &c., universis & singulis Christi fidelibus præsentibus & futuris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus per præsentes, quòd anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi milleſimo sexcenteſimo quinquageſimo primo, die verò decima octava menſis Julii in capella exiſtenti in cœmeterio prope eccleſiam parochialem ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum loci Stilfes, Brixinenſis diœceſis, altare ad nomen & honorem S. Notburgæ virginis conſecravimus, & dedicavimus, ac in eo reliquias SS. Joannis Baptiſtæ, Simonis & Judæ apoſtolorum, Fortis martyris, Celſi martyris, unius martyris ex cœmeterio Calixti, unius martyris ex cœmeterio Prætextati, Pirminii confeſſoris, Tertulæ martyris ex cœmeterio Calixti, Vincentiæ martyris ex cœmeterio Prætextati incluſimus, recondidimus & pelivimus.

altare ejus nomini conſecratur,

4 Inſtituentes feſtum anniverſarium dedicationis & conſecrationis hujuſmodi die Dominicâ ante feſtum S. Caſſiani epiſcopi & martyris quotannis ac perpetuis futuris temporibus celebrandum, cupientes præterea, ut dictum altare debitis colatur honoribus, ac à Chriſtiano populo jugiter & devotè frequentetur, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus, qui prædicta die Dominica ante feſtum S. Caſſiani epiſcopi & martyris devotionis causa eamdem capellam & altare viſitaverint, ac in ea pro exaltatione ſanctæ matris Eccleſiæ, hæreſum extirpatione, aliiſque tam publicis quàm privatis propriis, ſeu proximi neceſſitatibus, vel prout devotio iis ſuggeſſerit, preces ad Deum piè effuderint, de Omnipotentis Dei miſericordia, beatorumque Petri & Pauli apoſtolorum confiſi ſuffragiis, quadraginta dies de vera indulgentia, in forma Eccleſiæ conſueta, miſericorditer in Domino conceſſimus & relaxavimus, prout harum teſtimonio litterarum, manûs noſtræ ſubſcriptione & ſigilli noſtri pontificalis appenſione munitarum, concedimus & relaxamus. Datæ in Stilfes die decima octava menſis Julii anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo primo. Jeſſe epiſcopus, ut ſuprà.

& præſcribitur feſtum dedicationi annuum:

E

5 *Præter feſtum dedicationis in litteris præſcriptum, habent etiam ibidem feſtum peculiare Sanctæ noſtræ die* XXII *menſis Octobris, prout diſcimus ex duplici teſtimonio,* quod, *teſte Roſchmanno, litteris* additum fuit ex Calendario ibidem eccleſiaſtico à binis plurimùm reverendis dominis decanis ruralibus, ut vocant, *quodque hîc transcribimus. Primum ſic habet:* Poſt feſtum S. Urſulæ die immediatè ſequenti celebratur feſtum S. Notburgæ cum officio de Communi Virginum in ejuſdem ſacello. *Alterum ſic:* Poſt feſtum S. Urſulæ die immediatè ſequenti celebratur feſtum S. Notburgæ cum officio de Communi Virginum in ejuſdem capella, & communiter etiam habitus fuit ſermo ante altare S. Notburgæ, tamquam ſingularis patronæ hujus parochiæ, confluente etiam multo peregrino populo. *Hinc in Carnioliam progredimur.*

feſtum ejus peculiare ibidem celebratur die 22 Octobris.

F

Cultus inſignis in Carniolia præſertim in Eensfeld,

6 *Magnus eſt Sanctæ noſtræ cultus in omnibus hujuſce provinciæ partibus; at nullibi major quàm in Ebensfeld, qui locus ſubjectus eſt parœciæ Manſpurgenſi haud procul à Savo fluvio. De beneficiis ibidem obtentis prælibata ſunt nonnulla in collectione clariſſimi Roſchmanni cap. 7, ſed fuſa inſuper communicata nobiſcum fuit Relatio hiſtorica Ms., in qua cultûs anno 1736 inchoati occaſio & modus, progreſſus ejus & hodiernus ſplendor, conſtructio altaris, tranſlatio reliquiarum & ingens beneficiorum numerus tam plenè explicata ſunt, ut ei quidquam ſuperaddere neceſſe haud ſit. Conſcri-*

pra

A *ptâ autem & huc transmissa est dicta Historia Germanico idiomate, ac proin, ut prelo committeretur, in Latinum fuit transferenda.*

de quo dabitur Historica relatio;

7 *Sed, ut verum fatear, non exiguam molestiam creârunt primò character Germanicus obscurus & implicitus, dein voces hinc inde occurrentes & in illis haud dubiè partibus usitatæ, sed nobis ac ipsismet Lexicis Germanicis incognitæ, adeo ut pro quarumdam interpretatione recurrendum fuerit ad alios ejus linguæ peritiores, &, his etiam determinatam significationem ignorantibus, nonnullæ fuerint omittendæ; ut videbitur in annotatis, ubi passim indicabimus, si quid vel omissum vel dubitanter positum sit. Nihil tamen hinc passa est rerum narratarum substantia, ad quam, uti etiam videbitur, ferè nihil faciunt voces omissæ, vel sub dubio expressæ. More nostro divisimus Historiam in capita ac numeros, & singulis suos titulos affiximus; in reliquis autem tum enarrationis modo tum stylo Germanico, quantùm licuit, adhæsimus, nec multùm curavimus nitorem Latinum, ut fideliores inveniremur. Ceterum cùm valdè prolixa sit memorata Relatio historica, collocavimus eam ad calcem hujus secundæ partis*

B *Gloriæ posthumæ: necesse autem erat, paucis ista hoc loco prælibare, quia cultûs Ebensfeldiani splendor, & beneficiorum illic impetratorum copia, incitamentum videtur fuisse præcipuum ad promovendam* S. Notburgæ *gloriam aliis etiam locis, de quibus agendum restat.*

Pisini item in Istria,

8 *Prodiit anno* 1744 *typis Labacensibus in Carniolia libellus, ab anonymo* S. Notburgæ *cultore Italicè exaratus, sub isto titulo:* Compendium prodigiosæ vitæ ac mortis S. Notburgæ virginis Tyrolensis, lucidissimi speculi & exemplaris famulantium puellarum, quæ ob famam sanctitatis & miraculorum per Tyrolim, Bavariam, Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carnioliam nuper celebris, beneficiorum splendore illustris, & tamquam peculiaris pauperum ac pecorum patrona & fautrix honorata, hodiedum novis in clientes suos gratiis collatis clarescit in comitatu Pisinensi in ecclesia RR. PP. Franciscanorum reformatorum. *Opusculum suum divisit auctor in octo capita, quorum sex prioribus complexus est vitæ seriem, mortem & hujus adjuncta, aliaque, quæ ex diversis documentis nos hactenus protulimus.*

C *Capite tandem septimo exponit cultum, quem habet Sancta in ecclesia dictorum patrum Franciscanorum Pisini, civitate Istriæ ad Nauportum* (il Quieto) *fluvium, priscis* Pucinum *dicta, Blavio & aliis* Pisin novo.

ibi ad exemplar aliorum locorum

9 *Exorditur autem à rationibus, quibus moti patres isti honorem* S. Notburgæ *in Istria promovendum censuerunt. Primam fuisse significat exemplum datum in Ebensfeld, ubi Sanctæ, simulac fama ejus, tamquam peculiaris pauperum ac pecorum patronæ à Deo constitutæ & beneficiis variis decoratæ, in Carniolam pervenerat, exstructum fuit altare & honor exhibitus planè singularis. Alteram item fuisse indicat exemplum RR. PP. Augustinianorum discalceatorum prope Labacum, quæ Carniolæ civitas est episcopalis, pertinensque ad Augustissimam Domum Austriacam, Italis* Lubiana, *Germanis* Laubach: *quod, quia alibi ejus mentio non recurrit, ipsissimet auctoris verbis Latinè redditis hîc expromo:* Idem, *quod Ebensfeldiæ factum fuerat*, fecerunt etiam RR. PP. Augustiniani discalceati in ecclesia sua, S. Josepho dedicatâ, extra civitatem Labacensem, ubi de consensu illustrissimi principis diœceseos antistitis ædificatum est sacellum & altare consecratum in honorem Sanctæ: eo in loco Deus per merita Ancillæ suæ quotidie beneficia confert iis, qui in suis calamitatibus vera cum fiducia ejus opem implorant. AUCTORE J. P.

S. Notburgæ altare

10 *Hisce subnectit tamquam rationem tertiam, & priores duas confirmantem, beneficia quædam collata iis, qui Ebensfeldiæ S. Notburgæ patrocinium invocaverant; ea non transcribo, quia jam partim data sunt à clarissimo Roschmanno, partim dabuntur in Historiâ Ebensfeldiana. Post hæc sic pergit auctor Italicè:* Hisce de causis RR. PP. Franciscani reformati cultum Servæ Dei altissimi promovere cupientes in sua ecclesia beatæ Mariæ de aurifodina, dictâ de Visitatione, quæ monasterio juncta est; & anno Domini MCCCCLXXXI, Sixto IV Pontifice Maximo, & Frederico IV imperatore, primordia accepit, altare erexerunt in udo tectorio depictum, atque in medio pala Sanctæ *posita est. Italicè habetur:* al mezzo la pala della Sancta. Pala *autem Italis æquè ac Latinis instrumentum rusticum est; si ferreum sit, ad fodiendam terram, si ligneum, ad invertenda frumenta, aut purganda stabula destinatum.*

summo apparatu erigitur.

11 Factum id est, *verba auctoris sunt Latinè versâ*, die IV Junii anno MDCCXLIII, Feriâ tertiâ Pentecostes. Prævîè tamen ad solemnes cæremonias invitati fuêre reverendi domini parochi locorum adjacentium, qui solito suo ardore & studio, ut veri pastores, oves sibi commissas ad devotionem S. Notburgæ incitârunt. Adfuit ingens hominum multitudo. At potissimùm eminuit ardor R. D. Andreæ Mattich, rectoris ecclesiæ Vermensis (Vermo *notatur in tabulis ad fluvium Nauportum suprà laudatum haud procul Pisino*) qui, comitantibus duobus aliis venerabilibus sacerdotibus, & numeroso populo, supplicantium ritu incedente, comparuit. Ut autem solemniis plus splendoris accederet, sub meridiem Feriæ antecedentis è turri æris campani sonitu signum datum fuit eo ritu, quo dari solet in canonizatione vel beatificatione Sanctorum Ordinis. Sic incensa magis populi veneratione erga Notburgam, quam NOVÆ SANCTÆ titulo ibidem appellant; tantus insequenti die fuit concursus, ut altera videretur festa dies consecrationis ecclesiæ beatæ Mariæ de Portiuncula, lætantibus plurimùm dictis patribus ac Deum in Sancta sua collaudantibus, quòd ejusdem cultûs jacta fundamenta conspicerent coram tanta multitudine hominum: horum devotio accensa est ampliùs post auditam orationem panegyricam Illyricâ linguâ recitatam per ejusdem monasterii virum religiosum, propagatorem cultûs S. Notburgæ, ad cujus aram cum solemni musica decantatum fuit sacrum Missæ officium. E F

§ II. Beneficia S. Notburgæ Pisini in Istria honoratæ adscripta.

Bini fratres,

AUctor, *præcedente § laudatus, capite* 8 *asserit, mox post erectum altare collata fuisse beneficia iis, qui firma cum fiducia opem* S. Notburgæ *invocaverant, assertumque suum probat sequentium enarratione.* Die tertia, postquam erectum esset altare, mensis Junii septimâ, Joachimum filium domini Antonii Pucich, comitatûs Pisinensis (*nomen officii Italicum* contrascriva-

AUCTORE J. P.

no *interpretatus non ſum, quòd lateret, quomodò Latinè exponendum eſſet*) ſubita pleuritis cum continuo æſtu corripuit, eóque deduxit, ut de ſalute ejus ambigeretur. Anxii parentes, quibus puer propter indolis probitatem multùm carus erat, humanis remediis uſi ſunt : tertiò itaque illi aperta fuit vena. Sed monente medico, imminere periculum, ac videri ſibi, diem quartum puero fore ultimum, ad cæleſtem medicinam recurrerunt; ad opem, inquam, S. Notburgæ, juſſêruntque ad ipſius aram Sacrum celebrari die IX menſis ejuſdem.

ipsorum alter pleuritide,

13 Diſtulit tamen beneficium Sancta, ut liqueret, ſanitatem divinitus conceſſam fuiſſe. Itaque die menſis decimo, qui erat ægritudinis quartus & juxta præſagium lethalis, uſque adeo mali vehementiâ æger oppreſſus fuit, ut ſenſibus deſtitutus luctari cum morte videretur. Non depoſuit ſpem in S. Notburga poſitam pius genitor; ad ædem ſacram RR. PP. Franciſcanorum reformatorum ſe feſtinanter contulit, ibidemque firma cum fiducia ante Sanctæ aram proſtratus, pueri ſanitatem flagitavit; nec diutiùs diſtulit illa exaudire humiles preces : conceſſit gratiam. Etenim

B

domum reverſus meliore loco & ab omni periculo liberum invenit filium, qui poſtmodum Servatrici ſuæ gratias acturus venit, & ad ejus aram Miſſam celebrari voluit.

alter gravi febri laborat, ſanatur.

14 Die XIV Septembris anno MDCCXLIII, præfatus dominus (*Antonius Pucich*) non minus beneficium obtinuit alteri filio ſuo Joſepho. Hic ſub initium dicti menſis Tergeſtæ (*civitas eſt Iſtriæ, incolis* Trieſte) morbo afflictus eſt, & licèt tum venæ inciſio tum remedia alia adhibita fuiſſent, acuta febri in eum ſtatum perductus, ut reliqui juvenes, ſtudiis illic operam dantes, cùm tempus reviſendæ patriæ adveniſſet, priſtinam vultûs formam in ipſo non denotarent. Hunc triſtem nuntium Piſinum appulſi ad parentes detulêre, affirmantes, ſe credere, quòd jam tum vitâ functus eſſet. Graviſſimo dolore perculſis parentibus in memoriam rediit collatum nuper à Sancta beneficium alteri filio; itaque die XIV dicti menſis Sacrum ad illius aram fieri curârunt, firmiter confiſi fore, ut & illum ſanum reciperent. Nec ſpe ſua fruſtrati ſunt : quippe paucis pòſt diebus allatus eſt nuntius, quòd meliùs eſſet filio; is itaque ab ipſis domum revocatus eſt, ſanus Piſinum advenit, & rogatus, quo die meliùs ſe habuiſſet, reſpondit factum id eſſe die feſta inter Nativitatem beatæ Mariæ Virginis, & ſequentem proximè diem Dominicam, quæ ipſa fuit dies ſacra Exaltationi ſanctæ Crucis, quando celebratur feſtiva Sanctæ memoria. Ipſe autem, ceteris fratribus comitantibus, hîc comparuit grates relaturus Patronæ ſuæ, & Miſſæ ſacrificium fieri juſſit.

C

Mutus ex gravi morbo ſanitatem & loquelam recipit;

15 Sub initium menſis Julii anno eodem, Laurentius Ivula è parœcia Lindaro (*locus eſt item Iſtriæ haud procul* Vermo, *de quo ſuprà*) ex ægritudine ad ſtatum tam miſerum redactus erat, ut mortuo ſimilis eſſet; jamque ſanctiſſimis Sacramentis munitus, non ſolùm cum diuturno malo conflictabatur, ſed præterea loquelam prorſus amiſerat, ingenio tamen præſentiſſimus. Quapropter ad S. Notburgam ſe convertens promiſit fore, ut Piſini ejus altare inviſeret, & Miſſam procuraret. Facto voto, ſanitatem conſecutus eſt, non tamen ſimul loquelam. Sperans nihilominùs etiam hanc conſecuturum ſe, aſſumpto ſocio, interprete ſignorum, quibus ſenſa animi indicare cogebatur, Piſinum contendit, ubi ſacerdoti, cui ſignis monaſterium demonſtrabat, modò junctis manibus modò extenſis deſiderium ſuum, ut ibidem Sacrum fieret, aperuit. Huic ille interfuit devotiſſimè, ſed abſque loquendi facultate. Abſoluto autem Sacro, templo exiens cum prædicto ſacerdote loqui cœpit. Quod prodigium, per inſignia S. Notburgæ merita obtentum, ubi divulgatum eſt, multùm auxit venerationem erga Sanctam, maximè apud illos, qui ipſum antè mutum cognoverant, poſtea verò loquentem audiebant.

D

prægnans abortûs periculo, & difficili partu liberatur;

16 Gaſparina, uxor Andreæ Petkovich, die V menſis Julii anni MDCCXLIII, jam ſexto menſe gravida, infelici caſu è ſupremo ſcalarum culmine ad ſolum uſque delapſa eſt, atque in abortûs periculo conſtituta. Monita per matrònam, quæ iſtuc in ejus auxilium accurrerat, ut ſe S. Notburgæ commendaret, votum nuncupavit recitandi, quamdiu viveret, diebus ſingulis ſemel orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem, ſi fœtum geſtaret uſque ad conſuetum tempus. Adhæc addidit, inducturam ſe prolem, quam eniteretur, ut Sanctæ ſimile tributum penderet. Emiſſo voto, defuncta eſt periculo. Deinde, cùm pariendi tempus adeſſet, triduo parturivit, & nihil juvantibus remediis per obſtetricem adhibitis, priùs emiſſum votum confirmavit, atque alterum adjecit, procurandi Sacrum ad aram Sanctæ, ſi modò prolem vivam, quæ ſalutaribus Baptiſmi undis ablui poſſet, mundo ederet. Protinus feliciter peperit die XXI Septembris, atque infans uſque nunc vivit, ipſa verò votum perſolvit.

E

moribundi

17 Joannes Vodopia, incola civitatis Piſinenſis, jam per dies ſeptem morbo triplici, ardente ſcilicet febri, dyſenteriâ, ac pleuritide laborans, die XXVI menſis Julii ad extremam vitæ periodum perductus erat, munitus ergo ſanctiſſimis Eccleſiæ Catholicæ Sacramentis, ad tranſitum ex hac vitâ in alteram parabat ſeſe. Miſera ipſius conjux auditis gratiis, quas Omnipotens per magna S. Notburgæ merita indulget omnibus, ad eam vera cum fiducia recurrentibus, aliquem dicto die ad Sacrarium delegavit, ut ſine cunctatione Res divina perageretur ad altare S. Notburgæ pro perſona in agone conſtituta; quo tempore ipſa aſſiſtens moribundo marito, ferventibus ſuſpiriis invocavit Sanctæ patrocinium : ipſo momento rectiùs valere cœpit ille, & ſanitatem

F

recuperavit.

ſubitò ſanatur,

18 Laurentius Aiſner ardente febri ita correptus fuit, ut poſt tertium & quartum diem longioris vitæ ſpem deponeret : tandem die VIII Auguſti anni MDCCXLIII pectoris ipſius pars inferior glaciei inſtar frigeſcebat, ſuperior verò ardebat inſtar ignis. Quapropter, cùm ſe ſanctis Eccleſiæ Sacramentis muniri curâſſet, advertens, nihil quicquam prodeſſe humana medicamina, confugit ad cæleſtia; converſus itaque ad imaginem S. Notburgæ, quam penes ſe ſervabat, ejuſque patrocinium implorans oravit, ut ſui, conjugis ſuæ, ac parvulorum infantium miſereſceret. Votum adjecit recitandi per novem dies continentes quotidie in ejus honorem novies Orationem Dominicam & Angelicam ſalutationem, ac procurandi inſuper ſacro-ſanctum Miſſæ ſacrificium ad illius aram. Exaudivit benigna miſerorum patrona clientem ſuum Notburga, optatam illi ſanitatem contulit, & ipſe die poſtero receptis viribus voti exſecutionem exorſus eſt.

ægrè parturienti ſubvenitur.

19 Catharina, uxor Joſephi Ivich, præclaris S. Notburgæ meritis adſcribit felicem exitum partûs ſui, qui contigit anno MDCCXLIII die VIII men-

A mensis Novembris, prout sequitur. Conflictabatur illa cum acerbissimi partûs doloribus à tempore matutino usque ad vespertinum, nihil proficientibus humanis remediis, per obstetricem suppeditatis. *Interjicit hîc auctor nonnulla, ex quibus discimus, adhibitas ei etiam fuisse res sacras, aquam benedictam, ac pulverem, nescio quem; sed preli vitio omissæ vel mutilæ sunt voces aliquæ, ut integrum non fuerit illa transcribere: ita autem prosequitur:* Videnti illud marito, &, quò ad sublevandam conjugem se verteret, ignaro in mentem venit, esse penes se imaginem S. Notburgæ, quam firmâ fiduciâ pectori mulieris admovens, Sanctæ opem invocavit. Et ecce prodigium! Vixdum laborantis pectus attigerat Sanctæ imago, quin mox absque doloris sensu proles in lucem edita sit.

Matres pro ægra sobole orantes

20 *Paucis hîc narrationis seriem interrumpens auctor lectori innuit, Sanctam nostram, quæ vivens imitata fuerat Christum Dominum dicentem apud Marcum Euangelistam cap.* 10: Sinite parvulos venire ad me, *peculiarem esse Patronam parvulorum, idque exemplo duarum matrum, quæ pro infantibus suis opem ejus expetierant, ostendit.* Prima est, *inquit*, prænobilis domina Catharina Millosich de Mildenhof, quæ binas gratias consecuta est filiolæ suæ, opitulante Sancta: unam mense Octobri, quando eidem filiolæ, mensibus octo natæ, atque in animi deliquio constitutæ, nescia quid opis afferret, in subsidium advocavit S. Notburgam, & infantis ori applicuit ejusdem effigiem, quo facto, illa ocellos aperuit, respiravit & vagitus edidit. Alteram mense Martio anni MDCCXLIV modo decurrentis: quando eadem (*infans*) gutturis dolore & gingivarum inflatione laboravit, illam enim (*mater*) Sanctæ commendans ad ejus altare Missam celebrari jussit, & optatum sanationis beneficium infanti exoravit.

B

exaudiuntur.

21 Secunda est domina Margarita, conjux Simonis Durinich, quæ prolem suam, lethiferis symptomatis bis afflictam, Sanctæ patrocinio devovens ut utraque vice Rem divinam ad ejus aram faciendam curans, quidquid expeteret, à Patrona nostra obtinuit; prout ipsamet retulit collectori hujus Operis die XXIX Septembris anno MDCCXLIII. *Finem hîc enarrationi beneficiorum imponens auctor, plura supereſse ait, quæ prætermisit, quia plenam cum omnibus adjunctis eorum notitiam adeptus non erat, quæque in tempus opportunum typis servantur. Dein præmissa brevi oratione, quâ fideles ad colendam, in suisque calamitatibus invocandam* S. Notburgam, *novam Istriæ patronam exstimulat, caput octavum & ultimum libelli sui claudit hisce versiculis, quos à choro Sanctæ decantari significat.*

C

Hymnus in honorem Sanctæ.

22 O Notburga virgo salve,
Digna coli omni laude,
Pauperum auxilium
Gaude decus Tyrolense,
Refugium Pisinense,
Tutrix animalium.
Tuo aër atque ignis
In prodigiis & signis
Obedit imperio,
Lumen cæcis reparatur,
Vita mortuis donatur
Tuo patrocinio.
Tibi Hennus viam stravit,
Quia manus tua pavit
Pauperes innumeros:
Plaustrum boves sine duce
Tua fulti clara luce
Ad montana advehunt.
Egenorum Procuratrix
Esto & Auxiliatrix
Pacis nunc Christiadum:
Preces ergo nostras audi,
O Notburga, & exaudi
Vota tibi supplicum.

AUCTORE J. P.

Accipe modò Historicam relationem, cujus præviam notitiam dedimus § 1 num. 6. Titulus ei præfixus ad auctorem pertinet, at qui numeris & capitibus affiguntur, à nobis adjecti sunt, ut monui loco mox citato.

DILUCIDA HISTORIA

De origine & progressu cultûs S. Notburgæ Tyrolensis ancillæ in ecclesia filiali SS. Hermagoræ & Fortunati in Ebensfeld prope pontem fluvii Feistriz, sub parœcia Mansburgensi, cum annexa relatione de quibusdam præclaris ac declaratis beneficiis.

D

E

Ex Ms. Germanico Latinè reddita.

CAPUT I.

Innotescit Sancta in Ebensfeld; altare ei erigitur; reliquiæ exponuntur; confluunt undique peregrini; cultus latè diffunditur per totam Carnioliam & finitimas regiones.

F

Sanctæ in Carniolia antè ignotæ

SI umquam Sanctorum aliquis in peregrina regione, ut primùm cognitus esset, mox avidè in patronum assumptus sit, ejusque cultus longè latèque provectus, id profectò totum in ducatu Carnioliæ nuper accidit S. Notburgæ ancillæ Tyrolensi, antea planè incognitæ. Adeo ut ibidem ante hac nihil quidquam compertum esset de vita ejus piè instituta, nec facilè per integram regionem reperire imaginem sanctæ hujus Tyrolensis. Paucis verò abhinc annis in tantum innotuit eximia ejus sanctitas, ut in universa provincia Carnioliæ ne parvuli quidem penè pueri reperiantur, qui totam ejus Vitæ seriem non noverint vel accuratè enarrare, vel Germanico patriæ sermone decantare. Quàm autem avidè Sancta per universam Carnioliam adoptata sit in patronam, elucet ex sequenti enarratione.

a Exi-

Ex Ms. *imago Ebensfeldiæ in templo collocatur,*

2 Eximius S. Notburgæ cultor, cui nulla antè ejusdem fuerat notitia, pictam dono accepit imaginem sanctæ hujus Ancillæ, vestitu Tyrolensibus rusticis proprio adumbratæ, atque mendicis & vario pecudum armentorumque genere circumcinctæ cum ista subscriptione Latina: SANCTA NOTBURGA PAUPERUM ET ANIMALIUM PATRONA. Hanc ille effigiem, marginibus auro purissimo circumlitis inclusam, Ebensfeldiæ in suprà memorata ecclesia filiali SS. Hermagoræ & Fortunati, annuentibus ecclesiasticis superioribus, primùm exponi & è vacuo pariete suspendi curavit anno MDCCXXXVI.

& ejus tutelam experiuntur incolæ, & accolæ magno concursu

3 Haud ita dudum pòst, benignissimus Deus, qui sanctorum etiam Patrum scriptis mirabilis semper in operibus suis celebratur, in eum fortàsse finem, ut Sanctam istam hîc gentium notam & celebrem redderet, permisit, ut per Carnioliam, ac præsertim per territorium, Ebensfeldiæ circumjacens, dirè grassaretur pecuaria lues; in ipso autem loco Ebensfeld tamquam in meditullio cornigerum pecus illo eodem tempore apud suam nuper expositam Patronam integrum servaretur ac sanum. Cùm interea temporis ad
B manus veniisset ejusdem S. Notburgæ Vitæ descriptio, tradita illa est perlegenda reverendis dominis curatoribus, & ab his universæ communitati enarrata. Hinc in tam urgente necessitate cœperunt ad ejusdem S. Notburgæ patrocinium confugere, ac pio erga eam ardore & fiduciâ affici: adeo ut integræ pagorum communitates cum deputatis clericis Ebensfeldiam confluerent, & sacro sancta Missæ sacrificia pro avertendo malo in honorem S. Notburgæ celebrari curarent in altari proximo (nam sub initium, ut suprà dictum est, ejus effigies appensa erat dumtaxat vacuo parieti in ante memorata filiali ecclesia, neque altari fuerat imposita.) Interveniente autem S. Notburga, exauditæ sunt à Deo istæ peregrinantium preces, & solatio refecti domum reversi sunt.

illuc peregrinantes. Altare ipsi erigitur;

4 Cùm autem postmodum Missæ sacrificia ingenti numero ibidem celebranda offerrentur, & insignem plebis rusticæ erga hanc Sanctam nemo non posset advertere pietatem, insequenti mox anno, antè accepta ab ecclesiasticis superioribus
C facultate, laboratum est, ut pro loci ac situs opportunitate exiguum altare erigeretur in prædicta filiali ecclesia Ebensfeldiensi eodem in loco, ubi antè effigies è vacuo pariete pependerat. Tantum exindè pietas & affectus in sanctam hanc Tyrolensem Ancillam incrementum cepit, ut sufficientes sacerdotes haberi ac impetrari non possent, qui numerum condictarum Missarum adimplerent, utque intra unius anni spatium numerata fuerint ultra octingenta Missæ sacrificia, quæ celebrata sunt ad recèns exstructam aram; qui profectò numerus exiguus censeri non debet in abdita ruri filiali ecclesia.

obtinentur Româ indulgentiæ,

5 Eapropter haud difficulter etiam Româ impetratæ sunt binæ Bullæ Pontificiæ, quarum alterâ indulgentiæ plenariæ conceduntur in festivitate S. Notburgæ, incidente in diem XIV Septembris, sacrum quoque Exaltationi sanctæ Crucis, alterâ verò privilegium annectitur suprà memorato altari S. Notburgæ in Ebensfeld ad liberandas animas in igne purgatorio detentas singulis Feriis sextis hebdomadæ per totum anni decursum, & singulis diebus per octavam Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

6 Cum autem Brixinâ aliquæ sacrorum S. Notburgæ ossium reliquiæ cum annexis ordinarii litteris authenticis transmissæ essent, atque à nostro ordinario examinatæ fuissent & approbatæ, eædem ex nostra Mansfurgensi parœcia per hujus dominum rectorem, assistentibus ejusdem curatoribus & comitantibus supplicantium ritu tum loci incolis universis, tum quatuor vicinarum parœciarum longo ordine communitatibus, ad sæpe dictam filialem ecclesiam in Ebensfeld translatæ & primùm publicè expositæ sunt. Tum verò in eminenti ara, ob populi multitudinem ad templi valvas erecta, cuique imposita erat S. Notburgæ effigies, solemne Officium decantatum est. Dein ab extraneo parocho recitata est oratio in honorem S. Notburgæ eleganter composita; postremùm sacræ reliquiæ, pio osculo venerandæ, porrectæ sunt devoto populo, & sic huic actui magna prorsus celebritate impositus finis.

& Brixinâ reliquiæ, quæ solemniter exponuntur.

Accrescit cultus & latè extenditur

7 Non ea tantùm tempestate, verùm etiam ante ac post narratam translationem sæpe è remotis partibus ad S. Notburgam in Ebensfeld integræ parœciarum communitates cum suis sacerdotibus, supplicantium ritu instituto agmine, peregrinatæ sunt, seu ad avertendam pecorum luem, seu ad exorandum imbrem fructiferum, E seu ad poscendum auxilium in aliis id genus calamitatibus; & preces earum exauditæ sunt semper. Quanta autem deinceps incrementa ceperit S. Notburgæ cultus, non alii testari debent, quàm nostri artifices, pictores ac statuarii; utpote quibus per aliquot jam annos continuos vix vires sufficerint effingendis imaginibus exstruendisque altaribus. Hinc si quis singulas Carnioliæ partes perlustret, nullam sanè reperiat, in qua elegantia hinc inde & splendidè exornata altaria non fuerint erecta, ac magnifica ædificata sacella in honorem S. Notburgæ.

per Carnioliam ac finitimas regiones omnes.

8 Ad eum gradum per universam Carnioliam ascendit pietas, devotio atque fiducia in S. Notburgam, ut seu in civitatibus seu ruri vix ullum occurrat templum, domicilium, aut tuguriolum, ubi saltem D. Notburgæ effigiem chartæ impressam videre non sit. Unde jam nunc quidem multa ejusmodi imaginum millia in Ebensfeld distributa fuerunt; at nullus tamen distribuendarum finis est aut modus. Nec intra solos Carnioliæ nostræ fines contineri potuit tanta in S. Notburgam devotio; verùm etiam diffudit sese per integras regiones finitimas, Carinthiam, Stiriam, comi- F tatum Mitterburgensem *, Goritiam & Croatiam, *in Istria ubi certatim ejus cultus promotus est, exstructa sunt jam nunc aliquot S. Notburgæ altaria, ipsaque magna Sancta plurimis inclaruit beneficiis.

Beneficia plurima impetrantur.

9 In Ebensfeld autem, tamquam apud fontem, ubi, sicut dictum est suprà, S. Notburga primùm exposita fuit, in variis necessitatibus seu hominum pecorumve ægritudinibus cujuscumque status, conditionis aut ætatis homines, religiosi & seculares, divites & pauperes, seniores ac juvenes, qui firma cum fiducia ibidem cæleste auxilium implorârunt, plura ac ingentia per potentem mirabilis hujus Sanctæ intercessionem à Deo consecuti sunt beneficia; quibus hactenus multa repleri potuissent volumina; si modò vigili cura collecta fuissent, aut in promptu fuisset vir religiosus, qui singula examinâsset atque diligenter adnotâsset, verùm utrumque sæpe neglectum est. Quam ob rem sequuntur hîc ea dumtaxat impetrata beneficia, quæ ab ipso cultûs exordio, & subsequentibus aliquot annis, data opportunitate, relata & concre lita sunt dominis

cura-

curatoribus, ac potiſſimùm ejuſdem Sanctæ cultori cuidam perquàm ſtudioſo, ex quorum conſcriptis beneficiis pauca iſta excerpta ſunt.

CAPUT II.

Febris, capitis & laterum dolor, epilepſia ſublata; puerpera periculoſo partu levata, pecora interitûs diſcrimini ſubducta.

Mulier febricitans ſanatur, a

ANno MDCCXXXVIII. Alenka *a* Moſchinkha è pago Demſchall per integros quatuordecim dies continuos validâ febri correpta fuit; cúmque in publicis concionibus de diva Notburga multum inaudiiſſet, ad illam animo converſa eſt; ſtatuitque in ejus honorem uno die Veneris
B jejunare in ſolo pane & aqua. Nec mora, febris eam prorſus deſeruit, ipſaque die ſecunda Novembris anni MDCCXXXVIII, quâ ſcilicet etiam in Ebensfeldt ſolita quotannis officia eccleſiaſtica, habito ad populum ſermone, peraguntur, coram eadem Sancta gratiarum actionem perſolvit, rogavitque, ut obtentum à ſe beneficium è cathedra promulgaretur; parata quoque fuit, quandocumque exigeretur, jurejurando teſtari, ſe ad avertendam febrim nulla prorſus humanæ medicinæ ſubſidia adhibuiſſe.

proles mortua vitæ redditur, & baptizatur, b

11 Die XVI Junii MDCCXXXIX. Margarita Kertſchaukha obſtetrix Labacenſis *b* huc peregrinationem inſtituit, ac ſequentem narravit hiſtoriam. Prægnans quædam mulier textrix in ſuburbio Labacenſi, nomine Maria Anna Merlakin, per dies omnino quatuordecim acutis laterum doloribus ac vehementi æſtu vexata fuerat, donec tandem die ſecunda Junii ſub veſperam inter graviſſimos dolores, ac duodecima quidem ante diem hebdomade, enixa eſt prolem mortuam, quam excepit mox nominata obſtetrix; hæc primùm, ut ſimili in caſu fieri aſſolet, immaturi fœtus ſtatum exploravit ſecundò ac tertiò inſufflando; at nullum
C vitæ indicium apparuit. Denique divæ Notburgæ recordata eſt obſtetrix, obtulit ei ac devovit prolem, atque huic leniter inſufflavit, quæ ita ſe movit, ut mox ad divi Petri parœciam ſalutaribus undis abluenda deportari potuerit, & die tantùm tertio è vita diſceſſerit.

capitis c

12 Andreas Oclea Münkendorffenſis parthenonis .... *c* è parœcia Stermizwatsher vehementi capitis dolore cruciabatur adeo, ut penitus deficeret; urgebat inſuper lis, cui implicatus erat. Quapropter ab uxore ei ſuaſum eſt, ut ſeſe novæ Sanctæ, quæ in Manſpurgenſi parœcia colitur, committeret: huic ille conſilio obſecutus, vovit, huc peregrinaturum ſeſe, ac dici curaturum ſacro-ſanctum Miſſæ ſacrificium. Sub hæc incidit in placidum ſomnum, & (ſicut ipſemet non ſine lacrymis retulit reverendo domino curatori Manſpurgenſi) aurâ ſuaviter refrigerante perfuſus eſt. Expergefactus dein ſe ſalvum & incolumem ac planè vegetum comperit uſque a-
d deo, ut die proximè ſubſequenti abſque incommodo ac periculo Locopolim *d* litis antedictæ ergô diſcedere potuerit, quòd illic ejus præſentia non tantùm fuiſſet antè neceſſaria, verùm etiam tunc illuxiſſet dies ultima ac decretoria.

Ex Ms. *& laterum dolores perſanati;*

13 Cauſa demum, in qua de centum florenis agebatur, feliciter quoque ipſi adjudicata fuit. Notandum, quòd memoratus Oclea precibus ſuis tantum effecerit apud reverendum Manſpurgenſis parœciæ rectorem, ut ipſemet hîc in gratiarum actionem ſacro-ſanctum Miſſæ ſacrificium celebrârit. Paucis pòſt diebus morbo etiam correpta fuit ejuſdem uxor, ac per tres dies cum acribus laterum compunctionibus conflictata; at poſt promiſſum ſacrificium Miſſæ hîc celebrandum ipſa ſimiliter cœpit convaleſcere.

epilepſia

14 Anno MDCCXXXVIII, exeunte menſe Octobri, fortè è pago Tepallah ad hanc eccleſiam venit Achatius Fingrot, adoleſcens ruſticus annos natus circitèr viginti, qui antè per biennium integrum epilepſiâ laboraverat; quam ob cauſam à Labacenſi pellione, cui artis addiſcendæ gratiâ commiſſus fuerat, dimiſſus fuit. Verùm Carnioburgi *e* in virum incidit, qui morbum abe- *e*
git, ab eoque liber fuit per annum unum; at hoc elapſo, ad priſtinum malum rediit, à quo per aliud biennium ſingulis diebus ſemel iterumque proſtratus fuit. Cùm igitur, ut dictum eſt, ec-
E cleſiam hanc ingreſſus eſſet, innotuiſſetque miſera ipſius conſtitutio, monitus eſt incitatuſque, ut ad hujus Sanctæ patrocinium confugeret, quod ipſe planè ſtupidus ac mente perturbatus facturum ſe adpromiſit. Sacro dein interfuit, quod opportunè faciebat ad aram divæ Notburgæ P. Wolffgangus Oetl, Ordinis S. Franciſci religioſus in Stain *f*: ſed mox poſt panis & vini in *f*
Chriſti Corpus ac Sanguinem converſionem miſer in templo ante ipſam aram tam miſerè in terram prolapſus eſt, ut omnes, qui aderant, terrore perſtringerentur, atque aliqui commiſeratione moti, promiſſis etiam Miſſæ ſacrificiis, eò ferventiùs miſerum Sanctæ commendarent.

abacta,

15 Nec abſque felici exitu: nam acſi hunc lapſum permiſiſſet Omnipotens, ut per illum indicaret ac coram ipſa Sancta teſtaretur, ſe unicuique notum velle, quòd ea miſeri hominis tutelam admiſiſſet, probavit eventus, quòd hac vice poſtremum mali aſſultum paſſus ſit, quódque mentis ſtupiditas ac perturbatio paulatim evanuerit, adeo ut pauco pòſt tempore prorſus ſanus ac hilaris profeſſus ſit, poſtera die ſibi ſat virium fuiſſe, ad terenda frumenta, idque reipſa à ſe factum. Circa diem verò Chriſto natalem in
F pago Tshernuts apud aurigam famulatum adiit. Recolit autem quotidie brevi oratiunculâ optimè meritæ de ſe Virginis memoriam, ac frequenter hiemali tempore huc Rei divinæ interfuturus advenit lætus & alacer. Viſùm eſt porrò operæ pretium, inſigne iſtud beneficium, in tabula votiva depictum, juxta aram è pariete ſuſpendere.

vaccæ morbus ſublatus:

16 Anno MDCCXXXIX die tertia Junii huc perſcripſit vir multùm eruditus dominus doctor Weinizer, accepiſſe ſe ex Graffenweg prædio ſuo litteras ab uxore, hiſce verbis conceptas: "Horâ „ poſt tuum hinc diſceſſum tertiâ, cùm major „ vacca, neſcio quid, deglutiiſſet, ſubitò in ter„ ram corruit, atque intra quartam horæ partem „ ſupra modum intumuit; adhibui equidem quid„ quid utile cognoveram; at nihil quicquam ad„ jumento fuit: ſimulatque tamen pollicita ſum, „ futurum, ut Miſſam in honorem S. Notburgæ „ dici curarem, illico omnis tumor ſubſedit. Il„ la mihi verè hanc vivam ſervavit.„ Expetitum quoque in gratiarum actionem Miſſæ ſacrificium mox peractum eſt.

17 Die XXIV Junii anni MDCCXXXIX, Jera Ro-

Ex Ms. *periclitanti puerperæ felix partus conceſſus.*

detin ex Demſchall anno proximè elapſo in feſtivitate Sanctorum omnium ſummo mane in partûs labores incidit, nec toto iſto die eniti potuit. Credebant omnes, nullam ſpem ſupereſſe; actum eſſe de vita matris ac prolis. Ancilla ipſius fortè imaginem S. Notburgæ menſæ impoſuerat, quam parturiens conſpexit, manibus apprehendit, piiſſimè deoſculata eſt frequenter, ac ſimul alta voce ſe ipſam S. Notburgæ commendans cereum ei donum ſpopondit: quod ubi inaudivit præ foribus cubiculi exſpectans maritus, ipſam in hac fiducia ut perſeveraret, quo potuit, efficaciùs adhortatus eſt per feneſtram, in eumdemque finem ſe quoque preces ſuas additurum ad S. Notburgam; pollicitus eſt. Poſt hæc orans ingreſſus eſt pomarium: ſed cùm inde domum rediret (erat enim tum hora noctis undecima) infantis vagitum percepit. Nam conjux ejus interim facili prorſus ac felici partu enixa erat puerulum robuſtum; poſt partum verò mater cum prole valetudine fruebatur plenâ ac proſperâ, & præfato die promiſſum donum afferens grates perſolvit.

Mulieri, poſt liberatam mortis periculo vaccam

18 Die XXIII Junii MDCCXXXIX. Alexius Clemen ex pago Demſchall vaccæ ad tempus uſque quadrageſimalis jejunii; ut ſæpiùs aſſolent ruſtici, porrexerat rapa cubica; ſed his illa jam penè ſuffocabatur: accurrunt unà omnes, quilibet, quæ poterat ac noverat, animali remedia & auxilia ſuppeditat, rictus diducitur, ut bolus eam ſuffocans evellatur. Sed neque hoc perfici potuit: vacca reſpirare nequiens jam immensùm intumeſcebat, nec ſpes erat fore, ut evaderet. Ruſtici uxor eo caſu plurimùm perturbata ac triſtis, ſecum reputare cœpit, ſolere ſæpiùs Deum exaudire preces parvulorum. Quapropter binos, quos habebat, ad ſe vocavit, atque hiſce verbis allocuta eſt: En parvuli mei anno ſuperiore abſtulit nobis Omnipotens dilectum pecus, jam verò idem amittendæ vaccæ noſtræ periculum ob oculos verſatur.

Voti exſecutionem differenti, apparet Sancta.

19 Quam ob cauſam vos mecum pueri S. Notburgam invocate, ut per ejus interceſſionem Deus nobis vaccam conſervet. Mox unà cum illis in cubili ſuo ſe projecit in genua ante Sanctæ imaginem, & orare cœpit. Inter preces auditus eſt vaccæ mugitus, reſpexit per feneſtram parens, vaccam ſtabulo egredientem conſpexit, citato greſſu cubile deſeruit, vicinos convocavit,
C ac læti omnes experti ſunt, vaccam, de cujus vita antè deſperatum fuerat, prorſus incolumem eſſe ac vegetam. Cùm autem mulier pollicita eſſet, fore ut ad S. Notburgam in gratiarum actionem aut votivam tabellam afferret, aut Miſſæ ſacrificium celebrari curaret, viſa ſibi eſt ſæpiùs, cùm veſperi cubitum concederet, intueri S. Notburgam humana ſpecie adſtantem, quod ei ſemper ſacrum timorem incuſſit cogitanti, æquum non eſſe, tamdiu voti ſolutionem differre: donec tandem die XXIII Junii hîc Sacrum fieri curavit ac cereum anathema obtulit.

Sacerdoti periculosè decumbenti ſanitas reſtituitur.

20 Reverendus dominus Joannes Pauluſcha, ſacellanus domeſticus apud illuſtriſſimum dominum Carolum ab Hochenwarth in Gerlachſtain, aliquo ibidem tempore æger decubuit: inviſit eum aliquando ſub veſperam illuſtriſſima arcis domina, ſed ſenſibus deſtitutum offendit & linguam ejus crebris morſibus cruentatam. Unde illuſtriſſima matrona ex commiſerationis affectu vovit nomine exanimi ac miſeri hominis huc peregrinationem; nec ſine felici ſucceſſu, quandoquidem æger die mox inſequenti ad eum ſtatum redierit, ut ſacra confeſſione animum purgaret, & poſt octo alios priſtinæ ſanitati fuerit reſtitutus: mox D verò religiosè per denſiſſimos etiam imbres equo vectus huc properavit, ac debitas grates per Miſſæ ſacrificium S. Notburgæ devotiſſimè exſolvit.

ANNOTATA.

a *Nomen iſtud proprium aliaque perſonarum & locorum ſubinde occurrentium, quorum verâ interpretatio me latebat, nec facilè colligi poterat ex adjunctis, retuli, ut in Germanico exemplari expreſſa ſunt, ne divinando corrumperem vel confunderem.*

b Labacum, *Germanis* Laubach & Laybach, *Italis* Lubiana, *civitas eſt primaria ducatûs Carnioliæ, ſita ad fluviolum cognominem.*

c Münkendorff *ſeu* Minkendorf, *teſte Zeillero; parthenon eſt Carnioliæ, quarta horæ parte diſtans ab oppido Stain. Porrò omiſi hîc vocem unam, ita Germanicè expreſſam:* Suppan; *quia ſimilem non reperi in ullis Lexicis: ſuſpicor tamen eâ deſignari officium, quo in dicto parthenone fungebatur vir iſte.*

d *Adamus Kirſchius in Lexico Germanico ſic vertit nomen oppidi in Carniolia ad Zeyram fluvium, vulgo* Biſchofslack, *quod Lazius putat eſſe Antonini* Prætorium Latonicorum; Japodum municipium; *Baudrandus* Lakium *appellat.* E

e *Germanis* Craynburg, *oppidum in Carniolia ad Savum fluvium, diſtans, teſte Baudrando, quinque milliaribus Germanicis Labaco.*

f *Oppidum quoque eſt in Carniolia ad Veiſtricem amnem.*

CAPUT III.

Jumenta præſenti periculo erepta, amens rationi redditus; varii variis doloribus, morbis & defectibus liberati.

F

Ruſticus, invocatâ S. Notburgâ, duos equos

DIe XXIV Junii MDCCXXXIX. Michaël Zegân ex Demſchall tribus abhinc hebdomadibus, cum duobus plauſtris equo inſtructis trans Feiſtricem (fluvium) ad montes perrexerat, illic plauſtris ſtramentum impoſuerat, & jam cùm ita oneratis domum repetebat. Sed in ſummo montis cacumine incidit in anguſtum callem, juxta quem grande ac prælatum imminebat præcipitium: contigit interea, ut ex improviſa alliſione extra orbitam agerentur currus, atque alter eorum unà cum equo everſus præceps abiret in ſubjectam frondoſamque vallem, cujus profunditas æquiparari poteſt altitudini turris Ebensfeldianæ. Alter equus alliſione forſan perterrefactus ſeſe lateralibus loris prorſus expediit, ac ſine curru præcipitem egit. Hæc conſpicatus ruſticus, de equis ſuis certò actum eſſe, credebat; quapropter extremo dolore percuſſus eſt. Divæ Notburgæ tamen recordatus, rem Deo ac Sanctæ ferventi devotione commendavit, votumque addidit, ſi caſus ille, de quo deſperaverat, infortunio caruiſſet, venturum ſe huc & in gratiarum actionem allaturum cereum munus.

ex præſentiſſimo periculo illæſos recipit,

22 Quo facto, confeſtim accingit ſeſe, ut tutam per abrupta viam reperiens exploret, quæ tandem ſors obtigiſſet equis. Et ecce unum è fruticibus, avis inſtar laqueo captæ, capiſtro pendentem deprehendit; hinc attonitus certò ſtrangulatum eſſe reputavit: adrepſit tamen, extricare conatus eſt, ac feliciter exemit. Alter equus multò profundiùs jacebat inter virgulta, implicatis ad eum modum pedibus, ut neque dubitaret, quin ejus crura ut minimum diffracta eſſent; verùm non ſine ſtupore hunc ſimiliter illæſum erexit; atque utrumque jumentum, ſine nocumento aut damno, nec ſine ingenti gaudio domum reduxit ſanum & integrum: hodie verò gratias cum promiſſo anathemate retulit.

alter vaccæ ſanitatem impetrat.

23 Die xxv Junii anni MDCCXXXIX. Georgius Garitip ex Demſchall abhinc diebus aliquot vaccam eò ægritudinis redactam habebat, ut ſpirandi difficultate laborare inciperet; malum iſtud originem duxerat ex lacte: hoc quippe, quod dabat etiam parciſſimè, nec purum erat nec ſapidum; cumque igni apponeretur mox in ſerum abibat. Inhibebant autem vicini, quominùs illa cum reliquo ſano pecore ad paſcua duceretur, credentes nempe futurum, ut per illam reviviſceret exſtincta lues pecuaria; quod non mediocri ruſticum ac conjugem mœrore afflixit: at ſimulatque, ut & ante annum fecerant, ſe voto obſtrinxerunt in honorem divæ Notburgæ curandi Miſſæ ſacrificii, vacca cœpit convaleſcere.

Amens ad rationis uſum redit.

24 Die iv Julii MDCCXXXIX. Joſephus Killer ex Bruckla ſub parœcia Commenda, per dies quatuor alienari mente cœperat, quod animadverſum ex eo, quòd homines torvo ac atroci vultu intueretur. Cùm interim die quadam eum ſervo vicias meſſuiſſet, laqueum ex iis ſibi contexuit, eoque inſtructus in ſylvam abſcurrit, ſuſpendio vitæ finem quæſiturus. At, qui aderant, inſecuti eum ſunt, deprehenſumque domum reduxerunt. Mox pater eum Sceinium devexit; ubi quinque ſimul ei apertæ ſunt venæ; duæ nimirum medianæ in fronte, ſub lingua, & in pedibus. Adhæc pater huc ad S. Notburgam cum filio peregrinationem vovit; cum in finem conducto illius loci ſacerdote domino Mathia Reshen huc cum impotenti filio advenit, ac die 1 Julii ſacro Miſſæ ſacrificio adfuit; quo finito, filius ad patris exemplum nudis genibus ac ſumma pietate terram perrepens, altaris circulum perfecit, & præfato die ſuprà nominatus ſacerdos demùm ad aram fecit, declaravitque, quòd memoratus Joſephus Killer ſe plenè reſtitutum comperiret, qui & ipſe teſtatus eſt, quòd ſub Miſſam mox à ſacræ Hoſtiæ conſecratione leni ac jucundo vento ſibi viſus eſſet afflari, ac deinde liberior & lucidior ſibi ſenſus rediiſſet.

B

C

Equæ ſanitas redditur.

25 Die xii Julii MDCCXXXIX. Antonius Tremesh ex Vodiz, die ſacra SS. Petro & Paulo manè, antequam ſe ad parœciam ſuam Sacro interfuturus contuliſſet, equam ſuam in ſtabulo plena ſanitate reliquerat; redux autem à Sacro ex ægritudine humi projectam offendit. Hærebat inſcius, unde tam ſubitâ mutatio eſſet exorta; ſed iſtis cogitationibus haud dudum inhærens, uxorem ſuam huc ſtatim direxit cum dono pecuniario, eo ipſo tempore, quo ex Manſpurgenſi parœcia huc ſupplicatio inſtituta fuerat. Cùm mulier, peractis ad S. Notburgam precibus, domum rediiſſet, equam prorſus ſanam adinvenit. Quare & præfato die ejus maritus huc properavit, & in gratiarum actionem Miſſæ ſacrificium fieri juſſit.

26 Cùm die xxviii Junii anno MDCCXXXIX universa communitas parœciæ Zirklach huc ad S. Notburgam ſupplicabunda ad veſperam advenisſet, agmen ducente domino Urbano Hieronymo ejuſdem cooperatore; fuit inter plurimos pœnitentes perſona, quæ apud eumdem in ſacra Confeſſione ſe accuſavit, quòd eadem die, erat nempe Dominica, non adſtitiſſet ſacro-ſancto Miſſæ ſacrificio; quoniam vehementibus pedum doloribus correpta è lecto ſurgere non potuerat. Cùm autem à meridie ad indictam ſupplicationem ſignum ære campano datum fuiſſet, vehemens affectus flagranſque deſiderium inceſſit ipſam peregrinandi cum aliis ad S. Notburgam. Subhæc ſurrexit è lecto, minutos pedum dolores perſenſit, ſe mox reliquæ parœciæ communitati conjunxit, & abſque ullo incommodo, difficultate, aut ulteriore doloris ſenſu peregrinationem & unà pro accepto beneficio gratias explevit. Ex Ms. *Pedum dolores,*

morbi

27 Die xii Julii anni MDCCXXXIX. Præfatus dominus Urbanus Hieronymo cooperator in Zirklach huc acceſſit ad S. Notburgam Rem divinam peracturus, idque pro ingenua parœciæ ſuæ virguncula annorum ſeptemdecim, quæ diuturno languore afflicta fuerat, ac demum graviore ægritudine lecto affixa; adeo ut ipſe ſacerdos, ingraveſcente malo, eam haud ſupervivere poſſe opinaretur. Die x menſis ejuſdem ex Chriſtiana charitate inviſens ipſam ſacerdos nominatus, ſpiritali ſolatio recreavit, perſuaſitque ipſi, ut in S. Notburga ſpem collocaret. Ipſa, utpote quæ etiam antè magna devotione Sanctam venerata fuerat, obſtrinxit ſe voto huc veniendi curandique, ut Miſſæ ſacrificium celebraretur, quod ipſe dictus ſacerdos memorato die xii Julii ſe peracturum ſpopondit, & mox rectè valere cœpit; adeo ut eodem ipſo die capax eſſet, quæ pedes, ſicut etiam deſiderabat, huc peregrinationem perſolveret, niſi obſtitiſſet ille, ſuaſiſſetque differre hujuſmodi peregrinationem in tempus aliud, quo paulò plus virium comparâſſet; ſicque idem ſacerdos ſine ipſa huc iter arripuit, & votivum Sacrum ad S. Notburgam celebravit. E

periculoſi

28 Die vi Julii anno MDCCXXXIX. Joannes Coſou... *a* monaſterii in Michelſtetten *b*, gravi morbo æger decumbebat. Quapropter uxor ejus S. Judoco aliiſque in his partibus Sanctis vota fecerat. Ita demum viribus debilitari cœpit, ut jam oculi frangerentur ac obrigerent, atque idcirco ſacer cereus ei in manus daretur, nec dubium ſupereſſet, quin illico animam eſſet exhalaturus. Interea temporis moniales ex Michelſtetten uxorem ejus moneri curârunt, ut ad S. Notburgæ auxilium recurreret, voveretque huc peregrinationem. Non modò placuit ei conſilium; ſed etiam ſtatim una cùm convocatis, quos plures habebat, liberis S. Notburgæ opem invocavit, atque in ejus honorem preces fudit. Dum mulier ac pueri elata voce orabant, maritus rigentes antea oculos movit, circumſpexit, erexit ſeſe, indieſque deinde convaluit. Eapropter ipſemet cum uxore ſua ſuprà ſcripto die huc gratias acturus advenit. *a b*

F

aliaque

29 Die vi Julii anno MDCCXXXIX. Venerabilis domina Maria Thereſia, nata de Pettenegkh, præclari parthenonis in Michelſtetten profeſſa, in ſiniſtra manu rubram maculam inſtar mentagræ primùm contraxerat, quæ magis ac magis ſeſe dilatans & excreſcens in ingens demum apoſtema evaſit, idque atrum, lividum & aſpectu horridum. Chirurgus nihil intentatum reliquit, emplaſtra applicuit, inciſiones fecit; nihil egit: in-

Ex Ms. graveſcebat malum adeo, ut ſpem omnem abjiciens brevi futurum crederet, ut ipſi amputanda eſſet manus. Illa interim votum concepit curandi hîc celebrationem Miſſæ (quam etiam illico peregit R. D. Joſephus Schüffrer ejuſdem parthenonis quondam facellanus) emiſſo voto deſtitit malum ſerpere ulteriùs, brachii amputandi conſilium depoſuit chirurgus, manus de die in diem meliùs ſe habuit, ac plena tandem feliciter ſubſecuta eſt ſanitas. Ipſa verò admodùm venerabilis domina Thereſia in gratiarum actionem novum
c ſuis manibus Corporale *c* confecit ac per ejuſ-
d dem parthenonis piſtorem *d* S. Notburgæ dono miſit.

incommoda 30 Die XXIX Junii MDCCXXXIX. Antonio Prodnig ex Nodgoritz ſub Mauſpurgenſi parœcia trienis erat filiola, cui diſtinctum ac notabile ſtruma excreſcebat in gutture; quamobrem hîc ad S. Notburgam Miſſæ ſacrificium promiſit, quo finito, puellæ ſtruma diminutum eſt, imò prorſus evanuit. Votivum Sacrum R. D. Raymundus Dietrich cooperator jam à multo tempore celebraverat; at verò obtentum beneficium laudatus Prodnig notato jam die primùm declaravit.

B 31 Die XIV Julii anno MDCCXXXIX. Antonius
tollantur. Jermon ex S. Luciæ apud Koruzhene ſub parœcia Vodiz, conditione faber, lignarius, jam elapſis quatuor hebdomadis, haud procul Labaco operam provinciæ fabricæ impendens, adierat infortunium; quippe ponderoſa trabs in manum ejus ſiniſtram delapſa erat, atque auricularem digitum læſerat miſerum in modum. Adhæc manus ejus altè intumuit, ut neque laborem continuare potuerit, neque præ dolore quieſcere aut captare ſomnum. Uſque dum heri nota ipſi mulier ex Vodiz perſuaſit, ut voveret huc peregrinationem. Haud neglexit conſilium; illicò enim in genua provolutus ter Orationem Dominicam ac toties Angelicam Salutationem recitavit. Quo facto, proximam noctem placidiſſimo ſomno tranſegit; hodie verò manè comperit, omnem receſſiſſe manûs tumorem, atque, licèt adhucdum læſo digito, peregrinationem explevit firma cum fiducia fore, ut per interceſſionem magnæ, & ſuperrimè tantùm ſibi cognitæ, S. Notburgæ, brevi priſtinos labores reſumeret.

ANNOTATA.

C

a *Germanicè lego:* Ein cloſter pöckh, *quæ voces certè indicant domeſticum ſeu officialem monaſterii, ſed veram tertiæ vocis ſignificationem non aſſequor, quia tamen infrà num* 29 *ſcribitur* böch; *ſuſpicor piſtorem deſignari; nam Germani non tantùm in pronuntiatione ſæpe, verùm & in ſcriptione aliquando confundunt litteras* b *&* p, e *&* ö; *piſtor autem dicitur* beck *aut* becker.

b *Locum iſtum collocant in Carniolia ſuperiore Blavius & Merianus, ſed hic* Michlſtein *ſcribit.*

c *Sic vocant ſcriptores eccleſiaſtici ſacrum linteum, quo utimur in officiis divinis, & cui ſuperponitur ſanctiſſimum Domini noſtri Corpus.*

d *Voces Germanicas* durch daſſigen cloſter böcken, *ſic interpretatus ſum ex conjectura ad lit.* a *indicata*

CAPUT IV.

Junioribus & infantibus varia beneficia collata; morbi à pecoribus abacti.

D

Oculus malè affectus

DIe XXIV Auguſti. Puella annorum XIX nomine Urſula, filia Marci Grum ex pago Heruſchze haud procul Labaco ad Sanctum Sepulcrum, præter alias infirmitates acutiſſimos in ſiniſtro oculo dolores perpeſſa fuerat ab ineunte quadrageſimali jejunio uſque ad proximam S. Jacobi feſtivitatem: jamque obducta oculo membranula viſum prohibebat. Mater ipſius Maruſcha* adhortata illam eſt, ut firmam fiduciam conciperet in novam Sanctam Ebensfeldianam, & unà vovit illuc peregrinationem ac Miſſæ ſacrificium. Die igitur XV Julii in eum finem Labaci comparavit cereum oculum pro filia offerendum: & protinus cœpit meliùs ac meliùs eſſe oculo: uſque adeo ut die XIX Julii ipſa Urſula cum parente ſanis oculis peregrinatum huc venerit, promiſſum Sacrum inſtitui curaverit, ac donum in gratiarum actionem piè obtulerit.

* *fortè* Maria Urſula

E

ſemel & iterum reſtituus;

33 Die XXVII ejuſdem menſis Julii exierat dicta puella, ut triticum demeteret; ſed infelici caſu accidit, ut in oculos ejus vento adacta fuerit acuta tritici ſpica, quæ oculi ſiniſtri, olim malè affecti, pupillam eum in modum dilaceravit, ut ſanguis guttatim diffluueret, ac miſera jam amiſſum, ut rebatur, oculum multis lamentis deploraret. Mater modo, quo potuit, meliore ipſam conſolata, ſuaſit, ut denuò ad S. Notburgæ patrocinium refugeret: memor itaque nuper accepti beneficii votum huc veniendi renovavit, ac tertio pòſt die oculum confecuta integrum ac ſanum cum eadem matre iter huc ſuſcepit.

pecorum

34 Die XXIV Auguſti anno MDCCXXXIX. Urſulæ Weſlaikæ viduæ ex Stepana-Vas apud S. Sepulcrum haud procul Labaco, tres vaccæ infeliciter deperierant; quarta item jam morbum contraxerat, & quinta eodem tempore paſtum cœperat reſpuere. Suaſit autem Urſulæ Weſlaikæ antè nominata Maruſcha Grumauka, ut ſpem ſuam reponeret in S. Notburga. Interea ſupervenientes vicini, monebant ſedulò, ut vaccam, quæ priùs tempore laboraverat, è bovili educeret, ac juxta aquam ad arborem alligaret; ne ſaltem (utpote de cujus valetudine ſpes nulla ſupererat) reliquæ perirent, malumve ſe latiùs extenderet. Dictis obtemperavit afflicta mulier, ægrum animal ad aquam deduxit; at interim vovit S. Notburgæ peregrinationem huc & Miſſæ ſacrificium, prout perſuaſum ipſi fuerat à præfata muliere.

F

morbi

35 Sub veſperam ab agricultura domum redeuntibus famulis, inter cognitas ſuorum voces vaccæ ſimul mugitum percepit, nec mora foràs proſiliens magna cum admiratione comperit, editum fuiſſe mugitum à vacca, quam paulò antè ægram arbori prope aquam alligaverat, ut ibidem interiret: ſed aſſequi non potuit, quo pacto ſoluta eſſet. Animo recreata illi extemplò recens gramen porrexit, quod & hæc avido ore ar-

A arripuit & comedit. Quapropter eam in ſtabulum coëgit, atque alteri ſimiliter anteà languida recens gramen obtulit, nec minùs avidè id ipſa devoravit. Suſcepit igitur promiſſam peregrinationem, & voti fidem cum gratiarum actione implevit. Divulgatum hoc beneficium plures è vicinia permovit, ut pro conſervatione pecoris huc viciſſim peregrinati ſint.

& incommoda ſublata.

36 Die XXI Septembris anni MDCCXXXIX. Alenkæ Stebin ex Terſtein infeliciter obtigit, ut pullus equinus, approperans ad equam, tranſiliret palum ſeu ſepimentum; verùm ſub pectore ad utrumque crus anteriùs tam graviter ſeſe contudit, ut miſerum animal pedibus conſiſtere nequiens in terram corrueret. Cùm autem mulier pro ipſo votum huc veniendi emiſiſſet, intra biduum convaluit, atque idcirco illa hodie cum promiſſo dono gratias egit.

Infantes pedum doloribus ac ciborum nauſeâ,

37 Die XXVII Septembris anno MDCCXXXIX. Marietha Vaſterſa ex parœcia ac pago Manſpurg filiolum novennem habebat, ex ægritudine per integram hebdomadam lecto affixum; tantis quippe in utroque pede doloribus tantaque debilitate tenebatur, ut nec illis uſi, nec è lecto ſe erigere valeret, quibus acceſſerat omnis alimenti faſtidium. Simulatque autem mater puerulum, addito voto, commendavit S. Notburgæ, eſurire cœpit, cibos expetiit ac ingenti aviditate comedit, ſummo omnium adſtantium ſtupore. Deinde è lectulo proſiliit, priſtino etiam pedum uſui reſtitutus; pro qua repentina ſanitate debitas illa hîc gratiarum actiones peregit.

& ſuffocationis periculo liberati;

38 Die III Decembris anno MDCCXXXIX. Anſche Wida ex Jarſche ſub Manſpurgenſi parœcia infantem habebat, cui necdum ſuperanti menſem ætatis decimum octavum, atque etiam tum ſugenti ubera, hoc obtigit infortunium. Septennis puella infantis (cui nomen Mizeka) cuſtodiæ relicta, præludebat ipſi annuli fragmento, quod infans, tenellis manibus apprehendens, ori demum admovit & ad guttur dimiſit, quo infelix infans ſuffocari cœpit, toto corpore atrum livorem contrahere atque plorandi facultatem amittere; ita ut puella ad matrem præ foribus agentem accurreret, eamque in auxilium advocaret. Cùm mater omnino conſternata comperiſſet, infanti ne flendi quidem ſupereſſe potentiam, mox nudis genibus ſe projecit in terram, ferventiſſimas ac

C devotiſſimas preces ad S. Notburgam effudit, votumque addidit, ſi per potentem ejus apud Deum interceſſionem proles præſenti vitæ periculo eriperetur, ſe cum illa, ubi frigus aliquantum remiſiſſet, huc peregrinaturam ac donum animatum ſimul allaturam. Nuncupato vix voto, infans, annulo ad ſtomachum dimiſſo, ploratus edere cœpit, atque ipſa hilari animo ubera porrexit, unde plena ſanitas illi rediit, præſertim cùm paulò pòſt annulum cum ſordibus emiſit feliciter. Res digna fuit, cujus integra ſeries nitidè in tabella exprimeretur, & unà cum ipſomet annulo ſuſpenderetur juxta altare ad publicam cujuſlibet admirationem.

alia

39 Die IV Januarii MDCCXL. Alenka Mekethouka, aliàs juxta mariti nomen, appellata etiam Zeganka, ex Damſchall die prænotato enarravit bina ſequentia beneficia à ſe obtenta. Die feſto S. Alexii proximè elapſi anni MDCCXXXIX, domi vaccam habebat, quæ jam à duobus diebus omne lac recuſaverat; poſtquam autem hîc Miſſæ ſacrificio aſſiſtens, S. Notburgæ illam devotiſſimè commendâſſet, die eodem ad conſuetum mulgendi tempus ex ipſa quoque lac elicere pertentavit, & non ſine ſtupore tantum unica vice obtinuit, quantum ſi vaccæ nihil unquam defuiſſet. Ex Ms.

ab infantibus

40 Die Dominica poſt aſſumptæ in cœlum Mariæ Virginis feſtivitatem anni item ſuperioris, ſeptennis ejuſdem filiolus quatuordecim diebus non interruptis tam gravi infeſtabatur dyſenteria, ut demum ex ea ſimul cum torrente æſtu proſtratus, nullos cibos admitteret, ſed indeſinenter potum expeteret. Cùm autem miſerta illius quædam è vicinia mulier aptum ægris edulium deſtinâſſet, attingere illud nolebat puer, potum continuò ac impatienter ingeminans. Interea temporis mater huc ad Sacrum venit, ac ſimul ad S. Notburgam pro filii incolumitate preces dirigit. Poſt abſolutum Sacrum matri domum reverſæ puer læto ore enarrat, quòd, dum abfuiſſet, cibus, quem antè attingere noluerat, tantùm ſibi ſapuiſſet, ut nihil eſſet reliquum. Deſeruerat eum quoque ardens ſitis, atque ſic indies meliùs habuit.

ac jumenta depulſæ

41 Die XI Novembris MDCCXXXIX. Reverendo domino ab Iſenhauſen, rectori parœciæ Manſpurgenſis infeliciter accidit, ut vacca ejus omnium pulcherrima & electiſſima in congeſtarum

E herbarum acervum inciderit, ac ſeſe iis ubertim impleverit; at avidè comedentis faucibus inhæſit caulis oblongus, quem neque ad ſtomachum dimittere valuit, neque foràs ejicere: atque mox adeo ei ſpirandi meatus omnis intercluſus eſt, ut in terram corrueret, nec dubitaret quiſquam, quin actum eſſet de vacca, ſic certò ſuffocanda. Nihilo tamen minùs adhibitus eſt conatus omnis ad detrudendum per fauces caulem: ſed fruſtra. Simulatque autem denuò promiſſum fuit ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, erupit vacca in tuſſim vehementem, & caulis procul è faucibus exſiliit. Sic malum evaſit vacca, & poſtero die ſupradictus reverendus dominus parochus in gratiarum actionem hîc Sacrum celebravit.

infirmitates, & abacta

42 Die II Auguſti MDCCXXXIX. Huc peregrinatum venit Maria Anna Merlakin civis & textrix Labacenſis, idque ut gratias ageret pro accepto duplici beneficio, ac primò quidem pro beneficio, quod illi obtigit proximè præteritis feſtis diebus Pentecoſtes, quando urente æſtu ægrotans, decima *a* ante tempus hebdomade fœtum emortuum protulerat, & immaturo iſti fructui (poſtquam obſtetrix, quæ & ipſa huc peregrinata die F XVI Junii gratias egit; illum S. Notburgæ patrocinio commiſiſſet) vita demum conceſſa fuerat, ut in parœciali eccleſia S. Petri ritè baptizari potuerit, nec obierit ante diem ſequentem *b*.

a

b

periculâ,

43 Secundò pro eo, quòd accidit ſexenni ejus filiolæ, quæ cum diuturno morbo graviter conflictata, demum ſub finem menſis Julii ad extrema deducta fuerat, ut exigua vitæ indicia ſupereſſent, & jam animam agentis manibus facer cereus imponendus fuiſſet. Quamprimùm verò mater Deo ac S. Notburgæ filiam ardentiſſimè commendâſſet, meliùs habere cœpit, & intra paucos dies omninò ſibi reſtituta fuit, ac notato ſuperiùs die IX Auguſti *c* in gratiarum actionem adimplere potuit peregrinationem.

c

puero viſui reſtitutus.

44 Die II Septembris anno MDCCXXXIX Maria Anna Mekuſcherin, civis Labacenſis, cum ſeptenni filiolo, cui nomen Franciſco, huc peregrinata eſt; quòd interventu S. Notburgæ præfatus ejus filiolus viſum, in variolis amiſſum, recuperâſſet.

Ex Ms.

ANNOTATA.

a *Suprà num.* XI, *ubi idem beneficium ex obſtetricis relatione deſcriptum eſt, dicitur peperiſſe* duodecima ante diem hebdomade.

b *Loco mox citato* die tantùm tertio *è vita diſceſſiſſe ſcribitur.*

c *Notatur ſuperiùs dies* 2 *Auguſti; latet igitur alterutro loco deſcribentis error.*

CAPUT V.

Armentorum lues depulſa; oculis, auribus aliiſque hominum membris peſſimè affectis integritas impetrata.

B

Lues

DIe 1 Decembris anno MDCCXXXVII. Reverendus dominus Raymundus Dietrich, cooperator in Manſpurg, tria ſubnexa beneficia annotavit, coram infraſcriptis teſtibus homines, qui impetrata beneficia declarabant, ritè examinavit, eademque dein fidè ſumma communicavit in hæc verba: Hoc *a* anno MDCCXXXVII viſitavit nos Omnipotens lue pecudum atrociſſima, quæ per Manſpurgenſem parœciam haud modicum graſſata eſt; quam ob rem parœciæ communitas magno cum fructu confugit ad peculiarem in ſimili calamitate patronam D. Notburgam, quæ colitur Ebensfeldiæ in filiali eccleſia SS. Hermagoræ & Fortunati. Ut pluribus beneficiis ſupersedeam, ego infraſcriptus tria dumtaxat ſequentia in medium adducere conſtitui, eaque ritè comprobata per teſtes, Gaſparem nimirum Kherſeth & Franciſcum Shlebing *b*. Raymundus Dietrich cooperator loci. M. P. *c*

b
c

ab armentis

46 Georgius Gariub ex pago Demſchall (ubi lues eadem dirum in modum invaluerat) nullis remediis malo ſubveniri perſpiciens, cæleſti medicina uſus eſt, ac per collegam meum, dominum Michaëlem Wreng, Miſſam celebrari curavit in honorem S. Michaelis archangeli. Verùm, cùm neque ſic profeciſſet quidquam, ſepoſito deinceps omni alio remedio, ſpem omnem in S. Notburga repoſuit, atque ſumma devotione huc donum attulit: ex quo ægrum pecus confeſtim ſanum & incolume evaſit, ac periculo ereptum eſt. Contigit hoc die feſta S. Ægidio. Teſtatus eſt poſtea idem vir utique honeſtus, nihil, quantùm ſciret, ſibi ſubſidio fuiſſe, præterquam ſolum S. Notburgæ potens patrocinium.

C

etiam morti proximis
d

47 Item Jacobus Gregoritſch ſeu Dollar *d*, lugebat ſimiliter calamitatem, quam experiri jam cœperant pecora ſua cornigera, quorum unum jam injectâ terrâ tumulatum erat; alterum interitûs periculo proximum. His in anguſtiis conſtituti animum ſubiit magna auxiliatrix S. Notburga. Quapropter plena cum fiducia in ejus honorem Sacrum celebrari juſſit, & illicò ægrum jumentum ad ſanitatem rediit; cetera verò omnia à præſentiſſimo periculo præſervata ſunt. Interroget eum, quicumque voluerit, quis ei opem tulerit: S. Notburga (reponet) pauperum atque pecudum patrona.

D

depellitur

48 Item Michaël Vaupetſch, dictus aliàs Klobaſſar *e*, idem infortunium paſſus eſt: quippe binæ jam ei vaccæ deperierant; quando ſic animo cogitare cœpit: Res iſta ſi ita ulteriùs procedat, quæritandi ſunt mihi apud Deum interceſſores. Acceſſit interim, ut univerſum ejus pecus per duos dies continuos nihil nutrimenti ſumeret, adeoque ſic evidentiſſimo verſaretur in diſcrimine intereundi, ſicut priores duæ vaccæ. Verùm quòd mireris, miſer ruſticus ſub veſperam cubitum ſecedens, firmam antè fiduciam concepit in S. Notburgam, invocavit eam ferventi prece, eique pecus ſuum devotiſſimè commendavit. Manè haud parùm ſollicitus ad ſtabulum perrexit, & non modò omne armentum ſanum offendit, verùm etiam (quod equidem audiens præ gaudio lacrymas non tenebam) præter ſpem omnem nutrimentum, quod ab aliquot diebus appoſitum non comederant, tum planè conſumptum. Ipſe illico gratus hîc Miſſam fieri voluit, ingentique cum lætitia donum obtulit. Tria hæc beneficia, ut ſuprà dictum eſt, coram nominatis teſtibus examinata fuerunt.

E

Surdo auditus reſtituitur.

49 Die XXVIII Septembris anno MDCCXXXIX. Reverendus D. Joannes Sigiſmundus Reych audiendi ſenſum amiſerat, quam ob rem varia remedia, ut ſuaſum ipſi fuerat, diligenter adhibuit, ſed nullum ei profuit. Sic patienter per octo integras hebdomadas in auditûs orbitate perdurandum ei fuit: donec recordatus D. Notburgæ, ſacrum Miſſæ ſacrificium illi vovit; quo facto, ſtatim aurium uſum recepit, ac notato die votivum Sacrum hîc peregit.

Ubera peſſimè affecta curantur.

50 Die XI Junii anno MDCCXL. Declaravit Meta Korshka, matrimonio juncta civi Labacenſi, quòd ab ipſo prægnationis ſuæ exordio afflicta fuiſſet gravibus & aſſiduis in utroque ubere doloribus, quódque, cùm die tertia Aprilis mundo dediſſet filiolam, ne tum quidem remiſiſſent priſtini dolores, ſed majori continuò atrocitate invaluiſſent adeo, ut ſe ſex omnino cava ulcera manifeſtarent, quæ ei tam acres dolorum morſus creârunt, ut ex eorum vehementia perparum ei lactis eſſet, idque infanti primùm rariſſimè, deinde numquam ſine ingenti cruciatu præbere poſſet; neque tamen indigenti negare ſuſtineret. Donec tandem ex intimo corde promiſit fore, ut peregrinationem huc inſtitueret: illico enim ceſſavit dolor omnis, ſanata ſunt ulcera, unico excepto dumtaxat, quod tamen & ipſum jam ſanari incipiebat.

F

Mulieris oculi ſanantur; ſed grates agere negligentis
f
g

51 Die XXVI Junii anno MDCCXL. Venit in Ebensfeld de obtentis beneficiis gratias perſoluturа Margarita Wiſiagkhin ex parœcia Moraitſch pago Ribitſch (vicinitatis S. Nicolai epiſcopi.) *f* Huic anno proximè elapſo circa feſtivitatem S. Michaëlis in meſſe... *g* tam miſerè graviterque doluerunt oculi, ut colorem nullum, nullaſve agrorum fruges valeret diſcernere; cùm autem opportunè Manſpurgenſes aliquot lini mercatores apud ipſam pernoctâſſent, perſuaſiſſentque, ut ea in calamitate confugeret ad S. Notburgam, de qua miſerorum patrona nihil hactenus inaudierat, vovit Sacrum; & mox ſubſecutum eſt quidem beneficium; at non tam celeriter adimpletum votum; gratam ſe exhibere eo in caſu neglexit.

52 Poſtmodum verò Martinus, ejuſdem quindecim annorum filius, malo tam horribili percuſ-

filii pœnas luunt, quæ ceſſant invocatâ S. Notburgâ.

cuſſus eſt in & circa partes verendas, ut undecumque computreſcerent, & carbuncularent. Rediit matri in memoriam beneficium per S. Notburgam ſibi antè præſtitum; votum pro illo emiſit; iteratò convaluit. Filius alter Matthæus, annum ætatis agens vigeſimum quartum, incepit *h* delirare, pœnè etiam punitiones ad deſperandum expertus; aſt facto voto ad S. Notburgam, vegetus exſtitit altera mox die; quare perceptis his gratiis, ſuperiùs notato die comparuit cum ſuis prolibus gratias actura. Celebravit Raymundus Dietrich Sacrum votivum.

b

Vacca ægrotans ſubitò convaleſcit;

53 Die IX Julii anno MDCCXL. Miza Pernethin ex Lagkh ſub Manſpurgenſi parœcia vaccam habebat præterito anno, quæ ſub initium menſis Auguſti ſubito morbo correpta nutrimentum omne faſtidiebat, indies minus lactis præbebat, ac tandem omnino deficiebat. Suaſerat illi ſæpiùs maritus, ut vaccam, omnium judicio certò perituram, mactari juberet; ſic ſaltem ex ipſa referri poſſe carnem fumo ſiccandam. At præfata Pernethin de mactanda vacca ſermonem haberi renuebat; ſed ſpem ſuam in S. Notburga reponens, vovit Miſſæ ſacrificium. Cùm autem Manſpurgum perrexiſſet, ſacerdotem, qui Miſſam faceret, rogatura, exorâſſetque R. D. Joſephum Schüffrer, redeunti occurrit bubulcus lætum nuntium afferens, quòd vaccæ jam tum meliùs eſſet, quódque jam cœpiſſet comedere; atque intra triduum poſt celebratam Miſſam, ita reſtituta eſt vacca; acſi non laborâſſet antè.

B

mulier brachii uſum recuperat;

54 Die IX Julii anno MDCCXL. Prædictæ Mizæ Pernethin in Natalitiis Domini proximè tranſactis ſubitò enervatum eſt brachium dexterum. Erat illud omnino gravidum, manuſque, quæ ſemper frigeſcebat, neque ad laborandum extendi poterat, neque ad comedendum labiis admoveri. Ita miſerè afflicta ab aliis conſilium & auxilium expetebat. Suaſum eſt illi ab univerſis, ut, quandoquidem paralyſis eſſe crederetur, brachium vino aduſto perliniret; ſed nihil id profuit. Donec rurſus vovit peregrinationem & Miſſam, quæ celebrata eſt feſto die S. Achatii. Illico enim abiit debilitas & eodem ipſo die integrum ei fuit ſupra caput elevare brachium.

vir gravi oculi malo liberatur.

C

55 Die IX Julii MDCCXL. Valentinus Gouz ex Lagkh ſub Manſpurgenſi parœcia, à triduo tam acutos in oculo dextero cruciatus perſenſit, ac ſi quis eum cultellis conſcidiſſet. Acceſſit brevi pòſt pterygium & membranula alba, quæ ei videndi uſum ademit. Suadentibus autem multis, ut in ſtatu tam miſero in S. Notburga ſpem collocaret, atque hîc auxilium expoſceret, heri etiam tum oculo captus ſtatuit hoc, ſuperiùs notato, die peregrinationem huc ſuſcipere; & eodem die diſparuit cum membranula pterygium, viſus ipſi rediit, atque remanſit dumtaxat rubor quidam cum tolerabili dolore. Sic hodie peregrinationem peregit, &, oblato cereo dono, gratias perſolvit.

ANNOTATA.

a *Sequentia uſque ad num.* 49 *habuimus etiam in relatione clariſſimi Roſchmanni, ſubnexa parti primæ Gloriæ poſthumæ, ſed aliis ac paucioribus hinc inde verbis.*

b *In relatione Roſchmanni legitur* Kleibnich.

c *Apud Roſchmannum teſtimonium hoc cum ſubſcriptis teſtibus poſtponitur relationi trium beneficiorum; ut ibidem obſervatum eſt.*

d *Ibidem legitur* Bollar.

e *Ibid.* Vaupetſchick & Mobaſſar. Ex Ms.

f *Voces hiſce uncis incluſæ ſic Latinè ſcriptæ ſunt in exemplari Germanico.*

g *Germanicè habetur* in haiden ſchnitt. Schnitt *certè hîc meſſem ſonat; at incertum mihi eſt, quam interpretationem exigat vox altera. In uno dumtaxat lexico* haid *invenio, redditur Latinè* campus: *in aliis* heide *ſeu* heiden kraut *legitur Latinè* erica: *in aliis demum* heidel *ſeu* heid-Korn: *Latinè* panicum, *quod quia ſpecies eſt frumenti, veriſimiliùs hoc loco deſignatur.*

h *Ab hac voce uſque ad finem numeri, Latina ſunt omnia in exemplari noſtro.*

CAPUT VI

Hominibus & jumentis ad extrema deductis ſanitas conceſſa; pedum dolores ac vulnera curata.

E

Taurus ſubito morbo correptus;

DIe XII Julii anno MDCCXL. Mathias Merkhun, ex Lagkh ſub Manſpurgenſi parœcia, hoc die manè taurum ad paſcua coëgerat; ſed hic ſubitò in terram corruit; erectus eſt ſtatim, porrectumque ei recèns extractum gramen, quo ne olfacto quidem, iterum ac tertiò in terram abiit. Infelix homo de vita jumenti conclamatum eſſe & lanionem, qui id abſque mora mactaret, arceſſendum arbitrabatur. Supervenit tandem uxor ejus, quæ hæc perſpiciens hujuſmodi verbis maritum aggreſſa eſt: Stolide, quid uſque adeo hîc angeris de jumento? Nonne potuit voveri Miſſæ ſacrificium in Ebensfeld? Hæc ille verbis non impari comitate conceptis excipiens, Stolida, inſit, cùm tales tibi cogitationes incidant, quin meo loco ſtatim id exſecutioni mandas? Demum animo paululùm ſedato, quoniam & antea ſtatuerat Ebensfeldiam ad Sacrum contendere, votum extemplò iſtuc eundi ac ſacrum Miſſæ ſacrificium ad S. Notburgam procurandi adjecit; vix hoc votum adſtantibus patefecerat; quin erexerit ſeſe in pedes taurus, &, quaſi antè nil mali expertus, carpſerit gramina. Ille autem, ut promiſerat, confeſtim huc ſe contulit & Sacrum procuravit.

F

vir ad extrema deductus;

57 Die XII Julii anno MDCCXL. Anno elapſo in feſtivitate S. Bartholomæi morbus invaſit Thomam Hunzl, cultorem hórti ordinarium apud PP. Franciſcanos in Stain, ejuſque vis tantùm indies per ſeptem hebdomadas continuas ingraveſcebat, ut tandem extremis Eccleſiæ Sacramentis munitus, rationis uſum amitteret, nec, ut opinio ferebat omnium, periculum eſſet evaſurus; licèt deſumptis ex medicamentaria officina PP. Franciſcanorum, ac tranſmiſſis illuc per venerabiles dominas in Münkendorff remediis variis & ſubſidiis, à publico medico in Stain ipſi adhibitis, pro ejus ſanitate plurimùm laboratum ſit. Cùm ad eum modum decumberet, nihilque præter obitum exſpectaretur, incidit uxori ejus cogitatio commendandi ipſum S. Notburgæ; quapropter, relictâ ejus curâ alteri mulieri, huc feſtinavit; ubi ex animi ſententia eodem tempore occaſionem nacta audiendi Sacrum,

Ex Ms. sapienter oravit; ut per intercessionem S. Notburgæ intra breve tempus res exitum fortiretur conformem divinæ voluntati. Posthæc celeriter domum repetens, non sine stupore maritum suum, quem rationis usu destitutum ac semianimem reliquerat, in lecto sedentem, & paulò antè magno cum sapore refectum jusculo invenit, qui deinde indies convalescens; atque haud ita dudum pòst plenè restitutus, simul cum ipsa suprà scripta die peregrinationem & gratiarum actionem hîc explevit.

puellæ pes curru bis protritus

58 Die xx Julii anno MDCCXL. Marjethæ Starbekoukæ ex pago Depallach filiola erat quinquennis nomine Mizeka, quæ abhinc anno uno triticeæ messis tempore, cùm frater vespere demessum triticum domum deveheret plaustro tam graviter onusto, ut equus validus ei protrahendo vix sufficeret, cursitabat per agrum juxtà plaustrum; nec defuit infortunium. Nam cùm currus ille prægravidus extra agrum jam deductus ad sulcum quemdam inflectendus esset, infelix infans, haud tempestivè inde dimota, solo prostrata est; non advertente fratre, qui partem alteram tenebat. Ità lapsæ puellæ pes dexter onusto currû protritus est tam miserè, ut præ intolerabili cruciatu inniti illo non tantùm non valeret; accitusque pater brachiis susceptam deportare domum debuerit; verùm etiam ea in parte, quam rota pertransierat, atra macula ad trium digitorum latitudinem comperta sit, atque omnes judicarent fore, ut numquam infans integro pedum usui restitueretur.

B

integritati restituuntur.

59 Viso infortunio mater, tota nocte subsequenti ex commiserationis affectu oculos somno aptare nequiens, inter assidua suspiria & planctus enixissimas ac devotissimas preces fudit, & commendans miseram puellam S. Notburgæ, promisit, se in ejus honorem proximo mane curaturam Missæ sacrificium in Ebensfeld. Cùm adveniisset surgendi tempus, accessit ad filiolam mater, quam etiam tum dulci somno sopitam alloquitur, & submissa voce compellat: Mizeka, non cupis lectulo surgere? Quæ eodem temporis momento evigilans respondit: Etiam mater mea, mox surgam: & re ipsa statim, obstupescente matre, non tantùm pede fixo surrexit, sed nec atra macula dignosci ampliùs ullo modo potuit. Sed cùm mater promissum Sacrum diutiùs distulisset, accidit denuò, ut currus vacuus, quo in agrum devecta fuerant ad colendum hoc anno milium necessaria, eumdem puellæ pedem protriverit, ac nonnihil dilaceraverit. Simulac verò mater huc peregrinationem & Missæ sacrificium rursus vovisset, protinus ita sanatus est pes, acsi nil mali ipsi obvenisset. Prænotato die veniens huc mater cum filiola unam ex voto Missam fieri tum curavit, & alteram alio tempore faciendam condixit.

C

Vacca morti proxima,

60 Die xxv Julii MDCCXL. Marjetha Reparza ex Demschall declaravit, se quatuor, intercedente S. Notburga in Ebensfeld, beneficia obtinuisse. Ac primò quidem vacca ejus hoc anno ante festivitatem Pentecostes è pascuis die quadam domum rediit immensùm inflata, & accrescente indies tumore, pastum omnem respuebat, caput in terram demittere incipiebat, atque è naribus emittere fœdum liquorem, videbaturque mox disrumpenda. Cùm itaque de vita ejus planè desperatum esset, ceteris abeuntibus, in tam solicito negotio sola domi relicta est cum vacca mulier; quæ tamen spem omnem minimè deposuit: verùm firma cum fiducia votum fecit huc ad S. Notburgam peregrinandi, in ejusque honorem procurandi Missæ sacrificium. Subsedit continuò tumor, pabulum cœpit appetere vacca, ipsa mulier huc interim advolavit ad Sacrum, & domum reversa vaccam in stabulo plenè sanatam reperit. D

mulier, cui pes infirmus,

61 Secundò. Mariti ipsius matrem, cui nomen Nescha Reparza, affligebat malum ingens in pede sinistro adeo, ut à festo purificatæ Mariæ Virginis usque ad diem S. Marco sacrum ecclesiam frequentare non posset; donec tandem ipsa cum prædicta nuru sua Marjetha Reparza spopondit fore, ut huc ad S. Notburgam proficisceretur & Missæ sacrificium procuraret. E vestigio malum, de cujus curatione antè misera desperaverat, sanari cœpit, relicta dumtaxat levi cicatrice.

jumentum, de cujus vita desperabatur,

62 Tertiò. Cùm ejus maritus terram araret (quod contigit hebdomade proximè elapsa) equa semel & iterum in agro prolapsa est, ut ipse à laboribus desistere coactus fuerit, & ægrè illam domum reducere potuerit. Suadente tamen uxore, bis cum equa circulum perfecit Crucis magnæ, quæ est extra Demschall; sed ad stabulum deducta equa tertiò retrorsum lapsa est tam subitò & tam graviter, ac si fulmine percussa esset, neque ullum deinceps vitæ indicium edebat. Hinc homo, de equa jam actum esse ratus, præ dolore domo se proripuit. Mulier verò firmam de S. Notburgæ auxilio spem concipiens, profectionem huc & Missam pollicita est. Sub hæc corpus nonnihil agitavit equa; mulier verò protinus excurrens, domum revocavit conjugem, qui illam denuò corpus agitantem conspexit. Paulò pòst pastum agressa est & integro vigori restituta. E

mulier ad extrema redacta,

63 Quartò. Novem abhinc hebdomadis soror ejus Ursula Dimka ex Stude, alterâ post partum hebdomadâ, per integros dies quatuordecim correpta fuit pleuritide ac dolore colico adeo vehementi, ut omnium judicio, par non esset tolerandis diutiùs torminibus & acerrimis cruciatibus. Et quamvis ex variis partibus petita fuissent diversa magno numero medicamina, nihil adjumenti ea afferebant; contrà verò incrementum capiebant tormina; ut sæpe præ doloris vehementia è lecto se præcipitem daret & humi vermis instar se volutaret. Liberi interea summa animi perturbatione discurrebant absque ordine, clàmitantes, ejulantes, &, Mater moritur, mater moritur, ingeminantes. Et re vera cœperat misera mulier debilitari adeo viribus, ut ipsamet de salute desperaret. Quapropter oravit, quàm potuit enixissimè, prædictam sororem suam Marjetham, ut post obitum suum liberorum curam susciperet: hæc consolata illam pro viribus, de S. Notburga, ut potente ac mirifica apud Deum patrona, sermonem intulit, quo animus ei ita permotus est, ut firma cum fiducia iter huc & Missæ sacrificium voverit: nec mora, recessit dolor omnis, & intra quatriduum prorsus convaluit. F

& vacca ob morbum jam jam

64 Die xxvi Julii anno MDCCXL. Retulit Antonius Wrinouz ex Demschall, quòd Feriâ sextâ ante festivitatem Pentecostes, quando unà cum famulo in agro terram serendo milio præparabat, sub horam secundam postmeridianam subitò vocatus fuerit ad communia prope Feistricem amnem pascua, ubi magno cum animi sensu procumbentem humi comperit vaccam suam, adeo turgidam, ut simile quid numquam se conspexisse professus sit. Absque mora pellium avulsorem

A rem advocari juſſit, qui mox aures ei incidit, omniaque remedia, quæ noverat, adhibuit; ſed nihil quidquam effectum eſt. Jacebat vacca ſine reſpiratione aut motu exanimis. Itaque vir afflictus corio tandem exuendam illi tradidit, ea conditione, ut detractam pellem ad ſe domum referret; & funem collo detrahens multùm anxius ac triſtis abſceſſit. Sed in via incidit ei D. Notburgæ recordatio, cui inhærens pervenit ad caſtrum Ebensfeldianum, ubi via eſt rectà ad templum ducens: mox ante ipſum caſtrum verſùs templum in genua provolutus ſub dio S. Notburgæ calamitatem ſuam expoſuit, ejuſque intimis precibus opem implorans, ſacrum hîc Miſſæ ſacrificium vovit.

mactanda ſanantur.

65 Sub hæc venit in mentem cogitatio redeundi ad paſcua; ſed illic vaccam, magna circumſtante hominum multitudine, prorſus, ut antè, exanimem reperit. In una tamen ejus vena vitæ aliquod indicium advertit, & paulò pòſt ſiniſtrum pedem attrahentis motum; quo viſo, acceſſit propiùs, & capitis ſitum aliquantùm immutavit; quando iteratò attraxit pedem, & poſt breve temporis intervallum, non ſine ſummo adB ſtantium ſtupore, ſeſe ſponte ſua erexit, atque ad alias ibidem depaſcentes vaccas geſtiens accurrit. Inſecutus eam vir, mœrore jam in lætitiam converſo, ac brevi aſſecutus, meliora ei paſcua conceſſit; ad pratum quippe, quod ponè domum ſuam habebat in Demſchall, deductæ copiam fecit exſatiandæ famis recenti gramine. Atque hoc pacto vacca, juxta priorem opinionem deperdita, penitus integra ac ſana in ſtabulum reducta eſt, ac die poſtero manè lac, ſicut antè ſemper, nullatenus vitiatum protulit.

CAPUT VII.

Dolores oculorum, capitis ac dentium; ulcera, oris corruptio, & febres ſanata; ægra pecora ſervata.

C

Mulieris vehemens dolor oculorum,

DIe x Auguſti anno MDCCXL. Jerne Premek ex Peran..... prope Stain, huc hodie cum uxore, Spela nomine, peregrinatum advenit, gratiaſque apud S. Notburgam perſolvit pro beneficio impetrato dictæ uxori ſuæ Spelæ, quæ elapsâ hieme dolorem ſæpiſſimè experta fuerat in oculis; poſt Paſcha verò per quatuor hebdomadas cæcutierat & vehementes capitis ac oculorum cruciatus fuerat perpeſſa. Rubebant multùm inflatæ palpebræ & utrique pupillæ obducta erat membranula, ut miſera mulier ac triſtis maritus certò crederent, numquam reſtitutum iri viſum. Tandem S. Notburgæ recordati, ad eamque converſi, iter huc & Miſſam promiſerunt: quo facto, ſtatim non tantùm dolor delinitus eſt, membranula, rubor ac tumor evanuerunt, rediit rectè videndi facultas, ſed præterea diſparuit verruca, quæ ei, dum continuis oculorum doloribus agebatur, ſupra naſum inter utrumque oculum media excreverat, cujus uſque nunc leve dumtaxat indicium videri poteſt.

Ex Ms. *& equæ immedicabile malum curatur.*

67 Die XIV Auguſti anno MDCCXL. Georgius Pogatzar ex pago Depallach, anno præcedente autumni tempore equæ ſuæ infortunium doluit, hujus quippe coxendix ſuppurare cœperat: ea de cauſa accitus veterinarius variis inciſionibus infectam carnem amoverat adeo, ut crudum os & nervi oculis paterent. Equæ ad hunc modum conciſæ in ſtabulo decumbere neceſſe fuit; neque enim pedibus conſiſtere facultas ei erat, nec ſpes cuiquam magna ſupererat fore, ut curaretur. Tandem ruſtici uxor conſilium cepit recurrendi ad ſpiritualem medicinam. Huc itaque iter ſuſcepit, & in via repetitis precibus induxit reverendum dominum parœciæ rectorem, ut Sacrum celebraret, eodem ipſo die, quo ex parœcia S. Viti prope Labacum ſupplicatio huc inſtituta eſt. Poſt abſolutum dicto die Sacrum magna cum fiducia domum reverſa mulier, rogavit maritum, ut equam è ſtabulo ad pomarium deduceret. Et revera jumentum magno utriuſque ſtupore plenam incedendi facultatem jam receperat, cumque ſe recenti gramine abundè exſatiâſſet, tertio exinde die planè vegetum ad graviores agri labores applicari potuit.

E

Virgo atroci cruciatu ac fœdis ulceribus

68 Die II Septembris MDCCXL. Urſula Dolnizherin virgo ex Nagdoritz longo jam tempore ſingulis menſibus graviſſimo capitis dolore laboraverat, qui tamen ad invocationem S. Notburgæ mox imminutus eſt, aut potiùs omnino exſtinctus. Verùm anno poſteriore ſub feſtum S. Andreæ prodidit ſe apertè malum cum intolerabili capitis cruciatu. Cœpit caput vehementer intumeſcere, paulò pòſt in una parte colli apparuit apoſtema, eoque demum diſrupto, alterum ſe manifeſtavit in parte alia, & ſic ſæpiùs aliud alteri ſucceſſit. Perſeveravit iſta infirmitas à feſto S. Andreæ uſque ad Feriam tertiam ſequentis Paſchatis; quo tempore jam per integram hebdomadam ne aquam quidem calidam ſorbere, nedum aliud quidpiam introſumere potis fuerat, nec per menſem item integrum præ doloris vehementia vel oculum claudere vel quietem captare. Adhæc horrendum in modum diſrupta undequaque tum interiùs tum exteriùs apoſtemata, tam fœtidum odorem exhalabant, ut ab omnibus derelicta ſit. Eò denique miſeriarum redacta fuit, ut verbis ad commiſerationem ſat compoſitis ipſamet explicare nequiverit.

F

liberatur, mortiſque periculo eripitur.

69 Extremis Eccleſiæ ſacramentis præmunitam reverendus dominus cooperator, quoniam ſpes nulla relucebat, hortabatur ſolicitè, ut & patienter toleraret calamitatem, & ſeſe ad proximum è vita deceſſum compararet. Ipſa verò libenti animo divinæ voluntati ſe totam ſubjiciens, piiſſima ac ſæpe repetita ſuſpiria ad Deum dirigebat. Sanctam quoque Notburgam orabat ferventiſſimè, ut, ſi ſaluti animæ expediret, ſanitatem ſibi à Deo impetraret. Sic autem ad Sanctam illa converſa majus robur adipiſcebatur ad tolerandos forti & æquo animo dolores qualeſcumque. Quadam vice, nam in S. Notburgam ſemper ejus erat intenta cogitatio, viſa ſibi eſt illam humanâ formâ præſentem intueri in ſomnio, monentemque, ut hîc auxilium quæreret. Nec inane fuit ſomnium, cùm brevi tempore ita convaluerit, ut intra dies quatuordecim omnes dolores omniaque apoſtemata abſceſſerint atque notatâ ſuperiùs Feriâ tertiâ Paſchatis eccleſiam primùm frequentare ipſi licuerit. Proſperiore exin valetudine donata eſt, quàm umquam antè ſe habuiſſe meminiſſet: ſed & dein tanta pietate tantoque amore in D. Notburgam accenſa eſt,

Ex Ms. ut nihil æquè optaret ac desideraret, quàm ut honor ejus & cultus magis magisque extenderetur. Quapropter etiam speciatim expetiit, ut præsens beneficium publicè annuntiaretur.

Ægris 70 Die III Septembris MDCCXL. Anssche Straſſar ex Goldenfeldt, pago spectante ad Aich, binas habebat vaccas eodem morbo simul prostratas adeo, ut intra paucos dies earum una reipsa interierit. Sub hæc adventabat istuc fortè pullorum gallinaceorum venditor, an quid è re sua esset, exploraturus, & eum, quî valeret, interrogabat. Is subtristis jacturam vaccæ unius conquestus est, & alteram brevi similiter interituram, exposuit. Consolatus ipsum pullorum venditor, suasit, ut huc se converteret. Placuit homini misero consilium; moxque fusâ ad S. Notburgam brevi oratione, promisit iter huc, & Missæ sacrificium. Eodem tempore vaccæ antea desperatæ meliùs fuit, die postero comedere cœpit, atque indies convalescens, intra octiduum plenam sanitatem adepta est. Ipse verò reverendum dominum Joannem Baptistam Wromati, sacerdotem in principali arce Egkh prope Potpetsch, precibus induxit, ut in gratiarum
B actionem Sacrum hîc perageret; quod factum est die VII Julii, atque idem sacerdos sese obstrinxit ad testandam tempore quolibet rei veritatem.

Jacoribus 71 Die IV Septembris anno MDCCXL. Ursula Rosmantza ex vicinia S. Stephani sub parœcia Vodiz, insigni pietate erga hanc Sanctam incensa, diutiùs silentio premere non potuit, quod nudiustertius, Feriâ sextâ scilicet (contigerat.) Vacca ejus, cui antè nihil quidquam defu erat, manè vix deducta ad pascua, derepente pastu abstinere ac strepitare cœpit: idcirco domum reducta ad stabulum, in terram prolapsa est etiam subitò, non secùs acsi jam jam expiratura. Mulier interim eam aqua lustrali aspersit & pronuntiata hac precatione: Deo simul ac S. Notburgæ commissa esto, stabulum occlusit, tristisque campum & operarios suos repetiit. Sub meridiem domum reversa, puerum suum recens fœnum gestantem conspexit, eumque compellans, quo statu esset vacca, exquisivit: reposuit is, secundò se jam comedenti deferre pabulum: quod
C cùm verum esse comperisset, impar sibi visa est ad dignas Deo & S. Notburgæ agendas gratias de restituta pristinæ sanitati vacca. Cùm autem in agro coram operariis obstrinxisset se, si vacca convalesceret, huc peregrinandi voto, cui libenter vel Missam addidisset vel cereum munus, dummodò per facultates id sibi licuisset, prænotato die gratias actura advenit.

Jemitus 72 Die XXI Septembris anno MDCCXL. Præterito die Sabbati, notati mensis XVII, equus pertinens ad Anssche Meruez, habitantem in parœcia inferioris Vodiz, vesperi post adaquationem vegetus domum reductus est, ac stabulo repositus. Verùm hîc ille perstitit erectus, pabulum respuit, denique ex ista positione dimoveri non quivit, in qua proinde relictus est per totam noctem, atque in eadem repertus manè sequentis diei Dominicæ. Hinc bonus senex valdè contristatus, tandem aliis consulentibus, vovit hîc Missæ sacrificium: deinde experimenti gratiâ jussus est puer nonnihil circumducere equum. Et verè duci se passus est, sed lentè ac pedetentim, usque ad proximum Crucis signum; hîc autem pabulum cœpit appetere, & subsequenti die Lunæ integræ sanitati redditus est. Porrò superiùs nominata die, sacrâ S. Matthæo, senex huc eum D deduxit, promissum Sacrum fieri jussit, & debitas apud Sanctam gratias egit.

73 Die XX Septembris anno MDCCXL. Nesha *redit.* Gregorizhin ex Demschall fassa est, se à triennio, dum primùm hîc innotuerat S. Notburga, ejusque imago nondum in altari, sed in prædicto tantùm pariete exposita erat, habuisse vaccam, quæ per dies quatuordecim usque adeo ægrotaverat, ut certissimus interitus unica esset exspectatio: hinc à reliquo pecore segregata, remoto ac vacuo stabulo inclusa fuit. Et ne die Dominico operibus servilibus vacare necesse foret, maritus ejus Sabbato vesperi scrobem præparaverat ipsi postridie inhumandæ; firmiter quippe credebat fore, ut ista nocte periret: tam misero constituta erat loco vacca. Ingemiscebat interea continuò mulier super imminenti jactura: convertit sese tandem ad sanctam nostram Notburgam, quam de nomine necdum noverat, & ex animo vovit hîc Missæ sacrificium. Et profectò eadem ipsa nocte vacca cœpit comedere, atque omnibus, qui eam exanimatam se reperturos opinabantur, ingentem stuporem injecit. E Sic illi meliùs ac meliùs esse perrexit, atque intra triduum plena sanitas rediit. Cùm autem id temporis necdum ara erecta esset in honorem Sanctæ, ut suprà insinuatum est, ad proximam S. Andreæ dedicatam celebratum fuit promissum Sacrum.

Ingens mulieris ulcus sponte minuitur ac dispâret. 74 Anno MDCCXL. Hoc anno post festum Purificatæ B. M. Virginis prædicta Nesha Gregorizhin contraxit tumorem ad sinistram colli partem, qui magis magisque excrescens atrocibus eam doloribus afflixit, ut neque caput movere ei integrum fuerit, neque de nocte quietem captare præ illorum vehementia. Hinc plurimùm contristata pertimuit, ne, cùm ulcus rumperetur, vel si contrà putrida sanies tardiùs matureſceret, in graviores molestias, imò in præsens vitæ periculum conjiceretur; præsertim quia semen, quod, suadentibus quibusdam, collo & ulceri applicatum fuerat, effectum nullum fortiebatur. Itaque decrevit tandem cæleste remedium adhibere, & hîc apud S. Notburgam cereum donum pollicita est. Eadem ipsa nocte placidissimè & quietè dormivit, quod ipsam ita sublevavit, ut manè evigilans, id aliis cum gaudio indicaret, F atque unà anhelaret ad tempus, quo ulcus inspiceretur; quandoquidem dolores sentiret multo tolerabiliores ac antè. Et sanè non absque admiratione tum compertum est, ulcus notabiliter esse diminutum; quod autem admiratione dignius est, omnis tumor nec ruptus nec ad maturitatem productus, brevi disparuit, ipsaque intra biduum incolumis evasit.

Dentium dolor & oris corruptio cessant. 75 Anno MDCCXL. Haud ita dudum pòst, eodem ipso anno, die decima quarta ante quadragesimale jejunium, filius ejus nomine Georgius, ætate annorum sedecim, gravibus dentium & capitis doloribus torquebatur, adeo ut ejus facies immensùm intumesceret; undique conquisita fuerant remedia, & à viris præcipuis petita consilia. At magno animorum luctu observatum est, prævaluisse jam tum oris putredinem, & ingens subesse periculum, ne, prout ante annum puero è vicinia contigerat, omnis juveni gingiva computresceret, quasi cancro corroderetur lingua, atque ita miserè ad interitum pergeret. Sæpiùs memorata mater ejus Nesha Gregorizhin miseriam illam perpendens, eum, promisso iterum

A rum Missæ sacrificio, S. Notburgæ commendavit, & ut firmam in hac sancta Thaumaturga fiduciam conciperet, admonuit. Quo facto, intra paucos dies meliùs habere cœpit ac brevì persanatus est; præterquam quòd ex malo binos dentes amiserit, quorum jacturam ipse, perspectis doloribus, anxietate & periculo habitis, libenti animo pertulit. Atque hinc præfata Gregorizhin habet, quòd sibi applaudat & lætetur de triplici per S. Notburgam obtento beneficio.

Febris exstinguitur

76 Die XXII Septembris anno MDCCXL. Joannes Schos, faber clavarius ex Stain oppido, præterita die Exaltationi sanctæ Crucis consecrata in morbum incidit, unà cum quatuordecim annorum filia, nomine Alenka. Alternis diebus invadebat ipsum febris valida, conjuncta cum intolerabili capitis dolore: utque consolationem nullam admitteret, faciebat magnus liberorum numerus, cui per laborem suum prospicere ac mereri victum non poterat. Jam ternos sustinuerat paroxysmos vehementes, quibus ipse pariter, ac filia adeo debilitati sunt, ut lectum tenere cogerentur. At verò ut primùm de vicinorum consilio S. Notburgæ promisisset hîc Missæ sacrifi-
B cium, & in genua provolutus cum filia ante S. Notburgæ imaginem fudisset ferventem orationem, robustior factus cœnare potuit. Eadem verò nocte reliquit utrumque debilitas omnis & dolor capitis, adeo ut sub horam secundam noctis ejusdem planè vegetus in officinam se conferre & gravem laborem cum ponderoso malleo resumere valeret. Cùm autem aliàs remaneat semper ex febri ingens debilitas & languor, atque ipse tamen tam citò post nuncupatum votum toti vigori restitutus sit, mirari id satis non potest vir bonus (Joannes) Schos, nec laudes S. Notburgæ sufficienter impertire ac referre gratias.

CAPUT VIII.

Cæca oculorum & surdo aurium usus restitutus; jumenta, vel amissa vel ablata furto, inventa; infanti mortuo vita, aliis alia beneficia concessa.

C

Cæca

DIe XXV Septembris anno MDCCXL. Jera Mussheshka ex Terstain anno præterito die Sabbati infra hebdomadam Pentecostes sana omnino agrum lolio purgaverat, cùm tanta illam subitò percussit cæcitas, ut sequenti die Lunæ à labore abstinere fuerit coacta. Perseveravit malum per octo hebdomadas continuas, quo temporis intervallo ea caligine offusi fuerunt oculi, ut noctem à die discernere non valeret, & nihil præter murum album obversari sibi videretur. At cùm ante annum in pervigilio SS. Petri & Pauli communitas parœciæ Zürkhlach supplicabunda huc ad S. Notburgam advenisset; id ipsi pòst domi expositum est, atque inter alia relatum, quòd in sermone, ad concionem habito, S. Notburga proposita fuisset tamquam peculiaris in variis calamitatibus patrona, idque relatione quorumdam mirabilium beneficiorum fuisset confir- Ex Ms.
matum. Statuit igitur memorata Jera Mussheshka hîc quoque subsidium quærere, & propositum concepit, recitandi quotidie per sex dies coronam Marianam in honorem S. Notburgæ, ut per ejus intercessionem, nisi id animæ saluti obesset, pristinum oculorum usum recuperaret.

oculorum usui restituitur;

78 Hoc facto, à puero huc ad templum se duci voluit. Dum autem domum repeteret, aliquid pristini luminis recepit, & intra paucos dies, nullo duce, huc migrare valuit. Adepta ergo post octo hebdomadas aliqualem oculorum usum, atque ingenti gaudio affecta, uni alterive incumbebat operi domestico. Verùm cùm aliquando lignum fidisset ac per incuriam sepositisset securim loco postmodùm ignoto, exposa est ab aliis ut cæca, non sine ingenti animi sensu; statuit idcirco per octiduum recitare diebus singulis in honorem S. Notburgæ quinies Orationem Dominicam, ac toties Angelicam Salutationem, ut & securim redipiscereturr, & deinceps similibus non lacesseretur conviciis. Tantùm ei profuit ista devotio, ut securis demum reperta sit in horreo, quod ipsa soli S. Notburgæ acceptum retulit. E

Equus furto ablatus

79 Die XXIX Septembris anno MDCCXL. Hoc anno die V Septembris, incidente in Feriam secundam, Nicolaus Urm, natus in Lagkh, equum amiserat sub vesperam in pascuis publicis: cúmque præter morem post diem integrum domum non rediisset jumentum, cœpit perlustrare singula totius pagi stabula, sed nec reperit, nec, ubi esset, potuit edoceri. Quare & ipse summo dolore affectus est, & pariter uxor ejus, quam Ebensfeldiam abire jussit, ibidemque in honorem S. Notburgæ procurare Missæ sacrificium. Sed quoniam ei celebrando nullus ista die supererat sacerdos, in proximam diem Jovis sub horam septimam matutinam redire jussa est. Cùm autem comitantibus binis filiolis circa horam tantùm nonam, ac proinde seriùs iterum rediisset, ipsi (quæ jam minùs de equo solicita erat ac tristis quàm de marito; is quippe postmodùm longè domo abscurrerat, nec quò significaverat) persuasum est, ut cum insontibus pueru-
F lis ad S. Notburgam devotas interim preces funderet, promissumque fore, ut crastina die Veneris juxta ejus intentionem procul omni dubio sub horam septimam Sacrum fieret, sive ipsa præsens esset sive absens. Adhæc expressè monebatur, ut accuratè adnotans horam ac diem, quâ celebrandum erat Sacrum, adverteret, an non eâdem fortasse inveniendus esset equus. Et verè ita contigit.

mirabiliter reperitur.

80 Etenim vir bonus, postquam jam dudum investigâsset, ac ulteriùs semper processisset, tandem in rustici cujusdam pomario, multis milliaribus ab ædibus suis remoto, puta in Wohain longè ultra Locopolim, pascentem equum deprehendit. Quapropter hominem adortus intellexit, equum furto ablatum fuisse è pascuis, & illi divenditum nummis *a* duodecim. At ipse fugitans litium, redditis sex nummis, maluit rem cum rustico amicè componere. Cùm ergò equum sic recuperatum magno uxoris gaudio domum reduxisset, ex habitis utrimque sermonibus patuit, quòd eodem ipso tempore, quo hîc ad dictam intentionem celebrata erat Missa, repertus istic fuisset equus. Hoc ipse, sicut & quòd ad illum locum deductus fuerit, soli adscribit S. Notburgæ. Sed post breve tempus ad eum modum ægrotavit idem equus, ut loco moveri non pos-

a

Ms. set. Hoc etiam in casu denuo S. Notburgæ auxilium implorant, & brevi ille sanitatem recuperat.

Boves deperditi inveniuntur,

81 Die XVI Octobris MDCCXL. Alenka, uxor Michaëlis Zierer ex Terstein, difficillimo partu sub horam decimam matutinam mundo protulerat emortuum fœtum, eo situ corporis, ut contra naturalem nascentium ordinem, ambo pedes ad caput usque distorti essent. Advenerat illuc Ursula Ershaika obstetrix, quæ, memor beneficii ad intercessionem S. Notburgæ marito suo collati, cælesti quoque remedio succurrere parturienti meditata est. Ipsi ergò, jam tum antequam eniteretur, livescentibus labiis in aperto vitæ discrimine versanti, elata voce in aurem inclamavit, ut firmam in S. Notburga fiduciam conciperet, voveretque in ipsius honorem Missæ sacrificium. Sumpsit illa animos & ratum sibi esse votum, capitis inclinatione significavit.

Mortuo infanti vitam

82 Paulò pòst prodiit fœtus, ut antè dictum est, summo cum discrimine, & cùm eum tollere vellent, pedes infantis demortui statim subsederunt. Advenerat etiam mater ejus (puerperæ) Nesha Shupanka, futura testis editi pueruli defuncti. Post elapsam horam cùm puero jam tertiùm abluto umbilicus ligaretur, antè memorata Ursula Ershaika aliquem ad infantis ilia motum percepit; hinc, ut unà omnes ad S. Notburgam preces dirigerent, incitavit; mox verè cœpit vivere ac se movere puer, ut statim post meridiem ad salutares Baptismi undas deportatus fuerit, & Lucas appellatus. Nunc post expletum votum ac peractum sacrum Missæ sacrificium, optimè valet cum infante puerpera, & præfata Ursula Ershaika paratam se exhibet, ut in veritatis confirmationem juramentum reverenter edat quolibet tempore requisita.

& surdo sensui auditus conceditur.

83 Die XVII Julii anno MDCCXLI. Alesch Reshey, pullorum gallinaceorum venditor, annorum septuaginta senex ex Terstein, edixit, se per annos octo ita destitutum fuisse audiendi facultate, ut, licèt juxta templum exsistens æris campani ac hujus mallei motum oculis perciperet, sonitum tamen nullum exciperet auribus. Duobus abhinc annis vovit, huc profecturum se festo die SS. Hermagoræ & Fortunati, quo nempe recurrit hîc illorum patrocinii celebritas, oravit Deum ardenter, ut per intercessionem S. Notburgæ ac duorum martyrum donum auditûs reciperet. Et sanè gratiam obtinuit vir bonus, quandoquidem, finito Missæ sacrificio, quadamtenus saltem sermonem ad concionem habitum potuerit intelligere, & post expleta pietatis exercitia cum vicinis domum rediens, distinctè audiverit verba tum unius è comitibus interrogantis vicinam, quò projecisset aut ubi humâsset ægram olim vaccam, tum illius respondentis, vaccam, ut omnes rebantur, minimè interiisse; verùm, post emissum à se votum procurandi Sacrum in honorem S. Notburgæ, convaluisse; nunc autem domi suæ pasci planè vegetam. Miratus ista est laudatus Reshey, tamque aptè sermonem prosecutus, ut, qui aderant, facilè judicarent, quòd narrata audivisset ac simul concepisset senex. Hinc invicem contuiti dixerunt: Ecce, ecce surdus noster senex auditum recepit. Dicta confirmavit ipse; sicque turba ista inter multas gratiarum actiones & laudum Sanctæ hujus prædicationes domum perrexit.

84 Die XXI Julii anno MDCCXLI. Michaël Schorman, lanio prope S. Petrum de Commenda, Labaci in nundinis die consecrata commemorationi conversionis S. Pauli par boum emerat, animo ipsos mactandi. Hos post meridiem domum deducturus, nusquam reperire potuit, utpote ab alio subductos. Quam ob causam plenus curarum, quid consilii caperet, ignorabat. Denique incidit de S. Notburga cogitatio, vovit Missæ sacrificium, &, juxta ipsius testimonium, tranquillior ei animus rediit, multumque abscessit anxietatis. Itaque dimisso aliquo, qui iter versùs Carnioburgum instituëret, ipse ad Savi pontem contendit, ardentibus interea ad S. Notburgam precibus insistens. Vix pontem attigerat, quin homo, in viam Carnioburgensem dimissus, versùs ipsum cogeret boves antea deperditos, & à se in Schishka prope Labacum apprehensos. Quapropter hîc hodie grates persolvit, & promissum Sacrum fieri curavit.

læsus oculus sanatur;

85 Die XXII Julii anno MDCCXLI. Die festo S. Alexii præterito circa meridiem huc ad templum advenerat Sacro interfutura Jera Poushouka ex Stop; quia ea tempestate sub meridiem statutum fiebat Sacrum diebus singulis coram nobilissimis dominis loci. Sed quoniam eo ipso die aberant nobilissimi domini, & manè propter semi-festum *b* huc ad sacrum confluxisset ingens multitudo hominum, in horum gratiam ad horam octavam celebravit sacerdos dynastæ domesticus, ut, eo Sacro finito, quisque ad labores reverteretur. Neque alius deinde advenit sacerdos, & sic præfata Poushouka Missam hîc nancisci haud potuit. Hinc subirata quærit ex vicina sua, ut quid huc ad Sacrum veniendi sibi datum esset consilium, ubi nulla ejus audiendi superesset copia. Attamen eo adduci se passa est, ut templum ingrederetur, atque aliquamdiu coram S. Notburga precaretur. Posthæc domum redux, illico ad agrum properavit demessura triticum. Sed infelici casu in oculum ejus dexterum triticum. Sed infelici casu in oculum ejus dexterum involavit spica triticea, quæ tantum ei doloris attulit, quantum si pupilla prunis ardentibus & novaculis excruciaretur. Quocirca altiore voce lamentans, oculum deperditum existimabat. Verùm melioris consilii recordata elatiore sono erupit in hæc verba: O S. Notburga libera me hac calamitate. Quo dicto, adstantem laboris sociam rogavit, ut spicam evelleret; quod ipsa tam facilè ac feliciter exsecuta est, ut non modò omnis procul dolor ab ea recesserit, verùm etiam nulla oculo adhæserit macula, & eo ipsa tam rectè usa fuerit, acsi læsus non fuisset antea.

b

ossiculum gutturi inhærens sponte decidit;

86 Die XXIII Julii anno MDCCXLI. Franciska Kushnerza, virgo nata in Stain, præterita die Jovis vesperi infantulum gestabat brachiis, ludentem ossiculo, quod tenebat manibus: ignorabat autem, an ipsamet halitu suo attraxisset ad se ossiculum, an verò ab infante in os sibi fuisset intrusum; inhæsit certè gutturi ejus magno cum dolore usque in hodiernum diem. Porrò votum fecit huc ad S. Notburgam peregrinandi, quàm primùm offerret sese opportunitas; venit hodie, atque ad S. Notburgam ferventem orationem fudit; quando mox ossiculum fauces pertransivit & ipsa meliùs se habuit. Quapropter grati animi ergô mox etiam id palàm declaravit, devotè conscientiæ maculas confessione absterstit, & ad cæleste Epulum accessit. Eadem, dies quatuordecim ante elapsum proximè quadragesimale jejunium, periculoso malo laboraverat per tres hebdomadas, quo similiter liberata fuit per solam S. Notburgæ intercessionem.

87 Die XXIII Julii anno MDCCXLI. Ursula Doll-

atroces alvi & capitis dolores extinguuntur.

Dollnitſcherza, virgo ex Nadgoritz, nuperrimo die Veneris ſub meridiem vehementes adeo alvi cruciatus & capitis dolores perſenſerat, ut animo caderet, maximè quia parentes ætate & corpore fracti erant, ipſaque illo in ſtatu minimè idonea perficiendis neceſſariis rei domeſticæ laboribus. Attamen dicto die & ſequenti Sabbato vim ſibi inferens, opus neceſſarium, quamvis ægrè admodùm, explevit. Die verò Dominica ob feſtivam commemorationem B. Mariæ Virginis de monte Carmelo Labacum ſe contulit perceptura ſanctiſſima Sacramenta. Ubi verò domum reverſa eſt, uſque adeo accreverunt alvi & capitis dolores, ut præ eorum vehementia die Lunæ proxima lecto ſurgere haud valuerit. Hinc mœrore perfuſa, ita ſecum cogitavit: Deus bone, an iſthæc fortaſſe admonitionis causâ mihi obveniunt; quia erga S. Notburgam, per quam utique ego, multis peccatis obnoxia & nil tale merita, tot beneficiis cumulata ſum præſertim anno elapſo *c*, hactenus me non ſat gratam exhibui? Volo itaque ô S. Notburga, te deinceps, ut par eſt, diligentiùs honorare, & tuam in me benevolentiam numquam dare oblivioni. Hujuſmodi ſuſpiriis ſub veſperam indormivit, ac ſequenti die Martis manè primo diluculo matrona ſomnianti apparuit, quæ leniter ei frontem inungebat, quamque ſibi viſa eſt affari in hunc modum: Mitte me, nec per moleſtam illam inunctionem mihi caput conturba, quod uſque adeo me excruciat. Cui contrà matrona: Noli timere, filia, excellens etenim & ſalutifera hæc inunctio eſt. Poſt hæc evigilans, ita omnes inteſtinorum & capitis dolores receſſiſſe perſenſit, acſi numquam ei antè caput doluiſſet. Idcirco hîc hodie noxarum confeſſionem verè pœnitens inſtituit, ſimulque propoſitum renovavit colendi in poſterum diligentiùs ac ſine intermiſſione ſanctam hanc Patronam.

c

B

ANNOTATA.

a *Germanicè habetur* für 12 ſibzente: *ſed moneta hujus nomen Latinum ac valorem ignorans, vocem genericam ſubſtitui.*

b *Sic haud dubiè appellant dies, quibus fas eſt quidem opera ſervilia exercere, ſed obligatio audiendi Sacri.*

C c *Vide cap. 7 hujus relationis num. 68 & 69. Cognomen virginis utroque loco ſcripſi, prout in exemplari Germanico reperi.*

CAPUT IX.

Pecudum morbi abacti; læſiones, phreneſis, calculus, febres, apoſtemata ſanata; infans opinione mortuus vitæ, & vir morti proximus ſanitati redditus.

Vacca cum fœtu periculo eripitur;

DIe XXIII Julii anno MDCCXLI. Jacobus Mukolitſch ex minore Manſpurg vaccam habebat fœtu gravidam, quæ circa feſtum S. Georgii nuper præteritum ægrotabat, &, dum tempus advenerat, fœtum edere haud valebat. (Ille primùm ſolus, dein cum alio iſtuc accito homine, vi adhibitâ evellere conatus eſt; aderat & uxor ejus, quæ mœſta & anxia, ne ex remedii violentia & vituli & vaccæ jacturam faceret, S. Notburgæ patrocinium inclamans, Miſſam vovit, reſque ex animi ſententia ſucceſſit; ſervata eſt cum vitulo vacca *a*.) Hoc ipſa mulier ad majorem Sanctæ venerationem & honorem hîc hodie declaravit; at promiſſum Sacrum jam dudum antè perſolvi curaverat.

Ex Ms.

a

infans miſerè aduſta curatur,

89 Die VII Auguſti anno MDCCXL. Anno ſuperiore, aſſignato die, huc peregrinatum advenit Gregorius Goriantz è vicinia S. Stephani ſub parœcia Vodiz. Autumno præterito, cùm uxor ejus prægrandem ollam, aqua ebulliente plenam, ad proximum uſum collocâſſet in foci angulo, Metha quadriennis eorum filiola, manè necdum diſſipatis tenebris ad matrem accurrens, inſcia in ollam impegit, & ejus ſubverſæ aquâ miſerè undecumque perfuſa, tam horrendum in modum aduſta eſt, ut non modò plures & ingentes puſtulæ exſurgerent in cute; verùm etiam huic diſſolutæ ſuccederet fœtida ſanies, & inde mox progignerentur vermes. De vita infantis tam miſerè conſtitutæ penitus deſperatum eſſe, credebant omnes. Cùm tamen parentes huc veniendi cum puella votum nuncupâſſent, illico cœpit convaleſcere; &, uti voverant, ſuprà dicto die peregrinationem, comitante filia, ambo expleverunt.

E

virgo,

90 Die XXV Julii anno MDCCXLI. Maria Anna Fadin virgo, ſoror germana hodierni parochi in Kraxen, atque id temporis janitrix in Habbach, integro vere elapſo torquebatur vehementi capitis dolore, cui ſublevando varia remedia, nominatim alvi purgatio ac venæ inciſio, adhibita ſunt; ſed fruſtra. Denique ei facies altùm intumuit; acceſſit & ingens apoſtema in ore, ac vehemens dolor dentium. Dentem quidem evelli ſibi peroptâſſet, ſi modò corruptum determinatè aſſignare potuiſſet; omnes etenim æquè magnum dolorem afferebant. Triduo poſt feſtum S. Joannis voto ſe obſtrinxerat huc peregrinandi & offerendi exilis muneris. Eadem nocte diſruptum eſt oris apoſtema, ipſa neſciente, nec percipiente, quomodo fieri potuerit, ut tam mirabiliter tamque celeriter integrum ulcus ac dolor omnis abſceſſerit: quandoquidem in ore foramen nullum aut vulnus, per quod eruptio facta fuerat, adverti poſſet. Sic cogitans ac recogitans, ſedentis in modum corpus compoſuit, & caput in manus inclinavit; cum ex ore ejus humor, aquæ non abſimilis, magna vi effluxit. Hodie autem debitas grates perſolvens, animam noxis pia confeſſione expurgavit, ac ſacrum Miſſæ ſacrificium fieri voluit.

F

& puer,

91 Die XXX Julii anno MDCCXLI. Martinus Hebian ex Terſtain præterita die ſacra converſioni S. Pauli, brumali tempore ſub veſperam filium annorum tredecim, Martinum item nomine, ad ſtabulum dimiſerat, qui pabulum pecori porrigeret: cui operi dum hic incumbebat, accidit, ut inopinatò corruens, terræ affixus remaneret exanimis. Pater ac mater diu ejus reditum præſtolati, ad ſtabulum perrexêre, exploraturi, quæ cauſa eſſet moræ adeo diuturnæ. At præter omnem exſpectationem reperiunt humi proſtratum ac demortuo ſimilem. Hinc vir & mulier oppidò perculſi illum ex parte una in alteram inverſant, at neque ſic ſpiritus revocabatur. Denique mariti opinio erat, apoplexiâ haud

Ex Ms. dubiè tactum esse puerum, quandoquidem antè omnino sanus exstitisset ac vegetus; sed fortiter se illi opponebat uxor.

variis malis 92 Sic illis inter se altercantibus, respiravit puer, suspexit, ac, ut è stabulo deportaretur, expetivit, quandoquidem hîc plurimùm sibi timeret. Causam sciscitantibus respondit, quòd labori intentus re quadam oppressus fuisset, tantaque vi in terram afflictus, ac si integra mundi moles in ipsum corruisset. Itaque à parentibus è stabulo ad focum delatus est; sed istic animi deliquia sibi continuò succedentia passus, plurimùm anxiari se indicavit gestibus. Convocati istuc vicini arcessendum esse sacerdotem monuerunt, quod & ipse desiderabat æger, at exsequi id prætermisit pater ob aëris inclementiam & magnam nivium copiam, eodem ipso tempore decidentem. Mulier interim multis precibus ac suspiriis filium S. Notburgæ commendans Missam vovit, & statim puer sibi meliùs esse persensit, inciditque in placidum somnum. Post binas horas expergefactus, ante omnia ad matrem inclamavit, esurire se

liberantur; 93 Sic meliore continuò valetudine usus est **B** usque ad diem tertium, sed hoc ipso phrenitide correptus est, quæ ipsum sæpissimè & miserum in modum vexabat. Mater, Jera nomine, nuncupati voti recordata, persuasit marito, ut huc cum filio ad promissum Sacrum properaret, ad quod celebrandum jàm tum conductus erat sacerdos. Sed utrique, viro scilicet ac mulieri, multum negotii puer facessivit; donec huc perventum esset: quippe per viam bis eum phrenesis incesserat. Postquam verò Sacro interfuissent, in reditu alterum ejus sed postremum impetum subivit, ac deinceps plena sanitate gavisus est.

vitulus æg. o- 94 Anno item præterito in festis Natalitiis, *rans sanatur.* die sacra S. Stephano, supra dicti vir & mulier vitulum suum, binis dumtaxat diebus natum, morbo affectum compererunt, cujus vis in tantum denique invaluit, ut nec pedibus insistere nec nutrimentum sumere valeret, & exspiranti similis procumberet. Utprimùm verò mulier Missam denuò in honorem S. Notburgæ promisisset, convaluit etiam vitulus.

Febris, 95 Die IV Augusti anno MDCCXLI. Primas **C** Smrekhar ex Depallah declaravit hodie, quòd abhinc annis duobus vehementi febri correptus fuerit, idque per annum integrum, scilicet usque ad ineuntem autumnum anni proximè elapsi. Adeo ut ex temporis diuturnitate, & ex eo, quòd à necessaria agricultura arceretur, animum desponderet. Quoniam autem per impatientiam nihil proficiebat, saniora cepit consilia: votum fecit fore, ut si quando vires suppeterent, huc veniret & Missæ sacrificium procuraret. Die proximè subsequenti votum istud, deseruit ipsum febris & omnis ægritudo.

scabies & a- 96 Circa nuperrimam nativitatis Domini festi- *postema,* vitatem, malam ejus dexteram infecit scabies, ex qua, per dies quatuordecim continuos accrescente, natum ipsi est apostema ejusmodi, ut per triduum dextero oculo cœcutiret. Ita constitutus cogitare cœpit, ac recordari S. Notburgæ: fatebatur quidem, se deliquisse in eo, quòd nimiùm distuliisset promissum prima vice Sacrum, verùm cùm ad illud media deficerent, renovavit propositum procurandi Missam, ut primùm unius celebrandæ stipendio pecunia sufficeret. Adhæc devotè ad S. Notburgam suspirans, instanter oravit, ut per ejus apud Deum intercessionem brevi liberaretur miserabili isto malo. Mox die posterâ inflatum oculum aperire, eoque uti valuit, atque haud ita dudum pòst, decidente scabie, persanatus est. **D**

aliaque mala depelluntur. 97 Post festa Pentecostes diebus jejunii, quod recurrit quatuor anni tempestatibus, in tertiam calamitatem incidit; quando scilicet per tres dies vehementibus torminibus colicis, & atrocibus doloribus affectus fuit. Quapropter primò conceptum votum tertiò renovavit, simulque S. Notburgæ exiguam tritici portionem adpromisit: sed & mirabili prorsus modo mox omnes doloris morsus, omniaque tormina unico momento temporis desierunt. Hinc ipse tandem hodie voto satisfecit, & promissum munusculum obtulit.

infanti mortuo, ut credebatur, vita 98 Die XV Octobris anno MDCCXLI. Michaëlis Perpaula, nati in Lagkh, uxor prægnans die tandem VII nuper tranfacti mensis Septembris partum enixa est: sed non sine magna mariti & obstetricis ægritudine; quoniam infantem protulit toto corpore lividum, omni motu destitutum, &, omnium judicio, jam tum demortuum. Nihilo minùs vir mœstus pollicitus est hîc Missæ sacrificium in honorem S. Notburgæ, addens præterea fore, ut, si feliciter S. Notburgæ patrocinio puer vivus evaderet, mater cum puero huc peregrinationem susciperet. Hoc emisso voto, motum aliquem in puero advertit obstetrix, & confestim aquâ tinctum Baptismo, in necessitate conferri solito, munivit. Cùm autem quolibet tenporis momento majorem albedinem indueret, ac plura vitæ indicia præberet, corpus ejus de more lavit obstetrix, & ad parœciam Manspurgensem deportatus est ritè baptizandus, ubi Michaël nomen ei inditum. Hodie verò vir ac mulier cum puero promissam peregrinationem instituerunt, Missam procurârunt, & grates persolverunt. **E**

& puero, summis 99 Die I Novembris anno MDCCXLI. Declaravit uxor Matthæi Hebian ex Tepallah, quòd filiolus suus vix sex mensibus natus, nomine Michaël, sæpissimè, dum urina emittenda erat, magnos dolores perpessus esset, ac frequenter etiam fuisset ipsi urinæ præclusus transitus; unde singulis vicibus infelix puer se torqueret, & in gemitus altosque vagitus erumperet. Mater, quæ horum causa esset, ignara, suadentibus vicinis, infantis ventriculum variis rebus non semel obleverat. Sed misero infanti ea calamitas toleranda fuit usque ad bimatum suum, quo tandem expleto, observatum est, quòd sæpe cum urina arenam emitteret. Afflicta mater varios consuluit, quomodo puero subveniri posset. Alii quarumdam aquarum usum proponebant, alii puerum deportari volebant ad Labacensem..... *b* alterumve chirurgum, ut seu sectione seu remedio alio curaretur: quoniam id temporis præ cruciatuum vehementia miseri infantis corpus ita extenuatum erat, ut nihil ei supereset præter ossa & cutem, ac mortui potiùs quàm vivi speciem præferret. **F** *b*

è calculo do loribus affecto, sanitas obtinetur. 100 Mater tamen ad sequendum hujusmodi consilium induci non potuit: sed ejus loco hîc in honorem S. Notburgæ ex vero corde promisit, curaturam se Missæ sacrificium, quamprimùm tantum pecuniæ suppeteret, quantum ad ejus stipendium persolvendum opus erat. Cùm mater votum istud nuncupâsset hoc anno, diebus aliquot ante festivitatem Pentecostes, miserum infantem die suprà notato sub vesperam placidus somnus invasit: quod non mirari aliquantùm non potuit mater: denique evigilans puer lamentari cœpit per breve temporis intervallum, quo scilicet eodem tres lapillos emiserat, ac denuò quievit,

A vit, cœpitque indies convaleſcere. Mater verò ſtatim ſolicita, ne tantum beneficium tamque conducens ad majorem hujuſce magnæ Patronæ honorem, diutiùs lateret, attulit huc tres dictos lapillos, totamque rei ſeriem enarravit addens, quòd revera poſt Deum hoc beneficium acceptum referre non poſſet alteri quàm S. Notburgæ. Sed & puer, qui jam ætatis eſt duorum annorum & medii, alios jam nunc etiam pueros novit adhortari, ut & ſanctiſſimam Dei Parentem & S. Notburgam diligenter colant, ne ſimili morbo, quo ipſe antea, affligantur.

Vir è febri hectica mortis proximus convaleſcit.

101 Suprà nominatus Matthæus Hebian infantis pater præterita hieme inciderat in morbum, cui ſuperveniens febris hectica ipſum per quinque hebdomadas tam miſerè lecto affixit, ut tandem extremis morientium Sacramentis muniendus fuerit, aſſerente ipſo domino ſacellano, qui illi aſſiſtebat tum temporis, brevi ex hac vita diſceſſurum. Et verò frequens vomitus, cui immixtus erat ſemper ſanguis, ſummum omnibus de conſervatione injiciebat dubium. Conſilium tamen quo-

B rumdam piorum è vicinia hominum, ſuadentium, ut ſe dono aliquo, conditioni ſuæ conſentaneo, hîc ex animo obſtringeret S. Notburgæ, quoniam ſic plures alii hoc loco beneficium ſanationis conſecuti fuerant, complexus eſt tandem æger, extractumque è marſupio nummum menſæ, lecto proximæ, impoſuit, & S. Notburgæ Miſſæ ſacrificium, exiguum iſtud munus, ac peregrinationem vovit ex animo. Quo facto, meliùs ſe habuit & poſt paucos dies, licèt ſubdebilis adhucdum, deſtinatum nummum huc dono attulit, promiſſum Sacrum fieri juſſit, ac deinceps integra valetudine gaviſus eſt.

ANNOTATA.

a *Quæ hîc uncis incluſa ſunt, non tranſtuli ex Germanica lingua de verbo ad verbum, ut aiunt; diſplicebant etenim adjuncta quædam nimis ruſticè expoſita. Habes tamen integram rei narratæ ſubſtantiam.*

b *Vocem unam prætermiſi, Germanicè* Freyman, *quòd non conſtaret de determinata ſignificatione: ex adjunctis tamen vix dubito, quin chi-*

C *rurgus aliquis primarius deſignetur, qui ob eximiam in arte peritiam, vel immunis eſt à communibus vectigalibus & oneribus loci, vel etiam donatur mercede annua, ut pauperibus liber ſit ad eum acceſſus.* Frey *autem* liberum *ſonat*, man virum.

CAPUT X.

Pedum defectus ſublatus; hydrops curata; morbus comitialis exſtinctus; moribundis ſanitas obtenta; morbi à pecoribus depulſi.

Puella incedendi potentiam

DIe III Novembris anno MDCCXLI. Teſtatus eſt Andreas Kollada, ex Podgariz ſub Manſpurgenſi parœcia, filiolam ſuam, tum annis quinque natam, primùm à nativitate, prout infantibus omnibus fieri aſſolet, faſciis ſolicitè involutam fuiſſe; ſed, cùm poſt medium annum pedibus eam humi collocare tentâſſent, compertum fuiſſe, quòd ambo pedes defectu articulorum eſſent rigidi. Sic igitur ætate creſcens, abſque eo quòd umquam valeret inniti pedibus, trunco perſimilibus, continenter lecto affixa fuit miſera infans. Adhibita ſunt varia balnea & remedia plurima, ut ad rectum incedendi uſum perduceretur; ſed ſupervacaneus fuit conatus omnis. Demum hoc anno mater ejus ad S. Notburgam votum emiſit, & defectos filiæ capillos cum cerea mulieris imagine hîc obtulit die XVI Julii, in quem nuper incidebat annua templi confecrati feſtivitas. Poſtridiè manè adverterunt parentes, quòd puella, lectulo innixa, ſe ſponte ſua nonnihil erigeret: at rigeſcentibus etiam tum pedibus, lecto, ſicut antè, inhærere coacta fuit.

Ex Ms.

adipiſcitur,

103 Cùm hoc eodem anno ante diem S. Michaëli ſacram reverendus dominus Michaël Wrekh, ſacellanus in Manſpurg, ibidem de more triticum collegiſſet, viſit dictam puellam, & illi ſummâ ejus commiſeratione tacto expoſuerunt non E ſine dolore parentes totam ſigillatim ſtatûs ipſius ſeriem. Deſiderium illis quidem erat vovendi Sacrum S. Notburgæ in Ebensfeld, ſed facultas deerat perſolvendo Miſſæ ſtipendio: ſi tamen (ſubdebant) ipſe dominus ſacellanus pecuniæ loco in ſtipendium Sacri illic celebrandi admittere dignaretur menſuras aliquot tritici, ſic commodè obtineri poſſe, ut promiſſum Sacrum perageretur. Facilem ille conditioni aſſenſum præbuit, & diem tertium ipſis indixit, illo, niſi alioqui neceſſariâ & non prævisâ excurſione præpediretur, certò in honorem S. Notburgæ pro dicta puella Rem divinam facturus. Adfuerunt præfinito tempore parentes, advectâ etiam filiolâ: ſed, dicto domino ſacellano, quominùs huc veniret, præpedito, uti advenerant, etiam cum impotente filia domum reverſi ſunt parentes. Die tandem quarto Sacrum hîc peregit dominus ſacellanus, eodemque die poſt abſolutum Sacrum quinquennis iſta infans ultro ſe erexit, è lecto abſque alterius adminiculo egreſſa eſt, & deinceps, ſummo omnium ſtupore, articulatis pedibus inceſſûs uſum retinuit.

hydrops abſque humano remedio evaneſcit;

104 Hydropiſim humano ex corpore expelli ſine ullo naturali remedio, res inaudita eſt omnemque naturæ vim ſuperat, non item magnam S. Notburgæ potentiam. Id reipſa experta eſt Maria Koſmarin, nata Labaci. Hæc etenim feſto aſſumptæ in cælum Virginis anno MDCCXLI, vehementi febri vexabatur; quando ea tandem degeneravit in Hydropem tam gravem, ut quilibet, etiam ipſe medicus, ob ingentem tumoris altitudinem de vita ejus deſperaret. Sed quod malorum ſummum erat, eodem anno fructum conceperat, ut meritò cenſeretur, de matre æquè ac prole brevi actum fore. Quocirca de confeſſarii conſilio ſe extremis Eccleſiæ Sacramentis præmuniendam curavit. Die quadam, cùm ad ſummum mali apicem perducta eſſet, animum plena cum fiducia ad S. Notburgam convertit; nec ejus auxilio fruſtrata eſt. Quippe ſub mediam noctem, dum confeſſarius animam ejus ad æternitatis iter emigraturam exiſtimabat, viſa ſibi eſt refrigerante aura perflari, & poſtea in placidum ſomnum incidit. Die autem poſtera evigilans uſque adeo delinitos ſibi eſſe dolores perſenſit, ut auſa ſit obambulare cubiculum, unico fulcro ſuſtentata, & intra breve tempus ita tumore liberata eſt, ut ipſamet ſine adminuculo hîc in Ebens

Ex Ms. bensfeld, de recuperata ſanitate ſe gratam præſtitura, comparuerit die XIX Auguſti anno MDCCXLII.

vacca deperdita reperitur;

105 Agnes Polakhin, nata in Lagkh, veris tempore vaccam amiſerat in paſcuis publicis, quæ cùm poſt diem integrum de more domum non rediiſſet, putabat illa, quòd ad alienum ſtabulum divertiſſet, & integrum pagum perluſtravit; ſed nec eam reperire nec quidquam de ea reſcire potuit. Hinc multùm contriſtata eſt mulier. Die tertio plena mœroris ad montem perrexit promittens interim Miſſæ ſacrificium, ſi, patrocinante S. Notburga, ſibi vacca reſtitueretur. Hiſce cogitationibus intenta ſtrepitum in monte percepit, & viam ulteriùs proſecuta, vaccam impetuoſo mugitu diſcurrentem conſpexit, atque eam ipſam eſſe cognovit, quam à triduo amiſerat. Montem igitur feſtinanter aſcendit, & vaccam in viridi prato gramina carpentem aſſecuta, magno cum animi gaudio domum reduxit. Quia autem præfata mulier defectu pecuniæ promiſſum Sacrum citiùs procurare non poterat, ſtitit ſeſe hîc die ſecunda Septembris, & juxta votum Miſſam fieri curavit.

B

mulier moribunda,

106 Lucia Sellekkha in pago Nargarze ex morbo periculoſiſſimo decumbebat, ita quidem ut jam mortua potiùs videretur, quàm viva, & nec medico nec chirurgo de ſanatione ejus ſpes ulla affulgeret. Sepoſitis ergo omnibus humanæ induſtriæ remediis, monita eſt, ut ſeſe S. Notburgæ commendaret. Et ſanè, ſimulatque S. Notburgæ opem invocâſſet, meliùs ſe habuit, ac tertio pòſt die, XI nimirum Junii, anni MDCCXLV, ipſamet coram S. Notburga pro accepto beneficio grates perſolutura adfuit. Teſtis eſt Joſephus Schifrer fac.

& altera comitiali morbo laborans ſanantur.

107 Margarita Deuzin ex parœcia S. Martini in inferiori Carniolia, ſex continenter annos, tertio quoque die, correpta fuerat morbo comitiali. Sed anno MDCCXLIII diebus quatuordecim ante feſta Domini Natalitia, quotidie ejuſdem inſultum paſſa eſt. Variis quidem in locis ſanitatis gratiam quæſierat, ſed apud S. Notburgam denique illam aſſecuta eſt adeo, ut nullum planè diuturni mali impetum, nullum veſtigium experta fuerit. Quapropter die XIII Septembris anni MDCCXLIII hîc gratam ſeſe exhibuit *a*.

a

C

Vitulis

108 Die X Auguſti anno MDCCXLIII. Martinus Anſchin ex pago Stobenim teſtatus eſt, duo ſe beneficia impetrâſſe, intercedente S. Notburga. Primum eſt, quòd tribus abhinc annis, cùm duo ex ejus vitulis ad eum modum morbo infecti eſſent, ut ſpes de eorum perſanatione nulla ſupereſſet, voverit procurare Miſſam ad majorem honorem S. Notburgæ, & mox voti ſui effectum ſortitus ſit, pecoribus brevi pòſt tempore plenè reſtitutis.

ac bovi ſanitas obtinetur.

109 Secundum, quòd præfatus Martinus magnam ac potentem S. Notburgæ interceſſionem expertus ſit in bove, qui in Nativitatis Domini feriis morbum contraxit, & poſt inſpectionem atque examen judicatus eſt habere in capite ulcus ingens, tabo ac ſanguine permiſtum, & linguâ eorum patriâ Schabiza vocitatum. Non prætermiſit quidem vir afflictus applicare omnia malo depellendo remedia: ad cæleſtem tamen medicinam recurrendum fuit. Quippe, ſimulac vir idem pollicitus eſſet fore, ut juberet Sacrum fieri, malo ſubventum eſt, & bos eodem ipſo die abſque ullo alterius remedii adminiculo ſanus exſtitit ac vegetus. D

Juvenis ex vulnere

110 Die VI Octobris anno MDCCXLIII. Adfuit hîc Jera Kompalza ex pago Kompalla, & præclarum hoc à benefica S. Notburgæ manu obtentum beneficium teſtificata eſt. Maritus ejus biennem equum emerat agriculturæ laboribus perficiendis, & poſtquam collegiſſet panicum maritus ejus *b* die ſecunda hujus menſis triticum ſeminaverat: quapropter, ut moris eſt, occari terram mox voluit, & hunc laborem pater filio, annis ſedecim nato, exſequendum demandavit. Morem gerit adoleſcens, domum properat, equum inſtruit & raſtrum jungit. Sic ad agros reverſo equi ducendi ipſi cura incubuit, ancillæ verò gubernandi raſtri. Verùm ita ipſis agrum colentibus, ſupervenit pater duos boves conducens; quos ut conſpexit equus, freni impatiens ferocire cœpit: impetum cohibere conatus eſt quidem adoleſcens, ſed à furioſo jumento raptatus eſt uſque ad hortum paternum; ubi equus tandem ſubſtitit. *b* E

ad extrema deductus convaleſcit.

111 At verò adoleſcens in dorſi ſpina læſus erat adeo dente uno raſtri, ut inteſtina (quemadmodum ipſa retulit) facilè detegerentur. Infelix caſus mox renunciatus eſt matri, & hæc miſerabili aſpectu plurimùm perculſa. Adoleſcens interim domum deportatus lecto impoſitus eſt, ejuſque extremus ſpiritus exſpectabatur in momenta ſingula. Quippe jam in ipſo apparebat luridus exſpirantium color. Ambo tamen parentes, cùm in ſermone ad concionem habito feſta die S. Notburgæ multiplicia ejuſdem prodigia didiciſſent, fiduciâ pleni filium ei commendârunt, addito voto procurandi Sacri, & ad lectum accedens mœſta mater adhortata illum eſt, ut magnos iſtos dolores ex amore Domini Crucifixi patienter ferret. Ad hanc admonitionem ſomnus obrepſit adoleſcenti; & ecce poſt applicata exigui momenti remedia domeſtica, tertia die, quintâ nimirum hujus menſis, abſque fulcrorum ſubſidio cubile obambulare cœpit.

ANNOTATA. F

a *Niſi auctor anni initium fixerit intra diem* 13 *Septembris &* 13 *Decembris, quod veriſimile non eſt, latet hîc error: neque enim intelligi poteſt, quòd anno* 1743 *diebus quatuordecim ante Chriſti nati feſtivitatem, aucto morbo, primùm, ut patet ex contextu, confugerit ad* S. Notburgam, *& die* 13 *Septembris anni ejuſdem eidem Sanctæ gratias egerit propter obtentam ſanitatem.*

b *Aptiorem interpretationem non invenio huic ſubobſcuro ſenſui Germanico:* Da ihr eheman den Heyden gefeſet: *putem enim poni hîc* gefeſet *pro* gefaſſet, *ſeu potius* zuſamen gefaſſet, *à verbo* faſſen *ſeu* zuſamen faſſen, colligere, in faſciculos colligare: heyden *verò pro* heyden-korn, *quod frumenti genus Latinè* panicum *dicitur. Vide annotata ad cap.* 5 *lit.* g.

APPENDIX

AUCTORE C. S.

AD DIEM XIV SEPTEMBRIS

DE

SS. CORNELII ET CYPRIANI MM.

RELIQUIIS AC MIRACULIS IN ABBATIA NINOVIENSI IN FLANDRIA.

§ I. Monumenta quædam Ninoviâ accepta, partim edenda: SS. Cornelii & Cypriani cultus & reliquiæ ibidem ſeculo XII, præſertim prioris Lipſanotheca.

Poſt Commentarios de SS. Cornelio & Cypriano

DE S. Cornelio *Pontifice martyre, ſanctoque* Cypriano *Carthaginenſi in Africa epiſcopo & pariter martyre, ad diem* XIV *hujus menſis cum Romano Martyrologio egimus, ibidemque in Commentario hiſtorico de prioris geſtis, initio* § 16, *& in poſterioris Gloria poſthuma, num.* 45 *meminimus de eorumdem reliquiis in* S. Cornelii *abbatia, Ordinis Præmonſtratenſis, prope Ninoviam in Flandria Auſtriaca & archidiœceſi Mechlinienſi ſita, jam ab aliquot ſeculis magna in veneratione habitis. Verum utroque loco non niſi breviter ob defectum inſtrumentorum, ex quibus vetuſtum illum cultum miraculis illuſtratum latiùs exponeremus. Hinc priori loco duo tantummodò teſtimonia produximus; unum ex Annalibus Præmonſtratenſibus tom.* 2, *col.* 380, *ubi reverendiſſimus dominus Carolus Ludovicus Hugo epiſcopus Ptolemaïdis & Stigavienſis abbas, eorumdem auctor ſic ſcribit:* Inſignes SS. Cornelii & Cypriani reliquias poſſidet Ninovia, multis curationum generibus, crebriſque peregrinorum votis famoſiſſimas. *Alterum teſtimonium eſt pars Officii ibidem die* V *Novembris de Tranſlatione eorumdem reliquiarum recitari ſoliti.*

à nobis editos, quædam ad eos ſpectantia

2 *Neque plura in* S. Cypriani *Gloria poſthuma, loco citato dicenda habuimus, præter incertam de tranſlationis tempore conjecturam, & item aliud teſtimonium Cornelii van Geſtel in ejuſdem Hiſtoria ſacra & profana archiepiſcopatûs Mechlinienſis, tom.* 2, *pag.* 199 *& ſeq., quod juverit etiàm hìc repetiiſſe.* A pluribus, *inquit*, ſeculis ad eccleſiam abbatialem frequentiſſimus ſemper fuit, & hodie perſeverat concurſus epilepticorum, ſeu morbo caduco & aliis infirmitatibus laborantium, qui ad reliquias ſanctorum martyrum atque pontificum Cornelii & Cypriani, ut authentica probant teſtimonia, integram ſanitatem conſecuti ſunt, & conſequuntur. *Hiſce addo Aubertum Miræum, qui in Chronico Præmonſtratenſi, ad annum Chriſti* 1137, *pag.* 104 *ad propoſitum noſtrum hæc habet:* Aſſervantur in hac abbatia reliquiæ S. Cornelii martyris, ad hunc uſque diem miraculis celebertimæ; de quibus ibidem exſtat liber vetus manuſcriptus in pergameno, quem ipſi vidimus: ſolentque morbo caduco laborantes, eò potiſſimùm confluere.

accepimus Ninoviâ; præcipuè ex codice

3 *Ex hoc porrò libro, quædam tranſcripta, uti & nonnulla alia huc ſpectantia, accepi humanitate ac benevolentiâ reverendiſſimi domini Ferdinandi vander Hagen,* XLVI *ejus loci abbatis; ſed tum primùm, cùm utriuſque Sancti Acta typis edita à nobis jam eſſent, ita ut ſuo loco ea dari non potuerint. Quod itaque ſupererat, faciendum credidi, ſcilicet, ut in tomi calce per modum appendicis ad utriuſque Sancti geſta exhiberentur, ne Sanctos gloriâ, quam beneficia apud mortales ipſis conciliant, & ne lectorem hagiophilum hac quoque parte fraudem. Antequam id aggrediar, præmittenda eſt prædicti Ms. libri auctoris, & temporis, quo is floruit, notitia. De hiſce Ninovienſis abbatiæ canonicus Præmonſtratenſis, qui curam colligendi inſtrumenta, ad nos tranſmittenda, habuit,* § 2 *ſequentia obſervat:* Exſtat in abbatia vetus quadringentorum ut minùs annorum codex membranaceus, manu ſcriptus à quodam domino ejuſdem abbatiæ canonico, qui primis prologi verbis ſic ait: "Quia per „ multos annos in eccleſia Ninivenſi S. Cornelio „ miniſtravi, multa ſigna & prodigia per merita „ ejus fieri, ſæpiùs annotavi, quæ ipſius fretus „ adjutorio, ad utilitatem eùm diligentium ut„ cumque ſcribere temptabo, ad hoc etiam pre„ cibus & obedientiâ provocatus„.

cujuſdam anonymi Præmonſtratenſis

4 *Poſt hæc idem Præmonſtratenſis adjutor noſter de ejuſdem ſcriptoris ætate ſubdit:* Author vixit ſub Gerardo abbate, qui regere cœpit anno MCXLII; *idque ex ipſius anonymi libri folio* 19 *probat, verbis, quæ ſubjicio, inde recenſitis:* „ De conſilio abbatum, qui fortè advenerant, „ in electionem domini Gerardi Laudunenſis ca„ nonici omnes unanimiter conſenſeruht qui an„ no Gratiæ MCXLII in abbatem promotus, mo„ rum honeſtate præcipuus, ut fidelis ſervus & „ pru-

AUCTORE C. §.

„ prudens in amministratione sua annis XLIV stre-
„ nuè militavit... Hic autem de Brabantiæ fini-
„ bus insigni prosapia oriundus, tam verecundam
„ & quodammodò angelicam videbatur habere
„ faciem, ut in omni tam staturæ, quàm formæ
„ elegantia vix aliquam me recolam similem ei
„ aliquando vidisse personam„. *Hactenus ex prædicto libro membranaceo, laudatus canonicus Pramonstratensis, qui mox denuò progreditur in hunc modum:* Interfuit (*anonymus libri auctor*) & lugubri fratrum, in summa angustia cum sacris reliquiis, persecutoribus suis obviare parantium actioni; *de qua vide infrà num.* XI. Denique supervixit etiam Gerardo (*Grimbergensi*) persecutori; nam verbis infrà citandis expressè asserit, se de filiorum ejus amicitia gaudere. *Verba illa ex anonymo refert § 7 sub finem secundùm suam partitionem.*

canonici Ninovienſis ſeculi 12.

5 *Quo anno Gerardus, Grimbergensis nec non per Mathildem uxorem suam etiam Ninoviensis dominus, obierit, non constat mihi; sed cùm Gerardus Ninoviensis abbas ex dictis isti abbatiæ, cui anno* 1142 *præesse cœperat, annis* 44 *præsederit, consequens fit, ut hic anno* 1186 *decesserit, uti etiam habet laudatus anonymus, qui & diem* XXVIII *Septembris addit; qua in re unico anno discrepat à Catalogo abbatum ejusdem loci apud Gestelium suprà citatum edito, ubi annus* 1185 *assignatur. Verùm ea discrepantia ad propositum nostrum nil refert, cùm anonymi ætas, quam inquirimus, sic satis manifesta sit. Ad hæc observat Pramonstratensis adjutor noster:* Cùm autem abbatia tantùm cœperit anno MCXXXVII, liquet authorem ejus primordia videre potuisse, atque adeo testem esse synchronum, & tantò magis irrefragabilem, quantò postea apparebit, virum fuisse doctissimum & piissimum. *Ita ipse: ego certè pietatem in illo & sinceritatem in iis, quæ ex ipsius libro transcripta habeo, libens agnosco.*

quæ partim excudemus.

6 *Porrò Ms. istud ex eodem desumptum, & ad me transmissum duas veluti partes continet; quarum prima quædam abbatiæ primordia, suscitataque ipsi persecutiones, quibus tandem feliciter emerserit; nec non ædificiorum molitiones, & cetera huc spectantia continet; altera miracula ac beneficia* S. Cornelii *præsertim invocatione & reliquiis impetrata recenset. Ex prima parte ea tantùm perstringam, quæ ad Sanctos nostros propiùs spectant. Secundam integram dabo, præmissis § 2 nonnullis aliis, quæ dudum post anonymi ætatem contigêre, & ab aliis annotata sunt. Tria præterea hic observanda sunt: primum est miracula illa non eodem ordine nobis descripta esse, quo à laudato anonymo annotata fuêre. Id autem colligo ex locis anonymi, ex quibus deprompta sunt, in margine nostri Ms. hoc modo & ordine citatis:* Fol. 22, fol. 22, fol. 25, fol. 15 verso, fol. 13, fol. 13. *Alterum est, quòd non omnia ab anonymo annotata miracula nostrum Ms. contineat; cùm descriptor ipse testetur, ea* nonnullis etiam omissis, ex sæpe citato anonymo fideliter exscripta esse. *Tertium denique est, quòd in miraculorum, quæ dabimus, narratione sæpe hæc signa... occurrant, quibus indicatur aliquid omissum esse. Cur autem quædam omissa sint, in Ms. nostro non observatur.*

Occaſio, quâ Ninovienſes Sanctorum reliquias

7 *Ninovienses* SS. Cornelii & Cypriani *reliquias donatas sibi fuisse censent, dum ea ex Indensi prope Aquisgranum abbatia Rothnacum, quod hodiernæ Flandriæ Austriacæ in antiquo Brachbanto oppidum est, transferrentur; ea quippe occasione, dum Ninoviam latores pertransirent, aliquam ex iis partem ibidem relictam esse. De translatione hac mentem nostram in Commentario historico de* S. Cornelio, § 15 *explicavimus; ad Ninovienses redeamus. In horum gemino antiquo, ut ipsi aiunt, Officio inter cetera hæc leguntur:* Postquam (SS. Cornelii ac Cypriani *reliquiæ*) ad aliquod tempus in eo monasterio (*Indensi*) quieverunt, loci abbas, factus dominus territorii Rothnacensis, Deo aliquid melius ordinante, jussit ex illo deferri beatissimas dictorum Martyrum reliquias, quarum magnam partem in transitu apud Ninovienses esse relictam, antiqua attestatur traditio, confirmat à pluribus annorum centuriis confluens undique peregrinorum multitudo, illustrat luculentiùs crebra miraculorum patratio, fidem irrefragabilem facit translationis in populo festivitas, ac secundâ die Pentecostes celeberrima per urbem Ninoviensem, vicinosque agros cum sacris lipsanis translatio. *Hactenus Officium.*

sibi datas censent: hæ ſecala 12.

8 *In Commentario historico de* S. Cornelio *num.* 304, *& in Gloria posthuma* S. Cypriani, *num.* 45 *ex Jacobi Mejeri Annalibus Flandriæ, ad annum Christi* 1160 *sequentia recitavimus:* Translatum eodem anno Calend. Juniis Rothornaci corpus divi Cypriani episcopi & martyris, cui interfuit translationi Arnulphus abbas Einhamensis. *Hinc ibidem dubitavimus, utrùm hic forsitan translatio ex Indensi abbatia Rothnacum facta signaretur. Sed, ut ex transmissis Mss. modo intelligo, Ninovienses credunt, suas* SS. Cornelii & Cypriani *reliquias diu ante illum annum, imò etiam ante abbatiæ exordia, quæ ex dictis ad annum Christi* 1137 *referunt, Ninoviæ in parœciali S. Mariæ Virginis ecclesia jam quievisse. Pro hac sententia citant anonymum Ninovienſem suprà dictum, qui Amelricum avum, & Amelricum patrem Gerardi fundatoris abbatiæ laudans, eorumdem felices bellicas expeditiones pietati eorum in* SS. Cornelium & Cyprianum *adscribit, & horum Sanctorum reliquias ibidem tum honoratas fuisse non obscurè insinuat. Juverit hîc aliqua anonymi dicta retulisse.* Principes, *inquit*, Ninivenses Amelricus, & filius ejus Amelricus, viri quidem generosi & dignitate famosi, ecclesiam (*parœcialem B. M. Virginis*) primitus Ninive exaltare cœperunt, & eam summo studio Sanctorum pignoribus decorantes, tres canonicos sacerdotes, qui inibi deservirent, statuerunt.

ante erectam abbatiam, in eccleſia parœciali

9 *Deinde post laudatam eorumdem piam munificentiam, bellicasque laudes, ita prosequitur:* Et meritò tunc vicerunt; quia in Domino spem suam omni modo posuerunt, ut vix umquam ad dimicandum contra hostes exirent, nisi priùs ecclesiam causâ orationis petissent, & inde aliquid de Sanctorum reliquiis ob certitudinem victoriæ secum detulissent... Sic sæpe triumphaverunt; quia Dei auxilio per SS. Cornelii & Cypriani merita muniri meruerunt. *Hactenus anonymus, qui dum ait, viros illos Sanctorum reliquias secum detulisse ad prælia, & horum prosperum successum* SS. Cornelio & Cypriano *attribuit, haud dubiè indicat laudatas reliquias horum Sanctorum fuisse. De eorumdem insigni in prædicta ecclesia cultu idem anonymus fol.* 16 *verso sic denuo habet:* Illudque non prætereundum, quòd in patrociniis SS. Cornelii & Cypriani tam principes, quàm populi Ninivensium tantam habebant fiduciam & devotionem, ut quotiens eos hostibus obviàm exire contigerit, ecclesiam intrantes, & Sanctorum se orationibus committentes, in signum & securitatem futuræ victoriæ vexilla ecclo-

A cleſiæ ſecum devota conſuetudine deferrent. *Hæc ibi, ex quibus Præmonſtratenſis adjutor noſter non inaniter colligit, eas Sanctorum reliquias initio ſeculi* 12 *Ninoviæ fuiſſe, obſervatque eaſdem ab alterutro Amelrico, potenti utique viro, facilè impetrari potuiſſe, dum ex Indenſi abbatia Rothnacum transferrentur.*

jam colebantur. Eodem ſeculo ibidem lipſanotheca S. Cornelii

10 *Porrò Cornelius van Geſtel tom.* 2 *Hiſtoriæ ſacræ & profanæ archiepiſcopatûs Mechlinienſis, pag.* 196 *& ſeqq. quædam diplomata exhibet, ex quibus diſcimus, veterem illam paræcialem eccleſiam S. Mariæ Virgini, ſanctiſque* Cornelio *ac* Cypriano *ſacram fuiſſe, licèt id non eodem modo in omnibus exprimatur. In horum primo, quod Nicolai epiſcopi Cameracenſis eſt, datumque ſignatur anno* 1138, *eccleſia* beatorum martyrum Chriſti Cornelii & Cypriani *vocatur. Alterum inſtrumentum eſt Eugenii III PP. Bulla, in qua* eccleſia B. Cornelii *ſimpliciter dicitur. Tertium denique eſt Theodorici Alſatii, Flandriæ comitis, diploma, in quo is illam* abbatiam *(in eam quippe jam erecta fuerat)* in honore ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, & ſanctorum martyrum Cornelii & Cypriani *inſtitutam ait.*

B *Sed ad Sanctorum reliquias redeamus. Anonymus noſter Ninovienſis de ſolius* S. Cornelii *reliquiis ſuo tempore, id eſt circa medium ſeculi* 12, *& ſub abbate Gerardo ibidem ſervatis fol.* 9 *verſo diſertè meminit. Ibi enim agens de vexationibus, quas Præmonſtratenſes poſt Gerardi fundatoris, anno* 1144 *defuncti, mortem ab hujus heredibus paſſos affirmat, inter cetera habet :* Plauſtra noſtra ſegetibus onerata tempore meſſis violenter abſtulerunt, & ad caſtrum duci fecerunt; nec pro reverentia ſcrinii S. Cornelii, à fratribus ante plauſtra in via poſiti, dimittere voluerunt. Tunc unus ſervorum ſcrinium pede ſuo à via dimovit, nec diu ſupervixit.

apud Præmonſtratenſes.

11 *De eodem* S. Cornelii *ſcrinio, ſive lipſanotheca idem deinde dennò meminit, dum aliam iterum vexationem referens, ait:* Clangentes autem buccinâ adjutores ſuos convocâverunt, & ut officinas eccleſiæ cum pomerio abſcinderent & publicarent, ſtatuerunt. Unde nos pavore perterriti, & quid nobis contingeret, exſpectantes, diſcalceati & ſuperpelliceis induti, ſcrinium S. Cornelii paravimus, ut illis intra ſepta clauſtri

C venientibus, veniam deprecaturi cum reliquiis obviaremus. Sed illi, mutato propoſito, clauſtrum & circumjacentia circuierunt, & pratorum noſtrorum ſepes detrahentes, & pecora intromittentes, redierunt *&c. In margine autem Ms. noſtri ex recentiori Chronico, quod collector noſter alibi conſcriptum dicit ab ampliſſimo domino Joanne Nevio ejuſdem loci abbate XLII, annotatur annus Chriſti* 1161, *quo ea contingere debuerunt. In miraculis quoque infrà dandis recurret ejuſdem ſcrinii mentio; ſed miror, de* S. Cypriano *nihil tale occurrere.*

AUCTORE C. S.

§ II. Ninovienſis eccleſia Præmonſtratenſibus tradita, à quibus nova cum monaſterio ædificata, in qua SS. Cornelii & Cypriani reliquiæ repoſitæ : aliquot miracula ſeculo XVII & XVI ibidem impetrata : ſodalitium erectum, nova eccleſia condita.

Præmonſtratenſes Ninoviam advocati, E

Quæ præcedenti § retulimus, ad SS. Cornelii & Cypriani *cultum in veteri paræciali eccleſia Ninovienſi, eorumque reliquias in illa aſſervatas ſpectant, nunc de earumdem in novam eccleſiam abbatialem tranſlatione, cultuque, quo ibidem gaudere perſeverârunt, aliqua dicenda ſunt. Gerardus Ninoviæ dominus eccleſiam Ninovienſem cum præbendis ſuis, noviſque redditibus adjectis anno* 1137 *Præmonſtratenſibus tradiderat, ſicque abbatiam ipſis fundaverat, quam acciti ex Parchenſi in agro Lovanienſi abbatia canonici primi incoluerunt, Gilberto, Laudunenſis abbatiæ canonico, primo abbate ipſis præpoſito. Huic deinde cedenti ſuffectus eſt Gilbertus alter, Parchenſis, cui etiam poſt admodùm breve regimen Parchum reverſo ſucceſſit Gerardus, Laudunenſis item canonicus Præmonſtratenſis, qui novam eccleſiam ac monaſterium inchoavit perfecitque, quemadmodùm ex Ninovienſi anonymo enarrare nunc aggredimur. Is fol.* 10 *ad propoſitum noſtrum ſcribit ſequentia :* Sedato modicùm turbine adverſitatis, & multiplicato numero fratrum, templum, in quo primùm collocati fuerant, eos pariter cum parochia capere non poterat : quapropter aliud majus ſeorſùm cum cæteris ædificiis clauſtralibus conſtituere cœperunt; in qua ædificatione præ nimio & ſumptuoſo labore fra-

F tres citiùs defeciſſent, niſi eos maximè virtus divina juviſſet.

novam eccleſiam, non ſine prodigio,

13 Nam dum lapides foderentur, viſum eſt in ſompnis domino Arnoldo ejuſdem eccleſiæ Priori (*poſtea abbati IV.*) quòd S. Cornelius in fovea cum fratribus adſtaret, & lapides magna virtute ejiceret. Hæc viſio fratres ad laborandum nimiùm confortavit. Dum autem arcus, qui chorum & ſanctuarium dividit, ante quem lampades pendent, à cementariis conſummatus eſſet, duo canonici, Alardus ſacerdos, frater prioris, & alter diaconus, Peinerus dictus, aſcenderunt, ut ſuſtentacula lignorum de ſub arcu deponerent. Depoſita magna congerie lignorum, etiam immenſa pondera lapidum totius arcûs ſecuta, & fratres pariter ab alto corruerunt. Tanto fragore attoniti cæteri fratres concurrerunt, ut carorum fratrum ſuorum ſaltem colliſa membra colligerent; & venientes ad confuſum acervum lignorum & lapidum, invenerunt viventes, quos putaverant mortuos; qui citò incolumitati & ſolito operi redditi ſunt. Res mira, & inuſitata; ſed S. Cornelii dignitati congrua : qui enim multotiens immeritos ſalvat, cur ſæpe meritos famu-

AUCTORE C. S.

los ſuos in tali periculo non ſervaret, ne de interitu eorum gauderet inimicus, & opus ſancti ædificii impediretur. *Hæc anonymus, à quo eadem alio in loco repeti notat collector noſter, obſervasque, de lapſis ibidem clariùs dici:* Reperti ſunt ſani & incolumes & nichil mali habentes.

SS. Mariæ & Cornelio ac Cypriano ædificant;

14 *Balduinus diasonus Ninovienſis in Chronico primum hujus eccleſiæ fundamentum anno* 1157 *poſitum eſſe ſcribit; quod ſi ita eſt, oportet, ut opus iſtud admodùm tardè proceſſerit, prout ex dicendis apparebit: at credibile eſt hujus moræ cauſam vexationes dediſſe.* Anno MCLXXII Nonas Julii conſecrata eſt eccleſia noſtra à domino Eſchillo, archiepiſcopo Lundenſi, Daniæ & Sueciæ primate, & Apoſtolicæ Sedis legato; *inquit idem Balduinus in Chronico tom. 2 Sacrarum antiquitatum edito ab Hugone. At adjutor noſter Ninovienſis canonicus ex eodem Chronico, quod apud ipſos Ms. ſervatur, legit* Anno Domini MCLXXIIII Nonas Julii *&c. monetque, id etiam vitio amanuenſis adſcribendum ſibi videri, legendumque,* MCLXXI III Nonas Julii *&c. Rationem allegat, quòd in recentiori Chronico, per Joannem Nevium* XLII *abbatem collecto,* SS. Cornelii & Cypriani *reliquiæ in nova iſta eccleſia jam ab anno* 1171 *depoſitæ fuiſſe dicantur. Quidquid ſit de errore iſto, qui ex malè interpunctis cyfris facilè potuit irrepere, quemque ipſa vox* Nonas *irrepſiſſe inſinuat, eccleſiam illam Sanctiſſimæ Virgini Mariæ, ſanctiſque* Cornelio *ac* Cypriano *dicatam fuiſſe, idem Præmonſtratenſis canonicus obſervat ex iſtius ſeculi Pontificum Bullis ac nominatim ex Alexandri III Bulla, anno* 1178 *data, cujus hoc initium recitat:* Dilectis filiis, Gerardo abbati S. Mariæ, ſanctorumque martyrum Cornelii & Cypriani, & univerſis fratribus *&c.*

B

In qua horum reliquiæ reponuntur.

15 *De reliquiis in eam eccleſiam illatis hæc habet mox laudatus Nevius in Ms. noſtro relatus:* Anno MCLXXI repoſitæ ſunt reliquiæ SS. Cornelii & Cypriani cum diverſis aliis reliquiis, ab Amelrico avo, & Amelrico patre fundatoris noſtri, è Terra ſancta allatis, in nova eccleſia abbatiali. *Unde tamen hæc didicerit Nevius, non exprimitur. Porrò varia miracula, quæ miſeris ad haſce ſacras reliquias confugientibus divina Bonitas contulit, anonymus Ninovienſis ſæpe laudatus in unum librum membranaceum, qui etiam exſtat, congeſſit. Dabimus ea, ut diximus & annotatis illuſtrabimus; ſed quia nonnulla etiam alia poſt anonymi ætatem impetrata Ninovienſis canonicus, humaniſſimè nobis tranſmiſit, viſum eſt ea hìc referre, ne quid pius lector deſideret. De hiſce ipſe ſic loquitur:* Sequentibus autem ſæculis non deſiêre populi fideles ad S. Cornelium pro ſua, ſuorumve animalium curatione confluere, & ſeu miracula, ſeu beneficia ingentia obtinuêre, quæ religioſi domini ſacriſtiæ præpoſiti aut non judicârunt annotanda, aut ſi notaverunt, temporis lapſu obliterata fuêre, præterquam quæ anno MDCLIX & ſequentibus uſque ad annum MDCLXX annotavit dominus Petrus vander Hagen tum ſacriſta, varias referens puerorum ab epilepſia curationes.

C

Quidam, præſertim pueri, ſeculo 17

16 *Quæ autem hæc ſeu miracula, ſeu beneficia fuerint, præmiſerat his verbis:* Decimâ quartâ Maii MDCLIX coram protonotario Apoſtolico, domino Martino de Clerck depoſuit Judocus vander Guchte, villicus in Erpe prope Aloſtum (*oppidum Belgii, & Flandriæ imperialis caput*) quòd duo filii ſui gemini, Jacobus & Joannes duos & medium annos nati, diu jacuerint crebriùs morbo caduco afflicti; quódque viſitatâ eccleſiâ abbatiali, & perſolutis omnibus requiſitis, ſubitò convaluerint; & quidem Judocus in ipſa eccleſia ad Elevationem Miſſæ, quam pro eo pater devotè orans audiebat: quódque deinceps neuter in eumdem morbum relapſus ſit. Vigeſimâ tertiâ Februarii MDCLXII coram eodem notario declaravit Henricus de Buver nomine Judoci Robeyns villici in Meldert (*pagus eſt uno milliari cum quadrante Aloſto diſſitus*) quòd Margarita Robeyns, prædicti Judoci filia circitèr ſeptennis XIX Januarii & ſequentibus uſque ad XXIII morbo caduco terribiliter affecta fuerit; ſed poſt tertiam peregrinationem ad S. Cornelium ab eo morbo immunis evaſerit.

D

epilepſiâ afflicti,

17 Duodecimâ Februarii MDCLXII comparuit coram notario Petrus Huygens, operarius in Pamele, declarans ſe à ſimili morbo bis recurrente, peractis omnibus ad S. Cornelium Ninoviæ requiſitis, ſubitò ſanatum fuiſſe. *Porrò præter Pamellam vulgò* Pamele *Aldenardæ ad Scaldim fluvium, quo ab eo oppido dividitur, adjacentem, ejus quoque nominis pagus eſt cum vetuſta arce ac dynaſtia ad Teneram fluvium, nec procul Ninoviâ diſſitus, quem propter hanc locorum viciniam hìc indicàri credibile eſt. Laudatus Ninovienſis canonicus hìc interſerit ea, quæ num.* 15 *de miraculis vel beneficiis à reverendo domino Petro vander Haghen retulimus, ac mox de pueris epilepſiâ liberatis ita pergit:* Inter cetera (*refert prædictus Petrus curationem*) cujuſdam Joannis D'haubi ſeptem annos nati, cujus parentes adhibitis pluribus medicis & chirurgis, inſanabilem judicantibus, multis quoque peregrinationibus ad loca pia in vanum obitis, Ninoviam tandem ad S. Cornelium venientes, & magna fide atque devotione puerum offerentes, plenam illi ſanitatem obtinuerunt, uti parentes fideliter atteſtati ſunt, & coram teſtibus ſignârunt VIII Aprilis MDCLXII.

E


ibidem ſanati.

18 Similiter anno MDCLXII & ſequenti Petrus & Arnoldus, filioli Stephani Muylders & Annæ Kins; item Guilielmus vanden Eynden, filius Nicolai & Barbaræ Jacmaer, ab eodem caduco morbo meritis S. Cornelii ita curati fuerunt, ut quatuor annorum ſpatio, quando parentum atteſtatio data eſt, poſtea non recurrerit. *Hactenus Ninovienſis amicus noſter de miraculis vel beneficiis à domino Petro vander Hagen, quantùm apparet, annotatis; dubitò tamen, an omnia recenſuerit, cùm nullum hìc occurrat ſeriùs quàm anno* 1663 *impetratum, & nihilominus ſuperiùs dixerit, ea, quæ ab anno* 1659 *uſque ad* 1670 *facta fuerant, à laudato ſacriſta annotata eſſe; itaque vel aliqua, forſitan quia minoris momenti videbantur, vel ne eadem ſæpiùs repetendo tædium pareret, hìc prætermiſit; aut in anno* 1670 *error admiſſus eſt. Alterum denique inſigne beneficium, ampliſſimo domino Adriano Waeſteels, Ninovienſium olim abbati conceſſum, ac nonnulla alia ad* S. Cornelii *cultum ſpectantia ſubjungit, quæ ejuſdem verbis hìc pariter ſubjicio.*

F

Abbas hæreticorum manibus ſubductus.

19 Neque hìc prætereundum, *inquit;* quod anno MDXCII prodigiosè accidit ampliſſimo domino Adriano Waeſteels, Ninivenſi abbati XXXVI, qui ab hæreticis conquiſitus, gravi captivitate & litro mulctandus (uti jam plurimos dominos canonicos abduxerant) jamque ab iis ita cinctus, ut humanâ induſtriâ vel ope eorum rabiem evadere ſe poſſe diffideret, proſtratus in genua, divinam miſericordiam, & SS. Cornelii & Cypriani patrocinium implorare cœpit, ſolitâ antiphonâ: SANCTI DEI SUBVENITE &c. Et ecce qua-



Arca et cornú Reliquiarum SS: Martyrum Cornelij et Cypriani Ninoviæ

P: B: Bouhats sculp: *raniul: v: Tendeloo Del: eiusd: abba: rel:*

A quasi nube obumbratus, hostibus coram se currentibus invisibilis redditus est, & ab eorum furore divinitus protectus. Ita Chronicon Joannis Nevii, fol. 46, ex ejusdem Adriani abbatis, in mortis conflictu constituti, declaratione. *Hujusce admirabilis evasionis meminit etiam Cornelius van Gestel tom. 2 Historiæ sacræ & profanæ archiepiscopatûs Mechlinienſis, pag. 202, ubi in serie abbatum Ninovienſium sequens ipsi elogium texuit.* XXXVI Adrianus Wasteels Ninivita, verè inter tot ærumnas vir desideriorum, & ad stuporem erga Deum, Divosque pius, specialiter SS. Cornelium & Cyprianum ecclesiæ suæ patronos, quorum ope miraculosa (ut in extremis fassus) à prædonibus est liberatus. *Ad Ninovienſem canonicum redeamus.*

Sodalitium institutum, nova ecclesia exstructa.

20 Movit ea miraculorum, *inquit*, beneficiorum & affluentium peregrinorum frequentia amplissimum dominum Joannem David, ecclesiæ hujus abbatem XXXIX, ut in honorem SS. Cornelii & Cypriani fraternitatem institueret, quam anno MDCXXVIII Urbanus VIII Pontifex Maximus plurimis indulgentiis, à confratribus lucrifaciendis confirmavit. Neque hodiedum desinit

B assiduus fidelium, præsertim ruricolarum, tum pro salute sua, tum pro animalium infirmorum curatione vota huc sua deferentium concursus; nec absque fructu. Quibus omnibus permota pietas reverendissimi domini Ferdinandi vander Haegen (*qui nobis hæc omnia suppeditari humanissimè curavit*) abbatis XLVI magnificam ingentemque basilicam erexit super fundamentis à sæculo præjactis, atque sumptuum procurandorum desperatione à tot intermediis abbatibus derelictis, Deo fretus contra spem in spem credens, templum adorsus est anno MDCCXVI, ad culmen perductum benedixit anno MDCCXXIII; demum ab Eminentissimo domino Thoma Philippo S.R.E. Cardinali Alsatio, archiepiscopo Mechlinienſi, anno MDCCXXVII consecratum, pario totum lapide constravit, sacris altaribus quinque, mausoleis, organo, cathedrâ concionatoriâ & confessionum sedilibus, variisque per utrumque ambitum cimeliis, singulis mira arte confectis, exornavit. Basilicæ huic spectandæ multi etiamnum confluunt, quos optaremus pietate magis, ut olim, quàm curiositate adduci. Benedictus in San-

C ctis suis Deus. *Hactenus Præmonstratenſis canonicus Ninovienſis in Ms. ad nos transmisso.*

Theca reliquiarum, quarum ulterior notitia datur,

21 *Porrò Ms. hoc, tanta humanitate nobiscum communicatum, occasio fuit, ut ulteriorem notitiam super reliquiis præsertim utriusque Sancti expetierimus, eamque consecuti simus per litteras officii plenissimas, ab admodùm reverendo domino Norberto Hendrickx, ejusdem abbatiæ canonico, & oppidi Ninovienſis vice-parocho, die* III *mensis Septembris anno* 1752 *ad nos destinatas, dignasque, quas pro majori parte hîc recitemus. Sic habent:* Reverendissimus dominus abbas noster lipsano-thecam XI Augusti (*dicti anni* 1752) aperiri jussit, in qua sanctorum Cornelii & Cypriani exuviæ reverenter asservantur, quæ statuto die, seu Feriâ secundâ Pentecostes, per oppidum circumferuntur, atque per octavam publicè exponuntur; uti & sextâ Novembris & sequentibus octo diebus, quando celebratur translatio sacrarum reliquiarum. In ea theca præter plura, eaque insigniora martyrum Thebæorum aliorumque Sanctorum ossa, inventa est arcula argentea, decem circitèr digitos oblonga, tres lata, quinque alta, laminâ argenteâ in medio interstincta, in cujus una parte repertum est os S. Cornelii, Papæ & martyris, ad longitudinem quatuor ferè digitorum, crassitiem digiti & medii diametralis: in altera verò parte os S. Cypriani martyris, & episcopi Carthaginenſis; uti expresè notat dominus Roelofs, nostri monasterii abbas anno MDCXLVI: os autem istud tribus facilè digitis longum est; at non nisi unius digiti crassitudinem habet. AUCTORE C. S.

æri incisa & ad nos dono transmissa.

22 Involutæ sunt utræque reliquiæ separatim panno serico, ac desuper byssò mundissima. Hæc involucra non dissolvimus, ne infringeretur sigillum Eminentissimi domini Cardinalis, archiepiscopi Mechlinienſis, qui anno MDCCXLVII die XXVI Aprilis eas recognovit. Utriusque reliquiis affixa est respectivè lamina argentea cum cælato Sancti utriusque nomine. In prima: RELIQUIÆ S. CORNELII P. M. In secunda: RELIQUIÆ S. CYPRIANI EPISC. ET M. *Hactenus vir admodùm reverendus jussu, uti expresè indicat, reverendissimi abbatis sui, num.* 20 *nominati; subdens dein, curaturum eumdem reverendissimum, ut major illa theca cum cornu, quod omni die adventantibus exhibetur, & in cujus meditullio utriusque sancti Martyris & Pontificis prostant pariter reliquiæ, piis fidelium osculis honorandæ, in lamina* E *ænea cæletur, ac tot excusæ imagines nobis suppeditentur, quot tomi nostri* IV *Septembris imprimenda sunt exemplaria; idque piissimi erga Sanctos suos & benevolentissimi in Opus nostrum antistitis munificentiâ perfectum est. Imaginem habes in adjuncta tabula. Nunc miracula, ex memorato superiùs Ms. anonymi ejusdem abbatiæ seculo* XII *canonici libro membranaceo descripta, subnecto, mutata capitum partitione, quam in Annotatis recensebo.*

MIRACULA

Auctore anonymo Ninovienſis ecclesiæ Canonico Præmonstratenſi, sub finem sæculi XII, ex Ms. codice membranaceo Ninovienſi. F

CAPUT I.

Ecclesia Ninovienſis ab igne servata: varii morbi depulsi: lipsanotheca S. Cornelii facta, quâ incendium exstinguitur: brachium aridum vigori restitutum: Ninovia immunis igne judiciali: multi eo laborantes, ibidem sanati.

PRæmissis *a* his, quæ pro tutela vel vindicta ecclesiæ per merita S. Cornelii operatus est

A. ANONYMO

Ecclesia ab incendio servata;

Deus in medio nostrûm *b*, ad signa sanitatum, quæ visu vel aliorum fideli narratione didici, scribenda me converto. Quodam tempore domibus circà ardentibus, ignis super ecclesiam S. Cornelii volavit; ex quo jam ardere incipiebat. Unde cùm desperarent omnes, eum posse exstingui, conturbatus dominus Oitus *c*, ejusdem ecclesiæ sacerdos, dixit: Sancte Corneli, si sinas domum tuam exuri, juro tibi, quòd omnes Sanctorum, tuæque reliquiæ non efferentur, sed simul comburendæ intùs relinquentur *d*. Mox divinitus ille ignis exstinguebatur. Pro quo miraculo virtus Christi, meritumque S. Cornelii justè laudabatur.

b

c

d

cæca illuminata: altera judiciali igne,

2 Quædam mulier de Ramsbecca *e*, excæcata jussit sibi candelam præparari, ut ecclesiam S. Cornelii adiret, & pro cæcitate sua ejus auxilium postularet; sed, sicut audivi, priusquam candela perficeretur, visum recepit, & mox cum gaudio ad ecclesiam veniens, pro receptione luminis meritis S. Cornelii gratias egit. Puella quædam igne judiciali *f* cruciata, ob recuperandam sanitatem altari S. Cornelii se obtulit, & statim sine læsione de illa infirmitate convaluit. Ut autem ad nubiles annos pervenit, & more sæcularium superbiret, negligens aut erubescens aliquod monumentum præteritæ infirmitatis in se remansisse, annualem censum, quo se redemerat *g*, Benefactori retinuit; igne autem tabifico redeunte, iterum cruciabatur, donec reatum suum cognoscens, satisfecit, &, ut priùs, convaluit.

e

f

B

g

puer morbo comitiali

h

3 Puerum *h* quemdam in villa Ninivensi caduco morbo ægrotantem parentes S. Cornelio obtulerunt; & quamdiu censum solvit, liber ab infirmitate permansit. Qui adolescens factus, & quid puer passus fuerit, non reminiscens, annualem censum retinuit. Quid plura? Infirmitas rediens, contemptum Benefactoris vindicavit, & *i*... per aliquot dies torquendo, semivivum detinuit... Nos vocati, ut illum communicaremus *k*, nequivimus; quia præ nimietate & assiduitate caducæ infirmitatis morsu lingua ejus sic intumuerat, ut nec loqui, nec glutire aliquid valeret. Tunc nos ad ecclesiam redeuntes sequuntur parentes, illum portantes seminecem, & altari S. Cornelii iterum cum oblatione obtulerunt; & sic domi * retulerunt. In spatio autem illius noctis tantùm convaluit, ut sequenti die loqui & communicari posset. Sequenti verò nocte ammonitus est in sompnis, quatenus ad satisfaciendum cum forfice & scopa *l* ad ecclesiam properaret, & sic sanitatem recuperaret. Quod sic fecit, & omnino convaluit, & ob gratiarum actionem tritico se ponderavit, & benefactori obtulit.

i

k

* domum C

l

alia mulier gravi infirmitate, liberati, puniti, & denuò sanati.

m

4 Quædam *m* mulier de propinqua villa mihi dixit, quòd meritis S. Cornelii, cui se tradiderat, liberata fuisset à quadam magna infirmitate; sed quamdiu censum, quem voverat, solvit. Nam dum eumdem censum retinuit, eadem infirmitas rediit. Tunc mulier recurrens, censum restituit, & infirmitas aufugit. Hæc mihi confitebatur, cùm postea febricitans, iterum auxilium suprà dicti sancti Patroni postularet. Talia multotiens de multis comperimus; sed aliis ista sufficiant, ut Benefactori benefacta rependere discant.

Contractæ manus restitutæ:

n

5 Quâdam *n* Dominicâ die puella quædam, Beatrix dicta, in villa Ninivensi contractione manuum cruciabatur: pro qua re nos vocati à parentibus ad consolandum eos, consilium eis dedimus, ut quantocius puellam ad ecclesiam portarent, sanctoque Cornelio offerrent; quod post vesperas fecerunt, & cum eadem in ecclesia pernoctaverunt. Sed puella passionem non sufferens, nos in ecclesia dormientes fletibus & clamoribus inquietavit, & patrem, ut ei manum abscinderet, præ anxietate rogavit... Ego patrem ad fidem hortabar, & in proximo, si crederet, ei à Deo subveniri promisi; quod ita contigit. Nam nocte fugata, & die terris reddita, circa horam tertiam reliquiis Sanctorum manus ejus tetigi, quæ erectæ priori officio restituebantur. Hinc exhilarati, signa ecclesiæ pulsavimus, clerum & populum convocavimus, & Dominum, qui facit mirabilia magna solus, unusquisque linguâ suâ laudavimus.

D

Lipsanotheca S. Cornelii facta, quâ ignis exstinguitur.

o

6 Protinus isto & multis aliis miraculis nos omnes lætificati, scrinium S. Cornelio condecens fabricare decrevimus; quod ipsius adjutorio, & sine mendica postulatione honorificè consummatum est. Post hæc *o* non longè ab ecclesia accidit incendium domorum, & exaltata flamma periculum domibus in ordine positis minabatur,... & vis ignis hominum vires superâsset, nisi pietas Domini in necessitate juvisset. Nam cùm scrinium S. Cornelii circumferretur, & illi super tectum stantes, & miserabili voce clamantes, auxilium de cælo petîssent, subitò flamma, quasi vim desuper pateretur, in seipsam recolligebatur. Sedato autem igne per divinam potentiam, scrinium ad ecclesiam cum honore retulerunt &c.

E

Brachium marcidum

p

7 Frater Lambertus, laicus nostræ religionis de cœnobio Floreffia *p*, ... curiam de Herleymont regens, nostris in Reynisart plurimum consolationis & adjutorii præstiterat. Accidit, ut ejus brachium præ nimia infirmitate mortuum, sine ullo officio corpori adhæreret. Cúmque dimidio anno hoc sustinuisset, quâdam nocte in sompnis visum est ei, quòd abbas noster ei diceret: Veni ad patronum nostrum S. Cornelium; & sanitatem recipies. Venit nocte Purificationis ad Ninivensem ecclesiam; & cùm matutinis Horis interesset cum cæteris fratribus, Deum cœpit rogare per merita suæ Genitricis, & convertens se ad S. Cornelium, cum lacrymis inquit: O sancte Corneli, per merita fidelium tuorum hîc tibi famulantium te contestor, ut, sicut in visione mihi promissum est, misericorditer restituas mihi brachium.

F

pristino vigori restitutum.

q

8 Continuò tantus fragor ejus capiti incidit, ut illud findi medium putaret, & mente excedens, quid sibi evenisset, ignoraret. In se autem reversus, sensit brachium suum esse sanatum. Unde quantùm exultavit, quantas in corde Deo gratias egit, nondum voce, sed profusis lacrymis demonstravit; quia tacendi tempus interrumpere nolens, tempus loquendi expectavit. Completis verò matutinis Laudibus, hospitalis frater *q* nescius, quid ei contigerat, ad lectum eum ut hospitem reduxit. Manè autem facto, Prior noster pro eo in oratione solicitus, & facti in eo tanti beneficii nescius, ut infirmum visitavit, ducturus ad locum reliquias continentem, gratiâ impetrandæ sanitatis. Tunc ille Priori ad pedes corruit, & se esse sanatum indicavit. Ductus est ad capitulum, sanum fratribus ostendit brachium &c....

Ninovia fatidiali igne immunis servata:

r

9 Quodam tempore plaga ignis judicialis *r*, Dei, ut credo, justo judicio contigit in provincia nostra, ita ut multi, membris amissis, alios, ne talia paterentur, formidare facerent. Hic quippe vastator ignis putridas carnes, & ad omnium nauseam fœtentes, etiam cum ossibus paulatim consumit, & non humanâ, sed divinâ medicinâ com-

A compescitur. Ninivenses perterriti, consilio sacerdotis sui patrocinio S. Cornelii se omnes à minimo usque ad maximum tradentes, annuatim ei censum solvere voverunt, si meritis ipsius ab hac horrenda passione liberarentur. Et sicut sæpe probatum est, quòd Deus omnem villam S. Cornelio dicatam à tempestate & ab omni infortunio servat liberam, ita nunc ab hac pestifera clade custodivit illæsam.

viarii eo morbo arrepti,

10 Eo tempore allati sunt multi ab aliis villis ad ecclesiam nostram hoc igne tabifico ardentes, qui fletibus & clamoribus omnes præsentes, etiam inimicos, ad lacrymas commovere possent... Et ego dolore tactus, dixi, quòd talium passio magis me læderet, quàm sanatio lætificaret, & malle me abesse, quàm istis, dum paterentur, interesse. Sanata est eo tempore mulier quædam de Oltem *f* ambobus pedibus desperabiliter infectis, quæ S. Cornelii meritis pedes sanitati restitutos accepit. Puer etiam de eadem villa ipsa die, quâ venit, est sanatus. Alii duo ejusdem villæ similiter. Mulier de Ramsbecca ad ecclesiam nostram veniens, liberatur : domum rediens, cruciatur ; ecclesiam iterum repetens, relaxatur, & post dimidium ferè annum, excepto, quòd perdiderit articulum pedis, integrè est sanata *t* ; uti & duo alii ejusdem villæ.

f

B

t

per S. Cornelium

11 Juvenis de Ockengem *u*, in B. Mariæ ecclesia non sanatus, volente beata Virgine, S. Cornelio servatur ; antequam ad ecclesiam pervenit, voto materteræ sanatur. Puella quædam de Steenhuysen *x*, cujus ecclesia miraculis S. Mariæ assiduè decorata est, per quatuordecim dies nullam ibi sanitatem recipiens, tandem Niniven advehitur, tamquam à Dei Genitrice missa ad ministrum suum Cornelium ; ob cujus reverentiam sanatur. Quidam vir de Oltra *y*, mulier de Haletra *z*, mulier de Pollar *aa*, puella de Merbeca *bb*, ad ecclesiam nostram ardentes venerunt, & meritis sanctissimi Cornelii convaluerunt. Hæc & alia multa beneficia ferè infra dimidium annum in ecclesia Ninivensi, nobis cernentibus, contigerunt.

u
x
y
z
aa
bb

Ninoviæ sanati.

12 Quidam adolescens, Ingelbertus nomine, de Holtem *cc*, eodem igne usque ad mortem maceratus,... vectus est ad ecclesiam Ninivensem... Veniens igitur ad ecclesiam in vespera Sabbathi, clamore miserabili & fœtore intolerabili totum habitaculum implevit. Nocte autem transacta, Dominica die Dominus ob B. Cornelium ignem sævientem compescuit, & quem citò moriturum putavimus, contra spem nostram vitæ donavit ; excepto, quòd virgam virilem, ne plùs peccaret in ea, amisit.

cc

C

ANNOTATA.

a *In codice Ms. membranaceo, ex quo hæc omnia descripta accepimus, fol.* 22 *sequens titulus generalis miraculis præfixus est :* Incipiunt miracula, quæ per merita S. Cornelii Ninive contigerunt. *Ninive autem hîc, ut sæpe aliàs, antiquo nomine pro* Ninovia *scribitur. Observandum quoque est, quòd, quemadmodùm solius* S. Cornelii *in titulo fiat mentio, nulla verò* S. Cypriani ; *ita subsequentia miracula* S. Cornelio, *non* S. Cypriano, *saltem expressè, adscribantur. Post generalem titulum sequitur peculiaris :* De igne exstincto.

b *Exempla aliquot tutelæ & ultionis, quæ anonymus noster Deo accepta refert, in Ms. nostro ex illo relata habeo ; verùm cùm ea ad historiam abbatiæ Ninovienſis potiùs, quàm ad* SS. Cornelium *aut* Cyprianum *spectent, prætermittenda putavi ; unum tamen & alterum suprà attigimus.*

A. ANONYMO.

c Oitus *hic, quem Balduinus Ninovienſis in Chronico, & post hunc Cornelius van Gestel parte* 2 *Historiæ sacræ & profanæ archiepiscopatûs Mechlinienſis, pag.* 195 Oiotum *appellant, fuit canonicus secularis Ninovienſis, quando auctore Balduino Wala, altero ejusdem loci canonico, in eam ecclesiam Præmonstratenſes à Gerardo Ninovienſi advocato seu dynasta introducti fuere. Factum id est anno Christi* 1137, *ejus Ordinis canonicis è Parchenſi prope Lovanium abbatia accitis, & Gilberto Laudunenſis abbatiæ canonico iisdem præfecto.*

d *Hæc dicta ob viri simplicitatem ignoscenda sunt.*

e *Locus hic, qui Ninoviæ vicinus fuisse videtur, in Tabulis, quas consului, mihi non occurrit, neque operæ pretium visum fuit eum pluribus indagare. Ceterùm huic miraculo is titulus præfixus est :* De muliere excæcata.

f *In Ms. nostro hic titulus præmittitur :* De puella igne judiciali cruciata. *Est autem* ignis *hic,* E *qui etiam* sacer, & infernalis, *aliisque præterea nominibus appellatur, teterrimus morbus, carnem atque ipsa ossa exedens, & fœtoris pessimi, quem sub finem seculi* XI *in Flandria vehementer exarsisse, videre est tom.* 2 *Januarii in S. Antonio Magno eremita, pag.* 156, *ubi etiam horrendos ejusdem effectus addisces, quos & anonymus noster infrà referet. Ex Vita quoque S. Hugonis Lincolnienſis episcopi, qua in Museo nostro Ms. exstat, ad diem* 17 *Novembris danda, lib.* 5, *cap.* 13 *liquet eumdem morbum eâ ipsa ætate, de qua anonymus noster loquitur, in Galliis viguisse ; cùm laudati Hugonis biographus ibidem testetur, multos à se visos eo laborantes apud S. Antonii eremitæ corpus in archicœnobio ejus in Delphinatu liberari.*

g *Solebant scilicet beneficii à Sanctis impetrandi gratiâ sese eorum obsequiis mancipare, ac censu quodam quotannis pendendo redimere, sicque se eorum servos profiteri ; quod postremum hæc mulier præstare erubescebat, ne pristini morbi memoriam refricaret.*

h *In Ms. præmittitur :* De juvene caduco.

i *Hæc puncta aliquid omissum indicant : quid autem, aut cur omissum fuerit, in Ms. nostro annotatum non est. Eadem signa etiam infrà sæpe recurrent ; sed æquè incertum, qua de causa : quod sufficerit hîc semel monuisse.* F

k *Est enim parœcia Ninovienſis abbatiæ annexa, & etiam hodiedum ab aliquo ex ejusdem alumnis administratur.*

l *Nempe ut hisce instrumentis servum se* S. Cornelii *publicè profiteretur.*

m *Pro titulo hîc legitur :* Aliud quoque miraculum simile narrabo.

n *Hujus titulus est :* De puella contracta & sanata ; & de scrinio S. Cornelii.

o *Item hîc præmittitur :* De incendio per scrinium exstincto.

p Floreffia *est Ordinis Præmonstratenſis abbatia inter Belgicas honore & antiquitate prima, & totius Ordinis tertia ; condita est ad fluvium Sabim duobus circiter milliaribus Namurco dissita. Porrò huic miraculo is titulus præfixus legitur :* De Fr. Lamberti brachio sanato.

q *Id est, cui cura hospitum demandata erat.*

r *Titulus subsequentibus miraculis ad finem usque*

A. ANONYMO.

que hujus capitis, in Ms. est talis : De plurimis ab igne judiciali sanatis. *De hac autem igne seu morbo vide dicta superius ad litteram* f.

f *Neque hic locus mihi notus est, nisi fortè sit* Hautem S. Livini, *pagus medio ferè itinere Gandavum inter & Ninoviam situs, quem Cornelius van Gestel parte* 2, *pag.* 278, *in diplomatibus* Holthem *appellatum affirmat.*

t *Nescio, an hæc ita intelligenda sint, ut dicatur mulier post medium annum ab adita* S. Cornelii *ecclesia, an verò statim post iteratum ad eam ecclesiam accessum, elapso jam à contracto morbo ferè semestri spatio, sanata fuisse. Si primum, multum sanè beneficio decedit; quod ut minimùm hinc dubium redditur; si secundum, de eo prudenter dubitari non potest.*

u Okegem *exiguus pagus, seu vicus est medio circiter milliari Ninoviâ dissitus ad Teneram fluvium. Ecclesiam paræcialem sanctissimæ Deiparæ Genitrici sacram habet, de qua mox meminit anonymus noster.*

x Steenhuyse *pagus est, principatûs titulo insignitus, uno circiter cum dimidio milliari Ninoviâ distans versus Aldenardam.*

B y *Pagus est comitatus Alostani, nunc* Aultre *&* Oultre *dictus; distatque medium circiter milliare Ninoviâ.*

z *Vulgò* Haeltert *seu* Aeltert, *prædicti comitatus pagus est, uno circiter milliari Alosto dissitus.*

aa *Situs hic pagus est ad Teneram fluvium medio milliari Ninoviâ, Gerardi-montem versùs.*

bb *Vulgò* Meerbek *municipium cum pago est in finibus Brabantiæ prope Ninoviam, à qua medio milliari distat.*

cc *Vide dicta ad litteram* f.

CAPUT II.

Varii alii morbi per ejusdem Sancti patrocinium prodigiosè sublati.

C *Visûs & membrorum debilitas sublata.* *a* *b*

AQua *a* etiam sanctarum reliquiarum intinctione sanctificata quantam medicinam variis languentibus, & eam cum fide præguſtantibus [contulerit *b*,] magis semper mirari potui, quàm ad scribendum memoriæ retinere. Quidam laicus frater noster Witgerus, vir bene religiosus lumine oculorum penè amisso, ferè inutilis effectus est, baculo viam temptans. Quadam die dum staret in ecclesia, ubi presbyter parochianus, nomine Balduinus *c*, reliquias S. Cornelii ad medelam languentium aquis intingeret, ipse cum devotione accedens, de eadem aqua libavit, & oculi ejus ex ea liniti sunt. Abscessit, & qui omnimodò debilis antea fuerat, jam visu & omnibus sensibus corporis sui validus redditus, baculum etiam debilitatis suæ abjecit, & toto corpore incolumis postea vixit.

c

Morbo comitiali laborantes, *d*

14 Experimento *d* didicimus, quòd non solùm ad ecclesiam eum quærentibus magnus Cornelius subvenit, sed ubicumque in necessitate invocatus, si fides promeretur, nihilominus pius Adjutor existit. Nam multi ex villis remotis filios suos, caduco vel alio morbo infirmantes, S. Cornelio tradere voverunt : & statim, licèt ecclesiæ absentes, domi convaluerunt. Mulier quædam de portu Gandensi *e* duos liberos habuit, caduco morbo miserabiliter ægrotantes, quos ipsa domi S. Cornelio obtulit, cujus crebra miracula, fama volante, dudum cognoverat; & qui nusquam deest in necessitate se invocantibus, meritis præfati Martyris optatæ sanitati eos restituit. Hæc per matrem cognovi, cùm in ecclesia nostra pro filiis absentibus solveret oblationem, & pro incolumitate eorum gratiarum Deo redderet actionem. D *e*

invocato S. Cornelio, votoque ipsi facto, *f* *g*

15 In Flandria etiam, in urbe nomine Vurnis *f*, à Priore loci illius fratres nostri audierunt, quòd filius cujusdam militis caduco morbo ibi validè infirmaretur, & quòd ad invocationem S. Cornelii subitò convaluerit. Mulier quædam provectæ ætatis de Alost *g* cum oblatione & gratiarum actione venit ad sanctum altare nostrum; quia caduco morbo quinquies una die, graviter cruciabatur, sed S. Cornelium invocando, meritis ipsius liberabatur. Mulier & juvenis quidam de Flandria ad ecclesiam Ninivensem simul venerunt, & votum, quod S. Cornelio voverant, reddiderunt. Infirmabantur autem caduco morbo in sua patria, sed audito rumore miraculorum S. Cornelii, ipsius auxilium invocavêre, & statim convaluêre. E

sanati : mulieri auditus redditus. *h*

16 Ava uxor Hugonis de Okengem *h* penitus auditum amiserat . . . Habuit & filiam, quæ ita caduco morbo ægrotaverat, ut tribus continuò diebus & totidem noctibus sine intermissione vexata, . . . particulam linguæ suæ dentibus sibi abscideriț. . . Vovit mater eam, & quidquid ex ea proveniret, S. Cornelio, si ei subveniret : & mirum in modum semianimis puella, Geilewigis vocata, repentè caput elevans resedit. . . Mater recordata tam celeriter recuperatæ sanitatis, cum lacrymis taliter inquit : O sancte Corneli, sicut reddidisti mihi filiam desperatam, ita antequam crastina dies advesperascat, amissum mihi restituas auditum; ut hoc signo patenter agnoscam, quòd non casu, sed tuo beneficio reddita sim sanitati : & sicut dedi filiam, ita meipsam tuæ tradam servituti. Orationem sequitur effectus, & infra terminum constitutum integrum recepit auditum. Hæc, matre sæpiùs narrante, quia vicina & nota nobis erat, & aliis referentibus, vera esse cognovimus.

F *Puer morbo comitiali liberatus; contracta erigitur :*

17 Mulier quædam in villa nostra filium habuit, qui caducum morbum patiebatur, & filiam parvulam, quæ cruribus ita contrahebatur, ut calces ejus natibus, genua verò pectori ejus jungerentur. Sed filium S. Cornelio offerens, statim incolumem recepit; filiam sine spe sanationis domi retinuit. . . Consilium ei dedi, ut hanc etiam S. Cornelio offerret, promittens ei per Sancti meritum, aut subitam sanitatem, aut mortem obventuram; quod de aliis hîc oblatis evenisse probaveram : ideo huic sanitatem, & tamen plùs mortem promisi *i*. Mulier verò meis consiliis acquiescens, puellulam ita contractam attulit, & scrinio S. Cornelii obtulit, consumptis carnibus, pellem tantummodò ossibus adhærentem habentem. Talem dum vidimus, spem nullam sanationis ejus habuimus; sed dum reportaretur, subitò erectis cruribus, contra spem omnium, qui eam noverant, jam ambulâsset, si vires habuisset; quod in brevi fecit, postquam vires recuperavit. Quod ego à matre audiens, vix credidi, nisi illuc îssem, & oculis meis vidissem. *i*

alii morbo comitiali graviter afflicti. *k*

18 Homo quidam de Volensella *k* tres liberos suos caduco morbo pariter ægrotantes ad ecclesiam Ninivensem attulit, & S. Cornelio obtulit.

A lit. Poſt oblationem in ſpe cum eiſdem rediit domum, & duobus ſanatis, tertius adhuc infirmus remanſit, & ex his, quos domi incolumes reliquerat, alius etiam ægrotare cœpit. Pater verò cum his duobus S. Cornelium adiit, & ponens eos in eccleſia, promittit ſe de ſanctuario non receſſurum, niſi ſanatis filiis ſuis, aut omnino mortuis. Et ibi manens paucis diebus, omnibus, qui aderant, præbebat ſpectaculum lamentabile... Fateor, de ſalute eorum deſperavi, quos ſemineces cotidie aſpexi, & mortem eis tamdiu protelari ægrè tuli... Sed omnipotens Deus... contra ſpem omnium noſtrûm morti proximos convaleſcere fecit. Nec fruſtra Deus curationem illorum diſtulit; quia probatâ perſeverantiâ patris, tandem importunitate precum excitari voluit. Non enim dilatio quidquam obfuit, imò multùm eis profuit; quia quod cum labore acquiritur, cariùs poſſidetur...

ſimiliter ſanati: hernia curata.

19 Quodam tempore homo quidam, coquus domini Walteri de Tenremont, caduco morbo tam validè infirmabatur, ut omnis, qui eum yideret, de vita ejus deſperaret... Promiſit, ſe S. Cornelio ſerviturum, & convaluit; & vota ſolvens, B ecclesiam Ninivenſem petiit, & ſervitio S. Cornelii cenſualiter ſe mancipavit. Ego eum alloquens, ut emendatiùs viveret, enixè rogavi; fuerat enim non legitimè ſociatus fornicariæ: promiſit, & ad propria revertens, à nobis diſceſſit. Homo *l* quidam de Cathem, Willelmus nomine, filium habuit parvulum Gerardum, utraque parte ruptum... Parentes ejus pro ſalute pueri vota vovebant, promittentes cenſualiter eum tradere S. Cornelio famulaturum. Puer miſerabiliter ruptus, inguine ſcilicet uſque ad genua ferè pendente, dormitum collocatur. Manè puer ſurrexit incolumis, & ſine ſigno ruptionis.

l

Amiſſi corporis ſenſus, & contractis

m n

20 Filia cujuſdam Ingelberti, vicini noſtri de Holthem *m*, omnibus corporis ſenſibus amiſſis *n*, & tamen tanta fortitudo in ea remanſerat, ut vinculis ſtricta vix adhuc viribus patris teneri poſſet. Sic autem aliquantis diebus ſine ſenſu jacebat. Tunc parentes ejus S. Cornelio eam offerre voverunt, & mox incolumem receperunt; qui ſimul cum filia ſanata ad eccleſiam venientes, Auxiliatori gratias egerunt, & narrantes, quid eis contigerit, nos omnes lætificaverunt. Filius mulieris cujuſdam de Fliderſele *o* circitèr annorum novem, contractione omnium membrorum ſuorum per aliquot dies laborabat... Tunc parentes S. Cornelio hunc voverunt offerre, ſi meritis ejus incolumem mererentur recipere. Mox infra duarum horarum ſpatium adeſt ille Medicus, qui tranſcendit omne ſpatium, & meritis ſibi dilecti Pontificis amovit omnem dolorem infirmitatis... Tunc mater, aſſumpto filio, ad ſanctam venit eccleſiam, & ſolvens S. Cornelio, quod voverat, dixit, quod ſibi contigerat. Hinc exhilarati populi convenerunt & clerici, & ſonoris vocibus Te Deum laudamus.

o

C

membrorum uſus redditus: hydropicus ſanatus.

21 Poſt hæc autem brevi intervallo cujuſdam Theodorici parochiani noſtri filia, ſimili infirmitate præventa, in ulnis patris ad eccleſiam portabatur, & intra tres dies ſenſibus, quos amiſerat, reſumptis, ſanitati priſtinæ eſt reddita. O Sancte, qui tot miraculis Deo probaris amabilis, tuis nos inſtamus laudibus, tuis adjuvemur

p precibus! Homo quidam de Lebecca *p*, ut nobis videbatur, hydropicus & morti proximus, deſiderio ſalutis oratorium petiit S. Cornelii, Niniveniis medici. Quem dum vidimus, nec etiam manducare poſſe audivimus, de vita illius deſperavimus. Aliquantùm verò diei jacens in eccleſia, paululùm ſoporatus eſt, & expergefactus ſedatum ventrem ſimul & eſuriem ſenſit... Oblatis ergo cibis, guſtavit, confortatus diſceſſit, & in brevi tempore (Laus tibi Chriſte) convaluit.

A. ANONYMO

alter manuum contractione, mulier infirmitate liberantur

22 Puer quidam de Ramsbecca contractione manuum, quibus nihil facere valebat, moleſtabatur. Parentes S. Cornelio puerum ſe oblaturum * decreverunt, promittentes etiam, ut, ſi filius convaleſceret, propriis manibus ſpicas in meſſe colligeret, ex quibus triticum excuteret, quod pro pondere corporis ſui Sancto offerret. Eâdem horâ puer convaluit, & manus, quas cum tormento geſſerat, per virtutem S. Cornelii ad uſum deinceps poſſidebat. Vir quidam de Goika *q* narravit cuidam fratri noſtro ſacerdoti, etiam me audiente, quod uxor ejus nimia infirmitate detenta, per dimidium annum de lecto ſurgere non valuiſſet. Poſt hæc eidem mulieri per ſompnum videbatur, quòd S. Cornelio candelam ad menſuram ſuæ longitudinis offerre deberet, & optatam ſanitatem reciperet. Paratam candelam per manum viri ſui S. Cornelio mittens, obtulit: ille verò, peracta oblatione, reverſus, uxorem ſuam E incolumem recepit *r*.

q

r

* *fortè* oblaturos

ANNOTATA.

a *Titulus huic miraculo præfixus is eſt:* De aqua ſanctarum reliquiarum tactu ſanctificata.

b *Voculam hanc uncis incluſam addidi, ut hiulcam periodum implerem.*

c *Ninovienſis canonicus, qui, ut ſæpe diximus, nobis hæc deſcripſit, obſervat, hunc Balduinum eumdem eſſe canonicum, cujus conſilio ea abbatia à Gerardo fundata eſt. Conſule Annotata ad caput* 1, *litterâ* c.

d *Hiſce titulus præmittitur:* De ſanatis à morbo caduco.

e *Exiſtimo, hîc eum locum deſignari, qui hodie* Saſſum Gandavenſe, *vulgò* het Sas van Gendt, *appellatur.*

f Furnæ *incolis* Veurne, *Belgii Auſtriaci oppidum eſt in occiduo Flandriæ tractu. Eſt in eo vetus abbatia S. Nicolai Ordinis Præmonſtratenſis, de cujus Priore anonymus noſter mox loquitur.*

g Aloſtum *Flandricè* Aelſt, *oppidum Belgii eſt in Flandria imperiali, cujus caput eſt.*

h *Vide dicta ad caput* 1, *litterâ* u. F

i *Satis mirabilis eſt hæc promiſſio, quæ tamen ex commiſerationis affectu nata videtur, ne ſcilicet puella diutiùs cruciaretur.*

k Volleſele *pagum in limite archiepiſcopatûs Mechlinienſis, quà Cameracenſi adjacet, ac duobus circitèr, aut paulò minùs, milliaribus Geraldimontio diſſitum in Tabula prædicti archiepiſcopatûs reperio.*

l *Poſtremus hîc denique titulus præmittitur:* Aliæ infirmitates miraculosè ſublatæ.

m *Conſule Annotata ad cap.* 1, *litterâ* f. *Sed cùm Ingelbertus* vicinus *hîc dicatur, & pagus* Holthem, *de quo ibidem egimus, plùs quàm duobus milliaribus diſtet Ninoviâ, facilè poteſt aliquis alius ejus nominis locus hîc deſignari.*

n *Vitioſa hæc eſt periodus, quam ut emendes, lege:* Omnes corporis ſenſus amiſerat *&c.*

o *Hodiedum* Vliederzele, *in diplomatibus* Fliterſele *vel* Flitherzele, *pagus eſt duobus circitèr milliaribus, aut paulò minùs, Aloſto diſſitus.*

p *In Tabula archiepiſcopatûs Mechlinienſis non procul Ninoviâ* Sacellum Lebbeke *reperio: hunc-*

A ue, an alium locum anonymus designet, inexploratum mihi est, nec necesse est pluribus inquirere.

q *In laudata Tabula pagus* Goycke *uno circiter cum dimidio milliari Ninoviâ dissitus exhibetur.*

r *In Mss. nostro subduntur hîc aliquot alia seu miracula seu beneficia multò recentiora, & ab aliis annotata, quæ nos suprà § 2 recensuimus. Monet etiam Ninovienſis amicus noſter, prædicta miracula, quæ duobus capitibus dedimus,* nonnullis etiam omissis, ex sæpe citato anonymo Ms. fideliter exscripta esse. D

DE S. PULCHERIA IMPERAT. VIRG.

APPENDIX AD TOMUM III SEPTEMBRIS.

J. P.

Ratio, cur huic tomo ista subnectantur.

Usè & operosè disseruerat in assignato tomo à pag. 504 Stiltingus noster de gestis sanctæ hujus Virginis imperatricis, & non sine quodam animi sensu insinuaverat § 1 *Commentarii historici, non assequi se, quid causæ fuerit, cur illa, quam scriptores Latini & Graci summis passim extollunt laudibus ac elogiis celebrant præstantissimis, cultum non habuerit tam celebrem, quàm mereri videntur eximiæ virtutes, quibus eam floruisse omnes consentiunt. Hæc ille, inquam, insinuaverat, quando non ita dudum pòst tacitis ejus votis ac piis aliorum supplicationibus annuit Sanctissimus Dominus noster Benedictus XIV Pontifex undecumque Maximus, pro suo ad promovendam Sanctorum venerationem studio verè singulari, datis Litteris in forma Brevis benignissimè concedens, ut augustæ ac de Ecclesia Romana meritissimæ Virginis memoria festo annuo recolatur tum apud Canonicos regulares in Lusitania, tum apud sacerdotes Societatis nostræ, ubique terrarum degentes. Solebamus quidem ferè novas notitias, pòst edita Sanctorum Acta nobiscum communicatas, seponere atque in supplementa toti Operi deinde subjicienda reservare, ne justo frequentior recurreret studiorum & statuti ordinis intermissio; at verò quoniam tomus tertius Septembris, Acta* S. Pulcheriæ *complectens, præcedit proximè, ac proin huic quodammodo connexus est, dictum ordinem haud multùm invertendum esse existimavimus, imò piis lectoribus rem gratam nos facturos confisi sumus, si Literas istas, quas ipse Sanctissimus Dominus pro benevola sua, noviſque continuò declarata beneficiis, erga humilitatem nostram animi propensione, splendidè compactas Antverpiam destinari voluit, hîc ad calcem annecteremus.*

B

C

SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET D. N.

DOMINI

BENEDICTI

DIVINA PROVIDENTIA PP. XIV

LITERÆ APOSTOLICÆ, IN FORMA BREVIS, in quibus Officium & Missa propria S. Pulcheriæ virginis imperatricis die VII Julii sub ritu duplici majori pro Canonicis regularibus in Lusitania, extenditur ad omnes sacerdotes Societatis Jesu, simulque ad collegiales & seminariorum alumnos, cum ipsis conviventes, Missa verò etiam ad omnes sacerdotes in eorum ecclesiis celebrantes. *Sanctissimus Dominus Benedictus PP. XIV,*

E

BENEDICTUS PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

REligiosum Sanctorum cultum, quos in triumphanti Ecclesia cum Christo duce regnantes, quoties pio fidelique corde à militantis Ecclesiæ civibus invocati fuerint, opportunam salutaremque porrectis precibus opem accommodare credimus, Catholica Ecclesia, à Spiritu sancto edocta, ea potissimùm ratione promovere ac præcipere studuit & contendit, ut Christi fideles non solùm præclara heroicarum virtutum exempla ab illis relicta assiduè imitari, verùm etiam suis in angustiis præsentissimum eorumdem Sanctorum præsidium implorare satagerent & adniterentur.

2 Atque ad eorum præsertim Domesticorum Dei & beatæ patriæ Civium venerationem magis magisque provehendam propagandamque incubuit, qui non tam eximiis Christianæ pietatis operibus & assiduis Christianæ pœnitentiæ exercitationibus addicti sese dignos ac participes æternæ felicitatis reddiderunt, quàm incredibili studio, ardenti zelo & laboribus nunquam intermissis curârunt, ut divini honoris cultus adaugeretur, Catholica fides sarta tectaque servaretur, ac propagaretur, suprema Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis auctoritas ac reverentia ubique terrarum maximi fieret, debitâque obedientiâ coleretur, atque filialis erga Beatissimam Virginem Dei Genitricem Mariam pietas & amor in omnium Christi fidelium cordibus excitaretur & exardesceret. *promovendæ Sanctorum gloriæ*

F

3 Nos autem, qui in illustrandis Sanctorum tam recentium quàm antiquorum Actibus, eorumque cultu promovendo, per omnem ferè vitæ nostræ ætatem adlaborare, ac tot volumina eapropter edere non omisimus, sæpe mirabamur (quemadmodum deinceps observavimus, ipsos quoque Bollandistas Societatis Jesu presbyteros, de Beatorum Sanctorumque gestis Actibusque in lucem emittendis, vindicandis, condignoque honore habendis meritissimos, & Apostolicæ etiam prædicationis encomiis laudandos, *peculialiter intentus, & de S. Pulcheriæ*

A dos, mirari) Romanam Ecclesiam, quæ quamplurimos Orientalis ecclesiæ Sanctos Officio & Missâ etiam solemnibus recolere consuevit, sanctæ Æliæ Pulcheriæ virginis augustæ imperatricis memoriam in Martyrologio Romano dumtaxat recitandam mandâsse.

in Ecclesiam Romanam meritis plenè instructus,

4 Illa enim in regia Constantinopolitana aula educata, asceticæ vitæ institutum inter ipsos aulæ luxus ac delicias & continua gravissimaque totius ferè orbis negotia, sive vivente germano fratre Theodosio adolescente imperatore, sive cum Marciano (à se in imperatorem suumque conjugem, servata tamen castitate, adlectum) ita sectata fuit, ut universis summæ admirationi esset, summisque laudibus celebraretur ab omnibus bonis, sanctisque Patribus, atque ab ipsis in primis Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Pontificibus, qui eam veluti firmissimum Catholicæ fidei adversùs hæreses columen ac præsidium, & luculentissimum Christianarum virtutum omnibus utriusque sexus hominibus ac principibus exemplar à bonorum omnium largitore Deo in aspera illorum temporum conditione datam prædicarent. Eapropter Nobis in sublimi hac sacrosancti
B Apostolatus Cathedra constitutis perquam maximè gratum accidit, cùm primùm quidem Nobis oblatus fuit supplex libellus tenoris, qui sequitur:

oblato libello supplici,

5 „BEATISSIME PATER. Sancta imperatrix „Pulcheria tam à sanctis Patribus quàm à synchronis scriptoribus maximè celebratur, tum ex „privata vivendi ratione, tum maximè ob Catholicæ fidei zelum, quam inconcussam servare, tempore quamvis difficillimo, conata est „summo studio. Non modò enim perpetuam vovit ipsa virginitatem, quam etiam in conjugio „incontaminatam servavit; verùm & auctrix „fuit, ut sorores suæ virginitatem pariter vovevent: scilicet ut ipsa sanctam religionem fortiùs tutaretur; sorores verò per conjugia imperium religionemque in aliquod periculum adducere non possent. Fratrem præterea imperatorem opere & consilio adeò prosperè adjuvit, „ut imperii felicitas vel cum ipsa ab aula exulare, vel cum ipsa in aulam redire videretur. Deo „autem in primis ita inservire studuit, ut noctu „etiam, ad laudes eidem canendas unà cum augustæ familiæ principibus, sacrosque Libros le-
C „gendos, alacriter surgeret.

in quo expositis iisdem Sanctæ meritis,

6 „Hæc ex Annalibus Ven. Cardinalis Baro„nii, ex Actis Sanctorum per continuatores Bol„landianos editis, atque ex luculentissimis alio„rum plurium scriptorum testimoniis delibata sunt. „Verùm præclariora sunt, quæ sanctissima ac „fortissima Mulier, zelo Dei æstuans pro Catho„lica fide gessit: quæ ut ampliùs innotescerent, „fecit Sanctitas Vestra, dum conciliorum studia „instituit, atque in dies promovet, fovetque a„mantissimè. Percurrentibus quippe posteriora duo „ex quatuor illis prioribus generalibus conciliis, „quæ sanctus Gregorius Magnus, Prædecessor „Sanctitatis Vestræ, veluti quatuor Euangelia „venerabatur, Ephesinum videlicet & Chalce„donense, quid occurrit, quod in maximam „sanctæ Imperatricis laudem non vergat? Id tan„tùm innuere sat erit, teste S. Leone Magno, „Sanctitatis Vestræ itidem Prædecessore, & ab „illa omnes hæreses fuisse profligatas, & utrum„que laudatum concilium invictè defensum, in „quorum altero Divina Maternitas, in altero „duplex in Unitate Personæ Christi natura sta„tuta est: quare idem S. Leo eidem epistolam,

„exultationis & gratulationis, totius Ecclesiæ no„mine, plenam dedit.

7 „Ad augendum itaque cultum sanctæ Pul„cheriæ virginis, de Deipara Virgine Catholica„que Ecclesia optimè meritæ, & per omnes „mundi partes, in quibus Domini Euangelium „prædicatur, celebratæ, Canonicorum regula„rium S. Augustini in Lusitania reformator pro „ipsis cæterisque, qui ex concessione Apostolica „Calendario eorum utuntur, nec non patres So„cietatis Jesu Panormi, & in Romano tyrocinio „sancti Andreæ degentes, humillimè Sanctitatem „Vestram exorant, ut facultatem eisdem con„cedere dignetur recitandi Officium de sancta „Pulcheria singulis annis, ritu duplici majori, „die septima Julii, quo mense probabiliùs vi„detur eadem obiisse, quamquam dies certò non „constat; iisdemque oratoribus aliisque sacerdo„tibus, ad illorum ecclesias confluentibus, fa„cultatem eadem die celebrandi Missam de præ„dicta sancta Pulcheria. Officium verò & Mis„sam hìc humillimè exhibent Sanctitati Vestræ. „Et Deus &c.„

facultatem recitandi Officii

8 Officium autem & Missa sunt tenoris se- E quentis. "Die VII Julii in festo S. Pulcheriæ vir„ginis imperatricis sub ritu duplici majori &c. „Officium & Missa de communi VV. primo lo„co, exceptis his, quæ hìc habentur propria. „ORATIO. Deus, qui B. Pulcheriam virginem „tuam singulari castitatis prærogativâ decorâsti, „quique illi, ad defendendam Ecclesiam tuam, „summum fidei amorem tribuere voluisti; conce„de, ut ejus intercessione Tibi puris mentibus in„hærentes, ab omnium hostium insidiis misericor„diter liberemur. Per Dominum &c. LECTIO„NES primi Nocturni de Epist. S. Pauli: De vir„ginibus præceptum Domini non habeo &c.

cum lectionibus 2 Nocturni

9 IN SECUNDO NOCTURNO. LECT. IV. Æ„lia Pulcheria augusta, avo, fratre atque viro „Romanorum imperatoribus maximè nobilis, „profligatis suâ præsertim operâ hæreticorum „erroribus, & Catholico dogmate circa Incar„nationis Mysterium & Divinam Maternitatem „constituto, multò nobilior, ab ipsa pueritia „tantâ sapientiâ divinitus prædita fuit, ut ii, „quibus post Arcadii patris obitum imperii pro„curatio, dum Theodosius adolesceret, com„missa fuerat, ejus arbitratu omnia facerent; es- F „setque constans opinio, unius Puellulæ virtute „ac sapientiâ, quæ instare atque ingruere vide„bantur, pericula discussa & felicitatem imperio „constitutam. Domi assidua disciplinæ exactrix, „eam vivendi formam induxit, ut illa jam non „aula imperatorum, sed asceterium vulgò dice„retur. Theodosium fratrem, Eudoxiam, quam „illi matrimonio conjungendam curavit, Flac„cillam Arcadiam Marinam sorores ita imbue„bat bonis moribus, exercebatque ad virtutem, „ut, quibus ætate non multùm præstabat, eo„rum moderatrix ac propemodum mater esse vi„deretur. Qua institutione sorores quantum pro„fecerint, vel ex hoc uno intelligi potest, quòd „Pulcheriam imitatæ, se suamque virginitatem „Deo devoverunt: utque augusta Virgo ea, „quæ decreverat, ampliùs confirmaret omnesque „voluntatis suæ testes haberet, ex auro & pre„tiosis lapidibus sacram mensam in ecclesia Con„stantinopolitana pro virginitate sua, & fratris „imperio dedicavit; & in fronte ipsius mensæ „hæc eadem inscripsit.

10 „LECT. V. Potior autem ejus in Theo-

BULLA S. D. N. BENEDICTI XIV. *ex ejusdem Vita*

„ dosio instituendo eluxit cura; eumque, ubi o-
„ pus esset, mira quadam dexteritate corrigebat:
„ qui quidem talis est effectus, ut absolutissimum
„ optimi veréque Christiani principis exemplar
„ fuerit, dum Pulcheriæ consiliis est obsequutus.
„ Post diuturnam cum fratre concordiam, turbis
„ malevolorum fraude atque obtrectatione in au-
„ la excitatis, tempus nacta, quo sibi jam uni,
„ Deoque vacare posset, secessit in Hebdomum,
„ locum Byzantio suburbanum, ibique vitam a-
„ gens penè monasticam aliquamdiu se continuit:
„ cùm verò felicitas imperii unà cum ea exula-
„ ret, à fratre accersita, ubi deesse vidit, qui
„ prælia Domini pugnaret, Deboram imitata,
„ fide, ac religione armata processit, & missis in
„ omnem partem epistolis, hortando, monen-
„ do, minitando, non pecuniæ, non laboribus
„ parcens, digna effecta est, quam Patres con-
„ cilii Chalcedonensis una omnium voce atque
„ præconio custodem fidei, pacis conciliatricem,
„ expultricem hæreticorum, piam, orthodoxam,
„ novam Helenam (sicut Marcianum tunc im-
„ peratorem, novum Constantinum) consaluta-
„ rent; cuique S. Leo totius Romanæ Ecclesiæ
B „ nomine plurimùm gratularetur, ejusque causâ
„ exultare se diceret, ac digna Deo vota per-
„ solvere, quòd de Nestoriana primùm impie-
„ tate, mox de nefario Eutychetis errore perem-
„ pto duplicem illi & palmam contulerat, & co-
„ ronam.

collectis,

11 „ LECT. VI. Atque hæ tantæ curarum mo-
„ les, quas præsertim in Ephesino ac Chalcedo-
„ nensi conciliis, Romanorum Pontificum aucto-
„ ritate convocatis, necessariò susceperat, nihi-
„ lo illam ad cætera Christianæ pietatis officia
„ obeunda fecere segniorem. Assiduè cælestium
„ rerum contemplatione, sacrorum Librorum le-
„ ctione, corporis afflictationibus spontè susce-
„ ptis se exercebat. Psalmos de nocte surgens u-
„ nà cum regiæ familiæ principibus decantabat,
„ Dei ac Sanctorum (quorum & colloquio non
„ semel dignata est) cultrix eximia, quæ etiam
„ summopere semper contendit, ut erga eorum
„ reliquias cultus augeretur. Deiparam in primis
„ coluit, cui hanc ipsam Deiparæ appellationem
„ contra Nestorianorum blasphemias asseruit:
„ voluit namque summa sapientiæ suæ dispositio-
„ ne divina providentia, ut per Virginem summa
C „ Virginis dignitas inoffensa penitus servaretur:
„ quam etiam est imitata servando perpetuam in
„ ipso conjugio virginitatem: cujus denique cul-
„ tui amplificando complura templa regali planè
„ magnificentia excitavit, donariis auxit, redi-
„ tibus locupletavit. In placanda divina justitia
„ mira pietate enituit. Fuit erga pauperes mise-
„ ricordia planè singulari, quos & materna qua-
„ dam caritate complexa est, quoad vixit, &
„ moriens eorum, quæ assidua effusissimaque li-
„ beralitas reliqua fecerat, scripsit hæredes. Quod
„ cautum ab ipsa testamento fuit, diligenter cu-
„ ravit Marcianus, quem pari religionis studio
„ rebusque omnibus imperio dignissimum ipsa e-
„ vexerat ad imperium, sibique hanc ipsam ob
„ causam, salva, quam Deo voverat, virginita-
„ te, conjugem delegerat. Obiit anno quadrin-
„ gentesimo quinquagesimo tertio, magno omnium
„ luctu, maximisque sanctorum Patrum cætero-
„ rumque ejus ævi scriptorum laudibus celebra-
„ ta.

& tertii Nocturni ex Homilia

12 „ IN TERTIO NOCTURNO. LECTIO S.
„ EVANGELII SECUNDUM JOANNEM. c. XVII. 3.
„ In illo tempore dixit Jesus: Hæc est autem
„ vita æterna, ut cognoscant te solum Deum D
„ verum, & quem misisti Jesum Christum. Et
„ reliqua. HOMILIA S. Cyrilli episcopi Alexan-
„ drini. De Fide ad Pulcheriam, & sorores re-
„ ginas. LECT. VII. Sanè vos sacras, castissimas-
„ que Christi omnium nostrum Salvatoris sponsas,
„ religiosissimæ ac Deo dilectissimæ Imperatrices,
„ orbis terrarum ornamentum, sanctissimarum-
„ que ecclesiarum decus optimo jure quisquis ap-
„ pellaverit, in quibus nimirum omne virtutum
„ genus, omnisque ornatus Divinæ Majestatis o-
„ culis gratus acceptusque mirificè splendet. Ne-
„ que his opibus contentæ, omnem quoque cu-
„ ram, omneque studium adhibetis, quo fide re-
„ cta, nullamque in partem vacillante, excellatis.
„ Neque Christi regnum capessere, & ea, quæ
„ illi grata sunt, facere, & sentire omittitis, par-
„ tim quidem præclaris actionibus, partim rur-
„ sum cùm vestras, tum principum quoque ve-
„ strorum aulas virginitatis gloriâ condecorantes,
„ partim denique sumptuosissima templa Christo
„ Domino excitantes; nam & hoc quoque pie-
„ tatis studium inter cætera ille sanctis vestris a-
„ nimis impertitus est. E

13 „ LECT. VIII. Igitur ex sacris Literis vo- *S. Cyrilli Alexandrini*
„ bis verè sanctis Christi Sponsis (quamquam ad
„ quodvis opus bonum abundè instructæ videa-
„ mini) aliquid depromam. Hinc etenim, & Em-
„ manuelem verum ac naturalem Deum, & Vir-
„ ginem Matrem, quæ eum peperit, veram per
„ ipsum Deiparam esse, planum fiet. Ait Chri-
„ stus: Hæc est vita æterna, ut cognoscant te
„ solum Deum verum, & quem misisti Jesum
„ Christum. Si cum solius verique Dei cognitio-
„ ne, Jesu Christi cognitionem necessariam, con-
„ sociatamque esse oportet, & hoc ipsum æter-
„ nam vitam conciliat; cui obscurum esse po-
„ test, Christum verum esse Deum? Verbum fa-
„ nè caro factum est, sed mansit interim Ver-
„ bum.

14 „ LECT. IX. Et ego claritatem, quam de- *desumptis;*
„ disti mihi, dedi eis; ut sint unum, sicut &
„ nos unum sumus. Qualem itaque gloriam Fi-
„ lius à Patre accepisse se narrat, quam nobis
„ deinde communem fecerit? Sanè ipse ab hac
„ quæstione nos liberat, dum ait: Ut unum sint,
„ sicut & nos unum sumus. Nam etsi Dei Patris
„ Verbum, secundùm propriam hypostasim, a-
„ lius à Patre esse dignoscatur, naturali tamen i- F
„ dentitate unum planè, & idem est cum illo.
„ At quo pacto Verbum illud, unum quoque
„ nobiscum factum est? Ad eumdem omnino
„ modum, puta secundùm essentialem, & natu-
„ ralem identitatem. At cùm divina natura tanto
„ à creatura distet intervallo, ut secundùm es-
„ sentiam cum ea coire nequaquam valeat; Ec-
„ quo, inquis, modo secundùm naturam unum
„ ille factus est nobiscum, qui omnem omnino
„ creaturam excellit? Verbum factus est homo:
„ ut quemadmodum in Deitate unum & idem est
„ cum Patre; ita secundùm naturæ humanæ ha-
„ bitudinem sit unum quoque nobiscum.

15 „ Die VII Julii in Festo S. Pulcheriæ Vir- *Missæ item propriæ*
„ ginis Imperatricis duplex pro omnibus Sacer-
„ dotibus in hoc templo celebrantibus. MISSA.
„ INTROITUS. PSALM. XLIV. Vultum tuum de-
„ precabuntur omnes divites plebis: adducentur
„ Regi virgines post eam: proximæ ejus addu-
„ centur tibi in lætitia & exultatione. PSALM. i-
bid. Eructavit cor meum verbum bonum: di-
„ co ego opera mea Regi. ℣. Gloria Patri. O-
„ RATIO. Deus, qui Beatam Pulcheriam Virginem
tuam

A „ tuam ſingulari caſtitatis prærogativâ decorâſti, „ quique illi ad defendendam Eccleſiam tuam ſum- „ mum fidei amorem tribuere voluiſti : conce- „ de, ut ejus interceſſione Tibi puris mentibus „ inhærentes, ab omnium hoſtium inſidiis miſe- „ ricorditer liberemur. Per Dominum &c. Lec- „ tio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corin- „ thios. 1. Cor. 7. d. Fratres, De virginibus „ præceptum Domini non habeo : conſilium au- „ tem do, tamquam miſericordiam conſecutus à „ Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc „ bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem : „ quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus „ es uxori ? noli quærere ſolutionem. Solutus „ es ab uxore ? noli quærere uxorem. Si au- „ tem acceperis uxorem, non peccâſti. Et ſi „ nupſerit virgo, non peccavit. Tribulationem „ tamen carnis habebunt hujuſmodi. Ego autem „ vobis parco. Hoc itaque dico, fratres : tem- „ pus breve eſt. Reliquum eſt, ut & qui habent „ uxores, tamquam non habentes ſint. Grad. „ Pſ. xliv. Specie tua & pulchritudine tua : inten- „ de, proſperè procede, & regna. ℣. Propter ve- „ ritatem, & manſuetudinem & juſtitiam : & de- B „ ducet te mirabiliter dextera tua. Alleluja, al- „ leluja. ℣. Filiæ regum in honore tuo, aſtitit „ regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, cir- „ cumdata varietate. Alleluja.

die 7 Julii celebrandæ

16 ✠ „ Sequentia S. Euangelii secun- „ dum Joannem. Cap. xvii. 3. In illo tempo- „ pore dixit Jeſus : Hæc eſt autem vita æterna, „ ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem „ miſiſti Jeſum Chriſtum. Ego te clarificavi ſu- „ per terram, opus conſummavi, quod dediſti „ mihi, ut faciam. Et nunc clarifica me tu Pa- „ ter apud temetipſum claritate, quam habui, „ priùs quam mundus eſſet, apud te. Manife- „ ſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mi- „ hi de mundo : tui erant, & mihi eos dediſti, „ & ſermonem tuum ſervaverunt. Nunc cogno- „ verunt, quia omnia, quæ dediſti mihi, abs te „ ſunt : quia verba, quæ dediſti mihi, dedi „ eis, & ipſi acceperunt, & cognoverunt verè, „ quia à te exivi, & crediderunt, quia tu me mi- „ ſiſti. Offertorium. Judith xv. 10. Tu glo- „ ria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honori- „ ficentia populi noſtri; quia feciſti viriliter, & „ confortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem C „ amaveris. Secreta. Accepta tibi ſit, Domi- „ ne, ſacratæ plebis oblatio pro tuorum honore „ Sanctorum, quorum ſe meritis de tribulatione „ percepiſſe cognoſcit auxilium. Per Dominum. „ Communio. Sap. iv. 1. O quàm pulchra eſt „ caſta generatio cum claritate; immortalis eſt e- „ nim memoria illius : quoniam & apud Deum „ nota eſt, & apud homines. Postcommunio. „ Satiâſti, Domine, familiam tuam muneribus „ ſacris : ejus, quæſumus, ſemper interventio- „ ne nos refove, cujus ſolemnia celebramus. „ Per Dominum.„

humillimè rogant, benignè annuit :

17 Poſtquam verò de Officio & Miſſa hu- juſmodi ad Nos retulit dilectus Filius noſter For- tunatus Tituli S. Matthæi in Merulana Presbyter S. R. E. Cardinalis Tamburinus nuncupatus, Congregationis Sacris Ritibus præpoſitæ præfe- ctus, edidit decretum, quod ſequitur. "Ordinis „ Canonicorum regularium S. Auguſtini in Lu- „ ſitania. Ad humillimas preces SS. D. N. Be- „ nedicto PP. XIV porrectas per P. Gaſparem „ ab Incarnatione Reformatorem & Viſitatorem „ Apoſtolicum Canonicorum regularium S. Au- „ guſtini in Luſitania, Sanctitas Sua benignè con- „ ceſſit, ut Officium S. Pulcheriæ virginis impe- Bulla S. „ ratricis de Communi Virg. ſub ritu duplicis D. N. Be- „ majoris cum ſupraſcriptis Lectionibus ſecundi nedicti „ ac tertii Nocturni, Oratione, ac Miſſa, reci- XIV. „ tari, ac reſpectivè celebrari poſſit die ſeptima „ Julii à Canonicis regularibus in Luſitania, & „ ab aliis, qui eorum Calendario ex conceſſione „ Apoſtolica ibidem utuntur, nec non à patri- „ bus Societatis Jeſu in civitate Panormi, & in „ tyrocinio Romano S. Andreæ degentibus, eam- „ demque Miſſam etiam à ſacerdotibus exteris ad „ eorum præfatas eccleſias confluentibus celebra- „ ri poſſe conceſſit. Die xxxi Januarii mdcclii. „ D. F. Card. Tamburinus Præf. M. Mareſuſcus „ Sac. Rituum Congregationis Secr.

Loco ✠ Sigilli.„

eamdem facultatem, ſupplicante

18 Deinde verò haud minori lætitia affecti ſumus, cùm dilectus filius Ignatius Vicecomes ejuſdem Soc. Jeſu Præpoſitus Generalis, qui ma- ximè profuturum confidens religioſis ſuæ Societatis alumnis, ubique terrarum degentibus, atque iis præſertim, qui laborioſo ſacrarum miſ- ſionum miniſterio per Græciam, ubi ſancta Æ- E lia Pulcheria virgo nata continuò ſuavem ſancta- rum virtutum odorem per regiones illas diffu- dit, addicti ad Orthodoxam fidem à Mahume- tis erroribus, ab hæreſum ſordibus, & ſchiſma- tum diſſidiis vindicandam, puramque edocendam, non ſine maximo animarum profectu, & ſui no- minis ac Societatis laude adlaborant, ſi Officium & Miſſa hujuſmodi ad univerſos ſuæ Soc. Jeſu alumnos extenderentur : eapropter Nobis humi- liter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis de benignita- te & auctoritate Apoſtolica indulgere dignaremur.

Præpoſito Generali Societatis Jeſu,

19 Nos itaque memoratum Ignatium Vicecо- mitem Præpoſitum Generalem, quem propter re- ligioſas virtutes plurimi facimus, magnoque in pretio habemus, ſpecialibus gratiarum favoribus proſequi volentes, & à quibuſvis excommunica- tionis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccle- ſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effe- ctum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus, atque etiam deſide- rio, quod laudati Bollandiſtæ hac in re oſten- F dunt, inclinati, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium præinſertum Officium, & præinſer- tam Miſſam extendimus, atque concedimus, ut ab omnibus ejuſdem Societatis alumnis ubique terrarum degentibus, nec non collegialibus, & ſeminariſtis in eorumdem collegiis, ſive ſemina- riis, ſive domibus conviventibus, qui ad ho- ras canonicas recitandas tenentur, Officium; & Miſſa ab iis omnibus ſacerdotibus in dictæ So- cietatis Jeſu eccleſiis, oratoriiſque celebrantibus juxta præinſertum decretum ſub iiſdem modo & forma quotannis die ſeptima menſis Julii recita- ri, & celebrari poſſit.

ad omnes hujus alumnos extendit.

20 Decernentes, præſentes Literas & in eis contenta quæcumque ſemper firma valida & effi- cacia exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & inte- gros effectus ſortiri & obtinere debere, ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores, & S. R. E. Cardinales ju- dicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non

obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 11 Februarii anno MDCCLII. Pontificatus Noſtri anno duodecimo.

CAJETANUS AMATUS.

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM IV SEPTEMBRIS.

A

Aron *Perſarum rex* 340 b d f
Abilinus *epiſcopus in Gallia* 98 d
† Abraham *patriarcha à S. Joanne Chryſoſtomo laudatus* 505 f, *eumdem patriarcham idem Sanctus imitatus eſt* 707 f
Abramjus *Alexandrinus* 92 f
Abrunculus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Acacius *epiſcopus Beroeæ* 516 e, 528 d e f, 575 d e f, 576 a b, 577 e, 578 c & ſeqq., 579, 580 a, 583 b, 586 d, 591 d e, 594 b c d e f, 595 b c d, 596 e, 597 b c, 601 d e, 603 e, 604 b, 607 b, 680 d e f, 681 d, 682 b
Acacius *presbyter S. Joannis Chryſoſtomi* 628 f
Acacius *presbyter in conciliabulo ad Quercum* 582 a, 584 a
Acacius *diaconus Conſtantinopolitanus* 579 e
Acephali *hæretici Eutychiani* 86 f
† Adalbaldus *maritus S. Rictrudis* 127 e, 129 b, 131 a
† Adalſendis *filia S. Rictrudis* 129 b, 131 a
Adamus *Cathenenſis in Scotia epiſcopus, inter Prætermiſſos* 51 d
Adelbero *epiſcopus Trevirenſis* 396 c
Adelbertus *monachus & ſcholaſticus S. Mathiæ Treviris* 358 d
Adelmus *epiſcopus Regii Lepidi* 114 f
† Adelphius *abbas Habendenſis* 95 b, 96 b, 100 d e, 101 c d e f, 102 a
Adelphius *epiſcopus Arabiſſi* 688 f, 689 a b c, 690 a b c
Ademarus *abbas Cluniacenſis, inter Prætermiſſos* 4 e
Adolia *Antiochena, S. Joanni Chryſoſtomo addicta* 626 d e f, 627 a b c
Adrianus II *Papa* 61 f
Adrianus *comes Theodori, nominati epiſcopi Cantuarienſis* 124 f
Adventius *epiſcopus Metenſis* 383 d f
† Adulphus *abbas confeſſor, inter Prætermiſſos* 50 c
Ædeſius *diaconus Alexandrinus* 681 f
Ægidius *Aurea-vallis monachus, ſcripſit de rebus Tungrenſibus &c.* 360 c d
Æmilianus *imperator* 178 e, 291 f
† Æmilius 744 a
Æmilius *epiſcopus Beneventanus, Occidentalium legatus pro cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 646 e f, 647 a b
† Æneas Unifaber, *martyrologus Hiberuus* 26 e
Æneas *rex in Hibernia. Vide* Ænguſus.
Ænguſus *rex in Hibernia* 30 b c d
Aëtius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 620 a
Agapetus *vir nobilis, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 624 a b
† Agatho *Papa* 89 d, 113 e
Agatho *abbas, inter Prætermiſſos* 50 c
Agnoïtæ *monachi hæretici* 88 b, 92 c d e f
Agobardus *epiſcopus Lugdunenſis* 340 a b
Agreſtinus *vel* Agreſtius *monachus diſcolus Habendenſis* 97 a & ſeqq., 98 a & ſeqq., 99 b
Agricola (*Hieronymus*) *epiſcopus & princeps Brixinenſis* 713 b, 717 d, 735 b
† Agricolaus *epiſcopus Trajectenſis* 387 e
† Agrippinus *epiſcopus Auguſtodunenſis* 60 a c
Agrippinus *epiſcopus Carthaginenſis* 204 f, 205 a, 296 b c d e, 298 d, 299 e f, 300 b c
† Agritius *epiſcopus Trevirenſis* 190 d, 364 e, 365 c d, 366 a b d e, 367 f, 368 a c e, 373 d e, 374 d e, 378 f, 379 a d, 387 f, 394 d, 396 c, 400 f
Ahymnus *epiſcopus incertæ ſedis* 270 c d
Aimo *abbas S. Joannis Baptiſtæ & S. Cypriani* 24 a b c
Alardus *ſacerdos, monachus Ninovienſis* 771 f
Alaricus *Gothorum rex* 500 c, 572 a b
† Albertus *patriarcha Hieroſolymitanus, inter Prætermiſſos* 140 c
Albertus *pro-epiſcopus Brixinenſis* 724 b, 732 b c, 735 b
Albertus *dux Auſtriæ, poſtea imperator* 721 e
Albertus *marchio Brandenburgicus* 395 d
Albertus *Meinhardi comitis Tyrolenſis filius* 723 b

† Alexander *Acœmetorum fundator* 107 e
† Alexander *Carbonarius episcopus Comanus in Ponto* 666 c
† Alexander *martyr in agro Tridentino, ejusque reliquiæ Constantinopolim translatæ* 530 c
Alexander III *Papa* 772 b
Alexander IV *Papa* 81 b
Alexander *episcopus Antiochenus, nomen S. Chrysostomi Diptychis inseruit, & ab aliis inseri curavit* 680 c d e f, 681 a b, 682 b c, 683 a b e f, 685 b
Alexander *episcopus Corinthi* 653 d
Alexander *diaconus Alexandrinus* 94 d
Alexander *imperator* 307 a
Alexandrini *martyres* DCCC, *inter Prætermissos* 2 d
Allericus *decanus de Lens interfuit translationi corporis S. Amati Senonensis* 133 a
Alphius *S. Joannis Chrysostomi amicus, de conversione Phœnicum solicitus* 643 f, 644 a b
Alypius *S. Joannis Chrysostomi amicus* 628 b c
Amachius *præses in Phrygia seculo quarto* 20 b d e f, 21 a
† Amandus *episcopus Rhedonensis, inter Prætermissos* 52 a, 142 f
† Amandus *episcopus Trajectensis* 126 e, 127 b e, 129 b, 131 a b, 187 c
Amantius *acolythus ecclesiæ Carthaginensis* 320 c f
Amantius *conditor vel instaurator ecclesiæ Constantinopoli* 686 f
Amantius *cubicularius Eudoxiæ imperatricis* 551 f, 552 a b c e
† Amatus *Sedunensis episcopus perperam creditus* 99 f, 100 a, 122 e f, 123 a & seqq., 124 a b c d
† Amatus *episcopus Senonensis* 99 e f
† Amatus *abbas martyr, inter Prætermissos* 50 f
† Amatus *abbas Habendensis* 123 d e f, 124 c d
Ambatius, *inter Prætermissos* 141 c d
† Ambrosius *episcopus Mediolanensis* 66 c d, 79 f, 547 e f, 579 d, 593 b, 670 b d e
Ambrosius *episcopus Senensis* 353 e
Amelricus *avus Gerardi, fundatoris abbatiæ Ninoviensis* 770 e, 771 a, 772 b
Amelricus *pater Gerardi, fundatoris abbatiæ Ninoviensis* 770 e, 771 a, 772 b
Ammatas *frater Gelimeris, Vandalorum regis in Africa* 337 d
Ammo *Ægyptius, episcopus metropolita in Thracia* 543 c
Ammonius *episcopus Laodicenus in Pisidia* 594 b c e
Ammonius *episcopus Pelusii in Ægypto, S. Joannis Chrysostomi inimicus* 647 e
Ammonius *monachus in Ægypto* 567 d e f, 568, 569, 570, 574 a b, 578 e f, 580 f
Amprucla *diaconissa, S. Joanni Chrysostomo addicta* 605 f, 606 a, 633 d e, 634 a b c, 635 b
† Anastasius *confessor, inter Prætermissos* 2 a
† Anastasius *Persa martyr, inter Prætermissos* 140 c
Anastasius *episcopus Antiochenus* 90 b d
Anastasius *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c
Anastasius I *imperator* 16 d, 18 c, 19 c
Anastasius *monachus Regiensis* 115 b
Anatolius *episcopus Adanensis in Cilicia, amicus S. Joannis Chrysostomi* 621 a
Anatolius *episcopus Constantinopolitanus* 674 a
Anatolius *diaconus, S. Gregorii I Papæ apocrisiarius Constantinopoli* 92 d f, 93 b c
Anatolius *præfectianus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 637 d
Anatolius *famulus S. Olympiadis diaconissæ* 629 c
Andragathius *philosophus, S. Joannis Chrysostomi præceptor* 410 b e f, 411 a
† Andreas *puer, à Judæis occisus* 713 c d, 731 b
Andreas *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b e
Andronicus *ad Chrysostomum missus* 650 b
Angela de Arena, *virgo Carmelitana, inter Prætermissos* 51 b
Angerer (*Josephus*) *vir primarius Rattenbergæ in Tyroli* 716 a
Angli *ad Christianam religionem converti* 91 d e f
† Anianus, *inter Prætermissos* 52 a b
Anianus *Pelagianus, S. Joannis Chrysostomi Homilias in Matthæum primus Latinè reddidit* 489 f, 502 e
Anna ab Assumptione *virgo, Ordinis S. Claræ, inter Prætermissos* 3 f
Anna *filia Wenceslai, Bohemiæ regis* 723 c
Anomœi *sive* Eunomiani *à S. Joanne Chrysostomo refutati* 450 d, 451, 452, 453, 463 e f, 488 b c, 494 d, 499 f, 500 a, 512, 513, 527 a b c, 529 b
† Ansanus *Senensium patronus* 352 a
† Ansberti *episcopi Rotomagensis translatio, inter Prætermissos* 140 c
Anselmus *canonicus Leodiensis, scripsit de rebus Tungrensibus &c.* 360 c
Anthemius *præfectus & consul in Oriente* 636 f, 637 a
† Antherus *Papa martyr* 147 d
Anthusa *mater S. Joannis Chrysostomi* 408 b c, 410 a b c, 413 c, 420 b c d e f, 426 d
Antifredus *episcopus Senensis* 352 a, 353 e
Antiochus *episcopus Ptolemaïdis in Phœnicia* 548 d e, 575 d e f, 576 a b, 577 e, 578 c & seqq., 579 b, 583 b, 591 d e f, 594 d e f, 595 b c d, 596 a e, 597 b, 601 d e, 603 e, 604 b, 607 b
Antiochus *S. Joannis Chrysostomi amicus* 628 c d
Antiolius *episcopus ignotæ sedis* 82 b
Antonianus *episcopus incertæ sedis* 145 f, 146 a b c, 159 b c f, 162 f, 163 a f, 164 a e, 168 d e, 170 a e f, 172 e f, 254 e f, 256 f, 257 c d, 258 a b c, 265 e f, 266 a & seqq., 267 a b c
Antoninus *episcopus Ephesinus* 403 b, 536 c, 539 d, 543 b c d e f, 544, 545, 546 a d e f, 547 a b c
Antoninus *Pius imperator* 367 c
† Antonius *Magnus abbas* 148 a b c, 775 e
† Antonius *monachus Lerinensis* 82 b c
Antonius *episcopus, fortè idem cum cognomine Sancto Carpentoractensi* 82 e f
Antonius *à S. Joanne Chrysostomo episcopus ordinatus* 579 e
Antonius *episcopus Carpentoractensis, fortè idem cum Sancto cognomine* 82 a
Antonius *abbas Lateranensis, testatus est beneficium S. Notburgæ* 747 b
Antonius *lator litterarum S. Joannis Chrysostomi* 629 c
Anysius *episcopus Thessalonicensis, S. Joannis Chrysostomi amicus* 607 a, 646 e, 653 c
Aphraates *à Diogene ad S. Joannem Chrysostomum exsulem missus* 637 e f, 638 a
Aphthonius *abbas monachorum S. Publii in Syria* 642 b, 649 c
Apollinaris *episcopus Alexandrinus* 85 b c d
Apollinaris *episcopus Regiensis* 114 c d e f, 119 b, 120 d

Apol-

Apollinariſtæ *hæretici* 660 e f, 661 a d e, 662 a b e
Apollinarius *hæreſiarcha* 457 e f, 458 a
Apollonius *epiſcopus Lunenſis* 113 e
Apothemius *epiſcopus Andegavenſis* 69 a e f
† Aquilinus *ſecundùm aliquos epiſcopus Colonienſis* 370 a
Aquilinus *diaconus Cæſareæ Paleſtinæ* 580 d
Arabianus *epiſcopus metropolita in Galatia* 543 c
Arabius *Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 613 f, 614 a d
Arbus, *ut fertur, tyrannus in pago Arduanenſi, ad frugem converſus* 389 c
Arcadia *Arcadii imperatoris filia* 553 c
Arcadius *imperator Orientis* 402 e, 466 e f, 467 a b, 495 f, 510 b c d f, 511 e, 518 a b, 527 a c d e f, 528 f, 529 b f, 530 a d e f, 531, 533 c d, 534, 535, 536 a d e f, 537 a, 538 c d e f, 539 a b c, 545 d, 550 b c d e, 552 a b, 571 b, 574 f, 575 a, 576 e, 577 e, 581 e, 583 d e, 584 a & ſeqq., 585 f, 587 a d e, 589 c d, 591 d e f, 592 c, 594 a b, 595 b c d e, 596 a b e, 597 b d, 598 f, 599 d e, 601 d e f, 602 a, 606 a b c f, 608 d e f, 609 a, 632 e, 641 c, 646 a b c, 648 a, 652 d, 653 e f, 666 f, 678 e f, 679 a b c d, 779 e
Archanaldus *diaconus Turonenſis* 65 d
Archelaus *nobilis Antiochenus* 435 a
Arcimboldus. *Vide* Joannes Arcimboldus.
† Ardo *diſcipulus S. Benedicti, primi abbatis Indenſis* 185 f
Ariani *repreſſi à S. Joanne Chryſoſtomo & imperatore Arcadio* 518 a b c
Arius *hæreſiarcha* 661 e
Arnoldus *abbas Bonæ-vallis* 347 b
Arnoldus *Prior Ninovienſis, poſtea abbas* 771 f
Arnulfredus *civis Vezzanienſis* 112 f
† Arnulphus *ſpiſcopus Metenſis, deinde monachus Habendenſis* 98 f, 99 a b c, 101 b
Arnulphus *abbas Einhamenſis* 188 a, 343 a, 770 e
Arnulphus *Flandriæ comes* 121 a, 132 c
Arſacius *archipresbyter, deinde epiſcopus Conſtantinopolitanus intruſus* 582 a, 584 a, 603 e f, 604 a & ſeqq., 605 b c, 606 b c d e f, 607 e, 613 a, 614 e, 631 f, 633 e, 645 e f, 667 c, 681 a
Artemidorus *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 628 d
Aſellus *epiſcopus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 655 b
Aſpaſius Paternus *proconſul Africæ* 192 b, 193 a c, 318 b c d, 321 b, 323 c, 330 c, 331 f, 332 d e f, 333 a
Aſterius *comes Orientis ſub Arcadio imperatore* 510 d
Aſyncritia *Antiochena S. Joanni Chryſoſtomo addicta* 624 e, 625 a b d f
Aſyncritius *presbyter Laodicenus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 627 e f
Athalaricus *Oſtrogothorum in Italia rex* 338 c
Athanagildus *Viſigothorum in Hiſpania rex* 34 c
† Athanaſius *epiſcopus Alexandrinus* 370 d, 444 e f, 445 b, 446 c d e f, 447 a b c d e, 593 f, 595 a b d, 660 d e, 674 a
Athanaſius *abbas* 688 f, 690 a b
Athenogenes *epiſcopus Petræ in Paleſtina* 690 a b c
† Atticus *presbyter, deinde epiſcopus Conſtantinopolitanus* 582 a, 584 a, 645 e f, 646 a d f, 647 a b, 673 f, 674 a, 679 e, 680 f, 681 a & ſeqq., 682, 683, 684 a b e f, 685 a b f, 686 b e
Atticus *conſul* 69 b
† Auctæ *virginis & martyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 4 f
† Auctor I *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & ſeqq., 366 a b c, 373 d e f, 374 a
Auctor *epiſcopus Trevirenſis* 366 f
Augendus *confeſſor* 165 b c, 250 f
Augendus *diaconus, Novatiani antipapæ legatus* 161 d, 162 d, 164 f, 165 a, 261 b & ſeqq.
Augendus *ſchiſmaticus in Africa* 248 f, 249 c, 250 b c e f
† Auguſtini *epiſcopi Hipponenſis ſententia de diſſenſione S. Cypriani à S. Stephano Papa* 300 e f, 302 a b c d e, 304 e f, 308 a & ſeqq., 309 a & ſeqq., 310 a & ſeqq., 311 a & ſeqq., 312 a b c d f, 314 a d
† Auguſtinus *epiſcopus Hipponenſis* 334 c, 335 d e f, 336 a b c d, 338 b, 445 b, 579 d, 669 & ſeqq., 671 a b f, 672 a, 673 d f, 674 a b c, 676 b c, 781 e
† Auguſtinus *epiſcopus Cantuarienſis* 91 d e f
Auguſtus *imperator* 440 e
† Aurelianus *epiſcopus Arelatenſis* 33 f
Aurelianus *præfectus prætorio & conſul in Oriente ſub Arcadio imperatore* 535 a c, 536 e f, 537, 538 a b c
† Aurelius *Carthaginenſis epiſcopus* 646 b, 653 e, 655 b, 667 e
† Aurelius *epiſcopus, inter Prætermiſſos* 142 e f
Aurelius *bis confeſſor, eccleſiæ Carthaginenſis lector* 214 f, 218 e, 236 b, 238 b, 243 e f, 244 a b c d e
Aurelius *adoleſcens, confeſſor Carthaginenſis* 227 b
† Auſpicius *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 359 e, 364 e, 365 a & ſeqq., 366 a b c, 368 a c d, 369 d e, 373 d e f
Auſtriacæ *auguſtiſſimæ domus principes erga S. Notburgam devoti, & in ejus templum liberales* 733 e f, 734, 735 b
Auxias de Podio, *archiepiſcopus Montis regalis, S. R. E. Cardinalis S. Vitalis* 733 a c
Auxilius *an epiſcopus Andegavenſis?* 69 a e
Aymarus *abbas Cluniacenſis. Vide* Ademarus.
Azwanger (*Joannes Sebaſtianus*) *parochus in Münſter adfuit inventioni S. Notburgæ* 736 d

B

† Babylas *epiſcopus Antiochenus martyr* 439 a & ſeqq., 440, 441, 442 a b. *Ejus feſtum Antiochiæ* 460 a b. *Ejuſdem tranſlatio* 498 e, 557 c
Bacquereel (*Ægidius*) *decanus capituli Rotnacenſis* 189 c
Baïnus *epiſcopus Teruanenſis* 121 f, 130 e, 131 c
Balbi (*Leonardus*) *parochus Venetiis* 695 c
Balduinus *archiepiſcopus Trevirenſis* 384 d
Balduinus *diaconus Ninovienſis* 772 a, 777 e
Balduinus *Conſtantinopolitanus imperator, Flandriæ comes* 132 b
† Barbaræ *virginis martyris reliquiæ in Hiſpania* 399 e
Bardattus (*Staniſlaus*) *Societatis Jeſu presbyter, de Muſeo noſtro bene meritus* 135 b
† Barlaam *martyr, à S. Joanne Chryſoſtomo lauda-*

datus 505 a b
† Barnabæ *apoſtoli capitis & cinerum tranſlatio, inter Prætermiſſos* 140 e f
† Barſanophius *abbas, inter Prætermiſſos* 49 c
† Barſanorius *abbas, fortè idem cum* Barſanophio, *inter Prætermiſſos* 49 c f, 50 a
Baſilides *epiſcopus Hiſpanus, in perſecutione lapſus* 169 a, 206 e f, 217 b c, 259 b c, 293 d e f, 294 a b c, 302 d, 316 e, 317 c d e
Baſilina *Juliani apoſtatæ imperatoris mater* 543 d
† Baſiliſcus *martyr* 664 f, 665, 666 a b c d
Baſiliſcus *epiſcopus Comanus, non admittendus* 665 & ſeqq.
† Baſilius *epiſcopus Cæſareenſis in Cappadocia* 415 b, 425 d, 429 b c, 565 d, 670 a d e, 674 a b
† Baſilius *epiſcopus Lunenſis* 112 b
Baſilius *epiſcopus Bibli in Phœnicia* 425 f
Baſilius *epiſcopus Seleucienſis* 425 e
Baſilius *S. Joannis Chryſoſtomi ſodalis, deinde epiſcopus, fortè Raphanenſis* 408 d, 409 f, 412 a b c d e, 413 b c, 420 b, 421 d e f, 422, 423, 424, 425, 426 a b, 428 d e f
Baſilius *Prior Regienſis* 115 b
Baſilius *presbyter, S. Joannis Chryſoſtomi amicus, Evangelium in Phœnicia prædicat* 645 b
Baſilius *Macedo imperator* 530 b
Baſilius *Porphyrogenitus imperator* 52 c
Baſilius *conſul* 85 c
Baſilius Protothronus, *ſcripſit de S. Joanne Chryſoſtomo* 406 f
† Baſinus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e f, 400 f
Baſnage (*Jacobus*) *refutatus* 656 d e f, 657 & ſeqq.
Baſſiana *S. Joanni Chryſoſtomo addicta* 640 a
† Baſſus *epiſcopus martyr, à S. Joanne Chryſoſtomo laudatus* 505 f
Baſſus *epiſcopus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 623 c
Baſſus *conſul Romanus* 323 c, 333 a
† Batheneus *confeſſor, inter Prætermiſſos* 50 a
Baudry (*Petrus*) *Prior monaſterii S. Giſleni in Hannonia* 366 c d
Bauters (*Jacobus*) *diaconus eccleſiæ Pamellenſis, ſubſcriptus inſtrumento de reliquiis SS. Cornelii, Cypriani &c.* 189 d
† Bedæ *ſententia de S. Cypriani diſſenſione à S. Stephano Papa* 312 d e
Beliſarius *Juſtiniani I exercituum dux* 337 b c d
† Benedictus *primus abbas Indenſis* 185 f
Benedictus VII *Papa* 364 b
Benedictus XIV *Papa* 150 a, 363 e, 689 f, 778 b, *erga Opus noſtrum munificentiſſimâ benevolentiâ affectus* ibid. c
Benenatus *epiſcopus Curbitanus* 319 c
Bercarius *comes in Italia* 118 d
Bercholdus *religioſus monaſterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Berinus *monachus Agaunenſis* 103 e
† Bernardus *epiſcopus in Gallia, inter Prætermiſſos* 1 c
† Bernardus *confeſſor, inter Prætermiſſos* 142 d
† Bernice *virgo martyr, à S. Joanne Chryſoſtomo laudata* 503 e
† Bertiliæ *virginis elevatio, inter Prætermiſſos* 40 b
Bertolfus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Blaſer (*Joannes*) *œconomus templi S. Notburgæ in Eben* 732 f
† Blaſii *epiſcopi martyris reliquiæ in Hiſpania* 399 d
Bleekerius (*Jacobus*) *decanus Chriſtianitatis Rot-*
nacenſis 189 a b d
Blumin (*Maria Aloyſia*) *ſuperior monialium Viennæ* 747 d f
Bona *virgo, inter Prætermiſſos* 4 a b
Bona *mulier Afra, ad ſacrificandum idolis invita vi adducta, & pro fide extorris* 235 f
† Bonifacius *archiepiſcopus Moguntinus, martyr* 363 a
Bonifacius I *Papa* 683 d e f, 684 a b f, 685 b
Bonifacius *presbyter, Apoſtolicæ Sedis legatus apud Theodoſium II imperatorem* 680 c
Bonifacius *presbyter, Occidentalium legatus pro cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 646 e
Bonifacius *diaconus, S. Gregorii I Papæ apocriſiarius Conſtantinopoli* 94 a d
Bonoſius *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Brandiſius *comes nobilis ſcriptor* 719 b c
Brantes (*Joſephus Antonius de*) *eccleſiæ Avenionenſis theſaurarius & pœnitentiarius, de Muſeo noſtro optimè meritus* 81 b, 82 b
Breſleanus *martyrologus Hibernus* 26 e
Breythbach (*Otto à*) *archidiaconus Trevirenſis* 395 e
† Briccius *epiſcopus Turonenſis* 61 f
Briccius *presbyter Carthaginenſis* 218 c d, 252 f
Briſo *epiſcopus Philippenſis in Thracia* 594 b c
Briſo *Eudoxiæ imperatricis cubicularius* 518 b c, 587 e, 588 b c. *Amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 619 c, 635 f
Britonius *epiſcopus Trevirenſis* 368 c
Britto *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Bruno I *archiepiſcopus Colonienſis* 383 b c, 384 a b, 390 c
Buren (*Joannes*) *ſcripſit teſtimonium de beneficio S. Notburgæ* 746 b c
Burgklehnerin (*Maria Anna*) 741 f, 743 d
Burgklehnerus (*Mathias*) *nobilis ſcriptor Tyrolenſis* 712 b, 713 b, 716 f, 717 e, 719 c e, 723 a, 735 f
† Burgundofora *abbatiſſa* 97 e
Bynius (*Simon*) *paſtor Etichovienſis, ſubſcriptus inſtrumento de reliquiis SS. Cornelii, Cypriani &c.* 189 d
Byzo *monachus, ad quem ſcripſit S. Joannes Chryſoſtomus* 645 d

C

† Cæciliæ *virginis reliquiæ Duaci* 132 c, *ejuſdem corpus tranſlatum* 182 b
† Cæcilia *abbatiſſa Habendenſis* 101 b, 102 e
Cæcilianus *epiſcopus Carthaginenſis* 309 d, 314 a b, 371 c d e f, 372 a b c
† Cæcilius *presbyter Carthaginenſis, S. Cypriani in fide magiſter* 195 c, 196 b c d, 197 a, 198 e, 200 f, 201 b, 326 e f, 327 e f
Cæcilius *epiſcopus in Africa* 209 f, 274 a c d
Cæcilius *rhetor, Diadumeni imperatoris præceptor* 196 b c
† Cæleſtini *corpus Rotnaci* 187 d, 188 b c d e f, 189 a, 342 f
† Cæleſtinus I *Papa* 29 a, 188 e, 292 c, 673 e f, 674 c
Cæleſtius *hæreticus* 683 d
Cæſar *Eſtenſis dux Regii & Mutinæ* 115 a
Cæſarius *conſul* 69 b
Cæſarius *ſeditionis Antiochenæ judex à Theodoſio Magno datus* 472 f, 473 a c f, 474, 475, 478 e
Cæſarius *monachus; epiſtola, quæ ad hunc exſtat, non eſt S. Joannis Chryſoſtomi* 656 & ſeqq.

† Cal-

Caldonius *episcopus in Africa* 154 f, 159 f, 160 a b, 161 e, 162 a b d e, 163 b c f, 164 d, 171 a, 218 d, 223 e, 235 e f, 236 a, 247 f, 249 a b c, 250 a & seqq., 260 c d e, 261 a c d

Calliſtratus *Iſauriæ epiſcopus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 628 a b

Callitrope *vidua Alexandrina* 554 b

Calori (*Alchimena*) *matrona Mutinenſis* 137 e, 138 d

Calviniſtæ *in ſacra impii* 22 d, 24 d, 35 d, 36 d, 62 a, 81 f, 188 f, 189 a b c

Candida *in perſecutione Decii lapſa* 227 c

Capito *epiſcopus Donatiſta* 371 d

Cappello (*Marius Ambroſius*) *epiſcopus Antverpienſis* 150 b

Carmundica. *Vide*, Bona virgo

† Carolus *Borromæus* 731 b

Carolus *Magnus imperator* 114 f, 182 e, 183 a b, 185 c d e f, 186 a, 340 a b c d f, 341 a e, 342 c d, 343 b

Carolus IV *imperator* 384 c d e f, 399 b

Carolus *Calvus Francorum rex & imperator* 63 a b, 121 a, 182 b c d e f, 183 a b c d f, 184 a b, 185 a d e, 186 a, 341 b d e f, 342 a b c e

Carolus *Craſſus imperator* 353 e

Carolus *Simplex Francorum rex* 182 d, 184 b, 341 f

Carteria *Antiochena, S. Joanni Chryſoſtomo favens* 625 f, 626 a b c d

Carterius *Cæſareæ in Cappadocia præfectus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 620 b c

Carterius *monachus, magiſter S. Joannis Chryſoſtomi* 415 c d e, 419 f, 420 a, 421 d

Carus *imperator* 440 b

Caſimirus *marchio Brandenburgenſis* 395 d

† Caſſianus *epiſcopus martyr* 748 d e

Caſſianus *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c

Caſſianus *diaconus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 607 b e

Caſſii *martyris inventio, inter Prætermiſſos* 51 f

Caſſiodorus *ſenator, deinde monachus* 559 c

Caſtinus *pater S. Cornelii Papæ & martyris* 150 c d

† Caſtoris *corpus tranſlatum* 376 a, 400 c

Caſtorius *presbyter Habendenſis* 106 f

Caſtricia *mulier, inimica S. Joannis Chryſoſtomi* 575 d

Caſtus *presbyter Antiochenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 641 a & seqq.

Cathari *hæretici Novatiani* 168 b

† Catharina Fliſca Adurna, *inter Prætermiſſos* 142 b

† Celerina *martyr* 243 f, 244 a

† Celerinus *confeſſor, eccleſiæ Carthaginenſis lector* 218 e, 220 c, 227 c, 236 d, 238 b, 243 e f, 244 a & seqq.

Celerinus *lector eccleſiæ Carthaginenſis* 144 a, 238 b

† Celſus *martyr* 748 d

† Celſus *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis*, 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 368 a c, 373 e f

Celſus *monachus Regienſis* 115 b

Celſus *vetuſtus ſcriptor Chriſtianus* 347 d

Cencius (*Thomas*) *Ordinis Prædicatorum lector Mutinæ* 135 d, 136 f, 137 b f

† Cenſurinus *martyr* 176 d

Cervanla (*Franciſca*) *matrona Mutinenſis* 138 b d

Chabot (*Joannes*) *abbas Angeriacenſis Calviniſta* 24 d

Chærea *presbyter monachus S. Publii in Syria* 642 b c d, 649 c

Chalcidia *Antiochena, S. Joanni Chryſoſtomo addicta* 624 e, 625 a b c d

Cham *filius Noë* 708 f

Charentinus *ſecundùm aliquos epiſcopus Colonienſis* 370 a

Charpinus (*Stephanus*) *presbyter Lugdunenſis* 342 d

Chiffletius (*Petrus Franciſcus*) *Societatis Jeſu presbyter, de Muſeo noſtro optimè meritus* 95 e, 101 f

Childebertus I *Francorum rex* 32 d f, 33 a c e f, 34 a d e

Childericus II *Francorum rex* 129 a, 130 f

Chilpericus I *Francorum rex* 72 b c

Chriſtierna. *Vide* Maria Chriſtierna.

Chriſtophorus *abbas Montis S. Georgii in Tyroli* 717 e

Chriſtophorus *marchio Badenſis* 395 d

† Chromatius *epiſcopus Aquileienſis* 572 d e, 600 e, 646 e, 653 d e, 667 c

Chryſogonellus *comes Andegavorum* 63 b

Cibo. *Vide* Joannes Baptiſta Cibo.

† Clara *abbatiſſa Habendenſis. Vide* S. Cæcilia

Claudianus *Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 635 f

Claudius *epiſcopus Maſſilienſis, legatus regis Franciæ* 395 d

Claudius *monachus Regienſis* 115 b

Clavi *Domini feſtivitas Catanæ, inter Prætermiſſos* 141 c

† Clemens I *Papa & martyr* 29 b

† Clemens *primus epiſcopus Metenſis* 376 f, 383 d e f

† Clemens *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 373 d e f

Clemens II *Papa* 29 b

Clemens V *Papa* 23 a

Clemens VIII *Papa* 6 e, 114 f, 115 a

Clemens XII *Papa* 27 a, 142 b

Clementianus *in perſecutione lapſus, pœnitens* 168 f, 170 b c, 256 b c d, 270 c d e f

Clerck (*Martinus de*) *protonotarius Apoſtolicus* 772 c d

Clido *fortè abbas Habendenſis* 69 b, 103 b

Clodoveus I *Francorum rex* 34 a

Clodoveus II *Francorum rex* 130 e

† Clodulphus *epiſcopus Metenſis* 383 e

Clotarius II *Francorum rex* 72 b c, 96 c d

Clotarius III *Francorum rex* 124 f, 129 a, 130 f

† Clotſendis *filia S. Rictrudis* 129 b, 131 a

Coënburga *virgo. Vide* Quimburga.

Coens (*Petrus*) *canonicus eccleſiæ cathedralis Antverpiæ* 149 e

Colloredus (*Leander*) *S. R. E. Cardinalis* 363 e

† Columbanus *abbas Bobienſis* 96 c d, 97 a b c d e, 98 c d

Columbinus *abbas Lutrenſis, inter Prætermiſſos* 52 b d

† Comminus *Concrethenſis epiſcopus* 26 f

Conradus *archiepiſcopus Salisburgenſis* 721 a f, 722 c

Conradus *abbas Montis S. Georgii in Tyroli* 728 a f

Conſtans *imperator* 62 a b, 370 d, 408 d e, 409 c

Conſtantia *Roberti Franciæ regis uxor* 184 e f, 341 f

Conſtantinopolitanorum *conatus pro S. Joanne Chry-*

Chryſoſtomo retinendo 584 d e f, 585 a & ſeqq., 586 e f, 587, 588 b c e f, 589 a b c d
Conſtantinus *presbyter Antiochenus, fortè idem cum Conſtantio* 558 f
Conſtantinus *Magnus imperator* 16 d, 18 a, 353 e, 371 c d e, 372 a b c, 376 e, 378 f, 385 e, 387 e, 408 e f, 409 a b, 440 e, 493 b
Conſtantinus II *imperator* 62 a
Conſtantinus *junior imperator* 62 a, 408 e f, 409 c
Conſtantinus *Porphyrogenitus imperator Orientis* 406 f, 407 a
Conſtantius *epiſcopus Mediolanenſis* 111 c
Conſtantius *presbyter Antiochenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 604 b, 611 a b c, 618 f, 619 b c, 624 b e f, 625 a c, 626 d, 627 d, 635 d, 641 b c, 642 a, 643 d, 644 d, 645 a b
Conſtantius *presbyter Antiochenus, alter S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 626 d
Conſtantius *Chlorus cæſar, deinde auguſtus* 377 e f, 378 a b c d e
Conſtantius *imperator* 16 d, 20 e, 62 a, 370 d, 408 e, 409 c d, 415 a, 435 d, 528 b
† Convallus *monachus, inter Prætermiſſos* 142 c
† Cornelius *Papa martyr* 193 d, 204 e f, 205 b, 255 d, 256 f, 257 d, 259 b e f, 260 a & ſeqq., 261 a b c d f, 262 a b c e f, 263 a, 264 b d, 265 a b e f, 266 e f, 268 b c, 276 d e f, 277 a & ſeqq., 278 a & ſeqq., 279 e f, 280 e f, 281 a & ſeqq., 282 a, 283 c, 293 c, 294 a, 315 d e, 316 f, 317 a b, 337 b, 338 d e, 339 a, 341 e f, 342 b c e f, 343 a b d, 346 c, 348 a d
† Cornelius *centurio, inter Prætermiſſos* 49 c
Cornelius (*Flaminius*) *ſenator Venetus, de Muſeo noſtro optimè meritus* 6 e, 7 d, 58 b c
Cornelius *hoſpes S. Antonini martyris* 15 f, 16 a, 17 d e
Coſmas *Ægyptius, ſcriptor rejectus* 444 c d e f, 445 a b
Coſmas *diaconus eccleſiæ Apoſtolorum tempore S. Chryſoſtomi* 406 b
Coſmas *Veſtitor, ſcripſit de relatione corporis S. Joannis Chryſoſtomi* 406 e
Crementius *ſubdiaconus Carthaginenſis* 218 f, 219 a b f, 220 b c d, 233 a
† Creſcens *primus epiſcopus Viennenſis in Gallia* 355 a
Creſcens *epiſcopus Cirtenſis, interfuit concilio III Carthaginenſi de Baptiſmo hæreticorum* 298 a, 301 e
† Creſcentianus *martyr in Africa* 325 d
† Criſpi *presbyteri martyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 50 a
† Criſpinianus *martyr* 376 f
† Criſpinus *martyr* 376 f
Criſpio *archidiaconus S. Epiphanii* 573 f
Criſpus *cæſar* 408 f, 409 a b
Croy (*Robertus*) *archiepiſcopus Cameracenſis* 134 d
† Crucis *exaltatio, inter Prætermiſſos* 141 c
Cubo (*Dominicus de*) *Ordinis Prædicatorum, inter Prætermiſſos* 142 b
Cunradus *religioſus Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Cuperus (*Martinus*) *coëpiſcopus Cameracenſis* 134 d
† Cyprianus *epiſcopus Carthaginenſis & martyr* 143 c e, 144 a d e, 145 f, 146 a b f, 147 f, 150 f, 151 c, 152 a b c, 155 b f, 156 a, 157 d e f, 158 d, 159 b & ſeqq., 160 a b, 161 d e f, 162 b & ſeqq., 163 a & ſeqq., 164 a & ſeqq., 165 a & ſeqq., 166 a b c d, 167 a b c d e, 168 a c d e f, 169 f, 170 a b c e, 171 d e f, 172 a & ſeqq., 173 d e f, 174 a b c d e, 175 c d e f, 176 a b c, 177 d e, 179 d e f, 180 a b c e, 182 e, 184 e, 185 d, 187 c d e, 188 a & ſeqq., 189 a & ſeqq., 190 a c e f, 348 b c e f, 670 a
† Cyprianus *martyr Nicomedienſis, perperam confuſus cum cognomine ſancto epiſcopo martyre Carthaginenſi* 193 e f, 194 e f, 195 f, 201 a, 318 f, 339 d e, 343 d e, 347 b f
Cyriacus *epiſcopus Conſtantinopolitanus* 90 d, 93 b
Cyriacus *Synnadenſis in Phrygia epiſcopus* 402 e, 603 b, 606 f, 607 a, 608 c, 611 c f, 635 c d e f, 646 e f, 647 a b c d, 655 c
Cyriacus *alter epiſcopus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 611 c f, 635 c d e
Cyriacus *catalogo epiſcoporum Emeſenorum perperam inſertus* 635 d e f, 647 c d
Cyriacus *presbyter Antiochenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 641 a & ſeqq.
Cyriacus *diaconus Conſtantinopolitanus* 598 f, 600 f, 654 e, 655 c f
† Cyrillus *epiſcopus Alexandrinus* 89 d, 406 b, 586 d e, 660 d e, 667 b, 673 e, 674 b, 675 f, 679 f, 680 a b, 681 a c d e f, 682, 683, 684, 685 a b
† Cyrillus *Hieroſolymitanus* 444 f, 445 b
Cyrinus *epiſcopus Chalcedonenſis* 575 a b c, 578 b & ſeqq., 579 b, 591 e, 594 d, 595 b, 601 d e, 609 b
Cyrinus *epiſcopus in concilio Conſtantinopolitano ſub Chryſoſtomo* 544 f
Cythegius *epiſcopus ignotæ ſedis, Occidentalium legatus pro cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 646 e f, 647 a b
Cytherius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 620 d

D

DAganus *abbas in Hibernia, inter Prætermiſſos* 50 c d
Dagobertus I *Francorum rex* 103 c, 104 b, 128 f, 130 e
Dagobertus II *Auſtraſiæ rex* 126 b
Dagobertus II *Francorum rex* 99 f
† Damaſus *Papa* 147 d, 153 a b, 676 d e f
Daniel, *inter Prætermiſſos* 2 f
Daniel *epiſcopus Pragenſis* 695 d
Daniel *presbyter Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 637 b c
Danorum *irruptiones* 120 f, 121 a, 131 e
† Dativus *epiſcopus in Africa, ad metalla damnatus* 192 f, 319 a b, 320 f
† David *propheta regius* 701 e
David (*Joannes*) *abbas Ninovienſis* 773 a
Debora *prophetiſſa* 780 a
Decentius *epiſcopus Eugubinus* 376 d
Decius *imperator* 144 a b c, 145 e f, 146 a c d e, 150 e, 151 b e, 152 e f, 153 a & ſeqq., 154 a b c, 174 f, 175 a, 177 f, 211 d, 212 c d, 267 c d e f, 268 a b c, 330 a b, 356 f, 439 d, 440 b, 441 f, 442 a b
Decius *filius imperator* 145 e, 146 d e, 151 e, 152 f, 153 a b c, 177 f, 267 d
Decius (*Hoſtilianus*) *Cæſar* 146 d e, 175 b
† Declanus *epiſcopus Hibernus* 29 b c d, 30 a b c d e
† Defendentis *martyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 140 b
Defenſor *epiſcopus Andegavenſis* 68 e, 69 a c e

Del-

Delzoy (*Joannes Baptiſta*) *decanus capituli Rotnacenſis* 188 cdf, 189 e
† Demetrianus *epiſcopus Antiochenus* 173 b
Demetrianus *gentilis magiſtratus in Africa* 284 b c d e f, 286 c, 288 a & ſeqq., 289 a b c d e
Demetrius *epiſcopus Peſinuntis, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 402 e, 582 f, 583 a c d, 598 e f, 599 c, 607 c, 608 c, 635 f, 646 d e f, 647 a b c d, 655 c
Demetrius *monachus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 431 c f, 432 a b c
Deodoricus *epiſcopus Trevirenſis* 400 f
Dido. *Vide* Clido
Didymus *Alexandrinus* 444 e, 676 c
Dietericus *religioſus monaſterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Dietrich (*Raymundus*) *ſacerdos, collegit aliqua beneficia S. Notburgæ* 746 a, 758 a b
Difredus *abbas S. Victoris Maſſilienſis, inter Prætermiſſos* 3 e
Dignus *epiſcopus Donatiſta* 371 d
Diocletianus *imperator* 16 c, 17 d, 193 e f, 351 b c e, 352 c f, 353 a b, 377 e f, 378 b
Diodorus *præceptor S. Joannis Chryſoſtomi, poſtea epiſcopus Tarſenſis* 415 c d e, 419 d e f, 420 a, 421 d, 506 a b
Dioga *epiſcopus Septimagnenſis* 301 d
Diogenes, *ſingularis amicus S Joannis Chryſoſtomi* 637 d e f, 638 a
† Dionyſius *Papa, inter Prætermiſſos* 52 e
† Dionyſius *Papa* 142 f
† Dionyſius *Eccleſiæ Romanæ presbyter, deinde Papa* 311 b c f, 313 b
† Dionyſius *epiſcopus Alexandrinus* 142 f, 143 a d, 164 e, 167 e, 173 a b c, 214 b, 296 f, 306 c, 311 a b c f, 313 b c d
† Dionyſius *epiſcopus Mediolanenſis* 66 f
† Dionyſius *epiſcopus Pariſienſis* 381 d
Dionyſius, *inter Prætermiſſos* 141 f, 142 f
Dionyſius *legatus Novatiani* 165 a b e, 166 b, 172 a b c, 264 f
Diophantus *presbyter Antiochenus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 641 a & ſeqq.
Dioſcorus *epiſcopus in Lybia* 582 e
Dioſcorus *monachus, deinde epiſcopus Hermanopolitanus* 567 d e f, 568, 569, 570 a e, 573 b f, 578 e f
Dioſcorus, *in cujus domo Cucuſi hoſpitatus eſt S. Joannes Chryſoſtomus* 618 d, 619 a, 689 c
Dominicus *epiſcopus Carthaginenſis* 337 e
Domitianus *epiſcopus Melitenenſis* 86 e, 87 e f
Domitianus *presbyter Conſtantinopolitanus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 606 a, 607 c, 636 c
Domitianus *ſubdiaconus* 381 d
Domitianus *imperator* 367 e
† Domnina *mater SS. Bernices & Proſdoces, à S. Joanne Chryſoſtomo laudata* 503 e
† Domnini *diaconi corpus Placentiæ in Italia* 80 b c d
Domnus *epiſcopus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 623 d
Donatianus *diaconus* 381 d
Donatiſtæ *hæretici* 302 d e, 304 e, 309 b c d e f, 314 a b c d, 371 c d e f, 372 a
Donatulus *epiſcopus incertæ ſedis* 270 c d
Donatus *epiſcopus Carthaginenſis* 204 e f, 270 f
Donatus *epiſcopus Cibalianus* 202 c
Donatus *presbyter Carthaginenſis* 208 b, 246 c, 252 a b
Donatus *amicus S. Cypriani epiſcopi Carthaginenſis* 196 d e f, 198 a b, 202 a & ſeqq.
Donatus *Donatiſtarum auctor* 314 a, 371 c d e f, 372 a b c
Donatus *ſchiſmaticus epiſcopus Carthaginenſis* 309 d e, 314 a b
Dorotheus *Arianorum epiſcopus Antiochiæ* 451 c
Doſitheani *hæretici* 88 d e f
Doſitheus *vetus hæreſiarcha* 88 e
Doſtheş *ſeu* Doſitheus *Samaritanus impoſtor* 88 d e f, 89 a
Drogo *epiſcopus Tullenſis* 101 e
† Droſis *martyr, à S. Joanne Chryſoſtomo laudata* 505 b. *Ejus reliquiæ prope Antiochiam* ibid.

E

† Eanſwida *virgo abbatiſſa in Anglia, inter Prætermiſſos* 2 d
Eberhardus *epiſcopus Trevirenſis* 367 b, 400 f
Eberhardus *monachus & ſcholaſticus S. Mathiæ Treviris* 358 e f, 359 a e
Ebontius, *inter Prætermiſſos* 2 f
Ebroïnus *Theodorici III Francorum regis majordomûs* 99 e, 121 c, 123 d, 124 e, 125 d e f, 126 a, 130 f
Eckbertus *epiſcopus Trevirenſis* 367 a, 400 f
Edaphius *diaconus Conſtantinopolitanus* 579 e
† Edippa *virgo, inter Prætermiſſos* 4 d
Effrem *abbas Placentiæ* 80 b c d
† Egbertus *epiſcopus Trevirenſis* 383 c, 384 a b, 385 a, 394 b c
Egilbertus *epiſcopus Trevirenſis* 367 a b, 400 f
Egilwardus *epiſcopus Wirceburgenſis* 343 b
† Egnatius *vel* Ignatius *martyr* 243 f, 244 a
Einricus *civis Vezzanienſis* 112 f
Elaphius *vir primarius Conſtantinopoli* 571 b
Eleazarus *Veteris Legis martyr* 217 f
Eleonora *archidux Auſtriæ* 713 a, 717 c, 735 b
† Elias *à S. Joanne Chryſoſtomo laudatus* 505 f. *Eumdem prophetam idem Sanctus imitatus eſt* 706 c, 707 e f
† Elifii *corpus tranſlatum* 383 b
† Eliſabeth 747 d
Eliſabeth *Alberti I imperatoris conjux* 721 f
Eliſabetha *de Eremuſio uxor Henrici III dynaſtæ Rottenburgici* 728 f, 730 a
Eliſabetha *filia Henrici II dynaſtæ Rottenburgici* 722 f, 728 f, 730 a b
Eliſabetha *Leſchavia uxor Henrici III dynaſtæ Rottenburgici* 729 a, 730 a
Elpidius *epiſcopus Laodicenus in Syria, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 595 b c d e, 627 c d e f, 638 b, 639 d, 649 d, 652 b c, 680 c d e
Elpidius *presbyter vir apoſtolicus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 624 a
Elpidius *presbyter in conciliabulo ad Quercum* 582 a, 584 a, 598 a b
† Emanus *martyr* 60 c d e
Emerus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
† Emmo *epiſcopus Senonenſis* 122 d, 124 f, 125 a, 128 e, 130 e
Enarrandus *monachus Claræ-Vallenſis, inter Prætermiſſos* 51 e
† Engelbertus *epiſcopus Colonienſis* 396 f
Eortius *epiſcopus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 623 d
Eparchius *epiſcopus Arvernenſis* 140 f, 141 a
Eparchius *Engoliſmenſis* 141 a b

† Epar-

† Eparcus *vel* Eparchius *episcopus*, *inter Prætermissos* 140 f, 141 a
† Ephrem *Syrus* 445 b
Epictetus *Assuritanus fortè episcopus* 273 a c
† Epigmenius *presbyter* 351 e, 352 c e, 353 d
† Epiphanius *episcopus Salaminæ* 404 d e, 516 d, 568 a d, 569 d e, 570 b c f, 571 a, 572 e f, 573, 574, 577 b c, 579 d, 580 e f, 582 a, 677 b c e
Epiphanius *diaconus S. Gregorii I Papæ* 94 d
Erneſtus *marchio Badenſis* 395 d
Eſchillus *archiepiſcopus Lundenſis, eccleſiam Ninovienſem conſecravit* 772 a
Eſpinoſa *episcopus Dertuſenſis, S. R. E. Cardinalis* 351 f
† Ethelberti *regis tranſlatio, inter Prætermiſſos* 2 b
Evagrius *episcopus Antiochenus* 435 f, 436 a, 448 b, 457 e, 490 f, 491 a, 495 a b c, 528 c e, 682 c
Evagrius *Ponticus* 404 c
Evariſtus *episcopus ſchiſmaticus* 161 a b, 165 a b d e, 166 a b, 172 a b c, 264 f, 265 a b
† Eucharius *episcopus Trevirenſis* 354 b, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366 a b c d e, 367 d e f, 368, 369 c, 373 a b c e, 375 a b, 376 c d e f, 377 a c, 378 e, 379 b e f, 380 a & ſeqq., 381 a & ſeqq., 382 a & ſeqq., 383 e, 384 b, 385 a b, 392 b c, 394 c d e, 396 c, 400 a e f
Euchratius *fortè episcopus Thenenſis in provincia Byzacena* 209 c d e
Euclia *mulier primaria* 510 a
Eudæmon *in conciliabulo ad Quercum* 584 a
Eudocia *imperatrix* 193 e f, 201 a, 779 f
Eudoxia *imperatrix Arcadii uxor* 528 f, 529 b c d e f, 530 e, 531 c d f, 535 a b c, 545 d, 547 f, 548 d, 550 a b, 551 c d f, 552 a b e f, 553 a e f, 554 a b c d e, 571 b, 573 f, 574 a, 576 e, 577 a b c d, 581 a, 583 d, 584 a b c d, 587 d e f, 588 a b c, 589 d e f, 591 e, 592 c d e f, 593, 594 a c, 596 e, 609 b c, 678 f, 679 a b c d f, 709 a b
Eudoxius *episcopus Conſtantinopolitanus, Arianus* 415 a, 682 c
Eudoxius *presbyter, inter Prætermiſſos* 141 e f
Eudoxius *hæreticus Arianus* 90 d, 91 d f, 415 a
† Evergiſilus *episcopus Colonienſis & martyr, inter Prætermiſſos* 142 e
Evergiſilus *episcopus Colonienſis* 370 e, 372 d
Everius *episcopus Catanenſis* 5 d
Evethius *presbyter, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 617 e f, 627 e
Evethius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 620 e
† Eugenia *virgo martyr* 52 c f, 53 a b c d e f, 54 a
Eugenius II *Papa* 113 e
Eugenius III *Papa* 396 b, 771 a
Eugenius *episcopus in Phrygia, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 598 e f
Eugenius *presbyter, deinde episcopus Heracleenſis* 583 e
Eugenius *episcopus in Macedonia* 653 d
Eugenius *tyrannus à Theodoſio Magno devictus* 495 c, 541 a
Eugnomonius *episcopus, à S. Joanne Chryſoſtomo depoſitus* 548 a, 578 d, 584 a
Eugraphia *mulier, inimica S. Joannis Chryſoſtomi* 575 d, 577 e
† Evinus *abbas S. Albani in Hibernia* 27 b c
Eulalius *puer domeſticus Joannis diaconi Conſtantinopolitani* 579 c
† Eulogius *episcopus Alexandrinus* 690 a
Eulogius *Cæſareæ in Paleſtina episcopus, aliquamdiu amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 620 f, 647 e
Eulogius *Philadelphiæ episcopus* 89 a
Eulyſius *episcopus Apameenſis, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 402 e, 582 d f, 583 d, 599 c, 603 b, 607 a b, 608 c, 635 e f, 646 d e f, 647 a b c d, 655 c
Eulyſius *catalogo episcoporum Boſtrenſium perperam inſertus* 635 e f, 647 d
Euphratas *episcopus Colonienſis* 370 a b c d e, 372 e, 392 a
† Euphroſyna *virgo, inter Prætermiſſos* 1 f
† Euplus, *inter Prætermiſſos* 2 c. *Item* 5 a b c e f, 6 a
Eupſychius *à Tranquillino ad S. Joannem Chryſoſtomum miſſus* 629 b
† Euſebia *filia S. Rictrudis* 127 c d e f, 129 b, 131 a. *Ejus reliquiæ* 132 b f
† Euſebius *episcopus Mediolanenſis* 79 e
† Euſebius *episcopus, inter Prætermiſſos* 2 c
Euſebius *episcopus in Macedonia* 653 c d
Euſebius *episcopus Valentinopolitanus* 543 c d e f, 544 a b c d, 545 f, 546 d e
Euſebius *diaconus Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 637 c
Euſebius *diaconus Conſtantinopolitanus* 598 d e
Euſebius *monachus in Ægypto* 567 d e f, 568, 569, 570, 580 f
† Euſtaſius *abbas Luxovienſis* 96 c d f, 97 a b c d f, 98 a c, 99 b, 102 c, 104 f, 105 f, 123 f
Euſtaſius *episcopus Maſſilienſis* 82 e
Euſtathiani *Antiochiæ* 457 e, 495 a b c d e, 528 b c d e, 680 c e
† Euſtathius *episcopus Antiochenus, à S. Joanne Chryſoſtomo laudatus* 504 a c
Euſtathius *quæſtor Conſtantinopolitanus* 607 b
Euſtatius *episcopus in Macedonia* 653 c
Euſtatius *Primi, ſcripſit de S. Joanne Chryſoſtomo* 406 f
Euſtatius, *pro quo interceſſit S. Joannes Chryſoſtomus* 636 b
Euſtochius *episcopus Turonenſis* 61 f
Euthalia *veriſimiliter Antiochena, S. Joanni Chryſoſtomo addicta* 628 b
† Euthymius *pater S. Creſcentis martyris* 351 b c, 352 c d, 353 d
Euthymius *presbyter & ſcholaſticus Conſtantinopolitanus* 637 a
Euthymius *monachus in Ægypto* 567 d e f, 568, 569, 570, 580 f
† Eutropius *martyr, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 605 a
Eutropius *episcopus Arauſicanus* 82 f
Eutropius *episcopus in Macedonia* 653 c d
Eutropius *episcopus Santonenſis* 354 f
Eutropius *eunuchus Arcadii imperatoris* 510 c d, 511 c d, 527 f, 528 a, 530 d e f, 531, 532, 533, 534, 535, 539 e f, 540 b c d e, 580 a
Eutyches *hæreſiarcha* 780 b
Eutychiani *hæretici* 660 f, 661 a d e f, 662 a b c e, 674 a b
Eutychianus *præfectus prætorio in Oriente* 511 d, 606 c, 607 b
† Exuperius *episcopus Bajocenſis* 22 b f, 23 b c e f
Eynatten (*Hermannus van*) *abbas Indenſis* 187 a
Eyperg (*Leopoldus*) *nobilis Tyrolenſis* 743 c

F

†Fabianus *Papa martyr* 143 b, 147 d, 150 e, 151 d e, 152 a d e, 153 e f, 154 d, 156 b, 157 a, 179 b c f, 180 a, 181 e, 204 f, 212 c, 213 b c d e, 219 b, 220 b, 270 f, 440 d
Fabius *episcopus Antiochenus* 154 f, 156 c, 160 d, 168 b, 169 d, 172 f, 173 a b, 180 b c
Facundus *Hermianensis refutatus* 621 c d e f, 622, 674 f, 675, 676, 677
Favorinus *acolythus ecclesiæ Carthaginensis* 238 a
Fausta *imperatrix Constantini Magni uxor* 408 f, 409 a b
Faustinus *episcopus Lugdunensis* 292 f, 293 a
Faustinus *episcopus, à S. Joanne Chrysostomo depositus* 548 a, 578 d, 584 a
Faustinus *amicus S. Joannis Chrysostomi* 620 e
†Faustus, *inter Prætermissos* 2 d
Faustus *Regiensis episcopus* 82 f, 674 c
†Felicianus *episcopus, inter Prætermissos* 51 d
Felicianus *acolythus* 174 d, 271 c d, 276 d e
†Felicis *Papæ martyris corpus translatum* 182 a
†Felicis *episcopi reliquiæ in Hispania* 399 e
†Felicissimus *confessor Carthagine* 224 b e f
Felicissimus *schismatis Africani antesignanus* 157 d e f, 158 a d, 173 e f, 174 a & seqq., 204 b, 206 b, 242 e, 247 f, 248 a & seqq., 249 a & seqq., 250 a & seqq., 251 a b d, 252 a d e f, 253 c e, 255 c, 258 d, 259 e f, 260 a, 262 b, 263 c, 275 d e f, 276 e f, 277 a & seqq., 278 a & seqq., 279 a & seqq., 315 e, 330 c, 346 c
†Felix *Papa martyr* 147 d
†Felix *episcopus in Africa, ad metalla damnatus* 319 a b, 320 f
†Felix *alter episcopus in Africa, ad metalla damnatus* 320 f
†Felix *episcopus Trevirensis* 359 c e, 366 e, 368 c, 400 f
†Felix *alter secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e, 373 d e f, 374 a
†Felix *confessor ad metalla damnatus* 192 f
Felix *episcopus Apungitanus* 371 c
Felix *episcopus Curbitanus* 319 c
Felix *episcopus fortè Cæsaraugustanus in Hispania* 293 f
Felix *episcopus incertæ sedis* 270 c d
Felix *fortè episcopus in Hispania* 293 e f
Felix *presbyter Afer, in persecutione lapsus, deinde pro fide extorris* 235 e f
Felix *presbyter Legionensis* 293 f, 294 a
Felix *exorcista Trevirensis, subscripsit concilio Arelatensi I* 374 e
Felix, *inter Prætermissos* 141 f
Felix *pseudo-episcopus in Africa* 270 f, 275 d e f
Ferdinandus *episcopus & princeps Leodiensis* 398 e
Ferdinandus Bassacius *Ordinis S. Francisci, inter Prætermissos* 141 f, 142 a
Ferdinandus II *imperator* 713 a, 717 c, 735 b
Ferdinandus de Toleto *Albæ dux, Belgii gubernator* 189 c
Fernandez Pacheco (*Joannes*) *regis Catholici apud Paulum V Papam orator* 149 c
Fibicius *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Fidentius *episcopus Donatista* 371
Fidus *episcopus in Africa* 271 f, 272 a b c d
Fieger (*Joannes Philippus Carolus*) *consiliarius ecclesiasticus episcopi Brixinensis, in causa elevationis reliquiarum S. Notburgæ arbiter* 739 b
Firmian (*liber baro de*) *munificus in templum S. Notburgæ* 745 d
Firmilianus *episcopus Cæsareensis in Cappadocia* 173 b, 296 b, 299 b e f, 303 a f, 304 a c d e f, 305 b & seqq., 306 a & seqq., 307 a, 311 b c d e, 314 c, 315 f
†Firminus *episcopus Ucetiensis* 34 a b
Firminus *amicus S. Joannis Chrysostomi* 620 d
Flaccilla *Theodosii Magni imperatoris conjux* 465 f
†Flavianus *episcopus Constantinopolitanus* 84 b, 85 f, 98 d, 107 b, 108 d, 674 a
†Flavianus *martyr in Africa* 325 c, 334 f, 335 b
Flavianus *presbyter, postea episcopus Antiochenus* 419 d, 428 c, 435 e f, 436 a b, 447 f, 448 b c d, 452 f, 457 e, 463 a, 465 c f, 466 a b c d, 467 e, 470 b c f, 473 c, 478 a d e, 479 a, 491 d e, 495 a, 503 b, 504 b c d e, 507 f, 528 b & seqq., 604 b, 606 c
†Fledericus *presbyter, inter Prætermissos* 141 b
Florbertus *monachus S. Mathiæ Treviris, scripsit de excidio Trevirorum* 358 e
†Florentii *martyris inventio, inter Prætermissos* 51 f
†Florentius *episcopus Viennensis, martyr* 181 b
Florentius *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e, 368 f
Florentius *vel* Florentinus *pater S. Nicetii Lugdunensis episcopi* 32 c
Florentius *amicus S. Joannis Chrysostomi* 419 a
Florentius Pupianus *S. Cypriani obtrectator* 294 c d e f, 295 a & seqq.
Florianus *episcopus Placentinus in Italia* 79 e f
Florus *in persecutione lapsus, pœnitens* 168 f, 170 b c, 256 b c d, 270 c d e f
Fluri (*Franciscus*) *parochus in Münster loco Tyrolis* 741 a
Folcmarus *episcopus Colonienſis* 383 c
Folcuinus *abbas Lobiensis* 358 b
Fontana (*Alexander*) *pater B. Margaritæ Fontanæ virginis* 136 b
Fontana (*Daniel*) *munificus in B. Margaritam Fontanam* 139 f
Fontana (*Hercules*) *consanguineus B. Margaritæ Fontanæ virginis* 135 b
Fontana (*Jacobus*) *religiosus* 138 d
Fontana (*Innocentius*) *Societatis Jesu, consanguineus B. Margaritæ Fontanæ* 135 c d, 139 f
Fontana (*Nicolaus*) *medicus Mutinensis* 138 f
Fonteius *episcopus Vasionensis* 82 e
†Fortis *martyr* 748 d
Fortunatianus *episcopus Assuritanus, lapsus in persecutione* 169 b, 272 e f, 273 a b c d, 302 d
†Fortunatus 745 f, 751 d, 752 a
†Fortunatus *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e, 368 c d e, 373 d e f, 374 a
Fortunatus *episcopus in Africa* 154 f, 159 f, 160 a b, 161 e, 162 a b d e, 163 b c f, 164 d, 171 a, 260 d e, 261 a c d
Fortunatus *episcopus incertæ sedis* 270 c d
Fortunatus *episcopus Tuchaborensis* 318 a b
Fortunatus *presbyter, à nonnullis creditus Vitam S. Maurilii Andegavensis scripsisse* 64 d e f, 65 a e f, 66 a b
Fortunatus *ex presbytero pseudo-episcopus schismaticorum in Africa* 173 f, 174 a d, 208 b, 246 c, 252 a b, 270 f, 271 c, 275 d e f, 276 a d e, 278 a b c d, 279 a & seqq., 316 b f, 317 a b c
Fortunatus *hypodiaconus ecclesiæ Carthaginensis* 238 a b c
Franciscus Titelmannus *Ordinis Capucinorum, in*

inter Prætermiſſos 4 b c d
Franco *ſecundus abbas Affligemienſis, inter Prætermiſſos* 51 e
Franzin (*Franciſcus Chriſtophorus*) *canonicus Brixinenſis* 743 a, 744 a c
Fravita *dux exercitûs ſub Arcadio imperatore* 535 e f, 536 a b
Fredericus *dux Auſtriæ & comes Tyrolis* 717 f, 718 b
Fredericus *Bavariæ dux* 395 d
Fredericus *marchio de Brandenburg* 395 d
Frederuna *Caroli Simplicis Francorum regis uxor* 184 b
Freündſperg (*Bertholdus de*) 729 c
Freündſpergia (*Gutta*) *filia Henrici II dynaſtæ Rottenburgici* 728 f
Fridericus *archiepiſcopus Salisburgenſis* 722 c
Fridericus *religioſus Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Frölich (*Chriſtophorus de Frölichſpurg*) *vir nobilis in Tyroli* 715 f, 716 d
† Fronto *epiſcopus Petrocoriorum* 381 e
Frotmundus *nobilis Gallus* 341 a b
Fullo (*Petrus*) *epiſcopus Antiochenus, hæreticus* 662 c
Funerius *an epiſcopus Andegavenſis ?* 69 a e
Futurus *hæreticus in Africa* 241 b, 271 a

G

Gaianus *epiſcopus Alexandrinus, hæreticus* 87 a
Gaïnas *Gothorum dux* 526 d e, 531 c e, 533 c, 534 b c e, 535 a c d e f, 536, 537, 538, 539 a b c, 542 e f, 543 a, 545 f, 553 b
Gajus *presbyter Diddenſis* 228 e f, 237 f, 252 b
Galerius Maximus *proconſul Africæ* 192 b e, 198 f, 318 e, 321 b c, 322 c d e f, 323 b c d e, 324 c d e, 325 a b, 331 f, 332 a c f, 333 a b c d
Gallienus *imperator* 178 e, 181 b, 182 b, 193 a b e, 285 d, 318 c d, 324 e, 330 c, 332 d e f, 333 b c d, 334 b
Gallus *imperator* 145 e, 146 a e, 148 d, 151 e, 170 a b, 174 f, 175 a b c, 176 d e, 177 c d f, 178 c d e f, 181 b, 193 b, 255 d, 267 d f, 269 f, 271 a b, 280 b, 282 a e f, 283 a & ſeqq., 284 a & ſeqq., 285 a & ſeqq., 286 a b, 291 f
Gallus *cæſar* 408 e, 409 c
Gamans (*Joannes*) *Societatis Jeſu presbyter, de Muſeo noſtro bene meritus* 64 b, 71 d, 185 d, 392 f,
Garichramnus *abbas Habendenſis* 96 b
Gaſpar *ab Incarnatione reformator Canonicorum regularium in Luſitania* 781 c
† Gatianus *epiſcopus Turonenſis* 61 e f
Gattis (*Franciſcus de*) *parochus Venetiis* 695 b c
† Gaudentius *epiſcopus Brixianus, Occidentalium legatus pro cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 646 e f, 647 a b, 653 e, 655 a, 667 c
† Gebetrudis *abbatiſſa Habendenſis* 101 e f
Gebhardus *filius Henrici II dynaſtæ Rottenburgici* 722 f, 728 f
† Gegoberga *abbatiſſa Habendenſis. Vide* S. Cæcilia.
† Gelaſii *pueri corpus Placentiæ* 80 a b
† Gelaſius I *Papa* 144 d, 196 a, 344 a b c d, 674 c, 675 f, 676 a
Gelimer *Vandalorum in Africa rex* 337 b d
Gemellus *vir nobilis, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 619 f, 536 e f
Geminianus *monachus Regienſis* 115 b
Geminius Fauſtinus *presbyter Furnenſis in Africa proconſulari* 210 f, 211 a c
Geminius Victor *Afer* 210 f, 211 a b c
† Generalis *martyr in Africa* 325 d
Genſericus *Vandalorum rex* 336 d e f, 337 e
Gentiles *à S. Joanne Chryſoſtomo oppugnati* 440 & ſeqq.
† Georgius *epiſcopus Velaunorum* 381 e
Georgius *patriarcha Alexandrinus, ſcripſit Vitam S. Joannis Chryſoſtomi* 401 f, 406 b c, 407 e f, 408 a
Georgius *epiſcopus Bambergenſis* 395 d
Gerardus *epiſcopus Catalaunenſis, adſtitit elevationi corporis S. Amati Senonenſis* 131 f, 132 a & ſeqq.
Gerardus II *epiſcopus Cameracenſis* 38 e f, 39 b, 40 b c d, 46 e f, 131 e, 132 a
Gerardus *abbas Boneffenſis* 399 f
Gerardus *abbas Claræ-vallenſis* 382 a b c d e
Gerardus *Laudunenſis, abbas Ninovienſis* 769 f, 770 a, 771 b, 772 b
Gerardus *fundator abbatiæ Ninovienſis* 770 e, 771 b e, 775 d
Gerardus *Grimbergenſis, Ninovienſis abbatiæ adverſarius* 770 a
Gerardus *civis Vezzanienſis* 112 f
Gerberga *Lamberti II Lovanienſis comitis uxor* 39 c d
† Germanus *epiſcopus Autiſſiodorenſis* 58 c
† Germanus *epiſcopus Pariſienſis* 59 c f, 60 a b, 64 d e f, 65 a b c
Germanus *presbyter, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 582 f, 583 a d, 599 c, 607 b e
Gernſtain (*Henricus de*) 730 a
Gernſtain (*Wilhelmus de*) 729 e
Gernſtainia (*Eliſabetha*) *filia Henrici II dynaſtæ Rottenburgici* 728 f, 730 a
Gerontius *epiſcopus in Macedonia* 653 d
Gerontius *epiſcopus Nicomedienſis, à S. Joanne Chryſoſtomo depoſitus* 547 c d e f, 548 a, 578 d, 584 a
Gerontius *presbyter, ad converſionem Phœnicum à S. Joanne Chryſoſtomo incitatus* 643 b c d e f
† Gertrudis *vidua* 127 c d f
Gewolff (*Andreas*) *parochus in Munſter, loco Tyrolis* 735 f
Gezner (*Franciſcus*) *nobilis Tyrolenſis, primus ſcripſit de S. Notburga* 712 a
Gezner (*Joannes*) *nobilis Tyrolenſis* 712 a
Geznerin (*Magdalena*) *virgo nobilis Tyrolenſis* 712 a
Ghiſonius (*Stephanus*) *notarius Regienſis* 115 b
Gilbertus *Laudunenſis, primus abbas Ninovienſis* 771 e, 775 d
Giſelinus *decanus de Sognies, interfuit tranſlationi corporis S. Amati Senonenſis* 133 a
Godefridus *præpoſitus eccleſiæ S. Amati Duaci* 132 b
Godefridus Sygerus *archidiaconus Cameracenſis, interfuit tranſlationi corporis S. Amati Senonenſis* 133 a
Godefridus *Normannorum rex* 359 b
Goldſcherus *monachus Trevirenſis, ſcriptor geſtorum SS. Eucharii, Valerii & Materni* 358 b c d e f, 359 a
Gordianus *imperator* 439 d e, 440 a c d
Gordius *presbyter Carthaginenſis* 208 b, 246 c, 252 a b
Goſwinus *epiſcopus Tornacenſis, adſtitit elevationi corporis S. Amati Senonenſis* 131 f, 132 a b c d e

Go-

Gothi 437 a b, 500 c, 502 c, 526 c d e f, 535 d e f, 536. *Eorum conversioni S. Joannes Chrysostomus allaborat* 631 e f, 632 a b

Gozbaldus *presbyter, Ludovici I Germaniæ regis archicancellarius, deinde episcopus Wirceburgensis* 343 c

Gozbaldus *presbyter Ochsenfurtensis* 343 c

Gözens (*Franciscus*) *propriè vocandus* Gezner. *Vide* Gezner.

Graben (*Felix de*) *vir nobilis in Tyroli* 741 a, 743 b

Grafeus *subscriptus instrumento de reliquiis, Treviris in Hispaniam missis* 399 f

Grando *insolitæ magnitudinis Constantinopoli* 609 b c

Gratianus *imperator* 408 e, 409 d, 411 e, 429 e, 495 f, 502 c

Gratus *consul Romanus* 152 f, 153 c, 180 d, 356 f

† Gregorii *corpus translatum* 383 b

† Gregorius I *Papa* 65 c f, 85 f, 86 a, 90 a & seqq., 91 a & seqq., 92 a & seqq., 93 a & seqq., 94 a & seqq., 111 b c e f, 116 a, 117 b c, 144 d, 337 e, 338 f, 339 a, 779 c

† Gregorius *episcopus Lingonensis* 21 e

† Gregorius *Illuminator episcopus Armeniæ* 663 a b c d

† Gregorius *Nazianzenus* 435 d e, 444 f, 445 b, 622 f, 623 a, 668 e, 670 b, 674 a. *Ejus corpus Romæ* 694 d

† Gregorius *Nyssenus* 674 a

† Gregorius *Thaumaturgus episcopus Neocæsarienſis* 666 c

† Gregorius *Turonensis* 64 d e f, 65 a & seqq., 66 a b d e

† Gregorius *Decapolita* 693 c

Gregorius II *Papa* 363 a

Gregorius IV *Papa* 397 d

Gregorius VII *Papa* 132 b

Gregorius XII *Papa* 141 d

Gregorius XIII *Papa* 363 e f, 694 f

Gregorius *protosyncellus, deinde patriarcha Alexandrinus* 89 f, 90 a

Guarinonius (*Hippolytus*) *vir pietate ac virtutibus spectabilis, multa collegit de gestis S. Notburgæ* 710 & seqq., 713 & seqq.

Guaza *matrona Vezzarienſis* 112 f

† Gudulæ *virginis corpus translatum* 40 c d. *Item inter Prætermissos* 140 c

Guido *pastor Begginarum Nivellensium in Brabantia, inter Prætermissos* 3 c

Guido *comes Flandriæ* 187 e f, 190 b

† Guidonis *abbatis Pomposiani corpus translatum* 41 a

Guilibertus *toparcha in Hem, promotor cultûs SS. Cornelii & Cypriani* 190 c

Guilielmus II *episcopus Andegavensis* 63 e f

† Gumbertus *episcopus Senonensis* 102 f

Gundericus *episcopus Trevirensis* 400 f

Guntelinus *monachus, inter Prætermissos* 51 e

Gutta *filia Henrici II dynastæ Rottenburgici* 722 f, 728 f

Gutta *uxor Henrici I dynastæ Rottenburgici, benigna erga S. Notburgam, famulam suam* 718 d, 719 e f

Gymnasius *episcopus in conciliabulo ad Quercum* 548 a

H

† H Adrianus I *Papa* 181 f, 182 a

Hadrianus *imperator* 367 e

Hagen (*Ferdinandus vander*) *abbas Ninovienſis, de Opere nostro optimè meritus* 769 e, 773 b c d e

Hagen (*Petrus vander*) *sacrista Ninovienſis* 772 c e

Hamelanus *vel* Hamelarius *episcopus Trevirensis* 366 f, 368 e

Harduinus (*Joannes S. J.*) *edidit epistolam ad Cæsarium & illustravit* 656 e, 657 a b d f, 658 & seqq.

Harmatius *amicus S. Joannis Chrysostomi* 628 a

Harmerus *scriptor miraculorum S. Maurilii Andegavensis* 66 a b, 68 c, 76 c, 78 f

Hartzheim (*Josephus*) *Societatis Jesu, doctor sacræ Theologiæ Coloniæ, scripsit dissertationem de initio fidei in Germania secunda* 355 e, 356 b c

† Hedwigis *Meraniæ dux* 731 f

Heisenbergh (*Fredericus de*) *abbas S. Mathiæ Trevirensis* 394 c

Helena, *inter Prætermissos* 50 b

Helenus *episcopus Tarsensis* 173 b, 299 b f, 311 b c

Helinus *fundator canonicorum S. Materni Leodii* 398 a

Heliodorus *pater S. Amati abbatis Habendensis* 96 b c, 103 c, 104 c

Helladius *Cæsareensis in Cappadocia episcopus* 547 f

Helladius *presbyter, amicus S. Joannis Chrysostomi* 632 b c d

Helladius *amicus S. Joannis Chrysostomi* 620 e

Hellebichus *seditiosis Antiochenis judex à Theodosio Magno datus* 472 f, 473 a c f, 474

Hendrickx (*Norbertus*) *vice-parochus Ninovienſis, de Opere nostro bene meritus* 773 c d

Henricus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f

Henricus *Prior monasterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e

Henricus *religiosus monasterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e

Henricus III *imperator* 41 a

Henricus IV *imperator* 364 b, 400 d

Henricus VII *imperator* 384 f

Henricus *rex Bohemiæ* 719 b, 721 c, 723 c

Henricus *dictus* primus, *dynasta Rottenburgicus, aulæ Tyrolensis præfectus, S. Notburgæ herus* 718 c, 719 b e f

Henricus II *dynasta Rottenburgicus, curiæ Tyrolensis magister, S. Notburgæ herus* 710 f, 711 a, 717 f, 718 e, 719 f, 720 a, 721 a b c, 722 e, 723 d, 724 d e, 726 a, 727 b, 728 b c, 729 f

Henricus III *dynasta Rottenburgicus, curiæ Tyrolensis magister* 719 f, 720 f, 722 f, 728 e f

Henricus IV *dynasta Rottenburgicus, curiæ Tyrolensis magister* 719 f, 720 a, 722 e f, 724 e, 728 a b, 729 f

Henricus *ultimus dynasta Rottenburgicus, curiæ Tyrolensis magister* 717 e, 718 a, 720 a, 725 a

Heraclia, *inter Prætermissos* 51 e

Heraclides *Ephesinus episcopus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 546 b c d, 547 c, 579 c, 580 d e f, 581 f, 584 b, 588 d e, 589 a, 607 e, 631 a

Herculanus *episcopus in Africa* 218 d, 247 f, 249 a b c, 250 a & seqq.

Herculius *amicus S. Joannis Chrysostomi* 636 a

Herennianus *hypodiaconus ecclesiæ Carthaginensis* 320 c f, 321 a

Herigerus *abbas Lobiensis* 358 b f, 359 a, 360 c d

† Hermagoræ *episcopi Aquileiensis translatio, inter Prætermissos* 2 b

† Hermagoras 745 f, 751 d, 752 a
Hermant (*Theodorus*) *ſcripſit Vitam S. Joannis Chryſoſtomi* 407 e
† Hermetis *martyris corpus Rotnaci* 187 c, 188 f, 189 a & ſeqq.
Heſſel (*Jacobus*) *eques auratus, Catholicæ majeſtatis conſiliarius* 399 f
Heſychius *epiſcopus Parii* 544 c
Heſychius *epiſcopus Salonenſis in Dalmatia* 654 f, 655 a
Heſychius *monachus prope Antiochiam* 426 d, 435 a
Heſychius *vir nobilis, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 623 d e f, 624 a
Hetti *epiſcopus Trevirenſis* 366 e f, 376 a, 400 b f
Hidulfus *epiſcopus Trevirenſis* 366 f
Hierax *monachus in Ægypto* 579 a
Hieremias *patriarcha Conſtantinopolitanus* 694 e
Hierius *amans Operum S. Joannis Chryſoſtomi* 668 f, 669 a
† Hieronymus *Eccleſiæ doctor* 147 d, 153 a b, 445 b, 567 f, 568 a c, 569 d e, 570 b c, 571 c d e f, 572 a b c d e, 573 d e. *Non ſenſit malè de S. Joanne Chryſoſtomo, nec Theophili epiſtolam vertit* 674 e f, 675, 676, 677, 678 a b c d
† Hilarius *epiſcopus Arelatenſis* 670 b
† Hilarius *Pictavienſis* 318 b
Hilarius *epiſcopus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 607 d e, 632 b c
Hilarius *monachus Regienſis* 115 b
Hilarius *ſubadjuba ſub Arcadio imperatore* 527 f, 528 a
† Hilarus *Papa* 29 c d f, 82 d e f
Hilduinus *abbas San-Dionyſianus* 145 b c d
† Hippolytus *martyr* 339 b
Hochenekia (*Margareta*) *Henrici II dynaſtæ Rottenburgici uxor & S. Notburgæ hera benignior* 721 a b, 722 d e, 724 e, 728 c, 729 f
Hochenekius (*Rudolphus*) *archiepiſcopus Saliſburgenſis* 721 a
Holſteinia *ſereniſſima dux, in templum S. Notburgæ munifica* 745 d
Honoratus *epiſcopus in Numidia* 286 f, 287 a & ſeqq.
Honorius *imperator Occidentis* 402 e, 511 d, 608 c d e, 609 a, 645 a, 646 b c d e f, 647 b, 648 a, 652 d, 679 a d
Honſum (*Zegerus van*) *canonicus & pœnitentiarius eccleſiæ cathedralis Antverpiæ* 149 e
Hontheim (*Joannes ab*) *epiſcopus ſuffraganeus Trevirenſis, ſcripſit Hiſtoriam diplomaticam ejuſdem archidiœceſis* 355 e, 400 c d
Horlachen (*Seyfridus de*) 729 e
† Hugo *epiſcopus Lincolnienſis* 775 e
Hugo *epiſcopus Biſonticenſis* 101 e
Hugo *epiſcopus Tullenſis* 395 d
Hugo *abbas S. Petri de Chant, interfuit tranſlationi corporis S. Amati Senonenſis* 133 a
Humbertus *epiſcopus Wirceburgenſis* 343 b c
Hunericus *Vandalorum in Africa rex* 336 f, 337 c
Hungari *in Lotharingiam irrumpunt* 101 e
Hunni *Romanorum provincias vaſtant* 502 c
Hymnetius *archiater, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 620 c d, 629 a b
Hypatius *presbyter Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 637 b c

I

† Jacobi *fratris Domini reliquiæ* 132 c
Jacobus *archiepiſcopus Trevirenſis & elector* 399 c d e
Jacobus *monachus Regienſis* 115 b
Jacobus *vir illuſtris, reliquias SS. Siſinii, Alexandri & Martyrii detulit Conſtantinopolim* 530 c
† Jader *epiſcopus in Africa, ad metalla damnatus* 320 f
Jakemin (*Gabriël*) *canonicus Caſleti in Flandria, edidit Vitam S. Notburgæ* 713 f
Jamnecius *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Janſenius (*Cornelius*) *epiſcopus Iprenſis* 671 b, 672 d
Januarius *epiſcopus in Numidia* 286 f, 287 a & ſeqq.
† Jaſon *martyr, inter Prætermiſſos* 52 d e
† Ibarus *epiſcopus Hibernus* 30 a b
Idolorum *templa, curantibus SS. Joanne Chryſoſtomo & Porphyrio diruta* 527 c d e f, 551 e f, 552, 553 a
Jeſabel *regina Iſraëlis* 707 e f
† Ignatius *epiſcopus Antiochenus martyr, à S. Joanne Chryſoſtomo laudatus* 504 a
† Ignatius *fundator Societatis Jeſu* 745 b
† Illuminata 744 a
Ingenuus *epiſcopus Ebredunenſis* 82 e
Ingofredus *abbas Luxovienſis* 99 e
† Innocentii *Papæ corpus tranſlatum* 182 a
† Innocentius I *Papa* 376 d, 402 e, 404 d, 576 f, 579 b, 586 a, 591 d e, 595 d, 598 c d e f, 599, 600, 601 a b c, 603 d e, 604 c, 607 b c e f, 608 a b c, 614 f, 645 a, 646 a & ſeqq., 647 f, 648 a, 652 d, 653 f, 654 a, 655 d, 667 c, 670 a, 675 c, 678 a e f, 679 a d e, 680 c d e f, 681 a b, 682 a, 683 d e f, 684 a f, 685 a b d
Innocentius III *Papa* 132 b
Innocentius VI *Papa* 186 c d e, 187 a, 384 c
Innocentius VIII *Papa* 733 c
Joanna *ſoror Adelphii epiſcopi Arabiſſi* 688 f, 689 c, 690 a b c
† Joannes Baptiſta 707 e, 748 d
Joannes Baptiſta Cibo *epiſcopus Melfitenſis, S. R. E. Cardinalis S. Balbinæ, poſtea Innocentius VIII PP.* 733 a c
† Joannes *Damaſcenus* 406 d
† Joannes *Eleëmoſynarius epiſcopus Alexandrinus* 83 b, 85 b c d, 406 c
† Joannes Caſſianus 668 d e f
† Joannes *diſcipulus S. Materni* 388 c d
† Joannes *eremita juxta Lycopolim* 678 d
Joannes VIII *Papa* 183 e
Joannes XIII *Papa* 364 b c
Joannes XIX *Papa* 24 d
Joannes Arcimboldus *epiſcopus Novarienſis, S. R. E. Cardinalis SS. Nerei & Achillei* 733 a c
Joannes *Euchaitarum metropolita* 407 d, 692 c d
Joannes I *archiepiſcopus Trevirenſis* 395 a b, 396 a
Joannes *epiſcopus Alexandrinus* 85 b
Joannes Michaël *epiſcopus Andegavenſis, inter Prætermiſſos* 3 e f
Joannes III *epiſcopus Andegavenſis* 63 f
Joannes *epiſcopus Cæſareenſis in Palæſtina* 551 e f, 552, 553
Joannes I *epiſcopus Cameracenſis* 121 a, 131 e, 132 a b

Joannes *Jejunator episcopus Constantinopolitanus* 90 b d
Joannes *episcopus Ephesi* 580 d
Joannes *episcopus Hierosolymitanus* 404 d e, 620 f
Joannes *decanus Andegavensis* 63 f
Joannes *decanus Atrebatensis, interfuit translationi corporis S. Amati Senonensis* 133 a
Joannes *presbyter, ad propagandam in Phœnicia fidem à S. Joanne Chrysostomo excitatus* 643 b e f, 644 a b f, 645 b c d
Joannes *presbyter, lator epistolæ S. Joannis Chrysostomi ad S. Innocentium Papam* 654 c e f, 655 c d e
Joannes *diaconus Constantinopolitanus* 579 e
Joannes *diaconus Constantinopolitanus, S. Joannis Chrysostomi accusator* 525 e f, 579 c d e f, 580, 581 f, 582 a
Joannes *monachus, S. Joannis Chrysostomi accusator* 579 c d, 580 d e, 581 f
Joannes *comes Constantinopoli* 579 e
Joannes *comes thesaurorum Constantinopoli* 607 b
Joannes *marchio Brandenburgensis* 395 d
Joannes *discipulus S. Gregorii Decapolitæ* 693 c f
Joannes *filius Publiæ diaconissæ* 408 c
Joannes *unus ex excubitoribus Anastasii imperatoris* 18 b c
† Job *propheta* 707 f, 708 b
Jobinus *diaconus abbas in Portu Veneris* 111 b c f
† Jonatus *abbas Marchianensis* 127 c
Jongny (*Jacobus du*) *dominus Pamellæ* 189 a
† Josephus *Hymnographus* 693 c
Jotapianus *tyrannus tempore Philippi imperatoris* 442 a
Jovianus *imperator* 408 e, 409 c, 415 a
Jovinus *episcopus in Africa, lapsus in persecutione & schismaticus* 259 f, 271 a, 275 d e f
† Irenæus *episcopus Lugdunensis* 355 f, 356 a b, 357 d, 444 e
Irene *mulier schismatica Carthagine* 250 c f
Isaacius *ignotæ sedis episcopus, S. Joannis Chrysostomi adversarius* 523 a, 578 c & seqq., 580 d e f, 581 a b c
Isaacius *Syriscus, fortè idem cum præcedenti* 575 f, 576 b e, 580 d e, 583 e, 588 e
Isaurorum *incursiones* 603 c, 609 b, 612 c, 614 f, 615 d f, 616 b, 617, 618, 619, 620 a c, 623 c d e f, 624 e, 625 b, 627 a b c d, 628 a, 633 c, 634 a, 636 e, 637 c d e, 639 e, 640 b c d e, 641 d e, 642 c d, 644 a b, 645 a d, 648 e & seqq., 649, 650, 651, 652 a b c, 654 a b c d
† Isidorus *presbyter Alexandrinus* 510 e f, 511 a b c, 528 d e, 667 a b c d e, 568 b, 569 c, 570 e, 581 e
† Isidorus *Pelusiota* 404 e f, 406 b, 568 a b, 586 e, 667 b, 675 d, 684 b c
Isidorus *diaconus S. Eulogii episcopi Alexandrini* 90 c, 94 d
Isidorus *diaconus, incertæ notæ scriptor* 679 f
Italica *nobilis matrona Romana* 655 f
Jubajanus *episcopus ignotæ sedis* 296 c d, 298 c d e f, 299 a, 301 d e, 305 f
† Jucundæ *virginis reliquiæ Regii Lepidi* 114 c
Judæi & Judaizantes *à S. Joanne Chrysostomo impugnati* 450 e f, 451, 452 & seqq., 463 e f, 480 e f, 481 a b, 483 b c, 486 e f, 491 b c, 494 d e, 496 d e, 499 f, 500 a, 501 a b c
† Judas *apostolus* 748 d
Juliana *Olybrii consulis uxor* 655 f
† Juliani *martyris exceptio reliquiarum, inter Prætermissos* 50 b
† Julianus *Anazarbenus martyr, à S. Joanne Chrysostomo laudatus* 505 a
† Julianus *martyr* 84 a b c
† Julianus *martyr in Africa* 335 a
† Julianus *martyr, inter Prætermissos* 4 d
† Julianus *Brivatensis* 58 c
Julianus *archidiaconus S. Eulogii episcopi Alexandrini* 83 f, 84 a
Julianus *presbyter ecclesiæ Carthaginensis* 333 c
Julianus *subdiaconus ecclesiæ Carthaginensis* 333 c, 334 e
Julianus *apostata imperator* 20 b e, 66 c d, 72 c, 408 e, 409 c, 411 e, 413 f, 415 a, 438 e f, 439 a, 456 c, 460 b, 498 d e f, 557 c
Julianus *avunculus Juliani apostatæ imperatoris* 498 e f
Julianus *Pelagianus verbis S. Joannis Chrysostomi abusus* 493 a, 670 a & seqq., 671 a f
Julianus *quæstor Juliani apostatæ imperatoris* 498 e f
† Julius I. *Papa* 595 d
† Julius *martyr* 56 a
Julius Valens *usurpator imperii* 154 b, 268 a
† Justina *virgo martyr Nicomediensis* 193 e, 194 e, 195 f
Justinianus I *imperator* 84 e f, 337 b
Justinus I *imperator* 15 c, 18 e, 19 c
Justinus *consul, postea imperator ejus nominis secundus* 34 e f, 35 a
Justus *presbyter, scripsit de gestis S. Maurilii episcopi Andegavensis* 64 b, 65 d, 66 c, 72 a
Juvencus *presbyter in Hispania, inter Prætermissos* 3 a b c
† Juventini *martyris festum Antiochiæ* 460 a b
† Juventius *Ticinensis, inter Prætermissos* 1 c, 4 f

K

Kaliwoda (*Kilianus Josephus*) *vir nobilis, testimonium dedit de beneficio S. Notburgæ* 746 b d
Kandlinger (*Leonardus*) *œconomus templi S. Notburgæ* 733 d
Kempter (*Adrianus*) *canonicus Wilthinensis abbatiæ in Tyroli* 713 d
† Kiaranus *episcopus Hibernus* 30 a b
Kinigle (*Caspar Ignatius ex comitibus de*) *S. R. I. princeps, episcopus Brixinensis, pius & munificus in S. Notburgam* 735 c, 736 c, 737 a, 739 d e, 743 a & seqq., 744 c d e, 745 c
Kirchbergia (*Agnes*) *uxor Henrici ultimi dynastæ Rottenburgici* 717 e
Krippius (*Joannes Jacobus*) *nobilis Tyrolensis* 713 a, 717 c
Krippius (*Sigismundus*) *nobilis Tyrolensis* 712 a
† Kunialdus, *inter Prætermissos* 4 e

L

Lælius *diaconus Emeritensis* 293 f, 294 a
† Lætus *pastor ovium, inter Prætermissos* 142 e
Lamberg (*Franciscus Bernardus comes de*) 745 f
† Lamberti *episcopi reliquiæ Leodii* 397 e
Lambertus *abbas Montis S. Georgii in Tyroli, operam contulit ad colligenda Acta S. Notburgæ* 718 a, 727 f, 742 a, 743 b, 744 c e f
Lambertus II *comes Lovanienſis* 39 d, 40 d
Lamprotatus *diaconus Constantinopolitanus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 637 c
Landeberta *monialis Eboriacensis, inter Prætermis-*

missos 51 b
Landebertus *episcopus Senonensis* 126 a b
Landolphus *Brixinensium antistes* 728 b e
† Laurentius *seu* Laurentinus *martyr* 243 f, 244 a
Lazarus *episcopus Lunensis* 112 b, 116 a b c
Lazi *gens barbara* 664 b
† Legontius *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f
Leidradus *episcopus Lugdunensis* 33 a, 340 a c d f
Lenderer (*Christophorus*) *civis Rattenbergensis, testimonium dedit pro patria S. Notburgæ* 716 b c
† Leo I *Papa* 83 b, 84 a b c d, 85 f, 86 a, 98 d, 107 b, 108 d, 144 d, 145 d, 147 f, 148 e, 181 f, 182 b, 674 a c, 779 c, 780 a b
† Leo IX *Papa* 101 e f, 102 a, 184 f, 185 a, 342 e, 364 b
Leo IV *Papa* 177 c
Leo X *Papa* 395 f
Leo I *imperator* 674 a
Leo *Sapiens imperator Orientis* 406 e f, 407 e
Leo *ductor exercitûs sub Arcadio imperatore* 534 c d e
† Leodegarius *episcopus Augustodunensis martyr* 130 d
Leodegarius *episcopus Bituricensis* 190 f
Leonardus *abbas monasterii Montis S. Georgii in Tyroli* 735 f
† Leontius *episcopus Augustodunensis* 21 e
Leontius *episcopus Ancyræ* 526 e, 594 b c d e, 595 b f, 596 a b, 613 e, 647 e
Leontius *episcopus Antiochenus Arianus* 440 b, 441 f
Leontius *episcopus Arelatensis* 82 d e
Leontius *hospes S. Joannis Chrysostomi* 620 d e
† Leopoldus *marchio Austriæ* 709 f
Leothecarius *episcopus Lunensis. Vide* Lintecarius.
Leudelberta *monialis Eboriacensis, inter Prætermissos* 51 b
Leudemundus *episcopus Sedunensis* 104 a b d
Leudolfus *episcopus Trevirensis* 400 f
Libanius *vir Antiochenus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 626 a b c d, 627 b d e f
Libanius *rhetor gentilis, S. Joannis Chrysostomi præceptor* 410 b d e f, 411 a b c d e, 415 e, 419 e f, 438 e, 439 a, 466 c, 467 a b c d e, 704 c
Libellatici *in Africa qui dicti fuerint* 215 f, 216 a & seqq., 217 a & seqq., 218 a b, 254 e. *Hi ad pacem admissi in concilio Carthaginensi* 255 c d, 257 b & seqq., 258 a & seqq., 259 a b
Libelli *martyrum & confessorum lapsis dati* 226 f, 227 a & seqq., 228 a & seqq., 229 a & seqq., 235 b c d, 259 c
Liberalis *episcopus in Africa* 160 b, 261 a
Liberius *Papa* 595 d
† Liborius *episcopus Cenomanensis* 70 a
† Licinius *episcopus Andegavensis* 78 a, 79 a d
Licinius *imperator* 16 d, 54 b, 55 a e f, 371 e
Licontius *episcopus Lugdunensis* 32 d e
† Lidorius *episcopus Turonensis* 60 f
Lietbertus *episcopus Cameracensis* 38 e
Ligneville (*Philippus de*) *præpositus S. Deodati, transtulit corpora SS. Amati & Adelphii* 101 f
Lintecarius *episcopus Lunensis* 109 e f, 113 b c e, 118 c d
† Liutwinus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Longinus *legatus Novatiani antipapæ* 161 d, 164 f, 165 a b, 261 b & seqq., 264 f
Lotharius I *imperator* 114 b, 145 b c, 188 d
Lotharius *Lotharingiæ rex* 383 d
† Lucas *euangelista* 702 b
† Lucas *monachus Ordinis S. Basilii, inter Prætermissos* 52 a
Luciana *matrona Romana. Vide* Lucina.
† Lucianus *presbyter Antiochenus martyr, à S. Joanne Chrysostomo laudatus* 460 e, 665 b c d f, 666 a b
Lucianus *episcopus Donatista* 371 d
Lucianus *confessor Carthaginensis* 226 c, 227 a b c, 335 b c d, 336 d
Lucianus *presbyter in Mauritania* 297 d
Lucianus *acolythus ecclesiæ Carthaginensis* 320 c f, 321 a,
Lucifer *Calaritanus, Apostolicæ Sedis legatus* 435 e
Lucina *matrona Romana* 144 c, 145 d, 147 a
† Lucius *Papa martyr* 148 d, 163 d, 168 e, 176 c d, 177 d f, 178 e f, 179 a c, 281 f, 282 a b c d, 283 b c, 292 e, 293 c
† Lucius *episcopus in Africa, ad metalla damnatus* 320 f
† Lucius *martyr in Africa* 335 a
Lucius *episcopus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 621 a
Lucius *episcopus Lunensis* 109 b, 110 b, 112 b c d e f, 113 a b, 117 b, 118 b
Lucius *Afer in persecutione lapsus, deinde pro fide extorris* 235 f
Lucius Priscus *tyrannus* 152 a b, 268 a
Lucius *rector scutariorum sub Arcadio imperatore* 597 b c, 602 a
Ludolfus *fortè episcopus Trevirensis* 367 a b
Ludovicus *religiosus monasterii S. Georgii in Tyroli* 729 e
Ludovicus *Pius imperator* 101 d, 114 a b c d e f, 119 b, 185 d f, 187 e
Ludovicus II *imperator* 183 b, 187 c d e, 188 d
Ludovicus II *Italiæ rex, deinde imperator* 114 b
Ludovicus I *Germaniæ rex* 343 c
Ludovicus *Transmarinus Francorum rex* 341 f
Ludovicus *comes Palatinus cis Rhenum* 395 d
Ludovicus *Meinhardi comitis Tyrolensis filius* 723 b c
† Lupicinus *episcopus Viennensis* 180 e f, 181 a b
Lupicinus *episcopus Apiariæ, S. Joannis Chrysostomi amicus* 582 f, 583 a d, 599 c
† Lupus *episcopus Senonensis* 122 d, 124 f

M

MAcarius *episcopus Magnesiæ* 578 c & seqq., 579 c
† Machabæi *martyres, à S. Joanne Chrysostomo laudati* 504 d
Machæus *legatus Novatiani antipapæ* 161 d, 164 f, 165 a b, 261 b & seqq., 264 f
Macharius *confessor Romanus, schismati aliquamdiu addictus* 158 e, 160 d, 165 e f, 166 a & seqq., 167 a b c d e, 264 b c d
Macrinus *diaconus Agrippinensis, interfuit concilio Arelatensi I* 372 b
† Macrobius *martyr* 54 f
Mactefledis *prima abbatissa Habendensis* 105 d e, 106 b
† Madelbertæ *virginis abbatissæ reliquiæ Leodii* 397 b
Maffeius (*scipio, marchio*) *edidit epistolam ad Cæsarium & illustravit* 656 e f, 657 & seqq.
Magnentius *tyrannus* 408 e
† Magnericus *episcopus Trevirensis* 400 f
† Magnobodus *episcopus Andegavensis, scriptor Vitæ S. Maurilii ejusdem sedis episcopi* 64 b, 65 d e, 68 b c, 72 & seqq.
† Magnus, *inter Prætermissos* 2 c

Ma-

Magnus *episcopus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 623 d
Magnus *Christianus, fortè clericus in Africa* 307 b c d e
Majoranus *episcopus Placentinus in Italia* 79 e f
Majorinus *episcopus schismaticus Carthaginensis* 309 d e, 371 c
Malchus *S. Joannis Chrysostomi amicus* 628 d
Malderus (*Joannes*) *episcopus Antverpiensis* 149 d e f
Mamertinus *orator sub Maximiano imperatore* 377 c d
† Mamertus *episcopus Viennensis* 82 d
Mamilianus, *inter Prætermissos* 51 f
Manasses *archiepiscopus Remensis* 132 b
Manes *hæresiarcha* 661 e
Manichæi *refutati à S. Joanne Chrysostomo* 463 f, 464, 465 a b, 483 a, 494 d, 504 c, 512 a, 513 a, 561 f
† Mansuetus *episcopus Tullensis* 354 f, 376 f
† Mansuetus *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 373 d e f
Mantinger (*Andreas*) *curatus templi Ebenensis in Tyroli* 746 f
Manzolus (*Lucas*) *ex Ordine Humiliatorum episcopus Fesulanus & S. R. E. Cardinalis, inter Prætermissos* 141 d
† Mappalicus *martyr Carthaginensis* 226 b d, 227 b
Marbodus *episcopus Redonensis* 64 f
† Marcella *Romana vidua* 572 a b
† Marcellinus *episcopus, inter Prætermissos* 3 c
Marcellinus *Antiochenus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 624 b c
Marcellinus *verisimiliter alius, amicus S. Joannis Chrysostomi* 624 d
† Marcellus *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 368 c f, 373 d e f, 374 a
Marcellus *episcopus Galata* 595 d
Marcellus *episcopus in Macedonia* 653 c d
Marchettus (*Hieronymus*) *notarius Romanus* 149 c
Marcianus *episcopus Arelatensis, Novatianus* 163 d e, 173 d, 233 e f, 292 f, 293 a b c d, 298 b, 302 d, 316 e, 317 e
Marcianus *imperator* 89 a b, 779 a, 780 c
Marcianus *Antiochenus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 624 b c
Marcianus *verisimiliter alius, amicus S. Joannis Chrysostomi* 624 d
Marcianus *persecutionis sub Valeriano auctor* 317 f
Marcionistæ *à S. Joanne Chrysostomo impugnati* 483 a, 494 d, 512 a, 513 a, 527 c. *Eorumdem conversioni idem Sanctus allaborat* 527 a, 611 c
† Marcus *euangelista* 391 c
Marcus *episcopus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 621 a
Marcus *episcopus Aurelianensis* 33 e f
Marcus *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c
Marcus *diaconus & biographus S. Porphyrii episcopi Gazensis* 527 e, 528 a, 551 e f, 552, 553
Marcus Aurelius *imperator* 356 e f
† Mariæ *Virginis SS. Nominis Commemoratio, inter Prætermissos* 2 e. *Ejus capilli Duaci* 132 c
Maria Theresia *augustissima imperatrix regina nostra* 714 b
Maria *Blanca Maximiliani I imperatoris conjux* 395 c
Maria Christierna *archidux Austriæ* 713 a, 717 c, 735 b
Maria *diaconissa seculo quarto in Bithynia* 18 a
Maria à S. Paulo *virgo Clarissa, inter Prætermissos* 141 f
† Marianus *martyr* 335 b c d
† Marianus Gormanus *abbas Collis Apostolorum* 26 e
Marianus *episcopus ignotæ sedis, Occidentalium legatus pro causa S. Joannis Chrysostomi* 646 f, 647 a b
Marinianus *amicus S. Chrysostomi* 649 a b
Marinus *episcopus Arelatensis* 371 d e f, 372 b c
Maris *presbyter & monachus in Apamene* 643 b c d
Mariscotti (*Elisabetha*) *matrona Mutinensis* 137 f, 138 a d
† Maro *anachoreta* 628 d
Maro *presbyter monachus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 628 d
Marsa *mulier inimica S. Joannis Chrysostomi* 575 d
† Martialis *episcopus Lemovicensis* 354 f, 355 a, 362 f, 363 a, 381 e
Martialis *episcopus Hispanus, in persecutione lapsus* 169 a, 206 e, 217 b c, 259 b c, 293 d e f, 294 a b c, 302 d, 316 e, 317 c d e
† Martini *reliquiæ Duaci* 132 c
† Martinus *Papa martyr* 589 f
† Martinus *episcopus Turonensis* 61 e f, 62 a, 66 c d, 68 c d e f, 69 a & seqq., 70 a & seqq., 71 a & seqq., 72 c d, 73 e f, 356 d
Martinus I *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 368 f
Martinus II *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c
Martinus *præpositus generalis Ordinis Camaldulensis, inter Prætermissos* 50 f, 51 a
Martinus *abbas Angeriacensis* 24 b
Martinus *monachus Regiensis* 115 b
† Martyrius *martyr in agro Tridentino, ejusque reliquiæ Constantinopolim translatæ* 530 c
Martyrius *patriarcha Antiochenus* 406 d
Martyrius *archidiaconus Constantinopolitanus* 525 f, 580 b
Martyrius *diaconus Constantinopolitanus* 601 b
† Marus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f. *Ejus reliquiæ in Hispania* 399 e
† Maruthas *Mesopotamiæ episcopus* 575 b, 578 c & seqq., 631 c d e f
† Maternus *episcopus, inter Prætermissos* 51 f
† Mathiæ *apostoli reliquiæ in Hispania* 399 d
Mathildis *domina Ninoviensis, uxor Gerardi Grimbergensis* 770 a
Matthæus *episcopus Gurtzensis* 395 d
Matthæus *Camariota* 407 d
Mattich (*Andreas*) *parochus Vermensis in Istria* 749 e
Maucouvent (*Jacobus*) *presbyter Pamellensis, collegit reliquias SS. Cornelii, Cypriani & Cælestini* 189 a b c d
† Maurilius *episcopus Andegavensis* 60 f
Maurilius *archiepiscopus Rotomagensis, inter Prætermissos* 50 e
† Maurilus *episcopus martyr, inter Prætermissos* 50 a
† Mauritius I *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 374 a
Mauritius *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Mauritius *imperator* 88 c f, 89 a b

† Mau-

† Maurontus *abbas Broylenſis* 120 c e f, 121 e, 126 e f, 127 a & ſeqq., 128 a b c, 129 b & ſeqq., 130 a b c d e, 131 a b c. *Ejus reliquiæ* 131 f
† Maurus *martyr, inter Prætermiſſos* 52 d e
Maurus *monachus Regienſis* 115 b
† Maximi *corpus tranſlatum* 182 b
† Maximi *epiſcopi inventio, inter Prætermiſſos* 52 d
Maximianus *epiſcopus in Macedonia* 653 d, 681 a b, 685 a
Maximianus *epiſcopus Trevirenſis* 366 f, 400 f
Maximianus *Galerius imperator* 13 f, 377 e f, 378 c
Maximianus *Herculius imperator* 351 e, 352 c e f, 353 a, 377 c d e f, 378 b c
Maximilianus I *imperator* 395 b c, *munificus in templum S. Notburgæ* 715 c, 717 a, 724 b, 733 e, 734 b & ſeqq., 735 a e, 743 f, 745 a
† Maximini *martyris feſtum Antiochiæ* 460 a b
† Maximinus *epiſcopus Trevirenſis, inter Prætermiſſos* 2 b, 50 a
† Maximinus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 368 a c e, 394 c d, 400 f
† Maximinus *epiſcopus Tungrenſis, inter Prætermiſſos* 50 a
Maximinus *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & ſeqq., 366 a b c, 368 f, 374 a
Maximinus II *imperator* 13 f, 16 b
† Maximus *epiſcopus, inter Prætermiſſos* 52 d
Maximus *epiſcopus, fortè Seleucienſis* 560 a
Maximus *epiſcopus, ad quem ſcripſit S. Joannes Chryſoſtomus* 653 e, 655 b
Maximus *epiſcopus in Numidia* 286 f, 287 a & ſeqq.
Maximus *ſodalis S. Joannis Chryſoſtomi, deinde epiſcopus Seleucienſis* 415 e f, 425 d e, 560 a
Maximus *epiſcopus, in perſecutione lapſus & ſchiſmaticus in Africa* 259 f, 271 a, 275 d e f
Maximus *presbyter Romanus, confeſſor* 150 e, 151 c, 152 a, 156 f, 158 e, 160 d, 164 f, 165 c e f, 166 a & ſeqq., 167 a b c d e, 212 c, 213 b c d e, 236 e, 240 a d e, 244 e f, 262 d e f, 264 b c d, 265 a, 266 c, 345 b c
Maximus *presbyter ſchiſmaticus, Novatiani antipapæ legatus* 161 d, 162 d, 164 f, 165 a b, 167 d, 172 c d e, 261 b & ſeqq., 264 f, 265 d, 276 c d e, 278 b
Maximus *acolythus eccleſiæ Carthaginenſis* 320 c f, 321 a
Maximus *conſul Romanus* 178 e d f, 180 d
Maximus *per tyrannidem imperium affectat* 467 e f, 489 c, 502 c, 510 f, 511 a b, 541 a
Maximus *præſes Tomitanus* 55 f, 56 a
Maximus *philoſophus gentilis, de magia ſuſpectus* 413 f
Mayr (*Seybottus*) 729 e
Meckaw (*Melchior à*) *S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Brixinenſis* 735 a
Meingaudus *epiſcopus Trevirenſis* 367 b, 400 f
Meinhardus *comes Tyrolis & Carinthiæ dux* 718 c, 719 b, 721 c, 723 a b
† Melchiades *Papa* 314 a b, 371 d e f
Meletiani *qui dicti Antiochiæ* 457 e. *Eorum cum Euſtatianis diſſenſio compoſita* 680 c e
† Meletius *patriarcha Antiochenus* 408 d, 410 d e, 411 a, 412 e f, 413 a b, 415 a b c, 419 d e, 421 d, 428 c, 435 c d e, 436 a, 450 e, 457 e, 528 b, 676 e f, 703 e, 704 c
† Memmius *epiſcopus Catalaunenſis* 354 f, 376 f, 381 d, 388 d e
Memnon *ignotæ conditionis vir Conſtantinopoli* 580 b
Memorialis *epiſcopus Dinienſis* 82 f
Menas *abbas Tugarenſis* 83 e, 85 f
Menſurius *epiſcopus Carthaginenſis* 371 c
Merocles *epiſcopus Mediolanenſis* 371 e f, 372 b
Metaphraſtes, *ſcripſit Vitam S. Joannis Chryſoſtomi* 407 b e
† Methodius *epiſcopus Patarenſis, martyr* 360 e f
Methodius *epiſcopus & ſcriptor, ignotæ ſedis & temporis, forte fictitius* 360 d e f, 361 a
Metropolus *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & ſeqq., 366 a b c, 368 c f
Mettius *hypodiaconus Carthaginenſis* 164 f, 262 b e f, 263 a
Michaël *Comnenus imperator Orientis* 691 e
Micheler (*Andreas*) *nobilis Rattenbergenſis* 716 a d
Miletus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Milo *epiſcopus Trevirenſis* 366 e f, 400 f
† Modeſti *epiſcopi Trevirenſis reliquiæ in Hiſpania* 399 d
Modeſtus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e, 400 f
Modianus *epiſcopus in Numidia* 286 f, 287 a & ſeqq.
† Modoaldus *epiſcopus Trevirenſis* 359 c d, 366 e, 399 e, 400 f
Moduarius *diaconus in Oriente* 526 f, 631 e f
Mohr (*Maximilianus de*) *nobilis ſcriptor* 712 b
Molaſſius *abbas Damhiniſenſis & epiſcopus, inter Prætermiſſos* 2 a
Monachi *pro ſeditioſis Antiochenis fortiter & feliciter intercedunt* 474 c d e f
Monachi *de Origeniſmo accuſati & expulſi* 567 c d e f, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 578 d e, 674 e f, 676 b, 677 c e
† Monica *S. Auguſtini mater* 336 a b
Monophyſitæ *Eutychiani hæretici* 93 c d
Montaniſtæ *lege imperatoria coerciti* 527 a
† Montanus *martyr in Africa* 334 f, 335 a
Montbrun (*de*) *Calviniſtarum doctor* 81 f
Montfaucon (*Bernardus de*) *ſcripſit Vitam S. Joannis Chryſoſtomi* 407 e
Montius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 628 e f
† Monulphus *epiſcopus Trajectenſis* 387 c d e
† Morandus *abbas Broylenſis. Vide* S. Maurontus.
Morani (*Franciſca*) *mater B. Margaritæ Fontanæ virginis* 136 c e
† Moyſes *propheta* 445 f, 704 a, 707 f, 708 b
† Moyſes *presbyter Romanus martyr* 150 e, 151 c f, 152 a & ſeqq., 153 f, 156 f, 157 a c, 158 a b c d, 165 c, 168 a, 212 c, 213 b c d e, 236 b e, 239 d, 240 a d e, 244 e f, 265 a, 266 d, 345 b c
Moyſes *epiſcopus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 621 a
Moyſes *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & ſeqq., 366 a b c
Moyſes *presbyter, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 628 c
Mundicorda. *Vide* Bona virgo.
Muſonius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 628 f
Mutianus *ſcholaſticus* 559 c
Mutius Vitelleſcus *præpoſitus generalis Societatis Jeſu* 351 f

N

NAboth *Jezrahelita* 706 c
Namæa *mulier, verisimiliter Antiochena, S. Joanni Chrysostomo addicta* 627 f
Namatius *episcopus Arvernensis* 140 f, 141 a
Nampulus *episcopus in Numidia* 286 f, 287 a & seqq.
Nardinus. *Vide* Stephanus Nardinus.
Naricus *acolythus ecclesiæ Carthaginensis* 247 b
Nassutius *episcopus Donatista* 371 d
Natalis *episcopus Oeanus, interfuit concilio Carthaginensi III de baptismo hæreticorum* 301 d
† Navitus *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e, 367 c, 368 b c f, 369 a b c d e
† Nectarius *fortè episcopus Augustodunensis alter ab illo, cujus gesta habentur* 59 f, 60 a & seqq., 61 a d
Nectarius *episcopus, inter Prætermissos* 51 e
Nectarius *episcopus Constantinopolitanus* 510 b c, 516 e, 547 f, 579 d, 603 f, 604 a b, 668 e
Nefingus *episcopus Andegavensis* 63 b c, 76 e f, 77 a b, 78 f
† Nemesianus *episcopus in Africa, ad metalla damnatus* 319 a b d, 320 f
† Nemesianus *confessor, ad metalla damnatus* 192 f
Nemesianus *episcopus in Numidia* 286 f, 287 a & seqq.
Nerius *monachus, inter Prætermissos* 141 f
Nero *imperator* 367 e, 440 e
Nestoriana *hæresis* 660 d e f, 661 a, 662 a b e, 780 b
Nestoriani *hæretici* 780 b
Nestorius *hæresiarcha* 673 e f, 683 c, 684 d
Nevius (*Joannes*) *abbas Ninoviensis* 771 c, 772 a b
† Nicarete *nobilis virgo, S. Joanni Chrysostomo addicta* 604 f
Nicephorus *acolythus* 165 e, 166 a b c, 167 b, 172 b, 262 b, 264 b, 265 b
† Nicetas *Gothus martyr* 6 c
Nicetas *custos sacrorum vasorum, scripsit de S. Joanne Chrysostomo* 406 f
Nicetas *Paphlago, scripsit de S. Joanne Chrysostomo* 406 f
Nicetas *philosophus* 684 e
† Nicetius *episcopus Lugdunensis* 32 c d, 34 b d e, 35 a b d
Nicetius *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f
Nicetius, *inter Prætermissos* 51 e
† Nicolaus *Tolentinas* 720 c
Nicolaus IV *Pontifex* 722 c
Nicolaus V *Papa* 113 c
Nicolaus *episcopus Cameracensis* 771 a
Nicolaus à Salodio *abbas Regiensis* 115 b
Nicolaus *archidiaconus Cameracensis, interfuit translationi corporis S. Amati Senonensis* 133 a
Nicolaus *presbyter monachus in Syria* 642 c d, 643 d e f, 649 b
Nicolaus *religiosus monasterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Nicolaus *Cabasilas* 407 d
Nicostratus *diaconus Romanus confessor, deinde schismaticus pseudo-episcopus* 150 e, 151 c, 152 a, 156 f, 158 e, 164 f, 165 a b c d e, 166 a b, 172 a b c e, 212 c, 213 b c d e, 236 b e, 240 a d e, 262 d e f, 264 f, 265 a b, 276 d, 345 b c
† Nilus *Magnus* 406 b, 576 b c, 586 e f, 592 f, 593 a, 608 f, 609 a, 666 f, 668 f, 675 d
† Ninianus *episcopus in Scotia, inter Prætermissos* 142 b
Ninus *in persecutione lapsus, pœnitens* 168 f, 170 b c, 256 b c d, 270 c d e f
Nizo *abbas Prumiensis* 400 d
Noderbertus *episcopus Regii Lepidi* 114 f
Normanni *Trevirim, aliasque civitates vastant* 358 e, 359 a b d e
Normannorum *irruptio* 118 e f, 119 f, 120 a
Notkerus *episcopus Leodiensis* 359 a
Novatiani *à S. Joanne Chrysostomo impugnati* 522 a & seqq., 524, 527 c, 541 a, 547 d, 609 c
Novatianus *presbyter Romanus, deinde hæreticus antipapa* 86 a b c d, 146 b c, 152 a, 154 f, 155 a b c d e, 156 a & seqq., 157 a & seqq., 158 a & seqq., 159 a & seqq., 160 c d e f, 161 a & seqq., 162 a & seqq., 163 a & seqq., 164 a e f, 165 a & seqq., 166 c d, 167 d e f, 168 a b c d, 169 b c d e f, 170 a d e f, 171 a b c, 172 a d e, 173 b c, 176 f, 177 a, 179 d e, 180 b, 204 b, 207 e, 239 d e, 251 b, 256 f, 257 e f, 258 c d, 260 b & seqq., 261 a & seqq., 262 a f, 263 c, 264 e f, 265 a b d e f, 266 a d, 267 a b, 276 d, 293 a b, 298 d, 307 b c d e, 313 b c, 316 a, 330 c, 346 a b e d e, 348 a
Novatus *presbyter Carthaginensis, Novatiani schismatis impulsor* 152 a, 155 a, 156 c d e f, 157 a & seqq., 158 a d e, 165 a b c d e, 166 a b, 172 a b c, 173 e, 246 c, 248 a b c d e, 251 a & seqq., 252 a & seqq., 253 c e, 259 e f, 260 b, 262 f, 264 f, 265 a b c
Numeria *in persecutione Decii lapsa* 227 c
Numerianus *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f
Numerianus *imperator* 441 f
Numerius *episcopus in Macedonia* 653 c d
† Numidicus *presbyter martyr, in clerum Carthaginensem cooptatus* 243 e, 245 a b c d, 247 f, 249 a b c, 250 a & seqq., 252 f
† Numidicus *presbyter Carthaginensis & confessor* 218 d

O

† OCeanus *martyr, inter prætermissos* 2 d
Oda *abbatissa Habendensis* 101 e
Odardus *episcopus Cameracensis* 38 e f, 39 b, 40 c d e, 48 e f
Odilardus *episcopus Namnetensis, inter Prætermissos* 141 e
Odo *episcopus Cameracensis. Vide* Odardus.
Oitus *vel* Oiotus *canonicus secularis Ninoviensis* 774 a, 775 d
O-ligbai *episcopus Imelacensis* 31 d
Olybrius *consul* 655 f
† Olympias *diaconissa Constantinopolitana* 516 b c, 569 b, 576 d, 602 b, 605 a b c d, 607 c, 609 e f, 610 a c d e, 613 a b, 614 a c d f, 615 c d, 616 d, 618 c, 627 a b, 629 b c d e f, 630, 631, 632 d e f, 633 a b c e f, 634 d, 635 b c, 638 b c d e f, 639 a b c d, 645 a, 648 c, 650 a b e, 651 b c d, 652 b, 663 d, 675 c
Onesimus *in conciliabulo ad Quercum* 584 a
Onysicratia *S. Joanni Chrysostomo addicta* 625 d e
Opisus de Ardesione 112 f
Optatus *episcopus incertæ sedis* 270 c d
Optatus *hypodiaconus ecclesiæ Carthaginensis* 236 e f

ef, 237 ac
Optatus *præfectus urbis Constantinopolitanæ sub Arcadio imperatore* 602 e, 606 de, 607 c, 632 e
Origenes 676 c, 677 c, 686 a
Origenistæ, *vel de Origenis dogmate suspecti, exagitati* 567 def, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574
† Otgerus *diaconus, inter Prætermissos* 2 e
Otgherus *decanus Leodiensis* 397 cf
Otreius *episcopus Arabissi* 643 a, 689 b
Ottilia *dynastæ Rottenburgici uxor, dura in famulam suam S. Notburgam* 718 df, 719 a, 720 de, 727 b
Otto *religiosus monasterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Otto *Bavariæ dux* 721 af
Otto *comes Tyrolis & Carinthiæ dux* 716 f
Otto *Meinhardi comitis Tyrolensis filius* 723 bc
Ozias *rex Juda* 463 cd

P

PAch (*Joannes Sebastianus Benedictus à*) *arbiter in causa elevationis reliquiarum S. Notburgæ* 739 c
Pæanius *vir illustris & pius, amicus S. Joannis Chrysostomi* 616 e, 618 b, 619 de, 622 ab, 634 cde
Pagll (*Lampertus*) *œconomus ecclesiæ S. Notburgæ in Tyroli* 735 f
† Palladius *Scotorum apostolus* 28 f, 29 ab
Palladius *episcopus Helenopolitanus, alius est ab auctore Dialogi de gestis S. Joannis Chrysostomi* 402 cdef. *Ejusdem Sancti partes tuetur, & propterea exsulat* ibid., 403 a, 607 ab, 608 c, 635 f, 636 ab, 646 def, 647 abcd. *Non fuit Origenista* 404 a & seqq.
Palladius *Helenopolitanus deinde Asponensis episcopus, alius ab auctore Dialogi de gestis S. Joannis Chrysostomi* 402 cdef. *Non videtur fuisse Origenista* 404 a & seqq., 405 abcd, 544 bcf, 545 f, 580 df, 655 c
Palladius *episcopus amicus S. Joannis Chrysostomi, & auctor Dialogi de ejusdem Sancti gestis* 401 cef, 402 ab. *Alius est à cognomine episcopo Helenopolitano* ibid. cdef, 403 a. *Ejus gesta pro ejusdem Sancti causa* ibid. cdef. *Non fuit Origenista* 404 a & seqq., 405 d. *Ejus scripta & gesta in causa prælaudati Sancti* 408 a, 582 b & seqq., 636 ab
Palladius *episcopus tempore S. Epiphanii* 404 e
Palladius *diaconus, à S. Epiphanio reprehensus* 404 ef, 405 a
Palladius *subdiaconus tempore S. Epiphanii* 404 f
Palladius *lector tempore S. Epiphanii* 404 f
Palladius *galata, Origenista* 404 de
Palladius *hæreticus tempore S. Hieronymi* 404
† Palmatius *Trevirensis martyr cum sociis* 377 b
Paloni (*Desiderius*) *Ordinis Prædicatorum, transtulit corpus B. Margaritæ Fontanæ* 135 cd
Palude (*Henricus de*) *presbyter Bruxellensis* 399 f
Pansophius *episcopus Nicomediensis, à S. Joanne Chrysostomo ordinatus* 547 f, 548 a
Pansophius *episcopus Pisidiæ* 543 e, 598 ef
† Pantaleonis *martyris reliquiæ translatæ* 340 b cef, 341 ac
† Papas *martyr, inter Prætermissos* 140 c
Pappus *episcopus Syriæ* 598 ef, 652 c, 680 cde
Pascal (*Joannes Ludovicus de*) *thesaurarius & cantor capituli Rotnacensis* 188 cdf, 189 e
† Paschalis I *Papa* 182 ab
Paternus *presbyter Constantinopolitanus, inimicus S. Joannis Chrysostomi* 603 de
† Patiens *episcopus Lugdunensis, inter Prætermissos* 2 e
† Patricius *Hiberniæ apostolus* 28 f, 29 abd e, 30 d
† Patricius *junior. Vide* Sen-Patricius.
Patricius *lator litterarum S. Olympiadis* 630 ef, 631 a
Patricius *notarius Athyræ* 646 f
Patricius *notarius Constantinopoli* 601 e
† Patrocli *corpus translatum* 383 b
† Paula *vidua Romana* 404 f, 405 ab
Paula *mulier schismatica Carthagine* 250 cf
Paulacius *Ægypti præfectus sub Arcadio imperatore* 554 b
† Pauli *apostoli corpus translatum* 144 c, 147 ab
† Paulinus *episcopus Trevirensis* 366 e, 368 ac, 394 d, 400 f. *Ejus reliquiæ in Hispania* 399 e
† Paulinus *martyr secundùm aliquos episcopus Colonienſis* 370 a
Paulinus *episcopus Antiochenus* 435 def, 457 ef, 458 a, 490 f, 528 bcd, 676 ef, 682 c
† Paulus *apostolus* 308 a, 312 b, *à S. Joanne Chrysostomo laudatus* 458 ef, 459 ab, 492 bcef, 493 & seqq., 502 de, 506 ef, 507 abcd, 519 f, 549 a, 551 a, 562 a, 612 e, 703 d, 748 d
† Paulus *episcopus Constantinopolitanus, martyr* 612 b
† Paulus *primus eremita* 148 abc
Paulus IV *Papa* 189 e
Paulus V *Papa* 149 ce, 190 c
Paulus *episcopus Cratiæ, S. Joannis Chrysostomi amicus* 596 e
Paulus *episcopus Heracleensis* 543 e, 544 f, 545 f, 578 c & seqq., 584 a, 593 f
Paulus *episcopus in Lybia* 582 e
Paulus *episcopus, inimicus S. Joannis Chrysostomi* 593 f, 603 e
Paulus *diaconus Constantinopolitanus* 598 f, 654 cef, 655 cde
Paulus *diaconus, legatus pro causa S. Joannis Chrysostomi* 647 a
Paulus *lector Constantinopolitanus* 582 c
Paulus *confessor Carthaginensis* 227 bc
Peinerus *diaconus, monachus Ninovienſis* 771 f
Peintner (*Franciscus Georgius*) *promotor fiscalis in causa elevationis reliquiarum S. Notburgæ* 739 b
† Pelagia *virgo Antiochena martyr, à S. Joanne Chrysostomo laudata* 503 f, 504 a
Pelagiani *hæretici* 669 f, 670 & seqq., 684 f, 685 a
Pelagius II *Papa* 86 a, 87 bc, 89 c
Pelagius *presbyter, amicus S. Joannis Chrysostomi* 628 f
Pelagius *hæresiarcha* 204 d, 651 f, 652 ab, 683 d
Pentadia *Timasii consulis vidua, diaconissa* 531 a, 602 b, 605 ef, 607 c, 630 de, 631 a, 632 de, 633 adef, 634 a, 635 b
Perckhofer (*Theophilus*) *sacerdos ex ordine S. Fran-*

Franciſci 744 e
Peregrinus *epiſcopus Curubitanus* 319 d
Perennius *præſes gentilis* 9 c, 10 d
Perez (*Beatrix*) *inter Prætermiſſos* 141 f
Pergameus *vir nobilis, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 609 f, 610 d
Perkofer (*Jeſſe*) *epiſcopus Belinenſis* 735 b, 748 c e
Perpetua *abbatiſſa Montis S. Romarici, inter Prætermiſſos* 3 d
† Perpetuus *epiſcopus Turonenſis* 61 e f
Peruerius *miles comitis Bercarii in Italia* 118 d
† Petri *apoſtoli corpus tranſlatum* 144 c, 147 a b. *Ejus baculus* 383 a & ſeqq., 384 a & ſeqq., 385 a, 395 f, 396 e
Petroaldus *epiſcopus Lunenſis* 113 e f
† Petrus *apoſtolus* 308 a b, 312 b, 314 f, 315 a & ſeqq., *à S. Paulo reprehenſus* 494 e f, 748 d
† Petrus *archiepiſcopus Tarantaſienſis, inter Prætermiſſos* 140 e
† Petrus *confeſſor, inter Prætermiſſos* 51 e
† Petrus de Arbues *martyr, inter Prætermiſſos* 142 b
Petrus Mongus *epiſcopus Alexandrinus, Eutychianus* 86 f
Petrus *præpoſitus S. Petri Duaci, interfuit tranſlationi corporis S. Amati Senonenſis* 132 f
Petrus *presbyter Theophili Alexandrini* 601 a
Petrus *diaconus Alexandrinus* 681 f
Petrus *ſubdiaconus in Sicilia* 338 f, 339 a
Petrus *religioſus monaſterii Montis S. Georgii in Tyroli* 729 e
Petrus *monachus Moreolæ, inter Prætermiſſos* 51 e
Petrus *monachus Regienſis* 115 b
Petrus *converſus ordinis Ciſtercienſis* 142 a
Petrus Maria *monachus Regienſis* 115 b
Pezer (*Joannes*) *ſacerdos* 741 a
Pharetrius *epiſcopus Cæſareenſis in Cappadocia* 594 c d, 613 f, 616 d e f, 617, 618 a b, 634 c d
Philemon *Eccleſiæ Romanæ presbyter* 311 b c f, 31 b
† Philibertus *epiſcopus confeſſor, inter Prætermiſſos* 50 b
† Philippi *apoſtoli reliquiæ in Hiſpania* 399 d
Philippus *archiepiſcopus Colonienſis* 395 d
Philippus *presbyter Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 637 a b
Philippus *presbyter Conſtantinopolitanus* 547 c
Philippus *alter presbyter, S. Joannis Chryſoſtomi amicus, exſul* 637 b
Philippus *ſenior imperator* 150 e, 152 f, 208 c, 211 b d, 439 d e f, 440 a b c d, 441 f, 442 a
Philippus *junior imperator* 150 e, 208 c, 211 b d, 440 a
Philippus I *Franciæ rex* 132 b
Philippus II *Franciæ rex* 132 b
Philippus II *Hiſpaniarum rex* 399 c d
Philippus *marchio Badenſis* 395 d
† Philogonius *epiſcopus Antiochenus à S. Chryſoſtomo laudatus* 452 c
Philotheus *patriarcha Conſtantinopolitanus* 407 d
Philumenus *hypodiaconus eccleſiæ Carthaginenſis* 238 a
† Phocas *martyr à S. Joanne Chryſoſtomo laudatus* 505 c. *Ejus reliquiæ ad eumdem Sanctum tranſlatæ* 529 a & ſeqq., 530 a b c
Phocas *imperator* 93 f, 94 a, 116 a, 117 b c
Phœnicum *converſionem urget S. Joannes Chryſoſtomus* 642 a & ſeqq., 643, 644, 645 a b c d
Piazza (*Joſephus Antonius de comitibus*) *præfuit inventioni corporis S. Notburgæ* 736 d, 737 a
† Pirminius *confeſſor* 748 d
Pius IV *Papa* 189 e
Placilla *Theodoſii Magni uxor, inter Prætermiſſos* 142 c d
Plan (*Silveſter à*) *Vitam ſcripſit S. Notburgæ* 714 f
Platner (*Mathias*) *ſacerdos, geſta S. Notburgæ æri incidenda curavit* 714 d, 727 e, 735 f
Plazgumer (*Joannes*) *princeps & epiſcopus Brixinenſis* 714 d
Pœmenes *epiſcopus, inimicus S. Joannis Chryſoſtomi* 593 f
† Polianus *epiſcopus in Africa, ad metalla damnatus* 320 f
Polybius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 620 a, 648 e f, 652 e
Polycarpus *epiſcopus Hadrumetinus* 160 a b c, 261 a
Pompejus *epiſcopus in Africa* 154 e, 161 e, 162 a b d e, 163 b f, 164 d, 261 d
Pompejus *epiſcopus Sabratenſis* 300 e, 301 d
Pomponius *epiſcopus, probabiliter Dioniſianenſis* 209 e f, 210 a
Pont (*du*) *Prior & parochus Malemortenſis* 81 e
† Pontiani *Papæ martyris corpus tranſlatum* 181 e
† Pontianus *Papa martyr* 147 d
† Pontius *diaconus & biographus S. Cypriani epiſcopi Carthaginenſis* 191 c e f, 192 a b c d e, 193 b, 319 e f, 320 a, 324 c, 325 & ſeqq.
† Pontius *martyr Cimellanus* 191 e, 193 d
Pontius *archidiaconus Atrebatenſis, interfuit tranſlationi corporis S. Amati Senonenſis* 133 a
Poppo *epiſcopus Trevirenſis* 367 b, 394 e, 395 a, 400 f
† Porphyrius *epiſcopus Gazenſis* 527 d e f, 528 a, 545 c d, 551 d e f, 552, 553
Porphyrius *epiſcopus Antiochenus, inimicus S. Joannis Chryſoſtomi* 604 b c, 606 c d f, 607 c, 611 a, 619 b, 641 c, 646 a, 647 e, 655 f, 663 f, 679 e, 680 b c
Porphyrius *epiſcopus Rhoſenſis, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 621 a, 623 b c, 624 e f
Porphyrius *presbyter Conſtantinopolitanus* 580 a b
Porphyrius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 419 a
Poſſidius *poëta & hiſtoricus Hibernus* 26 f
Poſthumianus *Sulpitii Severi* 568 b c, 573 c d
Poſtumianus *ſepulcrum S. Cypriani inviſit* 336 b c
† Pothinus *epiſcopus Lugdunenſis* 357 d
Presbyteri *Antiocheni pro ſeditioſis intercedunt* 474 d e
Primitivus *presbyter* 160 a b, 161 f, 164 b, 261 e f, 262 c
Primus *legatus Novatiani antipapæ* 165 a b e, 166 b, 172 b c, 264 f
† Principius *epiſcopus Sueſſionenſis* 82 b
Priolus (*Laurentius*) *S. R. E. Cardinalis, patriarcha Venetus* 6 e
† Priſcus *epiſcopus Lugdunenſis* 35 a
Priſcus *frater Philippi imperatoris* 442 a
Priſcus *philoſophus gentilis, de magia ſuſpectus* 413 f
† Privati *corpus tranſlatum* 383 b
Privatianus *epiſcopus incertæ ſedis* 270 c d

Privatus *Lambesitanus episcopus, hæreticus* 204 f, 241 a b c d, 270 e f, 271 a c, 275 d e f
Proæresius *Lyciæ episcopus, à S. Joanne Chrysostomo depositus* 548 a, 580 b
Proba Faltonia *illustris matrona* 655 e f
Probst (*Nicolaus*) 729
Procla *diaconissa* 602 b
† Proclus *patriarcha Constantinopolitanus* 406 b, 667 d e f, 674 a, 685 c d e f, 686 a d e, 687 a b d e f, 688 a e f, 690 f
† Procopius *anachoreta in insula Rhodo* 551 f, 552 f
Procopius *S. Joannis Chrysostomi amicus* 628 c
Procopius *tyrannidem arripit* 413 f
Proculus *episcopus in Numidia* 286 f, 287 a & seqq.
† Prosdoce *virgo martyr, à S. Joanne Chrysostomo laudata* 503. e
Prosper *episcopus Andegavensis* 69 a e f, 73 d, 76 b
Prosper *monachus Regiensis* 115 b
† Prosperi *episcopi Regii Lepidi corpus* 114 c, 115 a
Proterius *episcopus Capuanus, interfuit concilio Arelatensi I* 372 b
† Prothus 744 a
† Prothus, *inter Prætermissos* 2 e f
† Publia *diaconissa Constantinopolitana* 408 c
† Publius *abbas monachorum in Syria* 642 b
† Pulcheria *imperatrix* 535 a b, 687 b

Q

Quadragesima *sex tantùm hebdomadis constabat Antiochiæ tempore S. Joannis Chrysostomi* 468 a & seqq., 469 a b
Quartodecimani *à S. Joanne Chrysostomo impugnati* 453 d e f, 454, 455, 527 c, 547 d, 609 c
Quimburga *virgo, inter Prætermissos* 4 d e
Quintus *episcopus in Mauritania* 297 d e f, 298 e
Quintus *presbyter in Africa* 265 f
Quirillus *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f
Quirinus *amicus S. Cypriani episcopi Carthaginensis* 204 b c d e
Quirinus *Christianus in Africa* 320 f, 321 a
† Quodvultdeus *episcopus Carthaginensis* 336 e

R

Radbodus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
† Radegundis *regina Franciæ* 356 d
Raderus (*P. Matthæus*) *Societatis Jesu, Acta S. Notburgæ, Latinè conscripta, omnium primus edidit* 709 f, 710 a, 713 f, 714, 715, 716, 719 & seqq.
Radulphus *episcopus Atrebatensis, adstitit elevationi corporis S. Amati Senonensis* 131 f, 132 a b c d e f
† Ragnobertus *episcopus Bajocensis* 23 c d e
Rainaldus *monachus, deinde abbas Angeriacensis* 24 a b
Raino *episcopus Andegavensis* 65 c d, 66 a
Ramblmayr (*P. Franciscus Timotheus*) 746 d
Ramblmayr (*Petrus Josephus*) *præfectus examini de reliquiis & cultu S. Notburgæ* 739 b, 740 e, 743 b, 744 f
Recordin (*Joannes Jacobus Carolus de*) *in causa elevationis reliquiarum S. Notburgæ constitutus arbiter* 739 b
† Regina *virgo, inter Prætermissos* 2 d
Reichartinger (*Paulus*) *sacerdos, testimonium dedit pro patria S. Notburgæ* 715 f
Reineck (*Christophorus à*) *canonicus Trevirensis* 395 e
Reinoldus *vel* Rainardus *abbas Indensis* 187 f
Remarus *præpositus ecclesiæ S. Amati Duaci* 132 b
Remigius *abbas Mediolanensis, scripsit canticum de SS. Eucharo, Valerio & Materno* 358 d
† Renatus *episcopus Andegavensis* 65 b, 67 d e f, 68 a b, 72 f, 73 a, 76 a
Repostus *episcopus Suturnicensis, in persecutione lapsus & schismaticus* 250 f, 275 d e f
Repostus *schismaticus Carthagine* 250 b c f
Reticus *vel* Reticius *episcopus Augustodunensis* 371 d e f, 372 b
Reverentianus *monachus, inter Prætermissos* 3 c
Reuffenegg (*Henricus de*) 729 e
Richardus *archiepiscopus Trevirensis* 394 f, 395 b c d f
Richardus II *episcopus Bituricensis* 190 f
Rictius Varus *præses in Gallia* 377 a b
† Rictrudis *abbatissa Marchianensis* 127 a b c e, 129 b e f, 131 a. *Ejus reliquiæ* 132 b f
Rimbodus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Roa (*Antonius de*) *presbyter Ordinis S. Augustini, inter Prætermissos* 142 a
Robertus *Franciæ rex* 184 c f, 341 f
Robertus I *Flandriæ comes* 132 b
Roclofs *abbas Ninovienſis* 773 d
† Rogatianus *presbyter Carthaginensis & confessor* 218 d, 223 e f, 224 a & seqq., 245 f, 246 c d, 247 b c d f, 249 a, 250 b c d, 252 f
Rogatianus *episcopus, fortè Novensis* 210 c d
Rogatianus *ecclesiæ Carthaginensis diaconus* 305 a b, 306 a d
Romanæ *ecclesiæ solicitudo, fides & laus* 150 f, 151 a b c d, 173 f, 174 a, 175 f, 176 a b c, 218 f, 219 a & seqq., 220 a b c d, 236 b c d, 238 e f, 239 a b c d, 240 d e, 241 a b c
† Romanus *martyr Antiochenus, à S. Joanne Chrysostomo laudatus* 441 e, 504 a b c
Romanus *presbyter, S. Joannis Chrysostomi amicus* 641 f
† Romaricus *fundator monasterii Habendensis* 95 b, 96 d e f, 97 a b c d e, 98 a & seqq., 99 a b c d, 100 f, 101 b c d e f, 102 a c e, 105 a b c f, 106 a, 107 d f, 108 a
† Romualdus *abbas Camaldulensis* 111 d
Romula *S. Joanni Chrysostomo addicta* 636 a
Romulus *monachus, ad quem scripsit S. Joannes Chrysostomus* 645 d
Roschmannus (*Antonius*) *scriptor Tyrolensis, de studiis nostris optimè meritus, collegit, illustravit & ad nos transmisit monumenta, quæ habemus, penè omnia de Actis S. Notburgæ, Vitam ejus Germanicam Latinè interpretatus est; corporis inventionem, translationem, elevationem aliaque huc spectantia, tamquam notarius Apostolicus promovit & fusè descripsit* 710 & seqq. per totum Commentarium, Annotata &c.
Rost (*Franciscus Carolus lib. baro de*) 746 b
† Rosula *martyr in Africa* 325 d

Rotgerus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Rottenburg (*Fridericus de*) 729 e
Rottenburg (*Sigfridus de*) 716 f, 721 a
Rottenburgici *dynastæ, olim curiæ Tyrolensis magistri, passim* Henricus *vocabantur* 719 f. *Vide* Henricus.
Rubert *episcopus Trevirensis* 366 f, 367 a
Rudolphus *archiepiscopus Salisburgensis* 721 a, 722 c
Rudolphus *episcopus Trevirensis* 375 c
Rudolphus I *imperator* 717 c f, 719 b e, 721 a
Rufina *nobilis matrona Romana* 339 e
Rufinus *Aquileiensis* 347 d
Rufinus *episcopus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 623 b c
Rufinus *presbyter Aquileiensis* 571 e f, 572 a b c d e, 652 a
Rufinus *presbyter, ad Phœnicum conversionem à S. Joanne Chrysostomo excitatus* 642 e f, 643 a b
Rufinus *diaconus Romanus, confessor* 240 a d e
Rufinus *monachus S. Sabini* 80 c d
Rufinus *amicus S. Joannis Chrysostomi* 627 f
Rufinus *vir consularis Chalcedone* 578 a b
Rufus *episcopus Macedoniæ* 683 d e
Ruotbertus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Rupertus *episcopus Salisburgensis, sacellum olim habuit in Eben, loco Tyrolis, ubi nunc templum est S. Notburgæ* 711 b c d, 720 f, 723 f, 724 a, 732 a c, 745 b
Rupertus *abbas Montis S. Georgii in Tyroli* 728 b
† Rusticus I *secundùm aliquos episcopus Trevirensis* 364 e f, 365 a & seqq., 366 a b c, 374 a
Rusticus *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f

S

SAbaudus *episcopus Trevirensis* 400 f
Sabellius *hæresiarcha* 661 e
Sabiniana *diaconissa, Cucusum venit ad S. Joannem Chrysostomum* 618 f, 619 a c
† Sabinianus *Senonensis episcopus* 381 d
Sabinianus *diaconus S. Gregorii I Papæ* 90 b
† Sabinus *episcopus Placentinus in Italia* 79 b c e f, 80 a b c d e
Sabinus *episcopus in Hispania* 206 f, 293 e f, 294 a, 317 d
† Sacerdotis *episcopi Lemovicensis reliquiæ* 35 e f, 36 a d
Saffaracus *episcopus Parisiensis* 34 a b
† Salarius *vel* Solorius *episcopus Lunensis* 112 b
Saltzburger (*Joannes Georgius*) *vir primarius Rattenbergæ in Tyroli, testimonium dedit pro patria S. Notburgæ* 716 b
† Salvatoris *reliquiæ* 132 c
† Salvini *Veronensis episcopi corpus Veronæ* 25 f
Salvion *amicus S. Joannis Chrysostomi* 628 f
Salustius *presbyter Constantinopolitanus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 634 f, 635 a b
Samaritani *hæretici* 88 b
Sambatius *episcopus Metensis* 141 c
Sanctorius (*Julius Antonius*) *S. R E. Cardinalis, archiepiscopus S. Severinæ* 694 c
† Santinus, *inter Prætermissos* 2 e f
Sapor *Persarum rex* 440 d
Saracenorum *incursiones* 113 c d f, 114 a b, 118 c, 119 b, 120 a d
Sarenthein (*Ferdinandus Gabriël comes de*) *proepiscopus Brixinensis, examinat reliquias S. Notburgæ* 739 e, 740 & seqq.
Sarenthein (*Godefridus S. R. I. comes de*) 740 f
Sarenthein (*Josephus Leopoldus S. R. I. comes de*) *canonicus Brixinensis* 740 f, 741 d
† Saturnini *martyris translatio, inter Prætermissos* 2 f, 3 a
† Saturninus *primus episcopus Tolosanus* 356 f, 357 d
Saturninus *confessor Carthaginensis* 227 b, 236 b
Saturninus *vir consularis Constantinopoli* 536 e f, 537, 538 a b c
† Saturus *vel* Saturninus 143 b c
Saturus *acolythus Ecclesiæ Romanæ* 174 a, 277 b
Saturus *lector ecclesiæ Carthaginensis* 205 c d, 236 e f, 237 a, 238 c, 240 f
† Savinus *Senensium patronus* 352 a
Scalfi (*Josephus*) *sacellanus domesticus comitis de Tannenberg, curam habet custodiæ reliquiarum S. Notburgæ* 740 b, 741 f, 742 a, 743 d
Scevæ *principis sacerdotum filii* 493 d
Scharenborg *secretarius regius Bruxellis* 399 f
Schiferer (*Josephus*) *sacerdos* 768 b
Schmid (*Joannes Georgius*) *sacerdos, testimonium dedit pro patria S. Notburgæ* 715 f
Schroffenstainius (*Christophorus*) *Brixinensium antistes, munificus in templum S. Notburgæ* 724 b, 733 f, 734 b f, 735 a e
Schroffenstainius (*Oswaldus*) *eques auratus* 735 a
† Sebastiani *reliquiæ Ochsenfurti* 343 c
Sebastianus *episcopus* 674 a b
Sebastianus *presbyter, amicus S. Joannis Chrysostomi* 628 f
† Secundinus, *inter Prætermissos* 2 c
† Secundinus, *inter Prætermissos* 4 d
Secundus *pater S. Joannis Chrysostomi* 408 b c, 410 a b
Sedatus *episcopus in Africa* 209 f
Seditio *Antiochena* 465 e f, 466, 467, 468, 469 c d e f, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 477 f, 478 a b c d
Seleucia *matrona Cæsareensis in Cappadocia favens S. Joanni Chrysostomo* 617 d e
Seleucus *episcopus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 629 a b
Semipelagianismum *numquam docuit S. Joannes Chrysostomus* 671 a & seqq., 672, 673, 674 a b c d
Senecius *episcopus Senonensis* 122 c, 124 f
† Sen-Patricius *archiepiscopus Armachanus* 29 d e, 30 a b c d e
† Serapion *episcopus, inter Prætermissos* 2 c
Serapion *Ostracinæ in Ægypto episcopus, S. Joanni Chrysostomo favens* 674 e
Serapion *diaconus S. Joannis Chrysostomi, deinde presbyter, denique episcopus Heracleæ* 525 c d e, 526 f, 548 e f, 549 c d e f, 573 c, 580 a, 582 e, 592 a, 607 d, 631 e
Serapion *Alexandrinus, in persecutione lapsus* 231 d e f
Sergius II *Papa* 114 b
Serlo *monachus Maibrosiensis, inter Prætermissos* 51 d
† Servatius *episcopus Trajectensis* 368 f, 369 b, 373 d e, 374 a b c, 386 f, 387 a b d e f, 389 a
Severa *mulier pia & S. Joanni Chrysostomo addicta* 626 d
Severianus *Gabalorum episcopus, S. Joannis Chrysostomi inimicus* 444 a, 525 d, 545 e, 548 c d e f, 549 b c d e f, 550 a & seqq., 575 d e f, 576 a b, 577 b c e, 578 c & seqq., 579 b e, 583 b, 585 f, 586 b & seqq., 588 e, 591 d e f, 594 d, 595 b d, 597 b, 601 d e, 603 e, 604 b, 607 b, 663 f
Severianus *Asiæ vel Achaiæ proconsul seculo quarto*

to 16 d
Severianus *Alexandriæ Troadis præses, fortè idem cum priore* 16 d, 18 a b, 19 c
Severina *S. Joanni Chryſoſtomo addicta* 636 a
† Severinæ *virginis martyris tranſlatio* 2 f, 3 a
† Severinus *epiſcopus Colonienſis* 370 a b e f, 371 a, 372 a, 389 f
† Severinus *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e f, 365 a & ſeqq., 366 a b c, 368 c f, 373 d e f
Severinus *epiſcopus Catanenſis* 5 d
† Severus *epiſcopus Trevirenſis* 366 e f, 368 a, 400 f
Severus *epiſcopus Lunenſis* 113 e
Severus *presbyter, cui ſcripſit S. Joannes Chryſoſtomus* 628 e
Severus *presbyter, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 582 f, 583 a d, 599 c
Severus *hæreticus, pſeudo-epiſcopus Antiochenus* 86 e f
Seyſers (*P. Georgius*) *Societatis Jeſu, geſta S. Notburgæ edidit* 714 f, 719 d
† Sidonius Apollinaris *epiſcopus Arvernenſis* 82 b, 140 f
Sidonius *confeſſor Romanus, aliquamdiu ſchiſmati addictus* 158 e, 160 d, 165 e f, 166 a & ſeqq., 167 a b c d e, 264 b c d
† Siffredi *reliquiæ Carpentoractæ* 81 e
Sifredus *abbas S. Victoris Maſſilienſis, inter Prætermiſſos* 3 e
Sigefridus *Normannorum rex* 359 b
Sigehardus *monachus S. Maximini Treviris ſeculo* x, 359 e
Sigericus *filius S. Sigiſmundi Burgundiæ regis* 107 f
Sigiſmunda *uxor Jacobi Fontanæ* 136 f
† Sigiſmundus *rex Burgundiæ* 107 e f
Sigiſmundus *archidux Auſtriæ, pius & munificus erga S. Notburgam* 733 d f
Silva (*Guſmanus à*) *regis catholici apud Venetos orator* 695 b c
† Silveſter I *Papa* 314 b, 372 e, 379 a
Silvina *Nebridii vidua* 602 b
† Simon *apoſtolus* 748 d
Simon *magus* 88 d
Simona *vidua, inter Prætermiſſos* 51 b
Simoniaci *Alexandriæ* 93 d e f
† Simplicius *epiſcopus Auguſtodunenſis* 21 e f
† Sinicius *epiſcopus Sueſſionenſis* 354 f, 376 e f, 377 a b, 381 d
Sinuſiaſtæ *hæretici* 662 a b
† Siſinnius *martyr in agro Tridentino, ejuſque reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ* 530 c
Siſinnius *epiſcopus Novatianorum Conſtantinopoli* 622 d e f
† Sixtus II *Papa martyr* 294 c, 311 a b c, 313 b c d e, 321 d f, 322 a b, 330 e, 331 f
† Sixtus *epiſcopus Remenſis* 354 f, 376 f, 377 a b, 381 d
Sixtus IV *Papa* 733 c
Sladerk (*Joannes Ignatius*) *ſcripſit teſtimonium de beneficio S. Notburgæ* 746 c
Socrates *ſcriptor Novatianis addictus* 169 d e f, 170 a b c, *in S. Joannem Chryſoſtomum ſæpe iniquus* 405 e f, 522 a & ſeqq., 523 a f, 524 e f, 525 c d e f
Soliaſſus *ſchiſmaticus Carthagine* 250 c f
Solinus *epiſcopus Colonienſis* 372 d
Söll (*P. Antonius*) *Societatis Jeſu, procurator conſtitutus ad elevationem reliquiarum S. Notburgæ* 737 c, 739 b e, 740 e, 743 c, 744 f
Sopater *præfectus Armeniæ, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 635 c
† Sophronius *epiſcopus Hieroſolymitanus* 89 d, 406 d
Sophronius *ſchiſmaticus Carthagine* 250 b c f
Sorcius (*Matthæus*) *notarius Capitolinus* 149 c
Soſthenes *princeps ſynagogæ Corinthi* 493 d
Sozomenus *ſcriptor geſtorum S. Joannis Chryſoſtomi* 405 e f, 406 a
† Sperati *Scillitani martyris reliquiæ tranſlatæ* 340 b c d e f, 341 a
Spillman (*Joannes Georgius*) *epiſcopo Brixinenſi à ſecretis* 739 c d
Sprong (*Franciſcus Xaverius*) *curatus in Eben, adfuit inventioni corporis S. Notburgæ* 736 d
Stagirius *monachus energumenus* 432 f, 433, 434 a & ſeqq.
Starenberg (*comes de*) 744 e
Starenberg (*Maria Anna Leopoldina comitiſſa de*) *uxor comitis de Tannenberg* 745 b
Stelechius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 432 c d e f
† Stephani *protomartyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 4 f
† Stephanus I *Papa martyr* 155 f, 156 a, 163 d, 168 e, 173 c d, 178 c f, 179 a c, 180 e, 233 f, 282 a, 292 e f, 293 a b c d e, 294 a b c, 296 a b e f, 297 e f, 298 a c, 299 a & ſeqq., 300 d e f, 301 c e f, 302 a b d, 303 a f, 304 a & ſeqq., 305 a & ſeqq., 306 a & ſeqq., 307 a e f, 309 a & ſeqq., 310 a & ſeqq., 311 a & ſeqq., 312 e f, 313 a b c d, 315 e f, 316 d e, 317 d e
Stephanus IV *Papa* 397 c d
Stephanus V *Papa* 353 e
Stephanus IX, *aliàs* X, *Papa* 352 a, 353 e
Stephanus *epiſcopus in Africa* 154 e, 161 c, 162 a b d e, 163 b f, 164 d, 261 d
Stephanus *abbas S. Jacobi Leodienſis, ſcripſit Vitam S. Modoaldi epiſcopi Trevirenſis* 359 c d
Stephanus *monachus, lator epiſtolarum Romanorum ad Conſtantinopolitanos pro cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 608 c
Sternbach (*Joannes Georgius lib. baro de*) 740 f, 743 b, 744 f
Stettner (*Simon*) *conſul Rattenbergæ in Tyroli* 716 b
Stettner (*Wolfgangus*) *pater Simonis* 716 a b
Studius *præfectus urbis Conſtantinopolitanæ ſub Arcadio imperatore* 606 a b d e, 607 b, 632 d e, 636 b c
Succeſſus *epiſcopus in Africa* 321 d e f, 331 f
Sulpicius Severus *diſcipulus & biographus S. Martini Turonenſis* 69 c d f
Superius *epiſcopus in Africa* 170 b
Superius *epiſcopus incertæ ſedis* 270 c
† Syagrius *epiſcopus Auguſtodunenſis* 60 b e
Symeon *presbyter monachus in Apamene* 645 b c d
Symmachus *presbyter, fortè Antiochenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 627 f
Sympoſius *epiſcopus Seleucienſis in Iſauria* 425 e
Syncletius *metropolita Trajanopolis* 544 b c
Syneſius *epiſcopus Ptolemaïdis aut Cyrenes in Lybia* 557 f, 667 d
† Syrus *epiſcopus Genuenſis* 117 b
† Syrus *primus epiſcopus Ticinenſis, inter Prætermiſſos* 1 f, 4 f, *item* 13 d

Ta-

T

TAbitha, *inter Prætermissos* 52 a
Talassius *episcopus Andegavensis* 68 e
Tamburinus (*Fortunatus*) *S. R. E. Cardinalis* 781 c
Tannenberg (*Anna Maria Elisabetha Helena de*) *L. B. de Risenfels, pia admodùm & munifica erga S. Notburgam, mater comitis de Tannenberg* 735 c, 739 e f, 741 e, 742 e, 743 d
Tannenberg (*Josephus Antonius Ignatius de*) *comes S. R. I., de Opere nostro optimè meritus; cultui S. Notburgæ plurimùm addictus & in ejus templum munificentissimus* 735 c, 736 c, 739 a, 741 e f, 742 e, 743 d, 745 b
Tannenberg (*Maria Anna Leopoldina de*) *Comitissa de Starenberg, uxor comitis de Tannenberg* 745 b
Tannenberg (*Maria Anna de*) *cultui S. Notburgæ addicta, soror comitis de Tannenberg* 735 c, 741 f, 742 f, 743 d
Tannenberg (*Maria Elisabeth de*) *cultui S. Notburgæ addicta, soror comitis de Tannenberg* 735 c, 741 f, 742 f, 743 d
Tecla *mulier Constantinopolitana* 579 f
Tenremont (*Walterus de*) 777 a
Terentius *presbyter, S. Joannis Chrysostomi amicus* 643 a
Terræ motus *Antiochiæ* 461 d e. *Constantinopoli & alibi* 539 d e f, 557 f, 587 c f
Tertullus *episcopus in Africa* 209 f
Tertullus *presbyter, ut apparet, in Africa* 218 d, 222 d e, 223 c, 243 d, 245 f, 246 a
Teutonius *abbas Fossatensis, inter Prætermissos* 51 c
Thebæorum *martyrum reliquiæ in Hispania* 399 e
† Thecla *virgo martyr, à S. Joanne Chrysostomo laudata* 505 f
Theocles *martyr, inter Prætermissos* 141 c
Theoctistus *episcopus in Palæstina* 173 b
† Theodardi *reliquiæ Leodii* 397 e
Theodinus *episcopus Leodiensis* 388 a b
† Theodolus *episcopus martyr* xi a b
Theodora *Constantinopolitana, favens S. Joanni Chrysostomo* 615 a b, 616 b e, 636 b
Theodoretus *scriptor gestorum S. Joannis Chrysostomi* 405 e, 406 a
Theodoricus *archiepiscopus Trevirensis* 364 c
Theodoricus *archidiaconus Tornacensis, interfuit translationi corporis S. Amati Senonensis* 133 a
Theodoricus III *Francorum in Neustria & Burgundia rex* 99 e, 120 c, 121 c d, 122 e, 123 b d, 124 a b c e, 125 a & seqq., 126 a b e, 128 a b c f, 129 a b, 130 d e f, 131 c
Theodoricus *Alsatius, comes Flandriæ* 771 a
Theodoricus *vir patricius Constantinopolitanus* 554 a
† Theodorus *episcopus in Ægypto* 56 f
Theodorus *patriarcha Alexandrinus seculo octavo* xi e
Theodorus Seribo *episcopus Alexandrinus* 85 b
Theodorus *episcopus Cantuariensis nominatus* 124 f
Theodorus *episcopus Darnensis in Lybia* 84 a
Theodorus *episcopus Tyanensis in Cappadocia Secunda, amicus S. Joannis Chrysostomi* 594 c, 621 a & seqq., 622, 623 a
Theodorus *Trimithuntis episcopus* 402 a, 407 b c
Theodorus *sodalis S. Joannis Chrysostomi, postea episcopus Mopsuestenus* 415 e f, 416 a & seqq., 417, 418, 419, 420 a, 565 e, 621 a & seqq., 622, 623 a, 660 d e f, 704 c
Theodorus *Romanæ Ecclesiæ diaconus seculo quinto* 401 c e f
Theodorus *monachus, præfectus scholæ S. Mathiæ Treviris* 358 c d
Theodorus *consul* 535 b
Theodorus *Syriæ consularis* 628 e
Theodorus *medicus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 620 c d
Theodorus *notarius tyrannidem affectat* 413 e f
Theodorus *Metochita* 407 d
Theodorus *vir Constantinopolitanus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 634 f
Theodorus *prætorianus, qui S. Joannem Chrysostomum duxit Cucusum* 634 f
Theodorus *Prodromus* 407 d
Theodosius *episcopus Alexandrinus, hæreticus* 86 f, 87 a
Theodosius *episcopus in Macedonia* 653 c
Theodosius *episcopus Scytopolitanus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 620 f
Theodosius *Magnus imperator* 405 a, 408 e, 409 e, 436 f, 437 a b, 451 c, 465 f, 466, 467, 470 f, 471 a, 472 e f, 473 a b c, 477 f, 478 a d e, 489 c, 495 c f, 496 a, 500 c, 502 c, 510 f, 511 a b, 518 a, 538 d, 541 a, 593 b
Theodosius II *imperator* 545 d e, 550 a b, 551 f, 552 e f, 553 a c f, 557 f, 685 d e, 686 b d e f, 687 a b, 779 a e f, 780 a & seqq.
Theodosius *officio ducis functus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 636 a
Theodotus *episcopus Antiochenus* 681 d, 682 c, 683 b f, 684 a
Theodotus *abbas monachorum S. Publii in Syria* 642 b c d, 649 c
Theodotus *diaconus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 639 e f, 640 a b c d e, 641 a, 649 e, 650 a
Theodotus *lector, S. Joannis Chrysostomi discipulus* 639 f, 640 a c d e f, 641 a 650, 663 e
Theodotus *vir consularis, S. Joannis Chrysostomi amicus* 639 f, 640 c d f, 641 a
Theodulus *diaconus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 632 a b, 635 b
Theognostes *senator Constantinopoli* 554 c
Theopafchitæ *hæretici* 662 c
Theophilus *episcopus Alexandrinus* 510 e f, 511 a b c d, 528 c d e, 546 f, 547 a b c d, 566 f, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576 b & seqq., 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585 f, 586 b & seqq., 587 a, 588 d e f, 589 a b, 590 f, 591 a & seqq., 593 f, 594 a c d e f, 595, 598 c d e f, 599, 600, 601 a b c, 603 a, 606 c d f, 607 b, 622 a, 646 a d, 647 f, 667 b, 673 e, 674 e f, 675, 676, 677, 678 a b c d, 679 e f, 680 a b, 681 c, 686 a
Theophilus *presbyter Constantinopolitanus, amicus S. Joannis Chrysostomi* 614 d e, 634 e f, 635 a b
Theophilus *presbyter Ordinis Prædicatorum, inter Prætermissos* 51 c

Theophilus *Epheſius, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 433 b
Theophilus *comes* 651 c
Theotecnus *abbas monachorum S. Publii in Syria* 642 b
Theotecnus *presbyter Conſtantinopolitanus, S. Joannis Chryſoſtomi amicus* 603 d
† Theotimus *epiſcopus metropolita in Scythia* 543 c, 573 a b c d
Therapius *epiſcopus in Africa* 255 f, 256 a, 271 f, 272 a
Theraſii *viduæ liber ſcriptus à S. Joanne Chryſoſtomo* 436 f, 437 a & ſeqq.
† Theſaurus *abbas generalis Ordinis Vallis-Umbroſæ, S. R. E. Cardinalis & martyr, inter Prætermiſſos* 2 b
Thomas *epiſcopus Regii Lepidi* 114 c
Thomas Philippus de Alſatia *S. R. E. Cardinalis, archiepiſcopus Mechlinienſis, templum Ninovienſe conſecrat* 773 b, *reliquias SS. Cornelii & Cypriani, Ninoviæ ſervatas, recognoſcit* ibid. d
Thyrſus *epiſcopus in Macedonia* 653 d
Tiberius *imperator* 440 e
† Tiburtii *corpus Tranſlatum* 182 b
Tietgaudus *epiſcopus Trevirenſis* 400 f
† Tigrius *presbyter Conſtantinopolitanus, martyr* 582 e, 605 a
Timaſius *magiſter militiæ ſub Arcadio imperatore* 531 a
† Timotheus *martyr Antiochiæ, inter Prætermiſſos* 2 d, 50 b
Timotheus Ælurus *intruſus patriarcha Alexandrinus, hæreticus* 86 e
Timotheus *presbyter, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 624 e
Tiridates *rex Armeniæ* 663 c
Tirinus (*Jacobus*) *Societatis Jeſu presbyter* 149 d
† Tirſus *martyr è Thebæa legione cum ſociis* 377 b
Titelmannus (*Franciſcus*) *Vide* Franciſcus.
Titus *imperator* 440 e
Tollenare (*Joannes de*) *præpoſitus domûs profeſſorum Societatis Jeſu Antverpiæ* 149 d e
Trajanus *imperator* 367 e
Tranquillinus *epiſcopus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 629 a
Tranquillus *veriſimiliter Antiochenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 627 f, 628 a
Tranquillus *favens S. Chryſoſtomo* 595 b c
Tribigildus *Gruthungorum dux* 531 c e, 534, 535 a c, 536 c d, 553 b
† Trophimus *primus epiſcopus Arelatenſis* 355 a
Trophimus *epiſcopus in Africa* 161 a b
Trophimus, *veriſimiliter epiſcopus, lapſus in perſecutione, pœnitens* 161 a b, 171 d e f, 265 f, 266 f
Troyer (*Antonius Felix comes*) *canonicus Brixinenſis, frater eminentiſſimi Cardinalis epiſcopi Olomucenſis* 743 a, 744 c d
Troyerus *auctor chronici Bulſanenſis* 725 a
† Trudo 383 e
Turingus *presbyter diſcolus, deinde pœnitens* 118 f, 119 a
Turpilius *vel* Turpius *præſes gentilis Peruſiæ* 351 b c, 352 d e f, 353 a
Tuſcus *conſul Romanus* 323 c, 333 a e f

VAlens *imperator* 408 e, 409 a c, 411 e, 413 e f, 414 a, 415 a b c, 429 a & ſeqq., 430 a & ſeqq., 435 c, 436 f, 437 a, 467 c d, 495 f, 496 a, 502 c
Valentiniani *hæretici, à S. Joanne Chryſoſtomo impugnati* 483 a, 512 a, 513 a
Valentinianus *presbyter, Occidentalium legatus pro cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 646 e
Valentinianus I *imperator* 408 e, 409 c d, 411 d e, 413 f, 429 b
Valentinianus II *imperator* 409 e, 467 f, 495 c f
Valentinus *ſecundùm aliquos epiſcopus Trevirenſis* 364 e, 368 c f
Valentinus *Conſtantinopolitanus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 636 c d e
Valentinus *militum ductor ſub Arcadio imperatore* 534 c
† Valeriani *martyris corpus tranſlatum* 182 b
Valerianus *cæſar* 324 e, 333 b c, 334 b
Valerianus *cenſor Romanus, deinde imperator* 146 d, 178 e, 193 a b c d, 283 e f, 286 a, 291 f, 317 f, 318 a c d, 319 a, 321 d e f, 322 a, 324 e, 330 c, 331 f, 332 d e f, 333 b c d, 334 b
Valerianus *præpoſitus militaris in Oriente* 646 f, 647 a
Valerianus *puer, inter Prætermiſſos* 141 b
† Valerius *epiſcopus Trevirenſis* 354 b, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366 a b c d e, 367 d e f, 368, 369 c, 373 a b c d e, 374 d e, 375 a b, 376 c d e f, 377 a c, 378 e f, 379 b c, 381 a & ſeqq., 382 a b, 385 a b, 392 b e, 394 c d, 396 c, 400 a e f
Valerius *presbyter Antiochenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 641 a & ſeqq.
Valerius *amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 419 a
Vallagas *presbyter Niſibenus, amicus S. Joannis Chryſoſtomi* 607 c
Vandali *Ariani in Africa* 336 e f, 337 b c d
Vardæus (*Hugo*) *Minorita Hibernus* 26 e f, 27 b
Udo *epiſcopus Trevirenſis* 367 b, 400 f
Udo *primicerius Tullenſis, deinde epiſcopus* 101 e
† Vedaſti *reliquiæ Duaci* 132 c
Velderer (*Udalricus*) *œconomus templi S. Notburgæ* 733 d
† Venantius *epiſcopus Lunenſis* 111 b, 112 b
† Venerius *epiſcopus Mediolanenſis* 600 e, 646 e, 654 e f, 667 c
Venerius *presbyter Conſtantinopoli* 580 b
Venerius *eremita Tiburtinus* 110 d, 111 d
Venerius *Tiburtinus monachus, inter Prætermiſſos* 51 c
† Veranus *Vencienſis* 82 e
Veronica *virgo Ordinis S. Claræ, inter Prætermiſſos* 51 b c
Veſpaſianus *imperator* 440 e
Vicecomes (*Ignatius*) *præpoſitus generalis Societatis Jeſu* 781 d e
† Victor *epiſcopus in Africa, ad metalla damnatus* 319 a b, 320 f
† Victor *primus epiſcopus Placentinus in Italia* 79 f
† Victor *vel* Victurus, *epiſcopus Cenomanenſis* 69 f, 70 a b
† Victor *confeſſor, ad metalla damnatus* 192 f
† Victor *martyr in Africa* 325 d
† Victor *Senenſium patronus* 352 a
Victor II *Papa* 350 a
Victor III *Papa* 350 a
Victor *Aſſuritanus epiſcopus* 273 a
Victor *epiſcopus Curubitanus* 319 c d
Victor *epiſcopus in Africa* 218 d, 250 c d e
Victor *epiſcopus in Numidia* 286 f, 287 a & ſeqq.

Victor *presbyter in Africa, lapsus in persecutione, pœnitens* 255 f, 256 a b, 271 b d e f, 272 a
Victor *ecclesiæ Carthaginensis diaconus* 218 e, 223 f, 224 a, 246 b
† Victoria *soror S. Sabini episcopi Placentini* 80 b c d e
Victoria *mulier Afra, in persecutione lapsa, deinde pro fide extorris* 235 f
† Victoris *diaconi corpus Placentiæ in Italia* 80 a b c
Vigilius *Papæ* 419 b
Vigilius *episcopus Tapsensis* 674 b
Vigilius *episcopus Tridentinus* 530 c
Vignole (*Joannes de la*) *Andegavensis capituli decanus, reliquias S. Maurilii pretiosiori thecæ includit* 63 f
Villena (*marchio de*) *orator regis Hispaniarum apud Romanum Pontificem* 190 d
† Vincentia *martyr* 748 d
† Vincentius *abbas & martyr, inter Prætermissos* 1 f
Vincentius *episcopus Capuanus* 370 d
Vincentius *episcopus Tibaritanus* 280 b
Vitalis *episcopus Apollinaristarum Antiochiæ* 457 e f, 676 f
Vitalis *episcopus Regii Lepidi* 114 d f
† Ulganii *confessoris reliquiæ* 132 b, 133 a
Ulricus *dux Wirtembergensis* 395 d
† Ultanus *abbas Peronensis* 120 c, 123 b, 124 b e, 125 c d e, 126 b c d, 129 a b, 131 a
Ultrogottha *Childeberti I Francorum regis conjux* 33 a c
Unila *Gothis episcopus ordinatus à S. Joanne Chrysostomo* 526 f, 631 e
Vodhlon (*Samuël Ignatius*) *sacerdos, scripsit testimonium de beneficio S. Notburgæ* 746 c
Volusianus *episcopus Trevirensis* 366 e, 400 f
Volusianus *imperator* 145 e, 146 a, 148 d, 151 e, 174 f, 175 a b c, 177 f, 178 c d e f, 181 b, 193 b, 271 b, 273 a b, 286 b, 291 f
† Urbani *Papæ martyris translatio, inter Prætermissos* 50 a
† Urbani *corpus translatum* 182 b
Urbanus VIII *Papa* 115 a, 117 b, 134 f, 135 a, 142 a, 187 a, 351 f, 694 c, 739 d, 773 a
Urbanus *confessor Romanus, aliquamdiu schismati addictus* 158 e, 160 d, 165 e f, 166 a & seqq., 167 a b c d e, 264 b c d
Urbicius *episcopus, S. Joannis Chrysostomi amicus* 623 b
Uriel *archiepiscopus Moguntinus* 395 d
† Ursula 748 f
Ursus *episcopus Senecensis* 82 f
Vuiomadus *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f
Vuizo *episcopus Trevirensis* 366 e f, 400 f

W

Wachtendonck (*Joannes de*) *abbas Indensis prope Aquisgranum* 185 d e, 186 a b
Waesteels (*Adrianus*) *abbas Ninoviensis* 772 f, 773 a
Wagner (*Maximilianus*) *parochus Schwazensis in Tyroli* 741 f, 743 d
Wagner (*Vitalis*) *religiosus Montis S. Georgii in Tyroli, examinat ossa S. Notburgæ* 737 a
Wahart (*Franciscus*) *parochus in Mehon* 142 e
Wala (*Balduinus*) *canonicus Ninoviensis* 775 d
Walch (*Leonardus*) *œconomus templi S. Notburgæ in Tyroli* 732 f
Walck (*Joannes*) *renovavit synopsim Vitæ S. Notburgæ, tabulæ inscriptam* 710 e
† Waldebertus *abbas Luxoviensis* 99 d e
Waldher (*Joannes Baptista*) *testimonium dedit pro patria S. Notburgæ* 715 f
Waleranus *abbas Ursi-Campi, inter Prætermissos*
Wallock (*Thomas*) *sacerdos, testimonium scripsit de beneficio S. Notburgæ* 746 e
Walterus *abbas S. Foillani, interfuit translationi corporis S. Amati Senonensis* 133 a
Walterus *castellanus, in S. Amatum Senonensem munificus* 131 e, 132 b
Warinus *archiepiscopus Trevirensis* 383 c, 384 a b
Waso *episcopus Leodiensis* 388 b
Well (*Sigismundus*) *œconomus templi S. Notburgæ in Tyroli* 732 f
Welsperg (*Carolus de*) *comes in Tyroli* 714 b
Wenceslaus *Bohemorum rex* 723 b
Wermus *abbas de Castro de Moretagne, interfuit translationi corporis S. Amati Senonensis* 133 a
Wertenbergica (*Agnes*) *uxor Henrici ultimi dynastæ Rottenburgici* 717 e
Witredus *abbas S. Victoris Massilienſis, inter Prætermissos* 3 e
Wilcarius *episcopus Sedunensis* 124 c
† Wilfrida *abbatissa, inter Prætermissos* 50 c, 141 b
Wilhelmus *episcopus Argentinensis* 395 d
Willelmus *cognomento* Caput-stapæ, *Aquitanorum dux & Pictavorum comes* 24 a b d
Willelmus *cognomento* Longaspata, *Normanniæ dux* 24 b c d
† Winandus *non satis cognitus* 40 e f, 41 a
Winghene (*Ludovicus de*) *præpositus capituli Rotnacensis* 189 c
† Wolfgangus 730 e, 731 e
Wolkenstain (*Dominicus comes à*) 712 f
Wolkenstain (*Marcus Sittius de*) *nobilis scriptor, habet elogium de S. Notburga* 712 e f
Wolkenstain (*Praxedis à*) 735 b
Wonedulphus *decanus Anderlacensis in Brabantia, inter Prætermissos* 3 a. *Item* 39 e f, 43 b c d e f, 44 a d e
Wrekh (*Michaël*) *sacerdos in Carniolia* 767 d
Wromati (*Joannes Baptista*) *sacerdos in Carniolia* 762 a
Wurtel (*Henricus*) 729 e

Y

† Ypolytus, *inter Prætermissos* 2 e f

Z

Zeiller (*Martinus*) *meminit S. Notburgæ in Typographia Tyrolensi & in Tractatu de decem Circulis* 715 d, 717 a
Zeno *episcopus Hierosolymitanus* 412 f, 413 a
Zeno *episcopus Majumæ* 413 a
Zeno *episcopus Tyri* 413 a b
Zeno *imperator* 16 d, 86 f
Zetus *incertæ sedis episcopus* 165 b, 181 d
Zoching (*Ulricus de*) 729 e
Zoilus *episcopus Alexandrinus* 850
Zozimus *Papa* 683 d, 684 a f, 685 a b
Zwichen (*Viglius à*) *præpositus ecclesiæ S. Bavonis Gandavi* 399 f

INDEX TOPOGRAPHICUS.

A

Abbir Germaniciana, civitas Africæ 321 d
Achen, locus Tyrolis 712 d f, 724 c
Achenſis vallis 726 a, 732 f
Ægæum mare 646 f
Ægyptus 404 e, 405 a, 468 e, 469 b, 505 c, 528 d, 568 a & ſeqq., 570 e, 599 c, 647 d, 667 c, 677 d, 682 e. *In* Ægypto *cultus S. Joannis Chryſoſtomi* 691 e
Ælia, ſic vocabatur olim Hieroſolyma 568 e
Æmilia, Italiæ regio 134 c
Æthiopia 403 a, 647 d. *Cultus S. Joannis Chryſoſtomi* 691 e
Affligemienſis abbatia in Belgio 51 e
Africa. *S. Cyprianus epiſc. martyr* 191 & ſeqq. *SS. Creſcentianus, Victor, Roſula, & Generalis* 348 b c e f
Africanum *concilium, anno* CDXIX 683 d
Agaunenſe cœnobium in Valleſia. *Incoluit S. Amatus abbas Habendenſis* 96 c, 99 f, 104 f. *An etiam Amatus alter, qui dein epiſcopus Sedunenſis creatus eſt?* 122, 123
Agrippinenſe *concilium, anno* CCCXLVI, 370 d
Aich, locus Carnioliæ 762 a
† Albani monaſterium in Lagenia, provincia Hiberniæ 27 b
Albis, fluvius Germaniæ 747 e
Aldenarda, oppidum Belgii in Flandria 187 c, 188 a f, 189 a, 772 d, 776 a
Alegia. *Vide* Elegia.
Alexandria, urbs Ægypti. *S. Theodorus martyr* 10 b. *Hujus epiſcopus non fuit idem Theodorus* 11 a. *SS. Cronides aut Hieronides diaconus, Leontius, Serapion &c. MM.* 13 c f. *S. Philippus martyr, is tamen iſtius urbis epiſcopus haud fuit* 52 c f, 53 e f. *S. Theodolus epiſc. mart.* 56 b c e f. *S. Eulogius epiſc.* 83 & ſeqq. Alexandria *à Perſis occupata* 85 b c. Alexandria 568 a b c, 571 b, 574 f, 575 a, 576 b, 579 b, 583 b, 588 d, 591 b, 607 b, 646 d
Alexandria, urbs Troadis, provinciæ in Aſia Minori 19 c
Aloſtum (*Aelſt*) *oppidum in Flandria imperiali* 133 b c e f, 772 c d, 776 d, 777 e f
Alpes 718 f, 719 d, 721 a, 726 e
Alſatia 357 f, 381 f, 382 e. *Eccleſias hîc erexiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 385 f, 386 a b, 393 f
Amandopolis, oppidum cum abbatia in Belgio 127 e, 131 a
Amanus, mons Ciliciæ 624 b
Ambianum (*Amiens*) urbs Galliæ in Picardia 120 c
Anaplum, ſuburbanum prope Conſtantinopolim 588 c
Ancyra, urbs Galatiæ. *S. Julianus presb. mart.* 54 b c e f. *SS. Seleucus & Valerianus MM.* 56 b d. Ancyra 594 b e, 613 e, 616 a, 647 e
Andaïnum, *nunc* ad S. Hubertum (*S. Hubert*) oppidulum & celebris abbatia in Arduenna 388 f
Andegavum, civitas Galliæ. *S. Maurilius epiſc.* 62 & ſeqq.
Andenſis provincia in Gallia 62 b
Anderlacum, *aliis* Anderlechtum, vicus Brabantiæ prope Bruxellas. *S. Guido conf.* 36 & ſeqq. *Sacellum ſupra hujus Sancti ſepulcrum illic primò exſtructum, dein templum, in quo ejus corpus hodiedum ſervatur* 40 b d e, 45 b
Angeliacenſe monaſterium. *Vide* Angeriacenſe.
Angeriac, villa. *Habuit eccleſiam dicatam S. Reverentio* 22 f, 23 a
Angeriacenſe, in Santonia, Galliæ provincia oppidum & monaſterium Ordinis S. Benedicti 22 f, 24 b d e
Anglia 656 c
Antaradum, oppidum Syriæ 426 a
Antiochenum *concilium, ſeculo* III, 170 a, 173 a b c. Antiochenum *Arianorum concilium, anno* CCCXLI 594 f, 595 a b
Antiochia, urbs Syriæ. *In ſynodo damnatur Novatianus* 173 a b c. Antiochia *patria S. Joannis Chryſoſtomi* 408 b, 411 a b, 412 & ſeqq. *Hîc diaconus ordinatus eſt idem Sanctus* 435 d e f. *Presbyter conſecratus* 447 f. Antiochiæ *ſeditio exoritur* 465 f, 466 a & ſeqq. Antiochiâ *ad epiſcopatum Conſtantinopolitanum evocatur S. Joannes Chryſoſtomus* 510 & ſeqq. Antiochiæ *concilium ab Arianis celebratum* 594 f, 595 a. Antiochiæ *epiſcopus ſtatuitur Porphyrius, inimicus S. Joannis Chryſoſtomi* 604 b c, 606 c d. Antiochiæ *plures amicos habuit idem Sanctus* 619 & ſeqq. Antiochiæ *nomen S. Joannis Chryſoſtomi diptychis inſeritur* 680 c, 681 d e, 683 c
Antitaurus, mons Cappadociæ 612 a
† Antonii, archicœnobium in Delphinatu 775 e
Antverpia, civitas Belgii. *Corpora SS. Fortunati, Cyrini, Innocentii & Cerealis MM.* 149 b & ſeqq., 150 a b
Anycliach. *Vide* Cliach.
Apamea, urbs Aſiæ minoris 544 f, 582 d, 583 d, 599 c, 607 a, 635 e, 645
Apamene, regio in Syria 645 d
Apoſtoleum, eccleſia prope Chalcedonem 578 b
Appiaria, urbs Aſiæ minoris 599 b
Apulia. *SS. Feliciſſimus & Secundinus MM.* 57 a b d e
Aquileia, urbs Italiæ 600 e, 653 c d e f
Aquileienſe *concilium, anno* CCCLXXXI 79 e
Aquiſgranum, urbs Germaniæ inferioris 183 a b, 185 c, 186 c, 187 e, 770 c
Aquitania, Galliæ regio 394 d
Arabiſſus, urbs & arx Armeniæ 643 a, 648 b c d e. *In hac exſulavit S. Joannes Chryſoſtomus* 649 b, 151 d, 663 e f. Arabiſſo *aliò deducitur ſanctus Exſul* 664 a & ſeqq. Arabiſſus *urbs*

urbs episcopalis 689 b, 690 c
Arcadia, regio Peloponnesi 682 e
Arduenna, sylva ampla Galliæ & Belgii 388 f
Areæ Macrobii Candidiani, prope Carthaginem. *Locus sepulturæ S. Cypriani episc. mart.* 325 a, 333 d. *Templum hîc eidem Sancto erectum fuit* 336 a
Arelate, urbs Galliæ 118 e, 119 f. *Devastata seculo* VIII *à Saracenis* 120 a. *Hîc olim depositum fuit corpus S. Cypriani episc. mart., ex Africa delatum* 340 a & seqq. Arelate *in concilio causa Donatistarum examinata* 372 a b
Arelatense *concilium I*, 313 f, 314 a b, 372 a b c, 374 b e
Argentanum, oppidum in Brutiis 349 b e
Argentoratum, Argentina, civitas Germaniæ in Alsatia 386 b
Argeus, mons Cappadociæ 594 c
Armenia, regio Asiæ 603 c, 610 c, 612 a b c, 614 a b c, 627 a, 635 c d, 640 b e, 641 e, 645 b, 648 b. *In* Armenia *exsul multa patitur S. Joannes Chrysostomus* 649, 650, 651, 665 a, 666 d e, 674 e
Asia. *SS. Diasolus, Matrona, Tecla, & Heraclia* 12 c f. *In* Asia *aliquot episcopos deponit S. Joannes Chrysostomus* 546, 547
Aspona, civitas in Galatia 402 b, 404 d
Assuræ, civitas Africæ 272 e f, 273 a
Asta, civitas Italiæ 52 a b
Astacenus, *al.* Nicomediensis sinus in Bithynia 15 f, 19 b
Asturica, urbs Hispaniæ 293 d f
Athenæ, urbs Græciæ 411 f, 646 e
Athesina provincia 725 b
Athyra, castellum in Thracia 646 f
Atrebatum, civitas Belgii 132 a
Avenio, civitas in Gallia 186 e, 187 a
Augustodunum, urbs in Gallia. *S. Evantius episc.* 21 a & seqq.
Augustoritum, urbs Galliæ 69 d
Aure, amnis in Gallia 22 a
Aurelianense *concilium III, anno* DXXXVIII 21 e. Aurelianense *IV, anno* DXLI, 33 e. Aurelianense *V, anno* DXLIX. *Interfuit S. Sacerdos, Lugdunensium antistes* 31 e, 33 f, 34 a, 60 e
Austria. *Cultus S. Notburgæ* 748 b

B

Babylon, urbs in Asia 668 d, 677 e
Badensis marchionatus 747 e
Bajocæ (*Bajeux*) civitas Galliæ episcopalis in Normannia inferiori. *S. Reverentius presb. conf.* 22 a & seqq., 23 a & seqq.
Barensis ducatus in Gallia 184 a
Bavaria, regio Germaniæ. *Cultus S. Notburgæ* 712 d, 724 c
Baveghem, locus Belgii 134 d
Beduinum (*Bedoin*) vicus in Gallia. *Cultus S. Antonii vel Antonini, episcopi, ut creditur, Carpentoractensis* 81 a & seqq.
Belgium 36 & seqq. *Plures hîc ecclesias erexisse traditur S. Maternus* 385 & seqq.
Belsia, Galliæ provincia 76 b
Beneventum, urbs in regno Neapolitano 646 e
Berœa, urbs Syriæ 528 d e f, 575 e f, 579 b, 594 b, 607 b
Bethleem, urbs Palæstinæ 405 b, 456 b
Bithynia, Minoris Asiæ provincia. *S. Antonomus mart.* 14 c, 15 f, 19 b. Bithynia 534 c, 536 d, 547 e, 575 a, 583 d. *Huc in exsilium ductus S. Joannes Chrysostomus* 586 a, 587 e, 588 b c, 602 a c, 603 b, 613 e, 616 a, 664 f, 665 b & seqq., 666 b
Bituricensis ducatus in Gallia 62 b
Blemmyum regio in Æthiopia 647 d
Bobiense monasterium in Italia 96 d
Bohemia 747 e
Bonavallis, abbatia in diœcesi Carnutensi 347 b
Bonna, *al.* Bunna, civitas Germaniæ *à Normannis combusta* 359 b, 382 c. *Templum hîc olim construxisse creditur S. Maternus episc.* 390 e
Bononia, urbs Italiæ. *Reliquiæ S. Joannis Chrysostomi* 695 d
Bosphorus, fretum angustum prope Constantinopolim 466 d, 534 c, 539 e, 578 b, 587 e, 602 c, 631 e, 667 c, 686 b f
Bostra, urbs Arabiæ Petrææ 635 f, 647 c d
Brabantia, Belgii provincia 36 & seqq., 770 a, 776 b
Brachbantum antiquum, tractus Belgii 770 c
Brandisium, *aliàs* Brunduſium (*vulgò* Brandeis) oppidum Bohemiæ 747 e
Brixina, *aliàs* Brixino & Brixinum, civitas Tyrolis 736 a, 737 c, 738 e, 739 c d, 740 c, 746 e, 752 c
Broylus *seu* Broylense monasterium, Mervillæ in Flandria Occidentali. *Hîc exsulavit & obiit S. Amatus episc. Senonensis* 120 & seqq. usque ad 132
Brugæ, civitas Belgii in Flandria. *Reliquiæ S. Joannis Chrysostomi* 695 a, 714 a
Bruxellæ, urbs Brabantiæ in Belgio 36 & seqq., 44 d
Bulgaria 56 a
Bulla, civitas Africæ 272 a
Byzacena provincia in Africa 209 c f, 215 a, 270 c
Byzantium 492 b. *Vide* Constantinopolis.

C

Cadurcensis provincia in Gallia 343 c
Cælii *seu* Cæli Mons, monasterium Hispaniæ in Coriana diœcesi 353 b
Cæsarea, urbs Cappadociæ 299 b, 303 a, 305 b, 306 a c, 425 d, 547 f, 594 c, 611 f, 613 a f, 614 b c. Cæsareæ *aliquamdiu æger substitit S. Joannes Chrysostomus, cùm ad exsilium tenderet* 615 a & seqq., 616 a & seqq. Cæsareâ *excedere cogitur idem Sanctus cum summo ab Isauris, vicina loca infestantibus, periculo* 617 a & seqq. Cæsaream *ad amicos scribit S. Joannes Chrysostomus* 620 b c d e, 629 a b c
Cæsarea, urbs Palæstinæ 551 e, 580 d, 620 f, 647 e
Calabria citerior, provincia regni Neapolitani 349 a b c d e, 350 d e
Calcaria, civitas Germaniæ 393 e
Calonna, vicus in Gallia 63 b. *In eo habitâsse creditur S. Maurilius episcopus* 66 f, 67 a, 71 d, 72 d, 73 a b, 76 a
Cameracensis ager in Belgio 190 c
Cameracum, civitas Belgii 120 c, 126 e, 129 c, 131 b. *Reliquiæ S. Chrysostomi* 695 c
Campania, Galliæ provincia 184 a
Campania, Italiæ provincia 637 b
Cana Galilææ 137 f
Canusium, civitas in Apulia 40 e f
Cappadocia, regio Minoris Asiæ 173 b, 311 b, 490 c, 594 a c, 611 f, 612 b c, 613 a f, 614 c, 616 a, 617 a, 619 c, 621 a c e f,

e f, 623 a, 646 f, 655 a
Capſa, civitas Africæ 215 a, 270 c
Caria, regio 546 b, 607 c, 608 c, 609 b
Carinthia. *Cultus S. Notburgæ* 748 b, 752 f
Carnioburgum (*vulgò* Craynburg) oppidum Carnioliæ 753 d, 754 e
Carniolia, ducatus. *Cultus inſignis S. Notburgæ* 745 f, 747 d e, 751 & ſeqq.
Carnutenſis tractus in Gallia 76 b
Carpentoracte, civitas Galliæ 81 a & ſeqq., 82 a & ſeqq.
Carthaginenſe *concilium primum de lapſis ſub S. Cypriano* 168 a c d e, 170 f, 171 b, 254 c d e f, 255 a & ſeqq., 256 a & ſeqq., 257 a & ſeqq., 258 a & ſeqq., 259 a & ſeqq., 260 a. Carthaginenſe *ſecundum de lapſis ſub S. Cypriano* 175 d, 271 a & ſeqq., 280 e f, 281 a b c d. Carthaginenſis *ſynodus Idibus Maii anno* CCLII *habita, diverſa à præcedenti concilio* 270 c d e f, 271 a & ſeqq., 272 a b c d. Carthaginenſe *concilium primum de baptiſmate hæreticorum* 296 e f, 297 d; *ſecundum* 297 d e, 298 a e, 299 a b c; *tertium* 299 d, 300 d, 301 c d e f, 302 a & ſeqq., 303 b f, 305 a & ſeqq.
Carthago, urbs Africæ. *Hîc S. Cyprianus & epiſcopi Africani, rejectis ſchiſmaticis legatis, S. Cornelium Romanum Pontificem legitimè electum agnoſcunt* 161 & ſeqq. Carthagine *probabiliter natus S. Cyprianus epiſc. mart.* 195 c d. *Ad* Carthaginenſem *cathedram evectus idem Sanctus, & quando* 205 & ſeqq. Carthagine *perſecutio excitata à Decio* 212 c & ſeqq., 213, 214. Carthagine *ſchiſma movetur contra S. Cyprianum* 247 & ſeqq. Carthaginem *è ſeceſſu ſuo redit S. Cyprianus* 253 d e f. *Prope* Carthaginem *martyrium ſubiit idem Sanctus* 323 & ſeqq.
Caſæ nigræ, civitas in Africa 372 a
Casbach, torrens in Tyroli 724 f, 725 f, 726 a, 741 a
Caſletanus ager in Flandria Occidentali 131 b
Caſletum, oppidum Flandriæ Occidentalis 713 f
Caſſelia, civitas Hiberniæ 26 a b
Caſtabula, civitas in Ciliciæ 622 a
Caſtrum Petræ in Gallia 74 d
Catalaunum, civitas Galliæ 376 f
Catana, urbs Siciliæ epiſcopalis. *S. Serapion epiſc. mart. & Socii fortè addendi* 5 a & ſeqq.
Cathem, locus in Belgio 777 b
Caucaſus, mons Aſiæ 534 e
Cennacum, oppidum Leodienſis ditionis. *Eccleſiam exſtruxiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 388 e
Cenomanum, civitas Galliæ 74 e, 76 b
Centumcellæ, urbs Hetruriæ. *S. Cornelius PP. martyr* 143 a, 144 f, 145 e. *Hîc exſulavit & probabiliùs obiit idem Pontifex* 146, 147, 177, 179, 180
Chalcedon, urbs Aſiæ Minoris in Bithynia 534 a, 535 c, 536 d e, 537 f, 539 e, 550 a, 575 a. *Prope* Chalcedonem *conciliabulum inſtituitur contra S. Joannem Chryſoſtomum* 578, 579, 580, 581, 582. *In eo deponitur idem ſanctus Epiſcopus* 584 a & ſeqq. Chalcedone *multi ejus ſectatores in carcerem conjiciuntur* 604 d, 611 c
Chalcedonenſe *concilium* 661 a, 779 c, 780 b
Cherſoneſus 535 e f
Cilicia, regio Minoris Aſiæ 173 b, 311 b, 415 f, 416 a, 490 c, 612 a b c, 617 a, 621 a c, 622 a b c d, 623 a c, 624 b, 666 d e
Cimella, oppidum in Alpibus maritimis 191 e
Civitas vetus (*Civita vecchia*) urbs Hetruriæ 177 d
Claravallis, abbatia in Gallia 382 a
Claudiopolis, civitas in Honoriade, provincia Minoris Aſiæ *Ubi Euangelium prædicâſſe dicitur S. Autonomus M.* 16 a, 17 e, 19 b
Cliach, regio Hiberniæ. *In hac, ut fertur, natus eſt S. Albeus ſeu Ailbeus epiſcopus* 27 c
Cœle-Syria, regio, 527 d
Colchis, regio Aſiæ 664 b
Colonia Agrippina. *S. Maternus epiſc.* 354 a. *De initiis ejus eccleſiæ diſputant eruditi* 355 & ſeqq. Colonia Agrippina *à Normannis comburitur* 359 b. *Hîc ſervatur pars baculi S. Petri, quo S. Maternus à morte ſuſcitatus creditur* 384 a & ſeqq. *Varias* Coloniæ *& per univerſam diœceſim eccleſias conſtruxiſſe creditur S. Maternus* 389 d e f, 390 a & ſeqq. Coloniæ *veriſimilius mortuus eſt idem Sanctus* 392 d e f, 393 a & ſeqq. *Reliquiæ & cultus S. Materni* 396 e f, 397 a
Colonienſis Cartuſia. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 e
Colſaſſ, pagus in Tyroli 722 a
Comana, urbs in Ponto, Aſiæ regione, *prope quam mortuus eſt S. Joannes Chryſoſtomus* 401 a, 664 d e f, 665 a & ſeqq. 666 a & ſeqq. Comanis *tranſfertur Conſtantinopolim corpus ejuſdem Sancti* 685 e f, 691 e
Commonicus, pagus in Gallia 74 d
Compendienſe cœnobium 182 d e, 183, 184, 185
Compendium, oppidum in inſula Franciæ. *Huc tranſlatum fuit olim corpus S. Cornelii PP.* 182 b & ſeqq., 183, 184, 186. *Item corpus S. Cypriani epiſc. mart.* 341 e f, 342 a & ſeqq.
Concordia, oppidum Italiæ 201 a
Confluentia, urbs Germaniæ 376 a
Conſentia, civitas in Calabria citeriori 349 e
Conſtantinopolis 401 c, 402 c, 404 b, 406 b f, 407 b, 466 c d, 468 e, 473 c, 490 b c, 491 a, 492 a b, 493 b, 496 c d e f, 497 a b f, 498 f, 499 a b, 500 d. Conſtantinopoli *epiſcopus conſecratur S. Joannes Chryſoſtomus* 511 c d e. Conſtantinopoli *noſocomia ædificat idem S. Joannes* 517 c d. Conſtantinopoli *contra eumdem Sanctum varias machinationes inſtruunt ejus inimici* 575, 576, 577. *In conciliabulo depoſitus idem ſanctus Epiſcopus* Conſtantinopolitanam *ſedem deſerere cogitur, & in exſilium ducitur* 584, 585. *Oritur ſeditio* Conſtantinopoli 586, *& urbs terræ motu concutitur* 587. *Revocatur Sanctus ac eccleſiam* Conſtantinopolitanam *denuo gubernat* 588 & ſeqq. Conſtantinopoli *alia ſynodus habetur, in qua depoſitionis ſententia declaratur irrita* 592 a b. *Novum* Conſtantinopoli *ab adverſariis Sancti conciliabulum cogitur* 594, 595, *in hoc iterum damnatus Joannes Chryſoſtomus eccleſia expellitur* 596 b, *& urbe* Conſtantinopolitana 601 d e f, 602 a. *Eodem die eccleſia comburitur* ibid. d e f, 603 a & ſeqq. Conſtantinopoli *alter epiſcopus ſubſtituitur S. Joanni, & gravis perſecutio oritur in hujus ſectatores* 604, 605, 606. Conſtantinopolim *ad clerum ſcribit S. Innocentius PP.* 607 e f. *Honorius item imp. & S. Nilus ad Arcadium imp. pro S. Joanne* 608 d e f. Conſtantinopoli *multa mala illata* 609 a b c. Conſtantinopolim *ad amicos varias in exſilio ſcribit litteras S. Joannes Chryſoſtomus* 629 & ſeqq. Conſtantinopoli *gravem*

vem persecutionem patiuntur sancti Exsulis amici 633 & seqq. Constantinopolim *litteras ad amicos mittit idem Sanctus* 652 d e f. Constantinopoli *nomen S. Joannis Chrysostomi diptychis inscribitur* 681 a b c, 683 c. Constantinopoli *festivitas ejusdem Sancti instituitur* 685 c d, *ejusque corpus illuc transfertur* ibid. e f, 686 b & seqq., 687 a b c, 691 e. *Ecclesia olim eidem Sancto dicata* Constantinopoli 693 c

Constantinopolitanum. *concilium sub S. Joanne Chrysostomo in causa Antonini episcopi Ephesini* 543 c d e f, 544 a b c d, 545 f. Constantinopolitanum *pro S. Joanne Chrysostomo* 591 f, 592 a. *Aliud contra S. Joannem Chrysostomum* 593 f, 594 & seq. Constantinopolitanum *concilium anno* CCCLXXXI 425 f. *Quintum generale* 621 b c. Constantinopolitanum *sextum* 407 b

Coria, civitas Hispaniæ episcopalis 352 b

Corinthus, urbs Peloponnesi 493 c d, 653 d

Corneliacum (*Cornilly le Contres*) monasterium in Gallia 190 e f, 343 d

† Cornelii abbatia Ordinis Præmonstratensis in Flandria. *Insignis cultus, reliquiæ & ecclesia SS. Cornelii & Cypriani* 769 & seqq. *Vide* Ninoviensis abbatia.

† Cornelii Monasterium (*Cornelis-Munster*) prope Aquisgranum. *Reliquiæ, cultus & miracula S. Cornelii PP.* 185, 186, 187

Corsica insula 112 d e, 117 c

Cratia, urbs Bithyniæ 596 e

Creta, insula 635 b

Crinteo, locus prope Ancyram in Galatia 54 c

Croatia, regio. *Cultus S. Notburgæ* 748 b, 752 f

† Crucis cœnobium in diœcesi Ebroicensi in Normannia 49 c f

Cucusus, oppidum Armeniæ. *Hîc diu exsulavit S. Joannes Chrysostomus* 603 c d, 609 d, 610 c, 611 b f, 612 a b, 614 a b c, 615 c f, 616 a d e. Cucusi, *loco admodùm deserto, excipitur Sanctus* 618 c & seqq. *Inde varias epistolas ad amicos scribit* 619 & seqq. usque ad 645. Cucuso *ad alia loca Armeniæ transfertur sanctus Exsul* 648 d e, 651 d. Cucusi *non videtur concionatus fuisse S. Joannes* 663 b c d

Cularo *seu* Cularona, *ita appellata quondam fuit* Gratianopolis, civitas Delphinatûs 104 c

Curubis, civitas Africæ. *Hîc exsulavit S. Cyprianus episc. mart.* 193 a c, 318 d, 319 c & seqq., 321 a b c, 329 c, 330 c, 332 e f

Cyprus, insula 402 a, 407 b, 531 e, 533 f, 534 a, 570 e, 572 a, 574 b c d, 591 b, 611 c. *Ecclesia monasterii Franciscanorum in* Cypro *S. Joanni Chrysostomo sacra* 693 f

Cyrene, civitas in Africa 667 d

Cyrnus, insula mediterranei maris, *Latinis* Corsica 116 d, 117 c

Cyrus, urbs in Syria 628 d

Cyzicus, urbs Mysiæ 605 c, 619 a, 638 f

D

DAcia, regio 357 a b

Dalmascorb, parœcia in Lagenia, Hiberniæ provincia 50 c

Dalmatia, regio 653 c, 654 f

Damascus, urbs Syriæ 205 f, 485 d, 527 d

Daphne, suburbium Antiochenæ civitatis 496 e, 505 f

Darna, civitas in Libya 84 a

Decimum, locus in Africa 337 b c d

Delphinatus, Galliæ provincia 96 b, 104 b, 775 c

Demschall, locus Carnioliæ 745 e, 753 a, 754 a b f, 755 a, 757 c, 758 b, 760 c d f, 762 d

† Deodati (*Saint-Diey*) oppidum Lotharingiæ 101 f

Dertusa, civitas Hispaniæ Tarraconensis. *Reliquiæ S. Crescentii M.* 351 f

Dionantum, *al.* Dinantum, oppidum Leodiensis ditionis. *Ecclesiam exstruxisse traditur S. Maternus episc.* 388 d e

Dionysiana, civitas Africæ 209 f

† Dominici ecclesia Bononiæ in Italia. *Reliquiæ S. Joannis Chrysostomi* 695 d

Drypia, locus haud procul Constantinopoli. *Illuc ad ecclesiam, S. Thomæ apostolo consecratam, reliquias Sanctorum transtulit S. Joannes Chrysostomus* 529 a & seqq., 530 a

Duacum, urbs Belgii. *Corpus, ecclesia & cultus S. Amati episc.* 120 b f, 121 a b c, 123 b, 131 a e

E

EBen, locus Tyrolis, *ubi sepulta est, & insigniter colitur S. Notburga* 712 d f, 724 b, 732 a & seqq., 742 e f

Ebensfeld, locus Carnioliæ, *cultu S. Notburgæ celebris* 745 e, 747 d e, 748 f, 749 c d, 751 & seqq.

Eboracensis diœcesis in Anglia 49 f

Eboslus, locus prope Treviros 394 d

Ebroicensis diœcesis in Normannia 49 c

Egkh, locus Carnioliæ 762 a

Einhamum, abbatia in Belgio 188 a

Elegia, *al.* Alegia, Legiacum, Hellum, & Helellum, olim civitas, nunc pagus in Alsatia. *Hîc, ut fertur, baculo S. Petri apostoli à morte suscitatus est S. Maternus* 381 a f, 382 e, 393 c

Elno, nunc Amandopolis, monasterium in Belgio 127 e

Emerita, urbs Hispaniæ 293 d, 294 a

Emesa, urbs Syriæ 635 e f, 647 c

Engeriacense monasterium. *Vide* Angeriacense.

Engloz, locus Belgii in agro Insulensi. *Reliquiæ & cultus S. Cornelii PP.* 190 c

Ephesinum *concilium* 779 c, 780 b

Ephesus, urbs Asiæ Minoris in Ionia 493 d e, 544 f. Ephesi *in concilio deponit aliquot episcopos, novosque ordinat S. Joannes Chrysostomus* 546 & seqq., 668 a d

Erpe, vicus Brabantiæ in Belgio 48 a c

Etona, locus in Anglia 401 b

Etruria. *Vide* Hetruria.

Euphrates, fluvius 440 d, 642 a

F

FEistriz, fluvius 751 e, 754 f

Fiecht. *Vide* Viecht.

Figen, locus Tyrolis 738 b, 743 b

Flandria, Belgii provincia 120 & seqq., 133 b, 695 a, 713 f, 769 b, 770 c, 775 e, 776 d 777 e

Fliederfele. *Vide* Vliederzele.

Flinense cœnobium monialium in Belgio. *Reliquiæ S. Joannis Chrysostomi* 695 d

Florentia, civitas Italiæ in Hetruria 657 f. *Reliquiæ S. Joannis Chrysostomi* 694 f, 695 b

Flo-

Floreffia, abbatia Ordinis Præmonſtratenſis in Belgio 774 e, 775 f
Forum Flaminii, urbs Umbriæ 178 e
† Franciſci eccleſia Bononiæ in Italia. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 d
Freündſperg, dynaſtia in Tyroli 722 a, 741 e
Fridberg, caſtrum in Tyroli 718 c, 719 b, 721 a
Frigidus mons, monaſterium Ordinis Ciſtercienſis in Gallia 370 b
Furnæ (*Veurne*) oppidum Flandriæ 776 d, 777 e
Furnenſis civitas epiſcopalis in Africa 210 f, 211 a b c

G

GAbala, urbs Syriæ 548 c d, 576 a, 579 b, 607 b
Gaesbecanus tractus in Belgio 46 c
Galata, oppidum, *ſeu* ſuburbium Conſtantinopoleos trans portum 530 b
Galatia, provincia Aſiæ Minoris 402 b, 404 d, 543 c, 594 b, 608 c, 613 e, 614 c, 616 a, 617 a, 619 c
Gallia. *Antiquus cultus SS. Cornelii & Cypriani* 339 c. *De fundatis variarum* Galliæ *civitatum eccleſiis inter eruditos controverſia* 354 & ſeqq.
Gallinaria, inſula in Italia 69 d
Gandavum, civitas Belgii, caput Flandriæ 133 c, 776 a
Gandenſis portus, idem locus veriſimiliter, qui hodie Gandavenſe Saſſum dicitur, *vulgò* het Sas van Gendt 776 d, 777 e
Gaza, civitas in Palæſtina 49 c, 526 b, 527 d e f
Genuenſis ditio 119 e
† Georgii monaſterium. *Vide* Mons S. Georgii.
Gerardimontium *ſeu* Gerardi-mons, oppidum Belgii 776 b, 777 f
Gerciacum *vel* Gerciacus, villa in Gallia 74 f
Germania. *Controverſia eruditorum de fundatis in* Germania *eccleſiis* 354 & ſeqq.
Giffenſis abbatia virginum Ordinis S. Benedicti in diœceſi Pariſienſi 22 c, 24 e
† Giſleni monaſterium in Hannonia 366 c, 367 a b, 400 e
Glaſon, flumen in Hibernia 26 b
Goika (*vulgò* Goyke) pagus in Belgio 777 d, 778 a
Goldenfeldt, locus in Carniolia 762 a
Goritia. *Cultus S. Notburgæ* 748 b, 752 f
Gothia, regio 632 b
Græcia 492 b, 500 c, 546 d e, 653 c. Græcia *Mahumetis erroribus infecta* 781 e
Gratianopolis (*Grenoble*) civitas Galliæ in Delphinatu, *in cujus ſuburbio natus creditur S. Amatus abbas* 96 b, 103 c, 104 b c
Grienburg, dynaſtia 741 e

H

HAbendenſe monaſterium in Lotharingia, *cui primus abbas præfuit S. Amatus* 95 a & ſeqq. *Ejuſdem etiam prima fundamenta jecit idem Amatus cum S. Romarico* 96 f, 97 a b, 105 c
Hadrumetum, urbs Africæ 261 a
Hala, oppidum Tyrolis ad Oenum flumen 712 b c, 713 b, 716 f, 717 c e, 722 a, 744 d, 745 a
Haletra (*Haeltert ſeu Aeltert*) pagus in Belgio 775 b, 776 b
Hammaticum, cœnobium Gallo-Flandriæ 126 d f, 127 a b d, 129 e f, 131 b
Hannonia, Belgii provincia 190 c
Haſteria, antiquum cœnobium Ordinis S. Benedicti in comitatu Namurceno. *Eccleſiam hîc conſtruxiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 389 b c
Hautem S. Livini, pagus in Flandria 776 a
Hauthem, locus Belgii 134 d
Hebdomum, locus Byzantio ſuburbanus. *In hunc ſeceſſit S. Pulcheria imp. virg.* 780 a
Heiſterbacenſis abbatia Ordinis Ciſtercienſis 382 c
Helenopolis, civitas in Bithynia 402 b & ſeqq., 544 b, 580 d, 607 a
Helleſpontus, provincia Aſiæ minoris 535 e f, 536 a
Hellum *ſeu* Helellum. *Vide* Elegia.
Hem, locus Belgii in agro Inſulenſi. *Reliquiæ & cultus S. Cornelii PP.* 190 b c, 343 d
Heraclea, urbs Thraciæ 525 d, 592 a, 607 d
Herleymont, villa in Belgio 774 e
Hermopolis, civitas Ægypti 567 e
Heruchze, locus Carnioliæ 756 d
Hetruria, Italiæ regio 695 c
Hibernia 50 c d
Hieroſolyma. *Eò peregrinatus eſt S. Guido* 43 a b c. Hieroſolyma 481 c, 557 c, 569 a, 655 a
Hippon, civitas Africæ 336 d
Hiſpania. *Cultus antiquus S. Cypriani epiſc. mart.* 339 b. *Reliquiæ S. Materni epiſc.* 399 c d e f
Holtem, *fortè* Hautem S. Livini, pagus in Flandria 775 b, 776 a, 777 b f
Honorias, provincia, olim pars Bithyniæ. *Euangelium hîc prædicâſſe creditur S. Autonomus M.* 16 a, 19 b
Hoyum, *al.* Hujonum, Hujonium & Huum, oppidum ditionis Leodienſis. *Hîc eccleſiam ædificâſſe traditur S. Maternus epiſc.* 388 a b c d
Hur, Silva in Gallia 182 f
Hydruntum, urbs Calabriæ 647 a
Hypepæ, urbs Lydiæ 544 b

I

ICauna, fluvius Galliæ 121 a
Iconienſe *concilium* 299 f, 304 b c
Iconium, urbs Lycaoniæ. *S. Cornutus vel Curnutus ſacerdos martyr* 9 b c e f
Jeruſalem. *Vide* Hieroſolyma.
† Ignatii eccleſia Bononiæ in Italia. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 d
Igniacum, locus Galliæ 382 d
Imbſt, locus Tyrolis 743 a
Imelaca (*Emely*) olim urbs, nunc vicus in Momonia, Hiberniæ provincia. *S. Albeus ſeu Ailbeus epiſc.* 26 & ſeqq.
Inbher-daoile, monaſterium in Hibernia 50 d
Inda & Indenſis abbatia, *aliàs* Monaſterium S. Cornelii (*Cornelis-Munſter*) prope Aquiſgranum. *Reliquiæ, cultus & miracula S. Cornelii PP.* 185, 186, 187, 343 e, 770 c d e, 771 a
Inſulenſis ager in Belgio 190 a b, 343 d
Interamna, urbs Umbriæ 178 e
Iſara, fluvius Galliæ 104 b, 726 c
Iſauria, regio Aſiæ. *Ubi Euangelium prædicâſſe creditur S. Autonomus M.* 16 a, 17 d, 19

b. Iſauriæ *incolæ latrones olim vicinis ſuis infeſti* 617 a & ſeqq., 620 a c, 623 c & ſeqq., 624 c e, 625 b c, 627 a & ſeqq., 634 a, 636 e, 637 c d e, 639 e, 640 b c e, 641 e, 642 c d, 644 a b. *Multa ob* Iſaurorum *incurſiones patitur exſul S. Joannes Chryſoſtomus* 648, 649, 650, 651, 654 d
Iſſicus Sinus prope oram Syriæ & Ciliciæ 623 c
Iſter, fluvius 526 e, 535 f, 536 b, 609 b
Iſtria, Italiæ provincia. *Cultus S. Notburgæ* 748 b, 749 c
Italia. *Cultus antiquus S. Cypriani epiſc. mart.* 338 c
Italica *ſynodus ſeculo tertio* 169 c d
Juſtinianorum monaſterium vel eccleſia Antiochiæ. *Præfuit S. Eulogius epiſc. Alexandrinus* 84 c f

K

Karinthia. *Vide* Carinthia.
Kasbach. *Vide* Casbach.
Kizpuhel, oppidum in Tyroli 715 c, 716 e, 717 a
Klingenbrunn, dynaſtia 741 f
Konipalla, pagus 768 d
Koruzhene, locus Carnioliæ 756 b
Kueffſtain, dynaſtia in Tyroli 710 e, 715 b, 716 e, 717 a
Kundl, locus in Tyroli 715 f, 738 d

L

Labacum, civitas Carnioliæ 749 c, 753 b d, 754 d e, 756 b d e, 757 e f, 761 d, 764 c d, 765 a, 767 f
Laca, vicus prope Bruxellas in Brabantia, cultu beatiſſimæ Virginis celeberrimus. *Hujus eccleſiæ cuſtos fuit S. Guido* 39 b, 42 a & ſeqq., 43 b, 44 b c
Lædus (*Le Loir*) fluvius Galliæ 76 b c
Lagenia, provincia Hiberniæ 27 b
Lagkh, locus Carnioliæ 759 a b e, 763 e, 766 d
Lambeſitana Colonia in Numidia 270 f
Lampſacum, *al.* Lampſacus, urbs Aſiæ minoris in Myſia 536 d, 647 a
Laodicea, civitas in Piſidia 594 b e
Laodicea, urbs Syriæ 595 b, 627 e, 652 c
Laodicenſe *concilium ſeculo quarto* 444 f, 445 f
Laranda, civitas Lycaoniæ 140 c
Lateranenſe *concilium ſub Martino I Papa* 661 a
Lavacrum Conſtantinianum, locus Conſtantinopoli 596 d, 597 a
Lavallium, civitas Galliæ 76 c
† Laurentii monaſterium in Hiſpania. *Reliquiæ S. Materni epiſc.* 399 c & ſeqq. *S. Joannis Chryſoſtomi* 695 b
† Laurentii monaſterium virginum Venetiis. *Reliquiæ & cultus S. Ligorii mart.* 57 f, 58 b & ſeqq., 59 a d
Lebecca, locus in Belgio 777 c f
Ledus (*le Lez*) Galliæ amnis 76 b
Leffia, abbatia Ordinis Præmonſtratenſis in ditione Leodienſi. *Eccleſiam exſtruxiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 388 e
Leffia, fluvius 388 e
Legia. *Vide* Liſa.
Legiacum. *Vide* Elegia.
Legio, urbs Hiſpaniæ 293 d f
Leia. *Vide* Liſa.
Leodium, urbs Germaniæ. *De hujus ſeu potiùs Tungrenſis eccleſiæ primordiis controverſia inter eruditos* 354 & ſeqq. Leodium *à Normannis incendio devaſtatur* 359 b. *In diœceſi* Leodienſi *varias eccleſias erexiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 388 a & ſeqq. *Reliquiæ & cultus S. Materni* 397 b & ſeqq., 398 a & ſeqq.
Lerinenſe celebre monaſterium 81 f
Levenburgica præfectura in Germania 393 e
Libya, regio Africæ 682 e
Liebeneich, dynaſtia 741 e
Ligeris, flumen Galliæ 62 c, 72 d, 76 a
Ligniacum S. Martini in Belgio 46 c
Ligniacum S. Quintini in Belgio 46 c
Liguria 108 c, 119 e
Ligufticum mare 108 b, 119 e
Lindaro, locus Iſtriæ 750 c
Liſa, Legia & Leia, flumen Belgii 120 e
Locopolis (*Biſchoflack*) oppidum Carnioliæ 753 c, 754 e, 763 f
Longa-Sura, villa in Germania 394 b
Lovanienſis ager in Brabantia 771 e
Lovanium, civitas Brabantiæ 775 d
Lucania, Italiæ regio. *Cultus S. Cypriani epiſc. mart.* 338 c
Lugdunum (*Lyon*) urbs in Gallia. *Hîc epiſcopus fuit S. Sacerdos* 31 & ſeqq. *Templum S. Pauli exſtruxit, & fortè etiam monaſterium puellare SS. Georgii & Eulaliæ* 32 e f, 33 a b.
Lugduni *olim depoſitum fuit corpus S. Cypriani* 340, 341
Luna, urbs olim Hetruriæ 108 c f, 113 f, 114 b & ſeqq., 118 e, 120 a
Lunenſis ager 114 a b c
Lunenſis portus 108 c
Luſitania. *Cultus S. Pulcheriæ imperatricis virginis* 778 b d, 779 d, 781 c d
Lutetia Pariſiorum. *Caput, ſeu potiùs pars capitis S. Joannis Chryſoſtomi* 694 f, 695 b
Luxemburgum, urbs Belgii 392 e, 396 c
Luxovienſe monaſterium in comitatu Burgundiæ 50 f. *Incoluit S. Amatus, abbas Habendenſis* 96 d. *Non fuit tamen abbas* Luxovii 99 d e. *Eò deductus fuit à S. Euſtaſio* 104 f, 105 f. *An etiam Amatus alter, qui Sedunenſis epiſcopus fuiſſe creditur?* 123 f, 124 c
Lycaonia, Minoris Aſiæ regio. *Euangelium hîc prædicâſſe creditur S. Autonomus M.* 16 a, 17 d, 19 b
Lycia, regio 547 c, 548 a, 575 a, 580 b, 583 b
Lycopolis, urbs in Ægypto 678 d
Lydia, regio 546 b, 686 a

M

Macedonia, regio 466 b, 492 b, 500 c, 653 c d, 681 b
Maceriæ, civitas in Campania Gallica 142 e
Macra, fluvius Italiæ 113 a b c, 118 d, 119 e, 120 a
Magneſia, urbs Joniæ 578 c, 579 c
Malemort, vicus in Gallia. *Cultus & ſacellum S. Antonii de Beduino* 81 b c
Manſolacenſe *concilium anno* DCLXV, 124 f
Manſpurg, locus Carnioliæ 745 f, 748 f, 751 e, 755 c, 756 a, 757 a b d, 758 b, 759 a b e, 767 c d
Mantinium, civitas Paphlagoniæ. *Euangelium hîc præ-*

prædicâſſe creditur S. Autonomus M. 16 a, 17 e, 19 b
Mantuanum *concilium anno* DCCCXXIV, 114 f
Mappalia, locus prope Carthaginem. *Hic ſepultus eſt & templum habuit S. Cyprianus epiſc. mart.* 336 a e
Mappalienſis via prope Carthaginem 336 a
Marchianenſe monaſterium in Gallo-Flandria 127 b d, 129 b, 131 a
† Marci civitas in Calabria citeriore. *SS. Senator, Viator, Caſſiodorus, eorumque mater Dominata MM.* 349 a & ſeqq., 350 e
† Mariæ eccleſia Ninoviæ in Flandria 770 e, 771 a
† Mariæ Virginis ad Gradus eccleſia Coloniæ. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 e
† Mariæ monaſterium Compendii in inſula Franciæ 183 a
† Mariæ monaſterium vel eccleſia Antiochiæ. *Præfuit S. Eulogius Alexandrinus epiſc.* 84 e f
† Mariæ monaſterium in Tyro majore, maris Liguſtici inſula 112 f
† Mariæ Munſterienſe monaſterium Luxemburgi 392 e, 396 c
† Mariæ de Gratia monaſterium monialium Ordinis S. Auguſtini in Hiſpania. *Altare S. Joanni Chryſoſtomo dicatum* 693 f, 694 a
† Mariæ Montis Oliveti monaſterium Neapoli 349 f
† Mariæ de Sapientia eccleſia Neapoli 695 d
Mariæ lacus, in Carniolia 746 d e
Marianæ ſuburbanum prope Conſtantinopolim 588 c
Marlacenſis *conventus* 126 a b
† Martini cœnobium Neapoli. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 d
† Martini parœcia in Carniolia 786 b
† Mathiæ cœnobium prope Treviros 358 b c. *Hic primùm ſepultus fuiſſe creditur S. Maternus epiſc.* 394 a & ſeqq. *Reliquiæ S. Materni* 396 b c
Matiſconenſe *concilium ſecundum* 334 a b; *tertium, circa annum* DCXXIII, 97 c, 99 b
Matreium (*Matray*) caſtrum in Tyroli 718 c, 719 c d
Matroná, fluvius Galliæ 182 f, 184 a b
Mauritania, Africæ provincia 208 b, 297 d f, 300 d, 306 d
Mauritania Cæſarienſis 647 d
† Mauritii Agaunenſe monaſterium 96 c, 103 c, 104 c. *Vide* Agaunenſe monaſterium.
Mauronti Villa. *Vide* Mervilla.
Mazices, populi Mauritaniæ Cæſareenſis 647 d
Meander, fluvius Aſiæ 579 c
Mechlinia, civitas Belgii archiepiſcopalis 189 e
Mechlinienſis archiepiſcopatus in Belgio 133 b, 769 b, 770 c
Medianum monaſterium in Lotharingia 366 f
Mediolanenſe *concilium anno* CDLI 79 e
Mediolanum, urbs Italiæ. *Patria S. Maurilii epiſc.* 72 c. Mediolanum 600 e, 654 f
Mediomatricum civitas in Gallia Belgica 359 b. *Vide* Metæ.
Meduana, fluvius Galliæ 76 c
Meduana, urbs Galliæ 76 c
Mehon, vicus prope Macerias in Campania Gallica 142 c
Meldert, pagus haud procul Aloſto, Belgii oppido 772 d
Menapenſis pagus in Flandria Occidentali 129 e, 131 b
Mendæ, urbs Siciliæ 51 f
Menrivilla. *Vide* Mervilla.
Merbeca (*vulgò* Meerbeck) pagus in finibus Brabantiæ 775 b, 776 b
Mervilla, Minor Villa, Morandi Villa, Mauronti Villa (*Merville Gallis, Belgis Merghem*) oppidum Flandriæ 120 c e f. *Eccleſia, cultus & miracula S. Amati Senonenſis epiſc.* 121 d e f
Merus, oppidulum Phrygiæ Salutaris. *SS. Macedonius, Theodulus & Tatianus MM.* 20 a & ſeqq.
Meſopotamia, regio Aſiæ 575 b, 578 c, 631 c d
Meſſana, urbs Siciliæ 349 f. *Caput ſeu potiùs pars capitis S. Joannis Chryſoſtomi* 694 f, 695 b
Metæ, civitas in Gallia Belgica 383 c d f
Michelſtetten, monaſterium in Carniolia 755 e f, 756 c
Milvius pons, prope urbem Romanam 353 a d
Minariacum, locus Flandriæ, nunc Strega appellatus 120 c e
Minor Villa. *Vide* Mervilla.
Miſphas, caſtellum in Aſia 647 c
Mitterburgenſis comitatus. *Cultus S. Notburgæ* 752 f
Mœnus, fluvius Germaniæ 343 c
Mœſia, regio 442 a
Moguntia, civitas Germaniæ 384 d. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 a b
Moiſſacum, oppidum Galliæ in Cadurcenſi provincia 343 c
Molshemium, oppidum Germaniæ. *Eccleſiam hic erexiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 386 a
Momonia, Hiberniæ provincia. *S. Albeus ſeu Ailbeus epiſcopus Imelacenſis* 26 a b, 27, & ſeqq.
Monaſteriolum S. Auſtrebertæ, parthenon Ordinis S. Benedicti in diœceſi Ambianenſi 343 d
Mons-Major, abbatia in diœceſi Arelatenſi 81 b
Mons S. Georgii, celebre aſceterium in Tyroli 713 b, 717 c f, 718 a, 719 a, 721 b, 722 b f, 723 e, 727 e, 728 a, 735 f, 741 c e, 742 a c d, 744 c e f
Mons S. Romarici. *Vide* Romarici-Mons.
Mons Sanctus in Voſago. *Vide* Habendenſe monaſterium.
Montenſis ducatus in Germania 393 e
Montes Hannoniæ, civitas in Belgio 375 c
Mopſueſtia, urbs Ciliciæ 415 f, 416 a
Morandi Villa. *Vide* Mervilla.
Moſa, fluvius 388 a d e, 389 c
Moſella, amnis 95 b, 390 e
Münkendorff, parthenon in Carniolia 753 c, 754 d, 759 f
Münſter, locus Brixinenſis diœceſis in Tyroli 733 a d, 736 d, 744 f
Munſterienſe B. Mariæ monaſterium Luxemburgi 392 e, 396 c
Mutina, civitas Italiæ. *B. Margarita Fontana virg.* 134 b c. *Hic nata eſt eadem Beata* 136 b
Mutinenſis ducatus in Italia 109 c, 114 a

N

NAcolia, urbs Phrygiæ 534 b
Namurcenſis comitatus in Belgio. *Varias in eo eccleſias erexiſſe creditur S. Maternus epiſc.* 389 b c
Namurcum, civitas Belgii 379 f. *Eccleſiam hic erexiſſe creditur S. Maternus epiſc.* 388 f, 389 a. Namurcum 775 f
Nargarze, pagus 768 b
Nauportus, fluvius 749 c e
Nazianzum, urbs Cappadociæ 339 c d

Neapolis, urbs Italiæ. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 d
Neocæſareenſe *concilium ſecuno* IV, 155 e, 422 b
Neühauſſ, dynaſtia 741 c
Nicæa, urbs Bithyniæ 610 a c d e, 611 a b, 613 e, 616 a
† Nicolai abbatia Ordinis Præmonſtratenſis in Flandria 777 e
Nicomedia. *Hic natus fertur & paſſus S. Nicetas M.* 6 b, 7 b. *Sanctus Ammon martyr & forſan lector* 12 a b d e. Nicomedia, Bithyniæ metropolis 19 b, 193 e f, 535 c, 607 e, 619 a, 631 a, 664 f, 665 b & ſeqq., 666 b
Nicomedienſis, *al.* Aſtacenus ſinus in Bithynia 15 f, 17 d, 19 b
Niepenſis ſylva in Flandriæ comitatu 120 f, 275 e f, 276 f
Nilus, fluvius 647 d
Ninive, *ſic olim vocabatur* Ninovia, oppidum Belgii in Flandria 775 c
Ninivenſis eccleſia. *Vide* Ninovienſis abbatia.
Ninovia, oppidum in Flandria Auſtriaca 769 b & ſeqq., 770, 771, 772 & ſeqq.
Ninovienſis abbatia in Flandria. *Cultus inſignis, reliquiæ & eccleſia SS. Cornelii & Cypriani* 190 a, 343 a, 769, 770, 771, 772, 773 & ſeqq.
Nitria, mons Ægypti 567 c
Nitria, ſolitudo Ægypti 54 a
Nodgoritz, locus Carnioliæ 756 a
Normannia 49 c
Nova, civitas Africæ 210 d
Novacellenſe collegium canonicorum regularium S. Auguſtini in diœceſi Brixinenſi. *Cultus S. Notburgæ* 747 b
Noveſium, oppidum Germaniæ, *à Normannis combuſtum* 359 b
Nucaſtrum (*Noâtre*) in Turonia, Galliæ provincia 22 b, 24 a
Nuis. *Vide* Noveſium.
Numidia, Africæ provincia 173 e, 208 b, 270 c f, 286 f, 287 a, 296 e f, 297 d e f, 300 c d, 306 d, 320 c

O

Oaſes variæ 647 c
Oaſis, locus Ægypti 531 a
Oaſis, locus exſilii Demetrii epiſcopi 647 c d
Occidentale *concilium ſub S. Innocentio I Papa, de cauſa S. Joannis Chryſoſtomi* 402 e, 646 b c e
Ochſenfurtum, oppidum Germaniæ 343 b c
Ockengem, vicus haud procul Ninoviâ, Flandriæ oppido 775 b, 776 a d
Oenipontum (*Inſpruck*) caput Tyrolenſis comitatus 710 b, 714 f, 719 d, 744 b, 745 a, 747 c
Oeni-Vallis in Tyroli 743 a, 745, 747 a
Oenus, flumen 710 d, 711 a, 712 b, 715 b e, 716 a, 717 c, 723 e, 725 e f, 726 e f, 727 c, 735 f, 744 e, 745 a
Oltem, locus in Belgio 775 a. *Vide* Holtem.
Oltra, (*vulgò* Aultre & Oultre) pagus in Flandria 775 b, 776 b
Orontes, fluvius Syriæ 411 b, 426 a, 645 d
Oſtracina, urbs Ægypti 647 e

P

Palæſtina, Aſiæ regio 173 b, 405 a b, 468 e, 469 b, 526 c, 568 e f, 620 e f, 674 e, 690 a
Palmaria, *aliis* Palmacia, inſula maris Liguſtici. *Patria veriſimiliùs S. Venerii presb. eremitæ* 108 c. *Hic nec mortuus, nec ſepultus eſt idem Sanctus* 109 b. *Diſtinguenda à Palmaria maris Tyrrheni inſula* 111 e f
Palmaria, inſula in mari Tyrrheno 111 e
Palmyra, urbs Syriæ 635 e, 647 c
Palmyrene, regio in Syria 647 d
Pamele, pagus haud procul Ninoviâ, Flandriæ oppido 772 d
Pamella (*Pamele*) locus adjacens Aldenardæ, Flandriæ oppido 772 d
Pamellenſis arx in Flandria 188 f, 189 a d
Pamphilia, Minoris Aſiæ provincia. *Probabiliùs hîc paſſus S. Syrus M.* 13 a b d e. *Item* 534 c, 617 a
Pannonia, regio 442 a
Panormus, urbs Siciliæ 779 d, 781 d
Pantichium, locus Bithyniæ 535 b
Papia, *al.* Ticinum, urbs Italiæ 13 d, 379 f
Paphlagonia, Minoris Aſiæ provincia 19 b, 635 b
Parchenſis abbatia in Brabantia 771 e, 775 d
Pariſienſe *concilium ſecundum* 34 a, *quartum anno* DLXXV, 35 a, *ſextum* 155 e
Pariſii. *Hic obiit S. Sacerdos Lugdunenſis epiſcopus* 34 d e. *Vide* Lutetia.
Parium, oppidum Myſiæ 544 b
Parmenſis ducatus in Italia 119 e
Peluſium, urbs Ægypti 608 c, 647 e
Penbrochienſis Angliæ comitatus 26 c e
Perona, oppidum Galliæ in Picardia 120 b. *Exſulavit hîc S. Amatus Senonenſis epiſc.* 123 b, 124 e, 125 a & ſeqq., 126 c d e, 129 a b
Perſis, Aſiæ regio 631 c d, 668 a
Pertenſis pagus in Gallia 184 a b
Perticenſis provincia in Gallia 76 b
Peruſia, civitas Italiæ 351 b c e f, 352 d, 353 d
Peſinus, urbs Galatiæ 583 c, 599 c, 607 c, 608 c, 635 f
Petra, urbs Palæſtinæ 690 a
† Petri eccleſia Bononiæ in Italia. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 d
Phaſis, fluvius 534 c
Phrygia, regio Aſiæ minoris 534 b c, 536 d, 547 c, 548 b, 594 a, 598 e, 606 f, 668 a
Phrygia Salutaris, provincia Phrygiæ Magnæ 10 c
Philadelphia, urbs in Arabia Petræa 89 a
Philippi, urbs in Thracia 594 b
Phœnicia, Aſiæ regio 425 f, 468 e, 490 c, 526 c, 527 d, 576 a, 609 b, 611 b c, 638 a. *Multùm laborat S. Joannes Chryſoſtomus ad promovendam in hac regione fidem Catholicam* 642, 643, 644, 645
Picardia, Galliæ provincia 120 b
Pictavienſe S. Radegundis monaſterium 22 c, 23 a, 24 a
Pictavienſis S. Cypriani abbatia 23 f, 24 a
Pilſtain, locus in Styria 746 d
Piſcia, oppidum Italiæ in Hetruria. *Reliquiæ S. Joannis Chryſoſtomi* 695 c
Piſidia, regio Aſiæ minoris 534 c, 594 b, 598 e
Piſinum, oppidum in Iſtria. *Cultus S. Notburgæ* 740 c f, 750 c
Pittacia, locus urbis Conſtantinopolitanæ 592 e
Pityus, oppidum ſitum in confiniis Ponti & Colchidis. *Huc Arabiſſo in exſilium ducitur S. Joannes Chryſoſtomus* 664 b c, 665 a
Placentia, Italiæ civitas. *S. Maurus epiſc.* 79 a & ſeqq.
Pociacenſis villa in Gallia 72 c

Podgariz, locus Carnioliæ 767 c
Pollar, pagus in Flandria 775 b, 776 b
Ponticum mare 664 a
Pontigonis villa in Gallia 184 a b
Pontus Euxinus 17 e, 56 a, 530 b, 588 c, 666 e
Pontus, provincia, medio ævo Scythia fuit dicta, nunc pars est Bulgariæ 56 a
Pontus, regio Asiæ minoris 594 a, 610 c, 632 c, 637 b, 664 b, 665 a f, 666 c d e, 667 e, 679 d
Portus Venerii, *seu* Veneris. *Cultus S. Venerii presb. eremitæ* 109 b. *De loci nomine varia variorum sententia* 110 f, 111 a b c
Potpetsch, locus in Carniolia 762 b
Prænetum, urbs Bithyniæ 584 d. *Hîc exsulavit S. Joannes Chrysostomus* 587 e, 588 b
Praga, urbs Bohemiæ. *Pars baculi S. Petri apostoli, quo S. Maternus à morte suscitatus creditur* 384 b & seqq. *Reliquiæ & cultus S. Materni* 399 a b. *S. Chrysostomi* 695 d
Prisciacus, collis in Gallia 63 b, 73 a
Proconnesus, insula Asiæ minoris 544 f
Projecti ager in Gothia 631 f
Propontis, mare inter Europam & Asiam Minorem 686 b
Prumiensis abbatia 400 c d
Ptolemais, urbs Phœniciæ 576 a, 579 b, 607 b
† Publii monasterium in Syria 642 a b c

Q

Quercus, locus prope Chalcedonem. *Conciliabulum hîc instituitur contra S. Joannem Chrysostomum* 578, 579, 580, 581, 582. *In eodem conciliabulo depositus est idem sanctus Episcopus* 584 a & seqq. *Interfuit isti conciliabulo S. Maruthas episc.* 631 c d

R

Rambsbecca, locus in Belgio 774 a, 775 d, 776 a, 777 d
† Raphaëlis ecclesia Venetiis. *Corpus S. Nicetæ M.* 6 c & seqq.
Raphana, civitas in Syria 426 a
Ratstatum (*Ratstadt*) oppidum Germaniæ 747 e
Rattenberg, civitas Tyrolis, *non confundenda cum castro Rottenburgico, patria est S. Notburgæ* 715 b c d f, 716 a b c d e, 717 a
Regium, urbs Italiæ. *Cultus & corpus S. Venerii presb. eremitæ* 108 f, 109 b c d, 114 a. *Huc delatum corpus miraculis claret* 119 c
Reilling, dynastia 741 f
Reit, locus in Tyroli 715 f
Remense *concilium sub S. Leone IX Papa* 184 f, 342 e
Remi, urbs Galliæ 82 b, 184 f, 185 a, 376 f
Rettenberg, dynastia in Tyroli 718 c, 719 b
Rhenus, fluvius 390 e, 393 e
Rhorbach, dynastia 741 f
Rhosus, urbs ad confinia Syriæ & Ciliciæ 623 b c
Risenegg, dynastia 741 f
Rivus-altus, pars urbis Venetæ 7 f, 9 d
Rodericopolis, *seu* Roderici civitas in Hispania 352 b
Roma. *Illuc peregrinatus est S. Guido* 43 a. Romæ *SS. Cerealis & Salustia cum* XXI *Sociis martyrium passi* 143 a f, 144 a b c. *cultus antiquus S. Cornelii PP.* ibid. d e. Romæ *passum esse S. Cornelium non probatur* 147 c d e f, 148 a & seqq.; *natus tamen* Romæ *est dictus Pontifex* 150 c d. *Contra eumdem* Romæ *schisma suscitant Novatus & Novatianus* 155 & seqq. Romæ *synodus habita contra Novatianos* 168 b c d, 170 d e f, 171 a & seqq. *Oritur persecutio contra Ecclesiam & S. Cornelium* 175 e f. Romam *primùm translatum fuit corpus S. Cornelii, & basilica ipsi exstructa* 181 e f. Romæ *cultus antiquus S. Cypriani episc. mart.* 338 d e f. Romæ *S. Crescentius M.* 351 b & seqq., 352 e f, 353 a & seqq. Roma 598 c d. Romæ *improbat S. Innocentius PP., quæ gesta fuerant Constantinopoli contra S. Joannem Chrysostomum* 600 f, 601 a b c, 603 d e. Romam *se recipiunt multi sectatores S. Joannis* 606 f, 607 a & seqq., 608 c. Romæ *concilium cogit S. Innocentius PP. de causa S. Joannis Chrysostomi* 646 a b. Româ *Constantinopolim mittit idem Pontifex, ut cogatur synodus generalis, in qua causa ista decidatur* ibid. c d e f, 647 a & seqq., 648 a. Romam *ad Innocentium PP. scribit S. Joannes* 654 a. *Item ad amicos* Romæ *degentes* 655 c & seqq. Romæ *corpus Sancti ejusdem hodie servari creditur* 694 a & seqq.
Romanum *concilium sub S. Cornelio Papa* 166 c d, 168 a b c d e, 169 b c, 170 c d e f, 171 a b c, 259 f, 260 a. *Sub S. Melchiade Papa* 314 a, 371 d e f, 372 a. *Sub S. Agathone anno* DCLXXX, 113 e. *Sub Eugenio II Papa anno* DCCCXXVI ibid.
Romarici-Mons (*Remiremont*) civitas cum nobilissimo Canonicarum collegio in Lotharingia 95 b. *Corpus & insignis cultus S. Amati abbatis* 101 f, 102 a & seqq. 124 c
Rombech, mons. *Vide* Romarici-Mons
Roterodamum, civitas Hollandiæ 656 d
Rothnacum, Rotnacum, Roturnacum (*Ronse*) oppidum in Flandria. *Reliquiæ SS. Cornelii & Cypriani* 187 c, 188, 189, 342 f, 343 a, 770 c d e, 771 a
Rothornacum. *Vide* Rothnacum.
Rottenburg, dynastia & arx in Tyroli. *Hîc famulata & mortua est S. Notburga* 711 a b c, 712 c f, 715 b d, 716 d, 718 c, 721 a, 724 a b, 731 b d f, 735 f
Rottholz, locus in Tyroli 725 f
Ruhenkirche, Rudenkirche, Rodenkirche, locus haud procul Colonia Agrippina. *Reliquiæ & cultus S. Materni episc.* 392 e, 393 d e
† Ruperti sacellum, nunc templum S. Notburgæ in Tyroli 711 b c e, 720 f, 723 f, 724 a, 732 a b, 745 b
Rutilensis cartusia ad ripam Mosæ. *Reliquiæ S. Joannis Chrysostomi* 695 d

S

Sabis, fluvius 775 f
Sabrata, oppidum Africæ in provincia Tripolitana 300 c
Salamina, civitas in Cypro insula 404 e, 611 c
Salona, urbs Dalmatiæ 654 f
Saltus (*Saut*) fluvius in Gallia 184 a b
† Salvatoris monasterium Messanæ in Sicilia 349 f. *Caput seu potius pars capitis S. Joannis Chrysostomi* 694 f, 695 b
Salutaria, platea prope Carthaginem 323 e, 333 a, 334 a
Saponaria, vicus in Gallia 75 b
Sardicense *concilium anno* CCCXLVII, 370 d, 374 b, 595 d e
Sardinia, insula 117 e, 350 b
Sarmatia, regio 357 a b

Sarta, fluvius Galliæ 76 b c
Sarzana, civitas in ditione Genuenſi 113 a b c d d e f, 117 b. *Eccleſia recipiendo corpori S. Venerii exſtruitur* 113 c, 118 d
Saturni vicus prope Carthaginem 323 e, 333 a
Saum, fluvius 182 f
Savus, fluvius 748 f, 754 e
Scaldis, flumen 187 c, 188 a, 776 d
Scarpus, fluvius Belgii 131 a
Scetis, locus in Ægypto, quondam cœnobitis frequens 567 d
Schönwört, dynaſtia 741 e
Schwazium, celebris Tyrolenſis comitatûs locus 722 a, 731 e, 738 b, 740 a d, 741 b c e f, 742 b e f, 743 a c f, 744 b c
Schwend, dynaſtia 741 f
Scythia, regio 543 c, 573 a c, 618 f
Scytopolis, urbs Palæſtinæ 569 a
Sebaſtia, quæ aliis Ponti, aliis Armeniæ minoris civitas eſt 610 c, 611 b, 613 f
Sedunum, urbs Galliæ in Valleſia. *An hîc epiſcopus fuit S. Amatus?* 122, 123, 124
Seguntia, urbs Hiſpaniæ epiſcopalis. *Huic non præfuit epiſcopus S. Sacerdos Lugdunenſium antiſtes* 32 a b, 34 c d
Seleſtadium, civitas in Alſatia 382 e
Seleucia, civitas in Iſauria 415 f, 425 e
Seleucia, civitas in Syria 425 e
Senæ, civitas Hetruriæ. *Reliquiæ S. Creſcentii M.* 352 a, 353 c f
Senna, flumen in Belgio 42 e, 44 d
Senonenſis abbatia in Voſagi montibus 102 f
Senones, civitas Galliæ archiepiſcopalis. *Epiſcopum habuit S. Amatum* 121 a, 122 c & ſeqq., 123, 124, 128 e f
Septimum, locus haud procul Conſtantinopoli 573 a
Sexti ager prope Carthaginem. *Hîc martyrio coronatus S. Cyprianus epiſc.* 323 e f, 324 f, 325 a, 332 c, 333 a b c. *Templum & altare hîc conſtructum*, Menſa Cypriani *appellatum* 335 e f
Sicilia 5 a & ſeqq. Sicilia *nonnullis* Trinacria *appellata* 572 a
Sicima, urbs Palæſtina 445 f
Siguentia metalla in Africa 320 c f
Smyrna, urbs Aſiæ minoris 544 b
Somona, fluvius Galliæ 120 b
Sorei, locus Bithyniæ, *ubi paſſus creditur S. Autonomus M.* 16 a, 17 e f
Spoletum, civitas Italiæ in Umbria 190 d
Stain, oppidum Carnioliæ 753 e, 759 f, 761 c, 763 a, 764 f
Stambſenſe monaſterium in Tyroli 719 b
Stambſenſis pagus in Tyroli 741 b
Steenhuyſen, pagus principatûs titulo ornatus in Flandria 775 b, 776 a
Stegra & Stegrenſis comitatus in Flandria 120 c e
Stenum, *ſic olim appellatum fuit* fretum, quod eſt inter Conſtantinopolim & Pontum Euxinum 530 b
Stepana-Vaſſ, locus Carnioliæ 756 c
Stermitzwatsher, locus in Carniolia 753 c
Sterzinga, oppidum Tyrolis 737 e, 748 c
Stilfes, locus Tyrolis. *Cultus inſignis S. Notburgæ* 737 e, 739 c, 748 c d e
Stiria 721 f, 746 d. *Cultus S. Notburgæ* 748 b, 752 f
Stobenim, pagus 768
Stop, locus in Carniolia 764 d
Suazium, *Vide* Schwazium.
Sueſſiones, urbs Galliæ 82 b, 376 f
Suevia. *Cultus S. Notburgæ* 748 b
Syene, oppidum prope Æthiopiam 402 f, 403 a, 647 d
Synnada, urbs Phrygiæ 606 f, 611 c e f, 635 c
Synnadenſe *concilium* 299 f, 304 c
Synticenſe Ordinis Ciſtercienſis monaſterium 723 c
Syria, Aſiæ regio 425 e f, 426 a b. *Valens imp. monachos perſequitur in* Syria 429 b & ſeqq., 505 c

T

Tarricina, urbs Italiæ 111 e f
Tarſus, urbs Ciliciæ 173 b
Tauro-Cilicia, ignota regio 611 f, 612 a b c
Taurus, mons Aſiæ minoris 425 e, 612 a b c, 632 f
Tegernſeenſe monaſterium in Bavaria 726 c e
Temeſa *ſeu* Tempſa, civitas in Calabria citeriori 349 e
Tempſa. *Vide* Temeſa.
Tenera, flumen Belgii 47 b, 772 d, 776 a b
Tepallah, locus Carnioliæ 753 d f
Tergeſte (*Trieſte*) civitas Iſtriæ 750 b
Terſtain, locus Carnioliæ 757 a, 763 c, 764 a b, 765 f
Thebaïs, Ægypti regio 148 b c, 682 e
Thenæ, civitas Africæ epiſcopalis 209 c
Theſſalia, regio 500 c
Theſſalonica, urbs Macedoniæ 466 b, 607 a, 646 b c e, 653 c
Thracia, regio 500 c, 525 d, 526 b, 535 e f, 536 a b, 537 f, 539 a b c, 543 c, 588 c, 594 b, 599 c. Thracia *ab Hunnis vaſtata* 609 b
Thyrrhenum mare 111 e, 119 e
Ticinum, *al.* Papia, urbs Italiæ 13 d, 190 c
Tigris, fluvius Aſiæ 502 b
Tigurinus lacus 726 e
Tineto. *Vide* Tyrus minor.
Tino. *Vide* Tyrus major.
Tipperarienſis comitatus in Momonia, Hiberniæ provincia 26 b
Tolbiacum, *al.* Tulpiacum, oppidum Germaniæ *à Normannis combuſtum* 359 b
Toloſa, civitas Galliæ 356 f, 357 d
Tomi, *aliàs* Tomis, metropolis Ponti provinciæ 56 a
Tornacenſis ager in Belgio 190 c
Tornacum, civitas Belgii in Flandria 187 c
Trajanopolis, urbs Thraciæ 544 b
Trajectum caſtrum, *nunc* civitas Brabantiæ ad Moſam fluvium, *à Normannis incenditur* 359 b. *Eccleſias hîc conſtruxiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 386 e f, 387 a & ſeqq. *Cultus ejuſdem Sancti* 398 c
Trazbergium, caſtrum Tyrolis 721 a, 722 a, 735 c, 741 b e
Trevirenſis civitas *à Normannis occupata & devaſtata* 359 b c d e
Treviri, urbs Germaniæ. *De initiis hujus eccleſiæ diſputant eruditi* 354 & ſeqq. *Hîc ſervatur pars baculi S. Petri, quo S. Maternus à morte ſuſcitatus creditur* 384 a & ſeqq. *Corpus ejuſdem S. Materni in eccleſia metropolitana, reliquiæ in aliis eccleſiis, cultus inſignis* 395 & ſeq.
Tridentinum *concilium* 737 f, 739 d
Trimithus, civitas in Cypro inſula 402 a, 407 b

Trinacria, *ſic à quibuſdam dicta* Sicilia 572 a
Tripolitana provincia in Africa 300 e
Troas, provincia Aſiæ Minoris 19 c
Tullum Leucorum, civitas Galliæ 376 f
Tungrenſis civitas *à Normannis incenditur* 359 b
Tungri, urbs Germaniæ. *Eruditorum controverſia de hujus eccleſiæ primordiis* 354 & ſeqq. *Hic eccleſiam B. Mariæ Virgini exſtruxiſſe creditur S. Maternus epiſc.* 386 c d e. *Reliquiæ S. Materni* 397 a b. *Cultus ejuſdem Sancti* 398 b & ſeqq.
Turones, urbs in Gallia. *S. Lidorii cultus & reliquiæ* 61 a & ſeqq.
Turonia (*Touraine*) provincia Galliæ 22 b
Tuſcia, regio Italiæ. *S. Felix & Socii MM.* 350 c f, 351 a d
Tyenzens, locus in Tyroli 719 c, 729 b
Tyranum S. Venerii monaſterium. *Vide* Tyrus major.
Tyrolis comitatus. *Cultus celebris S. Notburgæ* 709 c f, 712 c d f, 724 a b, 735 e, 738 b c d, 748 a & ſeqq.
Tyrolus. *Vide* Tyrus minor.
Tyrus major, maris Liguſtici inſula, *aliis* Tino appellata. *S. Venerius presbyter eremita* 108 c, 111 c d. *Ad ejus hic demortui ſepulcrum exſtructa eſt eccleſia cum monaſterio* 112 d e f, 113 b d, 118 c
Tyrus minor, inſula maris Liguſtici, *aliis* Tineto & Tyrolus 108 c
Tyrus, urbs Syriæ 413 a, 668 d

V

Vallis Gratiæ, parthenon Ordinis S. Benedicti Pariſiis 343 c
Veneria, platea prope Carthaginem 323 e, 333 a, 334 a
† Venerii monaſterium in Tyro majore, maris Liguſtici inſula 112 f, 113 a
Venetiæ, urbs Italiæ. *Corpus S. Nicetæ M. in eccleſia S. Raphaëlis* 6 c & ſeqq. *Reliquiæ & cultus S. Ligorii mart. in monaſterio S. Laurentii* 59 & ſeqq. *Item reliquiæ* (*ut creditur*) *S. Cypriani epiſc. mart.* 343 b. *Eccleſia S. Joanni Chryſoſtomo conſecrata* 693 f. *Reliquiæ ejuſdem Sancti* 695 c
Vermo, locus in Iſtria 749 e, 750 c
Verona, civitas Italiæ. *S. Silvinus vel Sylvinus epiſc. conf.* 25 a & ſeqq.
Vezzano, locus ditionis Genuenſis 113 a
Viecht, novum monaſterium S. Georgii in Tyroli 741 c, 742 d, 744 a, 745 a
Vienna Auſtriæ 747 d e
Vilipiacum, locus Germaniæ 359 b
Villa nova, in Avenionenſi diœceſi 186 e, 187 a
Vimma, Arteſiæ vicus 52 d
Vindaſcinus comitatus in Gallia 81 a b, 82 b c
† Viti parœcia in Carniolia 761 d
Vliderzele, *aliàs* Vliederzele, Fliderſele, Fliterſele & Flitherzele, vicus agri Aloſtani in Belgio. *S. Fledericus presb. conf.* 133 b e f, 134 b d. *Item* 777 c f
Ultz, amnis in Germania 719 d
Umbria, Italiæ provincia 190 d
Vodiz, locus Carnioliæ 755 c, 756 b, 762 c, 765 d
Volders, pagus in Tyroli 722 a
Voleſella (*vulgò* Volleſeele) pagus in Belgio 776 f
Voſagus, mons, eremus & ſaltus 102 f, 104 f, 105 e
Utica, civitas Africæ 322 c d e f, 323 b, 331 f
Vultumna, fluvius Galliæ 24 b
Vurnæ. *Vide* Furnæ.

W

Walcuria, oppidum in comitatu Namurcenſi. *Eccleſiam hîc erexiſſe traditur S. Maternus epiſc.* 389 c
Wallia, *ſeu* Vallia, pars Angliæ 26 e
Wambeka, locus Belgii 47 e
Weingarttenſe monaſterium Ordinis S. Benedicti in Suevia 384 f
Werth, locus Carnioliæ 746 d
Wilthinenſis celebris abbatia in Tyroli 716 c

Y

Yenbachium, pagus in Tyroli. *Cultus & ſacellum S. Notburgæ, ab ipſo ejus obitu exſtructum* 723 f, 724 f, 725 f, 726 d, 730 e f, 742 c, 744 e

Z

Zechowitz, locus Bohemiæ 746 b c
Zeugitana provincia in Africa 319 c
Zeugma, oppidum Syriæ ad Euphratem 642 a
Zeyra, fluvius Carnioliæ 754 e
Zirklach, locus Carnioliæ 755 d, 763 c

INDEX ONOMASTICUS.

A

ACclamari, *advocari* 183 f
Ambasiatores, *legati* 395 d e
Analogius, *suggestum* 337 e
Anomœi, *hæretici, cur ita appellati* 453 d
Atrium Sauciolum, *locus, in quo rei damnantur* 333 b, 334 a b
Attitulare memoriæ, *imprimere memoriæ* 182 c, 183 e
Audientes, *catechumeni* 232 f

B

BAronus, *princeps* 9 a, 395 d
Benedictio, *donum* 90 c f, 91 b
Birrum, Byrrum, Byrrhum, *virilis vestimenti genus* 333 c, 334 b c

C

CÆmeteria, *cryptæ subterraneæ* 332 f, 333 e
Cæremoniari, *cultu exteriori colere, adorare* 333 b
Camera, *cubiculum* 8 b
Capulum, *theca* 184 f
Casale, *vicus* 8 e
Castra, *aula* 474 e
Catharus, *mundus, purus* 168 b, 522 b c
Clenica, *lecto affixa* 77 b
Colatum, *potio quædam* 90 f, 91 a
Comitatus, *aula imperatoris* 479 a, 568 f
Commentarii & Commentarienses, *carcerum custodes* 322 d f
Conscientiatus, *religiosè vivens* 8 b
Contrata, *vicus aut platea urbis* 7 f, 9 d
Corban & Corbona, *thesaurus oblationum* 292 c d
Curia, *villa seu prædium* 774 e
Curtes, *prædia* 394 b

D

DAlmatica, *vestimenti genus, primùm in Dalmatia (ut fertur) repertum* 333 c, 334 d
Digladiabile, *atrox, crudele* 183 f
Dominicum, *aliquando ecclesia seu templum, aliquando sacrificium* 292 c d
Domus culta, *villa* 182 a

E

EQuistrator, *qui dominum suum in equum ascendentem levare solet* 333 a f
Eulogiæ, *munera* 94 e

F

FAlanx, *Phalanx* 184 a
Filiolus, *filius spiritualis ob susceptionem è sacro fonte* 100 d
Frumentarii, *milites, qui omnia per provincias explorabant* 322 d

G

GLans, *tumor seu carbunculus pestilens* 8 c

I

IGnis judicialis (*dictus etiam* sacer & infernalis) *morbus teterrimus est* 774 a, 775 e, 776 a
Infirmans, *infirmus* 776 c
Innotescere, *notum facere* 90 f
Intimare, *indicare* 183 e
Juritheum *seu* Viritheum, *potio quædam* 90 f, 91 a

L

LEgatio, *legatus* 395 d
Libellatici, *quinam olim in Africa appellati sint* 215 f, 216, 217, 218 a b, 254 e

M

MAnualia, *sudaria* 333 c, 334 d
Martyrium, *ecclesia martyrum* 413 c
Memoriæ Martyrum, *loca, ubi servabantur martyrum corpora* 336 b
Mensurna divisio, *stipendium menstruum* 238 b
Mercatum, *nundinæ publicæ* 7 f, 9 d
Migrare, *mittere* 106 e, 108 a b

N

NEgare, *submergere* 119 b, 120 d
de Novo, *recenter* 183 c

O

OBservantiæ funerales, *exsequiæ* 395 c
Orarium, *verisimiliter stola sacerdotalis* 90 f
Orti, *Horti* 193 c

P

PRæbenda, *portio* 184 a
Parlamentum, *supremum Angliæ concilium* 26 b
Patrioticus, *patrius* 67 b
Pœnosa ebdomada, *Hebdomada sancta* 396 a
Presbyterium, *conventus presbyterorum* 166 f

R

REcommittere, *committere* 8 a
Regere, *cogi* 42 e
Reliquiaria, *thecæ reliquiarum* 189 d
Retulens, *referens* 8 b
Ructus, *arbitrium* 331 a, 332 b

Sacri-

S

SAcrificati, *quinam in Africa appellati olim sint* 215 e, 254 e
Sauciolum atrium, *locus, in quo rei damnantur* 333 b, 334 a b
Scholaces, *vel* Scolaces, *funalia seu faces* 333 d, 334 e
Scrinium, *lipsanotheca* 771 b, 774 d
Sequestrare, *segregare* 441 b
Sommata, *reliquiæ seu corpus* 63 c, 77 a
Synaxes, *conventus* 477 d

T

TEntatio, *fidei desertio* 233 b
Tesserarius, *miles, qui tesseram, seu præceptum ducis per contubernia militum nuntiat* 331 b, 332 b
Thurificati, *quinam in Africa appellati olim sint* 215 e

V

VEntilatur, *agitur* 184 d
Viritheum, *seu* Juritheum, *potio quædam* 90 f, 91 a

INDEX MORALIS

A

ABortûs *pericula sublata ope S. Notburgæ* 750 d
Abstinentia *mirabilis S. Maurilii, vilissimis semper cibis contenti* 75 b, *item S. Amati Habendensis crebris jejuniis conjuncta* 103 d e f. Abstinentia *à deliciis commendatur* 459 e. Abstinentia *S. Joannis Chrysostomi, sæpe non ante vesperam cibum sumentis* 514 b, 702 c. Abstinentia *S. Notburgæ* 718 d
Acediam, *quâ animæ vires enervantur, impugnat S. Joannes Chrysostomus* 706 a
Adversitates *homini obvenientes divinæ benignitatis sunt testimonia* 291 c d. Adversitates, *quas alium pati videmus, amicitiam augent, odium exstinguunt* 433 b c. Adversitates *homini immittuntur à Deo ad hominis bonum* 590 b. *Ex* Adversitatibus *crevit solatium S. Joanni Chrysostomo* 609 e f. Adversitates *hujus vitæ floccipendendæ sunt* 629 e f. *Ad tolerandas fortiter* Adversitates *S. Olympiadem & Pentadiam hortatur S. Joannes Chrysostomus* 633 b c e f. Adversitas *nulla gravis accidere potest homini, si modò rectè vivat* 650 c d e f. *Omnibus hujus vitæ* Adversitatibus *& ærumnis excelsiorem se exhibuit S. Joannes Chrysostomus* 651 e f
Adulatoribus *minimè credendum est* 530 f. Adulatores *fortunas sequuntur, & ex amicis subitò inimici fiunt* 531 d, 538 a
Ægri *sanati invocato S. Nicetæ nomine* 7 e. *Item bibentes de aqua, sub altari ejusdem Sancti scaturiente, sanitati restituuntur* 8 b. Ægri *varii ad sepulcrum S. Guidonis sanantur* 45 b. *Unctione & oratione S. Maurilii curatur subitò multorum annorum* ægritudo 73 d, *item alius* XXVIII *annorum* Æger *in ejusdem Sancti sepultura sanitatem obtinet* 75 f. Ægri *sanantur attactu ferri, quod S. Amatus Senonensis vivens è collo appensum gestárat* 130 c. Ægri *curantur ope aquæ, cui intinctæ fuerant reliquiæ S. Cornelii PP.* 776 c
Æternorum *tum præmiorum, tum suppliciorum consideratio ostendit vitæ hujus incommoda gratanter suscipienda, voluptates contrà fugiendas esse* 418 b c d. Æterna *tantùm præmia inquirenti nocere nil potest* 437 c
Affectiones *animi pravæ continuum homini bellum inferunt* 291 b. Affectiones *pravæ quomodo exscindendæ sint* 421 b c. *Illarum nutrimenta* ibid. *Imperium in illas glorioſum* 559 d e. Affectiones *animi pravas qui rationi subjecit, verè magistratum gerere dicendus est* 561 a. *Quàm feliciter* Affectiones *pravas compressérit S. Joannes Chrysostomus* 702 b c, 703 d e f
Afflictationes *corporis susceptæ à S. Maurilio* 75 b, *à S. Amato Habendensi* 103 d e f, 104 e, *item à S. Amato Senonensi* 130 a, *à B. Margarita Fontana* 136 e f, *à S. Joanne Chrysostomo* 426 c, 703 f, *item à S. Pulcheria* 780 b
Afflictionum *hujus vitæ utilitas* 434 b c, 441 a. Afflictionum *præteritarum memoria ad exhibendum gratum animum conservanda* 475 d. Afflictiones *fortiter ferendæ sunt* 560 e. Afflictiones *pro pietate toleratæ coronarum instar habendæ sunt* 605 d
In Agone *mortis constituti. Vide* Moribundi.
Alacritas *animi S. Cypriani ad martyrium properantis* 330 f, *item fidelium, cùm ipsò mori desiderantium* 331 d e, 333 c. Alacritas *audientium conciones S. Joannis Chrysostomi* 542 d e
Altaris *& ecclesiæ Lacensis nitori invigilat S. Guido* 42 c. Altare *in Hispania erectum honori S. Joannis Chrysostomi* 694 a, *item Romæ in basilica Vaticana & aliud in templo S. Mariæ de Febribus* ibid. b c. Altaria *S. Notburgæ erecta* 748 a b d, 749 b c d, 752 b c e
Alvi *dolores sublati patrocinio S. Notburgæ* 765 a b
Amans *in amati ruina non potest non dolere* 254 b, *in ejus gloria non potest non gaudere* 320 d e. Amans *ab amato avelli non potest* 507 f, 508 a b c

Am-

Ambitio *Novatianum impulit ad ſcindendam Eccleſiam* 156 e f. Ambitio *primorum confeſſuum grandia mala progenerat* 490 f
Amentes *rationis uſu donati patrocinio S. Notburgæ* 755 b, 759 a
Amor *perfectus non eſt, niſi ad inimicos etiam extendatur* 328 e f. Amor *filialis S. Materni erga beatiſſimam Virginem* 389 a. Amor *ſatiari non poteſt* 480 a. Amor *S. Joannis Chryſoſtomi erga populum, patri ſe comparantis* 496 b e, *item* Amor *ejuſdem Sancti unicè ſtudentis auditorum utilitati* 497 d e. Amor *in Deum ardentiſſimus ejuſdem Sancti, vincula & contumelias pro Chriſto exoptantis* 506 e f, 507 a b c d. Amor *ejuſdem Sancti planè ſingularis, ſubditorum ſalutem & profectum modis omnibus promovere conantis* 520 c d e. Amor *ejuſdem Sancti, vulgari prohibentis mala, à Pharetrio ſibi illata* 616 e. Amore *Dei perfectiſſimo tota emicuit S. Joannis Chryſoſtomi vita* 589 d e
Anathematis *vinculo ligat S. Cyprianus illos, qui lapſis ſine prævia pœnitentia pacem & Euchariſtiam indulſerunt* 229 a. Anathematis *vinculo à S. Stephano Papa S. Cyprianus numquam fuit innodatus* 309 a b & ſeqq., 310 a b & ſeqq. Anathematis *eccleſiaſtici vincula minimè contemnenda eſſe, docet S. Joannes Chryſoſtomus* 520 b, 559 b
Angeli *aratrum ducunt vice S. Guidonis* 37 c. Angelorum *frequenti familiarique colloquio fruitur S. Amatus Senonenſis* 128 f. Angelo *ductore de alio in alium locum diſſitum eodem die tranſlatus dicitur S. Maternus* 391 a. Angeli *Miſſæ Sacrificio reverenter aſſiſtentes noſtram in tremendis Myſteriis tepiditatem incuſant* 669 b c
Animæ *pretium extollit S. Joannes Chryſoſtomus* 417 e. Animæ *vel unius ſalus ſtudiosè quærenda eſt* 461 f
Animi anxietates. *Vide* Anxietates.
Anxietates animi *tollit S. Notburga* 745 d
Apoſtemata *ſublatâ ope S. Notburgæ* 747 a, 755 f, 756 a, 761 e f
Apparitiones. Apparet *S. Nicetas Chriſtinæ cuidam, prædicens obventuras tribulationes* 7 f. Apparet *idem Sanctus mulieri alteri, eique membrorum vigorem reddit* 8 a, *item presbytero cuidam, cumque à peſte ſanat* ibid. c. Apparet *militi S. Autonomus præcipiens, ut tabernaculum in loco iſto, in quo venatus fuerat, exſtruat* 18 c, *item ſuas iſtic reliquias quieſcere indicat idem Sanctus* ibid. Apparet *ſenex quidam militi ſurdo eum monens, ut luminaria deferat ad ſepulcrum S. Guidonis* e. Apparet *S. Ligorius martyr puero languenti, ei ſanitatem ſpondens, jubenſque diem paſſionis Sancti propalare* 57 f, 58 c d. *Columba ſuper caput S. Maurilii* Apparet *in ipſius ad epiſcopatum electione* 73 f. *Stella miræ magnitudinis videtur à moniali quadam egredi de monaſterio Habendenſi, moriente venerabili Mactefede* 105 e. Apparet *S. Amatus Habendenſis non diu poſt mortem* 107 d e. Apparet *Dominus Agreſtio cuidam, monens, ut S. Venerium inviſat* 115 d, *item Lucio epiſcopo Lunenſi, ut ſuper tumulo ejuſdem Sancti eccleſiam exſtruat* 118 b. *Epiſcopo longiorem vitam deſideranti* Apparet *juvenis quidam, eumque increpat* 291 e f. Apparet *S. Cyprianus S. Montano, eique inhærentem animæ maculam diſcordiæ exhibet* 335 a. Apparuiſſe *dicuntur Gerardo abbati Clarævallenſi SS. Eucharius, Valerius & Maternus* 382 a b c. *S. Materno feruntur* Apparuiſſe *SS. Eucharius & Valerius, prænunciantes illi mortis diem & perennem in Cælo gloriam* 392 b c. Apparet *S. Maternus epiſcopo Trevirenſi, eumque de tranſferendo S. Caſtoris corpore monet* 400 b c. Apparuiſſe *dicitur angelus Flaviano illum monens, ut S. Joannem Chryſoſtomum ordinet ſacerdotem* 448 d, *item ipſi Chryſoſtomo ne dignitatem illam detrectet* ibid. *Columba ſuper caput S. Joannis Chryſoſtomi in ordinatione fertur viſa* ibid. Apparet *S. Joanni Chryſoſtomo S. Baſiliſcus, eique laborum terminum prædicit* 664 f. Apparent *Joanni Euchaitarum epiſcopo SS. Baſilius, Gregorius Nazianzenus & Chryſoſtomus, & inutilem contentionem ſedant* 692 c
Aqua *ſub altari S. Niceta ſcaturiens varios morbos ſanat* 8 b d e. *Variè variis languoribus vexati bibentes de* Aqua, *quâ S. Guidonis oſſa abluta fuerant, ſanantur* 46 c, 47 f. *Eadem* Aqua *militi febres auget, hydropicam ſanat, aliamque calculi doloribus & filium ejus febri liberat* ibid. e f, 48 a. Aqua *ex ſaxo, baculo S. Amati Habendenſis percuſſo, mirabiliter profluit* 103 f. Aqua *infra eccleſiam S. Venerii ſcaturiens febricitantes ſanat* 118 c. Aqua *intinctione reliquiarum S. Cornelii PP. ſanctificata morbos depellit* 776 c
Arcæ *Noë, animalia recipientis, cum Eccleſia, peccatores invitante, comparatio, & hujus ſupra illam præſtantia* 523 f, 524 a
Ardor *Catholicæ fidei defendendæ eximius in S. Pulcheria* 779 e
Arrogantia *Novatianorum, puros ſeſe jactantium* 168 b, *illam retundit S. Joannes Chryſoſtomus* 522 c, *item S. Auguſtinus* 524 d e
Aſylum *eccleſiaſticum ſuo damno violat Eutropius eunuchus* 531 a b. Aſyli *eccleſiaſtici immunitatem fortiter tuetur S. Joannes Chryſoſtomus* 533 a b
Avari *tetra imago* 509 b. Avaros *graviter increpat S. Joannes Chryſoſtomus* ibid. c d. Avari *inſatiabiles ſunt* 520 e. Avarorum *inconſtans fortuna* 540 c d
Avaritia *cur dicatur idolorum ſervitus* 703 d e
Auditum *recuperant ſurdi invocantes S. Guidonis auxilium* 45 e f, Auditus *ſurdo reſtitutus, patrocinante S. Notburga* 758 e, *item mulieri ſurdæ meritis S. Cornelii PP.* 776 e
Aula *Conſtantinopolitana per S. Pulcheriam aſceteriis virginum ſimilis effecta* 779 f
Auſpiciis *Divæ Virginis operibus ſuis utilitatem quærit S. Maternus* 389 a
Auſteritas *vitæ S. Maurilii corporis robori minimè adverſa* 75 b. Auſtera *& parſimoniæ amans ejuſdem Sancti vita*, ibid. c d. *Vita S. Amati Habendenſis perquàm* Auſtera 103 d e f, 104 e, *item S. Amati Senonenſis* 130 a, *eadem poſt ejus mortem detecta* ibid. c. Auſteritas *vitæ B. Margaritæ Fontanæ, maximè in cubando* 136 e f. Auſteritas *vitæ S. Joannis Chryſoſtomi in domo matris* 420 f. Auſteram *ſub rigido ſene in eremo vitam ducit idem Sanctus* 426 c, 703 f

B

BAculus *S. Guidonis terræ infixus viret, & in altiſſimam arborem excreſcit* 37 d. Baculus *S. Petri, cujus attactu, ut fertur, ad vitam revocatus fuit S. Maternus* 381 a b c, *in veneratione habitus Coloniæ, Treviris & alibi* 384 a b & ſeqq.

Baptiſmus *infantibus recèns natis conferendus eſt* 272 b c d

Bellum *ſpirituale non contra hominem, ſed contra vitia geritur, ejus utilitas* 527 b

Benedicendum *Deo tam in adverſis, quàm in proſperis* 589 f, 590 a

Beneficentia *S. Maurilii in peſſimè de ſe meritum* 73 c d. Beneficentia *admirabilis S. Cypriani erga carnificem, à quo mox capite truncandus erat* 324 b. Beneficentia *S. Joannis Chryſoſtomi erga ſicarium, conatum Sancto necem inferre* 507 f, 508 a

Beneficia *varia impetrata meritis S. Niceræ* 7 f, 8 a & ſeqq., *item S. Guidonis* 45 d & ſeqq. *Puero languenti ſanitatem ſpondet S. Ligorius* 57 f. *Mulieri ſterili filium impetrat S. Maurilius* 72 f. *Prædo à dæmone correptus Sancti ejuſdem* Beneficio *liberatur* 73 c. *Mira frugum copia exſtitit tempore epiſcopatûs S. Maurilii* 74 c. *Cæcus viſum recuperat, votum S. Antonino nuncupans* 81 c d. Beneficium *geminum à S. Venerio impetratum* 115 e f. Beneficia *varia impetrata venerantibus S. Cornelii PP. reliquias* 186 d e, 190 a b. Beneficio *gemino oculos animæ & corporis aperit mulieri cuidam S. Creſcentius* 353 a. Beneficia *plurima memorantur impetrata patrocinio S. Materni* 400 a b. Beneficio *S. Joannis Chryſoſtomi dyſenteria fertur curata* 510 a. *Ejuſdem Sancti* Beneficio *mulier morbo liberata traditur* 693 f, *item moniales in ingenti monaſterii ruina illæſæ conſervantur* 694 a. Beneficia *multa S. Notburgæ patrocinio obtenta* 745 & ſeqq., 749 & ſeqq., 753 & ſeqq. Beneficio *S. Cornelii ſub ingenti arcûs, recenter ſtructi, ruina collabentes, illæſi ſervantur* 771 f, 772 a, *morbo epileptico laborantes curati* ibid c & ſeqq., *multi igne judiciali liberati, alii ab eo immunes ſervati, variique morbi alii ſanati* 774, 775, 776, 777

Beneficii *accepti memoria conſervanda* 47 c. Beneficia *Dei grato animo recolenda ſunt* 560 e

Benevolentia *S. Cypriani admiranda in obtrectatores ſuos* 206 d

Benignitas *Chriſti, ovem unam quærentis, ſacrilegam Novatiani impietatem condemnat* 258 d e. *De Dei* Benignitate *numquam deſperandum eſt* 289 d. Benignitas *Dei elucet etiam tunc, cùm adverſitates homini immittuntur* 291 c d. Benignitas *Dei in recipiendo peccatore, etſi ſæpiùs lapſo* 523 f, 524 a. Benignitatem *Dei commendat latro è cruce* 524 b c

Blaſphemia *punienda* 469 e. Blaſphemia *non punita quæ damna intulerit Antiochenis* ibid. f

Bona *ſua, ad indigentes ſublevandos, divendit S. Cyprianus* 326 b c

Boni *cum malis communicantes non propterea coinquinantur* 309 c d e

Boves *demortuæ S. Notburgæ corpus mirabiliter ad ſepulturam vehunt* 710 d, 712 d f, 723 e f, 725 e f, 726 a & ſeqq., 727 c. Boves *deperditi inveniuntur, invocatâ S. Notburgâ* 764 d

Brachium *malè affectum curatur ope S. Notburgæ* 759 b. Brachium *marcidum priſtino vigori reſtituitur meritis S. Cornelii PP.* 774 d e

C

CÆci *duo ad ſepulcrum Wonedulphi illuminantur* 43 e, *item puer* Cæcus *ad tumulum S. Guidonis* 45 d, 46 a, *item mulier* Cæca 47 a, *item* Cæcus *alius, ſed accepti beneficii immemor iterum cæcitate percutitur* ibid. b c, *at pœnitens denuo viſu donatur* ibid. d. Cæcum *ab utero ſigno Crucis illuminat S. Maurilius* 74 a, *alius veſtem Sancti ejuſdem tangens viſum recuperat* ibid. c, *item alii duo in ejuſdem Sancti ſepultura* 75 e, *item alius ad ejuſdem Sancti tumulum indeſinenter orans* 77 f, 78 a b c. *Ruſticus cæcitate percuſſus, quia lapides oratorii S. Antonii abſtulerat, Sancto eidem nuncupato voto, liberatur* 81 c d. Cæci *in exſequiis S. Amati Senonenſis curantur* 130 c. Cæci *tres ad tumulum S. Cornelii PP.* 184 c. Cæcam *illuminat S. Creſcentius* 353 a. Cæci *viſum recuperant, patrocinante S. Notburga* 757 f 763 c d. Cæca *viſu donatur meritis S. Cornelii PP.* 774 a b

Cæleſtia *tantùm quærenda* 437 c, *terrenis præferenda* 560 d

Cæremoniarum *Judaïcarum poſt adventum Chriſti inutilitas* 486 f

Calculi *doloribus liberatur mulier, bibens de aqua, quâ abluta fuerant S. Guidonis oſſa* 47 f, 48 a. Calculo *liberatur puer beneficio S. Notburgæ* 766 e f

Calumniis *impetens S. Guidonem confunditur* 37 b c d. Calumnias *in viros probos ſpargenti non facilè credendum* 256 b. Calumnias *contemnere docet nos S. Cyprianus, niſi cùm vergunt in Chriſtiani nominis dedecus* 288 e f. Calumniis *tum vivens, tum mortuus impetitus fuit S. Joannes Chryſoſtomus* 519 d. Calumniam *incenſæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ à ſe amolitur S. Olympias* 605 b c

Candor *S. Nili, Arcadium imperatorem liberè reprehendentis ob expulſum S. Joannem Chryſoſtomum* 608 f

Capitis *tumor ſublatus meritis S. Niceræ* 8 e. Capitis *dolor ſanatus ope S. Notburgæ* 747 c d, 753 c, 761 c, 763 a b

Captivus *ingenti prodigio liberatus fertur, invocato S. Niceta* 9 a. Captivi *duo vinculis liberati meritis S. Guidonis* 48 d. Captivus *è ſervitute ereptus ope S. Maurilii* 73 b. Captivos *fideles de barbarorum poteſtate redimendos curat S. Cyprianus* 287 a b & ſeqq. *Eodem Sancto judice, illos qui redimit, Chriſtum redimit* ibid. Captivus *hæreticorum manibus ſubductus patrocinio SS. Cornelii & Cypriani* 772 f, 773 a

Caſtimoniæ *ſtudio convivia aliena non frequentat S. Joannes Chryſoſtomus, nec ſuæ menſæ convivas adhibet* 515 a

Caſtitatis *ſervandæ ſtudium ſingulare in S. Pulcheria* 779 a b. *Ad* Caſtitatem *ſervandam ſorores ſuas inducit eadem Sancta* ibid. b f. *Pro* Caſtitatis *ſuæ tutela opulenta dona largitur eadem Sancta eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* ibid.

Catenis *S. Pauli nihil eſt beatius* 506 f, 507 a b c
Catholicæ *doctrinæ contra errores defenſionem egregiè ſuſcepit S. Pulcheria* 779 e, 780 b c
Cella, *in qua moritur S. Amatus Scnonenſis, ſuavi fragrat odore* 130 c
Cenſuram *eccleſiaſticam tollere poteſt etiam diaconus, ab epiſcopo delegatus* 231 c d
Cenſurandi *alios inconſulta levitas reprehenſa à S. Joanne Chryſoſtomo* 457 e f
Cenſus *eccleſiæ ſuæ non ſibi, ſed egentibus impendit S. Joannes Chryſoſtomus* 516 a b
Charitas *inſignis S. Albei erga pauperes* 26 f. Charitas *S. Guidonis in parentes* 37 c. *Vera* Charitas *locorum diſtantiâ ſeparari non poteſt* 93 a. Charitas *S. Cypriani dolentis, ſe ob ſchiſmaticorum fraudes ſuorum neceſſitatibus coràm proſpicere non poſſe* 253 a, *item lapſorum ruinas tamquam vulnera ſua reputantis* 254 b. *Admiranda ejuſdem Sancti* Charitas *tempore graſſantis peſtilentiæ* 286 d e f, *item Chriſtianorum Carthaginenſium, Præſulis ſui verbis exempliſque incitatorum* ibid. *Ejuſdem Sancti* Charitas *ad redimendum è barbarorum poteſtate captivos* 287 a b & ſeqq. Charitas *ejuſdem Sancti, in exſilia res pauperum diſponentis, & confeſſores miſsâ liberaliter pecuniâ juvantis* 320 b c d e. Charitas *Chriſtianorum Carthaginenſium S. Cypriano commori volentium* 324 f. Charitas *S. Cypriani erga peſte infectos, S. Tobiæ* Charitate *admirabilior fuit* 328 f, 329 a. Charitas *S. Joannis Chryſoſtomi Anomœbrum hæreſim exciſam cupientis* 452 b, *item malè affecta valetudine conciones habentis* 465 d. Charitas *ejuſdem Sancti, lugentis Antiochenorum miſerias, eoſque in ſummo periculo conſolantis* 469 f, 470 a b. Charitas *Flaviani epiſcopi, pro ſeditioſis Antiochenis arduum iter ſuſcipientis* ibid. c. *Apoſtolorum* Charitas *admirabilis* 494 e. *Inſignis* Charitas *S. Joannis Chryſoſtomi, vulnera & plagas ſibi optantis, ne amplius ſcindatur Eccleſia* 495 d e. *Teneritudinem* Charitatis *ſuæ erga Antiochenos variis exemplis exponit idem Sanctus* 507 f, 508 a b c. Charitas *ejuſdem Sancti fortiter, at ſuaviter, increpantis* 508 d, *item redditus eccleſiæ ſuæ in egenos effundentis* 516 a. Charitas *ejuſdem Sancti in omnes omnino indigentes mirabiliter diffuſa* 526 a b, *ad plures etiam provincias extenſa* ibid. *Pro Gothorum converſione miro zelo &* Charitate *multa molitur idem Sanctus* 526 c e f. *Ejuſdem Sancti non peccatorem, ſed peccata inſectantis* Charitas 527 b, *item non tantum lapſos erigentis, ſed & ſtantes roborantis* 537 d e. *Mutua* Charitas *populi Conſtantinopolitani in S. Joannem Chryſoſtomum* 597 d e. Charitas *ejuſdem Sancti in Deum, nulla adverſitate à Deo avelli potuit* 650 c d e f. *Tota ejuſdem Sancti vita non fuit niſi unicum perfectiſſimæ* Charitatis *exercitium* 689 d e
Chriſtianæ *religioni extrema metuenda eſſe aſſerit S. Cyprianus, ſi epiſcopi perditorum minas reformident* 174 b c. Chriſtiani *nominis dignitas & confeſſionis gloria dignis moribus ſuſtinenda* 246 c d e. Chriſtiani *omnes unum corpus ſunt & ſe mutuò juvare debent* 287 b. Chriſtianos *captivos redimens Chriſtum redimit* ibid. c
Ciborum *faſtidium ſublatum beneficio S. Notburgæ* 757 a b d
Claudi *tres ad ſepulcrum venerabilis Woncdulphi greſſum recipiunt* 43 e, *item puer utroque pede* Claudus *ad tumulum S. Guidonis* 45 b c. *Greſſu donantur* Claudi *tres ad tumulum S. Cornelii PP.* 184 c. Claudus *interceſſione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ & S. Notburgæ greſſum obtinet* 746 d e
Cogitationes *& ſecreta cordis alieni inſpicit S. Amatus Habendenſis* 106 d
Cognitio *veri Dei conciliat vitam æternam* 780 d e
Cohabitatio *clericorum cum ſubintroductis, id eſt, extraneis virginibus, periculoſa eſt* 516 f, 517 a
Colici *dolores ceſſant, patrocinante S. Notburga* 766 d
Colloquio *Sanctorum non ſemel gaviſa eſt S. Pulcheria* 780 b
Comitiali *morbo laborantes meritis S. Cornelii PP. ſanati* 774 b c, 776 c d f, 777 a
Commoda *corporis aſpernatur S. Joannes Chryſoſtomus* 515 f
Compunctio *cordis animum mundat, & avocat à ſecularibus deſideriis* 431 e f
Conciliorum *ſtudium in Eccleſiæ utilitatem inſtitutum promotumque à Benedicto XIV Papa* 779 c
Concionatores *ſine perſonarum acceptione vitia increpent, ſed cum lenitate* 508 f, 509 a b. *Iidem plauſum ne quærant* 508 e f
Concionum *fructus ſit audita ſæpe repetere & aliis communicare* 450 b. Conciones *ſacræ aſſiduè frequentandæ ſunt* 460 d e. Conciones *ſæpe auditæ appetitum ſui exacuunt* 464 a b c. Conciones *exemplo S. Joannis Chryſoſtomi unicè dirigendæ ſunt ad utilitatem auditorum* 497 d e. Concionum *S. Joannis Chryſoſtomi mirus fructus* 518 f, 519 a, 561 e
Concordiæ *& pacis ſtudium in S. Cypriano enituit* 298 f, 299 a, 308 d e f. Concordia *cum Eccleſia conſuetudini antiquæ præferenda* 455 d e. Concordiam *in celebrando Natali Domini ſtabilire conatur S. Joannes Chryſoſtomus* 458 b c. Concordiæ *& pacis amator egregius fuit idem Sanctus* 550 c d e
Concupiſcentiam *carnis domet, qui veritatis luce vult perfundi* 198 d e
Confitenti *nomen Chriſti, & ob id exſuli nihil deeſſe poteſt* 329 c
Conjugium *non iterare viduis ſuadet S. Joannes Chryſoſtomus* 437 c, *non tamen præcipit* ibid. f
Conniventia *damnabilis in lapſis ſine pœnitentia ad pacem admittendis* 173 e
Conſcientia *bona magnum in adverſis ſolatium* 601 a
Conſtantia *viro gravi neceſſaria eſt* 266 a. Conſtantia *fidei Chriſtianæ immiſſis calamitatibus ne frangatur* 290 c e f. Conſtantia *S. Cypriani, Chriſtum intrepidè confitentis* 318 c, *aliis ſalutari exemplo fuit* 319 b c. Conſtantia *S. Creſcentii in confitendo Chriſtum* 352 e, 353 a b. Conſtantia *S. Joannis Chryſoſtomi, hominum judicia contemnentis, & ſoli Deo placere cupientis* 515 e f. Conſtantia *amicorum ejuſdem Sancti in ferendis adverſitatibus* 604 d e f, *item S. Olympiadis* 633 b c, 638 e f, 639 a b
Conſuetudo *mala omni ſtudio deponenda eſt* 455 d e
Contemplationis *altiſſimæ dono excelluit S. Joannes Chryſoſtomus* 704 a. Contemplationi *aſſiduè dedita fuit S. Pulcheria* 780 b

Con-

Contemptus *rerum temporalium generoſus S. Maurilii* 72 c, *S. Mauri* 80 a, *S. Amati Habendenſis* 104 b, *B. Margaritæ Fontanæ* 136 c d, *S. Cypriani* 202 e. Contemptus *rerum mundanarum veram felicitatem conciliat* ibid. Contemptus *rerum mundanarum inſignis in S. Joanne Chryſoſtomo enituit* 414 f. *Opum in eodem Sancto* Contemptus 626 b c, *item rerum corpori neceſſariarum* 628 a
Contentio *inter ſacerdotes periculoſa eſt* 568 c
Continentiam *perpetuam ſub ipſum converſionis exordium amplectitur S. Cyprianus* 198 d e, 326 b. Continentia *S. Joannis Chryſoſtomi admiranda* 702 b c, 703 d. Continentia *perpetua S. Pulcheriæ in matrimonio* 780 c
Contracta *membrorum vigorem recuperat meritis S. Niceæ* 8 a, *item puer* Contractus *meritis S. Guidonis* 45 d, *& S. Maurilii* 74 e. *Puella membrorum uſu deſtituta in tranſlatione corporis ejuſdem Sancti curatur* 77 b c. Contractus *S. Amati Habendenſis precibus ſanatur* 105 c d. Contractæ *manus reſtituuntur meritis S. Cornelii PP.* 774 c d. Contracta *membrorum, & alter* Contractus *manuum uſu donati meritis ejuſdem Sancti* 777 c d
Contumelias *pro Chriſto pati glorioſiſſimum eſt* 506 f, 507 a b c. Contumeliæ *unicè propter Chriſtum appetendæ* ibid. d
Converſio *mirabilis hæreticæ cujuſdam* 519 b
Converſus *ad fidem fertur ope S. Joannis Chryſoſtomi Marcioniſta quidam cum conjuge, poſtquam illam dyſenteriâ liberârat* 510 a
Corpus *S. Autonomi ducentis à morte annis incorruptum repertum* 15 c d, 19 d. *S. Maurilii quatuor ab obitu ſeculis* 63 c d. Corpus *ejuſdem Sancti ſuaviſſimo fragrat odore* 76 f. Corpus *S. Venerii divinitus repertum* 118 b. Corpus *S. Cornelii PP. gravi priùs pondere immobile, poſtea facilè defertur* 183 f, 184 d. Corpus *S. Materni ingenti prodigio tranſlatum fertur, navi ſine remige impoſitum* 392 e. Corpus *S. Notburgæ ad ſepulturæ locum boves mirabiliter devehunt* 710 d, 712 d f, 723 e f, 725 e f, 726 & ſeqq.
Correctionem *peccatorum per inflictas pœnas intendit Deus* 501 a
Creaturæ *omnes, præter peccatorem, invitantur ad laudandum Deum* 462 d e
Crimen *alienum non facit peccatorem innocentem* 571 d e
Crucis *ſignum vim magnam habet contra tentationes dæmonis* 137 a
Crudelitas *Novati in patrem & uxorem gravidam, aliaque ejus ſcelera* 156 c d, 159 d e, 251 c d. Crudelitas *perſequentium Chriſtianos à S. Cypriano expoſita* 284 b c. Crudelitas *adverſariorum S. Chryſoſtomi in Serapionem alioſque* 607 d e, 608 c, 617 b c d e f, *in legatos pro pace miſſos* 646 e f, 647 a b c f, *in ipſum S. Joannem Chryſoſtomum, crebra exſilii mutatione ac variis ærumnis mortem Sancto accelerare deſiderantium* 648 b, 649 d, 663 f. Crudelitas *militum in itinere eumdem Sanctum ferociter vexantium* 664 c d
Cubiculum *S. Notburgæ in ſacellum mutatur, & in duplici incendio illæſum remanet* 711 a b c, 724 a b c
Cultûs *S. Cypriani per totum orbem diffuſi, & ab ipſis Eccleſiæ hoſtibus agniti, cauſas dant SS. Auguſtinus & Maximus* 338 a b. Cultum *Sanctorum promovet Eccleſia, ut fideles obtineant præſidium Sanctorum, & eorum virtutes imitentur* 778 e. *Sanctorum & præcipuè Sanctiſſimæ Virginis* Cultum *promovit S. Pulcheria* 780 b c

D

Dæmonis *inſidiæ ad convellendam ſanctitatem S. Guidonis* 42 d. Dæmones *in aëre ululantes clamant, ſe ubique à S. Maurilio fugari* 73 a. Dæmonem *è furibunda vitula ejicit idem Sanctus* 74 f. Dæmones *Crucis ſigno abigit S. Amatus Senonenſis* 128 f. Dæmon *variis modis vexans B. Margaritam Fontanam ab ea ſuperatur* 136 f, 137 a, *eadem Beata terribilis eſt ſpiritibus immundis* 138 c. Dæmon *veros Dei ſervos impugnat, impròbos verò intactos præterit, utpote jam ſuos* 177 a. *A* Dæmone *correpta mulier, quæ Chriſtum ſponte ejuraverat, linguam dentibus dilaniat, & viſcerum dolore cruciata deficit* 215 e. Dæmon *rebelles in epiſcopum ſuſcitat, ut, rectore ſublato, faciliùs membra Chriſti diſcerpat* 228 a. Dæmones *Eccleſiæ exorciſmis adacti veritatem Chriſtianæ religionis vel inviti commonſtrant* 289 c, *iidem palàm profitentur infeſta ſibi eſſe Sanctorum corpora* 394 d. Dæmon *neminem vincit, niſi volentem* 464 e f. Dæmonis *poſt admiſſum peccatum, pudorem in pœnitentia incutientis, fallacia* 524 b. Dæmonis *molitiones ad pacem frangendam* 550 f
Debilitas *visûs & membrorum curata meritis S. Cornelii Papæ* 776 c
Defendit *ſe S. Olympias contra impactum ſibi incenſæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ crimen* 605 b
Dei *nutui obediunt omnia* 563 e f
Dentium *dolores ſublati patrocinante S. Notburga* 762 f, 763 a
Deſiderium *pro Chriſto patiendi ingens S. Joannis Chryſoſtomi* 507 a b. *Ejuſdem Sancti ardens ſalutis animarum* Deſiderium 520 c d e
Diligentes *Deum nôrunt, quàm ſit ſuave & glorioſum adverſa pro Chriſto pati* 506 f, 507 a b
Diſciplinæ *eccleſiaſticæ obſervantiam infringi ob metum humanum, iniquum eſſe probat S. Cyprianus* 210 a b, 277 c d e, 279 c d e
Diſcordiæ *fautores divinitus puniti* 97 e f. Diſcordia *S. Montani cum Juliano in viſione à S. Cypriano reprehenſa* 335 a
Diſplicere *hominibus non timuit S. Joannes Chryſoſtomus, modò Deum non offenderet* 521 b c
Diſpoſitio *ad ſuſcipiendam Baptiſmi gratiam adulto neceſſaria* 155 d e
Diſſenſiones *hæreticorum oſtendunt veram eſſe Eccleſiæ Catholicæ ſententiam* 88 a. Diſſenſionem *à S. Stephano non laudavit S. Auguſtinus in S. Cypriano, ſed amorem unitatis & pacis* 308 d e f
Diſſimulatio *quandoque laude digna* 423 a b. Diſſimulatio *S. Joannis Chryſoſtomi & Eccleſiæ & Baſilio profuit* ibid. d
Divinitas *Chriſti à S. Joanne Chryſoſtomo probata* 456 b
Divites *immiſericordes graviter increpat S. Cyprianus* 292 c d. *Eoſdem vehementer redarguit S. Joannes Chryſoſtomus* 509 c. Divitibus *ſalutaria dat monita, coſque modeſtè agere docet idem Sanctus* 518 e
Divitiarum *ſervus eſt, illas qui poſſidet* 105 a b. Divitias *veras habet, qui omnia deſpicit* 430 f. Divitiarum *amor nocivus* 540 c d f, *illarum inanitas & inconſtans poſſeſſio* 542 f, 543 a
Doctrinam *Catholicam adversùs errores invictè de-*

defendit S. Pulcheria 779 e, 780 b c
Documenta *utilia altè animo insigenda sunt* 460 c
Dolium *vacuum, divinitus vino repletum* 137 e f
Dolor *S. Cypriani, ob multorum in persecutione lapsorum ignaviam, ex ipsius in gregem suum amore profectus* 254 b c. Dolor *S. Joannis Chrysostomi ob iniquitatem monachos persequentium* 429 d e f. Dolor *ejusdem Sancti ob exiguum suorum profectum* 521 e. Dolor *de peccato salutaris est, qui verò oritur ex voluptatum privatione, vituperio dignus* 706 a
Dolores *calculi sublati ope aquæ, quâ S. Guidonis ossa fuerant abluta* 47 f, 48 a. Dolor *capitis ingens curatus auxilio S. Notburgæ* 747 c d, 753 c d, 761 c, 763 a b, 765 a b. Dolores *laterum* 753 d, *pedum* 755 d, 757 a b, *oculorum* 761 c, *dentium* 762 f, 763 a, *item alvi invocatione ejusdem Sanctæ ablati* 765 a b
Domesticorum *priùs, quàm externorum cura habenda est* 450 e
Dominicum *diem violans divinitus punitur* 74 b
Duritia *gentilium tempore grassantis pestilentiæ à SS. Cypriano & Pontio, sugillata* 286 b c d. *Populo furenti* Duritiem *cordis exprobrat S. Joannes Chrysostomus & ad commiserationem hortatur* 532 d e. Durities *erga pauperes punita* 710 c d, 718 f, 719 a
Dysenteriâ *corripiuntur temerè comburentes ramos deciduos de quercu, S. Guidonis nomine insignita* 37 d. Dysenteria *fertur curata meritis S. Joannis Chrysostomi* 510 a. Dysenteria *sanata patrocinio S. Notburgæ* 750 e, 757 d

E

EBrietas *non à vino, quod creatura Dei est, sed à mala voluntate oritur* 484 e
Ecclesia *Catholica non nisi una est* 167 c. Ecclesiæ *tum ob martyrum lauros, tum ob fidelium gloriosam confessionem insignis triumphus* 226 e, 253 f, 254 a. Ecclesia *perseverat, etsi in ea probis admixti sint reprobi* 309 c d e f. Ecclesiam *scindere est Christum discerpere* 495 d e. Ecclesia *mater est misericors, & potestatem habet omnia peccata dimittendi* 524 d e
Ecclesiam *S. Paulo, & alteram S. Eulaliæ condit S. Sacerdos* 32 e f, *utramque molitionem promovet Childebertus rex cum Ultrogottha regina* 33 a. *Primam Christiano ritu* Ecclesiam *in civitate Turonensi statuit S. Lidorius* 62 a. Ecclesiam *fidelibus ædificat S. Maurilius eo loco, quo ante steterat idolorum fanum, igne cælitus impetrato, in cineres redactum* 72 d. *Sanctæ Dei Genitrici idem Sanctus* Ecclesiam *erigit in rupe, à superstitionum sordibus purgata* 74 d. Ecclesia *supra S. Venerii sepulcrum à Lunensi episcopo in Tyro majore erecta dicitur* 109 b, 112 d e, 118 b c. *Menrivillæ* Ecclesiam *condit S. Maurontus sacram Virgini Dei Parenti & S. Amato Senonensi* 121 e f. *S. Cornelio PP.* Ecclesiam *exstruit Romæ S. Leo I* 181 f. *Geminâ prope Carthaginem exstructâ* Ecclesiâ *memoriam S. Cypriani venerantur fideles* 335 e f, 336 a b c, *utriusque violatio à Vandalis, divinitus punita* ibid. Ecclesias *complures fundâsse traditur S. Maternus in Alsatia* 386 a b, *item Tungris* ibid. c d, *Trajecti ad Mosam* ibid. e f, *item Hoii, Dionanti, Leffiæ, Cennaci, Audaini & in civitate ac comitatu Namurcensi* 388 a b & seqq., 389 a b c. Ecclesiæ *plures, quas idem Sanctus constituisse dicitur Coloniæ* 389 e f, 390 a b c, *unam item Bonnæ ædificâsse traditur* ibid. d e. Ecclesia *S. Materno erecta in eo loco, quo navicula, sacrum corpus devehens, cursum stitisse fertur* 393 d e. *Eidem Sancto* Ecclesia *Treviris erecta* 394 b. Ecclesiam *qui dehonorârat, miserabili morte exstinguitur* 498 f. Ecclesiam *Constantinopoli violat Theophilus* 586 f, 587 a b. Ecclesia *S. Joanni Chrysostomo dicata Constantinopoli* 693 c, *aliæ in Cypro & Venetiis* ibid. f. Ecclesiæ *erectæ in honorem S. Notburgæ* 724 b, 732 a & seqq., 742 e f, 744 e. Ecclesia *SS. Cornelio & Cypriano ædificatur Ninoviæ* 773 b. Ecclesias *complures Christo Domino & Sanctissimæ Virgini Mariæ erexit S. Pulcheria* 780 c d
Egenis *sublevandis villam pretio emit S. Maurilius & ecclesiæ suæ addit* 74 f. *In* Egenorum *usus prædia sua divendit S. Cyprianus, adhuc catechumenus* 198 e f, 326 b c. Egenis *impendit S. Joannes Chrysostomus redditus ecclesiæ suæ* 517 a, *omni modo opem iis fert idem Sanctus* 526 a b. *Illos & vivens & moriens eximia liberalitate sustentavit S. Pulcheria* 780 c
Eleëmosynas *libenter largitur S. Silvinus* 25 c, *S. Guido* 41 f, *B. Margarita Fontana* 137 c d
Eloquentia *gravitate temperanda est, cùm verbum Dei prædicatur* 201 d e. Eloquentia *evadit potentior, si comitem habeat vitæ integritatem* 509 f. *Admiranda & efficacissima S. Joannis Chrysostomi* Eloquentia *Oris Aurei cognomen ipsi peperit* 690 d e. Eloquentiæ *ejusdem Sancti, operibus animatæ, virtus admirabilis* 702 b c
Emendationi *gregis sibi commissi statim ab adito episcopatu solerter prospicit S. Cyprianus* 208 e. Emendationem *vitæ ab auditoribus suis unicè debent exigere concionatores* 508 e f. *Ecclesiæ Constantinopolitanæ* Emendatio *à S. Joanne Chrysostomo feliciter suscepta* 518 e. *De obtenta per conciones suas morum* Emendatione *mirum in modum exsultat idem Sanctus* 556 e f
Energumena *meritis S. Nicetæ liberata* 6 f, 7 d. Energumenam *cæcam deserit diabolus, simul ac S. Maurilio offertur, eaque ab omni infirmitate convalescit* 72 e. Energumenam *liberat S. Amatus Habendensis* 105 d, *S. Venerius* 119 a. Energumeni *in exsequiis S. Amati Senonensis liberati* 130 c. *In translatione S. Maximini* Energumena *ab immundo spiritu curatur* 394 d
Epilepsia *curata beneficio S. Notburgæ* 753 e f. *Multi* Epilepsiâ *laborantes patrocinio S. Cornelii Papæ, Ninoviæ culti, sanantur* 772 c d e, 774 b c, 776 c d e f, 777 a b
Epileptico *morbo medetur S. Cornelius Papa* 185 e, 186 d, 187 a, 190 b, 772, 774 & seqq.
Episcopatum, *quo indignum se habebat, S. Joannes Chrysostomus fugâ declinat* 422 d e. *Ad* Episcopatum *abreptum se dolet Basilius, ejusdem Sancti sodalis* 422 f. *Indigni* Episcopatum *ambientes populum contra se commovent* 510 c
Episcopo *metuendas non esse improborum minas, docet S. Cyprianus* 174 b. Episcopus *potestatem gubernandi Ecclesiam à Deo habet* ibid. c. Episcopus *de vigore disciplinæ Ecclesiasticæ nil remittat* 277 c d e. Episcopi *munus præcipuum est gregem suum rectè instituere & collapsum erigere* 515 c. Episcopi *honorandi sunt à fidelibus* 540 b
Epularum *sumptus inutiles devitat S. Joannes Chrysostomus, ut ampliùs gregi suo prosit* 514 c.

c. Epulis *inſtruendis non eſt epiſcopo quærenda hominum gratia* 514 d. Epulæ *S. Joanni Chryſoſtomo viſæ ſunt pretioſi temporis jactura* 514 f, 515 f
Equus *furto ablatus reperitur, invocatâ S. Notburgâ* 763 e f
Errorem *ſuum, ex zelo contra hæreticos & fragilitate humana ortum, eluit S. Cyprianus* 308 a, *imò veriſimillimè expreſsè revocavit* 312 a b & ſeqq., 313 a b & ſeqq.
Erubeſcere *Chriſtum quàm ſit damnabile in homine Chriſtiano* 216 a b
Euchariſtia *vires ſubminiſtrat contra hoſtes animæ* 175 e. Euchariſtiam *profanat, qui illam indignis miniſtrat, & illis dat, quod eſt in eorum perniciem* 227 e f. Euchariſtiam *indignè ſumentes puniti* 269 c d e. *Mulier hæretica* Euchariſtiam *fictè ſuſcipiens punitur* 519 b
Exorciſmi *Eccleſiæ & imperium in dæmones Chriſtianæ religionis veritatem probant* 289 c
Exſilium *à S. Cornelio PP. aliiſque fortiter ſuſceptum multis laudibus celebrat S. Cyprianus* 175 f, 176 a b c. Exſilium *Chriſtiano grave non eſt* 194 c, 329 b c. Exſilium *forti animo ſuſcipit S. Joannes Chryſoſtomus, non ſuam ejectionem, ſed Eccleſiæ deſolationem lugens* 602 a b. Exſilium *ultrò ſubeunt aliquot amici S. Joannis Chryſoſtomi* 604 f, 606 f, 607 a b c. Exſilium *ejuſdem Sancti divinitus punitum creditur* 609 a b c. *Pulſo in* Exſilium *S. Joanne Chryſoſtomo, boni omnes & ordo omnis meritò luxerunt* 708 a b

F

FAlx *S. Notburgæ prodigiosè in aëre ſuſpenditur* 720 f, 721 d e, 727 b
Febri *liberatus ope aquæ, quâ S. Guidonis oſſa abluta fuerant* 48 a, *aqua eadem militi* Febres *auget* ibid. Febribus *ad extrema penè deductum oratione ſua ſanat S. Maurilius* 67 a. *Diuturna* Febri *laborantem curat idem Sanctus* 73 a b. Febris *vehemens ad tumulum S. Venerii depulſa* 119 c, 120 d. Febri *liberatus fertur meritis S. Joannis Chryſoſtomi Euclia filius* 510 a. Febres *ſanatæ beneficio S. Notburgæ* 750 b f, 753 a b, 763 a b, 766 c, 767 a
Felicitatem *in hac vita conciliat generoſus rerum mundanarum contemptus* 202 e. Felicitas *hujus vitæ vera eſt ſoli Deo ſervire* 650 c d. Felicitas *imperii cum S. Pulcheria exſulare viſa eſt* 780 a
Ferrum, *quod è collo geſtârat S. Amatus Senonenſis, poſt illius mortem ægris ſalutare* 130 c
Fides *in Deum miraculo remunerata* 103 e. Fidei *vis miranda à S. Cypriano laudata* 198 c d. Fidei *in S. Cypriano recèns converſo ingentia incrementa* 203 e. Fidem *hominis probant immiſſæ à Deo calamitates* 290 c. *Ex* Fidei *defectu oriuntur querelæ de rebus adverſis & horror mortis* ibid. e f, 291 a. Fide *inſtructus David Goliathum armis & robore munitum debellat* 511 f. Fidem *populi Conſtantinopolitani de molitionibus adverſariorum ſuorum triumphantem celebrat S. Joannes Chryſoſtomus* 587 b c. *Ex* Fide *originem trahit humilitas* 701 e. Fides *ſine operibus inutilis eſt, & opera ſine* Fide 702 c. Fidei *Catholicæ defendendæ ardor ſingularis in S. Pulcheria* 779 e
Fiduciam *in Deum abjicere non debet peccator* 524 a c. Fiduciâ *in Deum armatus S. Joannes Chryſoſtomus* 587 c, 650 c d e f
Fœtor *maximus egreditur de loco, è quo dæmones fugat S. Maurilius* 74 d
Fontem *è ſaxo elicit S. Amatus Habendenſis* 103 f
Forenſia *negotia volubili eloquentiæ ambitione tractanda, non ſic verbum Dei* 201 e
Fortitudo *SS. Macedonii, Theoduli & Tatiani, poſt dejectas idolorum ſtatuas, ultrò præſidi ſe ſiſtentium, ne alii punirentur* 20 f, *eorumdem in tormentis* Fortitudo *admiranda* 21 a. Fortitudo *S. Burgundofaræ, impium veteratorem virili animo repellentis* 97 e. Fortitudo *S. Amati Senonenſis, ad adverſa quævis toleranda ſe offerentis* 129 d. Fortitudinem *S. Cornelii PP. celebrat S. Cyprianus* 145 f. Fortitudo *S. Cypriani improborum minas contemnentis* 174 c d. Fortitudo *S. Cornelii PP. aliis feliciter exemplo fuit* 176 a e. Fortitudo *S. Cypriani in defendenda Eccleſiæ diſciplina cum inſigni moderatione conjuncta* 237 d e. Fortitudo *S. Numidici in ſuis uxoriſque ſuæ cruciatibus* 245 a. Fortitudo *egregia S. Babylæ martyris* 441 b, *item S. Joannis Chryſoſtomi, peccatores manifeſtos ſine ulla perſonarum acceptione arceri cupientis à Sacra Menſa* 490 d, 509 e. *Aliud* Fortitudinis *ejuſdem Sancti ſpecimen* ibid. d. *Mira* Fortitudo *ejuſdem Sancti, defendentis jura eccleſiaſtici azyli* 533 a b, *item Arcadium imperatorem deterrentis à concedenda Arianis eccleſia* 538 e f, 539 a. *Idem Sanctus imperterrita* Fortitudine *ultrò ſe militibus offert, ut in exſilium auferatur* 585 f. Fortitudo *animi S. Olympiadis, cum Arſacio, utpote intruſo, communicare nolentis* 605 b c, *item Pentadiæ diaconiſſæ* ibid. e f. Fortitudinem *in ferendis pro Chriſto vinculis mirificè extollit S. Joannes Chryſoſtomus* 610 a b, *ad illam ſuos hortatur* ibid. e f. *Ejuſdem Sancti* Fortitudo *ærumnis omnibus excelſior ſtetit* 651 e f
Fraudes *dæmonis vigilanti nocere non poſſunt* 464 d e f
Frugum *mira abundantia fuit toto tempore epiſcopatus S. Maurilii* 74 c. *Ob* Frugum *periculum ſupplicationes inſtituit S. Joannes Chryſoſtomus* 541 b
Fulmen *ſubitò erumpens inſolito fragore diſcordiæ fautores percellit* 97 f. Fulmine *ſubrutum templum Apollinis* 498 e
Funeribus *adhiberi præficas, ſeu mulieres ad lamentandum conductas, vetat S. Joannes Chryſoſtomus* 559 a b
Furtum *divinitus punitum* 73 c

G

GAudium *populi Romani ob eorum, qui in ſchiſma prolapſi fuerant, reditum ad Eccleſiam* 167 a, *item S. Cypriani* ibid. c. *Ejuſdem Sancti* Gaudium *ob glorioſam S. Cornelii PP. aliorumque confeſſionem* 175 f, 176 a b c. Gaudium *S. Joannis Chryſoſtomi de emendatione morum gregis ſui, comparatum* Gaudio *imperatoris triumphantis* 556 e. *Ejuſdem Sancti* Gaudium *in tribulationibus* 618 a
Gingivarum *inflatio ſublata beneficio S. Notburgæ* 751 b
Gloriam *Dei in omnibus quærere, quàm ſit utile & glorioſum* 619 e. Gloriam *Deo canere propter omnia ſolebat S. Joannes Chryſoſtomus*

666 d. *Vanæ* Gloriæ *ingentia damna* 705 a b, *ab illa immunis fuit S. Joannes Chryſoſtomus* ibid.
Grando *inſolitæ magnitudinis Conſtantinopoli decidit non diu poſt S. Joannis Chryſoſtomi exſilium, in iſtius, ut creditum eſt, punitionem* 609 b c. Grandines *frequentes ceſſant, invocatâ S. Notburgâ* 747 a
Gratiam *Baptiſmi ad finem vitæ uſque conſervavit S. Maurilius* 75 e. Gratiâ *Dei facile redditur, quod caro putat inſuperabile* 196 e f, *illius vis admiranda in S. Cypriano, omnia divinæ* Gratiæ *adſcribente* 198 a b c d, 199 d. Gratiam *majorem qui habuerunt, gravius punientur* 501 b c
Gratiarum actio *à S. Cypriano illis præſtita, qui occaſionem ipſi obtulerant de aliis bene merendi* 287 e. Gratiæ *Deo agendæ ſunt tam in adverſis quàm in proſperis, exemplo S. Joannis Chryſoſtomi* 589 f, 590 a
Greſſu *donantur claudi tres ad ſepulcrum venerabilis Wonedulphi* 43 e, *item puer utroque pede claudus ad tumulum S. Guidonis* 45 b c. Greſſum *recuperat, qui incedere diu non potuerat, meritis ejuſdem Sancti* ibid., *item claudi tres ad ſepulcrum S. Cornelii PP.* 184 c. Greſſum *obtinet claudus, invocato Sanctiſſimæ Virginis & S. Notburgæ auxilio* 746 a b c
Gula *multos in lapſus fœdiſſimos induxit* 273 c. Gulam *fugiendam eſſe, ejuſque damna oſtendit S. Joannes Chryſoſtomus* 517 b
Gutturis *dolor ſanatus beneficio S. Notburgæ* 751 b

H

HÆreſes *omnes zelo S. Pulcheriæ profligatæ* 779 c
Hæreticorum *in ſacras reliquias impietas* 62 a, 188 f, 189 c. Hæreticorum *mendacia detecta illorum partes imminuunt* 276 b. Hæreticos *confundit illorum à perſecutione immunitas* 283 c. Hæreticorum *fallacia, ad novitios errores propugnandos obſcuriora alicujus ſancti Patris verba allegantium, clariſſima prætereuntium* 656 b c, 659 a b c d
Hernia *curata meritis S. Cornelii Papæ* 777 b
Hiſtrionicæ *artis profeſſio Eccleſiam dedecorat, judice S. Cypriano* 209 d, *animarum ruina eſt* ibid. e
Honor *impertiendus eſt iis, qui pro Chriſto in carceribus moriuntur* 243 d. Honoris *& reverentiæ, epiſcopis debitæ, Pupianum commonet S. Cyprianus* 295 a. Honor *deferendus eſt epiſcopis, tamquam legatis Chriſti* 540 b
Hoſpitalitas *virtus eſt neceſſaria* 516 c d. *Eam utiliter exercuit S. Joannes Chryſoſtomus* ibid.
Humanitas *& beneficentia Conſtantii Chlori erga Chriſtianos* 378 a b c. Humanitas *S. Joannis Chryſoſtomi, ſecum loquentes blandè excipientis* 706 b
Humilitas *inſignis S. Gregorii Magni* 92 a b, *S. Romarici* 96 e, *S. Amati Habendenſis* 105 c, 107 c, *S. Mauronti* 129 c d f, *S. Cornelii Papæ* 154 d, *S. Cypriani, epiſcopatu indignum ſe habentis* 205 e f. Humilitas *ejuſdem Sancti, nihil ſine cleri ac populi conſilio decernentis* 208 b, *ſuas preces aliorum orationibus impares agnoſcentis* 244 f. Humilitatem *S. Cypriani laudat S. Auguſtinus* 302 a c. Humilitas *S. Joannis Chryſoſtomi virtutes ſuas occultantis* 420 f, 421 a b, *epiſcopatu indignum ſe habentis* 423 d e, 424 d e f, 425 b c d, *pectoris ſui frigus incuſantis* 432 d e, *pro concione primùm dicentis & tenuitatem ſuam ac peccatorum multitudinem extollentis* 449 a b. Humilitas *virtus eſt Chriſtianis perquàm neceſſaria* 506 c d. *Veræ* Humilitatis *teſſera* ibid. e, *ejus elogia* 519 e. Humilitas *S. Joannis Chryſoſtomi, ſubditorum ſuorum preces pro ſe flagitantis* 519 f, 628 e, *laudes detrectantis* ibid., *peccatorem ſe agnoſcentis* 630 b. Humilitas *in S. Joanne Chryſoſtomo virtutum omnium fundamentum fuit* 701 e. Humilitas *ſcala eſt, quâ aſcendamus ad Deum* 706 b
Hydropicam *ſanat aqua, quâ ablutâ fuerant oſſa S. Guidonis* 47 f
Hydropiſis *depulſa patrocinio S. Notburgæ* 767 f. *Ex* Hydropiſi *morti proximus judicatus convaleſcit, invocato S. Cornelio Papa* 777 c d
Hymnorum *ſacrorum jugis pſalmodia in cœnobio Habendenſi inſtituta* 106 c. *Cantus ſacrorum* Hymnorum *Conſtantinopoli floret curâ S. Joannis Chryſoſtomi* 518 c d

I

IDolorum *ſimulacra deſtruit S. Maurilius* 73 a. Idolorum *inanitatem demonſtrat S. Cyprianus* 284 b c. Idolorum *templa, curantibus SS. Joanne Chryſoſtomo & Porphyrio, partim clauduntur, partim diruuntur* 527 c d e f, 551 e f, 552, 553 a
Jejunium *in deliciis habet S. Silvinus* 25 c. Jejunia *ſua diaboli fraude augeri gaudet S. Amatus Habendenſis, & Dei providentiæ adſcribit* 103 c. Jejunia *& feſta Judæorum Chriſtianis cavenda* 450 e f. *Eadem* Jejunia *impia ſunt & voluntati Dei contraria* 456 c. Jejunium *quadrageſimale inſtitutum ad dignè frequentandum ſacra Myſteria* 468 b. *Illius fructus eſt animæ puritas* 477 d
Igne *tabifico (quem judicialem vocant) puella liberata meritis S. Cornelii Papæ, beneficii immemor eo iterum corripitur, ac denuo ſanatur* 774 a b. *Ab eodem* Igne, *patrocinante eodem Sancto, immunis ſervata Ninovia* 774 f, 775 a. *Varii hujus* Ignis *morbo correpti & Ninoviam ducti ad S. Cornelii Papæ reliquias curantur* ibid. b c. *Laborantes eo morbo liberantur ad ſepulcrum S. Antonii eremitæ* ibid. e
Ignis, *abſumptâ S. Venerii eccleſiâ, cuſtodi corporis ſacri non nocet* 118 e f. Ignis *è fundamentis exſiliens templi Judaïci reſtaurationem impedit* 498 e. Igne *divinitus, ut creditur, immiſſo deflagrat eccleſia Conſtantinopolitana* 602 f, 603 a b c
Illæſi *ſervantur collapſi ſub ruinis arcûs ingentis beneficio S. Cornelii Papæ* 771 f, 772 a
Illudentes *S. Guidoni luctuoſum vitæ exitum ſortiuntur* 45 a
Imago *S. Notburgæ ægris ſalutifera* 751 a. Imagines *ejuſdem Sanctæ magno numero & multis locis honoratæ* 752 a b d e
Immanitas *perſecutionis Decianæ, modis omnibus cogentis ad Chriſto renuntiandum* 215 a b
Imperium *hominis in pravas affectiones regio ſolio honorificentius eſt* 559 d e
Impurus *presbyter à dæmone correptus meritis S. Venerii liberatur* 118 f, 119 a
Incendium *eccleſiæ & curiæ Conſtantinopolitanæ divinitus immiſſum creditur ob expulſum S. Joan-*

Joannem Chryſoſtomum 602 f, 603 a b c. *In* Incendio *bis illæſum ſervatur ſacellum S. Notburgæ ſacrum* 724 c. *Eccleſia Ninovienſis ab* Incendio *prodigiosè ſervata* 774 a, *circumlatis S. Cornelii Papæ reliquiis, domus multæ, jam igne attactæ ab* Incendio *præſervantur* ibid. d e

Incorrupta *Sanctorum corpora reperta. S. Autonomi ducentis à morte annis* 15 c d, 19 d. *S. Maurilii quatuor ab obitu ſeculis* 63 c d. *S. Venerii corpus* Incorruptum *& intactum invenitur* 118 b

Incredulitas *Zachariæ ſacerdotis divinitus punita* 329 f

Incurios *tantùm vincit diabolus* 464 d

Inediâ *& laboribus corpus ſuum extenuat S. Guido* 43 a

Infantium *preces Deo gratæ* 754 b

Infirmitas *diuturna & gravis ſublata meritis S. Cornelii Papæ* 777 d e

Ingratus *Carthaginenſium animus erga S. Cyprianum* 318 f, 329 a

Inguen *miſerabiliter ruptum, invocato S. Cornelii Papæ auxilio, curatur* 777 b

Inhumanitas *Novatiani, lapſis omnem ſpem veniæ præcidentis* 168 b, 169 b. *Illam gravi oratione perſtringit S. Cyprianus* ibid. f, 170 a, *peccatoribus patrocinantem judicavit ſynodus Antiochena* 173 c. *Contra* Inhumanitatem *iſtam cautelam adhibuit ſynodus Carthaginenſis* 258 c d. Inhumanitas *gentilium erga ſuos peſte infectos* 328 d e. Inhumanitas *adverſariorum, S. Joanni Chryſoſtomo mortem accelerare volentium* 663 f. *Item militum, Sanctum eumdem in itinere ferociter vexantium* 664 c d

Inimicis *& perſecutoribus gentilibus benefacere ſuos docet S. Cyprianus* 286 d e f. *De ipſis etiam* Inimicis *bene mereri Chriſtiana charitas præcipit* 328 e f. Inimicis *ignoſcendum eſt & pro iis orandum* 484 c, *eorumdem miſerendum eſt* 532 d e. *Pro* Inimicis *ſuos cum fructu orare docet S. Joannes Chryſoſtomus* 561 e. Inimicum *liberari curat idem Sanctus, poſtquam vitam Sancto nefariè ſtuduiſſet eripere* 597 f, 598 a

Injuriarum *toleratarum oblivio admiranda in S. Cypriano* 206 d, 237 e, 327 a. Injuriarum *non recordari ſuos docet S. Joannes Chryſoſtomus, exemplo Davidis* 480 b c

Inſidiæ *adverſariorum S. Joannis Chryſoſtomi gloriam auxerunt* 590 a

Integritas *vitæ S. Joannis Chryſoſtomi apud Antiochenos in nullo redargui potuit* 510 a, 576 b

Intentione *metiendæ ſunt hominum actiones* 569 d, 700 c, 701 d

Invidentia *omnium pravarum affectionum nequiſſima eſt* 705 f

Invidia *ſchiſmatis Novatiani cauſa fuit* 156 d e. Invidiam *S. Joanni Chryſoſtomo ſuſcitat vita ſobria & ſolitaria* 515 c d. Invidiâ *excæcati aliorum virtutem ferre non poſſunt* 566 f, *aliorum commoda ferre nequit* Invidia 616 f. *Fama virtutum S. Joannis Chryſoſtomi exſulis adverſariorum* Invidiam *provocavit, ad magis ei nocendum* 663 f, 664 a. Invidiæ *adſcribit S. Nilus exſilium & ærumnas S. Joanni Chryſoſtomo illatas* 666 f. Invidiæ *omne bonum obnoxium eſt* 705 f

Jocos *& facetias aſpernatur S. Joannes Chryſoſtomus* 414 e

Iracundiam, *etiam juſtam, mox compeſcit S. Joannes Chryſoſtomus* 421 a b. *Ad eam comprimendam ſuos hortatur idem Sanctus* 480 b c

Irreverentia *in S. Guidonis ſepulcrum divinitus punita* 36 f, 44 f, 45 a. Irreverentia *erga reliquias S. Cornelii Papæ caſtigata creditur* 771 b

Judicia *Dei homo ne inveſtiget* 47 d e. Judicium *de ſacerdotibus populus ferre non debet* 496 a. Judicium *ferre nos oportet de peccatis propriis, non de alienis* 496 b. Judicia *Dei à* Judiciis *hominum magnopere differunt* 506 a b. *Hominum* Judicia *parvipendenda ſunt* 515 c f. *In* Judiciis *non eſt præcipitanter agendum* 543 d e f. Judicium *de rebus eccleſiaſticis ad epiſcopos pertinere, non ad poteſtatem laicam, aſſerit Honorius imperator* 608 d. Judicia *Dei in omnibus operibus ejus laudanda ſunt* 650 f, 651 a

Jumenta *periculo erepta beneficio S. Notburgæ* 754 f, 755 a

Juramenta *maximarum calamitatum cauſa* 477 a

Jurandi *conſuetudo quo modo tollenda* 472 a b. Jurantes *invicem corrigere jubet S. Joannes Chryſoſtomus multo cum fructu* 478 d. Jurandi *conſuetudinem abolere ſtudet idem Sanctus, etiam excommunicationem minitans* 556 b c

L

LAica *poteſtas de rebus eccleſiaſticis judicare non debet, judice Honorio imperatore* 608 d

Lapis *in panem miraculo inſigni converſus* 37 c

Largitiones *piæ fidelium ad deſtruenda idolorum templa* 527 d

Laterum *dolores ſanati ope S. Notburgæ* 753 d

Laudari *ab hominibus nihil cuiquam prodeſſe poteſt* 506 a b

Laudibus *affligitur S. Joannes Chryſoſtomus* 506 a b

Lenitas *S. Joannis Chryſoſtomi* 414 c. Lenitas *ejuſdem Sancti in condonando pœnitentibus, inique reprehenſa* 522 e f, 523 b

Leproſos, *ſtipem poſcentes, mundat S. Maurilius* 74 b

Lex *contra Anomœos ab Arcadio lata, ſuadente veriſimiliter S. Joanne Chryſoſtomo* 527 a. Legem *contra aſylum Eccleſiæ ab Arcadio impetrat Eutropius* 531 a b

Liberi *in judicio parentum ignavorum accuſatores erunt* 215 d. Liberi *parentum defectus ne propalent* 708 a

Libertas *S. Joannis Chryſoſtomi in reprehendendo Theophilum Alexandrinum moviſſe fertur, ne illius in epiſcopum ordinationi conſentiret* 511 b. Libertas *ejuſdem Sancti in redarguendo, ex ſolo zelo orta* 520 f, 521 a b. Libertas *illa in iſto Sancto, aliiſque Dei ſervis laudabilis* 525 a b c. Libertas *S. Joannis Chryſoſtomi, prohibentis ludos ad Eudoxiæ ſtatuam, imperatricis odium in Sanctum excitavit* 592 c d e. Libertas *illa à S. Nilo laudata* 593 a. Libertas *S. Nili, Arcadium ad agendam pœnitentiam de geſtis in S. Joannem Chryſoſtomum hortantis* 608 f

Liberum *eſt homini arbitrium, & non ex neceſſitate, ſed mala voluntate peccat* 464 d e f

Lignum *manibus S. Guidonis mirabiliter adhæret* 42 f

Lin-

Linguam *mulier, quæ vel pasta impiè, vel locuta sacrilegè fuerat de Christo, dentibus discerpit* 215 e

Livoris *& invidiæ parens diabolus est* 301 a b

Loquelâ *donantur muti tres ad sepulcrum S. Cornelii PP.* 184 c. Loquelam *amittit, qui Christo sponte renuntiaverat* 214 d, *item Zacharias sacerdos in pœnam incredulitatis* 329 f. Loquela *reddita ope S. Notburgæ* 750 a d

Lucta *S. Cypriani ante Baptismum, quâ Christianæ perfectionis integritatem impossibilem sibi reputabat* 196 e f. Luctam *carnis fortiter superat S. Joannes Chrysostomus* 426 d e

Luctum *Christianorum, gentili ritu mortuos flentium, improbat S. Cyprianus* 290 b d. Luctus *hic gentilibus ansam præbet Christianos calumniandi* ibid. Luctus *Christianorum in obitu propinquorum ordinatus esse debet* 460 f, 559 a b

Ludos *ad Eudoxiæ statuam prohibet S. Joannes Chrysostomus* 592 c d e

Lues *pecorum sublata patrocinio S. Notburgæ* 738 d, 745 e f, 746 b c, 747 a b, 752 a, 758 b c d

Lumine *cælesti coruscat domus, in qua moritur S. Guido* 44 a

Lupi *rabidi duos fautores discordiæ miserè dilacerant* 97 e

Lux *divina, quâ in errore versantes corrigamur, non deerit nobis, si ex charitate operemur* 312 d

M

MAgistratum *gerere is verè dicendus est, qui passiones animi rationi subdidit* 561 a

Magnanimitas *S. Cypriani, minas, fustes ac gladios perditorum contemnentis* 277 c d e, 279 b c d e, *absque pœnitentia neminem ad Ecclesiæ pacem admittendum constanter prædicantis* ibid. Magnanimitas *S. Joannis Chrysostomi, nolentis Ecclesiam pro se scindi, mortemque præoptantis* 582 b c d. Magnanimitas *ejusdem Sancti terrena omnia, imò & mortem ipsam contemnentis* 585 a b, *item millies pro grege suo mori cupientis* ibid. d, *item exsilii ærumnas fortiter tolerantis* 609 e f

Mala *scabie infecta sanatur, patrocinante S. Notburga* 766 c

Maledicentia *hæreticorum in probos quosque, conviciantibus ipsis nociva* 278 e. Maledicentiam *Demetriani, calamitates Christianis imputantis, retundit S. Cyprianus* 288 e f

Maledicentibus *sibi pacem optare solebat S. Joannes Chrysostomus* 508 e

Mancipium *servitute & venditione liberat S. Maurilius* 67 a, 73 b

Mansuetudo *S. Cornelii, lapsos pœnitentes clementer recipientis, laude digna* 167 b, *uberrimos fructus protulit* Mansuetudo *ista S. Cornelii aliorumque Catholicorum antistitum* 170 a b. *Illam à calumniis vindicat S. Cyprianus* 171 e f. *Admiranda S. Joannis Chrysostomi* Mansuetudo 597 f, 598 a

Manus *aridas, Crucis signo super his facto, sanat S. Maurilius* 72 e. Manus, *in pœnam violati diei Dominici ad usum inutiles redditis S. Notburgæ* 755 f, 756 a. Manûs *tumor sublatus ejusdem Sanctæ patrocinio* 756 b. Manus *contractæ ad usum habiles redditæ ope S. Cornelii Papæ* 774 c d, 776 f, 777 d

Mariæ SS. Virginis *nomine olim celebre Lugduni xenodochium condidit Childebertus rex vel Ultrogottha regina* 33 c. *Supra sepulcrum S. Guidonis Anderlaci erigitur sacellum, titulo* Mariæ *insignitum* 45 b. Mariæ *invocationi templum constituit S. Maurilius in rupe à superstitionum sordibus antè purgata* 74 d. B. V. Mariæ *in Romaricensi monte oratorium conditum à S. Amato Habendensi* 100 f. *Ecclesiam Beatissimæ Virgini sacram Mervillæ exstruit S. Maurontus* 121 e, 130 e. *Ecclesias omnes, quas edificavit,* SS. Virgini Mariæ *consecratas voluisse dicitur S. Maternus* 386 d. *Ædes* Mariæ *sacras posuit Tungris* 386 c, *Trajecti ad Mosam* ibid. d, *Hoii, Dionanti, Walcuriæ* 386 e f, 388 a b c e, *& alias pluribus locis aliis idem Sanctus constituit* 389 c f. *Imago* Mariæ Virginis, *in ejus templo Lessiæ miraculis inclyta, manibus S. Materni facta creditur* 388 e. Mariam *filiali amore idem Sanctus prosecutus est* 389 a, *omnem laborum suorum felicem successum* Mariæ *auspiciis & auxilio quæsivit* ibid. *Miraculum* Mariæ Virginis, *sine corruptione parientis, religioso potiùs silentio venerandum, quàm curiosè investigandum esse, docet S. Joannes Chrysostomus* 563 e f. *Intercessione* S. Mariæ *claudus gressu donatur* 746 d e. *Deiparæ cultum modis omnibus promovit S. Pulcheria* 779 c d. *Maximam* Mariæ *dignitatem, divinam scilicet maternitatem, contra errores stabiliri curavit insigni zelo eadem Sancta* 779 c, 780 b c. *Templa plura amplificando* Mariæ *cultui excitavit eadem Sancta, Integerrimæ Matris virginitatem æmulata* ibid.

Martyr *dici nequit, qui separatus ab unitate Ecclesiæ Catholicæ, à tyranno occiditur* 310 a b

Martyrium *votis omnibus concupiscit S. Cyprianus, ad illudque tum se tum alios præparat* 320 e, 321 f, 322 a b c, *illud Carthagine subire desiderat, ut gregi suo ad confitendum Christum exemplo sit* 322 f, 323 a. Martyrium *pro Christo toleratum felicitatem & gloriam quantam conciliet* 345 c d e

Matrimonii *incommoda explicat S. Joannes Chrysostomus* 418 e

Medela *vulneri reperta est, si cognoscitur vulneris causa* 211 e. Medela *morbis gravioribus sine dilatione adhibenda* 450 f

Medicus *animæ verus quis sit* 521 c. Medicus *animæ prudentissimus fuit S. Joannes Chrysostomus* 524 d

Membrorum *pulsa debilitas & vigor restitutus* 776 c, 777 c

Memoriæ *beneficiorum Dei utilitas* 413 d

Mentis *in cælum elevatio magnam conciliat gloriam* 415 e

Mercaturæ *animum applicans S. Guido divina castigatione ad prius vitæ institutum revocatur* 42 e f. Mercatura *vix sine crimine exerceri potest; at, si fideliter agitur, à Deo non damnatur* ibid.

ob Messis *periculum supplicationes habitæ* 541 b

Metu *persecutionis presbyterum se negat Novatianus* 156 c

Miracula *à Sanctis perpetrata in gloriam Dei referenda sunt* 76 d. Miraculo *insigni translatum*

tum dicitur corpus S. Materni 392 d e. Miraculo *insigni conversa mulier quædam sectæ Macedonianæ* 519 b
Miseriæ *vitæ mortalis gravissimæ* 291 b. Miseria *vitæ nulla gravis accidere potest homini, modò rectè vivat* 650 c d e f. Miseriis *& calamitatibus omnibus excelsior fuit S. Joannis Chrysostomi animus* 651 e f
Misericordia *Christi, ovem unam quærentis, Novatiani hæresim condemnat* 258 d e. Misericordia *& gratia Dei nemini deneganda est* 272 b c. *De Dei* Misericordia *numquam diffidendum est* 289 d
Misericordia *S. Albei in pauperes eximia* 26 f, *item S. Guidonis* 41 f, 42 c. Misericordia *Wonedulphi in pauperes, divinitus remunerata* 43 e f. *Munifica S. Amati Senonensis in egentes* Misericordia 128 f, *item B. Margaritæ Fontanæ* 137 c d. Misericordia *S. Cypriani in ipsos etiam inimicos gentiles, peste infectos* 286 d e f, *erga fideles captivos* 287 a b & seqq. Misericordiam *& eleëmosynarum largitionem suis inculcat idem Sanctus* 292 c d, Misericordiæ *operibus idem Sanctus unicuique subvenit* 326 e, *item S. Joannes Chrysostomus* 705 e, *S. Notburga* 749 b, *S. Pulcheria* 780 e
Missæ *Sacrificium vocatur Pascha Christianorum* 454 e. *Quàm reverenter* Missæ *Sacrificio assistere nos oporteat* 669 b c
Moderatio *S. Cypriani cum insigni fortitudine conjuncta* 237 e. Moderatio *S. Joannis Chrysostomi admiranda* 576 f, 597 f, 598 a
Modestè *de se sentiunt Sancti* 448 e f. Modestia *S. Joannis Chrysostomi, preces in auxilium tenuitatis suæ postulantis* 449 c d. *Ejusdem Sancti, comparantis se nautis inexpertis* 463 e, *item plausus auditorum suorum prohibentis* 470 b, *ingemiscentis ob laudes de se in concione sparsas à S. Diodoro Tarsensi* 506 a b. Modestia *viduis necessaria est* 517 d e. Modestia *Eudoxiæ imperatricis, à S. Joanne Chrysostomo laudata* 529 e
Monachorum *humilitas, charitas, pœnitentia, & perpetua in operibus piis exercitatio commendata* 427 b c e f, 448 a. Monachi *regibus feliciores* 431 a b c
Monasterium *constituit S. Maurilius in loco antè dæmonibus sacro* 73 a. Monasterium *Habendense fundant SS. Romaricus & Amatus* 95 b c, 96 f, 105 c. Monasterium *in Tyro majore ædificatum ab episcopo Lunensi* 112 e f, 113 a
Monasticæ *vitæ, cum seculari comparatæ, laudes* 426 f, 427 a
Morbos *variis precibus suis curat S. Maurilius* 74 a. Morbos *animæ & corporis curandi gratia S. Cypriano sub initium conversionis videtur concessa* 198 c d. Morbi *S. Notburgæ meritis sublati* 745 & seqq., 750, 751, 755 & seqq., 760 & seqq., 765 & seqq., *item patrocinio S. Cornelii Papæ* 774, 775, 776, 777
Moribundus *sanitatem recuperat ad sepulcrum S. Guidonis* 48 a b, *item alius precibus S. Maurilii* 74 a. Moribundus, *pacem Ecclesiæ enixè flagitans, tamdiu in vita servatus, donec sacro Epulo refici potuit* 231 d c. Moribundi *sanati intercessione S. Notburgæ* 750 a e f, 755 e f, 757 f, 759 f, 760 a, 761 f, 767 a b, 768 b. Moribundus *meritis S. Cornelii Papæ curatus* 777 c d
Mors *homini credenti in Christum non reformidanda, sed potiùs expetenda est* 290 e f, 291 a, *infideli meritò horrorem incutit* ibid. Mors *miseriis & difficili pugna liberat* ibid. b. Mors *stupenda Juliani apostatæ* 498 e. *Avunculi ejusdem Juliani, & alterius, qui ecclesiam dehonorârat*, Mors *miserabilis* ibid. Mors *luctuosa Cyrini Chalcedonensis, S. Joannem Chrysostomum maledictis acerbè persecuti* 575 b c. Mortem *pro grege suo obire, quàm sit pastori glorioſum* 585 d
Mortuum *suis precibus suscitat S. Maurilius* 75 c. Mortuos *tres ad vitam revocâsse fertur S. Venerius* 115 f, 116 d e, 117 f. Mortuum *S. Maternum suscitat S. Eucharius, baculo à S. Petro accepto, ut fertur* 381 a b c. Mortuis *quinque vitam reddidisse dicitur S. Maternus* 388 f. Mortua *proles, invocatâ S. Notburgâ, vivit & baptizatur* 753 b, 757 e f, 764 a b, 766 d e
Morum *correctioni studere debet episcopus, suosque magis verbo pascere, quàm epulis recreare* 515 c
Muli *pertranseuntes sepulcrum S. Autonomi immobiles, votum nuncupante Severiano de exstruendo Sancti memoriæ oratorio, alacres progrediuntur* 18 a b
Mundanarum *rerum egregius contemptor fuit S. Maurus* 80 a, *item S. Cyprianus* 202 e. Mundanarum *rerum aspernator fuit S. Joannes Chrysostomus* 414 f, *illarum inanitatem & damna idem Sanctus exponit* 418 b c d e, 475 b, 521 c. *Vanitatem illarum comprobat lapsus Eutropii eunuchi* 530 d e. *A* Mundanarum *rerum cura animos avellere nititur S. Joannes Chrysostomus* 626 f
Munificentia *verè Christiana S. Cypriani erga carnificem, à quo decollandus erat* 324 b
Mutabilitas *animi viro gravi indigna est* 266 a
Muti *tres loquelam recuperant ad sepulcrum S. Cornelii Papæ* 184 c. Mutus *subitò redditur, qui Christum sponte negaverat* 214 d. Mutus *factus est Zacharias sacerdos ob incredulitatem* 329 f. Mutus *ex gravi morbo sanitate & loquela donatus ope S. Notburgæ* 750 c d
Mysteria *divina pollutis corde & manibus tractare, quantum sit sacrilegium* 273 b. *In* Mysteriis *divinis constanter retinendum, quod Christus fecit & docuit* 274 a b & seqq. *Tremendis* Mysteriis *quàm reverenter assistere nos oporteat, docent angeli* 669 b c

N

Nævis, *ex humana fragilitate ortis, viri etiam sanctissimi immunes non sunt* 308 a b
In Nativitate *Christi civitas Bethleem cœlum imitata est* 563 e
Natura *Dei incomprehensibilis est* 457 d. Naturæ *ordo cedit voluntati Dei* 563 e f. Natura *Dei immutabilis est* 563 f.
Naufragio *periclitantes precibus suis servat S. Maurilius* 73 c
Navi *sine remige ad eum adducta flumen trajicit S. Maurilius* 74 e f. Navim *ventis actam & sine remige precibus suis ad littus applicat S. Venerius* 115 f. *Corpus S. Materni,* Navi *sine remige impositum, prodigio insigni transfertur* 392 d e
Neglectus *salutis animæ quàm sit luctu & lamentis dignus* 521 e
Nix, *utcumque copiosa defluat, sepulcrum S.*

Servatii non attingit 387 b c
Nocturnarum *precum commendatio* 517 e f
Nosocomia *hospitibus & infirmis ædificat S. Joannes Chrysostomus ex sumptibus, proprio usui subtractis* 517 c
Nox *non est tota somno & otio danda* 517 e f.
Noctis *partem cum sororibus suis S. Pulcheria divinis laudibus impendit* 779 b, 780 b

O

OBlectamenta *hujus vitæ ab umbris non differunt* 418 c d
Observantia *& gratus animus S. Cypriani erga Cæcilium, cujus ope ad Christum conversus fuerat* 195 c, 196 c d. Observantia *S. Joannis Chrysostomi erga episcopum suum* 507 f
Observationes *legales post adventum Christi inutiles* 486 f
Obtrectatores *S. Cypriani divinitus puniti* 206 c
Occidi *præoptat S. Joannes Chrysostomus, quàm Eucharistiam indigno ministrare* 490 d
Oculus *loco suo evulsus mirabiliter restitutus ope S. Nicetæ* 8 b. Oculi *præ senio caliganres illuminati meritis S. Guidonis* 46 b. Oculum *læsum subitò sanat B. Margarita Fontana* 138 a b. Oculi *malè affecti curantur beneficio S. Notburgæ* 756 d e, 757 f, 758 f, 759 c, 761 c, 764 d e. Oculorum *debilitas meritis S. Cornelii Papæ curata* 776 c
Odium *Eudoxiæ incurrit S. Joannes Chrysostomus, quia ludos ad imperatricis statuam prohibebat, quos in contemptum Ecclesiæ exhiberi putabat* 592 c d e f
Odore *suavissimo fragrat corpus S. Maurilii quarto ab obitu seculo* 76 f, *item S. Venerii multis ab excessu annis* 118 b. *Suavi* Odore *perfunditur cella, in qua moritur S. Amatus Habendensis* 130 c. Odorem *suavem efflat sepulcrum B. Margaritæ Fontanæ* 139 a
Officiosos *erga se milites laudat S. Joannes Chrysostomus* 609 f
Officium *divinum tribus in locis, inter se admodùm dissitis, celebrâsse fertur S. Maternus uno die* 391 a
Oleum *è tumulo S. Venerii profluens infirmis omnibus salutare* 118 b
Opera *bona humilitate debent niti* 458 d e
Opera servilia *exercens die Dominico punitur divinitus* 74 b, *item alius, per servos suos ea fieri imperans, celeritate percutitur* ibid.
Orandi *studium singulare enituit in S. Silvino* 25 c. *Similis* Orandi *fervor in S. Guidone* 41 f, *item in B. Margarita Fontana* 136 e. *In* Orando *cavenda discordia & oscitantia* 241 f, 242 a b c. Orandi *studio eluxit S. Pulcheria* 779 b
Oratio *ad perseverandum necessaria est* 177 e, 281 f. Orationum *Ecclesiæ vis magna* 449 f. Orationis *nocturnæ studium suis inculcat S. Joannes Chrysostomus* 517 e f. Oratio *fervens quantus sit thesaurus* 561 c
Oratores *sacri eloquentiam Christianâ gravitate temperent, exemplo S. Cypriani* 201 c d e. Oratores *sacri ob aliquorum dicteria non debent à vitiis increpandis desistere* 459 c d e. *Iidem, etsi pauci auscultent, monere non desinant* 461 f. Orator *medicus est, vulnera secare debet, sed dolorem suaviter lenire* 462 a b. Oratoris *cum pastore ovium comparatio* 480 f, *item cum medico* 481 e. Oratores *sacri confidenter loqui debent, ne se & alios perdant, quærendo auditorum voluptatem* 504 f. Oratoris *est finem & emendationem auditorum unicè spectare cum S. Joanne Chrysostomo* 508 e f. Oratoris *vita ejus doctrinæ congrua sit oportet* 509 f
Oratorium *S. Autonomo erectum eo loco, quo Sanctus sepultus fuerat* 18 b, *item priore destructo, alterum prope mare* ibid. *Aliud supra Sancti ejusdem sepulcrum ab Anastasio imperatore ædificatum, & à Justino dedicatum* ibid. c. Oratoria *septem in monte Habendensi à S. Amato Habendensi erecta creduntur* 100 f, *alia septem, & inter hæc unum SS. Amato & Romarico sacrum, eriguntur* ibid., 101 a b c
Originali *peccato solo infecti baptizandi sunt* 272 b c d
Ornatum *muliebrem immoderatum acriter perstringit S. Joannes Chrysostomus* 501 b c. *Eumdem in viduis maximè improbat idem Sanctus* 517 d e
Osticulum *gutturi inhærens sponte decidit, invocatâ S. Notburgâ* 764 f

P

PAnis *pauperibus destinatus, hiberno tempore in rosas conversus* 137 c d
Paralyticæ *duæ, nuncupato S. Guidoni voto, curantur* 48 c. Paralytica *membrorum usum recuperat in translatione corporis S. Maurilii* 63 d, 77 b c, *alius ad ejusdem Sancti tumulum* 78 d e f. Paralyticus *loculum, in quo S. Amati Senonensis corpus jacebat, tangens curatur* 130 c. Paralytici *multi ad tumulum S. Cornelii PP. sanantur* 184 c. Paralyticus *juxta piscinam multas nos virtutes docet* 512 d. Paralyticum *sanâsse traditur S. Joannes Chrysostomus* 663 d
Parasceves *die sancto habita spectacula gravi oratione perstringit S. Joannes Chrysostomus* 541 c d
Partu *difficili laborantibus succurrit S. Notburga* 745 d, 750 d e f, 751 a, 754 a, 764 a
Parturienti *suâ præsentiâ subvenit B. Margarita Fontana* 138 b
Parvulorum *peculiaris patrona S. Notburga* 751 a. Parvulorum *preces Deo acceptæ* 754 b
Pascha *non possunt Catholici celebrare cum Judæis, neque eodem tempore* 454 f, 455 a b c
Patientia *amicorum S. Joannis Chrysostomi in tolerandis carcerum incommodis aliisque calamitatibus, ob Sancti defensionem inflictis* 604 d e f, 605 a b & seqq. Patientia *ejusdem Sancti in perferendis exsilii & itinerum laboribus ac ærumnis* 618 a b, 629 e f, 630 e f
Pauperes *lubenter juvat S. Silvinus* 25 c. Pauperum *insignis patronus S. Albeus* 26 f. Pauperibus *opitulatur S. Guido* 41 f. *Sublevandis* Pauperibus *villam emit S. Maurilius* 74 f. *Munificus erga* Pauperes *fuit S. Amatus Senonensis* 128 f, *item B. Margarita Fontana* 137 c d. Pauperum *curam suis sæpissimè commendat S. Cyprianus* 225 d, *missis etiam pecuniis è secessu suo illis subvenit idem Sanctus* 246 a b, 247 a b. *Ad sublevandos* Pauperes *prædia sua S. Cyprianus, adhuc catechumenus, vendit* 326 b c. *Duritiem erga* Pauperes *graviter increpat S. Joannes Chrysostomus* 509 c, *illos ex sumptibus proprio usui subtractis alit idem Sanctus* 517 c d. Pauperibus *& afflictis omnibus mira charitate subvenit idem Sanctus*

526 a b, *eorumdem curam commendat & habitam laudat* 636 d e. Pauperum *patrona S. Notburga* 749 b. Pauperes *& vivens & moriens eximia charitate complexa est S. Pulcheria* 780 c

Paupertatis *voluntariæ lucra* 72 b. *Illam summoperè coluit S. Amatus Habendensis* 104 b

Pax *ope S. Joannis Chrysostomi conciliata ecclesiæ Antiochenæ post diuturnum schisma* 528 d e. Pacem *quanto studio quæsierit & suis inculcârit idem Sanctus* 550 d e f. Pacis *amore, illata sibi mala à Pharetrio episcopo, vulgari vetat S. Joannes Chrysostomus* 616 e

Peccata *leviora multis lacrymis eluere satagit S. Guido* 42 c. Peccata *omnia non sunt æqualia* 258 b. Peccata, *utut occulta, pœnitentiâ expianda sunt* 259 a b. Peccati *intra se morsum non sentire summa peccatoris malitia est* 430 d. *Ob solum* Peccatum *homini meritò dolendum est* 471 b. *Inquirenda sunt* Peccata *propria, non aliena* 496 b. *Peccantem non excusant aliena* Peccata 571 d. Peccata *per hujus vitæ afflictiones abolentur* 618 a. Peccatum *solum pertimescendum est* 629 f, *solum illud molestum accidere debet* 631 b

Peccatores *manifesti à sacra mensa repellendi* 490 d. Peccatores *ii magis punientur, qui majorem habuerunt gratiam* 501 b c. Peccatores *in periculo ad Deum recurrunt, sed illo liberati ad vomitum redeunt* 557 f, 585 a

Pecora *sanata vel periculo erepta, patrocinante S. Notburga* 738 c d, 745 f, 746 b c d, 747 a b, 752 a, 753 f, 754 b, 755 a b c, 756 f, 757 a e, 758 b c d, 759 a b e, 760 c d e f, 761 a b d, 762 a b c d, 763 f, 764 a, 765 d, 766 b, 768 c d

Pecunias, *vel invito relictas, constanter repudiat S. Amatus Habendensis* 104 b. Pecuniarum *cupiditas causa lapsûs multorum* 273 c. Pecuniarum *instabilis possessio est* 540 c d f. *Illarum nocivus amor virtutes de cordibus expellit* 703 d e

Pedes *torti ad naturalem situm reducti, patrocinante S. Notburga* 738 d. Pedum *dolores sublati ejusdem Sanctæ meritis* 755 d, 757 a b, 760 d, *defectus item ingens* Pedum 767 c d e. Pes *etiam pessimè affectus integritati restitutus* 760 a b. Pedes, *igne judiciali miserabiliter infecti, ope S. Cornelii Papæ sanati* 775 a b

Peregrinatio *ad limina Apostolorum & Terram Sanctam suscepta à S. Guidone* 43 a, *item à venerabili Wonedulpho & sociis, quibuscum iterum Hierosolymam visit S. Guido* ibid. b c. Peregrinationes *votivæ ad S. Cornelii Papæ reliquias in abbatia Indensi, cum fructu peractæ à laborantibus morbo epileptico* 186 d. Peregrinationes *ad loca quædam alia, ejusdem Sancti reliquiis nobilitata* 190 a b. Peregrinationes *ad Ebenense S. Notburgæ templum* 732 a b, 735 e f. Peregrinationes *Ninoviam ad S. Cornelium Papam* 774 c d e, 775 b c, 776, 777

Perfectionis *desiderium singulare S. Guidonis* 42 a b, *S. Amati Senonensis* 128 d e f. Perfectionis *apicem sub ipsa Christianæ vitæ exordia conscendit S. Cyprianus* 326 b c

Periculum *unius animæ magis dolendum, quàm amissio multorum auri talentorum* 418 f, 419 a

Persecutionem *ad aliorum utilitatem declinat S. Autonomus* 16 c. *De* Persecutione *sibi illata gaudet S. Amatus Senonensis* 129 a. Persecutio *Christianorum imperio Romano nocuit* 175 a. *Immunes à* Persecutione *Novatianos, vel hoc ipso docet S. Cyprianus extra Ecclesiam fuisse* 177 a, 283 c. Persecutionem *à Decio motam fidelium delictis adscribit S. Cyprianus* 211 e f, 212 a b, *illi fugâ se subducit idem Sanctus, non ex formidine, sed ad majorem populi sui utilitatem* 213 f, 214 a b. Persecutio *non patientibus, sed illam inferentibus noxia est* 429 b c, 430 d. *Ex* Persecutione *crevit gloria S. Joannis Chrysostomi* 590 d. Persecutionem *inferentes similes sunt fluctibus marinis, qui rupibus illisi seipsos frangunt* 634 b

Perseverantia *sola coronatur* 246 d. Perseverantia *orationis adminiculo obtinenda* 281 f. Perseverantiam *orantis probat Deus* 777 a

Peste *infectus ab apparente S. Niceta sanatus* 8 c

Pestilentia *à Deo immissa velut Dei munus amplectenda est* 291 c d. Pestilentiâ *Carthagine grassante, S. Cyprianus & ab eo excitati fideles charitatem suam mirabiliter exercent* 328 d e f, *gentiles contrà etiam in suos inhumani* ibid.

Philosophia *spiritualis omnium optima* 476 f

Phrenitide *liberatus puer, invocatâ S. Notburgâ* 766 b

Pietas *Theodosii I imperatoris, carcere detentos in gratiam festivitatis Paschalis dimittentis* 471 a. Pietas *monachorum & sacerdotum pro Antiochenis perorantium, & capita sua deponere volentium* 474 d e. Pietas *Eudoxiæ imperatricis, translationi reliquiarum S. martyris Phocæ assistentis, à S. Joanne Chrysostomo laudata* 529 c d e f. Pietas *ejusdem Sancti, docentis Deum in omnibus glorificandum esse* 619 e. Pietas *Honorii imperatoris, Arcadium hortantis ad conciliandam Ecclesiæ pacem* 646 c d. Pietas *S. Notburgæ erga pauperes prodigio comprobata* 710 c, 718 d e f, 727 b

Pleuritis *sanata patrocinio S. Notburgæ* 750 a e, 760 e

Pœna *contemptûs & irreverentiæ erga S. Guidonem* 45 a. *Immemor accepti à S. Guidone beneficii rursus cæcitate percutitur* 47 c. *In furti* Pœnam *à dæmone corripitur, qui asellum surripuerat, quo S. Maurilius uti solebat* 73 c. Pœna *violatoribus diei Dominici irrogata* 74 b. *Cæcitate punitur, qui lapides de sacello S. Autonomi abstulerat* 81 c. Pœna *discordiæ fautoribus irrogata* 97 e f. *Tempestas oritur nautis in* Pœnam *repulsi S. Venerii* 117 e f. *Ob relaxatam disciplinam & delicta fidelium persecutio contra Christianos excitatur* 211 e f, 212 a. Pœnæ *divinitus inflictæ aliquibus in persecutione Decii ignaviter lapsis* 215 d e. *Tormenta in eadem persecutione adhibita fuisse scribit S. Cyprianus ob immodestos aliquorum mores & arrogantiam* 226 a b. *Indignè sumentibus Eucharistiam* Pœnæ *divinitus immissæ* 269 c d e, *respuentibus pœnitentiam* ibid. e f, *Vandalis ecclesias S. Cypriani profanantibus* 337 a b c. Pœnas *à Theodosio ob seditionem Antiochenis inflictas utiles fuisse docet S. Joannes Chrysostomus* 473 b. Pœnas *nonnullas, quibus sua ætate in peccantes exarsit ira Dei, enumerat idem Sanctus* 498 c. Pœna *temerantis sacra vasa, & alterius, qui injuriam ecclesiæ intulerat, horrenda* ibid. f. Pœnis *ad peccatorum correctionem utitur Deus*

501 a. Pœna *mulieris hæreticæ, ob Eucharistiam fictè susceptam* 519 b c. Pœna *Cyrini Chalcedonensis, qui S. Joannem Chrysostomum probris & convitiis onerârat* 575 b c. Pœnis *gravibus urbem Constantinopolitanam afflixit Deus ob expulsum S. Joannem Chrysostomum* 608 f, 609 a b c, 667 a b. Pœna *duritiei erga pauperes* 710 c, 718 f, 719 a, 727 b. Pœna *neglecti voti* 721 d, 758 f, 759 a, 760 b c. Pœna *ingratis quibusdam inflicta, detrectantibus persolvere id, quo se obstrinxerant benefactori suo S. Cornelio Papæ* 774 b c

Pœnitentia *S. Amati Habendensis admiranda* 106 f, 107 a. Pœnitentia *à Theodorico rege acta ob injustè expulsum S. Amatum Senonensem* 130 d. Pœnitentiæ *vis salutaris ad aliorum animos ab errore revocandos* 167 c d e. Pœnitentiæ *remedio fovendi sunt lapsi* 168 b. Pœnitentia *eos, qui priùs ceciderant, fortiores reddit* 176 c. Pœnitentiam *agere respuentes puniti* 269 e f. Pœnitentia *nulla sera est, dum adhuc in vita sumus* 289 d. *Ad* Pœnitentiam *& frequentem peccatorum confessionem suos hortatur S. Joannes Chrysostomus* 523 c. *Conditiones ad iteratæ* Pœnitentiæ *fructus percipiendos necessariæ* 523 e. *S. Nilus Arcadium imperatorem excitat ad agendam* Pœnitentiam *de molitionibus suis in S. Joannem Chrysostomum* 608 f. Pœnitentiam *verisimiliter egit Theophilus Alexandrinus de suis in eumdem Sanctum gestis* 679 e f, 680 a

Polypus *abactus ope S. Notburgæ* 746 f

Potestas *Clavium solis episcopis & presbyteris concessa* 231 a b

Prædicationes *S. Joannis Chrysostomi ingenti concursu frequentatæ* 512 b c

Prædictio. *Instantem vitæ suæ finem* Prædicit *venerab. Wonedulphus S. Guidoni* 43 d. *Mortem suam* Prædicit *S. Amatus Habendensis* 106 f. *Imminentem à Gallo persecutionem* Prædicit *S. Cyprianus* 280 c d. Prædicitur *in visione Sancto eidem martyrium suum* 319 f, 329 d e f. *S. Joanni Chrysostomo in visione* Prædicitur *instans vitæ exitus* 664 f

Præficæ *funeribus non sunt adhibendæ. Vide* Funera.

Precibus, *tamquam deliciis, vacare solebat S. Silvinus* 25 c. Preces *pro se humillimè postulat S. Cyprianus* 244 f, *item S. Joannes Chrysostomus* 519 f, 551 a b c, 628 e. Preces *parvulorum Deo acceptæ* 754 b

Primatum *Ecclesiæ Romanæ reverenter agnoscit S. Eulogius* 90 c, *item S. Cyprianus* 314 f, 315 a b & seqq., 316 a. *Illum numquam negavit idem Sanctus* 316 a b & seqq., 317 a b & seqq.

Probitate *vitæ magis quàm verbis auditores suos ad bonum excitent oratores, exemplo S. Joannis Chrysostomi* 509 f

Prodigia *in vita, morte ac sepultura S. Notburgæ* 727 a b c d e

Profanatio *templi S. Cypriani, verisimiliter ex specie religionis orta, inhibetur* 336 c d

Promissiones *Sanctis factæ servandæ sunt. Vide* Votum & Pœna.

Proprietatis *vitium, quo laborabat monachus quidam, corrigit S. Amatus Habendensis* 106 d

Providentiæ *Dei dispositio in conversione S. Cypriani* 196 a b. *Eidem* Providentiæ *idem Sanctus adscribit persecutionem, ad peccatorum emendationem* 211 e, 212 a. Providentiæ *divinæ idem Sanctus acceptam refert S. Numidici conservationem* 245 b, *item persecutionem in Christianos motam eidem* Providentiæ *adscribit, ad confundendos hæreticos* 283. *Ex Dei* Providentia *in errorem lapsum fuisse S. Cyprianum, credidit S. Augustinus, ut alii pacis & unitatis Catholicæ amorem ex ipso discerent* 308 d e f. Providentia *Dei ad aliorum eruditionem præservavit S. Cyprianum à furente persecutione Decii* 328 b c d. Providentiæ *Dei Eudoxia imperatrix piè se submittit* 573 f. Providentiæ *divinæ committit S. Joannes Chrysostomus se suaque omnia* 587 c, *eamdem in omnibus laudat idem Sanctus* 589 f, 590 a, 666 d

Prudentia *S. Pulcheriæ aulæ Constantinopolitanæ totique imperio felicitatem attulit* 779 b

Pudicitiam *suam contra impudentem puellam defendisse traditur S. Nicetas, linguam, morsu præcisam, in faciem ejus exspuens* 7 b c. Pudicitiæ *conservandæ studium insignis cujusdam matronæ* 597 c

Pudor *damnabilis Christianorum quorumdam, in persecutione Christum confiteri erubescentium* 215 f, 216 a-b c. Pudor *à committendo peccato deterrere nos debet, non à pœnitendo de eo* 524 b

Puella *miserè adusta curatur beneficio S. Notburgæ* 765 d e

Puerpera. *Vide* Partus, Parturiens.

Puritas *animi sacro oratori necessaria* 449 b. Puritas *animi quomodo acquirenda* 522 c

Pusillanimitas *Christianorum quorumdam, qui solo timore & penè sponte Christum negant* 215 b c, *divinitus punita* ibid. d e

Q

Quadragesimalis *jejunii finis* 78 a, 523 d

Quercus *altissima enata traditur ex sicco S. Guidonis baculo, terræ infixo* 37 d. *Deciduos de eadem* Quercu *ramos temerè comburentes dysenteriâ correpti* ibid.

Quies *firma & placida in hac vita est renuntiare sæculo & adhærere Deo* 202 e

R

Radii *solis cucullum & manicas S. Amati Senonensis sustentant* 126 f, 129 c

Rationem *unusquisque reddet pro subditis* 450 b. Rationem *de unoquoque suæ curæ commisso reddere episcopus debet* 551 a b

Religiosam *vitam deserere, quàm sit periculosum* 417 e f, *idem adulterio comparatum à S. Joanne Chrysostomo* 418 a b

Reliquias *Sanctorum impiè aversantur & profanant hæretici* 62 a, 188 f, 189 b. *Quaslibet Sanctorum* Reliquias *maximi olim semper fecerunt Christiani fideles* 324 d, 332 c, 334 d. *Eudoxia imperatrix, martyrum* Reliquias *demissè venerata, à S. Joanne Chrysostomo laudatur* 529 d e f, *item Arcadius imperator* 530 a. Reliquiæ *SS. Cornelii & Cypriani miraculis illustres* 769 c

Reprehensiones *cum gaudio suscipiendæ* 486 a

Respectus *humani gratiâ Christum erubescere nefas est* 274 d e

Retractâsse *S. Cyprianum errorem suum, verisimillimum censet S. Augustinus* 312 b c, *Beda*

da verò indubitanter asserit ibid. d
Revelatio. *S. Autonomus militi cuidam* Revelat *locum, quo sacræ suæ exsuviæ reconditæ essent* 18 c. *Puero languenti* Revelatur *dies passionis S. Ligorii* 57 f, 58 c d. *S. Germano Autissiodorensi* Revelatus *fuit dies martyrii S. Juliani Brivatensis* ibid. *S. Amatus Habendensis* Revelat, *sua sibi remissa esse peccata, seque in conspectum Dei admissum* 107 d. Revelatur *cuidam fratri, Sancti ejusdem corpus aliò transferendum esse* ibid. e. *Locus sepulturæ S. Venerii divinitus* Revelatur 118 b. *Persecutio Decii diu antè* Revelata *fuit, verisimiliter S. Cypriano* 212 b c. *Propinqua Ecclesiæ pax eidem Sancto* Revelatur 241 e. *Crebris revelationibus eumdem Sanctum dignatur Deus* 242 b. *Mœstis ob profanationem ecclesiarum S. Cypriani Carthaginensibus* Revelat *idem Sanctus, violatores puniendos* 337 b. *Adelphio Arabissi episcopo dicitur* Revelata *fuisse immensa S. Joannis Chrysostomi in cælo gloria* 688 f, 699 a b
Ritus *profani, Kalendis Januarii exerceri soliti, à S. Joanne Chrysostomo gravi oratione perstringuntur* 459 c
Romana D. Petri Cathedra. *Illius primatum reverenter agnoscit S. Eulogius* 90 c. *Ab illa profluit unitas sacerdotalis in Ecclesia Catholica* 174 a. *Ab ejus unitate & communione segregatus salvari non potest* 263 b c. Romanæ *Sedis traditionem deserere, quanto sit obnoxium periculo* 296 a. *Communionem cum* Romana *Ecclesia numquam rupit S. Cyprianus* 300 f, 301 b, *Sancti hujus pacis & unitatis studium aliis exemplo esse debet* 308 d e f. *Numquam ab ea per S. Stephanum PP. separatus fuit S. Cyprianus* 309 a b & seqq., 310 a b & seqq. Romanæ Cathedræ *supra omnes alias ecclesias primatum admisit S. Cyprianus* 314 f, 315 a b & seqq., 316 a. *Illum numquam negavit idem Sanctus* 316 a b & seqq., 317 a b & seqq. Romanæ *Sedis judicium maximi semper fecit S. Hieronymus, omnem extra eam communionem respuens* 676 d e f
Ruinæ *aliorum cautos nos debent reddere* 418 e
Rupem *à dæmonibus inhabitatam mundat S. Maurilius* 74 d

S

Sacellum *sub nomine Beatissimæ Virginis erectum supra sepulcrum S. Guidonis* 45 b. Sacellum, *olim Porta Cæli, nunc S. Servatii dictum, Coloniæ* 390 a. Sacella *S. Notburgæ exstructa* 711 a b c, 724 a c, 726 d, 730 d e f, 731 a b c d e f, 748 c, 749 c, 752 e. Sacellum *eidem Sanctæ sacrum bis in incendio illæsum servatur* 724 b c, 731 d
Sacerdotis *cor arcæ Testamenti comparatum* 92 a. Sacerdos *ab ecclesiæ & altaris ministerio ne avocetur ob secularia negotia* 210 f, 211 a. Sacerdotes *improbos comparat S. Cyprianus cum presbyteris, Susannæ pudorem labefactare conatis, eosque vitari jubet* 252 e. Sacerdotes *judicare ad populum non pertinet* 496 a. Sacerdotis, *peccata remittentis, potestas regiâ major dicitur à S. Joanne Chrysostomo* 524 c
Sacerdotium *res veneranda & accessu difficilis* 429 a
Sacramentum *Calicis solâ aquâ constitui non potest* 273 f. *Aqua vino in Calice admiscenda, ut populus cum Christo conjunctus significetur* 274 d
Sacrilegio *asseclas suos sibi adstringit Novatianus* 161 b c
Sacrilegis *fortiter pro dignitate sacerdotali resistendum esse, docet S. Cyprianus* 279 c d e, *item S. Joannes Chrysostomus* 490 d, 509 e
Salutem *animarum ardentissimè desiderat S. Joannes Chrysostomus* 520 c d e. *Vide* Amor, Charitas, Zelus.
Sanationes. *Vide* Morbi, Moribundi, Lues, Pestis.
Sancti *per virtutum eorum imitationem maximè laudandi* 41 d. *Viri, utcumque* Sancti, *suam etiam aliquando integritatem levioribus nævis commaculant* 308 a b. Sanctorum *exemplis perpetuò insistere decernit S. Cyprianus* 326 d e. Sanctorum *cultum promovet Ecclesia, ut eorum præsidium impetrent & virtutes imitentur fideles* 778 e. Sanctorum *colloquio frequenter gavisa S. Pulcheria, ut erga eorum reliquias cultus augeretur, enixè contendit* 780 b c
Sanctimonialis *sine licentia pomum comedens à dæmone vexatur* 105 d. Sanctimoniales *obedientiam docet S. Amatus Habendensis* 106 e
Sanctitas *S. Guidonis triplici miraculo declarata* 37 b c d. *Item S. Amati Senonensis* Sanctitas *ngenti prodigio patefacta* 126 f, 129 c d
Saxum *grande, cellæ suæ ruinam illaturum, Crucis signo sistit S. Amatus Habendensis* 104 a
Scabies *depulsa patrocinio S. Notburgæ* 766 c
Scandalum *prudenter præcavet S. Cyprianus* 159 e. *Quàm graviter delinquat, qui* Scandalo *est aliis, cùm deberet esse exemplo* 273 b
Schismaticus *salvari non potest* 263 b c, *non secùs ac pestis vitandus est* ibid. Schismaticus *Christum discerpit ejusque membra dilacerat* 495 d e
Schismatis *damna, suumque ob id dolorem exponit S. Cyprianus* 262 e. Schisma *non minus malum est, quàm hæresis* 495 a. Schisma *Antiochenum ope S. Joannis Chrysostomi sublatum* 527, d e. Schisma *Ecclesiæ suo exsilio devitat idem Sanctus* 587 e
Secessus *S. Cypriani ab omni suspicione immunis, in eoque omnes veri pastoris partes impletæ* 213 f, 214 e f, 218 & seqq.
Sensus *corporis amissi restituuntur meritis S. Cornelii Papæ* 777 b c
Sententiam *falsam mutare laudabile est* 313 a
Sepulcrum *S. Maurilii suavissimum odorem efflat* 76 f. Sepulcrum *S. Venerii divinitus repertum suavi odore adstantes perfundit* 118 b. Sepulcrum *B. Margaritæ Fontanæ aperire volens ad mortuum in eo condendum, terrore immisso ab incepto revocatur* 138 f, *idem suavem odorem emittit* 139 a. Sepulcrum *S. Servatii, locis vicinis densa nive obsitis, ab ea immune* 387 b c
Severitas *erga lapsos salubri moderatione temperanda* 168 d e. Severitas *nimia in desperationem inducit* ibid., 254 f. Severitas *S. Cypriani, lapsis ante actam pœnitentiam pacem recusantis, laude digna* 238 f. Severitas *nimia divinæ clementiæ contraria est* 256 e, 257 a, 280 f, 281 a b, 293 b. Severitatis *nimiæ injustè accusatum fuisse S. Joannem Chrysostomum, ostenditur* 525 a b
Simoniacæ *hæreseos damna* 93 f, *ad eamdem* Ale-

Alexandriæ funditus evellendam S. Eulogium hortatur S. Gregorius Magnus ibid. e f. Simoniacè *ordinatos episcopos sex deponit S. Joannes Chrysostomus* 546 e f
Simulatio *libellaticorum impia & illicita fuit* 217 e. *Mors præferenda est* Simulationi, *quæ in negotio fidei aliis offendiculo sit* ibid. f
Simultatis *& invidiæ damna* 501 a b. Simultates *& inimicitiæ improborum pastoribus animarum non sunt metuendæ* 521 b c
Sinceritas *S. Cypriani à S. Augustino laudata* 302 b c
Sitientibus *fons aquæ promanat infra ecclesiam S. Venerii* 118 c
Sobrietas *S. Joannis Chrysostomi* 514 b c, *ea displicuit mundi amatoribus* 515 c d. Sobrietas *ejusdem Sancti quàm fuerit admirabilis* 702 c
Sodalitium *Ninoviæ institutum in honorem SS. Cornelii & Cypriani* 773 a b
Solicitudo *& industria S. Joannis Chrysostomi ad exscindendos pravos animi affectus* 421 a b c. Solicitudo *Macedoniani cujusdam, ope S. Joannis Chrysostomi ad fidem conversi, ut conjugem quoque ad fidem perducat* 519 b
Solitariæ *vitæ studio flagrat S. Guido* 42 a, *S. Maurilius* 66 d e, 72 d. Solitariam *vitam amplectitur S. Amatus Habendensis, & perquàm austerè vivit* 103 d. Solitariam *vitam in domo matris agit S. Joannes Chrysostomus* 421 a b. *In episcopatu* Solus *cibum sumit idem Sanctus, cujus consuetudinis multas, easque justissimas, habebat rationes* 514 b c d e f, 515 a b & seqq.
Somnia *sæpe repræsentant id, quod amamus* 508 b
Spectaculum *Christiano dignum est hujus universi fabricam intueri* 344 f. Spectaculorum *turpitudinem animæque ex iis periculum gravi oratione perstringit S. Joannes Chrysostomus* 541 c d e f
Spei *in Deum pretium* 512 d
Speluncæ *ultrò inclusus annos duos vivit S. Joannes Chrysostomus* 426 c f
Spirituales *patres qui verè sint dicendi* 520 d. *Omnes muneris istius partes explevit S. Joannes Chrysostomus* ibid d e f. *Vide* Amor, Charitas, Zelus.
Sterilibus *parentibus filius concessus meritis S. Nicetæ* 8 f. *Filium suis precibus matri* Sterili *impetrat S. Maurilius* 67 d f, 72 f
Stomachi *dolores sanati ope S Notburgæ* 746 a
Struma *in gutture excrescens, invocatâ S. Notburgâ, evanescit* 756 a
Submersus *ad vitam mirabiliter revocatus meritis S. Nicetæ* 7 f
Suffocationis *periculo erepta puella, subsidio S. Notburgæ* 757 b c
Superbiæ *& arrogantiæ arguit S. Cyprianus Pupianum, utpote volentem sine auctoritate legitima de episcopo judicium ferre* 295 b c
Supplicationes *ob messis periculum instituit S. Joannes Chrysostomus* 541 b
Surdastros *curat S. Fledericus* 133 c, 134 a
Surdi *auditum recuperant, invocato S. Guidonis auxilio* 45 e f. Surdis *auditus redditus, patrocinante S. Notburga* 758 e, 764 b c. Surda *curatur beneficio S. Cornelii Papæ* 776 c
Symptomata *lethifera cessant beneficio S. Notburgæ* 751 b

T

TEmeraria *judicia ex Scripturarum neglectu oriuntur* 496 b
Temeritatem *sacrilegam aliquorum, qui lapsis sine prævia pœnitentia pacem & communionem largiebantur, acriter perstringit S. Cyprianus* 227 a b & seqq. 228, 229, *Ecclesiæ nocivam esse & ipsis lapsis docet clerus Romanus* 239 a, *illam damnat concilium Carthaginense* 255 c. Temeritas *sacrilega Felicissimi in admittendis sine pœnitentia lapsis quò usque processerit* 278 d
Temperantia *insignis Hilarii episcopi* 607 e
Tempestatem *precibus suis sedat S. Maurilius* 73 c, *aliam injecto in fluctus oleo* 74 a. Tempestatem *sedat S. Venerius* 117 f
Templum *S. Paulo & aliud S. Eulaliæ sacrum erigit S. Sacerdos auxilio Childeberti regis & Ultrogothæ reginæ* 32 e f, 33 a. *Primum Christianis* Templum *conditum Turonibus à S. Lidorio* 62 a. *Subverso idolorum fano*, Templum *Christi constituit S. Maurilius* 72 d, *aliud SS. Virgini Mariæ consecrat idem Sanctus in rupe, è qua dæmones fugârat* 74 d. *Lunensis episcopus* Templum *supra sepulcrum S. Venerii in Tyro majore ædificâsse dicitur* 109 b, 112 d e, 118 b c. *Beatissimæ Virgini & S. Amato Senonensi* Templum *dicatum Menrivillæ à S. Mauronto* 121 e f. *S. Leo I PP.* Templum *Romæ erigit S. Cornelio PP.* 181 f. *Duo prope Carthaginem* Templa *condita S. Cypriano* 335 e f, 336 a b c, *utrumque violant Vandali & puniuntur* ibid. Templa *multa in Germania Secunda constituisse traditur S. Maternus* 386 c d e f, 388 a b & seqq., 389 a b c e f, 390 a b c d e. Templum *eidem Sancto ædificatum eo loco, quo cursum stitisse creditur navis, devehens sacrum corpus* 393 d e, *aliud eidem Sancto consecratum Treviris* 394 b. Templum *Apollinis fulmine dejectum* 498 e. Templi *Judaïci frustra tentata restauratio* ibid. Templa *idolorum clausa Gazæ, curantibus SS. Joanne Chrysostomo & Porphyrio* 527 e f, *deinde etiam diruta* 551 e f, 552, 553. Templa *Constantinopoli, in Cypro & Venetiis S. Joanni Chrysostomo ædificata* 693 c f. Templa *erecta S. Notburgæ* 724 b, 732 a & seqq., 742 e f, 744 e. *Ninoviæ* Templum *splendidissimum SS. Cornelio & Cypriano conditum* 773 b. *Augendo Christi Domini & Mariæ cultui* Templa *multa excitavit S. Pulcheria* 780 c d
Tentationes *dæmonis superat B. Margarita Fontana* 136 f, 137 a. Tentationes *homini generoso metuendæ non sunt* 590 b
Terra *sepulcri S. Notburgæ multis salutifera* 738 c d, 746 a b c f
Testimonium *Dei solum sufficit ad gloriam* 226 e
Tibia *ulcerata, & jam jam resecanda, ope S. Nicetæ sanata* 8 d e
Tormina *vehementia cessant, patrocinante S. Notburga* 746 a, 766 d
Trabem *breviorem oratione sua auget S. Amatus Habendensis* 103 e
Traditionem *Ecclesiæ Romanæ deserere, quàm sit periculosum* 296 a
Tranquillitas *diuturna homines reddit incurios* 208
Tribulationes *hujus vitæ floccipendendæ sunt* 129 b. Tri-

b. Tribulationibus *gloriatur S. Joannes Chryſoſtomus* 616 e, 618 a b, *eædem peccata delent* ibid. Tribulationes *hujus vitæ ad breve tempus durant* 624 f. *Ob toleratas* Tribulationes *gaudendum eſſe, docet S. Joannes Chryſoſtomus* 637 a b c
Tribunal *ſupremi Judicis continuò memoriæ obverſari debet* 418 e
Triſtitia *ob ſolum peccatum à Deo immittitur* 471 b

V

VAcca *deperdita reperitur, invocatâ S. Notburgâ* 768 a. Vaccæ ſanatæ. *Vide* Pecora.
Vanitas *rerum mundanarum eleganti oratione propoſita à S. Joanne Chryſoſtomo* 418 b c, 532 b c, 533 c, 537 e, 539 f, 560 d, 625 b
Vaſa *ſacra temerantis mors miſeranda* 498 f
Ubera *peſſimè affecta curantur, patrocinante S. Notburga* 758 e f
Vecordia *Novatiani, periclitantibus in perſecutione ſubvenire recuſantis* 158 b, 169 b
Venia *peccatori etiam in exitu vitæ à Deo non negatur* 289 d
Verecundia *S. Joannis Chryſoſtomi* 414 c
Vermibus *exeſus interit, qui vaſa ſacra temeraverat* 498 f
Via *virtutis ardua eſt & difficilis* 627 f
Viator *eſt homo in terra, ad patriam unicè aſpirare debet* 625 d
Victoriam *de adverſariis ſuis referunt, SS. Cornelii & Cypriani reliquias piè venerati* 770 f
Viduis *modeſtiam inculcat S. Joannes Chryſoſtomus* 517 d e
Viduitatis *incommoda commemorat S. Joannis Chryſoſtomi mater* 420 b c
Vigilantia *& ſolicitudo paſtoralis S. Cyprianum impulit ad petendas martyrii inducias ad unum diem* 330 a
Vincula *S. Pauli regio diademate glorioſiora* 458 e f, *eadem omni alteri bono præferenda ſunt* 506 f, 507 a b c. Vinculis *& carcere pro Chriſto nihil illuſtrius* 610 a b, *ad illa fortiter pro Deo toleranda ſuos hortatur S. Joannes Chryſoſtomus* ibid. e f
Vindicta *divina in Eutropium, leges honori Eccleſiæ contrarias ab Arcadio extorquentem* 531 a b. Vindicta *divina ob exſilium S. Joannis Chryſoſtomi* 609 a b c, 667 a
Vinum *à S. Notburga ad pauperes delatum, illius hero acetum aut lixivium apparet* 718 f, 720 b, 727 b
Violatio *eccleſiæ S. Venerii, à Saracenis inferenda, divinitus prohibetur* 118 c
Violatorem *diei Dominici, divinitus punitum, S. Maurilius pœnâ liberat* 74 b. *Vandali* Violatores *eccleſiarum S. Cypriani divinitus puniti* 337 b c
Violentia *Arianorum, Catholicis inſultantium, repreſſa* 518 a b. Violentia *adverſariorum S. Joannis Chryſoſtomi* 596 f, 597 b c d e f, 605 f, 606 b c
Viperæ *morſum ſalivâ oris ſui curat S. Maurilius* 72 f
Virginalis *continentiæ inſignes tituli* 208 e. Virginalem *ſtatum quanta deceat modeſtia* 208 d, 209 b
Virgines *Deo dicatæ caſtæ perſeverare debent; damnant Deum fallentes quàm graviter delinquant* 210 a b c. Virginum *periclitanti pudicitiæ proſpicit S. Cyprianus* 287 c, *curam ejuſdem Sancti de* Virginum *pudicitia, habitam ſub ictum mortis, celebrat S. Auguſtinus* 324 a b
Virginitatem *Deiparæ imitata eſt S. Pulcheria, perpetuam ſervans in matrimonio continentiam* 780 c
Virtutes *ſuas occultare ſtuduit S. Maurilius* 75 d. Virtutes *ejuſdem Sancti eximiæ* ibid., *item S. Amati Habendenſis* 104 f, 105 a, *B. Margaritæ Fontanæ* 136 e f. Virtutes *præclaræ, quibus in adminiſtrando epiſcopatu fulſit S. Cyprianus* 207 f, 327 a b, *item S. Maternus* 391 f, 392 a. Virtutes *omnes humilitate debent niti* 506 c d. *Ob aſſiduam in* Virtutis *ſtudio contentionem ægritudinem contrahit S. Joannes Chryſoſtomus* 515 d. Virtutem *Sanctorum venerantur ipſi illorum adverſarii* 539 b. Virtutes *admirabilemque S. Joannis Chryſoſtomi ſanctitatem celebrat S. Proclus, eumque cum S. Joanne Baptiſta comparat* 667 e f, 668 a, *item Theodoretus, Caſſianus aliique* 668 b & ſeqq., 669 a, *S. Damaſcenus* 701 d e, 702 b c. Virtutes *omnes tum verbis tum factis docuit S. Joannes Chryſoſtomus* 705 e f
Vis perſuadendi *mira S. Joannis Chryſoſtomi Theodorum Mopſueſtenum ad ſanctius vitæ inſtitutum reducit* 416 b f. Vis *iſta movendi animos ex illius Sancti actionum integritate promanabat* 702 b
Viſcerum *dolore exſtinguitur mulier, quæ ſponte Chriſtum negârat* 215 e
Viſio *mirabilis, quæ S. Eulogio obtigiſſe narratur* 83 e f. Viſio *altera de SS. Eulogio & Leone oblata* 84 b c. *Perſecutio Decii mirabili* Viſione *diu antè declarata* 212 b. *Celerinus cæleſti* Viſione *monetur, ne ſacros ordines detrectet* 244 b c. *Imminens à Gallo perſecutio crebris* Viſionibus *S. Cypriano oſtenſa* 281 c d. *Martyrium à S. Cypriano ſubeundum admirabili* Viſione *ipſi prædicitur* 319 f, 329 d e f. Viſio, *quâ S. Cyprianus S. Montano exhibet ſordes animæ, quas creat diſcordia* 335 a. *Gemina alia* Viſio, *quâ à S. Cypriano ad martyrium excitantur SS. Flavianus & Marianus* 335 b c d. Viſiones *crebræ, quibus mœſtis Carthaginenſibus promittit S. Cyprianus, profanationem eccleſiarum ſuarum vindicandam* 337 b. *Columnam igneam in ſomnis* Videt *S. Servatius & eo loco ſacellum exſtruit* 390 a. *Mirabiles S. Joannis Chryſoſtomi* Viſiones *in Miſſæ Sacrificio* 669 b. Viſio *oblata S. Proclo, in qua Paulus Apoſtolus S. Joanni Chryſoſtomo ſcribenti multa dictâſſe viſus eſt* 687 e f, 688 a e. Viſio *altera de immenſa S. Joannis Chryſoſtomi gloria oblata traditur Adelphio Arabiſſi epiſcopo* 688 f, 699 a b. *Mulier voti exſecutionem differens in* Viſione *à S. Notburga moneri ſe putat* 754 b c. Viſio *oblata Arnoldo Priori Ninovienſi, in qua S. Cornelius Papa monaſterii Ninovienſis ædificationem laborando promovere viſus* 771 f. Viſio *altera, quâ monetur infirmus pro ſanitate recuperanda adire eccleſiam ejuſdem Sancti* 774 c
Viſus *ex morbo amiſſus, invocatâ S. Notburgâ, curatur* 757 f. Viſûs *debilitas ſublata patrocinio S. Cornelii Papæ* 776 c
Vitæ *longioris deſiderium divinitus increpitum* 291 c f. Vita *S. Joannis Chryſoſtomi inſidiis appe-*

appetita 597 f, 598 a b. *Ejusdem Sancti* Vita *omnis non fuit nisi unicum perfectissimi amoris præclarissimarumque virtutum exercitium* 689 d e. Vita *infantibus, qui mortui credebantur, concessa meritis S. Notburgæ* 753 b, 757 e f, 764 a b, 766 d e

Vitia *acriter reprehendat concionator, sed cum lenitate exemplo S. Joannis Chrysostomi* 508 f, 509 a b

Ulcera *sanata auxilio S. Notburgæ* 758 f, 761 e f, 762 e f, 765 f

Unitatis *sacerdotalis in Ecclesia Catholica rigo à Romana S. Petri Cathedra repetenda* 174 a. *Ab* Unitate *Ecclesiæ Catholicæ, super S. Petrum fundatæ, segregato salus speranda non est* 263 b c. *In* Unitate *Ecclesiæ cum S. Stephano PP, contrà quem disputabat, remansit S. Cyprianus* 300 f, 301 b. Unitatis *Catholicæ studium, quo flagravit S. Cyprianus, aliis exemplo esse debet* 308 d e f. *Extra* Unitatem *Ecclesiæ Catholicæ nemo martyrio coronari dici potest* 310 a b. Unitati *Ecclesiæ Romanæ communicare studuit S. Hieronymus, omnem extra eam communionem respuens* 676 d e f

Voce *cælitus delapsa ad æterna præmia evocatur S. Guido* 44 b, *item S. Maternus* 392 c

Voluntatem *dantis, non dona ipsa, Deus & Sancti respiciunt* 700 c, 701 d

Voluptas *carnis superanda est volentibus veritatis luce illustrari* 198 d e. Voluptatem *carnis edomuit S. Cyprianus* ibid. *Eamdem ita compescuit S. Joannes Chrysostomus, acsi homo sine carne fuisset* 702 b, 703 d

Votum *nuncupat presbyter quidam jejunandi in pervigilio S. Niceæ, in gratiarum actionem pro sanitate, Sancti meritis recuperata* 8 d. Votum *S. Antonino nuncupans cæcitate liberatur* 81 c d. Voti *neglecti pœna* 721 d, 758 f, 759 a, 760 c. Voti *exsecutionem differenti apparere visa S. Notburga* 754 b c

Vulnus *ingens curatum beneficio S. Notburgæ* 768 d e

X

Xenodochium *Lugduni erectum à Childeberto rege vel uxore ejus Ultrogottha* 33 c. Xenodochia *infirmis & peregrinis Constantinopoli condit S. Joannes Chrysostomus* 517 c d

Z

Zelus *Christianorum quorumdam, idolorum simulacra dejicientium* 17 f, 19 f. *Item SS. Macedonii, Theoduli & Tatiani idolorum statuas confringentium* 20 f. Zelus *S. Eulogii Alexandrini contra Novatianos* 86 a b c, *contra Eutychianos* ibid. e f, *contra Theodosianos & Gaianitas* 87 a b. *Ejusdem Sancti* Zelum *contra hæreticos laudat S. Gregorius PP.* 90 e. Zeli *istius fructus fuit multorum conversio* 91 e. Zelus *cleri Romani, partes omnes veri pastoris adimplentis* 150 f, 151 a b, *S. Cypriani abolere conantis schisma Novatiani* 164 c d & seqq., 165 a. Zelum *prudentiâ temperandum esse, docet idem Sanctus* 225 f, 246 f, 247 a. Zelus *S. Joannis Chrysostomi adhuc juvenis* 417 e, *diaconi cujusdam ignorantes instruentis* 436 c. Zelus *S. Joannis Chrysostomi prohibentis, ne mulier Christiana ad Judæorum festa trahatur* 451 a. Zelus *ejusdem Sancti contra Quartodecimanos, jejunium inchoantes ante Catholicos* 454 c d e, *contra jurantes* 477 d, *prohibentis plausus, concionibus suis præberi solitos, & auditorum profectum desiderantis* 486 d. *Insignis S. Joannis Chrysostomi* Zelus *ad abolendum schisma Antiochenum* 495 b d e, *item clerum & populum corrigere studentis* 518 e f. Zelus *ejusdem Sancti insatiabilis* 520 e f. *Ex ingenti* Zelo *luget idem Sanctus exiguum profectum subditorum, animæ salutem negligentium* 520 e. Zelus *S. Joannis Chrysostomi, pro Gothorum conversione multa molientis, ad varias extensus provincias* 526 b c e f, *item idolorum templa destruentis & idololatriam exstirpantis* 527 d e f. Zelus *ejusdem Sancti, ludos & spectacula sub excommunicatione prohibentis* 541 e f. *Eumdem Sanctum* Zelus *suus excitat, ut ad res Asiæ disponendas infirma valetudine arduum iter capessat* 544 e f. Zelus *ejusdem Sancti ad promovendam in Phœnicia fidem* 642 e f, 643 c d e f. Zelum *apostolicum eleganti oratione commendat idem Sanctus* 644 c d e f. Zelus *legatorum pro causa S. Joannis Chrysostomi, ab eodem Sancto laudatus* 652 e f. Zelus *S. Joannis Chrysostomi celebratus à S. Proclo, eum comparante cum Joanne Baptista* 667 e f, 668 a. Zelus *Alexandri patriarchæ Antiocheni ad referendum in sacra diptycha S. Joannis Chrysostomi nomen, pacemque Ecclesiæ conciliandam* 680 c f, *item S. Innocentii PP.* 681 a b. Zelus *S. Pulcheriæ contra errores multùm Ecclesiæ profuit turbulentis temporibus* 779 a b. *Hæreses omnes ejusdem Sanctæ* Zelus *profligavit* 779 c, *doctrinam Catholicam defendit* ibid. e